Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bibliotheca



Palatina
Düsseldor-
piensis.

A. B. G. 8° 64

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ERNEST. JOACH. DE WESTPHALEN

MONUMENTA INEDITA

RERUM GERMANICARUM

PRÆCIPUE

CIMBRICARUM

ET

MEGAPOLENSIUM

TOMUS TERTIUS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ERNEST. JOACH. DE WESTPHALEN

MONUMENTA INEDITA

RERUM GERMANICARUM

PRAECIPUE

CIMBRICARUM

ET

MEGAPOLENSIUM

TOMUS TERTIUS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

MONUMENTA INEDITA

RERUM GERMANICARUM

PRÆCIPUE

CIMBRICARUM,

ET

MEGAPOLENSIUM,

QUIBUS

VARIA ANTIQUITATUM, HISTORIARUM, LEGUM JURIUMQUE GERMANIÆ, SPECIATIM HOLSATIÆ ET MEGAPOLEOS VICINARUMQUE REGIONUM ARGUMENTA ILLUSTRANTUR, SUPPLENTUR ET STABILIUNTUR.

E CODICIBUS MANUSCRIPTIS, MEMBRANIS ET CHARTIS AUTHENTICIS ERUI STUDUIT NOTULASQUE ADJECIT

ET CUM PRÆFATIONE

INSTRUXIT

ERNESTUS JOACHIMUS DE WESTPHALEN,

CÆSAREÆ REGIÆQUE CELSITUDINIS MAGNI DUCIS RUSSIÆ, DUCIS SLESVICI ET HOLSATIÆ CANCELLARIUS IN AULA ET SENATU INTIMO, ORDINIS DUCALIS SLESVICENSIS HOLSATICI EQUES REL.

TOMUS III.

CUM TABULIS ET IMAGINIBUS ÆRI INCISIS.



LIPSIÆ

IMPENSIS JO. CHRISTIANI MARTINI

MDCCXXXXIII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A.D.G.64
2 M

MONUMENTA INEDITA

RERUM GERMANICARUM

CIMBRICARUM

ET

MEGAPOLENSIUM,

QUIBUS

VARIA ANTIQUITATUM, HISTORIARUM, LEGUM JURIUM-
QUE GERMANIÆ, SPECIATIM NOSTRÆ ET ADJACENTIUM VICINARUMQUE
REGIONUM ARCHIVORUM OLIM LATEBANTIUM, SUPPLENTUR
ET ILLUSTRANTUR,
E CODICIBUS MANUSCRIPTIS, MEMBRANIS ET CHARTIS AUTHENTICIS
EAQUE STUDIO NOTITIÆQUE ADJICIT

ET CUM TABULIS

ERNESTUS JOACHIMUS DE WESTPHALEN,

CÆSAREÆ REGIAQUE CHRISTIERNIS MAGNÆ DUCIS RUSSIÆ, DUCIS SLESVICI ET HOL-
SATIÆ CANCELLARIUS IN AULA EJUS SENATUS CONSILIIS ADSCRIPTUS,
ELEPHORUM NOBILITATIS EQUES ETC.

TOMUS III.

CUM TABULIS ET IMAGINIBUS AERI INCISIS.

KÖNIGL.
BIBLIOTHEK
ZU
DÜSSELDORF



dd. Gravé par Fritsch, 1740.

PRÆFATIO

IN QVA PRÆCIPUA TOMI III. MONUMENTA RECENSENTUR ET DE ORIGINIBUS AC FONTIBUS JURIUM CIMBRICORUM DISSERITUR.

Primus qui res Slavorum borealium Saxonumque Transalbniorum sollicitius enarrare coepit Helmoldus est, GEROLDI *primi episcopi Lubicensis* discipulus, *a)* Scriptor circa medium Sec. XII. clarus, ecclesiæ *Bosoviensis b)* terræ Wagriorum parochus, meliori quidem forte stolaque facile dignus. Perennat ejus memoria hodieque vel ideo, quod & industria sua & fama plures excitaverit, qui post ipsius fata tela chronici Slavorum, ad annum usque 1170. ab ipso perducti, pertexenda ulterius & perficienda susceperint. Qui huic operæ manum adcinxit primus est ARNOLDUS ineunte Sec. XIII. clarus, monachus ordinis Benedictini in coenobio Ægidiano Brun- *Elogium Helmoldi.*

a) Erroneum videtur, quod perhibet PRESBYTER *Bremensis in continuat. chron Helmold. p.* 15. fuisse Helmoldum S. VICELINI discipulum. Ipse Helmoldus *in prooemio chronici* testatur, *se Præceptorem venerabilem habuisse* GEROLDUM, qui an. 1155. usque ad a. 1164. successor fuit S. Vicelini in episcopatu Oldenburgensi, Lubecam per Geroldum translato. *Error Presbyteri Bremensis.*

b) Frustra NIC. BÖDIKERUS *chr. Megap. MSC. &* AUTOR *epitaphiorum Butzovienſium & Warinenſium* aliique scriptores rerum veterum Megapolensium Helmoldi patriam oppido Butzoviæ Ducatus Mecklenburgici vindicare audent. Error natus videtur ex diversis codicum manuscriptorum chronici Helmoldini lectionibus, *Buzue, Bozove, Buzoen*, quarum ultima utitur VOSSIUS *L. II. de hist. lat. p.* 435. Quid? quod MONACHI *solis campi in annalibus coenobii Manusc.* aliique illum vocare satagant *episcopum Buzovienſem*, quos forte secutus est GERHARDUS MEIERUS *in bibliotheca. contracti L. 1. p.* 118. ubi Helmoldum salutavit canonicum Buzovienſem. In annalibus antiquis rerum Raceburgensium passim citatur Helmoldus episcopus *Raceburgenſis*, quorum fide excusandi sunt CENTURIATORES *Magdeburgici*, qui eundem errorem incrustarunt *centur. XII.* Plures aberrationes in nomine & patria Helmoldi commissas notavit JO. MOLLERUS *diatriba de Helmoldi vita §. 2. sq.* Quos tamen errores Helmoldus, patriæ suæ sedem *L. 1. c.* 2. Wagriam laudans, passim ipse castigavit, & ante Mollerum profligarunt REINERUS REINECCIUS *in prolegom. chronici Helmoldi* ab ipso cum laude editi, sed a curia Romana libris prohibitis adscripti a. 1581. JO. MICRÆLIUS *hist eccl. P. 3. p.* 21 DANCKWERTHUS *P. III chorograph. Cimbr p.* 231. *&* BANGERTUS *in notis ad Helmold L. 1. c.* 14. aliique ad unum omnes Helmoldi domicilium vindicantes Wagriæ pago *Bosow* ad lacum Plunicensem sito, amoeno non solum ob insulam adjacentem quæ a dominio episcopi Lubecensis hodieque dicitur *Bischoffswerder*; sed & memorabili tum ob internecionem *Buthui* Principis Obotritarum Megapolensium, tum propter memoriam S. VICELINI, qui ibi sub fago habitavit domumque sibi & templum Divo Petro dicatum condidit, in quo hodieque adier- *Bödikeri. Monachorum solis campi. Centuriator. Magdeburgenſium.*

Brunſvicenſi, deinde Abbatis munere coenobii S. Johannis apud Lubecenſes conſpicuus, qui chronicon laudatum exacta *continuatione usque ad a. 1209.* adauxit, quam quidem Helmoldi chronici editores, Reinerus Reineccius, Meibomius, Bangertus, Leibnitius aliique in lucem produxerunt. Secutus eſt ipſius veſtigia HERMANNUS CORNERUS Lubeca oriundus, ordinis prædicatorum monachus, lector & Magiſter S. Scripturæ in coenobio Dominicanorum ad arcem apud Lubecenſes, cui acceptam referimus *chronicam novellam* ab orbis exordio usque ad annum 1435. perductam, Saxonicis & Slavicis rebus, ad Helmoldi curas ſupplendas omnino facientibus, refertam, quam integram primus tenebris eripuit JO. GEORG ECCARDUS *Tomo II. corporis hiſtorici medii ævi num. III.* Porro in continuando Helmoldi chronico ſtudium defixit *anonymus quidam* cui *annales chronicorum Slavicorum ab A. C. usque a. ad 1265.* attribuuntur, quos edidit LINDEBROGIUS *in collect. Script. rer. Septentr. ed. Francof. p. 278. & Hamb. p. 251-261.* Pauca vero adeo in iis reperiuntur quæ ad res Slavicas pertinent, ut indigni videantur inſcriptione chronicæ Slavicæ, qua illos Lindebrogius forte primus ornavit. Ad manus eſt vetuſtus *codex MSCt. rerum Raceburgenſium* præcipue ex regiſtris menſæ epiſcopalis conſcriptus, cui idem chronicon adhæret ſub indice *annalium rerum geſtarum memorabilium ab A. D. ad a. 1265.* Inde forte eſt, quod nonnulli epiſcopo cuidam Raceburgenſi continuationem chronici Helmoldi adfingant, *c)* inter quos eſt D. JOACH. MOLLERUS *Hamburgenſis, Præpoſitus Bardovicenſis & Conſiliarius Brunſvico-Luneburgicus*, qui Cranzii metropolin a. 1548. edi curavit & in præfixo catalogo inter autores, ex quibus Cranzius Metropolin collegit, advocavit *continuatorem Helmoldi epiſcopum Raceburgenſem.* Singulari induſtria inter Helmoldi continuatores conſpicuus eſt *Plebanus Wagriæ d)* vulgo PAROCHUS *eccleſiæ in Süſel e) præfecturæ Arnsboecenſis*, qui Saxonico inferiori idiomate chronicon

Herm. Cornesi.

Anonymi.

Parochi Süſelenſis.

Origines etymologicæ Boſoviæ Holſaticæ. Butzoviæ Megapolitanæ, & Bukoviæ.

Nævi alii in chronicis Mecklenb. obvii. Orti ex confuſione nominum & locorum.

---

adſervatur Vicelini efficta imago ſtatuæ ligneæ inſculpta. Legi meretur CORNERUS *chron. apud Eccard. p. 703. & chronic. Slavicum vernaculum c. 23.* ubi ita: *De Here Vicelinus do ſin Weſent hadde binnend Boſouw under einer Boken. Und he dar den Acker leth buwen darna darf ülveſt worden ghebuwet Caſſiten eſſte Boden. Ock buwede he dar eine Kercken in de Ehre Sunte Peter und Sunte Pauwel. Dat Reſſchopp to den Ploghen leth he brynghen van Nyemünſter. De Anbeginne des Biſchopdomes weren gans kleynlik wente de Greve deme Biſchoppe to mate günſtlich was.* Quæ verba interpres latinus chronici hujus a Leibnitio editus paſſim erroneé reddit paſſim & ampliat: *Dominus vero Vicelinus habitavit in inſula Buzu, id eſt Buſow ſub fago, exercere faciens agros: poſtboc exſtructæ ſunt ibidem caſæ ædificavitque ibidem eccleſiam in honorem S. Petri Apoſtoli, utenſilia ad aratra coepit de Cuzalina & Faldera, initia igitur epiſcopatus tenera, quia comes alias optimus ſoli Epiſcopo mediocriter bonus.* Utrumque præterea nomen *Boſovia* villa Holſatica Ploenenſis & *Butzovia* urbs Megapolenſis diverſiſſimam, puto, originem agnoſcunt. Illa enim non ut FRENZELIUS *T. II. monument p.* 2417. exiſtimat *a fagis*, ſed a veteri Wagrica ſeu Slavica voce *bos, boſa*, ſambuco arbore, *boſauki*, baccis ſambuceis, quibus vicinia loci *Nezenna*, hodie *Nenken*, etiam nunc abundat, appellata videtur villa quaſi *ſambucea*; hæc vero Megapolitana ut & alia *Buſſowia* ad amnem *Stekeniſſam* verſus meridiem ab urbe Lubeca ſita, a Slavico *Buczo* tauro *Byczk*, bovibus junioribus nomen traxit, quaſi dixeris locos paſtui bovorum inſervientes. Ab utroque mihi abire videtur *Bukovia* villa Megapolenſis, quæ faginea ſilva olim circumdata ſine dubio appellata eſt a Slavico *buk* fago, *bukowiza Buch-Ecker*, docente GEORGIO LUDOVICI *in rudiment Grammat. Sorabo-Vandal. MSCt.* Ceterum plures citati ſupra generis nævos paſſim animadverti in chronicis Mecklenburgicis, quorum ſcriptoribus haud licuit frui ea, qua hodie utimur, fortuna rei literariæ & ſuppellectilis codicum cum MSCt. tum editorum. Autor enim chronici Dobberanenſis vetuſti, exeunte Sec. XV. conſcripti, laudat chronicon quoddam BUSCHKANUNI, *ſcriptum a Priore quodam in loco vicino, qui dicitur ab aquis ſalſis, per quem oppidulum* SULTAM *Megapolenſem indicat.* Indubie vero nominare voluit JOANNIS BUSCHKII ordinis canonicorum regularium S. Auguſtini, Prioris monaſterii S. Bartholomæi *in* SULTA *prope* HILDESIAM & Præpoſiti in novo opere prope Halam Saxonum *libros IV. de reformatione monaſteriorum Saxon. & vicinarum regionum circa medium Sec. XV. ſcriptos*, quos ex variis codicibus & cum ſupplementis ex codice Academiæ Kilonienſis deſcriptis primus edidit LEIBNITIUS *Tom. II. rer. Brunſvic. p. 476. & p. 806.* Affinis fere error eſt, qui SIMONI PAULI *ſeniori* in annalib. Mecklenb. MSCt. *ad a. 1170.* in mentem incidit, dum Henricum Leonem fundatorem plurium in Megapoli eccleſiarum Raceburgi, Siwani, Witteburgi laudat, fide Magiſtri ab INGELENHUSEN *in chron. Mecklenburgico & Witteborgenſi* Mirum eſt circa finem Sec. XVI. quo autor vixit de THEODERICO ENGELHUSIO presbytero monaſterii S. Mariæ *in* WITTENBORCH *dioeceſeos Hildeſienſis* a. 1434 defuncto ejusque chronici codicibus MSCtis, a MADERO demum a. 1671. & LEIBNITIO 1720. *T. II. rer. Brunſv. p.* 978. editis, nec quicquam rectius conſtitiſſe. Videatur GUILIELM. BUDÆUS *in vita Alberti II. epiſcopi Halberſtad. p.* 98. & laudatus BUSCHIUS *de reform. monaſterii apud* LEIBNITIUM *c. l. p.* 489. ubi Engelhuſium vocat *donatum presbyterum, clericum ſecularem*; quod tamen elogium in codice *Kilonienſi MSCto.* non exſtat.

c) Nec diſplicet conjectura, quam de occaſione hujus erroris adfert JO. MOLLERUS *diatrib. §. 40. & Iſagog. p. 79.* putans illum originem traxiſſe ex proletaria inſpectione Arnoldi Abbatis Lubecenſis continuationis chronici Helmoldini, quam Philippo, Epiſcopo eccleſiæ *Raceburgenſis* & fratribus ibidem dedicavit.

d) Ipſe teſtis eſt C. III. p. 4. *Vort an aver der Traven, kumt me in unſe Land* WAGIREN, *in der provincien was in Vortyden ein eddele See Stadt geheten Oldenborch, und van deme Lande to Wagheren is ene Stadt des Baltiſchen Meeres genomed Venneren.* In codice membranaceo latino legitur h. l. *Inde a civitate Obotritarum Mechelnborg, verſus nos ſunt Polabi quorum caſtrum eſt Razisburg, inde tranſitur Travena & venitur in noſtram* WAREGIAM, *cujus terræ fuit quondam vetuſtiſſima civitas maritima & valde nobilis Stargarde, nunc Oldenburgbe. A terra iſta inter Orientem & Boream eſt inſula maris Baltici Fimbrie.*

e) Notantibus AUCTORE *chronici Wagriæ MSC.* REIM. KOCKIO *in indice autorum chronico Lubec. MSCt. præfixo* & CONRAD *ab* HÖVELN *præfat. ad ſcriptum vernac. der Stadt Lüneburg Vortrefflichkeit ed.* 1668. Accedit fides codicum quorundam chronici hujus MSCtor. quorum indici præfixum legitur nomen *paſtoris cujusdam in*

con Slavicum compilavit operaque Helmoldi se profeciſſe ſcribens, præmiſſis XXX. capitulis argumenta Helmoldi chronici usque ad a. 1168. ipſis ſæpe Helmoldi verbis recenſuit, perduxitque inde usque ad a. 1485. defixa præcipue opera in recenſendis rebus civitatum Sleſvici, Lubecæ, Hamburgi, Roſtochii, Wiſmariæ, Swerini, Luneburgi. Latine redditum vel rectius in ſenſus alienos ſæpe coactum *f*) illud in lucem protraxit ERPOLDUS LINDENBROGIUS vir omnis hiſtoriæ amantiſſimus, qui inter ſcriptores rerum germanicarum ſeptentrionalium Francof. 1609. excuſos curante Fabricio denuo Hamburgi 1706. editos, opuſculum adoptavit. Demum laudandus eſt PRESBYTER *dioeceſeos alicujus Holſatiæ*, *g*) vulgo BREMENSIS appellatus, cui debemus chronicon rerum veterum Holſaticarum dialecto Saxoniæ inferioris exaratum, quod nunc demum in lucem protraho. Præmiſſis paucis à principio orbis hiſtoriæ ſacræ & ab anno 1110. Holſaticæ argumentis, auctor exorſus præcipue eſt ab a. 1164. in complementum, ut ipſe aſſerit, *chronicæ, quam piæ recordationis frater Helmoldus S. Vicelini* (rectius Geroldi epiſcopi) *diſcipulus de Holſatorum principibus & vicinis eorum fideliter compoſuit.* Inde eſt, quod ejus chronicon legatur circumferaturque vulgo inſcriptum: *Continuatio chronici Slavorum*, quippe quod ad annum usque 1448. vel ſi additamentum item vernaculum, quod eundem autorem prodere videtur, in computum dederis, usque ad a. 1460. deduxit. De nomine autoris certi nihil conſtat, conjecturæ tamen locus patet, illum oriundum fuiſſe è gente Heldia ſeu Snepelia. Non ſolum enim fronti codicis, quem ſervamus, vernaculi adſcriptum legitur nomen *Alberti Helt*, cujus etiam manu integer codex exaratus eſt; ſed & aliis probatiſſimis codicibus, & ex iis deſcripto *Gloxiniano*, præfixum eſt nomen *Henrici Snepel.* Utrumque vero cognomen unius gentis Snepeliæ dixerim, primum ſaltim Danis uſitatius, quibus & Snepel idem notat ac Helt, ſeu album, nitidum. *h*) Eandem etiam gentem hodieque apud Holſatos ſuperſtitem, olim apud Bremenſes, Itzehoæ, Oldenburgi & alibi apud Wagrios meriro ſuo floruiſſe teſtatum eſt. *i*) Sed nolumus temere nonnihil conjicere, cum adſcripta indicibus nomina facile dicenda ſint vel poſſeſſoris, vel ejus, qui codicem deſcripſit. Innotuit vero autor honoratiori officio, quo inter alios cleros eminuit. Functus enim eſt presbyterio & ſanctiori ſimul miniſterio, cui nomen acceſſit non à cancellis, ſed à veteri voce cancellando ſeu *ſcribendo*, Germanis olim *Kænzeln*, Cimbris & Norwegis *Cancællæren*, ſignificantius *Skraan*, adeo ut à Danis & Norwagis inter præcipua officia *Hirdskraaera* ſeu aulici Cancellarii diſerte *ii*) numeretur: *quod debeat* CONSCRIBERE *regias literas, diplomata libro*

Presbyteri Holſatici vulgo Bremenſis.

De nomine autoris conjecturæ.

Ejusque officio Cancellarii, Danice Skraaera ſ. Scribæ.

---

in Syſel. Fruſtra itaque JO. MOLLERUS *diatriba hiſtor. critica chronico Helmoldi præmiſſa a.* 1702. §. 39. chronicon hoc retulit inter chimerica & fictitia vel obſcuriora & inedita vel editu indigna & a nemine præter *Conradum a Höveln* memorata. Prodiit illud vernacule typis Seculi XV. circa a. 1490. in forma octava ſub indice: *Hyr begynnet de Wendeſche Kronecke;* deſinit a. 1488. *fol.* 106. Latina ejusdem interpretatio typis antiquis expreſſa eſt a. 1521. *plag. XIX fol* finitque verbis, quæ in vernacula editione non leguntur: *Finis eſt Chronicæ Slavicæ de Lubeck, Hamburg, Lüneburg, Wiſmaria, Roſtock, Sundis & ceteris civitatibus.* Ipſam interpretationem LINDENBROGIUS *inter Scriptores rerum Septentr. edit. Francof. a.* 1609. denuo excudi curavit, ipſeque MOLLERUS *introd. p.* 89. allegavit ſub titulo, quem latinus interpres ipſi attribuit. Quod tamen chronicon ipſa eſt laudata *Presbyteri Süſelenſis* continuatio chronici Helmoldini, quam quidem *Mollerus p.* 79. inter inedita ſcripta repoſuit. *Mölleri error.*

f) Ex copioſis exemplis mox c. v. in fine occurrunt verba: *Unde de Ungelove in de wyſe darby en bleſe, wente int Jahr unſes HErrn M. C unde LXVIII.* Interpres vero fingere videtur autorem chronici ſcripſiſſe a. 1168. *Et hæc ſuperſtitio apud plerosque in hunc annum & diem, ſcilicet quo ſcribitur* 1168. *perſeverat.* Præcipue innumeras adfuit additiones & integras paſſim inſeruit periodos, quæ non leguntur in autentico vernaculo. Mutat etiam chronologiam ſæpiſſime.

g) Ipſe hoc aſſerit ad a. 1169. quo chronici Helmoldi continuationem auſpicatur: *To Erfüllung der Chronicken, de Broder* Helmold *van den Herren des Landes to* HOLSTEN *unde eren Nabaren to geſettet, hefft en Preſter deſſülven Holſten Landes vor gut angeſehen &c.* Sed interpres latinus hæc reddit: *Quidam presbyter* BREMENSIS *dioeceſis hujus patriæ ſcriba.* Præcipue etiam presbyter ille ſive Bremenſis, ſive Holſaticus, in enarrandis rebus *Holſaticis* occupatus eſt & copioſus, unde & operæ præfixit inſcriptionem *chronici Holſatiæ.* Errat enim MOLLERUS *citat diatrib. §.* 35. putans, Leibnitium demum, ut argumentum autoris accuratius & perſpicue magis exprimeret, chronico hunc titulum adſcripſiſſe. Quo tamen ipſi antiquiſſimi codices vernaculi Sec. XV. ſunt inſigniti. *Patria autoris.*

h) Inde albula piſcis in noſtris oris notior *Snepel*, Danis *Helto* dicitur teſte STEPHANO *a* SCHÖNEVELD *ichtyologia Cimbr. p.* 13.

i) Fide *repertorii archivi coenobii Itzehoenſis n.* 90. quo adſervantur literæ a. 1336. in profeſto S. Johannis Baptiſtæ datæ, quibus Giſelbertus & Gerhardus fratres comites Holſatiæ cum Henrico Domicello, Gerhardi filio, vigore juris Patronatus confirmant donationem agrorum in *Bellerkroge, Hamfelde* & *Inmen* factam a Comite *Gerhardo* & miniſteriali *Henrico Nybeld* ad augendam vicariam S. Magni in coenobio Itzehoenſi, *Henrico* SNEPELIO conferendam. *Memoria gentis Snepeliæ.*

ii) In jure aulico antiquo Norwagico, HIRDSKRAA vocato, a JANO DOLMERO in linguam Danicam & latinam translato notisque illuſtrato & *a* PETRO JO. RESENIO *a.* 1673. edito, *c. XX. p.* 131. & 443. ex quo codice M. JO. PETRUS ANCHERSEN vir doctiſſ. *jus publicum & feudale veteris Norwegiæ in compendium coactum* edidit *Hafniæ a.* 1736. Quicquid SPELMANNUS de voce HIRED ſeu familia, & ex illo DOLMERUS *Etymon vocis* HIRD.

libro ſingulari inſcribere, omnes poſſeſſiones, quas Rex coronæ adjecit, in commentarium referre, fundos accurate deſcribere, annuos etiam reditus regis fideliter in literas referre ac omnia, quæ ad Regis fiſcum & theſaurum pertinent, adnotare in LANDSKYLDA SKRAA, hoc eſt libro rationum ſeu redituum. Ipſe Presbyter officium ſuum indicat ad a. 1164. verbis: *Im Stichte to Bremen en Cantzler*, quæ in latina interpretatione reddita ſunt per SCRIBAM Bremenſem, primarium quidem, qui cæteris præſtabat. Et recte omnino ac congrue, ſi ad antiqua tempora, ſtili originem & conſuetudinem reſpexeris. Quam quidem

Apud Cimbros, Anglo-Saxones.

RUS aliique adferant, mihi antiquum illud Norwagicum *bird* idem videtur ac Anglo Saxonicum *burde*, ſepimentum, munitio, latinobarbaris *Cors* ſeu *curtis parietibus munita*, unde hortus, fundus ædificiis circumſeptus, civitas, palatium, curia, Anglo-Saxonibus *geard*, Islandis *gard*, Svecis *gærd*, Italis *corte*, teſtibus VERELIO *in ind.* JUNIO *in gloſſar Gothic.* & WORMIO *L. II monumentor. Dan. p 133.* Cujus etiam eſt obſervatio, quod ſeptentrionales populi CONSTANTINOPOLIN dixerint *Myckelgard* ſeu MECKLEBURGUM, magnam munitionem ſeu civitatem. Quin teſte HELMOLDO *chron. Slav. lib. I. c. 1.* Ruſſia a Danis vocata eſt OSTROGARD item CHUNIGARD vel *chunybird*, regio orientalis, ſedes vel *aula Hunnorum*. Pertinent huc ſignificatus præcipue vocum Anglo-Saxonicarum *burdle* crates, *burdare* cratibus munire, *burditium* munimentum, *hiʒten* ſervare, cuſtodire, *gyrten* ſepire, cingere, *herd*, domus, focus, *hyrdeſeſt* domicilium fixum, *birdſæder* domi præfectus ſeu paterfamilias, de quibus SPELMANNUS, SOMNERUS, CANGIUS, WACHTERUS. Danis itaque *birdlog* idem ſonat ac *gaardsreet*, domeſticum ſeu aulicum jus, aulæ lex, Norwagis *Hirdskraa*. Poſtrema enim vox idem ſignificat ac ſcriptura, ab antiqua *ſkraæ* ſcribere, gothice *ſcriſiva*, *ſkraan*. Vnde Danis & Norwagis antiquis *Landſkylda-Skraa* eſt redituum conſignatio docente DOLMERO *d. l. p 131. & 108 not. e.* item *Laugſkraa*, *Laugſreet*, *Laugsbeſcrivelſe*, collegii ſcriptum ſeu ſtatutum; *gilde ſkraa* ſocietatis vel convivii leges; *gullbotu ſkraa* aurea bulla ſcripta, ſeu litteræ patentes, diplomata, docente TORFÆO *hiſt. Norwag. T. IV. p 26.* Accedit decantata Lex Scanica, *Skraa* appellata, quam cum *Jacobus* ERLANDSON Archiepiſcopus Lundenſis a. 1256. per conſtitutiones quasdam canonicas immutare decreviſſet, Rex Daniæ Chriſtophorus mordicus adeo tuitus eſt, ut ſingulari mandato ſubditis Scaniæ perennem uſum veteris Legis injunxerit promiſeritque inobedientibus in leges novas regium auxilium, quam tamen aliasque cum archiepiſcopo ſuſceptas inimicitias funeſta demum morte finiit, nefando quippe & inaudito ſcelere interfectus manu profligatiſſimi hominis *Arnefaſti* Archiepiſcopi Arhuſienſis, qui panem euchariſticum veneno temeratum Regi a. 1259 d. 29. Maji in templo Ripis ad altare flexis genubus poenitenti propinaſſe, ipſaque adeo ſacramenti adminiſtratione unoque ſimul momento vitam & contuliſſe & abſtuliſſe fertur teſte MEURSIO *hiſt. Dan. Lib II. p 40.* Præcipue olim collaudatæ ſunt Leges convictus S. CANUTI *Regis Daniæ & martyris* in cujus martyrii memoriam ſubditi in mutuum adjutorium & ſodalitium, quod Danis *gilda* ſeu convivium appellatur, circa a. 1087. coire coeperunt, cujus ſolemnes Leges ſtabilitæ ſunt Othoniæ a. 1100. ipſo anno, quo Canutus Rex a Pontifice numero ſanctorum eſt adſcriptus. Inſcriptio vero harum Legum hæc eſt: GILDE SKRAA, *convivium S. Canuti Regis in eccleſia B. Albani Othenſiæ a rebellibus ſubditis A. C. MLXXXVI. VI. id. Julii martyriſati, quod* CONFIRMAVIT *magnificus Dominus noſter R.* ERICUS *Otherſiæ A. C. M. C.* Conſtant hæc ſtatuta in membranis ſcripta, inedita adhuc, ex L. capitulis, quorum indicem adſcribo: 1. *De perſonis intrantibus.* 2. *de introitu convivii* 3. *de conditionibus Præparantium* 4. *de tribus Miſſis celebrandis.* 5. *de eleemoſynis.* 6. *de ſynodis celebrandis.* 7. *de hoſpitibus habendis* 8. *De colloquiis ſemel in ſeptimana.* 9. *Si extraneus vulneraverit aut interfecerit Congildam.* 10. *Si* CONGILDA *interfecerit congildam* 11. *de auxilio interficiendi & non facto* 12. *de homicidis ad convivium redire volentibus* 13. *de* STUTH *ſeu fratre coacte interfecto.* 14. *Si congilda interfecerit non congildam ſeu potentem.* 15. *de fide juſſione pro fratre redimendo vulgo* TACK 16. *de non liberantibus fratres.* 17. *de accuſantibus fratres.* 18. *de adulantibus apud potentes.* 19. *de deficientibus in legibus.* 20. *de citantibus indebiti ad placitum.* 21. *de liberatione confratrum in captivitate.* 22. *de naufragio & captivitate.* 23 *ſi non redemerit confratrem ſuum de captivitate.* 24. *de contentione fratrum in domo convivii.* 25. *de contumeliis extra convivium.* 26. *de verberibus.* 27. *ſi frater celaverit injuriam.* 28. *de portantibus arma in domum convivii ad læſionem confratris.* 29. *de diſcordia fratrum.* 30. *de cereo fracto.* 31. *de ſomno illegitimo.* 32 *de vomitu* 33. *pro caſura ebrietatis* 34. *de combuſtione* 35. *de teſſerantibus.* 36. *de ſtrepitu* 37. *de ſequentibus ad* PLACITUM. 38. *de ſequela fraterna in propinquum* 39. *de citatione fratrum coram Principibus.* 40. *de tutela fraterna circa periclitantes.* 41. *de tutela fraterna circa periclitatum.* 42. *de naufragio.* 43. *de nimia pulſatione.* 44. *de fornicatoribus.* 45. *de piſtoribus excludendis.* 46. *de male Warsla.* 47. *de* VORCOP. 48. *de pulſatione campanæ & de furto & enormitatibus.* 49. *de paupertate fratrum.* 50. *de ſigillo & rebus convivii cuſtodiendis.* In typo Sigilli adumbratur Canutus Rex corona ornatus & inter ſtellulas ſedens, toga indutus, dextrâ manu tenens globum cum cruce impoſita, ſiniſtra ſceptrum, in cujus apice flos lilii appareſ, addita inſcriptione: *Sigillum de convivio S. Kanuti in Othenſia.* Quod vide inter *Sigilla h. l. n 33.* Ipſa fraternitas inſignem autoritatem uſumque obtinuit excrevitque in præcipuis *Cimbriæ*, *Selandiæ* & *Scaniæ* civitatibus; Waldemarus etiam IVtus inter plures Daniæ Reges eandem confirmavit & in ipſam, quam occupaverat Gothlandiam, a. 1361. introduxit ejusdemque convivii membrum eſſe voluit. Quin & cordatiores cives easdem S. Canuti Regis Daniæ Leges convivales ad celebrandas memorias martyrum S. CANUTI DUCIS & *Regis Obotvitarum* a. 1130. *VII idus Januar.* a Magno, Nicolai Regis filio trucidati, & S. ERICI *R. Daniæ* a fratre Abele anno 1250. interfecti transtulerunt. Provoco ad ſtatuta quæ ita inſcribuntur: *Statuta* SKRA *convivii S. Kanuti Ryncksſtadienſis in ſylva Haralſtæd martyriſati quæ homines ſenes & diſcreti olim invenerunt ad utilitatem ejusdem convivii & convivas in proſperitate & neceſſitate ſervandas ſtatuerunt.* Et finiuntur: *Iſta ſtatuta fuerunt inventa & compilata in Ryncksſtæte ab* ALDERMÆNNIS *de convivio S.* CANUTI *A. D. milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo.* Easdem Leges ejusdem nominis deinde plures fraternitates, præcipue *Ripis* & *Sleſvici*, quin a. 1256. *Scanoræ* in Scania ſuas fecerunt. Quod ultimum docet TH. BARTHOLINUS *antiquit. Dan. L. I. c. 8. p. 130.* ubi & Legum Scanorenſium inſcriptionem cum ſupra allata plane congruam affert finemque earundem ita recitat: *Iſta ſtatuta fuerunt conſcripta vel compilata in Scanor ab XVIII. Senioribus qui dicuntur* ALDERMANNI *de convivio S.* CANUTI *A. D. M. CC LVI. VII. idus Septembr.* Adde, quod in nonnullis exemplis poſt finem ſequantur novum capitulum de concordia fratrum & rhytmi:

Explicatio vocis Skraa ejusque uſus apud Norwagos. Scanos.

Danos.

Gilde Skraa S. Canuti Regis Daniæ a. 1086. 1109.

Incrementum.

Skra S. Canuti Ducis a. 1130.

1256.

Partem verte poli, tres primas ſubtrahe ſoli
Adde Caput Lunæ frontem ſupervadde
Et poſt converte ii dico claret aperte.

Laudantur

quidem facile probaveris ævi iſtius exemplis. In privilegio monaſterii Dobirlucenſis ab Henrico Marchione Miſnenſi dato a. 1256. apud DE LUDEWIG *T. I. reliqu. p. 82.* inter teſtes cleros citatur *Meiſter Chriſtoff unſer Obirſter Schriber*, qui in eadem charta latina p. 81. *Protonotarius*. In diplomate protectionis monaſterii Ilburgenſis a. 1268. apud JO. BASILIUM à GLEICHENSTEIN *in additament. hiſt. Saxo-Goth. ſeu Tom. V. Gothæ diplomat. p. 194.* occurrit Magiſter Præpoſitus de Hein, *ſcriptor* Alberti Landgravii Thuringiæ. Perinde in charta de a. 1290. apud MENCKEN *T. II. S. R. G. f. 927.* citatur Conradus de Amera *Unſers* (Alberti Thuringi) *Sohnes Schrivere*. Explicate in privilegio Dobirlucenſi de a. 1297. apud *de* LUDEWIG *d. l. p. 181.* nominatur M. Johannes curiæ Theodorici Landgravii NOTARIUS, qui in ſequenti verſione coæva p. 183. dicitur *Unſes Hoves Obriſter* Schriver. Apud TRITHEMIUM *in chron. Hirſaug. ad a. 1333.* lauda- *Scribarum dignitas & officium apud Clevos in Germania Sec. XIII.* *Sec. XIV-XV.*

 tur

Laudantur hæc ſtatuta in bibliotheca VFFENBACH. *P. III p. 116. & bibl. MSC. p. 220.* In Erici Regis memoriam eadem ſtatuta repetita ejusque nomini inſcripta & dicata ſunt itidem Scanoræ *a. 1266.* ſeptimo idus Sept. quod fide CHRISTIANI WORMII adſtruit TERPAGERUS *in Ripis Cimbric. p. 423.* Certum vero eſt, laudata hæc convivii ſtatuta tum Canuti Ducis, tum Erici ſancti, plane quoad ſingula capitula & argumenta eadem eſſe cum S. CANUTI REGIS *Legibus convictus*, nomine martyris & inſcriptione Legum ſaltim mutatis; niſi quod TERPAGERI fide conſtet, ſtatutis convivii *S. Erici* VIII articulos recentiores acceſſiſſe, inter quos refero articulum ab eodem *p. 428* & a BARTHOLINO d. l. *p. 134.* laudatum de tribus *mimis* h. e. *poculis memoriæ*, in honorem *Erici R. Salvatoris & S. Mariæ* ſurgendo & bicaria (vulgo *Becher*) recipiendo inter cantandum ebibendis. Hæc, quæ adduxit, uſum exſerunt in emendandis erroribus paſſim receptis. Primus error eſt BARTHOLINI *c. l. p. 130.* & qui eum ſequutus eſt TERPAGERI *d. l. p. 423. § 14* ubi perhibent Leges convivii S. Canuti Ducis a. 1256. Scanoræ in Scania, adeoque 126 annis demum poſt cædem ejus literis mandatas fuiſſe. Quod falſum eſſe, facile patet. Skanorenſis enim fraternitas S. Canuti Ducis quidem a. 1256. demum coaluit; origo vero fraternitatis ejusdem Ducis mox poſt ipſius cædem a. 1131. invaluit, conviviique Leges ejusdem Ducis eodem anno ſcriptæ exſtant. Deinde ſunt, qui ætatem legum municipalium Sleſvicenſium, quas Sveno Rex a 1153. vel rectius 1155 condidiſſe fertur, impugnare nituntur ideo, quia in illarum capitulis 41. & 104. mentio fit *fratrum Gildæ* S. CANUTI, quam tamen a. 1256. demum natales ſuos coepiſſe exiſtimant. Corruit ſponte hoc aſſertum, ſi vel reſciveris, quod origo fraternitatis ipſius CANUTI DUCIS ad annum 1131. ſpectet, ætas vero Legum a fratribus convivii hujus in uſum receptarum, ipſa hac fraternitate *Ducali* longe antiquior ſit; referenda quippe ad a. 1100. quo exaratæ ſunt convivii S. *Canuti* REGIS Leges, ex quibus ſtatuta convivii Canuti Ducis transſcripta ſunt. Docet id ipſa Legum tam Canuti Ducis, quam Erici Regis inſcriptio, quæ expreſſe notavit, *Leges has jam* OLIM *a diſcretis hominibus inventas fuiſſe & conſignatas*. Quin & ipſe Canutus Dux a ſcriptoribus nominatur SENIOR & DEFENSOR *convivii S. Canuti* REGIS. Ita enim AUCTOR *chronici Danorum ab Avil.* MAGNÆO *ediri ad a. 130 p. 19.* *Nicolaus Rex cum veniſſet prope* HETHOEBY *a. 1130 diſſuaſerant ei comites & pueri ſui ne intraret illuc, dicebant enim, quod burgenſes diſtrictiſſimam* LEGEM *tenent in convivio ſuo quod appellatur* HEZLAGH, *nec ſinunt inultum eſſe, quicunque alicui convivarum illorum damnum ſive mortem intulerit, &* DUX *Kanutus dum* ADVIVERET, SENIOR erat CONVIVII *illius &* DEFENSOR. Sprevit hujusmodi admonitionem Rex & dixit: *Numquid timendum eſt nobis a pelliparis & ſutoribus iſtis? mox itaque cum villam eſſet ingreſſus clauſerunt portas civitatis & repente campana convivii clarius inſonuit. Concurrentes autem burgenſes vaſtaverunt Regem & cum omnibus qui eum defendere nitebantur morti tradiderunt, & ſic vindicatus eſt ſanguis juſtus de manu impiorum.* Quod *Svecos* attinet, unum teſtem adduxiſſe ſufficiat JO. LOCCENIUM *antiquit. Sveogoth. L. III. c. 22 p. 100.* ubi docet, quod apud Svecos tum in empriis, tum ruri in paroeciis ſodalitia, *collegia hoſpitalitatis, fraternitatis, vel tribulium collegia Sec. XIII ſeqq inſtituta ſub nomine* GILDÆ (*a collatione pecuniæ & victus ita dictæ*) *venerint, ſtatuta vero eorundem appellata ſint* GILLESKRAA. Addo, quod tribules ſeu collegii fratres nomen tulerint *Skrahröder*, ſcribæ vero ſeu collegiorum Notarii appellati ſint *Skraa Preſten, Skrivere*. Docet hoc ipſa inſpectio ſtatutorum ſocietatum, tam Svecicarum, quam Danicarum & Cimbricarum, ex quibus patet officium *ſcribæ* præcipuum fuiſſe, ut mandata Senatorum ſocietatis notaverit, ſtatuta conſcripſerit eaque in ſolemnibus conventibus prælegerit, nomina fratrum libro ſtatutorum inſcripſerit, mulctas coegerit ſervaveritque documentorum, actorum & redituum rationes. Quamvis etiam ob ſodalium machinationes & conviviorum abuſus hæc demum conventicula apud Svecos prohibita ſenſim ſint & abrogata; nihilominus tamen ordinationes opificiorum in Svecia & Finlandia a. 1669. ſtatutæ nomen vetuſtum *Skraa* retinuerunt. A Norwagis, Danis, Svecis iſta vox tranſiit ad *Cimbros*, *Saxones Weſtphalos*. Apud *Flensburgenſes* enim ſtatuta antiquiſſima a. 1284. ſcripta hoc nomine inſigniuntur; quo etiam veteres *Hadersleviensium* & *Apenradenſium* Leges ornantur. Apud *Kilonienſes* antiqua ſtatuta ad Politiam pertinentia in tabulis exarata & ſuſpenſa, inſcripta ſunt *Schraden*; quin vetuſtiſſimis rotulis legum opificiariarum vulgo *Rollen* nomen *Skraen* vel *Skraden* præfixum reperitur. Et alibi quoque hæc antiquiſſima eſt appellatio communium ſtatutorum in tabulis volubilibus, rotulis ſeu voluminibus complicatis veteri more plerumque ſcriptorum. A quibus rotulis *Skraen* ſeu *ſcriptis* Legibus, plane differunt veteres Leges *orales* in civitatibus *Kilonenſi, Tundereſi* & in oppidulis *Neomonaſterii, Grubæ* & *Græmitzæ* aliisque plurimis olim *Buer-Sprache, Kirchſpiels-Gebräuche* vocatæ, quæ olim ſtatis diebus ore recitatæ ſunt & etiam nunc quotannis hic publice a curiæ ſervo civibus præleguntur. De *Northeimenſium* antiquiſſimis ſtatutis Sec. XIII. quæ *Schraden* appellantur, teſtimonium perhibuit LEUCKFELDIUS *in antiquitat. Ilfeldenſ. c. 16. p. 212.* Præcipue antiquiſſima *Suſatenſium* ſtatuta Sec. XII in ſcripturam redacta, luculentam prætulerunt inſcriptionem *Soſter Schrae*, quarum Legum vetuſtiſſimum exemplum Sec. XI. vel XII. in membrana patente ſeu forma rotuli latine ſcriptum, quod quidem longitudinem latitudinemque duarum ulnarum egreditur, hodieque in curia adſervatur & inſtar foliorum Sibyllarum reconditur, qua ratione vel quo ſaltem conſilio definire nolo. De recentioribus ſtatutis Suſatenſibus *alte & neue Schrae*, quorum illud ad Sec. XIV. hoc ad Sec. XV. & XVI. referendum puto, luculenter dixerunt JCti litteratiſſimi, ad decora jurisprudentiæ Germanorum nati factique *Dn.* CHRISTIANUS GOTTL. RICCIUS *in cultiſſima hiſt. Statut. Germ. L. I. c. 10 §. 2. p. 181. ſeqq &* GEORG. MELCH. *de* LUDOLFF *varior. obſerv. forenſ. P. IV. ſeu in collectione ſtatutorum Germ. p. 791 810.* ubi & ipſa recentiora Suſatiæ civitatis *Skræ* ſeu ſtatuta legenda primus exhibuit. Apud *Lubecenſes* idem nomen, quod teſtantur antiqua chartularia, ſolemne olim fuit, cujus reliquias deinde ſervarunt ordinationes, opificiorum & commerciorum cauſa, conditæ. Vide *Schrage und Ordnung derer nach Moſcau handlenden Lübecker Kauff-Leute von E. E. Rath von neuen überſehen a. 1603. apud* LUNIG *R. A. Part. ſpec. Cont. IV. P. I. 171.*

Skraa Erici Regis a. 1266.

Error Bartholini.

Vindiciæ pro Statutorum Sleſvicenſium ætate.

Uſus Skraæ apud Svecos.

A quibus tranſiit ad Cimbros.

Saxones ſeu Weſtphalos.

Suſatenſes.

Et Lubecenſes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tur Vlricus de Augusta, Imperatoris *scriba secretus & homo in utroque jure peritus.* In epistola Roberti comitis de a. 1477. apud MARTENE *T. I. anecd. f. 1844.* elogium exstat illius, qui *scriba erat seu cancellarius.* Plura exempla speciatim de Henrico Præposito Merseburgensi a. 1329. & Joanne ab Isenberg, Præposito cathedralis ecclesiæ Misnensis a 1340. qui *Obrisle Schrivere* audiunt recensuit JO. GOTTL. HORN *in collection. utiliss. P. VI. p. 589.* (*) Nec mira hæc dici debet rerum constitutio. Omnis enim fere litterarum scribendarum explicandarumque peritia, scientia omnis ac eruditio Sec. XII. usque ad XV. quo autor chronici vixit, penes clericos resedit, ut demum clericatura pro ipsa doctrina & scientia, *k*) lingua vero clericalis pro latina *l*) accepta fuerit abieritque in synonyma clerum esse & esse eruditum & scribam & judicem. *m*) Est hæc observatio JOANNIS SELDENI *differt. ad Fletam p. 541.* digna quæ adscribatur: *Evanescente in Anglia usu* JURIS CÆSAREI, *mos etiam desiit Judices regios ex genere hieratico, veluti Episcopis, Abbatibus, Decanis, aliisque constituendi & tribunalibus præficiendi, excepta tantum cancellaria Angliæ, unde etiam est, quod tribunalium Ministri, qui per secula aliquot ex illo genere non fuerunt, etiam nunc* CLERICI *nuncupentur. Sed vero, licet priscis in seculis christianis etiam & scriptoribus ecclesiasticis*, clerici & clericatus *nomen ad eos, qui divino cultui ministeria religionis impendunt, denotandos eorumque innuendam dignitatem adhibeatur, quo sensu etiam vulgo hodieque retinetur; nihilominus apud Gallos Anglosque tam veteres quam recentiores usurpatum est de eis etiam, qui quocunque* DOCTRINÆ *seu* SCIENTIÆ *genere pollent, veluti Philosophis, Mathematicis, Historicis, Jurisprudentibus, Formulariis, id genus aliis, nec solum de Theologis, seu qui ex genere sunt* HIERATICO. *Unde vox illa* CLERGIE *pro ipsa* SCIENTIA *seu doctrina generatim sumta & clericus pro sciente ac docto. Hoc sensu* Grandclerc, Beauclerc, *Gallis adhibitum, uti &* Clergie *&* grand Clergie *pro summa doctrina. Et fragmentum habetur pervetusti libri literis Gallicanis conscripti, qui dicitur: Livre de* Clergie *qui est appellé le ymage del munde, cujus cap. 6. lib. I titulus est: Comment* CLERGIE *vient en France* i.e. *quomodo doctrina & scientiæ liberales in Franciam venerint. Hinc Henricus Rex noster primus Belloclericus seu Beauclerc dictus. Et Galfridus Chaucerus Philosophos Græcorum veterum clericos appellat.* Quod hoc loco SELDENUS de Gallis & Anglis clericis seu eruditis notavit, idem asserimus de *Danis*, qui ad capessendum scientiarum cultum præcipue Lutetiam Parisiorum commigrarunt, tanto applausu, ut Rex Daniæ Ericus IV. cognomento Menvedius a. 1316. usui civium Danorum, apud exteros & nominatim Parisios literis incumbentium, bona quædam instar stipendii dicaverit tradideritque dispensanda Petro Episcopo Orhinensi, notante HUITFELDIO *hist. Dan. Tom. I. p. 378.* Inde factum est, quod academia Parisiensis numeroso coetui Danorum studiosorum demum peculiarem domum, *regentiam seu collegium academicum Danorum* vocatam, addixerit, venditam deinde circa a. 1509. Carmelitariis & Laudunensibus collegiis notante CLAUD. MALINGRE *antiquit. Paris. L. II. p. 313.* Ii vero, qui inde in patriam demum reversi sunt, vel Parisiis publicis officiis admori, ibidem sedem literatam fixerunt, aliis omnibus patriæ alumnis longe cultiores visi sunt sibique vindicarunt elogium PARISKLERKUR, *clericorum Parisiensium* seu literatorum, qui Parisiis litteris operam dederunt, observante OLAO WORMIO *in specim. Lexici Runici p. 102.* Idem argumentum uberius exponunt & exemplis illustrant ANGLIGENA seu ORDERICUS VITALIS, *n*) WILHELMUS CALCULUS *o*) SPECULATOR SAXO *p*) ut plures taceamus. Quid? quod Legum etiam

In Anglia.

Et Dania.

Opinio Hornii.

*) Quamvis *cl vir* in eo aberrare videatur p. 574. quod putet, capellanos palatinos seu ministros sacrorum in Principum oratoriis nunquam venisse sub Cancellariorum Notariorumque nomine vel significatu. Diversa quidem hæc constant officia, in uno tamen homine sæpe conjuncta ut demum Capellanus & Archicapellanus, Cancellarius & supremus scriba promiscue appellationem passim subeant. Exempla adfert HUND *in metrop. Salisburg. T. I. p.* 128. 130. 350. 351. & HEMEREUS *in Augusta Viromanduorum p.* 121 *in charta a.* 1047. cujus initium: *Ego Balduinus in palatio Regis Cancellarius;* & finis: *sub sigillo Balduini archicapellani.* Nec placet, quod laudatus HORNIUS *c. l.* asseruit, Cleros, quamvis re ipsa officiis Cancellariorum Sec. XIII. & XIV. functi sint, Notariorum tamen & Protonotariorum charactare minus splendido contentos abstinuisse ex ratione status a denominatione Cancellariorum. Contraria exempla adsunt in capitularibus Francicis & Carolingicis, in monumentis ac diplomatibus *Sec. XII. XIII. XIV. XV.* quod infra ex allatis exemplis patebit.

k) STEPHANUS PASCHASIUS *L. VIII. disquisit. Francicar. c.* 13.

l) *Vetus MSC* LE *Miroir citat. a* DU FRESNE *L. V. T. II. p.* 688.

m) Inde est, quod in diplomatibus ipsi Clerici Principum Regumque veniant sæpe sub nomine Secretariorum & Consiliariorum Regiorum, qui chartis nomina sua in dorso adscripserunt. MATTHÆUS PARIS *ad a.* 1250. SELDENUS *ad Jus Anglic. L. I. c.* 18. §. 6. 9.

n) *Hist Eccles* apud DUCHESNIUM *L.* 3. *Clericus cognominatus est, quia peritia litterarum aliarumque artium apprime imbutus est.*

o) Monachus ordinis Benedictini monasterii Gemmeticensis *L. VII. hist. rer. Normannicar. a* CAMDENO *hist. Anglic. insertæ c.* 10. ubi cognominatur CLERICUS, quia copiose LITTERATUS erat.

p) *L. 1. art. 5. §. 4. Impossibile est aliquem clericum nominare nisi sit doctus.* Idem *in Novella* 123. *c.* 12.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etiam Juriumque & Decretorum notitia Cleri omnem fere dignitatem & prærogativam Laicis præcipue præripuerint adeoque inclaruerint in ipsis condendis vel colligendis Legum sanctionibus. Exempla *Bartoldi & Joannis* Antistitum Bremensium, *ob Legum, Decretorum artiumque liberalium peritiam Sec. XII. commendatissimorum in multis regnis* recensent CONRINGIUS *de orig. Jur. Germ. c. 26.* RENNERUS *chron. Bremens. MSCt.* De JO. SEMECA Præpositо Halberstadiensi a. 1241. & JOANNE PARVULO Vicario ibidem, *magno* qui laudatur, *Jurista*, vide *Historiam Archiepisc. Bremens. &* WOLTERI *chron. Bremens. apud* MEIBOMIUM *S. R. G. Tom. III. p. 262. seqq.* De Walrano Parocho Juliacensi *in Jure Canonico multum docto* agit ERDWIN ERDMANN *in chron. Episc. Osnabrugens.* De *Boldewino de Wenden* Abbate S. Michaelis Luneburgi, Decretorum Doctore peritissimo & de *Archipræposito* quodam *Upsalienſi*, Doctore Decretorum circa annum 1450. a Pontifice Oldenburgum Holsatorum misso vide BALTHASAR. A WIDA *in chronica veteri Rastadensi Oldenburgica p. 37. & 43.* Ex Sec. XIV. XV. præcipue Capellanum Osnabrugensem M. HERMANNUM DE SCHILDIS *Introductorii Juris utriusque scriptorem*, M. JOANNEM ZACHARIÆ eruditissimum Theologum & *utriusque Juris virum consultissimum Erfordiæ & in Constantiensi Synodo clarissimum* laudat JO. SCHIPHOVERUS *in chronico Archicomitum Oldenburgensium.* Ut copiosa nomina Episcoporum, qui Juris utriusque Doctorum honoribus floruerunt, lubens præteream, obvia nimirum in chronico & diplomatariis Merseburgensi & Magdeburgensi Ludewigianis & in diplomatariis nostris Raceburgensibus & Lubecensi. Præcipue in *Dania* Cleri Jurisprudentiæ Legumque ferendarum primarii antistites inter omnes eminuerunt. Sec. XII. tempore Regis Waldemari I. OLAUS *Cimber* dictus, teste LYSCHANDRO *MSC. de scriptis Danorum* ab ipso Rege ad *jura patria colligenda* excitatus, quin ideo prælatura donatus Viburgensi, scripsit *rubricam super Jus Cimbricum* quod, nisi Waldemari I. loco Regem ejusdem nominis secundum reposueris, non erit *Juticum* sed *Slesvicense statutarium* vulgo Suenonianum. Sub eodem gloriosissimi Regis Waldemari I. imperio ESKILLUS *Archiepiscopus Lundensis* a. 1178. vita functus, conjuncta cognati sui & successoris *Absolonis Huidii, Roskildensis episcopi* opera, *Codicem Legum provincialium* SCANICARUM a. 1158. compilavit, quæ vernaculo idiomate in XVII. libros & titulos 243. distinctæ prodierunt *Hafniæ* a. 1505. Deinde & *Leges* SELANDICAS colligere coepit easque ex farragine multiplicium edictorum Legumque & consuetudinum varietate in ordinem coegit confecitque a. 1171. quo Regia autoritate promulgatæ sunt, editæ Danice Hafniæ 1505. 1576. VIII. libros & 217. capita complexæ. Anno 1162. idem Archiepiscopus in synodo Lundensi *Jus Scanicum ecclesiasticum* in XXV. articulos redegit, quod codici Scanici juris adhæret. Præcipue vero insigni studio ABSOLONIS Episcopi conscriptum est *Jus ecclesiasticum Selandicum* jussu Waldemari Regis a. 1170. (alii 1171.) in synodo provinciali seu in publicis comitiis Ringstadensibus promulgatum, quod Hafniæ vetusto idiomate Danico in lucem exiit a. 1505. & germanice prodiit cura maxime Reverendi doctissimique ERICI PONTOPPIDANI Regii concionatoris aulici & S. S. Theologiæ Professoris Hafniensis *in annalibus Eccles. Danicæ diplomaticis* Lib. I. p. 423. seqq. Insigni etiam Absolonis curæ tribuendum est *), quod *vetustum jus* CASTRENSE h. e. aulicum seu curiale Regum Danorum, prisca lingua Danica *Witterlags-Rætt* **) *Witherlogh, Wedderlagslow*, appellatum, olim mandante potentissimo orbis septemtrionis Angliæque Slavorum & Sembrorum Rege *Magno & Sene* CANUTO II. circa a. 1035. in Anglia conditum

Cleri Jurium Conjulti Sec. XII XIII. sqq. in Germania.

Speciatim in Dania Sec. XII.

Olaus juris Cimbrici interpres.

Eskillus, collector Legum Scanicarum.

Selandicarum.

Absolon in jure ecclesiast. Sialand. occupatus.

Et in jure castrensi Danico.

*) Plura notatu digna, quamvis nec omnia, nec recte singula, de laudato archipræsule christianæ religionis & justitiæ acerrimo vindice Slavorumque Pomeranorum & Megapolensium debellatore, viro strenuo, facundo in toga & saga celeberrimo attulerunt SAXO *Grammaticus*, Absolonis scriba, ad compilandam hist. Dan. hortatu ipsius archiepiscopi excitatus *L. XIV. hist. p. 257.* MARTINUS PERSON (Petri) Abbas Soranus *in descript. genealogica & historica vitæ Absolonis & Esberni Snavis, fratrum gemellorum, ed. Hafn. 1589.* recusa curante *celeberr. viro* CHRIST. NETTELBLATT *in bibliothec. Svec. P. 3. n. 2.* OTTO SPERLINGIUS *in not. ad testament. Absolonis ed. Hafn. 1696.* & nuper ex instituto *Rev. Dn.* PONTOPPIADNUS *in vita Absolonis P. II. biblioth. Dan. inserta* & in ipsius *Annalib. Eccl. Dan. p. 284. - 303.* repetita.

Elogia Absolonis archiepiscopi.

**) Hanc vocem compositam ab antiqua Danica & Islandica *Wyte* noxa, *Lagh* societate & *Rætt* jure autumat RESENIUS *in notis ad idem jus p. 550.* quasi dixeris poenales leges societatis seu consortii. Parum differentit THEODORUS TORLACIUS *Vicar. Superintend. Schelfustensis apud Islandos in literis ad Resenium datis*, vocem explicans jus delictorum, jus poenale, scilicet in aula. Sed CHRISTIERNUS OSTERSONIUS *in glossar. Juridico Danico Norwag. ed. 1665. p. 828.* vocem *Viide* interpretatus est legem, *Skraa* scitum vel conventionem. Ex adverso eandem VERELIUS *in notis ad historiam Gothrici & Rolfi Regum Westrogothiæ ed. 1664.* explicuit hospitium, contubernium. Elegantior conjectura est STEPHANII *in notis ad has Leges apud Svenonem p. 146.* ubi *Witherlogh* latine reddidit per Witarum Leges, Jutis seu Witis h. e. Cimbris, Danis præcipue latas. Anglici vero interpretes vocem explicant *Witlagariam, Utlagationem*, exclusum Juris patrocinio, Legem quæ delinquentes extra Regis consortium & Legis protectionem constituit, quo sensu occurrit in Legibus ipsis Regis *Cnuti* Wintoniæ apud Anglos latis *§. 2. n. 12.* apud DAVID. WILKINS *in LL. Anglo-*

Etymon Witerlogh Resenii. Torlacii. Osterſonii. Verelii. Stephani. Skinneri. Cowelli.

tum, ab interitu, quo colluctabatur, opportune revocatum ipsoque anno ipsius emortuali a. 1201. litteris mandatum fuerit ***) accedente plausu jussuque Regis Canuti V. Waldemari I. filii, qui illud sancivit promulgavitque a. 1202. quo ipso anno rex rebus humanis ereptus est. Post Absolonem inclaruit ipsius pronepos & in Archiepiscopatu Lundensi Successor *Andreas Sunonis* Theologiæ D. sigilli Regis Canuti VI. custos seu Cancellarius a. 1228. mortuus, cujus operæ debemus *juris Scanici provincialis*, vulgo Skraa, latinam interpretationem, quam illustris Huitfeldius docta præfatione instruxit ediditque Hafniæ a. 1590. Idem Jus Siælandicum e vernaculo latine reddidit, cura Huitfeldii a mendis purgatum & Hafniæ editum fide BARTOLINI *de script. Dan. p. 7.* Aliud præclarum exemplum suppeditat *Uffo* archiepiscopus itidem Lundensis, qui sub auspiciis Regis Waldemari II. victorioси in condendo codice juris Jutici seu Cimbrici, in comitiis Wordingburgensibus a. 1240. promulgati indefessam operam exantlavit, juncta sibi præcipua ope venerandi & sapientissimi Senis GUNNARI *Episcopi Viburgensis* a. 1251. defuncti, qui in digerendo conscribendoque Legum codice Directoris & Revisoris officium sustinuit. Plura de hoc Gunnaro notavit AUCTOR *MSCti Exordii charæ insulæ* (monasterii Oemmi Arhusiensis) cujus Abbas Gunnarus a. 1216. electus erat. Facile igitur accidit, quod Præsulum horum industria huic Legum civilium codici passim (L. II. c. 13. 83. L. III. c. 9. 45.) nonnulla argumenta ecclesiastica & monastica irrepserint, ipsumque codicis primordium coeptum sit ab articulis *de puero baptizato, de baptismate dubio & de eo quid debebat dixisse ille qui puerum baptizavit.* Egregium tamen illud opus non solum ex selectioribus argumentis utriusque juris Scanici & Seelandici, sed etiam ex antiquissimis Legibus ac consuetudinibus atavitis patriis Haraldinis, Septentrionalibus Cimbricis & Saxonicis domesticis, non ex Latio conductis vel aliunde invectis, laudabili industria congessit. Qua ipsa cura non solum in Dania excellens illud ESKILLI & ABSOLONIS Archiepiscoporum in colligendis Daniæ Legibus antea defixum studium insigni intervallo superavit; sed etiam in utraque parte Germaniæ, Saxonica & Alemannica, utrique Speculatori Teutonico, Saxoni REPKOVIO & Suevo FALCKONI A GRIMMENSTEIN Duumviris in patrio jure colligendo occupatis vel *viam* monstravit, vel *palmam* certe præripuit, quod explicatius diximus in *præfat ad Tom. I. p. 108. seqq.* Præterea idem haud inficiati sunt BLUTINGIUS *in observat. ad Jus Juticum Obs. I.* & HUITFELDIUS *in præfat. ad Leges terræ Scanicæ: Cimbriæ*, inquit, *leges utpote posterius conditæ ceteris omnibus legibus provincialibus nostris præstant, tam æquitate tam forma & modo procedendi, atque ut ita dicam, præ ceteris præstantiam quandam habent.* Et porro: *Cimbricæ Leges perfectione, forma & modo lites prosequendi & decidendi præstant, Scanicæ & Selandicæ antiquitate illa simplici gaudent.* Circa medium Sec. XIII. inclaruit Magister Canutus canonicus Lundensis, mortuus 1260. qui in *libro Datico Lundensi MSCt.* vocatur egregius Logicus, in scientia naturali UTROQUE JURE doctus teste PONTOPPIDANO *d. l.* Regnante Erico Glippingio Rege, inter cleros eminuit M. JACOBUS, Regis Cancellarius, deinde Episcopus Slesvicensis, qui Legibus pagensibus seu præfecturarum vulgo *Birckerett*, ab eodem Rege in comitiis

Operæ Andreæ Sunonis in jure Scanico provinciali.

Uffonis.

Gunnari in jure Cimbrico.

M. Canutus J. V. D. 1260.

Jacobus Juris Bircæ conditor.

Aliorum.

gio-Saxon. p. 135. Alii huic voci vel tribuunt significatum excommunicationis, exlegis; vel originem denominationis repetunt a domo regia seu alba aula Londinensi *Whitehall*, quasi dixeris *Witherhalsrett*, aulæ jus, *Whiterhallslagsrett, jus aulicæ societatis*, de quo vide COWELLUM, SKINNERUM, WATSIUM aliosque in glossariis. Recte vero laudatus RESENIUS *d. l. p. 151.* notavit, quod huic conjecturæ novitas vocabuli obstet, cum teste MINSHÆO *in dictionar. Angl. p. 746.* domus *Whitehall* olim usque ad a. 1529 appellata sit *Gorckhouse*, domus archiepiscopalis Yorkensis. Corruit præterea ista opinio, cum jus illud aulicum Canuti II. non Anglis sed Danis latum promulgatumque, & deinde in Dania sub auspiciis Regum *Canuti Duri magni Boni, Svenonis Estritbii, Haraldi Cotis, Canuti S. Olai* ejus fratris & *Erici boni* severissime observatum sit, a NICOLAO etiam *Rege Daniæ* passim mitius correctum & nonnihil immutatum. Taceo alios, qui laudati juris inscriptionem ita explicant, ut significatum admittant vel juris Domestici seu *oeconomici*, vel juris *sancti*, vel legis *militaris*. Aulicos enim olim sub militum appellatione venisse docet PONTANUS *hist. Dan. p 156*

Legum aulicarum Danicarum recensio Aggonis. Saxonis. Resenii. Vedelii. Erici R.

***) Teste P. WINSLOVIO *in spicileg. arctoo p. 63.* & SVINONE *Aggonis fil.* familiari amico Absolonis Archiepiscopi *in proœmio harum Legum*, quas e prisco Danico in latinum sermonem transtulit notisque illustravit, subjunctas ipsius *historiæ gentis Danicæ a* STEPH. JO. STEPHANIO *a.* 1641. *editæ p.* 143-199. Easdem leges latine recensuit SAXO GRAMMAT. qui in contubernio Svenonis aggonis vixit & CLERICUS *h. e. scriba Absolonis Archiepiscopi* audit *hist. Dan. L. 1. p.* 196-200. Novis denuo versionibus & notis egregie instruxit ediditque PETR. JO. RESENIUS *a.* 1672. & 1673. Danice vero juxta modernum idioma easdem exposuit ANDR. SEVERINI VEDELIUS *in interpret. Dan Hist. Saxonis ed.* 1575. *p.* 226. *seqq.* ubi illas recte interpretatus est *gaards ret* aulæ jus. Qua etiam inscriptione recentiori ætate usus est ERICUS *VI. Rex. Dan.* qui novum Jus aulicum a. 1284. promulgavit *edit. Hafniæ a.* 1505. renovatum auctumque a Rege FRIDERICO II. Fridericiburgi 1562. *edit. Hafn.* 1590. hodieque valore suo conspicuum *non minus ac jura* CIMBRICA & DANICA *alia teste* RESENIO *d. l. p.* 554. Confunditur hoc Jus *Ericianum* a scriptoribus aliquando cum jure antiquo aulico *Canuti Senis*, quemadmodum iidem SVENONEM AGGONIS confundere solent cum ANDREA SUNONIS successore Absolonis in Archiepiscopatu Lundensi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mitiis Nyburgenſibus a. 1269. promulgatis operam impendit, manumque admovit induſtriam teſte AUTORE *chronici MSCt. Helſingburgenſis*, qui hujus Juris deinde a Rege Chriſtophoro reviſi & emendati codicem Helſingburgenſem laudat, editum, puto, demum a Chriſtiano IV. a. 1623. Parentis Erici veſtigia legit filius ERICUS MAENDEVEDUS, cujus conſilio plures Cleri pertinaci opera omnes fere Scaniæ & Selandiæ tabularia excuſſerunt, collegeruntque ſingula documenta in communem codicem, CONGESTA MÆNWEDI inſcriptum, ineditum adhuc & forte deperditum. Demum quoque de CANUTO *Dano* Epiſcopo Vibergenſi circa a. 1460. uſque ad a. 1481. claro notum eſt, illum venerabilem Doctorem ſuper *Jutorum* LEGISTERIUM laudari ac *expoſitiones Legum juriumque civilis & canonici concordantias circa Leges Jutiæ* vulgo *Lowbuch* conſcripſiſſe, editas Ripis a. 1507. Quibus adhærent TILLE i. e. Parvi THORDONIS, *Decani* (danice DEGHN) *Collegii Sorani ac Daniæ Legiferi* articuli & correctiones Legum dictarum *ex conſenſu meliorum regni in parlamento Danorum Neoburgi compoſitæ.* Nec mirum hoc videri poterit illis, qui ex monumentis antiquis reſciverint Danos & Jutas haud ſecus ac Germanos jam Sec. XII. & XIII. Pariſias, Bononiam aliasque Romanorum Athenas adiiſſe, & novum, quem incomparabilem putarunt, Juris Canonici & Romani theſaurum invehere ſtuduiſſe reduces in patriam, domeſticorum tamen jurium ſemper tenaciſſimam, de quo argumento infra. Exigente itaque neceſſitate, paululum & accedente cultu & ſuperſtitione factum eſt, quod vel ſoli Cleri omnium conſiliorum vel participes vel autores exſtiterint, officiis notariorum Protonotariorum, referendariorum, Cancellariorum, aliisque hujus generis admoti, rebus tum ſacris tùm civilibus in curiis, aulis & judiciis gerendis & expediundis maxime præfuerint. Exempla in promtu ſunt, ſi vel illa ex hiſce regionibus requiſiveris. Quoad Megapolin exempla de M. *Barolero Gaquino* Sueco, *Jo. Conovio q)* aliisque Cleris cancellariis adduximus in notulis ad diplomata Dobberanenſia h. l. *a. 1348. 1378. ſeqq. & in præf. Tom. II.* Accedunt JO. TEYLERUS *Theol. D. Canonicus & Cancellarius* circa a. 1484. & THOMAS RODE, aliquando *Schriver*, aliquando Notarius & a. 1483. *Cancellarius, Decanus capituli & Præpoſitus Marianus Roſtochienſis* nominatus, quam triplicem tamen dignitatem morte cruenta depoſuit prolixe notantibus Cranzio Lindenbergio, Backmeiſtero. Recentiori ævo Juris utriusque Romani & canonici Doctores *qq)* hanc

Clerici Mændevedi.

Canutus Epiſc. & Parvus Thordo.

Cleri primi miniſteriales aulici et intimi ſcribæ.

In Megapoli.

---

q) Cui pagus CONOVIA in Megapoli originem debet docente charta dotationis eccleſiæ ibidem, addu&ta a B. PATRE *meo in Presbyterologia Mecklenb. MSC.* *Conovia.*

qq) Autoritas enim Laicorum cultu præcipue & autoritate *juris Romani Doctorum* gliſcere pedetentim ac cum clericorum Scabinorumque induſtria conjungi primum, demumque incrementa & prooedriam ſibi vindicare coepit, adeo ut J. V. Doctores palmam & ipſis nobilibus præripuerint notante THOMASIO *in not. ad teſtament. Oſſ. p.* 74. n 19. HORNIO *Collect. biblioth. man. Sax. p. 6. p.* 575. DIPLOVATIO *in vita Bartoli inſignibus gentilitiis a Carolo IV. donati apud* FABRICIUM *biblioth. græc. V. XII. §.* 6. Addo quædam de Juris Doctorum in aulis Principum Germaniæ fortuna & cultu teſtimonia. Teſtis adeſt FRID. LANGE *in Saxon. apud Meibom. T. I. p.* 809 ubi laude proſequitur *Doctores Decretorum, Legiſtas multos, pariterque Sophiſtas Weſtphalos & Saxones.* Idem docet FABRICIUS *L. II annal. urbis Miſenæ p.* 164 *ad a.* 1494. *Fridericus*, inquit, *Dux Saxoniæ Alberti filius d.* 24 *Septembr. Miſena tranſiit Senas in* ITALIAM *litterarum cauſa & in ejus comitatu fuit comes Leiſnicius Doctores* PAULUS WATEUS & HENRICUS SCHEIBA. Et *idem Lib. VII. orig. Sax. p.* 840. *Fridericus reverſus ex Italia interfuit conventui Vicormatienſi, in quem deduxit inter præcipuos Euſtachium Leuſnicenſem comitem &c. & Chriſtophorum* GABELENTIUM *Doctorem.* De Sigismundo Imp. conſtat, ipſi a conſiliis fuiſſe J. V. D. *Georgium* FISCELLUM teſte CONRINGIO *de O. J. G. c.* 32. *p.* 186. & LEHMANN *chron. Sp. VII c.* 79. *p* 863. Idem facile teſtatum eſt de Maximiliano Imp. qui *Petrum* RAVENNATEM *J. V. D Italum* equitibus auratis adnumeravit ejusque ſtudia Principibus commendavit, ut demum Bogislaus Dux Pomeraniæ ipſum conſtituerit *Rectorem Univerſitatis Studii Gryphiswaldenſis & Doctorem ordinarium Juris Imperialis*, quos titulos æque ac equeſtres honores ipſe Ravennas ſibi tribuit in *repetitione capituli de immunitate eccleſiæ impreſſa Lubecæ per Lucam Brandis a.* 1499. *fol.* & *in alphabeto aureo utriusque Juris*, quod ampliſſimæ Germanorum univerſitati Colonienſi nuncupavit *ediditque Waltherus* TANGHERIUS *a.* 1507. de quo *vide a* SEELEN *Select. litterar. p.* 680. Ludovico etiam Bavaro Imp. ab intimis conſiliis fuiſſe *Ulricum Hanghenohe* JCtum, teſtis eſt WERLICHIUS *chr. Auguſt. P. II. p.* 100. & SCHEDELIUS *in chr. Norib. edito* 1493. *fol. CCXXVI. Mapheus*, inquit, *Bergomenſis ex nobili vetuſtaque foreſtorum familia natus, non modo* JURIS CIVILIS *& Pontificii abunde doctus, ſed etiam eloquentia & rerum gerendarum prudentia inſignis, tempeſtate hac propter easdem præclariſſimas virtutes apud Ludovicum Bavarum Imperatorem maximo in pretio habitus eſt, quod indultis privilegiis gratis conceſſis optime conteſtatus eſt. Nam eidem ſucceſſoribusque ſuis, ob grata obſequia in ipſum exhibita, munificentiſſimum privilegium immunitatis & exemtionis liberaliſſime conceſſit conſtituens eum ſucceſſoresque ejus ſuum* PALATINUM, *eximens eum ab omnibus oneribus, dans ei poteſtatem Notarios & tabelliones creandi illegitimosve naturales legitimandi. Inſuper etiam concedit eis Judices ordinarios & Regios miſſos legitime poſſe conſtituere & ordinare; idque privilegium datum fuit in civitate Tridentina die XX. Januar. a.* 1330. Plura exempla Juris Doctorum Cæſareorum, Colonienſium, Trevirenſium, Würtzburgenſium, Bavarorum ad comitia Imperialia ablegatorum obvia ſunt ubique ſpeciatim apud LEHMANN *chron. Spir. p.* 999. GOLDAST. *Conſtit. Imperial. P. II p.* 302. 305 Idem ex actis comitiorum provincialium principum Germaniæ & ex diplomatariis Sec. XIII. XIV. eſt teſtatiſſimum. Accedit quod nec ipſi Principes dedecori ſibi putaverint, Juris DD. titulo ornari. Inter cæteros enim *Mauritium* comitem Oldenburgenſ. in utroque Jure Baccalaureum refert SCIPHOVERUS *chron. Oldenb. apud Meibom. 3*11. *p.* 172. *ad a.* 1450. *p.* 177 *ad a.* 1451. Addo ſaltim obſervatiunculam, quod ex hac Juris Doctorum *Autoritas juris romani peritorum in aulis Principum.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hanc provinciam jure cujusdam prooedriæ occuparunt *r*), & Cleros demum & Scabinos juris patrii peritos aliquando item huic officio præfectos, ſenſim loco moverunt. In Dania vero & regionibus borealibus antiquiſſimo ævo ſacri antiſtites *Scialdri* ſeu Poetæ, deinde *Capellani*, viri eccleſiaſtici, Epiſcopi in aulis Regum, ſcribarum officiis præfuerunt. Primus SNORRO *in chronico Norwag.* meminit tituli Cancellarii poſt tempora Regis Ingonis Bartzonii: nomina vero quædam eorum, qui tum ſacram curam Regiæ capellæ, tum cancellariæ & cuſtodiæ monumentorum geſſerunt recenſet DOLMERUS *s*) cujus etiam

Dania.

Origo diſtinctionis conſiliariorum.

in aulis Principum dignitate & præferentia orta videatur diſtinctio *Conſiliariorum nobilium* ſeu provincialium *Land-Ræthe* & *eruditorum* ſeu Jure conſultorum *Ehrbare gelahrte Ræthe*, tam in *Megapoli* olim obſervata, quam hodieque uſitata in *Holſatia*, præcipue in judicio Provinciali cui pari numero nobiles & eruditi Conſiliarii præſiciuntur. Vide *ordinationem Mecklenb. aulicam & Provincial. a. 1570. præf. Receſſ.* CHRISTIANI III. *Regis Dan. a. 1558. Dn.* DE BEHR *rer. Mecklenb. L. V. p. 884. &* STEPH. BURGERMEISTERUM *in theſibus Juris equeſtris publ. & privati p. 566.* ubi diſputant de antiqua Imperii forma *militari* reipublicæ Germanorum ſenſim mutata a Juris Romani Doctoribus in aulas Principum receptis rebusque gerendis admotis.

Cancellarii Sverin. & Guſtrovienſes.

r) Exempla adſunt in utraque Ducum Megapolenſium aula. In SVERINENSI ante *D. Nicol.* MARESCHALCUM, qui vel a Marte, vel a patria *Thurius* vocari voluit, a. 1511. Ducum Henrici & Alberti Cancellarium, inclaruit *D. Brandanus a* BELLA QUERCU ſeu *Schoneich*, nobilis Sileſius, Cancellarius Ducis Alberti a. 1504. cujus gentilitiam proſapiam exponunt JO. SINAPUS *Olsnograph. ed. 1707. p. 721.* MANLIUS *in comment. hiſt. Luſat. apud* HOFFMANNUM *in Vol. ſcriptorum rer. Luſat. L. 1. c. 8.* FRIDERICUS LUCÆ *memorabil. Sileſ. p. 588.* CHYTRÆUS *comment. in Joſuam c. 8. T. II oper. p. 57.* WENCESLAUS BERGMANN *in tremenda mortis hora P. I. c. 16. p. 165.* Deinde in annalibus laudantur utriusque juris Doctores vel Licentiati cancellarii I.) CASP. *a Schoneich* comes Ducis Henrici Pacifici in comitiis Auguſtanis a. 1530. cujus perhonorificam mentionem poſt Coeleſtinum fecit CHYTRÆUS *Sax. L. 14. p. 371. L. 20. p. 526.* HEDERICUS *chr. Swerinenſ. ad a. 1536.* II.) WOLFGANGUS KETTWICH circa a. 1527. Alberti Ducis Cancellarius. III.) PETRUS a SPRENGERN, Hennebergenſis, ejusdem Ducis tempore a 1543. IV.) EMERANUS ZIRINGERUS ævo Ducum Patris & filii Hinrici & Philippi a. 1547. VI.) JOANNES RICHTERUS a patria Metropoli Luſatiæ inferioris dictus LUCANUS Jo. Alberti I. Ducis tempore a. 1548. †. 1562. de quo legi merentur *D.* SIMON PAULI *Part. III. Poſtill. fol. 114.* CHYTRÆUS *orat. p. 233. elegia græca inter ſcripta Roſtoch. p. 164.* TOMAS *in annal. Guſtrov. Period. 3 p. 144.* GROSSER. *memorand. Luſat. P. IV. p. 164.* HECHTIUS *in memor. Jo. Lucani ed. 1714. inſerta ſingularibus hiſtorico litterariis Luſaticis P. XII. p. 791. ſeqq. &* AUTOR *libri viſitation. eccleſiaſticar. Megapolenſ. MSC. ad a. 1553.* VII.) HENR. HUSANUS, *Thuringus Iſenacenſis*, a. 1561. mortuus Luneburgi a. 1587. cujus memoriam ſervarunt tum ſcripta erudita civilia, feudalia, poetica, tum NATHAN. CHYTRÆUS *in epigrammat. ed. 1573 p. 34.* P. LINDENBERG *in narrat. hiſtoric. a. 1586. 1591. p. 23. & l. 1. heroic. ed. 1595. p. 17.* PAULINI *in ſyntagm. rer. antiqu. p. 216.* JO. CASELIUS *in orationib.* MELCH. ADAMI *memor. p. 287.* & præcipue D. JOSIAS MARCUS Vicarius Cancellarius Adolphi Ducis Holſat. & Sleſvic. *in hiſtorica narratione tractatuum, quæ jura inveſtituræ Sleſvicenſ. & Femarienſis concernunt, Odenſeenſium a. 1579.* quibus ex commiſſione Vlrici Ducis Megapolitani *Huſanus* interfuit. VIII.) JOACH. GREGORIUS *Bricenſis Marchicus*, tempore Ducis JO. Alberti a. 1575. de quo vide SCHÜTZ *in vita Chytræi a. 1575. p. 324.* IX.) MICHAEL GRASSUS *Treptovienſis* 1590. X.) ANDREAS MYLIUS a. 1587. mortuus 1594. quem laudat CHYTRÆUS *Saxon. L. 30. p. 894.* CASELIUS, cujus ſocer fuit, *in epiſtolis a* DRANSFELDIO *editis p. 651. 671. 677. 681.* XI.) BALTHASAR *a* SCHÖNEICH *a. 1595.* XII.) HAJO *a* NESSA *nobilis Friſius* a. 1609. cujus memoriam exhibet HENR. WITTENIUS *in Diatr. biogr. ad a. 1620.* CASELIUS *Ep. p. 485.* XIII.) HENR. STALLMEISTERUS in aulam Ulrici Epiſcopi Sverinenſ. vocatus 1615. mort 1632. XIV.) LAUR. STEPHANI a. 1621. *mort. 1657.* XV.) CHRISTOPH *a* HAGEN 1618. mort. 1636. XVI.) DIETERICUS REINKINGIUS a. 1631. dimiſſus a. 1634. obiit a. 1566. in munere Cancellarii Regii Dan. & Præſidis Tribunalis Pinnebergici XVII.) JO. PFRSÜND 1635. XVIII.) DANIEL NICOLAI *de* GREIFFENCRANTZ 1646. abiit Stadam 1656. XIX.) DANIEL *de* MITHOE 1660. obiit Lauenburgi 1666. XX.) CHRISTOPH KRAUTHOFF *Neobrandenburgens.* 1663. XXI.) HILDEBRAND *a* WIDENBRUG a 1665. ſubſcripſit transactionem inter Duces patrueles factam a. 1666. XXII.) JO. HENR. WEDEMANNUS *a.* 1667. celeri morte exſtinctus Lubecæ 1685. de quo vide *chronic. Parchim p. 28.* XXIII.) VINCENTIUS GARMERUS *Hamburgenſis* a. 1678. Wedemanno ſuffectus a. 1680. dimiſſus. XXIV.) JO. *de* KLEIN *Roſtochienſis* JCtus celeberrimus. Obiit a. 1732. In aula GUSTROVIENSI laudato muneri præfuerunt. (I.) *D.* JO SCHEYRINGIUS (*a Zeering*) Patricius Magdeburg. Divi Lutheri domeſticus amicus, Vlrici Ducis anno 1547. Cancellarius transactioni Roſtochienſi a. 1551. adhibitus, de cujus proſapia & virtutibus videatur *Chytræus Saxon. L. 17. p. 453.* MERCKELIUS *im Magdeburgiſchen Bericht pl. h. 1.* SECKENDORFFIUS *hiſt. Luther. L. 3. p. 257.* FABRITIUS *centifol. Luther. p. 946.* (II.) JO. GYSELERUS *Schwartzburgenſis 1560.* (III.) GEORG *a* THESSMAR *Urſinius* 1573. cujus conſuetudine familiari uſus eſt CHYTRÆUS teſte eodem *in epiſtolis p. 22. 153. 188. 906. 1260.* (IV.) JACOBUS BORDINGIUS 1586. poſt mortem Joannis Ducis etiam Sverinenſis Cancellarius a. 1594. Lubecam diſceſſit a. 1600. cujus memoriam conſervavit NEOVINUS *Superintend. Sverinenſis in epiſt. ad D. Luc. Bacmeiſterum jun. 1608.* KIRCHMANNUS *in orat. in ejus obitum habita & M.* ADAMI *in vitis JCtorum 1616.* (V.) DANIEL ZÖLLNERUS tempore Caroli Ducis & Adolphi Friderici 1605. 1611. (VI.) ERNESTUS COTHMANNUS *Lemgovienſis*, Ducis Jo. Alberti II. Cancellarius de quo BODOCKIUS *in fama poſthuma Cothmann. ed. 1645.* WITTEN *diar. biogr. ad a. 1724.* (VII.) JOH. COTHMANNUS Erneſtus frater a 1631. (VIII.) JUSTUS BRUTINGIUS 1661. (IX.) JO. OTTO TABOR *Budiſſinenſis* †. Giſſæ a. 1674. (X.) JO SLUTERUS 1668. (XI.) JO. POMERESCH 1678. (XII.) ANDR. CURTIUS 1688? Quorum aliorumque vitas recenſuit *b.* PARENS *in MSC. de Cancellariis Mecklenb.*

Dolmeri teſtimonium.

s) In *notis ad jus antiquum aulicum Norwag. p. 447. Ita,* inquit ASCATINUS *Cancellarius* MAGNI HAQUINI, *erat antea ſacerdos aulicus patris ejus & ut ex chronico Snorronis patet Epiſcopus Bergenſis. Hinc evenit ut eccleſiaſtica omnia ad Regem pertinentia cancellarius adminiſtraret eccleſias, diſponeret & regio nomine* VISITATORIS *munus exſequeretur. Idcirco duo ſacerdotes* AULICI *qui capellam regiam curabant in hoc capite XX. juris aulici* CANCELLARIO *adjunguntur. Capella enim &* CAPELLANI *appellatione nominabantur olim Cancellaria & Cancellarii, quum* INDIVIDUA *tum eſſent illa munera. Sic cancellarius Ottonis Imp. capellani nomine cenſetur apud Ekkardum* jun. *de S Gall C. II. Et Einhardus Caroli M. Imp. Cancellarius vocatur* ARCHICAPELLANUS *in chronico Schwarzalenſi: ſic in ſubſcriptionibus antiquorum privilegiorum Mindenſis eccleſiæ*

iam est observatio, quod ex eadem causa Rex *Magnus IV.* in *codice Juris aul. Norwag. a. 1273. condito* tum Regiorum Cancellariorum tum HIRDPRESTA, *pastorum aulicorum* munera officia & honores uno capite XX. conjunctim exposuerit. Potuissent itaque superfedere exhortationibus suis Pontifices *Alexander III.* & *Gregorius VII.* quorum ille in epistola ad Principes per Suioniam & Daniam constitutos, hic in litteris ad Canutum Regem Daniæ indiscrete monet: *Ut inter virtutes illorum emineat defensio ecclesiarum, proximumque locum teneat sacerdotalis ordinis reverentia demumque justitia & misericordia in judiciis.* Constabit res facile luculentius, si vel ex annalibus Danicis, Episcoporum qui Cancellariorum & consiliariorum sanctiorum munera obierunt nomina notaveris, quorum præcipua dixeris *Petri Sunonis*, Waldemari I. Reg. Cancellarii, deinde Episcopi Roskildensis a. 1170 *Olai* Episcopi Ripensis Waldemari II. Regis Cancellarii 1219. *M. Chetilli* seu *Kiliani* Viburgensis Episcopi Regis Christophori Cancellarii 1152. *Olai Globi* Episcopi Borglumensis sub Erico R. 1258. *Guidonis* ex monacho Cancellarii R. Erici mortui 1320. *Jo. Petri* Cancellarii R. Erici Pomerani, deinde Ep. Roeschild. 1431. *Olai Martini* (Mortenson) a. 1465. Regis Christiani I. Cancellarii deinde Episcopi Roschild. mortui 1475. ss) Inprimis notissima sunt recentiora sacrorum nomina, qui formulam regiminis olim subscripserunt, quorum verbi causa Lundensis, Roskildensis, Ottoseensis cum regni Consiliariis aliis itemque Abbate Soræ & Priore Anderschowensi unionem regni Daniæ & ducatuum Slesvici & Holsatiæ a. 1533 consignarunt, confirmatam deinde a. 1593. a Rege Christiano IV. Olim etiam *Scribæ* elogium Daniæ Cancellariis solemne fuisse constat ampliatione privilegiorum ordini nobilium Slesvici & Holsatiæ a *Christiano I.* Rege Daniæ indulta Kiliæ die Veneris ante Dominicam Palmarum a. 1460. ubi etiam de feudis sive ecclesiasticis sive secularibus, nonnisi indigenis conferendis agitur, adjecta tamen exceptione intuitu Cancellarii Regii, cui *res germanicæ* t) expediendæ incumbunt: *willen ock nemande Lehn in dissen Lande vorlenen geistlick efft weltlick, sonder Inwaner der Lande und Unsen dütschen Cantzeler und Schrivere.* Apud Suecos a solis collegiis Monasticis diu pependit res litteraria, quid? *Suecia.* quod post institutam demum a. 1477. academiam Upsaliensem parum adeo profecerint plures cleri, ut JO. MAGNUS Archiepiscopus Upsaliensis in epistola ad Priorem & fratres monasterii Waldstenensis conquestus sit: *Clericos regni Suionici tam negligenter in scholis educatos, ut pauciſſimi verbum DEI populo prædicare sciant, & nonnulli ne sacras quidem literas competenter legere queant.* tt) Qui itaque pauci eminuerunt, spartam facile nacti sunt insignem inter Primates ordinis ecclesiastici & Senatores regni, inter quos regni Cancellarius actorumque publicorum custos perpetuus *Episcopus Strengnesiensis* laudatur a MESSENIO *chron Ep. p. 88.* Præcipue eminuit olim Archiepiscopus *Upsaliensis* de quo exstat dispositio in Legibus Christophorianis editis a LOCCENIO *a. 1672. cap. IV. & C. VIII. p. 20. quod Rex inauguratus in Senatum debeat cooptare Archiepiscopum ejusque suffraganeos.* Inde est quod Episcopi Sueoniæ in literis ad Papam apud HADORPH. *collect. diplom. veter. p. 73.* audacter contendant, longævam in regno Suioniæ, Daniæ Norwagiæque inoleviſſe consuetudinem, quod horum regnorum Archiepiscopi & Episcopi primi post Regem in pertractandis negotiis consideant consiliarii. Plura exempla & argumenta occurrunt

---

ciesiæ archicapellanus passim venit pro archicancellario. In chronico Snorronis quatuor cancellarii memorantur Eliefus Cancellarius Regis Haquini, Ascetinus Regis Magni Haquini, Joannes Ivari Regis Haquini Magni, Joannes Vinoldi Regis Olai Haquini.

ss) Ex quibus exemplis constat quod dignitatem cancellarii vel comitata vel secuta sit *prælatura* Instar omnium sunt exempla ABSOLONIS & *Andreæ* SUNONIS archiepiscoporum Lundensium, quos supra laudavimus.

t) Quibus distinguitur a *Cancellario regni Danici*, in antiquis chartis *Kichs Scriver.* Nomina tam Cancellariorum *Imperii Dani-* Regum dynastiæ Oldenburgens. quam *regni Daniæ* distinctim recensuit SUANINGIUS *chronol. Dan. prolegom. ci scribæ. p 4. & p. 100. seqq.* Paucula huc facientia congessit C. H. S. *in schedis MSC.* quibus singularia quædam de Cancellariis *M. Johanne* FRIS, *M. ab* UTENHOFF, *Christiano* THOMSEN *& Christophoro a* LIPPE J. U. D. *Friderici III. R. Cancellar.* proletaria licet opera exhibentur.

tt) Vide doctissimum *Dn.* NETTELBLATT *instructissima dissert. de Episc. regni Suionici P. 3 biblioth. Suec. §. 75.* qui ipse Suecus candide addit §. 44. p. 49. *Jus quoque regni Suionici publicum hucusque non admodum excoluisse viros doctos Sueones.* Ratio non latet in ingenio vel industria Suecorum, quibus virtutibus nemini gentium sunt secundi; nec quærenda est in contemtu juris publici, cujus vitii nemo hactenus Suecos accusavit nec accusabit unquam: sed latet inter reliquas alias in multiplici imperii formula, &, quod ab illa pendet, juris publici *fortuna* & *indole.* Sed illam tamen Nettelblattii assertionem, verissimam licet, alieno plane animo feret *M.* OSANDER *Suecus*, qui *in dissert. de fama eruditor. in Suecia virorum a contemtu juris publici vindicata* malevolo affectu, virtute ingenui Sueci prorsus indigno insultatur iis, qui nemini injuriam faciendo, recte asseruerunt, multiplicem regiminis Suecici conversionem in causa esse, quod jura publica Sueciæ non adeo systematica & exculta sint, quam quidem jura publica Germaniæ una eademque & perenni formula imperii subnixa. Paucula alia næniis OSANDRINÆ *disputationis* reposui *in comment. de instituto comitiali & privato conficiendi codicem juris germanici p. 69 seqq.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

currunt in citata collectione p. 13. 32. 150. aliaque adducta a DICKMANNO *antiquit. eccleſiaſt. p. 254.* & laudato D. NETTELBLATTO *d. l. §. 44. 45. p. 51. §. 62. p. 68. ſeqq.* ubi præcipue de prærogativa epiſcopi Upſalienſis vicarii aliquando Regis & gubernatoris regni luculenter diſpexit.

Cimbria. Quoad Cimbriam facile teſtatum redditur, quod epiſcopi Sleſvicenſes olim in conventibus regni Daniæ comparuerint, gaviſique ſint non ſolum in Senatu regni voto & ſeſſione Prælatorum; ſed electioni Regum etiam & Legibus condendis vel promulgandis *) adſtiterint, translato vero in Ducalem poteſtatem Cimbriæ principatu, interfuerint comitiis & judiciis provincialibus cum ceteris ordinibus territorii. Speciatim *Rodulphum* epiſcopum Sleſvicenſem Waldemarus I. Dux Sleſvic. Cancellarium conſtituit, quo titulo etiam Chriſtianus I. Rex Daniæ in literis aliquando *Nicolaum* epiſcopum Sleſvicenſem ſalutavit.

Holſatia tam in aula. Quod Holſatiam attinet, ex antiquis documentis apparet, Rectoribus eccleſiarum, capellanis & presbyteris Kiliæ nonnunquam Sec. XIII. & XIV. delata fuiſſe munia ſcribarum aulicorum. In privilegio, quo CHRISTOPHORUS *Rex Danorum & Slavorum* civibus de Kyl libertatem nundinarum Scanenſium & exemtionem a jure naufragii a. 1329. indulſit, inter teſtes *Presbyteros & Capellanos* citatur *Magiſter Johannes Faber* Kilonienſis Prothonotarius. Habuit etiam Johannes Comes Holſatiæ & Stormariæ Oldenburgi cancellarium aulæ ſuæ quem in chartis a. 1341. 1342. nominat Joannem Crumbeck plebanum (parochum) oppidi Oldenborch *capellanum ſuum ſcribamque curiæ ſuæ ibidem.* Ex *Sec. ſequenti* adeſt confirmatio privilegiorum Kilonienſium ab *Henrico & Adolpho Ducibus Sleſvic. & Comitibus Holſatiæ* conceſſa, a. 1422. in cujus fine exſtant verba: *Gegeven in Gegenwardicheit Unſer truwen Rathgevere Hn. Marquard Flottowen Preſters, Unſes Cancelleres.* Eodem Seculo præcipue hæc officia primaria demandata leguntur in Holſatia viris ex ordine Clerorum, quorum demum loca & jura ſibi primum aſſeruerunt juris Romani periti ac Doctores, doctrina illa tranſalpina excelſiori vulgo & ſubtiliori aulis Principum haud una ex ratione politica & civili commendatiſſimi. Quibus etiam Sec. XVI. XVII. plerumque hæc ſparta aulica ceſſit. (u)

Quam judicio juſtitiæ. Idem dixerim de primariis præfectis judiciorum, quos hodie poſt conſtituta demum & in ordinem civilem redacta tribunalia Cancellarios dicimus regiminis, juſtitiæ ſeu Cancellariæ. Quorum certe officiis olim Cleri capellani & ſcribæ aulici, utpote juſtitiæ dicundæ inprimis inſervientes, ſimul functi ſunt. Quod & obſervavit AUTOR *vitæ* JOSIÆ MARCI *J. V. D. & vicarii cancellarii regiminis Glückſtadienſis* (cujus elogium vide in receſſ. Kilon. a. 1583. d. 28 Februar.) cui opuſculo adhærent quædam ſingularia de *D. Theod.* REINCKINGIO Regis Friderici III. Cancellario Glückſtadienſi ejusque ſucceſſore LILIENKRONIO.

Et Provincialis. Porro haud obſcure conſtat, è clero quondam electum fuiſſe *ſcribam provincialem Holſaticum*, quem *communem* olim vocant, à Rege quippe & Principe in cauſis ad communia jura & dominia ſpectantibus conſtitutum, ad placita quoque ſeu comitia provincialia Cimbriæ, *Bornhövede* olim celebrata, ablegatum, ut in publicum proferret argumenta litterisque conſignaret, recentiori noſtraque ætate Cancellarii provincialis elogio conſpicuum. Qui & veterum Jurium & prærogativarum memoriam etiam nunc tuetur. Judicio enim quod à tempore vocari ſvevit *quartali*, & quod illud inſequitur *provinciali* utriusque Imperantis nomine adſidet, memoranda proponit decreta & ſententias expedit, promulgat, ſubſcriptione ſua munit, commiſſiones decernit, jura ac commoda Regia & Ducalia obſervat, in formandis deductionibus aliisque publicis & devolutis ad cameram Cæſaream negotiis occupatur. Legationibus etiam & deputationibus ad comitia Imperialia & circularia, officiis & commiſſionibus extraordinariis rebusque arduis examinandis aliquando inſerviit, cujus rei exemplum ſuppeditat cauſa Sunderburgenſis Principumque apanagiatorum cum ordine equeſtri in quæſtionibus apanagii, fori competentiæ & contributionis, quam *Fræulein-Steuer* vocant, controverſa anno 1636. Adſcitis enim ex mandato Principum nonnullis ex ordine nobilium in hac controverſia dilucianda & ex actis recenſenda operam navavit, quin deinde in aula Cæſarea eandem compoſuit *Hinricus* ab *Hatten* Cancellarius provincialis

---

*) Teſte RESENIO *in præfat. ad Codicem jur. Jut.* JOANNES *Epiſcopus Sleſvicenſis* Regi Waldemaro in ferendo *jure* JUTICO occupato conſilia ſuppeditavit & ipſis, in quibus illud promulgabatur, comitiis a. 1240. interfuit. Quod etiam refert HIER. CYPRÆUS *h. l. p.* 231. Inſcriptio vero antiqui Codicis *juris Hadersl. benſis* docet, BARTOLDUM *Epiſcopum Sleſvicenſem* cum relquis Regis conſiliariis, præcipue Epiſcopo Ripenſi conficiendo huic codici inſerviiſſe Anno 1292.

u) Quod docent exempla *Detlevi* REVENTLOVII J U. D. & Cancellarii 1521. *Adami* TRAZIGERI ſub Duce Adolpho, *Henrici* OELGARDI a. 1569. ſub Duce Joanne Seniore; *Nicol.* JUNGII ſub Jo. Adolpho Principe 1603. *Jonath.* GUTSLOVII, *Laurent.* LÆLII, *Hieron.* SCHULTZII, *Erici* HEIDMANNI, *Jo.* LUENINGII 1603. Ut alia recentiora nomina, *Antonii de* WINTERHEIM, *Nic.* BOCKELII, *Jo. Ad.* KIELMANN CRONSTEDII, ULCKENII taceamus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cialis. Accedit, quod injunctum ipſi eſt in ordinatione provinciali, Sleſvico-Holſatica P. 4. c. 5. directorium *in Scribas judicii omnes & Notarios*, quorum nulli, inſcio ipſo & invito, diſcedere licet è laudato judicio. Quæ ſingula, puto, vetuſtatis ſupra aſſertæ reliquias manifeſto produnt, quarum quidem plura argumenta facile inveniet, qui *Friderici II.* Regis Johannis jun. filii, *Chriſtiani III.* ac *Adolphi* fratris Chriſtiani III. conſtitutionem Flensburgenſem *de officio Cancellarii provincialis a. 1564. d. 26. Oct.* promulgatam *Receſſum Flenopolit. de a. 1590.* & D. THEOD. BUSSII, vocati a. 1624. à Chriſtiano IV & Friderico Duce Cancellarii provinc. *ſchedas MSCt. officio Cancellarii* in auxilia vocaverit. Olim itidem ordo ſtatuum provincialium Holſaticorum aliquando pependit à conſiliis alicujus cleri vel hujus ordinis Miniſterialis, quem *Scribam communem*, deinde *Advocatum* hodie *Syndicum provincialem* appellant, cujus opera defigitur etiam nunc in formandis, ſcribendis & expediendis cauſarum argumentis, quod docent litteræ mandatorum & vocationum hanc ſpartam concernentes, datæ D. ALBERTO HEINIO *Profeſſori Roſtochienſi* a. 1609. D. HINRICO *ab* HATTEN *Civitatum IV. Holſaticarum hucusque Syndico a. 1621.* D. JO. ADOLPHO KIELMANNO *a. 1636.* deinde CHRISTIANO KRAUTHOFFIO *J. V. L.* & D. MARTINO BOKELIO, qui à Rege Sveciæ ad officia Miniſtri publici vocatus reſignavit a. 1668. cui ſucceſſit JO. HENNINGS J. V. D. Denique & Dithmarſia ante annum famoſum & decretorium a. 1559. uſa eſt communi univerſitatis ſcriba, communi provinciæ nomine conſtituto, quem vetera documenta *den menen Cantzler* vocant, electum olim e CLERO, quod exemplo *Güntheri* WARNERI verbi Divini Miniſtri Neofanienſis aliorumque indicavimus *præfat. Tom. II. p. 12.* Apud Lubecenſes quoque olim inter plures inclytum fuit nomen *Magiſtri* ALBERTI *de* BARDEWYCK, qui Cancellarius civitatis & juſtitiæ oraculum audit, cujus cura conſcriptus eſt egregius codex Juris Lubecenſis a. 1294. qui hodieque in loco judicii, Wetta nominato, adſervatur. Plura exempla ab aliis adducta *uu*) tacemus. Haud igitur addicendus eſt presbyter ille ſcriba Bremenſis numero hominum ex fece plebis, quibus Leibnitius *v*) illum adnumeravit, referendus quippe merito ſuo in cenſum clericorum honoratiorum, qui plures ſui ordinis ævique, eminentiori induſtria & eruditione vicit ſcribæque ideo ſeu primarii conſiliarii dignitatem adeptus eſt. Quamvis vero adeo & eccleſiæ & reipublicæ commendatus videatur, negandum tamen non eſt myſtam illum haud uno loco manes ſuos paſſum eſſe. Barbara enim ſæpius dictione utitur LAMBECIO judice *L. II. orig. Hamburg. ad a. 1227* ordinem concinnum & nexum rerum ſollicite parum curavit, quin inſignes veritati hiſtoricæ & chronologicæ errores attexuit *w*), adeo ut HUITFELDIO *x*) judicante, *multa male digeſta cohærentia inveniantur & ſingula* VERIDICA, *ut ipſe jactat, relatione haud innitantur.* Præcipue vero ipſi accidit, quod ſæpe criticis & helluonibus litterarum proprium eſſe ſolet, qui quidem ſeculo & muſeo anxie operantur, non ſibi vero & probitati, non paci charitatique vivunt, non voluntatis emendationi curam impendunt, raroque ſtudent practicæ confirmationi actionum ad ſaluberrimas leges ſapientiæ cæleſtis h. e. veræ felicitatis, ſtabilis quippe, excelſæ, tranquillæ, ſemper etiam duraturæ poſt mortem. Certe doctus ille ſui ævi Presbyter inordinatos affectus, vitia illa, quæ dixerim omnis infelicitatis & moeroris hujus vitæ præſidia, non ſibi & rationis imperio ſubjicere conatus fuit, ſed oppido illis ſe turpiter dedit, maledicus nimirum in cives ſuos & vicinos populos, hoſtis integrarum gentium. Uſque enim adeo malevolo captui ſuo indulſit, ut in laudatiſſimam gentem Danicam contumelias non tam ſcripſiſſe quam effutiiſſe videatur; patriæ, quæ vel ipſi Dania vel certe Holſatia *y*) contigit, immemor, ingratus in benefactores, fallax in recitandis Danorum Jutorumque originibus, in increpandis eorum moribus acerbus, in fingendis ratio-

Ut & in Ditmarſia.

Apud Lubecenſes.

Prebyteri Bremenſis dignitas.

Animi vitia.

Odium in Danos.

---

uu) Quorum ex aulis *Moguntiæ, Thuringiæ, Miſniæ & Saxoniæ* copioſiſſimum recenſum exhibent VAL. FERDIN. *de* GUDENUS *in elencho Cancellariorum Moguntinorum:* HORNIUS *d. l. in deſignatione Cancellariorum aulicorum Miſno-Saxonicorum Sec. XIII. ſeqq.* & WINCKELMANNUS *in Mirandis Oldenburgicis MSC.* ubi *f.* 131. præcipue laudibus effert triadem Cancellariorum Epiſcoporum ADALDAGUM trium Ottonum Imperatorum Cancellarium, Archiepiſcopum Hamburgenſem, MARCUM Epiſcopum Oldenburg. Ottonis I. Imp. Cancellarium & THEODOR. KAGELWID *Stendelienſem* Caroli IV. Imp. Conſiliarium & Archiepiſcopum Magdeburgenſem mortuum 1376. *Exempla.*

v) *Præfat. ad acceſſiones hiſtoricas Hannov. ed.* 1700. ubi illum hominibus ſimplicibus accenſet.

w) Judice DANCKWERTH. *P. III. chorograph. Cimbr. c. 4. p. 191.* Sed Danckwerthum ipſius autoris chronicon nunquam vidiſſe ſed ad aliorum mentem vel ex quibusdam excerptis *libri MSC.* judicaſſe patebit infra *ex litteris ipſius ad Bangertum.*

x) *Hiſtor. Dan. Tom. III ad a.* 1331.

y) Quæ etiam JO. MOLLERI eſt opinio *in diatrib. de Helmoldo §.* 34. Affectu enim benevolo in Holſatos abreptus, horum rebus copioſius enarrandis præcipue incubuit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rationibus audax, partibus inimicorum ſtudens ut ab his forte conductus ſtipendium accepiſſe videri poſſet. Audi unum alterumque mendacium: *Ex iſtis* inquit *nominibus (Jeſſe, Jutia, Dan.) arguitur quod antiquitus Dani & præſertim Juten de Judæis ſunt orti de tribu Dan. Unde Antichriſtus dicitur naſci futuris temporibus. De iſto Dan qui fuit unus de duodecim filiis Jacob, prophetavit pater ejus dicens: Judicabit Dan populum ſuum, fiat coluber in via, mordens ungulas equi, ut cadat aſcenſor ejus retro. Hanc proprietatem hujus Prophetæ Dani & præſertim Juti habent, quia deſiderant & anhelant magnum dominium & judices ſunt. Sunt enim coluber vel Ceraſtes abſconditus in via mordentes occulte ungulas equorum, ut retro cadant aſcenſores h. e. ſunt fallaces in placitis ſuis, hoc quod prætendunt, abſcondent, donec eveniat.* Et porro: *Dicitur etiam quod Regibus ſuis ſunt communiter plus aliis Danis infeſti & infideles. Nam raro Rex eſt, qui cum ipſis eſt pacificus. Et multi Reges narrantur ab ipſis occiſi. Nam Reges ad facies eorum audent dicere: Ob perfidiam Judæi eſtis, Judæi permanebitis, quaſi dicere volentes: Infideles eſtis ſicut Judæi proprium dominum ſuum ſine cauſa interfecerunt, ita & vos Reges veſtros.* Sparſa vero hæc aliaque *h. l. p. 78. ſeqq.* in Danos venena, inefficacia plane ſunt, nec arte quadam ſed ipſo ortu exſtinguuntur, nullo unquam tempore meantia in venas populi origine & atavita fide glorioſi, antiqui & præcipui inter Septentrionales nominis, tot exornati animi dotibus & virtutibus imbuti, tot rebus fortiter geſtis conſpicui, præcipue ſapientiſſimis Imperantibus inſtructi, quorum majeſtas ſupremæque virtutes, quibus mundus univerſus facile in pace conſtituitur, *religio & juſtitia* cenſuras omnes facile reſpuunt merenturque immortalitatem. Notarunt hinc merito & caſtigaverunt cenſoris Bremenſis malignitatem THOMAS BARTHOLINUS *z)* GODEFR. GUILIELM. LEIBNITIUS *a)*, JO. MOLLERUS *b)*, WILHELM ERNEST. TENTZELIUS *c)*, OTTO MENCKENIUS *d)* aliique, quibus, ſi opus fuerit, plura ad contundendas hujus generis convitiorum ineptias arma & argumenta ſuppeditabunt JAVARUS NICOLAUS HERTZHOLMIUS *e)* OTTO SPERLINGIUS *f)*, TORMODUS TORFÆUS *ff)* & ſcriptores rerum geſtarum Daniæ probatiſſimi. Neque tamen ſolis Danis ſeveriſſime ille precatus eſt; ſed & impetuoſe animadvertit in *Dithmarſos* veteres, qui inplacidum affectum omnemque adeo bilem ipſi concitarunt, ut illos perfidos, immitiſſimos homicidas, in cadavera inhumane ſævientes, præſtigiatores & divinatores ex ſtomachis mortuorum, belluas & feras dixerit exueritque omni humanitate. Ita enim evenire ſolet, ut homines, obcoecata mente ſeu turbatis animæ facultatibus, ferarum naturam induentes, laceratione invicem ſe perimere ſtudeant feris ipſis truculentiores, quæ mutua conſortia placide colunt. Et quam-

Vindiciæ.

Injuriæ in Dithmarſos.

Speciatim Bartholini.

z) L. 3. *de cauſis contemtæ a Danis gentilibus mortis c. 3 p. 663.* ibique verba, quæ huc faciunt: *Ex ſtomachis bariolatos fuiſſe Dithmarſos memorat maledicus hiſtoriæ Holſaticæ ſcriptor. Advocat ineditum hunc autorem nonnunquam in originibus Hamburgenſibus* LAMBECIUS, *anonymum Presbyterum Bremenſem Helmoldi continuatorem indigitans, & quia virtuti gloriæque Danorum impenſe iniquum deprehendit, eo libentius ut animo ſuo conſonum adducit, fateri tamen coactus, barbare & cum inſignibus erroribus ſcripſiſſe. Dithmarſos incomte depingit* (integrum locum vide h. l. f. 118.) *eorumque vitia aggravans effutiit, ſæpeque non mitius invehitur in Danos.*

Leibnitii.

a) *Præfat. ad ſcriptores rer. Germ. ſeu acceſſiones hiſtoricas: Et jane,* inquit, *fatendum eſt, ſatis inepte atque incohærenter ſcribere autorem, & odio in Danos flagraſſe videri, nec fidem mereri quum effutit in ipſos contumelioſa. Cum tamen alias non pauca doceat, intereſt libellum non perire tanquam habendum inter antiquitatis monumenta, in quibus venenum malignitatis tempus extinxit. Danorum gentis virtus jam ab antiquo certiſſimis rerum documentis teſtatior eſt quam ut illi deteri quicquam hominis, ut appparet ſimplicis & affectibus indulgentis qualicunque judicio poſſit.*

Mölleri.

b) *Diatr. de Helmoldo §. 37. Cetera,* inquit, *autor ineptiens & affectibus ſuis odioque in Danos ob inſignem, qua laboravit ἀκριβίαν ſtolida adeo licentia & maledicentia tam effræni pariter atque abſurda, indulgens, ut viſum potius & commiſerationem dementiæ ſuæ quam indignationem lectoribus cordatis ex ipſa etiam Danorum gente extorqueat, neque quoad ſtilum extrema defoedatum barbarie, neque quoad fidem ac diligentiam hiſtoricam cum Helmoldo atque Arnoldo poteſt comparari. Specimen eſt ὀπαρεκβάσεως non minus inepta ac ridicula, quam in Danos inſignis ter ſed abſurde ſimul maledica qua ſcriptor perfrictæ frontis orisque plumbei c. 22.* DANOS *originis eſſe Judaicæ & indolis Apellis ſimillimæ argumentis onomatologicis a nominibus propriis, non regni ſolum totius ac provinciæ Juticiæ, ſed incolarum etiam deſumtis, & pſeudochronici, neſcio cujus, futili confirmatis mendacio, tanto, ſi Diis placet, evicit acumine, ut ne Heraclitus quidem aliquis iſtam legens a cachinnis ſibi ſit temperaturus. Hoc nomen inquit hujus militis* CALEF *(Ealef debuiſſet ſubſtituere vel Olef) eſt nomen Judaicum, nam Judæi hoc nomine vocitantur. Item* JESSE *eſt nomen Judaicum & terra vocatur Jutzia & ipſi inhabitantes Juten, & nomen regni Daniæ inhabitantes Dani a nomine Judaico Dan. Hæc nugator ille paris imperitiæ atque impudentiæ, de quo ceu novo atque egregio partium ſuarum promacho incliti nominis Danici oſores ejusdem cum ipſo qui ſunt indolis, habent utique cur ſibi gratulentur.*

c) *Dial. menſtr. 1698. menſ. Febr. p. 125. - 127.*

d) *Act. erud lat. Menſ. Martio a. 1698. p. 151.* ubi auctor Leibnitii cenſuram repetiit approbavitque.

e) *Tr. de præcellentia regni Daniæ ab antiquitate primæ propagationis & Regiæ eorum poteſtatis ed. Hafniæ 1662.*

f) *Commentar. de Danicæ linguæ & nominis antiqua gloria & prærogativa inter Septentrionales ed. 1694.* IDEM *in comment. de nomine Septentrionalium Germanorum regio Konning, ejusque apud Danos origine & majeſtate Hafn. ed. 1707.*

Lyſchandri.

ff) *In ſerie Dynaſtar. Dan. cet.* Accedunt JO. LYSCHANDER *antiquit. Dan. ſermone XV.* DETLEV *comes de* REVENTLOW *panegyric. de gentis Danorum antiquit. in natalem R. Chriſtiani V. Hafniæ 1684.* Præcipue HUITFELDIUS

quamvis negare non ausim, veteres Dithmarsos impacatos plerumque, rixosos, regiminis impatientes, libertatis germanicæ cum abusu tenaces & decori fuisse negligentiores; hæc tamen si ad rationes temporum incultorum, ad morum simplicitatem, ad principia decori lubrica, singularia & multiplici modo variantia aliasque plures circumstantias expendantur, facile, puto, si non excusationem, moderatiorem tamen censuram majores Ditmarsorum merebuntur, quorum nec reticendæ sunt laudes, virtutes veterum Saxonum, hospitalitas, fides, temperantia, castitas, patriæ amor, legum & consuetudinum simplicium & antiquarum observantia. Nec ipse censor fortitudinem, prudentiam & mutuas Dithmarsorum amicitias tacere potuit. Plura etiam, ut justitiam ipsi recte distribuamus, annalibus suis inseruit, digna omnino quæ laudentur. Varia enim ex monumentis historicis excerpsit, eorumque memoriam perdiligenter complexus est, multa domestica argumenta historica cum ecclesiastica, tum civilia, publica & privata, quæ frustra alibi quæruntur, observavit, facta curate, rerumque circumstantias explicatius, quam Helmoldus solet, recensuit, in fabulis recitandis ingenuus, aliquando, & in examinandis iis & diluendis occupatus, de legibus etiam patriæ urbiumque quædam nec alibi obvia notavit, pluraque utilia inutilibus & grana scrobibus immiscuit. Inde est, quod nonnulli spicas sæpe, quæ natæ tamen sunt & excreverunt in ipsius presbyteri fundo, suis inædificarint agris copiose. Quemadmodum ex Eginhardo ADAMUS BREMENSIS *g*) ex Adamo HELMOLDUS *h*), ex Helmoldo ABBAS STADENSIS, HERM. *de* LERBEKE *i*) nec non HERM. CORNERUS *k*) & ERNESTUS KIRCHBERGIUS, eques Mecklenburgicus *l*) aliique *m*) passim sua, domini quidem nomine dissimulato, mutuati sunt; ita Presbyteri Bremensis opera liberaliter usi sunt, eaque ceu fonte quodam arva sua foecundarunt historici versatissimi ALBERTUS CRANTZIUS *n*), REIMARUS KOCKIUS *o*), JO. ADOLPH. CYPRÆUS *p*) (qui a. 1634. chronici hujus editionem frustra c. l. p. 26. 27. 315. polli-

Chronici elogium.

Autoritas.

FELDIUS *hist. Dan. Tom. IV. p. 770. T. VII. p. 1061.* P. PARVUS ROSÆFONTANUS *eques Dan. & Profess. Hafn. in refutatione calumniarum* JO. MAGNI *Lincopiensis Gothi, quibus in historia sua Danicam gentem incessit Hafn. ed.* 1560. quam præcipue oppositit HEMMINGII GADDI *episcopi Lincopensis* famosæ orationi in Senatu regni Suecici *pro Lubecensibus* habitæ, qua Danos subdoli animi arguit. Easdem cavillas repetiit JANUS MINOR seu MESSENIUS *in retorsione impostturarum ed. Holmiæ* 1611. & Suecice reddita ab HENR. CHEMIO a. 1612 confutata tamen & contusa a laudatis supra scriptoribus & a WILLICH WESTHOVIO canonico Lundensi *in expositione historicæ veritatis contra Scythicam Jani Minoris retorsionem in P. Parvum*, hactenus quidem inedita. Mirum est nec JO. MESSENIUM *Profess. Juris & Politices Upsaliensem deinde Regii Holmensis dycasterii assessorem* haud abstinuisse a partium studio odioque in Danos manifesto, quod prodit in *Scondia illustrata* & ipsis operi huic usque ad Tomum VIII præmissis dedicationibus ad Gustavum Adolph Sueciæ Regem, editis post tristia ipsius fata a. 1700. seqq. Ingenue HENR. FRID. OTTO *in comment. de ingeniis & moribus præcipuar. Europæ gentium c. II. p. 29.* DANI *in moribus* VETEREM GERMANIAM *spirant, datæque dextræ* FIDEM *non violant contumelias non faciunt promti nec patiuntur.*

Rosæfontani.

Westhovii.

Ottonis.

g) BESSELIUS *in notis ad Eginhardi vitam Caroli M. p. 36.* SCHURTZFLEISCH. *Dissp. hist. disp. XXX. de Witikindo M. §. 13. not. cc. p. 24.*

h) Notantibus MADERO *in præfat. ad hist. ecclesiast. M. Adami.* CONRINGIO *diss. de urbibus Germ §. 86* MEIBOMIO *introd. ad hist. Sax. inf. p. 71.* aliisque. Quæ tamen plagia forte non excusationem, colorem tamen merebuntur communi exemplo veteris ævi scriptorum, qui nonnisi insigni cura codices MSCt dominis non invitis descripserunt iisque jure communionis cujusdam litterariæ usi sunt, destituti quippe felicitate & commodis Legibus reipublicæ litterariæ quibus fruimur post inventam artem typographicam. Addantur judicia mitiora MOLLERI *isagog. P. I. p. 113.* THOMASII *de plagio litterar. §. 182.* præferenda acerbioribus HAMELMANNI *tr. de famil. Sax. emort. L. I.* & MALINKROTII *tract. de Archicancellar. Imperii p. 217.*

i) MELLE *hist. Lubec. antiqu. præfat.*

k) BANGERTUS *in prolegom. ad Helm. chron.*

l) *Chron. Mecklenburg. rhytmico a. 1378. absoluto.* Quo passim integras periodos ex Helmoldi chronico in rhytmos coegit. Quod ipse haud obscure in dedicatione ad Albertum Regem Sueciæ & Ducem indicat: *Der gute Prester Helmold, hat in Latinscher Zungen, van olden und van jungen, Wendalanden und der Heren Geschicht, der gemeinen Fulg vergeß zyn nicht, mit sloltzen Sprüchen in der Kunst, Allmæchtig God! gib mir Vernunfft, daß ich der vollkommen nu, mit dütschen Worten bringe zu.*

m) ALB. KRUMMENDICKIUS *eques Holsatus & Ep. Lubecens. a. 1466. ad a. 1489.* AUTOR *chron. Slav. a Lindenbrogio latine editi:* ALB. CRANZIUS de quibus vide MOLLER. *diatrib. de Helmold. §. 25. circa finem.*

n) Quem præcipue ex *Witekindo, Gobelino, Hermanno contracto, Helmoldo, Arnoldo Lubecensi, Alberto Stadensi, Cornero* aliisque antiquioribus scriptoribus integra capita, autore non laudato, in suam inde Vandaliam & Metropolin transtulisse, exemplis luculenter asseruerunt VOSSIUS *hist. lat. P. II. p. 802.* NEVIUS *accession. ad manuissam de historicis particular. p. 126.* MEIBOMIUS *introduct. p. 72. & in notis ad chronic. Comit. Schauenburg.* ut plures citatos a MOLLERO *d. l.* taceamus. Speciatim de presbytero Bremensi a CRANZIO passim *in Vandalia & Dania* ipsis verbis repræsentato vide DANCKWERTH *chorograph. Cimbr.* & ex eo MOLLER *isagog. p. 80.* Nec dubitandum est, quin *Cranzius* æque ac *Chytræus* errores suos in confusione Vandalorum Venedorumque commissos adoptarint ex HELMOLDO ejusque continuatoribus.

o) Ipse *in designatione autorum, præfationi chronici Lubecensis MSCt. subjuncta* fatetur se usum esse codice hujus chronici latino, addens: *wiewohl idt bör Latin iss.*

p) *In Annalib. Episc. Slesvic. a 1634. editis* ibique ex Presbyteri chronico desumta argumenta de S. Anschario p. 26. 27. de vita S. VICELINI p. 138. - 144. de vita Comitis Adolphi IV. monachi p. 246. usque ad 253. de victoria Ducis Gerhardi a Rege Daniæ Christophoro II. p. 315 - 317. & forte alibi plura. Prosequitur vero Presbyterum *d. l. p. 226. & 315.* hoc elogio: *Res gestas aliquanto prolixius stilo quidem non admodum compto atque expolito,* CERTA *tamen & indubitata fide ac constanti veritate recenset ac commemorat, ex cujus hist. MSC.*

Judicium Cypræi.

pollicitus est) & JO. LAMBECIUS *q*) bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis præfectus, qui spem a. 1659 fecerat *r*) de evulgando eodem suisque quidem observationibus illustrato. Quod idem promissum repetiit a. 1692. nec tamen exsolvit DANIEL NESSELIUS consiliarius Cæsareus, Lambecii successor, qui chronicon illud publico usui commendavit promisitque *s*) inserendum syntagmati, quod moliebatur, historiæ germanicæ. Laudant quoque hunc Presbyteri libellum eumque ad assensum conciliandum advocant ARNOLDUS seu HARALDUS HUITFELDIUS *t*), HALLERVORDIUS *u*), BANGERTUS *v*), quibus adjungendi sunt Duumviri literati Cimbriæ SIBBERNIUS *w*), JO. MOLLERUS *x*). Posterior tamen chronici hujus, ipso teste fere ignoti, codices MSCtos nunquam inspexit, unde accidit, quod binos codices unius hujus chronici, vernaculum & latinum, pro duobus diversis scriptis venditaverit *y*). Nec omittenda est mentio historici & chronographi Cimbrici, si curam & stupendos labores spectes, facile principis CASP. DANCKWERTHI consulis Husumensis, qui præcipue haud parum fidei presbytero tribuit. Quamvis enim *P. III. chorographiæ Holsatiæ C. IV. p. 191.* ipsius Presbyteri de coenobio Neomonasteriensi insulam Bordisholmiam, vivo adhuc Vicelino, circa a. 1154. translato traditionem recte erroris arguat, & arrepta hinc occasione auctorem temeritatis & incuriæ insimulet *z*), alibi tamen ipsius auctoritatem maxime sequitur *a*) & in manifestis etiam erroribus tuetur. Inter quos refero quod *d. l. p. 188.* fide ipsius tuto asserat, Adolphum IV. comitem & monachum civitati Kilonio usum juris Lubicensis attribuisse, de cujus tamen auctoritate antiquiori apud Kilonienses constat ex Parentis ipsius aliisque documentis. Præcipue, quanti fecerit Presbyteri chronicon, explicuit in literis ad HENRICUM BANGERTUM datis, quæ autographæ ad manus sunt, & vel ob alia rerum historica-

Usus.

Judicium Danckwerthi.

---

nonnulla ad posteritatem transferenda esse existimavi. Brevi D. v. in lucem (me curante) prodibit, ex qua pauca huic historiæ inserere non inutile nec ingratum fore existimo. Quod quidem elogium MOLLERO *cit. diatrib. §. 38.* displicuit.

Lambecii.

q) *L. II. rer. Hamburg.* ad *a. 1217. ed. Fabric. p. 14. 15. n. 91. 92. 93.* & passim. Præcipue ex Presbyteri laudati chronico bellum & defectionem Dithmarsorum in proelio Bornehovedensi recensuit addens: *Hucusque continuator Helmoldi, qui quidem ea, quæ ad Ditmarsorum defectionem attinent, etsi barbare, satis tamen accurate narrat. In reliqua tamen belli descriptione triplex latitat insignis error, quippe Regem Waldemarum, cum quo Adolphus hoc bellum gessit, falso semper appellat nomine Canuti. Deinde perperam eundem in hoc proelio a Comite Adolpho captum scribit, quem certo constat fuga evasisse. Id enim æqualis illorum temporum scriptor Alb. Abbas Stadensis memoriæ prodidit. Tertio demum & in temporum ratione gravissime errat, dum victoriam hanc Adolpho obtigisse refert anno æræ Christianæ CIↃ CC. XII. Etenim sine controversia verum est & unanimi consensu a probatissimis autoribus traditum, pugnatum esse in campo Bornehovedensi anno Æ. C. CIↃ CC. XXVII. & quidem XI. Kal. Augusti, seu ut nunc supputamus d. XXII. Julii.*

r) In *Catalogo scriptorum suorum anecdotor. prodromo hist. litterariæ præfixo.*

s) In *Sciographia corporis historici ed. a. 1692.* de qua vide TENZEL *colloqu. menstr. a. 1693 M. Nov. p. 887.*

Huitfeldii.

t) *Hist. Dan. P. III. p 455.* seqq ubi provocat ad chronicon Holsaticum & antiquum latinum monachale. Quod Arnoldi nomen Huitfeldio tribuerim, ipsius factum est autoritate. Constat enim ex *ἀυτοψία*, ipsum se Arnoldum scripsisse, quod patet *ex codice Legum Scanicarum Huitfeldii autographo.* Ut igitur otiosa videatur censura JO. MOLLERI *in hyp. ad Barthol. p. 130. seqq.*

u) *Spicileg. ad* VOSSIUM *de historicis lat.*

v) *In notis ad Helmoldum lib. I. c. 14. p 152.*

w) *Bibliothec. hist. Dan. c 1. §. 3. In continuat. chron. Helmoldi res Daniæ præ cæteris diligenter notantur.*

x) *In Isagog. ad historiam Chersonesi Cimbr. P. I. c. 6. §. 9. p. 79.* judicans, *continuationibus chronici Helmoldini celebriorem esse multaque ad historiam Holsatiæ illustrandam utilia suppeditare chronicam Presbyteri Bremensis ad annum usque 1448. perductam, a Scriptoribus frequenter allegatam.* Idem *in Diatriba de Helmoldo § 37. Merentur certe editionem iteratam ac pleniorem, quæ anonymus iste passim de rebus habet Holsaticis, aliis indicta & memoria tamen posterorum haud indigna.*

Aberratio Molleri.

y) *d. l. c. VII. § 10. p. 129.* ubi inter scripta inedita Seculi XVI. post annum 1517. collocat *autoris incerti seu Presbyteri Bremensis chronicon Holsaticum vernaculum.* Quod in bibliotheca Gottorpiensi adservatur & in MSctorum illius catalogo inscribitur: *Chronicon der alten Geschichte und Fehden des Landes Holstein.* Idem vero hoc est, cujus titulum latinum *supra p. 80.* attulit. Addit alium errorem: *a quo inquit tempore ille anonymus narrationem sit exorsus & quousque eandem perduxerit hactenus ignoro. Ab* OLEARIO *tamen nonnulla ex illo video allegari quæ post Christiani III. è vita hac excessum demum contigerunt.* Sed OLEARIUS in compendio chronici Holsatici *c. 6. ed. 1674. p. 30.* non ad illud Presbyteri chronicon cujus inscriptionem vernaculam Mollerus recensuit; Sed ad recentius chronicon Holsat. MSCt. provocat, quod docent verba ab Oleario *c. l. ad a. 1536.* adducta: *D. Luther soll an solchem Gefængniß (der Bischoffe) sein Miß fallen in öffentlicher Predigt zu Wittenberg vernehmen lassen.* Apparet etiam hoc ex ipsa inscriptione codicis chronici Presbyteri Bremensis vernaculi, qui in bibliotheca Gottorpiensis *repositor. II. Jerie I. n. 29.* adservatur sub titulo, qui & annos exordii & finis codicis exprimit: *Holsteinische - Chronick der olden Geschichte und Fehde des Landes to Holstein angahende vom 1110. Jahr, beth 1448. und fort an 1497.* de quo additamento vide infra.

z) Per verba; *Zumahl ich den autorem anonymum der ohne das nicht gar alt auch sonsten auch auf einen falben Pferd gefunden habe.* Ipse tamen Danckwerthus, qui annos originis monasterii Bordesholmensis in annum 1332. rejicit, aberravit; indubie enim ante annum 1328 monasterium illud natales suos coepisse ex documentis asseruimus *in originibus Neomonasterienf. & Bordisholmensibus Tom. II. monument. infertis num. XXII. p. 2398.* Addatur *eod. Tom. n. 1. diplomatar. Neomonast. a. 1290. 1291. 1328.*

a) *d. l. p. 193.* ubi auspicia conversionis Holsatorum Slavorumque Wagriorum pietate & cura S. VICELINI Falderæ incoepta, verbis Helmoldi ejusque continuatoris Presbyteri Bremensis recensuit, addito judicio: *hanc rem illum enarrasse explanatius.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

carum patriæ argumenta haud indignæ videntur, quæ legantur. En illas: *Quod ſerius ad litteras reſpondeo dabis occupationibus noſtris, quæ nos in redimendo onere vectigalium ante aliquot annos nobis impoſitorum tenuerunt. Vtinam autem deſiderio tuo gratificare & anonymum illum continuatorem Helmoldi commodare poſſem; nam ut dicam quod res eſt, autor ille mihi non fuit ad manus, necdum eſt editus in lucem. Sed quæ ex eo protuli, deſumſi ex annalibus* JO. ADOLPHI CYPRÆI, *qui autorem illum magni pretii & ſæpe laudat MSCtum & aliquando editurum promiſit, ſed uti credo ſine effectu. Quemadmodum in catalogo autorum, quibus uſus eſt* PETER LAMBECIUS *in concinnandis ſuis originibus Hamburgenſ. non niſi MSCtus exſtat. Mihi certe pergratum erit, ſi in originibus aut rebus geſtis urbis & civitatis Lubecæ erranti comitem viam monſtrare non gravatus fueris, neque enim is ſum, qui mordicus mea tueri velim, monitus meliora. Nec minus mihi jucundum judicium tuum eſt de noſtro qualicunque opuſculo, quod multi carpunt ſine cauſa. Quod vero opus meum Geographicum tantopere collaudes, facis abundantia amoris, quamquam ejus haud me poeniteat, ſi qui enim in eo exſtant nævi, hi profecto tanti non ſunt, ut totum propterea corpus ſit damnandum, nonnulla etiam quæ carpuntur, ſunt ab aliena manu; addo, quod cenſuræ me ſubjecerim alicujus viri ſumme magni, cui in politicis nihil incognitum eſſe ducebam. Quod me conſulis de locis quibusdam obſcurioribus, utinam deſiderium tuum explere poſſem.* DARGUNE *fuit pagus vel potius vicus Weſtphalis traditus ab Adolpho II. uti habetur p. 47. 29. quem puto interiiſſe vel nomen ſuum mutaſſe.* KÖNIGSLOH *vel* Konigho *eſt puto planities illa ad vicum* Kroppe *non longe a Sleſvico vulgo* Kropperheyde, *fortaſſis ita dicta quia Magnus Rex Daciæ & Norwegiæ inibi fudit Venetos ſive Slavos, ſed hoc quidem poſtea accidit.* ROSSWELD *p. 55. nequaquam* Coſſefeld, *hodie vocatur Herſſefeld, eſtque coenobium olim in Ducatu Bremenſi* Dulzaniza *p. 57. ad Boſow pertinuit, uti &* GOTESFELDE & WOBIZE *nomina fere cum villis interierunt.* GAMMALE *autem pertinuit ad Eutin & videtur ſignificare* Alt-Eutin. *Gamel enim Danice denotat rete, ſed hæc eſt conjectura.* SALEWELDE, *quid ſit, habetur in margine nempe Soltwedel in veteri Marchia, ibidem ſitum fuit regiunculum Balſamer Land & Marſemer-Land, legique alicubi Tangermundam ſitam. Plura forte exquires a Marchiaco quodam ex veteri Marchia. Sed hæc hactenus. Quod* editionem CHRONICI mei HOLSATICI *cujus exemplaria mille & ducenta imprimenda puto, provehere non graveris, ago gratias ingentes. Cenſuram Dni Conſulis vel alicujus Syndicorum haud gravatim feram neque tamen puto me ſcripſiſſe quæ acri cenſura indigeant. Vale. Dabam Huſemi XVII. Octobr 1655.*

Codices varii vernaculi.

Supereſt ut de variis codicibus chronici hujus tum in vernacula Saxonica, qua autor ipſe uſus eſt, tum latine exaratis, quædam ſubjiciamus. Primus codex vernaculus, isque aliis antiquior, manu *Alberti Heldii*, litterarum ductu Sec. XV. uſitato ſcriptus eſt *Bremæ a. 1444* in quo deſinit verbis: *Süſs was in 60. Jahren der Kron ken Erve gebaren.* Ipſo vero hoc anno autorem chronici adhuc ſuperſtitem floruiſſe ex ipſius verbis liquet, quibus ad a. 1203. p. 119. 120. provocat ad privilegium Ditmarſis datum a. 1283. *quod hodie*, ſua quidem *b*) ætate, a. 1448. illæſum inventum teſtatur. Tranſiit deinde hic codex optimæ fidei, in poſſeſſionem MELCHIORIS GOLDASTI, cujus manu paſſim paucula argumenta ad marginem notata ſunt. Uſi ſumus hoc codice præcipue & altero quodam bonæ notæ, quem debemus s. r. *Dno.* ALB. CHRIST. KIRCHOFIO *S. R. M. Daniæ a conſiliis ſacris & conventus Muſtorpenſis meritiſſimo Præpoſito.* Exaratus ille eſt a. 1506. manu unius ſcribæ, conſonans ubique tam quoad argumenta quam idioma & ſcribendi modum (exceptis pauciſſimis voculis) cum Goldaſtiano; a quo tamen in eo differt, quod ultra a. 1448. progrediatur finiatque demum a. 1460. *c*) Quod, quicquid eſt ſupplementi, codici, quem edimus, ſubjunximus. Exprimuntur etiam in ora codicis Kirchofiani paſſim præcipuæ rerum ſummæ, parcius tamen circa mediam partem & finem additæ, quibus Goldaſtianus caret quasque omiſimus ſtudio, adjectis in eorum locum ad codicem latinum rerum argumentis. Denique laudato codici non ſolum tabula quædam genealogica ab Adolpho I. ad Adolphum uſque filium Johannis Largi comitis Wagriæ; ſed & index & inſignia familiarum emortuarum quorundam nobilium Holſatorum adhærent, quæ, cum eundem autorem agnoſcere viſa ſunt, ſeparare invicem noluimus a ſupplemento, cui proxime ab autore ſubjuncta ſunt.

Heldianus ſeu Goldaſtianus.

Kirchofianus.

b) En verba codicis tum vernaculi ſeu autentici, tum latini, ut de mala latini interpretis verſione ſimul conſtet: *Dit privilegium iſs von dem dato 1283. und heutigen Dages als im Jahr 1448 ſo is de brief unter andern privilegien noch gantz gefunden: Illud privilegium eſt de dato 1448 inter alia privilegia ſanum & illæſum.*

c) Licet in codicis hujus inſcriptione, quæ cæteroquin cum titulo codicis Goldaſtiani plane convenit, legatur: *Endiget ſick im Jahr 428.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſunt. Reliqua quæ huic codici acceſſerunt ab alio auctore & longe recentiori ævo adſcripta ſunt; complexa quippe partem privilegiorum nobilibus Holſatiæ conceſſorum, *d*) ab a. 1422. ad 1565. Tertius codex eſt *Hafnienſis*, ſignis legitimæ antiquitatis non deſtitutus, qui in Regio librorum apparatu adſervatur, in capita XLVII. diviſus & circa a. 1428. finitus, ceteris, quos indicabimus codicibus vernaculis, ſcribendi modo curatior rerumque ordine inſtructior, cujus lectiones à duobus hactenus laudatis præcipue diſſonantes, chronico noſtro adjectas vides. Quartum locum tribuimus codici *Gloxiniano e*), titulo ceteroquin & argumento proxime ad Hafnienſem accedenti, itidem ad a. usque 1428. perducto *f*), in capita tamen non diſtincto, ab *Hinrico Snepel* initio Sec. XVII. exarato, quem hodie *Dn.* GOSSELII *R. M. Daniæ, Status Conſiliarii* apparatus litterarius ſervat. Deſcriptum eundem non ſolum, ſed & ſumma accuratione cum codicibus vernaculis *Hafnienſi*, *Kirchofiano* & *latino Leibnitiano* collatum Muſis ſuis acquiſivit vir eruditiſſimus *Dn.* REINBOTHUS *Regius Conſiliarius*, cujus pertinaci ſtudio lector præcipue varias, quæ paſſim ſubjunctæ ſunt, codicum lectiones debet. Plures tamen, fateor, depravatæ lectionis differentias & aberrationes, quas perinduſtrius autor ſollicitius in ora codicis ſui Goſſeliani & Leibnitiani adnotavit, ſtudio plane omiſimus, tum quod minutiſſimam ſaltim vocum literarumque diverſitatem, non verborum ſenſum vel integritatem vel omiſſa alia attingant; tum quod nævi illi & codicum laudatorum depravatæ lectiones tantum non omnes ſponte detegantur ipſa chronici, quod jam ex codicibus curatioribus & locupletiſſimis *Goldaſtiano* & *Kirchhofiano* prodire juſſimus, inſpectione. Adhærent laudato codici Gloxiniano annotationes quædam hiſtoricæ inſtar ephemeridum & annalium ad a. usque 1632. continuatæ, quarum plurima pars exarata eſt manu ejusdem Schnepelii, qui chronicon tranſcripſit. Niſi igitur fruſtra conjecero, codicem Gloxinianum dixerim apographum codicis *bibliothecæ Gottorpienſis* exeunte Sec. XVI. ſcripti, ordine, argumentis, ſcribendique recentiori à Gloxiniano parum diverſi, etiam poſt a. 1428. quo chronicon deſinit, ſeorſim adaucti novis acceſſionibus ſeu *annalibus quibusdam miſcellis uſque ad a. 1497.* quos deinde nonnemo in codice Gloxiniano ad annum usque 1632. continuavit. *g*) Si dicendum quod res eſt ſoli Codices Goldaſtianus & Kirchofianus cynoſuram ſuſtinent authenticæ & legitimæ antiquitatis aliisque omnibus præſtant tum accuratione, tum ordine, copia & argumentis rerum; adeo ut reliqui vernaculi tam quoad verba & nomina, quam horum ſignificatum ex illis non ſolum corrigantur ſæpius ac ſuppleantur; ſed etiam latini codices omnes, lacunis quippe & infinitis erroribus interpretis maculati, integritati inde reſtituantur explicenturque. Primus horum codicum, qui omnes in a. 1428. deſinunt quamvis nonnulli in fronte annum 1448. promittant, eſt *Hafnienſis*, cujus mentionem facit BARTHOLINUS *in antiquitatibus Danicis L. III. p. 664.* ubi teſtatur; *haberi hoc chronicon in membranis exaratum h*) *in bibliotheca publica academiæ Hafnienſis, ordine tertio in capſa Origenis.* Secundus eſt *Cypræanus*, cujus JO. ADOLPH. CYPRÆUS, Pauli filius, *in annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium* ſæpe mentionem fecit, recitatis ex eo in partes ſuas integris argumentis, ex quibus manifeſtum eſt, codicem illum, cui nonnulli prærogativam ineſſe conjectantur, aliis latinis nec ampliorem nec correctiorem eſſe, nec recedere ab illis *i*), niſi in pauciſſimis verbis, quæ ab ipſo Cypræo, majoris, ut ipſi viſum eſt, perſpicuitatis cauſa adjecta videntur *k*), nec ſemper tamen in melius mutata. Tertius eſt *Lindenbrogianus*, manu Erpoldi Lindenbrogii exſcriptus, in fine tamen MÖLLERO *teſte* uno folio mutilus, exſtans hodie inter codices *MSCt. bibliothecæ Johanneæ Hamburgenſis numero VI. fol. qui præcipue res Danicas complectitur.* Quartus Hel-

Hafnienſis.

Gloxinianus.

Gottorpienſis.

Latini codices Hafnienſis.

Cypræanus.

Lindenbrogianus.

d) Quorum nonnulla edidit *celeb.* DN. JARGAW *Conſiliarius in aula Megapolitana Strelitzenſi, in appendice introductionis doctrinæ de Regalibus ed.* 1726. Quæ tamen accurationem ex autographis chartis omnino deſiderant.

e) In eodem hujus chronici volumine reperitur *chronicon Norwegiæ uſque ad a.* 1243. *perductum* lingua Saxonica ſcriptum, rectius redditum *circa finem Sec. XVII.* Fronti chronici additur: *hæc hiſtoria Domino* ISLEVE *& Domino* ARVIDO *adſcribitur.* Incipit: *Des Erdreichs Creyß:* deſinit: *Seegne eines ſolchen Herrn Seele, der ſo viele guten Wercke nach ſich gelaſſen hat als der König Hacke gethan hat, und habe damit ſeine hiſtoria ein Ende.*

f) Deſinit in verbis quibus & Hafnienſis & Gottorpienſis vernaculus & latini codices omnes finiunt: *So konde ohne Twifel ehre Stadt nicht beſtahn* Vide *h. l. p.* 177. 178.

g) Idem factum eſt cum TRAZIGERI & KOCKII *chronicis MSCt.* Hamburgenſi & Lubecenſi, quæ licet illud a. 1559. hoc exeunte Seculo XV. finiant, variorum tamen deinde cura ad recentius & noſtrum uſque ævum perducta circum feruntur.

h) Et teſte MOLLERO *d. l. §.* 35. ipſi chronico Helmoldi in iisdem membranis ſubjunctum.

i) Confer *narrationem de* S. VICELINO *p.* 139. *ſeqq.*

k) E. c. *p.* 246. ubi agitur de vallo Danorum, adjecit verba: *Vallum iterum reficiendum ac inſtaurandum muriſque ac foſſis muniendum curavit.* Quæ tamen verba & Heldiano codici & nonnullis aliis in margine adſcripta ſunt inſtar explicationis barbaræ dictionis, qua uſus eſt Presbyter. Vide etiam p. 246. memoriam Adolphi Ducis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Heldianus poſſeſſorem olim agnovit conſiliarium Ducalem aulicum *Heldium* qui nomen ſuum indici adſcripſit addito ſymbolo: *Beatus Humilis.* Adhærent huic volumini CORNERI *ordinis Prædicatorum* chronica ex regiſtris menſæ epiſcopalis Lubicenſis tempore *Epiſcopi Arnoldi Weſtphalii* collecta, & fragmenta alia rerum Lubicenſium MSCt quæ, cum a REIMARO KOCKIO *c. l. in catalogo ſcriptorum* laudentur & cum chronico Presbyteri uno ordine recenſeantur, conjecturæ locum relinquunt, codicem Heldianum ipſum eſſe exemplum Kockianum. Quintus codex eſt e muſeo NICOLAI PETRI SIEBERN Regii ad arcem Gluckſtadienſem olim concionatoris, qui forte eundem ex Lindenbrogiano deſcribi curavit. Sextus ex Hafnienſi, conjicio, transſcriptus eſt ARNÆ MAGNÆI Islandi, Profeſſoris academiæ Hafnienſis celeberrimi, quem quidem codicem Leibnitiano longe pleniorem, nec lacunis & hiatibus foedatum laudat MOLLERUS *præfat. ad introduct. in hiſtoriam Cimbr. p. 41. & diatrib. de Helmold. §. 36.* Septimus denique eſt *Lambecianus* quem DANIEL NESSELIUS cum illuſtri LEIBNITIO communicavit, qui eundem in acceſſionibus ſuis hiſtoricis ſeu *ſcriptoribus rer. Germanicar. Hannoveræ a. 1700. editis n. IV.* exhibuit. Facile vero perluſtranti apparebit, codicem hunc tum ex incuria deſcribentis mendoſum, tum ex vitio ipſius MSCti, ex quo transſumtus eſt *l*), deformatum eſſe & mutilum *m*), lectionibus obſcuris depravatisque locis abundantem, quibus quidem latinus, qui nunc prodit, paſſim lucem foeneratur & rectiores lectiones reſtitutis. Præcipue tamen codex *Leibnitianus* & reliqui Latini omnes multis, qui indelebiles ſunt, nævis ſcatent, quos interpres latinus, ſignificatuum Germanicorum locorumque & nominum veterum ſæpius ignarus, ipſi intulit. Quod enim ex chronico vernacule ſcripto, originario quippe & autentico, latinus codex tralatitie natus factusque ſit, id quidem utriusque collatio facile reddit teſtatius. Certe ſtilus vernaculus non ad latinum, ſed hic ad illum eſt compoſitus adeoque ſæpe adſtrictus, ut non ſolum Germaniſmos copioſe redoleat, ſed & interpretis vitio lectiones vel mendoſæ vel male intellectæ, vel ſenſus plane turbatus & hiulcus, nonnulla etiam omiſſa iterumque ex ſuo quædam addita, inprimis autem voces Saxonicæ vetuſtiores vel male redditæ vel explicatæ copioſe appareant. Exempla nonnulla de vitioſa vocum germanicarum interpretatione adduximus in præfat. ad Tom. II. p. 34. quibus plura facile adjiciuntur, quæ vel ſponte cuivis, chronicon utrumque conferenti, patebunt. Otium tamen lectoribus hic fecit laudatus ſupra DN. REINBOTHIUS *in ſingulari de hac re epiſtola ad b.* ANDREAM HOGERUM *hiſtoriographum Regium Dan.* humanis rebus properate ereptum *a. 1735. præſcripta*, cujus argumenta in ſummam collata, lectori nolumus invidere. *Poſtquam*, inquit, *Hafnienſem codicem vernaculum cum Leibnitiano latino exactius contuli, inſignem ſi non rerum, certe tamen verborum diſcrepantiam animadvertens, primum pro fonte ex quo alter dimanavit agnovi. Quæ enim interpres vel non legere vel non intelligere potuit, mox vitioſe reddidit, mox turbide quaſi prolata textui inſeruit vel plane adjicere neglexit; ſenſus idcirco non potuit non fieri perplexus. Ne autem quem fugiant, quæ obſervavi, nec temere quid adſeruiſſe videar, ex multis pauca eaque exſtantiora in medium proferre æquitas exquirit. Ita enim Codex Hafnienſis Cap. XX. legit:* wowohl idt aver uth grot Werck was. Leibnitianus *codex* p. 69. lin. 23. *inepte reddit*: quamvis pergrande opus eſſet; *reddere enim potuiſſet: Quamvis eam non ſine ingenti labore impetraverit. Dixit quidem ille: Hoc opus, hic labor eſt, ſed non de re ipſa jam perfecta ſed perficienda, ſed de periculis in re perficienda faciendis. Idem C. XXV. do ſe lange vor der Borg gelegen hadden; Leibnitianus c. p. 75. vertit*: cum diu ante caſtrum jacuiſſent. *Sed latine vertiſſet: poſtquam caſtrum diu obſidione cinxerant. Id. ibid. Allent wat he ehm to ſeggende hadde.* Leibnit. ita lin. 31. *quicquid ei dicere habebat. Quæ ita efferenda fuiſſent: omnia quæ ei dicenda erant. Id. C. XXXI. Hadde gerne Frede tüſchen* ehn geſehen. *Leibnitius C. 31. p. 82.* lin. 21. *interpretatur*: pacem libenter inter eos vidiſſet, *pro* ex animo eos reconciliaſſet. *Nonne quivis exinde, ſit venia verbis, chronographum germanizantem & codicem latinum tralatitium & ex vernaculo puriſſimo in barbaram latinitatem verſum eſſe crederet omnis omnino, niſi linguæ latinæ & quidem purioris juratus hoſtis? etenim licet ego barbariem iſtius ævi, in quo Presbyter vixit, non*

Heldianus ſeu Kockianus.

Sibbenianus.

Magnæus.

Lambecianus.

Ex vernaculo codice transſcriptus eſt latinus.

Epiſtola Reinbothie de interpretis latini germaniſmis & erroribus.

Exempla quædam.

l) Quam maxime *Leibnitii* codex Hafnienſem in capita itidem diviſum vel ejusdem codicis exemplum repræſentat, etiam in ipſis erroribus & ſcripturæ nævis. Ceterum *in cod. Hafnienſi* caput XLI. integrum exſtat, quod in Leibnitiano apparet admodum lacunoſum. Negandum vero non eſt, hoc caput in omnibus fere codicibus latinis deeſſe, forte quia interpres latinus in MSCt. vernaculum mancum incidit.

m) Exempla vide *C. XVI p.* 32. & *C. XLI.* comparata cum codice *h. l. p.* 44. *ſeqq. p.* 152. a verbis: *juxta beneplacitum* uſque ad *p* 156. verba: *ſeſe abdidit.*

non ignorem, haud facile tamen quempiam tam barbare loquentem intelliges, præter eum qui ſub larva obſcurorum virorum epiſtolas edidit. Sed opus eſt, ut quæ majoris momenti ſunt, eruam & in medium producam, ſcilicet interpretem non ſolum vernaculæ ſed etiam hiſtoriæ ignarum fuiſſe commonſtraturus. Codex Hafn. *c. XIX. obſcure quodammodo profert: daſelbſt (ſcil. to Hamborg) was de Hovetſtoel veler Ertz-Biſchoppe.* Leibnitianus c. XIX. p. 43. lin. 43. *quo ſe vertat neſcius, vertit tamen ſe ad textum ſed confuſiſſime, dum* illuc, *inquit,* ſedes erat æque principalis ſicut Bremenſis archiepiſcopus & tota Dania &c. *Vertere vero debuiſſet quemadmodum etiam codex* HIERONYMI CYPRÆI in annal. Epiſc. Sleſvic. p. 143. *legit: Ab iſta eccleſia Hamburgenſi, ubi ſedes erat multorum archiepiſcoporum, porro ac Bremæ, tota Dania, Norwegia ac Svecia originaliter per Anſcharium ſanctam fidem acceperunt.* Id. c. XXII. *do ſede de Koning uth Spotte:* THOR TAGE *iſt idt ein gut Kalff.* Leibnitianus c. XXII. p. 54. lin. 13. *reddit: Tunc Rex deriſorie dixit: Tertage bonus vitulus eſt. Neſcivit iterum interpres quid* Tertaghe *ſignificet dum id pro nomine proprio accepit. Nec eſt quod de eo dubitemus nam* in c. XXIII. p. 56. *regi Waldemaro eadem verba tribuit ac ſi Waldemarus fuiſſet Tertaghe cognominatus. Significat autem* Tertaghe *ad augendum gregem, ita ut verborum ſenſus eſſe debeat: vir iſte cui Kalff, latine vituli nomen eſt, bonus vitulus eſt ad augendam gregem.* Id. c. XXV. *de Buren de to Hus weren de ſtunden de* Teringe *derer de mit den Herren to Felde weren ſo lange dat ſe wedder in erer Behuſinge weren.* Leibnitianus *codex* c. XXV. p. 69. lin. 12. *ruſtici autem domi remanentes ſtabantque expenſas illorum qui cum domino terræ fuerant in campis usque ad reditum ipſorum: intellexit iterum parum loquendi formulam: de Teringe ſtahn, nam ad verbum illum reddidit* ſtare expenſas; *quæ tamen formula nunquam civitate latina donata fuit. Dicere itaque debuiſſet* ſuppeditabant belli ſumtus, *vel in uno contextu:* ruſtici autem domi remanentes ſumtus belli ſuppeditabant pro iis qui in bello cum domino terræ verſabantur, donec domum reverterentur. *Id. c. XXX. Spien ſick malckander in de Ogen.* Leibnitianus c. XXX. p. 81. lin. 26. *ſpicula tantum cum duobus aſteriſcis poſuit, reliqua plane non expreſſit, defectum ſupplere ſubveritus. Ego quidem hunc ſupplerem ita: Spicula non facile in adverſarium torquent vel vibrant. Nam ſpiculum nobis Schæffling dicta, lancea brevior eſt. Quia vero hanc ſupplendi rationem, utut percommodam, textus vernaculus non admittit, & ego illi nec quicquam addere audeo. Vel luſcus videt, ex male intellecto verbo* Spien, *quod exſpuere latinis eſt, ſubnatam & retentam eſſe in codice Leibnitiano vocem* Spicula, *omiſſis & neglectis imo latine non verſis reliquis, quæ omnino vertenda fuiſſent & ita verti potuiſſent:* in oculos ſibi invicem exſpuunt. *Idem, &* Hafnienſis *codex C. XXXI. Gahn mit langen Kappen effte Kageln alſe Sögen. Imperfecte quidem & ut ego opinor ipſe codex Hafnienſis hæc tradidit, ſed longe adhuc imperfectius codex Leibnitianus latine reddidit ita C. XXXI. p. 81. lin. 30.* pro majori parte oblongata capita uti ſues habentes. *Licet enim comparationi lectio codicis Hafnienſis quodammodo favere videatur, dum ait,* uti ſues; *abſit tamen, ut re vera ei favere queas, extenditur enim ultra tertium, quod ajunt Philoſophi; nam expreſſe ſcribit:* feminas Ditmarſicas habere capita oblongata, uti ſues, *quem modum, quo capita eorum, capitibus ſuum aſſimilentur, addere neglexit, ſcilicet ideo, quod tegumentis capitum tectæ incedant, quæ earum capita* oblongata, *uti* ſuum, *efficiunt. Durum comparandi modum temperans codex Goſſelianus verba* alſe Sögen *prudentius magis quam ingenue omiſit, nam contra interpretis officium eſt quædam, quantumvis duriuſcule ſonent, præterire, vel plane pro expunctis habere. Tuto enim verba retinere potuiſſet, dummodo mentem chronographi recte percepiſſet. Etenim ſi conjecturæ, qui facile dari poteſt, locus detur, interpres veluti olim olitor opportuna locutus eſt. Siquidem ex commentario doctiſſimi* ALTHAMMERI *ad Taciti libellum de moribus Germanorum, qui in collectione ſcriptorum rerum Germanicarum a* cl. SCHARDIO *publicata exſtat, ſcimus, veteres Germanos cuneos & omnia quæ in cunei forma apparebant,* caput porcinum *appellitaſſe. Translatio procul dubio deſumta eſt a re militari, nam exercitus in cunei formam diſpoſitus eo nomine veniebat. Utrum Germani Romanos, an vero hi illos imitati ſint, liquido non conſtat. De Romanis hæc refert* VEGETIUS de re militari lib. III. c. 19. p. 78. *editionis Stewechianæ: Cuneus dicitur multitudo peditum, quæ juncta acie primo anguſtior, deinde latior procedit & adverſariorum ordines rumpit, quia a pluribus tela in unum locum mittuntur quam rem milites vocant* caput porcinum. *Cum itaque ornamenta vel tegumenta capitis* KAGELN *vel* KAPPEN *vulgo dicta, quia faſtigiata erant, in cunei vel capitis porcini formam deſinere videbantur, facile Germanis imo Saxoniæ inferioris incolis occaſio ſubnaſci potuit, illa ob ſimilitudinis rationem,*

Præcipue in vocibus Thortage.

Teringe.

Kageln.

nem, more antiquo & inter milites recepto, capita porcina *appellandi. Sed regulis decori convenientius* cuneos *nominaſſent, quia etiam hodienum capita feminarum Dithmarſiæ ejusmodi integumentis ornata ſunt, uti ex figuris, quæ proſtant, cernere licet; ita ut capita earum non quidem faſtigiata, ſed potius hodie oblongata & capitis porcini figuram quodammodo repræſentare videantur. Nemo tamen eas uti ſues incedere dixerit, niſi qui leges decori ſibi violare propoſuit, homo infecitiſſimus. Ne itaque temere quid mutem, vel contra leges decori ponam, ita verba corrigere malui: Incedunt feminæ Dithmarſorum tegumentis capitum decoratæ quæ vulgo* Kageln *(forſan quia faſtigiata & cappis monachorum haud abſimilia erant) dicebantur. Atque adeo ex jam dictis conſtabit facile, quibus argumentis motus vernaculum codicem pro fonte habendum eſſe reputavi. Plura qui deſiderat ipſum adeat codicem Leibnitianum & inveniet ibi non tantum plura ſed etiam innumera, quibus ea quæ dixi, ſatis ſuperque confirmari poterunt. Ceterum ſevere compello eum qui* codicem Presbyteri Bremenſis latinum *ab* HIERONYMO CYPRÆO *ejusdemque ex fratre nepote* JOANNE ADOLPHO *olim poſſeſſum, jam vero inter deperdita vel ab invidis ſuppreſſa relatum detinet, hunc hiſtoriæ patriæ cultoribus ſubtrahere nolit diutius, erectus ſpe certiſſima ipſius gloriam tanto benevolentiæ documento inſigniter auctum iri, omnium enim præſtantiſſimum illum codicem fuiſſe conjicio ex ſegmentis in annalibus epiſcoporum Sleſvicenſ. adductis, quæ ſi cum Leibnitiano codice conferantur, longe elegantiori ſtilo ſunt elaborata & ut verbo dicam pleniora ſunt omnia. Damnum quod ex amiſſione vel ſaltim diutina ſuppreſſione ejus, paſſa & certe paſſura eſt hiſtoria patria, quivis iſtius gnarus & perficiendæ cupidus mecum facile intelliget. Quanquam enim Presbyter omnia & ſingula acu tetigiſſe dicendus non ſit, nihilominus tamen multa adfert notatu digna, quæ vel plane non vel ſparſim parceque tantum invenire licet apud alios ſcriptores. Porro etiam amice rogo hortorque eum qui vernaculum codicem res geſtas ab a. 1428. uſque ad a. 1448 (ceu ex titulo codicis Leibnitiani colligere licet) continentem poſſidet, ut vel hunc longe cariorem & pretioſiorem reliquis omnibus theſaurum nobis promere haud dedignetur. Hactenus* REINBOTHIUS.

Wagria Holſatica an Waregia ſeu patria Regum Ruſſorum?

Liceat hoc loco adjicere obſervatiunculam *de Waregia Holſatica* cujus ſupra nota (*d*) mentionem fecit autor anonymus continuati chronici Slavorum. Lectio enim illa, qua autor Wagriam Slavorum indicat, valde placebit illis qui exiſtimant e *Wagria Holſatica* populos olim celebratiſſimos *Varegos* ſeu *Varagos* oriundos, ex his vero primos Ruſſorum Reges electos fuiſſe, quin pulſis e Ruſſia Varegorum populis, GOSTOMISLAUM ex Slavica proſapia oriundum, patritium Novogrodienſem, principatum quidem tenuiſſe, ſed ex inteſtinis bellis & Varagorum inſidiis ac potentia adeo adflictum, ut ipſe ſuaſor autorque exſtiterit ſolennis alicujus in Varegiam ſeu WAGRIAM *Holſatorum* ablegationis; qua id effectum ferunt, ut inde Regiam domum Ruſſiacam revocarint & RURICUM quendam, quem VITISLAI *Regis Obotritarum* nepotem vocant, denuo regno Ruſſiæ admoverint. Quod accidiſſe ferunt circa a. 860. a mundo condito 6370. Accedit non ſolum effatum JO. BASILIDIS II. qui teſte HERBERSTEINIO *a.* 1552. Caſanum & an. 1554. Aſtracanum Tartaris eripuit ſuevitque edicere, ſe ex proſapia VAREGICA *Germanorum* originem traxiſſe; ſed etiam ipſum aſſertum Holſatiæ Legatorum, qui teſte OLEARIO *in deſcript. itineris Ruſſici* a. 1634. a Friderico Duce Holſatiæ ad Ruſſiæ autocratorem *Michaelem Federowitzium* miſſi, huic, quid ſibi in litteris Ducis compellatio affinis vellet, interroganti, reſponſum tulerunt: Fieri id vel ideo, *quod* RURICUS *proavus & caput omnium Ruſſiæ Principum, Warigorum Ducibus ſeu* WAGRIÆ *Holſatiæ ortum referat.* Quam etiam compellationem deinde & ipſe autocrator ALEXIUS MICHAELIDES repetiit in literis ad Ducem Holſatiæ FRIDERICUM III. a. 1653. ſcriptis, quibus furem & impoſtorem *Thomam Acudinam* (qui ſe filium Ruſſorum Cæſaris *Baſilii Joannis Zuiskii* magnumque magnæ Ruſſiæ Principem hæreditarium venditaverat) ex Suecia, Polonia & Germania tandem in Neoſtadium ſeu Novogrodiam Wagriæ Holſaticæ profugum revocavit ad ſupplicium, quod etiam Moſcoviæ ſubiit. Hæc tamen aliaque argumenta pro Varegia ſpeciatim in *Vagria Slavica* olim Megapolitana hodie Holſatica reperiunda, a JO. PETERSENIO *in chron. Holſat.* SIGISM. HERBERSTEINIO, PETREJO, JO. GEORG ECKARDO, THOMASO ſuppeditata non tanti ſunt, ut vel quicquam mutem in ſententia de dubia Veregiorum ex Wagria noſtra appellatione & origine, quam *in præfat. ad Tom. I.* attigi. Ad manus delata ſunt antiqua ipſius Ruſſiæ chronica MSS. in Germania parum cognita, quorum puto, æque ac chronicorum Livoniæ, Eſthoniæ, Curlandiæ, Pruſſiæ, Bohemiæ Poloniæque ope & argumentis, antiquitates & res Slaviæ cognatæ Pomeranicæ, Megapolitanæ, Holſaticæ, Luneburgicæ, Luſaticæ, mirifice paſſim explicantur, quod lu-

Ratio hiſtorica.

Aſſertio 7o. Baſilidis.

Holſatiæ Legatorum.

ALEXII MICHAELIDIS.

culentiſſimis exemplis probatum dabit *gloſſarium Cimbricum.* Adſero hoc loco ipſas de Regibus Ruſſiæ ex Varegia ſeu Varagia evocatis recenſiones. AUTOR *chronici Stepenna Kniga* h. e. *gradualis ſeu annalium libri*, tempore *Johannis Waſilowitz* conſcripti f. 6. c. 2. ſeqq. ita: *Auguſtus, dum Imperium teneret, provincias fratribus ſuis & affinibus diſtribuit. Inter hos fratri ſuo germano* PRUS *dedit ad ripas Viſtulæ Magdeburgum, Thorunium, Chvoimtza, Gedanum & plures alias urbes ad fluvium Niemen, ubi in mare incidit & ex illius nomine etiam hodie Pruſſia nomen habet. Ex hujus ſtirpe erat* RURICUS *cum fratribus ſuis, qui dum adhuc trans mare habitarent* VARIAGI *dicti fuere &* CZINDOS *Slavonos &* KRIVITZOS *ſibi tributarios habuere. Tempore Impp. græcorum Michaelis & Theodoræ matris ejus, Ruſſi bellum contra Græcos moverunt. Eodem tempore Novogrodienſes Mera & Kriviczi excuſſerunt dominationem* VARIAGORUM *& tributum eis negarunt, conſtituto ſuo Magiſtratu; quam rem cum multa bella civilia ſecuta fuiſſent Novogrodienſes A. C. 862. A. 6370. è Variagis dominos ſibi vocarunt tres fratres* RURIC, TROVUR *&* SINEUS, RURIC *Novogrodum,* TROVUR *Bieloczerum &* SINEUS *Isborsk ſedem habuit. Vltimis duobus poſt biennium mortuis, monarchiam totius Ruſſiæ tenuit* RURIC *annis 17. Novogrodienſes inde prophetice conjectantes, ſe impoſterum Rurici ſervos futuros, ſeditionem movent; ſed hanc ſedat Ruricus, occiſo Wadima autore ejusque conſiliariis.* Et HISTORIOGRAPHUS *Ruſſus in chronico Ruſſico a. 859. Czudi* (Eſthoni) *Slavoni & Kriviczi* VARAGIS *tributa ſolverunt pro quolibet viro po bieloi vieverizy h. e. albos ſciuros. A. C. 862. Slavoni Varagos ejciunt & tributum eis negant, ſed propter civiles turbas iterum eos revocant & tempore Michaelis Imperatoris ad eos Variagos mittunt, qui in Ruſſiam vocabantur. Ex his erat Ruricus, qui cum fratribus Novigrodum venit, qui, cum Slavorum terris dominabantur, illa* RUSSKIA SEMLA h. e. *Ruſſica terra* (qua ipſa voce Slavi etiam ſignificantius appellarunt panem quotidianum, *Semla*, qui hodieque in regionibus, olim Slavis ſubjectis, nomen illud retinuit) *dici coepit.* Porro CHRONOGRAPHUS RUTHENUS, qui circa initium Seculi XVII. compilavit *Synopſin hiſtoriæ Ruſſiæ: Morbo*, inquit, *ſuccumbens Guſtomyslius primores Ruthenos advocat ſuadendo, ut ad ſedandos motus, quos regnandi cupiditas inter ipſos conciliatura eſſet poſt mortem ſuam, in* PRUSSIAM *mitterent ejusque regionis dominos, qui a Cæſare Auguſto genus ducerent, rogarent, ut principatum in ipſos ſuſciperent, non enim turpe ipſis eſſe, talibus viris colla ſubdere; approbant cuncti id conſilium, mortuum Goſtomyslum honorifice in loco Wolotowa dicto ſepeliunt, poſtea nomine totius Ruſſicæ terræ legatos in* PRUSSIAM *mittunt, qui ibi aliquem Kurfiſtra (Chur-Fürſt) & Magnum Ducem* RURICUM *nomine ex Auguſti proſapia genus ducentem inveniunt eumque precibus flectunt, ut ipſorum Principatum ſuſciperet. Abit is a. m. 6370. (A. C. 862) Novigrodium ibique a cunctis* SLAVENIS *&* RUSSIACIS *in magnum Ducem eligitur. Idem Ulodimirus Rurici pronepos Svetoslai filius, Jaropolei fratris potentiam & inſidias hoſtium fracturus ad* VAREGOS *principes contribules &* AGNATOS *profugit, copiis auxiliaribus inde conquiſitis ad ſuos reverſus Novogrodis ſumma rerum Ruſſiæ potitus eſt, ac primus ſe monomachum & totius Ruſſiæ dominum dixit.* Tandem CHRONOGRAPHUS ANONYMUS *in annalibus Ruſſiæ: Ad Varegos vero variis temporibus plures etiam Itali, qui de civitate Romana & Auguſta origine gloriabantur, & qui vel tyrannorum & hoſtium potentiam metuebant vel patriæ exitium aſpicere nolebant, confugiſſe memorantur non ſolum tempore belli civilis, quod inter Julium Cæſarem & Pompejum geſtum eſt, ſed & ſub Nerone aliisque Imperatoribus tyrannicis, inter quos nonnulli, qui quondam ad Imperatoriam dignitatem per milites prætorianos evecti, conſanguineos & agnatos anteceſſorum ſuorum inclementius habitos ad loca tutiora extra fines Imperii Romani confugere coegerunt. Item tempore, quo Alaricus & Genſericus Gothorum & Vandalorum Reges, Italiam invaſerunt. Invaleſcente quoque & prædominante Chriſtianorum religione, plures nobiles, qui ethnica ſacra ejurare noluerunt, ex Italia in Germaniam profugi partim in Lithuaniam partim ad littora maris Balthici ſe contulerunt. Circa ſeculum poſt natum Chriſtum IX. cum Novogrodienſes & Pleſcovienſes de principatu inter ſe convenire non poſſent, atque intelligerent vicinas gentes a ſuis gubernari Principibus, ex* VAREGIS *Ruricus, Sinaus & Truvor, de quorum probitate & prudentia ſingularis erat opinio, conſiliatore Goſtomiſſelo, per legatos miſſos ad tractanda Ruſſiæ occidentalis gubernacula evocati in Ruſſiam venerunt A. C. 860. a mundo condito 6370. Ruricus quidem Novogrodiæ ditionem regendam ſibi deſumſit, ſedemque Regiam ad lacum Ladogam poſuit. Sinaus in inſula lacus albi Bialæſor principatum ſtabilivit, Truvor principatum Pleſcoviam nactus Isburgi vel Swortzechi conſedit. Sinavo & Truvore ſine prole mortuis, Rurico ſoli fratrum principatus ceſſerunt, qui proinde Jedino Vladetz in Ruſſia,*

Dubia ex chronicis Ruſſicis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ruſſia, ſive primus monarcha vocatur, auctor & caput generis, ex quo magni Duces & potiores Principes Ruſſiæ originem trahunt. Hi tres fratres Principes, ferunter genus ſuum ab Imperatoribus Romanis (vide literas Cz. Michaelis Fed. impreſſas, in Rauſuſchbdenic) traxiſſe, eorumque anteceſſores Romæ temporibus calamitoſis emigrantes ad oras ſinus Codani ſedes quæſiviſſe. Dubii itaque ſunt ipſi Rutheni ſcriptores in deſcribenda Regum e Varegia evocatorum origine & ſede, quam pauci *Pruſſiam*, nulli vero Vagriam *Slaviæ noſtratis* vocare audent. Primus, qui id conjecit, eſt SIGISMUNDUS *L. B. in* HERBERSTEIN *&* NEYPERG; cujus tamen rationibus, quas prodit *in rerum Moſcoviticarum commentariis ed. Baſil. a. 1556. p. 3.* parum roboris ineſt: *Ex annalibus*, inquit, *conſtat Ruthenis Waregos imperaſſe, de quibus certi quicquam a Ruſſis cognoſcere non potui. Ceterum cum ipſi mare Baltheum, & illud quod Pruſſiam Livoniam indeque poſt ditionis ſuæ partem a Suecia dividit, mare* VAREGUM *appellarent, putabam equidem aut* SVETENSES *aut* DANOS *aut* PRUTENOS *ob vicinitatem Principes illorum fuiſſe. Jam vero, cum* WAGRIA *famoſiſſima quondam* VANDALORUM *civitas & provincia, Lubecæ & Ducatui* HOLSATIÆ *finitima fuiſſe, mareque hoc, quod Baltheum dicitur, ab ea nomen accepiſſe videatur, illudque ipſum & ſinus ille, qui Germaniam a Dania, item Pruſſiam Livoniam maritimam denique Moſcovitici Imperii partem a Suecia ſeparet, & adhuc apud Ruthenos nomen ſuum retineat, atque Waretzokoie morie h. e.* WAREGUM *mare appelletur, adhæc quod Vandali ea tempeſtate potentes erant, Ruthenorum denique lingua, moribus atque religione utebantur; videntur itaque mihi Rutheni ex Wagriis ſeu Waregis potius Principes ſuos evocaſſe, quam externis & a religione ſua, moribus idiomateque diverſis imperium detuliſſe.* Hujus fidem, & conjecturam rectius ſecuti ſunt & amplificarunt ii, qui cum FRIDERICO THOMASO non ſolum curam defigunt in demonſtrandis plane luculentis Principum Ruſſorum & Megapolenſium affinitatis & conſanguinitatis veſtigiis, ſed his etiam adeo abripiuntur, ut RURICUM Gurzlafi vel Godlaibi Principis Obotritarum Wagriæque domini circa a. 808 defuncti *filium* & Uladislai ſeu Witzlafi Regis Obotritarum *nepotem* exſtitiſſe adeoque *Varegiam* decantatam indubie *provinciam Slavicam Wagriæ* fuiſſe gloriantur. Quod quidem gratanter amplecteremur, ſi de iis omnibus recte riteque ex fidis annalibus conſtaret. Si dicendum quod res eſt, haud temere per Varegos ſeu Varagos puto intelligendos non eſſe ſpeciatim *Wagrios Slaviæ Holſaticæ*, nec *Poruſſos* quos laudat PRÆTORIUS *in orbe Gothico*, nec *Polonos* ex opinione DLUGOSSI & MICHOVII, nec *Francos* putante JACOBO GRETSERO *ad Codinum* & qui illum ſequitur ECKARDO, nec Suecos præeunte RUDBECKIO, nec *Norwagos* vel ſpeciatim BERGENSES exiſtimante PONTANO; nec *Anglos* ex conjectione Græcorum Scriptorum GEORGII PACHYMERIS *in Andronico p. 45.* NICETI CHONIATÆ *in Iſaacio Angelo p. 267.* JOANNIS CINNAMI, BRYENNII CÆSARIS, & qui illorum teſtimoniis abripiuntur, SPELMANNI *in gloſſario archæologico* & WILELMI *Malmesburienſis de geſtis Anglorum L. II. c. 13.* Sed rectius Varagos populos dixerim omnes illos milites prætorianos (male vulgo piratas) qui ſtipendia ſub Ducibus & ſignis Ruſſicis indeque & Græcis ſeu Conſtantinopolitanis commeruerunt *Anglos* non ſolum & *Saxones, Slavos;* ſed præcipue *Svionas, Normannos, Danos, Livonas, Pruſſos.* Exſtat ipſa frequens apud *Snorronem* STURLÆUM, ſcriptorem antiquitate & fide graviſſimum, memoria *Varagiorum* ſeu VÆRINGIORUM, quos latina verſio apud JO. PERINGSKIOLDUM *in hiſt. Regum ſeptentrionalium Tom. II. in regis Haraldi Hardradi Saga cap. 3. 4. p. 57. 58. c. 5. 7. 8. 9. 10.* interpretatur *milites* BOREALES, *agmen militiæ* SEPTENTRIONALIS, *milites* PRÆTORIANOS *in Græciæ Imperio operam navantes.* Ibidem *c. XIV. p. 70.* memoratur: *Haraldum Regem ex itinere Hieroſolymitano Conſtantinopolin redeuntem abitum ad patriam ſuam in Septentrione maturaviſſe, & reverſos eſſe ex itinere Conſtantinopolitano* VARINGIOS *in oras Septentrionales.* Refero huc ipſa ſcriptorum Byzantinorum, qui Varangos ex decantata inſula *Thule* Norwagica illa, vel integra Scandinavia veniſſe ſtatuunt, teſtimonia præcipue ANNÆ COMNENÆ, cujus fidem laudat THEOPHILUS SIEGFRIED BAYERUS *obſervatione de Varagis*, quam inſeruit elegantiſſimis *commentariis academiæ ſcientiarum Imperialis Petropolitanæ Tom. IV p. 275. ſeqq.* Qui etiam hoc argumentum ex antiquitatibus Septentrionalibus & orientalibus excuſſit fere citavitque ſpeciatim de DANIS *Varangis* ſeu *in Græcia & Ruſſia militantibus* teſtimonia ALBERTI AQUENSIS, SNORRONIS STURLÆI & SAXONIS *Grammatici.* Quibus nonnulla alia adjici poterunt. De NORWAGIS enim & *Danis* in Ruſſia militantibus, quin ſæpius primariæ militiæ & parti Imperii præfectis, teſtantur exempla *Augmundi Flockii, Oddi jaculatoris,*

Herberſteinii conjectura.

Tomaſi.

Aliorumque.

Verior opinio de Varangis ſeu militibus in Ruſſia præſidiariis.

Præcipue Norwagis arctois ceteris.

Teſtimonia Snorronis Sturlæi.

Scriptorum Byzantinorum.

Exempla Norwagorum &

Danorum illustrium militum in Russia & in Græcia.

latoris, Arngrimi Norwegi ex Halogia vulgo Helgeland oriundi, *S. Oslavi Tryguini.* Regis Norwagi a Russis ob diuturnam in Russia habitationem appellati *Olihin, girski*, h. e. *Olavus græcus* seu Ruthenus vel si mavis *protector.* Garskii enim apud Ruthenos dicuntur *guardiæ* vulgo Garde. Plura alia recensent STURLÆSONIUS *chronic. Norwag.* TORFÆUS *hist. Norwag. T. I. L. 6. c. 6. p. 273. L. 10. c. 10. p. 420. T. II. L. 8. c. 19. seqq.* & ERICUS PONTOPPIDANUS *in gestis & vestigiis Danorum extra Daniam speciatim per Sclavoniam Tomo III. c. 2. p. 327.* De DANIS vero Græciæ Imperatorum olim stipendiariis signaque militiæ Byzantinæ sequentibus, notatu haud indigna sunt testimonia, ex quibus simul de nominis Varingiorum significatu judicari poterit. Tale est SAXONIS *Lib. XII. ad a. 1098. Inter ceteros*, inquit, *qui Constantinopolitanæ urbis stipendia merentur* DANICÆ VOCIS *homines primum militiæ gradum obtinent, eorumque* CUSTODIA *Rex salutem suam vallare svevit.* Et ESBERNI SNARRE *orat. apud Theodoricum Monachum de Danorum profectione hierosolymit. & Constantinopolitana circa a. 1187. c. 5: quæ*, inquit, *regna antiquorum* DANORUM *glorioſa tropæa non prædicant? si* GRÆCIAM *consulis, nostrorum audacia se clamitabit* DEFENSUM. Item SNORRO STURLÆ *apud* PERINGSKIOLDIUM *d. l. Tom. II. p. 55: Haraldus Rex acceptis navibus iter Orientem versus in Gardarikiam instituebat ad Jarislavium Regem, cujus hibernis hospitiis excepti sunt & liberaliter illos apud se habuit Jarislavius, collatumque est Haraldo* PRÆFECTI *munus super* REGIOS SATELLITES, *qui regni limitibus* TUTANDIS *invigilare debebant. Ad colloquium Reginæ Zoae, quæ Græciæ imperitabat, Constantinopoli admissus Haraldus stipendium publicum meruit, profectusque est cum triremibus ad exercendam piraticam in mari Aegeo: ipse tamen Haraldus peculiarem habebat legionem suam. Pauco tamen tempore militiæ interfuerat Haraldus cum* MILITES PRÆTORIANI VÆRINGII *certatim obsequia sua ei deferre cœperunt uno in agmine congregati cum confligendum erat.* Et ibidem in SAGA *Haquini p. 395: Regnante Alexio Cæsare Constantinopol. plurimi in aula ejus commorabantur Waringi* SATELLITUM *ibidem munere functi; Cæsareque expeditionem parante circa Cæsarem* EXCUBIAS tunc *agentes Waringi in valle extra castra stationes suas habebant, hi per statas vices excubias inter se partiti sunt aliisque vigilias agentibus quietem captabant illi, qui ministerio functi fuerant armis suis, galeis ac loricis induti, repositio sub capite* GLADIO, *quem protensa manu prehensum tenebant.* Ex his puto haud obscure constat, quid de Varingorum nominis origine & significatu statuendum sit. Omnia enim eo collineant, quod Wæragii fuerint primi ordinis milites vel corporis Regii satellites, excubitores vel limitum defensores, regni protectores terra marique. Parum igitur obstabit, quin illos dictos conjeceris a voce Norwagica *wæri* præsidio, *Wæria seu wærnera* defensione, custodia, Islandis *waerd.* Quem significatum ipsa nominis Waregorum antiquissima lectio innuit Islandica apud SNORRONEM *Sturlesonium*, qui illos nonnisi VAERINGIAR appellavit. Accedunt ex communi linguarum septentrionalium & germanicarum concentu voces & lectiones Runicæ *n*), Gothicæ & Svecicæ *o*), Danicæ *p*), Cimbricæ seu Anglo-Saxo-

Testimonium Saxonis.

Esberni Snarre.

Sturlæ.

Conjectura nostra de nominis origine Norwagica.

Nixa concentu linguarum septentrionalium in voce Wæri, præsidio.

Voces Runicæ. Gothicæ.

n) *Værde, vard*, columna, *varsula* bellum offensivum, WORMIUS *Lexic. Run. p.* 130.

o) Apud ULPHILAM *Wair, Wairmann* idem est ac vir, a tuendo & defendendo dictus, vel qui mala arcet, observante MARESCHALCO & JUNIO *in observat. p.* 189. Accedunt Gothica *wæria, warda* custodia, *wardjan* custodire, *warn* munire, *wærjornæl* vel *værnared* juramentum defensorium seu purgatorium. VERELIUS *in ind. in Herw. Saga* & LOCCENIUS *Lexic. Sueogoth.* voce *wæria.*

Danicæ.

p) Explicationem vocum *warde, wardehuse, wardemend*, domus; *warder* custodis; *werr* loci; *vergemael* tutelæ; *verger* tutoris, vide apud JO. BIELCKE *in terminis Jurid. Legis Norwagicæ & Juticæ p.* 154 *seqq* NIC. PEDERS LEM Bergensem *in glossar. Juridic. Dan. Norwag MStt. h. v.* & CHRIST. OSTERSSON WEYLLE *glossar. Jurid. Dan. ed Hafn.* 1652. *p.* 805. 806 845. Refer huc significatum nominis *Vornedum* seu *Wernedum*, Scaniæ Daniæque præcipue Selandiæ prædiis hominum adscriptorum, quos quidem nonnulli dictos putant a Danico *vardned* taxare vulgo *wardiren*, quasi illos dixeris rusticos censitos, censiticos, interprete HERTZHOLMIO. Plures frustra huc trahunt barbaro latinum *verna* proprium, ex interpretatione JACOBI GOTHEFRIDI *ad L.* 3. *C. Theodos. de instrali collat.* domesticum, vernaculum seu domi natum: a quo *vernacula terra* apud GOLDASTUM *in chart. Allemann. XXXVI.* dicitur propria seu allodialis, item VERNULITATIS JUS apud monialem HROSWITHAM *in panegyr. Ottonis Imp.* jus famulatus, & homo vernalis, vernula, idem ac servus in domo natus seu proprius notante DU FRESNE *Tom. VI p.* 1498. Rectius illos vocatos existimaverim a Danico *værn* munimine, *værende* perdurare item adservare, custodire, qui prædia curant. Forte etiam illos dixeris homines pressos, contemtos a Gothico *veri* viro, & *niding* contemto, vili, Islandico *noit, neid*, angustia, docente WORMIO *Lexic. Run. p.* 92 VERELIO *in Herw. Saga & indice Scytho Scandico*; vel si mavis homines prædio natos, adstrictos sive a Gothico *Nith* propagine *nithjo*, cognatis, notante STIERNHELMIO *in glossar Ulph. Goth. p.* 118. sive ab Anglo Saxonico. *neid, neif*, servo, famulo nativo, docente SPELMANNO *d. l. p.* 427 & a *vor, vern*, terra, fundo; unde *varanta* apud Spelmannum dicitur pars agri; *Vorwerck* prædium rurale; *vernaagium* fundus alnis consitus. Nolo tamen uti hac conjectura, cum ex historia de origine & fatis *Vornetum Daniæ* apud OSTERSON *glossar. Dan. p.* 846. *seqq.* constet, primas illorum conditiones, quasque inde tuiti sunt apud Scanos, Hollandos, Jutos & Funos, colonarias saltim, non coactas glebæque addictas fuisse, duras vero & in indolem propriæ

Explicatio vocis Wernedum seu hominum propriorum.

Saxonicæ *q*), Anglicæ *r*), Saxonicæ *s*), Francicæ *t*), & plures Theotiſcæ *u*) quas explicate eruunt SPELMANNUS, WORMIUS, SCHILTERUS, WACHTERUS, MYLIUS, VERELIUS, LOCCENIUS, qui etiam VERONAM *Italiæ* & VERENDIAM *Smolandiæ a Væ*re appellatam obſervant. Adjungenda ſunt non ſolum tria antiquiſſima Megapolenſium caſtra, VERULIA *ſeu Werlia* prope oppidum Sywan (*Schwaan*) olim ſita, hodie deperdita, WAIRINUM & WERNA ſeu *Warenia* hodie *Wahrn* *v*) oppidula; ſed & ipſa appel-

Unde dicta Verendia Smolandiæ. Werlia. Warinia caſtra Megapolitana.

---

priæ ſervitutis redactas evaſiſſe ſaltim apud *Selandos*, *Lalandos Falſteras & Moenenſes*, quibus tamen Reges CHRISTIANUS II. & CHRISTIANUS IV. dicam ſcribere coeperunt obicemque demum poſuit Rex glorioſ. memoriæ FRIDERICUS IV. promulgata a. 1702. lege, qua *Vornedes* in libertatem perſonalem vindicavit juraque violenter adquiſita abrogavit. Quam conſtitutionem LUD. HOLBERGIUS *V. clariſſ. hiſtoriæ Status & Regni Daniæ c. VI. p.* 622. inſeruit.

q) *Weri*, arma, tela; *Weardan* vigilare, cuſtodire, *Ethelwear* patriæ defenſor, *wareding*, *gwardina* propugnaculum, præſidium militare, ſæpe etiam in ſenſu forenſi *defenſio judicialis*, *locus judicii*, *præſidium juris*, Gothis & Svecis *Wæirding*, Danis *Værneting*, quod recte BIELCKIUS *p.* 99. & PETERSEN *d. l.* interpretantur *Hiemting*, domeſticum judicium ſeu forum competens, ordinarium. Occurrit eadem notio *in chron. epiſc. Merſeburg. ordin. apud de* LUDEWIG *T IV. reliqv. MSCt. p.* 424: *Item quod ipſi cives ſingulis annis & quater in anno quando judicium ſeculare vulgariter* VORTING *ſervari contigerit, omnes claves turrium valvarum & munitionum civitatis Merſeburg epiſcopo & capitulo præſentabant.* Nec fruſtra, puto, etymon ſpeculæ ſeu caſtri olim Cimbrici, hodie oppidi proxime ad Eidoram ſiti *Gardingæ* ſeu *Wardingen* deducitur ab Anglo Saxonico *weard* warda, præſidio, vel ab Anglo-Saxonico *geard*, area ſeu fundo ſepto, loco munito & *Dene* fluvio, qui deinde Eidoræ nomen accepit, obſervantibus ETHELWERTO, CAMDENO, GIBSONIO, quorum autoritate *Tonningam* ſeu *Denningam* facile dixeris locum Denæ fluvio adnatum, vel ſi mavis pratum Denæ. Appendicula enim *ing*, Dano- & Anglo-Saxonibus nihil eſt familiarius, quæ denotat vel pratum vel ſæpius progeniem, filium ſeu natum quodvis, novum adnexum, conjunctum, docente HICKESIO *T. II. theſaur archæolog. p.* 24 JO. GEO. WACHTERO *gloſſar. germ. p.* 789. Si vero Dena fluvius tibi in ſimpulo fluctus excitaverit, habebis Anglo-Saxonicum *düng*, *düne*, montoſum, editiori loco poſitum, ut itaque *Gardingam* dixeris caſtrum montanum, locum munitum & editiorem. Facile inde conſtabit de ſignificatu vocis GARDINGORUM, qui nominantur in Legibus *Wiſigothicis L. II. Tit. I.* de judiciis & judicatis: *Sicuti videntibus cunctis ſacerdotibus DEI ſenioribusque palatii atque* GARDINGIS *Legum noſtrarum manifeſtatio claruit, ita earundem reverentia in cunctis regni noſtri provinciis debet obſervari.* Indubie enim intelliguntur caſtri ſeu palatii vel urbis præfecti, milites ſuperiores ſeu cuſtodes, Optimates. Cujus nominis ſignificatum ſibique adſciverunt advocati eccleſiæ, item cuſtodes vel ſuperiores fratres monaſteriorum *guardiani*, *guardingi*, de quorum origine & officiis vide VERELIUM *in indice ad Herw. Sagam p.* 85.

Anglo-Saxonicæ. *Quid judicium Verneting.* *Gardinga Denninga.*

r) Anglis & Scotis *Warda*, *garda* eſt protectio, obſervatio turrium & caſtrorum, uti patet ex charta Eduardi I. Regis Angl. de a. 1296. apud RYMER *T. II p.* 243. 713. *Tom XV. p.* 206. In ſenſu forenſi iisdem *Vardæ* vocantur curiæ, judicium, ſententia definitiva docente *Skeneo*, quia quæ cuſtodienda & obſervanda ſunt præcipiunt. Eodem ſenſu minor, qui tutela indiget, dicitur *Wardus*, & *Lordward* nobilis juventutis tutor. *Wardikes* dicuntur aggeres tutelares; terræ *Warnoticæ* ſeu *de Waernoth in monaſt. Angl. Tom. II. p.* 589. ſunt prædia defenſioni & præſtationi obnoxia; *Wardpenny* ſeu *Warſchott* cenſus belli, cenſus præſidii, excubiarum cauſa ſolvendus; *Warwite* immunitas a faciendis præſidiis *in monaſt Angl. Tom. II. p.* 387; *Warenna* eſt locus ſeptus, ſilva defenſa, munita, quæ Batavis dicitur *Warande*, docente CAMDENO *Britann. p.* 315. Inde terræ *Warennatæ* dicuntur defenſæ, vulgo *Normannicæ*. Plura habet SPELMANNUS *gloſſar. archæol. p.* 564 *ſeqq.*

Anglicæ. *Terræ Warnoticæ.*

s) Referunt huc voces in Legibus & ſpeculo Saxonum, in L. L. *Anglicis* & *Longobardicis* obviarum *warenda*, *warantia*, evictio, cautio, *varendator*, *warrantus*, *warens*, & *ware*, fidejuſſor, qui alteri tenetur ad evictionem; *Warandare* defendere, tutum præſtare in chartis apud DE LUDEWIG *T. II. reliqu p.* 462. *T VI. p* 497. Clare in legibus antiquis municipalibus Goslarienſibus apud LEIBNITIUM *T. III, ſcript. Brunſvic. p.* 521. *tit. wermen weren* (*gewern*) *ſchall n* 167. - 174 accipitur vox *ware* & *were* pro evictione; *Geware* warandia, cautione jurata. Ita enim n. 169: *wer de* WARE *deyt, de ſchall ſe holden in allen ſtede n.* 170. *we de* WARE *brickt de he hefft gedan vor Gerichte de weddet ſinen Finger dar he de* WARE *mede dede off he des bekannt n.* 171. *Schuldiget ein Gaſt emen unſeren Borgere de ſchall de ware vorwiſenen na redeliken Dingen, off men dat eſchet, eder man darff ome nicht antworden n.* 173. *worde eyn beklaget vor Gerichte unde worde da de* WARE *gedan um de Klage unde wekede de Beklagede van Gericht ane des Klægers willen unde des Richters eher he dem Klæger de de dat Recht wære darum mochte de Klegere ſine Klage angripen wur he rechtes over em bekommen mogte unde darna breke he nene ware an.* Spectant huc voces Saxonicæ *werigeldum* viri æſtimatio, *waregangi* vel *werengangi*, qui in Legibus Longobardorum Saxonumque vocati videntur milites ambulantes ſeu advenæ ex exteris regionibus, qui, ut ſupra diximus, Septentrionalibus dicuntur *Varegi*, *Varingi*. De Saxoniæ Weſtphaliæque fluviis & pagis olim ab arcendo & cuſtodiendo appellatis, præcipue *werra*, *miſura* hodie *Viſurgi*, *werna* & *werſa* fluviis, *werda*, *werden*, vicis Weſtphaliæ, *Werendorp* pago Ravensburgenſi & *Werderland* ditionis Bremenſis agit KNAUT *in Sax. vet. p.* 1. 121 175 281. *ſeqq.*

Saxonicæ. *Ware.* *Varegangi.*

t) *Warnon* apud Otfridum eſt munire, armare; *warninga* cuſtodia; *warton* apud Tatianum cuſtodes; *howarta* altus excubiarum locus; *Ewart* apud NOTKERUM *Pſ. L. 9.* dicitur *Legis* h. e. *ewæ cuſtos* vulgo ſacerdos, *ewartpuoche* ſacerdotalis liber, Leviticus.

Francicæ. *Ewart.*

u) Apud OTFRIDUM *V. 5* 115. *warin* eſt durare, ſervare; *werder* locus tutus, *wæren* tueri, unde *wær*, *gewehr*, *gwerra* arma, bellum; *wera* munitio, *warnimentum* apparatus bellicus, *werrwinus* apud WILLERAMUM belli amicus, bellicolus; *Landwere* & *Burgwere* in diplomatibus dicuntur patriæ caſtrique defenſiones. In Lege Salica *Tit.* 40 § 2. WARANNIONES dicuntur caballi bellici. In Legibus Bajuariorum occurrit *Hovowart*, domi cuſtos, tutor. Plura apud MYLIUM *in teut archæol p.* 185. SCHILTER *T. III antiqu Teut. pag* 847. *ſq.* WACHTER *gloſſar. germ. p.* 1866. *ſq.* DUFRESNE *gloſſar. Vol. VI p.* 1747. *ſeq.* Quibus adde formulam *Varpenning* in charta Willebrandi archiepiſcopi Magdeb. de a. 1241. *apud* BECMANNUM *hiſtor. Anhalt Tom. IV. p.* 576: *Nos ad inſtantiam Principis comitis Aſchariæ quinque talenta, quæ in advocatia Nienburgenſi idem comes feodaliter de manu noſtra tenebat, quæ vulgariter* VARPENNINGE *appellantur, contulimus eccleſiæ Nienburgenſi.* Minus curate BECMANNUS hanc vocem a periculo, quod negligentes incurrunt, explicat *Gefahr Zinſs*, rectius dixeris cenſum protectionis territorialis, tributum militiæ ſeu præſidii.

Theotiſcæ aliæ. *Etymon Varpenning.*

v) In antiquiſſimis chartis & annalibus patriis hæc civitas dicitur *Varna*, ſæpius *Warne*, *Wara* & paſſim latine explicatur *obſervatio*, *caſtrum*, *munimentum*, cujus veſtigia in reliquiis aggerum etiam nunc latent. Tranſit deinde idem ſignificatus obſervationis ſeu cuſtodiæ in uſum forenſem, quem produnt formulæ diplomatum. Apud DN *de Tom. III. de Weſtph. Monum. ined. Rer. Ger.*

Explicatio Varæ forenſis.

Warigia seu Wagria. appellatio regionis *Vandalicæ* deinde *Slavicæ* WAIRIGIÆ *w*) hodie WAGRIÆ *Holsaticæ*, cujus vetustissimum castrum ejusdem nominis Slavis inserviit instar præsidii, cujus reliquias dixerim reperiundas circa pagum Wagiriam prope Oldenburgum civitatem. Refer huc quatuor ipsa ampliſſimæ gentis Vandalicæ familiaria nomina WAIRORUM seu WAGRIORUM, WEIRULORUM seu *Herulorum*, WARDONUM seu *Suardonum* Ptolomæi stilo *Pharedonum*, præcipue WERINORUM *seu* WARINORUM *x*), qui circa integrum ad fluvium *Warinam* (Warnau) tractum in Megapoli commorati sunt, in terris etiam Pomeraniæ, Holsatiæ Cimbriæque inter amicos Teutones inprimis Saxones & Anglos egerunt con-

Gens Warinorum Vandalico Suecica.

Ex diplomatibus Sec. XIII. XIV.

LUDEWIG *P. I. Reliquiar. MSC. p. 6.* in charta Rudolphi Archiepiscopi Halberstadiensis a. 1147: *De singulis mansis duo maltra frumenti & unum anserem Advocatus singulis annis recipiat, hac conditione, ut in legitimis* PLACITIS *suis homines sub* OBSERVATIONE *quadam vulgo dicta* VARA *astare & respondere non cogat, a quo tamen statuto omnes mansi, quos fratres in Dominicalibus suis in Elwersdorp & in Ludesleute excolunt & bona ministerialium excipiuntur, in* MAJORIBUS *etiam excessibus homines deprehensi sub observatione seu* VARA *respondeant.* Facere huc nonnihil videntur statuta Hinrici episcopi Hildesiensis de jure advocatiæ Hildesiensis apud doctiss. CHRIST. ULR. GRUPEN *in originib. & antiquitatib. Hanover. p. 236. Quivis burgensium debet alteri civi pro debitis sub excommunicatione Regali juvare sub poena quæ dicitur* VARE *scilicet pro* UNSCULT. *Nullus civis debet hospiti jurare sub poena* VARE; *hospes autem tenetur civi jurare sub poena* VARE *sub excommunicatione regali. Si quis defectum patitur in quinque sensibus non tenetur jurare sub poena quæ dicitur* VARE, si quis *non loquitur nostra lingua non tenetur &c. jurare ad* VARE *nec tenetur pro aliquo mortuo jurare ad* VARE. Significantius est privilegium Ottonis IV. Regis Romanorum, filii Ducis Sax. Henrici Leonis, Stadensibus a. 1209. concessio, vel rectius denuo stabilito: *Quod recolendæ memoriæ Henricus Dux Saxoniæ pater noster statuit diligenter volumus conservare ejusdemque tam in his, quam in aliis, quæ laudabiliter gessit vestigia imitari; Concedimus itaque ipsis & indulgemus ut Burgenses & optimi cives coram Advocato vel alio quovis Judice* JURICAPIUM *quod vulgariter* VARE *dicitur, in judicio omnimodis non sustineant, qui moram fecerit & advocati edicto* (comparendi scil. in judicio) *tardius steterit octo denarios in vadio componat.* Et in diplomate seu privilegio Friderici II. Regis Romanor. civitati Goslariæ irrogato a. 1219. apud HEINECCIUM *L. II. antiquit. Goslarienſ. p. 219: Si quis vulneratus aliquem de vulnere suo* CONVENERIT, *qui se dicat innocentem, is qui convenitur cum septem burgensibus qui* PROPRIAS *habent domus, se debebit expurgare. Præcipimus, ut omne* JUS *absque* CAPTIONE *quod vulgo* VARE *dicitur observetur tam de extraneis, quam de burgensibus. Si quis de subtractione telonei fuerit incusatus & factum negarit, sola manu se expurgabit, si vero convictus fuerit ipsum teloneum & præterea octuplum restituat & advocato civitatis pro quolibet denario 60. solidos vadiabit.* In eundem sensum Fridericus I. Imperator in privilegio Lubecensibus indulto a. 1188: *Quecunque ipsorum supra causa quacunque conveniatur, per omnes Imperii nostri fines & per Ducatum coram loci illius judice se expurgabit absque* CAPTIONE *secundum jura dictæ civitatis.* Sponte ex his luculentum esse arbitor VARAM antiquum esse juris medium, illos, qui ad judicium citati se in judicio sistere renuunt, compellendi ad comparendum manu custodum seu observatorum, qui more veterum Germanorum armati vel lanceis vel frameis instructi accesserunt; quæ consuetudo apud Ditmarsos, Frisos, Cimbros, Holsatos olim innotuit, & vel ob abusum Advocatorum, Judicum & Præfectorum mutata deinde est in mulctam & poenam banni, vulgo *Befestigung, Acht, friedlos legen*, de quo vide in veteri Holsatorum jure *Ding und Recht §. 16. 17.* Nec scrupulum injicere poterit vox *juricapium*; hoc enim idem est ac captio seu occupatio, custodia seu defensio juris & judicii, cui inobedientia sua citatus obstitit. Illustrat hanc explicationem charta occitanica de a. 1311. apud CANGIUM *gloſſar. Tom. VI. p. 1413.* qua captio seu occupatio avium VARA dicitur: *Ordinavit quod quicunque capient aves in aliquo stagnorum cum quadam arte vocata* VARA (*seu septo vel retibus*) *pulmentum consuetum domino in cujus aquis aves capientur solvere teneantur.* Accedit quod in antiquissimis statutis civitatum & in ipsis vetustis civiloquiis haud raro occurrant formulæ *captionis burgensium, varæ seu poenæ detentionis* vel *arresti civium.* In statuto antiquo civitatis Oldenburgi exstat formula: *Nolentes vero post quartam vicem in judicium venire, banno punientur, vel quorum haberi poterit præsentia* CAPIENTUR *ad judicium & manebunt sub custodia nisi advocato* (*Judici*) *respondeant & satisfaciant.* Docent eriam antiquæ tabulæ statutorum *Kilonienſium*, quod aliquando ipsa custodia seu locus detentionis, quo inobedientes cives observabantur, venerit sub nomine *Warae*; in cujus locum hodie succesſit vox Saxonica *Feſte*, quæ ejusdem quidem est significatus. Nihilominus decantata illa *vara* communem crucem dixeris juris veteris interpretum, quorum plures citavi *præfat. ad Tom. II. p. 79.*

Wagriæ etymon.

Danckwerthi opinio.

w) In antiquis annalibus *Wairi* vel *Waigri* dicuntur qui hodie *Wagri* audiunt vel *Wagiri* h. e. excubitores, limitum propugnatores. Plane contorta est conjectio DANCKWERTHI qui *in chorograph Cimbr. p. 195.* Wagiros dictos ariolatur a theotisco *wand*, aqua. In qua ipsa explicatione fallere videtur, cum Teutonibus antiquis aqua frequentissime dicatur, *aa, au*, uti probant copiosæ voces in *au* desinentes. Neque placet opinio ECCARDI qui *in comment. ad L. Salic. p. 253.* Wagriam a Varegis seu prædonibus & piratis appellatam fuisse conjicit. Quem errorem & illi fovent qui *Wormatiam* dicunt Waregiam, civitatem Waregiorum. MEIBOM. *T. III. S.R. G. p. 110.* Seducti videntur a PTOLEMÆO, qui Vargiones circa Rhenum præcipue circa agrum Wormatiensem collocat. *Vangiones* vero ante Christum natum bello inclytos, qui ripas Rheni incoluerunt, a VAREGIS medii ævi distinguendos esse jam alii monuerunt. Id. patet ex monacho Kirsgartensi apud DN. *de* LUDEWIG *Reliqu. T. II p. 4.*

Warini populi.

x) WARINI populi in antiquis patriæ annalibus ita describuntur, ut illos recte dixeris *custodes limitaneos*, milites, qui fines regionum ab hostium incursionibus maritimis salvos tuebantur, quamvis hæc nominis explicatio displicere videatur ARPIO *in Themide Cimbrica.* Sedes Varinorum inprimis e regionibus *Wismariæ, Butzoviæ, Rostochii* fuit circa maris *Baltbici littora*, quæ & ipsis Warinis appellationem *Warnawiam* debent. Proxime ipsis conjuncti fuerunt *Werii* seu Heruli, itidem a *Wæra* vocati, quorum curæ commissa fuit *terræ defensio*, ut igitur illos haud incongrue dixeris *populos præsidiarios*, recentiori stilo *delectum militum provincialium.* Quod AUCTOR *libelli MSCti. de antiquitatibus Werlensibus*, tum ex Wandalorum tum Slavorum historia descriptis, haud obscure adnotavit, in capite *de variis castris, quibus Werle nomen fuit.* Addi meretur *MSCt æque parum cognitum* autore HERMANNO BRANDISIO *de historia civitatis Werlæ Westphaliæ consignatum a. 1594.* De *Swardonibus* vero, quos nonnulli vel Svevis vel Sorabis frustra vindicant, luculenter constat, illis præcipue incubuisse curam & defensionem *wardarum* vulgo *Warten* h. e. propugnaculorum, quæ apud antiquos ab observatione seu a prospectu & altitudine *speculæ* dicuntur, quarum vestigia hodieque servantur passim in Megapoli & præcipue circa Lubecæ tractum, olim præcipuam quippe SWARDONUM sedem. Quibus reliquiis adnumeranda est memoria antiquissimi pagi *Swartow*, qui situm & locum veteris Lubecæ etiam nunc occupat. Sunt equidem qui Swardonum sedem circa *Swerinam* præcipue fingunt & huic a Swardonibus nomen inditum existimant; sed

Werli.

Suardoneri.

Zvartau.

confederuntque olim in avitis Daniæ & Sveciæ regionibus. Inde est, quod JO. PERINGSKIOLDIUS *in notis ad vitam Theodorici regis Ostrogothorum* decantatos *Varegos* ceu Varingios populos in Græcia militantes non solum a Varinis Vandalis vocatos existimet; sed etiam hanc appellationem speciatim vindicarit patriæ Variniæ Vandalorum, qui e Scania egressi olim sunt, Græciamque profecti. Quam conjecturam facile ampliant RUDBECKIUS *T. I. Atlant. c. 10. T. III. p. 335.* ARVIDUS MÖLLER *commentat. de Waregia §. 13.* qui non solum Varegos Sveonibus vindicant *), Russorumque Reges ex gente Varegiorum electos Sveciæ tributarios fuisse adstruunt; sed & ipsa supralaudata primorum Principum e Varegis in Russiam evocatorum nomina, in *Sveciæ annalibus* reperiunt, patrio idiomate RURECK pro Rurico, SUNE pro Sinao, TRUED pro Truwor. Sed & eadem consecutione & meliori, puto, ratione primos Varegorum Russiæ Principes Norwagiæ & Daniæ vel si mavis veteri Scandinaviæ vindicaverim. Non solum enim ROREKUM seu Ruricum (Germanis Rodericum) habemus Regem Daniæ quintum & decimum apud SAXONEM *Sialandensem p. 46* & OLAUM WORMIUM *in serie Runica Regum Daniæ;* sed & celebrem Norwagiæ Regem ROREKUR Haraldi pulchricomi filium laudatum a SNORRONE *in Ynglingiorum historia p. 96. seqq.* Nec desunt nomina binorum Rurici fratrum *Sinei* & *Truwori;* illius in Rege SNIO de quo vide *Sax. Grammat. p. 157.* & hujus in TRUIDO vel *Ivaro Truero* apud CLAUDIUM LYSCHANDRUM *hist. Regum Daniæ p. 27.* STEPHANUM STEPHANIUM *in not. ad Saxon. p. 171.* Quin adsunt ipsorum, ad quos *Peringskioldius* provocat, VARINORUM *Vandalorumque* vestigia in Daniæ Cimbriæque regionibus. Antiquissimum cleo Varinorum judicium & monumentum *Warthungam* seu *Wardingburgum* in extremitate Seelandiæ a *Truido* circa A. M. 2085. Cimbriæ judice tertio exstructum, sylva & aqua undique cinctum & a Rege Waldemaro I. circa ann. 1166. amplissimis muris communitum, ut inter castra inexpugnabilia olim numeratum fuerit, cujus memoria etiam nunc in ruderibus spirat quin hodie perennat in ejusdem nominis & loci nova arce ex proxime vicina antiqua civitate, cui celebritatem intulerunt comitia a. 1240. a Rege Waldemaro victorioso solemniter indicta, in quibus promulgatus est insignis codex

Cui Varegorum nomen vindicat Peringskioldius.

Quibus objiciuntur conjecturæ pro Danis Principum Varegorum nomina regia Danica.

Varinorum vestigia in Dania. Wardingburgum.

sed error omnino est, quem annales facile contundunt, quorum fide & hoc constat, quod Slavi demum Sec. IX. & X. castrum *Zwaurinum* sylva & aqua circumseptum exstruxerint, cujus argumenti & nominis rationes ex idiomate *Slavico* repetitas adduxi *præfat. ad Tom. I.* Nec audiendi sunt qui ex sono vocum, non ex rerum historicarum indole & circumstantiis, non ex annalibus & solidis rei etymologicæ rationibus etyma rerum comminiscuntur & a *Warinis* Swerinum appellatum fingunt, quin Leges Werinorum Sec. V. conditas, pro *ipso jure Sverinensium* audacter venditant. Certe Verinorum leges non leges civitatis cujusdam, quæ nec tum nata erat, sed communes totius amplissimæque gentis *Vandalicæ*, cujus pars in Megapoli confederat, Leges fuerunt, ex quibus deinde, ceu fonte quodam domestico, nonnulla argumenta in jus Sverinense Sec. XII. conscriptum derivata esse luculenter constabit ex rationibus adductis *in Specimine documentorum Mecklenb. ed. Rostoch. 1726. p. 51. sq. Præfat. ad Tom. I. monument. inedit. p. 105 sq. & in observationibus ad Jus Sverinense cum Legibus* VERINORUM *aliorumque collatum ibid. p. 2007. sq.* Eandem de fontibus Juris Sverinensis in vetustis legibus Verinorum aliarumque gentium vicinarum & concivium reperiundis sententiam innuit ALB. GEO SCHWARTZIUS *in der Pommerschen und Rügischen Justitz-Historie p. 16.* licet eidem alienam plane mentem tribuant consultissimi autores *Selector. Jurid. Rostoch. Spec. XIII. Posit. I.*

*) Plures Sveci Scriptores Russos ex gente VAREGIONUM *seu* SVEONUM Reges suos elegisse opinantur, quemadmodum Russorum origines ipsi Sveoniæ vindicant. Vide MESSENIUM *d. l. Anderssonium diss. Upsal. de hist. priscæ gentis Vened. p. 43.* NETTELBLAT *Bibl. Svec. P. I p. 58.* Cum vero ipsi Sveci majores suos ex Armenia egressos, inde per Tartariam, Moscoviam, Finlandam & Lapponiam profectos in illam demum partem, quæ Uplandia dicitur, navibus advectos fuisse, serio nec incongrue contendant teste JO. ARENIO *diss. de Friedhundr. p. 76.*; Russiam Græciamque prius habitatam rectius dixeris Sveoniæ dedisse incolas, quin forte eandem laudaveris primam Hyperboreorum patriam. Inde est, quod antiquissima Sveonum sacra, instituta militaria, architectonica aliaque Gothica monimenta saxea & lignea Russiacis & Græcanis respondeant. Quid? quod RUDBECKIUS hanc rerum Svioniæ & Græciæ convenientiam ipse testetur *Atlant. T. I. c. 13. §. 16.* aliique Sveonum Scriptorum cum JO. MAGNO *hist. Sveo-Goth. L. VII. c. 21. L. VIII. c. 22.* BAZIO *hist eccles.* Svec. *L. I. c. 2.* LUNDIO *in Lamolki c. 3. sq.* fateantur, Svecos a Græcis, Ruthenis gentibus vicinis, persuasos cultum Odini, Friggæ, Dianæ & Cereris instituisse; quamvis RUDBECKIUS *T. II. p. 672.* Deorum Dearumque nomina & cultum a Svecis ad Græcos indeque ad Romanos devenisse tueatur. Contrarium ex chronicis Ruthenorum dispalescit, quorum fide & hoc constat, quod Sveones aliquando in cultu deastris exhibendo *ad formulas Ruthenorum* provocarint, itemque Rutheni, instituto per Septentrionem famosissimo Sigtunensi & Upsalensi delubro, Upsaliam commearint cultus communis causa, teste WEXIONIO *descript. Svec. L. 10. c. 2.* ARRHENIO *diss. de Upsala templo c. 2. p. 17.* Adde, quod ipsi Sveones olim a Russis & Finnis appellati sint *Roxalani* docente STIERNHELM. *in Anti-Cluver. p. 65* ipsaque antiquissima UPSALIA sita dicatur in media *Roxalania* teste RUDBECK *Atl. T. III. p. 333.* Roxalani vero, quos Plinius laudat, Græcis dicuntur *Rossi*, Straboni *Rossani*, Saxoni *Rutheni*, quos cum Danis & Svionibus ante Christum natum gravissima bella gessisse commemorant, appellatos a græco ῥύσις, dispersione, fluxu, cui concinnit vox chaldaica *Rosseja*, gens dispersa, per terras amplissimas undique disseminata. Sponte concidet inanis opinio JO. GEROPII *in etymologicis Cimbricis ed. Augustæ Vindelic. a. 1579. p. 314.* ubi Rossalanos interpretatus est *equestres Alanos.* Ex adverso Russos non Alanorum, sed veterum Scytharum Celtarumque veram propaginem laudant JO. HERBINIUS *in religiosis Kyoviensibus cryptis seu Kiovid subterranea Græco-Ruthena p. 16.* Idem Porussos non a *Porussio quodam* vocari, sed appellari gentem Russis conterminam. Utriusque populi progeniem laudat gentem Sarmaticam, Slavicam.

Varegiones & Russi an Sviones?

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dex Legum Cimbricarum seu Jurium Jutiæ meridionalis. Warinis etiam nomen acceptum refert tum propugnaculum WARDEBERGA *Scaniæ* vulgo Warberg, ab eodem Truido conditum, tum WARDHUSIA *Norwagiæ* arx in insula, quæ Wardæ, Germanis *Werder*, nomen servat, collocata, cui Lappiæ pars, omnis Finmarchia tractusque universus littoris Norwagici usque ad Russiæ fines subest. Præcipue huc pertinet Jutiæ Septentrionalis inclyta civitas VARINIA *seu Warda*, cujus regio ampliorque usque ad ripas Cimbricas tractus veteri ævo inclaruit habitatione Werulorum indeque accepta communi Waruliæ, vulgo *Haer Syssel*, Heruliæ appellatione, docente JO. LYSCHANDRO *ad Aventin. chron. Bojor. p. 14. &* WORM. *monum. Dan. L. 5. p. 275.* qui etiam *L. 2. p. 103. seqq.* adfert monumentum WAIRENSE ad *Wærum pontem*, vulgo *Wærebroe* in Seelandia, Frontoni Regi positum *teste* SAXONE *principio libri sexti.* Quin ipsorum Vandalorum, quorum soboles Varini Heruliique exstiterunt, memoria nec hodie exaruit, servata quippe in nomine terræ *Wandaliæ* vulgo WENDSYSSEL *y*), quæ integros complectitur octo principatus Chersonesi Cimbriæ aquilonaris, a Wandalis olim habitatos, quorum stamina etiamnunc conspicua dixeris in delectis provinciæ militibus, fortitudine *Dalekarlis Sveciæ* haud secundis, vulgo vocatis *Wandelboen*, de quibus singulis plura vide apud JO. & CLAUD. LYSCHANDROS *in sermon. de antiquit. Dan. p. 12. genealog. Reg. Dan. p. 267.* PONTAN. *hist. rer. Dan. in chorograph. de script. Dan. p. 662. p. 710. seqq.* Ubi tamen diversissimas origines & appellationes Vandalorum & Venedorum mirifice confundit. Quicquid vero tandem sit, id facile dandum est Peringskioldio, quod primus Waringiorum etymon aliis curatius divinarit inveneritque in lapide Runico paroeciæ Akerensis Sudermanniæ, quem ita explicuit: *Amvitus erexit lapides hos omnibus filiis & fratribus suis, qui erant* WARDI *seu* EXCUBITORES, WARDSALLERE, WÆRINGIAR, *peregre in Tyro civitate profecti de Scania.* Nolo tamen reticere varias aliorum opiniones, quarum prima est SPELMANNI *d. l. p. 566. Diu*, inquit, *me torsit quinam essent* VARINGI, *tandem dictos conjicio a vocabulo obsoleto* WARYEN *Sax. warian, imprecari, execrari, unde* WARING *maledictio, anathematizatio, & hos Waringos eosdem esse censeo quos Ripuarii antiqui* WAGROS *dicunt, Itali* BANNITOS, *proscriptos, exules.* Eandem conjecturam laudavi *præfat. ad Tom. I. p. 16.* & amplectuntur plures cum ECCARDO *in rebus Francicis* 2) WENEDELINO *ad L. Salic. p. 195.* ARVIDO MÖLLER *dissert. de Varegia § 5.* CANGIO & SOMNERO *in glossariis*, VERELIO *in notis ad Hervara Saga p. 19.* *) qui cum Spelmanno oppido confundunt *Wargos* cum *Waringis*, quorum hi a communi voce Septentrionali *waer* vel *ward*, defensione, custodia; illi vero à voce *Wrag* dicuntur, expulsi, hostes, prædones, Anglo-Saxonibus & Cimbris *Wræcca*, Islandis & Teutonibus *Vargur*, Norwagis, Svecis *Wickungar*, *Warg*, latro, lupus, docentibus OLAO WERELIO *in notis ad Herv. Saga p. 19.* MYLIO *in archæologo Teutone p. 171.* LEIBNITIO *in collect. Celticis p. 145. &* WACHTERO *in Glossar. Germ. p. 1823 1869.* *a*) Angli vero scriptores VILERMO MALMESBURIENSIS *de gestis Anglor. Lib. II. c. 13.* JAC. GOARUS *ad Jo. Curopalatam p. 58.* Varengos BARONES interpretantur: *Baronagium*, inquit GOARUS, *seu Varnagium Procerum regni Senatus est, vulgo parlamentum, à cujus nobilitate* STIPENDIARII ANGLI *Græcorum vanam titulorum libidinem græcanico more sectati, nomen sibi* Βαράγγων *in curia Constantinopolitana fixerunt & adoptarunt.* Amplecti videntur hanc conjectionem plures, qui Waringorum appellationem è scriptoribus Byzantinis, qui Varungos Βαράγγους vocant, repetere malunt. PONTOPPIDANUS *L. I. gest. Danorum extra Dan. p. 21.* Sed facile constat, græcam vocem vel idem ac præsidium significare, vel esse ipsum nomen corruptum Norwagicum vel hujus saltim imitationem seu versionem. Indigitat hoc ECCARDUS *ad L. Sal. disquisit. de orig. Francor. p. 253. Dani ex Anglia Constantinopolin profugi in custodia Imperatorum Sec. XI. adsciti*

Wardeberga & Wardhusia. *Warinia seu Warulia.* *Wærebroe.* *Vandalorum memoria.* *Peringskioldi consensus quoad etymon nominis Waringiorum.* *Alia opinio Spelmanni.* *Anglorum Scriptorum.*

---

y) Nonnullis *Vinnilia, Vendulia* filo Plinii, qui Vandalos, Vendelos & Vinulos vocat. Plura vide apud WORMIUM *Dan. monument. L. 3. p. 140 L. 5. p. 273.*

Eccardi conjectura. 2) *Tom. I. p. 4. 5.* ubi fabulam hanc ornare studet, asserens, *Cimbris* ob piraticam illis familiarem nomen *wrae* seu latronis ab antiquo adhæsisse & deinde in gentem *Francorum*, ex *veterum quippe Cimbrorum parva civitate*, quam cum RAVENNATE laudat, *Mauringia* oriundam transiisse, ut, qui primo dicti sunt *Fraci*, postea per epenthesin *Franci* appellati fuerint. Quæ traditio sponte concidit, si vel notaveris quæ de nomine confoederali Francorum CLUVERUS *Lib. III. Germ. antiq. c. 20.* & de eorum originibus ac de Mauringia differuit GUNDLINGIUS *in observat. de originibus Francor.* *Rudbeckii.*

*) Quibus accedunt BOXHORN, *orig. Gallic. p. 21.* RUDBECK *Atlant. T. III. p. 184. seqq.* MESSENIUS *Scond. illust. T. XIII. pr.* JO. PETRI *diss. de ortu & progressu veterum navigat. p. 44.* CHRISTIAN. NETTELBLAT *P. I. biblioth. Svec. p. 54.* aliique Sveci, qui *wargar* prædonem & *Varegiam seu Vergionem* insulam luporum interpretantur.

Wachteri. *a*) *Vulgo*, inquit, VARINGI *qui Græcis Sec. XII. innotuerunt, confunduntur cum* VARGIS *latronibus, nam Varingi sive* Βαραγγοὶ *scriptoribus Byzantinis sunt milites Danorum præsidiarii ab Anglis regno pulsi, postea ab Imp. Byzantinis custodiæ palatii adhibiti dicuntur a* WAER, *arx, præsidium.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adſciti Waringos ſe vocabant, unde Græci BARANGOS *fecerunt.* Primum vero Scriptorum Anglorum falſum dixeris, quod Varangorum gentis originem Angliæ ſeu Britanniæ vindicaverint, ſeducti forte a Byzantinis ſcriptoribus JO. CINNAMO, BRYENNIO, CÆSARE, NICETO CHORIATA aliisque, qui Varangos *Anglis* accenſent. Sed tantum abeſt, ut ad ſolos Britannos reſpexerint, ut potius præcipue intellexiſſe videantur Danos, Norwagos, Svionas, uti ALBERTUS AQUENSIS, ANNA COMNENA & qui GOTHOS *teutonici idiomatis* expreſſe laudat GUILIELMUS *de* RUBRUQUIS aliique ſcriptores græci diſerte teſtantur, citati a BAYERO *d. l. p. 308 ſeqq.* Quid? quod ipſi Angli WILLHARDUINUS & ORDERICUS VITALIS fateantur, Varangos fuiſſe ANGLO-DANOS, & teſte SCHERINGHAMIO *diſcept. de origine Anglor. p. 163.* GOTHOS, *quorum ſoboles Dani.* Qua in re convenit SAXO *Grammat. L. 12. p. 227.* & ipſe Rex Dan. ERICUS EJIEGOTT, Conſtantinopolin profectus, *gravi oratione, qua Varangos ad fidem & virtutem* exhortatus eſt. Ceterum opinio JACOBI GRETSERI, qui Varangos FRANCOS dicendos autumavit, ſponte concidit ſi vel ipſos inſpexeris ſcriptores Byzantinos, qui Francos Slavonico vocabulo Νεμιτζὸς καὶ ἀυτὸ τὰτο βαρβαρος, homines *ſermonis peregrini ut intelligi nequeant*, nuncupant & ubique diligenter diſtinguunt a Varangis, qui ſub ipſis Græcis Ducibus & ſignis militabant. Plurium conjecturas de Varagorum nominis ſignificatione adduximus. *d. l. not. e.* Accedit opinio LAURENTII, qui *in indice muſæi Regii Dan.* Varingos vindicat inſulæ Boringholmiæ. BORRINGII, inquit, *maris Baltici accolæ, nominis Danici homines ſub Imperatoribus græcis Conſtantinopoli imo nonnunquam in Ægypto militantes ſtipendia magna auri aureorumque nummorum ex Græcia religione Ægyptiaca partim imbutorum reportarunt; & videntur ſane redolere imagunculæ illæ aureæ non niſi idololatriam ægyptiacam.* Quam ſententiam DIPPELIUS *in vernacula commentatione de ſimulacris aureis ex Boringiæ agro erutis* JACOBO *a* MELLE *Lubecenſium antiſtiti oppoſita* defendendam in ſe ſuſcepit. Si vero conjecturis hujus generis indulgere licuerit, eodem, niſi majori quodam, jure, primos natales nominis Varingiorum attribueris inclyto olim Lapponiæ Danorum oppido VARINGAR, cujus incolæ omnium forte primi apud Ruſſos & Græcos ſervitia militaria præſtiterunt, quos ſecuti ſunt demum plures Norwagi, Dani, Angli, omnes deinde ab Imperatoribus, quibus a præſidio militari erant, Conſtantinopolitanis inſigniti nomine Varingiorum. Vide MARTINIER *itinerar. Septentrion C XI. p 15 C. XIII. p. 18.* PAUL. RHAMNUSIUM *de bello Conſtantinop. L. II. p. 87.* Taceo conjecturam ANGR JONÆ *ſpecim. Islandiæ hiſtorico & chorograph. p. 94.* PONTANI *hiſt. Dan. in chorogr. p. 671.* aliorumque, qui NERGION *Plinii* Waregiam ſeu *Wargoen* interpretantur eandemque ditionem in ipſa Norwagia, vel in inſula *Bergarum* inveniſſe ſibi viſi ſunt. Quibus vel quædam harmonia ſolius vocis impoſuit.

Jacobi Gretſeri.

Laurentii.

Alia conjecturæ.

Ab interitu vindicandum fuit M. HIERONYMI CYPRÆI *V. D. M. & Canonici Sleſvicenſis* Chronicon Epiſcoporum, ſiniſtro facto tenebris hactenus mancipatum *b).* Quo quidem rem putamus haud ingratam feciſſe iis, qui reſciunt, ipſum hoc opuſculum primum reliquorum Sleſvicenſium chronicorum fontem fere & præſidium exſtitiſſe, quod deinde Pauli Cypræi inclyti JCti, fratris *M. Hieronymi*, ſtudium hiſtoriæ patriæ acuit, tum *Jo. Adolphi Cypræi* Theologi apoſtatæ operam excitavit, ut hic demum in publicum protruderit *annales epiſcoporum Sleſvicenſium*; quos quidem ad Patrui & Parentis MSCta inſtar cynoſuræ dixeris expendendos. Silent de MSCtis Cypræanis rerum patriæ ſolertiſſimi ſcriptores omnes, de vitis etiam Cypræorum nil quicquam Biographi, niſi ſparſius, commemorant, plura forte exſpectare licebit ex JO. MOLLERI *Cimbria literata MSC. c).* Paucula igitur ſunt, quæ de iis conſtant. Natus eſt HIERONYMUS CYPRÆUS *cc)* an. 1534. patre NIC. KOPPERSCHMIDIO

Hieronymi Cypræi chronicon Epiſc. Sleſvic.

b) Ad manus fuit codex apographus ab Ulrico Peterſenio tranſſumtus, vitioſus tamen & lacunoſus ubique ob peſſimam codicis autographi ſcripturam proxime accedentem characteribus divinationum, veruſtate etiam paſſim fere obliteratam. Uſus deinde ſum codice autographo quem litteratiſſimus NOODTIUS *V. D. M. ad ædem cœnobii S. Joannis Sleſvic.* mecum communicavit. In fronte ipſe autor chronici inſcriptionem expreſſit, omiſſo tamen ſuo nomine, quod ejus nepos ejusdem nominis *Hieronymus Cypræus J. V. Licent.* adſcripſit, addito autoris officio archidiaconi quondam Capituli Sleſvicenſis.

c) Vide BERNH. & OLAI HENRICI MOLLERORUM *commentat de vita & ſcriptis Patris Jo. Molleri ed. Sleſv. 1734.* ubi tamen p. 34 ſe in catalogo 140. ſcriptorum, quorum vitas autor fuſe perſecutus fertur, nomina Cypræorum non inveniuntur.

cc) De HIERONYMO ſeniore ac Theologo agunt præcipue HELDUADERUS P. 2 *Sylv. chronolog. p. 158 202.* LYSCHANDER *in catalogo Scriptor. Danic. h. l. lit. H.* ubi Hieronymum laudat Philoſophum excellentem & poetam. JO. MOLLER *iſagog. P. I. c 13 §. 1. P. III. c. 1 §. 3. p 229. c 4 § 1 pag 350.* ANTON. TEISERIUS *P. 2. catalogi catalogorum p 112* & JO. BERNHARD *Præpoſitus Sunderburgenſis in epithalamio, quo Hieronymo Cypræo matrimonium cum Petronella Belga, vidua* TILEMANNI *ab* HUSEN *Theologiæ Doctoris & Epiſcopi Sleſvicenſis*

Elogia Hieronymi Cypræi Theologi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DIO *d*) a. 1533. Senatore, deinde Conſule Sleſwicenſi *e*), quem etiam Parentem agnoſcit PAULUS CYPRÆUS ævi ſui JCtus ampliſſimus. Gentis hujus origo an ſorte ex nobilium in Turgovia, quæ ditioni coenobii Viſchingenſis ſubeſt, gente *f*) Kupferſchmidia repetenda ſit, inter incerta repono. Principio laudatus Hieronymus baſilicæ patriæ Canonicus, hinc Lector & Cantor ſalutatus, tandem archidiaconus capituli cathedralis conſtitutus eſt. Quod munus ita obiit, ut commoda collegii hujus non parum procurarit, promoveritque ſcholæ ibi inſtitutæ incrementa, ſiquidem ejus ſuaſu factum eſt, quod illa a. 1567. *g*) in gymnaſium eveheretur, cujus primus Profeſſor Theologus Rectorque conſtitutus eſt. Varia tamen egregio huic inſtituto impedimenta injecta ſunt *h*), ut demum circa a. 1580. plane conciderit *i*). Cum ADAMO TRAZIGERO Ducis Cancellario *Hieron.* CYPRÆUS,

Munera & fata.

Sleſwicenſis Lutherani initum, fauſtum apprecatur. Idem panegyri quadam acclamavit nuptiis *M. Hildebrandi* EMINGÆ Canonici Sleſvicenſis; Cujus ſocer erat HIERONYM. CYPRÆUS, pater vero CÆSO ÆMINGA ex nobili Burgundorum genere ortus, de lycæo cathedrali Sleſvicenſi meritiſſimus.

d) Quod nomen filii in græcum deinde, ut facile patet, pro more ſeculi transformarunt. Vide JO. MOLLER *in homonymoſcopia p. 841.* Ubi ſaltim errone HIERONYMUM *ſeniorem* appellat agnatum *Pauli Cypræi JCti.*

Nicolai patris.

e) Teſtatur hoc *chronica MSCt. Sleſvicenſ. ad h. a.* & in ſerie Conſulum ibidem additur: *Er iſt der Cypræorum Stamm-Vater und lebte noch 1569.* Aliquando vero confunditur ille cum NICOLAO KUPFFERSCHMIDIO filio Pauli, qui PAULO *ab* EITZEN J. V D. & Canonico Sleſvicenſi litem de edendis documentis & chartis Calundiorum præſtandoque juramento *XII. conſanguineorum*, quod *Kuns-Eyd* vocatur, obmovit, ſopitam demum a Rege Chriſtiano IV. & Duce Friderico, ſententia dicta Haderslebiæ *d. 14. Novembr. a. 1616.* Obſervavit hunc errorem JOACH. BLUTINGIUS *civis Sleſvicenſ. & Advocatus judicii aulæ Gottorpienſ.* in *tr. MSC. de prælationibus Credit.*: de quibus ſeorſim in VI. libris ex jure communi & Cimbrico diſpexit. Qui ſimul adnotavit a *Caluntia gente*, Sleſvici olim officiis ſenatoriis & Conſularibus conſpicua, hodieque appellari loca quædam *Kalunds-Teich, Kalunds-Wurth.*

Memoria Cypræorum extra Cimbriam.

f) Cujus inſignia exhibent ſcutum cum malleo ferroque tenui incurvato, quale ahenis jungi ſolet, triplici, teſte STUMPFF *chron. Helvet. V. 26. p. 96.* Nec plane ab his differunt inſignia gentilitia Cypræorum, conſpicua in epitaphio PAULI CYPRÆI, quod in templo cathedrali Sleſvic. erectum eſt Innotuit etiam MELCH. BALTHAS. KUPFFERSCHMIDIUS editis *chronico ab initio mundi usque ad a. 1668. Francof. 668. 8 Speculo rebellatorum & proditorum ibid. 666. 12. diſput. de confeſſione ſub præſidio Lauterbachii Tubingæ habita*, ut docet hiſtoria ſtatutorum Francofurt: a *viro clariſſ.* SENCKENBERGIO *ſelect. hiſt. Tom. I.* inſerta *p. 541.* In Megapoli inclaruit ANDREAS KUPFERSCHMIDIUS ſ. CYPRÆUS, *Nordſtrandus*, a. 1603 natus, a nobilibus Dieterico & Achatio fratribus *de Quitzau* a. 1644. vocatus Paſtor eccleſiæ Roggendorffenſis circuli Grevesmolenſis. Cujus memoriam & virtutes annotavit B. PARENS *in hiſtoria eccleſiaſtica & Presbyterologia Mecklenburg. MSCt.* Sleſvicenſium Cypræorum mentionem paſſim fecit M. ANTHON HEIMREICH WALTHER Paſtor Morſumi Nordſtrandiæ in *rebus Nordfreſicis* tum editis, tum ineditis adhuc. Proaviam ſuam laudat filiam *Nicolai Kupfferſchmidii*, quem etiam ſocerum vocat celebrium virorum GEORGII MASII Conſulis Sleſvicenſ. M. STANHUFFII ibidem Canonici, GERSII STRUCKMANNI *V. D. M. Haddebuyenſis.* Vide WALTHERI *ſupplementa chronici Nordfreſici MSC.* ibique tabulam progenealogicam BRODERI BOYSEN. De PETRO CYPRÆO *Flensburgenſi a. 1612.* V. D. Miniſtro Eccleſiæ Bubſeenſis egit M. MELCHIOR KRAFFT. *hiſtor. eccleſ. Huſum. p. 358.*

Et in Cimbria.

Speciatim Hieronymi.

Præcipue plura ſingularia ad vitam & fata HIERONIMI CYPRÆI chronici Sleſv. autoris ſpectantia recondita ſunt in actis Capituli Sleſvicenſ. ſpeciatim hujus exemtionis MSC. ab a. 1549-1570. Quibus inſertæ leguntur præſtitæ urphedæ & reverſales laudatorum Capitularium de a. 1565. ut & res geſtæ in cauſa coadjutoriæ ab Adolpho Duce, prævia ratificatione Ducis Joannis ſenioris in Fridericum filium translatæ ſolemni diplomate Sleſvici a. 1569. exarato, & eodem anno ab Archidiacono, Cantore, Lectore, Seniore, & toto Capitulo eccleſiæ Sleſvicenſis corroborato, cui chartæ ſubſcripſerunt CÆSO ÆMINGA, *Hieronymus* CYPRÆUS, *Conrad.* GOGREVE, *Mich.* STANHUFFIUS & *Eraſmus* HEIDMANN. Adpendet ſigillum *h. l. n. 43.* æri inciſum. Non itaque eſt, ut *b.* HOYERUS *introd. in hiſt. Dan. p. 282.* dubitet de Friderico Duce, vivo Patre adminiſtrationis coadjutore conſtituto, neque hæc conſtitutio fide CHYTRÆI & AUTORIS *Catalogi MSCt. epiſcopor. Roskild. Ripens. & Sleſvicenſ.* rejicienda eſt in a. 1584.

Gymnaſii profeſſor.

g) Teſte SECKENDORFF *de ſtatu Lutheraniſmi IV. 22. p. 16.* & ipſo libello Legum pædagogii a. *1567.* ſcriptarum. Alii cum *Nicolao* HELDUADERO *Sylv. chron. circuli Bathici P. 2. p. 202.* annum volunt 1576. Quo tempore tamen ipſi, quos Rectorem & Profeſſores laudat, M. HIERON. CYPRÆUS, GOGRÆFIUS & EMINGA inter mortales eſſe deſierant Sequitur fidem Helduaderi MOLLERUS *Iſagog. P. 3. p. 350. & ad Bartholinum p. 370.*

h) Defectum beneficiorum convictorii accuſat HELDUADERUS *d. l.*

Leges Lycei Sleſvicenſ.

i) Inſtaurationem & primas Leges ſcholæ Sleſvicenſis juſſu Ducis Adolphi primus Rector M. MICHAEL STANHUFFIUS *Würtzburgenſis*, Canonicus Sleſvicenſis, deſcripſit & typis mandavit Witteberg. 1557. Decennio elapſo promulgatæ ſunt leges & lectiones pædagogii Sleſvicenſis, cui una cum laudato HIERONYMO CYPRÆO *Rectore* præfecti ſunt Profeſſores Theologi PAULUS *ab* EITZEN Theol. D. & Superintendens Sleſvicenſis, CÆSO *ab* EMINGA *Grönungenſis*, PAULUS CYPRÆUS frater Hieronymi J. V. D Philoſophi CONRADUS GOGREVIUS & M. STANHUFFIUS autor ſyntagmatis bipartiti *de meteoris ed. Witteb.* 1562. Speciatim de Paulo, qui jura publice ibidem docuit vide *Jo. Adolphi* CYPRÆI *annales p. 466. B.* MULIUM *de reformat. Cimbr. p. 98.* Sequenti a. 1568. privilegia pædagogii Sleſvicenſis promulgata ſunt. Poſt rerum mutatum ſtatum prodiit *methodus, didactica ſeu forma adminiſtrationis Scholaſticæ in cathedrali ludo litterario Sleſvicenſi pro moderno ejusdem ſtatu auctoritate Reverendi Capituli recepta & approbata a. 1640.* Sleſvici *excuſa a Jacobo Zurglocken.* Præmiſſa legitur præfatiuncula de lycæi hujus, quod commune totius provinciæ pædagogium vocatur, origine, decremento ultra XL. annos factaque demum reſtauratione. Porro a. 1561. juſſu Capituli præviaque approbatione antiſtitis THEODORI NIEMANNI *eccleſiæ cathedral. Sleſvicenſ. & Scholæ baſilicæ Inſpectoris* collectionem Legum Scholaſticarum Sleſwicenſium adornavit *Henricus* KOLERUS, *Fenenſis, Lycæi Rector*, auctor opuſculi *de Lycæo cathedrali Sleſvicenſi Kalend. Januar. a. 1651. aperto & inſtaurato, lectionumque deſignatione & Legibus ſcholaſticis edit. Sleſv. d. a.* Mutato vero templi cathedralis ſtatu, ſub auſpicio & auctoritate Ducis Chriſtiani Alberti curante ac approbante D. CHRISTIANO NIEMANNO *Superintendente generali ac primario Inſpectore* indicem Legum operarumque ſcholaſticarum Scholæ cathedralis Sleſvicenſ. reſtauratæ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

CYPRÆUS parum convenit, forte ideo, quod vel ipſi Capitulum uſui profano addicere laboranti animum oppoſuerit, vel præcipue varias contentiones inter Principem & Capitulum exagitatas exaſperaverit, traxeritque in partes ſuas plures Capitulares. Unde non ſolum indignationem Principis *Adolphi* in ſe derivavit, ſed etiam cum duobus aſſeclis CÆSONE ÆMINGA & CONRADO GOGRÆVIO cuſtodiæ mancipatus eſt uſque dum mentem mutarent, culpam deprecarentur & urphedam præſtiterint. Quæ quidem adverſitates ipſi ultima fata acceleraſſe dicuntur circa a. 1572. teſtantibus actis Capituli Sleſvicenſis MSCt. In literis humanioribus & ſuperioribus ſcientiis verſatiſſimus fuit, inprimis hiſtoriam excoluit eum in finem, quo perfectius patriæ res geſtas, eccleſiaſticas præcipue, exponeret. Probare hoc ſtudium coepit commentationibus *in Helmoldi chronicon Slavorum* conſcriptis *k*) ineditis adhuc, quas JO. ADOLPHUS CYPRÆUS, ipſius ex fratre nepos, in additamentis ad Parentis ſui hiſtoriam Sleſvicenſem MSCt. *l*) & in annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium a. 1634. editis in auxilium citat. Quod tamen MSCt. deperditis fere annumerandum erit, niſi ſuſpicioni locus relinquatur, illud poſt fata *Jo. Adolphi*, in cujus manus incidit, tranſiiſſe in coenobium, ibique abditum deliteſcere adhuc. Neque tamen hanc jacturam in- *Notæ in Helmoldum.*

ſtauratæ denuo exhiberi & cum præfatione a. 1682. Sleſwigæ publici juris fecit M. GEORG. HINRICUS BURCHARDUS ejusdem Lycæi moderator, deinde Præpoſitus oppidi *Heiligenhafen* Wagricæ ditionis. Quarum legum confirmatio data eſt a. 1691. Omnes denique præſcriptas hactenus & collectas Lycæi ejusque trium auditoriorum perutiles leges & lectiones in unum codicem redegit *novumque typum lectionum* edidit R. DANIEL HARTNACCIUS, cujus etiam vindiciæ VIII. capitum legum laudatarum autographæ ſuperſunt, quibus adhærent narratio de fatis *Chriſt. Coleri* martyris ſeptuagenarii, *Rachelii*, *Finekii*, *Burchardi*, *Moſii*, ut & *monita* de emendandis & augendis Legibus ſcholæ Sleſvicenſis & *querelæ* de cauſis decrementi ejusdem lycæi. Quibus adde: FRIEDL *van* SENFTLEBEN *in querelis Holſat. apud Zeiler. epiſt. 479. pag. 577.* HELWADER CHRON. *circuli Balthici p. 20.* Ceterum ex LL gymnaſii Bordisholmenſis, teſte *Hartnaccio*, nonnulla manarunt in Leges lycæi Sleſv. quarum iterum argumenta quædam derivata ſunt in Flensburgenſes, quas anno 1589. edidit R. PAULUS SPERLINGIUS

k) Quarum tamen nec BANGERTUS nec reliqui editores Helmoldi, nec qui vitam Bangerti deſcripſerunt JO. POLZIUS *programm. & orat. funebri in H. Bangert. a. 1665.* AD. HENR. MOLLENHOFF *orat. de ortu & vitâ Bangerti & cl.* JO. HENR. *von* SEELEN *athenæi Lubec. P. I. p. 64. P. IV. p. 433. ſeqq.* mentionem injiciunt. Nec quicquam iisdem innotuit de JO. MICRÆLII *obſervationibus in chronicon Helmoldi*, quæ & h. l. num. XXXVI. prodeunt. Dubitandum non eſt, quin plures idem chronicon & ipſas, quibus pleraque ex veteri ævo ad res Holſaticas pertinentia debentur, hiſtorias *Adami Brem.* & *Alberti Stadenſ.* commentationibus ſuis explanarint; quæ ſi invenirentur alicubi, plurimis putaverim locis a Bangerto parum excuſſis nec recte ſatis ex antiquitatibus patriis illuſtratis facem adderent ac variis præcipue patriæ hiſtoriæ argumentis dilucidandis inſervirent.

l) Quæ autographa ſervatur in bibliotheca regia Hafnienſi, cujus inſpectio mihi obtigit, cura illuſtris hiſtoriographi Regii JO. GRAMMII viri doctrina & eruditione præſtantiſſimi patriæque inſignis ornamenti. Ibi vero *fol. 23.* textui manu Patris Pauli ſcripto ad verba: *Eam ob cauſam & quod Marco vir experientiſſimus & induſtrius eſſet ei & Epiſcopatus Sleſvicenſis commiſſus fuit*, addidit in margine: *civitatem opulentiſſimam Sleſvic ejusdem Marconis juri delegavit Imperator, qui præfuit annis XIX. ut* FRATER *meus notavit ad Helmoldum.* Dicere quidem debuiſſet ut Patruus meus (*Hieronymus*) ſed ſatis apparet, illum eo quidem tempore, quo margini MS. paterni ſupplementa adſcripſit, reviſoris ſaltim partes ſubiiſſe adeoque ſupplementa ſua adjecta non ſibi ſed ipſi autori Patri ſuo attribuiſſe. Errori vero vel negligentiæ ipſius tribuendum eſt, quod deinde Patris annalibus, quibus ſuum nomen tamen præfixit, a. *1634* editis *p. 38.* eadem MSCti verba: *ut frater meus notavit:* haud correxerit, quemadmodum tamen poſtea fecit *p. 134* ubi in deſcribendo caſtro S. Georgii provocat ad PATRUI *ſui* HIERONYMI *notas ad Helmoldum c. 24.* In paterna vero MSC. *hoc loco f. 57.* hæc quidem allegata de patrui notis non leguntur, quamvis ibidem manu *Jo. Adolphi* ipſum ſupplementum de caſtro Georgii margini adſcriptum reperiatur, paulo tamen diſſonum a verbis, quæ exſtant in editis annalibus *d. l.* Ita enim in MSCt: *Caſtrum Georgii vulgo Jürgensburgum, nam Henricus caſtrum prope Sleſvicum ædificavit, quod ego de illa arce Georgii vulgo dicta accipiendum exiſtimo, & in omnibus pene civitatibus vel ſuburbiis divo Georgio tanquam DEO tutelari ædem aliquam vel arcem ædificaverunt, & in omnibus templis ſimulacrum Georgii poſuerunt, immo & Duces Sleſvicenſes imaginem figillo impreſſam obſignandis litteris adhibuerunt, quarum nos plurimas vidimus.* Sed ex adverſo idem laudatum *MS f. fol. 55.* notarum harum mentionem injicit, adſcripto circa verba Patris: *munimento inter Saxoniam & Daniam omnium firmiſſimo*, hoc ſupplemento: *Henricus filius Gottſchalci ædificavit caſtrum prope Sleſvicum, quod direptum fuit a Canuto Duce Sleſvicenſi, qui Slavos ſuperavit & delevit, id notavit* FRATER *meus ad Helmoldum c. 24. fortaſſis id eſt Jürgensburgum vulgo dictum.* Non leguntur hæc verba in ipſius annalibus p. 128. rejecta tamen videntur *ad p. 134.* ubi, quem in MSCto paterno fratrem laudavit, patruum appellavit. Religioſum igitur animum, quem de *MSCto Patris revidendo* ſaltim ejusdemque nomine augendo & publicando primum foverat, mox mutaſſe cenſendus eſt ex eo tempore, quo ſacris Evangelicis nuncium mittens, indubie putavit gloriam ſibi quandam parare communicatione hujus libelli, quem ſuamet opera conſcriptum & elaboratum venditavit, uti conſtat ex *Titulo Libri*, in quo Patris nomen plane diſſimulavit & ex JO. PHILIPPI FRIDELI *ord. Prædicat. S. Theol. D. & Commiſſar general. archidioeceſeos Colonienſis cenſura*, ſcripta *Coloniæ d. 1. April. 1634.* ipſis annalibus præmiſſa. Saltim in epiſtola dedicat. p. 6. & circa finem annalium p. 467. editor reticere non potuit, Parentem Paulum has Sleſvicenſium epiſcoporum hiſtorias ſcribere incepiſſe, ſeque filium easdem continuaſſe, auxiſſe & locupletaſſe. Hac vero confeſſione ſibi nimium, Parenti parum tribuit; cui tamen maxima pars libri vindicanda eſt. Quod & ipſe filius ſine dubio in eum finem, ut aliquando plagii forte quæſtionem obmotam repelleret, non verbis quidem ullibi expreſſis, ſed ſignis tantum per totum librum indicavit. Quæ enim Parentis ſunt ſeu autoris literis ordinariis, ſua vero additamenta litteris minutioribus, quæ vulgo *verſales* dicuntur, imprimi curavit ac parentheſibus incluſit. Quæ utriusque Patris filiique operarum diſtinctiones ſponte ſubibunt oculos eorum, qui laudatum codicem autenticum MSctum cum editis annalibus ab a. 865. ſeu cap. IV. usque ad a. 1550. ſeu finem codicis MSCt. contulerint.

Notæ in Helmoldum.

Autographus Pauli Cypræi Codex.

A Filio editus & auctus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

insigniter dolendam puto, cum partim Bangertus eum defectum suppleverit *m*), partim Jo. Adolphus potiora momenta, quæ ad illustrandum Helmoldum facere poterant, annalibus laudatis ipse inseruerit, nomine licet ejus ubique haud addito. Præter reliqua Hieronymi scripta *n*) ejus epigrammata seu tetrasticha in XXXVI. Episcopos Slesvicenses *o*), qui ab Erico usque ad Adolphum Ducem Holsatiæ ecclesiæ illi præfuerunt, *Lubecæ 1560.* seorsim edita & ARMIGILLO seu, ut quibusdam vocatur, HIERONYMO VADE, Anglo non exiguæ famæ nuncupata sunt. Ipse deinde chronico suo Episcoporum Slesv. eadem ad calcem vitæ cujusque Episcopi adjecit; postea tamen hæc tetrasticha sibi vindicare ausus est *Jo. Adolphus*, qui eadem annalibus suis inseruit *p*), passim tamen mutata in gratiam Pontificiorum. Inprimis vero de patria sua Hieronymus bene merere, primusque res civiles atque sacras apud Slesvicenses gestas juxta nexum tradere studuit ipso, quod jam cum publico communicamus, opusculo, cujus inscriptio est: CHRONICON EPISCOPORUM SLESVICENSIUM *ex multis vetustatibus collectum nec antea visis ac de prima Danorum conversione ad religionem christianam acde bellis in dioecesi gestis.* Sponte patet, animum ipsius fuisse præcipue episcoporum res enarrare, quod etiam in præfatione ad tetrasticha in XXXVI. Episcopos Slesvicenses aperte fatetur, ita scribens: *Catalogum hunc, qui epigrammata brevia refert accipito, donec integre historia de vitis Episcoporum Slesvicensium prodeat.* Sed cum posterioribus curis argumenta, quæ delineaverat, vel emendasset vel auxisset, non solum opusculum chronicon appellari maluit; verum etiam res bellicas, quæ in isto episcopatus tractu gestæ sunt, pertractavit. Neque arrogantiæ speciem præ se fert, quod chronicon illud ex multis vetustatibus nec antea visis collectum dixerit; primus enim viam ad res Slesvicensium ordine persequendas aperuit, & quod nemo ante eum tentaverat, suscepit, egregiis ad eam rem rite exequendam haud destitutus subsidiis, quæ ipsi suppetebant tum è Capituli Slesvicensis, tum è coenobii Slesvicensis tabulario ac schedis præsertim GODESCHALCI *ab* ALEVELDE Episcopi ac ipsius Antecessorum; quæ & alia subsidia *in catalogo autorum præfixo* ipse passim laudat. Vnde hoc ejus chronicon ceteris historiæ Slesvicensis sacræ scriptoribus HELDUADERO atque WALTHERO inprimis inserviit, quin reliquorum, quæ à Cipræis profecta sunt, omnium fundamentum fuit. Namque *Paulum* ipsius fratrem id in usum suum convertisse & sua inde passim derivasse, ordo tam rerum quam verborum usque ad a. 1349. satis manifestat, in quo quidem anno Hieronymi chronicon subsistit. Atque hinc probabile fit, Paulum istius solertia excitatum ad res Slesvicenses continuandas animum adpulisse ac à fratre tradita ampliasse & continuasse, quod & præstitit usque ad a. 1550. Et quamvis haud desint, qui ea ratione, quod aliquot folia sejuncta à reliquis in codicis autographi fine reperiantur, inducti sibi persvadent, chronicon Hieronymi quondam ultra a. 1350. usque ad reformationis res gestas pertigisse manumque vel malevolam extrema MSCti subtraxisse vel ipsum autorem id fieri post fata sua voluisse, ne ob descriptas candide nimis vel aliquanto vehementius Capituli adversitates Camerina moveretur; has tamen conjectiones instabili fundamento niti ipsa autographi, quod ad manus est, inspectio satis superque edocet. Schedæ enim, quæ huic opinationi ansam dederunt, nonnisi mera quædam collectanea vel inserenda, Hieronymi manu sine ordine scripta ad a. 1467. 1458.

Tetrasticha in Episc. Slesvicenss.

Subsidia historica.

Chronici utilitas.

Eius continuatio a Paulo fratre.

---

m) Ipsum *Bangertum* observationibus *Hieronymi Cypræi* usum fuisse conjicio ex litteris CASP. DANCKWERTHI *ad Bangertum a. 1655 mense Augusto* exaratis: *Chronicon*, inquit, *Lubecense meum, quod ex Gottorpiensi bibliotheca descriptum est desinit a. 1518. quod mitto, Cypræi vero observatiunculas ad Helmoldum non vidi, quod tibi facile obveniant non dubito*

n) Quibus adnumeratur ejus *oratio funebris in Fridericum Principem & Episcopum Hildesiensem & Slesvicensem*, Duci JOANNI *Seniori*, defuncti fratri germano, nuncupata, *habita Slesvici & typis excusa Wittebergæ 1557.* quam CASP. PASELIECK *in literis ad M. Hieronymum* KUPFERSCHMIDT *Nyburgi 1668. datis* collaudat. Recusa est eadem oratio a. 1559. 4. addito epitaphio metrico in obitum ejusdem Friderici.

o) Hæc sub examen vocare aggressus est CORNELIUS AB HAMSFORT peculiari scripto post fata Hieronymi Cypræi a. 1576. edito, cui tamen nec *Jo. Adolphus* nec reliqui *Cypræi* ex fratre literati nepotes quicquam oppposuerunt. Pauca admodum sunt, quæ HAMSFORTIUS ex annalibus STRÆLII aliorumque in meliora mutavit, plures forte errores emendaturus, si *Pauli* & *Joh. Adolphi* scripta aliaque adjumenta usurpasset. Inseruit hæc tetrasticha HUITFELDIUS *catalogo antistitum Slesvicensium in Chronico Episcoporum Daniæ Danico, edito Hafniæ an 1604. & 1653. f.* Laudavit eadem Cypræi tetrasticha PETR. JO. RESENIUS *in præfatione versionis codicis Juris Jutici ed. Hafniæ 1684. lit. c. 4.*

p) Quod dum animadvertit *b.* ULRICUS PETERSENIUS *historiarum quondam scrutator apud Slesvicenses indefessus*, codici suo, quem ex autographo descripsit, facetum judicium subjunxit: *Hucusque chronicon MSCtum* HIERONYMI CYPRÆI *in enarranda Episcoporum Slesvicensium serie est extensum. Materiam si rectius attendas, duces, autorem historiam civilem sat prolixe, ecclesiasticam autem vix debito modo percurrisse, Episcoporum patria, parentibus, cognomine, educatione, studiis, scriptis vitæ & mortis genere strictim adumbratis. Titulus Episcoporum in bellorum descriptionem excrescens, speciosus est; sed re aliquando vacuus. Si autem pertigisset, vel impostorum adhuc periret opus hoc affectum, dolendum quidem foret; tota tamen fere hæc historia iisdem passim circumstantiis & versibus ad calcem singulorum episcoporum annexis, a fratre ejus* JO. ADOLPHO CY-

Ulr. Petersenii judicium ac error.

PRÆ-

1458. 1472. 1474. 1478. 1480. ſpectantia, continent. *q*) Neque ullos iſtud MSCtum defectus in calce prodit, quin potius integrum deſinit ad a. 1349. in parte anteriori ultimi folii, relicto vacuo paginæ poſterioris. Dolendum tamen eſt auctorem, actis quippe Capituli Sleſvicenſis aliisque præſidiis egregie firmatum, narrationis filum ad religionis repurgatæ & reformati Capituli tempora haud produxiſſe, cui defectui præmaturus ipſius obitus præcipue anſam dedit. Quod ad PAULUM CYPRÆUM fratrem ipſius germanum attinet, pauca ſaltim de illo, celebri licet ſui ævi JCto, in biographiis literariis commemorantur, *qq*) pauca etiam ſunt quæ filius JO. ADOLPHUS *in annalib. Epiſc. Sleſvic. p. 463.* tradidit, quibus addi poterunt nonnulla. Vita frui cœpit Sleſvici a. 1536. d. 16. Apr. ipſo Paſchatis feſto. Litteris humanioribus tinctus ſub Philippo Melanchtone Witteber- *Studia ipſius.*
gæ rerum ſacrarum ſtudio operam navavit, eumque in elegantiori litteratura ac Philoſophicis Præceptorem ſecutus eſt. Deinde academiam Lovanienſem ſalutavit, ſibique Jurisprudentiæ privatæ & publicæ, præcipue linguarum apparatum cultumque integro triennio commendatiſſimum habuit. Hinc in Angliæ celebratiſſimas academias ætatis anno XXXIII. ut ipſe alicubi ſcribit, conceſſit, Londinumque demum inviſens doctiſſimos quosque aulæ & regni Proceres faventes, inprimis JUSTUM JONAM magni ſigilli Secretarium & ARMIGILLUM VADE Angliæ legatum, benevolos adeo expertus eſt, ut in hujus etiam contubernio & convictu receptus fuerit. Inde forte fratri ſuo autor exſtitit, ut iſti legato tetraſticha ſua ſupralaudata a. 1560. inſcripſerit. Ex Anglia poſt exactum fere triennium Galliam inviſit, & integrum fere quinquennium in academia Aurelianenſi pertinaci adeo ſtudio, quod Jurisprudentiæ præcipue civili dicaverat, tranſegit, ut non ſolum lectionibus Anteceſſorum juris, præcipue Wilh. Fornerii ſedulo interfuerit; ſed & ipſe muſæis & auditoriis ſatisfecerit, nationis etiam Germanicæ Advocatus a ſupremo Judicio conſtitutus cauſas forenſes peroraverit, ſupremosque juris honores Aureliæ rite obtinuerit. Ex Gallia tum in Italiam, Hiſpaniamque iter ſuſcepit & inde demum circa an- *Officia.*
num 1565. in patriam redux, ſub auſpiciis Adolphi Ducis Sleſvici & Holſatiæ Canonicus baſilicæ Sleſvicenſis, Conſiliarius aulæ Conſiſtoriique Aſſeſſor, & a. 1567. gymnaſii Sleſvicenſis primus Profeſſor juris conſtitutus eſt. Quibus muneribus tum natas tum excultas & adquiſitas ſibi animi dotes facile probare coepit magno Principi, qui opera ipſius & vigi- *Legationes.*
lantia in graviſſimis cauſis & in legatione in Germaniam inferiorem uſus eſt *), eumque inprimis dignum judicavit, quem circa a. 1583. in Hiſpaniam ablegaret in eum finem, ut nomina exigeret ſtipendiorum, quæ Sereniſſimus Dux ab Hiſpaniarum Rege Philippo in Conſiliariorum regni Hiſpaniæ numerum ſolemni diplomate a. 1556. ſcripto cooptatus meruerat. Poſt obitum Ducis Adolphi perſtitit in gratia filiorum Principum Friderici, Philippi & Jo. Adolphi, quibus induſtriam & fidem teſtatiſſimam reddidit tum conſiliis & negotiis, tum variis legationibus ad Regem Daniæ, ſtatus Hollandiæ, Tornacum, Principumque aulas Germaniæ & civitates Imperiales feliciter exantlatis. Quibus inclareſcens in ſe convertit favorem præcipue aulæ Regiæ Danicæ & Cæſareæ Germanicæ, quæ utraque eum in partes ſuas lauto ſtipendio pertrahere & ad ampliſſimam ſpartam evocare fruſtra operam impendit, qua in re filius *c. l.* provocat ad litteras, quas ideo ARNOLDUS WITFEL-

DIUS

PRÆO *tribus hiſt. eccleſ. libris jam typis evulgata eſt. Duo hi fratres in hoc hiſtoriæ genere ſatis indicant idem velle & idem nolle veram demum eſſe fraternitatem bonumque & jucundum eſſe habitare fratres in unum.* Confudit tamen in hac cenſura nomen HIERONYMI CYPRÆI *Theologi* autoris chronici cum nomine *JCti Hieronymi Cypræi*, Pauli filii & fratris Jo. Adolphi.

q) En potiora capita: A. 1467. *cum Comes Gerhardus uſurpaſſet Gottorp, Hanerowe, Zegeberg, Rendesborg, inſurrexerunt majores patriæ contra eum, aliis Regi ut Domino, aliis Gerhardo adhærentibus. Tandem Rex compulſus venit & facta diæta Gerhardus caute ante Zegebergam tenetur captivus. Anno* 1458. *Rex Chriſtiernus cepit quatuor onuſtas naves ab ipſis Anglis, qui in Islandia præfectum ſuum occiderant. A.* 1472. *Cometa verſus Septentrionem peſtis indicium. Anno* 1474. *Fridericus III. Romanorum imperator obtinuit merum dominium Dithmarſiæ, ut Dithmarſia Holſatia & Stormaria eſſet Ducatus unus.*

qq) Obſervarunt quædam præcipue PHILIPP. CÆSAR *in notis ad Triapoſtolat. Septentr. p. 213.* CASPARUS BARTHIUS *in obſervationibus ad Claudianum p. 1287.* P. Cypræum laudans JCtum non inhumanum ſed per- *Elogia P. Cypræi.*
doctum: BARTOLINUS *de ſcriptor. Dan. p. 115.* KONIGIUS *bibliothec. vet. & nova p. 232.* DANCKWERTH. *chorograph. Cimbr. P. I. c. 3. p. 22.* laudans Triumviros Cimbros doctrina conſpicuos *Georgium* CALIXTUM Theologum, P. CYPRÆUM JCtum & *Thomam* FINCKIUM Medicum. Nec deſunt elogia plura. Acutum enim JCtum illum celebravit FORNERIUS *L. II. Select. p. 74.* Præditum ingenio, inſigni de ſtudiis Juris bene merendi facultate inſtructum laudavit VULTEJUS *in epiſtola tractatui Cypræano de jure connub. præmiſſa.* Inter præcipuos ævi ſui JCtos illum retulit *Salom.* GLASSIUS *de infamia ebrietatis p. 41.* MOLLER *in Iſagog. P. I. c. 7. §. 7. p. 124. - 127. c. 15. §. 15. p. 271. ſq. P. III. c. 4. p. 350.* & *in notis ad Barthol. p. 370:* SAM. REYHER *hiſt. jur. univerſ. c. 41. p. 342 ſq.* MORHOFIUS *orat. VIII. p. 243.* ubi illum illuſtribus literatæ Cimbriæ ſyderibus adnumeravit.

*) Ipſo teſte in præfat. *ad tractat. de jure connubior. p. 3.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DIUS regni Daniæ Cancellarius & OBERTUS GIPHANIUS *JCtus Patri ſuo in Gallia olim familiaris*, crebro ad eundem perſcripſerunt. Quibus delationibus munerum honoratiorum adnumeranda eſt profeſſio Juris apud Hafnienſes primaria, poſt obitum Lovanienſium JCti ALBERTI KNOPPERI, qui infauſto globi e ſclopeto emiſſi ictu periit, ipſi a. 1578. fruſtra oblata *r*). De vitæ ipſius exitu conſtat ex epitaphio Cypræano in templo cathedrali Sleſvicenſi hodieque conſpicuo, quo ipſius & conjugis & quinque filiorum in genua procumbentium imagines adumbratæ ſiſtuntur, addita hac inſcriptione: *Reverendo & conſultiſſimo viro* PAULO CYPREO, *Sleſvicenſi, eximio Capituli hujus Canonico Seniori, illuſtriſſ. Holſat. Principum Conſiliario rr*) *fideliſſimo & Legato multarum linguarum peritiſſimo, qui in S. S. Trinitatis invocatione placide obdormivit a. 1609. d. 2. Junii hor. X. veſpertina ætatis LXXIII. vidua moeſtiſſima Gertrud Rev. viri* PAULI *ab* EIZEN *S. S. Theol. D. filia, quæ cum marito annos XXVII. in matrimonio ſine ulla querela vixit, & filii* PAULUS *s*), NICOLAUS *J. U. D. t*), HIERONYMUS *J. U. L. u*), PHILIPPUS *v*) & JOHANNES ADOLPHUS *w*) *piæ ac honorificæ memoriæ P. O. C. 1610.* Et ſupra:

Epitaphium.

Cretus humo Cypreus humi hic in pulvere pulvis,
Dormio & exſpecto poſtremæ claſſica vocis x).
Corpore ſed tantum: putrida nam carne ſolutus
Spiritus ad Dominum rediit coeloque receptus
Numinis aſpectu fruitur, vivitque fruendo.

Scripta edita. De ſcriptis ipſius tum editis tum MSCtis pauca ſubjungenda reſtant. Primum opuſculum quod in arena inaugurali pro conſequendo Doctoris gradu *Aureliæ* defendit, ſcripſiſſe fertur *de nuptiis*, quod demum in tractatum elaboratiſſimum *de jure connubiorum* excrevit. Prodiit ille *Francof. a. 1605. 4.* ac denuo *Lipſiæ 1622.* cura filii *Hieronymi*, præmiſſa autoris ad Principem Johannem Adolphum Epiſcopum Lubecenſem Ducem Sleſvicenſem & Holſaticum, præfatione; *y*) quam excipiunt ejusdem ſupra *laudatæ literæ ad Profeſſores acade-*

r) Teſte VINDINGIO *in hiſt. academ. Hafnienſ. p.* 444. & ipſo PAULO CYPRÆO *in alloquio tractatui de jure connubiorum a.* 1605. *præmiſſo*, quo Doctoribus, Magiſtris, & omnium Facultatum Profeſſoribus academiæ Hafnienſis gratias decernit, quod ipſum ante aliquot annos ad *laudatam juris ſpartam uno ore vocare & ex aliis viris Daniæ & Germaniæ clariſſimis deligere non dubitarint.*

rr) Minus recte Cancellarium illum vocarunt OLDENBURGERUS *in indice autorum collegio ad Diſcurſum in inſtrumentum pacis adjecto:* QUENSTEDIUS *in dialogo de patriis illuſtrium viror. p.* 203. forte ſeducti fide CÆSARIS, de quo infra.

Ejusque filii. Pauli. *s*) Qui civis Sleſvicenſis vocatur in epithalamio ipſi & conjugi *Odæ*, filiæ *Georgii* (Wabii) JWARI Strandfriſi, præfecti Eiderſtedenſis dicato. Addelgenealogiam Knutſiam apud HEIMRICH *chron. Nordfriſ. p.* 164. & *c.* 10. *p.* 224.

Nicolai. *t*) Quem J. V. D. & advocatum facundiſſimum laudat PETRUS KUPFERSCHMIDT *Flensburgenſis* in *panegyri Hieronymi* SCHULTZII *Cancellarii Gottorpienſis*, cujus filiam ſibi uxorem delegerat Nicolaus Cypræus.

Hieronymi. *u*) *J. U. Licentiatus* præcocibus eruditis adnumerandus, qui è Germaniæ ac Galliæ Academiis a 1605. redux ſupremo judicio Spirenſi notitiam ac prudentiam juris probavit, mox a. 1607. a Carolo IX. Rege in Sveciam vocatus, Conſiliarii & aliquando Legati regii munere functus eſt. Poſt obitum Regis in Cimbriam patriam rediit ſibique & muſis vixit præcipue, aulæ pertæſus, ut ipſe innuit in inſcriptionibus quorundam MSctorum, quibus nomen & officia ſua olim geſta addidit. Præcipue publicatione ſcriptorum quorundam patris inclaruit, ipſeque inter nonnullas deductiones juridicas præcipue reliquit expoſitionem vernaculam nobiliſſimi argumenti *de jure conjugum Holſatic. in bona maritorum vulgo Huvenbands-Gerechtigkeit*, occaſione familiæ erciſcundæ *Ottonis Blomii* controverſæ a. 1646. conſcriptam, qua præcipue ad quæſtiones & dubia perceptione dotium conſtitutarum obmotas, reſpondet ex legibus & conſtitutionibus patriæ, ex ſententiis judiciorum provincialium a. 1604. 1608. 1620. 1632. 1639. pactis nobilium hæreditariis a. 1617-1645. Reliquit etiam *MSCt. genealogicum de gente Hoyeriana*, ex qua uxorem ſibi adjunxerat.

Philippi. *v*) Qui Hafniæ a regiæ culinæ rationibus, deinde rei piſcatoriæ Gottorpii præfectus fuit & coelibatum coluit. Laudat hunc fratrem ſuum *Jo. Adolphus* CYPRÆUS *in epiſtola dedicat annalibus præmiſſa* Tabulam genealogicam Regum Daniæ Chriſtianorum & Ducum Sleſvicenſium è domo Danica oriundorum usque ad Margarethæ obitum ut & reliquorum Regum & Ducum Oldenburgenſium, ſtudioſe conſignatam edidit *Hafniæ a. 1622. in* IV. foliis formæ amplioris Laudavit hanc operam STEPHANIUS *in notis ad hiſtor. Dan. Saxonis L. X. p.* 200. WORMIUS *Monum. Danicor L. I. c. 8. p.* 58. & MÖLLERUS *Iſagog. P. I. p.* 162. 176.

w) Ad ædem Sleſvici, Divo Michaeli ſacram, verbi Divini Miniſter, religioni Evangelicæ valedicens a. 1633. unde vana eſt inter vulgus traditio, qua ſibi perſvadent, canem qui in laudato epitaphio ad pedes filiorum accumbit, indigitare *Jo. Adolphum* apoſtatam. Plura de eo infra.

x) *In annal. Epiſc. Sleſvicenſ. p.* 466. legitur: *poſtremi claſſica flatus.* Vide PONTOPPIDANI *marmora Cimbrica P. II.*

P. Cypræi ſtudium juris canonici ejusque ratio. *y*) Scripta a. 1605. qua de juris Romani & Canonici eorumque interpretum uſu in cauſis matrimonialibus agit, & quædam de ſe ipſo memorat: *Teſtantur* inquit, *viri noſtri ſeculi doctiſſimi & ego cum aſſeſſorem per multos annos in Conſiſtorio Sleſvicenſi agerem ac aliorum hac de re ſcripta perlegerem, revera ſum expertus, nondum hoc jus ſatis explicatum nihilque his rebus eſſe obſcurius. Quæ res faciebat ut cum multa decidendis hiſce cauſis graviſſimis utilia adnotaſſem multa quæ antea a nemine tractata videram collegiſſem, quæ tamen Conſiſtorii Aſſeſſori omnino ſcitu videbantur neceſſaria & frequenter in Conſiſtoriis occurrebant multa quoque quotidiano uſu & experientia addidiciſſem, operæ pretium me facturum eſſe maximum exiſtimabam, ſi darem operam ut in unum corpus cogerentur.* Et porro: *Celſitudinis V. Parens* ADOLPHUS *me ante annos quadraginta in conſiliariorum numerum primitus cooptavit ejusque Succeſſores Celſitud. V. fratres tandemque Veſtra Celſitudo clementiam continuarunt, ita ut*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

academiæ Hafnienſ. perſcriptæ, ut & HERMANNI VULTEJI JCti *Marpurgenſis epiſtola* in Pauli Cypræi & filii Hieronymi, Jurium tum Candidati & Spiræ agentis, laudes z) a. 1605. exarata. Curante eodem filio *ἀποσπασματίον hiſtoricum de origine, nomine, priſcis ſedibus, lingua, moribus antiquiſſimis, rebus geſtis & migrationibus Saxonum Cimbrorum, Vitarum*

---

ut per triginta & amplius annos continue Conſiliarii munus apud Holſatiæ Principes obierim. Opus ipſum in duas partes partitum eſt, altera, quæ librum fere totum uſque ad p. 842. occupat, de *Sponſalibus*, altera de *matrimoniis* uſque ad p. 908. Negandum non eſt, autorem ingenio ſedulitate etiam & vigiliis ſuffultum multa jurium Romani & Pontificii capita ſatis perſpicue evolviſſe, formulas etiam ſententiarum conſiſtorialium & deciſionum academicarum ſæpius adjeciſſe, quin paſſim illuſtraſſe argumenta ſelectioribus exemplis, Legibus & Statutis exterorum, antiquitatibus & obſervationibus inter itinera olim conquiſitis *v p 137.*; Plura tamen fateor gloſſatoribus & communi Scholæ debet, multas Juris Pontificii doctrinas & concluſiones, indoli & rationibus eccleſiarum Proteſtantium adverſas, ipſoque jure Reformationis Evangelicæ annullatas retinuit, ſpeciatim reliquias papatus in cauſis ſponſalitiis & matrimonialibus ex ratione *ſacramenti* obvias haud animadvertit, cauſas ſeculares vel tamen ſua natura tales ab eccleſiaſticis parum diſtinxit, nec jura Principum a Pontifice olim poſſeſſa & poſtliminii jure Principibus Evangelicis per tabulas pacis Weſtphalicæ reſtituta recte eruit. Præcipue vero argumentis ſive probandis ſive illuſtrandis paucula admodum ex locupletiſſima jurisprudentia & hiſtoria *Cimbrica* vel niſi abrupte & perfunctorie adſperſit. Vide *p. 34. 469. 637. ſeqq.* Mallem etiam conſuluiſſet ex inſtituto antiquitates ſacras, hiſtoriam eccleſiaſticam, ſtatum primitivæ eccleſiæ, decreta S Scripturæ & rectæ rationis, acta reformationis Evangelicæ & viſitationum eccleſiarum, ordinationes Arctoas & Cimbricas eccleſiaſticas a. 1537. 1542. Ritualia eccleſiarum, copioſas conſtitutiones rerum eccleſiaſticarum ab a. 1540. ſeqq. Ordinationes Provinciales & Politicas, Concluſa & articulos ſynodorum conſiſtorialium & plura alia genuina Juris eccleſiaſtici ſpeciatim Cimbrici præſidia de quibus paſſim diſſeruerunt MOLLER *Iſagog. P. II. c. 4. p. 92* MUHLIUS *de reform. relig. in Cimbria p. 58.* TERPAGER *præf. ritual. eccleſ. Dan. p. 24.* KRAFFT *hiſt. eccleſ. Huſum. p. 116.* KIRCHHOFFIUS & GRASSIUS *in epit. Conſtitut. eccleſioſticarum p. 97. p. 115. ſeqq.* GRAMMIUS *in elegantiſſima præfatione ad Cragii annales Regis Chriſtiani III.* LACKMANNUS *noſtras in inſtructiſſima hiſtoria ordinationis eccleſiaſticæ Dan. & Cimbr. ed. a. 1737.* Qui itaque veros juris eccleſiaſtici patrii fontes adierit, facile parcere poterit hauſtu aquæ ex jure Canonico, cujus plurima dogmata horumque principia & rationes poſt emendata ſacra & ſancitam pacem Weſtphalicam, autoritati quippe Pontificis Pontificioque juri oppoſitam, luculentiſſimam mutationem paſſa ſunt, ideoque ſana applicatione & obſervantia hodie deſtituta; ut taceam quod nequidem ante reformationem aliquando in ipſis *credendis* & cauſis *eccleſiaſticis* omnia *juris canonici* decreta inſtar normæ recepta ubique fuerint, docentibus nonnullis argumentis Jurium municipalium Sec. XII. XIII. XIV. quin teſtante ipſo articulo *Juris* CIMBRICI *de baptiſmo*, qui Juris Pontificii præſcriptis & erroribus plane non convenit Vide quod in hanc rem docuit ODERICUS VITALIS *hiſt. l. 13. p. 919.* In ſecularibus vero negotiis Jus Pontificium apud Cimbros nec ante repurgata ſacra autoritatem obtinuit. Civitates enim quoad hujus generis cauſas non foro dioeceſano archipræſulum vel epiſcoporum, ſed Principum horumque judiciis Vogteicis civitatenſibus (*Vogteding*) & placitis communibus ſeu provincialibus (*Landring, Greventing*) ſubſuerunt, & a Sec. XII. ſtatutis præcipue paruerunt civilibus, conditis a Regibus, Comitibus, Ducibus. Præfecturæ vero & pagi ſterunt placitis ruralibus, pagenſibus, (*Goding, Marcteing*) JURI, quod diplomata laudant TERRÆ RITUI & JURI HOLSATENSI *h. e. Saxonicis antiquiſſimis* ſeu originariis conſvetudinibus Holſaticis, paſſim etiam juribus *Friſicis, Holericis ſeu Hollandicis.* Eundem Juris anonici in cauſis ſecularibus & civilibus olim etiam deficientem uſum probant conſtitutio Friderici II. Imp. a. 1236. apud GOLDAST. *conſtit. Imper. P. II. p. 19.* Rudolphi a. 1281 apud LEHMANN *chron. Spir. L. V. c. 108.* & *ipſe* SPECULATOR SAXO *L. I. art. 3 55. L. 3. art. 20.* Cujus tamen, ceu Doctoris & collectoris privati, in aliis capitibus, in quibus ingenio fabulisque indulget ideoque veris Saxonum Teutonumque inſtitutis avitis adverſatur, nulla eſt autoritas fidesque præcipue *in Cimbria*, SAXONUM *antiquiſſimorum* a Sec. II. celebratiſſimorum *fide* & genuini Juris Saxonici vera PATRIA. Unde ſponte concidit quæſtio de Juris Saxonici in Nordalbingia *receptione*, quam quidem GRIEBNERUS, STRUVIUS, HARTMANNUS, STEUERNAGEL comminiſcuntur, quin incunte Sec. XIII. tempore *Lotharii*, Ducis Saxoniæ, factam aſſerit MOLLER *iſagog. P. I. c. 5 p. 251.* Non enim Jus Saxonicum apud Holſatos indiguit introductione, quia illud in horum regionibus natum adeoque Jus ipſum originarium eſt & avitum Neque ex Saxonia hodierna in Holſatiam, ſed *ex Holſatia* in *Saxoniæ partes* jura Saxonum derivata ſunt; quorum demum quædam capita, intermixto tamen multiplici lolio, in codicillum redigere tentavit decantatus Speculator Repkovius. Cujus tamen labores & ſupplendi inſigniter & purgandi ubique ſunt ex primis & veris Saxonum inſtitutis, juribus, conſuetudinibus, quibus *Cimbriæ* antiquæ leges, tum & *Anglo Saxonicæ, Danicæ, Normannicæ, Suecicæ* ſunt refertiſſimæ. Ex quarum cognitione & explicatione, licet a Jure conſultis hactenus neglecta, vera demum *vero Juri Saxonico* accedent lumina, interpretatio, dignitas, veritas & perfectio.

Laudes.

Cenſura.

Fontes juris eccleſiaſtici Cimbrici.

Juris canonici parcus uſus ante reformationem in cauſis eccleſiaſticis Cimbricis.

Nullus in ſecularibus.

Deciſis ex jure & ritu terræ Holſatenſis.

Errores jureconſultorum de juris Sax. receptione apud Holſatos.

z) *Ab eo*, inquit, *tempore quo te in hac academia Marpurgenſi primum noſſe coepi, amavi te valde atque etiamnum amo, ob ſingulares tuas virtutes & eruditionem, quarum nobis præclara dum hic fuiſti exhibuiſti ſpecimina. Nec me fallet quam de te concepi opinio. Magnus eris in republica magnusque tui uſus, & quem academiæ* GERMANIÆ *atque* GALLIÆ *ad magna præparatum ad auguſtiſſimum illud & incorruptiſſimum Imperii Romani ſacro ſanctæ juſtitiæ tribunal, quod eſt* SPIRÆ *miſerunt eundem illud ad longe majora factum reddet patriæ* HOLSATIÆ, *imo Imperio. Gratulor autem plurimum Patri tuo viro clariſſimo Dn.* PAULO CYPRÆO *Germaniæ JCto excellentiſſimo, Holſatiæ Conſiliario, cum quo ante annos XIX cum illuſtriſſimorum Haſſiæ Principum in Holſatiam & Daniam eſſem legatus, amicitiæ contractæ memoria mihi ſemper eſt jucundiſſima, quod hucusque vixerit & te filium talem veſtigiis ipſius inſiſtentem viderit. Ceterum legi pagellas quas ad me miſiſti a patre tuo de jure connubiorum ſcriptas easque legi ut in iſtiusmodi ſcriptis ſum ſolitus perquam diligenter & accurate Vellem miſiſſes omnes, tametſi ex his ut ex ungue leonem. Ita pater tuus omnia pertractat accurate & ſolide, ut quid illis addi poſſit ne quidem non videam, dictione vero tam eleganti & commoda, ut ea nihil elegantius, ordine vero tam juſto, ut qui alium deſideret, non intelligat modum res ſuo & legitimo diſponendi ordine; cumprimis autem jucunda eſt illa, quæ in autores elegantiores excurrit exſpatiatio, quæ rei gravitatem mira jucunditate contemperat, ut quem ſemel admiſit lectorem non facile dimittat. Profecto id ſcriptum ego in bibliotheca mea pro theſauro habebo.* Et porro: *Video patri Tuo & ingenium eſſe & facultatem ingentem de ſtudiis noſtris bene merendi ut ipſi optem ætatem vegetiorem & valetudinem, quam utramque cum noverim, hoc magis ego miror quod id præſtiterit.* Nec miror faventiſſimum VULTEJI judicium, cui plures ſubſcripſerunt præcipue *Gerh.* VOETIUS *in biblioth. Theol. Stud. L. II p. 614.* PFEILIUS *in Conſiliis f. 113.* DEDEKENNUS, HIER. BRUCKNERUS,

Vulteji elogium de Hier. Cypræo.

Ejusque amicitia cum Paulo Cypræo.

Laudes tractatus de jure connubiorum.

Vitarum & Anglorum è Muſæo patris editum eſt *a*) *Hafn. a. 1632.* Præcipuum litterarum Pauli Cypræi monumentum eſt hiſtoria *Sleſvicenſis ad a. 1550.* uſque producta *b*), quam filius JO. ADOLPHUS ſua cura *c*) continuatam, annaliumque copioſis ſupplementis

---

RUS, JO. GEORG. NICOLAI aliique ſcriptores conſiliorum, deciſionum, caſuum, ſententiarum matrimonialium & formularum Conſiſtorialium, quibus *Cypræi* tractatus abundat. Ex recentioribus librum commendant LYNCKERUS *L. II. inſtructor. forenſ. Sect. 2. P. I. c. 2.* & STRUVIUS *in bibliotheca Juris ſelecta c. 6 §. 65. p. 207.* ubi Cypræum eminere aſſerit præcipue inter Proteſtantes ſcriptores de jure matrimonii. Noviſſime hunc librum elaboratiſſimum laudavit vir literatiſſimus & de jurisprudentia cultiori præclariſſime meritus *D.* GOTL. AUGUSTUS JENICHEN *in Bibliotheca jurid. Lipeniana p. 104. 362.* Præcipue tamen ob hunc commentarium Cypræus ſcriptoribus *damnatis & prohibitis* demum adnumeratus eſt, teſtante ANTON. SOTOMAJORE, inquiſitore generali, *in indice expurgatorio Hiſpanico edito Madriti a. 1667. p 826.* ubi tamen inquiſitor *Petri* nomen Cypræo temere tribuit. Cauſam hujus cenſuræ non perſpicio. Ipſe enim *Cypræus*, quamvis paſſim decreta Pontificiorum fugillet, ſæpius tamen rectiſſime papizat, adeo ut JOACH. HILDEBRANDUS *Theologus in tr. de nuptiis veterum Chriſtianorum lit. M.* 3. ipſum alicujus *rigoris Pontificii* accuſaverit ideo, quia matrimonium ſine benedictione ſacerdotali ſimpliciter nullum ſtatuit.

a) Dicatum CHRISTIANO FRISIO *Regis Daniæ Chriſtiani IV. Cancellario & regni Senatori*, tribus capitibus diſtinctum & proletarie collectum ex locis nonnullis *Taciti, Witichindi, Ptolemæi, Strabonis, Alb. Cranzii, Saxonis Grammatici, Bedæ, Lazii* & præcipue *Plutarchi*, cujus verbis bellum Romanorum ſub Duce Mario contra Cimbros & Teutones geſtum prolixe deſcripſit integro *cap. ultimo.*

b) Incipit ab ævo *Haraldi Klagi* Danorum Regis, qui Ludovici Pii Imperatoris tempore vixit regnavitque circa annum 826. uſque ad annum 836. Deſinit a 1550. in vita *Friderici* Epiſcopi Sleſvicenſis verbis; *Sepultus Sleſvici in tumba Regia.* In codice vero autographo *fol.* 198. *latere* 2. poſt eadem verba, ordine ſequuntur adhuc quædam manu Pauli, ut reliqua omnia, exarata, neſcio quo fato ab editore plane prætermiſſa. Audi illa: *Orationem funebrem in Fridericum Epiſcopum habuit frater meus Hieronymus Cypræus, quam hic ſubjicimus* (manu filii *Hieronymi* horum loco poſitum eſt: quæ impreſſa inveniuntur) *ſed & epicædium in illius laudem idem recitavit, & addidit gratitudinis ergo, quod beneficiis ab eo ornatus eſſet:* (Manu filii Hieronymi additur: *poſt cujus obitum Adolphus Holſatiæ Dux ipſius frater germanus præfecturam Peinenſem ſibi oppignoratam retinuit*) *Epitaphium Friderico erectum eſt in choro templi Sleſvicenſis ad quod hodie candidati Theologiæ ordinantur. Fridericus epiſcopus cum ſcribam litterarum rudem obtrudere canonicis & in capitulum introducere vellet, interceſſerunt canonici & repoſuerunt, quod ea, quæ eſſent viri eruditi, præſtare non poſſet & quod collegium illud hactenus viris doctis ornatum fuiſſet. Sed tamen ut aliqua ratione Principis, qui hanc repulſam indigne ferebat, deſiderio ſatisfieret, ei honorarii nomine* 300 *marcas numerarunt. Quo facto Princeps Fridericus capitulo promiſit literis ea de re datis & ſuo ſigillo ſignatis manuque ſubſcriptis, poſt hæc neminem in collegium Canonicorum cooptandum & admittendum eſſe, niſi qui litteris imbutus & vitæ honeſtæ eſſet quod & ipſum ordinatio poſtulat.* Quibus verbis deſinit MSCt Pauli, cui indubie ob multiplicia officia haud licuit opus ad Sec. XVII uſque proferre. Adhærent ſaltim MSCto quædam folia, quibus & Paulus & filius uterque excerpta quædam intulerunt, deſumta præcipue ex TACITO *lib. I. f. 7. L. I c. 1. 3. ex* HELMOLDO *L. 2. c. 8. 47. 48* WITTICHINDO *L. I. f. 13.* ABBATE *Stadenſi f. 73. 80. 86. 87. ad 782 ſeqq.* CHYTRÆI *Saxonia, Abrah.* SAURII *theatro urbium*, SVETONIO *in Aug. c. 24. f. 56. 58.* EUTROPIO *f* 498. & OVID *L. IV. eleg. 2.* Inter ea exſtat obſervatiuncula *Pauli* manuſcripta, ſpectans ad fata & vitam ſupra laudati *Cæſonis* ÆMINGÆ, qui cum aliis Canonicis Adolphum Ducem iratum expertus eſt. Notat *P.* CYPRÆUS, ſe manu *Cæſonis Æmingæ* ſcriptos reperiſſe verſus vernaculos, quos & ibidem recitat, occaſione arreſti Canonicorum ſcriptos, quorum ſummam exprimit fabula: *Ovem coepiſſe paſtorem increpare: illum quotidiano uſu lactis ſibi ſuisque ſufficientiſſimi contentum quidem eſſe poſſe, ſed nihilominus plura poſtulare, quin annuatim repetita tonſione abuti; excanduiſſe ad hanc objectionem paſtorem & ovi agnum rapuiſſe, quin obloquenti indixiſſe poenam a lupo exſpectandam* Addit morale: *DEO & infortunio reſiſtendum non eſſe, malaque fieri majora niſi patienter ferantur.* Subjunxit verſum Hieronymo Cypræo ſeniori, Archidiacono Capituli ab Æminga tranſmiſſum:

Verſus, doctores noſtros tibi mitto fideles
Fortiter iſti nos fata ſerenda docent.

Manu vero *Hieronymi junioris*, Pauli filii, hæc adſcripta ſunt: *Vide Chytræi Saxoniam ubi latius proſequitur quomodo Epiſcopatus Sleſvicenſis ad Adolphum Ducem pervenerit, ubi etiam agit de incarceratione Canonicorum ob denegatam ſtatutorum editionem.* Cui igitur licuerit inſpicere hunc codicem Pauli manu exaratum ſponte recedet ab opinione *Vlrici* PETERSENII aliorumque, qui annalium epiſcoporum Sleſvicenſium a *Joanne Adolpho* CYPRÆO editorum auctorem venditant Pauli fratrem *Hieronymum Cypræum*, cujus tamen chronicon MSCt. quod forte huic errori anſam dedit, ab hiſtoria *Pauli* ſeu annalibus *Jo. Adolphi* longe eſt diverſum. Conſtat de hoc errore ex b. ANDREÆ HOYERI *Schedis MSCt.* in quibus hæc notavit: *Putat Vlricus Peterſen & in chronico Sleſvicenſi multis argumentis ſe evincere velle promiſit Hieronymum ſeniorem, Archidiaconum quondam capituli, eſſe verum annalium auctorem, quos ſuppreſſo nomine ejus, ſibique & Patri ſuo Paulo attribuit editor Jo. Adolphus, cujus librum cum autographo Hieronymi chronico contulit deprehenditque multis in locis eum eſſe caſtratum & interpolatum.* Sed recte hoc in argumento teſtimonium defertur D. PHILIPPO CÆSARI ſcriptori coætaneo & Joannis Adolphi amico familiari, qui *in Triapoſtolatu Septentr. in notis ad Reinberti deſcriptionem vitæ S. Anſcharii p. 223. re vera*, inquit, *hoc MSCt Rimberti, de cujus jactura Cæſar Baronius conqueritur ad ann. 828. n. 37. non fuiſſe deperditum, ſed alicubi latitaſſe diligens annalium epiſcoporum Sleſvicenſium ſcriptor* PAULUS CYPRÆUS *vir ſummus c. 22. libri ſui ſatis demonſtrat, ubi ex hujus S. Anſgarii vitæ præfatione bonam particulam itidem fere verbis, quæ codex noſter Hamburgenſis habet, paullum tamen alicubi mutatis citat, quem librum filius ejus* JO. ADOLPHUS, *poſtea catholicus factus, Coloniæ vulgavit, a.* 1634. Idem CÆSAR *in dedicatione libri ſui* PAULUM CYPRÆUM vocat magnificum & Gottorpienſem *Cancellarium.* Laudat etiam ibidem *in notis ad geſta S. Rimberti C. XIX* amicum ſuum JO ADOLPH. CYPRÆUM, ideo quod *C. 4. annal. p.* 30. S Rimberti miraculum, quo Sleſvici catenas captivorum præcipue fide monialis cujusdam diſſolviſſe fertur, obſervaverit amplificaveritque ejusdem facinus in quibusdam circumſtantiis. Quæ tamen obſervatio, ſi laudis nonnihil meretur, recte vindicatur ipſius Parenti *Paulo*, cujus quippe manu ſcripta reperitur in codice autographo *fol.* 11. 12. Cæſari adjungo teſtem æque fidum & domeſticum ANT. HEIMRICHIUM, qui in *præfat. Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Sleſvicenſis* PAULUM CYPRÆUM Annalium laudatorum *Autorem* nominat Quod & ipſe filius editor in genue faſſus eſt.

Additamentum ex codice autographo.

Aberratio Ulr. Peterſenii.

c) Qua Parentis annales non ſolum ad a. 1556. pertexuit, ſed etiam addidit (I) *prologum*, in quem non pauca ex fratris ſui Philippi tabula genealogica Regum Daniæ *Gotherici, Olai, Henningi, Sivardi, Regneri* & *Haraldi Klagi* retulit,

Jo. Adolphi Cypræi ſupplementa.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tis partim & fratris *Hieronymi d*) obſervationibus adauctam ſub-inſcriptione *annalium Epiſcoporum Sleſvicenſium* typis tradi ſtuduit *Coloniæ Agrippinæ a. 1634.* 8. Tantum igitur abeſt, ut Jo. Adolphus compilator & depravator operis paterni ullo jure reputari mereatur, ut potius, docente oculari inſpectione codicis autographi, religioſe ſatis in eodem verſatus ſit. *e*) Nec ullam enim notatu dignam lituram illi alicubi induxit, margini vero ſuas acceſſiones haud ſpernendas diſtinctim adjecit, integre ubique ſervato Parentis autographo, quod & ipſe auctor Paulus paſſim emendavit, paſſim additionibus in margine ampliavit. Paucula ſaltim de ipſius JO. ADOLPHI vita fatorumque rationibus ſubjungimus, quarum nec HELVADERUS nec uterque FABRICIUS Præſules Slesvicenſes, nec MÖLLERUS meminerunt. Ipſe in annalibus p. 429. annum nativitatis indicat 1592. nomenque Ducis Jo. Adolphi è ſacro fonte ſe retuliſſe refert. Sub auſpiciis JAC. FABRICII *Senioris*, primarii concionatoris aulici & ſacrorum Sleſvicenſium tunc Præpoſiti, litterarum & diſciplinæ ſanctioris elementa hauſit ac Lemgovii continuavit, quemadmodum patet ex diſputatione Theologica tertia, quam *de Scripturæ perſpicuitate, interpretatione, judice controverſiarum, perfectione & traditionibus* ſub præſidio M. JO. GISENII *Gymnaſii Lemgovienſis Rectore* defendit. Poſtea Witebergæ ſacris litterarum ſtudiis operam navavit ac Giſæ a. 1610. ſub præſidio D. BALTHAS. MENTZERI *de dicto Salvatoris Matth. XXVIII, 18.* ut & *Vita Jo. Adolphi Cypræi.*

---

retulit, mutus tamen in percenſendis rebus, quæ ſub illis geſtæ ſunt eccleſiaſticis; vitam quoque exhibet *Wilbadi* & *Willerici* archiepiſcoporum Bremenſium, teſtimoniis tamen curatioribus haud firmavit nec fontes, unde ſua hauſerat, indicavit. (II) *Summæ* ſeu argumenta hiſtorica & genealogica ſingulis capitibus præfixa, item (III) *epigrammata* epiſcoporum vitis præmiſſa ex *Hieronymi* patrui chronico & tetraſtichis deſumta, quæ tamen nonnihil variavit, aberrans præterea ſæpius in ſerie rerum & annorum, ut igitur haud præſtiterit quod in prooemio Lectori perſuaſit, *ut ea ratione rerum geſtarum certitudo magis eluceſceret & tanto majori cum fructu & utilitate a lectore comprehendi poſſent quæ illa hiſtoria continentur.* (IV) Præcipue egregiis ſupplementis, quæ ipſe parentheſi & moribus litteris diſtinxit, totum opus paternum ampliavit eique addidit *p.* 447. *ſeqq.* narrationem de litibus circa ſubſcribendam *Formulam Concordiæ* in Cimbria exortis, *Paulique* EITZENII huc ſpectans ſcriptum integrum attexuit, forte in eum finem, ut diſſenſionis maculam inureret Theologis noſtratibus. De diſſenſu enim Evangelicorum & de controverſiis in eccleſia Danica & Sleſvicenſi agitatis majorem in modum in citata dedicatione conqueritur, easque aperte retulit inter cauſas, quibus commotus latrantem conſcientiam ſenſerit, mutaveritque fidei profeſſionem. Neque tamen eo ſecius egregiam laudem promeruit proferendo in lucem annales iſtos, qui plurima rerum patriæ pandunt, nec Epiſcoporum Sleſvicenſium ſaltim annales ſed Cimbriæ & Holſatiæ hiſtoriam exponunt, luculenta ſcriptorum, documentorum tabularumque fide. Inde eſt, quod recentiores rerum Cimbricarum ſcriptores præcipue Cypræi laboribus utantur, qui ipſi editori inſignem famam conciliarunt, ut LAMBECIUS *in notis ad vitam Anſgarii origin. Hamburg ſubjunctam p.* 341. illum laudaverit virum doctiſſimum; RACHELIUS vero Auctor *Apologiæ cauſæ & ſcriptorum Gottorp. p.* 54 & *Pactorum non pactorum Reudesburgenſium Lit. d* 4. ipſi vindicet laudem Scriptoris in monumentis antiquis verſatiſſimi rerumque patriarum peritiſſimi, cujus unius autoritas pluris facienda ſit, quam multorum aliorum. Idem pretium Cypræi annalibus ſtatuit MEIBOMIUS *in orat. de genuinis hiſt. Germ. fontibus p.* 72. ubi librum vocat egregium opus ſcriptoris, qui accuratione & diligentia reliquis Cimbriæ hiſtoriæ ſcriptoribus præſtat. Quibus fere elogiis eundem dimittunt CASP. SAGITTARIUS *in introd. in hiſt. eccleſ. c.* 20 *p.* 519. JO. CHRIST. NEVIUS *P. II. acceſſionum ad Wheari relectiones hiſtoricas hyemales p.* 329. MOLLERUS *Iſagog. P. I. c.* 7. §. 7 *p.* 124 127 BURCH. GOTH. STRUVIUS *&* BUDERUS, *Daumvirii celeberrimi in biblioth. hiſtor. T. II. c.* 24. *p.* 1264. Merito itaque PETRUS SAXIUS, JACOBUS FABRICIUS *junior, Patris in officio ſucceſſor*, CHRIST. FRIEDR. FEUSTKINGIUS *V. D. M. eccleſiæ Tolckenſis prope Sleſvicum*, Annales laudatos dignos exiſtimarunt, quos notis illuſtrarent aliquantulum & emendarent. Accedunt DANCKWERTHUS *in chorographia Holſatica* atque M. KRAFFTIUS *in hiſt. eccleſiaſt. Huſum:* qui iſtorum annalium nævos paſſim emendarunt. Jam dudum vero in eo opere limando, documentis & teſtimoniis fidis expoliendo, firmando, & ad noſtram uſque ætatem continuando deſudat vir ampliſſimæ eruditionis FRIDERICUS ADOLPHUS REINBOTHIUS *potentiſſimo Daniæ ac Norwegiæ Regi a conſiliis juſtitiæ.*

Annalium ejus elogia. *Lambecii.* *Rachelii.* *Meibomii.* *Ac interpretum triumvirorum. Aliorumque.*

d) Hujus manu in fronte codicis autographi ſupra laudati nomen autoris *Pauli* expreſſum eſt. Ejusdem *Hieronymi* ſtudio acceſſerunt nonnulla ſupplementa paſſim a fratre *Jo Adolpho* in annalibus editis parentheſi incluſa, & *antiquis*, quas vocant, litteris expreſſa, paſſim & omiſſa. Præcipua eorum in annalibus leguntur *p.* 15. *id quoque liquet - credibile:* ibidem: *in eum finem - veriſimile. p.* 16. *quin & calcar æreum - aſſervantur. p.* 39 *qui odiis Pontificiorum privatis - Ducis Saxoniæ filius. p.* 49. *cujus tanto - nuntiaſſet. p.* 50 *totam regni - aggrederetur p* 51. *Et fines Danorum - ab Henrico Aucupe. p.* 131. *jurisjurandi firmitate - relinquere. p.* 313. *quaſi dicas monte cabalino*

Hieronymi Cypræi ſupplementa.

e) Quæ enim forte immutaſſe deprehenditur, pauciſſima verba ſunt, quæ ad rem ipſam momenti nihil adferunt, aptioribus tamen loquendi formulis expreſſa. Id vero conſtat, quod in additamentis ſuis, præcipue in continuatione capitum ultimorum, zelo religionis abreptus vel placendi ſtudio indulgens, ad auram paſſim ſcripſerit Pontificiorum, adeo ut non ſolum inſtituta ſacra noviter adoptata, *Legendas, breviarum Sleſvicenſe* & reliqua ejusmodi ſcripta ſæpeque ſuperſtitionis teſtimonia verioribus quibusvis prætulerit; ſed etiam ſacra, quibus valedixerat, purriora paſſim ſugillaverit contraxeritque inprimis ſupercilium contra reformationem Cimbriæ eccleſiarum evangelicam & ſeculariſationem bonorum, notante HEIMREICH *chron Friſ. p.* 237. & teſtantibus ipſis cavillis, quibus annales citatos conſperſit, præcipue poſt GODESCHALCI *de* ALEVELDE ultimi ab eccleſia Romana confirmati Epiſcopi Sleſvicenſis vitam p. 416. uſque ad finem. Quorum omnium in ſacram reformationem injuriorum capitum examen olim promiſit MUHLIUS *in progr. de eccleſiarum Cimbr. martyribus inter diſſert. eius Theolog. p.* 399. Multa vero pro vindicanda abuſuum Pontificiorum emendatione ipſi reponi poterunt ſigillatim ex actis ſacræ reformationis Holſaticæ *MSCtis ab a.* 1525 ſingulari induſtria conſignatis ab EBERHARDO WIDENSEO *Theol D.* cui quippe & HERMANNO TASTIO *Paſtori Flensburgenſi* & ex Nobilitate JOANNI RANZOVIO aulæ Magiſtro & JO. REVENTLOWIO prima eccleſiarum viſitandarum rerumque eccleſiaſticarum cura & emendatio commendatæ erant a glorioſiſſimo Principe CHRISTIANO III. *Friderici I. Regis filio.* Paucula admodum ſunt quæ de WEIDENSEO leguntur apud HEINECCIUM *antiquit. Goslarienſ. p.* 465. *ſeqq. & p* 497. HUITFELD *hiſt. Dan. p.* 1304.

Jo. Adolphi Cypræi placendi ſtudium.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& de *præsentia Christi apud creaturas in regno potentiæ gratiæ ac gloriæ* disseruit. Utraque disputatio exstat inter MENZERI *Disp. Theol. Giess. a. 1610. ed. Tom. V. num. VIII. & XV.* Ex academiis redux factus ad habendam concionem à Sereniſſimo Holſatorum Principe Jo. Adolpho in aulam accitus ac ſingulari gratia mactatus eſt, ut ipſe meminit in *dedicatione annalium altera ad Fridericum Ducem*, quæ quibusdam eorum exemplis licet rarioribus præmiſſa invenitur. Quod quidem cum ſe adoleſcente factum tradat, Dux vero laudatiſſimus a. 1616. d. 13. Martii è vita exceſſerit; id circiter a. 1614. vel 1615. ætatis ipſius XXIII. contigiſſe judicatur. Sed eo tempore M. PHILIPPUS CÆSAR, *Gieſenſis*, rei ſacræ Slesvici præerat, qui Calvinianorum ſectæ indulgens nova plurima moliebatur, ac complures, quin ipſum Principem, in ſuas partes pertraxerat; factus quippe ſucceſſor in officio FABRICII, qui à Principe ob orthodoxiæ ſtudium & concionem quandam Calviniſmo oppoſitam dimiſſus, eodem anno Paſtoris apud Hamburgenſes ſpartam obtinuit. HEIMREICH *chron. Dithmarſ. p. 263.* FABRICIUS *memor. Hamburg. Vol. II.*

Hypocriſis. *p. 883.* Videns hæc *Cypræus*, in quo quidem formando Fabricius ingenuam curam geſſerat, auram aulæ captavit ac in plerisque vel aperte vel ſimulate ſtetit à partibus novatorum. Sed poſt obitum Principis ſectatores una cum *D. Philippo Cæſare*, ipſorum quaſi chorago, ab Auguſtiſſima vidua Friderici II. Regis filia, tunc Huſumi ſedem habente, eliminati ſunt; Fabricius autem revocatus inque priſtinum locum a. 1616. reſtitutus, quin & paulo poſt generalis ſacrorum Superintendens ſalutatus eſt. Huic revertenti non tantum ſe adjunxit *Cypræus*; ſed etiam vel ſpecie externa incedens vel meliora edoctus ſubſcripſit *normæ puriori & orthodoxæ fidei confeſſioni*, cui cumplurimi hucusque conſenſum denegaverant. Quod argumentum pluribus egregie proſequutus eſt, JO. MELCH. KRAFFT *in hiſt. eccleſiaſt. Huſumenſ. in vita M.* JACOB FABRICII (*) *p. 366. ſqq.* cui etiam juratam confeſſionem fidei Verbi Divini Miniſtrorum, nominaque eorum, qui normæ puriori ſubſcripſerunt, inſeruit p. 392-409. Ipſe Cypræus teſtis eſt, Sereniſſimum Principem ipſum ad conciones obeundas vocaſſe, quin à Friderico Duce ipſi demandatas fuiſſe partes in adminiſtrandis ſacris vicarias Superintendentis, ſi aliquando morbo aut negotiis ille impediretur; unde conſtat eum jam tum ad id muneris ſolenni ritu inauguratum fuiſſe. Notante vero WALTHERO *hiſt. Sleſv. eccleſiaſt. p. 192.* Fabricio ſeniori a. 1622. adjunctus eſt filius *Jacobus*, qui hucusque Principis viduæ à ſacris fuerat. Atque tunc forte factum eſt, quod loco remunerationis, quemadmodum ipſe appellat, pro iſta officiorum præſtatione conſtitutus ſit eccleſiaſtes ad ædem D. Michaelis, quamvis *c. l. pag. 395. apud* KRAFFTIUM nonnemo ad nomen Cypræi adnotaverit, illum demum a. 1634. huic muneri admotum fuiſſe, quo tamen anno iſtam ſpartam Sleſvici jam dereliquerat. Tantum enim abeſt, ut à labe contracta Cypræus animum repurgarit,

Amicitia cum Philippo Cæſare Apoſtata. ut potius eam novis ſordibus auxerit, CÆSARIS exemplo ad id facinus excitatus. Huic enim ex Holſatia diſcedenti obtigit quidem apud Bremenſes ſparta Canonici ad ædem S. Anſcharii, ſed quod prædicaverat ædificaveratque ipſe propalam, mox accuſare & diruere coepit, Corbejenſis præcipue, ut contendunt, monaſterii ſacro conſilio officioque firmatus, ut non tam profugerit tranſieritque ſed graſſatus ſit a. 1624. ad caſtra Pontificiorum Coloniæ Agrippinæ. Vbi deinde 1642. *hiſtoriam triapoſtolatus Septentrionis* ſeu vitam & geſta *S. Willehadi, Anſgarii & Rimberti*, præcipuorum eccleſiæ Bremenſis Epiſcoporum

&

Jac. Fabricii Manuſcripta.

*) Exſtant quædam ipſius *MSCta* quorum non meminit KRAFFTIUS *c. l.* Primum eſt: *Hiſtoriſcher Bericht, wie es mit Inſpection und Adminiſtration der Kirchen in Hertzogthum Schleſswig auch Verrichtung der Viſitation und Conſiſtorial-Sachen der nechſt verwichene hundert Jahr über, von Zeit des wieder an Tag gebrachten Lichtes der Chriſtlichen Evangeliſchen Religion in ruheſamen Zuſtande und guten Ordnung gehalten worden, auf gnædigſten Befehl abgefaſſet a. 1629.* Quo opuſculo ſingularia nonnulla ad res eccleſiaſticas dilucidandas egregie facientia exhibet, piaque deſideria & aberrationes quasdam recenſet ac dijudicat. Idem puto hoc eſt MSCtum, quod ſub inſcriptione *de eccleſiarum Cimbricarum nævis atque defectibus emendationem deſiderantibus* laudat MOLLERUS *Iſagog. P. II p. 93.* Ex litteris enim viri eruditiſſimi H. A. BURCHARDI *V. D. M. & Præpoſiti Segebergenſis* a. 1741. ad me perſcriptis vidi, Parentem ipſius, nec avum forte *Georg. Hinricum* BURCHARDUM, ad cujus tamen fidem MOLLERUS provocat, ejusmodi unquam ſcriptum poſſediſſe. Alterum eſt: *Hiſtorica narratio de memorabili ordinatione eccleſiaſtica regni Daniæ & Ducatum Cimbriæ a B.* LUTHERO *& Jo.* BUGENHAGEN *reviſa, edita latine Haſniæ 1537.* & publicata in comitiis *Oldenſeenſ. a. 1539.* & in conventu provinciali *Rensburgi* a. 1542. Tertium Duci Friderico nuncupatum inſcribitur: *Bericht wie es mit Beruffung der Prediger und Kirchen-Diener in denen Fürſtenthümern Schleswig Holſtein gehalten worden und noch werde.* Quartum continet varia ad *vitam ipſius* ſpectantia, inſertis variis documentis, quæ vel ipſius opera vel conſilio ſcripta ſunt. Præcipua eorum hæc habe I.) JO. ADOLPHI mandatum quo *Jac. Fabricio* vices *D. Pauli ab Eitzen* deferuntur, ut Theologiæ candidatos examinet & eccleſias utriusque Ducatus æque ac Nordſtrandenſes viſitet *Gottorpi 1593 d. 28. Jan.* II.) EJUSD. *mandatum* quo *Jac. Fabricio* & *Martino Plecio* Paſtori eccleſiæ Cathedr. Sleſvic poteſtatem concedit, decidendi cauſas matrimoniales *a. 1595.* III.) Relatio *de uſitata ab a. 1557. usque 1600. formula juramenti a Miniſtris V. D. præſtanda.* Adhærent, formula juramenti a *Philippo Cæſare*

& Septentrionis Apostolorum, & pervetusto ecclesiæ Hamburgensis codice typis evulgavit; quam JO. ALB. FABRICIUS *memoriis Hamburg. Vol. I. p. 641.* inseruit. Miror superstitionem, quam Cæsar ubique prodit, orans Deum *c. l. in epist. dedicatoria: Faxit DEVS, ut ego videre merear, antequam moriar, sanctos suas ceras repetere, etiam aliquando fidem, suas cerimonias restituendas totamque ecclesiam redintegraturam.* Et porro: *Credo, sicut* ALIORUM, *sic hujus* PRÆCIPUE S. ANSCHARII *precibus ac* MERITIS *agnito hæreseos errore, me ad* UNAM *sanctam catholicam ecclesiam conversum esse, pro quo summo beneficio DEO opt. sat dignas gratias nunquam agere possum.* Quæ quidem verba an homine christiano ne dicam Theologo digna dicenda sint, dispiciant alii. Me quidem conjiciente hujus generis argutiis nec sibi nec fidei adoptatæ consuluit, nec elogium promeruit, quo ARNOLDUS MESHOVIUS *Lipsiens. S. Theol. D. & Pastor Colonienſis* libellum ipsius in præfixa approbationis formula mactavit, *quod in propaganda religione catholica spiret zelum plane* COELESTEM. Rectius forte zelum non coelo, sed sæculo accommodatum, huic enim congruunt adulatio, simulatio, fabulæ. Idem judicium esto de BARTRAMI POGWISCHII equitis Holsati scriptis, religioni Evangelicæ vulgo hæreticæ oppositis & inscriptis: *Hammer wieder die Ketzer Heidebuy (Slesvici) impressis a. 1599.* item *Aperi januam* & præcipue: *Wahrer Gegen-Bericht wieder die vermeynten Ecclesiasten ibid. 1599.* quibus argumentis parum Logici & Theologici fere nihil, figmenti plurimum ubique, inprimis *plag. E. 3. seqq. F. 4. I. 2. R. 2. n. 3. T. 1.* tot crassissimæ pro firmanda sanctorum invocatione aliisque hujus indolis assertionibus fabellæ insunt, ut ipsi saniores & judicii erectioris Catholici facile intellexerint, illum oppido nocuisse illorum religioni, profuisse puriori, quam crepat, Evangelicæ. Nihilominus JO. BRAMBACHIUS *inclytus Catholicus* in epigrammate, quod *Pogwischii opusculo contra ecclesiasten* præfixit, librum illum vocat *utilissimum atque a DEO divinum, sanctum, doctum, decus admirabile mundi;* auctori vero tribuit *mentem a DEO motam;* addito fallacissimo testimonio, *quod plurimis & verissimis argumentis magna cum admiratione catholicam religionem defenderit.* Ut itaque mirum videri possit, Pogwischium spe sua, quam vivus prædicavit aliquando inter canonizatos numeratum iri, hactenus excidisse. Ex adverso auctor, qui hujus Pogwischii in arce Gottorpiensi & Husumensi imaginem & memoriam poni curavit, illum ceu epulonem decumbentem in nuce frangenda occupatum, sele ad pedes vigilante subridicule depictum dedit, adpicta inscriptione: *Bartramus Pogwischgke nobilis Holsatus, Theologus, hæreticæ pravitatis inquisitor ægerrimus.* Cujus tamen commatis licentiosas picturas & sarcasmos tuto rejeceris, vel sæpe foetus dixeris hominum otiosorum, qui haud perpendunt, in rebus tanti momenti, non larvis, non cavillis, sed argumentis fidis & rationum pondere militandum, quin in bello Theologiæ polemicæ dimicandum haud esse pro affectuum pravorum satisfactione contra personas, sed contra hominum errores & voluntatis & intellectus, pro veritate & pace, pro fide, virtute & amore. Verbulum saltim adjicio de CHRISTOPHORO RANZOVIO itidem Holsato & ad religionem Pontificiam transfuga. Ille enim a LUCA HOLSTENIO a. 1650. Romæ in castra Catholicorum adductus, argumenta & rationes sui ad ecclesiam catholicam accessus exposuit in *epistola seu responsione ad* GEORGIUM CALIXTUM (Holsteinio puto accurante) *scripta, Romæ impressa a. 1651.* Quæso vero quam multiplicibus illa instructa est argutiis & fugillatiunculis? quam devota auctoris commotio ex magnificentia

Aliud exemplum Bartrami Pogwischii.

Et Christophori Ranzovii.

Cæsare Ministris ecclesiarum Slesvic. a. 1609. præscripta, nunquam tamen præstita; ut & *ejusdem* CÆSARIS *miscellæ quæstiones pro examinandis aliquot bene doctis viris ad ecclesiasticum Ministerium legitime vocatis & rite ordinandis ad disputandum propositæ* (ed. Slesv. a. 1615.) IV.) Epistola *Jac.* FABRICII, *qua Pastoris primarii apud Slesvicenses officium sibi oblatum deprecatur a. 1613.* V.) EDICTUM *contra Anabaptistas, Mennonistas, & Sacramentarios in Eiderostadia datum a Duce* JO. ADOLPHO *1614.* VI.) Charta *ejusdem Ducis*, qua ad meliorandos reditus Pastoris ad ædem S. Michaelis apud Slesvicenses donat XI Dematas terræ Eyderostadensis a. 1614. VII.) Ducis FRIDERICI confirmatio Statutorum annui conventus verbi Divini Ministrorum in Edumsharde terræ Nordstrandiæ 1626. VIII.) Instructio a DUCE *eodem* Jacobo Fabricio data in visitatione ecclesiarum Ditmarsiæ & constituendo novo Præposito observanda 1629. IX.) Instructio & mandatum *ab eodem Duce* datum *Jo. Adolpho* BECKER ut *Jacobo* FABRICIO in visitandis opem ferat 1633. X.) *Ejusd.* ecclesiis DUCIS *ordinatio* de libris Sectariorum apud Eydorstadenses divulgatis, vitandis & exstirpandis, cura *Jacob.* FABRICII & Præpositi *Jo.* MOLDENITII 1635. XI) Vita & obitus PHILIPPI *Ducis Slesv. & Holsat.* autore JAC. FABRICIO. XII) EJUSD. *litteræ ad Ecclesiasten Nordstrandiæ* de conjugibus, qui ante nuptias copulam carnalem contraxerunt, non admittendis ad S. Coenam, nisi publica absolutio præcesserit vel dispensatio intercesserit Principis, exaratæ ipso anno sibi emortuali 1640. Quarto loco nominandus est *libellus chartarum suavestedensium*, complectens documenta ad episcopiam Slesvicensem hujusque & episcopi jura bona & reditus spectantia ab a. 1182. usque ad ann. 1551. per *Detlevum* WOLDERS *Notarium* a. 1589., cum autenticis collata & in codicillum seu extractum redacta a JACOBO FABRICIO *Seniore*, revisa auctaque ab ejusdem filio JAC. FABRICIO *1642.* Postremo loco demum laudem meretur *liber visitationis ecclesiarum utriusque Ducatus* ex mandato Regis Christiani IV. & Friderici III. Ducis a *D.* STEPHANO CLOZIO & JAC. FABRITIO institutæ, insigni cura rerumque amplitudine manu Fabricii scriptus, quem servat hodieque Archivum supremi Consistorii Ducalis.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

centia & numerosa solennitate jubilæi, cui adstitit, Pontificis Innocentii X? quam sacer cultus pro primatu Pontificis Petrique patrimonio & cathedra? quam mira defensio abusuum, Apostolis primæque ecclesiæ christianæ inauditorum, purgatorii, missarum, miraculorum, sacramentorum, cultus sanctorum? quam religiosa vota ut *Calixtus* ac cives Transalbingiæ & Nordalbingiæ, præcipue Holsatiæ & regionum Septentrionalium ad cultum & fidei doctrinam S. Anscharii, Sviberti & Wilhadi vere Apostolicam & avitam revertantur? & quam acerba denique & acatholica, sanæ doctrinæ Christi & ecclesiæ apostolicæ adversa confessio, qua *d. l. p 21 extra ecclesiam Romanam Christianorum omnium congregationes ut hæreticorum latibula detestatur eaque, ut nullum nunc cum catholica ecclesia in terris militante, ita neque imposterum cum triumphante in coelorum regno partem habitura certissime credit.* In litteris etiam, mandatis & opusculis ad conjugem Dorotheam Hedewigiam comitem de Ranzau transmissis operam navavit, ut tum anathemate, tum persuasionibus & recensione miraculorum imaginum & sanctorum illam in gremium ecclesiæ Romanæ pertraheret, quo in negotio ipsi licuit esse ita felici, ut simulatum quidem consensum a conjuge impetraverit. Quamvis enim extent litteræ a Pontifice Innocentio XI. ad eandem perscriptæ Romæ a. 1678. d. VII. Novembr. in quibus hæc verba reperiuntur: *Literæ Rev. nostri Opitii Pallavicini Archiepiscopi Ephesini nostri Legati ad Rhenum, nos insigni gaudio perfuderunt, dum certiores nos reddunt, Tuam nobilitatem erroribus in quibus nata es & educata renunciasse, & Catholicæ fidei confessionem agnovisse, quod tamen gaudium mirum in modum auxerunt ipsæ Tuæ nobilitatis litteræ, quas ad Nos de illa re prolixius & cum magna lætissimi cordis testificatione dedisti, quod DEI in Te profecto est misericordia.* Nihilominus tamen hæc omnia a conjuge haud ingenue scripta, vel ipsi marito ejusque suggestionibus tribuenda sunt, qui adhuc in litteris & opusculo: *Oesterliche Erinnerung und Beicht-Spiegel* ad conjugem suam a. 1688. d. 13. April. missis valde questus est de ejusdem animo alieno & renitente. Taceo vero plura Ranzoviani zeli exempla, quibus facile erit ad evincendum, illum sanctioris religionis criteria reposuisse in cultu præcipue externo, in opere operato, in captivatione sanæ rationis sub jugo traditionum, hominum sanctorum & fallaciissimæ humanæ auctoritatis. Ex qua sui & verioris normæ abdicatione ipsi tristissimi effectus in Holsatiam redundarunt. Ipso enim autore incrustati sunt damnandi contra sagas processus criminales, quos immenso zelo, amplissima etiam superstitione & iniquitate, accedente consilio & artificio administrorum Pontificiorum, contra subditos prædii sui Holsatici *Smolæ* instituit, ut eorum XVIII. innocentes homines poenam ignis misere subierint. Quo infeliciissimo fato plures & inter hos dexterrimus V. D. M. Lindowiensis *M. Jo. Christoph. Linckogelius*, quem miseri Inquisiti criminis correum dixerant, periissent, nisi sub auspiciis *Regis* CHRISTIANI *V. & Ducis* CHRISTIANI ALBERTI contra has Ranzovianas religiosas tyrannides excitatus a. 1686. d. 14. Jul. processus fiscalitius finem rei feciisset demumque & obicem Smolensi illi Vulcano obdidisset. Promulgata enim est a. 1690. d. 6. Sept. sententia memoratu omnino digniissima, cujus justitia & auctoritate Ranzovius mulctam XX. mille thalerorum, in pios quidem usus monasterii *Preetzensis* & ecclesiæ cathedralis *Slesvicensis* impendendorum, condemnatus fuit, prædiis ipsius mox jure sequestri detentis usque dum sententiæ quoad summam pecuniarum, hujusque *usuras semisses* à tempore moræ factum fuerat satis. Quo ipso tandem feliciissime evenit, quod inde in hunc usque diem inquisitiones hujus generis criminales è Holsatia plane eliminatæ & de sagis eorumve diabolis nil quicquam auditum fuerit. Ipsi vero Ranzovio hæc res & poenitentiam & zelum improbum novum extorsit. Rusticis enim suis Smolæ hominibus propriis hactenus, singulari instrumento manumissionis Coloniæ 1688. d. 19. Jul. scripto libertatem personalem indulsit: Conjugem vero, quæ nec processui contra sagas nec pluribus ejusdem actionibus bene precari ipsi videbatur, rite sed recte minus ad vallem Josaphat citavit, exaratis ad illam litteris Coloniæ datis a. 1688. d. 10. Jun. Sed revertor ad *Cyprœum*. Hic enim Cæsaris sequutus est vestigia, sua quidem sorte Slesvici parum contentus. Non solum enim diras cum Canonicis Slesvicensibus lites aluit, seque à Principe hujus rei causa haud auditum clamitavit, sed etiam FABRICIIS male precari coepit ex eo tempore, quo exciderat spe sua ad majora in aula & ecclesiis munera enitendi. Efflagitavit igitur veniam profectionis sub sanitatis curandæ prætextu Hamburgum, & hinc ad thermas Aquisgranenses instituendæ, cui tamen obstitit præsul Fabricius senior, qui sine dubio ejus ad Papistarum errores propensionem animadverterat. Sed à GEORGIO *de* WISCH tunc Gottorpiensium præfecto voti compos factus Slesvico valedixit. Ex consilio

Effectus reipublicæ nocivi.

Cyprœi apostasia.

filio NIC. JANSENII, *Belgæ, Ordinis Prædicatorum Apoſtolicæ ſedis apud Fridericoſtadienſes miſſionarii*, cum quo ſuas de mutandis ſacris rationes communicaverat, abiit an. 1631. Amſtelodamum, ubi LEONARDI MARII *Theol. D. in acad. Colon. Profeſſoris* coetumque apud Belgas Pontificiorum directoris perſvaſione Coloniam Agrippinam contendens, ad Pontificiorum caſtra a. 1633. perfugit ibidemque Ordini Prædicatorum ſeu Dominicanorum adſcriptus eſt. Cujus quidem à purioribus ſacris, quæ optime edoctus erat aliosque à multo inde tempore edocuerat, ſeceſſionis cauſſam variam ipſe prætendit. Ita enim perhibet, ſe diuturno morbo oppreſſum ac febri vehementiſſima periclitatum ſedandorum animi tumultuum ac tranquillitatis comparandæ cauſa religionem antiquiſſimam & evidentiſſimam ſuſcepiſſe. Obiiſſe fertur Coloniæ 1638. Supereſt ut videamus de MSCtis, quæ a PAULO CYPRÆO relicta ſunt. Primum locum occupant *litteræ*, quas cum doctiſſimis viris in aulis & academiis, ſæpe etiam græce, hebraice, chaldaice & ſyriace, gallice, anglice & hiſpanice ſcriptas, reciprocaſſe teſtatur & in muſeo ſuo adſervari fidem fecit *filius in annalibus p. 465. ee)*. Quod quidem arrogantius dictu videri poſſet; quamvis non inficier Paulum merito ſuo Philologis adnumerandum eſſe, hujusque argumenti ſpecimina haud vulgaria græca præcipue & hebraica reliquiſſe in tractatu *de jure connubiorum p. 174. ſeqq. 377. 526 838. & alibi.* Teſtimonium defero harum rerum peritiſſimo THEOD. EBERTO linguæ hebraicæ Profeſſori Francofurtenſi, qui *in Elogiis Jctorum & Politicorum, qui linguam ebræam & orientales alias propagarunt ed. an. 1628. p. 281.* Cypræum noſtratem accenſet *Jctis linguarum orientalium peritiſſimis.* *Pauli Cypræi Litteræ MSCt.*

Literario huic commercio ſubjungo ſcriptum aulicum & publicum, quod *Negotia Hiſpanica* inſcripſit & Principi obtulit a. 1585. d. XII. Novembr. Prima horum pars *hiſtoriam* complectitur legationis ſuæ in Hiſpaniam negotiorumque quæ ab a. 1556. uſque ad a. 1585. geſta ſunt in cauſa Adolphi Ducis Sleſvic. Holſat. contra Philippum II. Regem Hiſpaniarum, qui Duci devinctus erat tum ob præſtita conſilia & miniſteria, tum ob officia militaria & ſumtus in militiam ipſius impenſos. Altera pars eſt *diplomatica* egregiis in hanc rem documentis inſtructa, quorum quædam ſingularia argumenta etiam nunc controverſa recitabimus. Exſtat Regis diploma Bruxellis datum an. 1656. d. 1. Junii, quo Ducem Adolphum inter Conſiliarios & Adminiſtros recipit his verbis, quæ ex Batavico idiomate reddita ſunt germanice: *Bekennen öffentlich und thun kund allermæniglich, daſs Wir aus eigener Bewegniſs zeitigen Rath und rechten Wiſſen den Hochgebohrnen Fürſten Unſern beſondern lieben Oheimb Herren* Adolphen *Erben zu Norwegen, Hertzogen zu Schleſwig Holſtein Stormarn und der Dithmarſchen Graffen zu Oldenburg und Delmenhorſt zu Unſeren Rath und Diener von Haus aus beſtellet an und aufgenommen haben, beſtellen und annehmen auch Sr. Lbd. hiemit wiſſentlich Krafft dieſes Briefes, alſo, daſs Sr. Lbd. nun fort an Unſer Rath und Uns von Sr. Lbd. Fürſtenthumbe oder hæuſslichen Wohnung aus Dienſtes gewærtig ſeyn, die Ehren, Würden, Vortheil, Recht und Gerechtigkeiten wie andere Unſere Ræthe, ſeinen Fürſtlichen Stand und Herkommen nach, haben, deren gebrauchen, genieſſen, auch ſo offt und viel Sr. Lbd. bey denen Rathſchlægen in Unſern Sachen ſeyn wird, daſelbſt fürfallende Unſere Sachen und Hændel, Sr. Lbd. beſten Verſtandes, treulichen erwegen, bedencken, auch das ſo Sr. Lbd. alſo Rathsweiſe vertrauet, bis an derſelben Ende verſchweigen, in dieſem auch ſonſt alle andere Weege und zu aller Zeit Unſerer Kœnigreichen und bevorab dieſer Unſerer Niederburgundiſchen Erblanden und derſelben angehœrigen Unterthanen Frommen, Nutz und Nothdurfft beſtes Fleiſſes fordern, für deren Schaden warnen, und ſo viel immer mœglich fürkommen und verhüten; neben dem ſoll auch Sr. Lbden pflichtig und gehalten ſeyn, Uns in fürfallenden Unſeren Krieges-Nothdurfften auf vorgehende Unſere oder Unſers Abweſens, Unſers General-Stadthalters dieſer Unſer Nieder-Erblande fernere Verordnung, etliche Geſchwader Reutter und Raiſigen oder Regiment Krieges-Volck zu Fuſs zuzuführen und damit zu dienen auf Beſtallung und Unterhaltung, wie Wir Uns oder aber von Unſerentwegen Unſer Stadthalter und General derſelben alsdann mit Sr. Lbd. gebührlicher weiſe vergleichen werden, jedoch dergeſtalt ſo fern Sr. Lbd. mit ſolchen Kriegs-Volck zu Roſs oder zu Fuſs in Unſere Dienſte ſelbſt eigener Perſohn nicht kommen wolten oder vielleicht durch Ehehaffte Verhinderungen nicht erſcheinen mochten, daſs alsdenn auf einen oder andern dieſer beeder Fælle Sr. Lbd. an derſelben Statt* *Negotia Hiſpanica.*

Hodieque prætenſa.

ee) Veniſſe deinde harum literarum, germanicarum latinarumque duo volumina in poſſeſſionem BALTHASARIS HELDII *Conſiliarii aulæ Gottorp.* ipſe Heldius teſtis eſt in *Collect. MSCt.* Laudat etiam has epiſtolas MORHOFIUS *Polyhiſt. Tom. I. L. 1. c. 25. p. 313.* aſſerens, multa in iis de patriæ rebus commemorari.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eine andere des Krieges wohl erfahrne Adelsmæſſige Perſohn verordnen und ſchicken mœgen, und ſollen Sr. Lbd. oder aber ihr nachgeſetzter Lieutenant mit dem beſtimmten Kriegs-Volck Uns, Unſerer Gelegenheit und Gefallen nach, wieder mœnniglich treulich zu dienen ſchuldig ſeyn. Allein ſolle Sr. Lbd. hiemit vorbehalten ſeyn ſich wieder die Durchlauchtigen Ehrwürdigen und hochgebohrnen Fürſten Herrn Ferdinanden *Rœmiſchen zu Hungarn und Bohaimb &c. König, Unſern geliebten Herrn und Vettern, das heilige Römiſche Reich ſœmmtlich, auch Herrn* Chriſtian *der Reiche Dœnnemarck Norwegen, der Wenden und Gothen Kœnig, Unſeren freundlich lieben Oheimb, Brudern und Aymungs-Verwandten, Herrn Friederichen Biſchoff zu Hildesheimb und Herrn* Johannſen *Hertzog zu* Holſtein, *Unſere beſondere liebe Oheimben, alle drey Sr. Lbd. Gebrüdere mit nichten gebrauchen zu laſſen. In dem, wie ob erzæhlet, auch ſonſt gemeiniglich in andern pflichtigen Sachen und handeln ſolten Sr. Lbd. alles dasjenig thun und verrichten, das einem getreuen Rath und Diener, Ehren und Dienſt Pflicht halben zu thun gebühret; Alsdann Sr. Lbd. ſolches bey Seinen Fürſtlichen Ehren und Glauben zugeſagt und derwegen Seine gebührliche* Reverſal-*Brieffe verfertiget von ſich gegeben haben. Darentgegen und umb ſolcher Dienſte willen ſollen und wollen Wir gedachten Unſeren Rath Hertzog* Adolphen *zu Holſtein zu Rath-Soldt- und Dienſt-Geld nun von heute* dato *anzurechnen jæhrlichen und jedes Jahrs beſonder, als lang Sr. Lbd. in ſolch Unſeren Dienſten verharren wird,* Sechs Tauſend Gülden Carolus, *jeden derſelben zu zwantzig Stüver guter gangbarer Brabandtiſcher Müntze oder deſſelben Wehrts gerechnet, allweg auf die Jahrs-Zeit in Unſer Stadt* Antorff *durch und aus Hœnden gegenwærtigen und künfftigen Unſeren* Factoren, *ſo Wir jederzeit daſelbſt zu* Antorff *haben werden, gegen glaubwürdigen Abſchrifft dieſer Unſer Beſtallung und Sr. Lbd. gebührlichen Qvitungen, ausrichten, vergnügen und bezahlen laſſen, und ſoll alſo mit gebührlicher Bezahlung von Jahren zu Jahren wie gemeldet fortgeſchritten werden. Ferner ſoll die Abkündigung dieſer Beſtallung zu Unſer auch hiewieder Sr. Lbd. Gelegenheit und Gefallen ſtehen, jedoch dergeſtalt, daſs ein Theil dem andern dieſelbig in Jahres Friſt zuvor, wie ſich gebühret wiederumb auffage oder abſchreibe. Alles gnædiglichen und ohne Gefœhrde.* Sequitur *Ferdinandi Alvares de* TOLEDO *Ducis de Alba,* ejusdem Regis Hiſpaniarum Generalis Gubernatoris in inferiori Burgundia ſolemne obligationis documentum, datum *Neomagi d. 17. Nov. a. 1572.* quo faretur: *Daſs Herr* Adolph *Hertzog zu Schleſswig Holſtein in jetzigen Zug, den Sr. Lbd. der Königl. Majeſt. zu Hiſpannien zu Gute in den Niederburgundiſchen Landen gethan, auf das Fuſs-Volck etzliche Vorſtreckung an Gelde gethan und zu dem Sr. Lbden eine* Summe *Gulden für lange Röhre, Sturmhauben, Fedder-Spieſſe und Pulver, ſo die Knechte bekommen, nachſtændig geblieben, und wir demnach ſolches alles mit S. L. gründlich abrechnen und in einer* Summa *ziehen laſſen, welche* Summa *ſich auf* zehen Tauſend und zwantzig Reichs-Thaler, *jedern Thaler für 32. Brabandiſche Stüver gerechnet, ſich erſtrecken thut, daſs Wir demnach in Krafft habenden* Gouvernements *gegen S. L. derſelben Erben und getreuen Innhaber dieſer Unſer Schuld-Verſchreibunge Uns verpflichtet, verpflichten Uns hiemit und in Krafft dieſes Brieffes an Staat und von wegen höchſtgedachter Königl. Majeſtæt zu Hiſpanien Sr. Hertzogen* Adolphen *Lbd. und derſelben mitbeſchriebenen obberührten* Summe *der* zehen Tauſend *und* zwantzig Rthlr. *jedern derſelben zu 32. Brabandiſcher Stüver gerechnet uff den letzten* Februarii *ſchierſt künfftig in der Stadt* Hamburg *ohne einigen weiteren Verzug, auch ohne Sr. L.* ZEHRUNGE und Unkoſten richtig machen und bezahlen zu laſſen. Eodem anno ab ipſo Rege litteræ obligationis ſcriptæ ſunt Bruxellis d. 22. Novembr. his formulis: *Thoen kund dat wy Sr. L. beneffens ſinen Ryttmeſteren* Paul Ranzau, Johanns *Sohn,* Ulrich Behr, Aſche von Holle, Johann von Ahlefeldten, Johann von Röffing, Joſue von Qvalen *up de ſamentlyke 6. Fahnen offt* Compagnien *Ruytern, ende alſo up dat Geheel-*Regiment *des vorgemeldten Hertogen von Holſtein Ruytern de* Somme vierenvyfftig duyſent zeven hondert ende vyff Ryniſch Güldenen, *dewelcke* 42728. *Daelers ende negen Stüvernen van rechter redeliker ende bekanntlicker Schuld te betaelen wy ſchuldig gebleven ſyenen; Geloven unde beſpr*ecken *by Unſer Conninglicker Weerden ende waaren Worden dat wy S. L. ende den baven benahmden Rittmeſteren die vorſchreven* Summe *van Huere Lüden ende huere-Ruytern Beſoldung Achterſtand up den leeſten Dach der Maent von* Februarius *mit nakommende drey entzeventigſten Jaar ſtyl van Rome, entweder binnen der Stadt van* Hamburg *efft* Bremen *tegen* reſtiturie *van deſſe Unſe Beſcrivinge ende Sr. L. ende der Rittmeſteren behorlyke* quitancien *zonder langer Vortreck zeekerlyk betaelen ende vernœgen laten ſœllen ende willen, maer in gefalle, dat aen ſulcker Betalinge (twelck wy verhopen niet geſchren en ſoll) Gebreck ende*

Ver-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Verſümeniſs qvæme; So ſüllen Wy dem Hertoge von Holſtein, de Ryttmeeſtere ende Ruytern all ſolcke Unkoſten ende Teeringe compenſeren *laeten.* Plura alia *f*) tacemus. Tertium quod exaratum reliquit opuſculum ſpectat ad cauſas juris publici territorialis, ornatum hac inſcriptione: *Conſilium & Deductio in cauſa Sereniſſimi Ducis Sleſv. Holſat.* ADOLPHI *intuitu ſucceſſionis in bona feudalia & allodialia prædia & præfecturas* JOANNIS *Ducis Holſatiæ autore D.* PAULO CYPRÆO *a. 1580.* Præcipue in hoc ſcripto Regis Daniæ Friderici, qui cum Duce eadem jura & æquales bonorum hæreditariorum partes poſtulaverat, argumenta & dubia expendit, Ducisque ſui cauſam tuitus eſt. Adhærent eidem MSCto Conſilium Facultatis Academiæ Wittebergenſis vivo adhuc Joanne Duce datum, item conſilium *JCti* SCHRADERI in eadem cauſa pro Rege ſcriptum & ipſa hujus contentionis acta coram commiſſione Regia & Ducali, Haderslebiæ a. 1581. ventilata. Vltimo denique loco nominandus eſt CYPRÆI *commentarius MSCt. in leges Sleſvicenſes,* quem tamen hactenus fruſtra quæſivimus. Laudat eundem filius in annalibus p. 464. *Inter cetera*, inquit, *ſcripta Aureliæ compoſita commentarios quoque in leges patrias ſive Sleſvicenſes conſcripſit ac elaboravit, quos publico teſtimonio ac elogio eximius JCtus* GUILIELMUS FORNERIUS *anteceſſor Aurelius L. 2. Select. p. 74. hiſce verbis commendavit: Et hoc acutus vir vidit Paulus Cypræus, Sleſvicenſis, auditor Aureliæ cujus immortales in patrias leges commentarios exſpectamus: Quem tractatum MSCtum præfato Fornerio commodatum nobiliſſ. Dn. Jacobus* BONGARSIUS *Regis Galliarum in Germania Legatus, amicus dum vixit Parenti meo ſummus & intimus, poſt obitum Patris cum honorificentiſſima ad heredes epiſtola ex Galliis in patriam noſtram remiſit, qui & ſuo tempore in lucem prodibit.* Quam datam fidem tamen non liberavit. Nec ipſe vero nec Fornerius explicate tradunt, an laudato commentario jus Juticum, an municipale Sleſvicenſe illuſtraverit. Neque ex *Bongarſii* litterarum verbis certi nonnihil ſtatuere licet, ſiquidem obſervante JO. MOLLERO *in introduct. ad hiſt. Cherſon. Cimbr. P. I. p. 273. Bongarſius in ſylloge epiſtolarum Argentorati a. 1660. editarum Paulo Cypræo attribuerit commentarium in Leges* BRUNSVICENSES. Intelligit Möllerus *Epiſtolas Bongarſii & Georg. Mich. Lingelsheimii mutuas*, inter quas p. 37. 38. legitur Bongarſii epiſtola ad Paulum Cypræum *ipſis Calend. Oct. a. 1595.* perſcripta, qua ipſi ſignificat, ſe à FORNERII *filio* commentarium, quem Cypræus olim Fornerii patri commodaverat, requiſiviſſe ac recuperaſſe. In aliis tamen Bongarſii ad Camerarium litteris Gallico Latinis *Pariſiis a. 1668. 12.* duobus voluminibus & 1695. 8. evulgatis nihil plane harum rerum reperitur. Ipſe etiam Paulus Cypræus in elaboratiſſimo tractatu *de jure Connubiorum*, quo Legem Juticam & Conſtitutiones patrias paſſim in auxilia vocat, nec quicquam hujus ſuæ operæ tantopere commendatæ meminit, quin nequidem ipſum patrium Jus ſtatutarium Sleſvicenſe ullibi laudavit citavitque. Dubito itaque Cypræum ejusmodi unquam Commentario *g*) operam addixiſſe præci-

Deductio Juris in cauſa hæreditaria.

Commentarius in leges Sleſvicenſes.

Præcipuorum documentorum recenſio.

f) 1.) *Regis* PHILIPPI *diploma*, quo Dux Adolphus præfectus cohortis ſeu 300. equitum conſtituitur a. *1558. d. 10. Apr.* 2.) Ducis *ob* ALBA *literæ* ad *Mauritium* RANZOVIUM de conducendis *1500.* equitibus a. *1569. d. 18. Sept.* 3.) *Ejusdem* obligatio, qua Duci Adolpho ſe debere fatetur expenſas reſiduas cohortis ſummam 427 ⅓. thalerorum a. *1572. d. 16. Nov.* 4.) *Ducis ab* ALBA inſtructio ſeu literæ ad Ducem Adolphum de conſcribendis 2000. militibus vulgo *Haken Schützen 1572. d. 15. Jul.* 5.) Ejusdem hujus generis inſtructiones, vocationes & reverſales *1572. d. 15. Jul & 25. Auguſti.* 6.) *Caſp.* HOYERI *& Bened.* GUNDEMARCK rationes ſuo tuum expeditionis militaris bellicæ *a. 1572. d. 22 Sept.* 7.) JO. LANGEMARCKII legationis in Bataviam documenta 1578. 8.) Miſcellanea argumenta debiti Hiſpanici 1581 9.) Literæ quædam & relationes a *Paulo* CYPRÆO in legatione Hiſpanica ſcriptæ. Poſt *Cypræi* legationem & ætatem præcipue in hac cauſa acceſſerunt alia quædam 1) PHILIPPI II. *Regis Hiſpaniarum* literæ ad Ducem Adolphum *a. 1583.* ad Ducem Philippum *a 1590.* & ad Ducem Jo. Adolphum *a. 1595.* 2) Literæ, quas interceſſionales vocant, Archi Ducis Gubernatoris *Bruxell. a. 1597.* ut & Imperatoris *Rudolphi II.* a 1600. & Imperatoris *Matthiæ* a. 1613 perſcriptæ ad Regem Hiſpaniarum. 3) *Friderici* MATTÆ, comiti Schauenburgico Ottoni ab agendis negotiis in aula Hiſpanica, *acta & relationes de annis 1617. 1618. 1619* quarum appendices ſunt decreta Regis Hiſpaniarum a. 1617. *d. 7. April 1619. d. 8. & 19. Febr.* data, quibus debita a Parente ſuo ex Ducis Adolphi miniſterio & ſervitiis militaribus ſtatui Flandriæ præcipue exhibitis contracta non ſolum agnoſcit, ſed etiam ſummam eorum 350000. Ducatorum Hiſpanic. conſtituit promiſitque exſolvendam cum uſuris quadruplicibus intra ſpatium duorum annorum. 4) Res miſcellæ prætenſionum Hiſpanicarum ab a. 1614.-1630. quibus inſertum eſt Archiepiſcopi Bremenſis ceſſionis inſtrumentum *a 1622 d. 24 Apr.* 5) Literæ quædam *Benjamini Dionyſii, Eanonis Wilhelmi, Joannis Gvammai* archiep. Bremenſ. & *Frid Lebzelteri* literæ in hac cauſa: *Conſulum Antwerpiæ* atteſtata de fideliter tranſſumtis documentis *obligationis Hiſpanicæ reſpectu 8930. & 26160 thalerorum de a. 1635.* 6) *Joſephi de* SCHMID relationes & expeditiones de a. 1653.-1658. 7) *Henrici Egge & Hermanni Sebgelcke* conſilia, obſervationes & literæ ejusdem argumenti *a 1664. d. 4 Maji.* 8) *Adami* OLEARII litteræ ad Ducem Chriſtianum Albertum datæ *Gottorpii 1664. d. 12 Maji*, adjuncta totius prætenſionis ſumma & delineatione litterarum ad *Philippum IV.* Regem Hiſpaniarum.

g) Si conjecturis locus fuerit, dixerim, laudatum commentarium fuiſſe PARVI DEGHENII, cujus *expoſitiones & correctiones Legum Juticarum* eo tempore MSS tæ circumferebantur, omiſſo autoris nomine, docentibus codicibus hujus opuſculi exaratis a 1663. Quem libellum FORNERIUS vindicavit *Cypræo*, ex cujus communicatione eundem acceperat. Prodiit deinde *Hafniæ a. 1580.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

præcipue in itinere & apud Gallos, tot aliis rebus & negotiis distractum & omnibus forte carentem patrii juris fontibus & adjumentis. Quodsi vero labori manum admoverit, ille vel inter desertos & vix affectos *h*) vel deperditos plane locum sibi vindicabit. Neque ejus jacturam acerbius ferendam puto; facile enim ex editis ejus, quas juri illuminando dicavit, commentationibus, colligitur, illum quidem in latialibus institutis & legibus adscititiis excutiendis insigne studium posuisse multaque undelibet ex glossatorum doctorumque commentariis, consiliis & locis communibus in summam contulisse, sed ex communi seculi defectu vel errore in evolvendis rebus & antiquitatibus patriis, in eruendis historiæ Imperii & provinciarum Germaniæ legumque & judiciorum monumentis operæ peperciſſe, sigillatim vero Jurisprudentiæ Cimbricæ sive explicandæ sive expoliendæ vel minimum litasse. Quod nec ipsi solum, sed & aliis antiquioris & istius ævi JCtis sacerrimo præjudicio auctoritatis Juris Romani abreptis speciatim Holsatiæ litteratis civibus objiciendum est, qui castissima jura Cimbrica & Septentrionalia ex institutis, Legibus & moribus patriæ innatis collecta, inaudito artificio legali & hermeneutico ex diversissimis formulis juris civilis Romanorum, utpote reipublicæ Quiritum & principiis Romani Imperii accommodatis, instruere & explicare recte vero torquere & pessundare adnituntur *i*).

Commune ævi defectus

Præcipue auctoritas Juris Rom.

Incurii

Eitzenii notulæ ad jus Juticum.

h) Sunt qui primas notularum lineas quas PAULUS *ab* EITZEN *junior Canonicus Slesvicensis* ad Jus Juticum collegisse fertur, industriæ *Pauli* CYPRÆI, cujus ille affinis erat, vindicare cupiunt, quod tamen frustra fieri facile patet. Et plane exigui ponderis sunt ipsæ animadversiones Eitzenianæ ex jure *Romano*, *Canonico*, *Saxonico speculo* præcipue consarcinatæ, quarum specimen subjungo. 1) *Ad c. §. 1.* voce *gedöfft: De jur. civ. per l. 3. C. d. posth. hær. inst. idem procedit ubi mater mortua & secto ventre heres nascitur.* 2) *Ad §. 5* ad verba: in der drüdden linie: *Ex hoc textu apparet in Jure Danico computationem graduum secundum Jus canonicum fieri debere & non secundum Jus civile. Vix enim casus contingere potest, ut omnes reperiantur in tertio gradu, cum fratrum filii sint in quarto gradu; & juxta computationem civilem non potest admitti. Sæpissime etiam accidit ut vix juxta computationem Canonicam XII. masculi haberi possint, qui scilicet in tertio gradu, & opus sit numerum complere ex affinibus vel aliis extraneis.* 3) *Ad c. 3 §. 2.* befunden: *ideo si juramento se prægnantem affirmaverit servandum est juramentum & in possessione manet L. 1. pr. si mulier ventr. nom.* 4) *Ad §. 3* wert: *Si tamen peperit, quæritur: an ex eo prægnans fuerit. De tempore partus vide Mynsinger observ. 40. Centur. VI.* 5) *Ibid.* adelbonde barn: *i. e. quod de semine legitimo viri præmortui non processerit V. Canutum ad h. l.* 6) *Ibid.* 30. Dage: *secundum Jus Saxonicum ante 30. diem a Creditoribus conveniri nequeunt Landr. art. XV. lib. I. cum itaque non solum hæredes, sed etiam uxor gravida hoc privilegio utantur, quod ante 30. diem molestari non debeat, sed in possessione bonorum maneat, gaudet & ii, quo necessitate urgente utitur ad sui sustentationem; merito igitur non solvit id quod intra 30. diem cum familia consumsit.* 7) *Ad §. 4.* Upsehent: *fundantur in artic. 22. L. 1. Landr. ante 30. diem autem hæres nihil de hæreditariis bonis disponere potest, licite tamen ad viduam intrat, ne res indemnes distrahantur.* 8) *Ad Cap. 4. ad rubr.* to dem Erve: *i. e. de successione descendentium.* 9) *ad §. 1.* Vader und Moder: *deficientibus descendentibus secundo loco & ordine vocantur hoc juve ascendentes pater & mater, ex casus fratribus & sororibus. Consentit Jus Saxonicum L. 1. art. XVI. Differt autem a Jure civili. Ea enim pater & mater frater & soror in capita succedunt. De successione ascendentium in qua succedunt* 1) *Parentes* 2) *fratres & sorores* 3) *avus confer omnino c. 9. hujus libri.* 10) *Ad §. 7* Vortmehr: *In successione collateralium, frater excludit fratrum filios; Consanguinei uterini, germani, si concurrant, simul admittuntur, neque duplicitas vinculorum admittitur & attenditur. Ita pronunciatum a. 1557. quia hoc jus saltem graduum & non vinculorum considerat duplicitatem. Ib. na Brodeve: Ratio hujus legis traditur familiarum conservatio. Honorem enim & decus familiarum dotis cæ conservant Schneidewin ad Instit. §. 3. per quot person.* Hactenus EITZENIUS. Nec quod alii putant ZECHENDORFFIUM olim Consulem Slesvicensem *laudatum* CYPRÆI *MSCt.* possedisse nititur talo firmiori, cum hæredes testentur, nihil eorum scriptorum, saltim vero JO. FUCHSII observationes ineditas adhuc, quas in ordinationem provincialem Slesvicensem Holsaticam & nonnullas patriæ constitutiones conscripsit, adservatas fuisse in apparatu patris. Provocat tamen PETRUS AXENIUS JCtus Cimber *in Schedis MSC. juridicis ac forensibus* passim ad PAULI CYPRÆI *notas germanicas in nomocanonem Juticum a Blasio* EKENBERGERO *germanice editum.* Sed hanc editionem a. 1603. demum prodiisse constat.

Plurium errores de fontibus juris Danici ac Cimbrici.

Quibus adnumerant Jus Romanum.

i) Quorum interpretum coryphæi in ea præcipue versantur hæresi codicem *Juris Cimbrici seu* JUTICIA Rege Woldemaro II. promulgatum vulgo *Low-Buch* tum ex jure divino positivo, naturali, patrio, tum pontificio & Cæsareo Romano compilatum fuisse. Quod idem frustra asserunt de WALDEMARI I. codicibus Juris Danici tum *Scanici* tum *Selandici*. Fidem eorum tamen plures secuti sunt inprimis JO. ADOLPH CYPRÆUS *annal. lib 2. p. 245.* HIERONYMUS CYPRÆUS *chron. Ep. Slesv. h. l. p. 251.* BRODERUS BOYSEN *in chron. Slesvic. h. l.* BURCHARD. GOTTH. STRUVE *in hist. Jur. German.* ARPE *Them. Cimbr. p. 112.* novissime litteratissimus JO. DAN. GRUBERUS *in origimibus Livonicis p. 44* & PONTOPPIDANUS *in annalib. eccles. Dan. diplomaticis P. I. p. 653.* Facile vero hunc errorem contundit ipsa juris Danici & Cimbrici historia, quæ nunciat testaturque, ipsos codices juris patrii collectos esse in *odium* JURIS R. hujusque gliscenti passim autoritati ex instituto oppositos. Quodsi vero in jure *Danico* & *Cimbrico* legantur forte quædam regulæ universales vel præcepta Juris naturalis, quæ æque in corpore Juris Romani reperiuntur; hæc sane neutiquam dicenda sunt argumenta ex jure Romano demum transscripta, sed ex communi hominum ratione, ex connatis justi honestique principiis oriunda, quæ vera erunt semper usuque recepta, etsi nullum unquam Jus Romanum scriptum exstitisset. Sermo enim est de Legibus Romanorum seu de Romano Jure *civili* & *positivo*, non de principiis, quæ in jure eodem exstant, philosophicis seu de præceptis rationis; uti fusius dixi *in commentat. historica & forensi de Juris Romani indole & obligandi ratione* p. 73. *seqq.* Eundem errorem fovent, qui jura antiqua Svecica ex jure Romano collecta comminiscuntur. Confundunt atavitas patriæ leges vel cum legum earundem commentariis seu interpretationibus Doctorum, vel cum recentioribus jurium accessionibus teste MESSENIO *in epistola ad Gustavum II. Regem præmissa editioni LL. Svecicar. edit* 1604. Aliquando etiam juri Romano, in cujus usu Svecii nonnulli inepte gloriantur, regulas acceptas referunt, quæ tamen non sunt Romanæ, sed communia sanæ rationis decreta. Audi ANDR. GYLDENCLOO *diss. de prudentia legislatoria: Ubi Lex Svecana non habet statutam poenam delicti, relinquit arbitrio judicis decernendam, ubi, si leges civiles non fuerint inhumanæ, potest Judex uti*

Fallax ratiocinium Guldencloi.

pœna

Incurii igitur Jureconſulti exſtiterunt Cimbriæ antiquitatum, rerum civitatenſium, territorialium, legumque & conſuetudinum veteris ævi Septentrionalium, Cimbricarum, Saxonicarum cognatarumque Germanicarum, nec non patriæ diplomatum, rerumque etymologicarum præcipue theotiſcæ veteris & omnis arctoæ, Gothicæ præcipue, Islandicæ, Cimbricæ, Saxonicæ, Francicæ, Friſicæ, Anglo-Saxonicæ, ut plura adjumenta annalium Legumque patriæ ſpecialiora teceamus. Quorum tamen omnium apparatu inſtructos eſſe oportet, quos ſtudium operamque juvat defigere in explicandis juribus Cimbricis Legum rationibus eruendis, præcipue quoad *Jus Sleſvicenſe* STATUTARIUM & TERRITORIALE ſeu *Juticum*. De hoc dixi *in præfat. ad Tom. I. p. 108. ſq.* De illo mox paucula ſubjungam. Vtrumque ſane omnibus aliis viciniæ patriæ & Germaniæ ſtatutis municipalibus & juribus provincialibus prærogativam præripit ſive antiquitatem, ſive legum argumenta reſpexeris, domi ſponte nata, genuina veterum inſtitutorum patriæ, juriumque Septentrionis monumenta, quin ipſorum majorum præcipue avitarum conſuetudinum præſidia, de quibus ſingulis propediem ex inſtituto dicemus in HISTORIA *Juris* CIMBRICI *omnis ævi*. Saltim hoc loco paucis laudabimus Imperantium ſapientiſſimam ſolertiam, qua caverunt, ne innata Cimbriæ inſtituta *conſuetudinaria & legalia avita* injuriam vel damnum paterentur ex peregrinis Juris Romani poſitivi formulis, quas in patriam inferre putabant patriæ nonnulli cives, genio novitatis & ſtudio rerum exoticarum indulgentes. Initium hujus rei repetendum eſt a Sec. XII. quo Cimbri Danique Italiæ & Galliæ academias frequentius ſalutantes, in patriam tandem veverſi ſunt, non niſi loti, tincti certe fontibus Juris Pontificii & civilis Romani. Sui ævi teſtis eſt ARNOLDUS LUBECENSIS *L. 3. c. 5. n. 2. Danos nobiliores terræ filios non ſolum ad Clerum promovendum, verum etiam ſecularibus rebus inſtituendos Pariſios miſiſſe. Ibi*, addit, *literatura ſimul & idiomate linguæ terræ illius imbuti, non ſolum artibus, ſed etiam in Theologia multum invaluerunt, ſiquidem propter naturalem linguæ celeritatem non ſolum in argumentis dialecticis ſubtiles inveniuntur, ſed etiam in negotiis eccleſiaſticis tractandis boni* DECRETISTÆ *ſive* LEGISTÆ *comprobantur*. Idem docet JAC. *a* VITRIACO *hiſt. occidental. c. VII.* & JODOCUS BADIUS ASCENSIUS *in epiſtola ad* LAGONEM VRNE, *epiſcopum Roskildenſem a. 1514. exarata*, hiſtoriæ Danicæ Saxonis Soræ typis exſcriptæ præmiſſa: *In* PARISIORUM, inquit, *academia clari evaſerunt* SAXO (Grammaticus) CANUTUS *epiſcopus Visburgenſis & nunc quidem non pauca in eadem a Dania conſpicimus ingenia, quorum bona pars eſt Magiſter* CHRISTIERNUS PETRI, *Lundenſis eccleſiæ Canonicus*. Illuſtre exemplum eſt ABSOLON nobilis & Præſul Danus ſupra laudatus, qui Pariſiis circa

Studiumque novitatis Cimbrorum Seculo XII. Galliæ & Latii ſchotas frequentantium.

Exempla variæ ex annalibus Daniæ & Cimbriæ.

---

pœna ſtatuta in jure civili Romano, non ac ſi VIM *habeat ea lex in regno* SVECIÆ, *ſed quia conformis eſt* LEGI NATURÆ. Hæc ſi vera eſt ratiocinatio, ſane & Turcica, Indica & Paganorum omnia jura, quatenus æquitatis & juris naturalis nonnihil continent, in Svecia dixeris uſu recepta. Subſcripſit tamen Gyldencloi judicio acerrimus Juris Romani apud Svecos vindex FICKIUS *in praxi jurisprud. hyperboreæ p. 117.* Fallunt etiam in eo, quod de cauſis arbitrio judicis relictis aſſerunt. Docet enim D. NETTELBLADT *præfat. ad Themidem Svecicam*, vel quo titulo ipſi magis placuit, *Romano-Svecicam p. 13: quod, ſi occurrat caſus, qui nec lege ulla Svecica, nec recepta fori praxi ſit deciſus, de eo non arbitrio judicis ſtatuendum ſ d ad Sereniſſimum ac potentiſſimum Regem referendum ſit.* Idem contra *illuſtrem* LUDEWIGIUM monet additque: *Jurisprudentiam Svecanam non eſſe imperfectam, ſed ad cauſas civiles in foro occurrentes decidendas ſufficientem, raroque inde occurrere cauſam Legibus Svecanis haud deciſam.* Quæ cum ita ſint, neſcio qua ratione Vir jurium conſultiſſimus, qui ceteroquin alibi de plane exiguo pretio uſuque Juris Romani recte diſſeruit, magno nihilominus conatu *c. l. §. 2 usque ad 7.* Jurisprudentiæ Romanæ uſum cultumque Sveciæ vindicaverit, quin in opuſculis Juris Romani a civibus Svecis in Germanorum academiis vel in ipſa patria editis tropæum laureamque adeo quæſiverit, ut *d. l. p. 2. 6. 9.* in cenſum hominum alienæ gloriæ invidentium eos retulerit qui jus Romanum in Svecia prorſus negligi nec *in foris utpiter aliquando adhiberi aſſerant, vel qui in Svecia Fictos Juris Romani peritos & acta fuiſſe & adhuc eſſe negent.* Equidem neminem ſcio, qui Svecos accuſaverit Juris Romani ignorantiæ, quæ ipſa, ſi Svecis tribueretur, non in dedecus vel in contemtum eorum ſed in honorem ac prærogativam Svecorum, Leges quippe patrias recte excolentium, cederet omnino. Non enim gloria Jureconſultorum pendet a cultu *juris Romani*, ſed a cultiori *juris* PATRII, ſui cujusvis, cognitione, qua laudatiſſimi Sveci Germanos noſtrates, manifeſto ſane errore Juri Romano magis quam Germanico incumbentes, non uno modo hodieque vincunt. Quamvis ex adverſo Germaniæ JCti Svecos, ſi Jurisprudentiæ & antiquitatum Romanarum ſtudia & operas exaſciatas ſpectes, longo poſt ſe intervallo relinquant. Hoc vero non ingenio, nec culpæ vel negligentiæ Svecorum, ſed indoli ſtatuique civili Svioniæ regnique originariis & ſaluberrimis legibus tribuendum eſt, quibus uſus Juris Romani ab omnibus Sveciæ Judiciis plane proſcriptus eſt; quemadmodum ex rationibus civilibus ſeu ex habitu reipublicæ Anglicanæ exterminatus eſt a foris *Anglorum*, quibus tamen nemo gloriam excellentiſſimorum JCtorum denegabit. Nec ſane *clariſſ.* NETTELBLADT, quicquid etiam ingenii in torquendis Legum Sveciæ mente & concluſionibus *d. l. §. 3. p. 3. 4* collocet, unquam ex Regni Legibus & foris Sveciæ ingenue & plaudentibus cordatioribus probare poterit *abuſum Juris Romani ſaltim prohibitum fuiſſe*; cum expreſſis tot Regiarum ſanctionum verbis prohibeantur ejus *introductio, receptio, uſus omnis judicialis*, quin *ipſa adeo allegatio*, quæ ſaltim fit *ornamenti ſeu illuſtrationis cauſa*. Præſtat in his ſaluberrimis Legum proviſionibus acquieſcere, quam illis interpretationem & ampliationem dogmaticam inferre, quæ nec *menti* Legislatoris, nec *verbis* Legum earumque *hiſtoriæ* & *fini* convenit.

Fickii.

Nettelbladti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ca a. 1148. literis operam navavit & cum Wilhelmo Parisiensi, quem inde in Daniam ad regendam abbatiam monasterii Eschildsoæ evocavit, amicitiam coluit docente STEPHANIO *in prolegom. ad Sax. c. XI. p. 51.* Secutus est hujus vestigia archiepiscopus ANDREAS SUNONIS, qui liberales artes in academia *Parisiensi* publice docuit, impetravitque honores Theologiæ & J. V. Doctoris teste *M.* MATTHIÆ *in serie Episc. Lundens. p. 63.* Constat etiam, GUNNERUM celebratissimum Danum apud Parisios studiorum causa degisse & in familiari conjunctione vixisse cum GREGORIO *de* CRESCENTIA postea Cardinali & Legato Pontificio, cujus deinde consilio & commendatione Gunnerus Abbas hactenus Arrhusiensis monasterii charæ insulæ, vulgo Oemb, spartam obtinuit 1222. Episcopi Viburgensis, testante ANONYMO *exordii charæ insulæ MSC.* Plura exempla Danor. qui Sec. XIII. Parisiis præcipue litteris incubuerunt, speciatim nobilis Dani *Svenonis Dyringii, M. Martini, Fratrum Andreæ Aciensis, Caroli Helinrici, Petri de* DACIA, *Astronomi insignis & academiæ demum Parisiensis Rectoris, M.* PETRI ARNFASTI S. S. *Theol. Doctoris Parisiensis* aliorumque ævi recentioris recensuit *vir cl.* PONTOPPIDANUS *T. I. gest. Danor. extra Daniam c. 4. Sect. II. p. 377. seqq.* Quid? quod MESSENIUS *c. l.* & FRID. STEPHANUS, *Abbas St. Genevæ apud Parisios in collect. epistolar. ed. Paris. 1679. n. 152. seqq.* testentur Waldemarum Principem Regis Canuti VI. fratrem Parisiis studiorum causa vixisse & inter canonicos ecclesiæ S. Virginis Genovefæ receptum ibidem, ipso flore ætatis supremum diem obiisse. Commemorant etiam GUILIELM. BUDÆUS & LAUNOIUS *in hist. acad. Paris.* Christiani Regis Gothiæ & Daniæ filium *Sebaldum* Lutetiam Parisiorum missum fuisse studiorum causa. *Et Holsatiæ.* *Idem* SPANGENBERGIUS *Chron. Schauenb. I. 30. II. 1. p. 77.* & LAMPERTUS ALARDUS *in rebus Nordalbingicis T. I. monument. p. 1792.* observant de Holsatiæ comitis Adolphi IV. filiis *Joanne & Gerhardo* ad Musas Parisinorum ablegatis. Tacemus Cimbros *M.* HENRICUM PORETZE, *Elerum de* VEMERN, *M. Joannem* BOYENHUSEN & nonnullos alios, qui ad pedes Juris Romani Doctorum in academiis *Bononiensi, Pragensi & Ticinensi* confederunt eo tempore, quo ipsi Imperatores, Cæsareis Juris Romani doctrinis, præcipue monarchicis forte, excitati FRIDERICUS I. & II. CAROLUS IV. SIGISMUNDUS & MAXIMILIANUS I. apud Germanos sensim evexerunt Jurisprudentiæ Romanæ dignitatem. *Damna ex Romana Themidis patriæ imminentia.* Quod vero peregrinantibus & ad patrios lares demum redeuntibus hodieque aliquando evenire solet, ut regulas decori Gallici inepte ubique applicare satagant, morum patriæ vel pertæsi vel obliti, vel quod ratiocinium domi natum factumque in nivibus Alpinis perdiderint vel tantisper deposuerint; id sane accidit Cimbris, tum Clericis, tum Laicis supra laudatis, qui ex docto itinere transalpino in patriam Nordalbingiam revertentes, sibi & sumtuose admodum acquisitæ scientiæ magnifice blanditi sunt, ornatissimam, si Diis placet, & latine loquentem Themidem Romanorum longe præferentes Teutonum justitiæ, æquissimis, puto, illis Patriæ moribus & divalibus, sed simplicibus, institutis. Quorum loco, jurium peregrinorum formulas, invita licet domestica ratione negotiis patriis applicarunt, civili quippe Cimbriæ statui haud magis congruas, quam Sinensium sacra convenire dixeris Capitolio Romanorum, quam nostra instituta Byzantinis congruunt, curvumque recto & saliunca rosetis. Nihil tamen docta opera sua obtinuerunt primi illi Cimbriæ jurium novatores, ipsi quidem Cimbri, quos tamen barbare vocare liceat *Romanizantes.* Mox enim sapientissimus Rex WALDEMARUS II. peregrinas illas argutias extorres esse jussit collecto a prudentissimis morumque & indolis patriæ consultissimis viris CODICE *Juris* CIMBRICI, in solemnibus comitiis an. 1240. promulgato. *Repulsa per Waldemarum Regem promulgatione Codicis Juris Cimbrici 1240.* Quem ipsum codicem, Juris Romani formulis & principiis neutiquam maculatum, Juris patrii præsidium recte dixeris, glisceuti non solum Sec. XII. sed exsurgenti sensim Sec. XIII. XIV. sq. autoritati Jurisprudentiæ Romanæ e diametro oppositum. Vt enim legibus Waldemarianis vis sua inviolabilis nullo non tempore constaret, insigni studio caverunt majores, ut illæ a Regibus solemniter inaugurandis, ipsis Regiis capitularibus confirmarentur teste HUITFELDIO *P. 2. hist. Dan. p. 216.* PONTANO *Lib. II. p. 429. VIII. 505.* BLUTING. *obs. Jur. Jutic. obs. 2.* Expresse in ERICI *Regis* constitutione seu comitiali Recessu Nyburgensi a. 1282. occurrunt verba: *Firmiter promittimus Leges Regis* WOLDEMARI *claræ memoriæ prout in suis libris Legalibus continentur inviolabiliter observare, omnes abusus & dissuetudines contra* LEGES TERRÆ *introductas penitus in irritum revocantes &c.* In capitulatione CHRISTOPHORI *Regis* in comitiis Vibergæ promulgata anno 1320. apud CANUTUM *in expos. Jur. Jut.* & apud *de* LUDEWIG *reliqu. T. XII. p. 201.* diserte cautum est: *ut omnes conservet Leges Waldemari Regis, & si quis in eis inveniatur defectus, per discretos regni suppleatur.* Idem pro-

Cujus usum inaugurali capitulatione confirmarunt Rex Ericus. 1282.

Christophorus a. 1320.

visum

visum est in constitutione comitiali WALDEMARI IV. data in diæta Nyburgi an 1345. quam vide *in annalibus Sialand. T I. monument. ined. p. 1398. ibique artic. 1. Tota communitas regni Daciæ debeat Legibus & libertatibus Domini Regis* WALDEMARI *& aliorum Regum Daciæ prædecessorum nostrorum uti libere & gaudere; item quod omnes bonæ* CONSUETUDINES, *quas habuerunt* AB ANTIQUO *ratæ esse debeant atque firmæ.* Eadem fere occurrunt in constitutione Regis WALDEMARI IV. & filii CHRISTOPHORI a. 1360. *Primo omnes terræ nunc regno Daciæ adjacentes & imposterum DEO dant acquirendæ Legibus & juribus suis prout in veris* ANTIQUIS *libris* LEGALIBUS (*Selandico & Cimbrico*) *continentur, libere uti debeant, prout* TEMPORE REGIS WALDEMARI *& aliorum progenitorum nostrorum liberius & melius perfrui consueverint.* Similia leguntur in recessu OLAVI *Regis Daciæ* HACQUINI *Regis Norwagiæ &* MARGARETHÆ *Reginæ trium regnorum* a. 1376 in comitiis Slausloviæ subscripto, addita saltim hac limitatione, *nisi libri legales* WALDEMARI *aliter per privilegia & Hand-Festling reperiantur modificati & declarati.* Sequenti anno 1377. in comitiis Niburgi capitularia sua sancivit Rex Daniæ OLAVUS in parlamenti consessu promittens: *Convenientibus communi voto & voluntate concordi omnium statutum est & juramentis singulorum salubriter ordinatum, quod omnes & singuli ipsius regni Daciæ incolæ, in quacunque regni terra commorantes, pace firma fruantur* JURIUMQUE, LEGUM & LIBERTATUM *suarum inviolabiliter gaudeant firmitate. Nos statuto tam salubri assensum toto præbentes animo promittimus firmiter in his scriptis sub nostris fide & honore, omnia* JURA, LEGES, LIBERTATES & CONSUETUDINES *licitas & honestas a Domino* WOLDEMARO LEGIFERO *recolendæ memoriæ condam Rege Danorum ceterisque aliis* REGIBUS *Daciæ, Clericis & Laicis quibuscunque in hunc diem datas & concessas firmiter tenere & inviolabiliter in perpetuum observare. Insuper obligamus nos super observatione fidei nostræ & honoris, quod si contingat aliquos Clericos & Laicos contra* LEGES TERRÆ *per quoscunque injuste opprimi vel gravari & ad hujusmodi injurias vel gravamina rapellendas atque emendandas juxta consilium consiliariorum juratorum regni in illa terra regni commorantium, in qua nos requiri contingat, per dominos dapiferum & Marescbalcum seu præfectum requisiti fuerimus, ex tunc sine omni dilatione & contradictione quacunque ad hoc convenire & vita pariter atque bonis ad hoc nos efficaciter exponere debemus.* Secutus est eorum normam primus Rex prosapiæ Oldenburgicæ CHRISTIANUS *I.* in stipulatione vulgo *Hand-Festling* data Ripis a. 1460. die Mercurii post Dominicam Invocavit, quæ exstat in *actis Danicis contra Daniam a. 1525.* & apud CHYTR. *Sax* Lib. IV. *Ock willen wy und schollen na Unsem Vermœge schicken, dat men holde in dem* HERTOGDOME *dat* LOUBOCK, *wer idt nichten is, jegen den Artickule desses Breves.* Et in alia confirmatione privilegiorum scripta eodem anno *Kiliæ* die Veneris, ante Dominicam Palmarum: *Ock scholl nemand den andern roven, barnen, effte ichtes wat jegen* LAND-RECHT *doen, we dar aver schuldig werdt, den schall men richten na* LANDRECHTE, *da schollen wy beschermen.* Accedunt verba ex solemnibus transactionis tabulis in monasterio Bordisholmensi die Mercurii post festum S. Laurentii a. 1522. consignatis, in quibus CHRISTIANUS *II. Rex Daniæ &* FRIDERICUS *Dux Slesvicensis & Holsat.* inter plura alia statuunt: *Idt scholl ock in dem Hertogdom tho* HOLSTEN *na eren* OLDEN GEWAHNHEID *un* STATUTEN *ock na den* SACHSEN-SPEGEL *gerichtet und geordnet werden, und in dem Hertogdom* SCHLESSWIG *na dem Jutischen Konigs Waldemars* LOUBOCK *und* RECHT *gespraken werden, vermœge der Privilegien k).* Accedunt quæ in

Waldemarus IV. 1345.

Christophorus 1360.

Olaus, Hacquinus, & Margaretha. 1376.

Olavus 1377.

Christianus I. 1460.

Christiernus II. & Dux Fridericus 1522.

---

k) Vide PONTANUM *in vita Christiani II. in monum. T II p. 1065.* HUITFELD *ad h a.* MEURSIUM *hist. Dan. L. III. p. 239.* PETERSEN *chron. Holsat. p. 114.* LAMB. ALARD *in rebus Nordalbing. T. I. Monument. p. 1873.* Legitur etiam transactio *in actis Daniæ contra Daniam in causa fractæ pacis publicæ a 1525. & apud* JARGAU *in append. ad tr. de Reg I p. 55.* Quod de speculo Saxonico in hac transactione laudatur, rectius in proxime præcedenti diplomate Regis *Christiani I. a. 1460.* refertur ad jura terræ seu provincialia h. e avita Saxonica quorum quædam in speculo quidem recensentur quæ tamen non ex autoritate speculi sed ex consuetudine & indole patriæ æstimantur. Quodsi vero sensui litterali chartæ *Christierni II.* inhærere malueris adeoque ipsius Speculatoris compilationem sub intellexeris, res ipsa tamen recidit ad eandem laudatam normam veterum iurium Saxonicorum. Testatissimum enim est, compilationem Repkovianam nec in ipsa Saxonia valere nisi ex observantia & usu h. e. in iis argumentis, in quibus convenit patriæ foris & invetteratis consvetudinibus. Docent hoc Doctores Juris Saxonici post Carpzovium uno ore omnes, quibus præcipue accedunt robora ex diplomatibus, in quorum numero est charta Johannis Ducis Lauenburgici de a. 156[illegible]. apud *Dn. de* MEIERN *in doctissima dedactione de Advocatia Mollensi p 54.* verbis: *Und es auch mehr nach der Gewohnheit, denn dem Buchstaben des Sachsen-Spiegels gemæss in unsern Sæchsischen Gerichten zu Sachsbande gehalten wird.* Ipsi Principes *Fridericus* Rex Daniæ & *Joannes* ac *Adolphus* Duces Slesvici & Holsatiæ hanc explicationem probant reddunque autenticam, in privilegio quatuor civitatibus Holsaticis indulto *Slesvici a. 1568*: *Wenn aber ein Fall für Recht käme der im* BUCHSTABEN (excluditur itaque extensio ad casus non expressos in jure Lubecensi) *des Lübschen-Rechtes nicht begriffen wære, so sollen die Stædte vermöge und Innhalts privilegien des Fürstenthums*

Formula de usu speculi Sax in documentis & foris Holsaticis.

in recentioribus ſanctionibus, præcipue in *Regis* FRIDERICI *II.* & *Ducum* JOANNIS & ADOLPHI ordinatione provinciali Sleſv. Holſatica a. 1573. promulgata & a Rege CHRISTIANO *IV.* Duceque FRIDERICO *1636.* reviſa ſtatuuntur P. II. Tit. IV. §. 3. *Jedoch ſoll die rechtliche Erkenntniſs nicht wie in den Schleswigſchen Sachen auf das* LOWBUCH *ſondern weil das Fürſtenthum Holſtein kein beſchrieben Recht hat, auf den alten kundbaren* LANDES GEBRAUCH, *ſo der Vernunfft und Billigkeit nicht zuwieder, oder auch des heiligen Reichs Ordnungen und* Conſtitutionen *nicht entgegen, gegründet, in Mangel aber einer ſolchen beſtændigen und rechtmæſſigen Gewohnheit ſoll nach den* SACHSEN RECHTEN *dergeſtalt, wie wir deſswegen dasjenige, ſo der Vernunfft und Billigkeit* conform *auch unſern Fürſtenthümern am nützlichſten ſeyn wird* extrahiren *und abfaſſen zu laſſen* (Hattenio Cancellario provinciali interprete, cujus primæ hujus argumenti lineæ hodieque ſuperſunt) *in Werck begriffen geurtheilet; wære aber derſelbe Fall, darauf geſprochen werden ſoll, darinn nicht enthalten, ſo ſoll als* in caſu omiſſo *der* Diſpoſition *gemeiner beſchriebener Kayſerlicher Rechte gefolget und die Urthel darauf gegründet werden.* Addo monita ordinum in comitiis Flensburg. d. 15. Sept. 1610. hac de re exhibita: *Beym dritten Titul des andern Theils der Land-Gerichts-Ordnung, allda vermeldet wird daſs in Fællen da keine Land-Gewohnheit oder* Privilegia *fürhanden nach den Sachſen-Rechten geurtheilet werden ſolle, fællet in ſtreitigen Sachen offimal* diſputation *für* (ex errore advocatorum) *ob unter dem Wort der Sachſen-Rechte auch die Churfürſtliche Sæchſiſche* Conſtitutiones *zu verſtehen, und dieſe ſowohl als das* ALTE SACHSEN-RECHT (Speculum Saxonicum, rectius Speculi Saxonici argumenta juris veteris Saxonici genuina) *in decidendis cauſis in acht genommen werden ſolten, anbey wir aus allerhand beweglichen Urſachen uns bedüncken laſſen, daſs es bey dem* ALTEN *Sachſen-Recht bleiben ſoll, deſſen Andeutung man ſich wohl bey den Sæchſiſchen Rechtsgelahrten erhohlen mæge, aber in andern Fællen ſo im Sachſen-Recht nicht begriffen man ſich nach den allgemeinen beſchriebenen Rechten, richten ſolle.* Ipſa tamen hæc juris Romani limitata introductio in recentioribus conſtitutionibus vel plane omittitur, vel adeo reſtringitur, ut uſus ipſius ſponte corruat fere omnis. In Ducatu Sleſvici ſub auſpiciis CHRISTIANI V. Regis prodiit a. 1684. conſtitutio de norma adminiſtrationis juſtitiæ quæ ita diſpoſuit §. 8. *Das Recht wornach in vorbeſagten Unſern Hertzogthumb Schleſwig zu urtheilen und zu ſprechen, bleibt zu fordriſt eines jeden Ohrts,* STADT - *und* LAND - RECHT, *ſo von Uns einer jeden Stadt und Landſchafft allergnædigſt ertheilet oder* confirmi*ret worden; Wann aber der* Caſus *darinnen nicht entſchieden oder auch ſonſten keine* particuliere Statuta *und* Conſtitutiones *verhanden, ſoll dem* LOW - BUCH, *bis wir ein anders verordnen, lediglich gefolget werden.* In Ducatu vero Holſatiæ a Duce CHRISTIANO AUGUSTO conſtitutio officia Advocatorum concernens a. 1709. d. 24. Sept. promulgata eſt, qua ita ſtatuitur: *Und ſollen in ſolchen Hertzogthum vermœge der Land-Gerichts-Ordnung, die* PROMULGIRTEN Conſtitutiones *und Verordnungen, demnæchſt, der* UHRALTE GEBRAUCH *und* GEWOHNHEIT, *ſo weit dieſelbe den* Conſtitutionen *nicht zu wieder und erweiſslich gemacht, in deſſen Ermangelung aber das* ALTE SACHSEN-RECHT *nebſt dem* LÜBSCHEN RECHT *angezogen werden.* Taceo formulas ſeu regulas (*Reglements*) judicio Cancellariæ Ducalis præſcriptas *an. 1662. d. 16. Decembr. 1706. d. 10. Aug. 1708. d. 4. Aug. 1720. d. 12. Decembr. 1727. d. 23. Auguſti;* taceo conſtitutiones quæ advocatos Doctorum Juris Legumque Romanarum citatione interdicunt, aliasque hujus generis ſanctiones ſtatutas pro tuenda Jurium & conſuetudinum Cimbricarum autoritate, adeo ut hodieque in his terris Juri Romano vel nullus vel rarior & admodum acciſus uſus, quin infimus demum poſt omnes conſuetudines & leges domeſticas, tum conſtitutas, tum aliunde è Germania receptas, locus vel minimus relinquatur. *kk*) In-

Reges & Duces an. 1573. 1636. 1662. 1708. *ſeqq.*

thumbs Holſtein folgen den Sæchſiſchen Rechten und darnach urtheilen. Non ad ſpeculum ſed ad *Jura Saxonica* h. e. veteris Saxoniæ ſeu Holſatiæ inſtituta & jura conſuetudinaria provocant. Hæc vero jura territorialia in chartis & diplomatibus Sec. XII. XIII. diutius ante natales Speculi Saxonici laudantur, ut itaque non poſſint non accipi pro compilatione Speculatoris Vide quædam horum diplomatum citata in fine notæ (kk). Ceterum non negamus quidem ſpeculi Saxonici in foris Holſaticis receptionem & autoritatem Legibus & ordinationibus præſcriptam; innuimus ſaltim vec nævis & erroribus, nec litteris & argumentis ſpeculi ubique inhærendum eſſe, ſi obſtent patriæ indoles, rationes, obſervantia. Ut itaque colliſio omnis evitetur, Legislatores patrias conſuetudines vetuſtas h e Saxonicas antiquas & probatiſſimas prætulerunt autoritati Speculi Saxonici, recepti quippe *in ſubſidium* Legum & conſvetudinum in argumentis *ratione* & *æquitate* ſuffultis. Adde: Speculum ex conſvetudinibus & patriæ ſtatu explicationem requirere, non has ex illo eſſe *explicandas* vel *reſtringendas*.

kk) Veriſſimum itaque eſt & noſtra ætate, quod HUTTENUS *eques Saxo* in *tractatu*, quem *Nemo* inſcripſit, de Holſatis marisque baltici accolis laudat, quod jura Romana ſpreverint tenaciſſime juraque & juſtitiam dicant in-

Holſatia juris Saxonici patria.

Insigni huic, quam hactenus laudavimus, Principum Cimbriæ ac Daniæ in custodiendo jure patrio curæ egregie respondet sapiens SVECIÆ *regum* institutum, quo antiquissimas patriæ leges & justitias avitas in provinciis & civitatibus sartas & tectas servarunt contra omnes Juris Romani irruptiones. Constat omnino, quod Sveci cives apud exteros miro Jurisprudentiæ Romanæ nec visæ hactenus nec auditæ præjudicio imbuti, juri huic in patriam invehendo manus auxiliares ambas obtulerint coeperintque gloriari in ejusdem Juris sapientissimis formulis & subtilitatibus, adeo ut Legum Romanarum peritos sub elogio *sublimiorum* JCtorum *l*) advenerati sint, æquos vero domestici Juris cultores forte inter viliores eruditos *m*) numeraverint. Quæ rerum incongra novatio, Themid;

Gloria Regum Sveciæ patrias Leges contra Romanas vindicantium.

incunctanter non consultis Legulejis sed *suo ab antiquis* MORE, restante PARTHENIO *Litig. L. I. c. 1. n. 20. p. 12.* Ita enim decet Holsatiam, ut quæ Saxonum veterum consuetudinum & Legum Saxonicarum patria fuit, earundem etiam præsidium sit præcipuum & tutelare. Et verissime quidem illam vocaveris antiquam Saxoniam ALTSAXEN, quam quidem assertionem ex historicis domesticis antiquioris ævi infra probabimus. Optime itaque HELMOLDUS *L. 1. c. 47: Tres sunt Nordalbingorum populi* STURMARI, HOLSATI, THETMARSI, *nec habitu nec lingua multum discrepantes, tenentes* SAXONUM JURA: adde *originaria*, præcipue quidem non scripta seu consuetudinaria, licet a Seculo V. passim aliquantulum scribi coepta. Idem indicat PRESBYTER *Bremensis apud Leibnitium in access. T. 3. p. 29: Tres nationes Sturmaria, Dithmarsia & Holsatia Nordalbingi ultra Albeam* SAXONES *fuerunt vocitati.* Unde nugatur *Speculator* SAXO *L. III. art. 64. ap.* LUDOVICI *p. 541. & apud* GÆRTNER *p. 465. Multæ tamen*, inquit, *nationes* TERRÆ *Saxonicæ sunt quæ sibi* ALIENA *competere jura dicunt ut Holtzatii (Holtzeten) Hadeleri (Hedelere) Stormeri (Schermer al. Sturmere) quorum jura & multitas (Gewette) hic non describo.* Certe non alienis, sed genuinis Saxonicis juribus Holsati præcipue stetrunt, pro consvetudinibus in patria natis *h. e. antiquissimis Saxonicis institutis & Legibus* ceu pro aris & focis adeo militantes ut Seculo XIII. ipsa *Jurica jura*, quamvis Saxonicis admodum cognata & vicina, admittere renuerint. Teste enim *Presbytero Brem. d. l.* primi majores & nobiles ex *Holtzatensibus* ad Leges Holsaticas vulgares & ab antiquo solitas provocarunt, quin easdem, incongrue licet, gladio defendere satagerunt contra Capitaneum Danum & Advocatum Segebergensem. Vide SPANGENB. *chron. Schauenb. L. 28 p. 67.* LAMBEC. *orig. Hamburg. L. II. p 44.* PETERSEN *chron. Slesvic. p. 53.* SLUTER *tr. de jure hæred. tit. 3. §. 26.* qui tamen fide *Lambecii* aliorumque errant in tempore definiendo quod erronee referunt ad annos 1203. 1225. quo ævo codex *Juris Jutici*, nondum promulgatus fuit. Indoles itaque status ac formula *patriæ*; tenacissimus *incolarum* amor veterum Legum domesticarum; cultus observantiarum & *consuetudinum*; libertas & avita instituta *Landsassiorum* ab optimis Principibus nec fracta nec impedita; cura etiam veterum *Advocatorum & Præfectorum* in pagis & civitatibus juris patrii retinentiorum statutorum juriumque civitatensium, pagensium & provincialium apud Cimbros, Holsatos, Ditmarsos a Sec. XII. usque ad XVI. crebra *collectio, descriptio* & *promulgatio*; Juris etiam *Lubecensis* in civitatibus Holsaticis instar peculiaris statuti Sec. XII & XIII. facta receptio; patriæ præcipue *ordinationes* justitiæ & judiciorum aulæ ac provinciarum Sec XVI. XVII. promulgatæ; receptio demum *Juris Romani* in foris nostris admodum limitata & sero denique ordinatione judiciali a. 1573. post omnes patriæ Leges & consuetudines in subsidium approbata, inter præcipuas causas reponendæ sunt, quod juris Romani autoritas in Holsatia pusillum locum invenerit & fere exulet etiam nunc. Addo etiam quod in his Principatibus sero demum a. 1665. *academia* nata & constituta sit, quæ surgente mox luce jurisprudentiæ purioris, non solos Juris Romani interpretes, sed JCtos humaniores aluit, quin ab initio Professore praxeos Holsaticæ ornata, hodie vero etiam juris Germanici professione instructa est. Quo enim antiquiores in Germaniæ provinciis existunt academiæ eo citiorem majoremque ibidem observabis utriusque Juris Doctorum in aulis & curiis autoritatem, inde tenaciorem ubique Juris Romani cultum ac mirum abusum, qui tamen hodieque ubique fere devigescit. Vt plane opus non sit criminali remedio Megapolitano, quod facete refert HERM. HOFFMANNUS *in Lycurgo Germ. c. 4. n. 11: Megapolitani*, inquit, *nobiles judicium formant tale, dicentes: nostri Doctores juris & Procuratores, quotquot sunt, merentur in luporum dorsum reponi & canibus extra provinciam fugari, ut una simul opera & lupis & Doctoribus purgaretur provincia.* Ceterum plures antiquissimi juris Holsatorum consvetudinarii reliquiæ servatæ exstant sensim in scriptis antiquis Legibus *Saxonum, Frisiorum, Anglo Saxonum, Danorum, Normannorum, Cimbrorum* ac recentioribus statutis Cimbriæ Holsatiæque, speciatim in statutis *Sec. XIII. Neomonasterienſibus*, formulas non solum processuales antiquas Saxonicas, sed & articulos LXIX. jurium civilium continentibus in membrana scriptis, quas observationibus practicis ex recentiori ævo illustravit FRIDERICUS *de* SALLERN *præfecturæ Neomonasterienſis Justitiarius.* De Speculatore vero Saxone supra dixi, quod lacinias saltim & vestigia quædam, non *complexum* omnem nec *normam & integritatem* Juris Saxonici h e. Legum & consvetudinum patriæ avitarum contineat. Compilatoris enim officio Repkovius saltim & sæpissime male functus est, non Legislatoris Principis autoritate instructus. Hinc speculum ipsius seu collectio juris Saxonici circa a. 1248. vel 1250. confecta, inter libros dogmaticos reponi dicique meretur privati J ti commentariolus, in quo jura Saxonum non scripta seu consvetudinaria, non omnia tamen nec recte ubique, privato studio recensentur describunturque. Cum vero multa omnino argumenta autor explicuerit, quæ antiquis Saxonum legibus & moribus ævo Carolingico usitatis, & ab ipso Carolo M. duobus capitularibus auctis conveniant; inde, puto, natus est error eorum qui cum BALDO *consil. LXXIV.* & HEIGIO *quæst. jur Sax. P. I. qu. 8.* GLOSSATORE *ad Spec. Sax.* aliisque, Speculum Saxonicum seu *primum Jus Saxonicum provinciale* tempore Caroli M. Imperatoris conditum & confirmatum fuisse fabulantur, oppido miscentes recentiorem compilationem cum ipsis antiquis jur bus. Frustra itaque & illi præcipue agunt, qui cum SPANGENBERGIO *in chron. Sax. c. 147.* confirmationem morum Germanicorum sæpius in comitiis & a laudato Imperatore Friderico II a. 1213. factam ad *Speculum Saxonicum*, quod tum nondum natum erat, trahunt; quin ipsas formulas diplomaticas & historicas *Sec. XII. XIII. XIV.* de *Legibus* & JURE HOLSATIÆ, *de* PLACITIS *& consuetudinibus terræ Holsatensis seu Saxonicæ* accipiunt pro Speculo Saxonico, præeunte ENGELBRECHTIO *comment. de utilitate Studii Jur. Germ. p. 58.* Legi merentur ipsa diplomata *in Tom. II. Monument. medit. p 140. 470. seqq* & apud GOLDAST. *antiquitat. Alemann. T. II. P. I. n. 93.* LUDEWIG *reliqu. T. VII. p 30. IX p. 542.* SCHANNAT *corp. trad. Fuld. n. 313.* STAPHORST *hist. eccles. Hamb. T. I. p. 648.* LUNIG. *Spic. eccles. T. II. p. 354 seqq.*

Et Tutamen.

Decas rationum de pusilla Juris Romani autoritate apud Holsatos.

Reliquiæ veteris juris Saxonici.

An in speculo?

Formulæ diplomatum de jure Saxonico.

l) Inter quos eminuit *JCtus Andreas*, teste MESSENIO *L. 2. Svec. Sanct. c. 21.* magna cum laude in Doctorem Juris utriusque *sublimatus.* Aliud exemplum de Archipræsule Vpsal: supra vide *in nota* (**).

m) Recte asserit DN. NETTELBLADT *in præf. ad Themid. Romano-Svecic. p. 4:* Jus Romanum in Svecia *jam Tom. III. de Westph. Monum. ined. Rer. Ger.*

Jura Sveciæ tum collecta juri

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

midi Svecicæ plane inimica, prudentiſſimos Imperantes excitavit ut de tuendo Jure Svecico, retundendo vero præcavendoque omni juris Romani uſu ſerio cogitaverint. Primo loco nominandus eſt Rex BIRGERUS *Magni* filius, qui exeunte Sec. XIII. Leges, quas jam tum vetuſtas appellat, *Uplandicas* prævia a. 1295. Birgeri legiſeri, Tiundiæ præfecturæ & *XII. virorum patrii Juris peritiſſimorum* accuratione, recognovit, confirmavit, publicavitque auctiores a. 1296. præmiſſo promulgationis diplomate, cujus verba, quæ huc faciunt, adſcribo: *Volentes & diſtricte præcipiendo mandantes ſub obtentu gratiæ noſtræ & animadverſione regiæ ultionis, quatenus omnes & ſinguli ſæpius memorata tria Folckland* (præfecturas) *Uplandiæ inhabitantes non* ALIIS *ſed* EISDEM LEGIBUS *tanta potitis inſtantia, tam diligenti ſtudio conſcriptis, adeo unanimiter acceptatis, rite adprobatis & autenticatis a nobis, utantur in judiciis, cauſis & controverſiis quibuscunque.* Idem laudatiſſimus Legislator c. l. non ſolum faſſus eſt, *ſe veterum Legum impertinentes variationes ac novitatum inventiones evitare n) voluiſſe;* ſed etiam in prooemio, quod iisdem Legibus præfixit, fidem fecit, ſecutum ſe fuiſſe in his Legibus *majores ſuos S.* ERICUM, BIRGERUM *Jerlum,* MAGNUM *Regem & Senatum ſuum, nec detraxiſſe vel adjeciſſe illis aliquid absque omnium Uplandiæ ſapientum Præfectorum & Judicum conſenſu.* Addit in ſolemni earundem legum confirmatione eodem anno ſcripta: *Veteres leges absque ratione immutare nolebamus &* NOVAS *ſiniſtre ſubſtituere, mandantes tandem Birgero Legifero, ut operam daret cum prudentioribus ex qualibet præfectura, tam diſcernere & ſeparare antiquas Leges, quam quæ in novis Legibus conſtituenda eſſent. Poſtea illas recitarunt in* JUDICIO TERRITORIALI, *audientibus illis, quibus hæc cura intererat: Mandamus igitur ſevere omnibus trium præfecturarum incolis, ut* NULLIS *aliis Legibus nitantur aut utantur in cauſis, ſententiis & omnis generis legitimis negotiis forenſibus, quam* HISCE *tanta cura conſcriptis, tam univerſali conſenſu comprobatis & tam* RECTE CONSTITUTIS *ad plenam* JUSTITIÆ *adminiſtrationem Jubentes etiam ut omnes & ſinguli borealis* ROXOLANIÆ *incolæ obſervent has leges absque omni contradictione.* Ex Sec. XIV. laudandus eſt Rex MAGNUS II. cognomine SMECK (blanditiis delinitus) qui codicem Legum communem *allmen Lagbok*, vulgo Jus antiquum ſeu GAMLA LAGE appellatum, ex Sveciæ conſuetudinibus & Legibus antiquis *o*), inprimis provincialibus Uplandicis, Oſtrogothicis & Weſtrogothicis confici curavit promulgavitque in ſolemni conventu Orebrogienſi an. 1347. Sequtus eſt ipſius veſtigia filius Rex ERICUS, qui priſco more imperium capeſſens a. 1396. juravit non ſolum: *Se imperium ſecundum* REGNI LEGES *gerere velle;* ſed & eodem anno, inter capita foederis trium Sveciæ, Daniæ & Norwagiæ regnorum ſtatuit: *ut hæc tria regna unum agnoſcerent Regem, ſingula tamen regna* SUIS & DOMESTICIS LEGIBUS, *inſtitutis & immunitatibus uterentur, ut præfecturæ, judicia & dignitates publicæ per indigenas cujuslibet regni, non exteros adminiſtrarentur, ut nulla* NOVA LEX *feratur niſi volentibus omnibus & Rex quotannis duobus ex Senatu ſibi adjunctis* CIRCUMIRET *provincias, & quatuor menſes plus minus in quolibet regno ſubſiſteret ad audiendum & cognoſcendum deſideria populi.* Quin & egregium Parentis legale inſtitutum ipſe adauxit alio communi juris codicillo, cauſas hæreditarias præcipue complexo, cui nomen *Juris medii*, Svecis *Medellage p*), vel ideo acceſſit, quia medium locum inter codicem communis juris *Smekianum*

Inter quos Birgerus a. 1295.

Magnus II. 1347.

Romano oppoſita.

tum tempore Chriſtophori & Caroli IX Regis tantopere fuiſſe exaltatum, ut periculum eſſet, ne tandem evileſcerent jura domeſtica, eamque ob cauſam Legislatori neceſſe videretur amorem hunc nimium peregrini juris lege lata TEMPERARE. Rectius conſultiſſimus Autor dixiſſet *eliminare.* De avertenda enim & exſtirpanda auctoritate juris Romani ſolliciti fuerunt Imperantes, omnem quippe Juris Romani uſum *judicialem*, quin omnem *dogmaticum* & ipſas Juris Romani allegationes *illuſtrativas* ſevere prohibentes. Quod ſecus ſtatuit *Vir Clariſſ.* id quidem oppido repugnat menti Legislatoris, finique promulgationis Legum patriæ & earum clariſſimis verbis, quæ ubique ſolarum Legum Sveciæ judicialem auctoritatem, nullibi uſum Juris Romani *temperatum* ſeu ab abuſu ſaltim purgatum injungunt.

n) LOCCENIUS *antiquit Sveogoth. L. II c. 2 p. 35: Obſervatione,* inquit, *dignum eſt quod* BIRGERUS *in confirmatione Legum Vpland. ſcribit, noluiſſe ſe* VETERES *Leges absque ratione immutare, nec* NOVAS *perperam repertas adjicere.* Adde STIERNHOECK *de jure veteri Sveon. & Goth. L. I. c. 1 p. 10.*

Dubium ex Legibus Svecorum paganizantibus.

o) Quas nonnulli ob Leges quasdam paſſim paganiſmum redolentes uſu omni ſuo deſtituere annitebantur, adeo ut *inſigne totius Imperii detrimentum, inde inflare judicarent.* JO. ERICUS FICK *in praxi Jurisprud. hyperboreæ Th. 6. §. 4. p 101.* Sed quis eſt qui ignoret, jus Romanum Legibus *paganizantibus* & *papizantibus* eſſe refertiſſimum, pro cujus tamen cultu & obſervantia in Svecia idem auctor militat ceu pro aris & focis *ibid. theſi VII.* Spectat huc ex inſtituto KESTNERI *Jurisprudentia Romana paganizans & papizans.*

Codex juris Svecici medii Medellaga.

p) Neſcio qua ratione nixus *Dn.* NETTELBLADT *in præfat. ad Themidem Romano-Svecicam p. 14. not. 4.* ſcripſit, *inauditum ipſi eſſe corpus Juris Svecici cui nomen ſit Meddellaga.* Teſte enim FICKIO, *Weſtmanno Sveco*, qui veſtigia Nettelblattii ceteroquin preſſe ſequitur *in praxi jurisprud. hyperboreæ p. 102.* codex ille, *qui* MEDELLAGE *audit, in triviis notus eſt.* Non ſolum quoque de nomine & contentis codicis ex negotiis & actis forenſibus Svecicis abunde conſtat; ſed & CAROLUS LUNDIUS Juris Svecici Profeſſor Upſalienſ. *in diſſertatione* quam NETTELBLATTIUS *d. l. p. 129.* ipſe exhibuit *c. 4. §. 8. p. 181.* eundem juris communis codicem nomi-

num

num & *Chriſtophorianum* occupat. Inſequenti ævo Regina MARGARETHA codicem Magni Erici ſeu Smekianum a deſvetudine, quam temporum bellorumque injuria contraxiſſe videbatur, vindicavit inſtauravitque a. 1416. Præcipue vero Daniæ imperans CHRISTOPHORUS *Bavarus* Sveciæ Rex a. 1541. electus *q*) prodire juſſit ſequenti mox anno codicem juris Svecici, præſtanti cura regni Senatus Legumque peritiſſimorum *r*), præcipue NICOLAI RAGUALDI *s*) *archiepiſcopi Vpſalienſis* ex vetuſtis Legibus Sveciæ omnis ævi particularibus, tam provincialibus quam municipalibus, nec non ex utroque codice *Smekiano* & *Ericiano* recenſitum, emendatum inque ordinem redactum, conſtitutionibus Legumque declarationib9 Chriſtophorianis adauctum. In cujus abſolutiſſimi codicis confirmatione *t*) data Stockholmis a. 1542. Rex uſus eſt hac formula: *Nos igitur compilationem præſentem ſeu veteris* LEGISTERII *Sveciæ* (codicis Legum) *propter temporis variationem correctionem opportunam cum omnibus articulis, matura noſtrorum conſiliariorum deliberatione prævia confirmamus, volentes, ut hac* TANTUM *compilatione* UNIVERSI *in regno noſtro Sveciæ utantur in judiciis ſecularibus, ſecundumque eam judicent; prohibemus inſuper ne quis præſumat* ALIAM *facere aut* ALIA *uti, ſeu* SECUNDUM ALIAM *judicare absque autoritate & commiſſione* SPECIALI, *prout Regalem voluerit diſtrictam vindictam irremiſſibiliter evitare eandemque Majeſtatem dilexerit inoffenſam.* Expreſſe vero in laudato codicis *titulo I. c. IV.* quod *de ſecuritatis juramento regnicolis ab electo Rege præſtando* agit, fidei & ſecuritatis argumentum §. 3. in eo non ſolum collocatur, quod Rex *nullum perdere velit niſi ſecundum* SCRIPTAS *Sveciæ* LEGES *legitime convictum;* ſed etiam id §. 7. ita exponitur: *Quod*

Margaretha a. 1416.

Chriſtophorus Bavarus 1542.

nominavit recenſuitque. Quod & fecit CLAUDIUS RÆLAMB. *obſerv. Juris pract. L. 4 c. 2. Obſ. 6. §. 5.* STRUVIUS *in bibliotheca Juris ſelecta ed. 1725. p. 91* ut *Meſſenii, Stiernhoecki* aliorumque teſtimoniis parcam. De etymo facile conſtat ex *Oſterſonii, Bielkii, Loccenii*, gloſſariis voce *Law, Lagh, Laga* ſeu lege; cujus vocis ſignificatus *Svecis* non ſolum, ſed & *Danis, Cimbris Saxonibus* & *Anglis* communis eſt, teſte VOSSIO, CAMDENO, SOMNERO.

q) Poſtquam in arce Hafnienſi ſubſcriptione ſua approbaverat Capita Legum a regni Senatu præſcripta: *ut regni* JURA, *privilegia & inſtituta illibata ſervaret, ſi Leges quædam emendatione* EGEANT (ita enim clamitabant forte Juris Romani cultores) *illas ſua autoritate confirmaret & neminem in Senatu admitteret niſi* SVECUM. LOCCENIUS *hiſt. Svecana L. IV. p. 136.* Eandem fere formulam ſubſcripſerunt ſucceſſores CHRISTIERNUS *a. 1457.* STENO STURE *Senior a. 1470.* JOHANNES II. cui in comitiis *Calmarienſibus* a trium borealium regnorum Proceribus oblatæ ſunt *renovatæ Leges unionis* juramento ipſius obfirmandæ, inter quas exſtant hæc capita: *ut adminiſtratio trium regnorum ſecundum* LEGES *ſingulorum &* MORES MAJORUM *inſtituatur, ut nulli exteri in ordinem Senatorum recipiantur, nec provinciæ & feuda per extrantos regantur, judiciorum in provinciis & oppidis legitimus trames atque ordo edictis ſuis non impediatur, de rebus naufragis non ex arbitrio ſed ſecundum cujuslibet regni* LEGES *jus dicetur, Conſules, Senatus, Syndici nonniſi ex indigenis eligantur.* Haud gravatim vero *ex hac* CONJUNCTORUM *regnorum formula* judicare licet de Legum *Norwagiæ, Daniæ & Sveciæ* nexu & harmonia; cujus tamen rationes præterea abunde patent ex *communi gentium Septentionalium proſapia* ipſarumque terrarum & regionum, rerum & ſubditorum indole avita, ſtatu & habitu civili. Docet hoc ipſa collatio veterum jurium Norwagiæ, Daniæ & Sveciæ provincialium & civicorum mirifice invicem conſpirantium; docent & hoc recentiora varia Sveciæ conſtitutionum, privilegiorum ac conſuetudinum argumenta tum civilia, tum publica & eccleſiaſtica, quæ non niſi imperio Danorum, Daniæque antiquitatibus, Legibus & inſtitutis natales debent. Quod fuſius notavit ANONYMUS *in hiſtoria Legum eccleſiaſticarum Dan. MSCt. n. 17.* ubi pauca adfert de antiquo indice hypothecarum & bonorum eccleſiaſticorum, Danice ſcripto, hodieque *Hafniæ* adſervato, ad quem a Cleris *Sveciæ*, ſigillatim *Scaniæ, Hallandiæ, Blekingiæ* in cauſis circa bona controverſis, ceu ad normam, ſæpius provocatur, vulgo quidem appellatum *Pantebog*, FICKIO *c. l.* & quem citat NEHRMANN *in jurisprud. publ. MSCt* minus recte *Paltehoken.* Juvat hanc cauſam initruere recentiori *pacis Bromſebroenſis inter* CHRISTINAM *Sveciæ reginam & Regem Daniæ* CHRISTIANUM IV. *a. 1645 d. 13 Auguſti initæ* argumento *ſeu articulo XXVII.* apud LOCCENIUM *d. l. p. 880. Promiſimus Regiæ Majeſtati & Coronæ* DANIÆ, *quod dum Hallandia in aſſecurationem ſub Svecia permanet, vi horum pactorum Regia Majeſtas velit omnes illos qui in Hallandia habitant, nobiles & ignobiles ſacri & civilis ordinis homines, cives & ruſticos manere, regi & defendi, in* PRISCIS *ſuis privilegiis, libertate,* DANICIS *Legibus,* JURE *& ordinantia eccleſiaſtica, quietos & inturbatos.* Idem diſerte quoad ipſas provincias Danicas, virtute *tractatus pacis Roſchildiæ a. 1658. d. 26 Febr.* Sveciæ regno plene ceſſas, repetitur & confirmatur in *pacificatione Septentrionali in caſtris ad Hafniam d. 27 Maji 1660. art. §. 12.* ut permaneant in *uſitato ſuo* JURE *ac* LEGIBUS: *Et in ſuis bonis ſedi ac reſidentiæ,* PRISCA *jura privilegia, leges & libertates, ut ſunt jus* BIRCENSE, *gladii & manuarium & patronatus jura ſecundum provinciarum conſtitutiones & ſtatuta, quieta & inviolata poſſideant; quatenus tamen contra Sveciæ coronæ, cui hæ ceſſæ provinciæ & præfecturæ in perpetuum uniantur & incorporentur, fundamentales Leges & ſtatuta non pugnant.* Plura non addo. Licet & huc faciant alia Legum jurisque *Hiſpaniæ, Galliæ, Italiæ*, præcipue *Angliæ Belgiique* exempla. Quamvis enim eorum cum aliis veterum Germanorum Legibus poſitivis egregium concentum facile paſſim obſerves; Omnium tamen maxime illas intellexeris conſpirare cum præcipuis conſuetudinum Legumque *Gothicarum, Danicarum, Cimbricarum & Saxonicarum veterum* argumentis. Quam convenientiam tum communi gentium propagini, tum ſpeciatim *Vandalorum, Gothorum* cum Hiſpanis, *Normannorum* cum Gallis, *Longobardorum Saxonum* cum Italis, *Cimbrorum* ſeu *Anglionum Saxonumque* & Danorum cum Britannis, Friſiis, conſortio civili imperioque communi & *coalitioni* prolixius vindicavi *in hiſtoria juris Cimbrici*, ibique ſigillatim *in examine Legum Haraldi Blatani & Canuti Regum Daniæ.*

Formula a Rege ſubſcripta.

Chriſtierni a. 1457. ſq.

Johannis II.

Legum Svec. & Daniæ nexus.

Documentis juris privati & publici firmatus.

Harmonia Legum veterum Germanicarum cum Europæis aliis, præcipue arctois.

r) LOCCENIUS *hiſt. Svecan. L. IV. ad a. 1442. p. 137. & antiquit Sveo-Goth. L. 2 c. 2.*

s) MESSENIUS *in præf. ad Rugwaldi latinam Legum communium interpretationem.*

t) Plura apud LUNDIUM *in prolegom. ad Leges Weſtrogoth. p. 12.* Spectat huc Regis CAROLI *IX. epiſtola ad Ducem Jo. Adolphum ſcripta a. 1685. d. 6. Februar.* qua auctoritatem jurium peregrinorum diſertiſſime impugnat. *Tom. III. de Weſtph. Monum. ined. Rer. Ger.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quod debeat omnem antiquam immunitatem, libertatem & privilegia ſervare & Sveciæ leges quas populus ſpontanea voluntate & conſenſu accepit, tueri, firmare ac defendere, ſic, ut nulla INIQUA *lex aut* PRAVA *conſuetudo prævaleat* JUSTÆ *legi* SPECIATIM *ut* NULLUM EXTRANEUM JUS INTRODUCATUR *in regnum, quod ſit* ONERI *populo u), nec ulla* LEX NOVA *conſtituatur populo niſi cum conſenſu & bona voluntate illius.* Munivit hunc codicem Chriſtophorianum Rex CAROLUS IX. a. 1608. momentoſa confirmatione v) qua præcipue Judices graviſſime adſtrinxit ad unicam normam judicandi ſecundum codicem Chriſtophorianum. Laudavit hoc anteceſſorum inſtitutum corroboravitque denuo Rex GUSTAVUS ADOLPHUS, qui regni Sveciæ leges civiles ſeu civitatum a. 1618. d. 7. Jan. typis excudi juſſit præmiſſa regia publicatione, cujus hæc ſunt verba *Ita ut prædeceſſorum noſtrorum curam de patriæ ſalute & prudentiam merito prædicemus, dum non modo Leges provinciales primo in qualibet regione ſeorſim ſtatuerunt ſecundum* SINGULARUM *provinciarum conſuetudinem & conditionem, deinde collegerunt & in majorem unionem ac concordiam omnibus provinciis uno atque eodem modo accommodatas conſcripſerunt; ſed etiam peculiares ſanctiones & Legum codicem conſignarunt pro omnibus emporiis in regno. Vt ergo talis majorum noſtrorum utilis labor, non ut hactenus aliquantum factum eſt, male conſultorum* PROPRIO ARBITRIO *a genuino ſuo ſenſu abducatur, idcirco diligenter conferri curavimus vetuſtiſſimos & veriſſimos codices & hunc ſequentem codicem prelo commiſimus, præcipientes omnibus & ſingulis ſpeciatim gubernatoribus, prætoribus, conſulibus & communibus urbium civibus ut & omnibus aliis, qui ibidem victum ſuum quærunt & exercent, ut omnibus modis vos componatis & ſequamini has leges civiles proprie vero in omnibus judiciis & proceſſibus Juris, quod* QUISQUE *ſibi dictum putet.* Idem Rex in ordinatione Proceſſus judicialis facta in comitiis Orebrogæ a. 1614 judicibus & præfecti, hanc *unicam* normam præſcripſit *ut tueantur ſubditos in Legibus* SVECANIS. Quin non ſolum in conſtitutionibus regiis *a. 1683. d. 5. Octobr. 1684. d. 15. Nov.* proviſum eſt: *ne liceat Judicibus ſententiis vel quovis modo* JURA PEREGRINA *inſerere;* ſed etiam in ordinatione ſeu proceſſu juris in judicio ſupremo aulico obſervando a. 1615. promulgato explanatiſſime ſtatuitur, in præfatione: *ut in cauſis judicialibus ille ordo ſervetur quem* SVECIÆ LEGES (non jus Canonicum vel Romanum) *evidenter exprimunt & continent. Et in artic. VI.* qui agit de juramento Præſidis & aſſeſſorum: *Nos juramus ſecundum* SVECIÆ *Leges,* REGNI *conſtitutiones & receſſus, bonos ac laudabiles* USUS *ac conſvetudines cognoſcere* OMNES *cauſas, quæ in judicium deduci poſſunt.* Et porro art. XXXI. *ſpeciatim in cauſis appellatis tenentur Referentes ſignificare num illa ſententia, quam vel territorialis vel provincialis judicii Præſes vel Conſules & Senatus in urbe prius tulerunt, fundata ſit in* SVECIÆ *Legibus eisque conformis vel non ſit.* Quid? quod *in artic. XXV.* expreſſe prohibita legatur *allegatio* LEGUM, USUUMQUE & CONSVETUDINUM PEREGRINARUM NATIONUM *qua partes litigantes in formandis libellis ad cauſæ* POMPAM & ORNAMENTUM *uti aliquando ſueverant prolixe.* Additur ſignificanter: *Non tamen prohibitum eſt, ut ſecundum neceſſitatem & ad melius informandos Judices citenter* DIVINÆ & SVETICÆ LEGES *ut & regni Receſſus & Decreta,* LAUDABILIS PRAXIS & CONSVETUDO, *quæ facere poſſint ad cauſæ firmamentum & illuſtrem explicationem.* Quæ omnia licet aperte ſanctequeevincant Juris Romani uſum in Judiciis regni Sveciæ plane otioſum eſſe legali quippe & practica auctoritate proſus deſtitutum, nihilominus tamen, quod mireris, ex ipſis Svecis non deſunt, qui dedecori ſibi ducunt, quod in eorum gloriam & virtutem manifeſto cedit, nimirum faſtidiviſſe Svecos ſemper Romanas Leges & in ſcholis conſtituiſſe præcipue vel ſolos juris domeſtici Profeſſores. Eſt hæc aſſertio Ludewigiana, quam & meam alibi feci, impugnata vero præcipue a JO. ERICO FICK *Weſtmanno Sveco in ſchediaſm.*

Carolus IX. *a. 1608.*

Guſtavus Adolphus 1614. 1618.

Conſtitutiones regiæ 1615. 1683. 1684.

---

u) Cap. IV. § 7. Særlika, at engin, uthlændsker vætter dragis in i Rykett almoghanom till tunga. h. e. nec Leges extraneæ INTRODUCANTUR in imperium Svio-Gothicum, ſubditis quippe INCOMMODÆ.

Jura Romana e Svecia exterminata.

v) En verba quædam ex verſione Ragwaldi Ingemundi: *Nos itaque requiſitionem nobis factam* (a Nic. Archi-Epiſcopo Upſalienſi ejusque ſuffraganeis per Sveciam conſtitutis) *tanquam rationalem judicantes, compilationem præſentem ſeu veteris* LEGISTERII (codicis Smeckiani) *in comitiis Orebrogiæ a. 1347. collecti, propter temporis variationem, correctionem opportunam cum omnibus ſuis articulis matura Conſiliariorum noſtrorum deliberatione præhabita confirmamus, volentes ut hac* TANTUM *compilatione* UNIVERSI *in regno noſtro Sveciæ utantur in judiciis ſecularibus ſecundumque eam judicent. Prohibemus inſuper ne quis præſumat* ALIAM *facere aut* ALIA VEL *ſeu* SECUNDUM ALIA JUDICARE, *absque autoritate & commiſſione ſpeciali, prout Regalem Majeſtatem dilexerit inoffenſam.* Egregie *in præfatione ad has Leges* monet LOCCENIUS: *Leges ipſas verboſis commentariis onerare nolim, ne illis uſu veniret, quod olim Legum* ROMANARUM *operi per commentatores in materiam ſectarum & litium producti. Quæ perſpicua erant præterivi, dubia vero quædam vel obſcura ex collatione aliarum Legum Sveogothicarum* (non Romanarum) *clarius expoſui. Ex uſu autem fori deduxi, quæ Leges vel abrogatæ eſſent, aut quibus aliquid ex aliis caſtigationibus & receſſibus additum eſſet.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diaſm. de praxi Juriſprudentiæ hyperboreæ Th. VII. p. 108. 112. 115. ſeqq. ubi pro Juris Romani uſu in Svioniæ regno & ſcholis *in ſuccum*, ut ait, *& ſanguinem rite convertendo* mordicus pugnat, inprimis ex rationibus, quas deſumſit à provinciis civitatibus & feudis Germaniæ ad dominium regni Sveoniæ pertinentibus, à mutuis cum vicinis gentibus commerciis, ab autoritate Juris Romani per Germaniam, à formulis actionum rerumque proceſſualium & à diſputationibus in academiis Pomeraniæ & Sveciæ ventilatis. Videant vero alii quid roboris inſit hujus generis tegumentis *), præcipue vero argumento quo laudatus NETTELBLADT *c. l. p. 4.* probare ſatagit, *Jus Romanum in ipſis foris Sveciæ* UTILITER *adhiberi.* Equidem optime & ingenue fateri illum oportuit: *quod profecto niſi in tempore tam ſalutare contra amorem juris* ROMANI *editum fuiſſet regium interdictum, verendum fuiſſet ne eadem Jus Sveticum, quæ Germanicum experiretur fata, quod hodie a peregrina illa Legum Romanarum farragine eum in locum redactum eſt, ut vix a quoquam amplius diſcatur, imo vix nomine notum ſit exotico, illo jure in omnibus ſcholis & foris tenente, ut itaque grato animo agnoſcere debeant cives Svetici quod tam ſalutari regia conſtitutione a tam gravi incommodo liberati ſint, quo Juriſprudentia Germanica hodieque ultra quam dici poteſt perturbatur.* Mox tamen a via deflectit & ex ingenio ſubjungit: *Interim tamen non* OBSTANTIBUS *Regiis conſtitutionibus* RATIONES *Legum w) ex jure* ROMANO *addiſcere x) easque in cauſis* ORANDIS *y) utiliter adhibere z) prohibitum non eſt a), quin recordor ſæpius ad JCtos Germanos Struvium, Strykium, Carpzovium, Mevium, in foris Sveciæ provocari b) licet textus Juris Civilis non allegentur c) meque ipſum a quodam conſultum, cujus pars adverſa ad Strykii uſum modernum provocarat d), ſententiam Strykii ex aliis ejus ſcriptis explicuiſſe & deſtruxiſſe, eamque explicationem in foro absque contradictione receptam.* Hæc ſi recta ſunt omnia, facile Sveciæ imminere dixerim ipſa infauſta fata, quæ Germania ex eo tempore experta eſt, quo primum allegationes JCtorum Italorumque nomina & ſcripta ſerpere pederentim, mox graſſari coeperunt in curiis Germanorum, repletis deinde ſenſim ipſius Juris Romani tantopere ex Accurſiis commendati laude & uſu dogmatico, ex quo demum factus eſt uſus legalis & publicus, patriæ juriſprudentiæ mox fere exitialis forisque etiamnunc maxime incommodus. Eadem vero hæc ſunt illa fata in quibus, dum olim Sveciæ vel e longinquo imminebant, plane averruncandis Legislatores Sveciæ regias operas ex inſtituto collocarunt, teſtantibus tot legum Sveciæ omnis ævi collectionibus & codicibus, damno ex allegationibus Jurium Romanorum prævifo vel oriundo e diametro oppoſitis. Ipſe laudatus auctor § *3. p. 3.* inutiles Legum Romanarum allegationes in Sveciæ judiciis non potuit non improbare, iterum vero multa adſpergit, quæ a recto longe recedunt. *Nimirum*, inquit, *interdicitur partibus Leges Romanas allegare & judicibus cauſas forenſes ſecundum earum autoritatem decidere, num hoc eſt imperare, ut Jus Romanum prorſus e manibus JCtorum e) noſtratium excutiatur? Minime vero, ſed cum intellexiſſet Legislator, Leges*

Diſſentiunt Fickius & Nettelbladt pro uſu juris Rom. in Svecia pugnantes.

*) Addit *clariſſ. vir p.* 117. novum ultimumque pro ſua aſſertione præſidium petitum *a jure* FEUDALI *Longobardico*, de quo LOCCENIUS aſſeruit: *Svecos* POSSE *etiam Jus feudale ſequi*, QUATENUS *tamen inſtitutis patriæ non adverſetur, prævia que auctoritate Legislatorum.*

w) Sed hæ non ſunt ipſæ LL. Romanæ, de quarum tamen receptione forenſi quæſtio eſt.

x) Juris vero Romani uſus in judicio Svioniæ per regni ſanctiones plane reprobatur.

y) Male quidem. Interdicunt enim Leges actorem & reum allegationibus *juris Rom.* etſi fiant ſaltim *ornamenti* cauſſa in libellis. Nec quæſtio eſt de cauſſis orandis, ſed decidendis & judicandis.

z) Utilitatem quidem Legislatores Sveciæ non perſpexerunt Regiæ enim Conſtitutiones Romanas Leges earumque rationes vioniæ incommodas vocant. Hinc omnes PEREGRINARUM *nationum* tam *Leges* quam *uſus*, quin adeo horum *allegationes* a judiciis exules eſſe jubent.

a) Prohibita vero lege Romana, prohibitam etiam & ſponte otioſam dixeris rationem Legis *poſitivam* quidem & *finalem* ſeu reipublicæ Romanæ propriam. De *naturali* enim ſeu communi argumenti cujusdam ratione quæſtio incongrue moveretur.

b) Sed in quem uſum finemque? Non in uſum *deciſivum*; hic enim tantum pendet a juribus & legibus Sveciæ; nec in uſum *dogmaticum*; hic enim non obligabit Judices, ſaltim inſerviet cauſarum forte illuſtrationi; quin *otioſus* non ſolum eſt, ſed etiam Legibus iis *prohibitus*, quæ prohibent in libellis *ornamenta & allegationes* jurium peregrinorum Deficientibus vero Legibus Sveciæ, cauſæ *declaratio* vel *deciſio*, ipſo fatente *Dno* NETTELBLATTIO, non ad *Judicem*, multa itaque minus ad *Advocatum & Doctores*, ſed ad REGEM redit Nec audiendos ibidem dixerim commentatores Juris Romani, ubi nequidem ipſius juris Romani allegatio toleratur

c) Has vero juris civilis Romani interpretum allegationes injurias eſſe in ipſas patriæ Leges & Sanctiones facile dixerint ipſi Sveci. Lege enim vel ipſa Legis ratione, qua allegationes Legum Romanarum prohibentur, prohibita etiam & inutilis exiſtimanda eſt allegatio Doctorum romanizantium.

d) Non quod fit, ſed quod debebat, diſpiciendum. Nec ad facta *Advocatorum* & *Judicum* jura; ſed ad hæc eorumque normam illorum actiones ſunt expendendæ.

e) Omnino vero, ſi cauſas in judiciis decidendas ſeu uſum forenſem ſpectes. Theoreticum itaque & otioſum erit illud juris Romani ſtudium, quod doctiſſimus auctor vindicat JCtis Svecis. Parum vero decet JCtos diſcere vel docere doctrinas cum applicatione ad uſum haud conjunctas, quæ muſæum non egrediuntur, ſed dediſcenda

ges Romanas partim inutiliter prorſus & ſupervacanee a litigantibus allegari, partim in cauſis dijudicandis domeſticis præponi f), hoſce tantum ABUSUS *g) prudenter ſublatos voluit. De cetero noſtratibus* RATIONES *&* SUBSIDIA *h) e corpore Juris, ſi in*

da ſunt in republica & curiis patriæ, quarum legali normæ contrariantur. In Foro enim *ſola jura Sveciæ* ſanctiſſime obſervanda præſcripta ſunt omnibus & ſingulis ſubditis, præcipue *Judicibus & JCtis.* A quorum cenſu nec ipſi Ademici JCti excipiendi ſunt, utpote Legislatoriæ poteſtati adeo ſubjecti, ut ſecundum Leges, non contra vel ultra easdem judicare teneantur, cuſtodes quippe Legum & executores, non arbitri. Et quamvis in Academiis Svioniæ etiamnunc tolerentur Juris Romani lectiones; conſtat tamen, cordatiores ipſos Sveones illas ad nævos academiarum & ad reliquias præcipue *dominantium olim JCtorum romanizantium* retuliſſe, quorum conſilio factum olim eſt, quod in privilegiis antiquiſſimæ academiæ Upſalienſis hæc juris Romani memoria doctrinalis, cæteroquin a Legislatoribus tantopere damnata, incruſtata ſit; repetita deinde, ut fieri ſolet, recentiori ævo in regiis eorundem privilegiorum confirmationibus generatim conſignatis. Quod ex ipſis conſtitutionibus academicis a Regibus CAROLO IX. & GUSTAVO ADOLPHO ſtabilitis, ex actis & documentis publicis & privatis facile erit probatu. Addo ſaltim argumenta quædam alia ex litteris præcipue a litteratiſſimo Sveco ad me perſcriptis Profeſſiones Juris Romani ſuſtinentur apud Svecos vel ſvaſu eorum, qui inde extraneos vel allicere, vel civibus forte earum regionum, quas Sveci in Germania poſſident, inſervire putabunt, vel qui ipſi in academiis Germaniæ jurisprudentia Romana imbuti & præjudicio quodam abrepti ſunt. Quo tamen ipſo inutiles labores momentoſis & utiliſſimis curis præferunt, neque civibus Svecis neque extraneis prodeſſe videbuntur. Non illis, quia non ſcholis, ſed patriæ & judiciis, quæ jus Romanum plane ignorant, vivere debebunt. Non his, quia ſola juris Romani notitia imbuti in Germaniam vel patriam reduces, parum proderunt reipublicæ, utpote quæ præcipue ſequitur patrias conſuetudines & Leges. Et ſi dicendum quod res eſt, perfunctorias ſaltim dixerim operas, quas Sveci noſtrates collocant in jure Romano. Provoco ad præcipuas, quotquot in academiis Sveciæ editæ ſunt Juris Romani diſputationes, ſua quidem laude non defraudandas, in quibus tamen profecto haud regnat tam ſolida, qua ſcripta JCtorum Germanorum Batavorumque conſpicua ſunt, pertractatio, antiquitas, hiſtoria, ratio, explicatio & uſus. Non quod dicam induſtria & ingenio Svecos impares eſſe aliis JCtis (vel ipſis Romanis) ſed quia obſtat occaſio & ipſa reſpublica, ſolis conſtitutionibus Svioniæ innixa. Quod itaque Legis eſt in *Svioniæ regno*; id etiam obligationis & virtutis eſt in conciliis *academiarum*; quarum gloriæ novum demum augmentum accedet, ſi ſcholaſticæ Juris Romani lectiones a cathedris Doctorum extorres factæ fuerint, quemadmodum uſus iſtius juris, tum qui deciſionibus, tum qui illuſtrationibus cauſarum forenſium inſervit, exulat in ſapientet conſtitutis Svioniæ torius juſticiis Et expedit omnino in glorioſiſſimo Svecano jure, ampliſſimo Legum & antiquitatum theſauro, curas defigere, quam impalleſcere juri Romano tam dignitate quam utilitate longe poſtponendo *Juri prudentiæ* SVEONUM. Quæſo enim quam multiplices ſunt *Juris* SVETICI divitiæ, quæ ſi recte diſtributæ fuerint, & Sveciæ præſidia juſtitiæ, & jurisprudentiæ omni arctoæ lumina juris fœnerantur. Quod ſi vero Sveci nihilominus maluerint *juri Romano* incumbere, certe nec patriæ, ubi lege nulla jus Romanum receptum eſt inſervient, nec exteris ſalivam movebunt. Jurisprudentia enim Romana novis Papinianis haud indiget, & occupata adeo eſt hæc juris ſparta, ut Svecis pauculum vel nihil invehendum ſit relictum. Svecici vero juris campus eſt patentiſſimus, in quem ſi porro eruditiſſimi cives Sveoniæ exſpatiari non deſtiterint, rem facient Sveonica virtute dignam & gloriæ faſtigium conſequentur, quod nunquam obtinebunt JCti romanizantes vel qui ſequuntur *Gyllenſtæpium*, aliosque qui juris Romani pandectas cum jure Svecano conferre ſatagunt.

Elogium juris Svecani.

f) Licetne igitur jus Romanum Juri Svecano poſtponi? Sed hoc ſecundarium Jus Leges Sveciæ ignorant.

g) Leges non diſtinguunt inter abuſum & uſum Juris Rom. ſed hunc ipſum referunt ad abuſum. Promulgatæ enim ſunt in eum finem, ut uſus omnis Juris Romani univerſim excluderetur a jurisprudentia & juſtitia Sveonum.

Sveciæ juris ſubſidiarii extranei deciſivi plane neſcia.

b) Ergone deficientibus Legibus Svecanis Jus Romanum eſt ſubſidiarium? Ita videtur ex his argutiis ſed quæſo, qua lege Svioniæ receptum unquam eſt Jus Romanum in ſupplementum Legum Svecicarum? Nemo puto *JCtorum* & *Judicum* a ſe unquam impetrabit, ſubſidia Legum Svecicarum, cauſarumque decidendarum rationes repetere e corpore Juris Romani. Deficiente enim Juris Svecani diſpoſitione, cauſa decidenda eſt vel *ex analogia juris Svecici* vel ex *principiis univerſalibus* vel ex ipſa *Regia declaratione.* Parum abeſt contraſentientium Philoſophia a vulgariſſimo errore diutius quidem a tot JCtis noſtratibus, tam logicis quam legalibus argumentis contuſo: *ſtatuta Germaniæ ſeu leges patriæ ſupplendas, declarandas, amplianda, explicandas eſſe ex jure Romano.* Quo tamen brocardico, ut ut falſiſſimo, ipſi interpretes mirifice ſaltim uti ſolent in iis regionibus, in quibus conſtat de Juris Romani *receptione legali.* Nihilominus hoc ipſo axiomate uſus eſt, idque ad jura hperborea expreſſe applicuit FICKIUS *d. l. p. 115.* Ubi demum eo audaciæ prolapſus eſt, quod aſſerere non dubitaverit, *jurisprudentiam* ROMANAM *tradere definitiones contractuum, delictorum, innumeras diſtinctiones, quas* JURA SVIOGOTHICA *ut plurimum* PRÆSUPPONUNT, *vel quæ in jure Svecico tantum* IMPLICITE *reperiuntur, quin jura* ROMANA *multas* JURIS DOMESTICI EXPLICARE *& illuſtrare antiquitates, & denique varias & integras* LEGUM SVECICARUM MATERIAS *exponere & faciles reddere.* Quas argutias in illa, qua hodie fruimur, patriæ jurisprudentiæ luce recitare, puto, omnino eſt confutaviſſe. Nec ullum ex jure Romano argumentum, quod ad juris Svecici antiquitates explicandas faceret, adduxit. Ex jure *Pontificio* vero, cujus uſum item Svecis magnifice commendat, afferre ipſi haud diſplicuit exempla *de violatione cognationis ſpiritualis, de miſſa pro defunctis*, de *eſu carnis & jure aſyli.* Quæ tamen argumenta non ex jure anonico & papali, ſed ex hiſtoria & antiquitate eccleſiaſtica recte exponuntur, ut taceam, quod ipſo jure eccleſiaſtico Evangelico, quod Sveci & Proteſtantes hodie ſequuntur, illa nulla ſint reddita uſuque deſtituta. Occurrunt etiam in jure Canonico veſtigia & reliquiæ juris antiqui *Cimbrici* & *Danici*, exempli gratia *Obſtagii, Scotationis, c. 2. X. de conſuetud. Juramenti XII. Virorum Cap. 15. X. de purgat. Canon*: ſed inde quidem non ſequitur, quod clariſſ. autor *p. 108-117.* comminiſcitur: *Jus Canonicum & Romanum in* FORIS *hyperboreis* USUM *habere & ad* CASUS *utiliter applicari, quin applicari* DEBERE. Non, quod illuſtrat aliquando, cauſam probat & decidit, nec jura conſtituit vel ad fontes decidendi in *judiciis* pertinet. Quin argumenta juris Canonici adducta ego quidem ex Legibus & antiquitatibus Svecanis & Danicis; non vero has ex jure anonico recte ſatis, ſolide & copioſe explicari poſſe dixerim. Ceterum, quod ſubſidia juris hyperborei attinet, mallem ſtatuere: Deficientibus Legibus Sveciæ ſubſidia & rationes peti poſſe ex juribus Danicis Scanicis Selandicis Norwagicis, arctois reliquis & Germanicis. Quamvis enim FICKIUS *c. l. p. 110. & 114.* jura Danica uno fere cenſu habeat cum jure *Romano* referatque ad jura exotica & peregrina; minus appoſite tamen hoc fieri ſponte patet ex ipſis pacificationibus, quibus provinciæ quædam Danicæ ceſſæ ſunt Svio-

Fickii opinio de jure Svecano ex Romano explicando confutata.

Ejusdem opinio de jure Danico intuitu Sveciæ exotico.

niæ

in domeſticis Legibus non occurrunt, ſemper petere licuit, dummodo a tædioſa allegatione Juris & Doctorum i) prorſus abſtineant, Judici enim Leges non ignotæ eſſe k) debent, & ſic ſuperflua eſt allegatio, niſi caſus inciderent perdifficiles & in quibus ipſæ leges interpretatione aliqua egent. Sed nolo his ratiociniis *l)* immorari diutius, rectiſſimo ſubſcribens judicio CAROLI FRIDERICI REUTERHIELMI *nobilis Sveci in diſputatione de ſucceſſione ſecundum Jus naturæ C. 3. §. XLI. Jus commune* PROVINCIALE *&* CIVITATUM *hodie corpus juris Svecanum conſtituit, ſucceſſu tamen temporis per innumeras fere conſtitutiones & conclusiones pleraque mutata & ad hodiernum ſtatum accommodata ſunt; bene itque obſervandum, ſi aliquid in Legibus conſtituatur, an & quomodo ſit correctum, & ſi nullus adſit receſſus, ad Leges provinciales particulares recurrendum eſſe confirmatio Regis Caroli IX. jubet. Si vero neque ibi aliquid inveniatur conſtitutum, tunc quid conſvetudine obtineat, quid dictitet jus naturæ per æquam interpretationem & analogiam Juris videndum, & ſi alio modo fieri nequit, tum ſacræ Regiæ Majeſtatis declaratio imploranda eſt &* ALIUD JUS SUBSIDIARIUM *m)* SVECIA IGNORAT. Supereſt ut, quod ſupra innui, diſpiciam de celebratiſſimi vetuſtique juris civitatis Sleſvicenſis ætate fontibus & autoritate. Quamvis enim HUITFELDIUS *præf. ad LL. Scanicas:* RESENIUS *præf. ad LL. Juticas:* STUBÆUS *diſſert. de Lege & legislatoribus Danorum &* BLUTINGIUS *in obſervationibus*, quæ hoc tomo prodeunt, *Juris Cimbrici Obſerv. I.* explicate paſſim agant de codicibus Juris Danici & Jutico-Cimbrici eorumque originibus & dignitate, nil quicquam commemorarunt tamen de jure antiquo civitatis Slevicenſis, quod originibus ſuis ætatem codicis Juris Jutici antecedit. Primum ejus ſtatorem ipſa Legum municipalium inſcriptio harumque prooemium nominat SVENONEM III. *Regem Daniæ ab a. 1147. uſque ad a. 1157.* Sequuntur hanc fidem tantum non omnes, licet in anno definiendo invicem diſſidentes. Nonnulli originem ad a. 1150. (error enim typotherhæ eſt ubi 1140. invenitur) alii ad 1152. plures ad a. 1156. referunt cum CYPRÆO *annal. L. I. c. 25. p. 170.* BEODERO *chron. Sleſvic. h. l. n. V.* DANCKWERTH *chorograph. Cimbr. p. 55.* MOLLERO *Iſagog. P. III. p. 350.* AMTHORIO *programm. de jurib Sleſvic. & Holſat. ed. 1711.* SIBBERN *biblioth. Dan. c. 12. §. 2.* ARPIO *fer. æſtiv. IV. p. 352.* PONTOPPIDANO *theatro Dan. c. 12. p. 229.* & noviſſime *viro cl.* RICCIO *in hiſt. ſtatutorum Germ. L. I. c. 8.* pauci vero cum GIESEBERTO *præf. ad periculum I. ſtatutorum p. 9.* natales hujus juris repetendos conjiciunt ab a. 1157. quo anno ipſe Sveno obiit. Mihi equidem non videntur in eo deviare, quod Svenonis auſpiciis codicem Juris vindicent, cujus certe prima præcipuaque ſtamina dediſſe conſtat. Occaſio hujus beneficii repetenda eſt ab ancipiti & turbida fortuna, qua Sveno ſuffragantibus Selandis & Scanis regnum capeſſens, mox conflictari coepit. Inter illum enim & Canutum V. regium diadema ambientem bellum exarſerat, cui a. 1152. Waldemarus I. intereſſe coepit. Anno vero 1156. illud ſopitum videbatur, ita ut regno trifariam diviſo, Sveno Scaniam, Canutus Selandiam, Waldemarus Jutiam Cimbrorum poſſideret; ſed recruduit mox diſcordia exſtincta demum ſanguine Canuti & cæde ipſius Svenonis a. 1157. Si itaque tum belli hujus domeſtici, tum Svenonis extra Daniam Cimbriamque abſentiæ annos computaveris, facile opinabile fit, Svenonem vel a. 1153. quo teſte HELMOLDO *L. I. c. 68.* Sleſvici cum magna exercitus parte morabatur, vel a. 1555. quo ipſe emporio Sleſvico inſignia damna intu-

Origines juris Cimbrici ſpecia im Sleſvicenſis ſtatutarii.

Statore Rege Svenone III.

Circa annum 1153. vel 1155.

---

niæ regno, ſalvis *Legibus* BIRCÆ *&* DANICIS *aliis.* Præterea jura *Danica* cum jure Sveo-Gothico communes fere origines agnoſcunt, ut itaque illa æque ac Cimbrica & Germanica antiqua recte dixeris juribus Svecicis cognata invicem & connexa. Inde ſequitur, quod jura & antiquitates Germaniæ ex Svecanis Legibus, & hæ iterum ex illis egregio lumine colluſtrari queant. Sed quæſtio quidem *h. l.* non eſt de *illuſtratione* ex *explicatione* Legum Sveciæ ex laudatis aliis cognatis Legibus, ſed de *obligatione forenſi* ſeu receptione earundem in Svionia ſubſidiaria *judiciali*, quam nemo unquam Juribus Germanicis ibidem vindicabit, quamvis a nonnullis juri Romano, hæc adeo prærogativa vindicari videatur.

i) Has allegationes vero ipſe *Dn. Autor d. l. p. 4.* laudat & utiles vocat.

k) Svioniæ tamen *judicibus* nullæ aliæ quam Leges patriæ præſcriptæ ſunt in definiendis negotiis forenſibus.

l) Quæ diſplicuiſſe videntur doctiſſimo *JCto D.* CHRISTOPH. LUDOV. SCHEIDIO *commentat. de optima inter diſſentientes JCtos ſecta p. 73. Codex* inquit, *Juris Danici Chriſtiani V. Hafniæ 1683. editus, & codex Juris Norwagici ab eodem a. 1677. publici juris factus; expreſſe prohibent Leges* ROMANAS *in cauſis forenſibus decidendis ſequi; quod idem inter Svecos (ubi etiam Advocati, ſi mali ſunt ſanguiſugæ & hirudines ſunt partibus dari recuſantur, ne Romani juris cautelæ facile in tribunalia ſua irepere queant) per artic. XXV. Proceſſus Judic. & confirmationem Legum provincial. Caroli IX. obtinet, quamvis noviſſime Vir Juris conſultiſſimus Dn.* D. NETTELBADT *in præfat. ad Themidem Romano-Svecicam adſeruerit, non adeo peregrinos eſſe Svecos in Romanis Legibus, ac quidem vulgo creditur.* *Conſenſus Scheidii.*

m) De academia Gryphiſwaldenſi obſervat FICKIUS *d. l. p. 109: quod ibi* JURA ROMANA *pene pro* DOMESTICIS *ſint habenda.* Quam aſſertionem facile confutant ipſæ copioſæ pariter ac elegantiſſimæ commentationes academicæ, quibus doctiſſimi hujus Almæ JCti Jura patria præcipue & diſtinctim explicant, longeque præferunt juri *Romano* & luculentiſſime ab hoc diſtinguunt. *Academiæ Gryphicæ JCtorum elogium.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

intulerat, huic civitati Cimbrorum metropoli privilegia quædam & jura impertiri coepisse, eum quidem in finem, ut vel eorum animos Canuto V. faventes sibi conciliaret, vel desolatam fere civitatem reficeret damnaque nonnihil compensaret. Testem cieo SAXONEM *hist. Dan. L. XIV. p. 271. Sveno*, inquit, *peregrinam classem prædatus, direptas* RUTHENORUM *merces stipendii loco militibus erogavit, quo facto non solum alienarum imposterum frequentiam deturbavit, sed etiam splendidam mercimoniis urbem ad tenuem angustumque vicum redegit.* Et PONTANUS *L. V. p. 225. Pactus cum Svenone Dux Saxonum Henricus, cui se etiam Hartwicus Bremensium Pontifex adjunxerat, ubi ad aggerem quem Danewirkam appellant, una cum milite & copiis pervenissent (a. 1155) pecunia, qui portæ præerat, corrupto, obsidione censum a Slesvicensibus extorquens & Sveno præterea institorum Ruthenorum, qui ibi id temporis stationem habebant, classem prædatus, direptas omne genus merces militibus erogavit.* Plura expendenda suppedidant AUTOR *hist. gentis Dan. apud Stephanum p. 79.* CRANZIUS *Vand. IV. 28.* HUITFELD *hist. Dan. P. I. p. 104 sqq.* BERING *Flor. Dan. p. 293.* CHRONOLOGUS *Danicus in monument. T. I. p. 1404. 1417.* HELDUADERUS *sylv. chron. p. 85.* Unum audiamus PAULUM CYPRÆUM *hist. Slesvic. MSCt fol. 71: Haud*, inquit, *obscuris indiciis acceperat (*Henricus Leo), *Svenonem sibi Holsatiam subjicere & regno Daniæ annectere decrevisse, atque ea de causa urbem Slesvicensem satis antea munitam, munitiorem reddidisse, ut inde Holsatis semel devictis, quotidie excurrere liceat, atque hac tempestate propugnaculum illud ad aquilonem in monte excelso situm a fundamentis erectum esse a majoribus nostris memoriæ proditum est. Quod postea in templum Divi Michaelis conversum est.* Et porro: *Sveno belli & obsidionis pertæsus cum Canuto (qui cum 4000. militibus Slesvicum per aliquot menses terra marique obsederat) de pace agere coepit, & rem tandem eo perduxit ut Canutus obsidionem solveret.* Fusius hoc ex Parentis MSC. enarravit FILIUS *in annalib. Episcop. Slesvicens. p. 168. sqq.* cui etiam *p. 165.* appositam, quæ in laudato MSC. non exstat, observationem debemus: *quod Sveno Slesvicensibus in excidii compensationem* JUS MUNICIPALE *& pratum regium attribuerit.* Et dubio omnino carere puto, Svenonem privilegiis quibusdam Slesvicensium reipublicæ instauratæ operam navasse, speciatim commercia restituisse, reditus civitatis regiis confirmationibus novisque donationibus præcipue quod pascua, agros, flumina aliasque communes utilitates attinet, instructiores reddidisse, cives à theloneo & consuetis oneribus liberasse, justitias etiam seu jura civitatensia, quæ inprimis ad securitatem privatam & publicam pertinere videbantur, iisdem impertiisse. Quod enim privilegia ab Imperantibus concessa ubique fere Sec. XII. XIII. prima jurium civitatensium stamina constituerint fuerintque instar legalium præsidiorum in civitatum deinde colligendis institutis & antiquis consuetudinibus; id quidem ipsa docet inspectio tot collectionum legum municipalium, inter quas ipsa privilegia relata exstant, adeo ut ab his aliquando integris codicibus jurium statutariorum nomen accesserit *privilegiorum civitatis.* Nolo provocare ad exempla ex egregio diplomatum apparatu adducta a doctissimo RICCIO *L. I. hist. stat. L. I. p. 125. 127. seqq.* nec opus est in auxilium adferre Goslarienſium statutarium codicem, in quem privilegia a Friderico II. a. 1219. indulta apud HEINECCIUM *antiqu. Goslarienſ. L. II. p. 215.* iisdem fere verbis transcripta reperiuntur; sufficit e Cimbria advocasse codices juris statutarii Apenradensis & Haderslebiensis, quorum ille a. 120. à Waldemaro II. promulgatus, diplomatibus regiis confirmatus a. 1335. & 1514. hic vero a. 1292. exaratus & à Regibus Christiano I. & IV. confirmatione munitus, venit sub appellatione PRIVILEGIORUM. Accedunt jura civitatis Gardingensis a Duce Slesvic. & Holsat. Adolpho a. 1582. concessa & à filio Jo. Adolpho Titulis XIX. absoluta & renovta a. 1590. his verbis: *Nachdem wir berichtet, welchermassen insonderheit der Hochgebohrne Fürst und Herr* Adolph *euch mit etlichen* sonderbaren privilegien *und Gerechtigkeiten hebevor begabet, und auch Sr. Gnaden und unsere Brüder Herr* Friderich *und* Philipp *als regierende Landes - Fürsten des Vorhabens gewesen, solche eure* PRIVILEGIEN *nebst einer verfasten* Constitution *und Policey-Ordnung zu erweitern, wie denn solche Verbesserung durch den Ehren Vesten Rath und Staller in Eyderstadt Unsern lieben getreuen* Caspar Hoyern *kurtz vor tœdtlichen Abtritt Hertzogs* Philipps *zu Werck gerichtet worden; So* confirmiren *Wir obgedachte Uns vorgebrachte Verbesserung voriger eurer Freyheit und* Privilegien. Illud etiam, quod Cypræus laudavit privilegium Svenonianum codici Juris municipalis Slesvicensis insertum legitur articulo LXXXVI. quem ex codice membranaceo inedito exscribo: *Item de Wysch, de dar hert des Konninges Wisch, sette Konnig Sven to der Borger Bruckinge, behalven to des Koniges Tokumpf scal men zee neten eyn halff Maeete umme des Konings Perde willen unde wann de Konnyngk*

Collectum est I. ex privilegiis Principum ac Svenonis sigillatim.

Konnyngk enwegt is, ſo bruken de Borger erer wedder. Plura etiam privilegia a Svenone civitati conceſſa fuiſſe patet ex privilegio Regis Chriſtophori I. dato Ripis a. 1252. *Cives* inquit *noſtros Sleſvicenſes a theloneo (Thorgiald) & omnibus aliis ſolutionibus, juri regio attinentibus liberos dimiſimus & exemtos, ubicunque intra terminos regni noſtri negotiandi cauſa cum ſuis deveniunt mercaturis, ſicut tempore dilecti patris* (Regis Waldemari II.) *&* ALIORUM *progenitorum noſtrorum* (Waldemari I. Canuti & Svenonis) *temporibus exſtiterunt, liberam eis facultatem concedentes emendi quæ voluerint & eadem libere quocunque voluerint deferendi, prohibitione alia non obſtante, quo circa ſub obtentu gratiæ noſtræ mandamus diſtrictius, ne quis ipſos ſuper libertatibus & immunitatibus ſpecialius eis indultis præſumat aliquis infeſtare.* Conveniunt cum his privilegiis, articuli ſtatutorum Sleſvicenſium XLI. XLII. qui agunt *van tollen vræmder koplüde, vam tollen entforinge.* Spectant etiam ad privilegia Svenonis libertates communes quædam in Slia flumine conceſſæ, de quibus prolixe teſtatur vetuſtum chartularium, res ad jura fluminis Sliæ pertinentes recenſens a Sec. XII. usque ad 1478. Cui addendus eſt inſignis codex actorum, receſſuum & documentorum, ad jura & controverſias civitatis Sleſvici & nobilium vicinorum ſpectantium ex archivo collectus ab a. 1480. quo Chriſtianus I. Rex privilegia Sliæ promulgavit, uſque ad a. 1709. In ipſo laudato codice Juris municipalis Sleſvicenſis MSCt. perennans ex his libertatibus argumentum memoriæ traditum eſt articulo LXXXII. qui agit de libertate Sliæ: *De Viſcker mögen vrig viſchen aver alle den Slyg, und ſetten dat Waden reep uppe dat Land, ſo veme alſe men werpen mag uthe dem Scepe mit eineme Roder und de Fiſcher ſcölen nicht teen uppe Krockwart vor Pingſten ane Orloff des Rades.* Præcipue huc referenda puto privilegia *de non evocando* & de militibus ſeu *nobilibus à præſtatione onerum civitatis non eximendis.* Utrumque hiſtoriæ Sec. XII. imperioque Svenonis recte convenit memoriæque mandatum eſt in ipſo ſtatutorum Sleſvicenſium codice art. I. *de Borger ſchölen nemande antworten buten de Stadt:* art. XL. *dat men nene Borgere maet laden uthe der Stadt:* & art. LXXXIII. *Welck Ritter, Bannerherr, Gudmann, wyl wanen bynnen der Stadt Plancken, de ſy pflichtig alleme Stadt-Reckte underdanich to weſende ocke aller Bordere und Beſwaringe der Stadt.* Poſterius hoc rationibus & indoli civitatum provincialium Germaniæ aliisque hujus & recentioris ævi chartis, civitatumque privilegiis plane conſonum eſt, de quibus vide ſtatuta Hamelenſia a. 1277. apud LUDEWIG *reliqu. T. X. p.* 24. Altenburgenſia apud LIEBIUM *ſpicileg. diplomat. ad vitam Henrici illuſtris p. 35.* Flensburgenſia de a. 1284. *art.* 22 Haderslebienſia *a. 1291. cap. 10.* aliaque hujus generis ſtatuta, quæ nonnunquam nobiles à poſſeſſione immobilium in civitatibus olim plane arcent, uti *Oldenburgi, Wagriæ, Huſumi a. 1585. Lindaviæ* & alibi de quibus vide LUNIG *archiv. Imp. P. ſpec. cont. IV. p. IV. p. 308 1299. d'Achery ſpicil. T. 3. p. 612.* RICCIUM *doctiſſima tractatione de Nobil. Landſaſſ. P. II c. 27. §. 1 ſeqq.* Prius vero beneficium facile ex aliis ejusdem ævi & argumenti chartis exemtionum, quæ civitatibus ſive ex rationibus juris territorialis, ſive intuitu judiciorum Weſtphalicorum conceſſa ſunt, illuſtrari poterit præcipue ex privilegiis *Bremenſium* a. IIII. & 1186 apud LIMNÆUM *T. V. addit. ad L. VII. p. 175.* & EGGELINGUM *antiquit. Germ. diſſ. IV. de Wichbileto p. 12. Argentoratenſium* a. 1129. apud OBRECHT *prodr. rer. Alſatic. c. 12.* SCHILTER *ad chron. Konigshoven p. 311. Auguſtanorum* a. 1170. *Wormatienſium a. 1156. Spirenſium* a. 1160. *ap.* WERLICHIUM *Chron. Auſp. II. p. 92. Dn. de* LUDEWIG *T. II. reliqu. p. 194.* & LEHMANN *chron. Spir. V. p. 97.* quibus accedunt privilegia Kilonienſia antiqua de non evocandis civibus extra fines, nec citandis ab archiepiſcopo trans Albim, uti patet ex confirmationibus & chartis *Chriſtierni* Regis Daniæ & Ducis Holſatiæ a. 1461. & *Joannis* Archiepiſcopi Bremenſis a. 1497. Videntur vero Sleſvicenſes paululum receſſiſſe à laudato privilegio Svenoniano ideo, quod cum Flensburgenſibus a. 1336. inierint ſingularem conventionem, cujus argumentum adſcribere non pigebit: *Conſules & cives Flensburgenſes, univerſis conſtare volumus nos matura præhabita deliberatione de unanimi conſenſu cum diſcretis viris Conſulibus & civibus Sleſvicenſibus, amicis noſtris dilectis, tractatus & conventiones feciſſe & bona fide promiſiſſe, prout inferius continetur. Primo quod cives Sleſvicenſes in foro & nundinis noſtris merces emendi & vendendi, quotiens ad nos venerint, tanquam noſtri concives liberam habeant facultatem. Non tamen poſſunt per longam & continuam moram apud nos per longa tempora propter mercaturam exercendam commorari. Item nullus civis Sleſvicenſis apud nos debet vel poſſit pro debitis impediri nec bona vel res ipſorum civium arreſtari, item nullus de noſtris concivibus aliquem de civibus Sleſvicenſibus trahere debet coram aliquo Principe ſeu militari potente pro debitis ſeu exceſſibus, ſed ipſum coram*

Consulibus FLENSBURGENSIBUS *seu Slesvicensibus debet prius legaliter convenire. Item nullus perfugus pro debitis seu delictis quibusvis debet in præjudicium civium Slesuicensium securari, sed incusatus coram nobis juri stare & satisfacere, prout requirit* ORDO JURIS. *Insuper præfatos cives Slesuicenses in suis justis causis & agendis volumus, in quantum juste & commode poterimus, promovere.* Plura lubens taceo communium immunitatum & beneficiorum argumenta a Rege Svenone repetenda.*n*) Nec pauca sunt ipsa juris & justitiæ civitatis Slesvicensis capita, quæ ipsius ætati omnino debentur. Quæ enim vel ex legibus domesticis scriptis antiquioris ævi, vel ex consuetudinibus patriæ coævis in ordinem statutorum transcripta exstant, illa quidem facile vindicanda sunt auspiciis Svenonis. Equidem rebus deperditis adnumerari solet hodie antiquissimus juris Slesvicensis codex Svenonianus, inter superstites tamen illum retulit adhuc *Sec. XIV.* HENNINGIUS FLOTOW, *qui a. 1386.* codicem

Repetita privilegia auctaque Erici a. 1261.

a. 1264.

a. 1272.

Waldemari a. 1286. 1326. 1338.

Erici a. 1289.

Waldemari 1325.

Gerhardi 1327. & 1332.

Waldemari a. 1336.

Gerhardi a. 1390.

n) Repetita deinde & aucta sunt hæc ipsa privilegia a *Duce* ERICO, in diplomate dato Slesvici a. 1261: *Statuimus de consilio omnium Seniorum ac melioruin nostri Ducatus ac mandamus, ut in singulis ebdomadis duobus diebus, videlicet feria tertia & sexta in memorata civitate Slesuicensi forum celebretur generale, unde omnes ad quos præsentes litteræ pervenerint attentius monemus ut ad memoratam civitatem illis diebus eo libentius accedant quod in eadem nec* TORGHIALD *nec teloneum aliquatenus solvere teneantur. Omnibus autem qui ad dictam civitatem Slesuicensem accesserint salvum & securum concedimus ac promittimus conductum illuc veniendi ibidem commorandi & ad propria redeundi.* Idem fere statutum est in privilegio a. 1264. ab eodem Duce scripto, quo ad Patris sui *Regis Abelis* & aliorum *progenitorum* privilegia ejusdem tenoris provocat. Consentit Rex ERICUS *Glipping* in charta Slesvici exarata a. 1272. *Constare volumus, quod nos latores præsentium dilectos nobis cives Slesuicenses pro solutione* ARNÆGIALD *exigentibus fidelibus servitiis suis & devotis dimisimus in perpetuum liberos & exemtos, prohibentes ne quis exactorum nostrorum ipsos cives super hujusmodi solutione detentos impetat vel molestet.* Explicate Dux *Waldemarus* Regis Abelis nepos in augustalibus litteris a. 1286. scriptis & repetitis denuo ab eodem Ripis a. 1326. & a Duce Jutiæ *Waldemaro* a. 1338: *Constare volumus, quod nos Exhibitores præsentium dilectos nobis cives Slesuicenses sub nostra pace & protectione speciali receperimus defensandos ipsos a solutione XL. marcarum quæ dicitur* BYGYALD *ratione expeditionis* ARENGYALD, ARKOP, TORGHYALD *& a theloneo ubique infra ducatum nostrum ac ab omnibus oneribus & servitiis nostris quibus gravari poterint, videlicet in caldariis, culcedris vel portis ad* CASTRUM *ibidem per Advocatum Regis, qui pro loco & tempore ibidem præfuerit ab ipsis requirendis, nisi cum personaliter illuc venerimus, exigentibus eorum fidelibus servitiis & devotis, ipsi que in hujusmodi fidelitate nobis promissa & jurata firmiter persistentibus, quamdiu memorata civitas in nostra possessione fuerit, liberos dimittentes pariter & exemtos. Ac etiam hanc gratiam eis* SUPPERADDIMUS *specialem, ut ubicunque infra limites nostri Ducatus negotiandi causa cum suis venerint mercaturis, sicut tempore dilecti Patris nostri & Progenitorum nostrorum temporibus, liberam habeant facultatem emendi, quæ voluerint & eadem libere quocunque voluerint deferendi, prohibitione aliqua quæ in Ducatu fieri posset non obstante.* Item Rex *Ericus Menvedus* in diplomate dato Kalundborgi a 1289: *Notum facimus universis, quod Nos considerantes damna, labores & incommoda, quæ & quos dilecti nostri cives Slesvicenses pro nobis & regno nostro quodammodo sæpius sunt perpessi, ipsis gratiam volumus facere specialem, dimittentes ipsos universos & singulos a solutione* THELONEI *quocunque infra regnum nostrum devenerint in perpetuum liberos & exemtos. Unde per gratiam Nostram districte prohibemus, ne quis Advocatorum nostrorum vel eorundem Officialium seu quisquam alius ipsos cives contra tenorem præsentium audeat aliquatenus molestare.* Eadem confirmavit Dux *Waldemarus* Erici filius in privilegio dato Slesvici *a.* 1325. & præcipue *Gerhardus* Dux Slesv. comes Holsatiæ & Tutor Principatus Rugianorum in tabulis exemtionum scriptis Slesvici a. 1327: *Notum facimus universis quod Nos ex gratia speciali cives nostros Slesvicenses cum omnibus bonis suis ubicunque locorum in rure sitis sub nostra potestate, protectione suscepcrimus specialiter defensandos, dimittentes ipsos cum familia eorundem in bonis ipsorum residenti ab* INNÆ, STUTH, QUÆRSÆTH, *impetione* EXACTORIA *ceteraque solutionibus* JURI NOSTRO *attinentibus liberos pariter & exemtos, exceptis denariis nostris expeditionalibus & contributionibus ex* COMMUNITATE *debite nobis dandis. Prohibemus districte, ne quis Advocatorum nostrorum seu quisquam alius, cujuscunque status existat, dictos cives seu quenquam de familia ipsorum super hujusmodi libertatibus sibi a nobis indultis impediat.* Idem Dux in litteris datis Gottorpiæ *a.* 1332 provocat ad privilegia Regum *Abelis, Waldemari* utriusque & SVENONIS: *Nos vidimus literas illustrium & magnificorum Principum Dominorum* ABEL *&* WALDEMARI *quondam Regum Daciæ, nec non & aliorum* ANTECESSORUM *nostrorum, continentes libertates & gratias* CIVIBUS *Slesvicensibus ab ipsis indultas. Ita videlicet, quod dicti cives per totum regnum Daciæ & in quibuscunque terris & terminis ipsius libere sua mercimonia ducere possint, emere & vendere, & emta absque aliquo theloneo aut alia aliqua talliacione vel contradictione deducere, quacunque prohibitione generali non obstante. Habent etiam dicti cives Slesvicenses omnes & singulas libertates, gratias & commoda, quæ & quas cives aliarum civitatum oppidorum aut villarum regni* DACIÆ *in nundinis* SCANNOOR *habere dignoscuntur.* Qua fere ipsa formula Duces Adolphus & Gerhardus fratres comites Holsatiæ Slesvicensium privilegia muniverunt a. 1431. Non possum, quin addam novum idque memorandum, *Waldemari* Ducis Jutiæ privilegium a. 1336. civitati concessum, quod, quum ejus in codice statutorum Slesvicensium vestigia nulla exstent, indicium facit, codicem juris municipalis Slesvicensis non demum Seculo XV. sed jam tum numeris suis fuisse absolutum. En verba diplomatis: *Dilecti Consules nostri Slesvicenses nobis multoties sunt conquesti, proponentes, quod filii civium Slesvicensium intra sacros ordines & sub immunitate ecclesiæ existentes de bonis suis in civitate Slesvicensi sitis, quæ ad eos per mortem suorum Parentum jure hæreditario deveniunt & devenerint, ipsos Consules ad contributionem quæ dicitur Skooth & alia servitia nobis impendenda a tempore dilecti Patris nostri domini Erici bonæ memoriæ usque in hodiernum diem non adjuvarunt nec velint adjuvare, quamvis per ipsos Consules, ut hoc facerent, sæpius sint admoniti & requisiti. Unde non solum ipsi Consules & alii cives Slesvicenses aggravantur, imo nobis & Successoribus nostris qui pro tempore fuerint, inde damnum gravatur. Nos igitur super hoc habito tractatu cum diligentia cum nostris dilectis & fidelibus Consiliariis, statuimus & volumus decernentes, ut prædicti clerici filii civium Slesvicensium de bonis suis hereditariis in civitate Slesvicensi vel extra civitatem in suburbio sitis contributionem una cum prædictis consulibus decenter faciant & persolvant.* Pertinent etiam in hunc censum singulare beneficium eodem seculo concessum a *Gerhardo Duce Jutiæ* Henrici ferrei filio a. 1390: *Don witlick dat alle Unse Vorvaren Könige, Hertoghe und Greven, de in Unser Herrschop weldich hebben wesen, alse in Unsem*

cem Legum Flensburgenſium vetuſtiſſimum ex membranis deſcripſit *o*), in cujus veſtibulo adnotavit: *Conveniunt hæ Leges Flensburgenſes ſæpe de verbo ad verbum cum Sleſvicenſibus quas Sveno Grateheide conſcribi fecit in* LATINO *codice.* Quoad concentum Legum utriuſque civitatis nulla ſubeſt diſceptatio; dubitant vero rerum Sleſvicenſium ſcriptores de laudato codice latino, quem, ſi exſtiterit, non Svenonis ſed Regis Waldemari II. ætati vindicant. Idque ob varia argumenta juris ſtatutarii Sleſvicenſis, quæ originem traxiſſe videntur demum ex jure Jutico: Sed conſtabit ea de re mox luculentius, ſi de ceteris hujus Sueoniani juris primis præſidiis ac fontibus conſtiterit. Poſt laudata privilegia civica primo loco laudandi ſunt mores domeſtici ſingulares ſeu jura patriæ; ἀγραφα, jure originis, & indole ſua valentia, licet literis haud conſignata, ſed ore ſaltim uſuque promulgata; tum & conſuetudines communes ſeu inſtituta cognata concivium vel vicinarum gentium *Saxonum* præcipue *Friſiorum* & *Danorum.* Equidem multas veterum conſuetudines antea non ſcriptas ſenſim conſpexeris redactas in codices Legum & ſtatutorum, tantum tamen abeſt, ut omnes unquam in literas vel Legum codices relatæ ſint *p*), ut potius plures reperiantur olim & reſtent etiam nunc non legali ſcriptura ſed uſu conſpicuæ in terris, civitatibus, præfecturis & pagis. Tres itaque veterum conſuetudinum Cimbricarum claſſes conſtituerim, primam earum, quæ apud Cimbros, Anglos, Saxones atavito jure obtinuerunt longe diutius antequam demum in LEGES *& conſtitutiones* hodieque valentes trans-

II. ex moribus & conſuetudinibus domeſticis ac cognatis.

Unſem Hertochricke to Schleſewig hebben vorbeden unde wy nu na vorbeden, dat nyne Börgere edder Bunden ere Obſtande Erve ere liggende Grund geven ſchollen den PRESTERN *eddr der hilligen* KERCKEN: *men Varene Have de mögghen ſe gheven der hilgen Kercken edder wemme ſe willen; deſſe vorſereyene Stücke de willen wy bewiſen mit Unſen Ryddern unde Knechten mit Borgheren, mit Huß Lüden, unde mit dy me menen ghantzen Landen, dat ſe wahr ſyn. Hyrumme ſo bidde wy alle Geiſtlicke Lüde, dat ſe ſick nicht vorder hieran kehren, wente were dar jemand, de Unſe Borghere edder Hus-Lüde to Rechte ſteden unde beghen.* Idem vero Dux *a 1395.* antiqua & ſupra laudata privilegia civitatis auguſtali charta & formula ſtabilivit: *Rogamus igitur ſtudioſe omnes & ſingulos de quibus nobis bona habenda eſt fiducia, nihilominus advocatis noſtris & officialibus eorundem diſtricte injungimus & mandamus, quatenus dictos cives noſtros Sleſvicenſes, nobis ſpeciali familiaritate & protectione conjunctos, in ipſorum libertatibus gratiis & commodis ipſis ab antiquo a Regibus Danorum prædictis & ab aliis ipſos tangentibus non permittant indebite moleſtari.* Denique has ipſas Svenonianas commerciorum & teloniorum libertates egregie munivit ampliavitque *Ericus Pomeranus* Regio diplomate dato Sleſvici a. 1417. *Conſiderantes incommoda damna & multa alia pericula, quæ dilecti noſtri cives Sleſvicenſes multis temporibus ab æmulis regni ſunt perpeſſi, ipſos privilegiis noſtris infra ſcriptis perpetuis duraturis temporibus præmunimus. Inprimis omnia privilegia per Progenitores noſtros felicis recordationis Reges Danorum & Duces Sleſvicenſes, per ipſos Progenitores noſtros Duces Sleſvicenſes creatos & factos, licite data & conceſſa tenore præſentium confirmamus, hanc ipſis gratiam addentes, quod mercantias ſuas ubicunque locorum in villis forenſibus & locis licitis in regnis noſtris ubicunque devenerint exercere poterunt cum villanis & forenſibus, ac emere & vendere ac licite deferre, quæ non ſunt prohibita ſine thelonii ſolutione & quolibet Torffortugh præter in Schannoer, Faſterbode & aliis locis, ubi nundinæ Skanenſes exercentur a feſto S. Olavi ad feſtum S. Dionyſii, quo tempore ibi theloneum ſuum, ſicut ceteri burgenſes & villani noſtri de regno Daciæ faciunt, exſolvant. Item concedimus ipſis quod* SKUTAS *& naves pro piſcatura in Oreſund, & equos, currus & vectigalia in nundinis Scaniæ & Selandiæ habere poterint ſicut ceteri noſtri burgenſes & villani in regno noſtro habent & habere ſolent. Item dimittimus ipſos quittos pro ſolutione* ARNEGIELD, *providentes etiam, quod ſi quando aliquis vel aliqui Sleſvicenſium civium declarum civitatum exire voluerint alicubi in regno noſtro & mercimonia ſua exercere, ut præfertur, ex tunc litteras civitatis Sleſvicenſis ſecum habere debeat vel debeant, ne nos vel ſucceſſores noſtri per alios, qui non ſunt de eorum civitate, in theloneo noſtro defraudemur. Annuimus inſuper terminos ipſis emunitatis civitatis eorum videlicet* BYFRIDH *ad terminos & loca* ANTIQA, *ſicut eos dinoſcuntur liberius habuiſſe. Dies etiam* PLACITALES, BYTHING, *& dies fori* MARCKESDAGHE *in qualibet ebdomada liberos teneant, & habeant juxta eorum* ANTIQUAS CONSVETUDINES *&* PRIVILEGIA *ipſis a Progenitoribus noſtris conceſſa, ut præmittitur, & indulta. Inſuper inhibemus ſub obtentu gratiæ noſtræ ne quis Advocatorum noſtrorum vel quisquam alius, cujuscunque ſtatus vel præeminentiæ exſtiterit, ipſos noſtros Burgenſes & cives Sleſvicenſes contra hujusmodi noſtram indultam gratiam audeat impedire.* Plures confirmationes generaliores a *Chriſtiano I.* Rege Gottorpiæ a. 1461. & a Rege *Joanne* ac *Friderico* Duce fratribus a. 1484 datas tacemus.

a. 1395.

Erici a. 1417.

o) Inſcriptio codicis eſt: *A. D. 1284 in craſtino aſſumtionis benedictæ virginis, Seniores, Conſules ceterique cives civitatis Flensburgenſis Leges civiles ſcripturæ commendatas non habentes articulos hoſce Legum compoſuerunt gratia Domini Woldemari illuſtriſſimi Jutiæ Ducis ſuper hoc contenta & conceſſa.*

p) Quemadmodum inter ceteros TACITUS *d. M. G. c. 19* & ADAM. *Bremenſis* multos Germanorum mores *hoſpitalitatis, conjugiorum, continentiæ, jurisdictionum &c.* retulerunt, de quibus in eorum antiquis & recentioribus legibus nil quicquam reperitur; ita etiam ſigillatim *Saxonum* plures veteres mores, *Adamo Bremenſe L. 1. c. 5. teſte,* utiles, probos & honeſtos plures ſuperſunt, quæ litteris nec hodie conſignatæ ſed uſu promulgatæ perennant. BOTHO *chron. pict. apud* LEIBNIT. *Tom. III p 251.* Quæſo quot ſuperſtitionum ſacrarum morumque præcipue civilium argumenta veterum Cimbrorum & Saxonum recitantur a *Plutarcho, Strabone, Sidonio, Eutropio, Floro, Plinio, Lucano, Cæſare, Valerio, Egmhardo* aliisque ſcriptoribus hiſtoricis & inprimis in documentis & diplomatibus medii ævi, quorum tamen in Legibus & ſcriptis jurium codicibus nulla mentio & veſtigia exſtant. Teſtantur ita EGINHARDUS & ADAMUS *Bremenſis: Saxonum gentem quatuor differentiis conſtitiſſe, nobilium, liberorum, libertorum & ſervorum, & id legibus firmatum fuiſſe, ut nulla pars in computandis conjugiis propriæ ſortis terminos tranſferat, ſed nobilis nobilem ducat uxorem, & liber liberum, libertus conjungatur libertæ, & ſervus ancillæ, ſi vero quisquam horum ſibi non congruentem & genere præſtantiorem duxerit uxorem, cum vitæ ſuæ damno componat.* De hac vero conſtitutione ſilent leges veterum Saxonum. In quibus nec indicium reperitur ſingularis illius conſuetudinis quam BONIFACIUS *in epiſtola ad Athelbaldum* antiquæ Saxoniæ vindicat, intuitu *virginum ſtupraturum.* Vide infra *not. m.*

Plures conſuetudines veterum literis haud conſignatæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

transſcriptæ ſunt. Alteram earum, quæ nunquam inter leges relatæ vel expreſſæ comparent, olim tamen viguerunt, ſed hodie, abrogatæ ſunt vel lege vel deſuetudine extinctæ. Tertiam denique harum, quæ etiam nunc florent, uſu territoriali ſeu ſanctione non ſcripta valentes, non promulgatæ quidem nec legibus ſcriptis inſertæ. Sed de hac conſuetudinum partitione, rationibus & exemplis explicanda, alibi diſpiciendi locus erit ex inſtituto. Tertio nominandæ ſunt leges veterum Anglionum & Werinorum *Sec. V. t) ſcriptæ* & in ipſo *Angliæ* ſeu *Cimbriæ* ſolo natæ, ſicuti teſtatum feci *in præfat. ad Tom. I. p. 106. ſq.* Recte ETHELWERDUS *nobilis Saxo*, qui circa a. 905. floruit, *hiſtor. L. I. apud* HENR. SAVILLE *Script. rer. Angl. p. 360: Anglia*, inquit, *vetus ſita eſt inter* SAXONES *&* GIOTAS, *habens oppidum capitale, quod ſermone Saxonico* SCHLESWIG, *ſecundum vero Danos Haiteby dicitur.* Idem explicatius docet SHERINGHAMUS *de origine Anglorum c. 2. p. 26: imo* inquit, *inprimis ſcias, omnes iſtos populos uno communi nomine Saxones vocatos eſſe Anglos Getasque, licet ſua peculiaria nomina habuerint; totam quippe Jutiam, ubi Angli Getæque conſederunt, Saxones Sec. V. ſub ditione ſua tenebant, itemque Holſatiam, Ditmarſiam, Stormariam, quæ veteres uno Nordalbingiæ nomine complexi ſunt. Et p. 32. 33: Quicquid enim Saxonibus ſubditum erat, Saxonia dicta eſt:* Recte SUFFRIDUS *de orig. Frizior. lib. 1. c. II.*

III. Leges Anglionum & Werinorum h. e. Cimbrorum.

Teſtimonia Ethelwerdi.

Scheringhami.

Suffr. Petri.

Cum

Vindiciæ pro Legibus Werinorum Saxonumque ſcriptis Seculo V.

Anglo-Saxones literarum periti Seculo V. Teſte Wanleio.

Hickeſio.

Wormio.

Codices Anglo-Saxonice exarati Seculo V.

Nummi Anglo-Saxonici.

Literæ Anglo-Saxonicæ literis latinis mixtæ Sec. VI.

Leges Anglo-Saxonicæ ſcriptæ Sec. VI.

Eginhardi teſtimonium.

Ac Caroli M.

t) Scio vulgo has leges ex veteriſſimis codicibus primum *ab* HEROLDO *&* LINDENBROGIO *codice LL. antiquar. p. 471.* LEIBNITIO *T. I. rer. Brunſv. p. 77.* editas æque ac alias veterum Leges Saxonum, Friſiorum, referri demum *ad Seculum VIII.* ex ea præcipue ratione, qua ante Carolum M. linguæ latinæ vel ſaltem ſcripturæ uſus nullus ſtatuitur. Sed ex adverſo docuit WANLEJUS *in catalogo MSC. Anglo-Saxonicorum f. 5. & 6.* Anglos & Saxones, cum in Britanniam proficiſcerentur, non ſolum Runos ſecum attuliſſe, ſed etiam Romanarum litterarum jam tum notitiam habuiſſe pariter & alias gentes, quas barbaras dicunt, Francos, Germanos, Lombardos, Vandalos, Gothos, qui cum Romanis bello paceque res geſſerunt. Nolo tamen facere cum WANLEJO nec cum TORCHILLO BADENO qui *in Roma Danica Hafniæ edita 1699.* linguæ Danicæ & Cimbricæ cum lingua Romana harmoniam aſſerit, quam quidem CASAUBONUS ex adverſo vindicare non dubitavit Græciæ *in commentar. de lingua Anglica veteri ſive Saxonica ejusque cum græca cognatione p. 127. ſeq.* Hoc tamen exiſtimo dubio carere, Cimbros ſeu Anglos & Saxones jam tum primis ſeculis certe Seculo V. uſos fuiſſe litteris Runis, Gothicis, quarum cum *Islandica, Scandica, Svecica, Normannica, theotiſca ſcriptura & lingua* convenientiam vide *apud* WEXIONIUM *in deſcriptione Sveciæ & Gothiæ L. III. c. 3. 4. ſq.* & HICKESIUM *in præf. ad T. I. theſauri linguar. Septentrional. f. XIII. & XXXIII.* ubi confutat JO. HARDUINI nænias, quibus omnem vetuſtatis fidem, ideoque & Anglo-Saxonicos characteres in dubium vocavit *in chronologia V. T. p. 34. 35.* Ablegatos cupio diſſentientes ad WORMIUM *de Danica litteratura c. 20. 26.* JO. LYSCHANDRUM *antiquit. Dan. Serm. 4.* & præcipue ad laudati HICKESII *grammaticam Anglo-Saxonicam* quæ omnis ævi literas Anglo-Saxonicas & Normanno-Saxonicas tabulis æneis inciſas continet *c. 1. 18 uſque ad 22.* Quid? quod ſuperſint ipſi codices literis Anglo-Saxonicis Sec. V. exarati. Quemadmodum enim Weſtgothi *literas*, & cum his *Leges Gothicas* in regnum Hiſpaniarum, quod Romanorum viribus eripere cœperant, circa annum 412. 434. invexerunt, quod ex fidis monumentis adſtruunt *Pantaleon* CANDIDUS *in Gotiberi ſeu libris VI. de Gothicis per Hiſpaniam Regibus e teutonica gente originem trahentibus ed. Argentorati a. 1587. L. 1. p. 7. ſeq.* & GERARD ERNESTUS *de* FRANKENAU *in ſacris Themidis Hiſpaniæ arcanis Sect. I §. 3.* ſq. ita etiam Cimbros literas *Anglo-Saxonicas* in Britanniam circa a. 450. intuliſſe, evincunt non ſolum antiqua alphabeta Saxonica apud Britannos hodieque ſervata & *Runicis literis* inſtructa apud WANLEJUM *in catalogo libror. ſeptentrional. p. 247.*; Sed etiam tum nummi Angliæ *Runicis literis* inſigniti apud FOUNTAINE *in nummis Anglo-Saxonicis & Anglo-Danicis illuſtratis apud Hickeſ. T. II. p. 163.* tum ipſi codices membranacei Sec. V. VI. *literis Anglo-Saxonicis* conſignati, quorum præcipuos dixeris *harmoniam Evangeliorum Cottonianam poetice & paraphraſtice exaratam* & celebratiſſimum *fragmentum Cædmonis*, de quo utroque aliisque exploratæ fidei & antiquitatis monumentis agunt BEDA *hiſt. eccleſ. L. IV. c. 24.* HICKESIUS *d. l. p. 88.* & præcipue HUMPHREDUS WANLEJUS in laudato *catalogo hiſtorico-critico codicum MSCtor. Anglo-Saxonicorum & Septentrionalium qui in Angliæ bibliothecis exſtant*, apud *Hickeſium d. l. T. II. p. 183. ſq.* Iidem reddiderunt teſtatiſſimum, Britannos a Romanis quippe ante irruptionem Cimbrorum ad *chriſtianam fidem* converſos, ipſo Seculo V. haud ignoraſſe litteras *latinas*, ideoque & Anglo-Saxonum ſcripturam, recepto chriſtianiſmo, ibidem Sec. VI. immutari aliquantum miſcique coepiſſe litteris Romanorum, quarum elegantia Seculo demum IX. regnante Alfredo Rege avitam Saxonum ſcribendi rationem fere obliteravit abrogavitque. Plura circa hanc rem memoranda obſervant laudati Triumviri *Hickeſius, Wanlejus, Fountaine*, quorum auctoritate optime de hoc argumento diſpexit vir eruditiſſimus *Jo. Jac.* MASCOVIUS *hiſt. Germ. L. XIV. ad a. 63. p. 222.* & *in adjectis obſervationibus, obſ. XIX. p. 181.* Nec eſt ut de Legibus ſcriptis nondum conſtare putes, quamvis conſtet de Anglo-Saxonum literis Runis & latinis. Adſunt enim Anglo-Saxonicæ leges apud Britannos ſcriptæ a Regibus Anglo-Saxonicis Æthelberto *a. 561.* ab Hlothario *a. 675.* Eadrico *685.* Ina Rege *a. 688* & a Withrædo *a. 691.* quas recenſent *Guil.* NICOLSONUS *diſſertatione epiſtolari de jure feudali veterum Saxonum f. III.* SPELMANNUS *in gloſſario voce: Lex Anglorum:* & qui poſt LOMBARDUM & WHELOCUM Leges Anglo-Saxonicas edidit ac commentariis egregiis illuſtravit DAVID WILKINSIUS *canonicus Cantuarienſis.* Cum itaque Anglo Saxonum leges longe vincant ætatem legum, quæ tempore *Caroli M.* ſcriptæ demum feruntur, quid obſtat, majoribus Anglo Saxonum, CIMBRIS *&* SAXONIBUS vindicare etiam leges literis patriis ſcriptas, forte ætate Caroli M. ſaltim latine redditas & ordinatius exaratas. Parco argumentis, quibus hæc poſſent illuminari ex antiquitatibus ſeptentrionalibus de Regum *Odini, Skioldi* & *Frothonis* ſeu Frodii præcipue qui Sec. I. vixit ſanctionibus harumque reliquiis, de quibus vide TORFÆUM *in ſerie Dynaſtar. Daniæ p. 143.* STEPHANIUM *in not. ad Saxon. p. 119. ſq.* Sufficit audire ipſum teſtimonium EGINHARDI *in vita Caroli M.: Omnia*, inquit, *nationum quæ ſub ejus ditione erant jura, quæ ſcripta non erant,* DESCRIBI *latine ac literis mandari fecit.* Quibus quidem verbis non innuit: nulla hactenus nationum jura literis mandata fuiſſe nec ſcripta vernacule. Luculentiſſime *Eginhardi* aſſertum explicatur ipſa CAROLI M. *conſtitutione* ab Imperatoribus *Friderico I. & II.* confirmata: *Prout cunctis placuit prudentioribus regni noſtri* LEGEM SAXONUM, *Noricorum, Sveworum, Francorum, Rubnariorum, Salicorum, ſicut*

mos

Cum igitur ſubditi, inquit, *ab his denominari ſoleant quibus parent, Angli iſti quamdiu Svevis ſuberant, Angli Svevi dicti ſunt, poſtquam vero in Saxonum jus conceſſerunt Angli Saxones appellati ſunt.* Et deinceps: *Huc accedit & illud, quod cum Angli iſti in diverſas provincias olim diſtracti ac diſſeminati ſint, appellationem diverſam ſortiti ſint a gentibus, in quarum clientelam conceſſerant. Itaque alii* ANGLI *Pomerani, alii Friſii, alii Germani dicti ſunt, qui patria relicta ad haſce nationes, cogente neceſſitate, confugerant; his tamen ſolum remanſit ut* ANGLO-SAXONES *dicerentur, qui a Saxonibus denominantur. Illud quoque hoc loco addendum eſt quod* SVEVI ANGLI *ad ſocietatem belli contra Danos convocati, Saxones merito appellari potuerint, quia ſub eorum imperio militaverint & cum iisdem, ejectis Danis, promiſcuas ſedes in cherſoneſo obtinuerint, licet gens reliqua Svevorum qui antiquis in ſedibus permanſerant, nunquam hoc nomine appellarentur.* Idem argumentum profert GIBSONIUS *in append. chron. Saxon. p. 12. 33. 43.* ubi ita: *Gens* ANGLORUM *in Britannia inſulæ Anglexey & regno nomen dantes venerunt cum* JUTIS *ex illa parte Germaniæ, quæ hodie Danis* JUTLAND, *& inter eos erant, qui communi nomine* SAXONES *vocati a Rege Vortigerno contra Pictos in auxilium accerſiti ſunt & vulgo* ANGLO-SAXONES *appellantur, ad differentiam eorum, quos in Germania reliquerunt, quique* ANTIQUI *Saxones fere apud hiſtoricos vocantur.* Addo teſtimonium PAULI CYPRÆI *d. l. c. 1. pl. B. Angli habitant terram* ANTIQUÆ SAXONIÆ *confinem quæ adhuc hodie patria nuncupatione* ANGELEN *dicitur. Eſtque peninſula poſita intra ſinum Oceani Baltici Sliam & ſinum ejusdem maris Flensburgum uſque, ubi commodam ſtationem navium habet, ſe extendens. Hinc Angli, eaque terra vera eſt & antiqua Anglorum, qui in Britannias tranſierunt, patria. Tertio loco Beda* VITARUM *facit mentionem. Quorum patriæ nomen adhuc ſupereſt. Nam tractum illum qui ad littus Baltici maris, verſus inſulam Alſen ſitus eſt, hodie adhuc Sunnevitt vocant, quaſi* VITAS *Auſtrales ad differentiam Vitarum Septentrionalium. Nam Dani nunc corrupte pro Sudervitt pronunciant Sunnevit, ſicut etiam nominant duo* ALSENÆ *inſulæ caſtella, unum* SUNDERBORCH *& ad alterius differentiam alterum* NORDBORCH. *Habes ita diſtinctas gentis Saxonum Anglorum & Vitarum ſed utique vicinas ſedes. Quos populos tamen nominibus ſolum, ut nunc in omnibus fere provinciis cernere licet, non lingua ac moribus diſcretos fuiſſe arbitramur. Quo fit, ut præter Bædam veterum ſcriptorum nemo alius Anglorum & Vitarum mentionem peculiarem fecerit, ſed tota illa in Britanniam migratio ad* SAXONES *referatur. Quorum nomen, ut conjecturari licet, ceteris tunc fuit magis notum & illuſtre.* Mirum itaque non eſt, quod Sleſvicum metropolis ANGLIONUM ſancte ſemper cuſtodiverit majorum depoſita Themidis, patriæ fidei commiſſa. Ablegatum te cupio ad ipſam veterum Legum Anglionum cum ſtatutis civitatis Sleſvicenſis comparationem. Cui enim conferre placuerit Leges Anglionum *tit. I. de homicidio art. 1. & 2. ſeqq. tit. VI. de membris læſis art. 20. 21 tit. VII. de hæreditatibus art. 3. ſeqq. Tit. XI. de vi art. 9.* cum ſtatutis Sleſvicenſ. *cap. III. IV. VI. X. ſeqq.* ſponte animadvertet utriusque Themidis conſonantiam. Præcipue probatio per juramentum duodecim virorum, vulgo *Lagefeſt* h. e. legalium, vitæ & famæ integrorum, quæ in ſtatutis Sleſvicenſ. *c. 8. 24. 26. 32. 35. 62. 63. 65. 81. 88.* requiritur, conſona eſt ipſius avitis Legibus Angliorum Cimbrorum *Tit. I. art. 3. Tit. IV. art. 1. Tit. VI. art. 4. 8. Tit.*

Gibſoni.

Cypræi.

Concentus Legum Anglion. & Sleſvicenſium.

---

nos & poteſtas Imperatorum eſt & omnium anteceſſorum meorum ſemper fuit, DISTINXI, *diſtinctam ſtabilivi non ex mea* ADINVENTIONE *vel corde prolatam; ſed communi conſilio a me* RENOVATAM *&* AUCTAM *in melius.* Patet inde, Saxonum Germanorumque leges ætate Caroli M omnino fuiſſe antiquiores, nimirum anteceſſoribus ipſius *cognitas & probatas.* Nec dicit Carolus M jura ante illum non fuiſſe ſancita vel ſcripta, ſed indicat ſaltim: *illa juſſu ipſius fuiſſe diſtincta* h. e. in ordinem curatiorem relata, adeoque vel renovata ſeu confirmata vel aucta. Ad illa refer Saxonum antiquas Leges ſupra laudatas; ad hæc duas, quæ a. 788. & 797. acceſſerunt, capitulationes Caroli M. de *partibus Saxoniæ* & *de rebus Saxonum præcipue eccleſiaſticis*, editas ab *illuſtriſſimo* FURSTENBERGIO *in monument. Paderborn. p.* 320. CONRINGIO *de orig. jur. Germ. p.* 339. *ſq. &* BALUZIO *capitular. T. I. p.* 250-275. commentariisque illuſtratas ab EODEM *T. II. capitularium p.* 1039. præcipue a viris eruditiſſimis MEINERDS *tract. de ſtatu religionum ſub Carolo M. p.* 23. *ſq. &* GÆRTNERO *in notis ad Saxonum leges tres p.* 119. *ſeq.* Quodſi tamen hanc opinionem de Saxonum juribus ante tempora Caroli M. ſcripturæ mandatis dubiam vocare malueris; id nihilominus veriſſimum erit, jura Saxonum Caroli M. ætate longe eſſe antiquiora, innixa quippe diutius antea conſuetudinibus & moribus Saxonicis vel uſu atavito expreſſis vel prævio populi ſuffragio in comitiis promulgatis, ore præconis. Hæc vero ipſa jura dixeris ſancita, litterarum elementis quidem non expreſſa ſed ore prolata memoriæque hominum infixa, certe &, formula Jureconſultis ſolemni, *ſcripta* h. e. *promulgata.* Fuſius hæc ediſſeruit *Dn. de* LUDEWIG *in apologia originum juris Saxonici temporibus Caroli M. antiquiorum* quam ſubjunxit *præfationi ad Tomum X. reliquiarum p.* 70 a quo re ipſa haud diſſentit GÆRTNERUS *in præfatione ad Speculum Saxon. p.* 3. & *in notis ad LL. Saxon. p.* 11. *Concedamus*, inquit, *Legem* SAXONUM *continere receptos eorum ante Caroli ætatem mores, qui certe cum reliquorum Germaniæ populorum antiquis conſuetudinibus optime conſpirant, ſed juſſu demum Caroli factum eſſe ut receptæ illæ conſuetudines ſeu jura uſu comprobata in ſcripturam redigerentur.*

Præcipue quoad juramentum duodecim virorum.

Tit. VIII. art. 4. §. Nec obſtare puto, quod SAXO *u*) de Svenone Rege teſtetur, exoſos ipſi adeo fuiſſe ritus probationis per XII. viros ſacramentales, ut ordalia vetera, monomachiam ſeu duella maluerit revocare iisque præferre. Non enim hæc indignatio Svenonis ultra caſum quendam vel locum extendenda, nec applicanda eſt ad Sleſwicenſes in ipſa veterum Anglionum terra natos, quos ab obſervandis conſvetudinibus avitis, patriæ eorum innatis, arcere noluit nec potuit eo tempore, quo adeo novis beneficiis eos cumulare ſibique devinctos reddere e re ſua eſſe duxerat. Nec in ipſis antiquiſſimis Legum Sleſvicenſium codicibus aliiſque patriæ documentis ullibi veſtigium apparet, quod Sveno hanc antiquiſſimam legem XII. juratorum penitus apud Sleſwicenſes abrogaverit vel tantiſper uſum ipſius, ab ævo immemoriali florentiſſimum, cohibuerit ſubſtiteritque in locum ejus probationem *per duelli judicium.* Ut taceam, quod ante Svenonem Reges fuerint, qui de abrogando juramento duodecimvirali nonniſi incaſſum laboraverint. Conſtat id de *Rege* FROTHONE *magno*, qui primo Seculo Danis imperavit, tulitque legem: *ut de qualibet controverſia ferro decerneretur, viribus ſpecioſius quam verbis* (juramentis) *confligendum exiſtimans.* SAXO *hiſt. Dan. L. V.* Præcipue Rex Daniæ & Norwegiæ REGNERUS *Lodbrog* dictus, qui morem cauſas cognoſcendi per duellum vel per ordalia more majorum adprobaverat, mox meliora edoctus circa a. 820. ſanxit, *ut omnis controverſiarum lis, ſemotis actionum inſtrumentis nec accuſantis impetitione nec rei defenſione admiſſis, duodecim* PATRUM APPROBATORUM JUDICIO *mandaretur, cujus legis beneficio temeraria litium contractione ſummota, improborum calumniæ ſufficienter obviatum exiſtimans, arma in Britanniam erexit teſte* SAXONE *hiſt. Dan. L. IX.* WORMIO *monum. Dan. L. I. p. 72. 85.* Quod ſi nihilominus dictos articulos de juramento XII. virorum in Sleſvicenſium ſtatutis obvios reputaveris Svenois ætati imperioque incongruos; nequeo tamen a me impetrare, ut a communi ſchola perſuadear, quod hæc juramentorum argumenta laudato juri demum acceſſerint ex conſtitutionibus *v*) & codicibus *Waldemarianis* jurium Daniæ & Jutiæ Cimbricæ. Non enim quævis, quæ cum laudatis codicibus conveniunt, illis demum origines ſuas acceptas referunt. In dijudicandis jurium originibus non ad compilationem legum ſeu ad ætatem codicum earum; ſed ad ſanctionem jurium ſeu ad ipſa jura promulgata, ad fontes & præſidia, ex quibus compilatio coaluit, reſpiciendum eſt. Ipſi codices juris Danici & Jutici plurima legum argumenta non nova demum & a legislatoribus Waldemaro I. & II. recens inventa, ſed antiquiſſima jura, tum olim ſcripta, tum conſuetudinaria patria vel cognata complectuntur. Argumentum itaque de Sacramentis XII. virorum oriundum dixerim ex vetuſtiſſimis conſuetudinibus Gothorum ſeptentrionalium *w*), ex quibus in ſcriptas demum

Non repetendum ex Codicibus Danici & Jutici juris Sec. XII. & XIII.

---

u) *Hiſt. Dan. L. XIV. p. 263. Controverſiarum*, inquit, *jura hactenus ſacramenti religione ſubnixa ad paleſtras & palmas athleticas relegavit judicumque rationis ſpeculationi debitum in ſola corporum exercitatione conſtituit.* Saxonem preſſe ſequitur CRANZIUS *Dan. L. V. c. 32. Rex Sveno controverſias jure dirimi ſolitus ad antiquas pugnæ diremtiones & duella revocavit.*

Conſtitutio Waldemari I.

v) Vide SAXONEM *hiſt. Dan. L. 10. p. 18.* & RESENIUM *in notis ad jus aulicum Canuti II. p. 642.* ibique de Waldemari I. conſtitutione a. 1163. promulgata de abrogandis ordaliis & obſervando judicio *XII. juratorum.*

Origo judicii duodecimvirali Gothica. Conſenſus Hickeſii.

w) Recte hoc docuit HICKESIUS *diſſert. epiſtolar. de uſu linguarum veterum Septentrional. p. 40.* cujus opinio ſummatim huc redit: *Primos omnium* GOTHOS *hanc politiæ rationem in Scaniam & terras arctoas invexiſſe ita ut Rex quisque Septentrionalium, vel ipſius vicarii judices provinciales curiæque præfecti, ad cognoſcendam cujuscunque cauſæ judiciariæ civilis & criminalis veritatem elegerint adſciverintque ſibi* XII. VIROS *adſeſſores juratos, quorum tamen nominatio progreſſu temporis ipſis litigantibus indulta fuerit.* Ex quo decemviratu jurato *judiciali* ſeu *forenſi* ipſum deinde probationis ſeu purgationis modum per duodecim juratores originem traxiſſe omnino opinabile eſt. Cum HICKESIO paucis exceptis ſentit NICOLSONIUS *diſſert. epiſtolica de jure feudali veter. Saxon. p. 12.* ubi addit: *Norwagos certe Scrutinium hoc duodecimvirale, tam in jure bell. quam pacis locum obtinuit, ſic enim in veteri illorum jure aulico* (hirdſkraa) *proviſum legimus, quod* XII. VIRI *ad dividendam a Rege ordinati omnia ad vexillum regium portata, in duas partes dividerent, mos tamen iſte avitus Gothicus paulatim in deſuetudinem abiit apud Norwagos, Danos, Anglos, prævalentibus Ordalio & Duello.* Sed morem hunc antiquum finiendi lites per juramentum XII. virorum a *Regnero, Guthrumo, Waldemaro I.* Regibus Daniæ & ab *Ælfredo* aliisque Regibus Angliæ omnino reſtitutum fuiſſe ſupra expoſui. Probatiſſimæ vero fidei teſtimonium de duodecimvirali apud Svecos judicio exſtat in *Heimſkringla* ſive hiſtoria Regum Septentrionalium a SNORRO STURLESONIO conſcripta *ed. Holmiæ 1697. Part. I. c. XI.* in *Hervararſaga c. 14.* & in *Olafsſage c. 90.* ubi ita: *Advocavit Olaus Rex ſapientes ſuos, habuit autem quotidie circa ſe XII. ſapientiſſimos viros, qui in judiciis ſedebant cum ipſo & de rebus graviſſimis conſultabant.* Quibus addo fidem Legum antiquiſſimarum vetuſtiſſimæ Sveonum metropoleos Biorcæ ab HUDORPHIO *editarum c. XI. n. 1. Qui animo irato in vicini domum pertranſierit, & ipſum plagis percuſſerit, mulctetur tanquam pro integro Kungsfadsore* (juramento regio, regi præſtito) *pro tuenda pace XL. ſcilicet marcas Regi ſoli & totidem in tres partes dividendas* (inter Regem, Judicem, actorem) *ſi nulli adfuerint teſtes* NEMDÆ *ſive* XII. VIRORUM *judicio res committatur.* Plura egregia de hac Næmda & Næmdariis ſeu XII. judicibus occurrunt in legibus Wiſigothicis cum notis LUNDII *editis ab* OLAO RUDBECKIO *titulo de judicio territoriali p. 60. ſq. c. 2. 3. 6. 7. 9. 10. ſq.* & *in Jure* CHRISTOPHORIANO *tit. 1. c. 32. ſqq. apud* LOCCENIUM *in LL. Sveciæ regni provincialibus p. 22.*

Fides veterum Annalium Legumque Sveciæ.

Nemdarum.

Quæ

mum Leges *Anglionum, Saxonum, Teutonumque* antiquas mox recenſendas; ex his in leges *Anglo-Saxonicas Sec. VI.* & demum Sec. XII. & XIII. in codices Legum *Sleſuicenſium Danorumque* & *Jutarum* dimanavit. Nec ſola itaque nec prima omnium jura illa WALDEMARI I. *Danica ſeu* SCANICA *Tit. XI. XII.* & SIALANDICA *Tit. VII. ut* & WALDEMARI II. JUTICA *Cimbrica L. I. c. 23. 26. 34. 50. L. II. c. 27. 35. 80. L. III. c. 27. 33. 52. 54.* dicenda ſunt, quibus ſancitus reperiatur probandi modus XII. juratorum Sec. XII. & XIII. Laudarunt eundem antea diutius Regnerus *Ladbrogius*, *Haraldus* aliique Reges Danorum; uſi ſunt iſta juſtitiæ & probationis forma ab antiquo ævo Sveci ac Norwagi & præcipue inſtituti hujus obſervantiam probant ipſæ leges in Germania Angliaque ſcriptæ à Sec. V. usque ad XII. inter quas ſunt *Leges veterum* SAXONUM *Tit. I. art. 3. 4. 5. 7. 10. Tit. II. art. 3. 4. 5. Tit. X. art. 4.* Leges FRISIORUM *Tit. I. de homicidio art. 2. 6. 10.* Pactus Legis FRANCORUM Salicæ *Tit. LXIII.* CAPITULARIA Regum Francorum in pacto Regum Childeberti & Clotarii circa a. 593. art. II. Jura LONGOBARDORUM x) Saxonum Cimbrorumque concivium vel conſanguineorum *L. I. F. Tit. IV. § 2. Tit. 10. 26. L. II. Tit 33.* Capitularia CAROLI M. L. III. c. XXII. Foedus ALFREDI Regis Anglo-Saxonum & GUTHRUMI Regis Dacorum & Nordhumbriæ circa a. 878. initum c. III. *y*) apud WILKINS *p. 47.* Leges Anglo-Saxonicæ Regis HENRICI I. circa a. 1106. c. 66 *d. l. p. 263. z*) & Statuta Anglo-Saxonica de XII juratoribus, quæ vulgo dicuntur ASSISÆ h. e. decreta Regis Angliæ HENRICI II. *a*) qui a. 1154. regnum iniit, coævus ipſi Svenoni & Waldemaro I. Regibus Danorum. Miror itaque rerum Saxonicarum ſcientiſſimi HIKESII errorem, quem fide ſolius POLYDORI *hiſt. Anglic. l. IX.* incruſtavit, ſtuduitque propellere operoſa plane induſtria *in diſſert. epiſtolari p. 33--50.* ſummatim in hunc ſenſum: SAXONES & CIMBROS JUDICIA & JURAMENTA *duodecim virorum penitus ignoraſſe, nec hos, ſed* NORMANNOS *demum* (qui Britanniam, Scotiam & Walliam circa a. 1066. ſubjugarunt) *duodecimviratum ſacramentalium in Angliam introduxiſſe tempore Wilhelmi I. Conqueſtoris.* Confutabunt hoc aſſertum vel ſolæ *Anglionum Saxonumque Leges* ſupra laudatæ, ipſaque *Danorum*, qui poſt Anglo-Saxones circa a. 801. diutius ante Normannos Angliam ingreſſi erant, inſtituta duodecimviralia ab ipſis Regibus Anglo-Saxonibus *Ælfredo, Henrico I.* aliisque approbata diu ante Normannorum adventum. Laudem quidem meretur Hickeſius, quod in documentorum obſtantium examine *judicium Decemvirorum* ſeu XII. aſſeſſorum à judicio *probationis* per duodecim juratos probe diſtinxerit, quod utrumque ſæpius confundunt Anglici ſcriptores NICOLSONIUS *d. l. p. 10.* SPELMANNUS *gloſſar. p. 328.* EDUARDUS COKUS *Inſtit. Jur. Angl. p. 27.* SELDENUS *in Jano Anglor. p. 36. & p. 41.* in eo tamen ipſe fallit, quod Saxonibus Germanis & Anglo-Saxonibus apud Britannos plane abjudicaverit p. 36. 41. ſq. uſum quin adeo notitiam tum *delatorii*, tum *judiciarii Decemviratus.* Certe probatorium illud decemvirale

Cognitum Germanis Sec. V. VI. ſq. præcipue Saxonibus, Friſis.

Anglo-Saxonibus.

Diſſenſus Hickeſii.

Reſponſio ex hiſtoria Legum.

Quæ cum ita ſint facile aſſentior CAROLO LUNDIO, JCto Sveco, qui *in Zamolxi c. 3.* altiſſimam originem judicii decemviralis vindicat ODINO *Regi* ex Aſia demum in Scaniam advenienti primoque regnorum Septentrionalium fundatori. Certe in præfatione *Eddæ Islandorum* a RESENIO *editæ* XII. PRÆFECTI apud Scanos ex æquo & bono lites dirimentes ita laudantur: *Ibi Odinus, quemadmodum in Troja conſtituit duodecim præfectos, ſtatuit in urbe Sigtuneaſi, qui jus dicerent.* Non vero eſt, ut hunc locum HICKESIUS *d. l. p. 39* arripiat in eum finem, ut natales hujus judicii apud Anglos vindicet Normannis ſuis e Scania oriundis. Optime hoc dubium convellit NICOLSONIUS *d. l. f. XI. Meminiſſe*, inquit, *oportebat Hickeſium, quod ab Odino genus omne noſtrum* (Saxonicum & Anglicum) *regale originem duxerit. Ex filiis enim Wodini ſeu Othini proavus erat Hengiſti & Horſæ, qui primum Saxonum veterum turmas in Britanniam duxerunt.* Quin Odinum primas, poſt egreſſum ex Aſia, ſedes poſuiſſe in Saxonia (procul dubio antiqua) indeque in *Jutlandiam* migraſſe teſtatur *Edda* STURLESONII *in prolegom.* ex qua æque conſtat, illum XII. viros eminentiores (*tolff hofudmenn*) ad jus publicum adminiſtrandum conſtituiſſe. Poſtea Odinus ulterius verſus ſeptentrionem progreſſus eſt, ibique filiis, *Semingo* regnum Norwagicum, *Skialdo*, a quo Reges Daniæ genus duxiſſe putant, diſtribuiſſe fertur.

Hiſtoriæ & Othini.

x) Recte obſervat BLUTINGIUS *obſerv. Juris Cimbr. obſ. 5.* quod Longobardorum ſacramentum cum VI. vel XII. Parentibus ſeu cognatis conveniat cum juramento Cimbris Jutisque conſueto, vulgo *Kionſeid*, Dithmarſis *Kuffteide*. Adde quod Longobardi *L. 1. Tit. 9. L. 23.* modum probandi per duella improbaverint, in homicidas etiam eandem poenam ſtatuerint *L. 1. Tit. 9. L. 21.* quam infligendam præſcripſerunt ſtatuta Sleſvicenſia *titulo III.*

Kionſeide Cimbrorum Longobardorum.

y) Ibique verba: *Si quis Regis miniſtrum homicidii incuſet, ſi ſe purgare audeat, faciat hoc XII. miniſtris Regis* (Thanis) *ſi quis autem miniſtrum incuſet, qui minoris cognationis ſit, quam Regis miniſter excuſet ſe per XI. ſui æquales & unum Regis miniſtrum. Et ita in qualibet lite quæ major eſt quatuor mane uſis. Et ſi non audeat ſolutio ſit triplo major quam æſtimata eſt.*

Leges Anglo-Saxonicæ.

z) Ibique: *Si neget aſſumat duodecim Juratores & ipſe ſit* DUODECIMUS. Plane ut in *Lege Saxonica* cautum eſt. Et porro: *Nominentur ei* (reo) *XIV. & acquirat ex eis undecim conſacramentales, in furto & incendio habeat XXX conſacramentales.*

a) Apud WILKINSIUM *d. l. p. 328.* ubi de origine aſſiſarum & recognitionum per XII. juratores agit. *Aſſiſas*, inquit, *inſtituit Rex Hinricus II. ad duelli aſperitatem auferendam.* Deſcripſit has aſſiſas integris aliquot libris RANULPHUS *de* GLANVILLA *de LL. & conſuetud. Angliæ præcipue L. II. c. VII. ſq.*

Aſſiſæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Exuſu juramenti duodecimviralis probatorii & judiciarii apud Cimbros Sec. IV. V.

virale inſtitutum floruiſſe apud Cimbros Saxones, ex ſupra allatis Legibus antiquioris ævi abunde conſtat, quarum reliquiæ hodieque ſervantur in recentioris ævi Legibus Cimbricis, Friſicis *Sec. XV. XVI.* & Ditmarſicis a. 1447. *art. 26. a. 1538. art. 245. b*) Nec dubii quicquam ſubeſt de Cimbrorum Saxonumque judicio decemvirali, cujus ex quinto Seculo & forte ex altiori ætate uſum aſſerunt annales & monumenta fidei exploratiſſimæ. Sane niſi veriſſimum admodum tamen opinabile eſt, quod CAROLUS LUNDIUS & ex eo NICOLSONIUS & HICKESIUS citatis locis aſſerunt, Othinum Regem mores Aſiaticos & Gothicos in varias Germaniæ partes tranſtuliſſe & inter hos præcipue formam judicii duodecimviralis introduxiſſe. Confirmat hanc opinionem ROBERTUS BRADEJUS *in abſoluto opere hiſt. Angl. p. 76.* aſſerens: *quod ex vetuſtiſſimo hoc decemviratu orti ſint apud veteres Germanos decantatiſſimi Scabini & Rachinburgii in dicundo jure comitum Aſſeſſores & Socii tribunalium, horum vero propago certe veſtigia reperiantur apud Britannos in XII.* THANIS *ſeu judicii juratis Senioribus.* Hos vero XII. Thanos Anglorum, me quidem conjiciente, Anglo-Saxones noſtrates in Angliam invexerunt & rectiſſime conveniunt cum XII. judicibus Holſis ſeu Saxonibus antiquiſſimi Saxonum Cimbrorumque duodecimviralis judicii Senioribus, quorum memoria hodieque perennat in *Holſatia* & *Cimbria.* Apud Holſatos enim in judiciis ruralibus inclitum nomen eſt XII. Holſatorum ruricolarum (vulgo XII. *framen Holſten*) qui cauſis dijudicandis ac finiendis intetſunt, vulgo *bey Ding und Recht, bey Lording in Findung der Urthel.* In terris paluſtribus Holſatiæ (*Cremper- & Wilſter-Marſch*) ſolemni judicio rurali ſecundæ inſtantiæ vulgo *Göding, Lad Göding* adſident XII. Seniores (*XII. ſichere Holſten*) qui januis apertis ſententiam ad illos more appellationis devolutam mox vel confirmant vel corrigunt. Plura habent FUCHSIUS *in proceſſu Holſat L. I. c. 15.* & STATUTA *Neomonaſterienſia art. 8. von geſchuldenen Urtheil.* Apud Cimbros etiam nunc judiciis pagorum & præfecturarum vulgo Ladting interſunt XII. ruricolæ, *die XII. Egere* vel *Eygermenne* h. e. poſſeſſores proprietarii, qui cauſas agrarias, viales aliasque circa pagos & campos controverſas cognoſcunt, quin juramento definiunt, *c*) de quibus jus Cimbricum ſeu *Low-Buch L. I. c 52.* ita diſpoſuit: *Twiſchen Tœffte,* (terram pagi) *unde de forte* (communem viam *Farth*) *ock twiſchen Töffte und Ackerland, twiſchen Hölting und Ackerland, twiſchen deelden Lande unde Anbeginne, Opkoff geheten, ock omme des Königs Herſtraten ſchollen XII.* EGER *mit eren eden kennen; ſyn da ock nich 12. Manne in dem Dorpe, ſo ſchal men ut dem negſten Dorpe ſo vele nehmen bet dat erer XII. vull ſyn, wat de XII.* MANNE *wann ſe gerichtlick thogeeſchet ſyn, unde uppe dem dinge en tho gefunden is, up einen gewiſſen dach darumme to eſchende, ſchweren, dat ſchal by Macht bliven.* Quæ verba Canutus epiſcopus in commentario ad Jus Juticum latine expoſuit: *Inter fundum & fortam, inter fundum & aghrland inter ſilvam & aghrland & inter partes quæ dicuntur delt & omnia principia* (rectius forte inter partem agri unius & initium fundi alterius) *& de ſtrata Regis debent XII. compoſſeſſores ſuo ſcire juramento, & ſi in villa non ſunt XII. recipiat tot de villa proxima, donec XII. fiant & quid illi XII. legitime ad id vocati juraverint in recto termino de* PLACITO *ſumto, ratum erit & firmum.* Explanatior vero eſt KRABBII interpretatio germanica: *Zwiſchen dem Felde, Tofft genennt, das nechſt bey eines Mannes Behauſung liegt und dem Austriebe zur Viehweide, Forte genannt, oder zwiſchen Tofft und andern geacktern Felde und zwiſchen einen Stumpff Grundes, das*

XII Thanorum apud Anglos origo Anglo-Saxonica. Eorum convenientia cum XII. Holſis, antiquis Saxonibus.

Et cum XII. Cimbris proprietariis.

Jura Femarienſium, Ditmarſorum, Holſatorum.

b) Item *jure antiquo Femarienſi* Sec. XIV. conſcripto ac confirmato a JOANNE comite Holſatiæ *Nyburgi a.* 1326. *art.* 1. de judicio decemvirali: *Schölen de Lüde hebben in dem Lande to Femern twölff* SCHWAREN *alle Recht to* DELENDE. *Art* 2. *Heſſt dat Land in erem Rechte: Wer et, dat ein Mann dot geſchlagen were, wer dar ſchuldig an is, de ſchall unſeren Herren geven to Holſtein beteren* 30. *Marck Lübſche Penning, und dem Cläger* 60. *Marck. Art.* 5. *Sede ſick jemand unſchuldig, ſo ſchall man ehm nöhmen* TWÖLFF MANN *umb einen doden Mann auver alle dat Land.* Art. 11. *Schölen ſe Buerſchwaren hebben, in jeglichen Dorpe de verſprackene Buerſchwaren de mögen ſpreken alſe de Landſchwaren ſpreken, dat ein Recht is.* Art. 13. *Allerley Recht dat de Landſchwaren delen, dat ſchall ſtede bliven und nenerley Recht is von dem Lande to dem Graven to beſchüldigende.* Finiunt hæ leges notabili cautione: *Dit beſchrevene Recht willen wy und Unſe rechte Erven trüe Lüde weſen unde ewiglich to blivende vor dith Recht to holdende hebben* GELAVET *die Edlen Förſten und Herren König Woldemar von Dännemarcke, Gerhard und Hartig to Jütland und Graff Aleff von Schwenborg mit uns dit lavede, tägen diſſe Riddere de mit Unſern Ingeſegeln ehre Inſeeghele hiertho gehanget hebben to ener ewigen Dächtniſſe.* De juramento decemvirali diſpoſuit etiam jus Ditmarſicum vulgo *Landbok de a.* 1539. *art.* 27. *ſq.* In civitate Sleſuicenſi juramentum XII. virorum demum abrogatum eſt A JO. ADOLPHO *a.* 1606. Quemadmodum etiam alia ſtatutorum Sleſvicenſium capita *art.* 36. pœna homicidii *art.* 33. juramentum per reliquias ſanctorum, *art* 48. pœna injuriarum ſunt abolita. Ceterum ipſum, quod in ſtatutis & juribus Cimbricis præcipue Jutico præſcriptum eſt *duodecim virorum teſtimonium juratum* perinde laudatur in veteri jure pagorum Holſaticorum vulgo *Holſten Land-Recht, Ding und Recht*, relicta tamen non litiganti ſed judici poteſtate nominandi & præſentandi juratores.

c) Faciunt huc quæ notavit BLUTINGIUS *in gloſſis ad Jus Juticum h. l. p.* 191. *& L. II. c.* 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

das da Dielt heiſst, und andern Gräntzen, Uebeff genennet, und des Konigs Heerſtraſſen ſollen zwölff beſeſſene Grundeigene Bauren mit ihrem Eyde entſcheiden, und was dieſelben zwölff auf dem Dinge mit Rechte dazu genennt und beruffen auf einen beſtimmten und ihnen für Gericht fürgelegten Gerichts-Tag mit ihrem Eyde bewähren, das ſoll bey ſeiner Macht bleiben. Præcipue huc pertinet antiquum judicium XII. Cimbrorum Bondonum jura- *XII. Cimbris Bondonibus.*
torum (vulgo *zwölff gute Hardesboeden oder Stock-Neffen, Hardes-Neffen*) qui a Præfecto pagi ſeu judice loci (*Hardes-Vogt, d) Döhmer*) eliguntur ac nominantur, ut cauſas civiles & arduas plures, eccleſiaſticas, criminales, in tribus diebus judiciariis hodie ex reſcripto Regis Chriſtiani III. ſimul cum ipſo cognoſcant & ſententiam dirimant, cujus judicii formam deſcribit Jus Cimbricum L. III. c. 64 & THORDO *in concordantiis ad Jus Jutic. §. 21.* Nolo quicquam commemorare de XII. Fimbriæ judicibus ſeu Femarien- *XII. Fimbris & Friſii.*
ſium ſenioribus vulgo *Landſchwaren*, æque ac de Friſiorum Eideroſtadenſium antiquo judicio duodecimvirali, quod cum XII. Holſatorum inſtituto fere coincidit & ab HEIMRICHIO *c. l.* & in legibus antiquis Friſicis laudatur ſub nomine *der Dingſtelle, des ſtahenden XII. Mannen Dinges by Manſchup un by ehrer Ehre.* Vide nunc, quam recte hæc inſtituta veterum Saxonum & Cimbrorum conveniant cum ipſis judiciis decemviralibus apud *Anglos* introductis. Regium adeſt teſtimonum ETHELREDI qui Anglo-Sa- *Probatio ex Legibus Anglo-Saxonicis Ethelredi a. 979.*
xoniæ regnum auſpicatus eſt a. 979. & in Legibus apud *Venetungam* ex conſilio ſapientum ad pacis emendationem latis c. 4. apud WILKINSIUM l. c. p. 117. & SPELMANNUM *gloſſar. p. 328.* ita ſtatuit: *Et ut habeatur conventus in quolibet Wapentachio* (ſingulis centuriis) *& exeant* SENIORES *XII.* THANI LIBERÆ *conditionis viri &* PRÆFECTUS *cum eis &* JURENT *ſuper ſanctuarium, quod notint ullum inrecte accuſare nec ſontem abſolvere vel protegere.* Sub ejusdem Regis auſpicio, adeoque diutius ante Normannorum adventum prodiit circa a. 1010. Senatus conſultum Sapientum nationis Anglo Saxonicæ *ex Legibus nationis Anglo-Saxonicæ a. 1010.*
de monticolis Walliæ apud WILKINS *p. 125. c. 3: Et debent XII. Jurisperiti jus dicere Wallis & Anglis VI. Angli VI. Walli perdunt omnia, quæ illis propria, ſi injuſte decernant.* Quibus demum accedit ipſa *Hickeſii* doctrina, conſuetudinibus vetuſtis Cimbricis ac Anglo Saxonicis plane conſona, quam *d. l. p. 40.* in notis adſtruit: *Duodecim viri* (apud Britannos) *damnant vel abſolvunt, ſed non judicant, vel ut nos dicimus, penes eos eſt facti probatio vel improbatio vel in cauſa omni, quod factum decernunt & ex eorum judicio, quod* VEREDICTUM *e) dicimus Judex vel judices ſententiam proferunt & de jure pronunciant.* *Et moribus hodiernis Anglorum.*
Porro laudamus quartoque loco reponimus *antiquas Leges* SAXONUM Seculo V. VI. con- *IV. Leges Saxonum Seculi V. VI.*
ſcriptas, ab Imperatore Carolo M. ſtabilitas & adauctas *Sec.* VIII. quarum veſtigia exſtant in ipſis ſtatutis Sleswicenſibus in capitibus de *vulneribus, homicidiis, furtis, hæreditatibus.* Supra docui, Cimbricam cherſoneſum non ſolum ab Anglis ſeu Cimbris Jutis, ſed etiam a *Saxonibus* inhabitatam fuiſſe; quod verum adeo eſt, ut a Saxonum com- *Ratio hiſtorica.*
munione ipſi Cimbri a Britannis præcipue *Sec. V.* appellati ſint *Anglo-Saxones*, terraque *Heli-*

---

d) CANUTUS *in concordantiis ad jus Juticum* hoc nomen, quod Gothicum omnino eſt, minus recte expli- *Convenientia Hardarum judicii Cimbrici ac Sveogothici.*
cuit *executorem Regis.* Rectius omnino dixeris judicem vel advocatum tractus alicujus ſeu territorii Docent hoc LOCCENIUS *in lexico juris Sveogoth.* & VERELIUS *in indice linguæ veteris Scytho Scandicæ ſeu Gothicæ. Namd* inquit, *eſt judicium ordinarium XII. aſſeſſoribus conſtans, dictum a* NEMNA, *denominare, eligere, quod a litigantibus denominabantur, ſex ab actore & totidem a reo, qui rem controverſam inſpicere & ſententiam terminare debebant cum ſuo judice ſive* HAEREDZHOFDING *i. e judice territorii.* *Næmdæ etymon.*
Quæ ſingula conveniunt cum judicio Bundonum Sleſvicenſium. Unde nova conjecturæ, quam ſupra de XII virali judicio a *Gothis* oriundo innui, facula præfertur. Cui addo lumen ex ipſius VERELII *notis ad Hervarar Saga c. 14: Ab ultimis*, inquit, *retro temporibus moris fuit apud majores noſtros in omnibus controverſiis dijudicandis, tam in infimo foro quam interm dio & ſummo, præter* PRÆSIDEM, *qui in iſto* HERDSFOHDING, *in illo* LAGMAN, *in hoc* REX *ipſe erat,* DUODEC M *ſelectos viros adhiberi, quorum conſeſſus* NÆMD *dicitur, a ſelectis ſcilicet illis judicibus, qui ab utraque litigantium parte nominabantur, poſtea deprehenſum magis ex uſu eſſe non requiſita litigantium nominatione, XII. hos judices conſtitui auctoritate publica non in cauſas ſingulas ſed omnes judicandas, ita tamen ut litigantibus integrum eſſet contra hunc vel illum excipere. Ita etiam duodenarium hunc numerum negotiis omnibus ſiſſi ere arbitrabantur, ut ne in regium quidem ſenatum plures ſimul adhibiti ſint quam XII.* Et ex laudati LUNDII *Zamolki c. CXI: Numerus duodecim aſſeſſorum in judicio cujuslibet regionis nec non territorii minoris vulgo* HERAD *ſeu* HUNDARI, *cum hodieque centum pagis habitetur, jam inde ab antiquo conſtanter obſervatus eſt, aſſeſſores tamen ſeu* NAMDAMANNI *non judices vocantur, judicibus enim vere ſic dictis facultas competebat cognitam cauſam, & diſcuſſam a Nemdariis, prævio ſacramento dijudicandi. Aliud igitur eſt ſimpliciter damnare & abſolvere* (*quod eſt* TOLFFMANNA *ſeu XII. virorum*) *aliud ferre ſententiam. Hinc in antiquiſſimis fragmentis legum ita: Quem duodecim iſti aut ſeptem ex illis condemnant, damnatus eſto. Si pares ſint, ad meliorem juris antiquiſſimi, ſex abſolventibus ſex condemnantibus, vincit ſententia liberantium*

e) Cimbris & Danis hodieque dicitur ſententia *veridicorum* virorum honeſtæ famæ probæque fidei & veritatis vulgo *Lowmahl der Sandmænner, Hardesmanne ſeu Næffninge*, de quibus *Jus* CIMBRICUM *L. II. c. 1. 2. 3. 6.* DANICUM *ſeu Stalandicum novum L. 1. c. 6. art. 5. L. 16. a. 1.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et legalis.

Heligolandia olim dicatur *Saxolandia.* Inde eſt, quod Leges *Anglionum* & *Saxonum* admodum invicem conſpirent, quin inſigne argumentum de *Hergewetta & Rhedo ſeu Gerada*, quod primum in legibus Anglionum & Werinorum *Tit. VI. c. 5. 6. Tit. VII. c. 3.* occurrit, tranſierit in Leges Saxonum, quæ itidem ex Legibus Anglionum *Tit. I. c. 8. Tit. 6. c. 2.* adoptarunt diſtinctiones inter *lanceam* & *fuſum* h. e. inter cognatos (*Schwert und Spilmagen*) & inter *mobilia & immobilia*, *bona hæreditaria*, docente THOMASIO *in ſelectis feudalibus.* Mira certe Legum Saxonicarum exſtat ubique conſonantia non ſolum cum Legibus Sec. VI. VII. & VIII. veterum Friſionum, Svevorum ſeu Alemannorum, Bojorum, Francorum & Lombardorum; ſed præcipue etiam cum Legibus *Anglo-Saxonicis f)* a Sec. V. uſque ad XIV. in Britannia promulgatis, *Danicis g)* itidem & *Normannicis*, *Svecicis*, *Batavicis* aliisque regionum juribus ac ſtatutis Sec. XII. XIII. XIV. ſpeciatim *Cimbricis* noſtris, *Holſaticis*, *Ditmarſicis*, *Suſatenſibus*, *Thuringiacis*, *Brunſoicenſibus*, *Saxonicis* & *Germanicis aliis.* Nec ſingulare hoc videri poterit iis, qui primam reſciverint Saxonum patriam ſeptentrionalem ſeu Holſaticam, migrationes deinde multiplices & amplificatas ſedes a Sec. V. uſque ad VIII. Quam quidem rem dignam dixeris, quæ ſummatim enarretur. Non eſt ut cum *Witechindo* Saxones ex Græcia & Macedonia, vel ex Alexandri M. navibus ad oſtium Albis terræ Hadeleriæ appulſis repetas, nec cum *Joanne Geropio* illos e Scythia communi advoces; ſatius eſt didiciſſe ex antiquiſſimis hiſtoricis, illos in Septentrione & quod opinabile eſt in Scandia præcipue militia & navigationibus claros exſtitiſſe & vel ante Chriſtum natum conſediſſe ad littora Oceani oſtiaque fluviorum Chaluſi & Albis, nauticis expeditionibus & pyraticæ intenti, per fretum Britannicum vicinas deinde aremoricas & diffitas gentes alias ſenſim deprædantes. Non deſunt, qui Saxones jam olim ſub Foſorum, Svardonum vel Cattorum nominibus delituiſſe conjiciunt, opinabilius vero illorum videbitur aſſertum, qui illos ſub Cimbris ante Chriſtum natum comprehenſos fuiſſe putant. Audi PAULUM CYPRÆUM *tract. de origine Saxonum, Cimbrorum Vitarumque & Anglorum ed. 1633 c. 2. In ea ſumus ſententia omnia illa, quæ tam apud Græcos quam Romanos de Cimbris aſſeruntur, ad Saxones pertinere, ut qui proximi vicini (in dorſo Cimbricæ cherſoneſus) & fere eadem gens fuit, quæque ſe ut intermedii Cimbris & Teutonibus illarum profectionis in Gallias & Italiam ſocios junxit. Saxo quoque Grammaticus, Danicus ſcriptor, Cimbricam cherſoneſum a* SAXONIBUS *olim habitatam, ipſos vero Saxones a Danis fuiſſe ejectos tradit. Plutarchus autem in vita Marii ſcribit, Cimbros populos germanicos eſſe ejus generis, quod ad borealem oceanum ſedem habet, homines fuiſſe magno corpore, & horrendis oculis, prædones dictos apud ipſos Germanos. Quare Marius juſſit milites ſupra vallum conſiſtere & hoſtes Cimbros intueri, ut formam illorum tolerare & vocem longe ferinam & a latinorum lingua abhorrentem perferre poſſent, atque apparatus inceſſuſque perdiſcerent. Quæ Cimbrorum ſpecies & Saxonum utpote ejusdem gentis hominum fuit. Manet certe in hodiernum diem ea proceritas corporum apud* THITMARSOS HOLSATOS & FRISIOS *boreales ut ipſa ſtatura facile ab vicinarum regionum hominibus dignoſci poſſint. Ea ratione etiam ad* SAXONES *pertinet, quæ de equeſtri armatura Cimbrorum Plutarchus idemque & Tacitus de Cimbrorum profectione in Gallias & Italiam circa a. 359. ante Chriſtum natum inſtituta, memoriæ prodiderunt. Et porro c. 3. Unde inducor, ut credam, populum qui hodie Helvetiam incolit Cimbrorum ſive Saxonum reliquias eſſe, quod magna ejus populi linguæ cum Saxonibus cognatio arguit, & ſimilis quoque corporum proceritas in utraque gente confirmare videtur. Manet etiam hodie Cimbrorum nomen & veſtigia in Hercinia ſylva ut*

Mira earum conſonantia cum Legibus Germanorum, Anglo-Saxonum, gentiumque aliarum.

Ratio hiſtorica ex originibus Saxonum.

Teſtimonium Cypræi.

Exempla ex Legibus Æthelberti. Legum Anglo-Saxonicarum & Danicarum concentus. Spelmanni opinio de Heraldo, Legum Saxonum autore.

f) Habes exemplum in antiquiſſimis legibus Anglo-Saxonicis Regis Æthelberti *Lege* 34. quæ plane convenit cum lege Saxonica *Tit. 1. de vulneribus §. 7.* Plura vide apud JO. *de* LAET *in legibus Regum Cantiæ*, quas paſſim cum Legibus veterum Germanorum comparavit.

g) Exempla vide apud LOMBARDUM *in Archaionom. Anglicana*, quam caſtigatiorem edidit *Abrah.* WHELOCUS. Innumera alia obſervavit WILKINSIUS *in notis* quas legibus Anglo-Saxonicis ubique ſubjecit. Forte huic Legum Anglo-Saxonicarum cum Danicis conſonantiæ tribuendum eſt, quod HARALDO *Regi Daniæ* circa a. 984 florentiſſimo ipſarum legum Saxonum origines vindicentur a SPELMANNO *in gloſſar. archæologico.* Quam tamen opinionem, ab ipſa Legum Saxonum longe vetuſtiori *ætate*, *ſcriptura* & ipſis earum *argumentis* oppido reprobatam, confutare ſtuduit LINDENBROGIUS *in prolegomenis ad codicem L. L. antiquar. German.* meritoque rejiciunt LEIBNITIUS, CONRINGIUS, STRUVIUS, GÆRTNERUS & probatiſſimi ſcriptores antiquitatum & hiſtoriarum Juris Germanici Ipſe WITICHINDUS *Monachus Corbeienſis L. 1.* aliique hiſtorici, qui Heraldi Regis ætatem antecedunt, ad Saxonicæ gentis legem provocant eamque diligenter *deſcriptam* inveniri teſtantur, diviſamque referunt ex ævo Caroli M. in triformem legem, juxta triforme Saxonum genus orientalium, occiduorum & mediorum. „In ea tamen hæreo conjectura, Heraldum Regem veteres Leges Saxonum Friſionumque inſtauraſſe denuoque Cimbris ſuis, Friſiis Septentrionalibus, Holſatis, Dithmarſis, Saxonibus Transalbinis, æque ac Ciſalbinis præſcripſiſſe forte & emendaſſe, certe adauxiſſe.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ut puta Comitatus Dominorum a CIMBERN, *item loca denominata Waldt Cimbern, Herrn Cimbern, Rotten-Cimbern, Heiligen Cimbern, Marſchalchs Cimbern, ut Wolffgangus* LAZIUS *in libro de gentium migrationibus oſtendit. Fallitur autem in eo, quod Cimbros ex Dania penitiore in Herciniam ſilvam profectos opinatur; nam eo tempore tota Cimbria a Germanis habitata fuit, ipſique Cimbri a Strabone Ptolemæo & Tacito expreſſis verbis Germani nuncupantur. Dani vero & Gutæ, ut poſtea oſtendemus, Vitis Anglis & Saxonibus in Britanniam profectis, terrisque magna ex parte cultoribus deſtitutis in loca Vitarum & Anglorum ex* SCANDINAVIA *peninſula ſucceſſerunt, quod* PROCOPIUS *græcus Scriptor expreſſe affirmat.* Et in fine: *Proprie itaque & ad* SAXONUM *res geſtas ſpectat, qui idem cum Cimbris olim populus fuerunt, unaque domibus egreſſi ſunt. Qui vero ex Saxonibus aliisque Cimbricis populis, quorum multos Ptolemæus enumerat, in patria manſerunt ad Cæſarem Octavium Auguſtum nuncios miſerunt, quo in gratiam reciperentur dono dato ei lebete, plurima ſanctitate conſecrato. Ita res* SAXONUM *qui in patrio ſolo remanſerant ſecuræ & quietæ erant.* Eandem ſententiam ex inſtituto adſtruxit ENNO *a* WEYHE *oratione de Saxonum gentis inter germanicas antiquiſſimæ origine & ſedibus, ed Groeningæ 1635. ibique p. 8. 11. 12; Addo etiam Saxones Germanorum eſſe antiquiſſimos, hoc eſt ipſiſſimos atque, ut ita dicam germaniſſimos Germanos, quia nulli Germani antiquiores, in hiſtoriis memorantur* TEUTONIS & CIMBRIS: *hi autem ſunt, qui poſtea* SAXONES *vocati fuerunt, id quod origo eorum, ſitus locorum, quæ tenuere, lingua, mores, habitus ſive ſtatura corporum aliaque abunde demonſtrant. Evidentiſſime patet ex Ptolemæo,* TEUTONES *veteres, qui toti nationi germanicæ nomen dederunt, abſque omni contradictione eſſe illos* SAXONES, *qui ſic tempore* PTOLEMÆI *jam dicti ſunt &* PLINIO *cum Cimbris cenſentur pars Ingævonum & paulatim complexos Teutones, Cimbros, Cauchos, Svevos, Cattos, Chamavos aliosque populos complures. Nec diſſentit* STEPHANUS *de urbibus a Ptolemæo. Hic enim loquitur de primis Saxonibus & autoribus nominis illius, qui erant Teutones, ſcilicet quando jàm Cimbri in Saxonum nomen conceſſerant & ab his victi, ut ſupra probatur ex Danorum hiſtorico Silandico, erant, cum iisdem coaluerant. Adde, quod Teutoni (qui Saxones) ut tradit Mela, tenuerunt inſulam in ſinu Codano nomine* CODANONIAM, *quæ arguunt eos fuiſſe potentes in mari utrinque a Cimbrica Cherſoneſo. Et quæſo notate nominis illius progreſſum verſus ortum & occaſum. Primum* TEUTONOS *ſe vocarunt* SAXONES *mox* CIMBRI *ab iisdem ſubacti conceſſerunt in nomen* VICTORUM. Sed hæc quidem ſingula redeunt ad conjecturas quibus conjecturæ & argumenta opponi poſſunt. Ut enim taceam, Cimbrorum nomen vel Sec. V. vel aliis purantibus Secul. demum VIII. uſu eſſe deſiiſſe, nullibi Saxonum apud *Strabonem, Melam, Plinium, Paterculum, Tacitum*, qui poſt Chriſtum natum a. 75. ſcripſit, exſtat laudata memoria, licet Cimbros prolixe deſcripſerint collocaverintque verſus aquilonem inter duo maria germanicum ſeu orientale & Brittannicum occidentale. Primus qui Saxonum meminit eſt PTOLEMÆUS *Peluſiota Sec. II. Geographus & Mathematicus inſignis*, qui Saxones Cimbrorum concives & vicinos omnino laudat *L. II. Geograph. c. XI. de Germaniæ magnæ ſitu: Partem*, inquit, *quæ ſecus Oceanum eſt habitant ſupra Buſactores Phryſii uſque ad Amaſum fluvium; poſt hos Cauchi qui appellantur, parvi, uſque ad fluvium Viſurgim, deinde Cauchi majores uſque ad Albim fluvium, deinde ſupra* DORSUM CIMBRICÆ *cherſoneſi* SAXONES. Et paulo poſt: *Inſulæ adjacent Germaniæ ſupra Albis oſtia, tres,* SAXONUM *appellatæ.* Recte hæc verba de eo loco, ubi nunc eſt Holſatia, Cimbricæ Cherſoneſi vicinia, accipienda eſſe judicat AUTOR *monument. Paderborn. p. 80.* Explicuit eadem verba laudatus CYPRÆUS *d. l. c. 1. & 3: Habet hic*, inquit, *hiſtoricæ veritatis indagandæ ſtudioſus primævæ & veteris Saxoniæ limites Albim, Oceanum & dorſum Cimbricæ Cherſoneſi. Inter quos terminos nunc continentur Thietmarſia, Eideroſtadium, Friſia Septentrionalis, Vitæ Auſtrales. Alſen, Angelen, Holſatia, Wagria, Stormaria, cum contigua illa terra quæ nunc Saxonia inferior eſt. Res ita ſe habet: Saxonum ſedes antiquas auctore Ptolemæo eſſe ad Albis Septentrionale Littus ad oceanum & ad confinia Cimbrorum, ubi nunc Thietmarſia, Eidoroſtadium & Friſia Septentrionalis exſtant. Quibus locis etiam inſula vulgo Hugeland cum aliis, qui continenti prætexuntur inſulis viſuntur, quæ Ptolemæo, ut plerique exiſtimant, ſunt Saxonum inſulæ. Is ergo populus tractum eum tenens* SAXONUM *nomen obtinuit, ex quo (tractu) Saxonum gens cum* ANGLIS *ſeu* CIMBRIS *in Angliam egreſſa eſt a. 446. teſte* BEDA *Anglo Saxone in hiſtoria eccleſiaſtica gentis Anglorum.* Laudavit noviſſime hanc Cypræi explicationem vir excellentiſſimus JO. GUIL. *de* BERGER *diſſert. I. de eruditione Saxonis Carolini §. I. Saxonem dico, non ſuperioris hujus, quam nos incolimus, Saxoniæ civem*

Ennonis a Weyhe.

Ptolemæi locus.

Ejus explicatio.

Conſenſus Jo. Wilh. de Berger.

civem, sed inferioris illius, quæ sita erat cis & sedibus antiquioribus, trans Albim. Hujus enim Saxoniæ origines veræ & ultimæ trans Albim ita, duce Ptolemæo, quærendæ sunt, ut ejusdem fines Albi Oceano & cervice Chersonesi Cimbricæ, regantur. Quem quidem insignem sed vetustate remotissima subobscurum, Geographi Alexandrini locum unus omnium optime videtur explanare Paulus Cypræus, investigator originis Saxonicæ doctus, sagax vulgoque desideratus. *Eccardi.* Accedit assensus ECCARDI *rer. Francic. Tom. I. p. 897 seqq.* cujus opinionem, quæ nonnulla rectius declarat, in summam colligo: *His* inquit, *Ptolemæi verbis Saxonum sedes exacte describuntur quæ in Chersoneso Cimbrica ab Albis in oceanum influentis dextra ripa usque ad Chalusum seu Travum fluvium & per Ditmarsiam, Stormariam Holsatiamque usque ad Jutiam sese extenderunt.* *Tres Saxonum insulæ.* Ex SAXONUM *insulis restat Heiligelandia & Strandia, quanquam magna earum parte a fluctibus absorptæ. Tertia insula quærenda est ubi jam insulæ Sylt Fora & Amrom a mari furibundo disruptæ. Saxones itaque veluti omnes gentes Septentrionales, qui ab* ODINO *sive Wodano postea pro Deo culto, subacti antiquissimis temporibus fuerant, incruenta morte defungi inhonestum putabant, unde pyraticæ se præcipue applicuerunt, ad quam appositæ ad oceanum & Albis ostia siti erant. Ex Albis ostio commoda præcipue navigatio pro minoribus navigiis erat. Per vada enim quæ in littore Frisico usque in Batavos excurrunt & vulgo die* WATTEN *appellantur, secure itur, nec tempestates facile metuuntur. Inde in fretum Britannicum facili opera descenditur. Navigia habebant viminea & corio obducta quales Lapponibus & Groenlandis adhuc in usu sunt. Septentrionales cum* SAXONIBUS *mores, superstitiones, cultum Deorum Deosque eosdem habebant ab* ODINO *vel Wodano* SAXONUM *Principe postea pro Deo culto, in religione & vivendi ratione instituti, ut vetera monumenta Danica, Norwegica & Svecica produnt. Unde ex horum consuetudinibus vetustis ad* SAXONUM *consuetudines concludi licet. Primi illi sec. III. Aremoricum littus incursasse leguntur. Nec tamen eos tunc omnium primo ibi applicuisse sed a longo jam tempore atque antequam ipsis nomen a* SACHSIS *sive brevibus gladiis inderetur, pyraticam in illo exercuisse credo. Sachs veteribus cultrum magnum, aut gladium breviorem, qualibus nautæ adhuc utuntur, denotasse evidens est ex veteribus glossariis Theotiscis & Anglo-Saxonicis. Saxones iis præcipue usos* NENNINUS *in historia Britonum omnium primo prodidit. Cum enim narrasset Hengistum Saxonum Ducem cum Vortigerno Rege Britonum pacem fecisse: sed mox suos animasse ut seniores Britonum jugularent, Vortigernum ipsum caperent (quod & factum est) Hengistum sic suos alloquentem introducit: En* SAXONES NIMED EVRE SAXES, *id est, cultellos vestros de siconibus vestris deducite & in illos irruite &c. Gladios hujus generis breviores æreos & ferreos, in tumulis* HOLSATIÆ *& viciniæ, in Luneburgico item ericeto sæpius repertos memini. Cum itaque* SAXONES *demum denominati sint ab his* SACHSIS *sive gladiolis; hinc certum est, eos Ptolemæi geographi ætate jam arma ejusmodi gestasse, alias enim inde appellationem tunc habuisse non potuissent. Sed cum Tacitus, Strabo aliique vetustiores scriptores Saxonum nomen nondum habeant, hinc sequitur illos illorum tempore nondum sic dictos, atque eosdem tunc nondum quoque gladiis brevioribus, sed armis lapideis & osseis, ut reliqui septentrionales faciebant, pugnasse. Constabant vero Saxones, ut ex Tacito & Beda patet, Gambriviis, Marsis,* ANGLIS, *Vitis, aliisque populis* CIMBRICÆ *Chersonesi. Multa recte omnino hoc loco statuit* ECCARDUS, *licet* quoad tres Saxoniæ insulas plures *Opinio Emmii. Saxii.* dissentiant cum UBBONE EMMIO *L. I. hist. p. 31.* qui cum CRANZIO Heiligolandiam insulam Saxonum vocare malunt. Ita & PETRUS SAXE *in MSC. de Heiligolandia;* à quibus parum absunt, qui Saxonum patriam & insulas constituunt *Strandiam Frisiæ & Heiligelandiam*, quibus Cimbrorum Chersonesum seu *Jutiam* adjungit CLUVER *L. III. c. 22.* Sed cum HEIMRICHIO *chron. Fris. bor. p. 46.* alii tres *Cluveri Heimrichii.* insulas Ptolemæi nominant terras *Eideroſtadiam, Everschop & Utholm*, tribus fluviis Ei- *Weyhi.* dera, Hevera, Milda sponte divisas. A quibus longe recedit *a* WEYHE *c. l. 29. Sed quæ* inquit *sunt illæ insulæ Saxonum? nempe quæ utrinque a Cimbrica Chersoneso partim in mari baltico usque in Russiam patent, partim quæ in mari germanico ad Angliam seu Hispaniam pertinent, inde hæ insulæ recte olim dictæ fuerunt oppositæ littori Belgarum & Gallorum, ut probat* ORTELIUS *Geographus peritissimus.* Redeo vero ad Saxones nostros, quorum saltim sedes antiquas sollicitius quæro in hunc finem, ut solidior faciliorque evadat ulla de populi istius jure & legibus vage plerumque instituta disceptatio. Constare puto, Sa- *Saxonum sedes Sec. II. & III.* xones Sec. II. & III. in Holsatiæ Cimbriæque regionibus inclaruisse gloria præcipue expeditionum maritimarum. Seculo enim III. Saxones & Francos irca an. 270. ad Rhenum antiquas *Sicambrorum* Cimbrorum australium vel si mavis militum non equitatu vel terra, sed

sed navigiis marique pugnantium (*Seekæmpffer*) sedes possediſſe & in Galliam excurrentes circa a. 287. Belgica, Armorica & Gallica littora infeſtaſſe conſtat ex EUTROPIO celebri Sec. IV. hiſtorico Conſtantini M. Secretario & uſque ad Valentis imperium ſuperſtite. Teſtatur ille *in hiſt. Romana a* HAVERKAMPIO *edita a. 1729. L. IX.* de Carauſio quodam tyranno, quod præfectus fuerit littoribus armoricis ut mare pacaret, reprimeretque SAXONES *Oceani accolas & piratas*, quibus circa a. 287. Carauſius reſtitiſſe dicitur ſtrenue, famamque egregiam conſecutus. Quod idem aſſerit AUTOR *libri notitiarum imperii Orientis & Occidentis p. 151.* Seculo IV. frequentior eſt Saxonum memoria ampliorque migratio. Provoco ad teſtimonia quatuor virorum Seculo IV. celebrium ſcriptorum: AMMIANI MARCELLINI *hiſtor. R. libr. XVIII. XXVII. XXX.* CLAUDIANI *in carminibus panegyricis & poemate XLVII. Symmachi epiſt. lib. II. ep. 46.* & LATINI PACATI *in panegyrico Theodoſii Imp. a* SCHEFFERO *edito p. 15.* qui ſæpius *Saxonum* hoſtium ferocium meminerunt, eosque vocant populos *ultra Albim* primum ſedentes, deinde adjunctis ſibi gentibus Chaucis, ſub *Joviani*, *Valentiniani*, *Gratiani* & *Theodoſiani* imperiis, dominantes uſque ad Viſurgin & Rhenum, Francis confines & cum iis conjunctim Romanorum terras infeſtantes circa a. 370. Pulſis Gallis, Batavorum inſulam occuparunt, quod innuit AUTOR *vetuſti chronici Belgici rhytmici*, antiquorum monumentorum fide afferens, totam regionem infra Neomagum olim Saxoniam inferiorem dictam fuiſſe Scaldimque ejus conſtituiſſe terminum occidentalem *gg*). Prolixius has Saxonum irruptiones terra marique factas recenſent ſcriptores Seculi V. SIDONIUS *Apollinaris Lib. VIII. epiſtolar. ep. VI. IX.* & *in Carminibus XXIV. a* SIRMONDO *editis carm. VI.* OROSIUS *hiſt. adverſus Paganos III. 32.* ZOSIMUS *L. III.* SALVIANUS *de gubernat. Dei L. IV. VII.* qui omnes teſtantur, Saxones gentes in Oceani littoribus & paludibus inviis conſedentes, virtute, agilitate archipiratica, victoriis & invaſionibus etiam in longinquiora ora inſtitutis, terribiles apparuiſſe, ſibique acquiſiviſſe in novis ſedibus gloriam invidendam. Et ab hoc quidem ævo accidiſſe opinabile eſt, quod Saxonum pars, quæ Cherſoneſum Cimbricam egreſſa eſt, ſtirpi avitæ in patriis ſedibus relictæ primum nomen conciliaverit Parentum, Majorum ſuorum ſeu veterum Saxonum *h. e.* OLSATORUM *h*). Quamvis enim tantum non omnes hanc appellationem ab Anglorum Saxonumque itineribus ac triumphis Britannicis, ex Angliæ ſcriptoribus repetant; vincunt tamen hos omnes jure ſuo & ætate monumenta hiſtorica Germaniæ ſigillatim Weſtphaliæ, cui terræ parti Saxones Cimbricos Sec. IV. à Viſurgi proficiſcentes ſe intuliſſe, ex ſupra citatis teſtimoniis facile patet & explicatius probatur ab AUTORE *panegyrici Theodori epiſcopi Paderborn. L. II. c. XI.* docente: *Saxones hoc ævo Aliſonem caſtellum a Romanis olim conditum expugnaſſe & circa Luppiæ ſeu* BADERÆ *fontes præcipue conſediſſe, ipſos* PADERBORNÆ *oppidi primos architectos.* Quicquid id ſit, hoc tamen videtur omnino teſtatius, à Seculo IVto. certe circa a. 424. Saxones Cimbros in originariis *terris* ac *inſulis* ſubſiſtentes, vocari coepiſſe ALT-SAXONES; quin eodem ævo ipſos eorum olim conterraneos, novas circa Viſurgin Rhenumque ſedes inhabitantes, hoc nomine paſſim appellari. Cum vero Cimbriæ Saxones & Jutæ demum circa a. 450. vel ſi *Cambdeni* computum malueris, circa a. 438. Britanniam ingreſſi ſint; ſponte ſequitur, appellationem ALT-SAXONUM illis non demum a Britan-

Migrationes Seculo IV.

Origo nominis Olſatorum circa a. 424.

---

gg) Unde vero nomen Satorum vel Saxonum? ſunt, qui a portu ſeu littoribus navalibus illud repetunt, ad propugnacula circa fluvium provocantes quæ antiquis dicuntur *Saſſe, Vorſetzung*. Alii Saxones juſtitiæ cauſarumque ventilatarum laude conſpicuos dictos fingunt a *Sacke*, cauſa rixa. Quibus accinunt, qui illos vocatos putant a *Saxare*, prædari, inclitos quippe a crebris bellis & deprædationibus. A nobilitate illos appellari contendunt, qui Scythicum *Saiſon* h. e. nobile laudant, præeunte STRALENBERG *in deſcriptione Aſiæ*. Aliis placet vetuſtum theotiſcum *Saten*, ſociare, *Sate* unio foedus. Idem vocabulum etiam ſignificatum admittit *incolatus*. Unde ſunt qui Satos vocari malunt *ingævones*, indigenas, rectius patriæ primos habitatores ſeu incolas, inſaſſos, vulgo *Landſaſſos*. Quam opinionem ſpecioſam vocat SCHERINGHAMIUS *d. l. p. 27. ſqq.* de qua prolixius vide *in præfatione ad Tom. I.* Plures denique fidem ſequuntur hiſtoricorum Svecorum, qui Saxones a *Sax*, falce oblonga ſeu a pugione vocatos aſſerunt, eorumque reliquias oſtendunt ibidem in *monte Saxonum*, *Saxeberg*, lacu Saxonico *Saxeſion*, campo Saxonum *Saxeval*, Saxonia boreali & auſtrali *Norreſaxen* & *Sörſaxen*, quorum ſitum deſcribit RUDBECK *Atlant. Tom. I. c. VII. & c. IX. p. 396.* Quorum opinioni addi poterit teſtimonium Ducis ipſorum Anglo-Saxonum HENGISTI quod ex NENNIO retulit ECCARDUS *d. l. p. 901.* Debent vero verba ibidem adducta, ita legi: *Nimed ut your Saexeés.* Quæ lectio convenit *optimo* hiſtoriæ Nenni *codici Cottoniano* & *Ranulphi*. *Satorum etymon.*

h) Plurium horum memoriam recenſet JOANNES *a* BEERSCHWORT *in fragmentis & nominibus familiarum Weſtphaliæ a. 1624.* collectis, quorum autographum codicem poſſideo. Laudat hoc MSCt MEIBOMIUS *in notitia hiſt. inf. Sax. p. 110.*: ANTIQVÆ *Saxoniæ ſeu Weſtphaliæ nobiles familias tam emortuas quam ſuperſtites ex chronicis & tabulis magna diligentia collegit, ipſe antiquo & nobili genere ortus auctor, qui liber MSCt. dignus eſt, qui a pluribus legatur.* Plura notavit JO. DIET. *a* STEINEN *in Fontibus hiſt. Weſtphalicæ pag. 17.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ratio hiſtorica.

à Britannis inditam fuiſſe. Facile, puto, ex dictis colligi poterit, nomen hoc in ipſa Germania natum datumque fuiſſe avitis Saxonibus Cimbriæ cherſoneſi, horumque reſpectu paſſim etiam eorum concivibus, qui relicta patria antiqua in novis, vicinioribus tamen Germaniæ oris, *Teutonum*, *Marſorum*, *Tencterorum*, *Uſipetarum*, *Cattorum*, *Bructerorum Francorumque* ad Rhenum uſque conſederant, ea quidem ex ratione, ut laudati illi Saxones in *avita patria* & in *Germania* conſedentes, à reliquis Saxonibus diſtinguerentur, qui Sec. IV. V. ultra *Rhenum* profecti, cum *Romanis*, SYMMACHO *teſte* digladiati & præcipue inter *Gallias* regnum exorſi ſunt. Factum id aſſerit LAMBERTUS à WICKEDE *in majori chronico ſeu annalibus Weſtphalicis MSCt.* circa a. 420. cui aſſertioni facile ſuffragantur ZOSIMI, OROSII & ISIDORI teſtimonia. Ejusdem LAMBERTI fide ipſi etiam antiquiſſimi Gueſtphalorum nobiles & Landſaſſii, dicti ab *Oldenhoeven*, *Oltſtede*, *Saſſen*, *Saten*, *Aldenhuiſen*, *Olthuſen*, *Aldinkſaten* ad propaginem Septentrionalium, quibus originem debebant, Saxonum referendi ſunt, quorum avitæ memoriæ ipſos gentilitiorum nominum natales conſecrarunt *i*). Eandem etiam rationem recte ſubeſſe dixeris, quod Saxones circa Rhenum in expugnatis terris veterum Bructerorum Francorumque conſedentes, eodem *Alt-Saxonum* nomine paſſim collaudentur, quod nec ipſe inficiatur BEDA *L. V. c. XI. k*) Præcipue vero argumento huic pondus addit GREGORII II. Papæ epiſtola de apoſtolatu WUNEFRIDI BONEFACII origine Britanni ſeu Anglo

Idem nomen Saxonibus Weſtphalis commune uſque ad Seculum IX.

Anglorum Saxonumque memoriæ, in regionibus olim poſſeſſis, expugnatis. In nominibus variorum locorum.

Scriptorum Weſtphalorum error in laudando Saxonum orinine.

Friſiæque ſcriptorum.

Bedæ teſtimonium de Weſtphalis antiquis Saxonibus.

Ratio hujus appellationis.

Error Suffridi Petri.

Aliorumque.

Locus Bedæ explicatus.

i) Quod etiam ex JOHANNIS URSINI alias HERESBACHII *hiſtoria veteris Saxoniæ ſeu Weſtphaliæ P. I. L. 3. P. II. L. 2.* obſervavit COSMUS *a* SIMMERN *in opere hiſtorico & chorograph. MSC. L. VI. f. 212.* Addit: SAXONES *&* ANGLOS, *Cimbria relicta, in novis terris Chaucorum, Tencterorum & Francorum ſedisſe nominisque ſui memoriam præcipue reliquiſſe in appellationibus populorum, fluviorum, oppidorum, provinciarum,* ex quibus laudat *Angarios* (ſed hos jam Tacito, ſub nomine Angrivariorum, puto cognitos) *Angariam* vulgo *Engern*, *Angerorb*, *Angermünde*, *Gerrich* ſeu Emmericum, *Saſſenwald* prope Hamburgum, *Sachſenbergum*, arcem *Saſſenhuſen* e regione urbis Francofurti ad Moenum, *Sachſenſtedt*, Hildeſiæ, Haſſiæ *Saſſenſtedt*, montem *Saſſenberg*, pagum & caſtrum *Saſſenhagen* & *Saſſenburgum* Weſtphaliæ, *Satenhuſen* vicum Eichsfeldenſem; triplicem *Saxoniam*, *magnam*, *parvam altamque* in Palatinatu; *Sachſenheimum* Hollandiæ in parte Rheinlandia; *Saxim & Saxenhyſen* Friſiæ minoris, pluraque nomina alia. Quibus facile nomina alia adderes *Saxtorpium* Holſatiæ pagum, *Sachſenbandiam* Wilſtriæ Holſaticæ diſtrictum; quin ipſam SAXIAM *Romæ* ſeu hoſpitium S. Spiritus a *Friſiis* & *Saxonibus* in eam ſe partem Romæ recipientibus ita dictam fide UBBONIS EMMII *L. IV. hiſt. p. 68.* Quod quidem *Vrſini* aſſertum etſi vagum ſit, laudandum tamen eſt in ſcriptore e Weſtphalia oriundo cujus plerique cives, primos Saxones *ex Weſtphalia* in Jutiam & Britanniam migraſſe contendunt cum WINCKELMANNO *Notit. vet. Saxo Weſtphaliæ L. I. c. 5. p. 69. 90* Errori huic originem dederunt antiqui annales, quibus Weſtphalia VETUS *Saxonia*, Weſtphali *Ad-Saxones* dicuntur, abuſive magis quam congrue, certe non niſi ex ratione, cujus fundamentum & hiſtoria debetur ipſis Saxonibus arctois ſeu Cimbricis. Hi enim origine prima, regione & ſede antiquiſſimi ſunt Saxones, omnium reliquorum, qui e patria iſta emigrarunt, Parentes; ut itaque Saxones Weſtphalos & reliquos alios albiij conſedentes, non niſi ex hiſtorica derivatione & comparatione, non a ſedibus recens occupatis ſeu a prorogatione regionum, ſed a primo ſaltim ſanguine & domeſtico olim conſortio cum veteribus Saxonibus in Cherſoneſo cimbrica, appellaveris antiquos. Eundem tamen errorem ſequutus eſt CRANZIUS *Sax. L. I. c 20. ſqq. Metrop L. I. c. 3. L. IV. c. 14* ubi Anglos ex Angrivaria regione Weſtphaliæ in Britanniam trajeciſſe contendit. Pro *Friſis* ſuis ex adverſo pugnat VEBO EMMIUS *Rer. Friſicar. L. III. p. 41. 42 44* ubi antiquos *Saxones* & *Anglos Britones* a Friſiis ortos eſſe docet. Præcipue nominandus eſt SUFFRIDUS PETRI *Scriptor. Friſ. Decad. III. n. 2* inepte aſſerens, Anglos Cimbriæ a *Friſiis* exiiſſe & circa a 392. in Cimbricam cherſoneſum commigraſſe. Sed Emmii errorem confutavit JACOBUS VSSERIUS *in primordiis eccleſiarum Britannic. p. 391. ſeqq.* Suffridi Petri vero nænias contudit MÖLLER *Iſagog. P. I. p. 59.* Ad Cranzii vero & Winckelmanni aberrationes reſpondent HEIMREICH *chron. Friſ. bor. c. 3.* BOETIUS *de cataclyſmo Nordſtrand. L. I. p. 47. ſqq.* & ex inſtituto SUFFR. PETRI *L. II. de Friſiorum antiquit. c. 3. p. 273. uſque ad c. 14. p. 453.*

k) Luculenter enim teſtatur, BRUCTEROS & SAXONES VETERES *Ewaldos fratres Anglos qui chriſtianam fidem illis præd caverant in Rheno fluvio ſubmerſiſſe.* Antiqui vocantur, non quod GUNDLINGIUS *P. VI. Obſ. V. p. 92.* comminiſcitur intuitu Saxonum demum Britannicorum; ſed a conſortio olim ſibi communi Saxonum Cimbricorum quorum patriam jam tum Seculo IV. reliquerant; ut itaque omnino jam ante expeditiones *Britannicas* floruerint elogio Saxonum antiquorum. Optime LEIBNITIUS *in notis ad excerpta veterum T. I. R. B. p. 37: Sæpe,* inquit, *Weſtphali* ALTSAXONUM *nomine a veteribus deſignantur, quorum latius ſumtorum, ut comprehendant quicquid intra Rhenum & Viſurgim eſt, pars ſunt Angarii.* Ipſe etiam Beda Saxones in veterum *Tencterorum* deinde *Weſtphalorum* terris ſedentes adnumerat *antiquis Saxonibus Anglis* ſeu Cimbricis quibus quippe originem debuerant. Licet enim SUFFRIDUS PETRI *L. II. de ant. & orig. Friſ. p. 420.* contendat, Bedam duas ſaltim Saxonum ſedes, alteram *Jutiam* ſeu Cimbriam Nord-Saxoniam, alteram *trans Veſeram* Oſtphaliam terram Brunſwicenſem, Magdeburgenſem, Halberſtadenſem, iisque connexas alias noviſſe, ignoraſſe vero plane *partem Weſtphaliæ*, a Saxonibus quippe nunquam poſſeſſam; oppido tamen hæc fidei hiſtoriarum, antiqui præcipue ævi, contrariantur. Nec ipſe Auctor forte Bedam inſpexit qui *L. I. c. 11.* ipſos etiam *Angarios Saxones* laudat. Rectius GRYPHIANDER, WINCKELMANNUS aliique, inprimis ECCARDUS ac LEIBNITIUS *in tractatu de origine Francorum* ingenue ſtatuunt probantque, *Bedam* & CIMBROS & WESTPHALOS generatim *Germanicos Saxones* omnes vocaviſſe ANTIQUOS. Addunt, licet confidenter nimis, quod ipſorum *Saxonum Weſtphalorum* in orientales, medios & occiduos diſtinctio Britannis innotuerit, quam innuiſſe putant BEDAM *L. I. hiſt. Eccleſ. c. 15. ad a. 449: Anno*, inquit, *ab incarnatione Domini quadringenteſimo nono, Martianus cum Valentiniano quadrageſimus ſextus ab Auguſto, regnum adeptus ſeptem annos tenuit. Tunc* ANGLORUM SIVE SAXONUM *gens a Rege præfato* (Vortigerio Britonum Rege) *Britanniam tribus longis navibus advehitur & in orientali parte inſulæ, jubente eodem Rege, locum manendi quaſi pro patria pugnatura, revera autem hanc expugnatura, ſuſcepit. Inito ergo certamine cum hoſtibus, qui ab Aquilone ad aciem venerant, victoriam ſumpſere* SAXONES. *Quod ubi domum nuntiatum eſt*

glo Saxonis, Apoſtoli Germanorum exarata, cujus inſcriptio hæc eſt: *Gregorius Papa univerſo populo* PROVINCIÆ ALT-SAXONUM. Natum conſtat BONIFACIUM apud Britannos *Kirtoni a. 680.* vel 684. ſacerdotio initiatum a. 714. annoque ætatis LXXI. & peregrinationis ſacræ XL. mortuum a. 755. Ipſas vero Pontificis litteras ad eundem exaratas novimus vel a. 722. ex opinione Centuriatorum Magdeburgenſium. *Cent. VIII. p. 792;* vel a. 723. teſte OTHLONO & SERARIO *rer. Mogunt. L. I. c. 26.* BARONIO *ad a. 723. n. 13.* Hac ipſa vero ætate non ſolum Anglos occidentales a. 715. ſed etiam Friſios occiduos, ad quos a. 716. prima vice excurrere coepit, ſacra fide imbuerat; quo in negotio deinde perrexit. Opinabile *l)* enim eſt, illum, ut evangelium propagaret,

Teſtimonium Papæ Gregorii II & Bonifacii Apoſtoli a. 723.

---

eſt, ſimul & nuntiatur inſulæ fertilitas ac ſegnitia. Britonum; mittitur confeſtim illo claſſis prolixior armatorum, ferens manum fortiorem, quæ præmiſſæ adjunctæ coborti invincibilem fecit exercitum. Suſceperunt ergo, qui advenerant, donantibus Britannis locum habitationis inter eos, ea conditione ut hi pro patriæ pace & ſalute contra adverſarios militarent, illi militantibus debita ſtipendia conferrent. Advenerant autem de tribus Germaniæ populis fortioribus, id eſt de SAXONIBUS ANGLIS & VITIS. *De Vitarum origine ſunt Cantuarii & Vectuarii, hoc eſt ea gens quæ Vectam tenet inſulam & ea quæ uſque hodie in provincia occidentalium Saxonum Vitarum natio nominatur, poſita contra ipſam inſulam Vectam. De* SAXONIBUS, *id eſt, ea regione quæ nunc* ANTIQUORUM SAXONUM *cognominatur, venere Orientales Saxones meridiani Saxones & occidui Saxones, (ſc. noſtrates). Porro de* ANGLIS, *hoc eſt de illa patria, quæ* ANGLIA *dicitur & ab eo tempore usque hodie manere deſerta inter provincias* VITARUM & SAXONUM *perhibetur, venerunt* ORIENTALES *Angli,* MEDITERRANEI *Angli,* MERCII, *tota* NORTCIMBRORUM *progenies, id eſt illarum gentium, quæ ad boream* HUMBRI *fluminis inhabitant.* Non de Weſtphalis & Saxonibus Germaniæ ſed clare loquitur de diſtinctione Anglorum Saxonumque in Britanniæ terris occupatis. Malim itaque hunc locum, quem equidem Weſtphali ſcriptores lubenter arripiunt, explicare de ipſa terra Britannica quam Angli Saxones in regnum *Orientalium, mediorum* & *occiduorum Saxonum* vulgo *Eaſt Seaxe, Middilſexe* & *Weſt exe* diſtinxerunt ipſo Sec. V. & VI. longe antequam diviſio iſta triplex Saxonicæ Weſtphaliæ apud Germanos innotuit. Illud docet GIBSON *in explicatione nom. chron. Saxon. p. 26. 38. 49.* Hoc conſtat ex annalibus Francorum, qui demum triplicem mentionem *Oſtfulæ* ſeu Oſterlingiæ h. e. orientalis campi ſeu pagi Saxonum, *Weſtphaliæ occidentalis* & *Angariæ mediæ Saxoniæ* injiciunt initio Sec. VIII. teſte WITICHINDO, *L. II c 1.* POETA *in annal. Carol. ad a. 722.* AUCTORE *vitæ Caroli M a. 783* SPENER *notitia Imp. Germ. med. c. 4 p. 410.* STANGEFOLIO *præf ad L. 1. Circ. Weſtph. c 2* & SCHATENIO *hiſt. Weſtph. L. 1. p. 13. L. 3. p 116.* Dubium ceteroquin omne facile eximunt Duumviri Bedæ coævi WUNEFRIDUS a Pontifice deinde *Bonifacius* nominatus, ipſe Anglus, *in epiſtolis a Serario Moguntiæ a. 1629.* editis, & GREGORIUS II. *in literis ad Bonifacium eundem* datis, in quibus veterum Saxonum nomine *Weſtphali* etiam luculenter inſigniuntur. Animadvertit hoc WERNERUS ROLEVINCK *de antiqua Saxonica ſ u Weſtphalia apud Leibnitium T. III p. 617.* aſſerens, nomen Altſaxonum ſeu Weſtphalorum in uſu fuiſſe adhuc ætate Bonifacii. Idem adſtruit AUCTOR *chronic Gotwic. p. 850.*

l) Ingenue fateor hactenus mihi antiquitatis documentum vel coævi ſcriptoris teſtimonium non obveniſſe, ex quo de Bonifacii apud Cimbros & Saxones Nordalbingos ſeu Holſatos præſentia & miniſterio Evangelico conſtaret indubitate. Omnia enim, quæ proferuntur argumenta ad conjecturas recidunt & prima eorum dixerim oppido falſa. Quæ enim S. Bonifacius apud Belgas Septentrionales, Friſios occiduos præſtitit ſacra officia, illa audacter a *Suffrido* PETRI, HEIMRICHIO ceterisque pertrahuntur ad Friſios Eidoroſtadenſes, Jutas & Saxones Cimbriæ. Quo tamen in negotio illis luculenter annales regionum & acta *Wunefridi Bonifacii* contrariantur. Ita enim WILIBALDUS Bonifacii amicus & comes *in Hodoeporico & vita S. Wunibaldi c. 2. n 17:* *Wunefridus a 7.6. igitur naticella foiuens* LUNDENWIC (hodie Londinum) *ab* ANGLO SAXONIBUS *ita appellatum, deſcendit, proſperoque inde ventorum flatu, pervenit ad Dorſtad* (Brabantiæ olim Flandriæ) ubi *aliquando commoratus DEO debitum exſolvit, tum ad Friſios excurrit bello gravi ingruente inter Carolum Ducem Francorum & Radbodum Regem Freſorum.* Et ad a. 719: *Jamque audita Radbodi Freſonum Regis morte alveum fluminis aſcendit, optans quod etiam Freſia recepiſſet verbum DEI.* Explicare LUDGERUS Bonifacio coævus *in vita S. Gregorii & Bonifacii ab Antverpienſibus edita §. 3.* Bonifacium in Freſonia tranſegiſſe teſtatur tredecim annos, notante GUDENO *d. l. p. 62* ab a. 719. usque ad a. 732. non continuos tamen, ſed inciſos aliquando, quia in alias quoque provincias & in ipſam Romam a. 723. excurrit. *Cum,* ait, *ipſe electus DEI Bonifacius martyr poſt XIII. annos, peractis in Freſonia prædicationibus, quibus in Auſtrali parte loco* ALMARI (intelligunt Browerus & Antwerpienſes d. l. mare meridionale *Zuider-See;* mihi vero intelligenda videtur civitas ALCMARIA *Hollandiæ*, quæ nobis dicitur *borealis*, provinciæ Kennemerlandiæ proxime contiguæ Friſis occiduis) *pauper evangelicus ſanctam ſeſſionem tribus in locis peregiſſet cujus vocabula hæc ſunt:* WYRDA (Wordenum puto infra Ultrajectum) *in ripa fluvii Rheni, ut VII. annis habitavit ſecundum* ATTINGHOVEN (in parte Hollandiæ vulgo Gœdelandia) *juxta flavium* FEBRA (Fibra ſeu Vecta) *ubi habitavit annis III. tertius* FELISA (Velſen prope Harlemum vel Wilſen Tranſiſalaniæ) *ubi tres annos manſit, poſt hos inquam XIII annos ad Haſſos & Thuringos orientales regiones Francorum iter agere coepiſſet.* Idem LUDGERUS *ſenescente & morituo S. Willibrordo & ſt bilito epiſcopatu in loco, qui dicitur Trajectum & alio nomine Wiltaburg ſucceſſit* (a 744) *S Bonifacius ibidem archiepiſcopus, quem oculis ipſe vidi candidum canitie.* Eodem teſte Vltrajectinum præſulatum poſtea commutavit cum Moguntino, cui a. 751. Pontifex Zacharias illum præfecit. De aliis ejusdem in Belgicis regionibus eccleſiisque Rhemenſi & Trevirenſi exantlatis curis diſpexit GUDENUS *d. l p 86. ſeq.* Rebus Moguntiæ vero peractis, juſſu Pipini Regis Francici laudatus apoſtolus ſeptuagenario major, ad ſopiendam litem quæ Friſicæ dioeceſi cum epiſcopo Colonienſi interceſſerat, in Friſiam iterum conceſſit ibique a. 755. d 5 Junii ad amnim Bordnam, haud procul a pago Doccomenſi Leovardienſis diœceſis, cum ſociis ſacra facientibus, crudeliter obtruncatus Fuldæque deinde in monaſterio ſepultus eſt; cujus quidem ultimi fati circumſtantias luculentiſſime recenſuit HENSCHENIUS *in commentario prævio ad acta Bonifacii §. 2. n. 15.* Nihil itaque apud *Biographos S. Bonifacii* præſidii reperitur pro tuenda Bonifacii ad *Friſios* CIMBRIÆ & Saxones Transalbingos ſeu Holſatos excurſione, quam nec *Adamus Bremenſis, Lamb. Schafnabrugenſis, Otto Friſingenſis, Conr. Urſpergenſi, Florentinus Wigornienſis, Gottfridus Witerbienſis, Hincmarus Rhemenſis, Hermannus contractus, Marianus Scotus Matthæus Weſtmonaſterienſis* SCRIPTORES *annalium Francorum* aliique fidi ſcriptores hujus ævi affirmant; omnes enim in enarrandis rebus Bonifacii in Friſia Belgica & Saxonica Ciſalbina orientali & occidentali geſtis occupantur. Plura ex Friſiæ annalibus

S. Bonifacii apud Cimbros miniſterium negatur.

Communis erroris origo.

Fides coævorum ſcriptorum Wilibaldi.

Ludgeri locus explicatur.

Bonifacii ultima fata.

Silentium ſcriptorum de Bonifacii excurſione in Cimbriam.

Examen hujus teſtimonii.

ret, Friſios etiam Septentrionales vulgo Eideroſtadenſes, Jutas, Cimbros, Anglos Saxones, ad cultum divinum excitaſſe, non quidem præſentia ſua & prædicationibus, ſed litteris *ll*) & fama. Certo vero conſtat illum ab a. 719. Thuringos *), Francos, Bojos, Haſſos, Saxones Weſtphalos **) & Oſtphalos ***) opera ſua & præſentia in ſacra doctrina confir-

---

Aberrationes Saxii, Heimrichii Heldaaderi.

bus addunt VBBO EMMIUS *Rer. Friſ. L. IV. p. 151. ſqq.* SUFFRIDUS PETRI *de ſcriptor. Friſ. p. 44. ſqq.* Pugnant tamen ex adverſo pro Friſia Septentrionali & Cimbrica cherſoneſo PETRUS SAXIUS *Tr. de Helgoland. MSC. & de rebus Friſic. Septentr. L. II. c. 1. in Monum. T. 1. p. 1355.* HEIMRICH *chron Friſ. boreali L. 1. c. 9 p. 51. a. 738* HELDUADERUS *in Sylva chronolog. circuli Baltic. p. 70.* Hi certe ſi incidiſſent in vitam Caroli M. a vetuſto ſcriptore concinnatam apud PYTHÆUM *in annal. & hiſt. Franc. p. 253.* ubi ita: *Ambo autem* (Thaſſilo Dux Bavariæ & filius) *facti ſunt monachi in* OLDOMONASTERIO, *ubi* S. BONIFACIUS *requieſcit:* mox arripuiſſent occaſionem diſpicere de S. Bonifacii prædicationibus vel in pago *Munſterdorpio* vel in *Novomonaſterio Halſatorum* inſtitutis. Si enim loca & nomina poſthabitis rerum annalibus & circumſtantiis commiſcere licuerit, quid obſtat reliquias S. Bonifacii quærere apud Holſatos? Sed jam monuit FREHERUS *in notis ad Andr. Ratisbon. chron. Bavar. p. 25.* allegato loco reponendum eſſe pro S. Bonifacio S. *Nazarium* in monaſterio antiquo ſeu Laureshamenſi ſepelitum. In eo etiam HEIMRICHIUS & HELDUADERUS *c. l.* errarunt, quod Regi cuidam Daniæ BALDERO vindicaverint libellum *de fide chriſtiana* ipſi a S. Bonifacio oblatum literasque eodem autore ad Regem exaratas. Pertinent enim hæc ad Regem Angliæ ETHELBALDUM, docentibus OTHLONO, BARONIO, ARNKIELO & PONTOPPIDANO *d. l. p. 17.*

S. Bonifacii fama apud Cimbros & Megapolenſes.

Eundem tamen errorem tuentur UBBO EMMIUS, CLAUD LYSCHANDER ceteri. Id vero addo, memoriæ S. Bonifacii apud *Cimbros*, *Holſatos* & *Megapolenſes* olim feſtum diem dicatum fuiſſe *d. 5. Junii*, quod docent miſſalia, breviaria, ordinaria eccleſiarum Sleſvicenſis & Sverinenſis. Opinabile itaque omnino eſt, Bonifacium Cimbris fama evangelii innotuiſſe forte & litterarum ac admonitionum quicquam impertiviſſe; de præſentia vero ipſius nil certi conſtat. Dubii tamen in hoc argumento hærere videntur ARNKIEL *de relig. Cimbr. P. IV. p. 95 ſqq.* PONTOPPIDANUS *in annal. eccleſ. Dan. dipplomatic. p. 17.* Nec quicquam de S. Bonifacio commemoravit MÖLLERUS *in introduct. ad hiſtor. cherſ. cimbr. L. IV.* in recenſendis tamen Apoſtolorum Cimbriæ nominibus & geſtis occupatiſſimus. Ad conjecturas itaque pertinet quod in hanc rem diſſerit vir litteratiſſimus CHRIST. KORTHOLTUS *in diſſert. de ſacrorum Chriſtian. in Cimbria primordiis c. 1. §. 12 c. 2. §. 2. 3. Bonifacius*, inquit, *annos circiter 704 Freſiam Cimbrorum petit & a* WILLEBRORDO *Friſiæ Septentrionis Jutiæque & Saxoniæ Cimbricæ, hodie Holſatiæ, Apoſtolo præcipuo humaniter excipitur, atque per XIII. annos hic locorum multo fervore in emendandis paganis deſudat.* In eundem conjecturarum cenſum refero aſſertum *Centuriatorum Magdeburg. Cent. VIII. c. 7. p. 793. 796.* quod S. Bonifacius Evangelium prædicare coeperit WISMARIÆ apud Megapolenſes.

S. Bonifacii Literæ.

ll) Quamvis enim harum nullæ in SERARII *collectione epiſtolarum Bonifaciarum* compareant, mendoſam tamen & mancam hanc eſſe cum *Conringio* monuerunt alii. Teſtantur BROWERUS *L. II. ant. Fuld. c. 9. &* SERARIUS *in notis ad Othlonii not. 48. p. 560.* PAPEBROCHIUS *annal. ad hiſt. Bonifacii c. 3. n. 26. ſeqq.* nonnullas *Bonifacii* litteras apographas & ineditas adhuc ſupereſſe in ſacrario *Fuldenſi.* In quo etiam ſervari contendit OTHLONUS *d. l.* librum S. Evangelii, ictu gladii circa mediam partem inciſum, quem S. Bonifacius eo momento, quo gladio feriendus erat, capiti impoſuiſſe vel in manibus habuiſſe fertur. Sed SAGITTARIO *teſte* Ratisbonenſes hoc cimelium ſervant; notante vero GUDENO *d. l. p. 37.* hic Evangeliorum codex Bonifacianus gladio hoſtili vulneratus, tranſiit in ſacrarium eccleſiæ collegiatæ S. Bonifacii, quæ eſt *Hamelæ* ad Viſurgim.

Thuringi an Altſaxonum nomine comprehenſi?

*) Quamvis THURINGORUM præcipuam partem dixeris *Saxonum*, qui Seculo VI. circa a. 534. per Thuringiæ tractum fines ſuos prorogare coeperant; patet tamen illos in Gregorii Pontificis laudata epiſtola non comprehendi ſub nomine ALTSAXONUM. Ipſe enim Pontifex tum ad primores, tum ad populos Thuringorum ſigillatim eodem tempore litteras perſcripſit, iisque Bonifacii Epiſcopi miniſteria mandavit circa a. 723. apud OTHLONUM *l. 1. c. 24. 25.* & SAGITTARIUM *ant. gent. Thur. L. 3. c. 1.* Teſtes vero ſunt WILIBALDUS & OTHLONUS *d. l.* & ad illos MABILLONIUS *in annotat. hiſt. criticis c. 2. n. 19* S. Bonifacium relicta Roma a. 719. in *Bavariam*, *Thuringiam* & inde denuo in *Friſiam* veniſſe. Pluta teſtimonia vide apud *de* GUDENUS *hiſt. Erfurd. L. 1. n. 3. ſqq.* & *de* FALCKENSTEIN *in hiſtoria critica & diplomat. Erfurtenſis civitatis L. 1. c. 2.* ac *in hiſt. Thuring. omnis ævi L. 1. c. 4* De FRANCIS *Saxonum* teſte AIMONIO *concivibus*, teſtatur LUDGERUS *in vita S. Gregorii & Bonif. d. l. Expandit*, ait, *S. Bonifacius radios ſanctitatis & prædicationis ſuæ, omniaque prope regna* FRANCORUM *vivens in corpore, doctrina refecit.* Item GREGORIUS II. *Papa in litteris ad Auſtrobertum apud* SERARIUM *in notis ad Othlonum p. 451:* ZACHARIAS *Papa in literis ad Bonifacium ap. Othlonum Rer. Mogunt. L. II. c. 10.* ipſeque BONIFACIUS *in literis ad Cutberthum: Perpaucæ*, inquit, *ſunt civitates in Longobardia vel in Francia aut in Gallia in qua non ſit adultera vel meretrix* ANGLORUM, *quod ſcandalum eſt eccleſiæ.* De BAVARIA vide teſtimonium *Papæ* ZACHARIÆ *in litteris ad Bonifacium a. 743.*

S. Bonifacii miniſterium apud Thuringos. Francos. Bavaros.

Weſtphalos.

**) In his regionibus illum docuiſſe conſtat ex WILIBALDO *in vita S. Bonifacii c. 1* ubi agit de trucidato quodam Epiſcopi Moguntiæ, Bonifacii anteceſſoris, milite Gweſtphalo, qui bello Saxonico & vaſtationi caſtri *Obsburg* (Oſnabrugæ) interfuerat. Ita & RABANUS MAURUS *in carmine de Bonif.* apud HENSCHENIUM *in analect. ad acta Bonif. c. 3. n. 19: Quem Francus*, ait, *Freſoque ſimul* SAXOQUE *miniſtrum, æternæ vitæ prædicat eſſe ſibi.* Et *martyrologium ibid. apud Henſchen. d. l. Francorum gentem Thuringorum & Saxonum populos DEO acquiſivit.* Quorum teſtimoniorum interpretes ſunt *Centuriatores Magdeb. Cent. VIII. c. 10. p. 792. ſq.* WINCKELMANNUS, *in notitia veteris Saxo Weſtphaliæ L. III. p. 379: Anno* 722 inquit, *ad inferiores Saxones* (*nimirum Weſtphalos*) *abit, ibique magnum fructum facit in convertendis Ethnicis, plurimos baptizat & fanis profanis ejicit paſſim Deos in Saxonum provinciis, quæ verba leguntur in Rhythmis* JO. LETZNERI *in hiſt. S. Bonifacii, Lit. B. iii. Dejecit in Eisfeldia* Stuffonem, *in Haſſia prope Geismariam* Jovis arborem *prope Francobergam* Hammonem *apud Hildeſianum oppidum* Fortunæ numen, *ad villam Wenden erigit ſacellum in honorem Petri; inter Brunſtenium & Wibrechthuſium ſumptuoſiſſimarum victimarum & inclitæ famæ idolum, cui* Retto *nomen, deturbat, a quo adhuc Rettonis mons* der Rhetberg *nomen habet. Deſtruit item idolum* Briels *in collo Briel prope Katlenburg*, & Aſterodt *in loco, ubi poſt exſtructum monaſterium* OSTERODA & *alia idola alibi.*

Oſtphalos.

***) De miniſterio S. Bonifacii chriſtiano apud Hamelenſes, Bremenſes, Brunſwicenſes & Luneburgenſes exantlato teſtantur SAGITTARIUS *L. III. ant. Thur. c. 6. p. 138.* CENTURIAT. *Magdeb. Cent. VII. c. 2.* & SPANGENBERG LEZNERUS *in hiſt. S. Bonifacii c. 3. 4.* ARNKIEL. *d. l. c. 2. §. 1. & 4. p. 96.* & præcipue D. HEN-

confirmasse. Qui itaque cuncta coævorum scriptorum de negotiis & itineribus S. Bonifacii testimonia speciatim apud *Wilibaldum*, *Ludgerum*, *Biographum Wicelianum*, *Othlonium*, *Baronium*, *Henschenium*, *Serarium*, *Trithemium*, *Brovernm*, *Miræum*, *Spangenbergium*, *Leznerum* ceterosque exstantia in summam & computum contulerit, explicatius omnino intelliget, Gregorii epistolam, qua S. Bonifacii ministerium *Alt Saxonibus* commendavit, maxime spectare ad Saxones occidentales seu Westphalos. ipse BONIFACIUS in epistolis illos passim innuit & ANTIQUÆ *Saxoniæ occiduæ* consuetudines laudat. *m*) Quamvis igitur negandum non sit, Saxonibus Cisalbinis ipsum Alt Saxonum nomen avitum cum Saxonibus, ex quorum prosapia oriundi sunt, Cimbricis commune olim fuisse usque ad sec. VIII *n*) ; fatendum tamen est, quod ipso sec. VIII. id parcius occurrat, demumque in desuetudinem plane abierit seculo IX. Certe ab antiquis scriptoribus Francicis, regio illa Westphalia jam tum seculo VIII. simpliciter nominari cœpit *Saxonia* notante Reverendissimo AUTORE *Chronici Gotwic. L. IV. p. 850.* Præcipue hoc patet ex *scriptoribus XII. annalium Francorum a* PITHÆO *editis ad* 744. 748. 758 772. 775. 778. 784. 794. 798. ubi castri *Obsburg* (Osnaburgæ) in Saxonia, ac conventus *in Saxonia ad Padrabrunnum* & ubique *Westfalorum* mentio injicitur *o*). Rediit itaque nomen VETERUM SAXONUM *sec. IX.* ad solos avitos reliquorum Saxonum dominos & parentes Saxones Cimbros, Nordlingos seu Nordalbinos, quos idiomate theotisco appellare demum cœperunt *Olsatos* contracte *Olsos*, *Holsos*, *Holsingos*, *Holsten*, *Olsatos*, *Olcetas*, *Oldsassos*, *Holsaten*, unde *Holdistete*, *Holsede* & *Holstade* hodie HOLSATIA & HOLSTEIN. Pertinent huc diserta de *Oldestedt*, *Holdenstenia*, *Holsis* & *Holsingis transalbinis* testimonia AUTORIS *annalium Loiselian. & Laurisheim. a. 795* ANNALISTÆ *Saxonis apud Eccard. S. R. G. T. I. p. 152. ad a. 780.* REGINONIS *Prumiensis ad a. 804. & 814* ANONYMI *in vita Caroli M. a. 805* EGINHARDI *ad a. 804.* AUTORIS *veteris chronici monasterii S. Galli apud* BALUZIUM *ad a. 804.* ABBATIS *Ursperg. ad d a.* AUTORIS *incerti in annalibus Francorum apud* PITHÆUM *ad a. 852. p. 49.* ALBERTI *Stad. ad a. 917.* ADAMI *Bremens. L. II. c. 8.* TIETMARI *Merseb. L. II.* Taceo seculi recentioris testes, quorum vestigiis & rationibus institit JO. ANTONIUS MAGINUS *Mathematicus & Historicus Italus*, qui *in problematibus Geographicis de* Saxo-

Ejusque explicatio de provincia Saxonum occiduorum sec. VIII.

Seculo IX. nomen Alt-Saxonum solis Saxonibus Cimbris proprium.

Testimonium Maginii.

D. HENR. PHILIPP. GUDENUS *diss. de Bonifacio Germanorum Apostolo §. 9: Ludgero*, inquit, *adjutore usus est Wilhadus Bonifacii conterraneus & cognatus ex Anglia in Frisiam paulo ante martyrii tempus ab ipso accersitus, qui post ejus obitum non minori fervore ac studio christianam religionem apud Frisios & Saxones propugnavit, Ludgerus vero dignus quam maxime fuit, cui in provincia Wigmodi, prisca Chaucorum sede, quæ hodie Brunswico Lunburgicis provinciis adjecta feliciter vestoresceit, episcopatus* BREMENSIS *primo omnium committeretur; ac memorabile est quod in campis recenti Bonifacii & sociorum sanguine rovantibus apostolatus ille sui tyrocinia posuerit, de quo* ADAM. BREMENSIS *Hist. eccles. L. I. c. 9.* ET IDEM *in observationibus ex hist. S. Bonifacii selectis § 2: Imo vero Papa Zacharias literis ad Waltgerum Asolfi comitis filium* (cui Hervordensis ecclesiæ fundatio debetur) SAXEA SAXONUM CORDA *institutione Bonifacii emollita & ad Christi doctrinam perducta testificatur. Ex quibus jam ratio redli potest, cur tractus* GRUBENHAGENSIS & GOTTINGENSIS *non cum reliquis Saxoniæ partibus* HILDESIENSI *aut* HALBERSTADIENSI *episcopis in vicinia licet conflicturis, sed Moguntini Archiepiscopi Cathedræ (ut ut remotius dissitæ) subnissa fuit. Bonifacius nimirum Provincias, civitates, gentes, quas Evangelica doctrina imbuit, tanquam primus occupans suæ diœcesi adjecisse intelligitur.* Nolunt tamen nil quicquam certi de S Bonifacii apud *Ostphalos* ministerio statuere CALVÖR *L. I. Saxoniæ inferioris antiquæ Gentilis & Christ. Cap. III. pag. 130. &* URSINUS *L. 2. de orig. & progress. eccles. Germ. c. 10.*

m) In epistola ad *Æthelbaldum* Regem Anglorum, illecebris amorum indulgentem, laudat VETERUM SAXONUM castitatem: *In* ANTIQUA, inquit, SAXONIA, *ubi nulla est Christi cognitio, si virgo in paterna domo vel maritata, sub conjuge fuerit adulterata, manu propria strangulatam cremant & super fossam sepultæ corruptorem suspendunt, aut cingulotenus vestibus abscissis flagellant eam castæ matronæ & cultellis corpus pungunt, & de villa in villam sic cruentatæ & laceratæ missæ occurrunt novæ flagellatrices, donec eam interimant.* Vide ROLEVINCK *de antiqu. Sax. Westphal. ap. Leibnit R. B. T III. p. 615.* Paulo aliter hæc verba exstant apud HOFFMANNUM *Spec. de orig. Leg Germ. d. l.*

Bonifacii laudes morum Saxonum veterum.

n) Docent hoc *Wernerus* ROLEWINCKUS, *Carthusianus, de antiquorum Saxonum seu Westphalorum situ & moribus L. I. c. 7. L. II. c. 1. sqq. ap. Leibnitium T. III. p. 615. 617. 618. &* BOTHO *Chron. Sax. pictur. 16 p. 281.* ubi ad a. 782. ita: *De Sasse samelden sik ock und stridden wedder Konig Karle, aver de* SASSEN *verloren, unde de Stryd schach by dem holte Boukholt ein halve myle by Osenbrügge, de* SASSEN *worden geschlagen, unde vlogen over de Vesser in dat Land to Wenden und Nortdoring, do de Konig Karle de* ÖLDEN SASSEN *vorjaghet hadde, dat me nu* WESTWELINGH *heit, dat de ower der Weser gevlogen weren, do verstorde he even Affgott to Marsbarge, de heit Irmeseule. Darna so worden de de över der Weser weren* OSTERSASSEN *genömed unde de twischen de Weser und den Ryn worden genomt Wesserlingh; de Sassen, de in dem Lande bleven, de worden bedwungen von dem nyghen Volck de Konig Karl dar gesat had, de worden alsus* EGHEN *genant, unde dat is Ursake dat noch vele eghener lude in Westvalen syn.*

Rolevinckii testimonium.

o) Ita etiam FREDEGARUS *c.* 109 *&* HERMANNUS *Comes Nuenarius de origine & sedibus Francorum: Westphalia est, & dicitur quæ olim Sec. VIII. Saxonia.* Plura apud SIGEBERTUM *Levitam in vita Theoderici I. Metensis Episcopi ap* LEIBNITIUM *T. I. n. XXVI.* & AUCTOREM *vitæ Meinwerci episcopi Paterbrunens. ibid. n. 36. §. 65. p. 549. § 79. p. 554. §. 84. p. 556.* ex quibus constat enucleatius de Westphalia eo tempore relata inter pagos Saxonicos, & adnumerata Saxoniæ parti inter Rhenum & Visarim. Addantur CAPITULARIA *Caroli M.* AUTOR *de gestis Caroli M. apud* REINECCIUM *L. I. p. 2.* WINKELMANNUS *d. l. p. 262.*

Fredegarii.

Saxonia agens, SAXONIA, inquit, ANTIQUA *validis & bellicosissimis gentibus insignis longe olim lateque patebat, pluresque provincias complectebatur, sunt vero* SAXONES *illi illustres populi quos Ptolemæus non longe a* CIMBRIS *in Oceani Septentrionalis littoribus & paludibus inviis constituit.* Sed interest audivisse testimonia nostratium quorundam

Poetii. MATTH. BOETII *L. I. de cataclysmo Nordstrand. p. 48. Saxones, Anglos, Vitas omnes Chersonesi nostræ fuisse populos nec in ullos alios istuc quod memoratur competere patet clarissime. Etenim primam Chersonesi partem meridiem versus, qui colunt* SAXONES *sunt, quos vulgus jam* HOLSATOS *vocitat. Horum regionem Beda,* ANTIQVORUM *appellat* SAXONUM, *tum quod regio ista, quæ olim* NORDALBINGIA *dicta, prima & antiquissima (ut & historicorum plerique assentiuntur) sedes fuerit* SAXONUM, *tum quod voces illæ latinæ vere exprimant nomen illius regionis Germanicum. Vocabulum enim* ANTIQVORUM *Saxonum Germanice si reddideris, erit illud* OLTSAXEN *additaque aspiratione* HOLTSAXEN, *quod esse nomen proprium ac genuinum illius regionis populique ejus, qui jam Holsati vulgo nominantar per-*

Petri. *quam est verissimum.* Item SUFFRIDI PETRI *de origine Frisiorum L. II. p. 421. seqq. Hujus autem Holsatiæ partem extremam, quæ Jutiæ proxima est in antiquis MSCtis ohronicis* OLT-SAXEN *i.e. veterem Saxoniam dici animadverto. Cui scripturæ rei gestæ veritas consonat, cum in ea parte Saxoniæ conditor ac Princeps ipse* SAXO *& filius ejus Geroldus & nepos Syfridus & ceteri Saxonum Duces habitarint, qui ex ipsis prognati apud Saxonem Grammaticum & alios referuntur. Nec rationi videtur esse dissentaneum quod hanc veterem Saxoniam Saxones ipsi olim appellaverint, ex qua primas & subinde novas colonias duxerunt. Hanc igitur Saxonibus antiquissimam sedem unanimiter assignant,* PTOLEMÆUS, BEDA, EUTROPIUS, PAULUS DIACONUS, STEPHANUS, OROSIUS, *&* GODEFRIDUS *Viterbiensis, & ex Saxonicis scriptoribus* VITEKINDUS *Corbejensis,* ALBERTUS *Stadensis,* ADAMUS *Bremensis,* HENRICUS *Buntingius,* JOANNES *de* ESSENDIA, HENRICUS *de* HERVORDIA, VARNERUS *Vesphalus &* SPECULUM *Saxonum & antiquissima Saxonum chronica, cum quibus & annales nostri congruunt, & ex recentioribus præter cæteros etiam David* CHYTRÆUS *& Nicolaus* CISNERUS *sine hæsitatione subscribunt.*

Chronici Gotwicensis. Præcipue AUCTORIS *Chronici Gottwicensis p. 636. pagus, marca, provincia Holsatia pars & populus* SAXONIÆ ANTIQUÆ, *qui postmodum Nordalbingia & Transalbingia nominata fuit inter fluvios Albiam, Wilstriam, Egidorem, Swentinam, Sturiam & Svale qui disterminat Saxones a Slavis, antiquissima* VETERUM SAXONUM *sedes, de quibus regio nomen retinuit* OLDSASSEN, *ex quibus postmodum Holstein derivatum.* p) Inprimis vero scriptores Angli post Bedam (qui obiit a. 738) omnes Cimbris seu Anglo-Saxonibus vindicant antiquorum Saxonum nomen ex eo tempore, quo a Britanniæ Rege in auxilium contra Pictos & Scotos vocati Britanniam q) ingressi sunt occupantes & partientes ipsum deinde regnum, quod eorum memoriam hodieque in nomine Angliæ, in præcipua ejus chorographia, topographia, innumerisque nominum, consuetudinum juriumque reliqviis ad-

Nennii. servat. Juvat audire NENNIUM *in historia Britonum apud* GALE *d. l. c. LXV. p. 115. Sanctus,* inquit, *Paulinus Eboracensis archiepiscopus per XL. dies non cessavit baptizare omne genus* AMBRONUM *id est* ALTSAXONUM *& per prædicationem illius multi crediderunt Christo.* Ambronum vero quos *veteres Saxones* explicat, vestigia habes in insula Cimbrica etiamnunc *Amroma* dicta, ut itaque *Amrones* ipsos CIMRROS dixeris, quorum nomen exaruit demum efflorescente in ejus locum ANGLORUM appellatione. Accedit

Wheloci. autor chronologiæ Saxonicæ a WHELOCO *&* GIBSONIO *editæ ad a. 449: Tum Britanni ad* ANGLOS *mittebant, plura insuper illis auxilia mittere rogabant, plures ergo illis mittebant suppetias & tunc ex tribus Germaniæ* COGNATIONIBUS *& provinciis venerunt de* SAXONIA ANTIQVA (*AltSaxen*) *de* ANGLIS JUTISQUE. *De* JUTIS *enati Cnuti incolæ & vectuarii, hæc illa gens est quæ hodie Vectam inhabitat, & apud Saxones* OCCIDENTALES *adhuc vocatur Jutorum genus progenies. De* SAXONIBUS ANTIQVIS *originem duxerunt* SAXONES *Australes orientales, occidentales Saxones; de* ANGLIS, *quorum patria ab eo tempore mansit deserta, inter Jutas & Saxones venerunt orientales* ANGLI *medii,*

Usserii. *mercii omnes, Nordhymbri.* Item firmat JAC. VSSERIUS *in primordiis ecclesiarum Britannicar. p. 393.* VETUS *igitur* SAXONIA *non Westphalia est (ut Theodericus Engelhusius, Wernerus Laerius, Albertus Kranzius, & recentiorum alii putaverunt) licet & illam subsecutis temporibus & antiquorum Saxonum posteris occupatam non inficier, sed ea potius*

quæ

p) Idem docent GUNDLINGIUS *P. VI. p. 87-94.* MEIERUS *in collectaneis etymolog. Leibnitian. P. II. p. 242. 257.*

q) Longis navibus, de quibus SIDONIUS *d. l.* ANNONIUS *Monachus Benedictinus &* GILDA SAPIENS *in libro querulo de excidio Britanniæ apud* GALE *inter Scriptores Anglo Saxon. p. 7.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quæ HOLSATIÆ *Ducatus hodie dicitur, Holſatiam proprie dictam, Dithmarſiam, Stormariam & Wagriam in ſe complectens. In latitudine a Sleſvicenſi ad Hamburgenſem urbem (in ultima* SAXONIÆ *parte poſitam) in longitudine a mari occidentali ad orientale ſive oceano germanico ad ſinum balticum protenditur & veterem* FRANCIAM *ſibi habet adjacentem inter Albis & Rheni oſtia interjectam. Ut enim ad Rhenum uſque pertigiſſe Francos Lib. XX. ita Saxones iisdem confines exſtitiſſe lib. XXVII. docet* AMMIANUS *Marcellinus.* Et p. 395. *Indigenas Britanniæ, qui* ANGLI SAXONES *appellantur, ab eis, qui Germaniæ* SEPTENTRIONALEM *tractum incolunt,* SAXONIBUS *originem ducere, documentis approbatur, inquit Lupus Servatus. At* HOLSATIÆ *partem extremam, qua Jutiæ proxima eſt, in antiquis MSCt. chronicis* OLT-SACHSEN, *id eſt veterem Saxoniam dici animadverterunt alii.* Addo Duumviros GUILIELM. CAMDENUM *de Britannia ed. Londini 1587. p. 56. ſeqq. Auxiliares enim copiæ in dies e Germania confluxerunt, qui indefeſſos Britannos bellum ſubinde redintegrarent* SAXONES *nimirum,* JVTÆ (*ſic enim legendum non Vitæ*) & ANGLI *qui propriis his nominibus diſcreti erant, quamvis in* COMMUNE *Saxones vocarentur.* SAXONES *autem cum primum orbi innotuerunt, in* CIMBRICA *Cherſoneſo, quæ nunc* DÆNMARCKE, *agitarunt. Quas vero ſedes Angli habuerunt controverſum eſt, nec una ſunt omnes opinione. Plurimi in Weſtphalia ponunt, ubi Engern viſitur, & Svevi Angli a Tacito & Ptolemæo memorati conſederunt. Alii in Pomerania ubi* ANGLOEN *oppidum floret. Sed quum hi in ſecretiora Germaniæ longius a mari porrigantur alia noſtrorum Anglorum ſedes quærenda videtur, quam ut inter* SAXONES & JUTAS *quærerem juſſit Beda. Angli inquit de illa patria, quæ angulus dicitur, & ab eo tempore uſque manere deſerta inter provincias Jutarum & Saxonum perhibetur. Cum autem inter Juitlandiam & Holſatiam* ANTIQUAM *Saxonum regionem provinciola ſit in* DANIÆ *regno, (error geographicus) quæ Angel hodie dicitur ſub Flensburg civitate, me tandem avitam noſtram ſedem inveniſſe & inde* ANGLOS *in hanc inſulam demigraſſe affirmare auſim. Quo in loco* SAXONES *ſtatuere Ptolemæus videtur, ut non falſo cecinerit ille medii temporis Poeta:*

SAXONIA *protulit* ANGLOS
Hoc patet in lingua niveoque colore.

Camdeni.

Horum Anglorum pars nonnulla in interiores Germaniæ tractus profecta Longobardis & Svevis permixti in Italiam penetrarunt & ſui nominis veſtigia in ENGELHEIM *Caroli M. patria,* INGOLSTADIO, ENGELBURG, ENGLERUTE *Germaniæ &* ANGLERIA *Italiæ reliquiſſe creduntur. Et* ROBERTUM SCHERINGHAMIUM *de Anglorum gentis origine diſcept. c. 2. p. 27: Majores vero noſtri ex* VETERI *Saxonum genere fuere qui ſub Hodeno Duce (ut in diſceptationis hujus contextu oſtendam) primi ex Sarmatia Aſiatica effuſi ſunt in Germaniam, qui ab antiquis Scriptoribus veteres dicuntur, quod Imperii Saxonici exordia & prima fundamenta jecerit, & quod ab iiſdem nomen hoc ceteris ſubactis populis communicatum eſt, a nuperis tamen totus ille, quem diximus tractus Germaniæ,* SAXONIA VETUS *appellatur, cujus* NOVA *hodie* SAXONIA *exigua quidem pars eſt, olim vero* HOLSATIA SOLA *vetus Saxonia dicta eſt, quia Saxones ibi primum appulerint, a quibus deinceps nomen mutuum accepit.* CRANZIUS *quidem aliter ſentit, Holſatos dicens ſylvarum incolas; contra vero regionem illam Olt-Satiam i. e. Veterem Saxoniam dictam tradunt alii & ad veteres Saxones nominis originem referunt, quia veteres Saxones h. e. Saxonicæ gentes in Germania primum conditores ibi habitarunt.* Explicatius idem docent RANULPHUS HIGDENUS *in polychronico de rebus Britannicis Lib. V. apud* GALE *p.* 222. GIBSONIUS *in explicatione nominum Chronici Saxonici p. 26. 27. 38. 43.* JO. FORDUNUS *in hiſt. Scotiæ ibid. c. 13. p. 628-631.* & præcipue JO. SPEED *hiſtorie of great Britaine under the conqueſts of the Romans, Saxons, Danes and Normans ed. Lond. 1652. L. VII. c. 4. p. 205-374.* Addo obſervatiunculam, quod ex tribus laudatis Cimbriæ gentibus principio eminuerint SAXONES, reliquis quippe apud Britannos palmam præripientes. Quamvis enim ex BEDÆ aliorumque citatis teſtimoniis conſtare videatur, prærogativæ Jura *Anglis* delata fuiſſe; factum tamen hoc eſt demum exunte ſec: VIII. quod clare docet HIGDENUS *in polychronico L. V. d. l. p. 252. ad a. 797: Deinde, inquit, Rex Egbertus convocatis Proceribus apud Winconiam coronatus eſt Rex totius Britanniæ, ubi edictum fecit ut ab illo die omnes* SAXONES & JUTI *vocarentur* ANGLI, & *Britannia* ANGLIA *vocaretur.* Inde eſt, quod BONIFACIUS *Anglus* in epiſtola ad Clerum populumque Anglicanum *in collectores Serar. n. 6.* ſe quidem profiteatur VERNACULUM *generis* ANGLORUM; ſed ipſam patriam in Epiſtola ad Zachariam Pontificem *d. l. n. 132.* & apud BARONIUM *ad a. 741. n. 22.* laudet SAXONIAM

Scheringhamii.

Aliorumque Anglorum.

Saxonum prærogativa præ Anglis.

Anglorum prærogativæ ab a. 797.

Bonifacii teſtimonium de Anglia, Saxonia transmarina.

NIAM TRANSMARINAM. *Quia, inquit, Synodus & eccleſia, in qua natus & nutritus ſum id eſt in* TRANSMARINA SAXONIA, *Lundonenſis ſynodus, quæ in primis a diſcipulis S. Gregorii i. e. Auguſtino, Laurentio, Juſto, Mellito archiepiſcopo conſtituta & ordinata fuit.* Recte addit interpres HENSCHENIUS *in comment. prævio ad acta Bonifacii §. I. n. 7. Hæc ſcribit Bonifacius ex Germania, cujus reſpectu erat Saxonia tranſmarina eadem, quæ Britannia dici poteſt, ubi* WEST SAXONIA, *ſeu regnum occidentalium Saxonum continebat provincias Sonthamptoniam, Bercheriam, Wiltoniam, Dorſetiam, Devoniam, & Cronwalliam.* Facit huc PRESBYTER *Ultrajectinus inter biographos S. Bonifacii in collectione Antwerpienſium n. 2. c. 1. n. 16: Beatus Bonifacius genitale ſolum, in inſula quæ Britannica dicitur habuit, quam modo incolit gens* ANGLORUM, *quæ a Saxonibus traxiſſe originem putatur. Et* SCHERINGHAMIUS *d. l. p. 33: Anglos vero* SAXONICI *juris fuiſſe quo tempore Saxones Britanniam petiverint inde colligitur, quod utroſque populos* JUTAS *&* ANGLOS, *qui univerſam tum Jutiam occupabant, Beda* SAXONUM NATIONES *vocaverit.* Conſtat itaque de *Saxonum* ſedibus originariis, mutatis & amplificatis uſque ad ſec. V. quo Britanniam occuparunt. Sequenti ævo a Francis contra Thuringos in auxilium vocati præcipuam Thuringiæ circa Scheidingam & Unſtrutum fluvium partem expugnarunt & cum Francis coaluerunt in ſocietatem; de cujus victoriæ & occupationis veteri & diuturna apud paganos memoria, plura ſingularia refert *Witichindus.* Gens vero Saxonum quieſcere neſcia Longobardis in Italiam abeuntibus eodem ævo partem ſuorum junxit, de quorum expeditionibus & reditu in Germaniam fuſe diſpexit PAULUS DIACONUS. Sedes eorum Cis- & Tranſalbinas nec non res ſub Francorum Regibus geſtas, præcipue clades a *Carolo M.* ipſis illatas eorumque in alias terras tranſplantationes & ad chriſtianam demum fidem converſionem abunde enarrant ſcriptores annalium Francorum & ævi Carolidarum. Uno ore omnes fatentur, Saxones gravi bello demum devictos duriuſcule quidem principio habitos fuiſſe ab Imperatore; cum Francis *r*) tamen amiciſſimo vinculo adunatos libertatique avitæ reſtitutos fuiſſe ſalvis ubique moribus & legibus eorum antiquis teſte ANONYMO *Saxone in annalibus Caroli M. ad a. 803.* Has itaque gentis Saxonicæ origines & viciſſitudines qui rimari voluerit exactius, facile palpabit nexum rationum, quibus Saxonum conſuetudinibus & legibus aſſerui harmoniam cum tot gentium Germanicarum aliarumque exterarum juribus & inſtitutis. Quinto loco inter principia Juris Cimbrici Sleſvicenſis refero antiquas *Leges Friſiorum* quæ cum laudatis antiquis Legibus Anglionum & Saxonum præcipue conſpirant amiciſſime *s*). Otium hic nobis inter plures fecerunt PETRUS SAXIUS *t*), CORNELIUS KEMPIUS, SUFFRIDUS PETRI, UBBO EMMIUS & qui legem Friſionum erudito commentario illuſtravit SIBRANDUS SICCAMA, ex quorum operibus conſtat de Friſionum originibus, ſedibus, coloniis, eorumque cum Saxonibus Septentrionalibus communi indole, vicinia, conjunctione, inſtitutis & moribus utrinque conſvetis. Nec deſunt Legum antiquorum Friſionum veſtigia in ipſis legibus *Anglo-Saxonicis*

Seu Weſtſaxonia.

Aliorumque de Anglia originis & juris Saxonum.

Saxonum ſtatus a Sec. VI. uſque ad VIII.

V Leges Friſiorum.

Jus civitatis Saxonum Francorumque commune.

r) *Jus civitatis* Saxonibus cum Francis commune recte aſſerit CONRING. *de civibus Imp. §. 29.* Docet hoc *capitulare II. de Saxonia*, quo nimirum *convenientibus in unum in Caroli obſequio venerabilibus Epiſcopis Abbatibus & illuſtribus Comitibus* diſerte memorantur ſimul congregati *Saxones de diverſis pagis tam de* WESTPHALIS & ANGRARIIS *& de* OSTFALAHIS. Et alibi laudatur *conſenſus Francorum & fidelium Saxonum.* Prudenter tamen Carolus M. in *Capitulari de partibus Saxoniæ c. 53.* conſtituit: *Conventus publicos a Saxonibus non eſſe habendos, niſi forte miſſus regius de verbo Regis eos congregare fecerit.*

Legum Friſonum conſonantia cum L. L. Anglionum Saxonum. Friſionum Cimbrorum & Belgarum concentus jurium.

s) Confer titulos de *Hergevetta, homicidio, Werigeldo, hæreditate, pace fadioſi, vulitiva* ſeu *vulnere ſanguinolento.* Plura exempla adduxit SICCAMA *d. l.* qui etiam has antiquiſſimas leges contulit cum Legibus *Bojorum, Longobardorum, Ripuariorum*, præcipue cum Legibus conventus *Obſtalbomici a. 1323.* & *Friſicis* recentioribus a. 1602.

t) Ut & JOANNES SAXIUS, *Hattſtedenſis Cimber, in deſcriptione Friſiæ Tomo I. Monument. inedit. inſerta.* Idem in *Oratione de vita Rudolphi Agricolæ habita a. 1540.* in Tomo II. *Orationum Melanchtonis p. 434.* ita: *Mea patria Friſio* EIDEROSTADENSIS *non ſolum Friſiis majoribus Belgiſque vicina eſt, ſed etiam Friſiorum colonia, quæ etiam hodie nomen retinet Friſiæ* MINORIS *in* HOLSATIA *& in gubernatione reipublicæ* VETUSTAM JURIS ÆQUABILITATEM *non ſine laude tuetur.* Inde ubique Friſiorum, cum Orientalium tum Occidentalium & Septentrionalium mira eſt conſonantia jurium, nominum & conſuetudinum. Ipſi *judices* qui apud Friſios Cimbros hodieque appellantur *Senatores, Græven, Staller* h. e. Vicarii Ducis, referunt imagines memoriamque Toparcharum veterum Friſiorum. Præcipue Leges Friſiorum terrarum inſularumque ſeptentrionalium, quæ Sec. XV. XVI. colligi cœperunt, mirifice ubique produnt patriæ originem & antiquitates, quas ſine præſidiis hiſtoriarum, Legum, conſuetudinum Cimbricarum, Saxonicarum, Belgicarumque præcipue, nemo unquam recte explicuerit. Paucula de moribus *Weſtfriſorum* eorumque Legibus pœnalibus *von Quabelzrauck* (vide ipſam Legem antiquam Friſionum Tit. XXII. §. 83) *van bote up bote, van wrogen ener frouwen, van manboten ſeu Havdleſena* h. e. Hauptloſung ſeu Werigeldo, *Faderſina* ſeu patrimonio, pecore, notavit HEIMR ICHIUS *d. l. L. I. C. XI.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xonicis tt) Statutis *Sleſvicenſium* Svenonianis *u*) Legumque Friſicarum Cimbricarum codicibus *v*), copioſe adeo jurium veterum patriorum reliquiis refertis, ut antiquitatibus Germanicis, Saxonicis ac Cimbricis *w*) egregiam lucem fœnerentur. SEXTUS locus tribuen-

Friſicarum & Anglo-Saxonicarum legum conſonantia.

Explicatio vocis Vultivæ. Mithridi.

Conſenſus legum Allemannicarum.

Sleſvicenſium.

Friſicarum Cimbricarum veterum ac recentiorum.

1426.

1461. 1466.

1500 1513. 1539. 1552 1558. ſqq. 1563. 1568. 1572. 1582. 1590. 1591. 1606. 1628.

Exempla.

tt) Docet hoc vel ſola collatio primarum Legum Anglo Saxonicarum Regis ÆTHELBERTI exeunte *Sec. VI.* ſcriptarum. In Lege enim XXXV. habes *Legem Friſonum Tit.* 22. §. 6. in Lege XLI. occurrit *lex Friſionum tit.* 22. §. 9. *Si quis alteri aurem abſciderit XII. ſol. componat.* In lege Æthelb. XLVII. vides conſonantiam *Legis Friſonum in additamentis tit.* 64. Lex LII. de dentium excuſſione exſtat *in LL. Friſ. additam. Tit.* 3. §. 36. 37. 38. Lex LVI. de faciei deformatione occurrit in *additione* 3. *ad Leges Friſionum* §. 16. *Si ex percuſſione deformitas faciei illata fuerit, quæ de duodecim pedum longitudine poſſit agnoſci, quod* WULITIVAM *dicunt, ter IV. ſol. componat.* Optime in laudata lege Anglo Saxonica vox corrupta *Wulitiva* redditur *Blideramme, Wlituwama;* & in latina verſione: *Pro* MINIMO NÆVO *tres ſolidi, pro majoribus VI. compenſentur.* In lege LX. habes *Legem Friſionum Tit.* 22. §. 50. *Si membranam, qua jecur & ſplen pendent, quod* MITHRIDI (MIDHRIFT) *dicitur, vulneraverit XVIII. ſolidis componat.* Saltim in Lege Anglo-Saxonica corrupta vox MITHRIDI curate explicatur: *Si* DIAPHRAGMA *vulneretur XII. ſolidos compenſet.* In Lege LXIII. habes *legem Friſionum in additam.* §. 56. Ita & veteres *Allemannorum* h. e. Cimbrorum Suevorumque Leges paſſim in laudatis *Legibus Anglo-Saxonicis* repetuntur. Lex enim *Æthelbirti XLIII.* convenit cum lege *Alemann. Tit.* 60. §. 3. *Si quis medietatem auris abſciderit, quod Alemanni* ORSCARDI *dicunt, cum VI. ſolid. componat.* Ipſum hoc vocabulum in Lege Anglo Saxonice ſcripta exprimitur: KEARE SCARAN. Et in latina verſione: Si AURIS ATTONDEATUR, *ſex ſolidis emendetur.* Parem concentum habes in Lege *Æthelbirti* XLVI. & lege *Allemann. d. l.* §. 4. & in Lege *Æthelb.* LXXV. & *Allemann.* Tit. 54. Plura exempla notarunt LAMBARDUS, WHELOCUS, SPELMANNUS, *de* LAET, WILKINSIUS & HICKESIUS ſupra laudati.

u) Confer capita de *vulneribus, membris læſis, comprehenſione alicujus per capillos,* Friſis *Faxfang, Hartoge, diviſione hæreditatum, juramento XII. virorum,* ceteraque plura.

v) Exempla habes apud HEIMRICHIUM *chron. Nordfriſ. L. II. c. II. p.* 170. 184. Sigillatim in argumento *hæreditatis, poenarum damni vulnerumque illatorum, juris agnatorum ſeu Schwerdſyde.* Præcipue conferri merentur jura Friſiorum Septentrionalium conſuetudinaria antiqua in ſcripturam demum redacta & XXV. Articulis abſoluta a 1426. vulgo *der ſöven Harden ſententien,* quarum proœmium adpono: *Im Jahr nach Gades Gebohrt* 1426. *des andern Dages na Viti do währen tho Hope gekamen in dem Oſter Harde Föhrde in Sanct Nicolaus Kerken de ſöven Harde als Pillwärm, Boltringharde, Wiesharde, Oſterharde, Föhrde, Sildt, Horsbüllharde und Bockingharde: darmede waren by etleke frame Lüde uth Edensharde und Lundenberger Harde ock was jegenwardig* MAGNUS HAYDEN *van mynes gnädigen Herren wegen Hartoch* HINRICH *tho Schleswig, dar worden deſe vorgeſchrevene Harde eins, bewilligende und belevende dat ſe by ehrem* OLDEN LAND RECHT *bliven und neenerley* NIE LAND-RECHT *annehmen wolden, hebben darup* EIN DEEL *ehres* OLDEN RECHTES *utgedrucket als hierinn geſchreven ſteith.* De hac collectione HEIMRICHIUS *c. l. p.* 177. refert: *daß ſie dieſe Satzungen die Krone der* RECHTEN WAHRHEIT *geheiſſen und von demſelben gerühmet, daß ſolches ihr willkührliches und von ihren* VORELTERN *von der Zeit an, da dieß Land erſt geſtifftet oder* BEWOHNET *worden von Kind auf Kind ihnen angeerbtes Recht, weder die Könige noch Regenten noch Hertzöge, darunter dieſe Orter jemahls ſeyn beſchirmet worden, haben geſtraffet oder getadelt. Sie haben ſich auch allewege an demſelben feſt gehalten und ſeyn von demſelben auch in unbilligen und unchriſtlichen Puncten, ſo darinn enthalten ſchwerlich abzubringen geweſen.* Plura ſingularia quæ ad hiſtoriam harum Legum faciunt idem obſervavit *p.* 182. 188. & *in Supplementis MSC. ad h. l.* Quæ ſequenti ævo literis conſignatæ & ſancitæ reperiuntur Friſiorum leges, dignæ omnino ſunt, quæ memorentur, colliganturque aliquando in integrum Codicem. Inter has referuntur præcipue: (I) Confirmatio *jurium Friſiorum Eideroſtadenſium* eorumque privilegiorum (excepto *Landfolge*) data a Rege CHRISTIANO I. die Veneris poſt Reminiſcere a. 1461. cui confirmationi operam navavit NICOLAUS Epiſcopus Sleſwicenſis & *Nicolaus* RATHLOW armiger & præfectus Gottorp. (II) Codex juris provincialis Eyderoſtadenſis a. 1466. in membrana ſcriptus cujus inſcriptio eſt: *Na der Bohrt Chriſti duſent veerhundert darna an dem LXVIten Jare des Dingeſtages vor Sunt Peters Dage an der Faſten weren verſammlet to* GARDINGH *an der Kercken der dryger Lande Raeed alze* EYDERSTEDE, SVERSCHOP *und* VTHHOLM *unde der Land vullmechtig unde beleveden dit nageſchreven Land-Recht ſtede unde vaſt to holdende ſunder jennigerley Ruggeſprake und Argheliſt to ewigen Tyden unde Kynt na Kynte dat Recht to bruckende unde des to ener Witlichkeit hebbe wy mit Eendracht Unſer dryger Lande ingeſegele hangen laten vor dit Bok.* (III) Olle Freſiſche Landrechte uth einem *Latiniſchen Rechtbock to Pillworm, ſo nütt und ganghar ſind in Pilwormer Harde, Edomsharde, Boltringsharde und allen Harden Nordſtrandinger Landes a.* 1500. (IV) Bewilligung *der vyff Harden Rade geſchehen* 1513. (1517) *collationert mit dem Nordſtrandinger geſchrevenen Land-Recht, durch Matth.* POMMERENING *art. XXXIII.* (V) Supplementa codicis de a. 1466. ſtatuta a. 1539. Gardingæ ſub inſcriptione: *Land-Recht, wat in den vorigen Frieſiſchen-Recht nicht verfatet, und in allen Harden gangbar, Articuli XCIII.* (VI) Der *ſeven Harden gemackte* SENTENTIEN *von a.* 1552. Articulos XVIII. continentes. (VII) Jura provincialia Eideroſtadenſia collecta 1552 Articulis CI. (VIII) *Erklärung und Verbeſſerung des Land Rechts der 5 Harden* a 1558. *art. CII.* (IX) Jus provinciale Friſicum *Ducis* JOHANNIS *1559. Art XXIX.* (X) *Der 4 Harden Freſiſche Rechte,* data a Duce JOHANNE 1559. Art. XXVII. (XI) *Der vier Freſiſchen Haarden im Amte Tundern Land-Recht,* datum a Duce Johanne Haderslebiæ 1559. Art. XXX. accedunt a 1563. Artic. X. (XII) *Vertekenis wat van der IV. Harden Rath bewilliget to Tundern up dem Rathhus* 1568. *d.* 24 *Mart.* Art. VII. (XIII) Ducis ADOLPHI *beſchriebenes Land-Recht der Lande Eiderſtede, Everſchop und Uetholm.* collectum a Cancellario ADAM. TRAZIGERO *a. 1572. d. 10. Julii* (XIV) Jus provinciale *Nordſtrandicum* promulgatum a Duce JOHANNE *a. 1572.* curantibus *D.* HIER. OELGARD *Cancellario* & GEORGIO BAYEN *Secretario,* qui illud compilarunt ex juribus Friſicis, Saxonicis, Juticis, & inſtitutis antiquis aliis. Vide HEIMRICH *L. 3. c 5. p.* 250. Confirmavit hoc jus Dux JO. ADOLPHUS *a. 1568. d. 27. Jun.* exceptis *Beda* & *Landfolge.* (XV) Statuta ſive *Weichbildes-Recht zu Huſum* conſcripta ab ADAMO TRAZIGERO ſub auſpiciis *Ducis* ADOLPHI a. 1582. (XVI) Ducis JO. ADOLPHI *Gardinger Stadt-Recht* a. 1590. Art. XXIX. (XVII) Ducis JO. ADOLPHI *Jus provinciale* EIDEROSTADENSE emendatum e conſilio Conſiliariorum ſeu Senatorum Eyderoſtadenſium opera ſtudioque *Caſparis* HOYERI Conſiliarii & Judicis Eyderoſtadenſis a. 1591. d. 14 Jan. (XVIII) *Jus provinciale* HALLIGOLANDICUM confirmatum a *Jo. Adolpho* 1666. (XIX) *Stadt-Recht und Gerichts Ordnung der Stadt Huſum,* quibus jura ab ADOLPHO lata emendantur explicanturque ex juribus Saxonico & Cæſareo opera Cancellarii HIERONYMI SCHULTZE a. 1608. Tituli 75. (XX) *Jus provinciæ* STAPELHOLMIÆ *Ducis* FRIDERICI *a. 1628. Tituli* 22.

ww) Paucula adpono exempla ex codice antiquiſſimo *a. 1426. Art. V. de homicidio: Wenn ein Mann den andern todt*

VI. Leges Heraldinæ. tribuendus eſt celebratiſſimis Legibus HERALDINIS, quas HERALDUS BLOATAND *Rex Daniæ ſapiens & magnus* Danis non ſolum ſed & Saxonibus Tranſalbinis & Friſionum genti, quin etiam Ciſalbinis populoque Bremenſi præſcripſit teſte ADAMO *Bremenſi L. 2. c. 19. apud Lindebr. p. 26.* HELMOLDO *L. 1. c. 15. apud Leibnit. T. II. p. 551.* & ALBERTO *Stadenſi apud Schilterum p. 220.* Equidem clariſſimus ARPIUS *Themid. Cimbr. p. 128. 145.* Heraldianam legislationem in dubium vocare audet, deſumta ratione ab impotentia Heraldi, quem regulum tantum & Cimbriæ principem tenuioris famæ fuiſſe condendit. Confundit vero vir doctus Haraldum cognomine Klaag, Cimbriæ regulum, qui vixit ſub Ludovico pio, cum Haraldo *Blatano* Gormii filio, qui Ottone I. imperante, Daniæ ſceptra geſſit Imperiique terminos ad Viſurgis confinia protulit, ad cujus Leges ipſe provocat Rex CHRISTIANUS V. in auguſtali diplomate, quod præmiſſum eſt codici Legum Danicarum Chriſtianeo, quem è Danico in latinum tranſtulerunt WEGHORSTIUS & HOYSELINUS. Si recte calculum iniverint PONTANUS *hiſt. Dan. L. 5 p. 136. ſqq.* & SVANINGIUS *chronolog. p. 69.* laudatus Haraldus circa a. 961. vel 980. *x)* ferre coepit ſalutares Leges, quas Saxones & Friſones hodieque ſervare uno ore plures aſſerunt. Nolo repetere, quod CONRINGIUS, MEIBOMIUS MÖLLERUS juriumque & hiſtoriarum Germaniæ Daniæque Scriptores in hac cauſa notarunt; mihi probatur facile conjectura, Haraldum Regem antiquas leges Saxonum, Anglionum & Friſionum nova promulgatione renovaſſe, emendaſſe etiam & adauxiſſe *y)*, de quarum memoria

VII. Leges Anglo-Saxonum. etiam nunc in Legibus Danicis, Cimbricis, Friſicis, Ditmarſicis, Holſaticis, Saxonicis & Anglo-Saxonicis *z)* perennante, alibi dicemus. *Septimo loco* collocantur *Leges* ANGLO-SAXONUM ſcriptæ

Hovetlod. *todt ſchlüge und de Handdädiger ſtürve de dat gedan hadde, ſo ſchölen ſine Fründe ſin* HÖVET LOT *tor Verwahringe holden, wehre dat ock Sake dat ſe den Fründen de Hohn weren, binnen Jahr und Daghe nenen licke deden, ſo ſcholde dat* HÖVET LOT *fölgen dem rechten Arven des erſchlagenen.* Cui veteri conſuetudini de manu abſciſſa occiſi reſpondent antiquitates *Holſaticæ, Cimbricæ, diplomata.* Art. VII. *Welcker Mann den andern ſchlöge neehrlicken effte up börte Bothe, de Mann ſchal* EHRLOS *weſen, und ſchall in den ſöven Harden neenen* FREDE HEBBEN (formula Legum *Saxonicarum*, Statutorumque *Sleſvicenſium, Flensburgenſium*) *und de Fründe ſchalen den Mann betalen vor xxvij. lb. Pund Engelsh 90 ſt.* Artic. VIII. *Welcker Mann den andern uhleith edder verwundet mit vörlechten Wapen als mit Armborſten, Rinſcheren mit Twerſchinders offte mit ungewöhnlicken Wapen de ſchall tweefoldig betern, den de hohn is und ock de Herſchopie.* Plane convenit hic articulus cum LL. *antiquis Saxonicis Friſicis cet.* Art. X. *Item ſo finde Wy dat de, de Land will kopen, ſchölen dar Lüde by röpen, de Land will* SELLEN (En SELANDIAM Cimbris ſolemnem, de qua dictum in præfat. ad Tom. II.) *de ſchall Lüde bellen. Item Landpranck hefft ein Fortgang, Land Koep hefft ein rügge Loep.* Art XI. de jure vicinitatis & congrui: *Effte ein Mann Land koffte an des andern Boel und deme dat Land to hörede dem wäre dat nicht to Willen, ſo mag he den Koep tho rügge nehmen nademe dat he ane ſin Wethent, ſin Wille, ſin Ohrloff, ahne ſinen Befehl gekofft hefft, und mag ehm ſin reede Geld mit Oſſen edder Peerden edder mit ſo daner Waar darjenig wat inne is to bethalen, und nehmen ſin Land.* (Confer Jus provinc. Eyderſtad. noviſſ. a. 1591 Part. III. art. 36) Et e *Codice Juris Eideroſtad a. 1500. 1517. art. 4.* de majorennitate: *Ein Knecht von 13. Jahren und ein Magdgen von 14. mögen ehr egen Gut mächtig ſin un weſen by wehm et ehnen beſt belevet.* Qui articulus a. 1552. ita correctus eſt *Art. 12. Mögen mündig weſen* (dictis annis), *averſt ſe ſcholleu ehr Erve und Guht nicht mächtig weſen to verkopen, verpanden edder tho mede to handeln eher ſe 18. Jahre old geworden, en Manns Perſöhn von 14. Jahren mag ock ſtahn in Eden und Tügeniſſen.* Et iterum in Legibus a. 1568. & 1590: *Ein Jungmann 12. Jahr old, mag ſin egen Landhür upbören, is he 14. Jahr ſo is he ſin egen Vormund, wenn dat he iſs 18. Jahr, kan he ſin Süſſcken* (ſororis) *Vormunde ſyn.* Et porro *d. l.* Art. XXVI. de cautione: *Is idt dat woll des andern Börge is, ſchall betalen van ſinen egenen, edder* WEHRE *ſick mit benemeden Nabaren; ſind id Perde Oſſen edder Koye, de neme* 12. MÆNNER, *war he ſe hebben kann.* Ex Legibus laudatis a. 1552. *art. 44.* de jure congrui: *Wennehr Land ſchlichtes Kopes verkofft is, desülve Koop mag ein Bloetfründ und der de Landlage is, tho Rechte byſprecken, ſchall ock eger dartho ſyn alſe en frembder,* BLOTFRÜNDSCHAFFT *averſt geith vor* LANDLAGE, *Landlage trifft den* FREMDEN *av.* Art. 58. *van* DOEHM (ſententiis) *und Schötingen* (ſcotatione): *wenn en Doehm und Schötinge einem Mann gegeven wird, datſülvige ſchall geſchehen des Sündages up dem Karſpel-Karckhove, dar dat* LAND *is belegen vor der gantzen Gemene, edder up der gemenen* DINGESTEDE, *dartho ener hebben ſchall, dre* DOHMERS *und tine* DINGHÖRER *na* OLDEN *Land-Recht, und ſo de Dhoem binnen Jahr und Dag nicht wand lygeſpracken, ſchall he veſt ſyn un dat Land to fryen feddern und egener Erve bliven.*

Pacis privatio.

Sellen.

Jus congrui.

Anni majorennitatis 12. 14. & 18.

Warandia XX. viralis.

Jus protimiſeos gentilitium.

Scotationis ritus.

Nicolſonii diſſenſus. *x)* NICOLSONIUS *in diſſertatione epiſtolari ad Wilkinſium fol.* 3. ad annum refert, quo HARALDUS inter vivos eſſe deſierat: *Quamvis*, inquit, *Haraldum Regem Daniæ Saxonibus aliisque populis circa a. 990. leges dediſſe narrent hiſtorici noſtrates & exteri; Lindenbrogius tamen iſtas, quas ipſe edidit, Saxonicas, Haraldo juſte antiquiores autumat, quia membranæ & manus vetuſta Caroli M. ætatem antecedere videntur.* Addit erronee:

Erronea opinio. *Ex Legibus antiquis* SAXONICIS, ANGLIONUM & WERINORUM *maxima de parte* ECKIUM *de* REPKA *compilaſſe ſummidam juris,* SPECULUM SAXONICUM *fide* GOLDASTI *Collect. p. 126.*

Autores acceſſionum Legum Anglionum ac Friſonum. *y)* Nolo tamen inter hæc augmenta referre acceſſiones & judicia ſapientum, quæ in legibus veterum Anglionum & Friſionum reperiuntur, adjecta a SAXMUNDO & ULEMARO, quem forte putaveris WALDEMARUM *Regem.* Sed conſtat, vixiſſe *Ulemarum*, Heroldo quidem conjiciente, circa a. 600. vel acceſſiſſe legibus laudata Supplementa juſſu THEODERICI *Regis Francorum*, vel certe tempore LOTHARII *ejusque filii* DAGOBERTI circa a. 640. docente SICCAMA *ad LL. Friſ.* & ECCARDO *ad L. L. Salicas.* Fruſtra enim *Suffridus* PETRI *de Scriptor. Friſiæ Decad. VII c. 10.* has Leges refert ad a. 1264.

Error Sibbernii. *z)* Errat tamen SIBBERN *in bibl. Dan. Norw. c. 8. §. 6. p. 248.* aſſerens: *Haraldi Leges laudatas aliaſque ejusdem Regis editas eſſe cum eccleſiaſticis Legibus Alfredi Regis Anglo Saxonum.* Provocat ad fidem ERNSTII *in notis ad genealogiam Regum Dan. p. 30.* ubi tamen nil quicquam de Heraldi Legibus reperitur. Nec convenit Ælfredi ætas ævo Heraldino. Ille enim regnare cœpit a. 872. & deſiit a. 901. Ultro vero collabitur aſſertio WORMII *L. V. Monum. Dan. p. 334.* ubi Leges HERALDINAS, Saxonibus tranſalbinis datas, male accepit pro *Speculo Saxonico.*

Wormii.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſcriptæ inprimis ab a. 561. uſque ad ætatem Regis Henrici II. & Svenonis ævum. Quamvis enim Angli, Saxones ac Jutæ Cimbriam patriam egreſſi ſint ac à conſortio conterraneorum veterum disjuncti; non tamen ab antiquis conſuetudinibus & juribus civitatis communis ſe divelli unquam paſſi ſunt, quin potius patriorum inſtitutorum tenaciſſimi exſtiterunt, ut illa non ſolum in Britanniam invexerint, ſed & eadem cuſtodiverint ibidem ſarta tectaque, licet deinde cum Danicis & Normannicis conſuetudinibus cognatis præcipue, conjuncta fuerint. Inde eſt, quod in juribus *Anglo-Saxonicis* & *Anglo-Danicis*, licet in Britannia conditis, amiciſſimus ubique reperiatur concentus miraque adſervetur apud Britannos memoria *avitorum nominum*, *jurium morumque* CIMBRICORUM *a*), ut ipſæ Leges Anglo Saxonicæ non potuerint non ſemper inſervire civibus

a) Ampliſſimum hoc argumentum rationibus & exemplis innumeris inſtruunt præcipue WILKINSIUS, LAMBARDUS, WHELOCUS, GLANVILLA, SPELMANNUS, CRAGIUS, GIBSONIUS, ex quorum operibus laudatis facile quædam repetuntur. Præcipue HICKESIUS *in diſſertatione epiſtolari de antiquæ litteraturæ Septentrionalis utilitate* docuit, Anglos & Saxones Cimbriæ præcipue in Britanniam introduxiſſe *comitia terræ* ſeu curias comitatuum & Hundredorum, nobis judicia provincialia *Landting*, *Markering* p. 2. proceſſum *ſimpliciſſimum ſummarium & oralem*, quo hodieque Holſati & Ditmarſi utuntur *p. 8.* conſuetudinem, tabulas emtionis venditionis, alioſque Contractus inſcribendi membranis & cuſtodiendi apud *Cœnobitas* p. 9. 12. Nomina & cognomina gentilia & antiqua varia, *Hygo*, *Hugo*, *Proſt*, *Preiſtman* (*Presbyter*) *Greave*, *Gerefa*, comes, judex, *Schyldwirtha* Scutarius, *Algerwebbas* Algerus Textor, *Dreughard* ſtrenuus potator, *Alfader* paterfamilias & plura alia *p. 23. 24. ſqq.* Inſtrumenta curialia & ſolennitates in curia actæ & teſtatæ *p. 29.* Teſtamenta conjugum reciproca (hodieque apud Holſatos valida) quorum exempla ex amplo Saxonico ævo recenſuit *p. 51. ſqq p. 56. ſq.* Conditio hominum propriorum glebæ adſcriptorum, ita ut ANGLOSAXONES ſervos *ſervasque cum liberis* legaverint alienaverint *cum prædiis*, ceu partes eorum *p. 54. ſq*; Uſus fructus terræ ſeu prædii a marito relictus conjugi viduæ (Holſatis hodie *Havenbandsrecht*) p. 55. Teſtamenta adhibitis uno vel duobus teſtibus valida (jureque Lubecenſi præſcripta) p. 53. Teſtamenti factio irrita, niſi teſtator impetraverit *regium conſenſum* (plane ut jure Cimbrico Sleſvicenſi) *p. 60 ſq.* D nationes *validæ* cum conſenſu propinquorum, quamvis non acceſſerit ſolemnis inſinuatio & acceptatio p 63. ſignum *crucis* in chartis & Sigillis conſvetum, plures unius diplomatis tabulæ validæ etiam ſine Sigillo adpendente p. 82. Ritus *ſolennes* in alienationibus & donationibus, declarati præcipue *per annulum* cum charta poſitum ſuper altare & per traditionem CESPITIS ſolemnem (habes hic originem SCOTATIONIS & SEELANDIÆ ſeu reſignationis judicialis Anglo-Saxonicam) ſine qua alienatione *imperfectæ* fuerunt *intuitu* CURIÆ NB. *perfectæ* vero intuitu EMTORIS & VENDITORIS, *donatoris* & *donatarii* p. 83. uſque ad p. 87: Sanctitas demum *pacis domeſticæ* & *palatinæ*, formulæque ſolemnes *juramentorum* (Eides-Tafeln) *p.* 113. ſq. Ex inſtituto vero docuit FOUNTAINE *diſſertatione de numismatibus Anglo-Saxonicis*: Britannos originem nominum nummorum *Sticæ*, *Heiſingi*, *Peningi*, *Sceattæ*, *Scyllingi*, *Trimſæ*, *mancuſſæ* ſeu *marcæ*, *oræ*, *pundæ* debere Saxonibus antiquis. Nolo tamen diſcedere ἀσύμβολος, additurus quædam apprime ſpectantia ad *Chorographiæ & Topographiæ* CIMBRIÆ & SAXONIÆ ANTIQUÆ memoriam apud BRITANNOS, invectam ab ipſis ANGLIS & SAXONIBUS *Cimbris*, quorum illos Britanniæ regno nomen *Angliæ*, hos vero diviſionem in *Saxoniam* ſecundum orbis plagas dediſſe notum eſt. Speciatim *Buckingehaemum* conditum puto ab Anglo-Saxonibus appellatumque a *buc* fago, quaſi dicas oppidum fagis circumſeptum. *Cumberlandia* vel idem eſt ac CIMBRORUM *terra*, vel quod malim terra *Sylvis*, *montibus*, *paludibus* impedita a Saxonico *cummer*, a quo in ipſa *Holſatia* nomen retinuit integer prædiorum tractus præfecturæ Bordisholmenſis qui hodieque *Cummerland* dicitur. Vetuſti etiam *Wippendorpii* SAXONUM hodie Neomonaſterii Holſatiæ nomen reperiundum eſt apud Britannos in loco ejusdem nominis a WIPPEDO, Ducis Anglo Saxonum Principibus ita denominato, hodie *Wippedesfleth*, fide chronici Saxonici Gibſoniani *ad a. 465. p* 14. HAMTUNUM auſtrale & boreale nomen debet Cimbris, qui illud appellarunt a *ham* Sylva, & *dun* caſtro, ſepimento. Hærethorum terra, HEREDALANDIA indubie appellatur a Cimbrico & Jutico Danico *Harred*, harda, pago diſtrictu. Gaveletum, *jus Gaveleti*, quo omnes filii ex æquis portionibus patris adeunt hæreditatem, e priſca Anglo Saxonum conſvetudine in Britanniam delatum eſſe ex inſtituto docuit *Silas* TAYLOR *hiſtor. of gavelkind ed.* 1663. Cujus reliquias ſervarunt Cimbri & Megapolitani in jure, quod vocant *Cabelrecht*. Vocem quoque & inſtitutum *Gildarum* ſeu ſocietatum & fraternitatum vulgo *Calendarum*, Saxones antiquos Britanniæ intuliſſe docet LOMBARDUS *d. l.* JO. SCKENÆUS *in regia Majeſtate Scotica ed.* 1613. & HICKESIUS *d. l. p.* 18. 19. ſqq Ipſam Londoniam olim *Lundewic* a Saxonibus Cimbricis appellatam docet HICKESIUS, quibus & *Lundena Ditmarſica* nomen acceptum refert. Idem dicendum eſt de nominibus Anglicis in *wic* deſinentibus, *Northwico* ſinu, caſtro ſeu vico aquilonari; *Sandwico*, *Waerewico*, *Dunwico*. Nec evanuit apud Britannos hodieque memoria nominis apud Cimbros Anglos olim celebratioris fluvii DÜN, hodie *Egdora*, ut & oppidi TONNINGÆ ad fluvium eundem ſiti. Fluvio enim e provincia *Nordhymbrenſi* tandem ſe in mare exoneranti Anglo-Saxones nomen indiderunt TINE, & campum caſtrumque vicinum appellarunt TONEBRING, TUNEBRGIA, hodie *Tunbridge* in agro Cantiano. Demum etiam conjector, KILAM *Britannorum*, olim caſtellum, & proxime alluentem *fluvium* KILLAM provinciæ Normanniæ, a Saxonibus Cimbris accepiſſe nomen. Cujus originem repeto, ab antiquo Saxonico *Kyle*, *Cyule*, navibus longis ſeu *actuariis triremibus*, quibus ipſi CIMBRI SAXONES uſi quin ipſam Britanniam *a. 450.* ingreſſi ſunt. Teſtem habeo GILDAM SAPIENTEM *in hiſt. de introitu Saxonum in Britanniam apud* TH. GALE *p. 3: Erumpens grex* SAXONICA *tribus, ut lingua ejus exprimitur*, CYULIS, *noſtra lingua longis navibus, ſecundis velis auguriisq; primum evecta in orient. parte Britanniæ.* Et NENNIUM *in hiſtoria Britonum ibid p. 107. Miſit Hengiſtus in patriam* SAXONIAM ANTIQUAM *Legatos ut invitarent milites de militibus regionis ſuæ. Qui reverſi ſunt in Britanniam cum* CHIULIS *XL. militesque electi venerunt cum illis & in una* CHIULA *venit puella pulchra atque decora quæ erat filia* HENGISTI *Saxonum Ducis.* Niſi me fallat conjectura, laudati Saxones Cimbri, quorum verior origo ex Gothis peti ſolet, ipſum nomen uſumque *Chyularum* didicerunt a *Scanis* & *Gothlandis* qui eodem Seculo *Cyulis* navibus uſi ſunt, uti in gloſſario Cimbrico fuſius oſtendi fideque *Jornandis*, *Procopii*, *Caſſiodori*, *Nicephori* munivi. Certum enim eſt ODOACRUM *Regem Herulorum & Scirrhorum* ex Herulia Cimbrica Ripenſi & THEODERICUM *Regem Gothorum* in Italiam trajeciſſe CIULIS LONGIS circa a. 476. & 489. Ut itaque prorſus vagum haud dicendum videatur aſſertum GEORGII ECCARDI, qui *in literis ad Dn.* SEBAST. KORTHOLTUM *Academiæ*

Veſtigia veterum morum Legumque Cimbrorum in Britannia. Speciatim in comitisterræ. Proceſſu orali. Membranis. Nominibus. Solennitatibus. Teſtamentis reciprocis. Hominibus propriis. Uſufructu vidiæ. Numero teſtium teſtamentariorum. Teſtamenti factione. Donationibus Diplomatum forma Ritu traditionis. Sanctitate pacis. Et in nominibus numo. rum Accedunt nomina & loca a Cimbris oriunda in Britanniæ regno. Buckingehamum. Cumberlandia Wipendorpium Hamtunum. Hæredlandia. Gaveletum Calandæ, Gildæ. Lundevicum. Duna fluvius. Tonninga Fluvius & caſtrum Kyla. Origo nominis Kyliæ a Cyulis. Explicatio vocis ex ſcriptoribus moglo-Saxonicis. Et Gothicis, Scanicis.

bus Cimbris & Saxonibus inſtar adjumenti in *tuendis* patriæ inſtitutis, *condendis* & *illuſtrandis* Cimbriæ ſanctionibus omnis ævi. Exempla ſi deſideraveris, ipſæ adeundæ ſunt Leges *Æthelbirthi*, *Eadrici*, *Withrædi*, *Inæ*, (qui faſces regni Saxonum occiduorum depoſuit a. 728.) quorum Leges plures civiles & criminales, ſpeciatim in mulctis definiendis fere ubique congruunt Legibus antiquis Saxonum & ſtatutis *Sleſuicenſibus*. Idem dicendum eſt de ſequentis ævi Legibus Anglo-Saxonicis Regum *Ælfredi*

Vocis Cyulavum derivatio Gothica & Anglo-Saxonica. Concentus vocum Theotiſcarum.

miæ Chilonienſis Senioren & anteceſſorem celeberrimum a. 1718. perſcriptis, & a CHRIST. KORTHOLTO magni avi patriſque meritorum propagatore *editis inter Leibnitianas epiſtolas Vol. V. p.* 121. aſſeruit: HIRROS *& Scyros olim civitatem Chilonienſium inhabitaſſe & Odoacrum eorum fuiſſe conterraneum.* Dicuntur vero *cinlæ* a Gothico CIL, cavo, & ab Anglo-Saxonico CEOLE & CHIELE h. e. cavitate, CILL receptaculo cavo, utero, alveo, teſte SOMNERO. Inde SVECIS hodieque *Kyl* eſt venter navis, docente SPEGELIO *gloſſar. p.* 118. & ANGLIS *Keele*, BELGIS *Kiel* etiamnunc idem ſignificat ac carina ſeu fundus navis. Ab Anglo Saxonico orta ſunt, vocabula Theotiſca, *Kohl*, *Kehle*, gula, *auskehlen*, *ausböhlen*, excavare, *Keller* locus concavus, *cella*; *Kiel* arundo cava, calamus, vetuſtum Francicum *Kelih* & *Cholih*, vas cavum, calix apud TATIANUM *c.* 160; ipſum Vandalico Slavicum KILU & *Kilam*, Bohemicum CHYLITI h. e. cavatum, incurvatum docente FRENZELIO *in orig. Sorab p.* 629. *ſq.* ut & barbara latina *caulis*, cavitas calami, *Ceola* navicula hodie *Kahn* ſeu linter, & alia nonnulla apud SCHILTERUM & WACHTERUM *in gloſſariis*. Ipſum vero vetuſtiſſimum nomen Cimbricum *Chyel*, *Chiula*, in antiquis monumentis Germanicis occurrit aliquando & laudatum ſupra ſignificatum plane prodit. In poemate enim Germanico apud ECCARD *ſcript. medi ævi T. II. col.* 14. leguntur rhytmi: *Und die Venediger, manchen* CHIEL *ſchwer, ſondern übern Meer.* Eandem vocem THEUTONISTA & VOCABULARIUS *ant. a.* 1482. ita explicat: KIEL, *navis major, triremis a tribus ordinibus remorum dicta.* Cui opponitur navis rotunda, navicula levior unius trabis, ſeu ſcapha apud antiquos dicta *ciel nache*, *Kielnachia*, quæ ipſa vox hoc ſenſu occurrit apud CONR. VRSPRENGENSEM *ad a.* 1177. Uſus etiam eſt eadem voce SPECULATOR *Saxo*, *in Codice antiquo MSC. L III. 44: Sie ſcheepeden mit dreen hundert* KEYLEN. Et *gloſſator* SAXO: *Schippeden mit* KIL *oder* GALEEN Debeo hanc obſervationem

Fides antiquorum monumentorum.

Nominis hodiernæ reliquiæ.

eruditiſſimo JOANNI LEON. FRISCHIO *in gloſſar. theotiſco & lat. p.* 513. qui recte etiam notavit a veteri *cyula* deſcendere vocem detortam, qua hodie nauræ præcipue ad Danubium utuntur ZYLEN ZEILEN, Conſentit LEIBNITIUS *T.* 1. *ſcript. Brunſv. p.* 31. *in notis: Naves longæ, quarum in Danubio uſus eſt, adhuc* ZEILEN *vocantur, a longitudine ſua. In univerſum Germanis* ZEILE, *Zilæ*, *Aberzile* (lineæ ſupremæ) *in rectum extenſum, non latum, ſed longum. Itaque Lineæ, quibus ſcriptura conſtat, hoc nomine ſpeciatim deſignantur & longiores plateæ Francofurti ad Moenum die* ZEILE. Illuſtrat hanc obſervationem FRISCHIUS *c. l. p.* 470 ex chronico Hagenii: *Er kam die leidige Maere* (narratio) *die* ZÜLLE *hatte ſich umbgekehrt, er wäre ertruncken;* & ex FRISCHLINI *nomenclatore p.* 342. *ubi* legitur: CILLEN *auf der Donau.* Ab his itaque KIULIS vel CIELIS (veteres enim legunt C. pro K.) ipſam appellationem fortita eſt noſtra KILONIA *Saxonum antiquorum*, rei nauticæ intentorum, metropolis & propugnaculum, a Seculo quinto piratica deinde & commerciis clarum, civitatibus demum Hanſeaticis, antiquo rei nauticæ jure, junctum. A laudatis navigiis ad ipſos demum fluvios & locos, qui vel maxime conſtruendis & tuendis præcipue navibus actuariis inſerviebant, nomen illud *Kieliæ* translatum eſt. Quin convenit & loco & ſitu ſuo *Kielia* HOLSATORUM cum *Kielia* ANGLO SAXONUM *Britannorum Normannorumque*. Utraque olim Caſtrum dicitur ſeu Caſtellum. De *illa* teſtantur chartæ Kilonienſes quæ prodeunt hoc Tomo *Num. XIX.* De *hac* vero teſtatur GIBSONIUS *in explicatione locorum Chronici Saxonici p.* 41. & *in Chronico ipſo p.* 226. ubi ad a. 1123. laudatur Walrami caſtellum, hodie pons maris ad KILLAM *fluvium*, Anglis *Punt Aldemer*. Utrumque locum latiſſimus alluit ſinus maris, utriuſque partem alteram circumfluit portus in longitudinem extenſus, alteram fretum vel fluvius anguſtior circumſtat, qui nobis dicitur *der kleine Kiel*, quem olim ex ripis ſuburbii ante portam Holſaticam uſque ad Danicam e regione Caſtri Kilonienſis, per hortum Ducalem in ipſum ſinum maris, inſtar gyri continui, fluxiſſe & refluxiſſe novimus. Addo & alias pro illuſtrando hoc etymo obſervationes: Fretum enim anguſtum, quod ab urbe Bergenſium Norwagiæ parum diſtat, navibus conſtruendis olim accommodatum, nomen accepit KYLE STROM teſte RAMO *de Ulyſſe Odino p.* 128. & PETRO CLAUDII UNDALENSI *deſcript. Norwag. p* 80. qui illud ab omnibus Nordlandorum navigiis permeandum laudant, fluxumque & refluxum aquæ mirabilem, rapidum &, dum acceſſus maris ad ſummum pervenerit, ſedatiſſimum dicunt. Apud FRISIOS *Orientales* CHILE *ſeu* KILE caſtrum oppidumque, apparatu navium olim inclitum, laudatur a KEMPIO, EMMIO & HAMCONIO *præf. ad Friſiæ lib. II. p. XI.* qui hodieque apud Friſos KILE *ſeu* CILE, rigorem ſeu frigus ſignificare notat. Quin docent *Annales Ruſſiæ MSCt.* portum oppidumque KYLAM *Ruſſorum* olim fuiſſe aliis celebratiorem, & ſi conjecturis haud vane aliquid dederis, a *Normannis* vel ipſis *Dano Saxonibus* appellatum. Quid? quod Ruſſorum longiora & actuaria navigia vulgo *galeen* vel *galeren* recte etiam dicantur *Kylen*, cum quorum nominis origine & ſignificatu plane coincidunt. Unde mirum non eſt, quod apud antiquos ſcriptores theotiſcos voces KYL & GALEEN, ſæpius conjungantur vel in ſynonyma abeant. Ita enim AUTOR *Poem. Germ. apud Eccard. T. II. ſcriptor. med. ævi f.* 1498. & HAGENIUS *in Chron. apud* PETZIUM *ſcriptor. Auſtriac. fol.* 1102. Auch ſanden ſie *mangen* KIEL *und* GALEIN. Sed non opus eſt exemplis & rationibus e longinqua regione petitis. Adſunt bina exempla in vicina Saxonia Orientali & occidua. Oppidum enim quod hodie *Zelle* audit, olim *Cielle*, caſtrum *Zielle*, aliquando *occidentalis Kielia* vocatur, ſæpius WESTERKIELLA ut in charta *Henrici II. de a.* 1013. *apud* LEIBNITIUM *T. II. p.* 155 *ſqq* aliiſque citatis a *celeberrimo* GRUPEN *diſceptat. Forenſ. p.* 756. *ſq.* In *Weſtphalia* vero etiamnunc perennat vetuſtum caſtrum & oppidum KYLUM *vel* KAII, ſitum itidem *ad fluvium* KYL in ipſa regione, quæ ab ANTIQUIS *Saxonibus* nomen ſervat HOLLENTHAL h. e. Holſorum ſeu Saxonum vallis. IMHOF *not. Procer. P. I. L.* 9. *c.* 4. AUTOR *Continuat. Lexici univerſ. hiſtor. p.* 211. Recte itaque Chiloniam ſeu Kiliam NORDALBINGICAM, ſedem illam olim principem Saxonum antiquorum ſeu ſeptentrionalium, dixeris ipſum Parentem ceterarum KILIARUM *Anglo Saxonum, Weſtphalorum Oſtphalorumque*, Saxonum CISALBINORUM. Nolo tamen tacere communem opinionem de Chilonii etymo. Ad unum omnes illud repetunt, a cuneo, *Keil*, quaſi ſinus maris Balthici cunei inſtar verſus meridiem terræ ſeſe ingerat, quin urbs ipſa, a latiori baſi plateæ Holſaticæ uſque ad anguſtiorem exitum per portam Danicam, figuram cunei & mucronis referat. Ita poſt HENRICUM RANZOVIUM, ELVERFELDIUS, LINDENBERGIUS, GRAMMIUS *in Chilonio novo Holſatiæ Parnaſſo p.* 3 ceteri. Sed hæc ipſa ratio e diametro repugnat ſitui loci. Sive enim ſinum alluentem & undique circumfluentem, ſive ipſam urbem ſine vel cum utroque ſuburbio ante portas Saxonicam & Danicam

Kyle memoria apud Bergenſes. Friſios orientales. Ruſſos.

Saxones orientales. & occiduos.

Kilia Holſatica reliquis nomen dedit.

Confutatio communis opinionis de nominis Kieliæ origine.

Kiliæ Holſatiæ origo.

Comparatio Kiliæ Holſatorum cum Kilia Britannorum.

ſito

di b) qui imperio præfuit ab a. 872. usque ad a 901. *Eadwardi* mortui a. 924. *Æthelstani* mortui 940. *Eamundi* † 946. *Eadgari* † 975. *Æthelredi* † 1016. *Cnuti* † 1035. *Eadwardi* † 1066. *Guilielmi conquæstoris*, *Henrici I.* & *Henrici II.* quorum omnium sanctiones egregia complectuntur non tam rudera quam præsidia veterum jurium GOTHORUM, SCANORUM, SVECORUM, DANORUM & CIMBRORUM, uti ex collatione Legum & ex uberrimis observationibus a WILKINSIO singulis Legibus additis sponte patebit. Præcipue ex *Canuti* a. 1017. totius Angliæ Danorum & Norwagorum Regis Sanctionibus civilibus & ecclesiasticis in natalibus Domini Wintoniæ promulgatis *c*) haud pauca derivata sunt argumenta in Leges *Cimbrorum* & in ipsa statuta *d*) civium *Slesvicensium*. Ex his itaque VII. præcipue Legum principiis ac fundamentis coaluisse puto STATUTA SLESVICENSIA *Svenoniana*. Post Svenonis ætatem forte accesserunt quædam ex binis aliis fontibus, altero WALDEMARIANO, altero CIVICO, quæ tamen oppido pauca sunt, vel pusilla. Licet enim in statutis Slesvicensibus multa omnino occurrant, quæ juribus Scanico a. 1158. (al. 1163.) & juri Sialandico a. 1171. à Waldemaro I. promulgatis, præcipue vero juri Jutico

VIII. Jura Waldemariana Scanica Selandica, Jutica.

---

sito spectaveris, sponte habebis figuram *peninsulæ*, quæ non cuneum sed lunam dimidiam adeoque ipsam CYMBAM seu navem CYULAM curatissime præsentat. Conjecturæ meæ antiquissima ipsius urbis insignia præsidium addunt non simulatum. Sistunt enim sigilla Secul. XII. nauclerum in navi actuaria seu CHYULA sedentem velis expansis & ex utroque navis acumine, prora & puppi, imminentibus stellulis duabus *Castore & Polluce*, nautarum hermetibus, addita perigraphe: *Sigillum civium Kilensium*. Quod æri incisum vides h. l. Tab. I. sigillorum num 4. Adpendet hoc sigillum antiquissimis documentis membranaceis, exeunte Sec. XV. demum ita mutatum, ut Ciula seu Cymbra appareat absque velis & remigio, collocata in medio triplicis folii, vulgo urticæ, tribus clavis acuminati, quod vide ibidem *num. 9.* Ex aliis sigillis civitatis, monasteriorum, fraternitatum & ecclesiarum Chilonienium *Sec. XII. XIII. XIV & XV.* quorum typos repræsentant tabulæ æneæ *I num 2. 5 6. 7. 10. II. num. 2 III. num. 25. 26. 27. 30. 31. & 32 hoc loco p. 550 & 559* facile intelliges, quod antiquissima lectio sit *Kil*, *Kyl*, *Kilen*, *Kiion* & CHIEL. Quorum fide sponte concidit opinio MAJORIS qui *in prodromo atlantices c. 5.* contendit, Kilonium vel Chilonium falso, rectius scribi *Kilum*, *Kiliam* & *Kilen*, quam postremam lectionem reperire notat in chronico Mindensi apud MEIBOMIUM *T. I. Rer. Germ. p. 564. ad a 1230.* Quamvis enim frequentissime occurrat monosyllabum *Kil*, nominum tamen antiquissimam lectionem dixeris Anglo-Saxonicam CHIEL, ut supra docui ex annalibus Seculi V. & sequentis ævi.

Illustratio nostri etymi ex antiquissimis sigillis civitatis.

Antiquissima lectio Chilia.

b) Vide ipsius *legem 40. de vulneribus & pœnis* apud WILKINSIUM *p. 44 sqq.* cui respondent mulctæ in legibus Slesvicensium statutæ.

Legis Ælfredi in stat. Slesvicens. vestigium.

c) Quarum legum egregius codex servatur in bibliotheca Colbertina Parisiensi ex qua Rostgardianus descriptus est, qui deinde transiit in bibliothecam Danneskioldianam. Cum aliis codicibus, easdem LL. contulit edidituque WILKINSIUS *d. l. p. 126 147.* De aliis Canuti Magni legibus curialibus seu castrensibus, a Svenone Aggonis editis & notis illustratis, vide SAXONEM *Grammat. L. X p. 193. sq* STEPHANIUM *d. l. p. 143 sqq.*

Codices Legum Cnuti.

d) Conveniunt statuto um Slesvicensium *Caput III de homicidio* cum Legibus Cnuti art. 6 53. *Caput VII. & Legum Cnuti XXXIV. de stupro & adulterio* cum Legibus Canuti Secular 47. 49. *Cap XXXII de rapina* cum LL. Cnuti art. & Statuto- 60: *Si quis rapinam commiserit, reddat, compenset, & sit æstimatione capitis dignus apud Regem.* CAP. *LXV.* convenit cum art. 59. *de eo, qui domum alterius invaserit*, quo etiam articulo mentio fit *Englalagæ* & *Danelagæ* h. e. Legis Anglonum Danorumque. Nec desunt alia Juris statutarii Slesvicensis æque ac Flensburgensis cum Legibus Anglo-Saxonicis consoni exempla. Primum sit de rebus expeditoriis ad filios devolutis, *Her Legumque Angewetta, Herreschiold, Steresheffne in Jure* JUTICO *III. 20. 3. 4.* de quo *cap. X. Statut.* SLESV. *& C. III. Stat.* FLENSBURGENS: *Neme ock de Vader eine andere Husfrowe schall he jedern Sohne geuen III. Marck Penninghe, Schilt, Schwert und Spete.* vel ut Statuta Slesvic. habent: *een Schild, ene Gleving un ein Schwert.* Quæ dispositio e moribus *Anglonum* instar traducis ad nostrates transmissa est. Audi *Legem Angl. & Werlorum Tit. VI: Ad quemcunque hæreditas terræ pervenerit ad illum vestis bellica, lorica & altio proximi & solutio leudis debet pertinere.* Secundum exemplum esto in *cap. 67. jur. Slesw. & c. 40 Statut. Flensb* ubi agitur de testibus in emtione venditione adhibendis (*den Wyncope togen*). Quod ipsum convenit ex asse institutis Anglo Saxonicis, quæ nullum emtionis venditionis contractum ratum jubent, nisi bonæ fidei viris præsentibus teste *David.* WILCKINSIO *collectione LL. Anglo-Saxonicar. p. 19 16. p. 48 1. p. 80. 7. p. 103. 4. p. 137. 22. p. 208. l. p. 226. 43. p. 229. 60.* Cum vero majores nil publicæ neque privatæ rei agerent quicquam absque symposio testante TACITO *c. 23.* facile dici poterit, quæ apud nostrates sit origo *des Wyncops* & traditionis *per cornu.* Mores genuinos exprimunt Anglo-Saxones docente charta apud CAMBDENUM *Topograph. Britann.* ubi: *Indilato Eboracum divertit, & cornu, quo bibere consuevit, vino replevit, & coram altari DEO & B. Petro Apostolorum Principi, omnes* TERRAS *& redditus flexis genibus propinavit.* Plures formulas taceo, præcipue *Topgeld, Hiffgeld, Leykop, Handtreu, Lose, Salmanne* quæ omnes in emtione venditione rerum immobilium adhibitæ leguntur in Legibus *Cimbricis* & *Danicis*, rite demum omnino explicandis ex institutis *Anglo Saxonum.* Tertium exemplum præbeat servitutis personarum præscriptio annalis in *Statut. Flensb. c. 21. Slesvic. c. 88.* obtinens in eodem casu apud Anglos, docentibus Legibus Wilhelmi Conquestoris ap. WILCKINSIUM *l. c. p. 229.* Quartum habes in *Stat. Slesv. c. 33. & Flensb. c. 81.* in bonis adulteræ ad maritum devolvendis verbis: *Wert eene Frouwe vermunnen mit averspele der Ehrekinge dat deel des hovegudes behöret nemande to den eren Manne.* Plane concinnit Lex Canuti c. 51. *ap.* WILCKINS *p. 141* ubi ita: *Si marito vivo uxor cum alio concubuerit & illud manifestum fieret, fiat ipsa impostorum infamia mundi & habeat verus maritus omnia quæ possidebat.* Ut taceam reliquias morum Anglo-Saxonum in *pœna adulterii, officio carnificis honorifico* (quod & hodie apud Anglos subeunt cognati & proximiores) *in stupro violento, falsa mensura, juramento duodecimviali, communione inter conjuges generali, perjurii pœna, matre tutrice, feminarum tutela perpetua, jure Albanagii.* Non possum tamen, quin firmem conjecturam supra allatam, quod divisio terrarum Cimbricarum in *Hardas*, in quas omnis Cimbria dispescitur, debeatur Anglo-Saxonum institutis. Ita enim POLYDORUS VERGILIUS *Histor. Angl. memorab. ex Legibus veter. Anglor.* apud THYSIUM *p. 811. Centuria*, inquit, *Saxonice Humreda* (Cimbris herreda, harda) *Alardus Rex, ubi cum Gustavo Dano fœdus inierat, prudentissimum illud olim a Jetrone Mosi datum executus consilium. Angliam* PRIMUS *in Satrapias* (Aembter)

Codices Legum Cnuti.

co a. 1240. *dd*) a Waldemaro II. Cimbris lato conſonant *e*); horum tamen pleraque, ut ſupra dixi, non ex codicibus demum Waldemarianis deſumta ſed antea diutius cuſtodita ſunt in avitis conſuetudinibus, Legibus & inſtitutis patriis, ex quibus ipſum Jus Juticum demum natum eſt. Nec eſt, quod putes, in jure ſtatutario Sleſvicenſi paſſim ad ipſum Jus Juticum provocari, inprimis *Cap. XXXIII.* quod obſervantiam præſcribit Juris

---

Centurias (Harden) *Decurias* (Karſpel) *partitus eſt. Satrapiam Schyre, a Shyran, quod partiri ſignificat, nominavit. Centuriam hunreda, & decuriam* THEOTHUNG, *ſive thiemanteje, id eſt* DECEMVIRALE *collegium* appellantur. *Decrevit porro Aluredus, liberæ ut cujuſque conditionis quisque in centuriam adſcriberetur aliquam, & in decemvirale aliquando conjicerentur collegium. De minoribus negotiis ut Decuriones* (die Hardes und Carſpel-Vögte) *judicarent, & maximi momenti lites Senatus & Præpoſitus* (der Ambtmann) *in frequenti illo ex omni ſatrapia conventu* (dem Ding und Recht) componerent. Anglos itaque ex oris Cimbricis mores ſuos incorrupte ſecum in Britanniam adduxiſſe omnino teſtatiſſimum eſt. Quam enim corruptionem Seculo V. pati poterant conſuetudines domeſticæ a Jure Romano? quod neſciebant noſtri cum ignariſſimis. In ipſa vero Britannia Anglos patrio juri nuncium non miſiſſe infra patebit. Certe Anglo Saxones morum quam tenaciſſimos & juri peregrino infenſiſſimos fuiſſe teſtantur CHESNEUS *S. R. Normann. p. 983.* JOANNES *Sarisberienſis in Polycrat. L. VIII. c.* 22. SELDENUS *diſſert. ad Fletam VII. §. 11. ſq.* & HOFFMANNUS GUILELM. MIEGIUS *dans l'Etat nouveau de grand Bretange p.* 411. ut ne colorem quidem habeat, quod ex loco BEDÆ *II. 5* non recte intellecto de Legibus Romanis ab ETHELBERTO introductis colligit *B.* JO. SAM. BRUNQVELLIUS *hiſt. jur. l.* 15. 19. in viam reductus ab HEINECCIO *hiſt. jur. G. L.* II. c. 1. § 20. p. 28. ex *Seldeno*, docente: *Britanniam tunc LL. Romanas plane ignoraſſe.*

Juris Jutici Cimbrici promulgatus Codex.

dd) Ancipites hærent in definienda codicis juris Cimbrici ætate OSTERSONIUS *in dedicat. gloſſar. jur.* REYHERUS *hiſt. jur. univerſ. c. 24. §. 4.* AMTHOR *progr. de juribus Sleſvic. ed. 1712.* ſeducti a BLASIO EKENBERGERO *in dedicat. juris Jutici ad Chriſtianum IV.* annum 1280. pro anno promulgationis venditante. Nec fidem merentur HEIMRICHIUS qui tum *in chron. Friſ. bor. L. II. p. 181.* tum *in præfat. ad jus Nordſtrandicum* hanc promulgationem ad annum 1235. rejecit. Minus recte etiam *Dn. a* LUDEWIG *præfat. reliqu. T. IX. p. 5.* & HEINECCIUS *hiſt jur. L. II. c.* 3. *§. 85.* annum 1232. laudarunt. Omnes tamen vincit audacia AUTOR *Daniæ ſtatus Politici a* STEPH. JO. STEPHANIO *in variis de regno Daniæ & Ducatu Holſat. tractatibus edit. Lugd. Batav. 1629. p.* 270. ubi ita: *Habent Cimbri jus compilatum a Waldemaro I. Epiſcopis & Senatoribus, Legi naturæ valde congruum & non multum a* ROMANIS *Legibus diſcrepans.* Poſterius hoc ſicuti falſiſſimum eſt; ita Waldemarum I. Magnum & WALDEMARUM II. glorioſum patrem & filium, Leges *Scanicas Sialandicasque* & *Juticas Cimbricas* confudit. Rectius AUTOR *chronici Sialandici ab Arna Magnæo editi ad a. 1240. p. 64: Hoc anno Rex Waldemarus in caſtro Orthingenburgh legem Danicam promulgavit & eam in libro Danice conſcribi fecit qui liber ita incipit: Mit togh ſcal men land buggiæ. Hoc autem factum eſt præſentibus & conſentientibus filiis ſuis Rege Erico, Duce Abel, domino Chriſtophoro, venerabili etiam metropolitano* UFFONE LUNDENSI. Cum quo conſentiunt alii, SAXO *continuat. apud Benzelium monument. Svec. p.* 147. HUITFELD *præf. ad LL. Scan. & hiſtor. Dan. P.* 2. *p.* 206. PONTANUS *hiſt Dan. L. III. p.* 321. SVANINGIUS *chronol. Dan. p.* 81. LISCHANDER *geneal. Dan. p.* 226. BRODERUS *chron. Sleſv. apud Menck. T. III. p.* 590. BLUTINGIUS *Tract. von Erbgangs-Recht MSCt. c* 4 37. CYPRÆUS *annal. Epiſcop. Sleſvic. p.* 207. HELDUADERUS *ſylva chronol. c.* 16. *p.* 87. MEURSIUS *hiſt. Dan. L.* 1. *p* 24. RESENIUS *in prolegom. verſionis Juris Jutici Germanicæ Krabbianæ c.* 4. VITUS BERINGIUS *in Flavo Dan. p.* 353. HOLBERG *hiſt. Dan. c.*12. PONTOPPIDANUS *Theatr. Dan. P.* 1. *p.* 229. 136. *P. II. p.* 27. 147. *Annal. hiſt. Dan. diplomat. P.* 1. *ad a.* 1240. MOLLER *Iſag. P.* 1. *c.* 15 *p* 26. SIBBERN *bibl. Dan c.* 8. *p.* 256 ceteri. Optimi hujus operis codices antiqui latent in bibliotheca Regia *Upſalienſi* & *Hafnienſi* academica. Quibus adnumerandus eſt codex membranaceus Seculo XIV. nitide exaratus in capita haud diviſus nec ſerie argumentorum editis codicibus reſpondens, cujus inſcriptio eſt: *Hie beginnet de rechte* JUDSCHE LOW *de de grotmachtige Konig Herr Waldemar mit Vulbord ſiner Söhne und mit Rade der Ryks-Ræde geſettet ewigliken tho holdende.* Et finis: *Finitum A. D. M. CCCLXVII. craſtino b. Virginis per manus Henrici Tetens.* De editis *Danicis* codicibus, *Saxonicis* ac *latino* agunt MÖLLERUS, SIBBERN, RESENIUS *c. l.* quamvis tum Germanicos, tum latinum recte dixeris ſatis nondum caſtigatos numerisque ſuis haud abſolutos. Peroptarem ut PETRI SCHRAMMII, *Equitis Danici, translatio latina Nomocanonis Jutici MSCti adhuc & Hafniæ* forte ſervata publico uſui demum nuncupetur. Laudat enim RESENIUS *c. l.* illam longe curatiorem & elegantiorem Canutiana verſione latina, quæ ſæpe quippe hiulca & in vocibus antiquis ac Danicis explicandis præcipue muta eſt.

Æras repetenda non ab a. 1280. nec 1232. 1235.

Sed ab a. 1240.

Conſenſus hiſtoricorum.

Codices Danici, latini.

Statutorum Sleſv. & juris Jutici conſonantia. Diſſonantia.

e) Conſonant ſtatuta Sleſvic. 8. & Lowb. L. 1. *Stat. c.* 13. & Lowb. L. 1. c. 9. *Stat. c* 20. & Lowb. I. 20. *Stat. c. 21.* & Lowb. I 28. *Stat. c. 62* & Lowb 155. *Stat. c. 63.* & Lowb. L. II. c. 36. *Stat. c. 94.* & Lowb. II. 27. *Stat. c. 89.* & Lowb I. 23. & plura alia. Diſſonant vero etiam ſtatuta *Sleſvicenſia c.* 2. & Lowb. II. c. 16. 17. *Stat. c. 10.* & Lowb. I 5. 6. *Stat. c. 14.* & Lowb. L. I. c 4. *Stat. 78.* & Lowb. I. 21. 22. 25. Apertiſſimum divortium a jure Jutico faciunt Flensburgenſia & Sleſvicenſia ſtatuta in communione bonorum (vide *Statut. Flensb. c.* 1. *Sleſvic. c X.*) quæ inter conjuges Sleſwicenſes & Flensburgenſes eſt generalis ſine ulla diſtinctione inter bona hæreditaria & acquiſita, ſecundum paroemiam noſtratium a CYPRÆO *de jure Sponſal c. 5. § 35.* adductam: *Wenn die Decke über Kopffe iſt, ſo ſind die Ehe-Leute einander gleich reich.* At limites arctiores conſtituit Jus Juticum in communione bonorum conjugali eamque reſtringit (1) ad dimidiam partem bonorum mobilium (*Boskafft, Hersky, Loſſöhr, Boolgöder*) (2) pecuniæ paratæ (*boſæ*) & (3) immobilium acquiſitorum (*des koſften Landes*). Sed ne hanc quidem portionem ex bonis communibus recipit conjux, ſi matrimonium prole ſit ditatum, quo caſu fruitur ſaltim portione filii (*des beſten Kinder-Theils*) vide *Jus Jut. l. 39. Receſſ.* CHRISTIANI III. *de a* 1558. *c.* 52. Generalem vero inter conjuges bonorum Communionem, præter *Flenopolin* & *Sleſwicum*, in oppidis pleriſque Cimbriæ obtinere conſtat ex jure *Weichb. Huſum. MSC* 1582. *P. III. Tit. 15. Tonningenſi & Gardingenſi art.* 14. *Eckernfordenſi c XI Scrau Apenrad.* 1335. §. Item *jure Eyderoſtad. P. II. art. 7. 22. 23.* quas leges optime explicat conſtitutio JOANNIS ADOLPHI *d.* 2. *Dec.* 1604. *de communione bonorum generali inter conjuges Eiderſtadenſes.* Excipe *Haderslebiam*, cujus ſtatuta jubent generaliter *Tit. von Erbe: Erb-Theilung ſoll nach Low-Buchs-Recht gemachet werden*, ut itaque conjux ibi quidem accipiat portionem ſtatutariam Juticam. Addo aliam Flensburgenſis & Jutici juris diverſitatem *in hæreditate parentum inter fratrem & ſororem dividenda.* Sic enim *Codex Sleſvic. c. 14. & Flensb. art. VIII. Stervet de Vader edder de Moder, de Broder nimpt de twe deele und de Süſter dat drüdde deel, men ſtervet ein Broder oder eine Süſter ſo nehmen Broder und Süſter liecke deele.* Quod ultimum plane repugnat juri Jutico, ſorori unam, fratri duas partes adſignanti. LOWBUCH. *L. I. c. 4. § finali.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Juris provincialis *des Land-Rechts f)*; hoc enim nomine hoc loco non jus Juticum vulgo *Lowbuch*, ſed conſuetudines territoriales ſeu jura & judicia terræ indicantur. Ipſum audiamus articulum: *En Mann de begrepen warth mit enes andern Mannes echten Wyve, in ene berüchtenden Stede und ſind dar twe Nabure tho Tügbe by, wat Schande dar ſcheyn ys, ſchall he bedwungen lyden, ſint dar nege Tüge ſe gahn vort na dem Land-Rechte, und noch* VAGET *noch neen ander Mann ſchall zick beweren mit der Böſsheit der Vrouwen tho gelecht, ſo lange alſe er Mann ſe nich en beklaget.* In ſtatutis Flensburgenſibus a. 1284. ſcriptis hæc ita repetuntur art. 82: *Werd en Mann begrepen mit enes Mannes echten Wyfe in der Stede, da man mag vermoden, untemlicke Dinge to doende kriegt he den Schaden van dem Wehrde (marito) und is idt twe ſiner Nabaren witlick, he hebbe ſülveſt den ſchaden van dem Wehrde is dar neen Wittligkeit, ſo verfolge he de den Schaden kreeg deele dat mit dem Land-Recht:* Latinus codex Juris Flensburgenſis d. a. ita: *Vir deprehenſus cum legitima alterius in loco ſuſpecto adhibitis duobus teſtibus vicinis, quicquid læſionis habuerit, coactus ſuſtineat, ſi teſtes non adfuerint procedatur ſecundum Leges* TERRÆ. Ex quibus facile patet, verba legis accipienda eſſe vel de obſervantiis provincialibus vel de judicio loci vulgo *Ding*, ſeu de cauſa controverſa coram advocato & judicibus legitime dirimenda. Accedit, quod ipſum Jus Juticum quamvis *Libro III. c. 37.* de adultero deprehenſo agat; de illo tamen caſu, ſi teſtes nulli adfuerint, nec quicquam diſpoſuerit. Nec pro juris Jutici veſtigiis in ſtatutis Sleſvicenſibus venditaverim nomina, quæ paſſim occurrunt, Danici idiomatis vel ſignifi-

f) Ejusdem mentio repetitur *c.* 103: *Neyne tuchniſſe ſyut in der Stadt ane Dyngetüghe* (teſtimoniis coram placito) *Brutpenne* (loco judicii) *und dat vor deme Rade Schüt und Wynkoep, de nych ſyn minden twe lüde: wed der deſſe tuchniſſe wart dat* LANDRECHT *nicht gebraken.* Intelliguntur itaque conſuetudines judiciariæ provinciales, quæ aliquando ab ipſo *jure Jutico Cimbrico* diſtinguuntur in antiquis chartis. Ita in *Regis* JOHANNIS charta ſeu mandato reviſionis in cauſa quadam hæreditaria Sleſvicenſi dato *Haderslebiæ a.* 1488. *So bevelen wy unde geven to hörende Juw Vollmacht, gy van Unſerwegen, ſo dan Sacke der Erffſchichtinge wegen to Rechte hören, unde na* LAND-RECHTE *unde Lowboke entſcheiden; Gebrden ock ernſtlicken den obgenamten beyden Parten Chriſtinen Jaſpers und Kaygen Jaſpers unde ock allen den Bonden, de van ſo daner Erffſchifftinge wegen ehemals gefunden hebben, dat gy alle ſamtlick unde ein yslick beſundern am Mandage na Lichtmeſſen to Schleswig up dat Rath Hus kommen tor Stede ſo daner Saken halven na* LAND-RECHT *unde* LOW-BOCK *Rechtes to genetenden unde to entgeldende.* Et in judiciali atteſtato vulgo *Dingeswinde* de finibus quibusdam Sleſvicenſibus dato *auf dem Dinge zu Struxdorff a.* 1490. quod documentum cum ipſi *judicio XII. virali* & nonnullis antiquis vocibus explicandis inſerviat, integrum fere adſcribo: *Ick Henneke Rantzow Amptmann to Gottorff und Balthaſar Peterſen Voged in Struxtorpherde bekennen, wo dat in Unſer Jegenwordigkeit unde der Gemenen* BUNDEN, LANSTEN *unde Inwaneren in Struxtorpherde to Dinge vorſammlet is geweſen, de vorſichtige Drewes Schwertfeger Borgermeſter edtliche Radtmanne unde Borgere uth der Stadt Schleſwig vorgevende ene Vrage upp deme Dinge den gantzen Gemeinen Heerdes Lüden, dar vorgaddert bynnen* VEER DINGSTOCKEN, *in diſſer na beſchrevenen wyſe: Ehrſamen guden Vründe alle Is Juw wohl vordacht (evinnerlich) ick an diſſer Stede in Vortiden dede een* SCHOTTHESMAEL *van wegen etlicker Holtinge unde Veltmarcke twiſchen Klapſchouw unde den von Bevdte an den Duchtinchtgſten hochgebornen Fürſten und Heern Herrn* JOHANN *to Dennemarcken &c. welck ick binnen rechten Tyd n w dder in b echte hy to* DINGE *mit Tü hniſſe Unſes gnædigen Herrn des Koniges Breve d ſulveſt get get m nick anderen worden, inholdende de van Schleswig ſcholden ere Veldmarcke unde Holtinge twiſchen Klapſchow, unde den von bernth weren (evincire) mit* LAND-RECHTE *unde eeren Eeden, ſo en mit Rechte behort to doende, dar tho dat ganze Heerde to antworden, wid ſeden Ja, edt were alſo geſcheen. Darna vragede de upgenamte Borgermeſter an derſülfften Tydt unde Stede: Is juw* FRAMEN LÜDEN *ock wol vordacht, dat den van Schleswig up ſo danen inbringendt mit Unſes gnædigen Herrn des Koniges Breve unde Tüchniſſe were gegunnet ene* STOCKNEVEN, *de en ſcholde Anwiſinge doen, wo war unde wannehr ſe ehr Holt unde Veltmarcke ſcholden na* LAND-RECHTE *weren? Darto inne wæren de* FRAME XII MANNE *Peter Nigelſen to Reberge, Niſſe Matsſ, Peter Nor Juthe, Michel Bundeſs, Niſſe Havſſen to Rügge, Marten Jeſſen, Otte Jenſen, Niſſ Jobſſen, Niſſ Kalſen to Schegeroth, Jeſſe Truwelſen, Tonnies Jebſen, unde Kalli Nielſen to Tumlü, de den Schleswigern to vünden, (judicabant) ſe ſo danen Holt unde Veltmarcke vorſchreven mit* GILDEMANN *unde* GEVEMANN *weren ſcholden mit eeren eede na* LAND-RECHTE; *deme alſo geſchah, am Avende unte Johannis ante portam latinam, dat darna am negeſten Dinge tüget unde windethwart, dat ſo danen recht were geſcheen mit Gildemann und Gevemann to rechter Tydt Dages ſo en togevunden was, dart andworden alle dree Heerdes-Lüde, Ja, edt were ſo geſcheen an derſülfften Stede unde Tydt. Vort fragede de vorbenömte Drewes Swertveger, iſſt en ock witlick were, dat den van Schleswig van dem Vagede unde gemeynen Herdes-Lüden weren dre* STOCKNEVEN *gegunnet, dede vünden, ſcheden unde uthſprecken ſamptlicken een na der anderen: de van Schleswig hebben ſo dane Holtinge unde Veltmarcke* TWYSCHEN KLAPSCHAUW *unde Bernthe rychtigen gewahret mit* RECHTE *unde erem Ede, to rechter tydt Dages mit Ghildemann unde Gevemann uhtgeſtraffet (untadelhafft) ſo en myt rechte up Unſem Dinge tho vunden warth, unde beborlich to donde was, darto antworten alle de Herdes Lüde Ja, edt wære alſo vullen kamen ſcheen, in den dreen* STOCKNEVEN *weren diſſe nageſchrevene vrame Manne, in den erſten weren* (ſequuntur nomina XII. virorum) *in dem andern* (nomina XII virorum) *in dem dritten* (eorundem nomina). *Dar bath de Borgermeſter van dem* VAGEDE *een* DINGESWIND, *de em worth gegunt, dar da de* EHRLICKE MANNE (nominatur octo) *do vorth uthgingen ſyck to beſpreckende, unde de Wahrheit wedder in to bringende na warlicker Wyſe, de denne wedder quemen bynnen* VEER DINGSTOCKEN *wolberadens Mdes, ſeden unde apenbar tügeden upp dem Dinge, dat alle ſo dane baven ſchreven Frage von dem Borgermeſter vorbenömt, do tor ſtede alſo geſcheen, unde von dem gantzen* HERDE *gehört weren unde nach des Hardes gütlicke Antwort unde apenbar Vullborth ſe dat ock nach allen vorſiepden (ſtipulirten), articulen bynnen* VER DINGSTÖCKEN *ſo hadden gehört*

Formula Landrecht & jus Juticum aliquando diverſa.

Formulæ juris danici e gothicis & Anglo Saxonibus inſtitutis.

An plebiſcita acceſſerint ſec. XIV. XV.

ſignificatus, *Gyldelaghe* c. 2. 8. 104. *g)* *Lagedag* c. 7. 89. *h)* *Fierringk i)* c. 36. *Bopenningh e k)* c. 60. *Santmanne l)* c. 101. 102; hæc enim nec olim *Gothis*, *Scanis*, *Svecis*, *Cimbris*, *Saxonibus*, *Anglo-Saxonibus* incognita fuerunt & in antiquioribus chartis ac ipſis Legibus veteris ævi exſtant. De ipſis denique acceſſionibus, quas Senatui civico deberi dixeris, parum magnifice ſentio, quamvis nolim inficiari Svenonem in Legislatione ſua uſum fuiſſe ipſa opera ſapientiorum civici ordinis; quemadmodum horum etiam cura Waldemarus I. uſus eſt apud Flenopolitanos in condendis ſtatutis Flensburgenſibus. Fruſtra vero ex

Gildæ. g) Gildæ, ſtatuta. Occurrit vox in *Legibus Anglo-Saxonicis*. De ipſis vero ſodalitiis, tum *ſacerdotum* (*Prieſter-Caland*) tum *laicorum* & nobilium vide HICKESIUM *diſſert. epiſt. p. 19. 22.*

Lagadag. *h)* Dies juridicus hodie *Gerichts-Tag*. Ipſam vocem LAGA habes *in LL. Anglo-Saxonicis* (hodie Anglis *lawday*) teſte THOMA SMITH *de republ. Anglor. L. 2. c. 21. p. 96.* In prooemio Legum Æthelredi apud WILKINSIUM *p.* 102. occurrit ANGLA LAGE. Et in Legibus Henrici I. Wilhelmi conqueſtoris *c. 13* laudantur MERCHENALAGA, DANELAGA & WESTSEXENALAGA. De quibus SPELMANNUS *d. l.* & NICOLSONIUS *d. l. p.* 14. Spectant huc voces *Lage*, ſocietas, *Lagſaſte* vir legalis, integræ famæ, *lagbeden* legitime vendere publica judicis autoritate, *Lawmede* arbitrium, laudum; *Bylagines* jura localia, ab Anglo Saxonico & Danico BY h. e. *loco*, villa. Ab HEINECCIO *in Hiſtor. jur. II. p. 11. Bylagines* erronee dicuntur Leges diæticæ, phyſicæ Clare *jus* RIPENSE *art. 100. d. l. p. 253: Nemo antequam ſuum* BYLAGH (nobis *Stadtrecht*, *Bürgerrecht*) *ſolverit, poteſt teſtificari ſuper cauſas* CIVIUM. LAGEMANNI vero ſunt judices, apud *Svecos & Danos* dicti LEGIFERI, quos minus recte *illuſtris de* LUDEWIG Juris utriusque Doctores vocat *præfat. ad Reliqu. T. XII.* Fuerunt enim judices provinciales, lecti a populo, confirmati a Rege, de quorum munere vide BURÆUM *deſcript. Svec. lib. 8. p. 107.* & ARNGR. JONAM *de Island. gentis primord. p. 439.*

Danelaga in legibus Anglo-Saxonicis.

Bylagines, Lagemanni.

Fierrinck. Opiniones variorum. Eckenbergeri. *i)* Interpres Miſnicus *Statutorum Sleſvic.* hanc vocem imperite explicuit *Fördelung*. Alii interpretantur *locum judicii ſub dio*; plures judicium *in diebus feſtis* inſtitutum vel *pœnale* judicium cognoſcens circa mulctas ob profanationes dierum feſtorum imponendas, quæ *jure* JUTIC. *L. II. c 78.* dicuntur *billiche Brücke*, *wat an* VYRDAGEN *mit Schlägen verbraken wert*. Sed ECKENBERGERUS *in repertorio Juris Jut.* Fierding dicit *quartam partem Hardæ* ſeu nomarchiæ. In codicibus quibusdam MSC. juris Sleſvic. & Flensburg. *h. l.* legitur *Fiartbing* ſed minus recte. Interpretes enim erronee reſpexerunt ad Danicum *Fiaerd* h. e. mulcta, data ob homicidium. Sed quæſtio hic non eſt de judicio criminali. Mihi videtur Fierrinck eſſe VIER DING vulgo VIER DINGSTÖCKE h. e. locus judicii pagorum inferioris apud Cimbros & Holſatos diſtinctus & formatus per quatuor baciſſos in formam cubi ſeu *quadranguli* (VIER RINCK) poſitos, intra quos judicant XII. VIRI cum advocato Hardæ, qui illos ex integra harda in *quatuor* partes divila ita convocat, ut ex qualibet parte quaterna *Fierding*, (quam itidem inde *Dingſtück* vocant) tres ruricolæ vulgo *Hardesmanne*, *Hardes-ſeu Stookneſſe* compareant in laudato judicii loco, ut lites juramento & ſententia dirimant *Jus* JUTICUM *L. III. c. 64. ſtatuit ita: Unde tuiſchen mit Hardes Naeſſe, dat is dre Maan uth idem* FIERDING *die in dem Hardeſyn.* Occurrunt etiam voces *Fierring* & *Fierting*, *Fierdingmann* ſeu *Fierdingsbond*, *Fierdingsgaard* in Legibus antiquioribus ſigillatim *Gothicis*, *Scanicis*, *Norwagicis*, *Svecicis*, quas citatas vide apud LEMMIUM *gloſſar. Dan. MSC.* BIELCK *in terminis juridic. Norwagicis p. 114.* & LOCCENIUM *in lexico juris Sveogothici.* Illuſtre exemplum ex annalibus Danicis refert MEURSIUS *hiſt. Dan. L. III. ad a. 1516: Poſtquam itaque Rex Chriſtianus II Stolberga Hafniæ vicino pago, ruſticos aliquot evocaſſet, projectis ante arcis portam* QUATUOR *in terram lanceis ad* QUADRANGULAREM *formam hanc intrare per præfectum illos jubet & ſententiam in* TORBERNUM OXIUM *arcis Hafnienſis præfectum* (& familiaritatis cum Columbula concubina accuſatum) *antequam diſcedunt, ferre. Qui ſeveritate Regis paveſacti, poſtquam crimen ex præcone accepiſſent: nos quidem Torbernum, ajunt, nullo modo judicamus, ſed operibus ipſe ſuis condemnatur.* In Legibus Anglicis GUILIELMI II. d. l. p. 296. fit mentio ad a. 1093 HASTRINGÆ, *Conventus Magnatum*, quam vocem explicaverim judicium inter haſtas ſeu lanceas, more *Anglo Saxonum* inſtitutum. Quid? quod in Legibus Anglo Saxonicis Regis Henrici I. apud WILKINSIUM *p. 242.* ipſa occurrat vox FYRDERINGA, quam SPELMANNUS Fyderingam, theſaurum inventum; WILKINSIUS bona adventitia, alii FYRDERUNGAM ſeu apparatum expeditionis explicant: Rectius expoſueris *judicii* QUATERNARII *laſionem*, quam Anglo Saxones dixerunt FYRDINGSWARD, pretium vel pœnam quæ exigebatur (hodieque apud Cimbros & Holſatos exigitur) ab illis, qui QUADRANGULUM *laudati judicii* violant, vulgo *die* VIER DINGS-STÖCKE *zerbrechen*. Quorum pœnam ipſi duodecim viri intra cubum judicii ſedentes mox definiunt, crimen illud *fractarum lancearum* ex antiqua conſuetudine comparantes criminibus *fractæ pacis* & *vis publicæ*, vulgo HEREWERCK vel HEEREWIRCK. Plura de hac re vide apud PARVUM THORDONEM *in concordantiis Jur. Jutici §. 47. 85. 92.* Originem vero vocis Herewerck repete ab *heer* ſancto vel terribili, & ab Anglo Saxonico *Worck*, opere, *weorkan* perpetrare, operari; vel a Gothico *hær* agmine, bello, Scandico *hyra*, turba; quaſi dixeris rerum ſanctarum violationem, vel terribile opus, violentum ſeu bellicoſum factum. Qui poſtremus ſignificatus exſtat in ipſis Legibus *Anglo-Saxonicis Seculi ſeptimi* REGIS INÆ *d. l.*

Anglo-Saxonica.

Fyderinga, violatio lancearum judicialium.

Etymon Herewirck.

Bowgude in Legibus Ditmars. Svecicis. *k)* Bona acquiſita, bona mobilia, etiam geradica & expeditoria in antiquis documentis Saxonicis ſæpius *Bumegude*. Ita occurrit in vetuſtis conſuetudinibus Dithmarſicis *a.* 1447. conſcriptis ut & in libro provinciæ Ditmarſ. a. 1539. *Art.* 120. 123. ac *noviſſimo jure Ditm. art.* 31. 34. Conveniunt Leges Scanicæ apud HUITFELDUM *L. I c* 4. Leges SVECICÆ apud LOCCENIUM & MESSENIUM *d. l. L. IX. c.* 39. Leges *Bremenſes* EQUESTRES *a.* 1577. *art.* 9. RIGENSIA *ſtatuta a.* 1517.

Sandlüde. *l)* Sandlude, veridici, Senatores, a Danico *Sand*, vero, Islandis *ſannur*; a qua officiali formula nomen ortum gentilitium hodieque clarum *Sandhagenorum*, & chorographicum SANDLANDA apud HOLSATOS & ANGLO-SAXONES. Vide GIBSONII *Chronicon Saxon. p.* 90. *ad a.* 890. Plura etiam in ſtatutis Sleſvicenſibus ac Flensburgenſibus exſtant nomina, quæ vel ex Gothico & Anglo-Saxonico facile explicationem requirunt. ASKIOSWIND *c.* 23 *jur. Flensb.* ſunt teſtes in emtione venditione adhibiti; *wind* vel *vidne* apud Danos eſt teſtimonium. ERESCHIFFT *jur. Sleſv. c.* 19. *Flensb. c.* 9. eſt diviſio hereditatis. DOHM *c.* 22. 115. eſt ſententia; unde *Dommers* audiunt judices provinciales, *Domboc* apud Anglo Saxones liber judicialis, *verdöhmen* condemnare, *Dohme Schötinge* judicialis reſignatio in chartis Cimbricis & *in jure* NORDSTRAND. *P. 2. Tit.* 28. MENE aliquando denotat idem ac falſum, unde *mæned* perjurium, & formula juramenti XII. virorum a BLUTINGIO *ad Jus Jut. L. 1. c.* 44. exhibita: *de eed iſt reene, nicht meene.* STEVEBREVE literæ citatoriæ. FRYGIALD duplum. FYGIALD penſio civitatis *Stattgeld*: WAT, WATHMEL, pannus, veſtis fluctuans & prolixior, SAXONIBUS conſuetus teſte GOBELINO *Coſmodr. Æt. V. c.* 2. *apud* MEIBOM. *T. I. p.* 159. Recte *jus Cimbr. Ripenſe* a. 1269. art. 101: *Nemini hoſpitum licitum eſt infra feſtum b. Martini aliquas res emere*

Bowgude in Legibus Ditmars. Svecicis.

Sandlüde.

Aliæ formulæ juris Cimbr. explicandæ ex Anglo-Saxonico.

Vocis ætas Gothica, Norwagica.

Aliæ formulæ juris Cimbr. explicandæ ex Anglo-Saxonico.

ſine

ex recentiori inscriptione & prooemio *m*) codicis Slesvicensis juris statutarii typis exscripti *a. 1534. 1603. 1733.* colligitur, juri Svenoniano multa deinde plebiscita adjecta fuisse, quibus codicem, quo utimur, demum Seculo XV. absolutum putant. Obstant huic conjecturæ plura supradicta, chartæ etiam regiæ & ducales *n*) & ipse codex statutorum Slesvicensium, qui additamentum civicum Seculi XIV. vel XV. respuit vel ideo, quia singula ipsius argumenta jam tum a. 1284. in codice juris Flensburgensis recurrunt & iisdem fæ-

---

sine licentia, exceptis civitatis vebus quæ dicuntur rugwahre & GRYSSEN PANNUM *qui dicitur* WATHMEL. Quas aliasque plures voces rerum juriumque Cimbriæ enucleatius & curatissime nunquam explicaveris, nisi ex apparatu Gothico & Anglo Saxonico præcipue. Facile enim intelligis, frustra illos agere, qui in concinnandis *glossariis Cimbricis* & in explicandis juribus Slesvicensibus & Holsaticis desudant sine adjumentis & præsidiis ex Legibus & antiquitatibus Anglo Saxonum, Gothorum, Danorum, Normannorum, Suecorum, Longobardorum, Frisionum *cet.* Audiamus HICKESIUM *præf. ad Thes. lingv. Septentr: In Normannica gente*, inquit, *juris iter facile est ad ostendendum. Nam fuerunt illæ* CIMBRIS *vicinæ, sed inde egressi sunt, nisi Germani omnes, certe Saxones. Et uti* ANGLI *propago Saxonum, ita* NORMANNI *in Galliam indeque in Angliam, Wilhelmo conquestore Duce, ruerunt* PATRIO JURE *secum perlato ad* ANGLOS *pristinos vicinos.* Idem docet *Guil.* APPULUS *hist. Norm. L. I. apud* LEIBNITIUM *T. I. p.* 582 De Danicorum jurium dignitate in explicandis juribus Saxonum Germanorumque dispexit *eruditissimus* MÖLLMANNUS *in singularibus juris Saxonici feudalis & publici ex antiquitatibus Danicis illustratis c. 1. §. 7.* Quod Normannica instituta e Septentrionalibus & Cimbricis oriunda concernit otium nobis fecit vir immortalis gloriæ DN. *de* LUDEWIG, qui codicem Legum Normannicarum de a. 1250. *Tomo VII. Reliqu. MSC. p.* 144. inseruit notisque illustravit. Faciunt huc, quæ juris Normannici commentaria recensuit *illustris* EDITOR *præfat. d. l.* citata, quibus adde AUTOREM *descriptionis juris & judicii temporalis secundum consuetudines juris feudalis & Normannici*, quæ accessit *Elementis Jurisprud.* RICHARDI ZOUCHÆI *Oxoniæ* 1636. *excusis.* Longobardica vero gens adgnoscit origines cum Cimbris communes. Testimonia ERHEMPERTI, WARNEFRIDI aliorumque adduxit MÖLLMANNUS *spec. laudato c.* 1. Adde verba *Chronici Danici*, quod vulgo ERICO *Regi* tribuitur apud STEPHANIUM *tractat. rur. p.* 587. ubi: *Anno Domini* 637. *exierunt de Dania Dani, qui modo dicuntur Longobardi.* Adjicio juris Cimbrici ex institutis Longobardicis illustrandi exempla pauca. Albinagium Cimbris dicitur *Inna, Erf-Kauff, Ingeld, Lientgeld*, vi cujus adventis & peregrinis in numerum civium non receptis nulla est facultas, bona ad hæredes transmittendi, nisi venia & redemtione a Domino territorii impetrata. De hoc *Codex Slesvic. c.* 37. & *Flensb. c.* 12. *sq: De Herschop hefft Ingeld binnen Flensborch dat het* ERFKOEP. *Ein Borger frembd ingekamen de ein wyff hefft und alle Gäste woher se hergekamen sin, mogen even Erffkoep mit XII. Lapsch penningen koepen. Isset ock dat einer sinen Erffkoep nicht hadde gefriet und lege in sinen krancken bedde so kranck dat he des Dodes vermodede, doch so vermögen noch were, dat he eine* WACHTH *to wegende holden konde, so mag se sinen* ERFKOEP *doen, und entfrien sin guth von der herrschop.* Nota etiam in verbis *wacht to wegen* reliquias antiqui juris Germanici, quod in rerum alienationibus mentem sanam in corpore sano, edito virium specimine, requisivit. Laudati vero instituti Longobardici ac Cimbrici concentum docet ipsa *lex* LONGOB. *L. III. Tit. 15: Advenæ, si legitimos filios habuerint hæredes eorum in omnibus existent, si filios non habuerint legitimos, non sit illis potestas absque jussione Regis res suas unicuique thingare aut per quemlibet titulum alienare.* Quærant ergo alii Albinagii natales apud *Francos*; Satius erit has investigare apud *Cimbros, Danos, Longobardos* populosque SEPTENTRIONALES. Aliud Juris Cimbrici ex moribus Longobardorum explicandi exemplum mentem subit in ætate minorenni, quæ incredibili Cimbricorum jurium concentu XVIII. annis finitur. Testimonium defero *ill.* LUDEWIGIO *opusc. de ætate puber. & maj. c. IV.* quo de termino XVIII. annorum ex copioso Legum Germanicarum veterum apparatu agit. Addo Cimbrorum quædam instituta. Apud *Husumenses* terminum majorennitatis XVIII. annorum statuit *jus Husum. Weichb. MSC. P. III. Tit.* 10 licet annos tres addiderit novissimum Jus *Husum d.* 1608. *P. II. Tit.* 2. De *Eiderostadensibus* testatur Jus Eiderostad. *P. II art.* 20. De *Nordstrandensibus* jus *Nordstrandense P. II. Tit.* 8. & *Jus* FRISIUM *MSC. a.* 1426. 1461. *sq. a.* 1558. *art.* 12. De JUTIS *jus Juticum L. I c.* 36. *§.* 1. L. *II c.* 65. *l.* 18. *§.* 1. Idem obtinet apud DITMARSOS docente jure *Ditmarsico art.* 24. Recte itaque dixeris terminum hunc ex patria Septentrionali & Cimbria in Italiam secum transtulisse *Longobardos*, quorum *Lex L. II. Tit.* 29. *§.* 1. *ita: Hoc respeximus, ut infra X. & VIII. annos non sit legitimus homo ad res suas alienandas, & in nono decimo anno Longobardo sit legitima ætas.* Ceterum, quod in explicatione legum antiquarum Cimbricarum jurumque Daniæ, *Scanici & Selandici* æque ac codicis juris *Jutici seu Cimbrici* utramque paginam occupent jura GOTHICA, *Svecica, Norwagica*, supra ostensum est alibique testatissimum apud STIERNHOECKIUM, MESSENIUM, LUNDIUM, NETTELBLADTIUM, RESENIUM ceterosque plures.

Normannico. Anglico. Danico. Longobardico. Gothica. Svecico.

m) *Enes Ehrsamen Rades der Stadt Schleswig macht yss to Rade worden, tho settende ein Recht yn erer Stadt Schlesswig und dat tho holdende unvorbrecklicken den Nakommelingen vort laten to bewarende des hefft ersten ein Ansetter* (in inscriptione additur: *und Bofestiger*) *gewesen, de Grotmechtigeste Herr* SCHWEN *to Dannemarck Koning, de manck andern Frygheyden der Stede und Bote hefft gesett und gegeven.*

n) Ericus Rex Dan. in charta Niburgi scripta *a.* 1242. cives Slesvicenses exhortatur ad observanda ea, quæ ad utilitatem eorum ordinata fuerint & *statuta* a Consulibus. In charta Regis Waldemari *a.* 1286. ipsa statuta Slesvicensia confirmata leguntur: *Volumus insuper & promittimus nos eisdem civibus omnia* JURA, LEGES & CONSVETUDINES, *quæ vel quas prius liberius habuisse dinoscuntur, servare illibata sub gratia nostra districtius prohibentes ne quis Advocatorum nostrorum eorundem Officialium seu quisquam alius super his libertatibus eisdem a nobis indultis ipsos audeat aliquatenus indebite molestare.* Easdem Leges confirmavit Gerhardus Dux Slesvic. in diplomate Gottorpiæ *dato a.* 1395: *Insuper omnes & singulas libertates gratias & commoda consuetudines & JURA prædictis civibus nostris ab avo & a patre piæ memoriæ ac a patruo nostro, & dictis Dominis Regibus & eorum Antecessoribus indultis & concessis confirmamus ac ratas gratas & stabiles promittimus bona fide per nos & Officiales nostros inviolabiliter in perpetuum observari per præsentes.* Ipsi Consules in libellis supplicibus & extractibus privilegiorum Sec. XIV. & XV. Duci *Gerhardo, Joanni & Friderico* pro obtinenda confirmatione privilegiorum civitatis oblatis ad leges scriptas provocant: *Item ock scholen se vryg bruken* EHRE RECHTE, BESCREVEN SETTE *und* OLDE WOHNHEITEN *als se* OLDINGS *to langen tyden de vrygest hebben gehat und de gebrucket; unde holden over* DINGDAGE, RECHTDAGE *und* MARCKETDAGE *na* OLDER *Wohnheit.*

Statutorum Slesvicensium mentio & confirmatio a. 1242. 1286. 1395. Sec. XIV. XV.

Dubium ex articulo de Vitallinis.

ſæpiſſime verbis repetita reperiuntur. Unum quod forte repugnare videatur dubium *o)* ex *capite ſtat. Sleſv. LXXI.* facile, puto, convellitur: verba ſunt: *En Schepper de van dranckes wegen offte Verſaumeniſse vorleth ſyn Schip yn der Havene de Schip Lüde ſchöten beyden* (præſtolari) *na ome Dach und Nacht kumt he dann nicht ſo mögen de Schip Lüde en wech varen he betale tho allen Ankerhalt IX. ſchillinge, Kamet de* VITALIE (*Codex MSCT Vittaligben) to dem Schepe und don dem Schepe Schaden, edder werpen dar Stene yn edder ſerigem wem ſo ſchall de Affweſer de ſo nah blifft* (Codex MSCT na bleff) *nicht hebben van ſinen Gütern.* En, dixeris, reliquias ſec. XV! Conſtat enim Vittalianos, a *Vittaliis* ſeu commeatu & deprædationibus ita denominatos, demum exeunte ſec. XIV. ortos eſſe & præcipue innotuiſſe in ferali bello inter Regem Sveciæ & civitates Hanſeaticas ac Megapolenſes, docentibus CRANZIO *Norweg. L. VI. c.9. Vand. L. IX. 22.* PONTANO *Dan. hiſt. L. IX. p.520.* LINDENBERG *Chron. Roſtoch. P. II. c.12. p.56.* de BEHR *Rer. Mecklenb. II.c. 7. p.313.* Sed inſpiciendi ſunt antiquiſſimi ſtatutorum Sleſwicenſium codices, qui citato capite non habent Vittalios, ſed *Schipröver*, quo ipſo nomine utitur antiquus codex *juris Flensb. a. 1284. art. 9: Und kamet de* SCHIPROVER *tom Schepe unde deith Schaden jenigen Schippen edder werpen Stene int Schep, de dar weg is, de miſſe all ſien Guet, da he in dem Schippe hadde.* Codex latinus vero h. l. utitur voce *piratæ.* Mirum itaque non eſt, quod in codice impreſſo aliisque *codicibus MSC. Sec. XV. XVI. recognitis* occurrant Vittalini, quorum & piratarum nomen hoc ævo abierant in Synonyma. Inde ſponte patet, codicem impreſſum, ſi formulas dicendi vel verba ſpectes, a Svenoniano & antiquis aliis codicibus MSC. paſſim recedere, cujus diverſitatis rationem facile tribueris ipſis interpretibus ſtatutorum Sleſvicenſium, quæ vel Danico idiomate vel latino barbaro videntur primum ſcripta. Ex antiquis Germanicis ſuperſunt hodieque nonnulli codices chartacei & membranacei, quorum haud infimus eſt, quem curia Sleſwicenſis ſervat, ornatus inſcriptione *p) libri jurium civitatis.* Inſignis etiam laudanda eſt auctoritas, quam ſtatuta Sleſvicenſia conſecuta ſunt non ſolum ex jure quodam metropoleos, ſed ob dignitatem

Quod removetur.

Autoritas ſtatutorum Sleſvicenſium.

Reſponſio ad alia dubia.

o) Ad aliud dubium ætati codicis juris ſtatutarii Sleſvicenſis, *ex capitib.* 41. & 104. quæ *gildæ* S. CANUTI mentionem injiciunt obmotum, ſupra reſpondi nota ii. Nec eſt ut in dubiorum cenſum referas mentionem denariorum Lubecenſium *c.* 37. & Ducatus Sleſvicenſis *c.* 38. Utrumque enim ætati Svenonis Regis convenire oppido patet ex annalibus & diplomatariis Seculi XII. Megapolenſibus, Holſaticis & Cimbricis, quæ memoriam denariorum Lubecenſium *circa a. 1140.* & Ducis & Ducatus Sleſvicenſis *circa a.* 1118. ſqq paſſim injiciunt.

Codex juris Sleſvicenſis MSC. Chriſtiani I. confirmatio a. 1460.

Aliorumque Seculo XV. XVI XVII. Deſuetudo.

Quid hutſchare in legibus Cimbricis? Orſchardi. Lidiſcarti.

Jura Sleſvicenſium ſubſidiaria.

Cura Senatus in conficiendo novo codice a. 1599.

p) Deſinit *c* 115. Deſunt itaque duo ultima capita, quorum loco additur latinis verbis: *Nullus ferens corimbos vendat per modios div ſim, vel ſe componat cum Conſulibus.* In calce adduntur quædam transacta inter Ottonem Ritzerow præfectum Gottorpiæ & Senatum civicum Sleſwicenſem a. 1410. Confirmavit hæc Sleſwicenſium ſtatuta præcipue CHRISTIANUS I. *in literis reverſalibus* Ordinibus a. 1460. *datis: Unde willen na unſeren Vermögen eines jeglichen Einwohner der benannten Lande und Stædte als Schleſwig, Flensburg, alle ehrliche* FEDEN *und* GEWOHNHEITEN *verbreven und beſtædigen.* Quas tabulas Regias vide *in actis Daniæ contra Damiam in cauſa fractæ pacis publicæ 1525 & apud* AUTOREM *der zuverläſſigen Nachricht von Hamb. P. II. p.4.* Deinde quoque a JOHANNE Rege & fratre Duce FRIDERICO Gottorpii *in Veſpera trium Regum a. 1484.* ADOLPHO Duce a. 1545. JO. ADOLPHO a. 1596. FRIDERICO III. *Duce* 1624. 1648. CHRISTIANO ALBERTO 1666. divalibus codicillis ſunt communita. Multa tamen capita noſtra ætate vel deſvetudine ſunt *oblitterata e.c.* capita 1. 2. 22. 32. 41. 104. vel mutato religionis & rei civilis ſtatu ſponte *annullata* e. g. juramenta per reliquias ſanctorum *c. 23.* pœna homicidii *c.36.*; pœna convitiorum c. 48: *De de Ehrbare Manne und redlicke Frouwen ſinelyke, dar Tüghe to ſyn, den ſchal men dat Veel abtheen und dryven uth der Stadt.* Male vulgo redditur *cutem detrahere*; verba enim indigitant fuſtigationem. In antiquis chartis legitur *hutſcharen* h. e. cutem tondere, a *ſchar, ſcharte*, crena, inciſione, *ſchæren* ſcindere, unde in *Lege* ALLEMANNICA *c. 60 L. 3.* auris abſciſſio dicitur *orſchardi*, & *in LL.* BOJORUM *Tit. 3. c. §. 3. lidiſcarti* membri abſciſſio. In *Legibus Anglo Saxon. Regis* CANUTI *d. l. c. 27.* occurrit formula: *Capillos cum pelle detrahatur.* Crinium enim abraſio olim cum fuſtigatione conjungebatur. Convenit *jus Cimbricum Juticum L. III. c. 2 ſchall men en mit Roden de Huth aftheen.* Quem ſenſum habet itidem Speculum ALEMANNICUM *c. 73: zu Hut richten:* & SAXONICUM *L. III. art. 3:* per *cutem & crines condemnari*; quam formulam fuſius explicat SCHERZIUS *in notis ad jus Allemannic. in T. II. theſauri Schilteriani T. II. p. 49.* In Legibus *Argentoratenſibus* antiquis exſtant verba: *Scheren und villen ſoll der Stokwerther thun: Si quis damnatus pelis & pili pœnam acceperit hanc Cyprarius infliget*, notante SCHILTERO *antiquit. Germ. T. II. p.* 11. Nec puto aliter intelligendam eſſe conſtitutionem FRIDERICI *I. de pace tuenda II. feud. 27 §.* ubi: *Scopis & forcipe excoriare, vendere.* Plura obſervant ECCARDUS *ad L. Salicam*: LINDENBROGIUS *gloſſar. ad LL. vet. Germ. 1386 p.1479.* SICCAMA *ad LL. Friſicas:* & HEINECCIUS *P. II. Elementor. jur. Germ.* Deficientibus vero ſtatutorum Sleſwicenſium diſpoſitionibus aliisque ordinationibus civicis adprobatis, conſtitutionibus & privilegiis ſpeciatim indultis, recurſus patet ad *Principes, Legislatores* eorumque *ordinationes provinciales* & *conſtitutiones* TERRITORIALES. Quod diſerte injunctum eſt in *Receſſu commiſſionali civitatis Sleſw.* 1712. *d.* 12. *Aug. art 33.* Hæc vero tum ſtatutorum inſufficientia, tum ſtatus civitatenſis immutatio forte excitavit Conſules & Senatores civitatis Sleſwic. ut Sec. XVI. cogitare coeperint de novo, eoque accommodatiori & auctiori *codice juris Statutarii* conficiendo. Sub auſpiciis enim Ducis JO. ADOLPHI a. 1597 hoc inſtitutum commiſſum eſt induſtriæ Secretarii vel Syndici ESAIÆ WOLFFII præmio CXX. thalerorum expromiſſo. Sed ceſſit hæc opera homini rerum politicarum & civilium patriæ ignaro, Triboniani jurato famulo, infeliciter adeo, ut jura laudata antiqua ex patriis rationibus nec expoliverit auxeritque, ſed ubique corruperit maculaveritque præcipue opinionibus Doctorum & formulis juris Canonici ac Romani, quamvis paſſim jura Saxoni-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tem præcipue argumentorum, quæ ad juris patrii *q)* civitatum & mercaturæ incremen-

tum

Saxonica, Cimbrica, Frisica & Husumensia adcitaverit. Absolutum est hoc opus *a. 1599. d. IV. Oct.* divisumque secundum methodum Institutionum *in IV. libros*, qui seorsim titulos 14. 20. 21. 38 complectuntur; addito tamen quinto libro de processu, *Titulos XXVI.* complexo. Ipsi tamen Senatui civico exantlatus labor displicuit, quare promissi pretii exsolutionem auctori mercenario renuit denegavitque. Principi etiam oblatum opus parum se commendavit, dignum proinde visum, quod legali auctoritate haud donetur æternaque nocte prematur. Unum exemplum quod primum in manus incidit exscribo. Ita *tit. V. art. 12. Kinder alldieweil sie ihre unmündige Jahre nicht erreichet und mit Anstellung ihrer eigenen Haushaltung und Nahrung von ihrem Vater nicht geschieden, sind dieselben unter ihren Zwang und Gewalt princ. Tit. Inst. de Patr. pot. §. 1. J. de nupt. Schneidewin de patr. pot. in f. &c.* Quod *impressos Codices* attinet, privata illos magis cura, quam publica autoritate typis excusos fuisse, apparet ex nævis passim adspersis & ex ipsa typographi Brenneri confessione in editione prima, ex qua repetitæ sunt reliquæ, a. 1534: *Dewyle my etlicke frame Börgers angelanget und gebeden, ick eer Stadt-Recht an den Dach geven und drücken wolde, angesehen des grot Mangel und Gebreck were, dardorch sick en jeder to richten wüste, hebbe ich den (unme den gemenen Nutes willen deme yck un een yder tho denende schuldig) dyth nicht können weygeren noch vorseggen worumme ick etlicke desulvigen Stadt-Rechtes-Böcke dorchgelesen und upt flytigste, wo ich hebbe mögen, gecorrigert up myt egen Kosten und Theringe an den Dach gegeven.* *Codices impressi.*

q) Dixeris forte non juris patrii saltim sed & passim Romani vestigia reperiri in codice juris Slesvicensis lau dato. In *capite cum LXXVIII.* exstant verba: *En gekaren Zon van dem Vadere bekannd in dem Dinge derwerde gick in dem erve der echten Süster wenn yn den andern Erffdeelen neme he yck den andern.* Sunt qui *gekohren Sone* interpretantur filium adoptione quæsitum. Sed intelligendus est filius naturalis a patre in judicio agnitus, legitimatus more Germanorum. Clare hoc docet *Codex Juris Flensburg. MSCt c. 18: Wenn en Vader sinen unechten Sohne* (latinus interpres recte reddit filium *putativum*) *up dem* DINGE ECHTE *macket, so schal de Sohne van sines Vaders Erve gelicke Deele nehmen als sine Süster echt is, und in allen anderen Erve nimmt he glyck Deel als en ander Erve deit.* Occurrit etiam in antiquis Holsatiæ documentis formula *gekohrne Frauen*, olim apud Saxones Wilstriæ terræ usitata. In chartis Pinnebergicis & Steinburgensibus vocantur *Heuerfrauen*, uxores pacto morganatico quæsitæ; quod nonsolum inter illustres, docente HEINECCIO *Elem jur. Germ. L. I Tit. XIII. p. 256.* sed etiam inter plebejos passim receptum legitur. EL. AUG. STRYKIUS *diss. de matrimonio ex ratione status c. 2 n. 50 p. 24.* Fidenter dixerim, *antiquissimas* juris Cimbrici collecti nes & promulgationes a labe juris Romani omnino esse alienissimas. Rationes, quibus supra HOTTOMANUM *autoritati ac abusuum juris Romani nescium* asseruí, facile applicandas dixeris ad CIMBRIAM. Accedunt saltim decem aliæ sigillatim: Nimirum Ducatus Slesvicensis *Supremarus jure* instructus, imperio quod Romano Germanicum vocant, non addictus, nec subjectus Cæsarum Imperiique Ordinationibus ac Recessibus, quibus Jus Romanum in Germaniæ tribunalia & territoria introductum est; *Academiarum* in universa Cimbria Slesvicensi *defectus*; hinc parcior etiam nunc Juris utriusque Civilis & Canonici *Doctorum* numerus; *nobiles* & *status Cimbriæ*, olim electitio Regiæ successionis ævo, Regiminis fere consortes ac singularibus privilegiis evecti; comitiorum *provincialium* veteris & recentioris ævi dignitas & usus; *civitates* rebus maritimis ac commerciis intentæ, non subtilitatum processuumque & ambagum, sed libertatis & simplicitatis, antiquæ fidei, celeris expeditionis amantissimæ; *præfecturæ* etiam & *pagi* terrarum palustrium peculiaribus beneficiis donati, antiquitatis omnis & libertatis tenaciores; *judicia ruralia hardarum*, patriarum consvetudinum veterum omnium observantissima; *Oppidula* & *civitates* vel ipsis judiciis ac placitis *ruralibus* usque ad seculum XIII. XIV. subjectæ, vel Advocatis juris patrii retinentioribus, statutis domesticis ac judiciis instructæ; *Regum* denique ac *Principum* in jura peregrina odium juratum & augustale quod supra exposui. Quod itaque INNOCENTIUS III. *Papa* Absoloni Archiepiscopo Lundensi a. 1198 rescripsit, id obtinet hodieque: *Regnum Daciæ* (Cimbriaque) *quantum ea, quæ jus fori contingunt*, CONSVETUDINIBUS *suis & institutionibus Regum & Principum omnino regitur, unde nullum usum testamentorum* (Rom. & Canonici juris) *illis provinciæ habere contingit.* Nec obstant diplomata, pauca quidem, a ROSEFONTANO *in vita Johannis I.* CORTREJO *in corp. Jur. publ. T. I. P. 2. p. 163.* & *in diplomatariis Bordisholmens.* ac *Holsaticis a.* 1315. 1326. *sqq.* scripta, quæ utriusque juris *Canonici & Civilis* mentionem injiciunt. Hæc enim non progreditur ultra communes formulas renunciationum exceptionum vulgarium; quas ex adverso in omnibus fere chartis hujus & reliqui ævi omissas vides, insertas passim vel a Scriba juris Romani cultore, vel adjectas ex superfluo ob communem eorum, cum quibus agebatur, præjudicium autoritatis. Nec pro autoritate juris Romani quicquam facit, quod recentiori ætate novis Legum Cimbricarum collectionibus irrepserint formulæ *juris peregrini*; cui quidem sua trans & cis *Alpes*, non trans *Eidoram* constare debet autoritas. Solæ exstant *Leges* EIDEROSTADENSES *a. 1591.* collectæ, quæ juri Romano subsidiarium usum deferunt, frustra tamen, si usum aliasque probatissimas Leges Eiderostadensium consulueris. Adpono verba ex *P. IV. art 72: So auch in künfftiger Zeit in unseren Landen Eyderstedt Eversschop und Utholm sich Fälle zu tragen würden welche in dieser vorgesetzten Ordnung nicht specificiret, so sollen so wohl Unser Staller und Land-Räthe als auch die Partheyen nach den Kayserlichen und gemeinen beschriebenen Rechten, welche in natürlicher* BILLIGKEIT *gegründet sind sich zu reguliren haben.* Sed hac formula citatas Leges Eyderostadenses polluit demum HOIERUS J. V. D. cui conficiendum novum Juris Eyderostadiensis codicem demandaverant Duces *Fridericus*, *Philippus*, *Jo. Adolphus.* Unde est, quod in codice Ducis Adolphi a. 1578 promulgato & a TRAZIGERO *conscripto*, hæc novatio nondum appareat. Ejusdem compilatoris vel TRAZIGERI forte industriæ tribuendum est, quod Recessus Imperii de contractibus usurariis a. 1530. in Comitiis Augustanis promulgatus, receptus sit apud *Husumenses*, addita quidem reservatione, quam vide in *Reformatione Politica Husum: a. 1582. P. II. Tit. 3: Und ob wohl unser Husumer Weichbild, als eine Pertinentz unsers freyen Fürstenthums Schleswig dem Römischen Reiche nicht angehörig, wollen wir doch natürlicher Billigkeit halber, die als das natürliche und aller Völcker Recht von männiglich in Acht zu haben, solche Reichs Constitution in gedachten Unsern Husumer Weichbild sowohl als auch in Unsern Eyderstädtischen Lande hiemit angenommen und für ein beständiges Recht gesetzet haben.* Quæ circumferuntur statuta Eckernfordensia a. 1635. conscripta, flosculis Juris Romani & communium Doctorum mirifice maculata, pertinent ad partus supposititios hominum privatorum, legali quippe & publica Ducis Friderici autoritate plane destituta. Ipsi etiam Eckernfordenses, pro focis & aris avorum *h. e.* institutis patriis etiam nunc militant cum reliquis Cimbriæ civibus, speciatim *Fimbris*, *Sylteusibus*, *Forensibus*, *Stapelholmensibus*, *Nordstrandis*, aliisque insularibus & *Frisiis Eiderostadiæ* præcipue. Addo de horum animo, jurium patriarum retinentiori, vel unum exemplum. Promulgaverat Waldemarus II. a. 1240. in usum incolarum civiumque Cimbriæ adeoque & Frisionum nostratium *codicem Cimbricum*, quem *Frisi* accipere

Juri Romano in statutis Slesvic. nullus locus.

Dubium rejectum.

Novoque jure Eiderostadensi.

Culpa Hoyeri.

Ut & novissimo statutorum Eckernfordensium codice.

Frisiones Septentrionales patrii juris tenacissimi.

Innocentii III. assertum.

Dubium ex diplomatibus.

tum *r*) quam maxime ſpectabant. Inde uſus ſtatutarii hujus juris amplus adeo eſt, ut illud thecam & matrem dixeris omnium fere Cimbriæ Legum civitatenſium. Non ſolum enim preſſa ſtatutorum Sleſwicenſium veſtigia reperiuntur in codicibus Legum Haderslebienſium a. 1292. *s*) Apenradenſium *t*) a. 1284. *tt*) Femarienſium a. 1326. *u*) Hardarum Tunderenſium 1559. Gardingenſium, Tonningenſium a. 1590. *v*) Huſumenſium a. 1582: Eideroſtadenſium & Friſiorum borealium a. 1426. Nordſtrandenſium 1551. Heligolandorum a. 1587. quin Ripenſium anno 1443. *w*) *Ditmarſicarum* anno 1447.

accipere mox renuerunt. Non una vice quidem Principes codicem Cimbricum commendarunt Friſonibus, ſed fruſtra. Effectum ſaltim nacti ſunt apud incolas *der Süder und Geeſt - Harde* Jutiæ viciniores, neutiquam apud cives *Septem Toparchiarum*. Evocabantur anno 1426. ſeptem hardæ in expeditionem, quam contra Ericum Daniæ Regem ſuſceperat Henricus Dux Holſatiæ & Sleſvici. Mordebant frena Friſii ſequelam Duci abnuentes, niſi vetuſtis juribus provincialibus confirmatis. Conſentiente Duce mox convenerunt hardarum deputati eodem anno die Lunæ ante Vitum in inſulæ Fohrenſis templo Nicolaitano. Propoſuit conſilia de mutando Jure Friſico miniſter a Duce ablegatus *Magnus* HAGGESEN; reclamarunt unitis ſuffragiis Deputati: *jura vetera a majoribus accepta ſeſe ſervaturos nec mutationem ullam paſſuros eſſe unquam, obſcuriora & dubia propriis arbitriis ſe expoſituros ex rationibus domeſticis.* Cedit cervicibus obduratis Principis indulgentia. Redigerunt ergo in ſcripturam jura vetera articulis XXV. incluſa, cujus inſcriptio ſupra allata de Friſionum pertinacia abunde teſtatur. Odii etiam in Jus Juticum, patrium licet, indicium facit articulus primus, qui juri Jutico e diametro eſt contrarius: *We de Older Vader und de Olde Moder en ere Kindes Kind erven, nemlicken ſe ſchoten man dat halve Gut arven und de negſte Fründe dat halve Gut up der andern Syden. Wenn te in unſerem Rechte nene frembde Hand vor der andern ingripen mag wenn idt ſo kumpt.*

Leges commercio faventes.

r) Refer huc Leges rei maritimæ *art.* 68. 69. 70. 75. Sanctiones poenales in monopolia & propolia, in adulterinas merces, menſuras, leges de non evocandis civibus, item quod advenis liceat pannos divendere nonniſi minutatim (*mit Repen*); quod depoſito ſancta ſit fides; quod in emtione & venditione adhibendi ſint teſtes; accedunt placita, quæ temporum præſcriptionem coarctant eamque annalem volunt, ut certiora evadant rerum dominia quæ ſtabilem poſſeſſionem jubent rerum, publica autoritate venditarum & judicialiter reſignatarum. Ne quid addam de ſingulari foro in favorem commerciorum & forenſium negotiatorum huc venientium erecto, vulgo *das Gaſt Recht*, in quo cauſæ, reſectis juris apicibus, ſummariter definiuntur: c. 91. *wart, dat we tho dem Rade van eenen Gaſt verklaget, und ſecht neen tho der Sake, he entleddige ſick, mit dem Stadt Rechte. Bekennt he und vermöget nicht, ſo ſchall de Vaget mit der Bœrger Tuchniſſe des* ANDERN *Tages twiſchen der Sunnen Upgangk und Daleganck und dwe Klæger recht ſchieden.*

Eorum veſtigia in ſtatutis Haderslebienſium.

s) Quæ ſcriptæ ſunt Danico idiomate a. 1292. articulis XLI. germanice redditæ ſub inſcriptione: *Diß Recht hat gegeven Hertog Waldemarus* (IV.) *ſeinen eigenen Bürgern in Hadersleben mit ſeinen getreuen Rœthen beyde des Biſchofs zu* HETEBY, *und des Biſchops zu Ripen ſo woll Dero andern Rœthen, auf der Bürger Begehren zu affirmiren.* Ex præfatione authentica conſtat, has Legas *Skraa* appellatas a Senatu & civibus (*Symend i. e. loci vel civitatis incolis*) ſtatutas fuiſſe (*gewilköhret*), confirmatas deinde a Rege Chriſtiano I. a. 1460. Friderico II a. 1499. Chriſtiano III. 1533 Duce Johanne 1544. Rege Chriſtiano IV. 1639.

t) Continent 53. articulos plane reſpondentes ſtatutis Sleſvicenſibus præcipue Flensburgenſibus, quorum etiam inſcriptionis formula fronti codicis præfixa legitur.

Apenradenſium.

tt) Licet *Nicolaus* MÖLLER *chron. Apenrad. MSC.* ſubſtituat annum 1303. Inſcriptio eſt: *Wy Stadt Bœrger to Apenrade, unſe Stadt* Statuta *de de beten* Skraa, *alſe ſe weren by Konigs* Waldemars *Tyden hebben gepflegen und ſcriven laten in dieſe Wyſe:* Confirmatæ ſunt a Waldemaro III. Sunderburgi a. 1335. cujus teſtimonium de Legum harum fontibus repeto: *Diſſe vorbenannte* Statuta *alſe de redlicken, na* WAHNHEIT *ander Stede unde Dorpen, binnen unſern Hertogricke und Herrſchop, ſyn van dem wyſen Rade gemaket, und na Recht und guden Wahnheit, de da Volbord ſyn, de ſe von Unſen Vorollern hebben frygeſt gehatt.*

Femarienſium.

u) Datæ a *Johanne* comite articulis XVI. Finiunt: *Dit beſchreven Recht willen Wy und Unſe rechte Erven true Ludeweſen, unde ewiglich to blivende. Vor dith Recht to holdende hebben* GELAVET *de* EDLEN *Forſten unde Herren König* Woldemar *von Dannemarcken, Gerhard und Hartig to Judtland und Graff Aleff von Schowenburg, mit uns dit Lavede, tügen dieſe Riddere de mit Unſern Inſegeln ehre Inſegele hierto gehanget hebben to ewer ewigen Gedæchtniſſe Herr Loren z Je ſider Droſe, Herr Ludewig Albers der Marſchalck, Herr Knudt Porß Riddere von Dannemarcken, Johann Brocktorp, Eggert von Diſſamo, Freyſe von dem Dorne, Henning von Sicken, Riddere, Marquard Stacke, Claus Langelo Knapen unde Unſe Mann. Deſe Breff is gegeven und ſchreven to Nüburg in Gades Geboord 1326. am Dage der Himmelfahrt unſer leven Fruwen.* Acceſſit a. 1558. Jus provinciale a Johanne Duce promulgatum, continens articulos XXXVI. & auctum a. 1562.

Eideroſtadiæ.

v) Error eſt MOLLERI *Iſag. p.* 354. quod Legibus Eideroſtadenſium a. 1591. impreſſis adjectum putaverit Jus Tonningenſe. Hoc enim ineditum eſt adhuc. Laudatis vero legibus ſaltim acceſſit reformatio politica Eideroſtadenſis.

Ripis.

w) Quas edidit RESENIUS *in juribus antiquis civit. Dan. p.* 147. & 223. Conſonantiam harum cum Legibus Sleſvicenſibus teſtatur articulorum collatio. Ita plane convenit cum jure Sleſvicenſi articulus juris Ripenſ. XV. *Quæcunque mulieres invicem corrixantur, juris eſt, ipſas vicos civitatis ſurſum & deorſum, per collum, lapides bajulare.* Non eſt, ut hunc articulum aliaque juris hujus argumenta ſeveritatis incuſent TERPAGER *in Ripis Cimbr. Sect II. c. 3. §. 8* PONTOPPIDANUS *Theatr. Dan. P. I. p.* 325. RUTGERUS HERMANNIDES *deſcript. Sleſv. p.* 29 um antiquis enim ingenuorum Germanorum, Gothorum Svecorumque inſtitutis ac poenis plane convenit hæc ſanctio, teſte LOCCENIO *de jure Sveogoth. P. II c. 2. p.* 324. Conſonant etiam Sverinenſia jura, ut & privilegia Guſtrovienſibus a *Nicolao V.* a. 1270. conceſſa apud THOMAM *Analect Guſtrow. period. II. §. 4. p.* 61. *de* BEHR *de rebus Mecklenb L. III. c. 1. p.* 390. *Si quid emendæ de rixis ſeu contentionibus mulierum emanſerit, quæ debent ferre lapides pro exceſſu, partem tertiam ad uſus civitatis recipiunt nobis duabus partibus reſervatis.* Concinunt *Spirenſia* ſtatuta a 1328, *art. 1. apud* LEHMANNUM *Chron. Spir. L. IV p.* 325. Ipſos Hafnienſes Ripenſia jura expetiſſe ac adoptaſſe conſtat ex charta Regis *Chriſtophori III.* a. 1443. apud RESENIUM *deſcriptione Somſoæ p.* 36 Nonnulla quoque juris Ripenſis capita ex vetuſtis codicibus juris Lubecenſis *ſec. XIII.* omnino videntur depromta Exemplum eſt articulus 43. Jurium Ripenſium ab Erico XII Rege in concilio Nyburgenſi ſtatutorum anno 1269: *Si aliquis vir cum legitima uxore alicujus in adulterio deprehenditur, juris eſt civitatis, ut ipſe ab ea per vicos civitatis ſurſum & deorſum per veretrum ſuum trahatur, & ſic de illa cauſa liber*

Vindiciæ proæquitate legum Ripenſium.

1447. *x*) Lubecensium ac Sverinensium *y*); sed & ipsa integra statuta adoptarunt civitates *Anglofurtum* hodie Eckersorda *z*), *Sunderburgum a*) & binæ civitatis Slesvici partes *Lollfus* & *Friedrichsberga aa*). Præcipue vero civitas omnium post Slesvicum celebratissima *Flenopolis* ipso Sec. XII. Statutis Slesvicensibus uti coepit, quin ex iisdem sub indultu Regis *Waldemari II.* a. 1284. *b*) ordinatius compilari jussit singularem codicem Statutorum Flensburgen-

liber erit. Eandem dispositionem vide in Juris Lubecensis codice Germanico antiquo a. 1240. & latino Tunderensi a. 1243 *artic. de judicio adulterii h. Tom. p. 626. & 643.* Frustra itaque ARPIUS *in Feriis æstivalibus* hanc juris Lubecensis dispositionem repetiit ex jure Slavico.

x) Plura horum argumenta consona sunt Anglo-Cimbricis ac Saxonicis. Ipsa enim Ditmarsia olim antiquæ Saxoniæ pars, hodie Holsatiæ adnexa est, licet Fridericus III. Imperator a. 1481. ob Ditmarsiæ Ducatum, Holsatiæ incorporatum, litem moverit ex errore & fide Archiepiscopi Bremensis. Adde & jura Ditmarsica *edita a* 1539. *art.* 27 sqq. De usu juramenti decemviralis apud Ditmarsos supra dictum est. Addo, quod præscripto huic sacramentali regentes etiam olim comites Ditmarsorum paruerint, quin ipsi Reges Cimbriæ sese subjecerint. Rex enim *Abel*, qui fratricida dicitur, a. 1251. hoc juramento innocentiam suam asseruit. Constat etiam, apud nobiles Cimbros & Holsatos olim in causis homicidii illud obtinuisse ita, ut occisi cognatis orali deprecatione satisfecerint XII. viri, XII. mulieres & XII. virgines nobiles. *Ditmarsicarum. Vestigia juramenti XII. virilis.*

y) Quorum VII. fragmenta *Sec. XIII. & XIV.* inserta sunt *Tomo I. Monument. inedit.* Nemo, puto, inficiabitur eorum cum Legibus Anglionum, Werinorum & Saxonum præcipue concentum, quem apertum adeo dixeris, ut in Sverinensibus statutis laudatæ veterum civium leges repetitæ videantur ac instauratæ. Sponte corruit *Cothmanni* aliorumque traditio, Megapolin nescire nec recepisse, certe abrogasse jura Saxonica. Qui Speculum Saxonicum forte intellexerint, illis condonandus error est; sed quis speculum venditaverit pro juribus Saxonicis sanctis h. e. legalibus & consuetudinariis avitis? horum vero numerosas reliquias in antiquis monumentis, chartis, diplomatibus, statutis, legibus, actis provincialibus ac forensibus observantiis & consuetudinibus Megapolensium reperiri, nemo, cui peritia obtigerit placueritque meditatio, unquam inficiabitur. Nec mira hæc res videri poterit iis, qui ex historiarum annalibus resciverunt Megapolensium cum Saxonibus borealibus ac Cimbris vicinis amicissimum nexum, familiaritatem & conjunctionem. Quam certe adauxerunt *Henricus Leo* & *Albertus Ursus*, qui, Slavis devictis, in terras Megapolensium deduxerunt colonias Teutonum & Saxonum, quos *cum Saxonicis consuetudinibus possessiones & agros suos coluisse*, constat. De quo argumento ipsi testantur TORNOVIUS *de feud. Mecklenb. c. 1.* CRAMER *chron. eccl. Pom. magno L. II. c. 3. p.* 21. Quid? quod ipsi Slavi olim a victoribus impetuose postulaverint *jura* SAXONICA? *Dentur nobis jura Saxonum in prædiis & redditibus & libenter erimus christiani, ædificabimus ecclesias & dabimus decimas nostras.* HELMOLDUS *chron. L. I. c.* 83. Exempla harmoniæ statutorum veterum Sverinensium & legum Cimbrorum recensui *in notis ad Fragmenta jurium Sverinensium*, quibus vel unum accedat ex codice Legum civium *Flensburgensium*, quorum majores fuerunt *Angliones* & *Saxones*. Ita vero articulo de falsa mensura: *De de werth begrepen mit unrechter Mate, alse* Schip, Schepel, *unrechter Ellen und unrechter Wichte, de entbœhre des Hœvedes.* Audi Jus Sverinense *art.* 7 *Si quis duplicem habuerit mensuram magnam videlicet & parvam, magna recipiat & parva eriget, damnabitur sententia capitali* Vernacule eadem Juris Sverinensis verba reddidisse dixeris compilatorem codicis Juris Lub. a. 1294. ubi art. CXXXI. *We so twe hevet van desen enen meren, dar he mede met, und enen minren, dar he mede uthmet, den scall men richten als enen Def.* *Sverinensium. Saxonicis præcipue juribus refertorum. Convenientia cum legibus Cimbricis.*

z) Ex opinione MOLLERI *Isag. p.* 359. oppido huic perantiquo & ab Anglis Cimbris olim inhabitato ipse Sveno III. leges Slesvicenses indulsit a. 1196. Id vero ex antiquis chartis constat, Eckelfordiam civitatem statutis Slesvicensibus usam fuisse meunte Sec. XIV. ut itaque conjecturæ locus pateat, Eckerfordenses demum tempore Waldemari II. Statutis Slesvicensibus donatos fuisse. Confirmavit horum usum post alios Christianus III. a. 1543 *Gunnen, geven und tholaten enen se in aller Mate, wo Unse leve getruwen Borgere und Inwanere Unser Stadt* Schleswig *ehr Stadt Recht gebruken und Schleswiger Stadt Recht geven, nehmen, und alle denjenen, idt syn Bœrgern edder frembden, so se umb Recht fördren, mit Schleswiger Stadt Recht rechtfœrdigen scholen, doch und alsso, dat se solck vorgemeldt Schleswiger Stadt Recht jegen jedermœnniglich, alse erstlich vor Gott, dernœchst vor Uns und jedermann, alsso dat den Armen als den Ricken, und den Ricken als den Armen recht geschehen und wiederfahren mœge, bekannt syn wollen, gebruken sœhlen.* Recentior tamen statutorum Eckerfordensium codex a. 1635 compilatus servat quidem normam statutorum Slesvicensium, sed adspersis tot jurium peregrinorum Doctorumque formulis maculatus veterem codicis patrii formam exuit commutavitque cum centone parum decenti. *Receptio statutorum Slesvicens. apud Anglofurtenses.*

a) Teste AUTORE *chronici Sunderb. MSC.* hodie saltim quoad causas præcipue successionis. *Sunderburgi.*

aa) *A.* 1693. *d* 12. *Julii*, quo hæ partes segregatæ sunt ab Arensharda & coadunatæ cum civitate veteri Slesvico. Verba rescripti Fridericiani ita: *Weil denn auch seine Hochf. dchl. denen beyden Gemeinden über das Lob-Recht, das Schleswig sche Stadt-Recht gnædig concediren, alsso, dass nach solchen Stadt-Recht zuforderst und was in der Schleswig Holsteinischen Land Gerichts Ordnung auch sonst in wohl hergebrachter und bestændiger* GEWOHNHEIT *enthalten, demnechst aber nach erwehntem Low-Buch ins künftige soll* judiciret *werden,* *Fridrichsbergæ.*

b) Error est HELDUADERI, qui annum 1288 substituit & ANGELI, qui a 1282 laudat, forte fide codicis statutorum Flensburg. MSC. quem *Paulo* WILDFANGIO tribuunt, cujus inscriptio est: *Burger Recht to Flensborch beschreven, dat enen Hertog Woldemar gaff a. 1282. d. 23. Jan.* Error ortus videtur ex eo, quod Flensburgenses jam ante Waldemari concessionem leges Slesvicenses in usum converterint, forte privata cura. Sub auspiciis Waldemari demum accessit publica recepti juris autoritas, cujus effectus civilis præcipue se exseruit in adornata forma civitatis judiciaria h. e. quod ex hoc ævo Flenopolis exemta fuerit a placitis, quibus hactenus paruerat, ruralibus seu hardis. Cujus generis exemtiones oppidis, jure *Weichbildico* donatis, non absque causa obtigisse probat GRUPENIUS *Discept. forens. obs. I. §. 23 p.* 747. Idem patet ex annalibus civitatis Husumensis, cui ipsi nomen datur, *Weichbild.* Quam vocem ceteroquin recte explicueris localem seu civitatensem normam, *civitatis formulam juris.* Legi merentur de hac voce cogitata eruditissimi RICHEY *in historia statutorum Hamburgensium,* MASCOVII *in introductione in notitiam juris Brunsvic. p. 6.* HEINECCII *hist. jur. II. 1.* EGGELINGII *diss. W. p 18.* WACHTERI *glossar. p. 1846.* Frustra asseruit AUTOR *chron. Flensb. MSC.* Flensburgum jure civitatis donatum efflorusse ipso ævo conditoris sui *Flenonis*, cujus nomen ipsi loco inditum fuisse contendit. Sed nænias de Flenone inter vulgus receptas satis castigavit MOLLER *Isagog. hist. Cimbr. P. III.* Nec plane adsipulor *Ottoni* BAYERO *dissert. de orig. Flensb.* asserenti, Flenopolin donatam fuisse jure Weichbildeto a. 1232. vel a. 1248. Minus recte intellexit PONTANUM, qui *ad a.* 1232 Flenopolin laudavit emporium splendidissimum, nec ab originibus coenobii Minoritarum ordinis S. Bernhardi sub auspiciis Regis Waldemari II. an. 1232. fundati, filum consecutionis rite duxit ad originem juris Weichbildici. Constat tamen ex antiquissimis civitatis *Flensburgi. Origines Statutorum Flensburgens. an.* 1284.

burgenſium *bb*), verbis & argumentis parum à Sleſvicenſi, nec ordine olim ab eodem diſcre-

Flenopolitanæ libris judicialibus ac membranis, Flensburgenſes jam tum judicaſſe ſecundum normam Legum Sleſwicenſium, quarum uſum demum Waldemarus II. a. 1284. auguſtali confirmatione munivit, accedente tamen accuratione quadam & trium articulorum exceptione. Ipſum diploma Waldemarianum cauſam luculenter exponit, dignum quod ex membrana autographa corrugata fere & in curia Flensburgenſi adſervata deſcriptum, ab interitu adſervetur: *Waldemarus DEI gratia Dux Jucie, omnibus præſens ſcriptum cernentibus in Domino ſalutem: Geſta fidelium, ne ſimul cum tempore labantur ex ſcripturarum teſtimonio immobile trahunt firmamentum. Scire volumus univerſos tam poſteros quam præſentes, quod Nos A. D. milleſimo ducenteſimo octogeſimo quarto in quinto die poſt nativitatem Domini Tundis, de* CONSILIO *meliorum noſtri Ducatus* ORDINAVIMUS *omnes articulos in* LIBRO LEGALI *dilectorum* CIVIUM *noſtrorum in Flenſſaburgh depictos, in commodum & legis eorundem* CONFIRMATIONEM; *quos etiam articulos apud eosdem literis noſtris patentibus ſtatuimus inviolabiliter obſervandos. Superexcepimus inter eos hos tres articulos, videlicet primo: Quod homo non componat pro cauſa quæ dicitur* LEGGÆRWITSAACH, *licet deprehenſus fuerit, quod etiam excipitur in Legibus omnium civitatum, terræ* DACIE. *Secundo: ſi aliquis equum ſuum, vel alias res quascunque furtive ablatas in poſſeſſione civis ſub bono teſtimonio agnoverit, quas ſi juramento ſuorum compoſſeſſorum legaliter evicerit, res ſine omni diminutione integraliter reſtituentur. Tertio: etiamſi bondo ruvenſis apud ipſos cives pro furto fuerit incauſatus, liber abire permittatur (ſi ſit ſufficiens) & poſtea cauſa ſibi impoſita per civem in placito ſui* hȝ (Hærith) *agatur contra bondonem; ſub gratia noſtra diſtinctius prohibentes, ne quis noſtrorum officialium, bundonum vel militum vel quisquam alius, hanc legem apud ipſos cives infringere præſumat nec in aliquo violare. Quod ſi quisquam auſu temerario attemptaverit, noſtram non effugiat ultionem. In hujus quoque legis confirmationem eisdem literas noſtras patentes contulimus ſigilli noſtri munimine roboratas. Datum die & loco ſupradictis, præſentibus* MILITIBUS *noſtris Dominis Nicholao Knut S. Thoma Muly, Johanne Grubby, Chriſtiarno Troes, Soon Swirs, Nicholao Tundering, Tukone dapifero noſtro & aliis quamplurimis fide dignis.* Sigillum pendens ex filo ſerico viridi, albo & rubro incluſum eſt capſæ ex lamina confectæ, ſed ita fractum, ut unius ſaltim lateris clypeus, nullis roſarum foliis, cordibusque ornatus, ex altero vero caput & pedes equi literæque - MARUS - OI - DUCIS conſpiciantur. Ex hoc itaque ævo *Codices ſtatutorum Flensburgenſium* ordine & paſſim argumenti longe recedunt a codice Sleſvicenſium. Nec male omnino. Compilatio enim ſtatutorum Sleſwicenſium, more ſeculi, ordine fere caret; ita enim mixta & diſrupta ſunt argumenta, ut ubique regnet confuſio & obſcura dictio. Ex adverſo laudati codices Flensburgenſes ævo Waldemariano exarati non ſolum ordinatius, diſtinctius; ſed etiam explicatius & emaculatius ſunt conſignati, adeo ut paſſim juri civico Sleſvicenſium inſerviant loco commentarioli.

Diploma regium.

bb) Iisdem itaque fontibus, ex quorum confluxu ortus eſt codex juris *Sleſwicenſis*, irrigatas dixeris Leges Flensburgenſes & Cimbricas reliquas antiquiores ſupra citatas, niſi quod plura argumenta & adjumenta iis ſenſim acceſſerint vel certe explicationem requirant ex *jure* JUTICO *ſeu Cimbrico provinciali a. 1240.* Hoc vero præterea collectum conſtat ex juribus SCANICO & SIALANDICO, quorum demum prima ſtamina reperiunda ſunt in moribus inſtitutis ac juribus *Danorum, Gothorum, Normannorum, Islandorum, Svecorum, Normægorum*, de quibus alibi diſpexi. Legum Flensburgenſium confirmationes exſtant ſolemnes & ſæpius repetitæ, teſtantibus præcipue codicillis Ducum Jutiæ & Sleſwici Sec. XIV. XV. Waldemari conceſſionem ſupra laudatam iisdem fere verbis, eademque triplicis exceptionis formula, confirmavit *Ericus* Dux Jutiæ a. 1314. Idem ſpeciali diplomate a. 1321. corroboravit jus ferendi augendique civica ſtatuta, quod plerique Jurisperitorum civitatibus municipalibus incongrue vindicare ſolent vel ex præſcriptione immemoriali vel ex conceſſione quadam jurisdictionis. Primus qui hoc jus Senatui Flensburgenſi conceſſerat ipſe eſt Waldemarus II. quod liquet ex *cap. CVII. ſtatutorum: Wol dar belevet und geendiget werd van dem Rade, dat ſchall ſtede und vaſte bliven, eſſt idt geendiget würde up dem Dinge.* Explicatius hoc privilegum munivit ERICUS *c. l. Sciveritis, quod nos omnia ſtatuta & leges, quæ dicti Conſules pro commoditate & utilitate civium impoſuerint & imponent, ac etiam cauſas, quæ vulgariter* WILKOOR *appellantur, quas de* CONSENSU *& voluntate prudentum civium ſtatuerint & decreverint publicare, firmiter teneri ab omnibus præcipimus & inviolabiliter obſervari ac in nullo infringi. Quo circa per gratiam noſtram mandamus omnibus & ſingulis apud eos morantibus, quatenus dicta ſtatuta leges & cauſas pro communi bono utiliter adinventa ſtudeant efficaciter obſervare & in omnibus adimplere. Si vero dicti conſules querimoniam ſuper aliquo vel aliquibus præmiſſa tenere nolentibus, coram nobis propoſuerint, præter mulctam a Conſulibus taxatam, ipſum ſeu ipſos taliter corripere volumus & punire, quod ceteri contemtores inde merito teneantur, ne talia præſumant inpoſterum attemptare.* A. 1325. acceſſerunt Waldemari Ducis Jutiæ confirmationes *ſtatutorum & juris Wilköhre*, verbis Erici repetitæ. Quas ſecutæ ſunt literæ Henrici & Nicolai comitum Holſatiæ 1373. ut & Gerhardi Ducis a. 1398. *Stedtgen an deſme jegenwartigen Breve na Rade unde Vullbord unſe truwen Radgheven dem Rade und de Mannheid Unſer Stadt Flensborch de Vryheit un Statuta de ſee gehad, bruket, und bezeten hebben, under den Tyden Erickes und Waldemaris wandages Hertoghen to Jutlande und na hebben bezeten under den Tyden Unſes leven Vaders Grewen Hinrikes un Unſes Vedderen Grewen Clawes zeliger Dechtniſſe Grewen to Holſten Stormeren und to Scowenburg, alſo dat ſe der ſo bequemliken und ſo vryeliken ſcolen bruken un ze bezitten alzo ze dan hebben by Unſer Vorvaren und Oldern Tyde, ſonder Anſprake und Bewerniſſe enes jeweliken de dor Unſen Willen don will und laten.* Nec omittendi ſunt codicilli confirmationum ac conceſſionum ab Erico Rege Daniæ & Duce Pomeraniæ idiomate Danico dati in caſtro *Maryenbergh a. 1413.* & ab Adolpho ac Gerhardo Ducibus, Flensburgenſibus indulti *Gottorpiæ a.* 1431. ceterique de a. 1460. 1491. 1552 1561. 1596. Quibus denique accedunt privilegia civitati conceſſa a Gerhardo comite de exemtione ab onere teloniorum in dominio ipſius *de a.* 1337. a Gerhardo Duce de eodem argumento & de Sylvæ *Rude* proprietate de a. 1398. pluraque alia *Sec. XV. ſqq.* Qui enim ſive privilegiorum vim obligandi ſive effectus eorum civiles expenderit, ipſi haud mirum videbitur, quod hæc jura ſingularia locum paſſim occupaverint in ipſis ſtatutorum codicibus. Exemplis ſupra allatis unum adjungo ex jure Lubecenſi. In privilegio, quod Lubecenſibus conceſſit Imperator Fridericus a. 1188. exſtant verba: *Et ſi quisquam mortuus ibi fuerit & forte hæredes non habuerit, omnem hereditatem & ſuppellectilem ipſius, annum & diem integraliter in domo, in qua moritur, reſervandam cenſuimus, niſi forte aliquis ei proximus intra tempus denunciatum adveniat, qui hæc jure civitatis obtineat. Si vero intra tempus illud nemo proximorum ſuorum venerit, quæcunque hereditavit, regiæ poteſtati ſolvantur.* Idem hoc argumentum recitatur in codice juris Lubec. Bardewiciano *de a.* 1494. *art. 26: Stervſt en Mann ſunder Erven, ſin Gut ſchall men deme Rade von der Stadt antworten to bewahrende, en comet ock neman binnen Jahre und Daghe de ſick to deme Gode mit Rechte. ſo bovet des Gudes halve deel der Koniglicken Walt unde der Stadt dat halve deel.* Ex eodem privilegio, caput de *præſcriptione annali*, qua ſervus libertatem ſibi vindicavit, in codices antiquos juris Lubecenſis tranſiit. Conſonat etiam privilegium Ottonis, datum Luneburgi a. 1297. apud RETHMEJERUM

Fontes legum Flensburgenſium ceterarumque Cimbricarum. Fontes juris Jutici, Scanici, Selandici. Confirmationes Legum Flensburg. an. 1314. 1321.

1325. 1373.

1398.

1413. 1431. *ſqq.*

discrepantem c). Docet hoc vetustus codex membranaceus *Flotowii*, supra *nota o.* laudatus, quo usi sunt Flensburgenses ante ævum Waldemari II. sub cujus auspiciis receperunt codicem concinniorem & auctiorem *d*). Barbaris quidem ex more seculi dictionibus *e*) latinus codex abundat, sed lucem tamen affundit codicibus vernaculis & præcipue statutis Slesvicensibus germanice editis, sive earum antiquas lectiones requiras, sive spectes vocum obscuriorum explicationem. Ordo etiam & argumenta Legum utriusque codicis *Slesvicensis* & *Flensburgensis Flotowiani* ubique fere coincidunt, quod facile utrumque con-

---

MEIERUM *Chron. Luneb. T. II. p. 1833.* cum *LL. vetustis Luneb* apud LEIBNIT. *T. III. S. R. B. p. 754.* item privilegium *Ottonis IV. Imp.* datum Stadæ a. 1209. apud v. C. RICCIUM *l. c p.* 168. cum *statutis Stadensibus a. 1279.* apud SENCKENBERGIUM *Select: T. VI. p. 288.* ut & privilegium *Friderici II.* concessum *Goslariæ* a. 1219. apud HEINECCIUM *antiqu. Gosl. L. II. p. 218.* cum LL. *Goslar. apud* LEIBNIT. *T. III. R. B. p. 96.*

c) Quamvis vero mutatus status & recentior civitatis indoles haud pauca mutaverit, præcipua tamen hodieque usu sunt conspicua, in quorum numero sunt *c. 10. & 11.* de tutela agnatorum legitima; *cap. 15.* de successione legitimatorum; *c. 19.* de nobilibus Flenopoli habitantibus, onera publica subeuntibus; *c. 32.* de præscriptione annali; *c. 36.* de rebus pignori exponendis; *c. 35.* de fide depositi; *c. 40.* de emtore & venditore poenitente; *c. 64.* de contumace convicto; *c. 65. 128. 129* de excussione debitorum & fidejussorum; *c.* 87. de uxore adultera portionem statutariam amittente; *c. 82.* de marito tutore uxoris legitimo; *c. 95.* de fisco hereditatem destitutam sibi vindicante; *c.* 103. de dominio civili absque scotatione non translato; *c. 105.* de habilitate testium; *c. 111.* de locatione & conductione ædium; *c* 118. de bonis hereditariis, civibus in poenam non adimendis, & denique *c. 1-8.* quæ agunt de successione conjugum, liberorum & parentum. Portionem vero statutariam, quæ olim portionem filialem & præterea lectum optimum ac vestimenta quædam comprehendit, hodie usus extendit in majus commodum viduarum. *Usus statutor. veterum.*

d) Inter codices Waldemariani ævi præstantiores primum locum tenet codex Danico idiomate *Sec. XIV.* nitide scriptus, isque membranaceus & argento exornatus, quem archivum Flensburgense servat. Inscriptio ejus est: *Her hyrias hymens Skra af Flensborgh:* incipit ab articulo, qui in codice *Flotowiano* est articulus IX; definit in *articulo* 131. quo finito, ævo recentiori forte circa initia Seculi XV. additi sunt VII. articuli alii. Alter exeunte Seculo XV. codex germanice scriptus itidem membranaceus & in curia Flensburgensi adservatus hanc præfert inscriptionem: *Dyt yss der borgere recht to Flensborch ere Stat recht. Anno Dn. MCCCCXCII. am Donnerdaghe na Dionysii wart dyt angehawen.* Sequitur primordium: *Na Godes Gebort 1284. upp unser leve Vrowe Dach erer Hemmelvart Borgermesteren und Ratmanne un alle meyne Borge bynne Flensborg lete scryve dyt Recht, dat en Hartich Woldemar van Jutlande gaff un* BESTEDIGEDE *dat vast myt syner gnade unde wait, wente se tovor nen beschreven Recht en hadden.* Continet paginas XXXIII. articulos 128. quorum primus *umme erve*, ultimus, qui tamen in priori codice non legitur: *wol wat kost unde nycht betalt rede.* Et ita quidem Danici codicis articuli 128. 129. & 131. deficere videntur; sed leguntur etiam iidem in hoc codice *art.* 127. 112 113. & 114 aguntque *umme enen Ratmann; huss hurent; hure huss et* LEENDGUT. Indubie iste Codex ex Danico germanice redditus est inter optimos codices autenticos reponendus, uti docet apographus, quem possideo, qui ita finit: *Exscriptum hoc per me, Joannem Meterum ex vero germanico originali & collationatum illud cum hoc, per me Cornelium Steenbergium.* Duo alii germanici codices ad manus sunt, quorum quidem inscriptio originem juris Flensburgensis *ad a. 1282. d 22. Jan* confirmationem vero Waldemari Regis ad a. 1284. refert, ordo etiam, inscriptiones, verba & orthographia passim variant, ipsa tamen argumenta articulorum CXXXI. plane coincidunt cum codice Danico. Recentior horum codicum scriptus videtur a. 1514. uti ex fine patet his verbis: *Wo de eddele furst Konig Christiern* DIT PRIVILEGIUM *vermehrt hefft, alse he dat mit syner Gnade bevestigde: na Gades Gebohrd a. 1514. hefft de Durchl. Furst Herr Christiern dit privilegium tho Dörning bevestiget und baven dat int dissen nageschreven articul* VERLENET *also: Weret dat en Borger to Flensborg, effte en Borger Lanste wurde beschuldiget buten de Stadt thom Hardesdinge, wol dat idt wære umme grote und merckliche Sake, dett he deme sin schotsmat, dat schal he geneten und sin Recht unverstemet bleven, beth tho syner Gnaden* TOKUMT *hier to Lande.* Ex his codicibus natus videtur codex *Pauli* WILDFANGII *a.* 1582. exaratus, articulis 131. absolutus. Inter curatiores codices nominandus est *Naamianus*, quem *Ludolphus* NAAM, vulgo Frater *Lutke*, ex codice civitatis descripsit hodieque in bibliotheca Mariana Flensburgensi adservatur. Fuit iste *Naamus* natione Friso, natus a. 1492. denatus 1575. monachus coenobii Franciscanorum non indoctus, sicuti testantur scripta ejus theologica aliaque a SEELENIO recensita. Addo ipsius memoriam ex epitaphio, quod Flensburgensi Gymnasio adfixum est: *Anno 1575. obiit frater Ludolphus Naamann Minorita, filius Naami Johannis & ph. dicti in divi Nicolai templo coram sanctissimæ Trinitatis altare sepulturum ex quorum testamento hoc Gymnasium trilingue Theologicumque orthodoxæ ecclesiæ inceptum est Dabunturque ex eo legentibus in hebdomade sanctam scripturam in sancta lingua singulis annis* 100. *Marc. Lubicens. & græcam linguam in sacris Bibliis toties legenti* 100. *Marc. eique qui Theologicam leget in septimana* 100. *Marc. Item pro ædificio conservando ac constituendo, quod supererit totidem pro structura templi S. Nicolai* 15. *Marc. pulsanti majorem campanam in meridie florenum, observanti hujus domus horologium* 1. *Marc. item Procuratori legenti* 100. *Marc. non legenti* 1. *Marc. hoc non ad ostentationem, sed imitationem ut fiant duo bona. Maledictus qui alio vel aliter ordinaverit Vale* Nec pretio suo defraudandus est Codex *Blasii* ECKENBERGERI articulos CXXX. complectens, quos glossis variis ex juribus Danicis & Juticis præcipue collectis interpolavit a. 1591. Hujus codicis apographus est *Bartholdi* HELDII supra laudati, qui eriam nonnullas observatiunculas adjecit. Eckenbergium tamen glossarum autorem exstitisse patet ex *glossa ad art. XI.* ubi ad repertorium suum juris Jutici provocat. Præstant operæ Eckenbergianæ aliorum interpretum commentationibus, ex quibus innotuerunt *Carstenii* BEYERI *lineæ juris statutarii Flensburgens.* & *Jo.* MÜLLERI *J. V. D Hafnienses, notæ in statuta Flenopolitana*, quæ lacunosæ sunt & extemporaneæ, nec apparatu doctrinarum linguarumque instructæ. Denique laudandus est codex statutorum civitatis Flensburgensis *latinus chartaceus* seculo XIV scriptus, plane respondens codici, cujus interpretatio est, Danici; finit articulo 131: *Maruatitias res licet alicui extorquere pro debito, sed conductitiæ res non extorquentur.* *Codices statutorum Flensb. Danicus.* *Vernaculus.* *Alii Germanici.* *Wildfangii. Naami.* *Eckenbergeri.* *Latinus.*

e) Seelenius tamen *c. l.* hunc codicem latinum elegantem appellat. Sed ARPIUS *in Fer. æstival. L. IV.* illam barbaris accenset. Sed ferendæ sunt dictiones rudes, quæ itidem in Legibus Germanorum aliarumque gentium veteris ac medii ævi utramque paginam occupant. Tolerandum etiam est, quod autor passim voces quasdam Danicas repetierit nec explicuerit latine. Eodem enim more usus est CANUTUS *Episcopus* interpres latinus juris Jutici, cujus Danicas & antiquas formulas sæpius non transtulit in dictionem latinam.

conferenti patebit. Operæ vero pretium fore puto, articulos juris ſtatutarii Flensburgenſis *f*) præcipuos ſaltim, ex laudato Codice recenſere.

Præcipui Articuli juris Flensburgenſ. cum Sleſvicenſi convenientes.

1. *Si quis Flensburgenſis civitatis civis incuſaretur a Domino Duce vel ab aliquo Principe, nulla debetur ei inferri violentia antequam dies & locus libere reſpondendi ei præfigeretur nec ad alium locum eſſet expellendus cauſa purgandi ſe vel reſpondendi niſi intra moenia civitatis licet cauſa fuerit oppoſita* LÆSÆ *Majeſtatis.* 2. *Si quis etiam mulierem compreſſerit, is emendabit Domino terræ XX. marcas tot Civitati & tot Defenſori, mulieri, ſi negaverit, octo* VERIDICI *accedunt legaliterque juramento ſuo decernunt veritatem.* 3. *Si quis civium in civitate hominem occiderit & ſuper hoc* PACE * PRIVATUS *fuerit per octo veridicos ſatis faciat Domino terræ in quadraginta marcas denariorum & totidem Civitati, cognatis vero interfecti ter decem & octo marcas denique pura marca auri, quæ gorſum dicitur emendabit,* TOTIUS *regni in hoc* CONSVETUDINE *obſervata.* 4. *Si rurenſis aliquis interfecerit unum in civitate ſive civem ſive rurenſem & ſuper hoc* VERIDICIS *convictus vel etiam per recens factum deprehenſus fuerit, emendabit Domino terræ XX. marcas, tot civitati ac heredibus interfecti prout prius eſt expreſſum.* 5. *Si quis civi vulnus intulerit, vel ad effuſionem ſanguinis percuſſerit vulneratus vulnus ſuum vel veſtes ſuas oſtendere ac pro hujus foro facti cauſam imponere. Qui ſi ſubauſcultaverit & ad primum placitum non venerit, nec ad ſecundum, nec ad tertium, reus hujus facti ſine omni defenſione judicabitur & Domino terræ tribus marcis emendabit, & ſi veniens ad placitum negaverit, cum ſuo confinio in quo eſt, ſe purgabit.* 6. *Qualitas vulneris ſic diſtinguitur: Pro vulnere in capite evidenti reddendæ ſunt ſex marcæ, pro non evidenti tres marcæ. Pro manus vel pedis ſectione dimidia emendat hominis, pro indice dimidia emendat manus; reliqui vero digiti ſecundun poſitionem ſuam minorem ſortiuntur emendationem. Pro vulnere carnis tres marcæ, ſi eſt penetrabile, quod* HOLSAAR *dicitur, ſex marcæ emendantur, & pro quolibet oſſiculo tres marcæ.* 7. *Pro oculo eruto dimidia emenda hominis, ſi lædatur os, ſex marcæ emendantur, pro uno oſſe de vulnere exeunte emendantur tres marcæ, quod ſi plura oſſa de eodem vulnere exeunt cum dictis tribus marcis emendantur.* 8. *Mulier adultera a marito ſuo coram Judice accuſata, ſi negaverit, ex* MAJORI *convivio* * *purgari debet juramento* DUODECIM *convivarum. Quod ſi convicta fuerit per convivas adultera reputetur. Purgata vero tam a marito quam ab aliis innocens habeatur.* 9. *Mulier nubens in civitate, moriente marito in diviſione hæreditatis accipiat de omni hæreditate præter terras tantum quantum hæres qui plus capit inſuper lectum unum integrum, & ſi tria paria veſtium habeat recipiat mediocrius, ſi duo deterius, ſi unum obtineat illud. Quodſi habeat liberos, licite exigant patrimonium quando volunt. Si vero Pater ſupervixerit uxore mortua nulla lege filii a patre matrimonium exigant, donec pater aliam duxerit in uxorem, unicuique vero filiorum exponere tenetur tres marcas denariorum, ſcutum, gladium, lanceam, ſi alias facultates ſuppetant exponendi.* 10. *Cum vero Pater alteram duxerit ante nuptias vel in nuptiis ſeparet a ſe filios cum eorum matrimonio vel nominet ſub teſtimonio ſufficienti, quanta*

* *Germ. verbrickt ſyn Hœvetb.*

* *Vulgo Gilde Brüder, Hervengilde.*

Acceſſiones juris Flensburgenſis. a. 1295.

f) Quod tamen ſenſim inſigni acceſſionum apparatu locupletatum eſt. Ex codicibus enim ſupra recenſitis patet, codicem tempore Waldemari II. a 1284. adornatos abſolutos eſſe articulis 131. Deſunt itaque Flotowiano codici articuli 26. quos notatos videbis in codicibus vernaculo & latino Waldemarianis, quorum copiam dabit *Tomus IV.* Acceſſit deinde ipſa adhuc Waldemari II. ætate novum ſupplementum circa annum 1295. quod ex codice Eckenbergiano exhibeo: *Iſtæ conſtitutiones infra ſcriptæ editæ ſunt & adſcriptæ Legibus civium in Flensburg a. 1295. Sabbatho poſt diem cinerum & per illuſtrem Principem Dominum Waldemarum Ducem Jutiæ* CONFIRMATÆ. 1) *Quod in civitate Flensburg ad menſurandum ſiligmem hordeumque, piſas, fabas, ceteraque ſeminum talis daritiei exiſtentia, duo modii in futurum, Straxſchip dicuntur, vulgariter habeantur ipſis duobus prioribus modii civitatis ex antiquo habiti, qui ſexentenſes modios continet in ſe, continentibus quantitatem.* 2) *Ad menſurationem vero humuli ceterorumque talis mollitiei exiſtentium per antiquos modios, ut prius, impoſterum etiam perſvevit.* 3) *Omnes ſecundæ feriæ & quintæ cedant mulieribus civitatis & balneis, ceterisque pro neceſſitate virorum & balneis eorundem diebus hebdomade deputatis.* 4) *Quicunque vero contra iſtud attempraverint damnum amiſſionis ſuarum veſtium omnium incurrat, quæ judicio & gratiæ* ADVOCATI & CONSULUM *relinquendæ ſunt. Dividantur & diſponantur pro eorum voluntatis arbitrio in duabus partibus inter ipſos.* Ditavit hanc Themidem denuo Waldemarus Dux Jutiæ codicillo *Synderburgi 1354. die beatæ Luciæ virginis* ſcripto, ex quo ſequentia notabo: *Ex maturo conſilio noſtrorum* NOBILIUM, *gratias ac libertates, quæ ſubſequuntur in his litteris, conferimus ſpeciales. Primo videlicet, quod ipſos una cum omnibus* BONIS SUIS, *vuri ſitis, & familiis eis attinentibus in* DOMINIO *noſtro &* DUCATU *ſub noſtra* PROTECTIONE *ſuſcipimus ſpecialiter defendendos ſicuti ceteros homines noſtros libevales.* DIMITTENTES *eis civibus & eorum ſucceſſoribus omnia bona ſua vuri ſita infra dictum dominium noſtrum & Ducatum ab omni expeditionis gravamine, impetitione exactoria* IMPÆSTAD, QUÆRSET, RETSKYWED *ceterisque ſolutionibus, oneribus & ſervitiis omnibus ad* JUS NOSTRUM *ſpectantibus libera pariter & exemta. Hanc ſupradictis gratiam ſuperaddentes ſpecialem, quod omnes villici ſive coloni & inquilini in dictis bonis ſuis pro exceſſibus trium marcarum ipſis duntaxat civibus reſpondere debeant & non aliis quoquo modo. Gravioribus tamen exceſſibus &* PRECARIIS *ac* JURIBUS *noſtris, nobis ac heredibus noſtris reſervatis. Præterea dilecti cives noſtri ſupra ſcripti absque ipſorum voluntate & velle ſpeciali per nos vel ſucceſſores noſtros extra civitatem Flensborgh in* SERVITIIS *noſtris ad* EQUITANDUM *pro nobis ſuis pelli vel debeant*

1354.

quanta partitio iis contingit, & illa portio sit sub custodia patris donec ipsi velint. 11. *Si vero hæc neglexerit in divisione hæreditatis, quicquid cum uxore sua habuit cum sua portione & æquali distributione in duas partes dividetur, & dimidia totius boni debetur pueris, dimidia vero Pater recipiat & noverca, si vero illa liberos habuerit de altero marito utantur jure simili, sicut ante est expressum.* 12. *Expensæ nuptiarum de sola portione Patris computandæ sunt, sic expensæ exequiarum de sola portione puerorum. Non divisa etiam substantia inter patrem & filios, si res augmentatæ & diminutæ fuerint æqualiter participant augmentum cum defectu.* 13. *Civis nubens in civitate habens legitimos cum uxore, ipsa moriente in divisione hæreditatis dimidium totius possessionis accipiat & dimidium pueri quotquot fuerint.* 14. *Puero aliquo ex his de quibus prædictum est moriente tota possessio hæreditatis illius cedit Patri & nulli alteri ipso vivente.* 15. *Post obitum Patris & matris in hæreditate recipienda, frater recipiat duas partes, soror vero tertiam sed post obitum fratrum & sororum, frater & soror æqualem recipiant portionem.* 16. *De violento raptu mulieris & abscissione membrorum, item de homine interfecto & de oculo erupto debent octo veridici discernere veritatem.* 17. *Pro omni delicto in proximo articulo superius notato intra campum civitatis contingenti a civitate usque Brunsnisse ad partem borealem a civitate usque Nordbeck ex una parte a civitate usque Wistedewads ad meridiem a civitate ad australem partem usque ad fossam, quæ separat terras Flensstoffte civitatis, debent etiam octo veridici discernere veritatem.* 18. *Divisiones hæreditatum & terrarum pupillorum & orphanorum debent publicari in placito civitatis & non alio loco alioquin indivisa reputantur, si hæreditas indivisa inter pueros debent consanguinei sex ex parte Patris, alteri sex ex parte matris dividere hæreditatem inter illos cum juramento coram Senatu quod non scirent melius.* 19. *Si moriatur aliquis in civitate vel intra campum civitatis quod dicitur, Wigbolt, & fuerat Logtopt, non habens hæredes, tum Consules cum Advocato bona mortui in eorum custodia debent per diem & annum observare. Quod si interim nullus hæres ea bona requisierit, ea bona cedant Domino terræ.* 21 *Patre mortuo si mater puerorum bona inutiliter consumserit si pueri cognatos non habeant qui bona eorum custodire possunt Consules civitatis cum advocato bona puerorum sub eorum recipiant custodia. Quod dictum est de matre, similiter quoque observandum est de Patre.* 22. *Filia vel soror vel neptis alicujus, expers erit viventibus Parentibus capitali portione, si recesserit cum juvene, juvenis seducens eam tenebitur ad emendam novem marcarum.* 27. *Si quis alicui civium furtum imposuerit, impetitus purgabit se cum quinque vicinis tribus a dextra & duobus a sinistra assumtis. Si unus vel duo ipsorum ipsum defendere noluerint, juret super* RELIQUIAS, *ipsos deficere causa invidiæ, & tunc requirat duos remotiores ad purgandum se; si plures quam duo ex illis quinque defecerint, & se ipsum purgaverint, necesse est ut sex de summo convivio in quo est, ipsum super hac causa defendant, & tunc sit defensus, si autem in nullo convivio sit, sex cives solventes suum* AREGIALD *ac* TOFTGIALD *suo juramento superaddito quinque superadditorum ipsum totaliter expurgabunt, & si in his defecerit ipsius* CAPITALIS *portio * cedat usui Dominorum & furtum tripliciter cedat impetitori.* 30 *Si domesticus per Advocatum aut per alios cives inculpatus, quod furem quem legaliter scivit esse convictum hospitasset, si confessus fuerit emendabit prout prius dictum est. Si autem negaverit juramento duodeno sui convivii se purgabit. Quod si in nullo fuerit convivio, cum aliis* DUODECIM *civibus suum* TOFTGIELDT & AREGIELD *solventibus a tali impetitione liberabitur.* 31. *Si quis a domestico domus petierit*

* *Germ. c. 117. Hovetlod. Slesv. c. 23. Urbloſing des halſes.*

---

debeant vel aliqualiter EVOCARI *sicuti ceteri homines nostri* LIBERALES. *Unde per gratiam nostram prohibemus firmiter & districte, ne quis* ADVOCATORUM *nost. orum, eorundem officium seu quisquam alius cujuscunque conditionis status existat, ipsos aut aliquem de eorum familia contra hujus libertatis gratias ipsis a nobis indultas aggravare audeat vel attemptari quoquo modo.* Ipsi etiam Consules Flenopolitani Leges suas auxerunt articulis XXX. *a.* 1558 *d.* 27. *Jul.* notante *V. cl.* JARGOVIO *Tr. de Regalibus p.* 129. Præcipue vero egregia argumenta adjecerunt Domini territoriales, ex quorum chartis & concessionibus quædam observabimus. Anno 1528. *Fridericus II.* Rex Daniæ de portione uxoris statutaria donisque antenuptialibus legem statuit, codici Flensburgensi subjectam his verbis: *An.* 1528. *hefft bewilliget de durchlauchtigste hochgebohrne Fürste Friedrich von Gades Gnaden des Sonndages na der hemmelfahrt des Herrn: Keine Börger binnen Flensborch, de hebe edder de fyde, de dar gefriet eine Wedewe oder Jungfrow schal beteve handtru gewen als 30. Marck. Ock schal de Frawe na eres Mannes Dode, dar nene Kinder fyn, de handtruw ock ere Kleinodien und beste Kleder, de sie drecht tor Kercken und in eren Brud tagen des Sonndages, darentboven schall se geneten allent wat Stad Recht mede bringet.* An. 1514. a *Christiano III* addita est sanctio *de jure a Senatu civitati & Præfectis hardarum appellandi ad Regem* supra nota *d*) recitata. Sustulit vero vel certe limitibus circumscripsit hanc constitutionem *Fridericus II.* statuto correctorio, dato *Friederichsburgi an.* 1561. *die* 16 *Jan. Hebben wy to Erholdung gemener Rechtigkeit und beſſens ock darmit den Kriegen und Rechtferdigungen deſto forderlicker to gebührenden Utdrage verholpen werden mœge, hierup ordentlick erklæren und ſetten willen hiemede, dat hinvorder in allen vorfallenden Gerichts-Sacken upgemelter unſer Stadt Flensborg, wenn Burgermeiſter und Rath darſulveſt End Urtheil erkandt und affgeſpraken, ane jennig appellation der ſulvigen ordel, von den parten* söss *Wecken von dem Dage up welcken geordelt wor-*

1558. 1528. 1514. 1561.

petierit & expetat de furto, negante domeſtico & exactore non præſente tres marcas in limine ponat & domum intret, ſi adſit exactor nihil in limine ponat. Si ingreſſus domum nihil inveniens, pecuniam in limine poſitam amittat. Si autem furtum invenerit, ſub ſerata cuſtodia, ad quam domeſtica clavem habuerit, hoſpes pro fure reputabitur, & ipſius portio capitalis cedat Domino terræ, excepta terra, quia terra civibus ſive ipſorum hæredibus auferri nequaquam poteſt, niſi civis pro aliquo crimine erit fugiens vel proſcriptus vel Regem præſumſerit impugnare. Requiſitor etiam furti tripliciter ſuum redhabebit. 33. *Nullus emat equum vel equam aut forma tum pannum, aut lanceam, aut argentum fabrefactum, aut ſecurim cum manubrio aut gladium cum vagina, aut bovem, aut alia animalia, niſi habeat ſuper hoc duos teſtes qui* VIDNE *dicuntur, quia furtum poſthac impoſitum manu* DUODECIMA *excuſatur.* 37. *Si rurenſis, qui rapinam fecerit in civium rebus fuerit deprehenſus rapinam reſtituet & judici ſatiſfaciet in XL. marc. & in totidem civitati & totidem injuriam paſſo. Quod ſi negaverit excuſabitur octo vicinis habentibus terras & domus, prius tamen fidejuſſione poſita quod ſint domeſtici purgatores.* 39. *Civis non reddens debitum, quod dicetur Arngeld & impetitus ab Advocato in* PRIMO *placito poſt nativitatem Joannis Baptiſtæ, debitor erit trium orarum, ſi in ſecundo & ſi in tertio non venerit & pro ſe non ſatiſfecerit debitor erit trium marcarum, & ſi domi non fuerit abſentia ejus eum non excuſabit.* 40. *Habet dominus civitatis quoddam ſpeciale debitum, quod dicitur* ERFKAUFF *(Eiengield) quod, qui non redimit & moritur in civitate illius hæreditas apud dominum civitatis manet, non tamen omnium ſed quorundam, viri enim non* UXORATI *& nati in hac civitate, immunes ſunt ab illa, ſed cives uxorati & omnes hoſpites de quacunque terra venientes niſi redemerint hæreditatem cum quatuor Oere ſolidis denariorum ac duobus denariis, dum* LIBRAM *cum drachma* TENERE *poſſint, habebunt hæredem* DOMINUM TERRÆ. 44. *Mulier tabernaria vel vinitor habens menſuram injuſtam, pro debito ſolvat Advocato 3. Oere denariorum & totidem civitati.* 45. *Mulier tabernaria non vendat menſuram carius, quam in* PLACITO *per Conſules fuerit prolatum, quod ſi fecerit, puniatur ad emendam pecuniæ memoratæ III. Oeræ ſimile judicium fiat de modiolo injuſto.* 46. *Si domus arſerit & flamma evidenter apparuerit, inhabitator domus reddat domino terræ tres marcas denariorum & civitati tantum, vel juret manu* DUODECIMA, *non ſua negligentia ſed hoſtili impoſitione hoc incendium contigiſſe.* 48. *Nulla uxor, ignorante marito, impignorare vel vendere poteſt rem aliquam niſi pro XII. ſolidis ad majus & ad majus pro totidem fide jubeat. Si vero aliquis auſu temerario ultra prætaxatas præſtiterit & pignus a muliere receperit, ſine redemtione aliqua marito pignus reſtituet, quod ſi non fecerit ſed occultaverit reputabitur illi quaſi furtum.* 49. *Civis ducens ruricolam uxorem æqualiter dividant terram in civitate & in rure ſi diſſenſio aliqua fiat inter eos.* 54. *Si quis avidus domo vel ſepe terram alicujus occupaverit & ſuper hoc fuerit impetitus, ſi fuerit in quieta poſſeſſione, per diem*

---

den antorecken verckIich und genogſam gelevet und volge gedaen werden ſchal, und doch jedern, de dar menet dat he dorch dat ordel von vorgemelten Borgermeiſteren und Rath als Ordelern verkortet vorbeholden, binnen den upgemelten ſöſſ weecken ſick denn by uns to beſchweren und den Schin to fordern, darup wy unſen Amtmann darſulveſt und ſunſt na Gelegenheit to beſtellen desfals inſehent to hebben, und off wohl, edder övel geſpraken to erkennen. Dem to folge dann dat dat vorige Ordel vernichtiget, de ordeler den klagenden part allen bewyſliken erledenen Schaden, ock den to vöre gewinnende deel, ſo volge des ordels erhalten ſo veele he desfals erlanget, erſtaten; Hinwedder aveſt der dat ordel by recht und macht befunden, de klagende den Ordelern henwedder ock datſulvige vorderlich erſtatten and bethalen ſchall, alles vermoge unſers Daniſchen rykes Land recht und Receſſ. Temerariis etiam appellationibus viam obſtruxit *Chriſtianus IV.* ſingulari privilegio dato *Koldingæ d.* 16. *Martii* 1594. quo cautum eſt, ne infra ſummam 60 marcarum appellatio a Senatu ad Regem deferatur. Refer etiam huc conſtitutiones auguſtales, formulas juris civitatis a. 1571. 1690 ſanctiones de rebus eccleſiaſticis a 1551. 1593. de cautionibus judicialibus a. 1608. de obligationibus Protocollo judiciali inſerendis a 1662. de jure retractus 1692. & plures alias, quas exhibebit aliquando *corpus conſtitutionum Cimbricarum*, in quo colligendo viri illuſtres & ornatiſſimi CARSTENIUS, *de* CRONHELM, PREHNIUS, Regii conſiliarii occupantur.

Ordinatio politica. Verbum ſaltim adjiciam de *ordinatione politica civitatis*, quam *a.* 1551. *articulis 55.* abſolutam Senatus Chriſtiano III. Regi obtulerat. Recepit eandem confirmationem munitam a. 1561.; deinde illam emendatiorem publicavit *Chriſtianus IV.* a. 1600. *d.* 14. *Jan.* Acceſſerunt denuo *articuli XVII.* ex placitis Senatus & XXIV. virorum *a* 1616. *d.* 18. *Maji* & denuo alii *a* 1617. *d.* 9. *Maji*, 1690. *d.* 14. *Novemb. & noviſſime* 1707. *d.* 14. *Sept.* Adoptarunt hanc Flensburgenſium ordinationem Sunderburgenſes, quorum ordinatio Politica de a. 1698. *d.* 25 *Nov* ex Flenopolitana nata eſt. Singularis videtur pœna in puellas fornicantes ſtatuta *art. 53. in Sunderb. art. 39. Wenn eine Magd geſchwängert, und wie offtmals geſchehen bis auf die äuſſerſte Zeit der Gebuhrt in den Haaren hingehet, ſollen derſelben die Haare durch den Büttel abgeſchnitten und an den Rock genagelt werden.* Vides hic antiquiſſimos Germanorum mores de jure & caſtitate capillorum incruſtatos, quos laudat TACITUS *de morib. Germ. c.* 37. Eosdem mores *Föhrenſes* & *Sylrenſes* virgines etiamnunc tuentur, quarum ornatus eſt coma aperta penſilis, cinnis & nodis conſtricta, qua vel privantur vel interdicuntur fœmellæ, quæ Veneris uſum paſſæ ſunt. Eandem fere pœnam majores Germanorum ſtatuerunt in aldulteros, quos *reſectis crinibus* oportuit incedere *teſte* TACITO *l. c. c.* 19. Præterea infamiæ nota illos ſecuta eſt, qui publice verberati capillis privabantur: vide *L. L. Wiſigoth. L. VI. Tit.* 2 §. 1. *Tit.* 4. §. 5. *L. IX. Tit.* 2. § 9. *L. L. Lon-*

diem & annum terram sibi vendicet cum XII. CIVIBUS, TERRAM * *habentibus* IN CIVITATE. 55. *Si quis oppignoraverit terram aut rem aliquam si non vult redimere, dum creditor sua repetit, sex homines mittat ad eum qui offerant ei redemtionem pignoris infra quintum diem; si non redemerit intra illum terminum proximo sequenti placito productis sex prædictis nunciis in testimonium & judicio placiti vendicet sibi dictam terram. Si vero pignus aliud fuerit quam terra, & creditor amiserit illud manu* DUODENA *confirmabit se pignus memoratum cum rebus propriis amisisse.* 56. *Si quispiam Legum ignarus pecuniam sibi commissam se negaverit recepisse excusari poterit* DUODENO *juramento. Si totum reddidisse dixerit confirmet hoc duobus testibus & postea testibus diligenter examinatis expurget se* DUODENO *juramento. Si dicet partem reddidisse exponat residuum confirmans etiam* DUODENO *juramento.* 59. *Si quis requisierit portionem hæreditariam, si negaverit impetitus, poterit excusari duobus testibus ac* DUODECIMO *juramento civium legitimorum.* 60. *Ubi plura sunt quam duodena juramenta, unumquodque debet esse quinque dierum intervallum in novo placito.* 62. *Si quis invaserit domum alterius hostiliter, emendabit. Domino terræ XL. marcas, civitati tantum ac hospiti tantum, & pro damno perpetrato secundum qualitatem & quantitatem facti emendabit.* 63. *Si vero in domo verberatus seu vulneratus fuerit emendationis nihil recipiat, etiam si plane interemtus, & qui emendationem quæsiverit emendabit domino terræ XL. marcas denariorum; si autem prædictus invasor nullum damnum in domo fecerit, emendet tribus marcis vel juret manu* DUODECIMA *quod non intraverit hostiliter.* 64. *Si mercatores de aliis terris venientes, commercium de panno fecerint, emtor panni prospiciat quid emere debeat, postea pannum cum chorda trahat, quia non licet alicui pannum rejicere nisi tinea demolitum vel putredine violatum, nec licet nisi civitatensibus vendere, cum ulnis. Si quis super hoc fecerit & convictus fuerit civitati tres marcas persolvat ac tantum exactori.* 65. *Hospes nec humulos vendere minori modio vulgo* LANDSELG *mensuratos linum cum instrumento Besmer ponderatum præsumat. Si quis contra fecerit & convictus fuerit punietur prout prius dictum est.* 66. *Si emtor in* SIGNUM *emtionis dederit quicquam in manu vendentis, & postea nolit emisse, habeat gratis venditor quod accepit & insuper sex solidos denariorum & si aliquid biberint in* SIGNUM *emtionis nihilque addiderit quicquam, potum commercii violator reddat. Et si postea negaverit violator se aliquid emisse defendat se juramento eorum qui bibitioni interfuerunt; sed si solus aliquid emerit a solo & postea negaverit juramento suo solo ac proprio defendat.* 70. *Quicunque inter* BRUNSNESE *navem fregerit,* LIBERE *bona sua possideat quicquid de rebus suis* SALVARE *poterit.* 73. *Quicunque furtum commiserit in navi, in* INSULAM *inhabitatam cum cibariis trium dierum, cum*

TUNDER

* *Vulgo Cessitalitatem in jure Lubec. veteri h. l. p. 622. 625.*

Longobard. L. 1. Tit. 17. §. 5. Quam nemesin *Frisii* dixerunt *Filen*, a *fillan* deglubere, notante SICCAMA *ad leges Frisior. p. 53.* LIPSIO *Cent. III. ad Belgas ep. 41.* HEIMRICHIO *chron. Frisiæ boreal. 1. p. 16.* Aliis dicitur *decalvatio*, ut est *in Legibus Longobardorum*; privatio cutis & capilli *in dipl. Henrici II. Imp. apud* ECCARD *ad L. Salic. p. 202.* item *das Scheren* in codice *Juris Lubecensis a. 1294. art. 83.* Nec. omitti debent *civiloquia Flensburgensia*, quæ ex mutuo civili placito, accedente Magistratus autoritate, rebus publicis & politiæ certam normam præscribunt & a prætore quorannis publice (*zu Dinge*) prælegi solent. Inscriptio est: *Bauerſprache*; de cujus vocis origine & ratione optime disseruit *Michael* RICHEY *hist. stat. Hamb. c. IV. §. 2. 3. 4.* Addo locum Speculatoris: *Bauerſchafft heisse ein Viertel, darum ein Anzahl Bürger begriffen sind.* Ut ergo statim pateat, quid sit illud *Burding* in statutis *Verdens.* 1330. apud VOGTIUM *monum. medit. ver. Verdens. T. I. P. III. p. 282.* judicium scilicet causarum civitatensium, non ruricolarum. Apud Lubecenses, Rostochienses, Wismarienses obtinet nomen *Burgerſprache*, civiloquia, quorum illud edidit MELLENIUS *Histor. Nachricht von Lübeck c. VII.* istud JO. CHRIST. BESELINUS *in annalib. Rostoch. MSC.* hoc vero AUTOR *antiqui chronici Wismariensis MSC.* exhibuit, cujus fragmenta *M.* SCHRÖDERUS inseruit chartulario miscello, cui inscriptionem *historiæ eccles. Mecklenb. papisticæ* præfixit In plerisque Saxoniæ oppidis a matutinis conventibus vocari solent *Morgenſprachen*, fide GYLMANNI *Symphor. Caner T. I. p. 163. Dn. a* LUDEWIG *diss. de Svev. tribunal. S. R. I. Austriaco §. 19.* ideo, quia post tempora prandii parum recti, nihilque circumspecti egerunt Germani, quos nil publicæ nec privatæ rei absque poculis transegisse refert TACITUS *de morib. Germ. c 22* Sed recte ostendit BRUMMERUS *de Scab. c. 8. §. 6. p. 355.* veteres Germanos sæpius pomeridiano tempore altioris indaginis momentive causas enodasse. Ergo potius matutini temporis rationem repetendam dixeris ex vetustissimo more, quo causarum forensium dijudicationes in *statum quendam diem* rejecerunt, ne temporis angustia excluderentur publicæ consultationes cum prima luce auspicandæ; cujus antiquæ consvetudinis reliquiæ servantur hodieque in citationibus judicialibus, quarum formula solita est *zu früher Tages-Zeit.* Porro Jurisprudentiæ Flensburgensium inserviunt *concluſa Senatus & XXIV. virorum*, recessus *commissionales a.* 1708. 1728. Recessus *Regis Christiani III.* a. 1559. & deficientibus loci dispositionibus, *Ordinatio judicii provincialis Slesvicensis Holsatica* ac *Jus Juticum.* Exulat vero *jus Lubecense*, non nisi apud *Tunderenses & Burgenses* receptum. Dissentit quidem *Dn.* JARGAW *Tr. de Regal. p. 129.* Sed clara est dispositio Christiani V. Regis in constitutione *von dem Schuld- und Pfand-Protocoll in princ.: Wegen der beeden Stædte Flensburg und Hadersleben aber sind dieſelbe mit den andern Holſteiniſchen Stædten ſich nicht eines, als des Lübſchen Rechts zu gebrauchen, ſondern unſer Lobuch in judicando zu folgen angewieſen.* Inter jura subsidiaria referendum etiam est præcipue *jus maritimum Danicum* a glorioso *Friderico* II. a 1561. sancitum, articulisque 73. inclusum, cujus hæc est inscriptio: *Dat Deuſche See-Recht, ſo de grothmæchtigſte hochgebohrne Furſte und Herre Friderich der II. to Dannemarcken, Norwegen, leth utbgahn, un*

Civiloquia Flensburgensia.

Jura subsidiaria.

Jus maritimum.

Vulgo Feuerzeuch. TUNDER & FERRO IGNEO *eum mittant.* 76. *Si quis aliquem in aquam projecerit violenter, reddat* 12. *marcas, ſi nolens fecerit, juret* DUODECIMA *manu ſe ignoranter feciſſe & emendet* 6. *marcas.* 77. *Quicumque civis coram Duce vel Principe alicubi extra civitatem Flensburgenſem de concive ſuo querimoniam moverit, priuſquam in civitate de eodem expoſuit querimoniam, a civitate emendabit tres marcas & illi de quo movit querimoniam omne damnum, quod in hoc ſuſtinuit recompenſet.* 80. *Siquis colonus habet propriam domum in terra alterius nulli vendat, niſi obtulerit prius* DOMINO TERRÆ *venalem, quia ſi alius emerit, quærat pretium ubi vult, quia eſt* DOMUS *illius cujus eſt* TERRA, *ſi poſſeſſor non vult domum oblatam emere licite non poteſt auferri.* 81. *Piſcatores per totam aquam noſtram uſque Brunſnes libere habent piſcari cum omnibus inſtrumentis ſuis.* 82. *Quicunque ſive miles fuerit ſive Baro qui intra mœnia civitatis habitare voluerit omni legi civitatis ſubjacebit, in ejus onere & gravamine civitatis.* 83. *Vir veniens de longinquo civis effectus, ſi ad diem & annum moram fecerit poſtea ab aliquo impetitus quod* SERVUS *fuerit & furtim receſſerit,* DUODENO *juramento civium ſe purgabit.* 86. *Si aper cujuſpiam vel taurus, equus vel canis aut hujuſmodi læſerint, non tradent lædentem in poteſtatem læſi, ſed dabit medico pretium pro medela vulneris, emendabit etiam duas oras denariorum. Si læſus mortuus fuerit, tunc tradet lædentem cum emendatione novem marcarum.* 87. *Si elevetur domus & aliquis a ligno vel a trabe, vel a pinaculo vel ab alio ligno uſque ad mortem percuſſus fuerit, lignum percutiens exponatur, & dominus domus pro morte hominis novem marcas denariorum emendabit.* 91. *Pro quolibet delicto omnis* WYDE *debetur civibus & exactori: exactor etiam pro ſe non recipiat Wyde ſine civibus.* 92. *Qui occupaverit plateam Domini Ducis poſitione domus ſuæ, reddat Domino terræ tres marcas denariorum & civitati tantum.* 93. *Si ruralis impetitus ab exactore civitatis in civitate tenetur reſpondere.* 94. *Quicunque notorius de perjurio infamis exſtiterit de cetero non judicet nec teſtis erit in placito nec aliquem ſublevare poterit in numero* DUODENO, *donec publicam egerit poenitentiam de commiſſo.* 95. *Ruſticus a ruſtico impetitus in civitate pro furto vel rapina vel pro alio crimine in rure commiſſo exactori fidejuſſorem ponat ad placitum proprium, cauſam diſcutiant juxta* LEGEM. *Si ſint extra* SYSSEL, *in civitate tenentur ut hoſpes reſpondere.*

Inſertum

---

in Jare na Chriſti Geburt MDLXI. dem gemenen Schipfahrenden Mann tom beſten, worna ein ider Schipper, Schipper-Volck und andere, de ehren Wandel to Schepe wart gebrucken, ſick binnen und buten Schiper hort holden ſcholen. In welcken men ock vindet, wie idt myt Wrack ſchol geholden werden. Diſpoſitione vero juris patrii maritimi deficiente recurrunt ad exteras conſtitutiones, ad ordinationem *Hanſeaticam* a 1614. recognitam *Caroli V. a.* 1551. *& ad Philippi* II a 1563. jura navalia. In his vero primas partes detulerim *juri Wysbyenſi,* communis inſtar oraculi apud baltici & ſeptentrionalis maris accolas recepti & apud Cimbros ſolemniter adoptati Huſumenſibus certe uſum hujus juris celebratiſſimi conceſſit *Adolphus Dux* a. 1575. cujus in hanc rem codicillos a TRAZIGERO J. U. D. *conſcripros* hic ſubjicio: *Wy Adolph von Gotter Gnaden Erve to Norwegen: Entbeden allen und jeden unſeres* BLECKERS HUSUM *Inwahnern ock werrenden und handtherenden Koepluden, Schippern und andern de ſick de Seefahrt gebrucken unſere Gnade, und fügen denſulvigen hiemit gnædiglick to weten, off wie wohl hier to förne den gerichtlken proceſſ und ſettinge eines ordentliken Rechtens in unſern* WICKBILDE *Huſum ſine gebührlicke mate gegeven und gewiſſe Ordnung, dadurch enen jeden glieck und recht wedderfaren möge, ſo hebben wy noch glyckwol by uns in Gnaden erwogen, dat van Olders her dat de Koeplude und Seefahrende Lude, ſo veel er Schipfahrt und handtherung belanget, ehr ſonderlick recht gehabt, darna ſe de vorfallenden Sacken geordelet und entſcheden hedden, welcker gebruck ene* OLDE *Ampkunfft heffe und in* GEMEENEN *Rechten to befinden iſt, dat ſölck Gebruck in vorigen tyden by den* RÖMERN *als to der tyd: der Welt Monarchen geholden worden, wo ſölckes ad legem Rhodiam uthwiſet mit folgenden worten:* Ego quidem mundi dominus, lex autem maris, lege Rhodia judicetur, *welcken denn ock andere Konigriecke und Völcker gefolget up der Oſt- und Weſtſee Nordlandiſchen Gegend angelegen in der damahls vortrefflicken Koep Stadt* WORHUSE, WISBYE *up* GOTTLAND *ein gemein Seerecht belevet und upgerichtet, darſulve ock an gewiſſen Orden, unangeſehen dat dat emporium* WISBYE *in folgenden Löfften avgegangen und vernichtet worden, in Gebruck geholden: Dewyle denn de Koeplude und Seefahrende Inwahnern unſers Wickbildes Huſum by ſolcker Gewohnheit ock gebleven und nich allene in vorfallenden ſtriedigen Huſumer Saken der Schipfahrt thor See belanget, denſülven Seerecht von Wysbye gefolget ſondern ock up de Fælle van andern Orden dat Seerecht to* HUSUM *geſocht ordentlicker mate na beſage des olden Wisbyiſchen See Rechts geordeelet, und geſcheeden, wo denne eer* ORDEEL BÖCKER *daraver holden betügen und uthwieſen, und wy ſolcke* UHROLDE GERECHTIGKEIT *verlæſſig, nodig und nütte to gedeyen und upnehmen unſeren Underdanen und Inwahnern to Huſum to ſynerachtet. Demna confirmeren und beſtedigen wy ſölck See-Recht, und willen dat nachmals und in künfftigen Fællen, wo hethero geſchehen und gebruicklick geweſen, unverdachtige und in Wyckbilde Huſum* GESETENE *Lyde darna ordeelen und richten ſcholen. Wy hefehlen ock hiermede unſem Verwalter und Rath to Huſum, dat ſe de Sacken, de den nachfolgenden Seerechten wunderworpen, vor de Seefahrende Ingeſetene cognition und Erkentniſſe remittiren und verwyſen ſcholen. Doch behalden wy uns vor de appellation an Uns als den* AVERRICHTER, *wo ſölckes beth hertho gebrucklick geweſen und geholden worden. Ock wyllen wy uns hiemede reſerveret hebben de macht deſſe Unſe Verordnung to verandern, inthotheen, edder na Gelegenheit tho verringern, wo ſölckes dem gemeenen nutte am bequemſten fyn werd. Hier beginnet dat hogeſte und oldeſte Water-Recht van Wisbye* (inſequitur totum Jus Wisbienſe inſertum, complexum LXVIII. Belevinge) *Dit vorgeſchrevene old Wysbyſche See-Recht geboden und befehlen wy to holden und na* GEBRUCK DES OLDEN *to richten und to erkennen wo hie beworn in Ingange upgeſet-*

Broderi Boyſenii Fragmenta & collectanea hiſtoriæ Sleſvicenſis.

Inſertum huic Tomo vides *Fragmentum hiſtoriæ Sleſuicenſis ab a. 826. uſque ad 1526.* ad codices *Hafnienſem, Kiloni nſem* & *Sibbernianum* aliis curatiores recognitum, cum MSCtis etiam *Ranzoviano, Sleſuicenſi, Axeniano*, & *Hamburgenſi*, itemque cum Boyſeniano a *Jo. Burch.* MENCKENIO *Tom. III. Rer. Germ. num. XV. p. 563--630.* edito, atque cum *Jo. Adolphi* CYPRÆI *annalibus epiſcoporum Sleſuicenſium* ſedulo collatum. Laudatus Menckenius huic ſcripto titulum præfixit: *Broderi Boyſſen chronicon Sleſvicenſe ab initio chriſtianæ religionis in provinciam invectæ uſque ad a. M. DXXX.* additque: *reliqua enim invidia hominum ſuppreſſa vel injuria temporum deperdita eſſe ex annis ibi adductis tuto colliges, nam mentio fit anni 1544. p 3. edit Mencken. p. 565. anni 1588. p. M p. 564. a. 1593. p. 20. M. p. 575.* In præfatione vero ita diſſerit: *Cum chronicon hoc ſub uno Broderi nomine quod in Saxonia inferiori prænomen eſſe haud inſuetum noveram, in bibliothecam meam tranſiiſſet dignumque mihi viſum eſſet, quod hoc opus ingrederetur, de vero autoris nomine diu fui ſollicitus fruſtra quidem, cum alios codices, quales in bibliotheca publica Hamburgenſi aliisque exſtabant, idem nomen præferre nec de autore quicquam vulgo conſtare intelligerem; ſed forte evolvens ſyllabum autorum quem* ANTONIUS HEIMRICHIUS *chronico ſuo Friſiæ borealis addidit, eundem autorem, quem ſæpe ſecutus fuit, Broderum* BOYSEN *nominari videbam, quem adeo ſequi minime dubitavi. Viderat hunc locum, ut poſtea cognovi, etiam diligentiſſimus* MOLLERUS *introd. in Ducatum Cimbriæ Sleſvic. & Holſat. hiſtor. qui & teſtatur p. 132. fuiſſe hunc* BOYSENIUM *nativitate Strandfriſenium, Jo. Adolphi Ducis Holſatiæ conſiliarium. Uſus eo ſubinde videtur Jo. Adolphus Cypræus in annalibus Epiſcoporum Sleſvicenſium Coloniæ Agrippinæ 1634. editis & raro obviis, quod tamen pretio hujus libri neutiquam derogabit. Primus enim certe diplomata aliaque monumenta fide digna excuſſit, paſſimque non minus res Germanicas quam Danicas mire illuſtravit.* Facile ſubſcribo huic opinioni, ſaltim ex inſpectione codicum antiquorum MSC. apparet, Boyſenium non tam autorem quam collectorem hujus opuſculi nominari voluiſſe, quippe quod ex variis annalium Cimbricorum fragmentis, præcipue EX PAULI CYPRÆI *hiſtoria Sleſuicenſi* collegiſſe videtur. Ortus fuit Boyſenius Patre *Brodero Boyſenio*, proavo *Brodero* MUMMSEN, atavo *Mumme* FEDERSEN, quos aliosque ipſius majores ab inclita gente *Tetenia* oriundos laudat HEIMRICHIUS *in chron. Nordfriſ. p. 143.* 310. & in *ſupplem. MSC. in tabula genealog. Tetenia*, ubi & de *Broderi Boyſenii* conjugio, filio *Petro*, nepote *Brodero J. V. D.* conſule Huſumenſi egit. In numerum aulæ conſiliariorum receptus eſt à Duce Sleſvic. & Holſat. Johanne Adolpho; quod docet mandatum Principis, ipſi aliisque ſui ordinis datum Reimbecæ a. 1608 d. 10. Jun. in eum finem ut eccleſias Cimbricas viſitarent, documenta ad eas ſpectantia colligerent, & proventus eccleſiaſticos in libro redituum conſignarent. Qua occaſione Boyſenius commode incidere potuit in nonnulla rerum Holſaticarum & Sleſwicenſium chronica antiqua ac fragmenta, præcipue in Hieronymi ac Pauli Cypræorum ſcripta manu exarata, ex quibus aliisque

Ordinatio præfecturæ Flensburgenſis.

---

upgeſettet. Ex qua charta lucem accedere puto relationi *Heimrichianæ in chron. Friſ. boreal. L. III. c. 8. p. 299.* his verbis conceptæ: *Die zwiſchen den Seefahrenden umb Nordſtrand liegenden Hallgen entſtehende Streitigkeiten werden durch vier durch die Partheyen darzu cirirten Schiffern als durch ein halb Seefahrend Recht, nach dem alten Wisbuiſchen Recht und den dabey gefügten Kayſers* Caroli V. *a. 1551 gemachten* Ordinantz *und Kœngs* Philippi II. *in Spanien 1563. geſtellesten See-Rechte entſchieden, von welchen ſie* appelliren *an ein volles See-Recht auf* OHLAND *welches in VII. Schiffern beſtehet und die mit deren Ausſpruch nicht begnüget pflegen ferner an den Schiffern zu* HUSUM *bey denen das* AUSGEHENDE *Recht bishero geweſen zu* appelliren. Ceterum non poſſum plane adſtipulari AUTORI *annalium Flensburgenſium MSC.* qui inter Leges civitatis numerat *conventiones privatorum* (vulgo *Beliebungen*) *rotulos ſive ſtatuta opificum*, nobis *Rollen*, Flensburgenſibus *Schrage* appellata, quo nomine utuntur Hamburgenſes & Lubecenſes etiamnunc. Denique jura civitatis confundenda non ſunt *cum ordinationibus præfecturæ Flensburgenſis*, quæ moenia civitatis non ingrediuntur. Incolæ enim laudatæ præfecturæ, quæ quatuor heredas (*Harden*) complectitur, dirigunt actiones præcipue ad ordinationem regio nomine a Præfecto *Nicolao de* ALLEFELD *dynaſten in Geltingen* ab a. 1606. uſque ad a. 1616. datam, variisque articulis auctam a. 1625. 1630. 1635. in diebus juridicis *d m Ding und Recht*. Hoc enim ſibi negotium datum crediderunt Præpoſiti, ut conſtitutiones Regias in uſum præfecturæ Flensburgenſis emiſſas ſubditis & ruſticis per compendia exponerent in dicta ordinatione. Conſtat quoque, incolas præfecturæ *de jure provinciali conſcribendo* haud una vice cogitaſſe, quo tamen in inſtituto illis feliciores fuerunt *vicinæ toparchiæ Tunderenſis*, quibus jura ſingularia *Johanne Duce* indulſit a. 1559. Audiamus verba *ordinat. præf. Flensb a. 1590. Dewyle in Amt Flensborch vele Unordinge umme Erffſchichtinge, Kopen unde Butenſchop unmundiger Kinder güdere und veler anderen Saken befunden wert, unde de Hardes-Voigte, Reckenslüde, Sandmanne und Neffminge, nicht en weten, worna ſe rechtliken to ordelen, ſo hebben de Hardes-Voigte, Reckenslude, Sandmanne, Neffminge der IV. Harden* Huisbuyharde, Newharde, Uggelharde und Wiesharde *einhellig beſloten, eren Amtmann Gerd* RANTZAU *thom Breydenberg tho bidden, ehne ene* LANDRECHT *uptoſchriven worna ſe ſick rechtliken holden mogen.* Sed hæc deſiderata exitum nondum ſortita ſunt. Pertinet huc Manuſcriptum aliquot plagulis conſtans ſub indice: *Nachrichtung was der Herr Ambtmann an Cragelunder Dienſt-Gelde, Koſt-Gelde Wege Krüde und Güter Dreſchelvens einzukommen hat, und was ſonſten in* ALTEN *Gewohnheiten, auch der Haushaltung halber in Acht zu nehmen aufgezeichnet A. 1616. menſe Majo.*

aliisque inventis collectanea ſua parare coepit. Ipſa opuſculi cum ſcriptis Cypræanis collatio ſatis edocet, illud quoad argumenta & ordinem ſæpe cum Pauli MSCto atque Jo. Adolphi annalibus editis ad amuſſim conſpirare. Quod ex variis hujus libelli exemplis ac codicibus luculentius apparet. Adeſt enim codex *Hafnienſis*, quocum conveniunt *Kilonienſis a* CHRIST. HINR. STRYKIO deſcriptus & *Sibbernianus* ex Hafnienſi à b. poſſeſſore transſcriptus hoc titulo inſignitus: *Broderi* COLLECTANEA *hiſtorica.* Unde patet Broderum certe collectorem opuſculi exſtitiſſe; quod etiam confirmant reliqui quatuor codices a laudatis paſſim diſcrepantes, videlicet 1) *Hamburgenſis* à *Friderico* LINDENBROGIO bibliothecæ *ibid. ad S. Johannis ædem* legatus, unoque cum plurimis aliis MSCtis volumine comprehenſus, quod univerſim inſcribitur: COLLECTANEA *de rebus Daniæ.* 2) *Sleſuicenſis* in bibliotheca Gottorpienſi aſſervatus, inter acta capituli Sleſvic. *Repoſitorio I. n. 27.* ſub indice: DESIGNATIO *chronologica continens præcipuam Ducatus Sleſuicenſis hiſtoriam* BRODERI BOYSEN. Ex quo deſumti ſunt 3) *Ranzovianus* & *Axenianus* aliique, qui hunc præ ſe ferunt indicem: *Deſignatio brevis chronologica continens præcipuam Ducatus Sleſuicenſis hiſtoriam a* BRODERO BOYSEN *piæ memoriæ collata & poſteritatis inſcripta.* Facile elucet titulum non ab autore ipſo, ſed poſt obitum ejus demum ab alio fuiſſe additum. Atque inde concludere licebit, eſſe illud opuſculum omnino *Brodero Boyſenio* attribuendum ob collectionis inſignem curam, qua vetera fragmenta & ipſius Cypræi laborem emendatiorem & auctiorem poſteris reliquit.

Codices varii. Hafnienſis.

Lindenbrogianus.

Sleſuicenſes.

Accedo ad ADAMI TRAZIGERI *deſcriptionem civitatis Sleſuicenſis.* De autoris vita, etſi jam *in præf. Tom. II.* egerim, hic tamen ſpicilegii inſtar quædam addidiſſe juvat. Appellatur in chartis interdum *Dratziher*, item *Drachziher*, *Trazinger.* Inſignia ipſius ſiſtunt gryphum vel draconem volantem; ita enim expreſſa ea habet ſigillum, quod receſſui Ottonienſi a. 1569. ſubſcribens adjunxit. Odium inprimis à Clero, quem audacius impetivit, ſibi concivit, quod auxit præcipue femina ipſius turbulentior ad rixas excitandas nata factaque, adeo ut cum illa ipſe peſtis vulgo audiret *a*). Quamvis vero non parum Canonicis eum offeciſſe haud negaverim, eorum tamen jura commoda ac emolumenta pro virili promoviſſe videtur, poſtquam ipſe eidem ordini, qui Hamburgi florebat, adſcriptus erat. Inſtar documenti hujus rei eſſe poterit, quod pratum capituli cum adjacente agello, *Kalberhof* dicto, conjunctum Canonicis aſſeruerit, ſubtraxeritque ditioni civitatis hanc ejus particulam, foſſa olim circumdatam & diſtinctam *b*). Falſum eſt, quod tradunt aliqui, eum eodem loco, quo templum antea Holmenſe exſtiterat (addunt alii: ex ejus diruti materie) ſibi ædes ſtruxiſſe, quas tamen jam tum in ea urbis parte, quæ pratum Septentrionale dicitur, jam *Schmiedewieſe* appellata, inhabitavit. *bb*) Reliquias etiam deſtructi templi ad arcis & pontis illuc ducentis ſubſtructionem adhibitas fuiſſe compertum eſt teſtatumque oculari conſpectu baſium arcis ac pontium, qui maximis innituntur lapidibus ſculptis Gothicis & Anglicis, quibus templum olim ſuperſtructum fuit. Gratiam ſibi Trazigerus comparaverat Principis *Adolphi*, qui illum adhuc Syndicum civitatis Hamburgi prædio Wandesbecenſi, feudo maſculino, donavit eumque a. 1559. Cancellarium delegit; ejus etiam filio Principi *Friderico* officia ſua ita probavit, ut in ipſius fuerit ſingulari pretio, perſcribentis hæc aliquando ad eundem:

Trazigeri Topographia Sleſvici.

ADAMO TRAZIGERO J. V. D. a CANCELLIS ET ARCHIVIS HOLSATIÆ.

Qui dextre tractas res atque archiva Parentis
Te cupio hac noſtra luce videre ſchola.

Ad

---

a) HELDWADERUS *ſilva maris Balth. chronol.* OLEAR. *chron. Holſ. p.* 223. *p.* 97. 148. CHYTRÆUS *epiſt.* 755.

b) V. *cl.* LACKMANN *hiſt. Sleſv. Holſat. Tom. I. p.* 559. 562.

Vindiciæ pro Trazigero.

bb) Docent hoc documenta *a.* 1563. *ſqq* de aula *Sebaſtiani Carpenii* prope templum cathedrale, quam deinde *Jacobus Fabricius* inhabitavit. Ex actis capituli de a. 1565. teſtatur *b.* MERCATUS *in relationibus de Orphanotrophio Sleſvic. c.* 2. *ſ.* 8 quod ex donatione Ducis aula archidiaconatus, vicinique coemiterii & diruti templi S. Nicolai adjacentes partes una cum area *ſeu fundo deſolati monaſterii nigri* in Trazigeri dominium tranſierint. Idem notat: *rudera & reliquias templi diruti venditas eſſe a.* 1568. Canonicos vero nihilominus Trazigerum in hac cauſa ſuſpectum habuiſſe apparet ex gravaminibus Capituli, quibus Trazigerus arguitur alicujus vis & percuſſionis in acquirendis fundis templi S. Nicolai adhibitæ. Ad quam quidem objectionem Trazigerus reſpondit impetrata citatione contra capitulum ex lege diffamari. Quam ſecutum eſt mandatum *Friderici II. Regis Dan. & Johannis ac Adolphi Ducum Sleſvici & Holſat.* quo capitulo injungitur, ut in judicio provinciali compareat reſpondeatque Trazigero de curia in civitate ſita nec non de ruinis templi S. Nicolai *d.* 2. *Junii* 1563. Spectant huc *literæ teſtimoniales civitatis Sleſvic. die S. Jacobi a.* 1571. *exaratæ* de ruinoſa æde in Holma Sleſvicenſi olim ſita, conſenſu Adolphi Ducis *a Senatu Sleſvicenſi* Adamo Trazigero vendita; item *pacta inter Senatum & Trazigerum inita*, quibus huic aquæductus, area quædam ædibus ipſius adjacens, hortus permutatus & piſcatura in foſſa civitatis conceduntur *a.* 1573. Omnis demum, quæ inter capitulum & Trazigerum exarſerat diſceptatio, ſopita & deleta videtur *circa a.* 1574. quo capitulum Duci Adolpho obtulit conditiones tranſactionis & pacis cum Trazigero ineundæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ad coenam veniens, quarta tibi si vacat hora
Nec mensam fugies, musula parat eam.
Non est, quod metuas leges & jura bibendi
Hæc etenim tibi erunt libera cuncta loco.
Ponetur Cereris liquor & Bacchus amoenus
Liber erit potus, liber eritque cibus
Non sector calicem malim Te audire loquentem
Congressu cupio doctior esse tuo c).

Ex iis qui illum certatim collaudarunt, unum nominasse sufficiat *d)* JO. ALB. FABRICIUM *dd)*, qui contra acerbiores LAMBECII censuras illum vindicavit. *Unum*, inquit, *non ab re fortasse his in rerum Hamburgensium libris reprehendas, scil. alios ac cumprimis nobilissimum virum Adamum Trazigerum carpendi ejusque nomini detrahendi studium, quod uti pluribus locis, ita iis etiam subinde elucet, in quibus nulla erat, quam ob rem eum reprehenderet vel de ejus fide addubitaret ratio. Fuit enim Trazigerus non modo vir rerum patriæ apprime callens & magnis in ea dignitatibus functus, sed cui plures etiam patebant memoriæ antiquæ, diplomataque & scripturæ, quarum cum partem duntaxat viderit Lambecius, circa eas quas non vidit, male prorsus fidem Trazigeri sollicitat. Quod prolatis ipsis, ad quas provocat Trazigerus, tabulis atque diplomatibus adhuc demonstrari poterit cet.* Certe non parva ejus fuerunt merita, stabilita & aucta gravissimis, quibus præcipue adhibitus fuit, negotiis. Etenim Recessum Ottoniensem a. 1569. qui in litibus rebusque feudi Slesvicensis & Femeræ insulæ componendis utramque paginam facit, non solum consignando efformavit, sed & præcipue promovit subsignavitque ipse cum aliis ad id negotium delegatis administris regiis *Jo.* FRISIO, *Hejerlageræ*, *Geo.* ROSECRANZIO *Rosenholmi*, *Jac. de* CITZWITZ *prædii ad Lassen*, *Casp.* PASSELICKIO *Liddaviæ dynastis*, *Alberto* CNIPPERT *J. V. D;* Ducalibus vero *Laur.* WENSINO *præfecto Haderslebiensi*, *Bened. ab* ANEFELDT *Haseldorpii*, *Henrico de* KERSENBROKE, *Joach.* MOLLERO *vicario Cancellario* & *Valent.* HEYDEN *J. V. D.* Memorandam etiam transactionem de eadem re continuata ibidem a. 1579. *e)* delineavit & pace hinc consecuta subsignavit, cui negotio non parum inserviit cum reliquis ministris, ipsi a Duce Adolpho adjunctis *Benedicto ab* ALEVELDE *Præposito coenobii Prezensis* ac *Detlevo* RANZOVIO *Præfecto Cismariensi*, *D. Jo.* MÜLLERO & *Josia* MARCO *vice Cancellario:* regias partes tuentibus *Nic.* KAASIO Cancellario: *Petro* GULDENSTERNIO regni Maretchalco, *Georg.* ROSECRANZIO & *Jac.* ULEFELDIO regni consiliariis & *Casp.* PASSELICHIO regis consiliario aulico: Ducis *Joannis senioris* caulam agentibus *Benedicto ab* ALEFELD præfecto Tunderensi, *Jo. von der* DOESCHE Olpeniziæ dynasta, *Henricko de* KERSSENBROCK; præsentibus Saxonicis ministris *Jo. de* LINDENOW, *Hans de* SEIDLITZ & *Vito* WINSHEMIO *J. V. D.* Mechlenburgicis *D. Henrico* HUSANO Cancellario & *Joach. von der* LUHE Marescalco; Hassiacis *Bernh.* KEUDEL & *D. Nic.* THEOPHILO. Non minorem industriam causis *Monkeloensibus* post tot annos demum recte sopiendis impendit, controversis quippe hactenus circa superioritatem *coenobii Uterssensis* ejusque in adjacentibus regionibus *Pinnebergensi* aliisque locis jura, tum inter Regem & Ducem utrumque Joannem Seniorem & Adolphum, tum ex parte altera Hermannum episcopum Mindensem & Elisabetham Vrsulam Ducem Brunsvic. & Luneburg. ut & comitem Holsatiæ Schaumburgi & Sternbergæ hactenus ventilata. Tranactionem demum hujus controversiæ *a. 1578. d. 25. Aug.* Trazigerus in chartam conjecit, cui momentoso negotio interfuerunt delegati a Rege *Henric.* RANZOVIUS Holsatiæ prorex ac præfectus Segebergæ, ac *Josias de* QUALEN Præfectus Steinburgensis, a Duce Joanne seniore *Jo.* RANZOVIUS præfectus Rendesburg: *Henr. de* KASSENBROCH ac *Hieronym.* OELGARDUS *J. V. D.* a Duce Adolpho *Benedictus*

Elogium.

Interfuit negotio feudali Ottoniensi a. 1569.

a. 1579.

Negotiis Monkeloensibus a. 1578.

---

c) Exstant hæc in *M.* CLAUDII PARADINI *symbolis heroicis & Jo.* HOLMERI *Slesvicensis philotheca*, cujus excerpta congessit *Zacharias* HASSELMANNUS *Diac. Oldenb. &* WEIDEMANNUS *J. V. L. Kilonienses* Ab eodem Principe in elogium Adami Trazigeri anagramma exstat: *Sed tu gratus amaris*, Quod ipsum postea NICOLAUS SCRIBONIUS *in lusuum Gottorpicorum juvenilium libris V. anagrammaticis L. II. p.* 50. applicuit ad Adami Trazigeri filium ejusdem nominis J. V. L. & advocatum Gottorpiensem.

d) Adde MEIBOM. *in hist. Saxon. infer.* ZINZERLING *in fastis Rostoch. &* RICHEYUM *in hist. statut. Hamb. pag* 23

dd) In præf. ad Lambecii orig. Hamb.

e) Cujus rei *acta integra MSta* exstant cum literis auctoritatis, quæ delegatis datæ sunt, consiliis item & propositionibus commissariorum, instrumentis utrinque factis vel variatis, declarationibus, gravaminibus, literis investituræ antiquis, pactis *Hafniensi* 1523. *Rendsburgensi* 1533. *Sunderburgensi* 1546. literis delegatorum, item Ducum ac Regis responsionibus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Benedictus ab ALEFELD Præpositus Prezensis, ac ipse *Adamus* TRAZIGER; à Comitibus *Ludolphus* KLENCKIUS Schlusselburgi præfectus, *Borries de* MONNICHHAUSEN Ludolfi filius, *Joach. de* STAFFHORST Bockeloæ præfectus, *Christoph de* LANDESBERG, *Anton.* WIEDERSHEMIUS Cancellarius Schaumburgensis, *Jo.* BECKERUS *J. V. D. Simon* WARPUP, præfectus Pinnebergensis. Quin & comitiis Spirensibus Trazigerus a. 1570. interfuit, ac primus ratione votorum Holsatiçorum, nomine *Adolphi Ducis*, una cum consiliario *Francisco* MITZELTINO ipsi adjuncto, Recessui Imperii ibidem eodem anno promulgato subscripsit immediate post Francisci Ducis Saxo Lauenburgensis & ante Landgravii Leuchteburgensis Legatos *f*). Præterea Trazigerus circa juris prudentiam forensem egregie meruit; videns enim civitates quidem jure Lubecensi, provincias jure Saxonico instructas, judicia etiam provincialia præcipue privilegiis Augustalibus recessuque Flensburgensi de a. 1564. d. 26. Oct. innixa; multa tamen animadvertit deficere inprimis quoad normam processualem ac forensem. Non solum igitur promulgandæ ordinationis judicii aulici & provincialis Holsatico-Slesvicensis consultor exstitit, sed & primas & præcipuas ejusdem lineas duxit. Prima vero consilia in comitiis Slesvicensibus a. 1571. inter Fridericum II. Regem Dan. ac Duces Johannem seniorem & Adolphum agitata sunt, ita quidem ut quivis horum Principum duos consiliarios nobilem alterum, alterum jurisperitum d. 1. Julii Kiliam ablegaret, qui communicatis consiliis ordinationem forensem ex introductis Saxonicis consvetudinibus præcipue ac juribus imperialibus in chartam conjicerent, eamque provinciæ exponerent traderentque tandem Principibus, ut ratam eam haberent. Atque ita missi a Rege *Henr.* RANZOVIUS Jo. fil. ac *D. Erasmus* KIRSTENIUS, a Joanne Duce *Sivertus* RANZOVIUS Nienhofii dynasta, ac *D. Hieronymus* OLGARTUS cancellarius; ab Adolpho Duce *Benedictus ab* AHLEFELD Haseldorfii dynasta ac *Adamus* TRAZIGER. Anno 1572. d. 24. Martii die, consultationi destinato, convenerunt Hamburgi felicissimis adeo sub auspiciis, ut ordinationis delineatio mox exhibita ac correcta, proximo deinde anno 1573. typis exscripta fuerit. In illa vero quamvis juris Romani usus quidam adoptatus reperiatur, longe tamen abest, ut rerum Romanarum mole ista scateat tanta, qua plurimæ reliquarum provinciarum ordinationes forenses fere obruuntur. Ejusdem etiam emendatione deinceps facta in comitiis Flensburgensibus *a. 1610. d. 15. Febr.* Kiliensibus *a. 1615. d 15. Januar.* Gottorpiensibus *a. 1616 d. 18. Decemb.* iterum prodiit *Tychopoli a. 1635.* Tandem *a. 1636.* Prælati ac nobiles Cimbriæ in comitiis Kilonienfibus denuo ordinationis recognitionem efflagitarunt, literisque supplicibus & oblata consultatione *d. 29. Jan.* scripta, id effecerunt, ut jussu Christiani IV. Regis ac Friderici Ducis cura ejus rei *Henrico ab* HATTEN Cancellario provinciali *g*) demandata fuerit. Qui eandem præcipue juxta consilia ab equestri ordine exhibita recognovit, emendavit auxitque ac absolutam obtulit revisoribus, tum ex consiliariis Principum, tum ex ordine IV. Prælatorum & equestri, ut & ex delectu civico quatuor civitatum *Slesvici*, *Flenopolis*, *Kiliæ* & *Itzehoæ* delegatis. Quod revisum opus publici juris factum promulgatumque est eodem anno, Gluckstadii impressum *a. 1637.* iterumque evulgatum a. 1641. d. 4. Julii. *b*) mox ipsi Ferdinando III. Imperatori, ut illam con-

Comitiis Spirensibus a. 1570.

Conscripsit Ordinationem judicialem a. 1572.

---

f) De quo argumento ex actis Imperialibus & documentis publicis dispiciendum aliquando erit in *jure publico Imperiali & territoriali Holsatico c. XVI.*

g) Qui isti muneri per XXII. annos præfuit. Ortus est ex nobili prosapia Segebergæ. Vide *chron. antiqu. Oldenburg. Rastad. germ. edit. a Bernh. de* WIDA *p. 19.* Ipsius etiam cura conscripta est *ordinatio politica Holsat. a.* 1636. recusa *Gluckstadii* 1665.

Revisio ordinationis judicialis.

b) Typis eadem ordinatio repetita est *Tychopolis a.* 1665. Distinctiones in paragraphos, notulæ ad marginem & copiosus index accessit editionibus a. 1690. & a. 1711. cui posteriori adhæret *provincialis matricula prædiorum cum recensione feudorum* numeris suis tamen nondum absoluta & in conventu quidem Rendsburgensi *a. 1711. d. 25. Jan.* pro minus autentica reputata. Ceterum constat laudata recognita ordinatio *ex IV. partibus & LXXV. titulis.* Prima pars antiquæ editionis *parti I.* plane respondet; parti secundæ vero nonnulla addita reperies nempe *titulo 2. §phum 17* tertio §phum 8; quinto in fine §. 2. juramentum calumniæ & malitiæ accessit; 6to §. 2. certus numerus Procuratorum cum §phis 7. sqq. Octavo §. 1 duorum nunciorum loco generalis dispositio adjecta est. Parti III. titulo III. accessit Paragraphus tertius; nono paragraphus 3; decimo nono §. 7; vigesimo primo §. 3; vigesimo secundo §. 2; vigesimo quinto in fine paragraphi 2 addita est poena arbitraria temere litigantium Parti IV. titulus IV integer accessit, Titulo V. vero augmentum accepit a §. 7. usque ad §. 15 de jure conjugum in bona mariti defuncti (*Huvenbands-Gerechtigkeit*); denique titulus nonus ac reliqui omnes usque ad Tit. 23. adjecti sunt. Subjunctæ vero matriculæ provincialis constituendæ prima consilia coepta sunt *a.* 1590. quo dissidia & dubia circa præstationem & computationem servitiorum equestrium movebantur. Delineatam ex hoc ævo matriculam *Gerhardus* RANZOVIUS *Schrevenbornæ dynasta a.* 1625. *d.* 26. *Sept.* adauxit communicavitque cum consiliario intimo *de* LANCKEN; cura vero deinde Regiorum ac Ducalium Commissariorum correctior renovata est *a.* 1643. 1650. 1652. 1674. quæ equidem conspectum communium prædiorum equestrium & contributionum sistit, jugerum tamen numerum curate haud indicat ut pretium prædiorum ex ea designa-

confirmaret, a Friderici Ducis Legato *Jo. Adolpho a* KIELMANNSEGGE exhibitum ac in camera Imperiali ſuſceptum. RODINGIUS *pandect. cameral. L. 1. T. II. p. 288.* BLUM *prax. cameral. Tit. 47. p. 355.* Induſtriæ vero Trazigeri documenta plura privata & publica ſuperſunt, manu ejus exarata, quorum ſequentia mihi innotuerunt: I. *Fundamenta conManuſcripta Trazigeri.* *traverſiarum capituli eccleſiæ Hamburgenſis cum Senatu civitatis ab a. 1540. uſque ad a. 1570.* Ex actis hæc videntur compilata, incepta forte a Trazigero adhuc Syndico Hamburgenſi. Inſeruntur enim huic collectioni nonnulla ab ipſo contra capitulum ſcripta opuſcula a. 1557. in quorum numero eſt libellus ſupplex ad Cæſarem in hac cauſa controverſa delatus & a Trazigero ſubſcriptus apud STAPHORST *in hiſt. eccleſ. Hamburg. Tom. III. p. 855.* II. *Enodatio quæſtionis: utrum jus Patronatus in eccleſiam Kappel competat capitulo Sleſvicenſi an vero Aſmo Rumohr dynaſtæ in Roeſt a. 1584.* III. *Selectus literarum germanicarum*, quas ad Ducem Adolphum de rebus variis a. 1557. perſcripſit, in quibus præcipue de jure in Ditmarſiam egit. Conſilia etiam ſuppeditat de quadrupedibus, qui ſaginatum in ditionem Luneburgenſem a Ditmarſis abacti erant, in reditu detinendis. IV. *Conſilium ſecretum, qua ratione absque magnis ſumtibus Ditmarſia ſubjugari poſſit*, germanice ſcriptum anno 1557. V. *Fundamenta & conditiones reverſus ſeu declarationis novæ*, qua Adolphus Dux beneficia quædam & jura, reditus, prædia & domos Sleſvicenſis capituli confirmavit anno 1573. VI. *Apologia* contra inſidias & diffamationes, quibus Trazigerum oneraſſe dicitur chiliarcha Wilh. Walderthonus a. 1561. VII. *Relatio & deductio rationum poſtulatæ ſimultaneæ inveſtituræ* a Rege Friderico II. & Ducibus Adolpho & Joanne ſeniore a. 1581. cum reſolutione Cæſarea, qua petito *der geſamten Hand* non defertur & exſpectantiarum literæ confirmantur a. 1582. VIII. *Acta & relationes de rebus geſtis in comitiis Spirenſibus* a. 1570. additis documentis, quibus Trazigerus ibidem uſus eſt 1. in cauſa exemtionis cum Hamburgenſibus & Sleſvicenſi capitulo controverſæ. 2. in jure exſpectantiæ Oldenburgenſis. 3. negotio ſeſſionis comitialis. 4. in manutenendis privilegiis appellationis & de non evocandis ſubditis. 5. in cauſa vectigalium in Albi fluvio. Adhærent vota & conſilia variorum Legatorum, quæ concernunt commercia Livonica & commercia Ruſſica a. 1571. IX. *Deductio rationum*, quibus Dux Jo. Adolphus commotus primas preces in capitulo eccleſiæ Sleſvicenſis exercuit, eaſque intuitu vacantis Diaconatus contulit a. 1565. Trazigero, qui earum confirmationem a Rege Friderico II. & Ducibus Joanne ac Adolpho obtinuit & jure ceſſionis ſibi etiam aſſeruit jura quæſita in præbendam ſeu reditus archidiaconatus anno eod. X. *Expoſitio cauſæ, quam Trazigerus cum Franciſco Duce Saxo Lauenburgico controverſam habuit* ideo, quia obligationem Ducalem ſeu debitum 1000. thalerorum ceſſerat Adolpho Duci Sleſvicenſi. XI. *Narratio hiſtorica & documenta de curia dominica ſeu regia Hamburgenſi* vulgo Herren & Königshoff, hodie Mülenhoff. XII. *Varia* ad controverſias Ducum Adolphi & Joannis ſenioris ſpectantia. XIII. *Narratio de jure patronatus eccleſiæ Milſtedenſis a. 1579.* quam deinde HIERONYM. SCHULTZIUS Cancellarius Ducis Philippi & D. PAULUS *ab* EITZEN *a. 1590.* emendarunt, præcipue vero auxit *M.* JAC. FABRICIUS *in dem Bericht von der Kirchen und Kirchendienern auch jure Patronatus zu Milſtedt MSC. a. 1617.* XIV. *Volumen quinque conſilia continens* 1. de negotiis in judiciis præfecturarum Holſaticarum ventilandis occaſione litigii circa prædium Vermerſeh conſcriptum. 2. de controverſia circa Billam fluvium inter præfecturam Reinbeccenſem & civitatem Hamburgenſem ſopienda. 3. de meatu ſeu flumine Billa reddendo navigabili. 4. de re braxatoria in præfectura Reinbeccenſi inſtituenda. 5. de ſilvis & rebus foreſtalibus præfecturæ Trittoviæ excolendis. XV. *Conſpectus rationum, quibus commotus dynaſtiam ſeu prædium feudale Wandesbecam jure venditionis tranſtulit a. 1564. in Hinricum Ranzovium vicarium regium & præfectum Segebergenſem.* Quas obtulit Duci Adolpho, qui ægre tulerat hanc venditionem

---

deſignatione ſtatui poſſit fidum. Inter interpretes hujus ſanctionis judicialis referri ſolet *Theodorus* REINKINGIUS, cujus *promtuarium in ordinationem laudatam* exſtat locis communibus & opinionibus Doctorum juris Romani refertum. Meliores ſunt *Jo.* FUCHSII *notæ MSC. in eandem*, cujus etiam & *Erici* MAURITII exſtant *introductiones in praxin & proceſſum Holſaticum.* Opus JO. HENNINGSII *ſyndici provincialis*, quæ *praxin forenſem juris Cimbrici* elaborandam ſecum conſtituerat, vel minus perfectum fuit vel intercidit. Reliqua ſcripta, quæ ad eam ordinationem illuſtrandam faciunt, hæc fere ſunt: *Matth. Joach.* SOMMERI *differentiæ juris communis & ordinationis provinc. Holſatiæ ed. Kintelii a. 1717.* SAM. REYHERI *diſſertationes de jure Sleſwicenſi Holſatico*, quæ exſtant in ipſius *hiſtoria juris univerſali:* LYNCKERI *collatio proceſſus judiciarii provincialis Holſatici cum proceſſu juris communis & Saxonici:* JOACH. *de* FRICCIUS *de edictali citatione ſecundum jura Sleſvic. & Holſat. &* EJUSDEM *obſervationes juris Holſatici:* MUSÆI *diſſert. de interceſſione foeminarum Sleſvic. Holſat. nobilium.* EJ. *de judicio virginum ſanctimonialium monaſtico ad ordin. provinc. §. 24. 25.* Scripta quædam VOGTII, STRUVII, HARTMANNI, Anteceſſorum Kilonienſium.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nem recuſaveratque ſecundum verba Ducalia *aus allerhand bedencklichen Urſachen* emtori petenti impertiri literas ſolemnes inveſtituræ clientelaris, quarum demum loco ipſi contulit ſalvatorium feudale ſeu atteſtatum de recognito Dominio directo vulgo *Muhtſchein* datum *Flensburgi a. 1564.* Nonnulla huic relationi adhærent documenta *i*) quibus feudi Wandesbecenſis prædii olim præfecturæ Reinbeccenſis, qualitas in lucem conſtituitur. XVI. *Primæ lineæ de jure & juſtitia circa bona naufragorum.* Ex communi conſenſu juſſuque ſupremo hæc opera ipſi demandata erat occaſione bonorum Buſumæ in Ditmarſia naufragio ſæpius ablatorum. Ipſe teſtatur conſultationis Hamburgenſis receſſus, ab adminiſtris communis regiminis ſubſcriptus *a. 1572. d. 24. Martii*, quod ad obtinendam in hac cauſa normam ac tranſactionem, e re eſſe duxerint laudati adminiſtri, ut Trazigerus illa jura delinearet colligeretque ex moribus & conſuetudinibus patriiſque conſtitutionibus jureque Cæſareo communi. Quod ultimum tamen omnino poterat abeſſe, niſi cum VIGELIO *in dialogo apud Goldaſtum in Polit. Imperii Negot. p. 234.* & PETRO *ab* ANDLO *L. I. de Imperio Rom. Germ. c. 10.* credideris, *omnem injuſtitiam, omnia damna, quin diſſolutionem Imperii Romani & ipſas Turcarum Victorias repetendas eſſe a refrigeſcente ſtudio Juris Romani apud Allemannos.* XVII. *Summaria relatio de fundatione eccleſiæ Metropolitanæ Hamburgenſis* ejuſque jure patronatus ac foro competente a. 1564. *k*). In edenda vero ejusdem, quæ *h. l.* prodit topographia Sleſvicenſi a. 1583. exarata uſi ſumus variis apographis, ſpeciatim codice Daneskioldiano, qui ex autographo Thracigeri deſcriptus eſt, laudatus *in catalogo bibliothecæ Daneskiold. num. 345.* 2. Hojeriano, qui ex eodem Daneskioldiano deſumtus ad muſulas meas tranſiit. 3. Sleſvicenſi quodam ſeu Heidiano transſcripto a. 1709. *a H. C.* STRYKIO. 4. alio, mendoſe tamen ſcripto additis mox nonnullis aliis, mox iterum expunctis. Cujus titulus hic: *Longa deſcriptio D. Adami de urbe Sleſvico*, qui tamen ironiam ſapere videtur. Brevem enim Thrazigerus, non longam concinnandam ſibi propoſuerat urbis deſcriptionem. 5. Apographo codicis Vellejani, cui adhærebant annales Friſiorum Eideroſtadenſium & Ditmarſorum in vernacula ſcripti. Qui Codex cum aliis laudati *Andreæ* VELLEJI hiſtoriographi regii reliquiis documentorum ad hiſtoriam ſpectantium a. 1618. in bibliothecam Hafnienſem translatus eſt curante *M.* CHRIST. FRIIS *de Kragerup* Cancellario Danico. Fruſtra vero hæc topographia a quibusdam vel P. CYPRÆO vel MARCO JORDANO vindicatur ideo, quia nonnulla ejus argumenta etiam a laudatis autoribus obſervata reperiuntur. Sed ſicuti fallaciſſima hæc eſt conſecutio; ita etiam apparet, Trazigerum ſe ipſum autorem nominaſſe ac non ſolum de domo ſua aliiſque rebus ad ſe pertinentibus paſſim locutum fuiſſe; ſed etiam de variis priſcæ urbis parochiis, quarum ipſius ævo adhuc ſuperabat memoria, aliqua notaviſſe apud Cypræos minime obvia. Et dolendum omnino eſt, *majus ipſius chronicon ducatuum Sleſvici & Holſatiæ*, cujus circa finem topographiæ ſpem fecit, intercidiſſe. Ex Thrazigeriana vero iſta deſcriptione urbis *Marcum* JORDANUM Conſulem Crempenſem & Mathematicum haud incelebrem ſua deſumſiſſe, facile cuivis apparet, qui inſpexerit JORDANI *brevem deſcriptionem urbis Sleſvicenſis a. 1584.* BRAUNIANO *theatro urbium orbis præcipuarum a. 1590.* a. 1590. *ed. Tomo IV. n 31.* inſertam, cui paucula quædam de deſolato urbis a. 1584. ſtatu, de arce Gottorpio & telonio Sleſvicenſi adjecit. Subjunxi hæc paucula codici, qui prodit cum aliis nonnullis lectionibus codicum variantibus. Jordano autem

Topographiæ Sleſv. varii Codices.

---

i) Quorum præcipua ſunt 1.) Regium *Chriſtiani III.* diploma, quo prædium Wandsbeck *jure feudi proprii maſculini* confert *Hinrico de Seſterflyth*, datum *Nyborgi d. 1. Jan. 1553.* 2.) Mandatum Cæſareum contra Hinricum a Seſterflyt in cauſa Cæciliæ a Sprengeln & Eliſab. de Tzeve pro manutenentia poſſeſſionis prædii hæreditarii Wandesbecæ a 1556. 3.) Ducis Sleſv. *Adolphi* literæ donationis & inveſtituræ, quibus curiam Wandsbeccæ *Adamo Trazigero*, Syndico Hamb. ejusque heredibus conceſſit ſalvo *dominio feudali directo* Kiliæ a. 1557. 4.) Tabulæ contractus, quibus *Trazigerus* venditionis jure Wandesbecam transfert in *Hinricum Ranzovium* exſoluto pretio 7000. Marc. ſcriptæ *Kiliæ a. 1564.* 5.) Regis *Friderici II.* & Ducum *Johannis Senioris ac Adolphi literæ inveſtituræ*, quibus Hinrico Ranzovio ejusque heredibus feudalibus maſculinis traditur prædium Wansbeca *a.* 1573. Pertinent etiam ad hanc cauſam præcipue *Regis Chriſtiani IV. & Ducis Jo. Adolphi litteræ atteſtationis*, quod Hinrici Ranzovii filii *Franciſcus*, *Breide & Gerd* feuda Breitenburgum, Wandsbecum & Nutzkoviam poſt fata patris ſtato tempore recognoverint rogaverintque inveſtituram, ſcriptæ *Gottorpiæ d. 13. Apr. a. 1599.* a quibus deinde venditionis titulo idem prædium tranſiit in poſſeſſionem Regis Daniæ *Chriſtiani IV.* qui iterum id venditionis jure tradidit comiti *de Pentz a. 1640.* poſt quem illud dominos ſuos agnovit *Albertum Balth. Berens a. 1645. Paulum Klingenbergium eod.* a. & *Frid. Chriſtianum de* KIELMANNSEGGE *a.* 1679. cujus etiam expoſitio cauſæ ſeu XII rationes de jure communis regiminis & qualitate feudali dynaſtiæ Wandesbecæ exſtant exaratæ *d. 29. Oct. a. 1694.*

k) Editas ipſius commentatiunculas & diſputationes taceo, alibi recenſitas. Conſtat etiam illius ſtudio operaque collectum eſſe *jus provinciale Eideroſtadenſe a Duce* ADOLPHO *d. 10 Jul 1572.* promulgatum, impreſſum *Hamburgi 1573.* Eidem civitas Huſuma debet: *Begnadigung des Weichbilds Huſum mit dem alten Seerecht von Wisbuy MSC.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

autem isti. Omnino debentur tum elegantes ichnographiæ, tum descriptiones plurimarum Holsatiæ & Slesvicensium urbium, quæ in laudato opere *Braunii ac Franc. Hochbergii* exhibentur *Chilonii* tom. IV. n. 34. *Ekelenfördæ* ibid. n. 30. *Heidæ* V. 38. *Husumi* ac *Haderslebii* IV. 33. *Itzehoæ* IV. 30. *Ottini* V. 34. *Ploenæ* V. 36. *Slesvici* IV. 31. *Tietmarsiæ hominum habitus* V. 37. *Tonningæ* V. 35. *Tunderæ cum arcibus vicinis Ranzovianis* V. 34. *Segebergæ* IV. 32. *Crempæ & Reinholdsburgi* IV. 35. *Meldorpii* V. 38. *Riparum Cimbricarum* V. 33. Quin & Daniæ quasdam urbes delineavit ibidem, *tabulasque* præterea *geographicas* ac præcipue *descriptionem quandam Holsatiæ cum majori Ducatus Slesvicensis parte, quæ Regum Daniæ Ducumque Holsatiæ simul stirpem ac nobilium familiarum per Holsatiam insignia continet a. 1580.* Crempæ edidit. Idem autor MSC. reliquit *chronicon Crempense* ab a. 1435. ad annum usque 1595. sibi emortualem; auctum passim & emendatum a *Brodero* ENEWALDO *V. D. M.* Ceterum Trazigeranæ Topographiæ ob argumenti similitudinem subjectam vides *b.* ULRICI PETERSENII civis Slesvicensis in historia patria perficienda quondam assidui *sciagraphiam amplissimæ descriptionis & historiæ civitatis Slesvicensis*, quam variis selectioribus argumentis instructam, chartis etiam nonnullis & documentis munitam prelo destinaverat. Post fata ipsius autographum possidet posteritatique servat *M.* HOJERUS *Slesv. Lycæi Rector.* Opus est lucernam olens, in quo compilando autor vitæ maximam partem consumsit; inspicienti tamen facile patebit, a perfectione sua propius id scriptum abesse ac autorem adjumentis necessariis tum MSCt. tum impressis sæpe fuisse destitutum. Accedit his ejusdem Auctoris *historica narratio de veteri ac hodierno cœnobii apud Slesvicenses nobilibus virginibus dicati, itemque ecclesiæ Haddebuyensis ab a. 827-1106. statu*, in quo quidem schediasmate desiderabis documenta ac chartas, quæ in ejusmodi historia præcipuis momentis rationem & fidem conciliare solent. Adjeci igitur recensionem diplomatum exstantium cœnobii S. Johannis apud Slesvicenses, quorum pars etiamnunc in ejusdem tabulario adservatur.

Antiquissimæ Cimbrorum memoria in Bello Cimbrico.

Antiquissimum, quod exstat, CIMBRICUM monumentum repetitur ex bello, quod Cimbri ac Teutones cum Romanis fortiter adeo gesserunt, ut ipsos Romanos historicos oportuerit in hostibus laudare virtutem, Cimbricam illam fortitudinem *a*), ad quam obstupue-

a) Laudat hanc admirationis plenam ipse PLUTARCHUS *in vita Marii* & incredibilem illam vocat *Lucius Annæus* SENECA *ver. Rom. L. III. c. 3. p. 89.* Mirantur ipsi CICERO *Tusculan. quæst. L. II.* & VALERIUS *Maximus L. II. c. 6. n. 11.* compositos Cimbrorum ac Celtiberorum animos, *qui in ipsa acie exultarunt tanquam gloriose & feliciter vita excessuri, contra vero ejulantes, si morbis correpti fuerint, quasi turpiter perituri.* Nec dissimulant ipsi Romani scriptores, Marium Cimbris imposuisse verbis & factis, eosque oppressisse dolo cœlique inclementia, die nimirum nebuloso & ventoso, ut pulvis in oculos & ora ferretur Cimbrorum, quorum tamen nullus fere inultus occubuisse videtur. Inde est quod JUVENALIS *Sat. VIII.* FLORUS, LIVIUS, VELLEJUS, PROPERTIUS aliique passim, Romam *montibus suis quidem elatam, trepidantem tamen & in præcipitia ruentem, quin periturum* dixerint, nisi summa pericula rerum excepissent ac averruncassent *Marius* ac *Catulus.* Hos vero nequidem fidem datam servasse facile patet ex induciarum testimonio seu ex capitulatione, quam paulo ante prœlium in aquis Sextiis rogaverant obtinuerantque Romani a Cimbris victoribus, qui pacem ingenua fide obsignaverant dato in symbolum *religionis & fœderis* TAURO, per quem jurabant, *æneo*, idoli typo; quem deinde post novam pugnam tanquam primitias victoriæ in domum *Catuli* delatum fuisse testantur PLUTARCHUS *&* PLINIUS. Frustra M. DACIER *dans les vies des hommes illustres de Plutarque Tom. IV. p 53* dubitat de hac re: *je n' ai rien trouvé nulle part de ce taureau d' airain, sur le quel les Cimbres juroient; Plutarque en parle pourtant comme d' une chose connue. Les Cimbres adoroient ils un taureau?* Ita est: taurolatria enim omnium fere est antiquissima, a cunctis pene gentibus idolatris arrepta, præcipue ab *Ebræis, Græcis, Colcis, Persis, Assyriis, Ægyptiis, Arabis, Cimmeriis seu Tauricis, Thracis, Tartaris, Crimicis, Abyssinis, Phœnicis, Sinis, Indis orientalibus & occidentalibus, Romanis, Gallis, Sarmatis, Roxolanis* & ab aliis pluribus. Inprimis *Molochus* ille Ammoniticus BUSIRIDI TAURO *Ægyptiorum* haud absimilis, *vitulus aureus* Israelitarum & Jeroboami instar bovis Ægyptiaci efformatus, *mare illud æneum* bubalum, *Apis* bos sacer Ægyptiorum, bubula figura Ægyptiaca *Mycerini*, Dux bubulus *Cadmi*, Phalaridis taurus æneus *Agrigentinus*, taurus *Pergamensis, Astarta* Dea bubala Phœniciorum, *Mithra* Persarum, Myronis *juvenca Græciæ* artificiosa, bos æneus *Romanorum* in foro boario, *statua bovis* aurata Romæ Minutio consecrata, *Bubona* Dea, Dea *vitula* & idola aliorum *taurina* ita sunt ad unum omnia comparata, ut ad autores horum pertineat illud Davidicum, quod stultitiæ & bruti cultus illos convincit *Ps. CVI. 20: DEI cultum figurarunt commutaruntque in similitudinem* BOVIS, *qui herbis vescitur.* His etiam gentibus taurolatris adnumerandi sunt populi veteres *Arctoi, Gothi, Normagi, Islandi, Sveci, Dani, Longobardi, Cimbri*, quibus ex Asiaticis institutis ab OTHINO *Rege* in terras arctoas invectis, hic idololatriæ modus primum innotuit testante *S.* OLAI *historia &* EDDA *Mythol. XXII.* Unus ASARUM TYR *nominatur, qui audacissimus est & multum animosus, victoriæ in bellis tribuendæ valde potens. Illum votis supplicationibusque fatigare viris militaribus conducit. Unde in proverbium abiit, eum instar Tyri esse qui audacia præ aliis hominibus eminet, de se ipso non admodum sollicitus.* Asiæ enim populis aliisque, quibus taurus sacer erat, idolum nullum visum est cultu dignum nisi taurino quodam symbolo vel simulacro ornatum. Inde est quod caput tauri vel cornua & ora bubula addita vel impressa sint non solum figuris tot idolorum præcipue *Pani, Osiridis, Isidis, Serapidis, Apollinis, Junonis, Jonis, Berecinthiæ, Dianæ, Lunæ, Cereris, Bachi, Priapi, Herculis, Proserpinæ, Dircis, Centauri, Saturii, Mercurii, Ridgasti, Luariseci;* sed etiam veterum paganorum aris, urnis sepulchralibus, cœnotaphiis, insignibus, lampadibus, monumentis variis ac cornubus præcipue *sacris & patatoriis.* Præcipue Asiaticus TYRUS *seu* THURUS eminuit tanquam belli & tempestatum præses, qui

Cimbrorum fortitudo.

Fides symbolo Tauri obfirmata.

Error Daciervii.

Taurolatriæ gentium.

Speciatim Cimbrorum. Qui hujus cultus originem debent Asiarum Tyro.

ſtupuperunt ſæpius Romanorum exercitus & Duces aliquando meticuloſi, qui demum aſtutia & circumventione militari potius quam armata manu ac fortitudine victoriam inopi-

A ſublimitate appellato.

qui in ſella collocatus dextra manu malleum, vulgo ſceptrum, tenet, ſiniſtra XII. ſtellulas præfert, DEUS ſupremus averruncus ſeu tutelaris appellatus. Quamvis enim illum nominatum alii conjecerint *Tyrum*, quaſi *DEUM animal* ſecundum excellentiam; hæc tamen derivatio non convenit Aſiatico idiomati. Neque a *Taræh* ſeu *Terah* patre Abrahami illum appellatum dixeris; ſed me quidem conjiciente, ab Aſiatico, haldaico & Arabico TYR & TUR, *monte*, *loco ſupremo*. Unde *Turi muſa* idem eſt ac mons Sinai, *Turani vel Turi* ſylveſtre, montoſum; *Toruk* culmen, *Turaf* tabernaculum, *tyrbal* ſublimis ſtructura, templum altum; *tyrf* nobilis, *tyrim* nubes denſior, altior; *Tyrabolos* tripolis barbariæ Syriæ, EDITIORI loco ſtructa, docente MENINSKI *in theſauro L. L. Oriental. Turc. Arab. Perſ. Tom. II.* p *3141. ſqq.* Caput vero TYRI, tauri cornubus vel cornuta luna redimitum, haud abſimile videtur cornuto capiti OSIRIDIS *ac* ISIDIS, teſtante KIRCHERO *in Oedipo Ægypt. T. I. Synt.* 1. *p.* 17. & PIGNORIO *in menſa iſiaca p.* 71; quemadmodum etiam ſacra *Oſiridis* ac uxoris *Iſidis* ÆGYPTIORUM æque ac THURASII *ſeu* THURANI Martis ASSYRIORUM & RATEGASTI Martis VANDALORUM SLAVORUMQUE recte conveniunt Aſiaticis ſacris TYRI *Martis Aſiani*, ejusque conjugis THISÆ. Quorum etiam ſimilitudinem ac exemplum plane referunt *Dii Arctoi præcipui* THORUS, FIRIGA ejus uxor, & HERTHA. Apud *Gothos* enim, *Norwagos*, *Islandos* & *Septentrionales gentes* illud Aſiæ idolum inclaruit ſub THORI nomine cultuque, eadem fere imaginis forma conſpicui, niſi quod demum ſol vel ſolares radii circa caput acceſſerint docente ARNKIELIO *de relig. Cimbr. P. I. p. 60. 126. 174.* ubi præcipue de locis & pagis *Holſatiæ*, *Cimbriæ* ac *Daniæ a Deaſtro* THORO appellatis egit, quibus nominibus addendum eſt nomen *Tyrsdag* h. e. Dies Tyri ſeu Martis, *Dingstag*, docente VERELIO *in Runographia p.* 31. Quamvis enim non deſint, qui Thyrum cum Thoro non confundendum eſſe moneant cum BARTHOLINO *antiquit. Dan. L. II. c. 5. p.* 350.; recte tamen puto, WORMIUM *in Literat. Runica p.* 101. SCHEFFERUM *in deſcript. Upſal. c.* 6. & VERELIUM *in indice lingu. vet. p.* 261. THORUM *Norwagorum* comparuiſſe cum TYRO *Aſiatico*, Thori quippe ARCHETYPO. Ad plures enim deaſtros & Reges, *Tyri nomen* translatum eſſe, quin ad ipſum *Odinum* nomen VERA TYR h. e. *virorum ſeu belli Domini* tranſiiſſe *ex* EDDA conſtat. Appoſite obſervavit DUDO *de S.* QUINTINO *L.* 1. *de act. Normann. p* 62. Danos & Normannos expeditionem in Angliam paraſſe *prævia circumportatione præſtitoque cultu & ſacrificio* THORI, cujus ſimulacrum forte *inſtar præſidii* ſecum in Angliam exportarunt. Nec dubitandum eſt, Cimbros, qui diu ante Danos & Normannos in Britanniam circa a. 450 trajecerunt, eodem ritu uſos fuiſſe. Conſtat enim, illos æque ac majores ſuos, qui Romanis ante Chriſtum natum innotuerant, TAURUM & THORUM *uſque ad Seculum VIII.* coluiſſe, quin etiam *per* TAURUM *juraſſe* docente WORMIO *monum. Dan. L.* 1. *c.* 4. Nec vana plane videtur aſſertio OLAI MAGNI *L. II. de Septentrion. gent. c.* 23. & DRESSERI *Iſagog. hiſtor. miltenar. p.* 83. quod Cimbri in ſcutis ac vexillis taurinum caput geſſerint tanquam inſigne militare. Quamquis enim hujus rei memoria nulla apud *Plutarchum* exſtet; certum tamen eſt, hujus generis ornamenta ſive religionis ſive terroris cauſa in ſcutis & loricis veterum gentium apparuiſſe, quin etiam in *trophæis Marii*, fide GALÆI & MONTFALCONII h. l. ære expreſſis, conſpici inter cetera arma devictorum Cimbrorum *bovem humi proſtratum*. Accedunt bini nummi argentei *h. l num. 5. & 1.* æri inciſi victoriæ a Cimbris reportatæ teſtes, quorum alter *Cajo Mario* dicatus *binos boves jugatorios & agitatos* ſiſtit, alter *Catulo Lutatio* nuncupatus, *taurum ſacrum* exhibet, ſymbolum fidei Cimbrorum. Pari ratione in nummis poſt reportatam *ex Africa* victoriam *Marii nomine* conſpicuis exſtat *elephas* ſymbolum Africanum Ipſa Cimbria vetuſtiori ævo uſa eſt *nummis ſoliatis*, figura capitis bubuli ſignatis, quorum ex urnis & ſepulchris inſignis copia aliquando eruta eſt tum apud Danos, tum apud Cimbros, Anglo-Saxones, & qui eorum MAJORES ſunt, ipſos GOTHOS teſte STRELOVIO *in præfat. ad hiſtoriam Gothilandiæ* Idem conſtat de Cimbrorum veterum vicinis *Vandalis*, *Herulis ac Venedis Megapolenſibus* in quorum antiquiſſimis tumulis ſæpius reperta ſunt vaſa, numulis bracteatis capite bovino conſpicuis, referta, quorum typos quosdam exhibui *in ſpecimine documentorum Mecklenburgenſium notis illuſtratorum*. Compertum quoque eſt agris *Wagriorum*, *Warenenſium* & *Sverinenſium*, forte & *Fichelenſium* prope Wiſmariam, aliquando effoſſas fuiſſe icunculas bovinas ex ære fuſas paganorum olim penatium figuras, ad tauri effigiem formatas, vel capite bubulo ſaltim notatas. Regum etiam Teutonum Vandalorumque ac Obotritarum imagines, ſtatuas ac monumenta antiquiſſima olim taurino capite figurata ornataque fuiſſe teſtantur TEUTOBACHI *columna Megapolitana* h. l æri inciſa, & effigies Regum Vandalorum Slavorumque in circuitu templi olim Dobberanenſis depictæ, hodieque in membranis antiquis ſervatæ. Taceo *Radigaſti idoli* ſtatuam in pectore caput tauri oſtendentem; ut & ipſa vetuſtiſſima inſignia ſeu *ſymbola Vandalorum militaria*, quæ taurino capite & Grypho notata, prælata leguntur in Africanis expeditionibus docente CLUVERO *Germ. ant. L. I. c. 34. p. 247. 256.* Quibus armis etiam teſte MARESCHALCO uſus eſt in bello Aſiatico Anthyrius, primus Rex Herulorum Vandalorumque Megapolenſium, quem ſecuti ſunt ſucceſſores omnes, ut denique fide ERNESTI *a* KIRCHBERG *chron. Megap MSC. cap. IX.* Rex *Billugus* TAURINO CAPITE & GRYPHO primus inſtar inſignium regiorum *Vandaliæ Slaviæque* uti coeperit, tranſieritque deinde utrumque ſymbolum in inſignia Ducum Megapolenſium. Nec deſunt apud Cimbros hujus generis reliquiæ antiquitatum. Parvulos enim tauros æneos olim ex Cimbrorum collibus & alibi erutos fuiſſe refert ARNKIELIUS *de relig. Cimbr. gent. P. III. p.* 308. qui & ibidem *num.* 10. ære exprimi curavit figuram tauri, a ruſtico aratore prope urbem *Orhiniam Cimbrorum* eruti, & a THOMA BRODERO BIRCHERODIO *Orhienſis Gymnaſii Profeſſore* ſingulari commentariolo deſcripti, cujus rei meminit JO DAN. MAJOR *in hodoeporico Septentrionali a. 1693. ſcripto adhuc inedito: Der gelahrte Mann Bircherodius in philologicis & orientalibus verſatiſſimus meynete, Ottonia habe nicht ab Ottone I. Imp. ſondern von* ODINO *Septentrionalium Deaſtro den Nahmen; Er zeigte mir ſein Muſæum &c. Sonderlich gefiel mir ein kleines Sigillum von Ertz eines Stieres, mit einer über der rechten Schulter eingeſtæmpelten kleinen Nordiſchen Crone, welches Sigillum oder kleines Heydniſches Ochſenbild an der Længe hatte 3. Zoll und an der Höhe bis auf die oberſte Spitze der Hörner auch 3 Zoll. Iſt a. 1689. d. 28. Martii zu næchſt Odenſee auf dem Felde in Pflügen von einem Bauren nebſt etlichen Stücken von eiſerner Gerathſchafft, die er aber alle ſeinen Kindern damit zu ſpielen gegeben, ausgegraben. Man ſiehet unterdeſs aus dem æhrnen Bild, daſs die Moſcholatria bey den uhralten Cimbrern noch müſſe in Brauch geweſen ſeyn.* Eandem fere tauri idoli figuram exhibuit RUDBECKIUS *in tabulis æneis Upſalæ excuſis Tab. XL. figura* 144. & præcipue *Tab. XV. figura* 60. qua Deaſter, Mercurio haud abſimilis, repræſentatur, dextra manu prehendens cornua bovis ad pedis ipſius cumbentis. Spectat huc VAGGA *Dea tutelaris Regis Norwagorum Oſwaldi* cum eodem tumulata, de quo plura narrat *Snorro* STURLESON *in hiſtoria Olai Teygeſonii Norwagiæ Regis p.* 154. Præcipue huc refer Deam HERTHAM ſeu *Phoſetam* vel *Foſtam*, Latinis Veſtam, h. e. terram, quam *Angli Cimbri* præcipue Heligolandi Friſique coluerunt,

Introducto ab Othino in Regiones Septentrionales ſub nomine Thori.

Item apud Cimbros antiquos.

Conſenſus Wormii. Ol. Magni.

Autoritas Trophæorum. Nummorum Romanorum.

Et Cimbricorum. Gothicorum. Vandalicorum. Penatium Slavorum.

Columnæ Teutobachi. Regum. Radegaſti. Armorum militarium. Inſignium Megapolens. Penatium Cimbrorum.

Gothorum Svecorumque. Norwagorum. Herthæ Cimbrorum Heligolandiæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

inopinatam in Cimbros reportarunt *b*). Patet id haud ſubobſcure ex ipſis, qui bella Cimbrica explicate enarrarunt, ſcriptoribus Romanis *c*), qui in ipſa panegyri civium ſuorum, non diſſimulant Cimbrorum laudes & ab iis illata reipublicæ Romanorum admodum quaſſatæ damna ac imminentia majoria pericula. Neque etiam Romani ſcriptores eloquentes, ſed multi ſunt in recenſendis cruentis ac glorioſiſſimis victoriis, quas Cimbri reportarunt a Conſulibus ac Ducibus militaribus Papirio Carbone, L. Craſſo, Julio Syllano, Aurelio Scauro, M. Manlio, Q. Servilio Cepione cum quinque numeroſiſſimis exercitibus vel fugatis vel cæſis; effuſa ſaltim eorum eſt oratio in canendis claſſicis Romanorum ſeu efferendis Marii ac Catuli triumphis, qui tamen pares ne quidem putandi ſunt tot luctuoſis prœliis, e quibus Cimbri diſceſſerunt ſuperiores. Novimus præterea Romanos fallaces admodum in recenſendis hoſtium factis, ſibique nimium tribuentes in diſtribuendis laureis, civiumque enarrandis virtutibus, e quarum deſcriptionibus plurima forte argumenta expungenda forent, ſi vel Teuto ingenuus vel Cimber verax operam defixiſſet in recenſenda prœlii Marii hiſtoria ac ratione. Sed laudanda eſt Cimbrorum animi moderatio & prudentia, qui nec inſigni fortuna elati, nec adverſitate abjecti, tum a victoriis divulgandis victiſque hoſtibus exprobrandis, tum ab explicandis cladibus ſibi temperarunt, nec lauream quæſiverunt in oſtentandis trophæis ſpoliiſque hoſtilibus ſeu in erigendis arcubus triumphalibus, quibus quidem diutius ante Marium digniores omnino fuerant Reges Cimbrorum Teutonumque BOLUS & TEUTOBACHUS *Terrores Romanorum.* Satius vero conſultiuſve duxerunt Cimbri acquieſcere in defenſa libertate ac pace ſanguine obſignata, hoc eſt gloria uti moderate ac parta tueri, quam ebuccinare exuvias hoſti detractas ac gloriari in nummis, marmoreis inſcriptionibus, *d*) ſtatuis Victoris

Laudes Cimbrorum.

runt, *cornubus* coronatam vectamque *duabus* BUBUS FOEMINIS teſte TACITO qui illam rectiſſime appellavit MATREM TERRAM *in caſto nemore in* INSULA OCEANI (Heligolandia) *arcano terrore cultam.* De cujus cum *Thiſæ* Aſiaticorum, *Iſidis* Ægyptiorum & *Veſtæ Rheæque* Romanorum convenientia ſummatim dixi *in Tauro arctoo, præcipue Gothico Cimbrico & Vandalico.*

b) Speciatim *Caji Marii* calliditatem, ingratitudinem, injuſtitiam, animum mendacem, atrocem, oeſtroque ambitionis percitum ex factis ipſius delineavit dijudicavitque DACIER *en la comparaiſon de Pyrrhus & de Marius d. l. p. 123 ſqq.* Audi unum alterumque: *Il eſt certain, que les exploits de Marius ne meritent de grandes louanges, deſtitués de ce, qui doit ſeul les fair louer, je veux dire d'un motif juſte & honneſte, qui eſt l'ame des grandes actions. Il n'a jamais rien fait, que pour ſatisfaire ſon ambition exceſſive &* BLAMABLE, *jamais il ne donna aucune marque de reconnoiſſance, ni à ſon patron Herennius, ni a Metellus qui euſt jetté les fondements de ſa fortune. Il etoit toujour pret à faire perir non ſeulement ſes ennemis & ſes concurrens, mais les plus inconnus & les innocens meme. Lutatius* CATULUS *avoit eté ſon collegue au Conſulat, il avoit commandé avec lui l'armée, & il avoit triomphé avec lui; c'eſtoit d'ailleurs un homme de bien & qui avoit ſacrifié ſa propre gloire à celle de ſon pais;* MARIUS *ne lui pardonna point le bonheur, qu'il avoit eu de contribuer* PLUS *que* LUI *à la deffaite des* CIMBRES, *il reſolut ſa mort, & il fallut, que Catulus ſe fit mourir lui meme. Ce qui fit contre Turpilius eſt encore plus horrible, il fût de ſes juges & il le fit condamner à mort, & ſon innocence ayant reconnuë enſuite, tous ſes juges furent au deſpoir d'avoir fait mourir un innocent,* MARIUS *ſeul en fut ravi.* Et p. 129. 130: *Le Menſonge etoit ſa qualité favorite, il faiſoit conſiſter dans le menſonge la plus grande partie de l'habileté & de la vertu, & il le porta juſque dans le ſanctuaire de la juſtice. De toutes les mechantes actions de Marius la plus odieux, c'eſt, de etre allé en Aſie pour exciter les rois contre Rome & pour lui attirer de nouvelles guerres. Quelle rage, d'immoler ſa patrie à ſon ambition!* Adde ſuperſtitionem *Marii*, qui armis diffiſus ad præſtigias *Marthæ Pythoniſſæ Syriacæ* confugit; filiam etiam Deis averruncis immolavit. Quæ aliaque Marii animi vitia adhuc poſt fata ipſius iratum adeo reddiderunt *Cornelium* SYLLAM, ut reliquias ejus projici ac diſſipari juſſerit. Quod tamen factum recte examinat CICERO *de Legibus II: At mihi*, inquit, *antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur; redditur enim terræ corpus & ita locatum ac ſitum quaſi operimento matris obducitur, eodemque ritu in eo ſepulcro, quod procul ad fontis aras Regem noſtrum Numam conditum accepimus, gentemque* CORNELIAM *uſque ad memoriam noſtram* HAC SEPULTURA *ſcimus eſſe humatum. C.* MARII *ſitas reliquias apud Anienem diſſipari juſſit* SYLLA *victor, acerbiore odio incitatus, quam ſi tam ſapiens fuiſſet, quam fuit vehemens, quod haud ſcio, an timens ſuo corpori poſſe accidere,* PRIMUS *e patricciis* CORNELIUS SYLLA *voluit cremari.*

Caji Marii vitia animi.

c) Quos recenſet MOLLERUS *Iſag. præfat.* 38. *& P. I. p.* 46. adde *p.* 286. Accedunt JO. LYSCHANDRI *antiquitates Dan. Serm. XV.* SCHURZFLEISCH *diſſert. de Cimbr. & Teut. §. 3 de reb. Dan. §. 1. n. 6.* JO. DAN. MAJOR *in prodromo Atlant.* ARPE *Them. Cimbr. p.* 60. PONTOPPIDANUS *T. 1. geſt. Dan. extra Daniam p.* 78. *ſq.*

d) Apud GRUTERUM *in theſauro inſcriptionum p.* 436. hæc inſcriptio a MAZOCHIO emendata legitur: *C. Marius C. F. Coſ. VII. Pr. Tr. Pl. Q. Augur. Tr. Mil. extra ſortem bellum cum* JUGURTHA *Rege Numid. geſſit, gloriæ & fœdus cepit & triumphans in ſecundo conſulatu ante currum ſuum duci juſſit, III. Conſul Apſenſ. creatus eſt, IIII. ſtui Marii dic. Conſul* TEUTONORUM *exercitum delevit. V. Conſul* CIMBROS *fugavit ex ieis &* TEUTONEIS *iterum caſa. triumphavit remp. turbatam ſeditionibus Tr. Pl. & Prætor VI. qui armati Capitolium occupaverant. VI. Conſul vindicavit. Poſt LXX. annum patria per arma civilia pulſus armis reſtitutus Cos VII. factus eſt de Manubieis Cimbriceis & Teutoniceis ædem honori & virtuti victor fecit* VESTE TRIUMPHALI *calceis puniceis.* De alia, quæ hodie ſupra in area ante Capitolium exſtat & columnæ cuidam, prope templum S. Euſebii Romæ olim erutæ, inſculpta legitur, teſtantur AMADÆUS *de* BENIGNIS *in variis intra Italiam monum. p. 53.* NEMEITZIUS *in faſcic. inſcriptionum ſingular. p. 199. & celeberr.* KEYSLERUS *P. II. noviſſimor. itiner. p. 62: Sixti V. Pontificis Maximi auctoritate trophæa Caji Marii VII. Coſ. de* TEUTONIS *&* CIMBRIS *ex colle exquilino & ruinoſo* AQUÆ *olim* MARTIÆ *caſtello in* CAPITOLIUM *translata erectis baſibus, illuſtri loco reſtituenda curavere* PAULUS ÆMILIUS, *Zephirus Hieronymus* MORONUS, *Pompejus* CAVELLERIUS *Coſſ. Dominicus*

Inſcriptiones,

Lindenbrogii historia Belli Cimbrici.

ctoris *e*) victoriæque columnis, non memoriæ ac gloriæ sed potius inimicitiæ, jactantiæ ac vanitatis monumentis, majoris odii ac invidiæ incitamentis. Opusculum, quod h. l. *de bello Cimbrico* latine prodit, autorem agnoscit ERPOLDUM LINDENBRUCHIUM, cujus descriptio de hoc argumento *f*) vernacula *Hamburgi a. 1589.* edita innumeris scatet erroribus ac obscuris dictionibus, quas in latina nunc expositione ex Plutarcho aliisque historicis recte restitutas *g*) vides. Accedunt non solum nummi *h*) ac imagines *hh*) quæ MARII ac CATULI nomen præ se ferunt; sed & Tropæa a. u. c. 650. in victoriæ Marii

---

minicus de capite ferreo Prior, Anno Salutis MDXC. Iterum aliam inscriptionem laudat FRANCISCUS MOSCARDUS, ex cujus musæo eandem repetiit MABILLONIUS *in Musæo Ital. Tom. I. p. 115. D. F. C. M. trucidatis* CIMBRIS *in F. ita A. V. R. R. ob insignem ejus memoriam S. P. Q. R.*

Statuæ Marii in Capitolio.

e) Teste SVETONIO & BEROALDO *in scholiis ad eundem*, Cæsar, qui Marii affinem se prædicavit, non solum trophæa Marii restituit, sed etiam *novas Marii* STATUAS nocturno tempore erexit in Capitolio. Vocant has nonnulli *auratas*, alii *aureas*, quemadmodum etiam aurea Marii TROPHÆA in capitolio exstructa laudat

Ravennæ.

MERULA *in descript. Ital. p. 460* Plutarchus vero laudat MARII *Ravennatem statuam: Porro*, inquit, *vultus Marii Ravennæ vidimus in Gallia positum simulacrum statuam marmoream quæ mire morum ejus* ACERBITATEM *&* AMARULENTIAM *referebat.* Sed de Romanarum statuarum autoritate libere nec incongrue sentit FABER *in comment. ad imag. illustr. p. 55: Ex Plutarchi verbis colligitur statuas Marii Romæ non adeo multas fuisse, potius nullas. Illa igitur statua quæ* MARII *vulgo esse creditur & hodie in Capitolio cernitur,* JURISCONSULTI *cujuspiam* IMAGO *est, ut ex habitu colligitur itemque ex capsula ad pedes ejus posita, cujusmodi in aliorum quoque Jurisconsultorum statuis videre est, ad significandum leges & constitutiones in iis asservari, cum inscriptum sit:* CONSTITUTIONES. *Quod quidam non intelligentes in basi illius statuæ nomen* MARII *nuper reposuerunt, cum inscriptione* C. MARIUS COS. VII. *cum re vera dici nequeat eam esse Marii, quamvis antiquam esse constet & artificii non contemnendi. Sed cum* IMAGINE *Marii superius a nobis descripta, similitudinem quandam habet altera imago marmorea, naturalem magnitudinem excedens, quam Cardinalis* FARNESIUS *inter antiquitates suas habet: & majorem quoque ejusdem Marii imaginis similitudinem* GEMMA *anularis continet, quæ est apud* FULVIUM VRSINUM, *quæque similiter austeritatem illam* MARII *& ætatem provectam egregie repræsentat.* Et mirum est HIERONYM. RUBEUM *in libris XI. historiarum Italicarum & Ravennatum editis Venetiis 1603* necquicquam de hac statua Ravennatensi ex fidis antiquitatibus, quibus usus est, commemorasse.

Epicrisis.

f) Sub indice: *Chronica von dem scheutzlichem Kriege welchen die Cimbri mit den Römischen ganzer VIII. Jahre geführet haben.* Adhæret *Chronica de rebus gestis Herminii Ducis Cheruscorum & de laudibus Chaucorum veterum in terris Bremensium.*

g) *P. 14. Chronicæ vernaculæ* ita: *Und nachdem die Wahrsagerin zu den Frauen gegangen und die Fackel gebunden und allermeist die der Bürger-Meister Marius in den Händen gehalten, und als sie bey den Füssen der Fechtmeister gesessen, hat sie den künfftigen Sieg geweissaget.* Hæc ex PLUTARCHO *p. 227.* restituta sunt: *postquam ad matronas ingressa divinationis documenta dedit, & maxime ad pedes* UXORIS *Marii adsistens, congressis forte duobus gladiatoribus, uter victurus esset ei prædixit.* P. 14. *dass zweene Menschen einander nachgegangen:* Plutarchus vero *p. 228.* ita: *Duo* VULTURES *semper ante victoriam visi sunt;* p. 20: *da nun die Cimbrischen über die Etsch kommen sind der Römer Vorwehren von ihnen erobert und haben sie doch alle Römer, die nicht umbgebracht, auf Glauben auch einen barbarischen und Teutschen Schuld-brief oder auf ihr eigen* HANDSCHRIFFT, *darinn ein* ERIN *oder* KÜPFFERN STIER *stund, ledig gelassen.* Sed quæ hic de chirographo dicuntur, repugnant verbis Plutarchi qui *p. 129* de JURATO ÆNEO TAURO loquitur. P. 20. Rhodanus cum *Pado*, & p. 8. Cælius Metellus cum Tacito Cæcilio; p. 23. Cato cum Catulo & p. 25. Emda urbs Frisiæ orientalis cum *Emerico Cliviæ* confunduntur; p. 23. occurrit formula *durch das Schimseisen ziehen*, quæ ex Plutarcho p. 129. explicanda est, *hastile per obliquum trahere.* Ut plures taceam voces obscuriores *p. 3. Masen* (Mohrland) *p 5 boschelten &c.*

Numi nomine Marii conspicui.

h) Quorum præcipui *h. l.* ære expressi sunt. *Primus & secundus*, uterque æneus, debentur MAJORI *in Tr. de Cimbriæ popul. p. 109. fig. III. IV; tertius* æneus, *quintus* tauris duobus jugalibus signatus, *& sextus* argenteus in mea qualicunque servantur collectione. *Sextus* etiam præfixus exstat *perillustris Dn. de* BUNAU *Tomo II. hist. imp. Germ.* paulo tamen alia inscriptione, quam propter vocem *cimbricha* subleste fidei accusat RHODE *in antiquit. Cimbr. p. 326. Quartus* argenteus exstat apud JAC. ZABARELLUM *in aula heroum p. 88. Septimus & sequentes* argentei & aurei reperiuntur apud GOLTZIUM *in fastis ac triumphis Magistratuum Rom. p. 156. 157. 165.* De CATULO LUTATIO exstant nummi bini argentei in memoriam *victoriæ Cimbricæ*; exhibentes TAURUM *& currum triumphalem*, quem trahunt bini equi, quatuor in *nummo XI. Marii.* Frustra vero GOLTZIUS nummum posteriorem Catuli victoriæ in AMBRONES *&* TEUTONES vindicat. Hos enim *solus* MARIUS devicit, nec Catulus aciei eorum interfuit; e prœlio vero CIMBRORUM Catulus præcipuam famam retulit. De triumpho navali *Siciliæ* a CATULO reportato binos nummos vide apud GOLTZIUM *c. l. ad c. 511. p. 95.* Mirum est, *Plutarchum*, qui STATUAM *Marii* laudat, necquicquam de *nummis* commemorasse, quorum tamen auctoritas statuis major est. Parum igitur, vel fidei nihil, nummis Marii tribuit FABER, *Medicus Romanus, in commentariis ad imagines illustrium ex* URSINI *bibliotheca p. 55: Nummi*, inquit, *Marii ænei & argentei, qui hodie circumferuntur, ut & aliæ similes cæsaturæ omnes sunt* COMMENTITIÆ *&* ADULTERINÆ, *non minus quam omnes alii nummi cum imagine Ciceronis, præter eum quem nos hoc libro edidimus.* Si enim tempore Plutarchi nummi Mariani exstitissent, *eorum potius auctoritate quam Ravennatis statua usus fuisset.* Qua tamen conjectura nolo irritare dissentientes, qui cernunt acutius.

Nomineque Catuli insigniti.

Goltzii error.

Epicrisis.

Effigies Marii.

hh) E numophylacio *Principis* FULVII URSINI *antiquitatum Romanarum quondam condi & promi*, e gemma quidem & numismate argenteo majori *effigiem* MARII expressit GALLÆUS *in imaginibus illustrium, delineatis ex archetypis Romæ Tab. 88.* ex quibus eam repetierunt DACIER *T. IV. des vies des hommes illustres de Plutarque p. 88. & edit. nov. Paris. ed. 1721. p. 1. &* SANDRART *Vol. I. P. I. Tab. 8. n. 1. p. 43.* Descripsit hanc effigiem FABER *d. l. p. 54: Gemma onyx, Caneus vulgo dicta, cum imagine C. MARII, formæ est ovalis & mediocris magnitudinis, ipsum jam senem repræsentans & forsan ejus ætatis, qua obiit anno nimirum septuagesimo, ut mirum sibi videri Cicero scribat,* MARIUM *hominem perfidissimum* (sic enim eum nominat quamvis civem suum) *annos natum septuaginta, in septimo suo Consulatu & morte non violenta obiisse. Imago ipsa exquisiti est artificii, eamque vultus austeritatem repræsentat, quam* APPIANUS *in primo libro bellorum Civilium in* MARIO *naturalem fuisse scribit: cui similia Plutarchus refert.* Aliam Marii imaginis figuram ex lapide Onice delineatam exhibuit SANDRART *Vol. II. Tab. T. p. 63. a.* & ex illo MAJOR *d. l.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Marii ac Catuli memoriam exſtructa apud *Arauſiacos i)* & in *campis ſeu caſtris Aquæ Martiæ ii)*, quam à Rege Anco Martio appellatam voluit *Plinius L.31.c.5.* Rudera poſteriorum tropæorum ſalva plures laudant, recentiori ævo in Capitolium Romæ translocata. Sunt, qui magnifice ſentiunt de his trophæis, quæ etſi à Sylla, Marii hoſte, diruta & disjecta fuerint; à Cæſare tamen reſtituta memorantur, à SVETONIO *in vita Cæſaris c.2. 11.* Cujus fidem ſequuntur OLAUS BORRICHIUS *in antiqua urbis Romæ facie c.7. apud* GRÆVIUM *theſaur. antiquit. Rom. Tom.III. p.1545.* GEORG. FABRICIUS *in deſcript. urbis Rom. c.14. ibid. p.449.* BARTHOLOMÆUS MARLIANUS *Topogr. urbis Rom. L.IV. c.12.* JOSEPHUS *de la* PISE *in hiſtoria Auraſiaca p. 25.ſq.* & FAMIANUS NARDINUS *Rom. veter. L.IV. c.2. apud* GRÆVIUM *Tom.IV. p.1068.* Plures nihilominus laudata trophæa

Tropæa C. Marii.

Quibus fidem alii vindicant.

---

i) Hæc, quæ reliquis fidem palmamque præripere dicuntur, primus deſcripſit ac *tabulis IV. æneis* incidi curavit JOS. *de la* PISE *Curiæ Auroſianenſis Tabularius in hiſtor. Araus. p.* 23. Ex illis efformata eſt *b. l.* nova delineatio. Ex facie ejusdem arcus triumphalis meridionali & ſeptentrionali quædam etiam membratim repræſentavit MONTFAUCON *dans l' antiquité expliquée T. IV. P. I. L.6. c.8 Tab.* 108. *ad p.* 170. Nihilominus item adhuc indeciſam dixerim, quam arcui huic Arauſiaco movit JO. GEORG. GRÆVIUS *in notis ad Florum L.III. c.2. §.6.* contendens, illum non MARIO ſed Q. FABIO vindicandum eſſe. Conſtare enim, hunc ad Iſaram & Rhodanum fluvios prope Cemmenum montem A. U. C. 633. gentes Allobrogum Arvernorumque funeſtiſſima & decretoria clade ſubegiſſe, finemque demum feliciter adeo impoſuiſſe bello Allobrogico, ut hæc victoria, eaque quam paulo ante *Domitius Ahenobarbus, Proconſul*, ab Allobrogis ad oppidum *Vindalium* reportaverat, omnium primæ celebrari cœperint exſtructis in hoſtico ſeu loco pugnæ, *trophæis turribus* ex albo Saxo conditis, teſte FLORO *d. l.* & APPIANO *hiſt. Rom. T. II. de bello Gall. p.* 191. Provocat laudatus GRÆVIUS ad teſtimonium PEIRESCII, cujus fide aſſerit, exſtare arcus hujus triumphalis Fabiani in principatu Arauſiaco partem etiamnunc, quin expreſſas in eodem conſpici belli ALLOBROGICI faciem & hiſtoriam, formas etiam armorum & ſcutorum militum Allobrogum, quibus inſculptum fuerit BITUITI, Ducis eorum, nomen. Nec quicquam tamen de hac re exſtat in ipſa PEIRESCII *observatione de arcu Arauſionenſi*, quam ex Regia bibliotheca Pariſienſi in lucem protraxit MONTFAUCON *dans le ſupplement à l' antiqu. expl. T. IV. L.4. c.3. §.5. p.*74. Nihil ibidem de arcus iſtius origine & dedicatione, nihil de Fabio; ſaltim vero aſſeritur, quod ante aliquot annos ex laudato arcu delapſus ſit lapis, captivi militis figura, ac Teutobachi nomine notatus. Sed hoc quidem aſſertum *Joſepho* PISIO debet, qui ad Parentis ſui teſtimonium & ocularem inſpectionem provocat. Ipſum tamen PEIRESCIUM huic traditioni parum fidei tribuiſſe, colligitur *ex Schedis ipſius autographis*, in quibus hoc aſſertum fere expunctum exſtat, teſtante MONTFAUCON *d. l. p.*75. Neque in PETRI GASSENDI *vita Peireſci* quicquid hujus argumenti occurrit, quamvis *Libro* 3. *ad a.* 1613. *p.* 88. & *ad a.* 1631. *p.* 156. notaverit, Peireſci ætate ex lateritio ſepulchro in iſtis finibus Arauſiacis, prope Rhodanum & Iſuram fluvios, eruta fuiſſe gigantea oſſa ex vulgi judicio ad *Teutobachum* Teutonum Regem a Mario devictum relata, ſed, *Peireſcio examinante*, reputata pro oſſibus elephanti. Obſervavit hoc & curatius dijudicavit M. ADRIAN. DEODATUS STEGERUS *in antiquiſſimis tropæis pop. Romani ſ.10 p.* 23. *ſqq.* ubi etiam *p.*27. præjudicio autoritatis interpretum procul eſſe juſſo, recte aſſeruit, falſa eſſe, quæ de victoriæ Allogbrogicæ ſeu *Fabii & Domitii tropæis inter Romana primis* Florus venditavit. Ex ipſis enim Romanæ hiſtoriæ ſcriptoribus conſtat *de Romuli* tropæo Acronis ſpoliis exornato, *de C. Flaminii* aureo tropæo A. U. C. 530. poſt triumphum a Gallis reportatum erecto, & *de Poſthumii Albini, Conſulis*, tropæis poſt Caudinam cladem in hoſtico poſitis A. U. C. 432. Ut nummos apud GOLTZIUM *in faſtis & triumphis Rom.* expreſſos taceamus, in quibus tropæa conſpiciuntur diu ante victoriam *Allobrogicam*.

Dubium Græcii.

Peireſcii.

Error Flori.

ii) Variæ, quæ de his trophæis circumferuntur, delineationes ac recenſiones rem fere ſuſpectam reddunt. Exſtant hæc trophæa ad utrumque latus caſtelli aquæ Martiæ, duabus columnis inſculpta apud BELORIUM *d l. Tab. IX.* ex quo illa SANDRARTUS tranſtulit *in academiam ſuam Theotiſc. Vol. II. P. I. Tab. XVII.* & *c. XVIII. p.79. ſeq.* ad cujus exemplum efformata eſt tabula, quam e *collectione MSC. rerum Cimbricarum* JO. DAN. MAJORIS *h. l.* ære expreſſam vides. Luculentiores ſunt binæ figuræ THEOD. GALLÆI itidem *h. l.* æri inciſæ, quæ, omiſſa aquæductus Martii domo, ſeorſim & apertius exprimunt laudatas binas columnas & ſuſpenſa in iis ornamenta ac ſpolia hoſtium. Conveniunt fere his eorundem tropæorum delineationes, quas exhibuit MONTFAUCON *dans l' antiquité expliquée T. IV. P. II. L VI. c.2 p. 149. Tabulis 94. & 95.* quæ ſaltim armorum & decorum apparatu paſſim a laudatis GALLÆI differunt, iisque videntur inſtructiores. De fide horum monumentorum nequiquam definire ſatago. Id tamen inſpicientibus quibusvis ſponte patebit, quod trophæa TRAJANI apud SANDRART *d. l. Lucii* HOSTILII MANCINI Carthaginis occupatoris *ibid. Vol. II. L.1. p.44. F.* ut & TEMPLI PACIS veſtigia *ibid. Tom. I. Tab. XIII.* multa trophæis Marii ſimillima referant ſive formam & decora ſpectes, ſive expendas diverſi generis arma veterum *Sphinges, arietes, tubas, buccinas, vexilla, baliſta, catapulta, ſcorpiones, terebras, altaria, urnas, animalia, cornua* & plura alia inſtrumenta ſacra & militaria, terra marique uſitata. Addo ſaltim judicium SANDRARTI *Vol. II. acad. P. I. c.18. p.79. ſqq. Nicht weit von der St. Veits-Kirche zu Rom ſtehet ſich ein altes Gebäude von bauſälligen Wänden, welches für ein Waſſer-Haus nicht unbillig gehalten wird, weil aus allen Umſtänden ſo viel zu erſehen, daſs ein Waſſer-Kaſten daſelbſt geweſen, der in ſeine Röhre und Abfälle ordentlich abgetheilet geweſen. Solchen eigenen die meiſten der Aquæ Martiæ zu, gleichwie eine Capitoliniſche Inſchrifft ſolches andeutet. Daſelbſt umher ſtunden weyland allerhand trophæa, welche zwar manche dem* MARIO *andere aber vielmehr dem* TRAJANO *zuerkennen, damit er dieſe Waſſerkunſt ausgezieret, nachdem er ſolche gröſſer erbauet und das Waſſer in ſeine warme Bäder geleitet hat, welches um ſo viel mehr daraus abzunehmen iſt, weil an denſelbigen Sieges-Zeichen der* DACIER *rauhe Kleidung von Peltzwerck ſammt derſelben barbariſchen Waffen annoch eingegraben zu ſehen, wie ſolche auch an der Sæule Trajani abgebildet ſind.* Adde plura alia obſervata a RAPH. FABRETTO *in Syntagmate de columna Trajani*, quod cum *hiſtoria utriusque belli Dacici* auctore ALPHONSO CIACONO prodiit *Romæ a. 1690. f.* & *a* PETRO BELLORIO *in notis, ad columnam & res geſtas M. Aurelii Antonini, victoris Germanorum & Sarmatarum p. 110. ſqq.* Præter hæc trophæa *aquæ Martiæ* & *Arauſiaca* laudatur adhuc arcus triumphalis, MARII *honori* nuncupatus VERONÆ *in Curſo* exſtructus, ab *illuſtriſſ.* MAFFEO *in Verona illuſtrata ed. Veronæ a.1731. Vol. I. c.38.* Cujus etiam arcus memoriam injecit KEYSLERUS *d. l. T.II. p.* 604. Adde quæ GIBERTUS *de Trophæis Marii* alicubi notavit in *memoriis hiſtoricis*.

Tropæa Marii in caſtro aquæ Martiæ.

Dubia eorum fides.

Tropæa Marii Veronæ.

Alii denegant. phæa non C. Mario, ſed Trajano victorioſo vindicant cum JO. PETRO BELLORIO *in fragment. veſtigiis vet. Rom. ad Tab. IX. p. 13.* THEOD. GALLÆO *in inſcriptione tropæorum Trajani Dacorum h. l.* SANDRARTO *Vol. II. P. I. Tab. XVII. & XVIII. p. 79. ſq. &* ALEXANDRO DONATO *de urbe Roma L. III. c. 10. apud* GRÆVIUM *T. III. p. 707.* Et quamvis hanc aſſertionem impugnet FABRETTUS *in Syntagm. de Col. Trajani c. 4. p. 103.* nihil tamen certi ipſe de tropæis Marii definire audet. Et illa dubiæ omnino fidei, certe ſatis nondum exploratæ genuinæ antiquitatis dixeris monumenta, ſi vel expenderis viciſſitudines rerum Romanarum ante & poſt ipſum Cæſarem, multiplices Capitolii fata & mutationes *k*) & tot Viſigothorum, Vandalorum, Herulorum, Oſtrogothorum ipſorumque denuo Anglo-Cimbrorum & Longobardorum aliorumque Teutonum in Italiam & ipſam Romam Sec. V. præcipue factas irruptiones, amplas adeo, vaſtationis & victoriæ ubique plenas, *l*) ut dubitationi quidem vix locus relinquatur, trophæa hujus generis in opprobrium civium Germanorum exſtructa majorumque ſuorum exuviis notata, ſi quæ ſalva fuerint, omnia ab illis fuiſſe everſa funditus, diruta & exuſta. Quid? quod ipſa Roma vetus ſepulta jaceat, Romaque adeo Romæ fruſtra inquiratur vel in funeſtis ſaltim ruinis ac ſpectaculis hodie vix videatur reſpirare. *m*) Nolui tamen illas, quæ nihilominus ex incendio vel naufragio ſervatæ vulgo putantur, tabulas lectori invidere, quarum interpretes Duumviros conſtituo. Primus eſt BERNARDUS MONTEFALCONIUS qui *dans les antiquitées expliquées Tom. IV. P. I. p. 149.* de tropæis Marii ad aquas Martias olim collocatis ita ſentit: *Ad quæſtionem veniamus, quæ non ita pridem agitata, nondum plane ſoluta eſt. Agitur: an tropæa illa, quæ à multis jam ſæculis tropæa* MARII *appellantur, vere Marii ſint an alterius Ducis Imperatoriſve? Minime dubitatur ea à multis jam ſæculis & antequam à caſtro aquæ Martiæ transferrentur ad Capitolium, tropæa Marii nominata fuiſſe. Bellorius, nulla habita diuturnæ appellationis ratione, reclamat, vultque illa tropæa monumenta eſſe victoriarum Trajani de Dacis reportatarum; aliquid tamen ipſi negotii faceſſere videntur ſcuta hexagona, quia hujusmodi ſcuta Germanorum erant potius quam Dacorum; hi enim ovata ſcuta geſtabant. Verum huic argumento occurritur, exemplum proferendo ex columna Trajana, ubi Daci utriusque formæ ſcuta geſtare deprehenduntur. Argumentum profert Bellorius ex caſtro Aquæ Martiæ, unde tropæa exportata fuerunt, quoniam Trajanus aquam Martiam reſtituit & auxit, ut ait Frontinus: ad hæc, tropæa iis, quæ in columna viſuntur, ſimilia ſunt, ſigna militaria eadem, ſculptura ſimilis elegans ejusdemque artificii; his addere potuit arietem, qui hic viſitur Dacis congruere, qui hac obſidionali machina utebantur, ſubactamque provinciam tunica fimbriata amictam cum veſtibus Principum Dacorum conſentire, qui fimbriatas quoque chlamydas geſtabant. Fabretus tamen his argumentis à contraria opinione non abducitur. Probandum eſſet, inquit, caſtrum Aquæ Martiæ à Trajano reſtauratum fuiſſe, quod neque Frontinus neque alius unquam dixit: imo pugnat Fabretus, quod ſane majus eſt, hoc caſtrum nunquam aquæ Martiæ*

Dubia eorum fides.

Judicium Montfaucon.

---

k) JUST. RYCQVIUS *commentar. de Capitol. Rom. c. 8.*

l) HIERONYM. RUBEUS *L. X. hiſt. Gotbor. ac Longobardor. ed. Venet. a. 1572. L. II. III.*

Romæ devaſtatio.

m) Ita enim devaſtata eſt decantata illa Romæ veteris *æterna* gloria, ut hodie non niſi veteris Majeſtatis laciniias, non caput mundi ſed capitis fruſtulum, nova arte reparatum, conſpexeris. Vana eſt rerum humanarum æternitas, quæ ipſa eſt mortalitas & fugaciſſima vanitas. Ipſa palatia *Auguſtorum* Romæ diruta ſunt & in hortos Farneſianos fere converſa. Rupes *Tarpeja* horroris olim plena, obtrita adeo eſt ac convulſa, ut vix modicas reliquias oſtendat. *Capitolium* inter VII. orbis mirabilia olim numeratum, ruinis fere abſconditum eſt, vel ex ruinis paululum revocatum; nec ipſius *Sacerrimi Templi Jovis Capitolini* triumphis ac religione celebratiſſimi ſedes antiqua monſtrari poterit, niſi in cavernis ac locis incertis ac obſcurioribus. Et quæſo, quot ſunt marmora, ſtatuæ operaque alia non ſolum a populis Germanis, barbaris vulgo dictis, dejecta; ſed a *Conſtantino M. Conſtantino III.* Byzantium, Syracuſas & alibi translata? De quibus aliisque Romæ veteris reliquiis ac novæ urbis ornamentis eleganti opera diſpexit JAN. JAC. BOISSARDUS *in Romanæ urbis Topograph. & antiquitatib. ed. Veſuntiæ a. 1597. & 1600. VI. tomis*, additis figuris inſigni artifice THEODORO *de* BRY æri inciſis. Plura egregia huc ſpectantia obſervavit MURATORIUS *in antiquitatibus Italiæ medii ævi Vol. IV.* & AUTOR elegantiſſimi *muſæi Florentini*, quo inſigniora vetuſtatis *monumenta Florentiæ*, etiam ea quæ Romæ olim conſpicua Florentiam translata ſunt, æri inciſa exhibenrur *V. Voluminibus chartæ maximæ*, impreſſis *a. 1739. 1741.* Nec æternitatis ſed vanitatis documenta plurima reperiuntur in FRANC. BARONII MAJESTATE *Panormitana*, edita *Panormiæ 1600.* ANTONIIQUE CARACCIOLI *Sacris Neapolitanæ urbis monumentis ed. Neapol. a. 1645.* & in ſplendidiſſimo THEATRO *civitatum* ADMIRANDARUM *Italiæ*, argento, auro & coloribus exornato, duobus voluminibus majoribus excuſo *Amſtelod. a. 1663.* Nuper eleganti opuſculo JO. GUIL. *de* BERGER *Romæ veteris majeſtatem in veſtigiis adhuc, ſpirantem* expoſuit, ac capitulatim diſſeruit de veteris Romæ ruinis ac reliquiis, ſpeciatim de aquæductibus, mauſeolis, thermis, templis, theatris, columnis, ſepulchris & capitolio. *Nec vero* inquit *p. 12. indigna ſunt quæ in Capitolio publice aſpiciantur ex priſci ævi monimentis huc traductis, Coloſſi Caſtoris & Pollucis,* TROPÆA MARII *Cimbris Teutonibusque victis, Columna milliaria, ſimulacria Nili & Danubii, ſtatua Romæ triumphantis, ſtatua maxima equeſtris M. Aurelii, rarum opus inter ſtatuas hujus generis antiqui per urbem varas.* Faciunt huc cogitata Abbatis CARBON *diſſert. ſur les arcs de triumphe de la ville de Reims p. 77. ſq.*

tiæ inſerviiſſe tropæaque illa Marii vocata, non eſſe eodem, quo columna Trajana artificio, ſed rudiore modo facta: his alia quæpiam adjecit demumque concludit, rem adhuc in dubio verſari, quando maximo affirmat Cittadinus, reperiiſſe ſe ſub uno ex hiſce tropæis, antequam loco moverentur, inſcriptionem, quæ hujusmodi tropæa Domitiano tribuere videtur, etſi, ut vere dicatur, inſcriptio illa multis in locis mutila, nihil circa rem hanc clare efferat. His utrinque ponderatis rationibus nihil ſtatuendum cenſemus, hæcque tropæa damus, ut ab annis plus centum quinquaginta Romæ in ære inciſa ſunt. Antiquiſſimus arcus triumphalis omnium, qui hodienum exſtant eſt Arauſicanus, erectus ut vulgo exiſtimatur pro victoria Marii & Catuli de Cimbris reportata, quem hic repræſentamus ut in ipſo loco à D. MIGNARD *viro architectonices peritiſſimo & cognominis celeberrimi pictoris cognato delineatus eſt. Eſt hic arcus longitudine pedum ſex ſupra ſexaginta, altitudine vero ſexaginta, columnæ ordinis Corinthii ſunt; ſupra minores arcus hinc & inde ingentes armorum acervos videas, clipeos nempe, quorum alii ovatæ formæ alii hexagoni ſunt, gladios, dracones, aliaque animalia quæ ſignorum militarium loco erant: vulgo fertur, ut diximus, eſſe arcum Marii in honorem victoriæ erectum, quam de Cimbris, de Teutonibus deque Ambronibus reportavit. Hoc tamen huic opinioni refragari videatur: a lateribus faſtigii acervi ſunt anchorarum, prorarum apluſtrium, remorum atque tridentium, quæ ſunt conſpicua victoriæ navalis ſigna ut alii ſubtus poſiti armorum acervi victoriam in campo reportatam ſignificant, arcus igitur ille triumphalis pro victoriis duabus erectus fuerit. Id vero Marii Cimbricæ victoriæ competere nequit; attamen* JOSEPHUS PISÆUS, *qui hiſtoriam Arauſicanam Gallico idiomate edidit a. 1639. ait in latere occidentali, ubi tropæa & captivi, cum ex captivis unus diu antea excidiſſet, lapidem qui erat huic captivo ſuppoſitus, item excidiſſe quadraginta circiter annis, antequam ipſe ſuum librum ederet, in quo lapide ſcriptum erat Theutobocchus, quod erat, inquit, ille nomen Regis captivi additque patrem ſuum vidiſſe lapidem & hoc nomen legiſſe. Si nomen illud vere in arcu fuerit, Regis utique* TEUTONIS *eſſe potuit. In ſuprema arcus parte anaglyphum viſitur, ubi proelium repræſentatur adeo labefactatum ut in eo vix quidpiam percipere poſſis. Alius etiam arcus ſemirutus viſitur Cabellione itemque veſtigia arcus hujusmodi ſuperſunt Carpentoracte, ubi tropæum ea forma, qua multa hujusmodi tropæa ſupra, vidimus. Arcus triumphalis Titi Romæ antiquiſſimus omnium qui ſuperſunt minor eſt aliis triumphalibus arcubus: ejus triumphum ſupra, ut in illo repræſentatur, edidimus. Qui arcus Portugalliæ vocabatur, erat, ut quidam putant, arcus Domitiani a multis jam annis dirutus & ſolo æquatus.* Alter eſt JOSEPHUS *de la* PISE, cujus de arcu triumphali Arauſiaco diſputatio exſtat in libro rariori quem inſcripſit: *Tableau de l' hiſtoire des Princes & Principauté d'Orange ed. Hagæ Comit. a. 1640 f. 23 ſqq.* En recenſionem ejus: *Tous ceux qui conſiderent attentivement les particulieres remarques, qui ſont relevées, ſur ce grand Arc Triomphal, enclos dans l' enceinte des vielles murailles, & diſtant d' environ cinq cents pas de la nouvelle Ville d' Orange; jugent bien que ce rare edifice fut ſolemnellement erigé à l' honneur de la memoire de ce grand Capitaine Romain, & troiſieme fondateur de ſa patrie Cajus Marius; pour repreſenter le triomphe des trois batailles memorables, qu' il avoit gaignées ſur les Ambrons, Theutons & Cimbres; ſorties des extremes parties du Septentrion, en nombre de plus de trois cents mille combatans, outre une plus grande multitude de femmes & d' enfans; L' Arc fut erigé á Orange, comme en une Cite Metropolitaine & des plus grandes, & plus renommées de toute la Gaule Narbonnoiſe; jaçoit que les batailles n' y ayent point eté gaignées, mais aſſes loing de la; les deux premieres par Marius contre les Ambrons & un jour aprés contre les Cimbres à Aix, diſtant de quinze lieuës d' Orange, & la troiſieme, (gaignée par Cajus Marius & Catulus Luctatius les deux grands Capitaines & Conſuls Romains) à la plaine de Verſelles en Italie: ſans qu' il ſe faille arreter à l' opinion de quelques uns, qui voudroient dire que ce Triomphe a eté erigé à Orange, pour quelque autre victoire, que Marius y pourroit avoir obtenû, ou bien pour y avoir defait une partie de ces Barbares. Il eſt vulgairement appellé la Tour de l' Arc; Cette Tour eſt ſoûtenue ſur trois Arcs (qui s' appugent ſur quatre murailles, bâties de gros quartiers de pierre de taille) ouvers du midy au Septentrion. Celui du milieu eſt le plus grand & le plus haut; & les autres deux des extremités ſont egalement plus petits. Il faut conſiderer les quatre faces à part & puis voir ce qu' il y a au dedans de remarquable. Sur la face Orientale & au bas d' icelle; joignant la muraille faite en talus, & entre les colomnes; on y voit des perſonnages relevés, qui ont la forme des captifs & priſonniers, qu' on avoit de coutûme de méner en triomphe, ayans les mains attachées derriere le dos. Ces priſonniers ſont poſes deux à deux, entre les diſtances égales des quatre colomnes. Au deſſus de chaque couple de ces priſonniers, au milieu d' iceux, entre les diſtances des colomnes; paroiſſent des grands trophées d' armes gaignées ſur les captifs. Là voit on pluſieurs ſortes d' armes à l' ancienne, écus, épées, long-bois, picques, javelots, armes à cru. Au haut des trophées d' armes, & ſur ceux des deux extremités ſe voyent en chacune la figure d' un pourceau, qui eſt la marque des alliances & des confederations qui ſe faiſoient en ce tems là, parmi les Nations. Au deſſus encore de*

Et Piſæi.

ces pourceaux comme auſſi au haut des trophées du milieu; ſe voyent les figures de l' Oriflamme des Romains qu' ils appelloient Labarum, ou cornete du Prince; laquelle on portoit ordinairement aux expeditions militaires, lorsque l' Empereur ou le General d' armée marchoit en bataille. C' etoit une enſeigne de couleur de pourpre, enrichie d' une frange d' or, & de pluſieurs pierres precieuſes; laquelle étoit attachée, par le milieu au bout d' une hâte ou d' une demy picque; ayant des gros cordons de ſoye avec des houpes pendans aux deux côtés; elles reſſembloient aux bannieres qu' on porte ordinairement aux proceſſions ſolemnelles: Ceux qui portoient cette enſeigne s' appelloient Labariferi ou porte Enſignes du Labarum: & étoient choiſis d' entre les plus forts, genereux, & hardis de toute l' armée, d' autant qu' ils ſervoient de guide & d' ordonnance à tous les autres. Au deſſus de ces colomnes & chapiteaux, paroit une Friſe dans laquelle ſont repreſentés des Gladiateurs & Eſcrimeurs à outrance; combatans un à un, en diverſes poſtures; les uns en forme de vainqueurs, les autres de vaincus; les autres qui rendent encor du combat, les autres qui ſont du tout renverſés & abatus. C' eſt ſans doute la figure des captifs de ces grandes victoires, que les Romains avoient accoutumés de faire combatre les uns contre les autres, pour donner du plaiſir & du paſſe temps au peuple. Au deſſus de ces Eſcrimens à outrance, vis à vis des colomnes du milieu; paroit une face environnée de rayons, & de pluſieurs étoiles, comme de quelque Dieu des payens; reſemblant proprement à la medaille ou antique, deſcripte par Guillaume du Choul en ſon livre de la religion des anciens payens. C' eſt ſans doûte le ſimulachre du ſoleil tant honoré des Romains: Ou il a été là relevé, pour repreſenter leur triomphantes victoires, qui ſont montées juſques au ciel & ont reſplendi par tout le monde. Aux côtés de cette face; s' y voient deux Cornes d' Abondance; & au deſſus un Timpan; les extremités duquel ſoûtiennent deux Sirenes, poſées ſur les carres de Phoebus, ſervans avec ce qui eſt au deſſus d' enrichiſſement à la face Orientale de cette Tour. La face Occidentale repreſente des ſemblables captifs avec des trophées entre deux colomnes, de même étofe que celles de la face Orientale. Sur le coin du côté gauche de cette face y defaut la figure d' un des captifs. Surquoi eſt remarquable, qu' il y a environ quarante ans qu' une groſſe pierre qui etoit au dit coin tomba, ſur laquelle étoit écrit Theutobocchus; au raport de pluſieurs dignes de foy qui m' ont atteſté l' avoir veüe & leüe. Feu M. Jacques de la PIZE *mon Pere m' a affirmé l' avoir veüe & y avoir leü le nom. C' étoit donc la figure du Roi de* THEUTONS, *lequel ayant été fait priſonnier de Marius, en une de ces grandes batailles, fût mené en triomphe dans Rome avec les autres priſonniers, comme il a été remarqué cy deſſus. La face Meridionale, contient pluſieurs ſingularités remarquables: car outre les enrichiſſemens, qui y paroiſſent en ſes colomnes, chapiteaux, friſes, corniches, architraves, pour l' ornement des Arcs & de toute la façade; on y voit au deſſus du petit arc, proche d' Orient pluſieurs armes de toutes eſpece entaſſées les unes ſur les autres, ecus, épees, longbois, javelots en faiſſeaux & autrement, beliers, armets, & parmi iceux la figure de deux pourceaux ou ſangliers. Sur aucuns de ces écus ſe liſent des mots graves, même ſur un d' iceux eſt écrit Mario, & ſur d' autres Dacudo, & quelques autre noms non liſables. Sur l' autre petit arc ſont auſſi repreſentés quelques eſcus & armes, enſemble la figure d' un pourceau. Au deſſus de ces armes, dans la friſe, qui traverſe la façade, & vis à vis du petit arc, ſe voient encore d' autres gladiateurs, & ecrimeurs à outrance, ſemblables à ceux de la face Orientale. Sur le milieu de cette face, & au deſſus du grand Arc, ſe voit le Timpan qui ſert à l' embeliſſement de l' ouvrage; & ſur ſa naiſſance, de chaque côté, mais ſur tout de celui qui avoiſine l' Orient, paroiſſent des pieces de navires rompues, des mats ſepares, cordages, ancres, & autres inſtrumens de Marine; & ſur tout la figure du Trident de Neptune; vrai ſimbole de cette grandeur Romaine, qui s' eſt étendue, auſſi bien ſur les mers, que ſur les terres. Plus haut encore, & vis à vis de ce petit arc qui approche l' Orient; eſt relevée ſur pierre, la tête d' une femme montrant les bras & epaules, comme paroiſſante hors d' une fenêtre; ayant la tête appuyée ſur ſon bras & main droite, & tenant le doigt à l' oreille. C' eſt l' effigie de* MARTHE Siriene Pithoneſſe, *qui conduiſoit Marius en ſes ſacrifices, & lui prophetiſoit les choſes à venir. Quelques hiſtoriens ont dit, que tandis qu' elle tenoit le doigt à l' oreille, Marius obtenoit infalliblement la victoire ſur ſes ennemis, & les batailles lui ſuccedoient favorablement. A côté d' icelle, & dans une fenêtre joignant; ſe voit un homme relevé à cheval armé de toutes pieces à l' ancienne, qu' on tient communement être l' effigie de Marius. Enſuite de cette fenêtre, & vis à vis & au deſſus du grand arc; ſe voit la melee furieuſe d' une bataille, relevée ſur groſſes pierres blanches, bien jointes & unies, richement & artiſtement elaborées. Là paroiſſent naivement des hommes combatans à pied & à cheval; les uns vainqueurs, les autres vaincus, & rendant encor du combat; autres qui ſont morts, qui ont les membres coupés: On y voit des hommes renverſés ſous les chevaux, & des chevaux courans comme échapés de la bataille; C' eſt la repreſentation d' une de ces memorables batailles, gaignées ſur les Barbares par ce grand Capitaine. La face Septemtrionale eſt la plus riche, & la plus entiere. Semblables embeliſſemens s' y voyent qu' à celle du midi. Sur les deux petits arcs y ſont relevés; pêle-mêle à grand tas toute ſorte d' armes à l' antique, avec la repreſentation des pourceaux figure des alliances que les Romains contracteoient comme a été rapporté cy-deſſus. Et au deſſus de chaque côté, aprés les Corniches, Friſes & Architraves; ſont repreſentés toute ſorte d' inſtrumens de Marine, mêmes des navires briſées, mats, cordages, ancres & autres choſes propres à la navigation. Le Trident de Neptune y eſt auſſi relevé en trois endroits. Plus haut encor & vis à vis du petit arc qui approche l' Orient; ſont repreſentées au naturel, les figures des enſeignes de la religion des anciens Romains. L' Aſpergille, qu' on tenoit dans les benetiers qui etoient poſés à l' entrée des temples, ſervans à jetter l' eau Luſtrale ſur les Prêtres, ou ſur le peuple, lorſqu' il y entroit*

troit pour le ſacrifice. Le Perfericule, qui étoit un vaſe ſervant à tenir le vin, pour le verſer ſur la tête de la victime, reſſemblant à une aiguiere commune. Le Diſque, qui étoit un grand plat ou baſſin, où on mettoit les inteſtins de la victime offerte ès ſacrifices. Le Cimpule ſervant au Prêtre, ou au ſacrificateur pour liber ou pour goûter le vin, avant que le verſer ſur la tête de la victime, reſſemblant à une coupe vulgairement appellée Gandole. Le Litüe, ou bâton augural fait en forme de croſſe; qu' on tenoit devant le ſacrificateur, quand il faiſoit l' office. A côté de ces enſeignes, & dans une grande fenêtre on voit l' effigie d' un homme à cheval, fort entiere, armé de toute piece à l' antique, & vis à vis de l' autre qui eſt, ſur la face meridionale. L' opinion commune eſt que c' eſt la figure de Catulus compagnon de Marius. Joignant cette fenêtre juſtement au deſſus du timpan du grand arc; eſt auſſi repreſente une autre grande & furieuſe bataille avec les effigies des vainqueurs & des vaincus, des chevaux courans & échapés, d' autres abatus, des gens combatans à cheval l' épée à la main, d' autres avec la lance, des hommes morts & étendus. Bref diverſes poſtures d' une terrible & ſanglante mêlée d' hommes & des chevaux.

Scepperi Literæ ad Eq. Culm.

Literæ CORNELII DUPLICII SCEPPERI ad Joannem Dantiſcum Epiſcopum Culmenſem datæ ex autographis, quæ *Upſaliæ* adſervantur, deſumtæ ſunt. Inſerviunt hiſtoriæ CHRISTIERNI *II. Regis Danorum* *), cujus in exilio comes fuit. Natus eſt *Sceppe-rus* Neoportuenſis Flandriæ a. 1502. Literarum ſtudia tractavit Lutetiæ Pariſiorum, quibus perfectis, Regis Daniæ Chriſtiani II. fuit à ſecretis ac poſtea Cancellarius vicarius. Hinc aliquamdiu diverſis in locis ſubſtitit a. 1527. Genevæ, a. 1530. Oeniponte apud Tirolenſes, a. 1531. menſe Junio Spiræ, atque hinc Ratisbonam abiit, menſe Septembri vero Luxemburgum tetendit. A. 1532. egit Brugis, ubi lares & familiam habuit; eodem anno Auguſtæ Vindelicorum, ubi præfecti machinis bellicis munere fungebatur; hinc Oenipontum rediit anno exeunte. A. 1533. menſe Martio Viennam repetiit atque inde Conſtantinopolin abiit, unde in Hiſpaniam commigravit ibique ſub initio anni 1534. egit. A. 1537. Luneburgi ad controverſias, quæ inter Vandalicas urbes agitabantur, commoratus ac menſe Septembri in Hiſpaniam reverſus eſt. A. 1538. Lugduni ſe tenuit, a. 1540. in Tranſylvaniam conceſſit. A. 1543 & 1545 Bruxellis, Harderowici ac alibi commoratus, eodemque anno Londinum profectus eſt. Imperator etiam Carolus V. cui a conſiliis ſtatus fuit, ad diverſas legationes ejus opera uſus eſt; in Daniam enim, Poloniam, Galliam atque Angliam miſſus fuit **); obiit Antwerpiæ a. 1554. ſcripta ejus edita ſunt: *Aſſertionum fidei libri VI. contra Aſtrologos; Reſponſio ad cauſas belli & articulos Lubecenſium contra Chriſtianum II. emiſſos: Apologeticum pro illuſtriſſimo Principe, Domino* CHRISTIERNO *Daniæ, Sveciæ, Norwegiæ, Gothorum, Sclavorum Vandalorumque Rege ad duas epiſtolas, quibus rationem belli adverſus illum ſuſcepti illuſtriſſimus Holſatiæ Dux Dominus* FRIDERICUS, *illius patruus, reddere conatur, itemque rationem cur eundem expulerit & regnis & ducatibus ſpoliarit ed. 1524.* ſine mentione loci. Præfationes vero binæ quarum alteram ipſe *Rex* ad Papam Clementem VII. Imperatorem Carolum V. Henricum Regem Angliæ, Ferdinandum Archi-Ducem Auſtriæ & omnes denique Reges & Principes reipublicæ chriſtianæ ſcripſit; alteram vero *Scepperus* addidit, ita finiunt: *Datum Aldenburgi Lybonotriæ d. 10. Apr. 1524. exilii noſtri anno ſecundo.*

Origines Kalandarum Munſterdorfienſ. & Kilonienſ. De Calendis ſcriptores.

Qui prodeunt h. l. libelli *de originibus & incrementis Kalandarum Munſterdorfienſium & Kilonienſium* pauca quædam exigere videntur prænotanda de ſocietatum ejus generis initiis apud Cimbros. Abunde de earum incrementis, interitu ac reſtitutione tum generatim tum ſpeciatim egerunt plurimi præcipue FELLERUS *a*) BLUMBERGIUS *b*) LEUCFELDUS *c*) RHETMEJERUS *d*) ſpeciatim de Pomeranis CRAMERUS *e*), LANGEMACKE *ee*) SCHOETGENIUS *f*), de Anhaltinis BECMANNUS *ff*) TENZELIUS *g*), de Mecklenburgicis, Roſtochienſibus, Wiſmarienſibus SCHRÖDERUS *h*), de Guſtrovienſibus THIELIUS *i*), de Malchinenſibus *Chriſt.* ALARDUS *k*) de Neobrandenburgenſibus

---

a) *Diſſert. Lipſienſi de fratribus Calendariis.*
b) *In der Abbildung des Kalands,* Opuſculo hiſtorico & diplomatico. Qui & ſigillatim de *Calandis, Hamburgenſibus, Bremenſ. Groeningens. Brunſvicenſibus, Anhaltinis* aliisque egit.
c) *Antiquitat. Groening. p. 107. & Burſfeld. p. 242.*
d) *Hiſt. eccleſ. Brunſv. P. I. p. 149. 152. 158. ſqq.*
e) *Hiſt. eccleſ. Pomer. p. 102.*
ee) *De providentia divina circa reformationem Sundenſem p. 43.*
f) *In veteri & nova Pomerania P. 2.*
ff) *Hiſt. Anhalt. P. VI. p. 4.*
g) *Dial. menſtr. a. 1692. p 197.*
h) *In primit. Wiſmar. p. 128. & 144. ſq.* adde *Tr. de conſuetud. p. 393.*
i) *In memoria eccleſiæ S. Cæciliæ Guſtrov. p. 38.*
k) *In memoria Malchinenſi p. 33.*

fibus *Bernhardus* LATOMUS *l*), de Parchimenſibus CORDESIUS *m*), Lubecenſibus JAC. à MELLE *n*), de Quedlinburgenſibus KETTNERUS *o*), Iſenacenſibus & Thuringis PAULINI, p) & qui nuper in eodem argumento verſatus eſt *Jul. Juſt.* GEBHARDUS *q*). Tantum vero abeſt ut nominis originem à Calendis Romanorum *r*), quibus ſingulis eas ſocietates conveniſſe fruſtra *s*) tradunt, ſive à Græcis, quin & à Hungaris vel Gallis *t*) repetendam arbitrer, ut potius apud majores Cimbrorum indagandam eam eſſe exiſtimem: Nec vana illam conjectura forte aſſequi licet in patria Saxonum Cimbrorumque antiqua voce *Caln tt*), quæ idem ſignificat ac *convocare*; unde Islanda *Kala*, Svecis *Kalla*, *Kallande* vocativus dicitur, Anglis *tocall*. Certe enim Anglo Saxones iſtarum ſocietatum ab antiquiſſimis temporibus exſtiterunt obſervantiſſimi, iisdemque Patria eorum abundavit. Supra ex HICKESIO docui, Anglos & Saxones Calendarias ſocietates e Cimbria ſecum tranſtuliſſe in Britanniam, adeo ut jam tum a Sec. V. fraternitates & gildæ apud Britannos efflоruerint, & ex Seculo IX. etiamnunc ſuperſint memoriæ fraternitatum Calendarum, ſpeciatim tum ſacerdotum, tum nobilium & laicorum. Quam ipſam ſocietatum diſtinctionem apud Cimbros & Holſatos obtinuiſſe ipſa Calendarum ſtatuta abunde probant. Originem ac famam conventus fratrum S. Canuti Regis, qui apud Cimbros ac Danos circa a. 1086. natales cœpit, ſupra expoſui *u*); cui addo fraternitatem Noæ & Salvatoris in Strandia Cimbrorum a. 1180. inſtitutam *uu*), ut & binos conventus Calendarum Sacerdotum S. Antonii Laurentiique *v*) ac S. Catharinæ *), quorum ille a. 1190. hic a. 1192.

Nominis origo.

Harum fraternitatum antiquiſſimus uſus apud Anglo-Saxones a Seculo V.

Danos.

---

l) *In der Beſchreibung des Stargardiſchen Adels* in familia Gremiorum a. 1355.

m) *Chron. Parchimenſ. p. 28.* De Raceburgenſibus vide *diplomatar. Raceburgenſ. Tom. II. monum. a. 1282.*

n) *Nachricht von Lübeck p. 179 ſqq.*

o) *In antiquitatibus Quedlinburgenſ.*

p) *Syntagmate annal. Iſenacenſium.*

q) *In hiſtor. magnæ fraternitatis ſacerdotum Caland S. Spiritus apud Brunſvicenſes*, ſcripto vernaculo documentisque illuſtrato. De confraternitatibus monaſteriorum vide GOLDAST *ſcript. rer. Allemann. Tom. 2. p. 151. ſqq.*

r) SCHWARTZ *in notis ad mantiſſam diplomatic. Leirnicenſ. apud Mencken. Scr. R. G. T. III. p. 1099.* KEISLER *antiquit. Sept. p. 359.* HEINECC. *de Sigill. p. 157.* HENR. MUHLIUS *diſſert. de reformat. relig. in Cimbria:* HEIMREICH *in ſupplement. MSCtis chronici Nordfriſ. ad p. 69: Es heiſſet aber Kaland ſo viel als ein Concilium oder Synodus, das iſt Verſammlung und hat gleichen Urſprung mit dem concilio a* Καλεῖν *ſeu concalando ſeu convocando; daſs der Kaland ſo viel geweſen als eine Convocation oder convocatus coetus ad conſultandum de rebus propoſitis, und was die Comitia oder Land-Tage ſeyn in Politiſchen Sachen, darauf von weltlichen Sachen wird gerathſchlaget, deſſelbe ſeyn in Kirchen-Sachen die Concilia oder Kalande, ſo auch ſonſten Synodi oder Conventen werden geheiſſen.*

s) Docente AYERMANN *in annal. Heſſ. coll. V. p. 124 ſq.*

t) Ita FELLERUS *d. l.*

tt) OL. VEREL. *Herver Saga p. 7. & §. 16. a.*

Fraternitas S. Canuti Regis celebratiſſima.

u) Quo *S. Canutus* trucidatus eſt. Leges fraternitatis hujus, vulgo *Gildeskraa* ſcriptæ exſtant *a.* 1100. deinde ad memoriam S. Canuti Ducis martyris *a.* 1130. & S. Erici Ringſtadienſis a. 1250. extenſæ, longoque deinde tempore *Othiniæ* in Fionia, *Ripis* Cimbrorum, *Slejvici*, *Sioburgi* in Sialandia in orientali Gothia, *Coroniæ*, *Scanoræ Randruſii*, *Wibargi*, *Aarhuſiæ*, ac *Malmogiæ* Scanorum repetitæ ac celebratæ.

Calendæ Norwagorum.

Nec deſunt fraternitatum hujus generis exempla alia in Norwagia, Dania, Svecia. Ex Seculo XIII. XIV. convivium *Dei*, *Michaelis*, & *Agathæ* in oppido *Wangen Woſſorum Bergenſium* alibique apud *Norwagos* laudat MILZOVIUS *in presbyterologia Norwegico Woshardangriana.* Convivia ſanctorum *Nidriſiæ*, Norwagorum celebratiſſima citat TORFÆUS *hiſt. Norw. P. I. L. 2. c 19.*

Hafnienſium ac Danorum.

Apud Danos præcipue Gildam *S. Benedicti* vulgo *Bentsgilde* viguiſſe obſervat SPERLINGIUS *in commentat. de feſto Juel.* Speciatim apud Hafnienſes celebre olim fuit convivium, memoriæ *S. Catherinæ* dicatum, regiis literis præcipue Chriſtiani I. a. 1464. ſtabilitum docente RESENIO *in notis ad jus aulicum.* Laudantur etiam leges Calandarum convivii *S. Gertrudis de Siogwart*, quibus adpendet plumbeum ſigillum, effigiem S. Gertrudis inſculptam tenens. Quibus fere reſpondent Leges convivii corporis Chriſti *in Synderheit Lalandiæ a. 1388.* confirmatæ a Rege Johanne a. 1498. & a Chriſtiano II. a. 1518: Leges fratrum ſororumque *S. Olai* Sec. XIII. in Siælandia celebratæ, quas in antiqua membrana exſtare teſtatur LAURENTIUS *in muſeo Regio.* Superſunt etiam Leges convivii fratrum *S. Mariæ in Mariebo*, cujus ſigillum, quod virginem Mariam ambabus ulnis puerulum amplectentem exhibet, ære expreſſum conſpicitur in TERPAGERI *Ripis Cimbricis.* De Sveciæ gildis Calendariis vulgo *Giſtulagh* teſtantur LOCCENIUS *in antiquit. Sveogoth. p. 100. &* MESSENIUS *in Scond. illuſtr. P. VII.* aliique qui præcipue laudant Leges *ſodalitii Skarholtenſis Scaniæ* ab Haquino Fraternitatis curatore, & Swen Timmermanno, ejusdem Senatore, conſcriptas Skarholtæ a. 1498.

Svecorum.

Nordſtrandorum.

uu) Sigillum in parte ſuperiori habet Salvatorem mundi, in inferiori arcam Noe cum columba olivæ ramum apportante, additis verbis: *Sigillum fraternitatis Noe & ſalvatoris in Strandingen*: v. Tab. ſigillor. n. 24. Noſtra etiam ætate Nordſtrandenſium inſignia ornata ſunt ſalvatoris mundi effigie, quam a priſtina iſta fraternitate retinuerunt. Viguit etiam olim fraternitas *S. Mariæ in Strandia*, quam ab *Eberhardo* RUDOLPHI deſcriptam laudat HEIMREICH *in chron. Nordfriſico.*

Wagriorum S. Antonii.

v) Hujus memoriam comes Adolphus IV. recolere ſtuduit, dum ædem *Neukirchen* prope Oldenburgum in Wagria a 1244 ſtructam *S. Antonio* dicavit, quam vulgo appellant *Tonnies-Kirche*: unde & iſta eccleſia adhuc utitur eodem ſigillo, quod *Kalandis S. Antonii* olim uſitatum fuit, quo S. Antonius porcorum Patronus, cum porco repræſentatur, addita inſcriptione: *dit Segel hor* (gehœrt) *der Nienkerchen bi Oldenborg.* Ibidem S ANTONII *Patavini* effigies loco cuidam ad plagam borealem ſito inſculpta exſtat, quin etiam nunc nundinæ quotannis ibi celebrari ſolitæ a *S. Antonio* nomen referunt. De S. Antonio quædam habet MICH. LOBES *de reformat. Sundenſi p. 49.* CHEMNIT. *exam. conc. Trid. p 579.*

Catherinæ.

*) Cujus fraternitatis ſigillum exhibet S. Catharinam cum rota & enſe; vide *ſigillum n. 29. h. l.*

a. 1192. viguit apud Oldenburgenſes Wagriæ, qui alia etiam fraternitate gaviſi ſunt dicta *elende gilde* **). Antiquiſſima vero documenta, quæ ex aliarum regionum annalibus de ſocietatum harum primordiis protulerunt BLUMBERGIUS aliique, vix Seculum XIII. attingunt; omnium enim vetuſtiſſimum illud tradunt, quod exaratum eſt a. 1234 *w*). In ulteriori Germania hæ quidem fraternitates olim vel ignorantur vel rarius ſunt uſitatæ; ſed ex adverſo illæ cognitæ omnino fuerunt ac vulgatiſſimæ in Saxonia trans & cis albina, inprimis *Weſtphalia Thuringiaque*, quæ utraque coloniis ac ſobole Anglo-Saxonum abundavit. In ipſa Cimbria ſeu veteri Saxonia veterum Calendarum etiam nunc memoriæ & reliquiæ exſtant copioſiſſimæ, præcipue fraternitas S. crucis Laurentii ſeu ſacerdotum, Nicolai ſeu ſcholaſticorum, S. Petri & S. Antonii apud *Ripenſes ww*); communites S. Idæ & S. S. Trinitatis *Roeskildæ* a. 1261. apud *Stintebullenſes* fraternitas S. Pancratii a. 1303; apud *Nordſtrandenſes* S. Mariæ *) aliæque apud Tunderenſes, Apenradenſes, Haderslebienſes, Huſumenſes ac plurimæ apud Eyderoſtadenſes tam clericorum quam laicorum; commendæ etiam ac fraternitates Marianorum ſeu roſarii S. Mariæ apud *Sleſvicenſes* a. 1481. fundatæ & a. 1484. confirmatæ; Ditmarſorum calendæ tam Sacerdotum *x*) & ſcholaſticorum vulgo Schulcaland, quam laicorum præcipue *y*); nec non ſocietates vigentes Pelwormiæ a. 1480. Meldorpii adhuc a. 1573. Tonningæ æque ac Itzehoæ a. 1304. Ita etiam calendæ apud *Lubecenſes* S. Mariæ a. 1340. S. Clementis *z*) a. 1370. confirmatæ & S. Ægidii a. 1342. inſtitutæ ſunt. Ex laudabili pioque conſilio has quidem fraternitates principio coiviſſe certum eſt; imitatæ enim ſunt religioſas ſocietates fratrum ac ſororum inter primævos chriſtianos uſitatas, operibus pietatis ac amoris deſtinatas præcipue officiis, ægrotantibus & mortuis præſtandis cultuique divino promovendo *a*). Ex quarum imitatione ſocietates etiam *Begoinarum* & plurimæ fraternitates, quæ a ſanctis nomen habent, olim enatæ ſunt. Præcipue laudem merentur Calendariæ ſocietates, quarum quidem inſtituta, bona & ædificia deinde inſervierunt ſynodis ac judiciis conſiſtorialibus, quibus & inde diutius Kalandarum nomen *b*) proprium ac ſolemne fuit. Equidem negandum non eſt, laudatas ſocietates turpiori etiam abuſui locum feciſſe ac aliquando degeneraſſe Seculo præcipue XIV. in debachationes, rixas, digladiationes & intemperantiam *c*), adeo ut in proverbium abierit *calendari*, *calandis indulgere*

Germanos.

Præcipue Saxones & Cimbros.

Origo ac ratio.

Abuſus.

**) Quam confirmavit Nicolaus epiſcopus Lubecenſis a. 1443. itemque a. 1444. quo reditus X. marcarum Lubecenſium, in uſum perpetuæ vicariæ parochialis eccleſiæ Oldenburgenſis, a fratribus laudatis donatos literis munivit, datis *in domo epiſcopali Urbinenſi d. 28. Maji. d. a.* Idem epiſcopus *d. 3. Maji* eodem anno fraternitatem ſeu *gildam beatæ Mariæ in Selente*, *Wagriæ ditionis*, approbavit, ſtabilivitque inſtaurationem vicariæ cujusdam in eccleſia parochiali *Silente* factam a validis famulis *Nicolao Ranzowe* Schackonis filio & *Theodorico a Velden* Rectore eccleſiæ in Silente & proviſoribus juratis dictæ fraternitatis.

Miſerorum.

Mariæ.

ww) Vide plura in tractatu de conſuetud. p. 397.

www) De quibus TERPAGERUS *in Ripis Cimbricis Sect. XIII. p. 421. p. 433. uſque ad p. 457.*

*) Documentum hujus fraternitatis vide *apud* HEIMREICH *Chron. Nordfriſ. p.* 69. ex quo illud repetiit STAPHORST *hiſt eccleſiaſt. Hamb. P I. Vol II. p.* 707. & nuper hinc PISTORIUS *amœnitat. hiſt. Jurid. P. VI. p.* 44. qui etiam ex *b.* MUHLII *diſſert. Theolog.* pauca *de Kalendis Munſterdorp.* hauſit.

x) Hinc conſiſtorium provinciale apud Ditmarſos boreales uſque ad a. 1735. ſub Kalandarum appellatione notiſſimum, demum Celſiſſimi Ducis *CAROLI FRIDERICI* beatiſſimæ memoriæ juſſu, nomine ſynodi provincialis inſignitum eſt.

y) Quibus natales debet inveterata olim *Ditmarſorum* conſuetudo, qua fœminæ ad puerperam die, qua fœtum excluſerat, commeſſatum coibant, quæ commeſſatio vulgo dicebatur *Käſefus*.

z) Inde nomen hodieque retinuerunt *pagi Calendarum* in tractu Lubecenſi. Sigillum fratrum Calendarum *S. Mariæ* apud Lubecenſes vide *Tab. IV. Sigill. n.* 34. De Sororibus Calendarum vide MELLE *d. l.* LEIBNIT. *Tom. II. rer. Brunſvic. p.* 922. BUSCH de reformat. monaſterior.

a) CHRISTIAN. THOMASIUS *hiſtor. ſapientiæ & ſtultitiæ P. III. p.* 114. ARNOLDUS *in hiſt. eccleſ. & ex inſtatuto in der Abbildung der erſten Chriſten.*

b) Exemplorum loco ſunt conſiſtoria *Dithmarſicum*, *Munſterdorfenſe*, *Roſtochienſe*, *Sundenſe*, *Brunſvicenſe*, *Gottingenſe*. De controverſiis occaſione prædiorum calendariorum ortis ſpeciatim apud Hamburgenſes circa quæſtiones de jure primæ inſtantiæ, vecturæ, appellationis ad conſiſtorium, nonnulla adnotata leguntur in *actis provincialibus Holſaticis MSCt. P. I. f.* 40. 142.

Exempla.

c) Unde *Fridericus* Sverinenſis epiſcopus calendariam civium Roſtoch. ſocietatem a. 1367. iſtis commeſſationibus ita interdixit: *Ex inſinuatione honorabilium virorum Proconſulum & conſulum civitatis Roſtock ſcimus ad noſtrum perveniſſe auditum, quod multi eorum cives tam mares quam fœminæ a longis vetroactis temporibus diverſa ſcopi conventicula binis unius anni temporibus cum obſervantia ſpiritualium rituum & ſtatutorum obſervare & facere hactenus conſueverunt, quorum quædam vulgari vocabulo* SUSTERSCHOPE, *quædam* KALAND *quædam aliter ab eisdem ſunt & fuerunt nuncupata, ex quibus cumprimis cives & conſules memorati plurima futura pericula reipublicæ dictæ civitatis videbant imminere, deliberatione prima diligentius præhabita propter bonum reipublicæ dictæ civitatis unanimiter ſtatuerunt, ut prædicti eorum cives a præfatis conventiculis etiam quocunque nomine intitulatis ſe abſtineant, & futuris perpetuis temporibus, ea, vel his ſimilia facere non præſumant. Et quia inter* CLERICOS *dicta etiam talia dicuntur eſſe conventicula, quibus cives dicti loci ſolent intereſſe, ideo dictorum Proconſulum & Conſulum nobis humiliter exſtitit ſupplicatum, quod dictæ civitatis clericis fraternitates ſive Kalandas cum civibus vel Laicis permixtim habentibus præcipere dignaremur, ut cives vel Laicos a ſuis fraternitatibus ſive Kalandis excludentes eos futuris temporibus nunquam recipiant vel admittant ad easdem. Nos vero attenden-*

Interdictum Friderici Epiſcopi a. 1367.

gere d); nihilominus tamen abuſus, quibus etiam haud raro aliæ ſocietates ſcatent, honeſto inſtituto haud officiunt nec legitimum ejus uſum tollunt vel pretium minuunt. Inde antiquis temporibus atque ante aliquot ſecula fraternitates calendariæ, viris præcipua dignitate illuſtribus ac Imperantibus ipſis commendatiſſimæ, tantoque in pretio fuerunt, ut ipſi ſe illis adjungere minime recuſarint vel ultro appetiverint. Ita enim *e)* in Megapoli Dux *Albertus* fraternitatem majorum Calendarum ſeu ſocietatem dominorum Calandarum, vulgo *Herren Kaland*, non fundavit modo, ſed & nomen ſuum eidem inſeri voluit; ad ſocietatem etiam fratrum Calendarum terræ Brezenſis ſeu Greveſmolenſis eodem anno acceſſit. Similia ex antiquitatibus Gvelpherbytanis refert PISTORIUS *f)*. In Haſſia teſte KUCHENBECKERO *g)* Philippus Princeps accenſeri voluit fratribus communis vitæ, qui vulgo *Kugel-Herren* dicti ſunt, non quidem a cucullis, ſed ab antiqua Saxonica & Ditmarſica voce *Kageln ſeu Kogeln* h. e. cappis oblongis *h)*. Atque eadem in re præcipue eminuit conventus Calandorum *Munſterdorfienſium* in pago Welnæ prope Itzehoam a. 1304. ab Heilwigia Holſatiæ comite ejusque filiis Gerhardo I. & Giſelberto, item Henrico I. Gerhardi filio inſtitutus, quem ornarunt quondam utriusque ſexus Principes. Non vero fratribus tantum & ſororibus illuſtriſſimi ordinis ille amplificatus fuit, ſed & mox a. 1305. perpetua vicaria, bonis, ædicula ſeu capella, deinde & jure patronatus auctus atque a Giſelberto archiepiſcopo Bremenſi a. 1307. ac a conventu coenobii Itzehoenſis & capitulo Hamburgenſi a. 1306. confirmatus eminuit; reditibus ac poſſeſſionibus, quas pii teſtatores illi addixerant, ditatus crevit, ac tandem tranſiit a. 1554 (1550.) in ſynodum, inſtructam conſiſtorii juribus poſt ſacrorum reformationem, quibus adhuc fruitur. Dignum igitur dixeris iſtum conventum, qui poſteritatis memoriæ commendetur. Suſcepit in ſe id operis quondam *Jac.* STEINMANNUS conſiliarius Regis Dan. conſilio ac juſſu Gerhardi comitis de Ranzau, Producis Regii Cimbrici ac præfecti Steinburgenſis, excitatus, qui ex documentis hiſtoriam erutam ſcripto vernaculo expoſuit, quod latine expreſſum prodit. Idem auctor peculiari ſcripto recenſuit XXI. eccleſias tum Regias tum nobilium & civitatum, quæ ad conſiſtorium Munſterdorfenſe pertinent, verbique Divini Miniſtros 39. è quibus 21. iſtus collegii aſſeſſores ſalutantur. Cum vero hoc ſcriptum circa res a. 1652. geſtas finiat; hinc cauſas præcipuas poſtea in eodem conſiſtorio ventilatas *) ſuccincta enarratione exhibuit AUTOR *orationis MSC. in Synodo Mun-*

Dignitas.

Præcipue apud Munſterdorpenſes.

Henrici a. 1421.

Conventus conſiſtorii Munſterdorp.

---

tendentes pro gubernatione reipublicæ tranquilla ſtatutum prædictorum Proconſulum & Conſulum eſſe juſtum utile & honeſtum, juſtis eorum precibus ad nos directis inclinati univerſis perſonis & clericis intra dictam civitatem fraternitatem præſcriptam aliquam habentibus in virtute dictæ obedientiæ & ſub pœna excommunicationis præcipiendo mandamus quod a ſuis fraternitatibus cives & laicos dictæ civitatis mares & fœminas excludant & nullis futuris temporibus eos recipiant vel admittant ad easdem. Nolumus tamen ſub præmiſſo noſtro mandato vel præcepto comprehendi, fraternitatem MAJORUM KALANDARUM *quibus* DOMINI TERRARUM *cum eccleſiarum Rectoribus & quibusdam conſulibus conſueverant & ſolent intereſſe. Præterea ut præmiſſa diligenter obſervent univerſis tam clericis quam laicis dictæ civitatis ſub præmiſſa pœna mandamus ne in futuris perpetuis temporibus aliquas fraternitates ſeu* KALANDAS *etiam ſub quocunque alio nomine facere vel de novo inſtituere præſumant absque unanimi Rectorum eccleſiarum & conſulum dictæ civitatis beneplacito & noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum confirmatione ſubſequente, & ſi qui auſu temerario aliquas fraternitates extra hoc inſtituere præſumſerint, obſervantiam illarum in eccleſiis per vos Dominos earundem eccleſiarum Rectores volumus & mandamus non admitti.* Quod iisdem fere verbis repetivit *Henricus*, Sverinenſis epiſcopus, in charta inhibitionis data in caſtro *Butzov a.* 1421. Sabbatho poſt Dominicam Invocavit.

d) MENCKE *ſcript. rer. Saxon. Tom III. p. 104.* LINCK *de fraternitatib. compotatorum. p. 6.*

e) Meminit harum *Fridericus* Sverinenſis epiſcopus in *laudata prohibitione calendarum laicalium Roſtochienſium a. 1367.* Eandem exceptionem vide in *Henrici* Epiſcopi Sverinenſis mandato contra fraternitates Roſtoch. promulgato: *Revocantes ſub hoc mandato confirmationes omnes & immunitates, privilegia & ſtatuta ipſis Kalandis & fratribus univerſis data, præterquam* b. MARIÆ *virginis &* MAJORUM KALANDARUM DOMINORUM TERRÆ *a noſtris prædeceſſoribus quibuscunque conceſſa.*

f) l. c. p 18.

g) Annal. Haſſ. coll. VIII. p. 334.

h) Vſus eſt ea voce Presbyter Bremenſis *in chron. Holſat. vernac. p. 117: De Dithmarſchen Wiver gahn mit langen Kageln effte Kappen.* Quæ verba ſupra expoſita ſunt. Deſcripſit vero has Ditmarſorum cappas explicatius ADOLPHIDES *in chron. Ditmarſ. MSCt.*

**)* Præcipue *de a. 1577 1584. 1585. & a. 1612.* quo, ne quis ſimoniæ reus ad officium ſacrum pertingat, ſtatutum, præſcriptumque eſt juramentum a ſacerdotibus præſtandum. Quotannis conſiſtorii hujus membra die lunæ hora XII ſub mulcta conſtituta in domo Præpoſiti conveniunt, ſedem primam occupat Præpoſitus, ſecundam Paſtor Wilſteranus, tertiam Tychopolitanus, hinc Senior ac reliqui Paſtores ratione ætatis, quam in officio exegerunt; cantantes porro: *Veni Sancte Spiritus*, proxime Præpoſito aſſidens exclamat: *Emitte Spiritum Domine! &c.* reliquis reſpondentibus: *Et renovabis faciem terræ.* Tunc recitantur preces: *Oremus: Omnipotens ſempiterne DEUS qui corda fidelium S. Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere & de ejus conſolatione ſemper gaudere per eum qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſeculum per ignem Amen.* Præpoſitus deinde latine perorat, qua finita oratione quivis, qui ſibi in functione ſacra evenerunt caſus dubii, ordine exponit communique conſilio reliquorum inſtruitur. Quodſi nulla lis de doctrina vel vita cujusdam miniſtri ſacrorum enaſcatur, ad ſervandam concordiam & in ſtudiis diligentiam a Præpoſito admo-

Munſterp. olim habitæ de inſtitutione & forma conſiſtorii Munſterdorpenſis, cui adjunxit *decretum Friderici III. Daniæ regis* de reditibus quibusdam, qui eidem Conſiſtorio a. 1655. ex appellationum in caſum ſuccumbentiæ & ex deſponſationibus domeſticis dicati ſunt. E Kilonienſium Kalandis inclaruerunt fraternitas *S. Michaelis* a. 1186 *Calendarum militum* a. 1189. *dominorum fratrum collationis S. Mariæ* a. 1190. *i) S. Annæ* a. 1200. *& fraternitas ac ſororitas S. Spiritus* circa *a. 1240.* cujus regula, argumentis & præceptorum multitudine, reliquas antecellit. Ex his vero denique Kalendæ *Sacerdotum S. Mariæ, S. Johannis & omnium ſanctorum* coaluerunt, à quibus tamen nec ſequiorem ſexum nec laicos excluſos fuiſſe conſtat ex regulis & inſtitutis, quæ è tabulis authenticis deſcriptæ prodeunt. Confirmavit hanc fraternitatem Albertus Bremenſium Archiepiſcopus a. 1383. curantibus fraternitatis Decano *Timone Morino* & cuſtode *Rud. Dulle*. Augmenta & acceſſiones cepit ex piis donationibus, tum fratribus calandariis, tum eccleſiæ S. Nicolai factis. Unde tot vicariæ exortæ ſunt, ut jam a. 1335. vicarii gaviſi ſint ſingulari conventu ac ſigillo, quod reſpondet typo ſigilli templi S. Nicolai *h. l. num. 31 32.* *Kilonienſes.*

Codices juris Lubecenſis, quos ex membranis curate deſcriptos exhibeo, latinus & vernaculus omnium hactenus repertorum ſunt antiquiſſimi a. 1232. & 1240. exarati, quorum lectiones uſum copioſe exſerunt cum univerſim tum ſpeciatim in explicandis ac intelligendis rerum legumque Germanicarum antiquitatibus ac argumentis. Dabo recenſum codicum hactenus fere neglectorum & e tabulis naufragio fractis ſervatorum. Primus eſt codex Chilonienſis de a. 1232. *a*) Oldenburgi deſcriptus a. 1235. *b*) & Tunderenſibus a. 1243. *c*) a Senatu Lubecenſi traditus, qui quidem omnes latino idiomate in membra- *Codex juris Lubecenſis antiquiſſimus latinus a. 1232.*

admoniti cantant: *Da pacem Domine in diebus noſtris*, item: *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.* Sequitur oratio: *DEVS a quo ſancta deſiderta recta conſilia & juſta ſunt opera, da ſervis tuis illam quam mundus dare non poteſt pacem, ut & corda noſtra mandatis tuis ſint dedita & tempora noſtra hoſtium ſublata formidine ſint tua protectione tranquilla per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum* Reſp. *maneat ſemper nobiſcum Amen.* Dies vero convivio finitur. Sequenti die hora VII. matutina ad ædem ſacram concedunt & habita a V. D. Miniſtro, quem ordo tangit, oratione pro concione, finitisque ſacris conſiſtorium in ædibus Præpoſiti rite inſtituitur.

i) In documentis & teſtamentis antiquis *Sec. XIII XIV.* exaratis ſæpius laudatur collegium ac fraternitas *S. Mariæ*, item *capellæ S. Mariæ ad portam Sutorum* germanice: *Unſer leven Frowen tom Schomaker Dor.* Quam ædiculam *S Mariæ*, recentiori ætate ſtapulæ ſeu mercibus exponendis inſerviiſſe ferunt. Hodie ibidem exſtat *ptochium S. Annæ*, quod forte locum & reliquias *ptochii S. Mariæ* occupavit. Occurrunt etiam formulæ: *Unſer leven Frowen tom Elende, item tom Einſiedelung;* quæ quidem varia xenodochia D. Mariæ ſacra diverſis in locis ſita fuerunt. In teſtamentis enim legata pauperum S. Mariæ *ad portam Sutorum* & *tom Einſiedelung* ſollicite diſtinguuntur. Poſterior ædicula videtur exſtitiſſe prope portam Danicam, cujus muri & reliquiæ hodieque ſuperſunt. Xenodochium vero miſerorum locum olim occupavit e regione *S. ædis & cœnobii pauperum S. Georgii*, ubi hodie exſtat *der Peſthoff.* Sigilla fraternitatum Calendarum & ſacrarum veterum ædium Kilienſium ære expreſſa ſunt *num. 2. 5. 6 7. 10. 11. 25. 26. 27. 28. 30. 31. 32.*

a) Ex autographo civitatis Lubecenſis hunc codicem a. 1232. deſcripſit *Lubbertus* PORETZ *Conſul Kilonienſis*, eodem teſte *in Schedis M Cr.* Et licet ipſe codex Poretzianus autographus funeſtiſſimo incendio *circa a. 1336.* perierit, conſulum tamen providentia factum eſt, quod ſequenti anno denuo a Lubecenſibus juris codex requiſitus fuerit, quem vernacule ſcriptum acceperunt hodieque ſuperſtitem tuetur curia.

b) Præmittitur huic codici proœmium germanice ſcriptum. In fine adjicitur Henriciana prima ordinatio *de Senatu Lubecenſi a.* 1158. & conſulum ab eodem anno uſque *ad* 1234. *recenſio & ſeries*, quæ ab a. tamen 1216. literis recentioris ævi, ab iis, quibus codex ipſe & Henrici conſtitutio ſcriptæ ſunt, plane diverſis exarata eſt. Utramque, *inſtitutionem* Ducis & *ſeriem* laudatam ſubjunxi codici, qui prodit.

c) Tacent chronica ad unum omnia Lubecenſia antiqua tam edita quam Manuſcripta de *codicibus juris Lubecenſis* æque ac *de conceſſione juſtitiarum Lubecenſium* facta Kilonio, Oldenburgo, reliquisque Holſatiæ & Cimbriæ civitatibus nonnullis. Nec quicquam fere rerum legalium obſervarunt *Bardewicus, Detmarus, Kornerus, Godendopius, Ruſus, Statius, Kockius, Hampius & Kämpferbeckius, Paltus, Rebbentus, Rechovius, Bonnus, Marquardus* ceterique. Solus CRUMMENDYCKIUS *in chron. Lub. apud Meibomium T. II. rer. Germ. p. 397.* mentionem fecit conceſſionis juris Lubecenſis *Uthmenſibus* indultæ ab epiſcopo Joanne Dreſtano. Quod vero Tunderenſes *a. 1243.* Juſtitia Lubecenſi donati ſint, id quidem in tranſcurſu monuerunt CYPRÆUS *annal. Epiſc. Sleſv. p. 252* HELDUADERUS *Sylva. chronol. maris Balt. p. 212.* CHYTRÆUS *Saxon. L. IV. p. 104.* HEIMRICHIUS *chron. Friſiæ boreal. II. 12. p. 193.* ANGELUS *chron. urbium Holſ. c. IX p. 39.* ZEILERUS *deſcript. Dan. p. 94.* PONTOPPIDANUS *theatro Dan. p. 229. 301.* ALARDUS *de rebus Noraalbingicis T. I. monument. ined. p 1792* RANZOVIUS *deſcript. Holſat. I c. p. 57.* ARPIUS *in ſer. æſtival. IV. p. 286.* Solus tamen CASP. DANCKWERTHUS, alioquin in dandis probationibus diplomaticis admodum parcus, præfationem codicis Tunderenſis inſeruit *Topographiæ Cimbricæ p. 55.* ex qua eam repetierunt MEIBOMIUS *introd. ad hiſtor. Sax. inf. p. 85.* HOFFMANNUS *progr. de antiquo jure Lub. cod. &* PETREJUS *chron. Tunderens. MSC. ſ. Gleichwie die meiſten Stædte.* Ipſe codex inſtructus eſt proœmio latino & concluſione ſpeciali quibus Chilonienſis & Oldenburgenſis codices deſtituti ſunt. Ceteroquin iſte ad hos exactiſſime eſt compoſitus hodieque inter curiæ Tunderenſis cimelia cuſtoditur. Non itaque eſt, ut V. C. RICHEIUS *in hiſt. Stat. Hamb. c 1. ſ. 15. p. 10. c. 2 p. 47* dubia ſibi moveat ex ipſo, quod Danckwerthus recenſuit, proœmio codicis Tunderenſis, ex quo nondum diſtincte ſatis conſtare exiſtimat, an Tunderenſibus copia facta ſit LEGUM *an* PRIVILEGIORUM *Lubecenſium.* Hæc enim in laudato proœmio ſub appellatione JUSTITIARUM venire arguit. Juſtitias vero Lubecenſes non LEGUM ſtatutorumque, ſed BENEFICIORUM, licertatum, paſcuorum ac pratorum uſum denotare exiſtimat, LAMBECIUM ſecutus. Sed & proœmium luculentum & ipſe ſignificatus vocis juſtitiæ Lubecenſis ibidem videtur in lucem conſtitutus. Non ſolum enim *Silentium chronicorum Lubecenſ. circa jura.* *Codicis Tunderenſis fama.* *Vocis Juſtitiarum explicatio.*

membranis ſcripti quoad ordinem & argumenta invicem conſonant. Ejusdem probatiſſimæ notæ eſt codex ordine ſecundus a. 1240. in vernacula ſcriptus articulos 252. complexus, adſervatus etiam nunc in cancellaria Lubecenſi ex quo apographus prodit. Præmiſſa

Vernaculus a. 1240.

Ex Codice Tunderenſi.

Scriptoribus coævis.

Diplomatibus a. 1188.

a. 1218. ſqq.

a. 1226. 1232.

1233.

1235.

proœmium vernacule ſcriptum illam interpretatur *Richte to Lübeck*, ſed & *ipſe codex Tunderenſis titulo de bonis hæreditariis h. l. p. 622. & in concluſione p. 631.* juſtitiam Lubicenſem explicuit JURA *civitatis* & DECRETA. Quam vocis juſtitiæ explicationem probant ſcriptores coævi, diplomata & chartæ ipſius præcipue ævi Hinrici Leonis & Seculi XIII. Ab HELMOLDO *L. 1. c. 85. beneficia* theloneorum, paſcuorum, & *jura civitatis honeſtiſſima* ſeparatim laudantur; cujus fide etiam ARNOLDUS LUBECENSIS *L. II. c. 40.* JUSTITIAS *in* PRIVILEGIIS *ſcriptas ſecundum* JURA *Suſatiæ*, & POSSESSIONES *ac titulos paſcuorum, ſylvarum fluviorumque* invicem diſtinxit. Utrumque argumentum recenſuit Helmoldi continuatur *Breshyter Bremenſis apud* LEIBNITIUM *in acceſſione hiſtor. P. 1. p. 29. p. 2. p. 36.* diſtinctim laudans *jus municipale Lubecenſe* Itzehoenſibus ab Adolpho comite indultum & *libertatem navigandi, ſylviſque & paſcuis utendi fruendi facultatem* ab eodem comite civitati conceſſam. Taceo teſtimonia KORNERI *chron. apud Leibnit. T. II. p. 750.* BOTHONIS *in chron. pictur.* AUTORIS *rudimenti novitiorum excuſi Lubecæ a. 1475. apud* SEELEN *Select. litterar. p. 577.* & qui Henrici Leonis *jura* & *beneficia* civitati Lubecenſi indulta *diſtinctim* celebravit HENRICUS AQUIPOLENSIS *de primord. civitatis Lubec. apud Meibom. T. I. p. 606.* Præſtat formulas diplomaticas ſaltim Sec. XII. & XIII. ſequi, harumque fide cauſam inſtruere. In auguſtali charta apud LUNIG. *Archiv. Imp. P. Spec. Cont. IV. p. 1330. & Dn.* MOSER *in compend. civit. Imper. P. II. p. 165. a. 1189.* qua Fridericus I. Imperator jura Lubecenſia confirmavit, exſtat *diſtincta* recenſio jurium & beneficiorum: *Inſuper licebit civibus piſcari, ſicut tempore Ducis Henrici conſueverant, habebunt & omnimodum* USUM *ſylvarum præterea paſcent pecora & jumenta; inſuper opportunitatibus eorum acqueſcentes* OMNIA JURA, *quæ primi loci fundator Hinricus eis conceſſit, & privilegio ſuo firmavit, conceſſimus, patronatum videlicet eccleſiæ b. Mariæ, ut cum mercibus libere eant ſuis & redeant per totum Ducatum Saxoniæ abſque hanſa & theloneo, præterea omnia civitatis* DECRETA *conſules judicabunt, quicquid inde receperint duas partes civitati tertiam judici exhibebunt.* Non abludit charta, qua *Burewinus* dominus Roſtochienſis civitati Roſtochio jura & privilegia confirmavit a. 1218: *Ut vero prædicti loci cultores eum ſecurius appetentes pace firma fulciantur, tam præſentes quam futuros in ædificiis, areis, terris, agris, campis, pratis, paſcuis, ſylvis, piſcationibus, venationibus, aquis, viis, thelonii exemptione, &* LUBECENSIS CIVITATIS JURIS *beneficio habito nunc & habendo ſtabilientes confirmamus.* Quam juris formulam ipſa voce JUSTITIÆ explicuit *Witzlaus* Ruganorum Princeps in charta a. 1232. apud SCHÖTGEN *in Pomer. ant. & nova p. 385: Civitati noſtræ Stralam eandem* JUSTITIAM & LIBERTATEM *contulimus, quæ civitati Roſtock eſt collata.* Eisdem fere verbis *Witzlaus* Princeps a. 1246. novæ civitati Sundiæ contulit JUSTITIAM *a Domino Borwino civitati Roſtock datam, item* LIBERTATEM *a telonii exactione, venationem cervorum & capreolarum, pſcaturam ex utraque parte ripæ, partem ſylvæ adjacentis,* AGROS *villæ, ubi quondam fuit antiquus navalis tractus in Rugiam,* PASCUA *etiam intra terminos civitatis tam in ſylvis quam agris.* Brevius hæc in vernacula charta Principis *Witzlai* a. 1314. repetuntur: *hebben gegeven alſo dane* RECHTIGKEIT *und Fryheit als der Stadt to Roſtock gelaten, quemet alſo dat Roſtock in erem Rechte unde ever Freyheit, krencket worde, ſchol doch unſe Stæd tom Straiſunde dabey bliven ewiglich.* Inſtructius eſt diploma Imperatoris *Friderici II.* qui Lubecam a 1226. a nexu territoriali, ſeu mediato Saxonico hactenus, exemit, declaravitque Imperialem. Poſtquam enim privilegia & beneficia Lubecenſibus conceſſa, præcipue libertatem ab exactionibus & poteſtatem utendi fundis ad utilitatem civitatis recenſuit, ita pergit: *De abundantiori quoque gratia concedimus & confirmamus eis in perpetuum eorum* JURA *& omnes* BONOS USUS *&* BONAS CONSUETUDINES *quibus tempore Imperatoris Friderici I. uſi fuiſſe noſcuntur.* Ejusdem Cæſaris autoritate ſcriptum eſt privilegium, quo libertatem *utendi* JURE LUBECENSI a Comite *Adolpho III.* Hamburgenſibus conceſſam, rogante ejus filio & ſucceſſore *Adolpho IV.* confirmavit *a. 1232. apud* LAMBECIUM *orig. Hamburg. L. I. p. 29. &* PONTANUM *hiſt. Dan. L. VI. p. 317: Nos igitur Comitis Adolphi noſtri fidelis ſupplicationibus inclinati eandem conceſſionem ſicut idem pater ejus prædictis civibus novæ civitatis in Hamburg ſecundum* ANTIQVAM JUSTITIAM LUBECENSIUM *in* BONIS *&* JURE SUO *juſte noſcitur conceſſiſſe, de areis videlicet, paſcuis, fructu arborum ſylveſtrium & immunitate telonii ſpectantis ad eum in tota terra ſua, & inſuper de foro bis in anno faciendo, prout in indulto eis ejusdem patris ſui privilegio plenius continetur de noſtra gratia perpetuo confirmamus.* Laudatus tamen RICHEY, qui quidem veteris ævi diplomatum formulas ac dictionum nexus ad florentis ævi curatas dicendi rationes exigit, his verbis clariſſime explicatam putat juſtitiam Lubecenſem, reſtrictam quippe per particulam *videlicet* ad facultatem ſaltem in agris, areis, paſcuis conceſſam. Cum tamen particulam hanc antecedant verba in BONIS *&* JURE SUO, ecquidem putaverim, ad hæc bina conjunctionis formulam *videlicet* referendam eſſe. Quæ ipſa nec hoc loco juſtitiam Lubecenſium in bonis & jure circa eadem acquiſitam reſtringit, ſed illuſtrat ſaltim, & exemplorum loco ſubjungit quædam juſtitiæ argumenta, plura vero omittit. Expreſſe enim additur: *Plures juſtitiæ articulos contineri plenius in privilegio ipſo.* Eadem particula occurrit in ſupra laudato Friderici I. privilegio Lubecenſibus conceſſo, quod poſtquam USUM bonorum & JURA *Lubecenſium* diſtinctim recenſuerat, mox quædam exemplorum loco ſubjicit, nominatim jura patronatus, commercii, teloneorum, judicii. Quid? quod ipſa, quæ clariſſimus Richey laudat bona, facultates utendi fruendi, privilegia ac beneficia, recepto medii ævi ac juris germanici ſtilo vel dicendi modo pertineant ad *ipſa jura*, ad ipſum juſtitiæ ſeu legum complexum. Adduxi ſupra *in originibus juris Cimbrici* hujus rei exempla, quibus addo hæc ipſa, quorum Adolphus comes & Fridericus I. ac II. meminerunt, beneficia Lubecenſibus indulta circa bona, areas, arbores, ſylvas, paſcua, prata, merces, telonea, mulctas, fora bis annuatim inſtituenda. Singula enim argumenta inter *ipſas leges ſtatutarias civitatis* recenſita ac relata exſtant in antiquis codicibus Tunderenſi, Lubecenſi, aliiſque Sec. XIII. Inde mirum non eſt, quod ſtatuta Lubecenſia aliaque Saxonica & Cimbrica in antiquis chartis paſſim audiant PRIVILEGIA, JUSTITIÆ ANTIQVÆ, teſte etiam WOLTERO *chron. Brem.* apud MEIBOM. *T. II. p. 52.* RICCIO *c. l. p. 24. 127. ſq.* Definite itaque ſtatuit *Adolphus IV.* Comes Holſatiæ in diplomate allegato a LAMBECIO *originum Hamb. L. I. p. 29. n. 101: Et in* PASCUIS *& in lignis ad comburendum libertate gaudebunt cives Hamburgenſes, quam conſtat eos retroactis temporibus poſſedisſe &* IN RELIQUIS JURE *fruantur* SUSATENSIUM *&* LUBECENSIUM. Quæ ab eodem Comite in diplomate vernaculo *Kilonienſi a.* 1233. ita explicatur: *Gevende Unſen Borgeren tom Kyle wanaftig to weſende* OHDE LUBISH RECHT, *alſe des de Stadt Lübeck binnen hefft frylicken to bruckende.* Idem comes in charta, qua receptionem juris Lubecenſis civitati *Oldenburgenſi* indulſit *a. 1235: den geven wy unde verlehnen* LÜBSCH RECHT *unde ſteden en des, dat ſe des vrylicken brucken mögen, weret et aver, dat wi krigen worden mit de to Lübeck, ſo verlehnen wy Unſen Borgeren to Oldenburg vorſcreven, dat ſe mögen brucken des Rechtes. Unſer Stadt to* HAMBURG, *were ock dat*

zee

missa est præfatio seu epistola propemtica, qua Senatus Lubecensis testatum fecit, codicis hujus consignationem absolutam esse ad petitionem WILHELMI *Episcopi Mutinensis, Apostolicæ*

zee zick avetlicken ordelen nicht vormeſten, ſo mögen zee av deſſen vorſcrevenen TWEEN STEDEN *recht ſoken.* Eadem plane formula idem Comes usus est in charta, qua civitati *Plœnæ* usum juris Lubecensis impertiit *die ſecunda poſt feſtum S. Vitalis a.* 1236. Nec scrupulum tibi puto injecerit formula ANTIQUÆ *juſtitiæ*, qua 1236.
Adolphus IV. in laudatis chartis & ante eum *Adolphus III. & Fridericus II.* usi sunt A primis equidem codicis juris Lubecensis initiis ab a. 1158. cœptis usque ad ætatem Adolphi IV. & Friderici II anni numerantur 78. antiquitas vero jurium non ex annis codicis conscripti sed ex ætate argumentorum computanda est. Unde justitia Lubecensis vel post aliquot annos dici potuit antiqua, collecta quippe ex antiquis veterum Germanorum Saxonumque, trans & cisalbinorum præcipue, moribus, consuetudinibus & institutis avitis. Nec dubitandum est, Lubecenses jam tum ante Henrici Leonis ævum instructos fuisse singularibus beneficiis ac privilegiis, indubie concessis ab *Adolpho II.* urbis renatæ parente aliisque Principibus Vandalicis ac Megapolensibus Christianis, sub quorum auspiciis Lubeca ante primum excidium a. 1138. efflorverat. Quod recte animadvertit *V. C.* RICHEY *d. l. c.* 1. *§* 15. *p.* 12. Nec ad rem quicquam facit, quod ARPIUS *in fer. æstival.* comminiscitur *p.* 183: *Henrici Leonis ævo rem inter Germanos injolentem fuisse codicem juris municipalis consignatum.* Hæc enim assertio vel ex ipsa legum Germanicarum historia confellitur, cujus fide constat, quod jura municipalia *Slesvicensia* circa a. 1153. *Moguntina a.* 1155. *Wormatiensia & Augustana a.* 1156. condita ipsum Henrici Leonis primum statutorum Lubecensium codicillum ætate vincant. Quo in argumento legi meretur *Achilles* GASSARUS *Annal. Aug. apud Mencken. S. R. G. T. I. p.* 1429. In enucleando vero *juſtitiarum Lubecenſium* significatu diplomatico omittenda non est explicata juris Lubecensis concessio *Tetlevi militis domini terræ Loſitzæ Pomeraniæ a.* 1242: *Hinc est, quod civitati noſtræ Loſitz eo, quod clavis ſit noſtri territorii, ſpeciali dono libertatis concedimus in omnibus cauſis tam* JUDICIALIBUS *quam* FORENSIBUS JUS LUBECENSE; *ut quemadmodum aliæ civitates ſub* JURE *Lubecenſi conſtitutæ prædicto jure fruantur, ipſi ſimiliter eodem jure ſe frui cum omnimoda gaudeant libertate; præterea totalem* AGRICULTURAM *ejusdem noſtræ civitatis ab omni cenſu & decimatione qualibet liberamus Injuper rubeta & ſylvas ſeu prata, agros jam dictæ noſtræ civitatis contingentia, pro augmento ipſorum agrorum reſecandi & exſtirpandi ſuoſque in uſus convertendi liberam concedimus facultatem.* Non minus distincte *Wartislaus* Dux Deminensis in charta donationis a. 1250: *Ea propter notum* 1242. 1250.
esse volumus quod nos dilectis Burgenſibus noſtris in Grypeswalde omne JUS *&* LIBERTATEM, *quam civitas Lubecenſis habere dinoſcitur, donavimus, ut* IPSO JURE, EADEM *quoque in perpetuum gaudeant* LIBERTATE. Ut & *Henricus*, Dominus Magnopolensis, in confirmatione privilegiorum Rostochiensium a. 1252: *Nos* 1252.
itaque civitatis commodo & utilitati providentes, OMNEM JUSTITIAM *&* *integram* JURIS *conſervantiam Lubecenſium, quam a noſtris progenitoribus hactenus tenuerunt ipſis indulgemus;* CETERUM *civitatis noſtræ ſylvam, villas, ripas, cum omni utilitate,* VIDELICET *paſcuis, pratis, lignis, terris, in terminis ſuis conſtituentes, ſtabilientes.* Qua fere formula plures Ducum Pomeraniæ & Megapoleos tabulæ donationis & receptionis 1255.
juris Lubicensis sunt instructæ, nominatim (I) HERMANNI *episcopi &* WARTISLAI *Ducis Diminenſis a.* 1255: *Civitatem Colbe g teutonicam* JURE LUBECENSI *quinque annis liberam donavimus poſſidendam ut* EODEM JURE *eademque in perpetuum gaudeant libertate;* DEINDE *centum manſos qui coli poſſunt;* TERTIO *paſcua & paludes,* QUARTO *piſcationes in fluvio perſanta;* QUINTO *jus deſtruendi omnes clauſuras* (Schleussen) *in fluviis;* SEXTO *ligna ad ædificia indicendi;* SEPTIMO *cenſum ſartaginum;* OCTAVO, *modium in annona;* NONO, *nemus, quod ad mare jacet perpetuo donamus.* (II.) JAROMARI II. *Principis Rugianorum* 1258.
a. 1258: *Novam in Damgard fundavimus civitatem, addentes ipſi* PROPRIETATES *pro poſſe adjacentes ac* LIBERTATES *deinde competentes, donavimus ergo omnibus prædictam* CIVITATEM *inhabitantibus quicquid eſt intra terminos Slicte mole & terminos Sale verſus mare cum agris utriuſque villæ Damgor & Pütenitze, perpetuo poſſidendum villam quoque Slavitam jam dictæ civitati proxime adjacentem, quocunque modo id diſponamus, ipſius terminis liberaliter apponemus. Memoratis etiam inhabitatoribus noſtræ civitatis Damgor ab ipſa civitate Damgor uſque Bart libevam contulimus piſcaturam; ipſis quoque noſtris civibus in Damgor ſuperaddimus, quod in prato noſtro Britzevitze ſingulis annis fœni poſſint metere, quantum placet; dedimuſque ſæpedictæ noſtræ civitati in communi* JUS TALE, *quale hi de* LUBECKE *& hi de* STRALESUND *nunc habent vel hactenus habuerunt, ipſam ſimiliter omni petitione ſeu exactione conceſſimus in perpetuum fore liberam.* (III) BARNIMI Ducis Sla- 1264.
vorum Stetinensis a. 1264: *quod nos dilectis burgenſibus noſtris libera conſcientia in Gryfswold bona fide omnem libertatem & omne* JUS *Lubecenſe contulimus ita ſane, ut* LEGIBUS *&* CONSUETUDINIBUS EJUSDEM CIVITATIS *perpetuo fruantur & ut etiam quicquid* JUDICATUM *fuit ſecundum formam* JUDICII *ipſa civitate & in terminis ipſius concedimus dimidietatem, altera pars ad uſus noſtros reverteretur* (IV.) GERHARDI Comitis Holsatiæ a. 1264: *Nos vero omnia præfata, ſecundum quæ eis privilegia ſunt collata duximus in perpetuum civibus noſtris* HAMBURGENSIBUS *conſervare, inſuper* OMNEM JUSTITIAM, *qua Lubecenſes in civitate coram frui ſolent, præfatis noſtris civibus conferimus & donavimus.* (V.) HINRICI *Hieroſolymitani* 1266.
Domini Megapolensis a. 1266: *conferimus civitati* WISMARIÆ, *ut eo* JURE, *quo civitas Lubecenſis fruitur, in* JUDICIIS *quibuslibet libere ac integre perpetuo potiatur. Pro* COMMODO *etiam & honore civitas ad inſigne intimæ dilectionis omnia intra terminos dictæ civitatis contenta, tam aquas quam prata cum paſcuis, & inſulam Lypze uſque ad munitionem civitatis propter aquam ſeu ſtagnum* ANTIQUÆ *Wismariæ in ſuperiori parte molendini ſitum concedimus perpetuo poſſidenda.* (VI.) BUGISLAI Ducis Slavorum a. 1278: *Omnia* JURA, *juris-* 1278.
dictiones, libertates, donationes, proprietates, conceſſiones, licentiationes & cuncta alia a chriſtianiſſimo patre noſtro Domino Barnim Duce Slavorum tradita & conceſſa dilectis noſtris conſulibus & burgenſibus civitatis noſtræ GRYPESWOLD, *quæ in ipſorum privilegiis ſuper his confectis evidenter poterunt declarare cum promotionis & emendationis commodo & pleno confirmationis vigore una cum fratribus noſtris volumus inviolabiliter obſervare, & ſtatuimus in perpetuum obſervanda & ſpecialiter* JUS LUBECENSE *eisdem duximus confirmandum, quemadmodum hactenus habuerunt.* EJUSDEM a. 1282: *quod nos dilectis civibus noſtris in* WOLGAST *omnem libertatem & jus, quod Lubecenſes, Grypeſwoldenſes & Diminenſes habere noſcuntur legitima donatione donavimus in futurum, totam inſulam de media aqua, quæ Cyſa nominatur, uſque ad mediam paludem Gremytz, ad jus dictæ civitatis perpetuo condonamus. In eadem inſula cives noſtri XVI. manſos cultos & paſcua ad ipſorum neceſſaria obtinebunt.* (VII.) WITZLAI Principis Rugiorum a. 1285: *civibus in* TRIBUSEES *contulimus eam libertatem quam burgenſes in* ROSTOCK *habent in cauſis, quibuslibet* JUS LUBECENSE *jugiter exequendum. Aſſignavimus* ETIAM *eis ipſorum juſtis precibus inclinati* AGROS, *prata, paſcua, ligna, ſicut ab initio infra ſuos terminos habuerunt.* (VIII.) BUGISLAI Ducis *a. 1289.* in confirmatione privilegiorum Gryphiswaldens. & *a.* 1292. 1282. 1285. 1289. 1292.
in confirmatione libertatum Deminensium: *Renovamus eisdem Burgenſibus ea privilegia quæ progenitorum noſtrorum tempore habuerunt, dantes eisdem* LIBERTATEM *&* TOTUM JUS, *quod* LUBEKE *habet, ita quod*

ſtolicæ ſedis legati, rebus Lubecæ Bremæ Revaliæ & alibi geſtis inclyti *cc*). Inſigne omnino pretium huic conſtat codici antiquiſſimo vernaculo, in ipſo ſolo natali, quod miror, incognito, vel paulo obſcuriori, adeo ut nec ipſi quidem Scriptores JCti Lubecenſes ejusdem mentionem injecerint. Nolo nunc definire, ſitne latinus an hic antiquior? pro utroque enim militant rationes; pro latino quidem, quod Germanicos, quorum hactenus copia haberi potuit, omnes vincat & ipſe a. 1232. ex vetuſtiori latino videatur transſcriptus. Patet hoc tum ex *Lubberti* PORTZII Conſulis Kilonienſis ab a. 1230. ad a. 1250. *ſchedis MSCt.* in quibus codicis juris Lubecenſis a. 1224. exarati mentio injicitur, tum ex chartis & tabulis teſtamentariis Lubecenſibus & Kilonienſibus a. 1228. 1230. in quibus occurrunt voces *ceſpitalitas*, *poſſeſſor proprii caumatis*, *Dromonis promtuarium*, aliæque formulæ, quibus utitur codex juris Lubecenſis latinus. Ex adverſo pro afferenda codicis vernaculi prærogativa facile allegaveris materiarum amplitudinem, qua latinum omnino antecellit, adeo ut hic ex illo videatur in compendium & ectypum redactus; forte etiam adduxeris ipſis Senatus teſtimonium, proditum in prooemio codici latino præfixo verbis *conſcribi fecerunt*, nimirum ex antiquiori quodam codice Germanico. Neque tamen codex latinus a. 1232. 1235. 1245 neque Germanicus a. 1240. habendus eſt pro primo ipſius Henrici Leonis authentico ſeu archetypo. Ipſi enim Conſules in prooemiis codicum *Oldenburgenſis*, *Tunderenſis*, *Livonici* luculenter teſtantur, hos codices ex probatiſſimis exemplis deſcriptos fuiſſe. Tertium locum occupat codex *Livonicus* a. 1254. ſcriptus & ad Inſtantiam Alberti II. epiſcopi Rigenſis communicatus cum ordine Teutonico ac urbis Memelæ Senatu *d*), forte haud diverſus a *Tunderenſi* & *Kilonienſi*, ſive quod ad ſimilitudinem veri magis accedit a vernaculo *a. 1240.* Forte etiam plane convenit cum *Derſchovienſi*, quem a Lubecenſibus a. 1262. Senatui tranſmiſſum fuiſſe ex GOETKENII *chronico Conicenſi* retulit v. c. RICCIUS *c. l. p. 85.* Quartus in ordine comparet codex a. 1270. exaratus, prooemio deſtitutus & tum quoad verborum ordinem tum argumentorum ſeriem cum Kilonienſi & Tunderenſi conſpirans, ceteroquin his auctior articulis octo in fine adſcriptis, quos num. XXII. ſub tit. *acceſſionum ad juſtitias Lubecenſes* exhibui *e*). Ipſe codex repertus eſt quondam Oldenburgi in ædicula templo vicina, qua & hodie codices nonnulli & libri antiqui cuſtodiuntur. Uſi eodem ſunt Burgenſes Gromitziæ & Grubæ civitatis Oldenburgi Wagriæ vicini, nec dubito quin in aliis codicibus latinis poſt a. 1270. conſcriptis hæc ſupplementa exſtent. Quintus eſt inſignis codex ALBERTI *de* BARDOVIC *f*) an. 1294.

Argumenta pro Codice latino.

Pro Codice Germanico.

Tertius Codex a. 1254.

& 1262.

Quartus a. 1270.

V. a. 1294.

---

dicta civitas INTEGRALITER IPSO JURE *utatur, quod civitas Lubeck* VERUM *eſſe dixerit ſive* JUSTUM. Ceterum facile largior non unum eundemque ubique eſſe vocis juſtitiarum ſignificatum in antiquis chartis atque monumentis, paſſim enim ſumitur pro juribus regalibus *in charta* 1189. 1192. *apud* MEICHELBECK *Chron. Friſ. T. I. p.* 380. SCHANNAT. *vind. litter. Col. II. p.* 126. aliquando pro terminis jurisdictionis civilis & municipalis in chartis apud RICCIUM *hiſt. Stat. p* 169. *&* MIRÆUM *donat. Belg. c.* 108. iterumque pro judicio & ſententia judiciali in diplomatario *Raceburgenſi T. II. Monum. ad a.* 1217. & apud GRUPEN *diſceptat. forenſ. p.* 689 paſſim pro norma juris, quem ſignificatum prodit *diploma Johannis comitis Holſatiæ a* 1317: *Dantes etiam civitati Kyl eandem menſuram dictam Matten &* JUSTITIAM *ſervandam in noſtro novo molendino & parvo & molendino Koberch, quas civitas Lubecenſis in ſuis molendinis poſſidet & reſervat; item damus eidem civitati noſtræ* KYL LIBERUM JUS LUBECENSE, *quale civitas Lubecenſis utitur in ſua civitate. Approbantes & confirmantes omnes libertates, litteras & privilegia ſibi a nobis & noſtris progenitoribus & Anteceſſoribus datas & confirmatas. Item quia Conſules ſub conſueto juramento ad* JUSTITIAM NOSTRAM *noſtræque civitatis exequendam ſpecialiter obligantur, eis damus perpetue autoritatem inſtituendi & deſtituendi Advocatum præſidendum judicio in civitate noſtra, quemcunque noverint idoneum & expeditum. Nos etiam nec turrim in caſtro, nec pontem de caſtro, nec aliqua ædificia nova extra civitatem vel intra in præjudicium civitatis dudum dictæ ædificare & conſtruere volumus nec debemus, item ab omni damno, ſi quid noſtra civitas ob homagium & jus fidelitatis nobis factum inciderit, debemus reddere indemnem & ſolutam; volentes omnem* JUSTITIAM, *commodum & honorem ejusdem civitatis & omnium eorum inhabitantium meliorare.*

cc) NETTELBLAD *de font. jur. Lubec. p. 48.*

Teſtimonia de Codice Livonico.

d) Teſte HARTKNOCHIO *antiqu. Poruſſ. diſſert. 17. §. 7. p. 372. & in notis ad Duisburgi chron. Poruſſ. p. 101.* Proœmium codici præfixum exhibuit SIBRANDUS *jure publ. Lub. P. I. Sect. X. n 3 p. 107.: In deme Jahre unſes Heren M.CC. LIIII. do* LETHEN *de Heren unde Rathmanne toſamende ſeyyven* JURA *umme ſunderlicker Bede willen ever Vrunde, alſe des ehrlicken Meiſters unde Brödere des Düdeſchen Ordens van Lyffland cet.* Fallit igitur REYHERUS *hiſt. jur. p. 347.* contendens, anno demum 1258. codicem conſignatum fuiſſe ordinique Teutonico Livoniæque civitatibus transmiſſum.

Acceſſiones juſtitiarum Lubecenſium. Elogium Alberti de Bardovic.

e) Quas acceſſiones Senatus Lubecenſis cum civitate Kilonienſi communicavit teſte *Aſſmo* BREMERO, *conſule Kilonienſi*, qui easdem *chronico ſuo MSC. Kilonienſi* inſeruit.

f) ALBERTUS *de* BARDOVIC fruſtra ſalutatur DUX *de Bardowyck* a MÖLLERO *Iſagog. ad hiſtor. Cimbr. P. III.* BRUNQUELLIO *hiſtor. jur. Lib II. c. 7. &* GIESEBERTO *præfat. peric. ſtatut. voce Lubeca:* Ubi eaque minus recte eundem laudat *conditorem juris Lubecenſis a.* 1292. Conſtat abunde ideque faſtorum conſularium teſtatum eſt, Albertum de Bardovic munus primarii ſcribæ ſeu Cancellarii, Senatoris & Conſulis ſub *Sec. XIII.* finem obiiſſe. Nec dubitandum eſt, quin ipſa Bardovicenſium familia gentilitia ex Bardovico oriunda fortunarum lariumque ſedes ex ruinis patriæ tranſtulerit Lubecam jam tum a primis civitatis temporibus. Non ſolum in catalogo conſulum Lubecenſium comparent Alberti præceſſores *Lſykus* von Bardovic, *Ebnerus, Henricus, Daniel, Goſchalcus, Gerhardus, Marquardus de Bardowyck;* ſed & in membranis diplomaticis fre-

1294. *g*) in vernacula consignatus, superstes & reconditus hodie Lubecæ in loco, monumentis quibusdam litterariis destinato, vulgo *die Wette*. Ipse codex qui cum *Burgensi* FEMARIÆ & WILSTRIENSI *Stormariæ* adhuc obviis coincidit, articulis 256. absolvitur, subjunctis indicibus duobus, altero perfecto, altero imperfecto & in recensendis articulis a 1. usque ad 241. art. tantum occupato. Sequuntur ex repetita prælectione denuo articuli 242. 243. 244. recentiori literarum ductu descripti, quos excipiunt ordinatio de *jure humulariorum*, de jure *venditorum salis*, Henrici Leonis *ordinatio de a. 1158.* juramentum *Senatorum* & constitutio *de re frumentaria*. Exemplum codicis possedit quondam *Jacobus* CHRISTIANI academiæ Gryphicæ Secretarius, referente HELWIGIO *de non usu juris Lubec. in Pomeran. §. 10. p. 10.* servat & Musa mea apographum ex Bardoviciano autentico, nitidissimis litterarum ductibus exarato & rubeis coloribus distincto. Adhærent quædam ordinationes & series Consulum ab a. 1158. usque ad a. 1294 Sexto loco nominandus est codex *Chiloniensis* an. 1337. *b*) vernacule scriptus in membra- *VI. a. 1337.*
nis formæ quartæ; constat foliis 45. & continet articulos 216. absque duobus ultimis, quos recentioris ævi litteris nonnemo adscripsit, qui etiam in calce hæc verba adjecit: *Anno Domini 1337. in crastino b. Gertrudis universitas consulum ex communi consensu & deliberato animo fecerunt istam constitutionem &* ARBITRIUM. Sponte patet hæc verba non ita accipienda esse, ac si Consules novum plane codicem novaque codicis argumenta a. 1337. constituerint; ipsa enim inspectio docet, quod codex iste majorem ætatem ferat, curaque consulum Lubecensium conscriptus saltem sit an 1337. descriptus sine dubio ex codice vernaculo a. 1240. cum quo usque ad articulum 216. quoad ordinem & singula argumenta exacte convenit, exceptis articulis pauculis vel omissis vel mutatis, & duobus articulis 102. *von der Closter varth* & 214. *von Saken de der Rathmanne entwerth* additis. Codicis hujus exemplar petentibus Oldesloensibus a. 1400. transmissum est; autographum vero hodieque in curia Kilonensi adservatur. Septimus codex a. 1348. *i*) *VII. a. 1348.*
scriptus est cura consulis *Tidermanni* GUSTROVII. Quoad rerum argumenta coincidit cum codice anni 1294; in articulorum tamen serie differt ab eodem & a codice a. 1240. Autenticum exemplar hodie ipsi Lubecenses desiderant, olim tamen illud laudarunt LANGIUS *l. c.* & ISELHORSTIUS *civitatis Lubecensis Protonotarius*, qui folio primo codicis anni 1294. hæc adscripsit: *Eben ein solch alt* Statuten-*Buch ist gefunden worden in der Lade auf den langen Hause* (Langius refert *in der Wette*) *woselbst der* Pastor-*Eyd pflegt geschworen werden, das ist geschrieben auf Pergament A. C. 1348. und ist diesen allerdings gleich, nur dass die* Statuten *nicht in der Ordnung stehen wie allhier, und ist von den Zollen etwas darinn verzeichnet, wie viel man zu der Zeit zu Zoll genommen.* Apographum latet in scriniis *VIII. Codex*
Mellianis meisque. Octavus est *Mauritianus* ab ipso possessore *in introd. ad prax. §. 22.* *Mauritianus.*
recensitus, distinctus in duas partes, quarum altera nomine *des Oberrechtens* venit absolutus articulis 386; altera paucioribus constans inscripta est *van dem Niederrechte*. No- *IX. Codex*
nus erit *Hoffmannianus* conspirans cum speculo Saxonico, articulos 271. referens, finitus *Hoffmanni.*
a scriptore his argutiis: *Si finis bonus est totum laudabile tunc est.* Ipsum codicem b. Hofmannus recensuit in *programmate de antiquo quodam juris Lubicensis codice*. Decimum *X. de 1541.*
nomino, quem in castro monasterii ordinis Prædicatorum apud Lubecenses an. 1541. *k*) con-

---

frequens *Bardovicorum* est memoria e. c. *Joannis de Bardowyck* consulis Lubicensis *in dipl. de a.* 1173. apud RUDIMANNUM *in Palæo-Marchia T. I. p. 61. & virum celeberr.* JO. DAN. GRUBERUM *Orig. Livonicis p. 203*: Henrici & Volmari de Bardovic *in charta a.* 1230. *in monument. inedit. T. II. p. 205* Johannis *de Bardowyck* in diplom. *de* 1278. producto *in der gründlichen Nachricht von der a.* 1359. *verpfändeten advocatia Mollensi in append. n. 76. p.* 274: Cnuti *de Bardovic* in Friderici I. Imp. codicillis *a* 1188. *apud* LUNIG *archiv. Imper. Part. spec. contin. IV. p.* 1330. Plura dabit aliquando JACOBUS *a* MELLE in opere genealogico heraldico familiarum Lubecensium, quod MSCtum laudat SEELENIUS *Athen. Lubec. P. IV. p.* 626.

g) Æram hujus codicis ad *a.* 1292. frustra referunt GIESEBERTUS, WERLHOFFIUS, HOFFMANNUS, MOLLERUS, ARPIUS, RICCIUS & ANDREAS LANGIUS, JCtus ipse Lubecensis, *introd. ad notitiam L. L. naut. c. IX.* Quem quidem aliud edocere poterat inspectio ipsa & formula Codicis finalis: *In deme nhamen der billigen Drevoldigheit van Godes bort over dusent unde twe hundert unde veere und negentich Jaar leet dit buch schriven her Albrecht van* BARDEVICH *to des Stades behoff: bi desen tiden was Borghemester des Stades to Lubeck herr Hinrich* BENCKE *unde Bernart van* KUSVELDE, *in desen tiden waren Kemmere des Stades herr Johann de Olde, Brun von Warendorp.* *Errores communes.*

h) Non quod tum demum Kilonienses codicem juris Lubicensis impetrarint, sed quod, consumtis antiquis codicibus, exemplar autenticum a Lubecensibus repetitum iverint. Sine dubio enim usque ad a. 1337 codicibus a. 1232. 1240. & 1294. scriptis, usi sunt, ut inde HARTWICUS *de* BRAMSTEEDE, *Proconsul olim Kilensis, in Schedis MSCt. a.* 1341. Deo gratias decernat pro restituta curia & justitia *Lubecensi.*

i) Expungendum est sphalma *in dissert. de orig. & fontib. jur. Lub. p. 35.* ubi annus 1348. legi debet pro anno 1328.

k) Ætatem codicis produnt verba circa finem des Oberrechtens adjecta: *Dyt Boeck is vollenbracht unde geschreven*

conſcribi curavit SKOELERUS *Senator Lubecenſis.* Codicis hujus oeconomiam, partes & argumenta ipſe index præfixus indicat: *In deſſen Boecke findeſt du, int erſte dat nedderſte Rechte boeck deſſer Stadt Lubeck* (articulis 103.) *tom andern dat hoge Rechte Boeck deſſer Stadt* (articulis 359.) *tom drüdden dat See effte Water-Recht* (articulis 72.). Quo ipſo patet, hunc quidem a codice Mauritiano eſſe diverſum & longe recentiorem. Undecimum laudo codicem *Dornianum* ſine anno, quem allegavit LANGIUS *d. l. c. IX.* ubi illum cum codicibus annorum 1294. & 1348. unum eſſe eundemque retulit. Sed ipſa lectio errorem manifeſtat. Nec enim Langius unquam ipſum codicem anni 1294. inſpexit, a quo Dornianus, tum in ordine, tum in argumentis, multiplicia divortia facit. Duodecimus codex eſt novioris ſæculi partus a. 1580. exaratus, continens articulos 254. ſub hac inſcriptione: *Statuta oder burgerlicke Rechts Ordnunge der Kayſerlichen freyen Reichs Stadt Lübeck deſcripta a. 1580. Menſe Majo.* Coincidit plane cum codice Bardeviciano a. 1294. quo tamen inſtructior eſt duobus articulis 255. & 256. *l).* Tertium & decimum tandem dixeris *Dietzianum*, impreſſum a. 1509. *ll)* quem excepit emendatior & auctior codex *Kollianus m)*, comprehendens quatuor partes, titulos XL. & articulos 216. *Hamburgi a. 1586.* excuſus, & inſcriptus: *Ein Rechtbuch darinn die Artickul, ſo man Lübſch recht nennet, und in manuſcriptis exemplaribus gefunden, nicht allein in bequeme ordenung gebracht, ſondern auch das Kayſerliche, Sæchſiſche und Göttliche Recht zugleich mit eingeführet und angezogen werden.* Præfixit editor literas Crempæ eod. a. datas, quibus librum dicavit Conſulibus Senatuique civitatum Holſaticarum, additis binis rationibus, quod civitates illæ Themide Lubecenſi donatæ ſint ac in ipſa ordinatione judiciali Holſatica jubeantur aſſervare in curiis codicem juris Lubecenſis plenæ fidei ac curatæ lectionis. Uſus, quem præſtant codices veteres juris Lubecenſis, multiplex eſt & copioſus. Non ſolum enim ipſi ſæpius argumenta recentiorum codicum ex rationibus & principiis avitis recte & explanate interpretantur, obſcura exponunt, dubia ad certitudinem & praxin revocant; ſed etiam antiquioris ævi argumentis hiſtoricis, antiquitatibus, conſuetudinibus & legibus Germanorum veteris mediique ævi dilucidandis conducunt, patriæque jurisprudentiæ cum explicandæ tum applicandæ hodieque lucem ubique foenerantur in ſcholis ac foris. Nolo cauſam exemplis ex hiſtoria & lectione Legum Germanicarum petitis illuſtrare; præſtabit forte illam inſtruere vel tribus argumentis forenſibus. Primum repetitum eſt ex *Parte II. juris Lub. Tit. I. art. 10.* quo reprobantur teſtamenta reciproca ſeu diſpoſitiones in uno eodemque codice conjunctim factæ, quibus conjuges ſe mutuo hæredes nominant, ac, ambobus deinde defunctis, hæredes & legatarios conſtituunt, quos volunt in bonorum poſſeſſionibus ſucceſſores. Quæſtio inde enata eſt: Sortiaturne hæc juris Lubecenſis recentioris diſpoſitio prohibitiva in curiis Kilonienſi, Roſtochienſi, aliisque civitatibus Holſaticis, Pomeranicis & Megapolitanis effectum & valorem? Res facile conficitur ex formula juris Lubecenſis, recepti quidem in laudatis civitatibus in ſupplementum Legum & conſuetudinum patriarum, ſed non abrogatis moribus atavitis nec proſcriptis inſtitutis domeſticis & obſervantiis judicialibus in jure veteri legali vel conſuetudinario patrio jam definitis. Conſtat vero & inter cauſas numeratur teſtatiſſimas, quod reciproca teſtamenta diutius ante ipſius juris Lubecenſis recentioris ætatem invaluerint, obtinuerintque ubique valorem, ipſis avitis moribus Germanorum innixum. De majoribus noſtris *Anglis & Saxonibus* conſtat, illos integritati conjugum & æquiſſimis arctitudinis & communionis conjugalis rationibus conſona judicaſſe pacta ſucceſſoria & teſtamenta reciproca, absque Romanis ſolemnitatibus ita condita, ut vel unus vel duo teſtes adhibiti fuerint vel alibi conſtiterit de rei veritate. Laudant has juris naturalis regulas ab Anglo Saxonibus noſtratibus in Britanniam invectas HICKESIUS *diſſert. epiſtolari ad Schowerum, theſauro antiquit. Sept. præmiſſa*

XI. Dornianus.

XII. a. 1580.

XIII. a. 1509.

XIV. a. 1586.

Uſus Codicum veterum univerſim.

Speciatim in argumento de valore teſtamenti reciproci apud Kilonienſes.

Olim apud Cimbros & Saxones Sec. IX. X.

---

ven Anno Domini Duſent vyfthundert unde XLI. Jar tor BORCH *int cloſter, und hefft ſreven laten de Ehrſame vorſichtige myſe Herr, Herr* HINRICH SKOELER *daſulveſt im Jahre Richtere:* & in ipſo calce: *Scriptum in caſtro monaſterii Prædicatorum in* LUBECA *a. Domini 1541.*

l) Sed in Orthographia vocum & in inſcriptionibus articulorum lectiones ſubinde variant. In codice enim a. 1580. dialectus eſt luculentior, recentior, & inſcriptiones ſunt inſtructiores.

ll) De quo vide SEELEN *Nachricht von der Buchdruck. zu Lübeck p. 44.* & *D.* NETTELBLADT *diſſert. de portione ſtatutar. p 15.* ubi addit: *hoc codice uti civitatem Wolgaſtenſem.*

m) Ad Vandalicarum enim civitatum, quæ jus Lubecenſe receperant, inſtantias & ad ſopiendas juris ipſius incertitudines *Senatus Lubecenſis a. 1582.* codicem juris revidendum & emendandum detulerunt curæ *Jo.* LUDINGSHAUSENII, SCHEINII, STIETENII. Antevertit huic labori JO. KOLLIUS *a.* 1586. vel induſtria, vel quam vulgo crepant, invidia in *Scheimium* excitatus. Non obſtitit tamen Kollii conatus, quin laudati Triumviri coeptum filum ad coronidem uſque pertexerent; a. 1586. quo prodiit *Lubecæ* ſtanno Balhorniano jus Lub. reviſum & emendatum patrio & latino ſermone, utroque authentico; recuſum ſæpius *Stetini* eodem *a.* 1586. 1594. 1595. *Lubecæ a.* 1595. 1608. 1614. 1616. 1644. 1655. 1657. 1687. 1708. 1726. 1728. & 1739. *Glückſtadii a.* 1708. 1729. *Ulmæ* 1717. *in corpore juris Burgermeiſteriano.*

missa p. 50. JO. SELDENUS *in tract at: The originall of eccleſiaſticall jurisdiction of teſtaments f. 7.* HENR. SPELMANNUS *in reliqu. Spelmannian. p. 130.* Quid? quod GUIL. LAMBARDUS & poſt illum HICKESIUS ex Sec. X. produxerint teſtamentum reciprocum inter *Bithricum* Anglo-Saxonem & conjugem ejus *Ælfswitham* conditum, quod integrum Anglo-Saxonice & latine ſcriptum exſtat *c. l. p. 51. 52. 53.* Nec deſunt antiquiora aliaque plura exempla, ſi vel conſulueris *formulas Marculphi cap. LXXI.* ſub titulo: *Qualiter in uno volumine viri & uxoris teſtamentum condatur:* Formulas *Allemannor. apud* GOLDASTUM *S. R. All. T. II. P. I. n. 13. form. Marculph. 48. 49. 50. Sirmondic. 14. apud* BALUTZIUM *Tom. II. Capitul. rer. Franc.* ut & diplomata *Sec. XII. XIII.* apud FALCKENSTEINIUM *antiquit. Nordgav. p. 52. 173.* LUDEWIG *T. IV. reliqu. p. 62.* Quo ipſo vetuſto more vixerunt oppida & civitates Holſatiæ jam tum Sec. XI. XII. XIII. teſtantibus formulis teſtamentorum reciprocorum minus ſolemnium, quarum *de a. 1200. 1214. 1230. 1264. 1328. 1343. 1451. 1535. 1581. 1613.* copioſus ſupereſt in tabulario Kilonienſi apparatus *a*). Conſequitur inde, quod contraria juris Lubicenſis recentioris diſpoſitio uſui avito oppoſita, deſtituta ſit forenſi indole & obligandi ratione apud Holſatos, quos jus Lubecenſe non obligat vi jurisdictionis vel ex nomotheſia, ſed ex receptu & introductione in ſubſidium Legum morumque deficientium. Accedit, quod Kilonienſes & Holſati mox uti coeperint primis juris Lubecenſis codicibus *a. 1233. 1240. 1243.* exaratis, in quibus ne veſtigium quidem prohibiti teſtamenti reciproci reperitur, manifeſto indicio, quod ea novella ſanctio demum inſerta ſit noviſſimis & reviſis juris Lubecenſis compilationibus una cum aliis capitibus, ſtatui & indoli Lubecæ peculiariter accommodatis *b*) adeoque alibi vel haud applicandis vel non receptis in Holſatiæ civitatibus. Quæ cum Pomeranicis & Megapolitanis ipſo judice MEVIO *ad d. art. n. 60.* morum patriorum tenaciores ſunt & obſervantiſſimæ. Hinc recte nuper in cauſa teſtamenti reciproci inter cives *H. H. & D. ac conſortes* controverſa, Senatus Kilonienſis pro uſu ac validitate *teſtamentifactionis reciprocæ* judicavit. Quæ ſententia appellationis modo devoluta ad Cancellariam Ducalem non attentis reſponſis Facultatum Juridicarum contrariis, confirmata, & inde obtenta reviſione a Senatu intimo a. 1738. ſtabilita eſt ac definita. Aliud argumentum occurrit *L. I. Jur. Lub. Tit. X. art. 3. L. III.* ubi agitur de reſignatione rerum immobilium judiciali ejusque effectu, qui eſt pleniſſima translatio dominii civilis. Ipſum hoc inſtitutum non demum cum jure Lubecenſi invaluiſſe, ſed ex moribus antiquis Saxonum & Cimbrorum natum, antea diutius viguiſſe, abunde conſtat tum ex Legibus veterum Germanorum populorumque ſeptentrionalium quas alibi citavi, tum ex antiquis tabulis reſignationum & ſcotationum Holſaticarum & Cimbricarum, quarum quædam de annis 1106. 1180 1124. exſcriptæ exſtant in *diplomatario Bordisholmenſi n. 112. 138. 166. 230. 290. 297. 364.* Plures vero ſunt, qui opinionibus & declarationibus Doctorum abrepti, a recta via deflectunt & hoc juris argumentum ita explicare ſatagunt, ut vel in ſolius venditoris favorem reſignationem judicialem inventam fuiſſe exiſtimaveris. Statuunt enim ante reſignationem coram Senatu factam necquiquam juris & dominii in emtorem transferri, adeo ut venditori liceat eſſe ita felici, ut, ſi e re ſua eſſe duxerit, obmota *exceptione nondum factæ reſignationis hinc nondum translati dominii*, repellere poſſit emtorem ab inito contractu. Verior omnino, & ipſis antiquis Saxonum inſtitutis convenientior eſt ſententia illorum, qui ſaltim hanc exceptionem vindicant extraneis ſeu tertiis aliis, quibus vel jus in re vel ad rem legitime competit. Venditor vero utrique valedixit finito alienationis ſeu venditionis negotio pactitio, quo vel accedente adjudicatione extrajudiciali in emtorem tranſiit dominium corporale *c*) ſeu naturale, hoc eſt proprietatem rei & jus reale in re divendita.

Anglo-Sax.

Holſatos.

Aliud exemplum in reſignatione judiciali.

Cujus nondum factæ exceptio non competit venditori ſed tertiis.

Salva

---

a) Unum alterumve adpono: *Ego Lubbertus hic Kiliæ de platea Danorum reſigno poſt mortem meam uxori meæ Mettæ omnem ſubſtantiam meam & hereditatem jure hereditario poſſidendam; Et ego Metta e contra marito meo Lubberthо in hunc modum ſibi reſigno poſt mortem meam omnem hereditatem meam poſſidendam* a. 1230. Aliud exemplum a. 1264: *Ego Johannes dictus Uſurarius omnem meam bonorum ſubſtantiam, quam poſſideo, meæ domeſticæ Abele libere reſigno. E contra ego dicta Abele marito meo ſimiliter meam ſubſtantiam libere reſigno exceptis meis propriis veſtibus, quas excipio, & in meo ſit arbitrio, cui donare volui.*

Formulæ teſtamenti reciproci Sec. XIII.

b) Pertinent huc *art. 9. Tit. XII. Lib. III. de ædificiis, privilegium appellationis ad cameram* & totus *lib. VI. nauticus*, aliaque multa capita de quorum receptione fruſtra quæritur.

c) A GROTIO *de J. B. & P. L. II. c. 12. §* 15. vocatur dominium ſimpliciſſimum, jure naturali innixum. Unde ad commenta juris mere civilis retulit doctrinam æquitati naturali parum conſonam, quod commoda & periculum rei venditæ ſed nondum traditæ ad *emtorem*, dominium vero interea ad *venditorem* pertineat. Quaſi demum traditione rei acquiratur dominium, quod acquiritur tranſitque cum jure in ipſa re, de cujus facta translatione vere conſtat ex aperta voluntate facto pactoque venditoris, qui inita voluntaria venditione tum re ſua, tum jure ſuo, quod in re habuerat, ſe abdixit & utrumque in emtorem transtulit. Unde nonnulli hoc dominium corporale, reale, alii etiam *civile minus plenum* vocare ſatagunt, utpote plenis dominii civilis

Grotii deſcriptio dominii naturalis.

Salva itaque bona fide venditor obmovere nequit exceptionem, ad quam removendam, urgente Magiſtratu vel emtore, ipſe obligatur. Requirunt enim jura vetuſta & recentiora, ut venditorem oporteat præſtare in mallo *Selandiam*, traditionem judicialem, teſtantibus diplomatibus alibi adductis *d*) & ipſo jure *Lubecenſi antiquo a. 1240. art. 17. h. l. p. 641. & recenti L. III. Tit. 6. artic. 1. 2. Provinciali Saxon. L. I. art. 9.* Nec eſt, ut Doctores decreta juris Romani comminiſcantur, quæ ad transferenda rerum dominia traditionem vel uſucapionem requirunt; hæc enim juris Romani arbitria ignorant Germani, qui æquitatem naturalem ſequuntur ac conſenſualia negotia cum effectu celebrare datamque ſemel fidem Germanicam ingenue exequi ſueverunt. Nec ipſi quidem Romani traditionis ſolemnia ad derivandum dominium neceſſaria exiſtimarunt in venditione, quæ facta fuit lege, vel a judice vel in adjudicatione. Quid? quod moribus *Holſaticis* ipſam venditionem rerum immobilium mutuo conſenſu vel licitatione publica e ſuggeſtu abſolutam mox inſequantur extrajudicialis adjudicatio, pretii ſolutio vel in curia depoſitio, rei traditio ac poſſeſſio. Oppido itaque incongruum & doloſum foret, venditori titulo agendi omni deſtituto vel ejus creditoribus indulgere facultatem, emtorem, qui fidem ipſius ſecutus eſt, & quam ipſe dederat, omnem explevit, exuendi denuo pro lubitu jure ſuo reali ſeu proprietate naturali, quin hanc revocandi *exceptione neglectæ* RESIGNATIONIS *e*), quæ

Ad reſignationem obligatur venditor ipſo jure.

civilis ac directi effectibus adhuc deſtitutum. Nec errare puto illos, qui dixerint, dominium *naturale* eſſe *juris privati*, civile vero ſeu *effectus dominii civiles* eſſe juris publici h. e. *populici* ſeu juris civitatis communis. Conſentiunt HUBERUS *Digreſſ. P. I. L. IV. c. 7. p. 253.* SCHILTER *Exercit. XXX. §. 105.* SCHULTINGIUS *Jurispr. Antejuſt. p 473.* WERNHERUS *Elem. juris nat. c. 14. §. 50.* GRIBNERUS *princip. jurisprud. nat. L. IV. c. 5. § 3.* Conſenſum Legum Holſaticarum ſpeciatim Neomonaſterienſium vide infra.

Probatio ex diplomatibus.

d) *T. II. Monument. inedit. p. 232. ad a.* 1362: *Et proteſtamur, nos noſtrosque heredes emtorem disbrigare velle &* DEBERE *pleniſſima via juris, &* AD HOC *omnem cautionem, quæ quomodolibet de* JURE *vel* CONSVETUDINE *requiri poteſt ac reſignationem prædictorum* CORAM DOMINIS TERRARUM *nec non Zelandiam & Warandiam coram plebe facere* DEBERE. Et ad a. 1293. p. 289. *In dieſeme Gude* SCAL (venditor) *vorbenömed unde ſiner rechten Erven deſen Herren van deme Bardesholm* (emtoribus) *edder meine ſe dat van ever wegen hebben willen uplaten enen fryen* ERFF - ZELEN *unde ward to entfryende unde to warende Jahr und Dach, unde alſe in dem Lande en Recht is.* Adde documenta citata in præfat. *ad Tom. II. p.* 21. 22. Accedunt leges veterum Germanorum *Salica Tit 48.* Ripuaria, capitularia, formulæ Marculphi *Lib. III. F.* 21. 52 ex quibus patet ipſum emtorem, renitente venditore, inveſtituram judicialem a Magiſtratu ſuo potuiſſe requirere: *Si vero venditor in placito fidem legitimo factam ſolvere noluerit, tunc emtor cui fides facta eſt ambulet ad comitem* (judicem) *loci, in cujus pago manet, accipiatque feſtucam & dicat: Grafio rogo te, quia ille homo qui mihi fidem fecit & quem legitime habeo* ADMALLATUM *ſecundum Legem Salicam, quod ſecurus mittam mannum in bona fortunamque ipſius.* Quod hoc loco dicitur de fide a venditore *admallata* ſeu in placito vel judicio legitimo data, id legibus convenit *Cimbrorum*, ſpeciatim *juri* JUTICO *L. I. c. 34.* quo requiritur, ut emtionem venditionem præcedat annunciatio ſeu oblatio rei vendendæ judicialis, ne illa fiat inſciis proximis hæredibus. Cimbris hæc oblatio dicitur *Lagbietung, Lawbut: De Bonde mach ſyn egen Land verköpen wenn he will, ſo he idt drey Dingedage, ſinen nægſten Fründen Law bütt; dat vedderlicke Erve ſchall men des Vadern Fründen, dat möderlicke der Fruwen Fründen anbeden, verkofde* (al. verſchötede) *he ock er und to vorne, he id Recht Law baden hefft, ſo mögen idt ſine nægſten Fründe byſpreken wide den Koep thorügge driven unde he hefft darmede verbraken 3. Marck an den Bonden, und 3. Marck an den König unde ſecht he de dat Land verkofft hefft dat idt Law baden was, ſo were he ſick ſülo twölffe mit ſinem Rechte.* Hodie abſoluto emtionis venditionis pacto vel translata poſt factam licitationem domo in proprietatem emtoris, mox ſcribi ſolent vel appunctuatio, vel ipſe contractus, in quibus expreſſis verbis venditor ſe obligat emtori *ad dandam acceleranda*mque *reſignationem judicialem*, cujus formulam vide infra.

Et Legibus.

Reſignatio fit Magiſtratui.

e) Vulgo ubique reſignatio judicialis, quæ etiam *apertura, abdicatio, renunciatio, dimiſſio,* & *redditio judicialis* dicitur, confunditur cum traditione & inveſtitura judiciali. Quamvis enim omnes tres connexæ invicem ſibi ſint, & traditio ac inveſtitura Magiſtratus uno actu inſequantur factam reſignationem; hæc tamen indole ſua & ratione diverſa eſt a binis ceteris. Reſignatio enim a venditore præſtatur præcipue judicio hoc eſt *Magiſtratui rei ſitæ ſeu competenti*, a quo olim ipſe emtor *civiles rei emtæ*, nunc venditæ, *effectus* recognoverat acceperatque. Ratio eſt, quia Magiſtratus civitatum germanicarum a primis fere civitatum originibus inſtructi fuerunt dominio feodali quodam directo in fundos civitatenſes, quod nec hodie prorſus evanuit, certe effectus ſuos haud perdidit, de quibus infra. Ipſa igitur reſignatio actus erat, quo venditor factam in emtorem rei ſuæ hujusque dominii realis translationem judicialiter recognoſcens, dominium civile, quod a Magiſtratu acceperat, eidem reſtituit, ut illud in novum rei dominum transferat, eumque in proprietate ſua tum corporali tum civili judicialiter *inveſtiat ſeu confirmet*. Inde eſt, quod huic actui reſignationis olim plerumque acceſſerit præſtatio cautionis ſeu Warandiæ judicialis, qua venditor, juxta terræ conſvetudinem, coram ipſis Dominis inveſtientibus præſente concione plebis & teſtium ſe obligatum agnovit ad rem evincendam emtori contra quoscunque, excepto *Domino territoriali*. Quæ formula ſæpius occurrit in laudatis diplomatibus, quæ plerumque ideo conjungunt SELE & WARE, *Selandiam & Warandiam*. Non ſolum vero hæc reſignatio verbis declarabatur, ſed etiam ex more veterum Germanorum olim tum ruri, tum in civitatibus peragebatur *Symbolo quodam interveniente*, quod, quum conjiciebatur in *manum* vel *pallium* vel *ſinum* Magiſtratus, ritui huic generatim nomen indidit apud Teutones antiquos LAISOWERPITIONIS, & apud Gothos, Svecos, Danos, Cimbros SKOTLÆGGIÆ, *Schoſilegung*, SKIODE *ſ. Scotationis*, uti fuſius explicui *in præfatione ad Tom. II.* Cum vero iſta Symbola præcipue conſtiterint in feſtuca, fuſte, baculo, ramo arborum, glebis, tumulis terræ ſeu ceſpitibus, hinc enata ſunt nomina EFFESTUCATIONIS, ADRHAMITIONIS, Cimbris & Septentrionalibus GRUNDSKIÖDE, HIEMELSKÖDE h. e. ſcotatio per ceſpitem vel glebam facta, STEFFENSKOTE h. e. TRADITIO terræ, vel *ſcotatio* SELLIONE h. e. terræ tumulo ſeu ceſpite declarata, uti fuſius dixi *in*

Ratio hiſtorica & judicialis.

Ejus ſymbola nomina & ritus.

præ-

præfat. ad Tom. II. & facile explanatius illustrari poterit ex JO. HEUMANNI *commentatione de Salmannis* §. 2. Aliquando tamen hæc symbola, præsidente Magistratu, data sunt in manus adsistentium seu *testium*, aliquando etiam brevi manu statim oblata *ipsi emtori*, qui vel ipsa attigit, vel mox a Magistratu accepturus traditionem & investituram judicialem, manu tenuit. Finitum enim resignationis judicialis negotium ritumque insecuta est *traditio judicialis* qua Magistratus restitutum seu resignatum a venditore dominium judiciale seu civile contulit in emtorem, quem ipse novum dominum civilem agnovit declaravitque verbis & factis, ritu etiam olim interveniente. Symbolum enim, quod Magistratus acceperat a venditore, mox ipsi emtori *tradebat*, vel obtulit emtori saltim, ut illud *tangeret*, aliquando etiam ut *frangeret* festucam, vel eandem adservaret vel judici in recognitionem dominii directi *retraderet*. Sæpe vero olim symbolum, ipsis litteris contractuum præcipue iis, quæ cum ecclesiis ac monasteriis initæ erant, *innectebatur*; aliquando vero a Magistratu vel judice investiente Symbolum haud porrigebatur emtori, sed ab ipso *frangebatur* vel *adservabatur* in ipsis archivis & tabulariis. Jurisprudentia enim & consuetudines symbolicæ mire variant, præcipue in hoc frequentissimo negotio, cujus varios ritus recensui ex ipsis chartis antiquis *d. l.* Addo ex *Jo.* MABILLONII *T. IV. actorum S. Ord. Bened. in vita Furadi Abbatis n. 19* quod in chartophylacio Sandyonisiano complures chartæ reperiantur, in quarum imis limbis intextæ sunt festucæ vel pusilla ligni fragmenta. Idem testantur WENDELINUS *d. l.* asserens, *quod glebæ cum suis fistucis aliquando sine contractibus literalibus in memoriam rei gestæ, multis in ecclesiis serventur, conspicianturque Nivellæ & alibi justæ magnitudinis forma quadrata vel laterculari.* Antiquissimo enim ævo prædia, data saltim arrha vel manu stipulata, nudis verbis ac symbolis sine scriptura in alios translata fuisse testatissimum est. In charta Roberti Lingonensis Episcopi apud PERARDUM *p.* 200. occurrit hæc formula: *Dominus Hugo præsens aderat dum hanc donationem* (venditionem) *feci dedit mihi idem Comes in testimonium hujus donationis hunc nummum qui hic dependet, ut per ipsum donationem facerem & transmitterem ecclesiæ, & in testimonium nummus iste huic chartæ appensus est.* Et charta laudata *in probatione histor. Castaneor. p.* 181: *Ego Wilhelmus dimitto medietatem Allodii S. Hilario, quam dimissionem prius feci in manu Episcopi Pictaviensis addito symbolo corrigiarum, quæ tabulis* ADSUTÆ *sunt.* Et in Tabulis Ludovici VII. ecclesiæ Santonensi datis a. 1140: *Nos igitur Tibi concedimus prædia vendita, quæ Tibi confirmamus Regia autoritate & cum* BACULO *pagina præsenti* INSUTO, *per nuntium tuum te investimus.* De Symbolis, ne furto subripiantur, fractis testatur *Wilh.* MALMESBURIENSIS *L. II. de gestis Anglor. C. VIII: Eundemque lituum* (*baculum*) *auro decoratum super altare positum mox in sui donatoris præsentia fecit secari in medium, ne eum cuiquam dare vel vendere posset quilibet, partem ipsius servari præcepit in loco ad donationis factæ testimonium.* Aliam causam, quod symbola fracta fuerint in testimonium perfectæ abdicationis, laudat DU FRESNE *Tom. III. p.* 1523. *ex chartis tubularii S. Sergii: Et ipse Merillus & frater ejus fecerunt donum in manu Abbatis cum quodam cultello & portarunt super altare atque ibi ad testimonium fregit Merillus cultellum* Alium ritum laudat MIRÆUS *Diplomat. Belg. c.* 90. *e charta a.* 1304: *Dedit plenæ donationis jure, adhibitis ex abundanti, quæ ad solemnisationem consimilium fieri soleverunt, videlicet, quod major dicti monasterii cereus illuminatus fuit & prædictus donator cum viridi* CESPITE, *cui viridis ramus* INFIXUS *exstitit, rem obtulit super altare.* Accedunt paucula ex BLUTINGII *observationibus juris Cimbrici Obs. IX: An etlichen Orten nimmt der Verkauffer ein Stücklein von der verkaufften Erde und legt die binnen Dinges oder Gerichte dem Käuffer in die* HANDT; *an etzlichen Orten nimmt man zwey Zeugen darzu, dem legt der Verkäuffer etwas Erde in die Handt, und wann Er dem Käuffer den Eigenthumb sammbt aller daran habenden Gerechtigkeit vor Gericht verlassen hat, so legen die beyden Zeugen dem Kauffer die Erde in die Hand oder auf den Schippen oder Schoß des Rocks, Wammes oder Mantel, oder werffen die auch wohl hinter sich über die Achseln, und der Richter oder Voigt wircket einen ewigen Frieden darüber und bindet oder* BESTETTIGET *den Kauff also* FEST, *daß wer dawieder spricht der gebe der Obrigkeit* 40. *Mk. und der Kauff bleibe feste.* In civitate *Kilonienſi* olim solemnior fuit ritus traditionis glebæ in qua festuca defixa erat, qua quidem conjunctione denotata fuit venditio ædium, quarum pertinentiæ erant olim agri, prata, prædia. Constat etiam, quod venditor resignans magistratui symbolum illud obtulerit, qui illud emtori in manus tradidit in ipso actu investituræ. Apud *Slesvicenſes* loco symbolorum obtinuisse videtur solennitas cerevisiaria vulgo *Scotebier.* Quemadmodum enim contractus emtionis venditionis absolutus fuit data arrha (Gades Geld) vel obducta ab utroque contrahente in signum perfectæ alienationis potione, vulgo *Wynkop* in *Statutis Slesv. art.* 67; ita etiam scotationis judicialis actus celebratus & finitus fuit potitando, testante *libro scotationis Slesvic. MSC.* in præmissis notis: *Die dreyfache Schöte Lach-oder Lage-Bierung, Gelach und Versammbling ist so viel als ein publicum proclama, da Verkauffer oder Cedens dem Kauffer oder Cessionario auf allemannsdinge in Zeugschafft dreyer Schote Männer evictionem judicialem und wo keine Contradiction oder Beyspruch geschiehet, sogleich den Eigenthumb und Gerichtliche Adjudication verschafft. Die Tonne Schöte Bier hat vielleicht dazumahl die Eviction untersiegelt und bekräfftiget, wie vorhin der Wein Kauff gethan, an dessen Stelle anitzo nach Belieben einige Schillinge Armen-Gelder erleget werden. Die Tonne Schote Bier scheinet dem Rath und nicht den Schote Männern zugefallen seyn, weil selbige Tonnen allemahl berechnet und Einhalt dieses Buchleins in der Stadt Nutzen verbracht werden.* Et in Præfatione: *Wowohl in Stadt-Rechte nicht uthdrücklichen verfatet van Hüseren, de vorkofft to verschötende und is ock sölckes korte Jahr geschehen, wo im olden Schotel Boeke anfanglich to erseende, alse so vaken ein Hus verschötet geworden, is schlechtes men de Nahme emtoris angeteckent worden, woby stelt allene de Tonne Schötel-Bier; Ock is dar nicht uth to vornehmende, wol dem andern dat Hus verkofft edder de Schoste gegeven hefft unangemarcket, dat dar doch angelegen, dat solche verkoffte Hüser, de unverschotet, von den folgenden rechten Erven na Langheit der Tydt wedder to sick getogen werden, dat sonst swarlich und nicht to thonde, wenn ordentliche Dinges tügliche Schötinge to erwiesende; und möten vellicht de Vorfahren und Olden dar allene over geholden hebben, alse in unsern Stadt Boecke geschreven, dat idt genug darane sye, dat wedder und jegen Wyn Kop (de in Huss kopende und verkopende vortyden vele gewöhnlicker alse to disser Tydt geweest) dat Land Recht nicht gebracken wart; se hebben doch den Anfang des Capitels nicht recht angesehen, dat under den andern darinn gehörden Artickeln sind in dem Stadt-Recht alse ock Wyn-Koep, de doch vor dem* RADE *geschehen und up uphegedem* DINGE *getüget schall werden, welcker gedanen Tüchnisse des Huskopes de Schotinge tho Bekrafftigunge und* BEFESTUNG *solchs Hußkops tho folgen gebühret, do doch dat bewißlich solch verkoffte Huss ordentlich up dreen* DINGE DAGES *sie up edder Lach gebaden; sonst konde de Schötunge gelyck wy ock de Wynkoep nichtig sin, und is derhalven averuth ein nodich Dinck von Jahren tho Jahren antoteckende, sost und wohl to bewahrende, wo weme und welche Tydt de Hüser um Verkumst waterley Inrede in disser Stadt verkosst und verschotet werden.* Quicquid vero sit, olim ubique fere traditio judicialis, qua Magistratus venditæ rei immobilis civile dominium præcipue in emtorem transferre suevit, absolvebatur intervenientibus symbolis, quem actum nonnulli latiori significatu comprehendere solent sub ipsa INVESTITURA *judiciali.* Hæc vero stricte sumta traditioni demum succedit & rectius dicitur CONFIRMATIO *dominii civilis emtori traditi.* Investire enim nihil aliud est ac stabilire, germanice *befestigen*, uti patet ex *Legibus Wisigothorum L. II. Tit. 3. L. 27. Bojorum Tit XVII. L.* 2. *Longobardorum L. I. Tit. 25. L. 78. Tit. 34. L. 3. capitular IV. Tit.* 41. 45. Hæc vero fiebat hodieque fit nominatis e concione præsentium civium testibus quibusdam,

Traditio judicialis.

Ejus ritus varii.

Symbola Litteris intexta.

Fracta a Magistratu.

Ritus apud Cimbros.

Kilonienſes.

Slesvicenſes.

Investitura judicialis.

Ejus descriptio ex legibus.

quæ tamen non fit *emtori* ſed *Magiſtratui f)*, vel *exceptione nondum factæ traditionis &* INVESTITURÆ *judicialis*, quæ tamen naturale dominium non dat, ſed datum publicat & confirmat ipſo effectu civili. Solum enim commune ſeu civile dominium *g)* per traditio-

Ex uſu judiciali.

dam, dato atteſtato factæ reſignationis judicialis, apud Cimbros *Dingewinde*, *Skötebrief*, appellato. In civitatibus hodie ipſi contractus emtionis venditionis præleguntur, eorumque margini adſcribitur *teſtimonium factæ reſignationis*, quæ ipſa adnotatur in *indice judiciali*, expuncto in *cataſtro civitatis* nomine prioris Domini. Conſentit LINDENBROGIUS *in gloſſar. p.* 1494: *Veſtitura* inquit *eſt* CONFIRMATIO *teſtibus adhibitis facta.* Idem notavit AUTOR *des Schleſwigſchen-Schote-Boecks ad a.* 1529: *Hefft Peter Scriver de Arſte den hochgelahrden und Ehrbaren Matth.* OTTEN *der Kongl. Mayt. Doctor und Lief Artzten ſin Hus und Hoff, dat he von Catharina Hacken gekofft, belegen an Marckede twiſchen Berend Schniders und Herr Peter Pauli Hüſern* VERSCHOTET *und* VERLATEN, *de Schote hebben gemeldet, Jacob Wantſcher und Peter Denſen. Hier heſſe men noch man twe Schote melders gehat, dar doch alſe nu de Gebruck is, dre ſcholen weſen, ock hefft men etlicke mal ſümiger man einen gehabt, und hebben eren Nahmen wente indeſſe doch nicht recht gehat, dat men ſe Schotemelders gebeten, denn ſe melden de Schote nicht, ſündern bekrafftigen* BETÜGEN *und* BESTEDIGEN *de und werden hie alſe* TÜGE *angetecknet dat ſolcke Schotung wahrhafftig ergahn ſy und unbygeſpracken bliven ſchall by Bröcke und Pœne, ſo durch ſe in der Schotinge geſecht ward.* Et p. 26. a. 1531: *Mondages von Faſtel Avende hefft Leverens Bodeker up dem Holm ſin Hus, welches is dat Orthus als men aver he Holmer Brügge kumpt, up der Weſter ſide Detleff Brunecken von Borchwedel verſchotet und verlaten up* GEHEGEDEN DINGE; *de Schote hebben* BEFESTIGET *Peter Schriver und Hans Glaſemacker Bürgers.* Et p. 42. a. 1541: *Up Befehlig und heten Hinrich Gerdes Amtſchriver to Gottorp hefft Jürgen Goldſchmid dem Ehrſamen Ambroſius Büſſenſchmied ſin Hus und Hoffte offentlich ordentlich na Stadt-Rechte verſchotet und vorlaten, is belegen in der Torſtraten twiſchen Anne Jochims und Claus Pütters Hüſern de Schöte hebben* BEFESTIGET *grote Jürgen Peter Jenſen Hinrick Moſingk.*

Et Protocollis Scotationum.

Probatio diplomatica reſignationem fieri Magiſtratui, non emtori.

f) Facile hoc probatur ex innumeris diplomatibus, quorum ſelectiora vide in diplomatario *Raceburgenſ. T. II. n.* 50 & 54 55. 60 61. *p.* 2092. 2093 *n.* 78 *p.* 2108 in quibus frequentiſſima occurrit formula: *Nobis itaque* DOMINIS TERRÆ *fundi* VENDITOR RESIGNAVIT *villam, quæ ſibere ad nos* REDIIT *ob* DIRECTUM *dominium, & nos eandem* DIMISIMUS *ſeu contulimus* EMTORI *eodem jure* Et iterum: *manſos prædia ac villas, quas in* FEODO *a nobis* (Dominis directis) *venditor habuit, ipſe nobis* RESIGNAVIT *conſenſu* HEREDUM *& nos easdem emtori* (*donatori*) *cum* PROPRIETATE *& omni* JURE *priſtini poſſeſſoris,* PERPETUO *poſſidendas contulimus.* Concinit formula apud WENDELINUM *in gloſſar. ad L. Salic: Venditor ceſpitem tradere debet, in manus* DOMINI *ſeu* MAJORIS *quem ita alloquitur: Ego Domine Major transporto in tuas manus fundum ſitum in illo loco fateorque titulo* VENDITIONIS *pretium me recepiſſe; Major deinde* (magiſtratus) *ceſpitem tradit* EMTORI. In charta apud LOURETUM *T. II. hiſtor Bellavac. p.* 213. occurrunt verba: *Et per ſuum annulum eaſdem villas donatas, ab eccleſia poſſidendas in manu* DOMINI *Epiſcopi Bellovacenſis reddidit, qui eundem annulum ſuper altare b. Petri in catena ferrea* SUSPENDI *fecit in* MONUMENTUM *hujus redditionis.* Idem indicat charta Girardi Epiſcopi *in hiſtoria Pergamenſi T. III. p.* 325. *a.* 1175: *Prædia vero donata* REFUTAVIT *cum ligno, quod in ſuis manibus tenebat, in* MANUS DOMINI, *qui illud tradidit donatario, eamque ordinationem ſeu inveſtituram ſuper altare factam, nemo aliquo modo infringere præſumſerit.* Aperte rem produnt ſtatuta *Torgavienſia C. IV: Der Verkauffer ſoll das Haus in dem Gerichte auflaſſen und nach beſchehener Anzeige wie theuer und in welcher Geſtalt, der Kauff geſchehen den* LEHNSCHATZ *geben, dann läſt der Richter den Kauff und das angelegte Reiß ausruffen, nach den Gerüffe bittet der Kauffer das Haus und Reiß ihm zu* VERLEHNEN (recognitio dominii directi) *dann nimmt der Richter daſſelbe, und reicht es dem* KAUFFER *ſprechend: weil das Reiß ausgerüffen und niemand dawieder iſt, ſo leihe ich es euch von Gottes, Rechtes, und Gerichtes weegen und gebiete euch Frieden* h. e. poſſeſſionem quietam ſeu civilem. Teſtimonium BLUTINGII *ex tractatu ipſius de venditione rerum immobil. MSC.* adduxi *d. l. p.* 31. ubi tamen error typothetæ in formula reſignationis ita corrigendus eſt: *Vor juw allhier beſettete Dinge verſchöte ick* (venditor) *dat Hus als es des Ohrtes Wahnheit is, dat Jodeken* (glebam a venditore emtori oblatam) *kann werven dan de Koper torugge över de Schulder van ſick.* Accedunt teſtimonia ex antiquis protocollis civitatis *Crempenſis ad a.* 1340: *Witlick ſy, da ſick heſſen up dem* DINGTAGE *vor Uns Rathmanne ingeſunden, as et de* WAHNHEIT *is, Uns to oplatende und ſinen* ERFFKÖPER *to wahrende, ſine Höffde, dat an den N. verkofft was, dat hebben* WY UPGENAHMEN *unde vull unde recht finden, und en ock mit allen Recht unde Richtigkeit idt an den Köper uplatende unde dat* BEFESTENDE *mit Tügen.* Et ex libro antiquo membranaceo, cujus inſcriptio eſt: *Hic habetur inſcriptus numerus* (14.) *ædium venditarum de Erfſtede & cenſus arearum quæ dicuntur de Wurtyns in* OLDENBURCH *A. D. M. CCCXIV. in die Viti:* ibique ad annum 1315: *Wittlick ys Uns Radtmannen, wo dat Joh. Specht vor Uns geweſen und hefft to geſtahn, da he hefft verkofft ſine Land an Marqvard Stamm, des he noghaffitig Betalung hadde; vortmehr hefft he dat den* RADMANNEN UPPELATEN *mit ener Raſen* (vaſone) *alſ dat Wyſe idt, und iſſ eme* (*dem Köper*) *vort oppelaten, von den Radtmannen ſunder Byſpracke Acta ſunt hæc A. D.* 1315. *in feſto Paſchæ.* Et ad a. 1419: *Witlick ys Uns Borgermeſteren und Rathmannen to Oldenborg, dat vor Unſen* SITTENDEN STOLE *des Rades hefft geweſen unſe leve Stohlbroder Olaus Offen, Rademann und bekennet openbahr, dat he hefft verkofft rechtlicken und redelicken mit Vullbord ſines* WIVES *und ſiner rechten* ERVEN, *dem Ehrlicken Mann Johann Papen ſine* ERVE *mit aller Thobehöringe als dat beleghen ys, in ſiner Schede, des em de Koper de letzte Penning, mit dem erſten betalet hefft, dat hefft he* UNS OPLATEN *und is na dem* ROPEN *ſünder Byſpracke bleven unde vorbenömeden Papen vorlaten vor dem Rade vor zyck und ſinen rechten Erven.* Accedunt vetera Protocolla civitatis *Kilonienſis Sec. XIV. XV. ſq.* & præcipue ipſa ſtatuta Cimbrica infra laudanda.

Conſenſus ſtatutorum & judiciorum Cimbricorum.

Holſaticorum.

Inveſtituræ judicialis effectus eſt civilis confirmatio & ſecuritas dominii. Formulæ diplomatum. Legum.

g) Formula judicialis apud WENDELINUM *c. l. voce Feſtuca: Ego fundum in manus meas per* VENDITOREM *deportatum trado in manus tuas atque immitto ſeu* INVESTIO (confirmo) *te in* REALI, ACTUALI *&* CORPORALI *fundi ejusdem poſſeſſione addito banno, & Fredo ſecundum Legem,* h. e. *cum poteſtate & pace civili.* Inter copioſas chartas laudatur a MIRÆO *d. l. charta Tabularii Lebunenſis a.* 1128: *In ſignum vero conceſſionis* VENDITOR *per ramum waſonem ſuper majus altare eccleſiæ Lebunenſis prædium illud* LIBERUM *obtulit abſque* CUJUSCUNQUE DOMINII *retentione receptum ab emtore.* Idem indicat *Jus* SAXONIC. PROVINC. *L. II artic.* 24: *Ein Mann mag ſines Gudes und Rechtes wohl an und loſſ werden* (poteſt jura ſua in alium transferre realiter) *als ob er es verkaufft oder verſetzte oder* AUFLÄST *oder daß er es vorjahret.* Et GLOSSATOR *ad jus Saxon. provinc. L. I art.* 34: *Res immobiles ſine judicis Decreto donari vendi, & per alium quemcumque modum oppignorari poſſunt, non tamen accipiens* PLENUM *in illis dominium dicitur habere niſi alienans coram judicio poſſeſſionis ſuæ* PERNUNTIAVERIT *& accipienti eandem tradiderit.* Explicatur hoc in antiquis documentis & legibus Cimbricis, quæ effectum reſignationis judicialis in ſolo conſtituunt jure civitatis communis ſeu dominii civilis vulgo LAGHEFFT h. e. *civici dominii. Lag* enim idem eſt ac conventus, ſocie-

Speciatim Cimbricorum.

ditionem & inveſtituram judicialem confertur, ut emtor inſtruatur facultate rem propriam civiliter ſeu jure civitatis poſſidendi, rem transferendi, obligandi, oppignorandi, alienandi, hypothecas in eadem conſtituendi. Recte itaque dixeris ante inveſtituram judicialem ſeu ceſſionem publicam civiles dominii effectus pleniſſimos quidem nondum tranſiiſſe *b*) in emtorem. Dubium tamen etiam eſt an hi remanſerint penes venditorem, qui in ipſo contractu vel venditionis negotio non ſolum naturali ſed etiam civili dominio ſe abdixit. Quamvis enim conſtet, plures JCtos celebratiſſimos, Saxoniæ præcipue, venditori hanc facultatem vindicare, ut ante factam nondum reſignationem judicialem valide conſtituere poſſit hypothecam in domo vel fundo alteri licet vendito; mihi tamen curatior & antiquis inſtitutis omnino conſonantior videtur ſententia, quod dominium civile eo caſu non perſtet reſideatque apud venditorem, ſed redeat tantiſper ad Magiſtratum & apud eundem quieſcat uſque ad traditionem ac inveſtituram judicialem. Cum enim hypotheca in re vendita conſtituta rem ipſam afficiat, in hac vero nec quicquam rei ſuæ & juris realis venditori amplius competat, translato quippe in emtorem jure & facultate proprietatis; fruſtra certe apud venditorem remanſiſſe fingitur dominium civile, cujus hoc caſu effectus nulli ſunt in re aliena nec ipſi quidem indole ſua civili ſe exſerere unquam poterunt, niſi in re corporali & propria. Quod verum eo magis apud Kilonienſes videbitur, quum eorum conſuetudinibus invaluit, quod emtor, finito per licitationem vel extra judicialem adjudicationem venditionis negotio, periculum rei emtæ ſeu propriæ non ſolum ſubeat, ſed etiam ipſe ante reſignationem judicialem Magiſtratui a die adjudicationis teneatur ad onerum, quæ domui inhærent, præſtationem, licet reſignatio publica ſeu

Problema de facultate venditoris conſtituendi hypothecam in re vendita.

ſocietas, *hefft* vero dominium. Hinc in jure Jutico *Laghefft* dicitur dominium *hæreditarium* & quietum. Ipſos effectus civiles aperte deſcripſit *Jus Lubecenſe L. I. Tit. X. art. 3: Hat ein Mann wohlgewonnen Gut, es ſey liegende Grunde oder ſtehende Erbe, welches ihm in den oberſten Stadtbuch als erkaufft Gut zugeſchrieben ſtehet, der mag damit* SEINES GEFALLENS *gebahren* (in aliis codicibus ſchalten und walten, ſervare vel alienare) *und nicht anders als mit ſeiner fahrenden Habe.* Necquicquam in Legibus Holſatorum Cimbrorumque mox laudandis reperitur, quod huic rei contrarietur vel venditori faveat aſſeratque eidem prætenſam reſignationis exceptionem Omnes enim & ipſa praxis ſatis teſtantur, quod ex reſignatione venditoris & ex inveſtitura Magiſtratus judiciali nulla niſi jura, commoda & incommoda civitatis communis deriventur in novum poſſeſſorem.

b) Diſſentit JO. HENR. *de* BERGER *diſſert. de maturand. probat. dominii per uſucap. §. XI.* ubi emtori vindicat facultatem conſtituendi in re emta hypothecam ex ea ratione, quod poſſeſſio ex juſto titulo oriunda ſufficiat ad conſtituendum jus pignoris & quod tempus factæ deinde reſignationis judicialis retrotrahendum ſit ad tempus *conſtitutæ ab emtore hypothecæ.* Sed fictioni hujus juris obſtant leges, ad quarum normam exigenda etiam eſt formula communis, quæ apud Holſatos inſeritur Literis contractuum venditionis vel appunctuationibus, quæ, facta rei venditæ adjudicatione ſeu translatione, conveniunt inter emtorem & venditorem vel hujus creditores, qui pretii rei venditæ ſunt participes. Inde evenire ſolet, quod emtor inſtructus quidem Literis contractuum, nihilominus ob moras intervenientes vel ob circuitus ex proceſſu concurſus, vel eo finito ex liquidatione creditorum oriundos, ultra annos aliquot careat reſignatione judiciali, uti apparet ex inſpectione atteſtatorum factæ reſignationis, quæ a Syndico civitatis hodie adſcribuntur margini contractuum, quorum perfectio & ſcriptura ſæpiſſime longo intervallo diſtat a ſubſecuto demum die reſignationis Formula vero, qua venditores domum in emtorem transferunt omnique rei ac juri renunciant, abhinc vel ante annos trecentos, ſi paucula exceperis, uſitata hæc eſt hodieque conſueta: *Verkæuffere bekennen für Uns und Unſeren Erben jedermænniglich, daß wir Unſer Haus plus licitando zu verkauffen ſchlüſſig geworden, wie Wir dann daſſelbe (cum pertinentiis) auch mit allen übrigen dazu gehörigen Freyheiten und Gerechtigkeiten nichts davon ausbeſchieden ſondern allermaſſen wie es deſſen anteceſſores beſeſſen, genutzet und gebraucht, und hatten nutzen und gebrauchen können, niemanden verpfendet und mit keinen intimirten und verfallenen contributionen, Anlagen noch ſonſtigen Stadt-Oneribus bis* (terminus ad quem) *beſchweret, ſondern bis auf ſolche Zeit* (exprimitur terminus a quo, hoc eſt dies, quo domus, finita mox licitatione, emtori ceſſa eſt, licet reſignatio judicialis ſæpe poſt aliquot annos demum ſubſequatur) *quit und frey nach vorhergegangenen offtmaligen öffentlichen ſubhaſtation und darauf erfolgten licitation eines ewigen unwiederrufflichen* ERB-KAUFS, *wie dieſer Stadt und Gerichte Gewohnheit nach, ſolches am kræfftigſten geſchehen ſoll kann und mag, Erb- und eigenthümlich* VERKAUFFT, *cedirt und* ZUGESCHLAGEN (adjudicatio) *haben ihm* (emtori) *als plus licitanti um und für &c. welches Kauffpretium der Kæuffer bey Auslieffervng dieſes Kauff-Brieffes richtig und baar auszahlen laſſen, dahero wir denſelben und deſſen Erben über ſothanen Uns wohl entrichteten Kauffſumme in beſter Form Rechtens quitiren &c. Setzen ihn Kæuffer und ſeine Erben in den ledigen, wahren und* WÜRCKLICHEN *Beſitz auch* EIGENTHUMB *und* GERECHTIGKEIT *des verkaufften Hauſes, alſo, daß er ſelbes eigenthümlich anzutreten, zu beſitzen, an andere zu verhæuren, zu verpfænden, zu verkauffen, und quovis modo zu veralieniren, eigenen Gefallens darunter zu ſchalten und walten ohne* UNSER *oder der* UNSRIGEN *noch mænniglichen Einrede und Verhinderung gnugſam befugt und berechtiget ſeyn ſoll; Wir verpflichten uns auch hiemit für Uns und Unſere Erben, den Kæuffer und deſſen Erben obgedachtes Haus von allen An- und Zuſpruche, die rühren her ex quocunque capite vel cauſa ſie wollen, inſonderheit dem Jure vetractus ſive protimiſeos oder Næhergeltungs-Recht auf bloſſe judicial oder extra judicale denunciation frey zu* GEWEHREN, *denſelben zu vertreten und allerdings Noth und Schadloß zu halten, wie nicht weniger auch am erſtkommenden Bürgerlichen Gerichts Tag vor Herren Bürger-Meiſter und Rath und dem Stadt-Protocollo offentlich zu* VERLASSEN, *ingleichen alle und jede verhandene dieſes Haus betreffende Briefſchafften bona fide auszulieffern mit Verzeichnung alles und jedes Uns und unſern Erben hiewieder zu Statten kommendes Rechtes* (additis ſolitis exceptionibus ſub hypotheca bonorum & vinculo obſtagii) *auch zur Urkund und des Kæuffers Verſicherung haben wir dieſen* KAUFF *und* GEWEHRUNGS-BRIEFF *unter obigen Verbündlichkeiten wohlwiſſend und bedæchtig unterſchrieben und beſiegelt.* Eisdem argumentis utuntur venditores vel creditores vendentes in præviis conditionum

Diſſenſus Bergeri.

Praxis Holſatica.

seu judicialis post aliquot annos demum subsequatur *i*). Quod vero apud Magistratum effectus civiles tantisper consedere vel quiescere dixerim, id quidem rei apprime convenire videbitur, sive antiqua instituta, quæ Magistratum dominio in fundos directo instruunt consulueris, sive ipsa recentiora expenderis, quæ Magistratui jus quoddam in fundos universitatis, directo dominio æmulum vindicant, quo ipso jure, ceu Dominus investiens, hodieque effectus civiles in possessores ædium transfert. Et ut summatim dicam quod res est, resignatio & investitura judicialis oriunda est ac requisita ex rationibus civilibus, quæ respiciunt communem *solius universitatis* & qui eandem repræsentat *magistratus* securitatem, verguntque etiam deinde in commodum & cautionem *emtoris*. Quod universitatem civium attinet, ex originibus civitatum Germanicarum testatissimum est, has vel sponte vel indulgente ac jubente Domino territoriali consedisse ac coaluisse in societatem civilem, hinc munitas fuisse vel suo jure fundis allodiisque ac possessionibus, vel iisdem reipublicæ causa instructas ac confirmatas fuisse a Dominis superioribus *k*), addita quidem lege ut obligarentur singuli ad *censum arearum* seu ad *præstandum terragium l*) in recognitionem tum protectionis, tum ipsius terræ seu ditionis civicæ, occupatæ vel concessæ ac distributæ, *jure proprietatis ac allodiali*, salvo tamen superioritatis domini nexu ac *vinculo territoriali*. Delata vero Magistratui vel selectui civium cura ac potestate, ut civitatem ejusque bona, jura ac beneficia sarta servarent, agerentque communi nomine ac repræsentarent integram civitatem; hinc in solum magistratum derivata est cura ac obligatio rebus publicis prospiciendi, cogendi præstationes Domino debitas, sub-

Resignationis ratio intuitu universitatis & magistratus.

delineationibus seu appunctuationibus, in quibus conveniunt de modo pretii exsolvendi vel deponendi, vel de usuris pretii, de oneribus rei venditæ præstandis & de ipso dominio in emtorem translato.

Effectus dominii in emtorem translati ante resignationem.

i) Ex adverso emtor commoda & fructus dominii percipit. Hinc, nisi speciatim partes aliter convenerint, venditor vel ejus creditores vendentes onera e domo præstanda computant non ultra diem perfectæ venditionis seu adjudicationis. Eo igitur casu, quo emtor ædium venditarum antea earum conductor exstitit, mox facta adjudicatione contractus, ipsius conductionis exspirat cessatque locarium; ipse enim emtor ac dominus domo nunc utitur jure proprio adeoque & commodis ejus fruitur, æque ac ad onera ac incommoda cum domo connexa obligatur. Frustra igitur *ad LL. Juris Romani* provocatur vel ad novissimas regionum Germanicarum constitutiones, quæ ante resignationem judicialem periculum rei venditæ, etiam traditæ, penes venditorem manere præcipiunt, in quarum numero est *Ordinatio Politica Magdeburgica c. 22. § 2.* Licet & illa saltim resignationis judicialis effectum constituere videatur in translatione *dominii ad quoscunque transferendi seu hereditarii* h. e. *cum plenis effectibus civilibus conjuncti: Es sollen aber hinfuhro alle Kauff-Contracte über unbewegliche Güter gerichtlich fürgetragen und ehe solches nicht geschehen und das verkaufte Guht dem Kæuffer gerichtlich aufgelassen das Eigenthum auf den Kæuffer* BESTÆNDIG *nicht gebracht, noch derselbe als Eigenthums-Herr erkannt werden.* Dn. de LUDEWIG *in consil. Halens. T. I. Cons. 297. p. 908.* DN. BÖHMER *consultat. Jur. T. II. P. I. Resp. 370. p. 324.*

Formula diplomatica.

k) Frequens id innuit formula in tabulis donationum & confirmationum privilegiorum civitatum Sec. XII. XIII. usitata: *Nos igitur ejusdem supplicationibus inclinati contulimus beneficia in jure & justitiis, bonis, areis, pascuis agris, sylvis, immunitatibus & libertatibus, sicut antecessores nostri juste noscuntur prædictis civibus concessisse, de nostra potestate & gratia confirmamus* PERPETUO *possidenda.*

Terragium Landgeld.

l) In *libro Svavestedensi MSt.* recensentur ad a. 1523. *etliche Rechtigheiden dem Bischop to Schleswig van* OLDHER *bykamend.* Inter quas justitias referuntur *Terragia: Ock hefft de Bischop uth den Marsch Lændern in seinem Stichte belegen* TERRAGIUM, LAND-GELD *benomed, alse uth Eyderstedt, over Strand, Simmansberge, Landenberge, Padeleke, und Husteden Marsch up Martini bedaget: aver för in den Octaven S. Martini bedaget, aver Silt, Risingmohr, Horsbyllharde &c.* Eadem appellatione utitur EGERDUS *Episcopus Slesvic. in statutis synodalibus & provincialibus ed. Lubecæ a. 1496. titulo de decimis &* TERRAGIIS *ne hæc aliaque* JURA *ac* PROVENTUS *diminuantur vel eorum solutiones prorogentur: & in titulo de cathedratico: mandamus etiam illis qui nobis cathedraticam petitionem,* TERRAGIUM, *decimas aut alia jura episcopalia tenentur solvere, ut sub pœna suspensionis a divinis non recedant ab hac civitate nisi solutione prævia aut voluntate nostra desuper habita, alioquin procedetur usque ad Sententiam suspensionis in valvis ecclesiæ Svavestede contra eosdem.*

Erdschulde.

In statutis Haderslebiensibus a. 1292 consignatis dicitur *debitum* TERRÆ *seu* FUNDI: *De* ERDSCHULDE *sollen uff S. Andreas-Dag ohne einige Straffe uff Verzügerung bis nach den achten Dag der Weynachten entrichtet werden, da solches alsdann nicht abgeleget, soll für jeden Pfenning 9. pf. abgeleget werden, giebt er es aber innerhalb Jahr und Tag nicht aus, soll er drey Marck geben.* In aliis chartis Oldenburgicis, Tunderensibus ac Apenradensibus occurrunt voces WURTZINS, HOVEZINS, ERDGELD, ERDBEDE, unde forte est ipsum nomen ORBEDE; quamvis hoc omnino mallem interpretari ex antiquo Saxonico & Cimbrico *bede* fundo seu area, & *or* quod idem est ac *ab, abgifft, præstatio.* In latinis vetustioribus chartis frequentior est formula *census* AREARUM, CENSUS FUNDARII, PETITIONIS, *census* DEBITI *ac* RESERVATI *vel in fundis ac reditibus* CONSTITUTI, quæ postrema formula præcipue pertinere videtur ad terras *allodiales, Landsassicas* & *palustres*, jure proprio vel oneroso acquisitas, excultas, possessas, recognitas tamen salvoque nexu superioritatis dominii territorialis. Dispexerunt alii, præcipue doctissimi Duumviri GRUPENIUS & *David Georg* STRUBEN *de præstationum harum historia, ratione & æquitate*, conversa tamen temporis successu sæpe in iniquitatem; extensa etiam ad *res mobiles*, reditus, frumenta, ne dicam de duplicatis, reduplicatis arearum præstationibus, novisque & inauditis antea *contributionum* ac *steurarum* modis multiplicatis. Hinc *Femarienses* sibi prospexerunt in *jure* PROVINCIALI *a. 1320. art. 16. Vortmer mag man den Vemern nicht vorder an ene* OPLAGE BEHDEN, *wante up ehren Dicke* h. e. *Femarienses non onerentur ultra ordinarios census seu bedas, exceptis iis quæ requiruntur ad firmandos aggeres, præstructos contra irruptiones sævientis maris.* Et *Kilonienses* in confirmatione privilegiorum a Christierno, Rege Daniæ ac Duce Holsatiæ, obtenta a. 1461. *Wy scholen und willen ock nene* BEDE *doen aver de vam* KILE *be eren Jærelicken* WONELICKEN TYNST *und* PLICHT *alse hundert Marck Lübesch to des Schlotes Behœff, jodoch ware uns* BEDE NOTH, *so dat*

Wurtzins. Erdbede.

Census areæ. Census fundarius.

Abusus juris terragii. Quem ferre nolunt Femarii. Kilonienses.

ſubeundi etiam poenas, pericula ac damna ex mora vel neglectu ſolutionis præſtationum oriunda. E re itaque & neceſſitate omnino fuit, ut vel ipſa communis civitas vel ipſi domini territoriales Magiſtratui impertirent cederentque dominium quoddam feodale in ædes ac bona immobilia civium, ſed limitatum tamen & ad ſolos fundos, ad cenſus communes ſeu publicos & illis præſtandos reſtrictum. Inde eſt, quod in antiquiſſimis documentis magiſtratus dicatur *dominus inveſtiens & FEUDALIS, die Lehns-Aufflaſſung, die Verlehnung, zu Lehn und Würden reichen*, teſtantibus chartis *in præfat. ad Tom. II. p. 21. 22.* citatis. Addo unam alteramque formulam e diplomatario Bordisholmenſi ad a. 1392. p. 289. *In deſſem Gude* (villa Smalſtede) *ſcholl Todeke* (venditor) *dem Herren tom Bordisholme wenn ſe dat hebben willen uplaten en fry* LEEN *und fort dat entfryen.* Et infra: *Vort mer wann de* BETALINGE *geſchehen is, ſo ſcholl de Verkoper und ſine Erven den Herren von Bardesholm, wene ſe dat hebben willen, antworden alle dit vorbenömed Gut* VRY *unde* UNBEWOREN LEEN *m)* ZELE *unde* WARE. Ex quibus ſponte conſtat, quod etiam reſignationis præſcriptum ruri obtinuerit in alienandis prædiis, manſis, decimis ac reditibus ruricolarum, qui necquicquam donarunt vel in eccleſias & monaſteria tranſtulerunt, niſi facta prævia *Selandia* ſeu reſignatione publica in coemiterio coram Rectoribus, advocatis vel præfectis pagorum & *coram facie plebis* h. e. univerſitatis ruralis. Quem ipſum ritum *diplomata Neo-Monaſterienſia & Bordisholmenſia ad a. 1298. d. l. p. 65. 69. a. 1339. p. 140. a. 1349. p. 183. a. 1392. p. 292. a. 1394. p 300.* vocant *neceſſarium, a* LEGIBUS *terræ* requiſitum, CONSUETUDINE *& moribus terræ*, JURE HOLZATICO *introductum.* Eodem jure uſi ſunt ipſi nobiles Landſaſſii, qui vel pagos vel prædia in alios ſive donationis ſive venditionis & permutationis titulo translaturi, conſenſum domini directi prærogarunt, eique fundum venditum reſignarunt, ut eundem traderet in poteſtatem emtoris. Exempla habes h. l. in diplomatario Doberanenſi *n. 20. p. 1488. n. 26. p. 1493. ſqq.* Idem patet ex *jure Jutico C. XXXVIII. Up dem Dinge* (Wertdinge h. e. *gehegtem Gericht*) *ſchall men Land vorſchetten unde nergends anders dat is up dem Hardes Dinge, dar dat Land inne belegen is, edder up den Syſſel Dinge* (judicio diſtrictus) *edder up dem Landesdinge* (placito generali) *edder vor dem* KÖNIGE (nimirum eo caſu, ſi a NOBILIBUS fundi venditi fuerint docente BLUTINGIO *in gloſſis p. 147.*) *wente ene Dingeswinde* (teſtimonium placiti ſeu judicii, cujus loco hodie dantur literæ ſcotationis) *is ſo kræfftig, dat jegen een Dingeswinde neen Eed ſchal gegeven werden.* Remiſit vero nobilibus hanc reſignationis legem Rex Chriſtianus III. in Receſſu Koldingshuſiæ dato *a. 1558. art. 49. Et ſchall ſyn Adelsmann, de mag ſin Gud beide* SELLEN *ock* VERSCHÖTEN *mit ſinen Bref und Segel und guder Manner Wetenſchafft (Vyduiſs-byrd al: mit Eddellüde Tügen) allicke dat it nicht lowbudet (lachgeboten) iſs und ſchall idt fry Volck (al: to dem Adel) und kenen andern.* Quam tamen indulgentiam non ultra venditionem extendi edixit Rex Fridericus II. *in capitulat. vulgo Handveſtinge a 1559. art. 21. Idt ſchall Dannemarcks Rykes Radt und Adel henvörder nicht kopen oder to ſick panden jenig frye bunde Gud, ſonder idt geſchehe mit des Konigs Tolatinge.* Deinde vero Chriſtianus V. in Legibus Danicis ſeu novis Sialandicis reſignationem ac inveſtituram publicam abrogavit ſanxitque univerſim *L. V. c. 3.* ex interpretatione WEGHORSTII *p. 458.* & HOYSELINI *p. 384. Qui res ſoli libere poſſidet, easdem* ABSQUE *judiciali* INDICATIONE *tum vendendi tum tradendi poteſtatem habeto per tabulas ſua manu ſignoque nec non bonorum virorum teſtimonio cuſtoditas. Prædia urbana resque ſoli urbani in numero rerum mobi-*

Inſtructi dominii feodali in fundos civicos.

Illuſtratio ex conſuetudinibus ruralibus.

Et Landſaſſii.

---

dat de gemene Lanſten der Prælaten edder andere Unſe Stedte Unſes Landes Holſten uns BEDE *geven, ſo ſcholen uns de vam Kile to der Tidt geven baven even* JÆHRLICKEN *Plicht na Parte und Anthale alſe und andere unſe Stede geven.* Hodie ædibus integro aratro æſtimatis inhærent terragia ſeu *ordinariæ* contributiones *menſtruæ* II. thalerorum; *extraordinariæ* IV. thal; tributa vulgo *Schoſs* annuatim *III thal*; inquartationes menſtruæ vulgo *Quartiergeld I. usque ad II. thal:* quibus accedunt a parte ipſius, civitatis onera reficiendarum *platearum* laternarumque, præcipue *adæarationes* ſeu æra communia. A ruricolis *præfecturarum* Holſaticarum exiguntur *Orbedæ*, vulgo *Herren Geld*, *contributiones* aliaque onera ordinaria & extraordinaria; paſſim etiam *bedæ quinquennales* uti Bordisholmæ. Prædia NOBILIUM ducatuum Holſatiæ ac Sleſvici afficiuntur antiquo Orbedarum jure, vulgo nach *Pflug-Zahl* h. e juxta matriculam & modum contribuendi aratralem ordinarium, aliquando etiam extraordinarium. Quo fere jure ſimplici ac avito etiam utuntur nobiles Megapolenſes, præſtantes quippe ordinarias contributiones ſeu bedas provinciales juxta normam aratralem vulgo *nach Hufen und Erben;* exemti præterea ſponte ab oneribus aliis, tributis, ſteuris, vectigalibus, capitationibus. De extraordinariis petitionibus vulgo *Fræulein-Steuer* aliisque onerum computationibus vide *Receſſum aſſecurat. anno 1572. anno 1621. Receſſum a. 1701. Deductiones von denen Garniſons- und Legations-Koſten*

Uſus recentiſſimi ævi apud Holſatos & Megapolenſes.

m) Pertinent huc *Leges IV. hardarum Friſiorum a. 1559. art. 9.* von LEENLAND: & *Expoſitio placitorum IV. hardar. a. 1568. art. 1.* van LEHNSVAGET. Adde ſtatuta Oldenburgenſia a. 1345. *apud* MENCKEN *T. I. S. R. G. p. 592: Vertyen my de* LEHNWÄHRE *inwendig dar Mühren to Oldenborg, vorbeholden pacht und unſer rechten* TINS *ſchall man uns geven.*

Leenland.

mobilium ſunto, & absque judiciali indicatione vendi poſſunto. Quilibet vero ædificii vel ſoli venditor emtori autor ſit ac dominium ejus datis legitimæ traditionis tabulis vindicet ſeu evincat neceſſe eſt. In Cimbria hodieque tum in pagis tum in civitatibus præfecti & Magiſtratus utuntur antiquis reſignationis inſtitutis, oriundis quippe ex jure quodam fundario ac cenſitico rurali & civili, prædiis ipſis inhærente, quod dominio dirigenti feodali æmulum eſt, cujus præcipuas reliquias & ſingulares effectus præcipue ex obſervantia *Kilienſium* notabo. *Primus* effectus eſt, quod, ſicuti omnes terræ rurales Cimbricæ ac Holſatiæ diſtributæ ſunt in campos arabiles vulgo *Pflüge n*); ita etiam in civitatibus ædes iuxta eandem diſtributionem ac menſuram æſtimentur computenturque, ita ut integra domus conſtituatur ex uno aratri campo, quem iterum diſpeſcunt in quatuor hufas, hodie cellas (*vier Keller*); dimidia vero domus complectatur dimidium aratri, unde vulgaris formula cataſtri civitatis: *domus æſtimantur ex integro vel dimidio aratro, ſtehen zum gantzen, zum halben Pflug. Secundus* effectus eſt, quod tam æra contracta civitatis communia, quam onera ac præſtationes, quæ vel Principi territoriali vel ipſi civitati debentur, afficiant ipſos fundos ſeu domos civium ſecundum menſuram & modum aratralem. *Tertius*, quod ad præſtanda hæc onera realia omnes omnino ædium proprietarii, etiam *nobiles o*), jure civico æquali obligentur. *Quartus*, quod in præſtationibus reſiduis exigendis vulgo *Reſtanten* ratio habeatur proprietarii, in ſubſidium vero poſſeſſoris, demumque executio convertatur

Sedecim Effectus hujus juris dominici apud Kilonienſes.

Jura Ceſpitalitatis ſeu terræ.

n) Indicat hoc antiquiſſimus codex juris Lubec. latinus voce *ceſpitalitatis*, vernacule *Grund und Boden.* Accedunt ſtatuta FLENSBURGENSIA *art. 64. Welck Landboo een Huſs hefft, up eines andern Mannes* ERDEN, *he mag nemand dat Hus verkopen ehe her idt dem anbieth to kopen, deme de Erde* TOGEHÖRET; *Geſchehe idt dann dat ein ander Mann dat Hus koffte, de idt verkoffte, de ſoecke nu dem Gelde wo he will: wennte denn de Erde höret is de nechſte to kopende. Wæret averſt dat de dem de Erde togehöret, dat Hus nicht wolle kopen ſo mag doch der Landboo nicht ane ſyn Verloff dat Hus nicht verkopen edder wegföhren.* Eadem diſpoſitio fere occurrit in ſtatutis APENRADENSIBUS *c. 45.* & HAFNIENSIBUS *a. 1443. §. 67.: Wer in der Stad auf des Kongs* GRUND *wohnt, ſoll nicht davon getrieben werden, ſo lang er des Vermögens und Willens iſt, die Gerechtigkeiten ſo davon gebühren, abzutragen.* Et in fragmentis antiqui Protocolli judicialis SVERINENSIS *ad a. 2489: protiſores domus S. Spiritus molendinum ante valvam, quod* RESIGNAVERUNT *coram nobis, promittentes emtori Warandam intra annum & diem* RESERVATO *nobis civitatis* FUNDO. Convenit antiquus liber judicialis WISMARIENS. *ad a. 1343: Pro conſulibus reſignarunt ipſi proprietatem, quam habuerunt in dicta* HEREDITATE (fundo, domo) *quam inhabitant, Civitas tamen obtinet in dicta hæreditate omne jus, libertatem &* PROPRIETATEM, *prout habet in aliis hereditatibus hujus civitatis.*

Communis obligatio proprietariorum ædium ad Bnwerck ſ. onera civica.

Privilegia civitatis Kilenſis a. 1523.

1603. 1633.

1604. 1653.

Exemtiones.

Statuta Ripenſia.

o) Diploma FRIDERICI I. Regis Dan. ac Ducis Holſat. Sleſvic. datum a. 1523. *Berichten Uns de Ehrſame Unſeleven getruwen Borgermeiſtere Radtmanne und Gemeine Unſer Stadt* KYL, *dat de Ehrbaren und duchtigen Unſe leven getruwen* BORCHMANNE *und andre dewelche in derſülven Stadt Kyl* BORCHLENE *und frye Hofe hebben, ſcholen in derſülffen Freyheit, Boden und andere Wohnungen uht Stallen und anderes gebuwet und gemacket hebben, darinne ſe vor Rente Borghere und andere Lüde wohnende hebben und deſülffen van aller Stadt* PFLICHT, WACHT *und* BURWERCKE *darmit fry holden und entheven willen. Der gemeinen Stadt tho Nadeile Vorkortung und Schaden, darmede enen und ſönderlich to diſſer Tydt keines weeges to geduldend, uns darup umme Raht angefallen; Dewile wy den unſen* FRAMEN ADEL *mit Gnaden geneigt und einem jdern ſiner Freyheit, damede he billig berechtet, gerne gönnen: So mögen Wy ock den Miſsbruck Unſen armen Steden to Schaden und Nadeile nicht nageven edder inrumen und ſönderlich der Stadt, welcke des gemeinen Adels dagelicke Herberge und* TOFLUCHT *is; darumme gebeden Wy hiemit und willen ernſtlich dat alle de Borgere und Inwahnere tom Kyle, welche in ſo danen vormeynten Freyheiten wahnende, vorſatlichen ſich vpholden, ſtrax Angeſichtes na düſſem Breve* GELICK *anderen* BORGEREN *und Inwahnern* STADTPLICHT, BUREWERCK *und* WACHT *dhoen und holden; anders gedencken Wy de ungehorſamen to ſtraffende ane Gnade, iffi jemandes vom Adel desjennige Innſoge to hebbende vormeinde, wanner Wy darum angeſocht werden, willen Wy des einem jdern geborliche Berichtung pflegen.* Privilegium Ducis JO. ADOLPHI *d. 31. Maji a. 1603: daſs wir demnach angeſehen ihre getreüe Dienſte und gehorſame Gutwilligkeit die ſie Uns in viel Wege bis dahero bezeuget, auch künfftig bezeugen können und ſollen, Krafft dieſes Unſers Brieffes, ſolcher ihrer Bitt in Gnaden ſtatt gethan folgender geſtalt: daſs über die* FREYE HÆUSER, *ſo itzt alibereit ſeind, hernacher zu ewigen Zeiten keine andere in der Stadt Kiel mehr gefreyet, oder von bürgerlichen Rechten Beſchwerungen oder Zulagen eximiret, ſondern da ſie in Adeliche oder andere fürnehme Leute Hænde kommen würden, andern der Stadt Bürgern gleich mit allen Bürgerlichen Unpflichten und Burden belegt werden, und dieſelbige mit halten und tragen ſollen. Wie wir dann ihnen Bürgermeiſteren und Rath hiemit gnædiglich verſprechen, da bey uns, Unſern Erben und Nachkommen einer oder ander eine ſolche vermeynte Begnadigung und Freyheit exprackiſiren wurden, daſs dieſelbe an ſich unbündig und Bürgermeiſter und Rath daran nicht gebunden ſeyn ſollen.* Quæ ſingula confirmata ſunt mandato Ducis FRIDERICI *die 13. Nov 1633: Sententiis judicialibus a. 1604.* reſolutione *Ducali a. 1653. d. 22. April. Sind von dem Adelichen, die Hæuſer in der Stadt haben, die Anlagen und Beſchwern'ſs der Stadt nach beſchehener intimation gleich den* BURGEREN *abzutragen, in deſſen Entſtehung Burgermeiſter und Rath die Executions-Mittel exerciren mögen.* Ab onerum tamen partim omnium *ordinariorum ex extraordinariorum*, partim *inquartationum* præſtationibus exemtæ ſunt tres ædes privilegiatæ ſeu poſſeſſiones *Ranzoviana* nunc Reventlowiana, ac *Blomianæ* jure feudali caſtrenſi donatæ. Perſonali etiam privilegio fruuntur academiæ Anteceſſores, qui, ſive conductores ſint ſive proprietarii, domos poſſident a præſtandis oneribus civicis liberatas, ſpecialis donationis beneficio glorioſiſſimi academiæ fundatoris, qui Magiſtratui & civitati præſtationes a XXIV. ædibus ceteroquin debitas remiſit renunciavitque ipſe earum perceptioni De ſtatutis ac conſtitutionibus, quæ eccleſiarum Miniſtros & nobiles ab acquirendis ædium civicarum dominiis arcent ſupra dictum eſt. Accedunt *privilegia civitatis* RIPENSIS *1443 art. 8: Nemini civium noſtrorum ſanæ mentis exiſtenti vel in extremis laboranti liceat legare vel vendere* ECCLESIIS *vel* CLAUSTRIS, EPISCOPIS *vel* MILITIBUS *immobilia bona in civitate noſtra jacentia, ſi vero aliquis legare voluerit, vendat ea civibus ſuis pro pecunia & illam legat eccleſiæ vel clauſtris; qui hoc infregerit, ſolvat civitati ſex marc. denar.*

tatur in ipſum fundum vel ejus reditus. *Quintus*, quod Magiſtratui reſpectu ædium *p*) competat jus præferentiæ maxime privilegiatum in concurſu ante omnes creditores. *Sextus*, quod Magiſtratui etiamnunc relinquatur antiqua autoritas novis etiam conſtitutionibus ſtabilita, ſubjiciendi haſtæ publicæ domos proprietariorum *q*), qui vel ultra biennium in præſtandis oneribus difficiles exſtiterunt geſſeruntque nullum morem monitionibus vel ipſis executionibus militaribus. *Septimus*, quod ex antiquis moribus hodieque confirmatis nulla ædium venditio fieri debeat ſine prævio licitationis edicto e ſuggeſtu vel in coemiterio proclamando. *Octavus*, quod nullus admittatur licitator niſi civis poſſeſſionatus, ita ut ſi quiſpiam ex viris honoratioribus, qui foro civico haud ſubeſt, domum emere cupiat, uti omnino debeat opera mandataria civis poſſeſſionati, a quo licitante Conſul dicens mox cautionem exigit ſub hypotheca bonorum & obſtagio. *Nonus*, quod Magiſtratus vel communis civitas olim gaviſa ſit gaudeatque etiamnunc in nonnullis civitatibus jure protimiſeos *r*) in vendendis ædibus civium. *Decimus*, quod in colendis communibus civitatis fundis, foſſis, terminis, paſcuis, pratis, campis, ſylvis, villis *s*), magiſtratui competat hodieque adminiſtratio & poteſtas, quam antiquiora documenta laudant *fundaria* & *dominica*, cui etiam tribuenda ſunt jura fontium communium & privatorum *t*) juraque conſtituendi locaria, vulgo cenſus fundorum (*Grund-heüer*), diſtribuendi etiam addicendique novis ædificantibus areas ſeu fundos. *Undecimus*, quod Magiſtratus in fundis ac bonis civium, vel ab ipſo cive tranſmigrante vel ab heredibus ipſius alibi transferendis, gaudeant jure detractus ſeu decimationis *u*). *Duodecimus*, quod in fundis civium deſtitutis hæ-

de

---

denar. & advocato ſex marc. nihilominus bona immobilia CIVIBUS *vendantur.* Et *Charta* OLDENBURGENSIS *civitatis a. 1532: Vor Unſen ſittenden Stoele des Rathes is erſchienen Unſe Hovetmann, de duchtig und Ehrenveſte* HINRICH RANZOW *mit ſinem leven Sohne Jochim und hebben eme etlicken Acker, de unſe Borgher in Bruckinge gehadt gegunnet, uth Bewillen und Vullborde Unſes gnædigen Herren Kominge* FREDERICKES *na Lude ſiner Gnaden Breve, da uns do de duchtige und Ehrbare Hinrick mit ſinem Sohne Jochim hefft* GELAVET, *dat he und ſin Sohne na dieſem Dage nenen Acker, Wiſchke, edder Weyde mehr, dat to Unſer Stadt unde Borgher Bruke gelegen hefft, edder noch liegt, begehrt edder hebben will, und uns na dieſe Tydt ock Unſe Borgher umme nenen Acker Wiſike edder Weyde mehr bemögen will an ſick und ſinem Sohne to bringende.* Mandatum Ducis ADOLPHI *a. 1585: Gebieten den Ehrſamen Ehrbaren Unſern Præſidenten, Rathe und Gemeinen Eingeſeſſenen Unſers* WEICHBILDES *Huſum daß ſich niemand unternehmen ſoll hinführo ſein* MARSCHLAND *und* ERB-GÜTER *noch auch in den Stædten und Flecken Häuſere oder Hæffe einem von Adell zu verkauffen, zu bieten noch anbieten zu laſſen in keinerley Weiſe noch Weege, beſondern woferne jemands ſeine Güter feil ſeyn, und dieſelben zu verkauffen gedrungen werden möchte, mit ſeinen Nachbaren oder ſonſten ſeines gleichen Standes Perſonen derentwegen Handlung fürnehme; würde ſich aber der ein oder ander dieſem Unſern Mandat widerſetzen, und ſeine Güter angedeuteter maſſen entæuſſern, ſo ſoll ſolcher Kauff kraffitlos und von Unwürden ſeyn.* *Oldenburgenſia. Wagriæ. Huſumenſia.*

p) Hinc in ipſa traditione judiciali a Conſule dirigente pronunciatur formula: *Der Verkauffer verläßt das verkauffte Haus* (Magiſtratui) *der Kauffer nimmt es an, ſtehet 4. Wochen zu jedermanns Recht ſalvo jure civitatis wegen der auf der Stadt haſſtenden Capitalien und Zinſen.* Quæ etiam inveſtitura margini contractus emtionis venditionis a Syndico civitatis adſcribitur & in ipſo Protocollo judiciali adnotatur, cataſtro etiam civitatis a cameratiis vel a ſcriba cameræ civitatis inſeritur. *Jus præferentiæ civitatis.*

q) Mandata DUCALIA *a.* 1624. 1631. 1638. 1655. Convenit *ordinatio juris ac dominii poſſeſſionum in Comitatu Ravensberga a.* 1670. C. IV: *Die Urſachen warum zur Æuſſerung geſchritten werden kan, ſind, wann der Eigenthümer aus Vorſatz, oder daß er ſeinem Thun nicht wohl vorſtehet, Pächte und Schulde dem Gutes Herrn nicht bezahlet, ſondern dieſelbige ſo weit als die Pachte von* ZWEYEN JAHREN *eintragen können auffſchwellen læſſet. Zum andern: Aus gleicher Urſache die gemeine Landſchatzungen und andere dem Erbe obliegende* ONERA COMMUNIA *in vier nacheinander folgenden Jahren nicht abträget, ſondern dieſelbe mehrentheils in præjuditz der Guths Herren zum merklichen Beſchwer auffſchwellen läſſet.* *Jura ædes haſtæ ſubjiciendi.*

r) *Jus* SLESVICENSE *art.* 80: *Welck Börger offte Inwahner, de een egen Hueß hefft up dem Lande, offte frembder tegene, de verkope dat keinem anderen, he entbede dat erſten tho Kope dem* HERREN VAM LANDE, *will he idt nicht kopen, he verköpe dat dar he meiſte Geld hebben mach, will he dat ock köpen. ſo nehme he gude Warders-Lude dartho de ydt ſetten.* Jus APENRADENSE *c.* 45. Statutum OLDENBURGENSE *a.* 1455: *Hefft en Ehrſamer Rath eine Bewillinge mit dem gantzen Borgeren up deme Rathhuſe gemaket und en ups me dorch den Borgermeiſter Henrick Emecken kond daen, dat na dieſen dagen neen Borgher binnen effte buten Rathes ſcholl* ERVE, EGEN *edder* LIEGEND GRÜNDE *verkopen, ſondern he ſcholl idt erſten deme gantzen* RATHE *vor deme ſitten Stole upbeden* TO KOPE; *dede dar jemand bawen, de ſchall dat deme Rathe afwedden mit Jöſtich Marcken und ſchall darto alle ſine Gudt, welckere he verkoſſt hefft, an den Rath unde der Stadt Oldenborg verfallen ſyn.* Plura notavit MENCKENIUS *diſſertatione de jure protimiſeos, domino directo in quavis feudorum alienatione competente ſecundum jus Saxonicum §. 9. 10.* *Jura protimiſeos.*

s) Reſolutio Ducalis *d* 22. *April a.* 1653. privilegium *Chriſtierni* 1461. § 4: *So* VORECHEN *wy* (appropriamus) *Gade dem hilligen Geiſte, Sunte Jurgen und dem Rade tom* KILE *und eren Nakommelingen to ewigen tyden to* TRUWER HAND *de Gades Hüſere, alle Dorpe und Güdere, de en voreghnet ſind van Unſen Vorvaren, Herren diſſer Lande, nichtes buten beſcheden, de ſe hüte uppe datum deſſes Breves in Beſittinge hebben und ven* OLDINGS *beſeten hebben, idt ſy* LEEN GUDT (bona feudalia ſeu beneficiata) *effte* SELE GUD (bona allodialia, emta, acquiſita) *den* VRYGEN EGENDOHM *mit aller Tobehöringe und allem Rechte, nemand darmede to beklümmende, up dat Gades denſte nicht gehindert werden.* Spectant huc documenta de terminis ac finibus *dominii civitatis* regundis ac cuſtodiendis, quorum hodieque inſpectio ocularis annuatim terra marique inſtituitur a Magiſtratu & ſelectu civium, vulgo *die Gräntz-Fahrt.* *Jura proprietatis fundorum communium. Sive datorum ſive acquiſitorum. Leengut vel Seelgud Grentz-Fahrt.*

t) Probant hoc *conceſſiones* AQUÆDUCTUS *ædis Alefeldianæ ſitæ in platea Holſatica a.* 1602. *titulo oneroſo acquiſiti.*

u) Quo jure civitas uſa eſt privative a *Sec. XIV.* uſque *ad a.* 1683. quo demum Dux CHRISTIANUS ALBERTUS *Jura decimationis.*

de, Magiſtratui & communi civitati competat hereditas *v*). *Decimo tertio*, quod Magiſtratui civico jura competant publica civilia proprietatis & utilitatis non ſolum in terras omnes intra fines civitatis vulgo *Landwehr w*) ſitas; ſed etiam in portum, ripas ac oſtia maris uſque ad terras *Bülck & Wiſchhövet*, quæ jura vulgo dicuntur die *Vöhrde-Gerechtigkeit x*), cujus adnexus vel effectus eſt *die Landrührung*, jura breviorum, naufragiorum. *Decimo quarto*, quod Magiſtratus autoritate permutentur fundi communis civitatis inque iis hypothecæ conſtituantur, quin ipſi olim libera fuerit facultas oppignorandi *z*) ipſam integram urbem cum pertinentiis immobilibus. *Decimo quinto*, quod actiones omnes particulares quæ vel ædes vel fundos, terras incultas (*wüſte Plætze*) res immobiles cataſtro inſcriptas, ſervitutes rerum, aliaque jura realia ac allodialia civitatenſia concernunt, inſtitui ac exponi debeant coram Magiſtratu civico, quamvis litigantes rerum proprietarii vel poſſeſſores foro gaudeant Cancellariæ, Academico, vel alio privilegiato. Denique

---

TUS in concluſo commiſſionali ſtatuit: *daß der Stadt von den Abzugs-Geldern 2. Drittel verbleiben, dem Fiſco Ducali aber auch ⅓tel eingereichet werden ſolte.* Confirmata eſt hæc ordinatio ducalibus mandatis *d.* 20. *Febr.* 1691. *d* 5. *Febr.* 1692. literis Ducis FRIDERICI ad Electorem Brandenburgicum exaratis a. 1696. & ipſa conſtitutione de jure decimationis *d.* 29. *Martii a.* 1697. Accedunt confirmationes Ducis CAROLI FRIDERICI *glorioſiſſimæ memoriæ* datæ Breslaviæ *d.* 1. *Martii a.* 1721. & Moſcoviæ *d.* 7. *Sept.* 1722. & Sententia Cancellariæ judicialis in cauſa decimationis *Margarethæ Rumöhr a.* 1725.

Hæreditatis, Sleſvici. v) Statuta SLESVICENSIA *art. XX: Stervet wohl to Schleswig edder in der Stadt* VELDTMARCK *dat menlick heth* WYKBELDE, *unde ys erffkoſſt, hefft he nene Erven, ſo ſchael de Raeth des Doden Güdere in bewarnige nehmen Jar und Dag, und kamen under der Tyd nene Erven, de ydt mit Rechte vorvörderen, ſo neme de* HERRE DES LANDES *de Helffte der nagelatenen Gudere, und de* RATH *de andern Helffte to der Stadt Nüttichheit.* Conſonant antiquiſſimus codex juris Lubecenſis latinus *art. de eo qui ſine herede moritur h. l. p.* 624.

Lubecæ.

Haderslebiæ. Statuta HADERSLEBIENSIA *a.* 1292. *art. XI; Ein jeder, ſo ſich in der Stadt niedergelaſſen, ſoll ſich erbkauffen mit 2½ ſl. niemand ſoll ſich hinführo erbkauffen er ſey denn ſo mächtig daß er ein Marck Silber wägen kann. Stirbet aber jemand und hat ſich nicht erbgekaufft, iſt ſolches Erbe dem Hertzoge verfallen, ſtirbet jemand der erbgekaufft iſt, und ſeine rechte Erven geben ſich nicht an in Jahr und Dag, ſo ſoll der* RATH *und der* VOIGT *des verſtorbenen Guth an ſich nehmen und nach verfloſſenen Jahr iſt eine Helffte an den Hertzogen und die andere Helffte an die* STADT *verfallen.* Statuta civitatis *Hafniæ a.* 1443 *art.* 89: *Wann ein Mann, Frau oder Knecht, ſo keine Erben allhier in der Stadt oder auffm Lande in der Nähe hat, in Kopenhaven ſtervet, ſo ſoll der Rath in des Vogts Gegenwahrt und mit ſeinem Wiſſen, deſſen Güther in Verwahrung nehmen, ſo lange bis die rechte Erben, mit richtigen Beweiß, ſich innerhalb Jahres Friſt einſtellen, und alsdann ſoll ihnen ſolche Güter in des Vogts Gegenwarth frey und ungehindert überlieffert werden, die Erben aber nur dem König drey Marck geben, falls ſolche im Reich wohnen, ſo ſie aber auſſerhalb Reichs bürtig ſind, erlegen ſie dem König, wie oben gemeldet, drey Marck und dem* RATH *den zehenden Pfenning. Im Fall aber innerhalb Jahres Friſt keine Erben ſich einfinden alsdann iſt der König der Erbe, und ſollen ſelbige Güther des Königes Vogt oder welchen der König dazu verordnen wird, überlieffert werden. Jedoch behält der Rath wie ob erwähnet den zehenden* PFENNING.

Hafniæ.

Landwere Kilonenſium. w) Privilegium Regis CHRISTIERNI *a.* 1461. §. 3: *Ock geve wy den vorbenomden Rathe tom Kiele und Unſen Borgeren darſülveſt und eren Nakommlingen Vollmacht, de* STADT TOM *Kile to vorbeterende in bowete, Tornen, Muren und Graven, wor en bequeme danckt, Unſeme* SLATE *darſülveſt ſunder Vorſang und to Unſeme der Stadt und des gemenen Landes beſten Behoff binnen und buten ſo ferne ere* LÜBESHE *Recht keret, wente an de* LANDWER *nomlicken beth up de* LEBENTZOW.

Eorundem jura portus, Vöhrderecht. a. 1334. x) Diploma Ducis Jutiæ WOLDEMARI *datum in Kilo a.* 1334: *Notum facimus, quod nos de conſilio & conſenſu heredum & conſiliariorum noſtrorum ob favorem dilectorum conſanguineorum noſtrorum* GERARDI & JOHANNIS *comitum Holtzatiæ & Stormariæ & ad preces ſpecialium noſtrorum civium de* KILO *eisdem civibus & civitati de Kilo* TOTUM, PLENUM & LIBERUM PORTUM *ab amne dicta* LEWENDESAUW *uſque* BULCKEHOWEDE, *quem jam actu pacifice poſſident & longis retroactis temporibus poſſederunt cum omni libertate & dominio, prout anteceſſores & progenitores noſtri & nos hucuſque liberius poſſidebamus omnimode dimiſiſſe & donaſſe.* Eisdem verbis hanc libertatem confirmarunt comites Holſatiæ NICOLAUS & GERHARDUS *in privilegio a.* 1390. *civitati conceſſo.* Accedit Regis CHRISTIERNI confirmatio *a.* 1461. §. 2. & 11: *Vortmer geven wy en und eren Nakommelingen de* KIELER VORDE *vrigh to ewigen tiden mit alleme genete, wente in de openbare zee beide ſiden mit dem Vorſtrande, alſe ſe de van* OLDINGES *in beſittinge und brukinge gehatt und beſeten hebben, doch ſo ferne dat idt uns, unſen Erven und Landen nicht to vorevange ſy.* Item: *de in unſen Landen und Ryken Schipbrokig werden effte* LANDRÖRINGE *deden, de ſcholen mogelick berghe lohn geven und fürder unbelaſtet bliven.*

1390. 1461.

Jura oppignorandi. z) Hæc conſtat ex *litteris Regis* CHRISTIANI *ad civitatem Kilonienſem a.* 1464. *exaratis*, in quibus ejus voluntatem & autoritatem ſollicitat *in oppignorando caſtro Kilonienſi cum urbe & appertintiis.* Non obſtitit huic oppignorationi Magiſtratus civicus, additis tamen quibusdam exceptionibus, quibus Rex ſatisfecit in literis ad eundem ſcriptis *Segebergæ a.* 1469: *Bydden juw unde begehren, an den erbenomten Hans Rantzowen und ſeinen Erben, to holdende* (*dewile idt* er Pand is) *alle* GEWOHNLICKE *Plicht to Gude, alſe jy oldinges unſen zeligen Voreldern hebben plichtig geweſen und auch Uns to donde plichtig ſyn, uthgenahmen geiſtlicke* LEHN WAARE, *vrye* MANDENSTE *unde wes dat mehe Land heit, ock Wy juw andachtigen bitten, deſülven Hans Rantzowen und ſiner Erven Güdere beweglick unde unbeweglick in juwer Stadt ſunder Arg vor allen Anfall eines jewelcken to veligende.* Idem Rex literis Lubecæ ſcriptis *a* 1469. denuo in eadem cauſa conſenſum Magiſtratus requiſivit: *Bidden und begehren, gy twe juwer Borger Meiſtere, twee van jewem Rade und twee van der Mannheit juwer Stadt vullmächtig* HIER *by Uns ſchicken willen, ſo dat ſe to Morgen by Uns hier tor ſtede ſyn und des ock jo mit nichte verleggen willen; ſyn wy gutwillig en tegen juw to erkennende wennte Wy Unſen Fründen van Lübeck den* KIEL *dencken over to antworten, welcket wy hopen uns und juw to framen kamen ſcoll.* Olim etiam nequidem civibus licuit oppignorare ædes ſuas alicui ſine præſcitu & conſenſu Magiſtratus docente antiquo civiloquio Kilonienſi (Bauerſprache) apud BREMERUM *in chron. Kil. f. m.* 403: *Ock ſo beden ſe* (Magiſtratus) *dat nemand ſin Erve verpanden ſchall ane idt ſchee vor dem ſittenden Stoel des Rades und ſchriven laten in der Stadt* ERFBOCKE *by* 10. *Mk. Bröke und islickem Radtmanne* 10. *ſchilling.* De jure Magiſtratus in permutandis fundis civitatis vide chartas in copiario litterarum Kilienſium præcipue *ad a.* 1667. *h. l. p.* 615.

Civiloquium Kilonienſe.

Literæ Regis Chriſtierni II. 1469.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nique decimo ſexto, quod concurſus generalis ſive in cancellaria Ducali, ſive in judicio provinciali, ſive in conſiſtorio academico vel alibi in foro competenti inſtitutus, neutiquam deſtituat Magiſtratum jure ſuo peculiari ac jurisdictione propria in res debitoris immobiles ſub civica ditione ſitas competente, quarum quidem licitatio, adjudicatio, traditio, liquidatio, onerumque reſiduorum & debitorum communium computationes vel ob ipſum Jurium rerumque civilium ordinem ac nexum fieri nequeunt niſi in foro civico, autoritate Magiſtratus. Taceo alia argumenta, quibus jura *dominii fundarii ac civilis* tum Magiſtratuum civitatum, tum præfectorum univerſitatum ruralium exponi vel illuſtrari poſſunt præcipue ex jure veterum Germanorum agrario, pagenſi, urbano cenſitico, Landſidelico, Curmedico, indigenatus, incolatus, ceſpitalitatis ac albinagii. Satis puto ex adductis conſtabit, maxime intereſſe Magiſtratuum *a*), ut ædes civium nonniſi eorum autoritate reſignentur in manus aliorum. Quamvis enim Magiſtratui reſpectu præſtationum civicarum, quibus Principi obligatur, competat vel executio vel regreſſus in fundos civium; hæc tamen remedia ſaltim ſunt extrema & extraordinaria, ordinariis omnino poſtponenda, cum incommodis ipſorum Magiſtratuum diſpendioque civium & aliquando cum injuria ac rigore conjuncta, nec ſufficientia quidem intuitu juſtitiæ *diſtributivæ*, niſi ex reſignationibus conſtet de rerum immobilium vero Domino. Non enim Magiſtratui ſaltim incumbit cura jurium rerumque Principi competentium, ſed etiam diſtributio ærium alienorum, civitatem communem & ſingulas proprietariorum ædes pro rata & a die factæ adjudicationis afficientium, ideoque & obligatio tribuendi ſuum cuicunque creditorum; quæ aliaque juſtitiæ ac utilitatum reipublicæ momenta neceſſario requirunt reſignationem & inveſtituram judicialem. Ut taceam, quod Magiſtratus omnino interſit ſcire, quis immobilia & quid quisque acquiſiverit, an contractus ille recte & cum quo præcipue emtore celebratus fuerit? ne Magiſtratui obtrudantur cives inhabiles *b*), quales alicubi fuerunt

a) Recte omnino TITIUS *in obſerv. ad Lauterb. obſerv.* 569. aſſeruit, ſcopum reſignationis judicialis non tam ex rationibus privatis, quam argumentis publicæ utilitatis dijudicandum eſſe, ita ut illa non requiratur, ut plenius jus in emtorem transferret venditor, qui jam ante reſignationem omne jus ſuum amiſit nihilque *in præjudicium emtoris* ſtatuere poteſt; ſed ut *publico nomine* venditor dimitteretur, emtor vero *declararetur dominus*. Sponte corruunt, quæ WERNHERUS *diſſert. de effectu tradit. ver. allod. ſine inveſt.* huic ſententiæ invita ratione oppoſuit ex legibus juris Romani. Nec fida eſt aſſertio *Godefr. Joach.* WOLFII *diſſ. de dominio rerum immobilium p.* 22: *quod Magiſtratus civici reſpectu jurium ſibi in res immobiles competentium poſſeſſorem ſequentis parum interſit ſcire, penes quos eorum exiſtant dominia; magis autem privatorum, ut evidenti actu dominia rerum immobilium deriventur.* *Conſenſus Titii.* *Diſſenſus Wernheri.*

b) Privilegium Ducis FRIDERICI ad mandatum ipſius a *B. de* ALEVELDE *Cancellario* ſubſcriptum *Kiliæ a.* 1506: *Dat na deſſen Dage fort an ewiglik nemand geiſtlick edder wertlick, Huſſe, liggende Erve und Stede binnen dem Kile belegen, jemande, ſunder* BORGEREN *darſülveſt tom* KIELE, *dede Uns Unſen Erven und Nakommelingen Hertogen to Holſten, ock der Stadt tom Kiele nach older gewohnelicker Herkumpſt Ede und Loffte halven vorwannth ſyn, edder binnen eenem Maendte dem negheſt kamenden uns, Unſen Erven und Nakommlingen und ock de genanten Unſer Stadt, wo Recht und wontlick, mit Eden vorwant werden, to enem ewigen* ERFKORE *vorkopen ſchole by Vorluſt ſo daner Hüſer mit ſiner Thobehoringe, welckere ene Helffte an Uns, unſe Erven und Nakommlinge Hertogen to Holſten, und de andere Helffte an den Rath und dat gemeine Beſte an den der upgenannten Unſer Stadt tom Kiele unwedergifftlicken und ſunder Gnade ſchollen verbraken und vorfallen ſyn. So averſt jenige* GEISTLICKE *Lüde, Hüſſe, liggende Erve edder Stede binnen gemeldter Unſer Stadt Kiel Erves halven worden langen, derſülven geiſtlicken islick ſchall ſick in allen und islicken ergenanten Stadt Unpflicht enem* BORGERE *darſülveſt gelick holden. Und ſo jemand Unſer Lande* ADEL *darſülveſt binnen dem Kiele, wo vorberöreth, jenige Huſe, liggende Erve edder Stede wurde langende, de ſchall deshalven vor alle und islicke* UNPLICHT *derſülven Stadt bemeldten Radthe jahrlickes ſöſs Lübſche Marck Pfenninge to entrichtende, to vornögende und to betalende vorplichtet ſin.* Eandem libertatem confirmant reſolutiones Ducales *a.* 1624. *d.* 17. *Sept. & a* 1633. *§. zum vierten.* Accedit *ordinatio civitatis* FLENSBURGENSIS *confirmata a Rege Chriſtiano IV. Coldingæ a.* 1558. *art.* 4. *Nemand ſchall handeln binnen der Stadt in jeniger Kopmannſchap he ſy denn dem Rade und der Gemende geſchworen und hebbe den Rahde ſin Borgerſchop und ingang gegeven als* 3. *Mk de Helffte Konigl. Mayj. de Helffte der Stadt, und ſy* HUSGESETEN *und do* BORGER-RECHT *mit aller* UPLAGE, *wat daran kommt; und de alſo de Borgerſchop begehren, de ſcholen vor Borgermeiſter und Rath kamen und up dem* DINGE *eren gewöhnlicken Eydt doen, up dat men ſehe wat ſe vor* LÜDE *ſint, und geven ock dem Vagde und Cammerer wat gewöhnlich.* Politia FLENSBURGENS. *Regis Chriſtiani IV. a.* 1600. *cap. XII: Wer der Bürgerſchafft begehret, derſelbſe ſoll bey dem Burgermeiſter des Kirchſpiels da er zu wohnen geſinnet, ſich angeben, der denſelben an den Vogt und Cammerern ferner verweiſen wird, welche ſeiner Gelegenheit mit Fleiß ſollen erkundigen, und von ihnen* NIEMAND *zum Bürger angenommen werden, er wiſſe dann ſich und die ſeinen redlich zu ernähren, und da er von andern Oten hergekommen, ſoll er von der Obrigkeit des Ohrts, da er zuvor gewohnet, ſeines Verhaltens und Abſcheides gute Kundſchafft vorbringen, damit ſo viel möglich verhütet, daß nicht die Stadt mit armen Leuten und loſen Geſinde erfüllet werde. Der nun angenommen ſoll die Gebühr wegen erlangter Bürgerſchafft unweigerlich entrichten als nehmlich* 13. *Mk halb an I. K. M. und die andere Helffte der Stadt auch Vogt und Cämmerern was gewöhnlich, und folgends vor Burgermeiſter und Rath auf* OFFNEN DINGE *erſcheinen und den gewöhnlichen Bürger-Eyd gebührlich leiſten, auch* HAUSGESESSEN *ſeyn, und ſein eigen* FEUER *und* RAUCH *halten, und in aller* AUFLAGE *und* BESCHWERDE *thun und leiſten was die Burgerliche Pflicht erfordert.* Jus *provinciale* HEILIGOLANDICUM *confirmatum a Duce* JO ADOLPHO *a* 1606: *Mot hie ock nicht wahnen, wee da will, de Mann de lopen kommt, dat van frembden utheimiſchen ehrdage nicht geböhret; denn edt is in korten Jahren von den* HOKLÄNDERN *begehrende geweſt by unſen ſeeligen löfflicken Herrn Hertog Adolphen, dat ſe Siner Fürſtl.* *Jura Magiſtratus in dando jure civitatis.* *Kilonienſis.* *Flensburgenſis.* *Heiligolandiæ.*

Resignationis rationes intuitu emtoris.

fuerunt nobiles, hodie ubivis fere sunt peregrini, tutores & alii, qui nec cespitalitatis seu *civitatis jure* nec *foro quodam privilegiato* gaudent. Quod vero in emtoris etiam securitatem & commoda resignationem judicialem vergere dixerim id quidem facile probatur ex antiquis moribus ac institutis, quibus cautum erat, ut venditor non solum sine præscitu ac consensu heredum *c*) necquicquam rerum immobilium venderet; sed etiam contra quorumque impetitiones emtorem tutum redderet præstaretque in eum finem etiam in publico loco *disbrigam, warandiam* seu *evictionem*. Et quamvis etiam ante solemnem resignationem venditor ad evictionem præstandam emtori *d*) se obligaverit pacto olim orali, deinde scripto, & hodie in ipsis contractibus inter venditorem & emtorem absolutis; maxime tamen interest emtoris, ut hujus rei causa, *certo tempore præfinito*, plane in tuto collocetur. Quod quidem tum olim factum est ipso die præstitæ *Selandiæ* in coemiteriis coram plebe præsentibus fidejussoribus *e*), tum hodie fit in civitatibus solemni judiciali die in curia, præsidente Magistratu & adstanti civium selectu, accedente etiam civium duorum testimonio in memoriam rei gestæ. A tempore enim resignationis & investituræ hujus publicæ vel annus & dies, vel mensis *f*) saltim, instar termini iis præfigitur sub poena præclusi, qui sibi nonnihil juris in rem venditam competere contendunt a venditore quippe emto-

---

Gardingæ.

Fürstl. Gnaden Geschencke geven wollen, dat se hier also schepen muchten up den Strand alse wy dohn. Averst unse Gottseelige Gnadige Fürst und Herr hefft ede mit nichten gestaden wollen, is ock nemande geschehen. Statuta civitatis GARDINGÆ *a Duce Jo. Adolpho indulta a.* 1590. *Tit.* 18: *So fern sich jemand zu Gardingen zu wohnen begeben wolte, soll derselbe schuldig seyn, dem Burgermeister gnugsamen Beweiß und Schein vorzubringen, wo er seine Wohnung zuvor gehabt, zusamt gebührlichen und glaubwürdigen Gezeugniß seines Christlichen ehrbaren Lebens Handels und Wandels und soll solcher Beweiß nicht von Pastoren aus den Städten oder Dorffern, sondern von Burgermeister und Rath der Stadt, darinnen er gewohnet, oder auch von den Amtleuten, Richtern und Verwaltern Königl. und Fürstl. Amptern unter ihrer Hand und Siegel seyn; wann dann also solcher Beweiß vorgebracht worden, mag er zum Bürger angenommen werden, doch soll er uns so wohl als Burgermeister und Rath und Gemeine zu Gardingen gebührliche und gewöhnliche Eyde und Pflicht thun, auch der commun nach* ALTEN *Gebrauch bezahlen 5. Mk. Bürger Schatz, welche Gelder zur Erhaltung Wege und Steege angewendet werden sollen.*

Wismariæ.

Consonant antiqua *civiloquia* WISMARIENSIA *a.* 1435. *n.* 23: *Quilibet qui vult gaudere privilegiis* CIVITATIS *&* DEFENSIONE *consulatus, ille non debet bona sua alicui dare vel vendere super vitalitia, nec intra nec extra civitatem, nisi hoc fiat de consensu consulatus, aliter hoc debet esse irritum & sine roboris firmitate. Omnis* ECCLESIASTICA *potestas, quæ intromisit se de stantibus hereditatibus vel jacentibus fundis hujus civitatis, debet hujusmodi e converso deducere ad manus* SECULARES *intra hinc & festum beati Michaelis proxime futurum sub pœna X. marcarum argenti.*

Consensus hæredum in venditionibus requisitus moribus Germanorum. Svecorum.

c) Codex *juris Lubecensis* TUNDERENSIS *in tribus articulis de bonis hæreditariis b. l. p. 622. 623.* Lex SAXONUM tit. 16. *Spec.* SAXON. *L. 1. a. 52.* Statuta *civitatis* RIPARUM *a. 1443. art. 58: Quicunque voluerit possessiones suas vendere, primo secundo & tertio offerat* PROXIMIS *suis* CONSANGUINEIS, *adhibitis secum duobus bonis viris* DOMICILIA *sua in civitate habentibus, & si emere voluerint, sicut alieni inde offerant, emant, si autem noluerint, concedatur ut vendat cuicunque voluerit secundum* JUSTITIAM *civitatis.* LEGES *Westrogothicæ Svioniæ editæ ab* OLAO RUDBECKIO *tit. de jure agrario c. VI. p. 24: Si quis terram suam vendere velit, eam legitime repræsentabit* HEREDIBUS SUIS *cum inspectorum vel inquisitorum judicium instituitur pro heredibus, ibique offeretur illis terra emenda, quos judicium producet,* MENSTRUA CITATIONE *a judicibus facta; Si quis heredum se intra* MENSTRUUM *spatium sistat judicio ad emendam terram, hujus rei facultas eis erit; Si se non sistat, possessor terræ in judicium se conferet, & cum cognitione ac consensu judicii vendet terram illi, qui majus judicium profert.* Jus vetus UPLANDICUM *a. 1295. recognitum* apud EUNDEM *p. 72. tit. V. c. 1: Si quis bona quædam soli & quidem veteris prosapiæ vendere velit, hæc prius offerentur* CONSANGUINEIS *coram vicinis & paræcianis. Si consanguinei ea bona emere nolint, offeret possessor bonorum coram centenario judicio, istæc consanguineo. Si ille recognoscere istæc velit,* ADJUDICABITUR *ei ratione consanguinitatis. Si vero nec recognoscere nec ea bona emere velit, in centenario judicio offeret secundo consanguineo, si nec recognoscere nec emere velit, in centenario judicio tertio consanguineo offerentur. Si ne tum quidem consanguineus emere velit, tunc emat ille qui maximam crumenam habet & dare pretium æstimatum ac præsentem pecuniam cupit, tunc illi hæc adjudicabuntur tam firma ac vata, quam bona* PATERNA *ac allodialia.* Leges PROVINCIALES REGNI *a Rege Carolo IX. confirmatæ a. 1608. ed. a Jo.* LOCCENIO *p. 49. tit. IV. c. 2: Si quis terram suam hæreditario jure acquisitam vendere velit in tribus judiciis territorialibus eam* CONSANGUINEIS *suis publice denunciari curabit, paternam agnatis & maternam cognatis. tertia consanguinei jus* RETRACTUS *habentes tempus* ANNUUM *habebunt ad redimendam illam terram. Si intra dictum tempus non redimant possessor potestatem vendendi, cui velit, habebit & nemo cognatorum deinceps illud amplius interpellare poterit.*

Warandiæ promissio ante resignationem judicialem.

d) Quod iterum manifesti instar indicii est, quod quidem a *tertiis*, etiam a *magistratu*, exceptio nondum factæ resignationis obmoveri possit, non vero a *venditore ipso*, omni prorsus jure in re destituto, translato quippe in emtorem cum obligatione *præstandæ securitatis contra quoscunque*. Formulæ hujus obligationis ante resignationem judicialem emtori præstitæ occurrunt inter chartas Oldenburgenses *ad a. 1318:* SCHOLEN *und willen Wy* (venditores) *den Koper und sine Erven von aller und enes jsliken* ANSPRAKE *entfryen de vor Recht kamen will, der sy geistlick effte wertlick, unde sunder jegenwardig entfrygen unde frygholden in Krafft desses Unses open Breves by Unser egen Kost, Moye und Eventure, als hier unde in* LAND-RECHTE *der Entfrijginge halven ein Recht is, sunder des* KÖPERS *unde siner Erven, Besitters dessen Breves vorbenohmten verkofften Ackers, jenigen Schaden; wer overst je des an jennigen bewisticken Schaden queme, den scholen unde willen Wy unde Unse Erven den Köper unde sine Erven all sunder jennig Wedderspreckent benehmen, sunder hier entjegen jeniges geestlickes effte wertlickes Rechtes Bruckinge.*

e) Vide diplomata *Bordesholmensia Tomo II. p. 292. sqq.* Quorum vices hodie subeunt testes, qui ex cœtu civium in actu investituræ judicialis præsentium nominantur a Consule investiente.

f) Ad hunc terminum restringenda est assertio JCtorum Saxoniæ statuentium, quod resignatio judicialis & inscriptio in librum publicum securitatem præbeat contra quoscunque. *D.* BÖHMER *Consulat. T. I. c. 366. §. 5. 6.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

emtori evincendam *g*). Præcipue vero emtor ipsa hac translatione & investitura judiciali consequitur dominium *plenissimum* civile, cujus effectus est facultas civilis transferendi res emtas in hæredes & quoscunque alios, unde Salandia judicialis in antiquis chartis audit ERFFZELE *h*). Tantum vero abest, ut investitura judicialis omne dominium demum conferat, ut saltim illud, extra judicium, adjudicatum publice declaret, ac civiliter *h. e. cum effectibus juris civitatis communis* stabiliat, sitque ideo dominii in emtorem antea translati CONFIRMATIO *i*) & adjudicationis ABSOLUTIO ac EXECUTIO. Ante ipsam enim resignationem judicialem, finita licitatione domus vendita plus licitanti statim a Consule regente, data ipsi solita recognitione, manu stipulata adjudicatur. Quæ ipsa adjudicatio hunc effectum sortitur, ut emtor vel emtoris mandatarius civis sub obstagio & hypotheca bonorum obligatus, teneatur ex inita cum venditore vel creditoribus conventione vel ad rei emtæ pretia stato tempore cum usuris exsolvenda, vel in depositum tradenda in Curia, asserendique sibi rei translationem, possessionem ac dominium, confirmandum deinde civiliter in judicio, ut emtor laudatos dominii civilis effectus exercere queat plenissime. Provoco ad ipsum concentum Legum Cimbricarum & Saxonicarum, quæ quicquid de dominio per resignationem judicialem translato statuunt, ad civiles effectus saltim referunt ipsamque resignationem *Magistratus* intuitu & *emtorum* causa requirunt; tantum abest, ut venditori relinquant vel vindicent exceptionem resignationis nondum factæ. Audiamus statuta *ruralia Holsatica seu Neomonasterienſia MSCt. ex interpretatione Saxonica artic. 16. Ubergiebt einer dem andern sein Haus, solches soll mit Wissen der* BEAMTEN *geschehen und von ihnen vollenzogen werden. Acker und Wischen soll niemand ohne des Kirchspiel-Voigts Vorwissen verbäuren bey Straffe, und soll an keinen Ausheimischen verbäuret werden.* Art. 31. *Wer einen ein Gut verkauffet, beweg oder unbeweglich, seyn sie des Kauffs einig, das ist wann der Kauff fest und der Gottes-Pfenning darauf gegeben worden, so seyn sie beyde den Kauff zu halten* SCHULDIG. Art. 32. *Kein Kauff ist* BESTANDIG *zu halten es sey dann dabey ein gewiss Kauff-Geld bestimmet, was die Waare gelten soll, wieviel Rthlr. oder Marck; darumb ists kein kræfftig Kauff, wenn der Verkæuffer saget, du sollt mir geben was recht und billig ist, und der Verkæuffer saget ja dazu, so aber beyde Theile die Ansetzung des Kauff-Geldes willkührlich zu einem andern stellen wollten, was derselbe ausaget, dabey wird es*

Præcipue ut dominium ipsi confirmetur civiliter.

Confessus statutorum Neomonasteriensium.

---

g) Jus Juticum ex interpretatione *latina* CANUTI *c. 41: Quicunque terram vendiderit & eam* APPROPRIARE (gewehren) *non poterit, & illa legaliter revocata fuerit per contentionem quæ dicitur* DELE, *ille, qui vendidit, debet exponere pretium integraliter & solvere Regi tres marcas & bondoni* tres, *quia non potest appropriare. Sed quicunque vendiderit alteri terram, tenetur eam appropriare & tueri per* COGNATOS *suos infra triennium (dre Winters hæfft) quia legitima præscriptio non currit prius, quæ dicitur* LAWHEVDT, *nec minus currit quam tribus annis. Postea ille qui emit defendat se per cognatos suos, nisi aliquis impetierit, qui tunc non erat infra annos discretionis, vel mulieres non habentes tunc tutores, vel si illi, quorum intererat, erant tunc temporis extra patriam quando terra vendebatur.*

Præstatio Warandiæ judicialis.

Erffzele.

b) Occurrit formula inter *diplomata Bordisholm. a. 1392:* SCÖLLEN *Wy* (venditores) *unde willen se entfryen van aller Ansprake unde hebben desensulven herren* (emtoribus) *laten enen vryen* ERFFZELE *uppe dit sulve gud vor dem Kerspele to der Brughe alse in* DEM LANDE *to* HOLSTEN *en* RECHT *is: Dyt lowe ick* (venditor) *und myn Sohne vor uns unde unse erven, unde vorder lowen mit uns desse ehrlike lüde to ener* TRUWEN HAND.

Fidejussores.

v) Quorum paucula nomino. Rebus *civitatenſibus* inſerviunt (1) ANDREÆ CURTII *Concellarii Ducis Adolphi Friderici* volumen conſiliorum ac documentorum de controverſiis inter Ducem & Senatum civicum exagitatis in cauſis jurisdictionis, executionis, citationum a. 1638. (2) JO. HENR. WEDEMANNI *cancellarii Sverinenſ. &* JO. SLUTERI *cancellarii Guſtrovienſ.* deductiones in cauſa vectigalium Warnemundæ *a* 1674. quibus adhærent argumenta & gravamina commiſſariorum Roſtochienſium miniſtrorumque Svecorum STERNBACHII & WOLFRADTII, nec non conſilia in eadem cauſa data ab ANDR. CURTIO & conſiliario intimo *de* KOPPELAU *a* 1679 (3) *D.* CAMMERARII *collectio rerum judicatarum Lubecenſium & Roſtochienſium volumina tria*, quibus uſus eſt in concinnando codice juris ſtatutarii Roſtochienſis, publica tamen autoritate nondum donato. (4) *Hiſtoria de origine & juribus centumvirorum Roſtochienſ.* ab a 1583. inſertis placitis variis communibus, decretis & rotulis. (5) *Diplomatarium Roſtochienſe a. Sec XII uſque ad Sec. XVII.* privilegia, jura, jurisdictionem, judicia, bona pagorum corporumque & cœnobiorum jura complexum. (6) JO. CHRISTIANI BESELINII *Conſiliarii intimi Ducalis Sverinenſis annales Roſtochienſes* ex variis ſcriptoribus, præcipue ex majori chronico *Chemnitiano* concinnati. (7) ANOMYMI *hiſtoria civitatis, tribus partibus abſoluta*, quarum prima ſiſtit originem, incrementa & ſtatum civilem; altera res academicas & eccleſiaſticas; tertia privilegia, jura & ordinationes civicas. (8) *Hiſtoria cœnobii* ad *S. crucem* documentis & diplomatibus munita. (9) *Jo.* HUBERI *origo civitatis rerumque in ea geſtarum enarratio vernacula* ab a. 1310. uſque ad a. 1661. (10) *D. Chriſt.* REDEKERI *conſulis Roſtoch. annales Mecklenb. & Roſtochienſ.* qui a LOCHNERO laudantur; ſed aliorum fide inter affectos labores exigui momenti referendi ſunt. Ad res *academicas* ſpectant (1) *Diplomatarium* continens bullas & chartas Paparum, Cæſarum, Ducum & Epiſcoporum, privilegia, jura & commoda academiæ concernentes ab anno 1419. usque ad 1697 (2) *Acta Caſtritiana.* (3) *Acta de abrogatione Pennaliſmi & Nationaliſmi.* (4) *Hiſtoria ſceptrorum diffractorum a.* 1675. (5) *Muſæ inter arma* *Manuſcripta varia rerum Roſtochienſium.*

Diplomataria Doberanenſia.

Bina quæ Tomo huic inſerta ſunt *diplomataria Doberanenſia* complexa ſunt CCC. chartas, ex membranis autographis in tabulario Ducali Sverinenſi adſervatis transſumtas, ab a. 1190. uſque ad a. 14--. Equidem in membranis *a*) primi & ſecundi diplomatis Principis Slavorum Nicolai annus expreſſus legitur M. C L X. ſed culpa id factum eſt ſcribentis, qui numeros L. & C. vel permiſcuit, vel minus luculenter diſtinxit. Subſtitui igitur annum M C X C. motus his rationibus, quod cum anno 1160. neque conſpiret annus indictionis VII. tempore Clementis Papæ, neque annus originis monaſterii. Circa annum enim 1160. indict. VII. Alexander III. & Antipapa Victor inclaruerunt; Clemens vero demum a. 1188. Papa electus eſt. Origines autem Doberanenſes vulgo demum, fruſtra tamen ad a. 1164. referuntur, quo Pribislaus II. fundator monaſterii, nomen nondum fidei chriſtianæ addixerat nec uſus erat Bernonis, ex Monacho Amelunxbornenſis Epiſcopi Megapolenſis & Sverinenſis conſilio, cui tamen monaſterium initia ſua debet. Rectius itaque origo refertur ad a. 1169. quo ipſo etiam fundationis litteras conſignatas fuiſſe teſtantur probatiſſimi rerum Megapolenſium annales & hiſtorici. Deperditis tamen rebus hodie adnumeranda ſunt Pribislai II. aliorumque monaſterio Doberanenſi conceſſa privilegia, quæ cum ipſo a Venedis devaſtato monaſterio mox interciderunt. Servata tamen quædam ſunt, ex quibus laudo epiſcopi Bernonis diploma an. 1177. datum, quo prædia a Pribislao Abbatiæ conceſſa recenſuit, ac in iisdem decimas conſtituit. Quod ineditum adhuc ex membrana autentica deſcriptum exhibeo: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: Berno Magnopolitanus Epiſcopus omnibus ſucceſſoribus ſuis & omnibus fidelibus ſalutem in perpetuum. Si pauperum Chriſti curam habuerimus, magnæ mercedis meritum nobis per hoc apud Dominum conquirimus. Hinc eſt, quod Domino famulantes in Doberan pia largitate conſolari dignum duximus, de quo, ne cui dubitationis ſcrupulus inpoſterum remaneat precavere curavimus. Cum enim* PRIBIZLAUS *devotus Princeps Slavorum, inſtinctu* NOSTRO, *omnipotenti DEO & beatæ Mariæ prædium in Doberan ad conſtruendam Abbatiam obtuliſſet & numerum terminumque prediorum vel poſſeſſionum ad uſumfructum inibi DEO ſervientium circumquaque conſtituiſſet, quoniam ad nos detinere ſpectabant; Nos pro voluntate Ducis* HENRICI *cum conſenſu totius eccleſiæ noſtræ in eisdem poſſeſſionibus & prediis* DECIMAS *contulimus, quatinus omni moleſtia ſubmota liberius divinis inſervirent laudibus; quodſi quicquid ex his prediis in futurum aliquo malo ingenio per ſacrilegium fratribus ſubtractum fuerit, de jure tamen nihilominus illis perpetuo permanebunt; ſunt autem hæc nomina prediorum in quibus decimas prenominatas fratres in Doberan accipient.* DOBERAN, PARKANTIN, *villa Slavica* DOBERAN, PUTELHA, STULVE, RADUKE,

Origo monaſterii.

ſeu acta Academica tempore WALLENSTEINII ab a. 1627. uſque ad a. 1632. collecta, quæ continent literas academiæ ad præfectos exercitus ARNIMUM, *Alb.* WALLENSTEINIUM, FERDINANDUM II. *Imp.* D. MATTHIAM HOE *ab* HOENEGG *concionatorem aulicum Electoris Saxoniæ*, item ad Cancellarium Cæſareum *de* STRALENDORFF, Proprincipem WINGERSKI, *Henr. Ludov. ab* HARTZFELD (cui l. *Jacobus Varmeier* in conclavi caput gladio demſerat a. 1631.) & MART. MAXIMIL. BOLTZEN *von der* CRON *Cæſareum præfectum*, perſcriptas. (6) *Acta integra viſitationis academiæ* a. 1563. a. 1571. 1576. 1599. 1601. 1622. (7) *Epiſcopiæ Sverinenſis acta & probationes jurium cancellariatus Roſtochienſ. Jurisdictionis ac viſitationis*, additis bullis, pacibus, concordiis, tranſactionibus, pactis compactatis & documentis a tempore fundationis academiæ. Accedunt refutationes reſponſorum *Matth.* STEPHANI præcipue COTHMANNI, quibus jura cancellarii impugnavit *Reſp. acad. I. n. 17. 29. 43. 46. 65. 69. 252. 255. 260. 261. 320. 391. 395. XIV. n. 29. 54. Reſponſ. XXIV. n. 25. Reſponſ. XXIX. n. 2. 65. Reſponſ. 30. n. 15. Reſponſ. 33. n. 3. Reſp. 39. n. 64. Reſp. 45. n. 1. Reſp. 64. n. 1. 24. 678.* Adhærent Reſponſa JCtorum *Francofurtenſium*: FRANC. PFEILII *conſultationes in hac cauſa*, & *excerpta ex* COTHMANNI *Syndici*, poſt *Cancellarii, reſponſis pro Epiſcopo facientibus.* Vide etiam SCHURFFIUM *centur. III. conſ. 35.* PFEIL *conſ. 29. 80.* (8) *Acta academica cum Magiſtratu civico controverſa in cauſis immunitatum ab oneribus & in cauſis criminalibus* cum decretis Ducalibus & Reſponſis Facult. *Marpurg.* & *Francof.* (9) *Chartularium*, quod complectitur origines, donationes, contractus, legata, ſtipendia, reditus & diſciplinam collegiorum ſeu reſidentiarum Roſtochienſium. (10) *D. Lucæ* BACMEISTERI *diarium Roſtochienſe*, in quo conſignavit res memorabiles, ipſo ſuperſtite, geſtas in academia & eccleſiis. Ita *e. c. ad a. 1563. d. 28. Maji* adnodavit, *quod Regentiam ſive domum* SILVANI, *quam* JO. COLERUS *Stadhagenſis, Præpoſitus Luneburgenſis ad ædem S. Johannis, vi teſtamenti in commodum Academiæ ædificaverat, Academiæ demum ſubtraxerit ejus ex fratre* HINRICO COLERO *Senatore Lubecenſi a. 1563. mortuo nepos* ANTONIUS COLERUS, *qui illam domum invita academia divendidit.* Ad a. 1565. recenſuit *hiſtoriam excommunicationis* MICH. BOLDERMANNI *factæ a 1565. nomine totius Miniſterii ab ipſo Bacmeiſtero.* Denique rebus *eccleſiaſticis* inſerviunt JOACH. SCHRÖDERI *&* D. JO QUISTORPII *diaria & obſervationes rerum ad eccleſias ſpectantium*, præcipue *integra XXVI. volumina MSCt. actorum miniſterii Roſtoch.* quorum *Tomus VIII.* quædam de KITTELIO & SALIGERO; Tomus XIII. *reſponſa & deſideria Miniſteriii & Ducalia Reſcripta*; Tom. XIV. res inter *Miniſterium* & *Academiam* geſtas; Tomus XXI. XII. *antiquitates eccleſiaſticas miſcellas*; Tomus XXVI. controverſias *cum* DRACONITE exhibent.

a) Quæ ceteroquin haud ſuſpectæ fidei ac illæſæ ſunt, munitæ etiam *Nicolai Principis* ſigillo quod exhibet equitem cataphractum ſine freno, dextra tenentem gladium evaginatum. Inſcriptio eſt: *Nicolaus Dominus de Rozſtock.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DUKE, CRUPELIN, WILENE, *quatuor ville in* CUBANZE, *scilicet villa* BRUTZE, GERMARI *& due ville* BERNONIS *& in terminis ad occidentem* DOBERNIMERIGORTA, *ad aquilonem vero terminat mare; ecclesiarum autem dispositio infra loca predicta & sacerdotum constitutio vel baptismus & sepultura mortuorum nec non & jus* SINODALE, *quod* BANNUM *vocatur ad Abbatis curam pertinebit. Quisquis igitur his contraire temptaverit sine ultione non inmerito suo jacebit. Hujus rei testes sunt; Berno, Remigius, Gregorius, Herebertus, Guncelinus, Reinerus, Sigero, Samuel Johannes & tres filii ejus Henricus Bertoldus & Joannes. Acta sunt hæc anno incarnationis MCLXXVII. indictione X. Kalend. Febr. in generali sinodo Zverinensi tempore Alexandri P.P. regnante Friderico Imperatore piissimo Amen b).* Usus diplomatariorum Doberanensium admodum insignis est sive desideres historiam coenobii condendam diplomaticam, sive spectes supplenda & explicanda historiarum & antiquitatum varia argumenta, sive inquiras in tot expugendos rerum Megapolensium communes errores c), sive denique postules jurium antiquorum memoriam & explicationem. Ita habes *ad a. 1190.* leges vomerum novem ignitorum ferrique manualis, donationem proventuum maris, & jura periclitationis navium; *ad a. 1192.* fundatum vetus monasterium, insultu Slavorum impeditum, restauratum ab Henrico Burewino filio Pribislai II. & denuo dotatum. *Ad a. eundem* in charta Hinrici Burewini occurrunt spontanea renunciatio juris bedarum & servitiorum, expeditio extra terram, defensio terræ, testimonium Slavorum. *Ad a. 1210.* paucitas Slavorum, autoritas Teutonum, decimæ in feudum oblatæ. *Ad an. 1218.* monasterium conditum secundum statuta ordinis Cistercienſis in honorem Mariæ & confessoris Benedicti, jus recipiendi cujuscunque gentis & artis homines in pagos. *Ad a. 1219.* incrementa redituum monasterii *d*), exemtiones ab omni jure seculari, *ad a. 1223.* testes ministeriales, comites, clerici, Burgenses; *ad a. 1237.* Borwinus dominus de Rostock consilio fidelium suorum sibi servat cognoscendas quatuor causas criminales (*fraischfælle*) furtum, incendiarum, raptum edito clamore violento, & homicidium, manifestatum tamen *manu mortua præsente dd)*, quæ Frisis & Anglo-Saxonibus dicitur *Handlösung e*). Ad a. 1243. laudatur feudum *Zwizowe* Domino de Werle resignatum, oblatumque eodem jure monasterio. Ad a. 1244. Principes habes *nobiles*, monachos Amelunxbornenses primos idolorum Slaviæ exturpatores, ceteraque innumera ad marginem passim notata.

Usus Diplom. Doberan.

Henrici SEDORFFII *JCti & Hassiaci Consiliarii historia Dithmarsiæ liberæ a. 1668.* consignata ac *catalogo regentium Principum* instructa hactenus abscondita fere fuit, ut non tantum WALTHERI sed etiam JO. MOLLERI in conquirendis Holsaticæ historicæ præsidiis

Henrici Sedorfii Ditmarsia libera.

---

b) Sigillum *Bernonis* ære expressum *vide Tab. V. sigillor. num. 51.* ac monasterii Doberanensis *sigillum n. 50.*

c) Pertinent huc speciatim manca & erronea a nonnullis tradita *Series Abbatum*; *recensio rerum Doberanensium* ex relationibus & scriptis fidei ac momenti nullius compilata ceteraque alia. Quæ *Autore* M. HERMANNO KRAUSE, *Oldenburgensi*, anno 1564. & continuatore EDDELINO *V. D. M.* circumferri solent *memorabilia templi Doberanensis MSCt.* plura continent recensu nequidem digna. In quorum numero sunt laudatæ reliquiæ sanctorum hodieque adservatæ, quamvis constet, illarum partem *anno* 1534. Hispanias fuisse asportatam, ceteras vero anno 1563. terræ traditas aliasque denuo supposititias jussu ULRICI *Ducis a.* 1580. crematas.

d) Dixerit forte hodie post factam monasterii reformationem secularem horum notitiam otiosam; sed perutilem illam esse superiori ævo docuerunt quæstiones circa pertinentias, fines ac reditus antiquati monasterii agitatas, in cujus loca & jura successit *præfectura Ducalis*, partim etiam *academia Rostochiensis.* Ducales enim Professores hodieque salaria accipiunt ex *Præfecturæ*, olim monasterii, *reditibus* & ex *Salinis Luneburgensibus*, quibus olim monasterium Doberanense donaverant pii largitores. Vide ORDINAT. *eccles. & Megopol. ed. 1557. pag. 264. &* BÜTTNER *in genealog. patritior. Luneburgens. append. num. 1.* De communi traditione, monasterii reditus & pretiosa, imminente reformatione Hispaniam fuisse translata alibi dictum est.

Reformatio Monasterii.

dd) Eadem fere formula occurrit *h. l. ad a.* 1257 in diplomate donationis *Joannis Theologi* Domini Wismariæ Doberanensibus factæ. In chartis cœnobiorum *Rhenensis* & *Dargunensis* ejusdem formulæ frequens exstat lectio. Clare præcipue NICOLAUS *Dominus de Werle in confirmatione libertatum coenobii Dargunensis anno 1271.* explicuit *clamorem* VIOLENTIÆ: *Condemnabuntur vero fures furto octo solidorum valorem excedente, latrones, incendiarii, homicide* MANU MORTUA *præsente, violentiæ illatores, oppressores mulierum, raptores virginum, ita duntaxat, si in ipso* INSTANTI *mulier aut virgo violentiam clamore* VALIDO, *sicut moris est, per* VICINOS *&* ADJUVANTES *fuerit attestata: quicquid in tales agere volumus pro pecuniaria satisfactione, tertia pars satisfactionis cedat Abbati, nobis duæ, si vero ipsos ad mortem decernimus condemnare, ad* NOSTRAM *jurisdictionem spectabit* EXAMEN. Consonæ sunt veterum *Frisionum* consuetudines, de quibus dixi *præf. ad Tom. I. p 61. sq.*

Clamor violentiæ & manus mortua.

e) Vel HAUPTLOSUNG capitis occisi amputatio. Eo enim casu, quo de percussore nondum certe constitit, sepeliendi

Haubtlosung.

diis induſtriam effugerit. Nec vero negligendus hic ſcriptor videtur, cum non pauca ſingularia, inprimis ævo ſuo geſta, adnotaverit. In reliquis rebus compendium dedit Ditmarſiæ hiſtoricorum, quos fere omnes *) inſigni ſtudio conquiſiverat; hiſtoriam tamen hujus regionis eccleſiaſticam juriumque notitiam rite pertractandum, ut reliqui fere omnes, prætermiſit. Neque inficiandum eſt, magno ſæpius niſu eum parum agere ac leves non raro circumſtantias nimis prolixa verborum circuitione deſcribere. Luce publica frui coepit Lubecæ, quam tamen patriam propter lites cum patritiis ibidem ſibi inter-

---

Ejus variationes.

peliendi interfecti *manum* vel *caput* truncarunt judices criminales, ut cognati ad *perſequendum homicidam* incitarentur, ipſeque homicidii reus, corpore delicti præſente, vel ejus *cruentatione* forte facta, crimen compoſitione debita expiaret. Vide BODINUM *diſſert. de fallacibus criminum indiciis Sect. 2.* ZACHIAM *in quæſt. med. Legal. L. 5. T. 2. qu. 8 n. 8.* Hæredes itaque & propinqui occiſi olim ejus fuerunt acerrimi vindices, tam vinculo *cognationis* incitati, quam MANNGELDI, WERIGELDI *ſeu* CYNEBOTI (Söhnungsbuſe) obtinendi cauſa. Teſtantur id documenta copioſa, ſpeciatim *Kilonienſia ad a.* 1286: *Verra quæ fuit inter Nic. Kubbe & Jo. Schultetum pro homicidio fratris, pecunia accepta eſt ſedata & compoſita, & hoc Joannes fatebatur coram* CONSULIBUS *Kilonienſib & conſcribi fecit in* CIVITATIS LIBRUM, *quod nunquam modo* VINDICARE *vellet.* Et ad a. 1290: *Joannem dictum Blot ab omni impetitione libere ſententionamus, quia V. marcas dedit* CONSULIBUS *& V.* PROPINQUIS *pro homicidio, quod perpetravit in famulo Johannis dolificis.* Iterum ad a. 1351: *Wy Schacke unde Volrad Brodere geheten vamme* RUMORE, *Knopen, bekennen dat wy umme alle ſchelinghe unde alle Veyde ümme uſen doden Broder, dar wy de Radtmanne to dem Kyle umme ſchuldig heden, mit den Ratmannen, und mit all den Gemende dar ane Verdacht ſyn, unde weren edder de men noch ſchuldegben mochte, uns gheſonet hebbet, und bekennen in rechter ſetten ſöne vor boven und vor ungehoren, dat de erſte Penning mit dem letzſten uns allbereit is all vorghulden. Wy ſcholen ock deſſe Löne bekennen vor Unſen* HERREN *to Holſten, unde vor deme Lande unde vor deme* GHÖDINGE *unde wor des Noth is, unde wor den vornömeden Rathmannen to dem Kyle und eren Borgeren nütte und gut is. Deſſe Löne is deghedinoet, und vullentagen van Us unde Uſen Veddern unde Uſen Vründe von den Radtmannen unde von der Stadt tom Kile alſe dar vorſcreven is vor alle deſe Ding hebben Wy* (ſequuntur nomina VI. fidejuſſorum) *mit truwen mit ener ſamedn Hand ghelovet.* Cui documento X. ſigilla adhærent. Accedunt *literæ Sec. XV.* quibus *Hans Odde* patris internecionem componendam a conc.vibus Kilonienſibus a. 1424 ſollicitat: *Wytet gy ehrücke Herren tom* KYLE, *da myk min Vader, de tom* KOPPELPAAL *wahnende, erſchlagen ward, an eneme belegen Vrede den gy ſülven* DAGHEDINGET *haddet, unde dat dede juwe* LANSTE, *Macke Kunne ſeid, unde davan kunde Wy beth tho her nen lyck edder Wandel van em wedderfahren, bidde ick vrüntlicken leven Herren, dat gy juwen Lanſten vor juw vorboden unde underrichten ene, dat he my minen* DODEN VADER BETALE, *den he ſülven mit der Hand ſchlog; dat will ick allewege vrüntlicken jegen juw vordenen; wente ick dar tenghor nicht mede läden kann. Wes ick juwer Underrichtinge hierane noten kann, des beghere ick juwer vrüntlicken Antworde by deſſen me jegenwardigen Brefwyſer, Screven to* SCHLESWIG *under des Praveſt ingeſegel von Edersſtede.* Item charta *conſulum* WISMARIENSIUM *ad Senatum Kilonienſ. a.* 1450: *Wy hatden juw nicht lange vorledenen Tyden geſcreven van ener Schlachtinge weghen de geſchehen is, tom holderborge na by Unſe Stadt dar eyn genomet Peter Brun van dem Levende tom dode gebracht ward, unde etlicke unſer Borgher, den de Zake angeit, by uns weren, de uns berichtenden, wo, juwes Rades Medekumpan dat ſchole gedhan hebben, dat ſe wohl nabringen können, alſe ſe menen unde wy beden wol vrüntlicken in denſülven* BREVE, *gy denſülven juwes Rades Medekumpan wolden underwiſen, dat he Unſen Borgheren dar lyk unde vor dede, up dat dar vorder neues Arbeides umme Behof dorffte weſen und umme Unwillen to vormiedende, de dar lichte von kommen möchte.* Quod vero morem *truncationis* attinet, aliquando ſaltim occiſi caput vel manum vel pollicem *cerea forma* exprimi curarunt, quo more ſæpe uſi ſunt *Megapolenſes, Pomerani, Wagrii, Holſati & Ditmarſi*, qui ipſum cruentationis modum dicere conſveverant *zum Schein gehen*, ocularem inſpectionem. Servantur hodieque in ſacris ædibus *Winaviæ in æde S Georgii* & ſacris ædibus *Brutziæ magnæ* & alibi apud *Megapolenſes* hujus generis manus mortuæ criminale tum veræ, tum efformatæ, quarum reliquias etiam *curia Kilonienſi* olim cuſtodivit. Audiamus ejus annales & documenta ad a. 1495: *Ward Marqvard Sager als gedödet vor* DING *und* RECHT *bracht und Math. Brodel ock vor Recht fordert, dat he ſick up den Doden und ock ſinen Wunden des mit Recht entledigen ſcholde, de den alſo dede und ward leddig und los gedelet, dat he unſchuldig was, ock gaven Ordel und Recht dat men den doden ſchol de* HAND AFLATEN, *offte men weme vreſchen offte* ERFRAGEN *konnte, de ſines dodes ſchuldig was, dar man deme mit Rechte folgen möchte.* Eadem exempla occurrunt ad a. 1526: *Im Stadtholt ward en Denſtmann gemordet un tom Kyle vor Gericht bracht, de* VORSPRACK *klägte an van des* DODEN *wegen und ſiner* FRÜNDE *wären als Mörder berüchtiget, und do ſe ſind verſluchtig worden, ſind ſe geeſchet dreymal und nemand is weſen, de vor ſe andworden wolle ſo is to Recht gefunden dat man ſe ſölle* FREDLOS *legen in* LÜBSCHEN *Rechte und in alle andern Gerichte, dat man ſe ſölle folgen als Mörder, und den doden is de* HAND AFGELÖSET *up en Recht, offt ſe wollen dartegen ſeggen, ſo möchten ſe gahn* TO DEM SCHIENE. *Anno 1557. hefft Chriſtoff Fex en Daniſcher Edelmann enen Schnitger Knecht getödet, über den wurde dat wöhnlicke* FARH RECHT *geholden, und als de Thäter verfluchtet und nemand erſchenen, is deſülve* FREDLOS *gelegt und dorch den Frohnen* UTHGELÜTET *worden, dem doden averſt worde auf Vorſprack unde Borgen de Hande* NICHT AFGELÖSET *und ene* WASSERNE HAND *in deren Stede genamen unde upgewahret.* Plura hujus generis exempla taceo. Ritus cruentationis apud Cimbros & Septentrionales diu obti-

Homicidia apud Kilonienſes ſopita Sec. XIII. XIV. XV.

Manus mortuæ efformatæ ſeu cereæ.

Apud Megapolenſes.

Kilienſes.

Ritus cruentationis abolitus.

*) Uſus p

WITTII

I. Tom. III. de

intercedentes *)reliquit, ac apud Ditmarſos hinc commorans tandem Lundæ conſedit. A. 1664. conjugium iniit cum Detlevi Heldtii J. V. D. vidua, qua ipſi fato erepta a. 1670. domicilium mutavit, Haſſiamque forte conceſſit vel Lubecam repetiit. Veritatis atque publici commodi amans, adulationis exſtitit hoſtis; unde factum eſt, quod aliquanto liberiori ſermone uſus Ditmarſiæ præcipue officialium ac adminiſtrorum parochiarum odium in ſe concitaverit. Scripſit prætorea opuſculum *von dem Anfang des Nahmen Geldes in Dithmarſchen und deſſen Unbilligkeit*, præcipue *Schediaſma de dorophoria Judicum*, non absque atra bile conſignatum locorumque ex veteribus JCtis allegatorum mole deformatum. Cui ſcripto ſubjuncti ſunt *Bernhardi* RINGWALDI *verſus Germanici queruli Klagſtein dicti*, non quidem ad noſtri ſeculi genium conformati, attamen haud inelegantes, quibus partes Magiſtratus ſupremi ac inferioris, imperantium etiam, conſiliariorum

Reliqua Scripta.

---

obtinuit a CHRISTIANO II. Rege præcipue confirmatus, a *Comitibus & Ducibus Holſatiæ* ſæpe approbatus, demumque & alibi abolitus ſenſim ex eo tempore, quo pœna homicidii, hactenus pecuniaria, apud Holſatos *circa anno 1556.* apud Ditmarſos 1559. 1573. ſtatuta eſt capitalis & præcipue demum invaluit autoritas ſeveriſſimæ *ordinationis* CAROLINÆ, quam quidem non atramento, ſed ſanguine humano exaratam eſſe vel ipſi *Hiſpani* judicant. Sero tamen, nec ſine limitatione & æquitatis norma, Holſatia *Nemeſin criminalem* in comitiis Auguſtanis *a.* 1532. promulgatam in fora ſua invexit, certe nequidem in ipſa ordinatione judiciali aulica provinciali Cimbrico Holſatica a. 1573. ſuſceptam. *Cives* itaque diutius antiquis moribus vixerunt nec deſciverunt facile a judicio accuſatorio; ordo vero *nobilium*, privilegiis Regiis & Ducalibus munitus, *judicio* EQUESTRI CRIMINALI ſub dio in ſolemni mallo *Levenſau* inſtituto uſi ſunt adhuc *Sec. XVI. & XVII.* quod teſtantur nonſolum exempla *Jo. Wulffii*, Præpoſiti Haderslebienſis anno 1521. & *Ottonis a Qvalen* anno 1598; ſed & ipſæ *litteræ Ducis* JO. ADOLPHI *d.* 10. *Januar.* anno 1609. ad ordinem nobilium perſcriptæ in cauſa *Bartrami Reventlaui*, cujus attentata dijudicanda *conventui equeſtri* ſubjecit. Idem ſequenti anno docuit exemplum *Joachimi Brockdorffii*, qui in ipſo venatu feris truculentior, *Hennekenium Ranzovium*, dynaſtam in Raſtorff, hujus quidem conjugis ſuggeſtione excitatus dolo interfecerat, & ab occiſi cognatis accuſatus, lata *in judicio criminali* EQUESTRI ſententia, pœnam capitalem ſubiit Flensburgi anno 1610. d. 14. Septembr. Quæ ipſa truculenta cauſa primam occaſionem dominis territorialibus ſuppeditavit, ut de introducenda Nemeſi Carolina cogitare cœperint. Teſtantur hoc *acta Comitiorum Flensburgenſium anno* 1611: *Delineatio ordinationis executionis criminalis artic. V.* & ipſa *reſponſio nobilium ad hunc articulum* a JCto Romanizante *ſcripta d.* 15. *Januar. eod. a.*: *Daß in Abſicht des Proceſſus, da in denen beſchriebenen Kayſerlichen Rechten und der Peinlichen Hals-Gerichts Ordnung alles förmlich und heilſam, ſo wohl in inquiſitorio als accuſatorio judicio verordnet, es wohl zu laſſen ſtünde.* Cui rei demum complementum dedit *receſſus* HADERSLEBIENSIS *d.* 13. *April* 1614. cujus argumenta huc redeunt: locum non amplius ullum eſſe *judicio criminali equeſtri*, cauſas criminales eodem omnino jure, quo hactenus civiles, coram *judicio communi aulico provinciali* ventilandas, quin adjunctis ſaltim ex ordine nobilium *XII. adſeſſoribus* cognoſcendas eſſe *ſecundum præſcripta* CONSTITUTIONIS CAROLINÆ, *remota tamen tortura*, inſtrumento inter ſeptentrionales inaudito olim, & ex republica chriſtiana omnino proſcribendo. Nolo commemorare, quod poſthac monitum fuit ab ordine nobilium in comitiis *Sleſvicenſibus anno* 1610. & deinde ſæpius; res enim confecta fere eſt *reviſa ordinatione judiciali & inſerta eidem P. IV. Tit. XXV. conſtitutione qua a Rege* CHRISTIANO *IV. & Duce* FRIDERICO res eccleſiaſticæ & *criminales* definiuntur *anno* 1636. Ex quo tempore tum in decidendis civium, tum ordinis provincialium cauſis criminalibus judices ordinarii, aliquando tamen & nuper anno 1723. in cauſa *Ranzoviana Buravienſi* etiam Commiſſarii ſeu delegati, normam ſed ſubſidiariam tamen & limitatam ſecuti ſunt *Nemeſin Carolinam*, ſalva quippe *indole provinciali*, ſalvis *legibus territorialibus* vel conditis vel promulgandis, ſalvis etiam inſtitutis ac *moribus antiquis non reprobatis*, in ſubſidium receptam & cum *circumſpectione* ac ratione *chriſtiana* applicandam nec extendendam ultra rationes & caſus expreſſe nominatos & deciſos. Vide ordinationem judicialem *d. l.* §. 15. *p.* 482. & RECESSUM *Imperii anno* 1532. *Tit. IV.* cujus verba digna ſunt, quæ relegantur: *Nachdem auch die Peinliche Hals-Gerichts-Ordnung auf jüngſt gehaltenen Reichs-Tag, zu Augſpurg mit zeitigen Rathſchlag in beſſerer Ordnung geſtellet aber die* GEBRÆUCHE (ſalva jura conſuetudinaria & legalia antiqua) *der Landſchafften ungleich* (ſalva poteſtas legislatoria) *auch das ein Werck und Sach iſt ſo des Menſchen* SEEL, EHR *und* LEIB, *Leben und Gut betrifft, darum gutes Rathſchlages und Erfahrung wohl vonnöthen* (en circumſpectionem Jureconſulto rationali & chriſtiano dignam) *ſo wollen Wir durch obgemeldete Ordnung Churfürſten, Fürſten und Ständen an ihren* ALTEN *wohlhergebrachten* RECHTMÄSSIGEN *und* BILLIGEN *Gebräuchen nichts benommen haben.*

Ritus cruentationis abolitus.

Præcipue Autoritate Ordinationis Carolinæ.

Sero tamen receptæ apud Holſatos.

Occaſio receptionis.

a. 1614.

a. 1636.

Norma receptionis.

*) Uſus præcipue videtur *M. Jo.* GUNTHERI *Weslingburenſis*, *Benjam.* KNOBLAUCHII Sileſii, *Nicolai* WITTII Neofanienſis, *Jo.* VOSSII Heidani, *Nicolai* EGGENII Lundenſis, TRAZIGERI, *Carſten* (*Chriſtiani*) SCHRÖ-

Manuſcripta verum Ditmarſicarum.

rum ac juriſperitorum officia delineavit. Duas quoque quæſtiones, quarum altera eſt: *An præſtet privatim ac ſine officio publico vivere, an vero honoribus ac muneribus inſignem eſſe?* altera: *an vita urbana ac civilis rurali anteferenda ſit?* non ſine ratiociniis ac teſtimoniis celebrium virorum diſſolvit. Ceterum promiſit in præfatione ad Ditmarſiam liberam *commentarium quendam juris Ditmarſici* ea quidem methodo elaborandum, ut ipſum textum ex jure communi & Saxonico nec non ex conſtitutionibus Ducum Sleſvici & Holſatiæ breviter interpretetur, eaque quæ forte abrogata fuerint argumenta adnotet, utiliſſimas vero ac in communi vita occurrentes quæſtiones ex clariſſimorum JCtorum præcipue Germanicorum ſcriptis illuſtret. Ex primis tamen hujus opuſculi affecti lineis facile apparet, illum ſaltim curam in id defixiſſe, ut compilaret cogeretque in ſynopſin HENR. GIESEBERTI *commentarios in jus Ditmarſicum harmonicos practicos*, quorum primum & ſecundum Periculum prodierunt a. 1652. & 1664. reliqua bina vero manuſcripta adhuc deliteſcunt, digna omnino, quæ aliquando typis exſcribantur. DAB. KILIÆ IPSIS KALEND. JANUAR. A. MDCCXLIII.

SCHRÖDERI, *Henrici* BRAUNII & *Tetlevi Jo. a* WINDBERGEN *Manuſcriptis Ditmarſicis.* Plurima vero debet *Petri* SAXII narrationi hiſtoricæ de ſtatu Ditmarſiæ anno 1640. ſcriptæ & *Joannis* ADOLPHI *V. D. M. Buſumenſis* vulgo NEOCORI chronico Ditmarſico *MSC.* cujus etiam *Waltherus in hiſtor. eccleſ. Sleſvic. Part. II. pag. 220.* meminit. Alicubi autorem vocat *Ettahulphidem* h. e. *Adolphidem*, Adolphi filium. Neocori appellationem forte a *patre* tulit, qui per XX. annos ſacrorum miniſter Oldensworthæ fuit. Nec enim ignotum eſt, apud veteres Romanos etiam præcones rerum geſtarum ac præclare factorum dictos fuiſſe *Neocoros.* Vel forte inde, quod in juventute *æditui* & *pædagogi* vices geſſerit, hinc vero admotus fuerit ad munus eccleſiaſticum apud Buſumenſes in Ditmarſia anno 1590. Sequentia tamen MSCta rerumque Ditmarſicarum commentaria *Sedorffio* videntur fuiſſe incognita. I. JO RUSSII *Lundenſis al. Meldorpenſis fragmenta XXXII. chronicorum Ditmarſicorum, res geſtas ab anno 1040. usque ad annum 1542. complexa.* Quod ſcriptum fruſtra periiſſe fertur in bello *a* 1559. cum etiam nunc ſalvum adſervetur autographum. II. Fratris NIGELS *van* SORE *Dæniſche Chronica aller Konninge to Dannemarck Leven Handel und Krieges Daden von Dan bit up Carſten den erſten inholdende, ſo gefunden is in de Schlacht un Nedderlage der Danen to Hemingſtede in Dithmarſchen den 17. Februar. anno 1500 in Saſſiſche Rimen overſettet.* SIBBERN *bibliothec. hiſtor. Dan. Norw. pag. 24.* III. ERNESTI *a* KIRCHBERG *equitis Megapolitani* deſcriptio *van der wunderwyſten leſten Schlachtinge in dem Lande to Detmar*, ligato ſermone ſcripta. IV. OTHONIS FABRITII *deſcriptio belli Ditmarſici anno* 1500. *Deinde Libro IV. Daniados inſerta.* Inprimis *Sedorffii* induſtriam effugerunt chartularia ac diplomataria Ditmarſica.



Series Content.

SERIES CONTENTORUM

Tomi Tertii Monumentorum ineditorum Rerum Germanicarum, præcipue Cymbricarum & Megapolenſium.

I.

Hollſteiniſche Chronike der olden Geſchichte und Feide des Landes tho Holſten, angande nha Chriſti Gebort vam IIIoten Jahre, beth an des Graven Diderichs van Oldenborch, de deſs Königs Chriſtiani I. Vader geweſen. Endigeth ſick im Jahr M. CCCCXLVIII. Prodit hoc Chronicon ineditum hactenus ex Codice MSC. ſeculi XV. eoque cum Codicibus MSCtis Hafnienſi, Goſſelano aliisque collato. pag. 1.

II.

Chronicon Holſatiæ vetus, ſeu Continuatio Chronici Slavorum, ab Anno 1164. usque ad Annum 1428. Autore Presbytero & Scriba Bremenſi. Prodit illud è Codice vetuſto MSC. collato cum Codicibus Lindenbrogiano, Sibberniano aliisque MSCtis & cum Codice edito à Leibnitio in acceſſionibus hiſtoricis. pag. 1.

III.

Chronici Holſatiæ à Presbyt. Bremenſi in vernacula ſcripti *Continuatio* ab Anno 1428. usque ad Annum 1460. pag. 179.

IV.

Chronicon Epiſcoporum Slesvicenſium, è multis vetuſtatibus collectum, nec antea viſum, ac de prima converſione Danorum ad Religionem Chriſtianam & de bellis in Diocœſi geſtis. Conſcriptum per M. Hieronymum Cypræum, quondam Archi-Diaconum Capituli Slesvicenſis. Deſcriptum ex Avtographo & Summariis inſtructum. pag. 185.

V.

Fragmentum Hiſtoriæ Slesvicenſis ab Anno 826. usque ad An. 1526. ad Codices Hafnienſem, Chilonienſem & Sibbernianum, ceteris accuratiores & ex Avtographo, ut videtur, deſcriptos, recognitum, cum aliis etiam Codicibus MSCtis, Ranzoviano, Slesvicenſi, Axeniano & Hamburgenſi, ut & cum Codice Boyſeniano á Joh. Burch. Menckenio Tom. III. Scriptorum Rerum Germanicarum edito; item cum *Jo. Ad. Cypræi* Annalibus Epiſcoporum Slesvicenſium An. 1634. editis; ſedulo collatum. pag. 255.

VI.

Slesvici oppidi olim Metropolis Cimbricæ Cherſoneſi *Topographia*, autore *Adamo Thrazigero* Duc. Slesv. Holſat. Joannis Adolphi Cancellario, ſcripta Slesvici Anno 1583. ex avtographo deſcripta An. 1711. ab H. C. S. adjectæ ſunt pauculæ variantes Codicum *Hoyeriani*, *Heldiani* & *Slesvicenſis* Lectiones. Accedit ULRICI PETERSENII *Sciagraphia Hiſtoriæ Civitatis Slesvicenſis MSt.* pag. 319.

VII.

ULRICI PETERSENII Slesvic. Narratio hiſtorica de veteri & hodierno ſtatu *Slesvicenſis Cœnobii nobilium Virginum St. Johannis.* Nebſt einem Bericht von der vormahligen St. *Ansgarii*, iezigen *Haddeburger-Kirche*, autore eodem. pag. 331.

VIII.

DIPLOMATARIUM COENOBII SLESVICENSIS St. JOHANNIS, ab Anno 1250 -- 1566. ex avtographis collectum à M. HIERONYMO KUPFERSCHMIDT. pag. 359.

IX.

JACOBI FABRICII F. Eccleſiar. Slesv. Holſat. quondam Superattendentis generalis, & CHRIST. FRIDERICI FEUSTKINGII V. D. M. cœtus in Tolck, notæ & obſervationes ad JO. ADOLPHI CYPRÆI Annales Epiſcoporum Slesvic. edit. Colon. Agripp. 1634. 8. pag. 379.

X.

CHRISTIANI FRIDERICI FEUSTKINGII Obſervationes ad M. ADAMI *Hiſtoriam Eccleſiaſticam;* ex editione *Joach. Jo. Maderi*, Helmſtadii 1670. 4to. pag. 385.

XI.

ERPOLDI LINDENBRUCHI Canonici Hamburgenſis HISTORIA BELLI CIMBRORUM, quod per VIII. Annos *cum Romanis* fortiter geſſerunt; quæ germanice divulgata Hamburgi An. CIↃIↃLXXXIX. nunc primum reddita latine & ad teſtimonia Hiſtoricorum Romanorum *recognita* emaculate prodit. Accedunt *Trophæa*, *Statuæ*, *Effigies* & *Numi*, CAJI MARII *Cimbrorum Victoris* nomine & triumphis inſigniti. pag. 399.

XII.

CORNELII DUPLICII SCEPPERI, Daniæ Regis Chriſtiani II. Cancellarii, LITERÆ ad JO. DANTISCUM Episcopum Culmenſem. pag. 421.

XIII.

XIII.

CLAUDII LYSCHANDRI, Hiſtoriographi Danici, de SCRIPTORIBUS DANICIS Libellus, ordine alphabetico congeſtus. pag. 447.

XIV.

JACOBI ULEFELDII Equitis Dani, Conſiliarii Regni Danici &c. HISTORIA DANICA ab Anno 1333. ad Annum 1559. à VALDEMARO Qvarto usque ad FRIDERICUM ejus nominis Secundum, conſcripta Anno M.DLXXXV. pag. 485.

XV.

GEORGII HILARII Rerum Geſtarum ſereniſſimi ac potentiſſimi Regis Dn. CHRISTIANI QVARTI Daniæ Norvegiæ Vandalorum Gothorumquæ Regis rel. *Libri duo* ſcripti Anno 1636. pag. 501.

XVI.

QUATUOR FRAGMENTA RERUM CIMBRICARUM & DANICARUM é Bibliotheca Roſtgardiana. pag. 538.

XVII.

Origines & incrementa FRATERNITATIS CALENDARUM IN WELNA *& Conſiſtorii Münſterdorpienſis*, ab Anno MCCCIV. usque ad Ann. 1677. ex Diplomatibus & literis authenticis conſignatæ, autore JUSTO VALENTIN. STEINMANNO. pag. 549.

XVIII.

LIBER FUNDATIONIS, REGULARUM & INCREMENTORUM KALENDARUM KILONENSIUM. Dat is: REGELE und ZEEDE *der tom Kyle* geſtichteten Broderſchop des *Preſter Kalandes*, Anno MCCCXXXIV. è Codice Fraternitatis membranaceo. pag. 559.

XIX.

COPIARIUS LITERARUM PAGENSIUM in KIEL, ab Anno 1297. usque ad 1490. nimirum ſuper proprietatibus Pagorum & bonorum, Capellarum & Hoſpitalium & Vicariarum nonnullarum ibidem, quas ex Originalibus noſtrarum regiſtraturarum pro communi bono deſcripſi mea manu LÜDER MYNRICK Anno MCCCCLXXXX. ex avtographo ipſius membranaceo. Accedit ADAMI TRAZIGERI Conſilium de componenda Lite inter Ducem & Proviſores bonorum St. Spiritus & St. Georgii exorta, ſubjunctis ejusdem cauſæ Documentis Anno 1571. & 72. it. & reliquis de Anno

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1604. 1633. & 1667. adjuncta sunt sigillorum præcipua æri incisa. pag. 575.

XX.

JUSTITIA LUBICENSIS ab *Hinrico Leone* Duce Saxoniæ & Nord-Albingiæ *Civitati Lubecæ* Anno 1158. data, ab Imperatoribus *Friderico I.* A. 1187. & *Friderico II.* A. 1226. confirmata. Quam Consules Lubecenses cum *Civitatibus Cimbricis*, *Holsaticis* & *Megapolitanis* Seculo XIII. præcipue communicarunt. Prodit è tribus Codicibus membranaceis & authographis *Kilonienſi* An. 1232. *Oldenburgenſi* An. 1235. & *Tunderenſi* A. 1243. Quoad ordinem & argumenta invicem ad verbum consonantibus. pag. 619.

XXI.

ACCESSIONES ad JUSTITIAS LUBECENSES An. 1170. datæ à CONSULIBUS LUBECENSIBUS & cum CIVITATE KILIENSI communicatæ. Prodeunt è Codice Juris Lubecensis latino & membranaceo A. 1270. exarato & ex ASMI BREMERI Consulis quondam Kilienſis *Chronico Kilonienſi* MSt. pag. 636.

XXII.

CODEX LUBECENSIS antiquissimus vernaculus, in membranis exaratus A. 1240. ex authentico qui etiam nunc adservatur in CANCELLARIA CIVITATIS LUBECENSIS descriptus. Accedit collatio cum Codice ejusdem juris vernaculo Curiæ Kilonienſis membranaceo de A. 1337. pag. 638.

XXIII.

FRAGMENTUM CHRONICI VETERIS HOLSATIÆ ab Anno 1121. usque 1170. continens res gestas *Henrici Leonis*, præcipue *Lubecenſes*. Ex Autographo, quod Bibliotheca Gudiana olim servavit, descriptum Anno MDCCXIII. pag. 673.

XXIV.

M. THOMÆ BRODERI BIRCHERODII, Gymnasii Othinensis Fioniæ Professoris & Scholæ ibidem Rectoris, de DEPERDITIS SEPTENTRIONALIUM ANTIQUITATIBUS & maximè GOTHOCIMBRICIS Epistola ad Amicum. Accedit Tabula æri incisa, qua res præcipuæ quædam in tumulis Danicis Cimbricis & Holsaticis repertæ partim è museolo de Westph. partim è Bircherod. repræsentantur, cum ejusdem explicatione. pag. 686.

XXV. GE-

XXV.

GEORGII RIXNERI Origines & Insignia Regum Obotritarum & Ducum Mecklenburgensium: Historischer Auszug von dem Herkommen und Wapen der Könige und Herzoge in Mecklenburg 1530. Ex Auctoris Autographo, quod adservatur in Tabulario Ducali Sverinensi. Cum Tabulis & Insignibus ær. incis. pag. 711.

XXVI.

ANTIQUITATES ROSTOCHIENSES h. e. Historia Urbis, Academiæ & Ecclesiæ Rostochiensis, duobus Libris comprehensa, ex variis MStis, Monumentis & Archivis studiose olim collecta à SEBASTIANO BACMEISTERO, V. D. M. iterumque revisa, aucta & emendata a Filio JOANNE BACMEISTERO, Med. D. & Prof. Tubingensi, Consiliario & Archiatro Bado-Durlacensi. pag. 781.

XXVII.

Ejusdem Autor. MEGAPOLEOS LITERATÆ h. e. Historiæ Literariæ Megapolensis *speciatim Rostochiensis*, *Prodromus*, in quo agitur de Rectoribus Academiæ Rostochiensis ab ejus incunabulis Anno 1419. usque ad Annum 1700. secundum Annorum seriem ita distinctis, ut multorum Sereniſſimorum Illustrissimorum generosorum & præclarorum virorum tam matriculæ inscriptorum, quam aliorum etiam Biogr. variaque Historiarum momenta & memoranda Literaria adferantur. pag. 1005.

XXVIII.

Ejusdem Autoris MEGAPOLEOS LITERATÆ speciatim Rostochiens. LIBER PRIMUS SINGULARIS, quo agitur de JCtis Rostochiensibus ab Anno Academiæ initiali usque ad Annum 1700. pag. 1307.

XXIX.

Ejusdem Megapoleos Literatæ speciatim Rostochiensis LIBER SECUNDUS specialis, de Medicis à tempore natali Academiæ usque ad Annum 1700. pag. 1420.

XXX.

Diplomatarium DOBERANENSE *Primum* ab Anno 1190. usque ad Annum 1300. Chartas CXI. complexum; é membranis authographis transumtum, argumentis & notulis instructum, ab E. J. de Westphalen. pag. 1468.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

)(o)(

XXXI.

Diplomatarium DOBERANENSE *ſecundum*, ab Anno 1301. usque ad An. 1376. Chartas C. complexum; è membranis authenticis erutum, argumentis notulisque inſtructum ab E. J. de Weſtphalen. pag. 1567.

XXXII.

M. BERNHARDI HEDERICI Freiberg. Miſeni, Lycei quod Sverini viget, olim Rect. CHRONICON SVERINENSE ab Anno 1140. usque ad Ann. 1598. Cui adhærent (I.) ejusdem Stemma Genealogicum Comitum Sverinenſium. (II.) Tabula continens Seriem Epiſcoporum Sverinenſium. (III.) Status Reipublicæ Sverinenſ. Anno 1597. (IV.) Series V. D. Miniſtrorum à tempore Reformationis A. 1533. (V.) Inſtructio novi Pro-Rectoris in Schola Ducali Sverinenſi A. 1574. (VI.) Epiſtola JO. NEOVINI ad autorem Chronici data A. 1605. Accedunt Appendiculæ IV. 1.) D. DAVID CHYTRÆI & D. SIMON PAULI Oratio de Oppido Sverino 2.) JO. BOCERI Sverinus Ecloga. 3.) MARTINI ZEILERI Topographia Sverini An. 1653. cui adjecta eſt MART. MERIANI Ichnographia Sverini A. 1640. delineata. 4.) Reliquiæ præcipuæ Monumentorum in Templo Cathedrali Sverin. conſpicuorum, è collectione Annalium Sverinens. B. GEORGII WESTPHALI Theologi Sverinenſ. pag. 1645.

XXXIII.

CONSVETUDINES & LEGES DITMARSORUM ANTIQUISSIMÆ communi conſenſu in *Codicem Juris ſcripti* demum redactæ A. 1447. ex Codice membranaceo autographo deſcriptæ & per Articulos nunc primum diſtinctæ, addita in margine Juris Provincialis Ditmarſici ſub Titulo Landes Boke tho Detmerſchen A. 1539. editi convenientia. Accedunt Jura Busumenſia aggeralia A. 1455. 1493. pag. 1732.

XXXIV.

DIPLOMATARIUM DITMARSICUM ab Anno 1228. usque ad 1559. continens Chartas ab HINRICO SEDORFIO. ANTONIO HEIMREICHIO. JO. ADOLPHIDE & DETLEVIO. JO. RUSSIO aliisque omiſſas, vel ineditas adhuc, ex Autographis deſcriptas cum Sigillis præcipuis æri inciſis. pag. 1756.

XXXV.

DITMARSIA LIBERA, fide Monumentorum, Hiſtoriarum, variorum Chronicorum, MSt. Chartarum & Diplomatum deſcripta. Das iſt: Kurtze Beſchreibung des Landes Dithmarſchen mit ſeinen Herrn, welche iemahlen darüber regieret wie ſelbige die Dithmarſcher gehalten, endlich ſie gar verlaſſen, und ſich in die Freyheit verſezet haben, ingleichen was ſie für ein Regiment in ihrer Freyheit

gefüh.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

geführet, wie ſolches von denen Römiſchen Kayſern und Päpſten beſtätiget auch gegen welche Fürſten und Herrn ſie allemahl ihre Freyheit verthaidiget, bis ſie endlich von dem Könige in Dännemarck und denen Herzogen zu Schleswig Holſtein unterthænig gemacht worden, im Jahr Chriſti da man geſcrieben: DItMarsIa LIbera fVIt. Hierbey iſt angefügt: I.) Ein Bericht von den Dithmarſchen Regenten die biſs dieſe Zeit nach der Eroberung des Landes vom Hauſe Dännemarck und Holſtein über ſie regieret. II.) Verzeichnüs der Land-Vögte durch welche ſie dieſelbe richten und guberniren laſſen, und III.) Bericht von dem Uhrſprung und Amte des Landes und Kirchſpiels Gevollmächtigten in Norder Ditmarſchen; Abgefaſſet von mir HENRICO SEDORFF, Lubec. J.U.D. und Heſſichen Rath. Geſchrieben zu Londen in Dithmarſchen Anno 1668. pag. 1808.

XXXVI.

JOANNIS MICRÆLII OBSERVATIONES *ad* HELMOLDI *Chronicon Slavorum*, præcipue ad quasdam HENRICI BANGERTI *notas in idem Chronicon* ejusque *Origines Lubecenſes*. Ex ſchedis Auctoris avtographis. Stetini. MDCLVII. pag. 1907.

XXXVII.

M. BERNHARDI LATOMI ORIGINES PLESSIACÆ MEGAPOLENSES, collectæ A. 1611. Ex Avtographo quod ſervatur in Tabulario Sverinenſi. pag. 1922.

XXXVIII.

JOANNIS SCHULZII Archivarii & Conſiliarii Aulæ Sverinenſis ANNALES PLESSENSES DIPLOMATICI ab Anno 1160-1712. ſeu MEMORIÆ *Nobilium* de PLESSEN Gentis Vandalicæ in Megapoli Holſatia & Dania inclytæ. E Diplomatibus & Chartis avthenticis erutæ. pag. 1927.

XXXIX.

MELCHIORIS GOLDASTI ab HAIMINSFELD *Vindiciæ Diplomaticæ Bremenſes*, oppoſitæ dubiis eorum, qui Diploma Imperatoris Hinrici V. Anno M.CXI. Civitati conceſſum, falſitatis arguunt. Adjecta ſunt HERMANNI CONRINGII Dubia de Privilegio Hinrici V. ejusque Expeditione Romana An. M. CXI. Ex Avtographo Autoris deſcriptum. pag. 1972.

XXXX.

Exſequiæ Rulandi Bremenſis, hoc eſt: de Carolino, Henriciano aliis,

aliisque BREMENSIUM PRIVILEGIIS Libellus Hiſtorico-Juridicus in ſectiones LXVIII. dispertitus. Præmiſſa ſunt tam tenor *Privilegii* CAROLINI ex Chronico Bremenſi, quam prætenſa Diplomata HENRICI V. WILHELMI & WENCESLAI *Imperatorum Romano-Germanicorum*, eademque in calce notis illuſtrata ac clariori luci expoſita. Opus è diverſorum JCtorum & Hiſtoricorum ſcriptis collectum, emendatum paſſim & auctum. Cura JOANNIS JUSTI WINCKELMANNI *JCti, Conſiliarii Ducalis Brunſwico-Luneburgici & Haſſiaci.* Ex Avtographo Auctoris. pag. 2036.

XXXXI.

JOACHIMI BLÜTINGI J. U. D. Judicii Aulici Gottorpienſis Advocati, Commentariolus Juris Jutici, de emtione rerum immobilium, von dem Landkauff, nach Jütiſchem Low-Buche. Ex Avtographo autotis. pag. 2154.

XXXXII.

Ejusdem *Novem Obſervationes Juris Cimbrici* ſigillatim (I.) de origine & introductione Juris Jutici, vulgò *Low-Buch.* (II.) de ordine Argumentorum. (III.) de Judiciis formaque Proceſſus. (IV.) Probationibus. (V.) Juramentis, quæ *fiunt* manu duodecima, vulgò *Zwoelff-mannen-Eid.* (VI.) Præſcriptionibus, Poſſeſſionibus, Detentionibus legitimis, vulgò *Hæfft & Loew-Hæfft.* (VII.) de Alienationibus rerum immobilium, & Jure protimiſeos. (VIII.) de Scotatione & teſtimoniis judicialibus, vulgò *Scoete* & *Dingeswinde.* (IX.) de præſtatione Evictionis. pag. 2165.

XXXXIII.

Chronicon inferioris Comitatus Cattimelibocenſis, autore VALENTINO IMHOFF. pag. 2211.

XXXXIV.

Rerum inter THEODORICUM MORSEUM Archiepiſcopum Colonienſem & REMPUBLICAM SUSATENSEM geſtarum ADVERSARIA. pag. 2225.

I. Hollſtei-



I.

Hollſteiniſche Chronike Der oldenGeſchichte und Feide

des Landes tho Holſten, angande nha Chriſti Gebort vam 1110. (*) Jahre, beth an des Graven Diderichs van Oldenborch, de deſs Königs Chriſtiani I. Vader geweſen. Endigeth ſick im Jahr M CCCC XLVIII.

Prodit hoc Chronicon ineditum hactenus ex Codice MSC. Seculi XV. eoque cum Codicibus MSCtis HAFNIENSI, GOSSELIANO aliisque collato.

IN dem *Anbeginne ſchop Godt den Hemmel und de Erde; in dem Hemmel geiſtlicke Engel tho Inwaneren, up Erden erdiſche Fromdelinge, de ock in dem Hemmel ſcholden gebracht werden, den Minſchen nha ſinen Gebilde und Gelickeniße, uprichtich und vorſtendich. Unde Godt gaf den Minſchen, alſe ſinem Underſaten, ein Gebodt; ſo ferne de Minſche datſülve heelde, ſcholde he ein Inwaner des Hemmels werden: wo averſt nicht; alßdenn ſcholde he uthgeworpen werden und ſcholde buthen der Hemmelſchen Stadt und buthen dem Talle der Hemmelſchen Borger up Erden bliven. De erſte Minſche Adam heeldt nicht dat Gebodt Gades, und wordt uthgeworpen uth dem erdiſchen und Hemmelſchen Paradiſe, bleff dar en Inwaner der Erden, und ath ſyn Brodt in Schwete ſynes Angeſichtes, und tügede Sons und Döchter mit velem Kummer. Und he tügete twe Sons* Cain *und* Abel *genometh.* Cain *den erſtgebornen einen Sünder. Deſülve up de rede, dat he mochte up Erden herſchoppen, buwede he ene Stadt nha deme Nahmen ſynes Sons* Enoch. *Deſe vorgümede ſynem Broder* Abell *de up Erden nene Stadt buwede, ſunder belevede de Hemmelſche Stadt, und ehrde Godt baven alle Dinck, van ſynem vetten Qweke gaff he Gade Offerhande; unde* Cain *offerde Gade van ſynen klenen Fruchten der Er-*

(*) Præcipue ab a. 1164. quo Auctor *Helmoldi Chronicon* continuare cœpit. Quare vocari ſolet *Continuator Helmoldi.*

thenticus & in vernacula ſcriptus pertingit ad an. 1248. usque 1460. quædam adjeciſſe videtur.

II.

CHRONICON HOLSATIÆ VETVS

SEU

CONTINVATIO CHRONICI SLAVORVM AB A. 1164. USQVE AD ANNVM 1428. (*) AVTORE

Presbytero & ſcriba Bremenſi.

Prodit illud è codice vetuſto MSC. collato cum Codicibus LINDENBROGIANO, SIBBERNIANO aliisque MSCtis & cum Codice edito à LEIBNITIO in Acceſſionibus hiſtoricis.

IN principio creavit Deus cœlum & terram. In cœlo ſpirituales angelos cives, in terra terrenos peregrinos in cœlum transferendos, hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, rectum & intelligentem. Atque ei ut ſubdito mandatum dederat, cui ſi obediret, civis fieret: ſin (a) autem; proiiceretur & extra cœleſtem civitatem & civium numerum remaneret in terra. Hic primo homo Adam mandatum Dei non cuſtodiens ejectus eſt è paradiſo terreſtri atque cœleſti, & incola terræ in ſudore vultus ſui veſcebatur pane, & genuit filios & filias in ærumna multa. Duos autem genuit nominatos, Cain & Abel. Cain primogenitum in peccatorem. Qui ut in terra dominaretur, condidit civitatem nomine filii ſui Enoch. Hic invidens fratri ſuo Abel, qui in terrà civitatem non condidit, ſed cœleſtem civitatem diligens Deum ſuper omnia colens de pinguibus animalibus obtulit Deo ſacrificium; & Cain de minutis frugibus terræ, ad cujus munera Deus non aſpexit: ideo Abel fratrem ſuum interfecit; malus bono propter bonum

Primi mundi hiſtoria.

den.

(*) Apud *Leibnitium* legitur a. 1448. Deficit tamen hoc ab ipſo è latina verſione editum chronicon circa an 1428. In quo & noſter Codex aliique *latine exarati* Codices MSCti deſinunt. Codex vero, qui nunc prodit, autore Presbytero Bremenſi Qui adeo ipſe deinde ad an.

(a) additur *minus* apud Lindenbrog.

geholden hebben. He ledt sick geven ein Frowken van dem Geslechte van Brunßwick (*); Alse de nu sinen Dodt horede, wolde se sick benforder nenen Heren wedder vortrouwen lathen, umme der Leve willen des Eddelen Forsten, und bleff Junckfrow wente in erben Dodt. Vele ander Gave hadde Godt de Here eme vorlenedt, der he eine korte Tidt hier bruckede, im Jahre do men schreff Dusendt Veer Hundert Söven Twintich scheide be uth dissem Levende, alles Laves werdt, und wurdt in der Begraffi siner Voroldern tho Itzeho begraven. Alß Hertoch Hinrich dodt waß, togen alle de van den Steden vor Flenßborch legen tho Schepe (534), und wolden vor allen Dingen de Koplüde und Schefahrende dorch den Beldt seker beholden, do vorsammelden se sick up einem Hupen in einer Flathe mit gantz veel mechtigen groten Schepen, und lepen in de Haven, vor de Borch Copenhagen strackes Bedencks mit gewaldiger Handt. Und de Koninck van Denemarcken und de sinen hadden tho der Tidt grote Schepe, und togen van der Borch Helschenborch und Copenhagen, hadden ein Hovedtmann aver ehre Schepe, einen Heren van Wolgast, unde togen der Schepe Flathe (535) endtiegen. Van der Side der Hense-Stede weren Hovedt-Lüde, Hinrich Hoier, ein Borger-Meister van Hamborch, und Tidtman Sten Borgermeister van Lübeck, de beyden Burgermeister alse se segen, dadt sick der Denen Heer nalede, besloten under sick, sick mit den Denen tho slande. Undt Hinrick Hoier, de Borgermeister van Hamborch de keckest tho der Slacht waß, de tastede der Denen Heer an midt sinen Schepen, und sloch sick allwile mit den Denen alleine, und hadde van dem Borgermeister van Lübeck und der anderen Stede Hovedtlüde, gar nene Endtsettinge, desülve Hinrick wordt mit den sinen geslagen und gegrepen. De anderen Hovedtlüde der Stede, alse se dadt segen, dadt de Denen de Averhandt behelden, geven se de Flucht, und togen mit groter Scham wedder tho Huse. Na düsser Flucht der Stede und Sich (536) der Denen, lepen und segelden de Denen allerwegen, beroveden und grepen de Koplüde uth Liefflandt, Prüssen, und wor se man herquemen mit kostlicken Waaren, se nemen eines Dages drüttich grote Schepe de uth Flanderen und Baien quemen. De Gemenheidt der Stede wehren in der Meninge, dadt erbe Borger-Meisters dem Koninge van Denemarcken vorwandt wehren, und de Lübeschen vorschaffeden dadt erbe Borgermeister Tidemann Steen in den Torn geworpen wordt, darumme dadt he den Borger-Meister van Hamborch in der Slacht nicht bistendich waß gewesen, und lethen den-

mnino servare volebat. Virginem de domo Brunswicensi in matrimonium sibi fecit copulari; quæ audita morte ejus noluit amplius alicui desponsari, sed vidua manens ob amorem tam nobilis Principis usque ad obitum suum in virginitate permansit. Multa alia bona sibi â Deo omnipotenti collata erant, quibus in cumulo brevi tempore usus fuit, & anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo septimo omni laude dignus migravit ê seculo, & in sepulcro patrum suorum in Idzeho est sepultus. Isto Duce Henrico mortuo omnes de civitatibus ibidem existentes navigio recesserunt, ac super omnia volentes mercatores & navigantes per mare Balticum securos servare, simul convenerunt cum navibus multis magnis valde & in portum maris ante castrum Kopenhaven & ibi prope cum manu forti convenerunt. Ac Rex Daciæ ac sui tunc habentes naves etiam magnas de castro Heysliungborch & Kopenhaven exeuntes, & pro Principe exercitus habentes Ducem de Wolgast, exercitui civitatum obviando; tunc pro parte Consulum civitatum Capitanei fuerunt Henricus Hoyer, Pro-Consul Hamburgensis ac Tideman Sten Pro-Consul Lubicensis, qui duo Pro-Consules videntes Danorum exercitum appropinquare *consuluerunt* (z) inter se, expugnare Danos velle. Tunc Henricus Hoyer Pro-Consul Hamburgensis animosior ad prælium exercitum Danorum accessit cum navibus suis, & cum Danis diu pugnando ac Pro-Consule Lubicensi & aliarum civitatum nullum habens subsidium, ipse Henricus cum suis victus fuit, & captus. Et ceteri Capitanei civitatum videntes Danos victores terga verterunt & cum magna verecundia redierunt ad sua. Propter quam fugam civitatum, & Danorum victoriam, Dani navigando mare ubique locorum possidebant, & mercatores de Livonia, Prutzia & alios quoscunque cum mercimoniis copiosis & triginta magnis navibus advenientes de Flandria & Bayen una die spoliantes captivabant. Quapropter commune civitatum prædictarum æstimans suos Consules Regis Danorum fautores, Pro-Consulem Lubecensem Tideman Steen & quod Pro-Consulem Hamburgensem in bello contra Danos non juvabat incarcerari procurabat. At eundem tanquam fore facto-

A. 1427.

Dani prælio navali Lubec. & Hamburgenses superant.

sülven

(534) H. add. *darvan.*
(535) G. *flache Schepe.*
(536) G. *Stegen.*
(z) L. concluserunt.

ſülven gebunden vor Gerichte fören, und begerden ehn tho dem Dode tho vorordelende tho lathen, und alſe nu dadt Ordell wedder ehn gegan waß, appellerde *he up dem Radthuſe vor dem Rade, und dorch de Appellerunge de ſick darendtwiſchen begaff, wurdt he wedder in den Torn gebracht, de Radesheren wolden ſick midt Gemothe bedencken, ſo dadt he einen Tidtlanck im Torne beſitten bleff. Doch wordt ehm namahlß erlovedt und gegünnedt dorch Bede Johannes Schelen des Biſchoppes van Lübeck, und dorch Bede Bartoldt Ricken, de derſülven Karcken ein Praweſt waß, dadt he uth dem Torn in ſin egen Huß geföredt wurdt, by dem Beſchede, dadt he uth ſinem Huſe nümmer gahn ſcholde, und bleff alſo de Tidt ſines Levens darinne beſlaten. De Gemeenheidt van Hamborch, ſchaffeden dadt erbe Borger-Meiſter Jochim Kleitze, alſe he wedder tho Hamborch quam, in den Torne geworpen, und endthovedt wurdt. De vor Flenßborch Hovedtman waß alß Hertoch Hinrich ſtarff, uth der Orſacke dadt he uth dem Beleth (*) der Stadt gewecken waß, unde ſynem gedanden Geloffte, alſe dadt he ſcholde allerdinge by den Heren van Holſtenn bliven, nicht waß nagekamen. De Gemeenheitt van der Wißmar leth ock einen Borger-Meiſter mit Nahmen Baſchkow und einen Radtman endthoven, umme den willen, dadt ſe ſick mit dem Koninge van Denemarcken vorbunden hadden, ane ehr Wetentt. Alſe didt geſchehen waß, togen de Borger-Meiſter der genomeden Stede uth Hetendt der Gemeenheidt, dadt folgende Jahr wedder tho Schepe in de Sehe, und nemen midt ſick, Hertoch Gerdt van Sleßwick tho einem Hovedtmanne mit etlicken Holſtenn, und quemen in de Haven vor Copenhagen, und wolden de Haven ſencken, ſendeden dar veele Schepe inne, averlaſtet mit Kalck und Stene, doch kunden ſe de Haven nicht gantz ſencken, und togen alſo wedder van dar na Huſe, und hadden grodt Arbeidt, Koſt und Teringe vorgeveß gedahn, und nichts beſchaffet, ſe hadden vorhapedt und loſſwerdigen darvor geholden, dat ſe muchten de Haven der Schepe vor Koppenhagen ſencken, desgelicken vorſochten ſe de Nüborch, Helſchenör tho verſtören, de de Könick buwen lathen, einen ungewondtlicken Tollen der Schiplüden affthoengen, de dorch der Febre na der groten Sehe lopen. Undt menen etlicke, didt de Orſacke geweſen, darumme ſick de Steden mit den Heren van Holſtenn vorbunden, und wehre wohl der beſte Radt, dadt ſe ſtedes mit den Naberen den Holſten helden. Ock worden de Lübeſchen övell ſtahn, wenn en de Holſtenn Porte to Water und Lande geſlaten wehre; wente ſe hebben dadt Landt tho Holſtenn alſe ein Vorwarck, und ſo didt verſtöredt, ſo kunde ane Twivell erbe Stadt nicht beſtahn.*

rem ad judicium vinctum duci, & ſententiam ad mortem poſtulabat, & ſic propter appellationem interpoſitam reductus ad carcerem Conſules de hoc maturius deliberare volentes aliquandiu incarceratus remanſit. Tamen poſtmodum gratia ſibi facta propter Domini Johannis Schelen Epiſcopi Lubicenſis & Bartholdi Riken eiusdem Eccleſiæ Præpoſiti rogatum â carcere reductus in propriam domum redire & ab ea non exire ad tempus vitæ ſuæ manſit incluſus. Commune Hamburgenſe Johannem Cletzen Conſulem, qui tempore obitus Henrici Ducis Sleſwicenſis ante Flensborch Capitaneus erat, eo quod cum aliis ab obſidione civitatis ejusdem diſceſſerat, & mandatum ſibi injunctum ſcilicet omnino manere apud Principes Holtzatiæ minime cuſtodivit, reverſum in Hamborg & incarcerari & decapitari procurabat. Commune Wiſmarienſe etiam unum Pro-Conſulem Banskow & alium Conſulem, eo quod *confoederaſſet* (a) ſe cum Rege Daciæ ipſis neſcientibus, capite truncari mandabant. His peractis iterum Conſules prædictarum civitatum de juſſu comitatis ad mare navigio ſequenti anno aſſumpto Gerardo Duce Sleſwicenſi cum aliquibus Holtzatis in Capitaneum ante portum Kopenhaven ipſum portum obſtruendo devenerunt & in eo multas naves onuſtas calce & lapidibus ſubmerſerunt; ſed tamen portus non poterat totaliter obſtrui: & ita pro illa vice ab inde reverſi ſunt ad ſua multis laboribus & expenſis inutiliter factis, nihil lucri reportantes, ſpe ſua fruſtrati, veriſimiliter præſumentes portum nautarum ante caſtrum Kopenhaven poſſe obſtrui, & conſimiliter novum caſtrum Helſingöhr per Regem conſtructum ad extorquendum telonium inſolitum a nautis per paſſagium maris Baltici ad Oceanum deſtrui totis viribus inhiantes. Et hæc dicitur fuiſſe cauſa principalis quare Conſules civitatum ex inductione civium ſuorum cum Principibus Holtzatiæ inſurrexerunt contra Regem Daciæ nimis præpotentem, & privilegia eorum auferentem. Et hæc cauſa non ſolum pro iſta vice civitatenſes prænominatos cum Principibus Holtzatiæ colligebat, ſed etiam ante longa tempora idem fecerat, & adhuc facit ſine fallo. Nam optime ſciunt Lubecenſes, ſi portaHoltzatiæ eis fuerit tam in mari quam in terra clauſa, quod male ſtarent, & quod terram prædictam habent ſicut proprium allodium ſuum, quo deſtructo & civitas illorum procul dubio non diu ſtare poſſet.

Explicit.

(*) i. e. extra limites. Codici Goſſeliano & huic Kirchhofiano *in margine* additur: An. 1427. *der Hamburger Hovedtman* Johan Kleitzen *ein Borger Meiſter iß darum tho Hamborg geköppet, dat dorch ſin Verſümeniß ſick diſſe Dodt verorſacket.* Non leguntur vero hæc verba in Codice Hafnienſi.

(a) L. conſœderaſſent.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

III.
CHRONICI HOLSATIÆ A PRESBYT. BREMENSI IN VERNACULA SCRIPTI CONTINUATIO
AB ANNO 1428 -- 1460.

An. 1428. A. Chr. 1428. *iß wedderumme in den Steden eine grote Krieges-Rüſtung thor See upgebracht van Twe Hundert und Söſtig Schepen, wo an vorigen Blade gemeldet. Do ſin H. Aloff van Holſteen, H. Wilhelm van Brunſwick und Lüneborch, ſambt den van Lübcke und Hamborch mit geringem Volcke in Jütlandt fallen, daruth in einem Munde Dre Hundert Offen und Koie, item grodt Gudt an Sülver und Goldes gerovedt.*

1429. Anno *Ein Duſendt Veer Hundert Negen und Twintig, underſtundt ſick Koninck Ericks Gemahl, mit Söven und Voffstig geringen Schepen mit 1400. Man beſettet, de Stadt Sunde tho bedwingen, welcke de Deniſchen mit ſöven Schepen ſo de Sundeſchen in Ile gerüſtet, angegrepen, und endtlicken hebben darmit de Börger de Averhandt beholden, dadt dat merendeel Denen erſlagen, und 300. gefangen.* An. 1430. *in Betrachting, dadt in den Koninckricken de Stedeſchen ehre Nebringe ſöcken moſten, hebben de Stede by dem Koninge* Erico *umme Frede worven, welckes den woll erholden worden, wo nicht Her Erick Krumdick ſülckes gewehret. Doch unangeſehen gemeines Vaderlandes Wollfahrt, hebben ſick erſtlick die Roſtockſchen, nachmahlß de Sundiſchen up des Koninges Vorſchlag mit dem Koninck ingelaten, und midtlerwile dadt de anderen Stede ock na Frede trachten, fallen de Denen in Alßen, denſülveſt de Holſten tho berowen. De Holſten averſt hadden Sunderborch und Norborch beſefſtigedt, und mit den Vitallianeren dadt Landt beſettet, und de Denen dapper affgedreven. Idt hefft ſick under des ein Storm erhaven, dadt erher*

1430. *Schepe tein vordorven, und de anderen kume geborget.* 1430. *Do men keinen Frede drepen konde, hebben de Forſten van Holſtenn Flenßborch inne genahmen am Palm Sondage, under dem Gottesdenſte; do de Borger dadt erfahren, ſin etlicke upt Slodt geſlagen. De Holſten hebben ſick beraden dadt Slodt uth tho hungeren, und dartho Achte Hundert Freſen uthgeforderdt, de dar enen deepen Graven in Ile upgeworpen, de Stede ſterckeden de Holſtenn Heren mit friſchen Krieges-Volcke, und wowoll einmahl de Koninck dadt Slodt endtſettede mit Proviandt, ſindt doch de, ſo im Slote der Beſettinge wehren, mit Hunger gedwungen Perde und Hunde anthogripen. Endtlich dewile ſe nicht alleine mit erhen Vienden, ſunder ock jegen de Natur tho kriegen hedden, ſindt ſe eins worden, und ſick den Heren tho Holſtenn ergeven, de ſe mit gefriſteden Live und Gude affthen lathen. Darna hebben de Holſtenn Her-*

1431. *ren dadt Huß und de Borch ingenahmen, und na Notrofft beter befeſtigen laten.* 1431. *Hebben demnach des Koninges nie Veſtung vorſtöredt dre Wecken vor Michaelis, Item der Denen andere Veſtung ock vorbrandt und vorheeredt, de Runckop hetede. Uth diſſem wahrenden Kriege, hebben de Hollender ehr Vordeel wahrgenamen in den Koninckrieken tho handelen. Darumme beſcheideden ſick de Stede tho Schwineborch, averſt de Denen hebben ſe mit Dageleiſtung up geholden, und ſindt de Parte tho Wardingborch wedder beſcheden. Midlerwile hebben Sehe-Röver dermaten erhe Vordeel geſocht; dadt idt beide dem Koninge und Adell ſo wohl alß den Steden vordraten hefft. In diſſem Jahre hefft Her Adolphen Broder H. Gerdt, Annam eines Marggraven Dochter van Baden gefreieth, darſülveſt dadt Bylager geholden, und ſe darna mit ſick na Huß geföhret; dewile averſt de frame Forſtinne binnen Söven Manten ein Sohn und Dochter getelett, iß ſe van ehres Gemahlß Broder Her Adolffen vordechtig geholden, und dermaten beſchweredt, dadt ſe uth Holſten wedder in erhe Heimde gewecken, dar doch alſe de Naturkundiger bewiſen uth der Erfahrenheitt, de Fruch im ſövenden Mante leven kann und fordtkamen; de averſt im achten Mante gebaren werden kamen nicht forth. Dadt menen etlicke, düſſer Argwahn hebbe Godt verobrſackedt, dadt in diſſem* Adolpho *de menlicke* Linia *der Heren vam Holſtenn hebbe upgehöredt, den idt iß Hertoch Gerdt tho Emrick geſtorven, do he up der Wiſe waß, ſine Forſtinne wedder tho halen. De Dochter iß in ein Kloſter gegeven, und dadt Soncken junck geſtorven. Adolff averſt, wowoll he heimlicke Botſchop beth tho der Tidt gehadt, inſünderheit averſt mit ſines Amptmanns, Enieß Spliten Fruwe, ſo tho Rechte erffgeſeten, und van einem Seſteden tho Kappel in der Stille-Miſſen erſtecken worden. De den Spliten by ſinen langen Haren uth ſinem Slote geſlepet, und in der Fruwen Stoll geſtott, mit den Worden: Sü dar Hore, dar hefſtu dinen Mann, umme dinendt willen iß edt geſchehen, dadt ick kein Recht erlangen mögen. Idt mag my nu gahn wo Godt will &c. Schall ock desfalß dadt Marianer Lehn tho Sleſewick geſtifftet ſyn. So hefft dennoch Adolff nah Affſterven ſines Broder Sons, (des Moder be vorargewonedt hadde, und umme des Kindes Dodt hefftigen getruredt) eine Süſter der Heren van Manßfeldt geehliget, up dadt dadt Landt mit Erff-Heren mochte vorſorget werden, averſt ſe iß unfruchtbar bleven.* An. 1433. *Jogeden de* 1433.
Schweden Koninckes Erickeß Amptlüde und Voegede uth Schweden, unbilliger Schatting halver, und do der Koning perſöhnlich in Sweden anquam, vormeinde dadt Parlament *to ſtillen, moſte he vorkleidedt ſick wedder na Dennemarcken wech packen. Tho Wardingborch iß nadem Opror in Sweden, de beſtemmede Dach van den Koningſchen, Holſteiniſchen und Stede beſocht, dar jedere Partei up ſin Recht geſtahn, dermaten, dadt avermalß kein Fredes-Middel tho drepen, beth de Holſteiniſchen und Stedeſchen, ſick mit Drouwen vornemen lethen, Se henforder dem Koninge nicht mehr natheen wolden, ſunder einen anderen Ernſt gebrucken. Welches der Koninck betrachtet, und tho deme dath in Sweden övell ſtundt,*

hefft

befft der Sacken ein bethere Geſtaldt geven. Sindt alſo düſſe Fredes-Punćte beſlaten, erſtlich dadt der Koning dem Hertogen van Holſtenn, dadt Fürſtendohm Sleßwich mit allen Thobehorungen, ſcholde vorlenehn und ock vordedigen helpen. Thom anderen, den Steden ehr Privilegien *im Ricke Lathen; mit groteren Tollen, nicht beſchweren, darthо ehn allen in verorſackeden Kriege geledenen Schaden wedder erleggen. De Fredes-Artickell ſind* publicirt *vorbrevedt und vorſegeldt.* 1435. Anno 1435. *dar vorben in 30. Jahren Krich gewaredt hadde, Koninck Erich averſt vormerckede, dadt vele Unrouw in ſinen Ricken erwuß, daruth grote Kriege thо vermoden, vorſammelde heimlicken ſine Schatte, toch thо Schepe na Dantzick, van dar vermuchtede ehn des Rickes Radt darthо, dadt he noch wedder indt Ricke quam, und thо Wardingborch Winterleger heldt. Do averſt der Unrow im Ricke kein Ende wordt, mackede ſick thom anderen mahle Koninck Erick uth dem Ricke, und toch na Kugewaldt in Pameren, dar he ock* Anno 1459. *ſin Levendt geendedt.*

1439. Anno 1439. *iſs an Stede Koning Erickes Süſter Sonhe Chriſtoffer erweleder Koning thо Dennemarcken gekronedt, de uth Beierſchen Stammen gebahren. Van deme Koninge Chriſtoffer befft*

1440. *am 4. Sondage na Oſteren* Anno 1440. *Hertoch Adolff thо Sleßwick, Holſtein; dadt Hertochdom Sleßwick thom Lehne endtfangen. Up endtfangenen Eyde befft de Koninck alßbalde befahlen, dadt men Hertoch Adolffen im ühmen ſcholde, allendt wadt van oldinges thom Fürſtendohm geherich; und iſs darup ehm bedt an Koldingbrügge (alſs an dadt Ende des Hertochdomes) dadt Landt ingerümedt. Koning Chriſtoffer befft Dennemarcken und Norwegen fredſamigen regeredt Negen Jahr, in welchen bemit Hertoge Adolffen in Holſtenn guden beſtendigen Frede geholden.* Anno

1444. 1444. *den 10. Nov. wardt* Ladislaus *Ungeriſcher*

1445. *Koning geſlagen vam Türcken.* Anno 1445 *befellen 180. Minſchen midt Brande thо Quaden in Holſtein up einer Koſt; Brudt und Brüdegam weren nackendt uth einem Finſter gekamen.* Anno

1448. 1448. *iſs Koning Chriſtoffer geſtorven. Do hebben de Rickes-Rede ehr* Legation *an Hertoch Adolffen van Holſtenn geſchickedt, dadt Koninckliche Regiment anthonehmen. Des he ſick ernſtlick geweigert, befft averſt ehn geraden, ſinen Süſter Sohn Chriſtian Graven thо Oldenborch und Delmenhorſt thо erwelen, den Hertoch Adolff van Jogendt up by ſick gehadt. Denſülven hebben ſe ock gekaren, und demna embe de vorlatene Wedewe ſeligen Koning Chriſtoffers vortruwet, welcke uth Brunſchwigiſchen Geſlechte waß, mit Nahmen* Dorothea, *und binnen Jahrs eine einen Sohne telede den ſe Oleff genömedt. Iſs averſt in der Kindtheit geſtorven. Darna hebben ſe noch eine Dochter getügedt, mit Nahmen* Margreta, *de dem Koninge in Schottlandt vortruwedt* Jacobo. *De twe Sohns Johannes und Friderichen, de beide thо Könincklicken Werden der Ricke gekamen, alß* folgendes thо ſiner Tidt werdt gemeldet werden (*). *Süß waß in 60. Jahren der Kron kein Erve gebaren.* Anno 1449. *gewann Koninck Carſten Godtlandt und Wißhui mit Hülpe Hertoch Adolffen, und endtfriede idt van Konnck Erick und der Sweden Gewaldt:* 1449.

Do men ſchreff ein Rinck van einer Taſchen,
Und de Henge van veer Flaſchen
Viff Duven Vothe und Negen J,
Dar dencket men Hartogen Aleſis by.
Twiſchen S. Barbaren und Nicolai Dage,
Ach der jemmerlicken Klage,
Dar ſach men klare Ogen werden root,
Dorch des Hochgebornen Fürſten Dodt,
Graven thо Holſten, Hertoch to Sleſswick,
Van Stormaren, wor findt men ſines gelick.

Dewile diſſer der Linien de leſte ahne menlicke Erven affgegahn, iſs dadt Hertochdom Sleiswick *wedder an de Krone Dennemarcken gefallen, darber idt an de Graven thо Holſtenn vorlehnet waß.* Holſtein *averſt alſs* ein Lehn des Romiſchen Rickes, *iſs van Gräff Otten van* Schowenborch, *dewile he veele Sons hedde, barde angeſpracken, alſs dadt es nu an ſine männlicke* Linie *vorfallen. Nachdeme Keiſer Lüder Anno Chriſti 1114. Holſtein* Adolpho *van Schowenborch vorlehnedt, und he van Graven Hinrichen, Heren thо Schouwenborch und Holſtein, beth in dadt veerde Lidt, de menlicke* Linia *erholden &c. Dewile averſt bavengedachtes H. Adolffen van Holſtein Süſter Sohne Chriſtian gebaren vam Oldenborgiſchen Stammen,* nu erwelder Koninck thо Dennemarcken *mit Willen und Gunſt der Hornemeſten, dem Otten van Schowenborch vorgetagen worden. Demna* Anno 1460. *befft Biſchoff Arendt van Lübeck,* 1460. *van wegen des Romiſchen Rickes Lehn-Her, der Graveſchafft Holſtein, deme twiſtigen Handel düſſen Affſcheidt geven thо Oldeſlo: Dadt Gräff Otto van Schowenborch mit Dre und Veertig Duſendt Gulden ſchulde thо freden ſin, und ſick aller Anſpracke up Holſtenn gantz begeven. Darup befft de Manſchop der Graveſchop Holſtenn Heren* Chriſtiano *van Oldenborch, nicht alſs ein Koninge thо Dennemarcken, ſondern alſs ein Graven thо Holſtein geſchwaren, und alſs ehren Heren gehuldiget. Darna iſt gedachter Her Chriſtian, ock nu Hamborch getagen, vam Rade und der Gemeine aldar ock begerdt, dadt ſe van ehm ehr Lehn lendtfangen, und eme ſchweren ſcholden. De Lehning thо endtfangen, ſin ſe willich geweſen, thо ſchweren averſt ſick geweigerdt: dewile ſolckes beth thо der Tidt ſine Vorfahren Graven in Holſtein van ehn nicht gefordert, ock hym olden Gebruck ſe thо laten, flitich gebeden, und endtlich erholden. Alſo ſin thо des groten Keyſer Otten Tiden de Holſten erſten an Herman Billung gekamen alſs baven gemeldt, dede int voffte Lidt, in de Anderthalff Hundert Jahr geregeredt. Folget nu noch en Stam-Regiſter der Hern van Holſten uth dem Schowenburgiſchen Huſe; ock etlick verſtorvene Geſlechter uth Holſten.*

Stamm-

(*) Ex quibus verbis facile colligitur, Presbyterum Bremenſem, Chronici hujus autorem, ultra annum 1448. filum hiſtoricum pertexuiſſe.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Stamm-Regiſter und Gebordt-Linie

Der Herrn van Holſtein uth dem Schowenborgiſchen Huſe.

Adolph, *Graff tho Schowenborg werdt mit der Grauwſchop Holſtein belehnedt vam Keiſer* Luder A. C. 1114. *diſſe waß in Kayſer Hinrichen des Louwen Hertogen in Beyern Kriegenn und ward* A. 1164. *vann denn Wendenn erſchlagenn.*

Adolph, *Graff vann Holſtein und Stade befft in Keyſer* Friderichen *des erſten Kriegen gedenedt in Aſia* Anno Domini 1190. *und iß van* Wolmer *den andern Hertogen van Sleßwigk gefangenn* A. 1202.

Conrad *Grave tho Schowenborch.*

Adolph, *Graff tho Holſtein oder Nordalbing befft* A. 1212. *Koning Knutt vann Dennemarcken aver wunnen, ſchall ock ein Hertoch in Liffland gedann hebben darinne idt ebn glücken vorgeſchlagen und iß darna Monnk* A. 1244. *geworden.*

Bruno *Biſchop tho Olmütz.*

Mette *iſt Koning Abell in Denmarck vermablet.*

Gerdt *des Namens der I. Graff tho Holſtein, Stormarn und Schowenborch. Diſer* Gerdt *iß in allenn Kriegenn midt ſinem Broder* Johann *geweſen, de vann wegen Koning Abells nachgelatenen Ervenn geſchcen ſyn.*

Johann *Herr in Wagerlande, Oldenborch, Läbeck, Kiell und Plöne. Dieſer* Johann *befft Viendſchop geſchöredt mit Koning Chriſtoffer dem I. van Dennemarcken.*

N. *eine Dochter befft des Koning Abelß Sohne Erick gehadt.*

Gerdt *der II. Graff tho Schowenborch und Holſtein mit dem Thonamen* de Blinde, *iß ſehr oldt worden und hadde veel Söns.*

Hinrich I. *diſſe befft vele Bedreven, iß averſt ane Ervenn affgegann.*

Johann *der II. Koning Erikes Viend* A. 1270. *Dieſer* Johann *befft vele Kinder gehadt, befft vele Buwendes halven vele Schulden gemaket, und derowegen denn Underdanen Beſchwerung upgelecht darümme he voreydedt. Düſſer Johann befft nha Affgang ſines erſten Gemahls wedder gefriet Koning Chriſtoffers Moder, mit welcker he getüget volgenden Johann denn Milden.*

Albert *ock Konigck Erikß Viendt.*

Hinrich, Otto, *diſſe beiden hebben nicht lange gelevet.*

Adolph, *Graff tho Schowenborg, welcken Hertog Revendtlow up Segeberge erſlagen. Liß in Krantz im 9ten Boke am Capittel. item am 8ten Boke am 8ten Capitel der Saſſen Cronike.*

Johannes III. *mit dem Thonamen* der Milde, *der ſick ſchall in Koning Ericken des IX. vann Dennemarcken Krigen hebben gebrucken latenn ums Jahr 1320.*

Adolph, *diſſer iß abne Erven geſtorven und affgahn, und brickt albier die* Linia *aff.*

Adolphus (Lege Albertus) Krantz *im 8ten Boke im 26ten Capittel ſettet, dat diſſes milden Johannis Broder weſen ſy, de up Segeberg erſlagenn.*

De vorſtorvene Geſchlechte uth Holſtein.

1. *Schmecken.*
2. *Starcke.*
3. Walſtorp.
4. Swin.
5. *Parſov.*
6. *Wildbarch.*
7. *Van Siggen.*
8. *Van Lattendorp.*
9. *Porſtveldt.*
10. *Kottelbarch.*
11. *Wulffenn.*
12. *Boneckſtorp.*
13. *Meſtorp.*
14. *Kule.*
15. *Weſterholdt.*
16. *Sturme.*
17. *Vann Walenn.*
18. *Smalſtede.*
19. Hummelſsbüttel.
20. *Splitten.*
21. De van Stöven.
22. Ritzerow.
23. Schacken.
24. Müggelen.
25. *Barſbecken.*
26. *Weſtenſee.*
27. *Rixſtorper.*
28. *Vam Kroge.*
29. *Van Stromer.*
30. *De Strandigen.*
31. *De Aſchebargee.*
32. De Krummendiecker.
33. *De Gadendorffer.*

De Wappen van de Walſtorp, Swin, Hummelſsbüttel, Stöven, Ritzerow, Schacken, Muggeln, *de* Krummendicker.



IV.

CHRONICON EPISCOPORVM SLESVICENSIVM,

EMVLTIS VETVSTATIBVS COLLECTVM NEC ANTEA VISVM,

AC DE PRIMA CONVERSIONE DANORVM AD RELIGIONEM CHRISTIANAM ET DE BELLIS IN DIOECESI GESTIS.

CONSCRIPTVM PER

M. HIERONYMVM CYPRÆVM,

QVONDAM ARCHIDIACONVM CAPITVLI SLESWICENSIS.

Descriptum ex autographo & summariis instructum.

Authores ex quibus hæc desumta præcipue.

Saxo Grammat.
Urspergensis.
Blondus.
Cranzius.
Cuspinianus.
Literæ vetustæ quodam libello conscriptæ.
Chronicon Slavorum.
Chronicon Holsatiæ Ms.
Hermannus contractus.
Helmoldus.
Vitikindus.
Luitprandus.
Breviarium Slesvicense.
Municipale Jus Slesvic.
Platina.
Annales Eyderstadianorum.
Chronicon Bremense.
Chron. Slesvic. Msc.

QUantum ex Historiis potest colligi & monumentis vetustioribus erui, constat primum fuisse traditam religionem de Haraldo rege Deo, sub Haraldo, quem Dani Regnero absente elegerunt. Ipso autem reverso simul subjugatis plurimis populis & regnis possessis exuitur Haraldus imperio. Fugam igitur arripiens auxilium implorat Imperatoris Ludovici I. agen- christiana introducta religio.

tis tunc Moguntiæ. Ipse fidem promittit restitutionis, si modo Christi verbum accipiat & pendere tributum velit. Promittuntur postulata & Haraldo Baptizato ibidem cum conjuge & aliis primoribus, quos eo secum adduxerat, dantur in auxilium Saxones bellicosissimi ac sub eorum fiducia & protectione fit verbi Dei in his oris concio. Abduxit mox secum Ansgarium intrepidum quidem, reliquis fratribus eam conditionem fugientibus suscipere. Quantum enim periculi imminere capiti docentis posset, meditatus, sic solus ipse alacris abiit, ut populum ab idolumania averteret, repositio diversæ religionis cultu. Hic conciones vulgo habuit licet ipse tunc temporis nondum esset factus Episcopus. Et ipse Ansgarius in quodam sacello adhuc patronus fertur, quod tunc ædificatum esse putant in formam romanam, & demonum delubra dejecta fuere & flamines expulsi, & nunc ut olim vulgato nomine dicitur Hattebui (*, quo nomine veteres Historici appellarunt Sleswigam indiscriminatim. Sola enim interfluit aqua Slya inter sacellum illud & nunc Sleswigum, quæ se in Oceanum Orientalem exonerat. Et Ansgarius ibidem baptizavit, Sacerdotum, qui tunc missi fuerint, aut relicti ab Ansgario, nulla extat memoria, sed ordinis eos fuisse Divi Benedicti dubium non est, ex cenobio Corbeia, ad fluvium Visurgum in Saxonia, dioecesi vero Paterburnensi condito à Ludovico primo; Neque tunc Episcopus aliquis constitutus, aut bona ecclesiis, unde sacerdotes victitarent, data. Regnerus iterum rediens, stipatus multo milite Haraldum ejicit & omnem reducit Idolorum cultum ac suorum deorum ceremonias restituit. Haraldus fit profugus & deserit omnia, posthabitis omnibus sacris, nec martyr fieri voluit (**), sed in Frisia favente imperatore, cum secundo ejectus esset, ut tuto quiesceret ab insultibus infidelium, moritur. Regnerus vero, qui cum esset inquieti animi Princeps semper suos limites ampliare studens, contra Hellam in Hybernia dimicat & superatur, licet tot augustis victoriis potitus esset, incarceratur, per speculatores sic admotis serpentibus vivis corpori, roditur, ut demum luens poenam temeratæ religionis, occumbat. Sic aliquot annis, pii (novelli Christiani), antequam moreretur bonis sunt spoliati, & iterum cultus cœpit florere idolatricus. Foris deinde Sivardo agente filio Regneri, Dani Haraldo expulso, duos iterum eligunt stirpe regia, qui regnum administrent. Hos Regneri filii simul mille & septingentis navibus prope Sleswigum adoriuntur & vincunt. Colles locum indicant, & sinus monstrat funus Sivardi, ubi conflixerunt. Postea cum præficeretur filius Sivardi Ericus regno in ætate juvenili, Christianos superstites crudeliter persequitur & omnes reliquias sacras dirui mandavit & fœdari sacerdotia, piissimum quemque suppliciis affici aut exilio multari. Hinc ubi iterum accessit divus Ansgarius, cum jam quinque annis functus fuisset Episcopi officio ac eum instruxisset, ut erat antea crudelis hostis, sic fit amicissimus Christianis. Nam toto suo regno diplomate dato animi sui voluntatem corroboravit, ut si qui baptizari velint, sine metu pœnarum liberum esse debere, ac sic rediit verus cultus Dei, templo ædificato prope Sleswigum a religiosis, ubi tunc multi infirmi baptizati etiam sanati sunt. Ericus autem omnem impietatem sic exuens, pie moritur. Quare ecclesia Sleswicensis antiquissima fertur omnium ecclesiarum Borealium ultra Germaniam constitutarum, secundum Chronicon Hamburgense in Vita Ansgarii cap. 2. & cap 37. Ac sic fundata fuit temporibus Ludovici II. anno 878, ego puto 870. In hoc mihi subvenit scribenti Antoninus parte 2. tit. 16. cap. 2. §. Luet non nominetur diœcesis Sleswicensis, tamen dicit compulsum regem Daniæ cum quibusdam suscipere baptismum à Ludovico II. Octo vero annis postea fundata fuit ecclesia in parte Jutiæ dicta Ripensis (ab Erico) sub primo Episcopo Remberto. Sed quid fit deinde. A Cnutone filio Erici patre mortuo Hamburgum evertitur, Ansgario fugiente in Ramsolam. Tunc multi martyres facti sunt in Ebbecstorp anno 876, ubi cæsi sunt egregii & pii plurimi Episcopi & principes, quemadmodum id recensetur ab Alberto Crantzio. Rembertus cujus facta mentio est, fidus erat comes Ansgario in multa legatione, prædicans in Dania & Suecia. Cum aliquando Rembertus obire legationem in Daniam constituisset & in Sleswig contemplari plantationem novellam cuperet, videt in ingressu protinus multitudinem Christianorum catenis duci ad Slyam, quos à Danis captos esse quærens invenit. Verba facit ut liberet eos, quare equo suo vendito illis, eos redimit & miraculose captivos solvit, per orationem catena laxata. Sic eos liberat, ferociam impiorum compescit, animos illorum mitigans. Lapsu temporis postea Regno Godefridus & Sigefridus præficiuntur regno, cum Canutus nondum ob infantiam præesse potuit, quare hi illi curatores constituuntur. Cum horum curatorum temporibus fama volitaret, Carolum Crassum Imperatorem contra Saracenos acriter in Italia dimicare, ipsi sumpto consilio cum Danis, quos Historici Nortmannos vocant, parant naves, & Ambianos, Atrebatium, Cameracum, Monapios & Brabantinos per Rheni fluenta ingredientes depopulantur. Leodium simul & Trajectum, Tungros ac Treviros vastant ac incendunt. Aquisgrani vero palatium Regis splendidissimum faciunt equorum stabulum, monasteriis dirutis, hominibusque ut pecudibus prostratis. His cum Ludovicus resisteret, non admodum terrentur, sed eo acrius palantes cuncta deprædantur, quanquam non nihil ob metum conceptum propter Cæsaris potentiam regrederentur, tamen augentes vires suas morte Ludovici nunciata reverteruntur. Supervenit deinde Carolus Crassus illuc ex Italia revocatus ne imperium amitteretur, dimicat; sed infelici ausu. Tandem Dani in Gallia sedent, & Carolus ex

Ansgario docente.

Hattebui ecclesia.

sacerdotes Corbeja acciti.

Regnerus Haraldum regno pellens & Christianis infestus.

in carcere perit.

838.

Religio per Sivardum R. promota.

876. ecclesia Ripis fundata.

Remberti comitis Ansgarii facta.

Godefridus ex Siegfridus regno Dan. admoti.

Dani s. Normanni Galliam inuadunt.

(*) Dedicatio templi Slesvicensis facta V. Idus Sept.

(**) Gregor. Dial. II. de Vita Bernhardi.

ex hoſtibus non modo facit amicos ſed & affines, data in matrimonium Godefrido Gisla filia Lotharii patruelis ſui, & Friſia in dotem, adjecto baptiſmatis lavacro. Sigefridus vero immenſum pondus auri & argenti capit, & ſic ipſe cum multis Danorum ex limitibus illis egreditur. Godefrido autem poſtea occiſo à Duce Henrico, Dani, alias Nortmanni, in Galliam irrumpentes vindicantes cædem manent ibidem; & inde poſtea Normandia provincia nomen cœpit, antea dicta Neuſtria. Arnolphus autem Cæſar electus patrui locum ſupplevit, quem ob ignaviam deponunt. Hic cum fortunatius eſſet in bellis Northmannos Lotharingiam vaſtantes cædit. Traditum eſt in hiſtoriis, regia ſigna 12. in Bavariam tanquam indicia victoriæ ablata. Tanta clades fuit tunc, ut in illo conflictu occumberent 100000. hominum ac pauci ſupereſſent, qui pugnam narrarent. Demum collecto magno exercitu fines Danorum adit & illos variis & multis bellis delet. Prius bellum quaſi de cœlo adminiſtratum videtur, tot millibus cæſis uno conflictu. Sed ſic ultio divina religionem fœdantes ſequi conſvevit: cum pauci Chriſtianorum ceciderint. Hæc prolixius recenſui, ut Danorum advertatur fortitudo. Et dolendum, religionem temporibus Cnutonis non fuiſſe propagatam nec habuiſſe locum. Facta ſunt hæc circa tempora Adalgarii Epiſcopi Hamburgenſis, qui moritur poſt Chriſtum natum 909. Sed quid fit, ex impio ſæpe parente naſcitur frugi proles & è contra. Sic nunc hic accidit. Nam patre mortuo *Froto* ſequitur filius. Hic cum dimicet in Anglia & victoriam adeptus eſſet, & ſibi jam partem Angliæ ſubjeciſſet (fuit olim partita inter quosdam Reges,) fit ibidem Chriſtianus & ex impio milite Chriſti diſcipulus. Cum autem in Daniam regrederetur, mittit ad Papam *Adrianum*, (alias Agapetum ſecundum, qui vixit anno 948. ſedens 9. annis) ut Regno Daniæ præficiat aliquot doctos, qui populum inſtituant. Ipſe autem collectis aliquot ſacerdotibus ex Anglia & diſperſorum numero, tempore patris ſui, antequam legatio reverteretur, conceſſit ad ſuperos. Nunc iterum degenerat pietas in impietatem. Nam poſt obitum Frotonis Filius Gormo ſuſcipit imperium, templa diruit & ſanguinem ſitit Chriſtianorum. Hic propter crudelitatem dicitur à quodam Hiſtorico Worm, & ſic ſacerdotibus pulſis finibus ſuis, dirisque tormentis crudeliter necatis, vera peſſumdatur religio. Vaſtat enim Nordalbingiam, Tranſalbianos Friſones ita ut omnia dixeris eum fuiſſe demoliturum. Cum jam Conradus cæſar Pater Henrici Aucupis aliis bellis implicitus eſſet, bellum contra Gormonem Danum ſuſcipere non potuit, nec imperium ipſius erat diuturnum, durante tantummodo ſeptennio, cum morte vitam mutavit, miſit tamen unum filiorum ſuorum Brunonem; qui ducatum Saxoniæ adminiſtraret, ſed contra Danos pugnans occiſus fuit. Eo confidentius Gormo ſæviit & religionem peſſumdedit, donec Hinrico, Aucupi, cognomento, Cæſari hæc nuntiarentur. Slavos primum ſubjugat; hi enim erant conſoederati Dano, qui admiſſa religione & tributum pende-

A. 897. ab Arnolpho imp. cæſi.

899. Hinc & Daniam compeſcit.

FROTO R. Dan. Angliam bello aggreſſus fit Chriſtianus.

Gormo R. in Chriſtianos ſævit.

Conradus Cæſar adverſus Danos Brunonem filium mittit.

A. 931. Henricus auceps Slavos ſubigit, Danos coercet.

re promiſerunt. Deinde Daniæ fines ingreditur cum immenſo exercitu & in primo conflictu ita terruit Danum, ut ſe obſequi mandatis velle promitteret ac ſupplex pacem depoſceret. Juvit autem pia matrona plurimum ad recipiendum Chriſtianiſmum Thyra Gormonis conjux (ambo ſepulti in Jelling-hue prope Coldingam). Nam ipſa ex Anglia fuit Chriſtiana. Hoc temporis curriculo Unni Hamburgenſis Epiſcopus per Daniam & Sueciam prædicat, cum Slavos & Danos devictos eſſe audiiſſet. Hic Gormo alias dictus Gormogammel *vivens temporibus Conradi primi*), quando neglecta jacuit religio apud Danos, ſuſcipit conditionem, ac permittit Hinrico Cæſari Marchionem conſtitui Sleſwigi, ut ibidem imperii Romani terminus eſſet, cum antea limites imperiorum haberet fluvius Eydora. Voluit autem id imperator, ne tam crebræ excurſiones in Saxoniam fieri poſſent a Danis. Cum jam Dania quaſi tributaria facta eſſet, commendat Unni omnes ſacerdotes Haraldo filio Gormonis, cujus & Legatus per Daniam totam ſimul fuit miſſus, ſe eorum cura agere. Tunc cum hæc omnia fierent, Gormo ad fidem converti non potuit, ſed Haraldus, licet tunc non baptizaretur, poſtea tamen converſus eſt ac uterque verbum Dei prædicari permiſit. Sic eccleſiis conſtituti fuerunt ſacerdotes, qui verbum Dei prædicarent. Plerosque in carceribus detentos Chriſtianos Unni docuit inter peregrinandum, conſolatus eſt eos ex verbo Dei & deficientes confortavit. Moritur autem ipſe in civitate Birca Anno 935. Notes ad an. 899. quod fames magna adeo fuerit ut homines ſe comederent. Et quod ſecundo anno Caroli III. Imp. ſol ita defecerit, ut ſtellæ conſpicerentur.

Unni religionem edocet Danos & Suecos.

Marchio Sleſvici conſtitutus.

ERICUS igitur fuit primus Epiſcopus (ab Adaldago miſſus), non quod bona tunc donata eccleſiis eſſent, ſed Marchio & ipſius ſacellites viri religioni devotiſſimi, ſacra inter ipſos & inconverſos ſibi celebrari voluerunt & verbum Dei proponi. Hic autem, cum ut Satrapa conſtituitur, contendit verbum Dei ſeminari ubique gaudium enim erat ei, ſi mandato Imperatoris obtemperaret. Nam per crebras conciones ſuorum ſacerdotum ſic facile multos lucrari ſe poſſe novit, ac ſe ſatisfacere domini ſui mandato. Hunc Ericum conſtituit Unni, cum ſciret eum verum religioſum & martyrem facile futurum, ſi opprimeretur, nec fugam initurum, ſi modo ab Idolatris afficeretur injuriis. Sed quid accidit? Marchio, audita à Danis Henrici Imperatoris morte Aucupis, una cum legatis Regis Ottonis ex inſperato à Danis, ut ſe in priſtinam vindicent libertatem, occiditur. Nec pati voluerunt, Marchionem ad tam propinquum locum Jutiæ, quæ eſt pars Daniæ, hærere debere, ſed magis limites ſuos antiquos defendere velle. Hic autem Ericus, ut facile cernitur ex Hiſtorico, tectificantibus id monumentis, ſepultus eſt Bremæ in Baſilica Sti Petri ubi & Folquardus, Magnus Odiacerus & Poppo. Ex hoc facto funeſto naſcitur maximum bellum Ottoni Hinrici filio, primum depellit injuriam ſibi à fratribus factam, deinde apparat bellum, ut vindicet mortem Marchionis ſui immerito occiſi, everterant etiam fun-

Ericus I. Epiſc. Sleſv. a. 937.

Henrico Auc. mortuo Marchio a Danis occiditur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Otto Imp. Jutiam depellat. funditus Imperium Marchionis & cultum sacrum exstirpaverant. In ingressu (Otto) Jutiam debellat, ubi ventum est ad mare, quod alluit extremam partem Jutiæ, posuit in mare lanceam, unde hodierno die dicitur Ottosundt. Hanc lanceam eum accepisse referunt à patre suo Henrico, qui minis conterminum Burgundionum principem Rodolphum, ut sibi donaret eam (sciebat eam fuisse Constantini filii Helenæ) quod esse arte exquisite elaborata. In medio quoque spinam habuit, utrinque quasi fenestram, & in media spina crucem ex clavis, manibus & pedibus salvatoris nostri Christi infixis. Haraldus autem Rex, sit regredienti Ottoni obviam & prope Sleswigam manus conseruntur, utrinque acerrime pugnantibus. Saxones vero vincunt & Dani (amissis quatuor millibus) recedunt in naves, unde se in terram contulerunt. Sic effuso multo sanguine, tandem verba faciunt, & locus pacis constituitur. Haraldus submittit se Ottoni & regnum ab Imperatore recipit, testantibus super hoc literis regiis, quæ reservantur in Archivis ecclesiæ Bremensis. Ac simul sinit se baptizari cum uxore Gunhilda & filio Suenone ab Adaldago. Otto levat filium de fonte ac in gratiam Imperatoris usurpat sibi nomen juvenis & nuncupatur Suen-Otto. Sic paganismus expulsus est & receptus cultus divinus. Tresque Episcopatus subito fundantur, Sleswicensis, Ripensis & Arrhusiensis. Hamburgensis autem Episcopus potestatem obtinet mittendi ad nostrates presbyteros & Episcopos. Id jus sibi multis annis usurpaverunt. Postremo Pontificis Maximi beneficio à jurisdictione Hamburgensium liberatur Dania, quemadmodum infra tempus significabimus.

Eius lancea memorabilis. 943.

947. prælium prope Sleswigam.

Haraldus pulsus regnum ab Ottone recipit.

a. 946. baptizatus cum suis.

Episcopatus tunc in Dania tres.

An. 946. Marco episc. Sleswic. MARCO igitur ordinatus & constitutus ab Adaldago Hamburgensi Archiepiscopo postulante Ottone. Hic Adaldagus fuit ei gratissimus, (Cancellarius enim ipsius fuerat & à Nobilibus prognatus,) verum non solum huic, sed etiam tribus Ottonibus, qui consilio illius semper fuerant usi. Cum jam omnia iterum essent direpta, nec Episcopus unde viveret, hic haberet, Marco utrique Episcopatui præficitur. Erat enim vigilantissimus in suo officio & primus Episcopus in Wagria in Oldenburgensi tractu, civitate & provincia Obotritorum ad Penim usque fluvium & Deminum. Ac apud nos in civitate florentissima Sleswigo. Commendat omnibus cum sanctimonia vitæ suæ. Quare ob admirationem summæ pietatis ad nostrates mittitur, ut eo validius agat radices fidei in Christo, cum omnia nuperrime essent in religione collapsa. Quare ipse & celebrare verum & docere cepit. Non enim formidavit periculum, quod capiti illius imminere possit, cum & antea populi Wagirorum & Obotritorum ferociam dicendo mitigasset ac lavisset eos sacro fonte baptismatis abluens peccati sordes. Quare parem laborem subit divina inspiratus virtute apud Sleswicenses. Cum autem post exhaustos multos labores vitam cum morte mutasset, singularem postea sortitur Episcopum Civitas Sleswigum. Hinc autem cum discederet Otto Imperator, rebus feliciter gestis & constitutis, quantum fieri potuit, brevi temporis curriculo, ut vulgus erudiretur, Mater Haraldi, Avia Sven-Ottonis reputans secum toties irruptionem factam & manus consertas cum Imperatoribus, eos excludendi in posterum consilium capit, ne sic deinceps infestarentur, cum majores suorum prædati essent alios & bella vicinis intulissent. Vallum igitur construendum à Danis svadet, ut eis postea via ingressus intercipiatur. Incipiunt & opus admirandum & maximum perficitur, dicitur hodie Denenwerck i. e. Opus Danorum. Huic vallo murum addit & portas clausris cinxit Waldemarus I. Hoc opus inter se Dani distribuunt & quisque suam partem accipit secundum casum sortis. Partem Sconia cumulat, partem Seelandia conglomerat, partem Fionia struit. Hæ divisiones adhuc facile studioso antiquitatum ostenduntur. Ut hæc omnia eo felicius & promptius perficiantur, apportantur ex Jutia victualia. Hoc vallum, ut adhuc videre est, tendit à mari orientali ad occidentale, olim præmissa fossa profunda. Distat Sleswigo versus Holsatiam stadiis ferme decem, pars muri constituta est ad vallum altissimi versus - - & simul ad Slyam, ubi est lacus, qui effluit in Oceanum Orientalem. Civitas quondam fuit condita, vicina admodum nunc sacello in Hettebu. Eam referunt hodie vulgari nomine Oldenburg & ibidem in colle sublimi arcem positam fuisse cernitur, nunc rudera tantum & fossæ videntur. Vallum, quod cinxit civitatem, est adhuc altissimum, per quod quatuor exierunt portæ. Sed nomine Hettebu veteres etiam Sleswigum nuncuparunt: quo modo factum hoc sit, rationem non habeo, nisi quod solus Slyæ lacus intervenit separans Sleswigum ab Hettebü. Hettebu conditum ab Hetta ex certo auctore constat uxore Haraldi. Nam ubi Haraldus mortem oppetere coactus fuit ob vulnera inter Suecos accepta mandavit Danis, ut Hettam regni reliquiis (bellum enim erat cum Sueonibus) præficerent, cum Scaniæ præfecturæ præfecissent Olonem, sicque Selandia cum reliquis partibus Regni subessent Hetta. Et sic veniens ad extremam oram Jutiæ meridionalis, civitatem condidit de nomine suo, unde & in hunc diem *mensura civitatis* (*) retinet nomen Hette *Schepel.* Ac similiter de Visna fertur, quæ ædificavit *Visbu* in Gotlandia, eamque sororem fuisse Hettæ. Fit autem hoc anno Christi 930, cum aliquandiu Dani ægre ferrent, se submissos muliebri imperio, ad Olonem deficiunt. Hic cum avidus esset honoris & imperii affectator, petitionibus illorum facile obsequitur, & Hettam vocari mandavit, ut imperium dominatione cederet.

Vallum Danorum struitur.

Hettebu condita ab Hetta Haraldi uxore, quæ marito in regnum successit.

Hette Schepel.

a. 930.

Cæsar dum primus vocat Otto hunc, colla repressit
Slavis; post Danos subjugat ipse feros:
Sic tenuit Wagriam, primum unde vocatus ut adsit
Indomito vulgo præsul utrique vigil.

HARAL-

(*) Item Hettesund pro Ottesund.

HARALDUS Episcopus Slesvicensis missus fuit ab Adaldago Hamburgensi. Nam cum is cognosceret, verbum Dei pullulare & nunc radices aliquo modo egisse, id vero propter zelum Haraldi Regis & opus Thyræ, quod conficiendum erat. Dum enim tam sedulo animum intendunt munitionibus, bellorum oblivisceruntur. Misit ideo eo Haraldum, qui & moribus esset conspicuus & nomine ipsum Regem referret, ac sic aliqua similitudo inter Regem ac Episcopum esset. Fuit enim Haraldus tam devotus erga Deum, ut non fuerit similis ei inter omnes Reges aquilonares. Expetivit autem totum ipsius imperium ecclesiis ac sacerdotibus plenum esse & abundare. In rebus autem secularibus adeo instructus & perspicax fuit, ut non solum a Danis, sed à Saxonibus multa ejus sancita sint servata. Sed quid fit? ipse dæmon quiescere non potest. Tentat ubique suos. Accenditur contra Patrem filius. Hic enim pertæsus longæ vitæ Patris, suasu procerum, quibus, ut liceret prædari, more, ut consveverunt, indicit Patri bellum, cum jam ferme bonus senex 50. annos gubernasset maxima cum laude, sceleratos & piratas puniviſſet, quemadmodum à prædicatoribus instructus erat. Habuit maximam fortunam in omnibus eventibus bellorum, ita ut omnibus fortitudo ejus vicinis innotuisset ac pietas in religiosos ejus perquam commendabilis. Quam lugubris autem casus fuerit inter filium immerito patrem afficientem & ipsum filium rursus post patris funestam mortem digne multatum sequentis episcopi vita sub se complectetur.

Pax placida ut fuerat, Danorum hic Præsul in Oras
Ut tradat populo dogmata sacra, venit.
Sed pellit patrem natus, fideque negata
Christum contemerat, diripiensque sacra.

Wigmannus sollicitat Heraldum ad defectionem cum ageret in Dania & esset clericus, qui muneribus crebris sperabat mitigaturum ferocem animum ejus, cum toties a legatis Hamburg. aliisque admonitus fuisset, ne sic in Christianos sæviret, quibus omnibus contemtis in sua ferocia perrexit. Sequitur *Adalgus* (incertus) puto, cum schedæ Episcoporum & alia errata habent, nomen debere esse ADALDAGUS, ut referret nomen ipsius Archiepiscopi (Nam ipse Pontifex Hamburgensis Wandalis prædicavit, sic etiam & Danis.). Sed multa apud nos incursionibus bellorum vastata & quæ in annales relata fuerunt, abolita vetustate cognoscuntur. Hujus Episcopi temporibus magna seditio in Dania exorta est. Filius Suen-Otto, levaverat de fonte sacro Otto Imperator, Patrem suum nunc Senem fugare incipit, ideo quod sceleratos acrius puniret, religionem defenderet & amplexus esset. Prior autem causa eliminandi erat, quod Patris affectabat imperium: quinquaginta enim annis pater strenuus Danis præfuit. Instigatur insuper à proceribus Danorum, quod Haraldus obstaret, ne, ut soliti erant, prædari vicinos concederet illis. His causis copulatis, patri bellum indicit, debitum patris honorem obliterans & pietatem adversus religionem excutiens. Hic autem senex quid facit? cum jam manus conserendæ essent, mandat & petit sedulo, cum Mars sit iniquus & ipsius belli eventus ambiguus, ut filio suo parcerent, ne in conflictu interimatur, imitans exemplum Davidis. Sed cæca fortuna favet filio. Pater saucius fugit Julinum, ut suæ sanitati consulat. Est autem hodie civitas Wollin in Pomerania. Cum tertio cum filio conflixisset, jam secretum quærens naturæ locum clam vulneratur & in Scania moritur, vehiturque Julinum. Sed postea transfertur Roeschildam Haraldus Pater Suen-Ottonis, ibidemque sepelitur in Ecclesia, quam ipse primus construxit in honorem sanctæ Trinitatis. Obitus ejus celebratur in festivitate omnium Sanctorum. Gunhilda uxor ejus piissima. Suen-Otto autem quod patrem ipsius recepissent, bellum Julinis indicit, conserit manus, ipse victus capitur, idque ter. Pro prima redemtione aurum & argentum suum expendit. Nihilominus deinceps illos secundo adoritur, ut experiens eventum belli, quem sibi ut patri responsurum sperabat. Denuo superatus pro illa liberatione Regis proceres filios suos vades dederunt; sed si eos liberos iterum vellent divenditis bonis suis & silvis redimunt eos. Cum jam tertio sibi victoriam promitteret, vincitur; non enim impune ferre potuit Patris necem, & beneficio omnium mulierum liberatur: Proceres enim nihil amplius expendere voluerunt propter tam immensam summam erogatam, ut liberi illorum redimerentur. Conferunt igitur illæ omnia sua clenodia & ornamenta. Quapropter ut gratus censeatur erga fœmineum sexum sancit jus hæreditandi tam mobilia quam immobilia tam fœmellis quam masculis: inde id juris fœmineus sexus in his oris in hodiernum diem sibi obtinet. Deinde postremo cum amicitia esset alenda, astringere se juramento Rex coactus est, promittens se remissurum omnem iram, nec acceptam injuriam unquam ulcisci velle. Sic exutus auro & argento omni totius regni sui permittit conditiones, quæ præscribebantur ab ipsis victoribus, & adjungit, ipsos securitatis beneficio frui ubique in regno suo Danico debere & pro animi lubitu sine metu periculi agere. Et in Slyamedia arx quædam vetusta ac diruta, cujus rudera abunde visuntur undique aqua circumfusa, utrum hisce temporibus structa fuerit in medium relinquo & dicitur Juliensborch. Puto eam à Julinis extructam & postremo ab ipso Suenone eversam. A. 947. Otto II. Imperator perrexit contra Heraldum (*) in Schleswig.

Maximus accedit Regem tunc Præsul iniquum
Quem stimulis agitat dira Mogæra suis.
Ut grex salvetur Christi, dictaque culpet,
Siona, sed haud corde gaudia vera capit.

FOLC.

961. Adaldagus archiep. Hamb.

tertio prælio pater victus vitam reddit.

Suenotto ter Julinos oppugnans toties capitur & maximo pretio liberatur.

Suenotto patrem inique bello persequitur & tribus vicibus cædit.

(*) Schafnaburgens. fol. 24.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Folcbertus episc.

FOLCBERTUS Episcopus ab Adaldago ordinatur. Hujus temporibus Sueno septennio exul esse cogitur. Ejicitur enim & exuitur regno

Sueno exul in Angliam. 964.

suo à Rege Suetiæ Erico. Quare fugit ad Eduardum Regem Angliæ, ut imploret auxilium restitutionis. Is vero metuens magis id fieri dolo, quam serio, suppetias illi ferre recusat. Revocabat enim in mentem fortitudinem & felicitatem patris sui Haraldi adversus Anglos. Con-

Erico mortuo redit.

vertit igitur se in Scotiam & ibidem deliteſcit, donec mortem oppetit Ericus. Cognita morte illius studet, ut sibi reconciliarentur, qui quondam authores susceptí erga patrem belli & eversæ religionis fuissent. Quare in regnum redit, dissimulata pietate, permittente regressum vitrico suo Rege Suetiæ. Licet pœnitentiam nunc omnium scelerum egerit, tamen de novo nihil ausus fuit auspicari in religione, me-

Resuscitat religionis amorem.

tuens, ne iterum regno pelleretur, flagrante licet non minus in corde illius amore pietatis, quam ante lapsum: palam tamen nihil annisus est, sed clam addit piis calcaria & suadet, ut propagare studeant verum religionis cultum, cum tot annis oppressus jacuisset, aliquantum recompensare delictum erga patrem & peccatum erga religionem posset. Cum hæc fama serpe-

Poppo in Daniam ad docendum missus.

re cœpisset ubique, immanitatem illam Suenonis in pietatem eximiam mutatam mittitur subito Poppo vir miraculis clarus, ut is reparet verum religionis cultum & vulgi animum ad recipienum verbum Christi flectat. Ac sic idolatria penitus extirpatur. Folcquardus autem jacet Bremæ. Helmoldus.) Folquardus persecutionis tempore Slavia pulsus abiit in Norvegiam ibique domino multos lucratus est & cum gaudio rediit Bremam.

Dum Sueno iratum Regem fugit impius, ipse
Præficitur templis Præsul adesse pius.
Magna sibi vitæ discrimina, sed venit acer
Poppo animum Regis mitigat usque malum.

Poppo Episc. 984. 986.

POPPO Episcopus Slesvicensis sextus, missus ab Adaldago est, ut doceret in Dania. Nam tot impetitus adversitatibus Sueno Rex, tum belli, tum fortunæ, ac nunc in regnum suum receptus post mortem Erici, qui regno eum exuerat, pœnitentiam agere cœpit. Cum nunc Poppo celebris, ob miracula in Dania coram ipso verba faceret, audacior Sueno esse cœpit, ut doctrina Christi ubique proponeretur. Poppo enim cum frequenti multitudine convenit se roboraturum religionem miraculo. Ubi id fecerit, juvante Deo eos suæ sententiæ & doctrinæ acquiescere debere. Compromittunt inducere se velle spondet chirotecam ex ferro fabricatam, quæ se ad cubitum extendat, ipsa autem sit ignita: Quod si exuratur manus illius, religioni locum non relinquant. Si autem illæsus abeat, fidem suam apprehendant. Sueno autem maximo applausu præ cœteris acclamat, gaudens à se restitui nunc posse religionem remoratam. Videntibus igitur omnibus chirotecam candentem induit & in eum locum perfert, quo portari conventum fuerat. Poppo autem cum lætus eam induisset, sic nunc lætior deponit, nam scivit se plurimos hoc miraculo lucrari posse. Saucius non est, nec ipse, nec quicquam de membris suis. Quare consternuntur plurimi, baptizantur multi & fides in Christum cum gaudio maximo suscipitur. Hic idem Poppo deinde aliud edit miraculum in flumine prope Sleswigum, distante stadiis quadraginta pene octo versus Flensburgum. Immergit indusium liquenti ceræ, cum nunc sic ceram hausisset, induit, mirantibus omnibus, inquiens: mandabo alicui vestrum incendere hoc ceratum indusium, quod nudus ad corpus gestabo. Si conflagrans me adusserit aut læserit quodvis membrum meum, fidem meam in Christum salvatorem nostrum non apprehendetis. Si autem illæsus abiero, baptizari vos à me velle promittite. Spondent omnes, incenditur ceratum, illæsum vident nec cernere eum fumum exhalantem asserere possunt. Quare baptizantur multi & ipse in colliculo vicino concionem habuit. Flumen propter hoc miraculum nomen amisit: dicebatur enim antea Judebeke à vicino pago, quod ei adjacet adhuc, deinde mox Hilligebeke quasi torrens sacer. Sueno vero potitus totius Angliæ imperio moritur in Anglia 1012. sepultus Eboraci. Refertur ab Historico & de Poppone historia, quæ temporibus Haraldi, cum adhuc clericus esset, acciderit. Dani, cum essent aliquo modo Christiani, nihilo minus idolis ritu gentili servientes. Contigit enim, altercationem super cultura Deorum fieri, in quodam convivio, Rege præsente, Danis affirmantibus Christum quidem esse Deum, sed alios eo fore majores Deos, quippe qui potiora mortalibus signa & prodigia per se ostenderent. Contra hæc clericus quidam religiosam vitam ducens, tunc nondum Episcopus, nomine Poppo, unum verum Deum Patrem cum filio unigenito domino nostro Jesu Christo & spiritu sancto, simulacra vero dæmonia esse & non Deos testatus est. Haraldus autem Rex, utpote qui velox traditur fuisse ad audiendum, interrogat, si hanc fidem, per semetipsum declarari velit. Ille incunctanter velle respondit. Rex vero custodire clericum usque in crastinum jubet. Mane facto ingentis ponderis ferrum portare jussit. Confessor Christi indubitanter ferrum rapit, tam diuque portat, quo ipse Rex decernit, manum incolumem cunctis ostendit, fidem christianam omnibus probabilem reddidit. Ad hæc Rex conversus, hunc Deum solum colendum decernit, idola respuenda, subjectis gentibus imperat, Dei sacerdotibus & ministris honorem debitum deinde præstitit. Antoninus notat hanc historiam factam a. 971.

aliud indusio ceræ liquefactæ immersio.

eodem incenso.

Alia narratio.

Miraculum chiroteca ferrea candente sibi induta patravit.

Poppo facit clarus miracula nomine divum
Et se convertit Dania tota Deo.
Semina tunc scelerum tollens, Regesque retraxit
Errantes verbo, reddit eosque Deo.

EZICO in numero nostratium Episcoporum etiam invenitur. Fuit alio nomine etiam notatus Esgerus. Hic missus fuit ab Unwanno Hamburg. Archiepiscopo. Ordinati quidem fuerunt plurimi, quorum nomina extant; quibus in se-

1018. Ezico episc.

dibus

dibus quieverint, non satis constat. Putandum est, quod primo auspicio nulli Episcoporum aut perpaucis certæ fuerint sedes assignatæ, sed tantummodo emissi sunt progressi in littora ulteriora & oras finitimas propagandæ religionis gratia, ut sic & suis & vicinioribus præessent & prædicarent. *Esico* tamen hic domi (*) sedens vicinas regiones non adit, ut doceat: utrum fuerit senio adeo confectus, aut pigritia correptus, relinquitur judicium. Credo tamen illum exhaustum laboribus & ejectum à Wandalis ab Ecclesia Oldenburgensi. Nam major pietas inerat tunc docentibus & prædicantibus, quam nunc. Non ventris ingluviem petierunt, aut vitam sine molestia, sed periculum imminens magis appetierunt, ut honorem Dei promulgarent & augerent cultum divinum, quam in ocio torpescerent. Hujus temporibus maxima fuit tranquillitas sub Canuto Suenonis filio. Nam ipse alios subjugare didicerat, nec quisquam ipsum lacessere ausus fuit. Quare sacerdotes cultum Dei administrare potuerunt. Nam parens ipsius Rex Apostata relipuit & iterum ministrari ceptum est vivo patre. Quare Rex Canutus, ut erat acer miles adversus hostem, sic perquam munificus in sacerdotes & pius in Deum. Quemadmodum enim belli fama inclarescere voluit, sic & omnibus innotescere largitionibus in religiosos. Slavos bis subjugavit, Sembos devicit. Anglos superavit, ubi & mortuus est anno 1036. & obedientiam vicinos expetere docuit. Cum tot Regnorum Rex esset, elocavit filiam suam Gunhildam Imperatoris Conradi filio Henrico, atque cum ipso Imperatore Romam proficiscitur, ut & meminisse possent Romani potentiam Gothorum, à quibus Roma multoties direpta & eversa fuisset, ut & nunc Regem Danorum (fuit enim dictus magnus & durus Canutus) tot regnorum metuant & potentiam cognoscant. In legibus ferendis æquissimus fuisse perhibetur, nam legi capitali, quam tulit, ipse se subjecit lubens. Quod autem & sanctitate & fortitudine instructus fuerit, ac non minus regnum quam religionem propagare contenderit ipsa monumenta docent, siquidem ædificat templum Roschildense & in Lundia divi Laurentii. Etiam ut placidius studium ipse quoque amplexus fuisse, quam funesta bella dici posset, ex ærario suo multis in locis privatorum clericorum convictum instituit & cœnobia illorum multis frequentibus cellubis auxit, simulque sacrorum venerationem quam maximam semper exhibuit, opibus largis, ut stipendia fratres uberiora numerarent, cumulavit. Quare post se numerosam multitudinem Canonicorum, monachorum & monialium reliquit. Novit etenim opus esse iis, ut vulgus erudiant, qui contenti fuerint parvo, & indigere victu laborantes. Unde putatur, ipsum fuisse, qui primus Monachos in Daniam advexerit. Quare noster Esico Episcopus tranquillam duxit vitam sine periculo & ante tumultuationem Slavorum, quæ mox post hujus obitum crevit, mortuus est. Hic fuit ecclesiæ status ipso vivo. Hic idem potentissimus Rex devicta Anglia aliquot in Daniam adduxit Episcopos. Id indigne ferens Unwannus Archiepiscopus Gerbrandum constitutum à Rege in Selandia, redeuntem ab Anglia cepit, cum ab Elnodo Anglorum Archiepiscopo ordinatus esset. Ipse autem solutus Hamburgensi obedientiam promittit & summa familiaritate eum, antequam Regem salutaret sibi conjungit. Ac ipse Achiepiscopus legatos suos mittit, gratulantes Regi de rebus feliciter gestis in Anglia. Rex autem his cognitis omnia ab Archiepiscopo æquo animo fert, & sic agentem ipsum tulit. Illos deinde Unwannus, qui à Rege mittebantur ex Anglia, ut docerent, audit & fert, ac donis & muneribus ad se pellicit, modo sint voluntarie ac sponte obedientes suæ ecclesiæ. Hic dimidiam partem sibi retinuit sub conditione, reliquam pertinere Regi Angliæ ut post mortem omnia Danus similiter.

Exhaustum senio tranquillam ducere posse
Rege pio vitam non labor ullus erat.
Nam Slavos sævo debellat marte feroces
Anglos cum Sembis, seque timere docet.

Canutus Suenonis filius Rex fit in Anglia anno 1017. proficiscitur Romam voti causa 1030. sedente Johanne XX. pontifice. Moritur in Anglia, sepelitur Wintoniæ anno 1036. vel 37. Hinc tot pumices mari huc asportati, unde pleraque templa in Slesvico vetusta ædificata fuerunt. In Hollingstede duobus milliaribus à civitate Hattebu totum sacellum tali lapide structum cernitur. Et ibidem lapides insculpti scipionibus pastoralibus, qui quondam fuerunt sepulchris impositi ad ostium sacelli visuntur. Habuere Angli inde facilem viam transmittendo merces suas Sleswicum, ubi tunc vulgare emporium illorum fuit, quod postea in templum Spiritus Sancti conversum est. Monumenta facile indicant fuisse domum mercatorum. Sed omnia tempus variat. Spolia imaguncularum ex Anglia templo Slesvicensi dicata, ex quibus integra altaria referentia extrinsecus splendide deaurata fuerunt, ut magis æstimarentur, interiora autem cuprea.

RODOLPHUS I. missus à Bezelino cognomento Alebrandus (hod. *Hildebrand*), cujus antequam mitteretur Sleswigum, fuit Capellanus. Hujus temporibus post serenitatem prodiisse tempestatem ingentem patet. Parci enim interfluunt anni (post mortem Canuti Magni & filiorum ejus) regnante Magno, Divi Olavi filio, nam ipsi Wandali lacessunt Regem in Jutiam ducentes exercitum. Quare obviam fit illis: Ratibor immensum agmen ducit Princeps Winnulorum, confligens acriter cum Dano Sed ipse Ratibor ductor dimicans acceptis gravibus vulneribus demum sanguine effuso occumbit. Filii vero ejus, quos octo habuit, postea omnes ad arma promptos & manu celeres, bello renovato iterum adoriuntur Danos, sed audaces nimium

ib Canuto tranquilli-tas.

Rex Romam proficiscitur filiam Cæsari elocans.

Templa condit.

monachos reditibus auget.

E devicta Anglia episcopos in Daniam introducit.

Gerbrandus in via ab Unwanno archiepisc. intercipitur.

Rodolphus episc.

1038.

(*) Notant alii, Esiconem mortuum esse antequam intraret episcopatum ad Eydoram fluvium.

Magnus R. cum Winnulis confligens victor discedit.

mium simul efflantes animas parem eventum sortiuntur. Winnuli nunc victi ingemiscunt de victoriæ laude amissa, occasionem expectantes opportunitatis rebellandi adversus Magnum ac suos deprædandi. Cum jam Magnus bello gravissimo implicitus esset cum Suenone ipsi velociter ruunt in Jutiam & usque ad Ripam oppidum palantes prorumpunt. His inexpectato Regi nunciatis conterritus hæsit, acriusne hostem Suenonem in Suetiam insequeretur, aut effusum in Jutiam exercitum repelleret. Demum capto cum suis consilio Rex præoccupare Wandalum constituit regredi volentem, ei apud Hattebü venientem expectat, donec manum conserere & sic pugna redeuntem excipere posset. Quare omnibus circumspecte adornatis revertentem adoritur (visione quadam nocturna cognoverat se certo futurum superiorem) ac omnes quasi prædatores prosternit, quindecim simul millibus occisis. Magnus vero victor popularibus percharus evasit & sic eximia tranquillitas ipso gubernante fuit, & omnes subditi ejus tuto vitam egerunt: cum autem improvidi omnibus desolati essent & spoliati. Ac adeo charus cunctis haberi ceptus tantoque amore ipsum complexi sunt, ut communi suffragio Boni cognomentum mereretur. Et quod aliorum virtutibus asscribitur, hic fortunæ beneficio impetravit. Vivente Episcopo hoc nostro Rodolpho temporibus Leonis Pontificis maximi, Albertus Archiepiscopus honorem sitiens, studuit, ut sub suo imperio XII. Episcopi essent, ac sic Patriarcha nuncuparetur. Moliri autem hoc contendit gubernante Henrico III. filio Conradi, qui habebat filiam Canuti Regis Danorum. Induerat enim sibi persuasionem, se id honoris fastigium facile consecuturum, cum Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ Pastor esset ac sibi amicissimum noscceret Imperatorem. Auspicatur itaque primum in vicinioribus, constitutis *Sucrinensi* & *Razeburgensi*, cum solus antea tantummodo Aldenburgensis Episcopus Slaviæ præesset. Archiepiscopatu vero primum impetrato mox literas admonitionis mittit in Norwegiam, Suetiam & Daniam, ut ministri meminisse velint, se presbyteros & vigiles ministros Dei esse & gregis Christi & ut studiosissime circa inconversos agant, ut convertantur intentissime mandat. Sed incassum cessit spes incepti, præsertim eam ob causam, quod Suenonem II. magni Canuti ex sorore neptem, cum multis annis antea fuisset usus consortio concubinarum, durius increpitasset & quod insuper duxisset nunc in matrimonium sanguine sibi propinquiorem, nempe Guytam Suetico Rege natam, postremo vero ita Regem proclamando lacesseret, ut pervicaciam correptionis gladio se repressurum promiserit ac minatus fuerit, se religionem prius, quam conjugem deserturum. Hac contumacia & minis ab Archiepiscopo cognitis consulere sibi contendit, & ob metum periculi maritimi Bremam concedit eoque Pontificatum transfert. Et nisi obstitisset Episcopus Roskildensis, qui furorem conceptum sanctitate consilii sui repressit indulsisset crudelitati & propositum suum exequutus fuisset. Tandem veritati locum cedens, poenitentiam egit & dereliquit nuptam. Ipsa autem paternos lares repetens, in viduitate mortua est & multa fecit bona Ecclesiis. Henricus III. Imp. (anno 1052. cum Rege Danorum Pascha egit apud Merseburg in Saxonia).

Albertus archiep. affectat patriarchatum.

Cum concubinis & uxore agens.

Bremam transfert archiepiscopatum.

Assiduis vivit bellis dum Slavus ineptus,
Sternitur, & Nati tota cohorsque cadunt,
Maximus & gestit Præsul Patriarcha vocari,
Ast spe spem prodit Rege negante sibi.

1060. Sivardus episc. a Suenone Rege constitutus.

SIVARDUS non fuit missus ab Adalberto Magno Hamburgensi, sed ordinatus in Anglia constitutus ab ipso Rege est æstuante ira adhuc ejus & nondum Regis amicitiam Archiepiscopus temperarat. Expulit vero Rex eos, qui exteri prius missi fuerant. Hic autem nihilominus Adalberus commentus est semper aliquid novi, quæ incepto utilia esse potuerint. Quare Alexandrum II. Pontificem concitat. Is scribit Haraldo Regi Norvegiorum, se nosse, sibi curam omnium ecclesiarum esse commissam. Cum autem longius absit, nec inspicere omnia posset, sollicitudinem igitur illam ecclesiarum imposuisse administrandi Alberto tanquam Vicario suo Hamburgensi, & quæ corrigenda fuerint & reformanda illi permisisse. His literis lectis in Norvegia & locis vicinioribus impense laborat Albertus, ut sibi offensum Regem reconciliet, cujus gratia impetrata facile fore aditum ad sublimitatem consequendam. Venit igitur Sleswigum, ubi semper propter opportunitatem loci convocare synodum solebat & poterat commode. Erat etiam ibidem omnibus ob largitatem notissimus ac ob facilem conversationem acceptissimus. Rege nunc ibidem agente sociant sermonem, utrinque splendidum celebratur convivium, invitatis plurimis convivis, & sic amicitiam Regis recuperat penitus inimicitia deposita. Tandem ubi instat de constituendis Episcopis, responsum à Rege est, conducibilius esse, uti ad officia ministerii ecclesiastici iis, qui vernaculi fuerint, quam alienigenis, quibus sermo Danicus ignotus esset, neque amplius fore opus uti interprete aut multis verborum ambagibus. Licet Regis animum constantem persentisceret, tamen rebus tam suaviter sic compositis pontifex rediens lætus ad suos persuadet Imperatori, ut evocet Regem Daniæ & foedus cum eo ineat. Facta sunt omnia hæc, quemadmodum ea curarat Archiepiscopus & confoederatio fit eximia. Unde Ecclesiæ Boreales plurimum provectionis senserunt. Nam Sueno sacrorum administratores quam maxime conversatione probabiles conjunxit, & in iis plus modestiam morum spectabat, quam venerabatur scientiam, colligens Baccho cum Minerva nihil esse commune, atque præponderans potius virtutem in delectu clericorum æstimandam esse, quam literarum scientiam præferendam. Simul ædium sacrarum condendarum ornandarumque curam studiosissime edidit, in Dania præsertim, ubi & quartam numismatis Regii, quartam suæ in cives exactionis, quartam æstivi census portionem ei, qui pro tempore antistes extiterit, muneris loco perpetuo jure possidendam reliquit & concessit. Qui autem ex suis successoribus contraierint

1062.

Albertus archiepisc. Sleswigum veniens regi reconciliatur.

Cæsarem cum rege foedus inire curat.

Episcopi Dan. reditibus augentur.

rint donationibus his & conſtitutionibus ſuis, eos ſubjici & obnoxios eſſe execrationi antiſtitum voluit. Rudemque adhuc pene patriam ad cultiorem religionis uſum perduxit. Ac ſic legatio in Boreales regiones adjuvante Suenone proſperrime eſt aucta & ſuis temporibus manſit. Poſt obitum Suenonis Canutus Rex, qui & ſanctus poſtea dictus, gubernat. Is cernens debitum honorem ſacerdotibus officii gratia vulgo non impendi. Sublimare igitur eos contendit & mandans conſtituit, ut proximi aſſideant Epiſcopi Regibus, tumque Principes. Sic & noſter Epiſcopus primus hujus honoris particeps factus eſt. Ac non ſolum id ſufficere cenſuit, ſed alia dignitatis incrementa addit. Literatos & religioſos eximit vulgaris judicio fori, & eos ad ejusdem profeſſionis judices relegat. Si etiam qua poena multandi forent aut æris aut gravioris mulctæ, arbitrium penes ejusdem ordinis cenſores fore demandavit, ne par conditio eſſe vulgi ac religioſorum putaretur. Deinde ut haberent, quo ſe alere honeſte poſſent, bonis multis eccleſias donat & decimarum ſolutionem ſubditis imponere ſtudet. Sed pius ille conatus, pio male ceſſit regi. Coacto aliquando concilio proponi fecit, ſe Danorum fines ampliare velle, quemadmodum avus & majores illius, præſertim in Anglia recuperanda. Collato cum fratre Olao duce Sleſvicenſi conſilio fit unanimis conſenſus. Non enim prius quicquam proponere voluit, quam in ſententiam ſuam pelliceret fratrem. Ipſe clam deinde ut æmulus imperii, ne conatus illius procederet, obſtitit, quanquam promiſiſſet, ſe una abiturum cum fratre in Angliam, ſed corde aliud tectum tenuit, tarditatique ſuæ propter fratris ſollicitationem & frequentem admonitionem ſemper prætendit aliquam neceſſitatem. Cognoſcente autem Canuto iniquum erga ſe fratris animum, feſtinus ex improviſo Sleſwigum contendit, ibique fratrem capit & in Flandriam captivum relegat. Redeunte nunc Rege in Daniam, maximo dolore afficitur. Quisque enim in ignominiam Regis ſeſe domum receperat, claſſe relicta. Quare Rex propter inobedientiam inexpectatam illis proponit & indicit, utrum mulctari duriter velint, aut nomine poenæ pendere ſacerdotibus decimas. Collecto autem concilio procerum & vulgi, reſponſum eſt: Se velle potius puniri exactionibus, quam in perpetuum cum ſuis natis jam & naſcituris redigi in ſervitutem propter decimarum erogationem. Emittuntur igitur, qui mulctam expoſcant ac colligant. Hi autem immitius, quam juſſi fuerant, agunt. Quare occiduntur & in Regem fit conſpiratio. Hunc ergo impetum declinare volens, Rex Sleſwigum appulit, relicta ibidem conjuge cum filiabus, ſi res infeliciter in Dania cederent, in Flandriam cum ſuis navigaret. Redeuntem nunc in Daniam temerarii adoriuntur Regem, proditore Blaccone in templo Albani, qui ſimulavit amicitiam Regis. Cum jam Rex intereſſet ſacris ac tutum ibidem locum putaret, orat. Advenit interim hoſtis. Benedictus & Ericus fratres Regis defendere fratrem nituntur, ſed propter multitudinem immenſam populi irruentem in limina templi fruſtra conantur. Ericus non ſine vitæ periculo elabitur. Sed Benedictus cum militibus regiis irrumpentes excipit. Tunc Blacco occiditur, pendens poenas proditionis ſuæ. Et Benedictus frater Regis etiam inſons occumbit. Rex autem cum audiret quati mœnia templi, ante altare pronus cubans palmis in coelum paſſis per feneſtram lancea transfoditur & expirat. Vide Breviarium Sleſwicenſe Lit. KK. 4.

A ſeditioſis trucidatur.

Canutus S. Rex dignitatis plurimum addidit iisdem.

clericos foro civili eximit.

eccleſias dirat.

Regis conſilium de Anglia recuperanda ab Olao fratre intervertitur.

Infula ſacra datur Sivardo a Rege potente
Præſulis ut magni temnat ubique decus.
Rege remiſſa ira fundunt ſic dulcia verba
Tempore quod longo conciliatur amor.

RODOLPHUS II. miſſus fuit ab Adalberto magno, qui cum antea inter ſuos Capellanus fuiſſet, ipſi curam Epiſcopatus demandandam putavit. Fuit enim vir integerrimæ vitæ & doctrina præditus ſingulari. Hac tempeſtate vero proverbio ferri poteſt: Deus habet oculum vindicem. Nam ex proximis aliquot annis, quibus Olauus præfuit, patet, ſumere nempe Deum vindictam de morte inſontium. Olavus, qui cauſam præbuit obitus fratris ſui Canuti, e vinculis liberatur & fit Rex. Tanta tunc charitas frumentorum eſſe incepit, ut ſpem vitæ diuturnæ nemo fovere, affluentibus vicinis regionibus undique. Nam enim aliunde ob imminentem hoſtem frumenta apportari potuerunt. Verno autem tempore exaruit ſeges ac tota æſtate exuritur æſtu. Autumno vero imbribus omnia culta ſic inundaverunt, ut ariſtas coloni ſupernatantes colligerent. In vallibus propter continuam pluviam uſi ſunt cymbarum opera, dementes quoquomodo ſegetem matureſcentem, ne penitus fame tabeſcerent. Dum autem ipſas ariſtas in fornacibus calidis ſiccarent, uſum panis non præſtitit farina, quare pro pulto illa utuntur. Divenditis prædiis multis, vix alit Rex militem ſuum. Celebrante vero ipſo aliquando diem natalem ſuum, vix tantum aderat, ut invitati cibarentur. Advertens demum Rex poenam propter ſe à Deo inflictam imperio Danico, petit, ut ſubito fato e medio tollatur, ſicque vindicta Dei ceſſet, quod & factum eſt. Erico autem huic ſuffecto, in gubernando vileſcere omnia propter ubertatem agrorum incipiunt atque pervilis facta eſt annona, qui propter fratris metum e Suetia evocatus fuit, ubi ſe continebat; quare ei nomen tribuunt Eygodt id eſt cognomento Boni. Cum jam calamitas Olavi & inopia illius anſam laſciviendi vicinis præbuiſſet, Wandali nunc Rege novo per inſolentiam ducti, comparantes ipſum fratri emortuo, in Daniam ruunt & eam piratica acerrime laceſſunt, interfectis inſontium plurimis multisque abreptis & indigne ſpoliatis. Occaſionem igitur arripiunt Dani habito conſilio communi in ſuffragia Rege permittente feruntur, penes proceres Regni bellum ſuſcipiendi, gerendi & deponendi poteſtatem eſſe, ac Regem domi imperare debere. Bello igitur aggrediuntur Julinum propter interfectos miſere ſui ſanguinis Danos, & quod in civitatem ſuam receperint tanquam aſylum regno proſcriptos & morte mulctandos, qui & una piraticam excercuiſſent. Obſident igitur civitatem & eo demum

Rodolphus II. epiſc.

1065.

Olauus R.

annonæ charitas Daniam premit.

triſte hinc regis votum ac fatum.

Ericus R.

Vandali præ dantes reſſi.

Julinum feliciter oppugnatum.

demum illos adigunt, ut emiſerint omnes piratas, quos intra moenia aluiſſent, ſimul cum ſceleratis, qui ſibi per fugam extra fines Daniæ conſuluiſſent, numerata non minus pecuniæ ingenti ſumma. Sic demum potiti victoria redeunt. De iis autem, qui transfugæ fuerant, ſumpta fuit poena dura & graviter in illos animadverſum eſt, quod præſertim profugi fuiſſent & cum piratis patriam oppugnaſſent. Quare ad palum deligari curantur revinctis poſt tergum manibus, deinde aluo ſciſſa effundunt in terram viſcera, corde ſcelerato ori admoto & ſic ſpiritum rapacitatis prioris profundere coguntur. Hæc poena ab illis ſumpta fuit, ut reliqui in poſterum cautius agerent. Cauſa enim immenſi cruciatus conſimilia vitandi coeteros admonere ſolet. Cum autem dira hæc ſupplicia pulſaſſent aures Archiepiſcopi, ipſe indignatione correptus exſecratione Regem mulctare orditur. Rex autem præveniens cenſuræ eccleſiaſticæ Romam proficiſcitur, propoſita ibidem cauſa, cujus examine diligentiſſime habito, accuſatore ſuperior fit Rex. Et cum falſas ſuſpiciones & inanes accuſationes antiſtitis evidenter diluiſſet, domum rediit, impetrato hoc beneficio juris, ne amplius viſitaret Archiepiſcopus Hamburgenſis eccleſias Danicas, nec ipſe ſimiles calumnias in poſterum ferret ab antiſtitibus & ab alienigenis diſciplinam petere cogeretur, ſed proprio Archiepiſcopo, cum tot in Regno Epiſcopi eſſent, gaudere poſſet. Promittit Papa, ſe Cardinalem miſſurum, qui qualitatem regni ac regionum luſtret ac introſpiciat. Diuturna ſpe autem adventus Cardinalis Rex ſuſpenſus pertæſus fit prolixæ moræ. Cumque jam Hieroſolymam adornaſſet iter, iterum mittit Romam, ut promiſſis ſtet Papa, ne propter profectionem longam abjeciſſe videretur patriæ curam, & omnes cognoſcerent ſub externo Pontificis mandato munera ſacra celebrari amplius ſe ferre nolle. Adventantibus nunc his legatis mox è curia legatus egreditur, qui omnia curioſiſſime colluſtret, urbibus inſpectis & non minorem curam perſonarum eccleſiæ, quam civitatum agat. Rex autem abiens ad viſendum ſepulchrum domini, reformationem & confirmationem novi Archiepiſcopi non vidit. Nam in profectione moritur in Cypro. Sic ob temerariæ cenſuræ cauſſam privatur ſuo jure Hamburgenſis. Et in Lundia conſtitutus fuit primus Archiepiſcopus nomine Aſcerus, cui Norvegiæ & Svetiæ Epiſcopi obedientiam præſtierunt uſque ad tempora Anaſtaſii Papæ. Tunc Norvegia proprio gaudet Archiepiſcopo. Nam ab Eugenio Papa ablegatus fuit quidam Cardinalis Nicolaus, qui cum permenſus eſſet mare Britannicum temporibus Eſchilli Lundenſis in gratiam Norvegiorum Archi-Epiſcopum ibidem conſtituit. Nam Norvegia tunc potiebatur imperio Regis proprii. Hic noſter Rodolphus Epiſcopus templum Mindæ maximum conſecravit, cujus author fuit Felix I. Papa anno 486. quod incendio perierat cum tota civitate. Idque reædificatum fuit anno poſt conflagrationem decimo præſente Hinrico IV. Imperatore. Quomodo autem hoc factum fuerit ab externo Pontifice, neſcio. Niſi quod Imperator id fieri expetiverit in honorem affinitatis. Nam Canuti Magni, Regis ſex regnorum, Gunhildam Imperator Hinricus III. duxerat in uxorem. Anno 1067. cometa obſervatur.

Rex archiepiſc. Hamb. accuſationem falſam diluit & ipſi admittit viſitationem in Dania.

Aſcerus archiepiſcopus Lundiæ conſtitutus.

Rex Hieroſolymam petens moritur in Cypro inſula.

1068.

Cenſuram triſti ſacram Rex mente volutat,
Ut vindex querulus præſulis eſſe queat.
Romam adit, ac ipſum Papa Archipræſule donat,
Hamburg Jure ſacro ſic cadit inde ſuo.

GUNNERUS Danus, (cujus nominis & epiſcopus aliquis fuit in Ripa) miſſus ac ordinatus ab Aſcero, primo Lundenſi Archiepiſcopo. Ea tempeſtate miſerabilis accidit calamitas, ob denegatam hæreditatem maternam à *Nicolao Rege*. Nam Hinricus ex Girita Gotſchalci filius tam acrem repetitorem ob bona materna agere cepit, ut interjectam Albiæ & Sleſwigi provintiam primum quocunque cultore vacuefecerit, deinde civitatem penitus populoſiſſimam & opulentiſſimam everterit ſcribente Hiſtorico: Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam. &c. Wandalis fremere nunc incipientibus contra noſtrates, omnes terroribus afficiuntur. Et ut origo primi contemtus dedecoret illos, qui origenem traxerint ex Danis, tunc deformant regia ſtirpe natam. Nam uxor Gotſchalci, quæ filia fuit Regis Canuti Magni, nuda dimiſſa fuit cum coeteris mulieribus Chriſtianis apud civitatem Meckelenborch in deſpectum religionis & ignominiam Danorum, quo ipſæ eſſent principio ſpectaculum hoſti, ut eos, ſic inhabitatores regni reliquos hujusmodi tyrannide cupere & velle affici. Molitur omnia hæc Bluſſo, qui ſororem habuit Gotſchalci impius. Cum jam arcem, quam Bernhardus Dux in Hamburg ad lacum Aliſtriæ communierat, funditus excidiſſet, cruces imaginibus ſalvatoris pagani truncarunt, ut Chriſtum riderent & credentes in ipſum eluderent. Sturmarii autem poſtea & Holſati ferme omnes occiduntur aut ducuntur captivi. Nicolaus Rex præſcius infortunii prope Lubecam obviam hoſti fit equitibus ſuis ac dimicat cum eo acerrime. Expectabatur etiam vocatus anxie Elivus, præfectus Sleſwicenſis, ut Regi laboranti ſubveniret. Sed fruſtra, ipſe enim vaſer prætendit longæ moræ excuſationem, ſed poſtea inventum eſt, magis ipſum amare quæſtum (corruperat enim eum Hinricus) quam Regis intueri mandatum. Quare demum poſt duriſſimos conflictus inique favente Marte revehi cum ſuis in Daniam Rex coactus eſt, multis primoribus occiſis & in captivitatem ductis. Elivus autem perfidiæ damnatus non ſolum beneficio Præfecturæ privatur, ſed etiam ſubſtantia patrimonii ſui mulctatur magno cum dedecore. Ubi Hinricus & Bluſſo potiti fuerunt feliciter undique victoria contra hoſtem, palantes fines ducatus Sleſvicenſis accedunt, & omnia diripiunt. Ipſoque demum vallo Danorum læti potiuntur, firmiſſimo monumento inter Saxoniam & Daniam. Et ob felicem ſuperioris pugnæ cum Rege ſucceſſum, Danos littorales piratica laceſſendo non ſolum Eidoræ finitima, ſed cuncta Sleſwigo valloque, quod opus Danorum nuncupamus, interjecta vaſtant, ædificato caſtello à Principe Bluſſo cognomento

Gunnerus epiſc.

Lis ob hereditatem a Nicolao R. denegatam Henrico Vandal.

Bluſſone huius inſtigatore.

hinc prælium.

Sleſvic. ducatus direptus

Jutiæ fata.

mento Bluſſeborch. Sic & hodierno die dicitur, & rudera ad paſcua Regis (*Königswiſch*) & lacum Slyam cernuntur. Hinricus interim diripit Jutiam, ipſam vero urbem interdum illatis per navigia copiis improvidam aggrediuntur & ſpoliant. Et quod hoſtis non deprædatur, domeſtici violenter rapiunt ac furtim clepunt. Nondum enim quisquam præfecturæ beneficium ob metum hoſtis acceperat. Quare Friſones cum Holſatis & Ditmarſis impunitatis ſpe (debebant illi tueri urbem) propter vocationem præfecturæ, diem latrocinando abſumunt, noctem furto emetiuntur, & per cuniculos cuſtodem in tenebris fallunt. Ædium excubitores etiam valvis adjacent, & nec clauſtris contenti foſſis aditus obſirmant, quantoque magis urbs hoſtili impetu premitur foris, tanto intus acerbius urgetur, quod tam civis quam hoſtis formidatur. Quare ultimo civitatem deprædatur, Slavus evertit & funditus excidit Sleſwigum. Rex autem Tyrannidi reſiſtere in principio non valet, & pati cogitur fieri excurſationes tam Sleſwigo quam caſtello. Nemo etiam præfecturam Sleſwicenſem, ſæpenumero oblatam à Rege recipere audet. Quare demum Canutus virtutis, non nummi amore expetit eam, perſuadens ſibi quæſtuoſam eſſe militiam, quæ gloriæ & claritatis ſtipem diu poſſet acquirere. Sic ipſe fit Dux Sleſvicenſis. Ubi autem jus poteſtatis ſibi uſurpat, Hinrico per legatos ſe cum eo de pace acturum nunciat, ſi damna Jutiæ penſare & ſpolia ab ipſo ablata reſtituat. Ipſe metuens vero reſponſum Hinrici, collecto interim exercitu legatos feſtivus ſubſequitur. Hinricus autem reſpondet, ſe non geſturum amicitiam cum Danis, neque ſe a petitione maternæ hæreditatis quieturum. Eo reſponſo cognito, Canutus omnes conditiones pacis reſcindit. Quæ ubi innotuerunt Hinrico, ridens inquit, Canutus ſimilis eſt equo impatienti ſeſſoris, ſeque curaturum brevi, ut frena petulantiæ ſuæ injiciantur. His auditis Canutus clam nocte magno impetu ita minimo tumultu iter conficit & diluculo ad caſtrum Hinrici pervenit. Ille autem tam ſubitæ irruptionis improvidus, nec arma capere, nec ſe munitione defendere auſus fuit, ſed mox inſiliens equo, ſolo aquæ interſtitio hoſtem fallit. Sic lætatus Canutus, quod ſalutem ſuam amici, quam oppido credere maluiſſet, hunc trajicientem equo, ad aliud littus clamitans quærit, utrum madeat? à quo rurſum, cur ita incederet, interrogatus eſt, Veni inquit, ut lora a te promiſſa acciperem. Sed nunc video, quod ita calcibus obniteris, ut ne tangi quidem te, multo minus nunc contineri patiaris. Sic joco ignominiam propter reſponſum nuperrime acceptum eſt perſecutus. Tunc Canutus prius caſtrum Bluſeborch, deinde reliqua exteræ regionis culta devaſtavit ac hoſtem patria expulit, & in Slaviam inſecutus eſt. Sed ob ſanguinis reverentiam inter eos foedus rarum initum eſt, ut poſt mortem Hinrici poſſideret Slaviam, quod & factum eſt. Quomodo autem Sleſwigum everſum fuerit, & omnia diruta, partim monſtrant rudera ſubterranea. Quam etiam inique benevolentiam reportaverit Canutus pro

omnia rapiis patent.

Henricus fugatus.

foedus initum.

benemeritis & vitæ periculis, quæ ſæpenumero non vitavit ob ſalutem patriæ, ſequentia oſtendunt.

Gunnerum magnus præſul ſacro ordine primus
Aſcerus creat hunc mox ſibi jure dato.
Infelix premiturque infeſtis hoſtibus, ut non
Tuta ſibi vitæ, ſpes ſit alenda ſuæ.

ALBERUS Danus Epiſcopus Sleſwicenſis. Alberus epiſc.
Hic confirmatus fuit ab Aſcero Lundenſi Archiepiſcopo. Circa hæc tempora facta eſt mutatio in religioſos. Nam creſcentibus divitiis illorum, mores compoſitos exuerunt & diſſolutiorem agentes vitam licentiæ nimium indulſerunt. Quare ordinem conſtitutum reformari neceſſe fuit, ut ſub rigore quodam diſciplinæ moviventes ad honeſtatem cogerentur & monachi, pertæſi ſalutationis quotidianæ jam ſublimiori titulo & mutato nomine Canonici Regulares ſalutari voluerunt, cum antea fuiſſent Benedictini. Hi etiam Canonici dicuntur Monachi Divi Auguſtini & inter eos quidam veſtiuntur nigro colore, quidam albo, quidam griſeo, alii mixto. Illis vero præeſt præpoſitus cum alii gubernentur per Abbatem. Hæc oportuit addidiſſe, ut temporum mutationem apud religioſos perpendamus. Tales & apud noſtrates fuiſſe dubium non eſt. Nam vocabulum in eccleſia noſtra Præpoſiti in uſu fertur: & propterea in ceremoniis ſeſſionis ſuperpollentia & graduum diſcretio, ut Archidiaconus, Cantor, Diaconus, Sacriſta, Hebdomadarius. Tunc etiam apud nos religionis cultus cepit plurimum augeri & homines inculti fieri manſuetiores. Nam mortales plurimum exemplis moventur & vitæ ſanctimonia. Et in locis vicinis, Eideroſtadio, Strandio & reliquis per inſtitutionem cleri multa templa ædificata ſunt in honorem Dei & uſum communem, quibus in memoriam ſanctorum nomina indiderunt. Ante feſtum paſchæ diebus ſancti Benedicti Anno 1103. condere ceperunt ſacellum, idque ligneum prope Wittendüw in honorem Sti Magni in fundo *Tatben Eskels* & dictum fuit *Tatmgh*. Idque erat primum fanum, quod in terra ab æſtu maris in his oris munita conſtructum eſt. Mox arrepta occaſione à vicinis & illi ſimilem operam impenderunt avidi religionis. Paucis enim annis interfluentibus etiam ſtruunt ligneum ſacellum in eandem formam in loco, qui dicitur *Cleve*, prope *Gorſandt* in memoriam Chriſtiani, Mariæ Magdalenæ & Bartolomæi. Cum autem numeratur annus 1113. offert ſe impulſu diaboli infelix caſus. Nam is extirpari oracula Dei gaudet & contendit. Inſtigat enim Boremannos contra paſtorem ſuum nomine Hermannum Lutken. ii bonum virum adoriuntur & inopinato neci tradunt. Qua de cauſa ut meriti fuerant, duriter mulctantur, ereptoque illis ſimul juris patronatus privilegio in hodiernum diem Principes in memoriam vindictæ ſibi uſurpant. Et deinde ex ſacelli illius beneficio alia ſtruuntur templa Poppenbull, Tetenbull, Weſterhever, Cathrinenherde, Welte & Fullerwyck. Cleve vero templum anno 1109. ligno congeſtum, undatione quadam diripitur

Nomen movenachorum novum canonicorum ſcil. regularium.

& dignitatum diſtinctio.

templa ædificata.

1103. facellum Tatingh

& Cleve.

a. 1113. funeſta cædes.

templa alia.

&

& poſt deſtructionem reædificatur anno 1114. in loco dicto Garſand, ad orientem in memoriam & honorem Bartolomæi & mutato nomine appellatur Garding, quod nunc ſplendidum ſatis apparet. Anno 1201. capella ædificatur Oldenswurd. Præterea & in aliis vicinis locis dioeceſis apprime contenderunt in uſum religionis ubique templa ſtrui. Quæ autem noſtræ non ſunt dioeceſeos, ea præterivi & recenſere nolui. Et qualem operam *Vicelinus* impenderit in *Dithmaria*, cujus oſſa quieſcunt in *Bordesholm*, locis vicinis & Nigemünſter, quod & alio nomine *Falder* vel *Wippendorp* dicitur, non eſt neceſſarium referre, cum annales Helmoldi, quibus uti poteris, omnia hæc evidenter doceant. Circa hæc tempora Hinricus Slavorum Princeps, qui convenerat cum Canuto, ut poſt mortem ſuam Slavia potiretur moritur. Quare Canutus cum Lothario II. ut confirmationem ei tradat, agit, & omnem poteſtatem uſurpet, qua præditus fuerat Hinricus. Lotharius cum ipſum diu comitatus fuiſſet ac illi vigilantiſſime inſerviiſſet, facile conſentit poſita corona in caput illius, Rex Obotritorum denunciatur. Ideo in monte Segeberg dicto antea Alberch caſas ſtruit, qui loco munitionis eſſent & fortiſſimum quemque Holſatorum ſibi devincit, ut nunc Slavos adepta poteſtate rebelles ſupprimere, irrumpere amplius in Slaviam poſſet & adverſantes proſternere. Patruelem igitur Hinrici Pribislaum & terræ Obotritorum dominum Nicolotum in prælio ſuperat, ac eos Sleſwigum captivos ducit & in cuſtodia accuratiſſima aſſervari demandat, donec datis vadibus pecuniam poſtulatam ſolvant ac imperata faciant. Poſtea accidit reliquo temporis curriculo Regem Nicolaum patruum ſuum venire Sleſwigum, & cum ipſo ut ſermonem ſociet Canutus accelerat. Concilio nunc convocato procerum & vulgi, ſedet Rex ſuperiori loco ſenior & è regione coronatus Canutus multitudine ſatellitum ſtipatus. Cum ſubito non aſſurgeret Canutus Regi. Ipſe ſurgens ſalutare voluit ipſum dato oſculo. Quare Canutus antevertit. Videns igitur ſplendorem Canuti, Mater Magni, uxor Nicolai Regis furore percita inquit filio: Cerniſne, quomodo nepos tuus ſumpto ſceptro nunc regnat? Quod ſi diutius diſſimulaveris, ipſo interfecto te vita privatum & regno credito. His impiis dictis per matrem inflammatus inſidias vitæ, Canutus ut e vivis excedat, ſtruit. Mater vero mala mente conceperat, cum Canutum Lotharius ſingulari amore & clementia complecteretur ipſum imperii Danici Regem futurum. Nam & antea quæſitus à Rege fuerat, cur coronam à Cæſare accepiſſet, cum Dux eſſet Sleſwigi, reſpondet ſuaviter, ſe id feciſſe, ut perpetua inter Regem Daniæ & Slavos vicinos, qui ſæpe numero ſuos infeſtaſſent, pax eſſet, ſatis etiam patere, qua fortitudine & quibus periculis propulſando hoſtem illum patria liberarit. Cognito vero odio inter Magnum & Canutum proceribus vocatis Nicolaus eos reconciliat. Et Canutus in facto fidem ſervat. Magnus vero violator fit promiſſæ fidei & laqueos tendit Canuto præter amicitiam nihil cogitanti. Agentibus deinde Canuto & Magno Roeſcildii, evocatur ad ſingulare colloquium Canutus. Conjux diſſuadet congreſſum ſomno præmonita. Sed Canutus omne periculum & diſſuaſiones conjugis Ingeburgæ ſpernit. Tantum enim ille fidei in Magni propinquitate habuit, ut ſalutem ſuam periclitari, quam ipſius amicitiam violare vellet. Solus quatuor comitatus viris advenit, ſic etiam Magnum invenit. Magnus Canuto venienti aſſurgit loricatus & ſuavi oſculo eum complectitur. Quærit mox Canutus quid ſibi arma velint. Cum nunc ſylvam ingrederentur confabulanter reſpondit, Eſſe ſibi rem cum ſubdito immorigero, cujus penates ſpoliare vellet. Adventantibus iis nunc, qui in inſidiis locati fuerant, quærit iterum, quid ſibi hæc manus militum: Inquit Magnus, jam de regni ſucceſſione & rerum ſumma agendum fore. Reſpondit Canutus hanc felicitatem ſe diuturnam patri ſuo exoptare. Sed fruſtra. Nam Magnus ſtringens gladium caput ejus (*) diſtrinxit, reliquis ſatellitibus eum haſtis confodientibus. Translatus igitur eſt Ringſtadium, ne inflammatus ob necem illius populus ſeditionem Roſchildii concitaret, quod deinceps factum eſt. Nam Ericus frater Canuti omnem plebem movit memorans impiam cædem Magni. Quare ipſe in exilium in Gothiam miſſus eſt, patre vulgi juditio obſiſtere non valente. Sed paulo poſt revocatus omnium odia in ſe concitat. Et Ericus Lothario II. mittit literas cum legatis, ut necem ulciſcatur amici ac poenas parricidii à Magno expetat. Hoc maleficio cognito ipſe cum conjuge immenſo affectus eſt moerore, tam funeſte occiſum amiciſſimum in imperio virum. Quare venit Sleſwigum cum copioſo exercitu ad vallum Dennewerck. Cui ſe Ericus obviam dedit claſſe ad Sleſwigum. Sed Magnus utriusque hoſtis adventum accurata valli munitione præcurrit & portis validum præſidium applicat. Cujus valli monumenta ad lacum Noer cernuntur & extra civitatem, ubi Flensburgum itur. Nicolaus vero citerius vallum magno agmine Jutorum occupat & obſidet. Hujus tunc tantæ copiæ fuerunt, ut Imperator manum cum eo conſerere formidaret. Nec Ericus vallum oppugnare civitatis præſumere auſus fuit, copiis per claſſem ductis, ut in urbem trajicerent. Cernens demum Lotharius inaniter tempus conteri, conditiones pacis quæſitæ ſunt, ut obſidione civitas ſolveretur. Paciſcitur igitur cum Nicolao (Erico neglecto), ut Magnus militem Romani Imperii agat. Magnus cupide conditionem amplexus eſt, ſupplex venerans Lotharium, auro numerato immenſo propter parricidium. Sed inſidias mox parat obſequio. Quare levitatis Ericus Cæſarem inſimulat, futurum affirmans, ut Magnus tali ſe circa ipſum fide gerat, qualem nuper in excolenda ſocietate Canuti præbuerat. Nec vane. Nam Imperator ubi nunc revertitur Eidoram, ſubſequente duce Adolpho cum exercitu, Magnus per inſidias regredientes adoritur & eos non ſolum copiis ſpoliat, ſed etiam abje-

Vicelinus.

Canutus Slaviam hereditate adit.

Pribislaus & Nicolotus Sleſvigum captivi deducuntur.

Inſidiæ a Nicolao patruo matris ipſius ſuaſu ſtructæ Canuto Regi.

Magnus & Canutus inter ſe reconciliantur.

Ille perfide agit.

Canutus ad colloquium evocatus a Magno dire trucidatur.

hinc bellum.

pax inita.

(*) A. 1130. d. 7. Jan. ante meridiem. Vide Libr. cantilenar. Danicar.

abjectis armis natando fugam capere coëgit. Videns demum Ericus, refriguisse iram Cæsaris mari & terra currens impia cæde fratris sui proposita colligit ingentem manum Danorum parricidium detestantium. Lacessit ipse audax sæpe Magnum, sed superatus in fugam vertitur. Unde propter frequentem fugam pes leporis vocatus est. Dania tandem exturbatus Sleswicensium præsidium quærit. Illi eum recipiunt propter fratris occisi clementiam & pietatem eximiam, parati etiam ad mortem pro ipso dimicare. Quare Nicolaus & Magnus obsident Sleswigum & cum jam in hybernis essent nec castra moverent lacus Slia glacie concretus fit pervius hosti sic, ut occasionem haberet oppugnandi civitatem tam terra quam mari. Ideo Sleswicenses coacti, auxilium Adolphi imploranant, promittentes ei marcas centum, si cum Nordalbingis civitati auxilio foret. Collecto exercitu venit, ut civitatem adjuvet, audito vero comitis adventu, Magnus mille loricatos remittit, pugnaturos cum Holsatis. Prælio facto comes fuga salutem quærit per Eidoram, sicque Magnus ad obsidionem victoria gaudens rediit, sed tamen frustrato labore neque civitate neque hoste potitus est. Æstate nunc appropinquante Ericus civitate elabens in Scaniam trajicit navigio, ubi eum Magnus classe insequitur. Ibidem confligunt & Magnus cum Episcopo Petro Roschildensi crebrisque Pontificibus occumbit navibus ruptis & laceris tabulis inhærentes plerique trucidantur. Tunc Ericus ea victoria fit clarus, quæ certe non humanis viribus parta est, sed Deo boni viri Canuti interitum vindicante: adhæserat vero ei parvus tantum numerus accolarum. Nicolaus vero Rex per jam elapsus Sleswigum contendit reconciliare cupiens cives sibi infensos jam pridem ob facinus Magni. Sollicitat eos, ut civitatem datis vadibus intret. Sed cum salutem suam tradere iis non audet, à Bojeno summam inter oppidanos authoritatem gerente omnem suspicionem deponens invitatur. Invenit portas reseratas. Ubi intrat cleri sentit pium animum, sed plebis ferociam. Nam clerus processionis officio ipsum veneratur, coetera pars vulgi ut hostem recipit. His visis à quibusdam amicis datur consilium ingrediendi templum divi Petri. Respondet paternam intrabo aulam, & ne penates divini, cruore meo foedentur, regia me malo defendere, quam templo, ut in paternis laribus quietius moriar. Sed cives mox adorta Regia primum absumptis militibus & utrinque plurimum effuso sanguine, deinde Nicolaum Regem occidunt. Sic vindicta parricidii tam de patre, quam filio sumpta est.

Pontifice Albero fratres mutare cucullos
Ac vita instituunt asperiore frui.
Ornatur variis tunc templis ora marina.
Funus adornatur triste Canute tibi.

Occo ex Dania Episcopus Slesvicensis confirmatus ab Ascero. Sub hoc pontifice inexpectata Metamorphosis accidit. Nam tanta extrinsecus subito facta est mutatio, ut facile sibi persuasionem illam quivis induerit, pietatem in impietatem relapsam esse & solum luxum velle prædominari. Nam monachi cum canonici Regulares paucis annis ante variato aliquantulum vestitu facti essent, nunc pertæsi disciplinæ & suæ regulæ ad liberiora contendere ceperunt, ne quasi ligati semper viverent, sed etiam torpescere ocio interdum possent. Et quisque pro se non conjunctim victitantes agere vitam solutam. Incipiunt igitur penitus indulgere libertati vestium. Et alio nomine gaudere voluerunt, ut non Regulares secundum præscriptum vitam degentes, sed seculares Canonici salutarentur. Nec certum habitum ut antea gestarent, sed quisque pro animi sui lubitu se vestiret, ne viderentur addicti unius coloris habitui, sed sub diversarum vestium forma quisque se amiciret & pro amore varii coloris & jucundi se suaviter exercerent. Quare non inepte dixit Historicus: Paulatim decrescente in clero religione, apud ecclesias ex monachis regulares Canonici & ex his seculares, ut nunc vocantur, canonici prodierunt. Quid autem ex hac deinceps resolutione sit oriturum, quis novit? Interpretemur oro vocabulum? Si tamen est Regula & inde nomen habent, Canonici sunt regulares. Quid autem de Canonico fiet secular, nisi ut regularis sit irregularis, aut si id malumus regularis sine Regula. Erat is devotionis fervor sub sanctis fratribus, ut inter fratres etiam Pontifices victitarent. Jam ventum est ad Regulares, ut Canonici dicerentur & essent, utinam & ita perduraſſent. Inferior postea inventus est gradus Canonici secularis, hoc est monstrum sine exemplo, Regularis sine Regula, Canonicus sine Canone. Et nihil est, quod Pontificum scriptor de fastu sacerdotum sui seculi conqueratur & dicat: Utinam autem Ludovice viveres, tum præcepisset, ne Episcopi & clerici cujusvis gradus preciosas & elaboratas peregrinis pellibus vestes nempe fericas & coccinei coloris aut bractearam ferrent, neve in digitis gemmas, nec in cingulis, calceis aut crepidis aurum & argentum, quæ sunt certa procul ab omni religione & magnæ incontinentiæ ac apertissimæ vanitatis signa. Quare ne hujus querelam præcidam, dico simpliciter: Si nunc viveret & cerneret tam cæsar quam Historicus, inspectis vestibus rebusque clericorum lustratis, mores & cultum canonicorum & Vicariorum, exclamarent esse ingredientia monstra. Induuntur enim *caligis scissis* ad talos proxime dependentibus serico subductis, incedentes coccinati & trabeati, vestibus ad genua minime defluentibus. Cogita quid ad altare. Nam eos ibidem ita stetisse certum est. Sed necesse est, (ne videant os, quod ajunt in cœlum posuisse) uti prætertione. Aliquando ferebatur, quis ingredi delectatur ut monachus, tunc quis incedere sicut Presbiter. Quid ex illo intemperantiæ crimine demum nascturum sit, posteri nostri sentient cum dolore. Clemens autem Papa constitutionem facere coactus fuit a. 1187. Interea Ericus Emund Rex Dan. leges à majoribus conditas excolere apprime contendit, quæ tempestatibus bellorum eversæ fuerant. Nam quando injuriæ minoribus irrogarentur à superioribus, eos suppliciis nempe ferro aut laqueo debitis pensabat, nullius respecta familiaritate aut

monachorum luxus & desidia.

iam seculares canonici dicti.

habitus eorum phaleratus.

Emundi R. legum cura.

Nicolaus fuga dilapsus.

salutem Slesvigi quærit.

sed intromissus a civibus in regia interficitur.

circ. 1126. Occo episc.

ſanguinis propinquitate. Sic potentibus formidoloſus & popularibus percharus fuit. Hic igitur ut in Regem eligeretur, ſtudioſiſſime egit & annixus eſt Occo Sleſwicenſis: Habebant enim præſules eligendi capita Regni poteſtatem. Ut igitur non immemor accepti beneficii cenſeretur ſed cumulatam gratiam referret, oportunitatem rependendi benemerita expectat. Moritur interea Aſcerus Primus Archiepiſcopus Lundenſis, & ut Occonem ſufficiat in locum emortui ac eum ſublimet, accuratam operam impendit rex. Sed Scanienſes ob innumera Aſceri merita Eskillum conſanguinitate arctiſſima ei junctum, ne Pontificii dignitas à familia illa diſcederet, ſuffragiis unanimiter expetunt. Rex quod ab Eſchillo quondam Selandia inexpectato ejectus eſſet non immemor, quanquam affatim poenarum dederat Epiſcopus numeratis vicenis talentis auri, nunc iterum pudore ſuffunditur omnium ſuffragia adverſum ſe ferri; quanquam manifeſte obſiſtere Regi non auderent Scanienſes, tamen propter metum periculi ſententiam ſuam occultant, reſervantes eam oportunitati temporis. Quare omnium ſuffragiis non accedentibus temporibus curriculo quidam claro inter Jutos loco natus, qui Regem ut miles ſequebatur occultas Regi inſidias comparat, & apprehenſa occaſione eum in civitate Ripen lancea transfodit. Sic Occo Archi-Epiſcopus non fit, ſed res manſit in ſuſpenſo. Rege nunc occiſo eligunt alium Ericum, cognomine Lamb, cui natura præcipua dona negaverat, niſi quod temerarie ſolus in hoſtem prælia commiſſurus procurrere auſus erat & etiam regio de ſangui ne fuerat natus. Cum nunc fama increbuiſſet Regem in Jutia diſceſſiſſe, repente in Scaniam ad adipiſcendum ſacerdotii honorem Eskillus transmittit. Ericus vero anteceſſoris propoſitum circa Occonem expetere cupiens, Pontificatus dignitatem ei tribuere exoptabat. Scanienſes vero ſe malle bello decernere adverſus Regem atque extremam experiri fortunam, quam jus pontificatus ſupremi in novam transferri familiam. Rex pertinaciam illorum cognoſcens, ac propter caſum prædeceſſoris commotus, cedit. Et ne multorum inimicitias unius viri ob gratiam contrahat, à propoſito deficit; ſed tamen clero mediante ſuffragia fiunt, Occonem in Selandiæ Epiſcopum creari. Quantas autem turbas dederit, quod voto potiri non potuit in Archiepiſcopatu conſequendo, vita ſequentis Pontificis Esberni oſtendet.

Aſcerus archiep. Lund. moritur.

diſſidia regis cum Scanienſibus de eligendo archiepiſc.

Occo epiſc. Selandiæ.

Occo dum quærit ſublimia munera honoris
Sacri, fit varius Rege favente ſibi
Selandis Præſul fit gratus, ſed ubi ſciſma
Oſtendens ſequitur pellitur inde miſer.

Esbernus Epiſcop. 1154.

ESBERNUS natione Danus ſufficitur decedenti in Selandiam Occoni & confirmatur ab Eſchillo (ſecundo Archiepiſc. Lundenſi). Hic licet multis annis fuiſſet ſine tumultu regni, tamen poſtremo miſere affectus & afflictus vocationem deſerere & fugere coactus fuit. Bellis enim implicabatur, deinde ſpoliatus reliquit Epiſcopatum. Nam mortuo Erico tres juveſes Regii *Canutus* in Jutia, *Sueno* in Seelandia & *Woldemarus* Erici filius (*error*) magno ambitu regnum petiverunt contra diſpoſitionem Erici Curatoris. Nam is convocato procerum concilio Suenonem Regem moriens conſtituerat. Canutus vero contrait mandato & regnum ſollicite bello contra Suenonem ſuſcepto affectat. Scanienſes cum Selandenſi populo elegerant Suenonem, Juti Canutum. Waldemarus juvenis ſe Suenoni applicat, unde promeruit Ducatum Sleſvicenſem. Præeunt ante duriſſima bella horribilia ſigna, eaque ad aquilonem conſpecta ſunt, minitantia direptionem & everſionem tam Daniæ quam Jutiæ & Wagriæ terræ, nempe igneæ faces & frequens apparitio humani cruoris. Confligentibus vero invicem Canuto & Suenone alternatim toties vincunt & vincuntur non ſine multa effuſione ſanguinis, ut dicas eos vero in propria viſcera ſtrinxiſſe gladios, nec unquam inteſtina bella magis horribilia ac diuturniora in Dania fuiſſe. Paciſcuntur autem poſt primum conflictum in Selandia ad tempus, accepto mandato ab Antiſtite Romano, ut Slavum oppugnent, hoſtem crudelem religionis, a mari, Saxones vero debellaturos eſſe eum à terra. Eo Canutus cum Jutis contendit & Sueno cum claſſe Sleſvicenſium, ſubſequentibus Selando & Scanienſi navigiis. Ibidem infelici Marte bellatum fuit. Combuſta enim eſt claſſis Suenonis à Rugianis, quando milites expoſuiſſet navibus, ut terram deprædarentur connivente multitudine Canuti & quaſi hoſti congratulante. Quare revectus in Daniam Sueno eſt claſſe lacera, ut iterum adoriatur Canutum, qui clam caduceum miſerat in Selandiam, confidens in multitudine familiarium, ut ſeſe illi dederent. Hic captus oculis privatur. Roſchildenſes perſuaſi Canutum intromittunt. Quare Scanii Suenonis jurati commeatum cum belli nervis convehentes transmittunt, in Selandiam navigio & Martis favorem experiuntur. Conſerta ibidem manu ſuperior fit Sueno & deinde Sleſwigum trajicit, ut comitem Adolphum, cujus opera uſus Canutus fuerat, ulciſceretur. Ideo ſumpta valida manu tranſit in Wagriam & ſuccenſa Aldenborgh in maritimis locis omnia demolitur & Segeberg oppidum flamma abſumpſit. Ut autem id perpetraret Rex inſtigatus eſt ab Ethelero, qui Wagriam ſubjugare expetivit Daniæ. Comes fugiens implorat auxilium Ducis Hinrici Leonis, ſub cujus protectione erat. Sed Hinrico Leone cognoſcente factum demandat, ut renuncient proceres juramento dato Regi, ut ſequantur partes Comitis aut provincia ſecedant. Nam ſe intellexiſſe, velle Suenonem ſibi ſubmittere penitus Holſatiam, ut Danico Imperio pareat, ac ideo obfirmaſſe Sleſwigum, ut inde crebram eruptionem faceret, ſi defecerint. Comes igitur Canuto ſcribit, ut adſit. Hic cum quatuor millibus expeditiorum accelerat tam mari quam terra, & ſimul Sleſwigum, ubi Sueno tunc diverterat, obſidione diuturna premunt. Demum Sueno aſtutus cum Canuto agi fecit, principibus pecunia corruptis, ut obſidionem ſolvat ac lares ſuos repetat, ſe facturum omnia fraterne. Hic juvenis obſequens petitioni inſcio comite & in obſidione manente repetit Jutiam. Quare Sueno cum ſolus comes ad-

1143. Rex trucidatus. Ericus Lamb fit Archiepiſcopus.

bellum de ſucceſſione in regnum.

Pace facta iuſſu Papæ Slavi oppugnantur parum felicíter.

Sueno iterum bellum parat adv. Canutum.

prælio fit ſuperior.

Oldenburgum & Segeberga vaſtata.

Henricus Leo Holſatorum comiti ſuccurrit adu. Suenonem.

huncque Sleſvigi obſidet.

Sueno paciſcitur cum fratre.

adeſſet noctu erumpere cupiens, eum in caſtris opprimere ſperavit. Comes fraude cognita, ut caſtra vacua conſpexit, feſtinus redit in terram ſuam. Præmonitus enim caſtra de Cuningshu in mirica Croppe movit ultra Eydoram. Rex autem traducit ſuos prope Schalebu, ut comitem à tergo adoriatur. Ipſe autem retroceſſerat. Quare ad Eidoram dejecto ponte confligentes, comes ſuperior fit & Sueno cum ſuis Sleſwigum rediit. Deinde reconciliati Rex & Comes amicitiam firmam coluerunt. Redeuntem Canutum Juti nunc Regem ſalutant, numerata illi in ſubſidium belli ingenti pecuniæ ſumma. His Suenoni narratis, aggredi illum tutum non putavit, niſi reparato exercitu ex orientalibus. Quare primum Fioniam applicat, deinde trajicit in Jutiam conciliatis ſibi Wiburgenſibus, quibus vectigal remitti regium condixerat. Obviam fit venienti Canutus & adeo acriter dimicant, ut anceps Mars diceretur. Ultimo ſtravit Sueno Canuti fortiſſimum exercitum, & niſi ſtratagemate uſus fuiſſet, ſpem totius Regni abjicere neceſſe habuiſſet. Fugiens Canutus accedit Friſios noſtros promittens eis tributorum laxationem. Ea ſpe pellecti auxilium feſtini promittunt. Et ut firma ſpe erigant eum moenia cingunt & oppidum ad fluvium Mildam fundant. Rex his auditis imponit copias navibus ex Scania & Selandia & ſimul Sleſwigum devehit, Jutis demandans, ut equitatum ſubſequantur, naves vero minores vehi vehiculis curavit Sleſwigo ad Eidoram, ut ſic obſideat munitionem, qua ſe hoſtis defendere volebat. Sed is locus magis natura quam arte fuit munitus. Ibidem propter confidentiam Friſonum; dimicabant enim aperto Marte & campo pugnam minime detrectantes. Tanta facta eſt ſtrages utrinque (præterfluit amnis enim placidus), ut cadavera loco pontis eſſent. Canutus cernens excidiſſe è manibus victoriam, ſibi fugam arripit, quibusdam ipſum comitantibus. Demum in munitionem multi refugientes reſiſtunt hoſti magno labore, die ac nocte ſine intermiſſione pugnanti, putabat enim Canutum in ea contineri. Quare dedunt ſeſe ac ſupplices clementiam implorant, quibus & gratia inexpectata contigit nam & perjuros & ſibi offenſiſſimos libere dimiſit, datis ſaltem à Friſonibus obſidibus, poenæ nomine duo millia librarum pendentibus. Canutus vero Fridericum Barbaroſſam adit promittens ei regni ſubjectionem, ſi ipſum reducat. Hac ſpe ampliandi imperii Suenonem vocat, ut ſe inviſat ob noticiam ab incunabulis apud Conradum Imperatorem alitam cui uterque inſerviiſſet. Venit Mersburgum, ubi Cæſar pro voluntate ſua agit & quaſi cogit Suenonem. Hic ſimulans promittit, ſe obediturum imperio Romano & Canutum Selandia potiri debere. Fit vades Woldemarus. Domum ubi rediit, conditione rupta reſcribit Cæſari, neminem Regum Daniæ imperio paruiſſe. Cum vades à Canuto poſceretur, reſponſum per Suenonem fuit, imperium Danicum Selandiæ beneficio carere non poſſe. Si placeret, Canutum tribus honorare velle ſe præfecturis, una in Jutia, altera in Selandia, tertia in Scania.

Comite cæsus.

inc pax.

teratum um fratre ellum.

Canutus pulsus.

d Friſios ugit.

quos prælio vincit Sueno.

Canutus fugit ad Fridericum Imperatorem.

Increpat igitur eum Woldemarus, ſed fruſtra. Omnia enim ſpernuntur Suenoni, adeo intumeſcenti nunc faſtu & inducto germanico habitu in Daniam, ut cunctorum odia in ſe concitarit. Woldemarus autem ſuſpectus Regi fit, quod Canuti duxiſſet ſororem. Igitur Rex (Sueno) inſidias ſtruit tam Woldemaro, quam Canuto. Fama hac increbeſcente declinare incipit Regnum Suenonis. Ipſe collecto exercitu ipſos in Jutia adoriri contendit. Sed diſſuadentibus & contradicentibus ſibi amicis, ne faceret, obſequitur. Et nunc dimiſſo exercitu vidit animos omnium procerum à ſe averſos eſſe. Tendit igitur ad Henricum Leonem ſocero ſuo mortuo Conrado Cæſare, apud quem triennii ſpatium emenſus fuerat, ſpondens ſe ingentem pecuniæ ſummam datis vadibus numeraturum, ſi Regno reſtitui poſſet. Dum ſic inter ſe pacti ſunt certis conditionibus & Dux cum Rege ac Hartwico Bremenſi, qui & ſuam operam addidit, ſi rerum potiretur, ſe obtenturum antiquum jus Archiepiſcopatus ſperaret: Feſtinato ad vallum Danorum venerunt. Corrumpentes mox eum, qui portæ præerat, ut tranſirent libere, ipſe vero ſibi perſuadet, ſe in hoc Regi gratificatum fuiſſe. Hoc immenſo commodo cum nunc uſi eſſent mox obſident Sleſwigum & cenſum Sueno acriter extundit & civitatem diripit. Quare commotus Hartwicus, inquit eum meruiſſe, quod portas reſeraſſet, ſimul cum pecunia quam pactus fuiſſet, ad portam ſuſpendi, ut reliqui cautiores ſimilem perfidiam vitarent ut & ſic proditor & proditionis præmium conſpiceretur. Simili modo prodita fertur Conſtantinopolis. Nam porta patefacta fuit per quendam civem opulentum. Is pecuniam pactus fuerat immenſam una cum filia Turcæ. Cum jam Turca hujus perfidi opera potitus eſſet rerum, evocat proditorem, hic poſtulat promiſſam pecuniam: numeratur illa, petit & filiam; nec denegatur: tamen diverſitatem eſſe in carne Turcica & Chriſtiana aſſeritur. Quare proditori neceſſarium eſſe, ut induat novam cutem quæ detrahitur illi & in ea ſalitus reconditur thoro impoſitus, quo caleſcat, ut ſic innovatus ducat filiam Turcæ. Hæc digna ſit poena perfido. Sed ad propria redibo. In civitate autem Sleſwigo Sueno claſſem Ruthenorum deprædatus eſt ac merces illorum ſtipendii loco militibus dedit. Quo facto inpoſterum omnes advenæ conſternati ſunt, quod ſplendidam mercimoniis urbem ad tenuem anguſtumque vicum redegiſſet & hæc direptio cauſa fuit mercatoribus relinquere Sleſvicum, quæ civitas ab eo die nunquam efflorescere iterum & emergere potuit. Dedit igitur, ut ſublimaretur vico, jus municipale, in quo inter cætera cautum eſſe voluit, ſi civis quilibet erogaret duos nummos in die purificationis (conſtituta poena trium marcarum Regi) Epiſcopo, poteſtatem ei & clero non fore citandi quenquam extra portas civitatis. Parva profecto immunitas pro damno non ſarciendo. Hac Sleſwigi vaſtatione & irruptione in Jutiam à Woldemaro cognita, ipſe colligit magnum exercitum, quo & ipſo Hinrico Leoni terrorem ſic incuſſit, ut feſtinus ad propria Suenone relicto, quanquam aliud

Sueno faſtuoſiore.

regno excidit 1154.

auxilium Henrici Leonis quærit.

ac Hartwici Brem.

Sleſvigum direptum.

perfidi proditoris poena commerita.

Jus municipale Sleſvicenſibus datur.

Woldemar. Henricum Leonem abīgit.

aliud prætenderit, ne meticuloſus cenſeretur, redierit. Cum nunc regrederetur Sueno, eum maximis precibus ſollicitavit, ut manum Wandalorum fortem, quam ſecum adduxerat, ei traderet. Sic ipſe in Fioniam his militibus ſtipatus navigat, ubi omnium ſuffragio alacerrime ſuſcipitur ſed inſequi cupientibus ipſum Woldemaro & Canuto, relicto exercitu, in Lalandiam, ut copias augeret, trajicit. Quare convocato procerum concilio Regnum dividitur, ut Scania obſequatur Canuto, Woldemarus Juvtiam gubernet, & præſit Selandiæ Sueno & Fioniæ cum reliquis inſulis. Sic religione jurata ſancitur & ubique optata pax alitur. Cum deinceps Sueno à Canuto ſuſceptus hoſpitio eſſet, Waldemaro præſente quidam concinne decantat calamitates Suenonis, & quod nunc tertia parte Regni contentus eſſet, cum admonuiſſet mulier quædam, animum ejus exaſperarunt, quaſi opprobriis laceſſentes. Quare curat per miniſtrum ſuum ut oportunitatem occidendi conſortes Regni, vocatis tempeſtive in auxilium reliquis ſatellitibus, apprehendat. Hic callide omnia pertentans primo impetu Canutum ſuſtulit, periculoſe vulnerato Woldemaro. Sed is fuga ſalutem quæſivit & cum immenſo vitæ diſcrimine propter vulnus acceptum elabitur. Ideo quæri eum fugientem per ſuos ſatagit. Sed is fidorum amicorum opera indagantes fallit & ſub magna tempeſtate in Jutiam transmittit, colligens temporis diuturnitate exercitum, ut cum Suenone manum affuturo conſereret. In eo prælio Sueno laſſus & virium impotens à quodam agreſti occiditur. Quod ſi conſortes regni tuliſſet, pacificus imperaſſet & perfidia toties iterata eum non perdidiſſet. Mox vero inſequenti anno ſolus imperium adminiſtrat & feliciter Woldemarus, cui tam crebri conflictus cum irrequietis Wandalis fuerunt. Finitis bellis cum hoſte, etiam à ſuis immerito impetitur, præſertim ab Archiepiſcopo Lundenſi, quem minus id feciſſe oportuit. Hic autem Eſchillus fervente bello civili, in Gallia theſaurum eximium collocaverat: illum nunc pace facta reportari mandavit. Quo nunc revecto à quibusdam monachis, forte venientibus prope Stadium civitatem, quidam ex illis deficiente poculo prompſit in diverſorio calicem aureum. Quod cum prædones conſpicerent aſſueti rapinis, de immenſa pecunia illis ſuſpitionem movent. Quare in Holſatiam fraudulente illos præcedunt, ut bajulos onere gravi levent, ſalutantes eos ſarcinis exuunt & ſpoliant theſauro. Hæc cum Archipræſuli nuntiarentur Regem compellat, ut ei reſtitutionem propter authoritatem ſuam ſublimem efficiat & portionem pecuniæ, ſi reddatur, in præmium pollicetur. Cum jam acrius inſtaret pontifex, Rex fatigatur perſeverantia petitionis & operam ægre pollicetur: quod & raptor incertus & pecunia repertu difficilis videretur ac facilius repeti ſpolium à potentibus poſſe, quam ſi à plebeis occupata fuiſſet. Quare antiſtitem ſecum Sleſwigum ire jubet. Ubi dum forte per jocum auro imprudenter prope Stadium theſauri bajulos bibiſſe, ut gloriarentur inter ignotos aureo calice, Rex diceret hilariter, ut fit in convivio: is ſermo à quibusdam exceptus, ut Regem morderent, ad pontificem quaſi ipſum eluſiſſet, defertur. Quapropter in eam dementiam præſul prorupit, ut Regis amicitiam deſereret & eum quaſi conſcium rapinæ inflictæ inſimularet. Deinde exardeſcit in illum, quod Occonem Præſulem in Selandia ab epiſcopatu dejectum Sleſwigi reſtituiſſet. Illius litigii occaſio hæc erat. Cum in ſede Romana diſſentirent Cardinales de papa eligendo, viginti duo elegerunt Alexandrum, reliqui Octavianum. Votis eorum hic diſcrepantibus Cæſar Fridericus ſuffragia fert Octaviano. Et cum ubique vota colligerentur, à Rege Danorum etiam efflagitantur, ſimul & Pontificibus ſuis omnibus nunc Eſchillo adhærentibus, qui patulas aures habebat Alexandro, ſolus Occo cum Rege in favorem Octaviani conſentit. Quare indignatus Archipræſul de dignitate ſua Occonem deturbat & regem ob narratas cauſas execrationis gladio præſcindit. Interea temporis quidam Nicolaus Razi filius Satrapa Sleſvicenſium recenter conſtitutus cum eorum Antiſtite Esberno inimicitias vehementes, (quod Regem execratus fuiſſet præſul,) geſſit. Ac adeo ut præ ſumma temeritate excurreret & celeberrimum ejus Esberni fundum ſpecioſiſſimo ædificio ſpoliaret, dictum nunc vetus Gottorp, cujus adhuc rudera prope Rugenkrogen aperte viſuntur, loco amœniſſimo. Cum jam mandaſſet ut plauſtris omnia inde deveherent à præfecto Esberni collecta manu parva prohibitus eſt, ne deportatio iniqua fieret. Illis inter ſe nunc contendentibus acerrime ob prohibitionem avectionis diruto ædificio Nicolaus occiditur. Cujus facti poenas Esbernus dare metuens, ſimulans ſe ac ſi curiam adire vellet ignarus tragœdiæ in exilium abiit. Scivit enim ſibi inſidias ſtrui, aut, ſi caperetur, de vita agi. Quare quaſi exul extra limites imperii regii in Saxoniam ſe confert. Et cum ibidem agit, morbo colluctatur nec redit. Quod audiens Occo ſedem, quam olim occupaverat, antiſtitis falſo titulo recuperat. Habebat enim Regem faventem & facile Octaviani authoritate fretus potitur voto, ac ſic ſecundo Epiſcopi Sleſvicenſis functionem ſubit (nuper deſtitutus Epiſcopatu Selandiæ) & Regi Archipræſul poſtremo poſt diutina odia, quem ſimul neceſſitas adegit & metus compulit, reconciliatur.

Canutus, Woldemarus & Sueno Daniam inter ſe partiuntur.

Sueno perimit Canutum Woldemarus vix effugit.

Sueno in prælio occumbit.

Woldemarus ſolus regnat.

lites cum Eſchillo Lundenſ. præſule.

de ſubrepto huic a prædonibus theſauro.

Et Occone epiſc. Selandia ejecto.

de papa eligendo.

Eſchillus regem excommunicat.

Pellitur officio fatis Esbernus iniquis
Arce ſibi everſa; mox metus omnis adeſt
Dum nulla eſt nobis mutandi fata poteſtas,
Secedens patria deſerit ipſe gregem.

FREDERICUS Epiſcopus, confirmatus ab Eſchillo Lundenſi. Hoc tempore Woldemarus ejus nominis I. movit in Wandalos una cum auxilio à terra Hinrici Leonis aſſociantis illi Caſimirum & Bugislavum Pomeraniæ principes, ac Pribislaum Principem Obotritorum. Proſperatus ita Rex ibidem eſt, ut morigeri voluntati ſuæ obſequuti fuerint ac expenderint, quæcunque juſſerit. Studium vero illius ardentius erat, quam ut ſibi illos, qui de ſubditis illius male fuerant meriti, ob diuturnam deprædationem

Fridericus epiſc.

1167.

Woldemarus R. Vandalis bellum infert cum ſociis.

nem subjugaret, sed ut idolorum cultum everteret ac penitus idolomaniam extirparet. Quare ad obsidendam Arconam urbem, gentis Rugianæ caput festinus contendit. Nam ibi fanum erat gentibus sacratissimum, detestandum autem veræ religioni. Hoc erat undique quadro lapide politum, varias miro artificio formas continens. In eo fuit idolum referens humani corporis formam, quatuor capitibus, duobus ante & duobus retro, faciebus tamen in dextrum & lævum reflexis. Dextra cornu metallo vario fusum gestabat, quod semel mero flamen implere consueverat, ut inde fertilitatem anni imminentis præominaretur; læva autem arcum, stans barba tonsa, tenebat reflexa lateri, appensis prope freno, sella, ocreis ac immenso gladio, cujus vagina auro obducta cernebatur. Huic idolo (ferme referenti Janum) solemne epulum ante fanum, post collectas fruges, mactatis pecudum victimis, à promiscuis totius insulæ frequentia, ut certi de futuri anni eventu essent, fiebant. Sacerdos vero barbarus cornu apprehendens introspicit, utrum quid e liquore fuerit diminutum. Si nihil exhaustum viderit, fertilitatem anni & felicem rerum successum promisit: Si liquor defecerit, præsentes fruges in posterum tempus asservari jubebat. Merum autem illud vetustum libans effudit ad pedes idoli & iterum replevit, ac, quasi propinandi officio statuam veneratus fuerit, velociter exhausit; deinde repletum cornu mero dexteræ simulachri restituit. Placentam etiam consuevit pinsere, mulso mixtam, tanta magnitudine, ut ferme hominis staturam æquet & eam idolo sacrificat. Tunc autem viventes ex libamentis adeo luxuriabant, & sobrietatem, ut nefas sit eam coluisse, detestabantur, nummumque quodlibet caput annuatim in cultum simulachri expendere cogebatur & tertiam partem ex præda prædones illi, quasi ejus beneficio sic impetratum, offerebant. Relatum etiam fuit militasse 300. equos cum equitibus illi, & quicquid tam mari, quam terra prædarentur, in custodiam sacerdotis, unde varia ornamenta templorum conflabantur, tradi. Nec cuiquam integrum fuit ibidem extraneorum aut mercari aut agere, nisi Fano pecunia numerata & illud horribile litari interdum humanis hostiis præsertim Christianorum hoc requisitum iri ab idolo. Ubi quæsiti fuerint, unde vanus ille cultus originem duxerit? responsum est: à Carolo demandatum esse, ut colant sanctum Vitum. Sed illi fide violata erga religionem creatoris obliti fuerunt & creaturam nuncupantes eum *Suante Vidt* adorarunt. Ædificaverat Cæsar in honorem sancti Viti templum, sed illi religionem abjicientes domi, denegantes etiam tributum Corbejæ coenobio, cui annuum censum inde dare Cæsar demandaverat, constituerunt proprium, nec externo se obsequi velle professi sunt. Ac eum tali forma fuisse conspectum. Hanc superstitionem execrabilem rex evertere enixus est. Quare Arconam civitatem duriter oppugnavit, ut se dediderint, his conditionibus propositis: Laxent captivos Christianorum, religionem secundum ritum Danicarum ecclesiarum accipiant, stipendia sacrorum veris sacerdotibus Christi pendant, ac quotiens vocati fuerint, regno sint auxilio aut expeditioni adsint. Obsides igitur Regi dantur. His perfectis altero die Urbem Absalon Archi-Episcopus Lundensis, Fridericus præsul Slesvicensis cum Bernone Magnopolensi & proceres jussi simulachrum evertere, ingrediuntur. Famuli illorum caute idolum terra eruunt, ne si læderentur per casum id violationi numinis à superstitiosis imputaretur. Quod ubi nunc in terram strepens procidit, circumstantibus civibus, ut educant templo, fune ad collum ligato, demandatum est. Ac sic per totum Slavorum exercitum, ut cognoscant, se veneratos esse talem Deum, qui sibi auxiliari non posset, protraxerunt, & sic concisum frustratim, destructo fano, direptoque ejus locupleti ærario in ignem miserunt. Mox rursum duodecim ecclesiæ Dei in terris Ranarum ex lignis, quæ Rex ad machinas bellicas advexerat, erectæ sunt, docentibus Absolone cum suis. Et principum scribæ officia sacerdotum, in urbe docendo & circumquaque baptizando plebem perfecerunt, & deinceps plurimos sumptus in ædificiis templorum erigendis Rex & constituendis sacerdotibus impendit. Sic Rugiani ad fidem fuerunt conversi. Eo tempore cum Rex misisset Romam, ut testificarentur de obitu Patris Canuti, ducis Slesvicensis, & miraculis, quæ volutabantur in ore omnium, reversi legati. Quare à Pontifice Maximo mandatur, ut convocatis primatibus regni, solenni precationum officio de tumulo levent & aræ consecratum imponant. Cum vero ablegarentur Oratores clementi animo Rex complexus est omnem clerum. Nam post mortem suam mandavit & constituit tradi Episcopo Slesvicensi dimidium fabricæ monetariæ ejusdem civitatis. Deinde dimidiam portionem patrimonii sui ac præterea peculium reliquum secundum leges patriæ; sub poena æterna cruciandos, qui obstiterint. Si vero posteri redimere hæc velint, ære dato fore liberum, ut vigilantissime presbyteri pro se & uxore sua ac hæredibus preces fundant. Similiter & alii clero in Dania. Nunc Regem perfeciisse bellum cum Rugianis cum Henrico Leoni nunciaretur, eum etiam superiorem in prælio fuisse, ac ingens tributum obsidibus acceptis extudisse, mox mittit legatos ad Regem, ut divisos obsides multatitio auro dimidiato mittat, quemadmodum fuerunt antea pacti. Quare contra Regem, denegantem postulata, movet bellum. Ac Casimirus & Bugislavus, cum spes frustrata esset illos potiundæ Rugiæ in suam ditionem, facile violata fide moventur. Destruunt igitur munitiones ostiorum; quibus Slavis ne prædarentur Daniam, prohibitum fuerat, ac rempublicam suam religione vera, ecclesiis subversis & omnibus religioni deditis truncatis exsolvunt, in Daniam moventes. Rex ad tempus improvisam irruptionem ferens rebus imparatis, colligit navalem exercitum, & mox filio suo naturali, præfecto vel duce Slesvicensi terrestribus copiis in Wagriam & Aldenborch misso, Cyrcipanos percutit, quæ tunc parebant Holsatis. Hic mille loricatis maritimos agros

Suanteuit Rugianorum idolum eiusque cultus lescribitur.

idolum destructum.

1171

Spoliarum partem postulat Henricus Leo; hinc bellum Regi movet.

Pomeranorum Duces bellum inferunt Regi Daniæ.

Rex Circipanos domat.

a St. Viti cultu derivatur.

Dedunt se Regi fidem Christianam amplexuri.

agros devaſtat, ſed eccleſiis parcit. Nec bona in ſacrarium perlata ab hoſtibus, ne prædandi libidine ſacrilegio ſe implicare videretur, diripuit, quod tamen jure facere potuiſſet. Sed detrectoribus occaſionem calumniandi vitavit præbere. Quare ſacerdos Bruno valde gaviſus eſt, & famam illius ampliſſime, quod manus ſacrilegas à templo abſtinuiſſet, vulgavit. Cum Rex nunc cum filio irruptionem illam acerbe ſatis ulti eſſent & populationem adeo effuſe feciſſent, ut nihil bello intactum relinquerent, multiplicique capta præda feſtim domum ancipiti Marte redeunt. Quare Slavi irrequieti ablatis ſibi prædis & bonis propriis Daniam inſequenti anno repetente, ſic ut æquetur præda, ſpoliant. Qui, dum primum circa belli apparatum occupatus Rex eſſet, omnia diripiunt, ſed tanta deinde manu per mare annavigat, ut cum eo conſerere manum formidarint. Quare viam milites Hinrici tutioris conſilii ſubito, (nam & Chriſtophorus Holſatiam fuerat deprædatus,) excogitant. Quod cum univerſæ vires Danorum maria occuparent & loca maritima, eos velle partes Sleſvicenſis Præfecturæ hoſtiliter petere, ut ſic plus ducis Daniæ per terram in Jutiam inferant, quam mari: Sed mox portas Sleſwigi non patere, tametſi Rex extrinſecus agat, neque carere defenſoribus nunciatum fuit. Nam portarum cuſtodiam ſexaginta millibus Danorum conceſſam eſſe. Quare conditiones pacis petitæ ſunt inter Danos & Holſatos & Hinricus Dux Leo ad Eidoram cum Rege pangit inducias. Sed Slavi ſuperantur, ubique à Rege urbibus deſolatis, præſertim Julino, ubi primo impetu mares omnes occiſi, ſic quod ſupplices regem venerari expetunt ac benigniter pacem impetrant. Deinceps ſtatu rerum in Dania tranquillo, Pomerani navim advehentem munera à ſocero Rege, una cum armis diripiunt. Hæc repetente Rege à Principibus, ſolum riſum reportarunt Legati; nam mare ubique plenum piratis eſſe. Exaſperatus igitur Regis animus propter calumniam irrogatam ac damnum inflictum non quieſcit, ſed ampliorem poenam ſumere de illis contendit, licet multæ illorum urbes direptæ fuerint & pecora abacta, ut bubulcos mercede conduxerint. Juſſi igitur Juti ſeptentrionales ſubſiſtere. Et Sleſwicenſium Antiſtiti Frederico, qui frequens bello navali interfuerat, cum Jutis auſtralibus Slaviam oppugnandi poteſtas, Regis filio mox ſubſecuturo, committitur. Hanc expeditionem dum flatu lenioris auræ petunt & vis major deinde addita vento eſt, præclarus & omni laude dignus Epiſcopus infelici auſpicio ducens, dum ventum turbidum velo lato primum complectitur navigationi intolerabilem, plurimum in mare foediſſima tempeſtate abripitur, ita ut vix concurſus navium inter ſe vitarent, demum vero gubernaculo deficiente puppim turbo evertit & cum omnibus miſere ſubmergitur. Hujus fato & calamitate nihil fuit miſerabilius, quam quod ſociorum cadavera ultro reperta fuere, ſolum autem corpus illius impenſius quæſitum ante diem pentecoſtes inveniri non potuerit. Quo tempore cum ad Selandicum littus undarum fluctibus ejectum eſſet corpus, illæſum, & ſine foetore nec aſpectu foedum penitus compertum eſt. Illum integritatis habitum ſanctitati ejus aſſcripſere. Et hoc veneratione dignum, quod tam diu amici eum quæſiverint nec invenerint, ſed tam ſolemni die nempe Spiritus ſancti, corporis ſui inventione voluerit clareſcere, quod cultu peculiari & honeſto honorare ſemper conſueverat. Tunc luctus immenſus erat Abſaloni propter tam inexpectatum fatum, ut oblivi-ſci tanti amici diu non potuerit nec meminiſſe ejus ſine gemitu magno. Quare honorifice ſepultus eſt in templo coenobii Soræ, in parte auſtrali ſuperiori ad chorum, notatumque eſt ſepulchrum ejus exiguo ſcripto in lateritio parva lapide & ejus inſignia in quadam columna depicta cernuntur. Rex vero Abſoloni cum Canuto expeditionis ſummam committit. Hi claſſe prædatoria tanta celeritate expoſitis in terram è navibus copiis decurrunt, ita ut domi Slavos inopinatos oppreſſerint ac agros maritimos vaſtarint. Quibus cum Bugislaus & Caſimirus ſe reſiſtere non poſſe viderunt, agunt ut conciliandæ pacis conſilium capiant. Numerant igitur Abſaloni quaſi capiti expeditionis centum libras nummum, ac duo millia talentorum Canuto, cum captorum dimiſſione legatorum, eaque ſumma rapinam Regi inflictam rependere pollicentur. Sic finis receptis obſidibus fit belli.

Wandalus ut diſcat divini Oracula verbi:
Impius, & Præſul mox Fridericus adeſt
Poſt Ponto infelix ſubmergitur ipſe profundo
Percharus Regi præſulibusque ſimul.

WOLDEMARUS Epiſcopus Sleſwicenſis, (fuit hinc Archiepiſcopus Abſalon). Hac tempeſtate Hinricus Leo, cum in indignationem Cæſaris Barbaroſſæ, quod nollet ſæpius oppugnare Italiam incurriſſet, exutus omni ſuo imperio, Stadium venit. Quare Imperator ne auxiliaribus copiis utatur, evocat Regem Woldemarum & ſe ut adeat Lubecam, quod obſidebat (quæ civitas tunc facta eſt imperialis) per preces poſtulavit, ut ſic Hinricum auxiliis amicorum ſpoliaret: ſe affinitatis jungendæ ſermonem cum eo factu-rum. Sed longe aliter judicatum ab amicis Ducis fuit, qui magis fraudem interpretabantur & non matrimonii votum: ſed odio id Hinrici flagitari putabant. Obtemperatum rogatui eſt. Quare Woldemarus Rex luxu ornatioris claſſis magis quam armis profectus, à Germanorum equitibus ei occurritur & grates ejus adventui habentibus ſplendide excipitur, & altero die oſculo atque amplexu grato deditiſſime Cæſar Regem veneratus eſt. Fit de affinitate jungenda ſermo. Majori filio tringinta millia talentum, minori octo milia deſpoſcit Cæſar. Sed dum virgines maturæ nondum connubio eſſent, res ſuſpecta majoribus eſt viſa, & præterea ruinia precii poſtulatio ſuſpicionem peperit. Rex tamen ſummam minorem pollicetur fiducia Regis Hungariæ. Sicque deſponſionis vinculum ſacramenti religione conſurgit. Sic diſceſſum eſt. Thuringii deinceps Dux Sigifridus adſtipulante

deprædationes mutuæ.

Slavi affliguntur.

Pomerani bello petuntur.

Epiſcopus contra Slavos navibus regiis excurſurus undis perit. 1176.

Lugente eum Abſalone, qui hinc bellum expedit.

Woldemarus Epiſc.

Henr. Leo a Cæſare proſcriptus.

Woldemarus a Cæſare Lubecam invitatus.

1182.

Colloquuntur de affinitate contrahenda.

pulante Cæſare unam filiarum Waldemari ducit & ſolemnes nuptias magno apparatu & applauſu per regiam navim devectus Sleſwigi celebrat. Adolphus autem III. cum Lübecam obſideret, ille ſe ad Regem Danorum Canutum contulit, gratias agens, quod per abſentiam ſuam ſolidam pacem ſibi conſervaſſet, quamvis non ignoraret, Woldemarum Regis fratrem cum Woldemaro Sleſvicenſi Epiſcopo nuper terram ejus ingreſſos, accepiſſe obſides ab Adolpho de Dasle. Inſequenti anno pater Canuti Woldemarus, cum nunc honorifice tumulatus eſſet, ac ille in Regem inauguratus ante plures annos fuiſſet, ita ut tuto ipſum nunc poſſe adminiſtrare imperium dixerint, nihilominus tamen concitatis malevolorum animis adverſus Regem agentem in Jutia graviſſimus tumultus concitatur, & indies fama creſcit, Scanienſes expetere libertatem. Abſalon initia ſeditioſa audiens ac inflammatorum animos ſcrutans, quos cupit ſedare, eo compellit: ſed fruſtra ſuis diſertis verbis ſe fatigat. Nam vetus odium in regem imbiberant, quod eos apud pontem Pæſiam cæciderat, ut inſolentiam eorum corrigeret. Nam ſub ſpecie libertatis petendæ arma contra Regem ſumpſerant. Quare ignobile vulgus optimatum domus vix illis elabentibus diripit. Et quendam vocantes ex Suecia, ut refugium habeant, Haraldum regio titulo ſalutari & immunitate gaudere repetebant. Ideo navali excercitu Regis in Scaniam Abſalon movet ac factioſos omnes ferme coërcet. Sed tamen vix ſuperior, niſi Lundenſes neutri adhæſiſſent parti, factus fuiſſet, & agit Haraldum poſtulatum collectis omnium ſuffragiis ejici & condemnari. Rex vero Jutia egrediens terreſtres copias in Fioniam ductas nunciata tranquillitate dimiſit, & in Scaniam navigans, reſtitui diruta domicilia mandat ac ære multat: Et niſi preces interveniſſent Abſolonis (licet ſuos duriter affixiſſent) ſanguine crimina principes ſeditionis expiaſſent. Sed Rex tamen motus unius precibus ſpecimen dare maluit potius moderati animi, quam ultionem ſumere, quam univerſorum delicta meruiſſent. Juſſus deinceps petere curiam Cæſaris Canutus ac multis legationibus poſtulatus reſcripſit, ſe regnandi novitate implicitum venire non poſſe. Exploratam enim Cæſaris calliditatem arbitri Regis habebant. Cui Cæſar niſi venerit, ſe erepturum illi regnum ac traditurum alteri, minatur. Canutus reſcribens contentus fuit, Regnum quærere primum Cæſarem debere, antequam quod non poſſideat, tradat. Cæſar nihil literis agi cernens, Sigefridum, qui ſororem ejus habebat, ſubornavit, ut propter affinitatis vinculum ipſi obtemperet qui ſororis ob gratiam in Daniam contendiſſet, ne quid detrimenti caperet affirmabat, ſimul exponens conſiliariis ejus potentiam Cæſaris. Cui rurſum, Regem Daniæ dominum tam ſui imperii, quam Cæſarem eſſe Romani, reſponſum eſt, nec tam facile Daniam, ut Thuringiam, à Cæſare occupari poſſe: etiam quomodo circa parentis ſui vocationem (quem & ſubmittere ſibi ſtuduerat) cum adveniſſet, egiſſet, ſe meminiſſe; nec minimam obſequii partem ejus dignitati ac nomini deferre velle. His auditis Cæſar ſpernentem ſe Regem odio proſequitur, cum bello urere non poſſet. Quare Bugislaum Principem crebris muneribus ac ampliſſimis proviſionibus in Danica bella ſollicitat. Hic, quaſi molire-tur aliquid contra vicinum ſuum Jarimarum Rugianum, exercitum colligit, amicum Regis. Cum ultro citroque verba facta eſſent per Regis legatos in gratiam Jarimari, demum nihil effectum eſt. Bugislavus nihilominus quinquaginta navium claſſem contrahens, nunciat Cæſari, Regem obſequuturum brevi imperio Romano, ubi tantam expeditionem contra ſe audiret. Cæſar nuncium muneribus donat & Ducis inſtitutum collaudat. Ubi nunc hoſtis (cognita fraude illius) tuto agere ſe putat illum faſtidioſe navigantem & imparatum paratus Abſalon ita ſtravit & cæcidit, ut raro cladis illius oblitus fuerit. Ac deinde omnes civitates fortes expugnantur ac direptæ hoſte devicto miſerrime. Inſequenti tempore, Abſalon, qui & in Dania ob denegationem decimarum acerrimam pugnam iniverat tribuit petenti poteſtatem Woldemaro Epiſcopo Sleſv. ſecundum Canonum ſanctiones, ut efflagitet decimarum ſolutionem per ſuam dioeceſin, & propter diverſitatem & locorum diſtantiam enarrat Abſoloni conventionem factam eſſe per ſe univerſo in populo dioeceſis Sleſvicenſis, (qui nequaquam ſe illi ſubmittere jugo antea volebant) futuram decimarum diverſam diviſionem, eamque triplicem, unam Epiſcopo, ſecundam ſacerdotibus, tertiam templorum ædificationi ſub excommunicationis poena infligendam, tertia admonitione facta, reliquis ſponte largientibus pacem Chriſti in bona conſcientia. In Uthlandia, in Tonningen, Gardingh & Holm ac aliis maritimis locis occidentalibus decimam tam de frumentis, quam pecudibus poſtulandam: Nam ſeminator, cum debeat ſpiritualia illis, metere eum viciſſim carnalia æquiſſimum putarit, dicente Auguſtino: quicunque peccator indulgentiam deſideraverit reddat decimam, & alibi: qui dedit decimam, nonſolum abundantiam frugum recepturum, ſed animæ etiam ſalutem conſequuturum. Verum eſt ſi miniſtris tanquam fidei fructus erogaverint. Deinceps ipſe Rex Canutus Woldemari filius conſobrinum ſuum, Sleſvicenſem Epiſcopum electum eximia benevolentia affecit, & omnes ejus ſucceſſores correptus divina gratia, ne, dum in regem ſublimatus fuiſſet, ingrati nomen mereretur: innumeras tribulationes dioeceſeos & anguſtias diuturnas cleri attendens, quibus ab hoſtibus jam pridem preſſi fuerant ſub regiam protectionem Epiſcopos cum univerſo Clero fovendos duxit, ac immunes ſic eſſe voluit colonos & villicos cleri ab omni gravamine, ut nemini liceat in placitis quibuscunque ob quamcunque cauſam, ſed coram eorum ſolis dominis aut locum tenente illos convenire. Ibidem omnium cauſarum moleſtias enumerari & querelæ finem imponi. Quare Clemens tertius gratulatur Woldemaro Epiſcopo & ſucceſſoribus ejus, quod tanta libertate regia impoſterum gaudeant, ac ſcripti ſui patrocinio communit, & ideo ſalutem apoſtolicam impertit regi, ſimul ei etiam tanquam

1184. n Jutia tumultus. it. pud Scanos.

Haraldus rex ſalutatur.

ed mox ejicitur.

Rex Cæſaris

1185.

Cæſar Bugislaum Pom. D adverſus regem concitat.

qui gravi clade mari afficitur.

1186. Woldemarus epiſcop. decimas exigit.

1187. Rex Canutus clerum protegit.

quam filio suo dilecto bene precatur. Hoc beneficio præstito sacerdotibus, mox aliquid iterum novi, ut ansam apprehendat, contra ipsum Cæsar molitur, mittens quadringentos equites, qui oratores splendidos comitarentur, Archiepiscopum Bremensem, Sigefridum de Brandeburg, ut postulent sororem, annumerata parte dotis, reliqua expendenda, ubi viro matura fuerit, quæ prope Lubecam à Woldemaro patre suo, filio Cæsaris fuerat desponsata. Concedens ad Eydoram Slesvigo, Rex annuit postulatis, & prævaricatus conditionem fuisset, nisi parens se juramento astrinxisset: deducit eo sororem, honesto sed tamen modico apparatu Rex, quæ deinde à Cæsare remittitur una cum Regina, quam duxerat Landgravius, satis misere. Quod Canutus indigne ferens, contra Imperatorem inimicitias concipit, asserens, Wagriam Holsatiam, Stormariam & Polabos usque ad Albim sui esse juris. Quare eos omnes bello acri premit. Eodem anno labente consensu ducis Adolphi sub Bremense imperium Dithmarsi traditi sunt, quos certis conditionibus Hartvicus receperat. Hi tanquam inobedientes vero resistunt Bremensi mandanti, omnia illi denegantes. Quare Hartvicus Archiepiscopus contracto undique valido exercitu Dithmarsiam invadit, ut rebelles edomet & ad deditionem eos compellat. Hunc suis comitatur Adolphus & Christiernus de Oldenborch, ac sic omnia respondent Archiepiscopo ex voto: promittentibus immorigeris infinitam pecuniæ summam, modo privilegiis gaudeant. Quam ubi tunc expromsissent, redit ad sua Archiepiscopus, impensis factis maximis, credens, se in omnibus nunc prosperatum esse. Sed deinceps efflagitantibus militibus militiæ stipendium, mittit ad Dithmarsos & solutionem postulat. Hi scientes exercitum dimissum esse, pretium denegant, jure jurando violato, se tradentes Episcopo Slesvicensi Woldemaro, (qui erat Canuti Regis à Suenone in convivio interfecti filius,) renunciantes, quod se Daniæ coronæ submisissent ac se nihilominus servituros Slesvigi quam Bremæ sancto Petro, cum utrisque Patronus præsideat. Dederunt igitur obsides Episcopo Slesvicensi, ut fideles essent & in fide inviolata persisterent. Sic juncti sunt imperio Danico, sed græca fide usque ad diem pugnæ in Bornhövede Holsatorum, ibi tum fugientes ad comitem, clypeos everterunt. Archiepiscopus autem toto triennio Episcopatus sui beneficio, ut solveret stipendia militiæ, caruit. Cum nunc Woldemarus Episcopus tot annis fuisset multis beneficiis à Rege affectus, non contentus esse potuit jurisdictione sua ecclesiastica, sed aspirare ad majora contendit, implorans auxilia amicorum proponit, se merito administrare imperium Daniæ debere, cum eum magnus Canutus genuisset, quem Sueno in convivio Roschildiæ occiderat, ac jam gubernans Rex, natus tantum ex Woldemaro (Ducis Canuti filio) esset. Erexit eum vero spes amicorum materni sanguinis in Norvegia ad rebellionem moliendam, & cum sciret multos in Germania offensos Regi, eos singulos commovit: Ottonem Marchionem, Bernhardum Ducem Saxoniæ, & Adolphum comitem Holsatiæ, Stormariæ, Wagriæ, Schowenburg & Stade (qui brevi ante rediens ex terra sancta terram suam invito Hinrico Leone recuperarat, complectentem singulari amore Woldemarum etiam magno suo periculo). Hi principes omnes facile moveri potuerunt, quod scribant, se gratissimum facturos imperatori, si Regem bello urerent, quod Wandaliam oppugnasset & imperio Romano subjectionem denegasset. Quare Woldemarus, in Daniam, ut moveret navalibus copiis, ex Norvegia non aspernandam sibi classem comparavit: Ottone Marchione cum reliquis sibi consorte facto, qui nunc in Holsatiam expeditis copiis moverat, ut egredientem Regem exciperet. Quem ubi diu expectatum non venire intellexit, pertæsus diuturnæ moræ, & magnitudine sumptuum victus exercitum suum reduxit. Adolphus autem comes, ut se familiarissimum & fidissimum Episcopo ostenderet, quanta potuit manu valida Eidoram transgreditur, & ea, quæ Regis esse ubique cognovit, circa Slesvigum prædabundus diripuit. Rex ubi hæc cognoscit, moerore immenso ob devastationem suorum corripitur, quod se nescio & improvido spoliarentur: sed Duce sic sæviente adversum subditos Regis, seducitur Wolmarus ab iis, quos sibi fidissimos crediderat, qui persuaserunt, tutius fore rem consilio, quam armis agi, cum Episcopus sit, nec sine discrimine utramque personam gerere se posse. Quare conditionibus pacis admissis de gravaminibus proceres regni apud Regem acturos. Sic vero persuasus fide publica data committit se Regi, & ejus in gratiam se confert, oblitus socii, qui bellum in Jutia meridionali gesserat. Auxiliaribus copiis ab Episcopo dimissis, in carcerem ducitur & manicis ferreis & compedibus vincitur. Rex indignatione adversus Adolphum concepta, quod suos prædatos fuisset, &, ut soceri sui casum vindicaret Hinrici Leonis, in Nordalbingiam movet. Cum nunc comes se imparem Regi sensisset & auxiliares abessent, nec tam subito externo auxilio uti posset, submissis oratoribus amicis Regem placare ære, cum armis non resisteret, expetivit, ne suos Rex valido & irato exercitu penitus devastaret. Pactum feriunt amicis intervenientibus & pro damnis inflictis comes solvit Regi mille & quadringentas marcas denariorum. Sic Rege placito exercitus à primipilaribus Regis reducitur.

Dum fuit Antistes Woldmarus patre necato,
Regia sceptra petens tristia vincla subit.
De hinc exul Patria Bremam revocatus, ut adsit
Præsul, at infelix mox cadit imperio.

Anno 1188. cepit ordo de hospitali domo teutonicus Livland. apud Acon. civitatem. A. 1193. solis desertio. A. 1195. Innocentius III. mandat monachis & canonicis regularibus ut vitent habitus diversos & ecclesiæ ignotos; pariunt enim illi Scandalum.

NICOLAUS fit Episcopus, Andrea Lundensi ipsum confirmante. Hac tempestate Woldemaro Episcopo incluso carceri, Adolphus comes & Marchio Otto contra Slavos bella movent, qui

sorores eius a maritis repudiatæ.

Canutus R. vicinos populos bello subigit.

Dithmarsi ad Bremense imperium rediguntur.

Ditmarsi refragantes episcopo Slesvicensi se tradunt.

1196. Woldemarus episcop. regnum Daniæ affectat.

alios ad bellum contra R. concitat.

Adolphus comes Regem oppugnans.

Episcopus cum rege in gratiam redit.

ære mulctatur.

N colaus episc.

Adolphus comes cum federatis oppugnat Slavos.

1200. qui Regno Daniæ obediebant. Ideo collecto exercitu Rex per Eydoram in Nordalbingiam transmittere conſtituerat contra Adolphum: Mox ubi eo venit cernitur, comitem ultra Eydoram validiori manu caſtra locaſſe, multis admirantibus, unde tantæ copiæ contractæ: quam ut Rex cum illo iniret prælium & manum conſereret. Sociaverant autem arma ſimul Hartwicus Bremenſis, Marchio Otto, Simon de Tekeneborch, Mauritius Comes de Oldenborch. Quare Canutus inito conſilio cum ſuis, aliquandiu moræ patiens, contra hoſtem non movet, ſed ut fruſtetur ipſum, tacitus in caſtris ſuis moratur, non ignarus comitem auxilia mercede conducta tantum exercitum diu alere non poſſe, præſertim in hybernis, nec deinceps tantas copias eum velocitate contracturum iterum, hyeme elapſa. Quare Rex retrocedit exercitu dimiſſo. Veris mox tempore Adolphus munitionem arcis molitur in Rendesborch, ut inde bella gerat & tueatur Holſatiam. Sed Rex inopinato ſuperveniens opus inceptum impedit. Erat enim ipſe, quanquam Adolphus armato milite obnitebatur longe ſuperior. Pacem igitur per amicos apud Regem petit, qui conditiones abnuit, ſed ſi tradere velit arcem Regi Rendesborch, ipſum obſequuturum poſtulatis, cui conſenſum eſt. Sciebat nihil obſtare deinceps Rex ſibi, ubi transgredi in Nordalbingiam conſtituiſſet. Quare ponte ſupra Eydoram facto arcem obfirmat ac ſic inducias pangunt. Labente ferme eodem anno Comes Adolphus cum comite Adolpho de Daſſel arcem Louwenborch obſidet. Hi ſe, cum non ſolverentur obſidione, dediderunt Canuto Regi. Sed Adolphus, antequam auxiliares copiæ venirent, arcem expugnavit. Quod novi jurgii cum Rege fuit occaſio. Inſuper Comes in Dithmarſiam cum comite Adolpho de Daſſel moverat prædabundus, quæ ſe Sleſvicenſi dioeceſi ſubmiſerat, abactis pecudibus, ac agris nobiliſſimæ fertilitatis effuſe vaſtatis. Poſtremo etiam preſſerat durioribus exactionibus Nobiles, quam ut ferrent, quod Henrico Leoni non reſtitiſſent. Quare fugam arripuerant, implorantes auxilium Regis & Woldemari Ducis. Rebus ſic fluctuantibus Woldemarus duxit copias in Holſatiam obviam illi prodeunte Adolpho cum ſuis, utut potuit: Atrox pugna utrinque in Stilnow ad Itzehoe accenditur certamine impari. Quare fugam inire comes ſuis amiſſis, petens Hamburgum eſt coactus. Cum nunc fama celebritatem partæ victoriæ auxiſſet, mox obſidens Itzehoe & Plöne ſuperat & eos ſpoliat, Segeberg autem vallatur à ſuis militibus. Ipſo inſequente comitem Hamburgum nondum munitum. Quo viſo per Albim transmittit in comitatum Stadenſem. Et cum Hamburgenſes ſe impares eſſe viribus Woldemari ſenſiſſent, obviam illi ſupplices prodeunt & in civitatem eum honorifice deducunt. His victoriis clarus ad ſuos Sleſwigam Woldemarus redit. Inſequentibus proxime annis Adolphus tanquam exul factus colligit exercitum in comitatu Stadenſi, concepta ſpe recuperandi comitatus amiſſos. Civium etiam animi Hamburgenſium inclinabant impenſius Adolpho: Quare Rodolphum tenentem locum Woldemari cum ſuis ſatellibus facile civitate, comite intromiſſo, expellunt. Adolphus mox munit civitatem, confidens ſe ex ea & Segeberga arce, quibus adhuc imperabat, omnia recuperaturum; His nunciatis Waldemaro ipſe hirſuta hyeme collecto exercitu auxiliaribus copiis miſſis ex Obotritis & Dithmarſis feſtinus Hamburgum obſidet. Ubi nunc in hibernis agunt à Comite Gunzelino tranſigitur: ſi comes cederet Louwenborch Duci, ſpem fore obſidionis ſolvendæ. Conſenſum addit Adolphus: eum mox Louwenburgum duxit, ut ſe dederent, ſed fruſtra ſuos ſollicitat Adolphus. Quare Sleſwigum captivus per ſuum comitatum vectus miſere in carcerem mittitur, Lübeca ac Hamburgo coronæ Daniæ obedientibus & Waldemaro (Epiſcopo) capto ſocius adjungitur. Defuncto nunc Canuto Woldemarus Dux à Lundenſi Andrea inauguratur regno, quare Lubecam veniens Rex Danorum, Slavorum & Dux ſalutatur, mox inde milite armato ſtipatus Louwenborch obſidet & ad deditionem urget conditionibus propoſitis, Adolphum liberari carcere, ſi citius ſe dedant, vadibus ex nobilibus datis. Optato fruitur Rex & Adolphus pactis induciis decennii ſolvitur. Quare Woldemari Epiſcopi Sleſvic. in carcere detenti per ſeptennium ferme, faciunt etiam mentionem Epiſcopi comitantes Regem & præcipue Andreas Archiepiſcopus coram Rege, qui illius pietate & aliorum intercedentium precibus commotus eum ſolvi captivitate jubet, conditionibus proponendis. Sciebant enim eum eſſe è regia ſtirpe, quare pernitioſam liberationem ejus fore metuebant. Res ad Papam defertur, qui per legatum reſpondit, eo pacto ipſum laxari, ut juret, ſe nunquam commoraturum in iis oris, ubi aut ſuſpectus Regi, aut metuendus regno eſſe poſſit. Quare juramento dato Rex ſumptus ſuppeditat, ac illum Romam miſit, ut ibidem donec alio Epiſcopatu donetur, degat. Sed mox inde Bononiam ab Apoſtolico mittitur, ubi ſumtibus regiis vivit, donec aptior offeratur occaſio. Interea moritur Hartwicus Bremenſis. Quare plerique capitulares ratiocinantur, ſe iterum redire poſſe, concepta nova ſpe, ad priſtinum honorem legationis per aquilonis regna, electo Woldemaro quondam Sleſwic. Epiſcopo. Hunc diſſidentia vota, præſertim Burchardi Præpoſiti aſpirantis ad Epiſcopatus ſublimitatem & maxime Hamburgenſium, qui propter Regem Woldemarum, cujus ſub imperio tunc erant, contradicunt electioni ac ſe in poſtulatione præteritos, cum ibi matrix ſit eccleſia, conqueruntur. Quare multi vocarunt Gerhardum Oſnaburgenſem. Cauſa ſic inter duas poſtulationes hærente, inſinuatur tandem Woldemaro per legatos eccleſiaſticos & ſeculares canonice factam electionem, licet ſibi jus antiquius vendicarit eccleſia Hamburgenſis & ſe matrem appellarit. Lectis literis Brema miſſis à Waldemaro, ipſe vocatione cognita mox Pontificem adit, ut confirmationem petat. Congratulatur illi Apoſtolicus, quod poſt diuturnam captivitatem & eccleſiam ſibi abreptam, digniorem accepiſſet. Interim tamen Papa memor jura-

Nova diſſidia ob expugnatam a Comite Adolpho arcem Lauenborch.

Comes Ditmarſos expilat.

nobiles exactionibus vexat.

pugnat cum Rege apud Stilnow.

Plöena & Itzehoe occupatæ & ſpoliatæ.

Hamburgenſes Regem recipiunt.

Redintegratis viribus

comes Hamburgum occupat & munit.

Rex Hamburgum obſidet.

Comes Sleſwigum captivus ducitur.

1203.

Louwenborch occupatur.

Adolphus è carcere dimittitur.

itemque Woldemarus epiſc. Sleſv. Romam miſſus.

Woldemarus creatur archiepiſc. Bremenſis.

ſed rege obnitente.

juramenti dati regno Danorum, haud multum festinat, metuens in itinere esse, qui aliud nuncient, advenientes. Acceleranti oratori præpositio Roschildensi Petro, ac spoliato literis per latrones in via Woldemarus episcopus respondit; se memorem jurisjurandi, nec Bremæ locum suspectæ fraudis esse. Cui ille: ibidem ecastor esse suspectissimum & regno periculosissimum. Quare Woldemarus cognoscens, se nihil effecturum apud Apostolicum, ipso insalutato re infecta nec accepta confirmatione, jussus nihilominus Romæ ad finem causæ manere festinanter, ut opera uteretur Philippi Regis, abiit, quem Papæ offensum noverat, quod ipsum privare imperio niteretur, & Regi Danorum. Hujus opera literis perlatis Bremam comitantibus ipsum legatis, à suffragatoribus non mediocri honore affectus fuit. Romæ autem quod sine venia causa infecta abiisset, stringitur excommunicationis gladio. Literæ vero censuræ ecclesiasticæ, diu auso nemine eas vulgare, latent. Celebrata vero festivitate dedicationis & multitudine immensa ad altare propter oblationem contendente, literarum lator se vagæ turbæ immiscens, literis æræ impositis retrahens manum velociter incognitus abiit. Clerus admirans literas, quid in aram projectæ insinuarent, finita missa aperiunt: mox non confirmatus sed excommunicatus Woldemarus, Papa confirmante Geroldum Osnaburgensem, ut sit Bremæ cernitur. Rex autem Woldemarus, cum audiisset introitum sui aperti hostis Woldemari Episcopi, collecto exercitu eum impedire, alio substituto, contendit. Woldemarus vero electus, audiens Regem, ut de fastigio honoris ipsum deturbaret, copias contraxisse, & ipse non ignarus belli movendi in hostem, contracto excercitu haud invalido, movere contra Regem, ut ditionem ejus invadat & vastet, nititur. Bernhardus vero præpositus, ejusdem honoris sitiens, ab instituto ut desisteret, vocatis in consilium sibi fautoribus suis, Hamburgo & Brema, obtinuit. Quare factus familiaris Regi, ab ipso investitur, præsertim bonis ultra Albim à Rege possessis. Animi Canonicorum Hamburgensium in gratiam Regis etiam inclinabant in præpositum. Nam & Otto ei investituram episcopalem contribuerat. Electus igitur egit, ut Stadenses sibi fautores probe omnia promittens, conciliet. Adolpho vero in fugam verso ac, fugiente arma Regis Stadio civitate, ipsam occupare desideravit clam Woldemarus, sed cives impensius amplectebantur Præpositum Bernhardum, excluso Woldemaro. Quare cum pertinaces eos fraude & promissionibus vincere non posset, vim adhibendam censuit. Venerunt igitur illi auxilio Dux Saxoniæ Bernhardus de Aneholt, qui filio Friderici Philippo, nunc de imperio contendenti, adhæserat; Et quia Woldemarum Sleswic. Philippus adversus Ottonem æmulum suum & Regem Danorum episcopatu gaudere voluit, etiam Bremenses, qui adeo amore accensi fuerunt erga ipsum, ut ferrent, se ecclesiastica censura multari, sociant arma sperantes simul se Hinrici Leonis posteritati dominium affectanti posse ea via resistere & adversari. Sed Woldemari fortuna cum morte Philippi funeste interfecti evanuit, & partes ei adhærentes propter Philippum conciderunt. Sic plurimi dies absumpti fuerunt mutuis conflictationibus, cum Bremenses & suffragantes Woldemarum defenderent & Rex hæreret ex parte Burchardi. Sed ubi nova fama crescit propter Gerhardum Osnaburgensem, eum confirmatum a Papa, viribus Rex suis revocatis in regnum, Episcopum Woldemarum jam aliis oppositum reliquit. Ille quoque à Bremensibus desertus, Stadenses, qui primi fuerant infensissimi, habet fidissimos. Hi damna plurima desertoribus inferunt. Nam arces *Min-Row* & *Resul* destruunt, & aliis vastatis arcibus magnam vim ubique intendunt. Hinricus comes de Hoya grassantes misere fundit. Quare Hinricus Brunsvicensis Leonis filius se opposuit pro Waldemaro, munito Falkenborch. Sed cum Stedingi demum infestarentur & propter Woldemarum & Præpositum sociatis simul armis cum Bremensibus anno tertio post vocationem Gerhardum à Papa confirmatum introducunt. Anno insequenti Episcopus Sleswic. Nicolaus sollicitus circa officium suum, Papam de quibusdam articulis, ne conscientiam suam ignotis oneret, consulit, ut gregi suæ vigilantiss. sine labe præsit. Cui Apostolicus ad singula, cum per sedem Apostolicam edoceri cupiverit, respondit: Si ecclesiam sacerdos in una diœcesi habuerit & resederit ibidem, domicilium vero in alia dioeceси ratione patrimonii sui, ibique delinquens utrum ab Episcopo, ubi patrimonium fuerit, pro delicto ibidem commisso debeat judicari, præsertim in causis, quæ officii seu beneficii privationem reposcant. Responsum est, quod Episcopus, in cujus deliquit diœcesi, sententiam promulgare in eadem poterit, sed ab ipso, cujus præest ecclesiæ, executio facienda est sententiæ. Amplius petivit erudiri. Nam cum in decimas solvendas consenserant, nunc violata fide solvi eos denegant etiamsi ab ecclesia excommunicati fuerint: Liceatne igitur implorare auxilium manus secularis, præsertim Regis, cum nequeant vix sine sanguinis effusione coarctari. Suadetur liberum esse & æquum petere auxilium Regis, cum ad laudem bonorum & malefactorum vindictam eum gerere gladium non ignoremus, &, si mulctati propterea durius fuerint, esse eorum duritiæ imputandum. Cum Antistes prohibere sepulturam à cemiterio non posset excommunicatorum contemnentium anathema & violentia nihilominus amicorum asportarentur, ne interdicto spreto & sacris sepelirentur: Papa dato consilio insinuat cemiteria aspersione æquæ benedictæ solenniter purganda & reconcilianda, quemadmodum in usu est in ecclesiarum dedicationibus. Postremo, ne circa visitationem videretur sumptuosior, quærit, utrum procurationes postulare possit, ubi non visitaverit. Consilium est; non postulandas, nisi personaliter officium visitationis ipse antistes impendat. Eumque tanquam fratrem suum meminisse debere, sibi gregem commissam, super quam vigilare semper, extirpare vitia & plantare

1207. a Papa excommunicatur.

Woldemarus R. eum bello aggreditur.

Woldemarus episc. exercitum contra Regem ducit.

Bernhardus Hamburgi investitur.

1208.

Bernhardus Anhalt. Dux Sax. Woldemaro episc. succurrit.

Gerhardus Osnabr. Archiepiscopus.

plurimæ conflictationes oriuntur.

1210.

Nicolaus episc. in ambiguis casibus Papæ consilium requirit.

1211.

1215. plantare virtutes requiri. Fore ſibi rationem in judicio diſtricti examinis coram tribunali Dei reddendum, qui unicuique ſecundum opera ſua dignam mercedem rependet. Woldemarus Sleſwicenſis ſæpe ſollicitari Papam, ut Epiſcopatu gauderet, curavit, ſed ipſe ut vi abſtineat a Bremenſi, jubet, curaturum ſe deinceps, ut alibi præſit. Ille autem rebus deſperatis penitus ſociat ſe Regi Ottoni Imperatori, qui ira accenſus cum fratre Henrico Bremenſem provinciam vaſtat & incendit, ac deinde Hamburgum cum Palatino comite fratre & Marchione Ottone Brandenburgenſi & electo Woldemaro Bremenſi cingit obſidione, quæ civitas tunc parebat Danis. Sed anno inſequenti eam Rex Waldemarus ita urget, *arce ædificata*, quam vocavit *Nigenborch*, platea nunc eſt, *cathena per Albim tracta*, ne quid navibus aſportaretur, ut regi ſe dediderit, quam ipſe mox donat Adelberto comiti poſſidendam; ac licet anno priori dederint juramentum Imperatori, tamen coacti fuerunt deinceps parere Daniæ, nec comitis nec imperiales ſe eſſe putare poſſunt. Inde in *Livoniam* transmittit, Revaliam exſtruit, quod jus adhuc uſurpat Dania. Waldemarus autem electus ad calcem vivendi pervenit. Nam finem ei tam curæ quam labores properaverunt. An. 1218. Woldemarus Rex filium ſuum coronari fecit in Sleſwyck in Regem Daniæ, dictus Woldemarus III.

Woldemarus Rex.

Nigenborch Hamburgenſis.

Solatur triſtem Woldemarus carcere clauſum
Præſul Niclaus, non fore vincla diu
Et caput agnoſcit papam, nam conſulit ipſum,
Providus ut cauſas judicet inde graves.

Tuco epiſc. TUCO Epiſcopus patria Danus. Hac tempeſtate exoriuntur novæ religiones in Eccleſia, quæ à ſede Apoſtolica confirmantur, nempe minorum & Prædicatorum, quæ ideo approbatæ creduntur, quod olim duæ ſectæ in Italia creverant, quarum una ſe humiliatos, alia pauperes de Lugduno nominabant. Eas Lucius III. Papa inter hæreticos reputabat, quod ſuperſtitioſa dogmata, ut obſervationes ſingulares ſectantes amplecterentur. Invehebantur enim in ſacerdotes concionibus ſuis habitis vel in latibulis vel conventiculis, derogantes eis honoribus, quod ſplendidius viverent nec ſacerdotii officio digne fungerentur. Aſſeverabant etiam ſe vitam gerere Apoſtolorum, nihil poſſidentes & migrantes per vicos & caſtella nuspiam habitent. Ab ipſo autem Papa Lucio reprehenditur ſuperſtitio, quod calceos ſuperius ſciſos & quaſi nudis pedibus deambulantes geſtarent & quod cappis induerentur quaſi religionis privatæ capillis capitis haud attonſis, ſed eos nutrirent ut laici, inſuper opprobrio dignum, conjunctim viros & mulieres ambulare in via & in tabernis ſæpe eos prope dormire. Hi illis non negatis ab Apoſtolorum ritu omnia eſſe mutuata affirmarunt. Contra eos novus ordo cepit, ut eos pudefaceret, nempe Pauperes Minores, mox à Papa confirmatus. Hi omnia ab aliis obſervata reſpuebant, ambulantes nudis pedibus tam hyeme quam æſtate, pecuniam

Ordinis ſacri minorum & prædicatorum origo.

ſpernentes, ſolo victu contenti, & ſi veſte indiguerint neceſſaria, largientem non ſunt execrati. Paupertatis demum pertæſi nominis, cum vanius de paupertate gloriari videatur, ne humilitatis nomen ambitionis ſuſpicionem importet, maluerunt nuncupari Fratres minores, ſedi ſe ſubmittentes Apoſtolicæ. Alii videlicet Prædicatores ſucceſſiſſe in locum Humiliatorum creduntur. Humiliati enim reſpecta nullius authoritate prælati prædicabant ubique vitam hominis corrigentes, auditis confeſſionibus, miniſteriis etiam ſacerdotum derogabant. Hos tanquam inordinatos Papa reformare cupiens novum ordinem inſtituit & confirmavit. Nam rudes & illiterati manibus laborantes conciones habebant. Quare voluit Prædicatores ſacræ lectioni intendere, ut ſacris literis imbuerentur & ſic ſacram ſcripturam veraciter docerent, virtutes hominibus incultis inſtillarent & eccleſiæ jura encomiis proveherent. Ipſi ordines ad noſtrates velociter fluxerunt. Nam Sleſwigi cœnobium ſtruunt prædicatores anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto. Fratres minores circa annum quadrageſimum poſt milleſimum & ducenteſimum. Similiter Flensburgi Anno 1232. In Tunderen anno 1238. Ripis, ubi ſingulis epiſcopatus, ædificant 1232. Coldingæ, Haderslaviæ, Huſii, Kilone &c. quæ omnia aut diruta aut in profanum uſum translata nunc ruderibus relictis & bonis abreptis cernuntur. Sed libet addere judicium Ottonis II. fundatoris religionis in his oris de bonis coenobiorum, quod tulit anno 940. poſt incarnationem Chriſti. Ipſo obſidente caſtellum Briſach in Alſatia, conſilio Friderici Moguntinenſis Archiepiſcopi, caſtra metantes apud Regem reliqui epiſcopi, ſuaſu Friderici deſerentes Ottonem nocte abeunt. Quare milites conſulunt Regem, deſerere eam regionem & adire Saxoniam, pontificibus ſe fraudulenter ſubducentibus utile eſſe: His auditis confidenti animo rex reſpondet. Melius propter veræ juſtitiæ defenſionem mori, quam fuga turpi ſalutem vitæ quærere. His accenſi milites audaciores ſumunt animos ad conſerendum manum prompti. Comes quidam eum ſequebatur ſplendido & valido militum exercitu, in his viſa plurimorum defectione Principum, ibi induit perſuaſionem, nihil regem ſibi urgente neceſſitate auſum negare. Rogat igitur per interceſſores ſibi & ſuis in uſum Abbatiam Laurisheim concedi prædiis ditiſſimam. Rex vero apologeticum hujusmodi legatis dedit, ſe proprio ore reſponſurum. Hi igitur affecti lætitia ſperantes ſe, quod petiverant, impetraſſe. Comes moræ impatiens diuturnæ regem convenit. Cui Rex populo circumfuſo, obediendum eſſe magis Deo quam hominibus, ac quemvis ſanum non ignorare, ipſum hæc non humilitatis petitione ſed comminationis authoritate dixiſſe: Inſuper ſcriptum eſſe, *ſanctum non eſſe dandum canibus*, quod quamvis ſpiritualiter intelligendum non ignoret, ſe tamen ſanctum dediſſe canibus cenſere, ſi hujusmodi petitionibus obſequutus fuerit & monaſteriorum prædia Deo militantibus ac religioſis veris tradita abſtulerit & ſeculo militantibus dederit: Tibi comiti procaciter

Ordo prædicatorum Sleſwigi ſtabilitur. 1235. item Flensburgi, Tunderæ, Ripis, Coldingæ, Kiriæ &c.

Ottonis II. cura circa bona eccleſiaſtica.

citer injusta petenti sub testimonio universi populi nec hoc nec aliud me unquam daturum promitto. Quod si tibi animus fuerit cum coeteris avolandi, quando citius, tanto melius feceris. Comes, ubi Regem iratum persensit, procidens in genua veniam precatur & graviter se deliquisse confessus, mox poenituit. Perpendamus igitur quanta constantia in summis periculis Dei athleta nonsolum visibiles, verum etiam invisibiles contriverit hostes. Antiquus ille non contentus concitasse contra ipsum fortissimos Principes & fratrem æmulum, quæ externa esse damna novit, quin & comitem ad expetendam sanctorum hæreditatem moverit, ut & Dei eo velocius offensam incurreret, datis injuste stipendiis servorum Dei in mercedem militibus. Honestiusne fecerit denegans petenti aut petens cum optat non sua, sit penes æquum judicem arbitrium.

Religio his oris nova præsule missa Tucone est
Atra prior venit secta, deinde minor
Addita & Ottonis censura est, quod foret æquum,
Quæ bona sint templis condita sacra Deo.

Confirmatio ordinis prædicatorum.

Dominicus mortuus est anno 1223. Bononiæ. anno 1216. confirmatur ordo prædicatorum per Papam Honorium III. ad instantiam sancti Dominici Beneventura fuit ordinis Minorum. 1221. Ordo fratrum minorum confirmatur ab Honorio III. Franciscus moritur anno 1227. Thomas fuit ordinis Prædicatorum. Antonius B. Francisci discipulus moritur 1231. St. Antonius de Padua circiter annum 1220. Mathildis Regina Daniæ cum fratre Nicolao (Holsat. comite) dat fratribus minoribus aream in qua ædificent domum, qua post uti debebant, idque anno 1269. Idus Febr.

Johannes episc.

JOHANNES Episcopus Sleswicensis. Hic sepultus est in choro Sleswicensi, ubi quotidie leguntur lectiones, solo nomine lapidi insculpto. Hic interfuit convocationi, cum sanctiones promulgarentur dictæ Lowbook in Warenborch. Recensetur enim inter reliquos Episcopos in Libri proœmio ejus nomen, ubi tunc affuerunt Ericus & Frater ejus Abel de Sleswigk. Unde Woldemarum II. Regem fuisse sapientissimum & religioni dedissimum apparet, quod in consilium, cum eas leges ferret, adhibebat doctissimos & religiosissimos, qui consulerent prudentissime & in medium proferrent, quæ ex usu tam Regi, quam Regni partibus essent. Novit enim, illos non solum sacræ scripturæ navasse operam, sed etiam intendisse animum juri Cæsareo, & quod si causæ graviores incidissent, ut de juramentis, perjuriis & casibus matrimonii præterito judice seculari, ipsi Episcopi cum presbyteris illa judicarent, voluit. Sed quid commendationi immoror. Rex Woldemarus senior cernens Lubecam (quæ facta fuit Imperialis) efflorere & augeri, ut æquaret se Regi & duci (Comiti) Holsatiæ. Quare uterque bellum illi indixit, Rege per mare trajiciente ex Dania, comite vero terrestrem exercitum ducente. Ad ostium Travenæ mox duæ munitiones structæ, quibus militaria præsidia committerent, ductis per flumen cathenis, quæ aditu prohiberent navigaturos. Rex, cum classis sua staret in mari, ex grandioribus navim vetustiorem elegit, replens eam saxis magnis, ut portum obstrueret, demersit. Hoc perfecto retroduxit classem. Lubecenses emittunt suos, ut specularentur cives, quid rerum actum esset. Obstructione cognita portus, alveum alium instituunt, cui operi flumen civitate delabens auxiliatur. Dum hæc moliuntur cives, classis mercibus onusta expansis velis rumpens cathenas rediit. Sic portus occlusus iterum fit pervius. Quare hi facti sunt civibus gratissimi & Lubicenses animosiores facti, adornatis prælio navibus sex, dimicare cum Regia classe contendunt, quam insequentes in statione cernunt. Quamobrem finitimum Wandalorum Principem movent alioqui infestum Danis, ut terra oppugnet eos. Rex autem videns utrinque se infestari, Lubicenses adoritur, quos fugat & sic in regnum revertitur. Cives mox demoliuntur præsidia à Rege relicta, reparato portu in formam pristinam. Pacis deinde conditiones fiunt & quadriennio post e vivis Rex excedit. Woldemaro mortuo eligitur in Regem Ericus ætate major inter fratres, sed pater non est secutus ætatis ordinem, sed aliis juniorem in regno præposuit. Abel vero Dux Sleswigi obsequens aliquandiu patris judicio, etiam se præponi fratri debere æquum duxit. Qua de causa Imperium Erici graves motus excepit. Nam Adolphi (*com. Holsat.*) filiam duxerat Abel, qui se cœnobio tradiderat. Quare affines illius *Johannes* & *Gerhardus* comites de Holsatia cum subsidiis suis & exercitu collecto extraneo illi suppetias ferunt. Sed Rex amicorum stipatus auxilio, comitatum Johannis, de *Gunzelino, comite Suerinensi* (qui fuit *summus inter Regis amicos*) fecit spoliari & Oldeslo urbs capitur. Holsatiensium vero, qui in munitionibus erant, ut defenderent comitatum, quidam occiduntur, multis captivitati traditis: qui autem vitæ suæ consulere expetebant, fugam turpem arripuerunt. Et ducatus Sleswicensis cum Episcopatu maxima capit damna & Ecclesia Sleswicensis miserrime afflicta est, cui Abel quædam bona in Jaruwith pace facta, largitus est. Hæc inflicta damna sero memorantur à posteris reparata & memoria ad recordationem tristis diu fuit. Hoc autem tempus ac necessitas belli ad discrimen summæ rerum faciebant, quod se converterent animi omnium in suum dominum Abelem. Quare propter inhumanam crudelitatem tantum etiam fere omnes terror invaserat, ut quidam ex subditis insontibus aut fuga præverterent metum suppliciorum, ne cum omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus lacerarentur, aut se supplices dederent, inviolatam adversus Regem se fidem servaturos. Sed amicis intervenientibus depositio bello reconciliantur, & subditis petentibus, ne ipsi vastationem populationemque miserabilem agrorum deplorent nec simul divina humanaque jura deinceps polluantur, coacti metu leges pacis ab eo, qui tum plus poterat, acceperunt. Ericus vero colens Deum, honoravit etiam Wenceslaum Bohemiæ Ducem, ut tunc moris erat, à fratre suo occisum

1240. Sanctioni legis Danicæ interfuit.

Rex Woldem. cum com. Holsat. Lubecam oppugnat.

a. 1242. *eligitur Ericus Rex Dan. junior fratrum; unde bellum exoritur.*

Abelis crudelitas.

Ericus a fratre sublatus.

occiſum, nocte quadam vidit coram ſe ſtantem Wenceslaum, dicentem, *Bono animo eſto frater Rex, adſum, quem honoras, nuncio tibi, te eodem mortis genere hinc abripi, quo ego. Prius tamen coenobium ſtruas volo, ante mortem.* Quod factum eſt in terra Revalienſi. Sed antequam finiret molem ſtructuræ, ſublatus eſt. Hic ſane improvidus, cum nunc in imperio eſſet, confidenter id a hoſtibus fieri non poſſe credebat & quod tarde coenobium ædificaret vaticinium non impleri. Nihil inſuper mali ſuſpicans de fratris inimicitia, quod ſuperiori anno ex animo fuiſſent reconciliati omni vetuſta ſimultate abjecta. Quare in animum induxit ſemel inviſere fratrem ſuum, à quo & exceptus humaniſſime eſt. Odium autem mitigatum, nondum vetuſtate ex animo depoſitum erat, nam ipſe vincere ſe non potuit, qui fratrem uſque ad mortem ulciſceretur. Tam eſt libido regnandi & ambitio deteſtabile crimen. Cum nunc inter ſe ſuaviſſime agerent, colludit cuidam Nobili Rex ludum Scaccorum & frater omnem ſecuritatem in ædibus ſuis præ ſe fert. Sed infelix nihil mali ſuſpicatus, à fratris Abelis ſatellitibus capitur Sleſwigi & clam in lembum perducitur. Quo vecto in Slyam milliare unum à civitate ad Miſſunde prope, Danus quidam Lago ex militibus Ducis mandatum acceperat, ut faceret, quæ placerent inſtituto. Is fuit inſenſus hoſtis Regi. Hic dicit adveniens: Rex ſcito tibi moriendum eſſe cito. Cui ille: ſciebam hoc, ubi in manus tuas incidiſſem & tibi eſſem traditus. Veruntamen poſtulo ſacerdotem vocari, cui peccata mea confitear & ſic abſolutus funeſta morte moriar. Quo adveniente confeſſus eſt delicta, quibus liberari voluit per abſolutionem, ut animæ ſuæ in perpetuum conſuleret. Præſagiit animus mihi ſemper mortem à fratre mihi imminente, ſed tam feſtinam non putaveram. Peccata mea hanc necem meruerunt, ſed fratris exitus non erit diſſimilis meo, niſi poeniteat & à malitia deſinens reſipiſcat. Veraciter ſane moriens vaticinatus eſt, ut ſequentia oſtendent. Rex autem in lembo cæſus ſecuri, in lacu Slya eſt, ſed non truncatus. Inexpectata ſane & rara mors regi. Cadaver ſaxo affixum, in profundum projicitur, non tamen diu poſt ſupernatare eſt inventum. Locus oſtendi poterit ad lacum illius nefandi ſceleris, cruce lignea in memoriam ad honorem poſita. Inde dum Sleſwigum transfertur (ferunt omnes campanas ſe moviſſe & inſonuiſſe ultro) tumulatur apud Chorum, ubi ejus effigies ſciſſa ex ligno conſpicitur, cincta baltheo aureo per medium tunicæ infra lembos, calceis acutis, ligatis manibus & pedibus. Eodem anno Johannes Comes Holſatiæ non immemor cladis priſtinæ & ut Abelem ſublimaret in Regno, auxilio Bremenſis Archiepiſcopi & avunculi Simonis, electi Paderburnenſis expeditionem fecit in Daniam, arcem Rendesborch primum, quam Rex firmaverat, forti poſito ibidem præſidio, ut munitionem tutarentur, ipſe Comes expugnat. Sed interea ad Diem Laurentii de Erico fama vulgavit eum aut captum aut mortuum. Sed veritas ſubſecuta famam eſt, quare recedit Johannes. Corpus autem illius Erici multis annis deinceps Sleſvigo abripitur (quibus aſſentio *furto ſubtractum*) & in Daniam transfertur Roſchildiam, & tanquam ſanctus, quod impia nece occubuit fratris inſtinctu, honoratur. Ejus cum brachio, quod hic per petitiones manſit aut redditum capitulo eſt, tantum emendicarunt, ut ambitus Templi inde ſumptus collectos eſſe dicant. Mortuus eſt (Ericus), cum Regno novem plene annis præfuiſſet. Qui autem authores coedis & ſuffragatores fuerint, miſere perierunt. Lago executor ſceleris in Holſatia, cum luderet, interficitur, *Hermannus Kerkweder* miles, qui cum Rege ludebat, cum caperetur improviſo, & ipſe facti nefarii inſimulabatur, à foſſoribus ruſticis confoſſus eſt. Sic ea menſura remenſus eſt eis Deus, qua fuerant emenſi.

Joannes Comes Holſat. Rendsburgum expugnat.

Fabula de corpore Erici e baſilica Sleſvicenſi furto ſublato.

Præſul Johannes ſua jungit provida mentis
Conſilia, ut leges Rex ferat ipſe graves
Fratrem Abel inſontem mox mactat dirus Ericum
Sed fera facta necis vindicat ipſe Deus.

ESKILLUS Epiſcopus natione Danus. Hic ſepultus eſt in Choro Sleſvicenſi ad latus auſtrale, ubi mox introitur, inſcripto lapidi ſolo nomine. Hic Abel, ut gratificaretur religioni, fratricida, licet ſe innoxium ſimularet, virgines coenobii divi Johannis in Sleſwig privilegio honorifico decoravit. Nam univerſos colonos illorum immunes ab exactionibus omnibus eſſe conſtituit, & neminem ex illarum villicis jurisdictioni regiæ obſequi, niſi quod communi uſui patriæ obnoxii ſint aut patriæ defenſioni, prohibituri ab oris hoſtem, quod neminem ab illo onere eximere poterit. Hoc fecit primo anno ſui imperii nonas Martii. Sed vetus eſt ſermo, violenta imperia, aut male parta, non eſſe diuturna. Ipſe vero poſt ſuſceptam regni adminiſtrationem movet in oram maritimam occidentis, incuſſo haud vulgari timore univerſis cultoribus agrorum. Locaverat enim caſtra cis flumina & mare, ut, ubi trajiceret, caſtro immoto eos ſibi ſubmittere ſubito poſſet. *Fri ipſum ſuperſtii Eideroſtadiani* allectis fortioribus, ad pugnam obviam Regi ultra aggerem cumulatum ad mare in glatiem procedunt ſecum ducta effigie *Divi Chriſtiani*, promittentes ſe amicire ipſum velle probatiſſimo auro, ſi potiantur victoria. Ibidem infelici Marte à Rege pugnatum; habuit enim vindicem Deum parricidii, non Chriſtianum. Sed illi potiti victoria, vota perſolvunt & auro effigiem induunt, Abelo fugato cum ſuis. Quapropter Rex Daniæ in Seelandia infeſtatur ab Hinrico de Meldorp, qui Regem nunc omnem ſpem abjeciſſe credebat, tamen Rex dimicat, ſed in fugam multis ſuorum amiſſis vertitur. Victores vero in ſua revertuntur, onuſti præda eximia. Vulgatum eſt Friſios vel Dithmarſos illius motus in Daniam authores fuiſſe. Sed Deus Abelem ad finem voluit properare, quare facile ſuperior Rege eſt factus. Nihilominus æſtate inſequenti mox ſe ulciſci volens Rex, armatum contraxit exercitum, eumque non invalidum & hunc in Warenborch, (ubi Eskillus egit, ut cibaria ipſa retineret pro ſe, quæ navis ſua veheret

Eskillus epiſc.

Abel fratricidium expiatur coenobio S. Joh. beneficia confert.

1250.

bello petitur a Friſiis ipſum ſuperantibus.

itemque Dithmarſis.

veheret & nihil expenderet in uſum exterarum navium: reliquæ enim tres Regis commodum ſpectabant) ut inde transmitteret in Friſiam tam mari quam terra. Quare anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio, octavo die poſt Viſitationis Mariæ exercitum convocat in Mildeborch prope Suaveſtedium, quem ubique conſcripſerat, ut eo paratior in vicinia hoſtem adoriretur: poſtero die junctis cohortibus tam nobilium, quam ignobilium movet ad Eydoram flumen, navibus militibus impoſitis. Vexilla regia cernebantur tria. Sic defluit ſecundo amne per Eydoram in portum Otteskyl, haud longe à ſacello ligneo Oldenswort (quod fuit ædificatum anno 1205.) ad meridiem, cis aggerem congeſtum in planitie locavit caſtra, expanſis papilionibus ſuis ac foſſa ſuos undique cingi proſpexit, ut inde copias agere in hoſtem raptim poſſet. Sed proxima intempeſta nocte villici habitantes ad aquilonem foſſam duxerunt tam amplam & profundam ex Ipenbull ad occaſum, deinde ad Boream in Oldenswort uſque in Eyderer Esgrufit, ut Rex copias propter ipſam agere in hoſtem non poſſet. Sic egerentes humum, cumulus repente terræ eminens index operis fuit, ac ſi vallum cumulaſſent, quo ſe tutarentur. Quare Friſii audacter militem oppugnandi eos cupidum expectare non formidaverunt: ibidem enim ſe tutari in loco paluſtri penitus decreverant, etiam cum extremo vitæ diſcrimine ibidem hoſtem excipere. Rege vero ad Eydoram prope ſacellum Oldenswort ſex diebus commorante vicinos habitatores univerſos ad Eydoram, milites palantes vaſtant agros. Erat enim oportunum ad demetenda frumenta & jam maturæ erant ſegetes, occiſis multis villicis, ut viliorem frumentationem haberent, quos partim immenſo ære multavit & partim ſibi Rex ſubjecit. Temporis ſpatio ſic ſex dierum tranquillitati conceſſo, libere ſe ſeptem parochiæ colligunt arma ferre potentes ad viam Unvenmages in publico placito ibidem proclamatum eſt, ſe privilegio Caroli M. decoratos potentiſſimi Cæſaris, quod majores illorum ipſi Cæſari in auxilium veniſſent exercitu militari, ideo omnem immunitatem eis univerſis, qua gauderent in perpetuum, dediſſe: Et ſervitutem regiam collatam cum præſenti ſtatu nequaquam præclaram libertatem viſam, non publico ſe deinceps tantum premi imperio, ſed ſingulos ſimul duram poſtea ſervitutem pati juſſos, conjuges liberosque vexari, in corpus in tergum ſæviri, famam & libertatis memoriam futuro tempore exſtingui, quod indignum eſt, maculari dehoneſtarique, ac res omnes fieri odioſas palam juris uſurpandi cauſa, eſſe ſibi exemplo finitimos. Quare conducibilius ſingulos decernere bello acerrimo ac animam profundere quam libertatem amitti. Hac concione habita ipſa nocte ſilenti irrumpere in caſtra regia conſtituere. Erat nunc illorum manus valida, nempe ſeptem vexillorum. Sed Rex præmonitus fuit per proditorem Rock qui ſe concilio publico inſinuaverat, hic dato conſilio ſuaſerat, ut inde moveret ad Eydoram feſtinus, ut unum latus tutius haberet propter imminentem hoſtem. Sed id Rex non potuit, receſſerat enim mare limo navibus infixis. Cum ibidem fiducia fluminis nulla ſubſidia cerneret, crepuſculo viſo mane Rex movere caſtra moliebatur. Repente tantus ſub ſeptem ſignis viſus eſt Friſiorum exercitus, ut metum Regis copiis trepidum fecerit. Abel vero deſerta papilione ſua mulctatitium æs relinquit, naves paratas & magna parte relicta ſuarum rerum præſertim militaris ſupellectilis, quas ſecum advexerat, ac, ut ſibi conſuleret, pavorem ſuorum & turpem illorum fugam increpat; ſed Friſii toto paſſim campo ſequuntur hoſtem, occiſis Danorum trecentis in fuga, quorum magna etiam pars in flumine Eydora ſubmerſa. Rex autem poſtquam vidit ſuos terga dare hoſti, petere pugnam loco dicto Oldenharbleck jubet, minis fugæ turpitudini additis: in pernitiem ſuam coecos illos ruere, ni dicto paruerint. Poſtremo dat ſignum ſuis. Sed illi ancipiti coacti metu primo conſtiterunt, deinde ſimul redierunt in pugnam, ſic Rex effuſo ſequenti acriter hoſti reſiſtit. Quare aperto Marte decernentes ab ira utrisque concepta, graviorem cœdem ediderunt. Sed Dani fugiunt & poſtremos ut quosque adepti ſunt Friſii coedunt, inſequentes eos in Ipenbol, ibi Nortmanni habitantes ad aquilonem in Eideroſtadio finitimi ſocii reliquos deſerunt & extemplo ſe avertunt Rege fugato cum ſuis. Eideroſtadiani cum Utholmis ſequebantur eos Semertow. Ibi pedem retulerunt accenſi ira propter deſertores, ut regrederentur in Oldenswort ad papilionem nunc derelictum ac cibum caperent & exhauſtas vires repararent. Rex autem tendit cum ſuis, quos ſub ſigno ſuo miſerat reliquos Ezendow ad Eydoram in auſtrum: ubi robur virorum fortiſſimorum de Coldenbüttel ei occurrit & ipſum adoritur. Tunc prælio acri decernunt cum Danis ſex integris horis. Fama hujus conflictus evolat ad Eideroſtadianos & Utholmos, qui velociter redeuntes auxiliares, nondum ſumto cibo, & cum Rege ad apertum latus (reliquum enim tenuit mare) manus conſerunt, ubi multa cadavera ſunt viſa, erepto ab illis vexillo regio. Hanc ſtragem ubi Rex cernit, ſecedit ad Boream in mediam viam Friſiis tam conſtanter pugnantibus contra Danos, fugit Rex ultra Milerdam, ubi à Rotario Humer nuncupato occiditur omnibus militibus ſtratis. Sic Friſii de victoria læti, domum reverturtur, gaudentes de privilegio vetuſto. Sed committunt ſe deinceps Canuto Duci Sleſwicenſi, pendentes annuatim unum Ternow de domo qualibet, ut immunitate conceſſa amplius frui poſſint & ipſe illorum curam agat. Rex autem triſti funere Sleſwigum perfertur, ubi dum tumulatur, tanti noctu concitantur ſtrepitus in templo, ut canonici uſitatos Pſalmos non canant. His nunciatis Reginæ, cadaver Abeli extractum æde ſacra in paludem ſubmergitur, palo per ſarcophagum transfixo citra Gottorpiam arcem. Tunc omnia mox ſedata in templo cernuntur. Quando ad ſilvam Pohl ſepultus eſt Abel, tanti tumultus & trepidationes inexpectatæ concitantur ibidem, ut quivis mortalium facile metum capiat, nam nocte mirifici ſonitus audiuntur ut

1252. *Rex Friſios iterum adoritur pro libertate pugnantes ſtrenue.*

fugit Rex.

Copiis ipſius bis proſtratis.

R. occiditur.


Friſii fidei Canuti D. Sleſv. ſe committunt.

Strepitus inſoliti in funere regis.


eius ſpectrum,


vene-







veur de la Cour de S. A. S. Mgr. le Duc regn. de Slesvic Holst. K.






Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf





Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



venatorem credant ſonum inflare, quibus vero viſus eſt, apparuit ater, inſidens parvo equo, ductis apud ſe nigris canibus duobus aut tribus venatoriis. Quod ſpectri ſit, judicent fidei chriſtianæ arbitri. Huic ſuccedit Rex Chriſtophorus, qui poſt obitum fratris Abelis ſuſcipit regnum & Sleſwicenſibus immunitates dat, vetuſtate priorum immunitatum approbata. Nam Woldemarus Abelis filius operam literis cum ſuis avunculis comitibus dederat in Francia, nec domi erat moriente patre, ſed alias ſequebatur principum aulas ut cultior rediret. Hic audita morte patris domum revertitur & patruus ejus Chriſtophorus illi adminiſtrationem ducatus mox permiſit, quare hic Woldemarus cum ſuis avunculis dum eſſet ſuperſtes, placidam pacem ſemper aluit. Rex igitur Chriſtophorus ſedate vixit in imperio ſuo, donec Woldemarus dux è vivis exceſſiſſet, qui genuerat ex ſorore Johannis & Gerhardi comitum, Ericum filium, quem apud ſe detinuit Rex, ut ſub ſua viveret tutela, putans conducere regno, ſi ducatus Sleſwicenſis jungatur imperio Danico nec ab eo diviſus eſſet. Hunc dolum intelligentes comites, in gratiam nepotis ſui bellum ducunt & propterea nunciant inimicitiam Regi. Quare Rex ducatu Sleſwicenſi Ericum omnino exturbare conabatur, collecto exercitu movit Sleſwigum, propter comitum invidam. Subditi vero in gratiam Erici filii Woldemari auxiliares comitibus exercitum qualemcunque ut reſiſtant Regi, colligunt. Quare comites militibus conſcriptis ſociant arma ſimul nepoti. Interea autem Sleſwigum, refertum omnium rerum copia oppidum expugnatur & diripitur & à militibus in corpora oppidanorum, in liberos, in conjuges nefandæ contumeliæ editæ. Nec avaritia à ſacrorum ſpoliatione abſtinuit & etiam templa violata. Annales fideliter, ut aſſerunt, ſcripti docent, temporibus hujus Eskilli Pontificis miracula Deum edidiſſe in ligneis ſtatuis, eaque facta octavo calendarum Octobris quarto die poſt direptionem & deprædationem civitatis: teſtibus Nicolao Notario (eſt ſane illorum munus veritatem aſſerere) & Petro Canonicis, quod viderunt populo haud modico circumfuſo quendam prædonum immanem excercentem violentiam in templo ad inſaniam redactum & exinde extractum varios ejulatos emiſiſſe propriis unguibus ſe diſcerpſiſſe, ac os ſuum laniantem ac collum, in publica via expiraſſe. Cauſam necis aſtruxerunt, maledicum illum de ſtatuis ſudorem emittentibus, eas aqua perfuſas fuiſſe à mulierculis fatuis, nec ipſum ideo riſum continere potuiſſe. Inſuper perhibente matrona fideli & caſta guttas ſtillaſſe olei, de cruce pendente in æde ſacra deſuper chorum aſſertum eſt. Et monachus Froto prædicator fleviſſe Mariæ ſtatuam aſſeveravit lacrymis in maxillas manantibus & quendam coram cruce, in medio templi poſita, ſtantem cunctis deriſis viſu privatum, ut invenire oſtium non potuit, eductum fuiſſe. Et Petri ſtatua, quæ eccleſiæ Patronus eſt, teſte guardiano Tucone fratre minore ſudaverat. Poſtquam autum unus ex violatoribus ſacrorum ita ut in lecto decumberet, durius torqueretur, ſpreverat & ipſe omnia miracula nec eis adhibere voluit fidem, reliqui ejus ſocii conſternati cunctis examinatis & fama celebri vulgatis publice, impenſis quæ ex templo eripuiſſent reportantes, poenitentiam egerunt. Et narratur à fide dignis 19. prædones foediſſima morte periiſſe, inter quos unus adeo calore funeſto incenſus erat ab eo tempore, quo incendiſſet eccleſiam divi Nicolai, ut et am dura hyeme calori æger temperare non potuerit. Tandem ſe ſubmergens nuſpiam comparuit. Ubi nunc comites adeſſe hoſtes Rex novit, occurrit illis collecto ſuo exercitu præſertim ipſis ſacrorum direptoribus in *Loyheide* prope *Schuby*. Accendit ſuos Rex, bellum contra ſe immerito ſuſceptum, ac ſui cauſa nihil quæſitum præter integram regni incolumitatem & diuturnam pacem ſe impeti à comitibus, ut Ericum adoleſcentulum, inutilem imperio, regno præficiant; fore, ut ſe viros idcirco præſtent. Eſſe hoſtem in conſpectu, ſe vero facile ſuperiores futuros, licet anceps ſit belli eventus. Et ipſos in mentem revocare virtutes majorum oportere, qui aliis non paruerunt ſed imperaverunt. His accenſi milites prælium ineunt. Ubi diu pugna extracta & collatis ſignis fortiter dimicatum eſſet, inferiores cernuntur Regis copiæ, quæ & cedunt & fugiunt ingenti multitudine cæſa: utrinque multa millia hominum ceciderunt. In quibus Rex cinctus dedere ſe cogitur, niſi mortem oppetere decreviſſet. Quare captus cum Regina, quæ Regem fuerat ſecuta, à comitibus Hamburgum perducitur. Eſt ibidem collis, quem pileis ferreis à militibus cumulatum ferunt, dicitur Kungshoie. Rege nunc captivo & Hamburgi incluſo Albertus dux de Brunſwig comitem Johannem, eum ut ſolvi captivitate ſinat, convenit, ſed fruſtra actum eſt, donec Gerhardus deſponſavit filiam Johanni de Brunſwick & Luneborch. Tunc laxatur Rex, multis argenti libris in redemptionem expenſis, qui ad annum milleſimum ducenteſimum quinquageſimum nonum moritur.

Sacrilegus miles dum templum diripit acer
Eskillus populum dogmata ſacra docet
Sed Deus eſt vindex ſcelerum, nam milite cæſo
Rex bello captus ducitur inde miſer.

Majorum noſtrorum fuiſſe majorem pietatem, quam noſtri ſeculi mortalibus inde apparet, quod memores dicti illius fuerint: Nolo mihi holocauſtum ex rapina. Nam cum templum Sleſwicenſe magnis ſumptibus ſtrueretur, qui ſumptuoſo deeſſe operi videbantur, quæſitum fuit à ſede apoſtolica ab Epiſcopo & capitulo: integrumne foret, ſi ex uſuris, rapinis & aliis injuſte acquiſitis quicquam accederet per largitionem ſtructuræ. Adeſſe enim ſummam ducenta florenorum argenti, nec certum unde pecunia illa illata ſit aut quem legitimum poſſeſſorem appellarent. Reſponſum eſt nomine papæ, gratiam ſuam impertiri eccleſiæ ſuæ Urbanum ac licitum fore iſtud pretium participare ſtructuram eccleſiæ, quod ſi deinceps futuri eſſent, qui id requirerent quibus merito reſtitueretur, fore ſatisfaciendum poſtulantibus. Eskillus pontifex captivus

riſtoph. R. ate regnat.

ceſſo Wol- naro, filio lis, duca- Sleſv.

257.

ut fil. Eri- ſervat. ſi- ducatum.

ic comites ſſ. bellum i inferunt.

ſwigum deliter di- itur.

rtenta.

miracula buloſa.

1254.

Rex copiis ſuis in fugam verſis captus una cum regina.

ære depenſo liberatur.

moritur a. 1259.

Anno 1263.

captivus deturbatur in arte Segeberge, cum Sleſvigum diripiebatur, de rapina ibidem prædatores jactitant Sleſvici facta. Cum vero cum tertio contenderent, eum ſingulare aliquid ex civitate rapuiſſe, devovet ſe diris extenſo pugione, ſi particeps fui praedae, figatur hic pugio viſceribus meis & ſtatim ſpiritu malo correptus tranſparebo. Hujus exemplo quidam perciti rapta referunt & reſtituunt acta poenitentia ac peregrinatione in Perſiam promiſerunt in ſignum poenitentiæ veræ. Inter quos ſagittarius jurat nunquam contra Chriſtianum ſe ſumturum arma. Sequitur NICOLAUS. Hic fuit Epiſcopus anno milleſimo ducenteſimo, quinquageſimo ſeptimo. Tunc quædam mulier vidua Margareta Aggi Nummeſſen miſerta calamitatis fuit eccleſiæ Sleſwicenſis, quæ debito honore fraudatam & bonis ſpoliatam ab hoſtibus cernens, eam decorare & ſuis beneficiis impenſius ornare decrevit. Quare huic Epiſcopo poſſeſſionem totius terræ pertinentem curiæ ſuæ in Gumelſtorp parochiæ Kettingh in Alſia in uſum ſummi præſulis elargita eſt, pretio integre recepto ſecundum animi beneplacitum pro bonis immobilibus ab Epiſcopo, ut heredibus occaſio calumniandi eriperetur, nec quid contra patriæ ſancita admitteret. Anno autem tertio pontificatus ſui Alexander inſtructus cognovit Epiſcopum Nicolaum captum & à quodam Nobili dicto Timo Parvus de Dania laico Sleſwicenſi cum armatorum multitudine abductum ac, ut incertum ſit, ubi locorum degat, eum occultari, non aliam ob cauſam, quam ut ipſum argento emungat: nobilem enim ſummam mille marcarum, ſi vinculis ſolvi velit poſtulaſſe. Quare Alexander proſcribit eum, excommunicans univerſos ſceleris ſimul conſcios & qui conſilia communicaſſent, ac ab iis perfidiæ & crudelitatis & ſceleris poenas expetendas, quod infeſtioribus animis, rebus tranquillis immerito in eum ſævitum eſſet, ut & ipſi conſcientia judice facile, quid meriti fuerint, ſciant. Et nefandam commilitonum conſpirationem, qui ſocii illius furoris propalam fuerint propter inſtructam fraudem ulciſcendam, ne ſimilia libidine ac licentia à nobilibus gerantur, ac ſic in omne tempus gravi documento ſanciatur, ne quis unquam Epiſcopum aut clericum in quacunque fortuna oportunum injuriæ duceret. His adhortationibus execratio dira adjecta à pontifici fuit & literæ ad capitulum Sleſwicenſe miſſæ. Ericus Rex Danorum Slavorumque Chriſtophori filius poſt patrem adminiſtrat anno 1259. Et cum parens ipſius (redemerat enim ſe à militibus) quasdam decimas eccleſiarum in ſuum uſum convertiſſet ad valorem quadringentarum ſexaginta duarum marcarum, ipſe nunc imperans matre conſentiente huic Epiſcpo Nicolao villam forenſem oppignorat Apenrade in cautionem decimarum ſolutionis, mandans, ut redditus omnes de dicta villa cum exactionibus ſingulis cedant Epiſcopo, donec omnibus in ſortem debiti computatis ſumma memorata fuerit integre perſoluta. Inſequenti autem anno idem Nicolaus Epiſcopus erudiens Ericum & matrem ejus, quantum detrimenti Eccleſia Sleſwicenſis cepiſſet propter diuturna bella & præſertim damnum acceptum nomine Patris ſui, reſtitutionem ideo merito aut aliquam donationem denegare non potuerunt. Quare filius cum matre ſua & proceribus regni Daniæ in compenſationem calamitatum eidem largiuntur & propter benevolentiam, quam Præſul ipſi Regi ſæpe impenderat, quasdam poſſeſſiones in ipſa dioeceſi Nortforthas & Suderforthas, Bornsbol & molendinum in Alesbol perpetuo poſſidendas. Et ne unquam à poſteris revocetur illa largitio communit animi ſui matris & procerum voluntates ſigillis ſuo, matris & dominorum Epiſcoporum Ripenſis & Wiburgenſis in Methelfardt. Guido Cardinalis etiam circa hæc tempora miſſus fuerat ad Regem Ericum, quod ejus Pater Chriſtophorus captivitati tradiderat Jacobum Archiepiſcopum Lundenſem ob decimas, quas ipſe Rex percepiſſet & in uſum ſuum contuliſſet, quemadmodum etiam contigerat Epiſcopo noſtro Sleſwicenſi, cui ſolutionem filius poſt obitum patris integre præſtitit, ne quid altius detrimenti caperet Eccleſia & ut nutrirentur miniſtri verbi Dei. Rex ſane haud facile ſummam propter redemptionem è vinculis expenſam ſolvere potuit. Et interdictum propter Regis inclementiam & decimarum ad ſe translationem poſitum fuerat diu. Guido vero rebus compoſitis eccleſiaſticum gladium recondidit & interdictum relaxavit. Hic Nicolaus Epiſcopus incurrerat inſigne odium dominæ Reginæ; cauſa non ſatis cernitur. Agit extra ſuam Eccleſiam, & ne quid illi inſidiarum eſſet, locum delegit tutiorem. Et quicquid agi voluit, miſit ad Regni proceres de omnibus ſuis querelis, ut cognoſcerent, præſertim de denariis expeditionum in quatuor navigia eccleſiæ Sleſvicenſis ſunt jam conqueſtus erat principio officii ſui. Direptionem tamen decimarum Eccleſiæ Sleſwicenſis, lis cum Chriſtophoro & ſacrorum prohibitio vel bella propter feudum, ut puto, ſicut odii cauſæ. Idem Nicolaus permutavit arcem *Gottorp* cum Erico duce Sleſwicenſi. Hic Ericus & Johannes & Gerhardus comites Holſatiæ, medietatem thelonii pedagii (de pedeſtri tranſitu) in Rendesburgo attinere Epiſcopo teſtantur. Deinceps hic Nicolaus cuidam Wineken cum fratribus ſuis cum conſenſu capituli committit in Feudum terram ſuam in Lundenbergo in perpetuam ipſi diſponendam pro voluntate ſua, ubi ſingulis ſex annis expenderit ſexaginta quinque marcas ſucceſſoribus ſuis.

Occultis rapitur vinclis de nobile Præſul
Auri quem juvit tollere dira fames
Papa ſed inſontis jubet, invida vincula laxet
Diſtringens gladio, qui ſociarat opem.

BUNDO Epiſcopus à Johanne Lundenſi confirmatur. Hic Epiſcopus conqueſtus eſt anno 1266. de denariis expeditionum in navigia quatuor Eccleſiæ Sleſwicenſis principio officii ſui apud Regem Ericum. Patet igitur inde Nicolaum Anteceſſorem ſuum nihil effeciſſe, dum extra ſuam eccleſiam impenſam factam poſtularet. Offenſa illi domina: nec eum Sleſwigi mortuum aut ſepultum invenitur. Quare Rex & Bundo compromittunt rem tranſigi in Hadersleue per can-

Nicolaus epiſcop. 1257.

Margaretha Aggi Nummeſſen liberalitas erga eccleſiam Sleſvicenſem.

Epiſcopus captivus detinetur a nobile quodam.

Apenrade epiſcopo a R. oppignoratur.

1260.

it. aliæ poſſeſſiones dantur.

Guido Cardinalis in Daniam miſſus.

Epiſcopus odium reginæ ſibi contraxit.

1261.

telonii Rendsburgenſ. dimidium vindicatur epiſcopo.

1263.

Bundo epiſc.

querela de denariis expeditionum in navigia quatuor ſublata.

cancellarium Regis Ericum, Andream Palliſen & per præpoſitum & Archidiaconum Sleſwicenſem, ne quid partibus derogetur. Hi tanquam primores Regni & Epiſcopatus ſub religione juris jurandi affirmare veritatem poſtulati fuerunt & quid illis ſuper hanc difficultatem quæſtionis conſtaret enarrare. Quare unanimi fere conſenſu aſſertum eſt, quicquid victus in navim recepiſſet ſuam, in qua vehebatur, nempe Kerharde, Epiſcopus, eo pro ſe integre uſum eſſe. In tribus reliquis navibus quicquid comeatus receptum eſſet, id in uſum regis comportatum, niſi potentiorem aliquem Rex ex gratia ſua cibarii participem eſſe deſtinaverit. Poſtquam Nicolaus Epiſcopus permutaſſet curiam in minori Gottorp cum Erico Duce ac totam villam majoris Gottorp (ut eſt ſermo latinus major ætate). Nam prope Rugenkroge hodie veſtigia ejusdem curiæ cernuntur, quam undique lacus alluit, cum ſilva, molendino, terris & piſcinis curiæ & villæ adjacentibus, ac bona ſua in Bogebol, quod fuit prope pagum Denewarck. Vice verſa recepti Brodersbu ac Huxmarck in Swantzen cum omnibus ad easdem villas ſpectantibus fructibus idque ad æqualem auri æſtimationem (eſt terminus Danicus). Sed quia dictæ villæ fuerant à Duce oppignoratæ Gerhardo comiti Holſatiæ, avunculo Erici, hic ipſum compellat, ut libere permutationem promiſſam acceptet & fructus percipiat legitimos nec alii ſint bona illa amplius obligata. Quare poſtulanti Bundoni Epiſcopo in uſum æqualem bona percipienda in Sundergesharde tribuit, dicta Andel, donec villæ libero uſui Epiſcopi cedant. Quibus Epiſcopi deinceps ut liberis jam ſunt uſi. Inſequentibus annis mortuo Erico duce Sleſwicenſi, Rex Ericus tutelam liberorum ejus ſuſcepit Erici & Waldemari, perſuaſus, ſe jus illud ſibi merito uſurpare poſſe cum propinqua cognatione eis junctus cenſeretur. Præſertim ut eorum rebus neceſſariis ſuccurreret & ſubditos immorigeros tanquam rebelles juventuti teneræ, ut imperata facerent, coërceret & inſontibus parceret, quo comites adulti opulentius imperium haberent, undique ſuam operam ſuorumque illis pollicens. Comites hac ſimulatione Regis plus amitti quam acquiri intelligentes, invehuntur in perfidiam illius graviter & fraude omnia agi rebantur ac ipſum ideo perfidiæ præmium laturum. Sed gravate illis tutela illorum ad tempus à Rege conceſſum eſt. Vidit enim partim per ipſos armis, partim conditionibus rem confici. Inſederat quidem penitus comitum animis ſuſpitio valida, Regem labare velle ſubditorum fidem ac ad defectionem animos illorum ſollicitare, ut â ducibus juvenibus deſciſcerent & ſic temporis diuturnitate pellecti clementia ipſius ad regnum deficerent. Comites vero omnes vires intenderunt, ut duces juvenes tutarentur ac ſibi jus tutelæ uſurparent. Præerat tunc ætate maturior Ericus ducatui. Rex autem egit cum Archiepiſcopo Bremenſi Hildeboldo, ut comites terreret, qui accepta pecunia (mirum in Eccleſiaſtica perſona) Sleſwigum obſedit, & Rex ut irrueret in Ducatum Sleſwicenſem, quoties viſum eſſet ex ſuo imperio, arcem *Coldingh* reparaverat ne quis ex ſubditis ducum ſe ſalvum propter deprædationem & irruptionem à milite Regis promittere poſſet. Qui ſic ſæviit ut ferme ducatum totum ſub ſuam ditionem redegerit aliquibus tantummodo duci conceſſis, ſed variant de his authores. Anno vero 1271. cum noſtro Epiſcopo hoc dux paciſcitur de expeditionum ſumptibus in quatuor eccleſiæ Sleſwicenſis navigia. Erat enim diſſenſio inter ipſos acris. Nam Epiſcopus tolerare ſumptus amplius immenſos propter diuturnitatem bellorum non potuit & quod propter metum incuſſum ab hoſte propinquo tot nautæ navali prælio cum milite apti, alendi eſſent, ac vendita Regi Erico bona ſua in Steueshold & Siblaw (quæ redemit poſtea Bartoldus mille & ducentis marcis & inops ærarium eſſet. Quare arbitris commiſſa fuit integra poteſtas conciliationis ac diſpoſitionis ſuper transactione, ut Epiſcopo Esgero Ripenſi, Grammoni Præpoſito Eccleſiæ Sleſwicenſis, Trugillo Archidiacono & Tuconi cantori ibidem, Jacobo præpoſito in Witſora, Bertoldo præpoſito Langlandiæ canonicis Sleſwicenſibus & Petro Mule & Johanne Luittingh ducis dapifero ſuperioribus adjunctis, à quibus transactum eſt, rerum difficultatibus perpenſis tam ducis quam Epiſcopi, ut quoties & quibus annis expeditio conficienda, Epiſcopus per ſe & ſolus cibaria recipiat & alia jura in proprio navigio Kerherd uſurpet. De tribus autem reliquis in Norgesherd, in Niherd & Sundewith medietate comeatuum fruatur dux & reliquæ partes cedant Epiſcopo: jure ipſi Sleſwicenſi tali conceſſo, quo alii gubernatores in navigiis ſuis utantur. Quod ſi expeditio edicta fuerit & redemtio recepta, dux de tribus navigiis dimidium redemtionis recipiat, reliquum Epiſcopus & de propria navi omnia. Cum jam Woldemarus eſſet ſolus relictus & adoleviſſet fratre mortuo, amicorum ſtudio eorumque adhortationibus impetrari curatum eſt, ut Regem recognoſceret & eum tanquam Feudi ducatus dominum ſalutaret, ut ſub illo titulo omnem terram, quam ducatus ſibi jure requirit, recuperaret. Intereſſe multum, alienos populari fines an ſuos exuri exſcindique videre. Etiam eſſe plus animi inferenti periculum, quam propulſanti: & majorem rerum expectandarum ab hoſte terrorem, qui ingreſſus fines ducatus ex propinquo ſæpe ſit conſpectus. Inſuper tantum civilis roboris non eſſe, ut Regis obſiſtant viribus, niſi miles mercede paratus habeatur, aut finitimi ſint ſubſidio. Hic vero tam multiplex terror, objectus effecit, ut conſiliis dux penitus admonentium obſequeretur. Quare legatos ad regem mittit, qui indicarent, quæ ducis & ſuorum ſententia eſſet: Illos, quæ imperarentur, paratos eſſe præſtare, modo primo quoque tempore reſtituerentur in libertatem, quos rex in ſervitutem miſiſſet. Annuit Rex poſtulatis ac conditiones pacis pangunt. Anno 1273. Bundo decimam Epiſcopalem in Parochia Alver in ſervitium eccleſiæ beatæ Mariæ virginis in Hadersleve elargitus eſt, ut ipſa in quatuor partes æquales divideretur: una cederet cantori ejusdem eccleſiæ, altera diæcono & ſubdiacono, tertiam campanarius perciperet annuatim, ac cum quarta parte augerentur ibi-

Woldemarus regis gratiam & poſſeſſiones ſibi debitas impetrat.

1273.

Epiſcopus decimas elargitur eccleſiæ Hadersleve.

dem ſumptus candelarum cerearum: jubens cantorem diſtribuendi poteſtatem decimas habere liberam & quemlibet ſuam portionem ab ipſo poſtulare debere. Si quis contra iverit hujus ſanctioni, illum gladio execrationis eccleſiaſticæ proſcindendum. Hanc eccleſiam primum fuiſſe ſitam in Rungeholt communi fama aſtruunt, deinceps à mari abſorptam, tunc translatam Hadersleviam, ubi tantum crevit, ut canonici ad certum numerum ibidem vitam degerent celebres & opulenti, quemadmodum ſtatuta illorum deinde oſtendent ab Epiſcopo & capitulo Sleſwicenſi illis conceſſa & approbata. Quibus bona eccleſiæ circa annum labentem 1530. ad vitam permiſſa & ædes fuerunt à ſummo Magiſtratu, ut inde diriperentur: ibidem nunc ſpecies quidem canonici nec cernitur: bona in profundum barathrum & ædes ſecularibus traditæ. Utrum manus ſacrilegæ eccleſiæ intactæ fuerint, nondum intelligo; ſed quid juris ſcio.

Eccleſia Rungeholt Haderlebiam translata.

Eundo graves bello ſe ſumptus ponere regi
Conqueritur triſtis, quos levat ipſe modo
Et bona multa dat eccleſiis, quæ diripit inde
Auri foeda fames; ſed rapuiſſe cave.

Jacobus Ep. 1281.

JACOBUS Epiſcopus, confirmatus à Joanne Lundenſi. Hac tempeſtate anno 1281. recens inter Regem Ericum & Woldemarum ducem Sleſvicenſem bellum ſuſceptum fuit (de feudo acceptando vel inobedientia puto). Nam Waldemarus captus & Tondera arx everſa refertur. Quantam autem cladem Sleſvicenſes & jacturam acceperint, præteritum invenio: quorum & civitatem captam & direptam literæ docent, ac exinde flammam eam abſumpſiſſe. Conjecerat enim in unam domum hoſtis ignem nocte proxima, cum civitatem prædatus fuiſſet, qui mox hæſit & extemplo vi ventorum in proximas ædes continua quæque complexus ſic ſe diſſipavit, ut flamma cuncta devorarit & facile hauſerit. Cives autem ad reſtinguendum incendium ſe effundunt, fortuitum eſſe putantes. Quare tremor quidem, quantus neceſſe fuit, in tam late effuſo incendio ortus eſt, & pro ſe quisque inermes, ut quibus nihil hoſtile ſuſpectum eſſet, in capta civitate ea modo, quæ reſtinguendo igni forent portabant; hoſtilem & bellicum minime eſſe ſunt rati. Quare multi ab hoſte ſine armis miſere proſtrati fuerunt, cujus penitus animum propter adeptam prædam mitigatum eſſe ſibi oppidani perſuaſerant. Sed cum viderunt, hoſtem obſtare conatui civium inermium & illos, qui ignem ab incendio effuſiore prohibebant, trucidari, clamor inter coedem & vulnera ſublatus eſt, an ex trepidatione vel incendio effuſo, ſenſum veri audientibus ademit. Qui igitur præcipiti fuga ſibi conſulere cogitabant, nudi in armatos milites ruunt. Et ambuſti ex improviſo miſera ſtrage inſenſis ab hoſtibus, quos nunc amicos crediderant fideles, necantur. Dum autem vulgo nunciaretur, hoſtem incendium fuiſſe molitum, ſalutem univerſi quærere expetiverunt. Sic pars ſaucii afflictique flamma aufugerunt, & quos ignis non oppreſſit, hoſtile ferrum abſumpſit. Unde crematione majorem cladem accepiſſe ducem, quam prælio, illo bello flagrante, patet. Ac ſic in ſubditos ducis Dani ſævierunt, ut omnia Vulcano ſacrata eſſe per incendium à Rege creditum ſit, qui ideo infinito odio flagravit adverſus ducem & ſuos, quod feudum acceptaſſet, &, illi obſiſtere, nunc temere in animum induxiſſet. Sicque omnia ferro & igne ſatis evaſtata fuerunt. Erat ingens terror & circumferentem arma Regem, omnibus finitimis raptim perdomitis, cuncta repente occupaturum credebant oppida & vicos ruſticos, quæ ditionis Ducis erant. Nam partim vi, partim metu inceperat ſubigere. Qui autem propinqui fuerunt, ſanguine Duci, obſtiterunt. Nam ſe interponebant, quod raptim omnia ſtimulante fortuna Rex peregiſſet. Ericus autem anno 1286. dum foris bella non gerit, à ſuis occiditur, & ſic qui ferro inſontes necari mandaverat ipſe periit. Sed Woldemarus anno 1282. quodlibet tributum annuum remiſit, gnarus tantæ miſeriæ ſuorum oppidanis Sleſwicenſibus & a quacunque exactione eos pronunciavit liberos, non minimo onere ſe eos gravaturum ad tempus ſexennii propter illam inſignem calamitatem in ſui defenſionem acceptam ſignatis literis munivit: ſimul prohibens, dum rurſum ædificant domos oppidani crematas, ne clerici aut laici penſionem ædium conductarum civibus tam miſere exhauſtis augerent, & ne quis largiretur, quid clero, donec in priſtinum ſtatum reſtituta omnia cernerentur.

1286. Ericus trucidatur.

1282. Woldemarus ob jacturam paſſam ſuis tributum annuum remittit.

Bellum inter R. Ericum & Woldemarum.

Hoc capto arx Tundera diruta.

Igne perit Sleſwigk, eſt Præſul tunc Jacobus
Per rabiem belli rege fugante Ducem
Sed Dux Waldemarus dum ſunt civilia damna
Penſata a civibus mox onus omne levat.

BARTOLDUS natione Danus Hafnienſis Epiſcopus Sleſwicenſis moritur anno 1310. undecimo calend. Februarii, ſepultus juxta chorum in parte auſtrali. His annis *Trugillus* Archidiaconus in teſtamento ſuo *molendinum prope Sleſwigum* à ſe ædificatum & omnia bona mobilia & immobilia in Struxtorphert contulit propter ſuam ac ſuorum ſalutem in uſum eccleſiæ Sleſwicenſis, cum quadam pecunia, quæ foit in fundo in platea Froker-Straten. Molendinum illud ubi ſitum fuerit, non noſcitur, niſi quod prope vallum Epiſcopi nuncupatum fuiſſe fundamentum repertum. Hunc Bartoldum Epiſcopum operæ precium eſſe duco encomiis non vulgaribus evehendum, quod eccleſiam ſuam ſeu potius dioeceſin opulentia præditam eſſe concupiverit quam ex inopia laborare. Vidit enim, in quantas anguſtias majores ſui adducti fuerant & quanto onere erogandorum ſumptuum preſſi propter expeditionem bellicam. Quare emit bona à Johanne Knutzen in campo Witsbol, nempe domos fundos, ſilvas, prata, agros & piſcinas precio triginta librarum ſterlingorum, quod ſe Johannes in promta pecunia accepiſſe coram Woldemaro Duce Jutiæ teſtificatus fuerat. In cujus igitur Epiſcopi gratiam Woldemarus ſuo ſigillo & Epiſcopus Ripenſis C. venditionem obſignarunt. Eodem tempore Dux Sleſvicenſis dedit privilegia civibus Sleſvicenſibus, ut absque

Bartoldus epiſc. 1288. *Trugillus archidiac. eccleſiæ Sleſv. bona ſua legat.*

Epiſcopus eccleſiam ditare ſtudet.

1289.

1292.

absque telonii ſolutione vendant emantque in regno Daniæ. Hic Epiſcopus inopiam præpoſituræ in *Elmſuſel* perpendens, volutat in animo, Præpoſitum honorifice ſuſtentari æquum eſſe. Et cum de ſuis obventionibus rationem inire certam non potuerit, affectus igitur enixe eſt erga ipſum & annectit ei beati Dionyſii & martiris eccleſiam *Felſtede*, cujus *Patronatus jus* antiſtitum fuit uſurpare cum ſuis juribus & pertinentiis conſentiente *capitulo Sleſwicenſi*. 1294. Hoc anno labente Bonifacius VIII. graviter demandat ſequenti (*) ſcripto ne deinceps Epiſcopus in cuſtodiam rapiatur aut furtim abducatur. Quantoque amore exarſerit erga eccleſiam ſuam Epiſcopus noſter, hinc patet, quod bona illa, quæ neceſſe habuit vendere Regi Daniæ Bundo Epiſcopus, redemit ab Erico filio Regis. 1298. Nequaquam torpens, quemadmodum poſteri ejus impenſius indulſerunt licentiæ, qui ablata reſtitui aut reportari non curarunt, ſed neceſſitate exigua preſſi alienarunt. Redemit autem Stavesbol & Siblow mille & ducentis marcis, ſuffragantibus matre Regis, fratribus & ſororibus ſuis in redemptionem, & ſi bona imminuta fuiſſent, regem de ſuis bonis propriis recompenſationem facturum. Hoc anno Sleſvicenſe capitulum teſtatur coram Epiſcopo literis ſignatis, omnes ejus anteceſſores piæ memoriæ cum conſenſu capituli inſtituiſſe & ordinaſſe (idque ab annis, quorum recordatio mortales latet, obſervatum) Præpoſitos in Wida, Eideroſtadio, Strandio ac eos lectos ex numero Canonicorum Sleſwicenſium, 1305. qui ibidem integra illis commiſſa poteſtate ſuſpenderunt, interdixerunt, excommunicarunt, abſolverunt viſitarunt & procurationes receperunt cum ſeptem evectionibus annuis & quæ præterea ſui juris eſſent ſine contradictione eos obtinuiſſe, exceptis cauſis, quæ ſolis Epiſcoporum muneribus reſervabantur, ſolutis præpoſito procurationum ſumtibus bis annuatim. Nam qui Uthlandiam incolunt extra limites ſuæ parochiæ citatos non evocari, ut ſe judicio ſiſtant, & neminem præpoſitorum ſive officialium eius ſibi jus privatum inſimulandi quenquam de delictis gravioribus vel lenioribus ſumſiſſe, niſi vocata ſynodo & præpoſito præſente: ſed parochianos ſive univerſitatem executoribus vel potius explorato, rebus conſtitutis in ipſa ſynodo quos notarunt accuſaſſe. Eccleſiæ vero Haderslevenſi etiam inſervivit impatiens inopiæ miniſtrorum Eccleſiæ & cum præpoſitura Borchſyſſel propter paupertatem vulgi nimium decreviſſet in obventionibus ut ſe honorifice non aleret præpoſitus. Igitur adjungit eccleſiam Hopſorp illi, propter jus Patronatus uſurpatum multis annis & decimam epiſcopalem in parochia Alver una cum præbenda canonicatus in eccleſia beatæ Mariæ Virginis in Hadersleve quam minorem nuncupari poſtea juſſit, ita ut diacono ſubdiacono ac miniſtro majoris altaris pro laboribus ſatisfiat quemadmodum honeſtas illius Eccleſiæ id requiſiverit ad conſcientiam & metum ſupremi numinis. Et ſi qui canonicorum exceſſerint Haderslevienſium, ſecundum cenſuram eccleſiaſticam eos a præpoſito ſervato juris proceſſu multari.

Bartoldus Præſul redimit bona vendita primum
Bellorum rabie Rege favente ſibi
Qualis inops cleri fuerit ſtatus ut videt ipſe
Ambobus templis munera larga dedit.

Jo. de Bockholt epiſc. JOHANNES DE BOOKHOLT ex Holſatia, Epiſcopus Sleſwicenſis fit per reſignationem anteceſſoris, qui mortuus eſt a. 1331. pridie nonas Maji, ſepultus Sleſwigæ ad chorum in aquilone. Hic corroborat conſenſu capituli ſtatuta Haderslevienſium, qui concordi animo ſupplices facti Epiſcopo ſtatutis decorari petierunt a. 1309. die beati Gregorii martyris, in eccleſia Sleſwicenſi hora ſexta, per Dominum Nicolaum Cantorem, in ſalubrem ſtatum canonicorum & clericorum collegiatæ eccleſiæ Haderslevienſium Sleſwicenſis diœceſis, quorum tenor talis perpetuis temporibus obſervandorum. *Capitulum Haderslevienſe libera utatur electione canonicorum &c.* (**) Fuiſſe ſine dubio aliquid diſſidii inter Epiſcopum & capitulum propter præbendarum collationem veroſimile eſt. Nam Epiſcopus literis ſuis confirmavit uſum vetuſtum canonicorum, aſſerens eum laudabilem: neminem ſine utriusque conſenſu admittendum, nec Epiſcopi nec canonicorum, ſed unanimi conſenſu vocandum, ne alius alii ſuum jus uſitatum præripiat, & deinde ſe ſervaturum conſuetudinem ac curaturum, ut nunquam de ea quicquam poſteri immutent. Eſſe enim ex uſu tam Epiſcopo, quam capitulo, ne odii flagrantis inpoſterum occaſio naſcatur. Hoc transactum fuit in curia Sleſwicenſi. Et quando amore ipſos canonicos complexus fuerit, innuit largitio decimarum, quibus ipſe in vita ſua carere ſtatuebat, & poſteri ejus, ut ſublevaret inopiam canonicorum reſidentium, ut tanquam miniſtri altaris digne alerentur: domeſticis enim ſubvenire ſapientis eſſe. Dat igitur illis cum conſenſu capituli decimas eccleſiarum in *Slubbenhagen*, *Gettorp*, *Jellembeke*, *Seeſtede*, *Hütten*, *Croppe* & *Haddebuy* nec non & bona emta, quæ ſequuntur, videlicet cum *ſylva Romeſſoë* & *Kudtorp* pro viginti quatuor libris *Sterlingorum*, *Offenketibull*, *Berndorp*, *Huſebue*; omnia illa certo pretio tali conditione: dictas decimas in triticum commutandas per quendam canonicum ad hæc à canonicis electum, ut inde panes conficiant, ſecundum numerum reſidentium: inter ipſos qualibet ſeptimana in ſabbatho & feria quarta celebrata miſſa diſtribuendas, ut qualibet die reſidentes adſint, ſive per alium agenda fieri curent; & ſic, qui impenſas fecerit, duos habeat panes. Inſuper ſtatuit, ut quicunque reſidentium die ſabbathi etiam cum ſervitio vel negotio dominorum Regis, ducis, Epiſcopi, capituli, ſive alterius cujuscunque vel proprii in ſumma

1309. Haderslebienſi eccleſiæ confert privilegia.

1318.

ſublevat Canonicos egentes.

(*) Quod lege apud CYPRÆUM *Annal. Epiſcopor. Sleſvic. p. 101. ſq.*
(**) Integrum tenorem vide apud CYPRÆUM *Annal. p. 306. ſq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſumma miſſa fuerit, niſi infirmitate detentus, panibus illius diei diſtribuendis careat, ſimiliter & quarta feria. Qui etiam in capitulum introierit vel chorum ſine religione & habitu chorali, panibus tota ſeptimana careat, tunc inter reliquis æqualiter diſtribuendis. Qui huic ſanctioni contraierit, vel mulieres ſuſpectas in ædibus aluerit, aut alibi, iis panibus privetur, donec ſancita hæc ſervaverit. His ſuum addunt calculum Papa & Metropolitanus Lundenſis. Ac eodem anno hic antiſtes toti capitulo Haderslebienſi innuit, ſe veraciter inſtructum per venerabiles viros capituli Sleſwicenſis, præſertim per Archidiaconum *Marquardum Block* & *Anſelmum* præpoſitum in *Strandio*, quibus præpoſitura illa quondam collata fuerat, quod præpoſiti in Borſüſel ab annis, quorum recordatio non eſt mortalium, integram jurisdictionem eccleſiaſticam ſibi uſurparunt in canonicos *Haderslebienſes*, quemadmodum in omnes presbyteros & clericos in dicta præpoſitura habitantes. Præcipit igitur ſeveriſſime iis, ſi non obtemperaverint dicto præpoſiti, illos non vitaturos eccleſiæ cenſuram. Hoc ſane eſt figere atque refigere leges, primum exinii jugo, poſtea ſubdi. Ericus Dux Sleſwigi mortuus eſt, affinis comitis Sleſwici ſepultus in choro a. 1325. Cujus poſt obitum ſuperſtes filius fuit, cui nomen Woldemaro. Illius tutelam agere non poſtulatus contendebat Rex Chriſtophorus, ut annecteret ducatum coronæ Daniæ, ſæpe numero ſimiliter tentatum à majoribus ſuis. Quare ſub inviolanda fide tutelæ habebat arcem Sonderborg & ſub illo prætextu venit in Ducatum, ut loca, in quibus præſidia locari poſſent, occuparet. Præeſſe enim Rex expetebat arci Gottorp. Hinc olfacientes fraudem jurati (erat autem in ea Woldemarus) tutantur caſtrum. Quare Rex indignatus, obſidet illud. Sciebat enim, ſi illo potiretur, ſe occupaſſe integram ditionem ducatus, locans caſtra in monte *Heſteberge* prope Sleſwigum. Nam tentatis per colloquia illorum animis, nihil pacati de deditione reſponſum fuit. Rex ideo ad oppugnationem ſe expedivit, ſed propter Victoriam dubiam ancipiti deliberatione facta, eos ad deditionem urgere cepit. Cognita hac Regis violentia Gerhardus vires militares ſuas colegit, & auxiliares copiæ per finitimos ex Weſtphalia & Holſatia conſcriptæ mittuntur, ut regem ab obſidione pellerent aut in caſtris opprimerent, quod excidii ducatus cauſa eſſet & propter illorum adventum avide expectatum ſubditis timor decederet, præſertim caſtrum defendentibus, qui magnopere verebantur, ne perditis rebus ducatus, ferum ipſis auxilium veniret. Sed Dani dum futuram pugnam cernunt, advenientes notant oculis candido colore micante. Fuerant enim induti ſuper paludamentum album habitum. Quare eos deriſui habuerunt, (conſedentes manu validiori ſunt) mulieres ne eſſent, qui ducere vellent in eos exercitum. Sed dum ad hoſtem citato agmine pervenirent, hac deriſione audita ab Holſato, qui tunc ſequebatur Regem, dixit ipſe, credite per Jovem, ſi mihi memoria non exciderit, & virtutem Holſatorum recte unquam perpenderim, eos eſſe non foeminas, ſed viros hodie ſentietis. Arma certe ſubter veſtes albas emicant. Primum tumultuaria pugna fit & repentina, & ut quemque aut pediti aut equiti caſus obtulit, ita conſerunt manus. Creſcit mox pugna ſubſidiis. Sed dum ſignum prælio præponitur & in aciem confeſtim procedunt, ac neutris conſtat, cum paucis vel pluribus aut validioribus rem fore, prælium ineunt. Quare certamen contrahitur ingens, atroxque cædes utrinque edebatur. Ibi major pars equitum & peditum concidunt. Sed clamore & certamine creſcente, nec ſigna loco movere minime, præſenti clade conſternati voluerunt. Rex autem dum impotentius verſaretur inter acies nec ſuſtineret hoſtis impetum amplius, clamor ſubinde ſublatus eſt fluctantibus Danis haud diſſimiliter navibus ſine gubernaculo vagis, fugiunt Dani, vertunt terga. Inde metus conceptus ex vociferatione & in acie poſtremi Danorum fugam arripuerunt. Sic pavore incuſſo fuga fieri paſſim cepta fuit, in qua ſane plus timoris ac tumultus quam periculi. Tunc tanta celeritas inſequentibus erat, ut pedem ſiſterent hoſtes, ut mox in terga illorum pugnarent & univerſos in ſilvam vicinam (*) ſequerentur, quia propinquitas arborum perculſis tutiorem fugam fecit & coedes minor in fuga arrepta facta fuit. Nam arma multa, quæ impedimento fugientibus per ſilveſtres ſemitas erant, jactabantur etiam nocte ingruente. Poſtero autem die, poſtquam hoſtem redeuntem non ſenſerunt, ſpolia legi cæſorum hoſtium, & ſuorum corpora collata in unum ſepeliri comes juſſit, & ſic arx ab obſidione ſoluta fuit, quam pignori Woldemarus deſerto ducatu integro à Danis, quod jam finibus exceſſerant, comiti Gerhardo propter impenſas militiæ factas, tradidit, ac ut Danis ſe opponeret, ſi eruptionem in agros ducis facerent. Nam milites Regis jam contagione quadam, rapto gaudentes, quantum libebat populari conſueverant & qui deſiderio patriæ agerentur, ſimul cupiditate inimicos ulciſcendi arderent. Cum jam Rex ſuorum odia ſibi conflaſſet, qui in regno vivebant, quod finitimis injurias feciſſet, bello armisque laceſſiviſſet & ſuis intolerabilia impoſuiſſet, fratre etiam Johanne comite Wagriæ à ſe averſo. Quare primores in Dania, ut eum regno pellerent, vocant Gerhardum & fratrem Regis, qui mox Fioniam petunt & circumſident arcem Niborch, quam parvo tempore capiunt & priusquam oppugnarent, mittunt ad Regem, qui moneret, ne vim ultimam illos experiri vellet. Quare deditio ſine cunctatione eſt facta, traditumque præſidium regium. Poſtquam demum apparuit, vi agendum Regem, ire Roſtochium placuit cernentem ſe ab omnibus ſuis derelictum. Quare contracta maxima ſumma pecuniæ ibidem conſcripſit milites, ut renavigaret in Daniam ad ejiciendum Comitem; ſed comiti præſidium fortius fuit, quam ut

1329. *Ericus D. Sleſv. obit. Chriſtoph. R. ducatum appetit; cui obnititur Woldemarus.*

Gottorpium obſidet. Gerhardus illi cum exercitu obviam procedit.

fugantur Dani.

(*) *forte prope Rahkrog.*

ut dimicaret. Quare cum ſuis ſe recepit, re infecta extra regni fines. Cum nunc Danorum animi à Rege averſi eſſent, vocatis in conſilium comitibus Holſatiæ, primores Regni Woldemarum Ducem in Regem eligunt. Hic concilio habito in Fionia Gerhardo tradidit Ducatum Sleſwigi & Jutiam, Wagriam, Lalandiam, Falſtriam. Ericus vero filius repulſi Regis, qui & partem Regni uſurpabat, collecta multitudine Danorum arcem circumſidet Gottorp. Sed Johannes comes Wagriæ, exercitum ſuum collegit, qui mox hoſtem adoritur, in qua pugna Ericus lethaliter vulneratus eſt & animam deinceps efflavit. Sic eos ab obſidione, qui in arce circumſeſſi fuerant, ſolvit. Inſequenti vero æſtate appulit Chriſtophorus Rex Lubecam, pace facta cum comitibus, ea conditione, ſolutis à Rege comitibus octoginta millibus marcarum argenti eum in regnum reſtitui incolumem, provinciis amiſſis, quas illis tradidiſſet Waldemarus, qui reciperet ducatum Sleſwicenſem. Sed dum reducitur contra voluntatem Danorum rex in *Wardinborch*, ipſum proceres regni circumſident ac in arce includunt: ſed facile faventibus regi comitibus cædi potuerunt. Juti vero ſeptentrionales poſtremi fuerunt Regis inimici, qui rebellantes reſiſtebant ei, qui Waldemarum defendere ſatagebant, tanquam electum. Quare arcem Gottorp obſidione cingunt. Sed Johannes frater Chriſtophori Regis, ut incluſis quamprimum ſubſidio veniret, coacto omni exercitu, ut hoſtem averteret, repente multitudine ingenti caſtra Danorum oppugnari aggreſſus eſt. Ideo adverſus incompoſitos veniens, clamore pariter omni, qui in caſtris erant calonum & lixarum ſublato, ſimul Dani erumpunt. Sed exiguum temporis aliqua forma pugnæ fuit. Fuga autem effuſa fugientium paſſim cædes erat: Nongenti interfecti, captivis multis nobilium Jutorum, quos in cuſtodiam comes in ſua ditione conjecit. Inſequentibus autem annis cernente Rege Gerhardo favere ubique fortunam, mox invidia flagrante contra ipſum, bellum moliri cepit, & collecto exercitu valido, prius cum fratre facta conſpiratione, quem facile ſuperare noverat, altero illorum victo, repentinus movet Gottorpiam, quam obſidet, ut ejecto Woldemaro fore ſibi aditum in Holſatiam liberum ſine impedimento, ſi illo præſidio uteretur. Quare, ut conatus voto reſponderet, promtius caſtra locat ad vallum Dennewerck, ut intercludat viam Gerhardo adventuro, ne ſolvat obſidione caſtrum, quemadmodum antea factitatum fuerat. Conducibilius enim eſſe avertere hoſtem ad opus Danorum, quam in Heſteberge. Fama hac vulgata recens ſuſcepti belli contra Woldemarum, & ipſe Gerhardus equitatum qualemcunque & peditatum ob fortium virorum penuriam impigre conſcribit ex Bremenſi dioeceſi, Weſtphalia & reliquis finitimis locis, quibus ſocii ejus amici præerant, ut auxiliares repentini eſſent in Rendesburgo, ubi hoſtem magni roboris expectare conſtituerat: qui coivere ibidem, ſed propter diuturnam moram advenientium, qui longitudinem itineris eo emetiri cogebantur à militibus multa fuerunt inſumpta, ut ſolvendo non eſſent. Quare cives eos civitate egredi noluerunt, niſi impenſis ſolutis. Comes autem de æris monitione ſuorum inſcius & moræ: nam eos è veſtigio ſubſequuturos credebat, nec cives eos ob debita remorari. Exiens civitatem ea ſpe concepta, ſi non accederent fratris Johannis copiæ, ſe feſtino repreſſurum Regis exercitum. Dum nunc urbe egreſſi eſſent, advenit improviſo hoſtis; quare inferre ſigna juſſit, abjecta ſpe inſequuturorum, nec ullum præſidium fugæ eſſe voluit, ſed præſtantius bello emori, quam turpitud ne fugæ ſibi conſulere duxit. Moerebat quidem & angebatur, cum ad omnia raptim ipſe iviſſet, nulli ſe rei in tempore occurriſſe: in concilio tamen diſſimulans ægritudinem elato animo diſſeruit, teſtatusque Deos hominesque, ſe nulli loco nec tempori defuiſſe, qui, ubi hoſtium arma concrepuiſſent, eo, quanta maxima poſſet celeritate, tenderet: Nunc nequaquam fugam fore felicem aut honeſtam, nec jam pro difficili habendum hoc bellum, in quo, ſi modo congreſſus ſis cum hoſte, viceris: exemplo eſſe priora bella contra regem geſta; præſagire inſuper nunc ſibi animum, quod primum omnium eſſet, nequaquam hoſtes illis ſuperiores futuros, brevi & ſe victoriam haud dubiam habiturum, nec meliori eventu regem, quam olim pugnaturum. Quare collaudata fide ac virtute illorum, quod neque timor nec hoſtis flexiſſet illorum animos unquam, hortatus eſt eos, ut in eadem conſtantia jam permanerent & in hoſtem ruerent feſtini. Sed rex fuit tot militibus ſtipatus, ut facile deſponderint animum congredientes. Fortuna vero ſuperiorem eſſe comitem voluit, multis cæſis ex equitatu Regis, plerisque captivis & rege per anxiam fugam elabente. Comes autem graviter vulneratus fuerat, ex equo dejectus & niſi eum ruſticus, fidus Achates, repoſuiſſet, ungulis equorum fuiſſet proculcatus: tunc vulnerum patiens hoſtem ardentius quam antea inſequitur & cædit. Rex autem deflectens à via, petit Kilone civitatem: non enim poterat Sleſwigum divertere, quod ab hoſtibus iter intercluſum eſſet, ut fratris parata auxilia imploret: ſed intercipitur in Seſtede a capitaneo Borcardo de Itzehude oberrante, ut hoſtem inſequeretur & exploraret victoris ſtatum comitis. Hic nocte ſilenti audit equites feſtinantes, ignarus amicine eſſent, an inimici? Sed idiomate audito Danos eos eſſe cognovit. Quare ſubſidio ſuorum implorato, eos comprehenderunt una cum Rege Chriſtophoro. Duplex fit igitur illis lætitia, & victoriæ & Regis, fortuito capti. Eadem nocte Regem captivum, ut cuſtodiatur, Gottorpiam ducit. Ubi eo veniunt, voce audita capitanei, Comes, quid rerum? Captum ſe vulneribus gravibus inflictis ſimulat, cui reſpondetur, facile eum propter copiam præſentium captivorum liberatum iri. Hic autem lætiori animo innuit Regem adeſſe. Quare patefacta porta arcis ſalutatum à comite, propter adventum rarum, eum cuſtodiæ mandant. Bello ſic finito Johannes frater Regis conciliat amicitiam comitis Regi & ſibi, ac Fioniam Gerhardo cum

ni regem *lidientes* *oldema-* *n ducem* *gunt.* *icus R. fil.* *ttorpium* *ſidens.* *vulnere* *it.* *ce facta* *riſtopho-* *s rex Lube-* *nſium ope-* *reſtituitur.* *arceri man-* *atur in War-* *inborch.* *iutæ Walde-* *naro adhæ-* *entes.* *Rex bellum Gerhardo intentat.* *Cui Gerhardus com. occurrit.* *regias copias proſternit.* *Rex captus.* *fit pax*

munitioribus arcibus regni,ut captivitate omnes laxentur, tradit. Chriſtophorus autem Rex poſtea moritur Anno 1333.

Plus juris ſumit ſibi Bockholt ſacri Johannes
Cedere ſed ſenibus cogitur ille cito.

Regia poſt caſtra in Heſtberg ubi coedere Danum
Holſatus coepit ac ſpolia ampla refert.

An. 1310. fundatur eccleſia Uthinenſis, etiam collegium erigitur cum canonicis. An. 1314. cometes trium menſium. An. 1314. canonici Lubecenſes concordati ſunt cum civitate. An. 1322. Gerhardus & Johannes comites Holſat. cum manu forti & magno exercitu intraverunt Dithmarſiam & ambo illi principes cum multis baronibus & nobilibus interfecti ſunt ita quod ultra 2000. perierint.

Helimbertus, epiſc.

HELIMBERTUS Epiſcopus Sleſwicenſis. Hic electus fuit tempeſtate poſterioris belli, vir pius, qui pro ſuis viribus Eccleſiam, quantum potuit, afflictam diurnis malis, juvit. Quo tempore M. Nicolao Sleſwic. Canonico, Timmo Block cum fratribus ſuis pure ſcotavit coram Woldemaro duce in arce Gottorp ſua bona ſingula, quæ habebant in parochia Swanzen in campo Rinkeniſſe, de quibus annuatim duæ oræ (*örtich*) annonæ pendebantur, quemadmodum majores illius illa libere poſſediſſent integre, pretio pro illo ſibi numerato, quæ ſi neceſſitas ardua urgeret, ſe à cujusvis impetitione defenſurum impigre, ſuis impenſis faciendis fidem juſſit. Illo anno moritur Woldemarus Dux, quem diverſa fortuna multos annos agitaverat ob vicinum Regem infenſum ſibi ac ſuis: & quod animum ſuum ab Holſatis fratribus ductis certis rationibus avertiſſet, quos antea ſuaviſſime reveritus fuerat & ipſum non vulgari opera juverant. Qui tempeſtive animum ejus aliquando ſcrutati, obſervaverant tempus venationis, & eum ceperunt & in *Niborch* fideli cuſtodiæ mandarunt, ubi dum duobus annis aſſervatus fuiſſet ære magno erogato laxatur cuſtodia. Hic Woldemarus donavit ſanctimonialibus molendinum in Solterbeke, cujus nunc veſtigia non extant; incertum fere ubi ſteterit. Hoc anno paſſim in agris graves imbres per tres annos continuo ceciderunt in oris noſtris occidentalibus Friſicis, qui ne ſegetes excreſcerent terra, ob nimiam humoris repletionem impedimento fuerunt: unde tanta annonæ charitas tempore illo ſecuta eſt, ut multi mortalium in agris fame perierint. Ariſtæ autem, quæ evenerant in locis altioribus aëre puro & loco patulo ſiccari minime potuerunt, nec ſegetes demeſſæ vexillo molendini, ventorum vi circumagi conſueto, per quadraginta dies integros & noctes alligatæ torreri ardore ſolis, per velocitatem motus & ventoſum coeli ſtatum ob diuturnam pluviam, nec ſal confici: Quo cum carerent, ſpes illis integræ ſanitatis ademta fuit. Quare multi tabe perierunt & multis vermes, nati ob ſalis defectum in ventriculo, ex ore erepſerunt, in campis mortuis inventis paſſim cubantibus more pecudum. Nam nemo proximi curam propter abjectam ſpem præſentis vitæ agebat. Cauſam vero tantæ poenæ inflictæ & ultionis ab omnipotente, aſſeruerunt neglectum cultum divinum & quod ejus oraculis nullam fidem habuerint nec dicto admonentium fuerint obſequuti. Otto filius Chriſtophori, bellum ingens contra Holſatos renovavit, ſed fruſtra. Nam illi per dioeceſin Sleſwicenſem moventes prope Wiburgum civitatem Jutiæ inito prælio eum ſuperarunt, edita maxima ſtrage & Regem captum abduxerunt in Segeberge arcem. Rex vero Romanorum Legatos, comitem de Henneberga cum reliquis miſit Lubecam, mandans civitati, ut quibuscunque conditionibus agant, filium Chriſtophori Ottonem vinculis ſolvi. Qui obſequuti imperatoris dicto, impoſitum munus implent animum Regis Romani indicantes, ſed re infecta domum redeunt. Tandem diuturnitate temporis transactionibus quibusdam, reſtitutus Rex regno fuit Hic non fideliter ſervat pacta poſtea. Quare concitatus Gerhardus indignatione, fidem violari datam, cognita à Rege militum collectione & ipſe per Rheni loca & Weſtphaliam milites, validam manum, dictos *die Gunshowers*, propter brevitatem veſtium, quibus amiciebantur, conſcribit, & ingrediens Jutiam ferme totam occupat, nemine obſiſtere ingredienti auſo. Cum nunc caſtra locaſſet in Randershuſen & munitione fideret urbis & ſtatio militum negligenter diſpoſita eſſet, tempeſta nocte Danus Nobilis Nicolaus *Ebſen* (qui conqueſtus fuerat, ſe à comite immerito contumelia affectum) gnarus de loco hoſpitii comitis, ſecum 60. viris aſſumtis, qui cuſtodes & conſervatores urbis conſtitutos juxta oppidi unam partem, ut interficerent, abiit & voto potiti fuerunt. Illi autem matutino ingredientes portam, hoſpitium comitis ſibi notiſſimum petit Nobilis, quod illi antea familiariter junctus fuiſſet. Quare eum occidunt cum alio quodam nobili ex Jutia. Mane ſparſo rumore necis occultæ comitis ingemiſcunt omnes & trepidant, ſed nihilominus Juti ſequuntur filios Gerhardi, qui deinde in Itzeho ſepelitur, nec ab eis deficiunt. Sed moventes in Seelandiam Nicolaum *Ebſen* cingunt obſidione, arce vero Kallingburg expugnata interficiuntur duo millia Danorum & ipſe Nicolaus quatuor rotis imponitur. Hic Epiſcopus noſter motus fuit, dum ageret Lubecæ, (nam propter diutina bella, quæ geſſit Hinricus ferreus ob interfectum inſidioſe patrem in Selandia & Nicolaus frater ejus in Jutia feceſſerat hinc) erga ſuos canonicos cognita illorum inopia ac præbendarum tenuitate. Quare æquiſſimum eſſe duxit illorum ſublevare indigentiam & miniſtros ſuæ eccleſiæ, quantum ſtatus illorum requirat, ampliter enutriendos eſſe. Quare præbendarum unam de octo, per illuſtrem Principem dominum Woldemarum, quondam Regem Daniæ fundatum auxit, habita prius deliberatione cum capitulo ſuo dilecto, annectens ei eccleſiam Dreiſtorp perpetuis temporibus in Eccleſia Sleſwicenſi ad illud beneficium vel præbendam ſpectandum, erepta collatione Juris patronatus ſuis ſucceſſoribus, ut cultus divinus augeretur ea tamen conditione ut

1335.

Woldemarus Dux moritur.

1334.

1338. Imbrium vis concitat annonæ charitatem.

& famem.

1340 Otto bellum infeliciter movet contra Holſatos; & captivus Segebergam deducitur.

ſed liberatus dum fidem fallit, a Gerhardo comite infeſtatur.

Gerhardus occiditur.

Juti adhærentes eius filiis in Seelandiam movent & interfectorem captum ſupplicio afficiunt.

1341. epiſcopus hæne facit canonicis.

ut poſſeſſor illius præbendæ in die ſanctæ Eliſabethæ annuatim in choro eccleſiæ Sleſwicenſis curet proceſſionem cum cruce per cemiterium, ſermone infra ſummam miſſam duntaxat prætermiſſo (certe hoc eſt non neceſſaria ſequi & negligere maxime neceſſaria) fieri, & ut canonicis & vicariis ibidem largiatur tres marcas Lubicenſes, duas diſtribuendas canonicis & unam vicariis. Eſſe enim iniquum eos, qui divinis interſint officiis, ſtipendio fraudare & mercede.

Nicolaus comes Fioniam pignoris loco habet. 1342.

Nicolaus Comes, poſtquam Fioniam ſibi pignoris loco uſurparet, cuſtodientes arcem *Bemberg* deiciunt ſuaſore rege. Quare eam obſidet, ut eos tanquam rebelles compeſceret, 2000. militibus. Cum autem incluſi arce eſſent, Rex movere contendit contra obſidentes. Interea mors conjugis nobilis familiæ accidit forte, quam ſepeliendam comitantur plerique nobilium in exequiis extra caſtra. Dani vero (Regem in Wyborch arcem pervehunt, collectis proceribus regni, quem tunc pro Rege ſalutaverunt) obſervantes tempus humationis, improvidos Holſatos truncant, oculo privato comite Nicolao. Qui dum exuitur armatura, manum capienti porrigit, promittens ſe, ubi poſtulatus fuerit, reverſurum. Sed ipſe favente numine incidit in notum quendam, illum vulneratum in ſuam ditionem reducentem. Quærenti Regi de victoria & captivis, reſponſum fuit die altera, oſtenſa præda ab hoſtibus adepta, feliciter pugnatum fuiſſe, inter quam affertur clypeus, lorica & reliqua depicta auro armatura afferuntur. Vidente Rege arma hæc, dicit, ubi captivus ille & quomodo appelletur. Reſpondetur vocaſſe ſe *Nicolaum de Rendesborch* & poſtulatum compariturum. Tunc Rex, ſi ipſum aſſervaſſes, conſuluiſſes tibi. Mox, quem cepiſſet, intellectum fuit. Eadem tempeſtate Nicolaus civitatem Flensburgum poſſidebat, quam cives cinxerunt muro. Ipſe vero arcem prope Flensburgum dicta *Nigebus*, nunc vero deſtructa in defenſionem civitatis ſtruxit & ibidem conſedit. Dum bellum flagraret cum Danis, conſcriptis militibus ex præfecturis Wilſtermarſch, Schenefelde, Hadermarſch, Weſtede, Nordtorp, Bramſtede, Koldenkerken & Kellinghuſen in caſtra proxime civitatem, ut eam ab irruptione hoſtium tutarentur, locarent. Waldemarus vero Rex collecto exercitu arcem Dorningam obſidione cingere nititur. Quo cognito, Comites 300. expeditos milites ex Holſatia arci imponunt. Deinde Dani arcem obſederunt binis caſtris tam diu, ut ad deditionem obſeſſos ob famis impatientiam urſerint. Nicolaus vero occulte ad incluſos mittit, ſint bono animo, rem fore auſpicatam. Non enim commeatum eis providere poterat. Cum nunc extrema urgeret neceſſitas, mittitur ex arce ab Henneke Lembeken, ad quem jure hereditario ſpectabat, miles ad Nicolaum, qui rem neceſſariam indicet. Comes his nunciatis, qualemcunque contraxit militem, ut ſublevaret circumſeſſos, qui id facile potuit, quod ſe clementem & familiarem erga ſuos ſubditos præbuiſſet. Erudivit enim ſuæ ditionis colonos militari diſciplina, conſtituens, ut magnus pagus equum aleret cum equite, & duo parvi pagi equitem ſimiliter facerent in ſuæ ditionis defendendæ uſum. Armaturam autem eſſe voluit caſſidem, pilum, amiculum ferro intextum, corrigiam latam, chirotecas ferreas, brachialia duo, clypeum & arcum corneum. Illi gnari adventus & temporis certi advenientium, & ſymboli militaris, recipiendos eſſe intra portam clamantes: Holſtenland domine de coelo, tunc penes illos vero victoriam eſſe. Quare ex arce in caſtrum unum pone pugnantibus militibus comitis ruunt ac cædunt fortiter obſiſtentes. In eo conflictu 200. Danorum capti & ſpolia egregia relata fuerunt ex ſupellectili, armatura, equis, commeatu, reliquis, caſtro alteri qui inerant, turpiter fugam capientibus. Cometes apparuit anno 1337. 38. quatuor menſes, & antequam extinctus eſt emicuit alter menſibus duobus. Item 1340 cometes. Et anno 1341. Marchio Ludovicus de Brandeborch venit Lubecam ibidem Woldemarus de Sleſwic dux & Henricus & Johannes Comites de Holſatia erigunt foedus, ut in regnum Danorum reſtituant Chriſtophori Regis filium Woldemarum ejectum regno per Gerhardum comitem de Holſatia &c.

Capitur & aufugit.

Flensburgum arcem ſtruit.

Copias conſcribit.

Rex Dorningen arcem obſidet.

Comes victoria de Danis potitur.

NICOLAUS BRUN Epiſcopus per viam reſignationis. Hac tempeſtate bellum ex improviſo ſuſceptum. Quibus autem cauſis ortum, in annalibus certo non traditur, niſi quod ex parva ſcintilla magnum ſit factum incendium. Kilonienſes duos ex famulis Henneke, Lembeken, capite plectebant, ut prædones. Indignatus igitur Henneke, hoſtis fiebat occultus Kilonienſibus, quorum aliquos peregrinantes Ekerenfordiam tempore nundinarum ad rivulum *Goſebeke* opprimit, etiam ſecum quibusdam abductis. Hanc petulantiam refrenare in animum induxit Dux Adolphus, concepta contra illum inimicitia aperta. Quam ubi cognovit vidua Ducis Sleſvicenſis Hinrici, contendit tutari Hennekinum, tanquam fidum ſubditum, invito Adolpho. Quare manifeſtum illi bellum indixit comes, vocato in auxilium comite Nicolao & reliquis aliunde militibus. Adolphus movet ſubito in Ducatum Sleſvic. obſidens Tunderen arcem & Nicolaus Hadersleviam. His arcibus poſt diutinam obſidionem ſuperatis, quemadmodum militiæ jus id requirit, diu comites utuntur. Hinc apparet injuſtæ cauſæ patrocinium infauſtum eſſe.

Henneke Lembeke diſſidia cum Kilonienſibus. 1349.

Quos defendit Adolphus Dux.

V. FRAG-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

V.

FRAGMENTVM HISTORIÆ SLESVICENSIS

AB ANNO 826. USQVE AD 1526.

AD CODICES HAFNIENSEM, CHILONIENSEM ET SIBBERNIANVM, CETERIS ACCVRATIORES ET *EX AVTOGRAPHO*, VT VIDETVR, DESCRIPTOS, RECOGNITVM, CVM ALIIS ETIAM CODICIBUS MANVSCRIPTIS, RANZOVIANO, SLESVICENSI, AXENIANO ET HAMBVRGENSI, VT ET CVM *CODICE* BOYSENIANO A *JO. BVRCHARD. MENCKENIO* TOM. III. SCRIPTORVM RERVM GERMANICARVM EDITO, ITEM CVM JOANNIS ADOLPHI CYPRÆI ANNALIBVS EPISCOPORVM SLESVICENSIVM A. 1634. EDITIS SEDVLO COLLATVM.

Haraldus Rex Danor. an. 826. autor religionis christianæ in Ducatu Sleswicens. IO. ADOLPH. CYPRÆI Annal. L. 1. p. 7. 12.

Semina religionis christianæ in Cherſoneſo Cimbrica, & Ducatu Sleſwicenſi, eidemque adjacentibus regionibus ſparſa eſſe ſub Haraldo Danorum rege, quem Klagum nominant, ex *monumentis veterum* colligere *licet*. Is eſt Haraldus, qui a Regnero *Lodbrog* pulſus, ad Ludovicum Pium in Galliam fugit, cujus ope regno reſtitutus, religionem chriſtianam ſuſcepit, ædemque ſacram in territorio Schleſwicenſi, quod eſt *templum Hedebuienſe* exſtruxit. Conceſſit *eidem* etiam Imper. Ludovicus comitatum quendam in Friſia, ubi etiam in exilio mortuus eſt. Anſcharius autem homo Gallus juſſu ejusdem Imperatoris populum rudem in hiſce oris religionem primo docuit, vocatus ex monaſterio ordinis Benedicti *Corbeja*, quod anno DCCCXXII. tertio ad Viſurgim ubi adhuc habetur exſtructum refert Lamb. Schaffnaburg. In Schlia autem eundem baptisaſſe & in templo Hedebui docuiſſe *memoriæ* proditum eſt Sed iterum Haraldo a Regnero pulſo, religio chriſtiana hiſce in locis bene coepta, tandem intermiſſa *fuit*, donec is ab Hella Hiberniæ Rege victus, & captus, ſerpentibus corpori admotis vitam finivit. Regnero mortuo, ejusdem filio Siwardo abſente, Dani Siwardum, & Ericum elegere. Sed Siwardus Regneri filius, Rex *Daniæ* claſſe navium 1700. illos, qui regno præfecti erant, perſecutus, in proximo urbis Sleſwicenſis adortus ſemeſtri pugna delevit. Sinus autem ibidem funere Siwardi inclaruit, & pugnæ iſtius indicia ſunt adhuc colles, ibidem euntibus ad *S. Jorg* & Brekeling ſeſe offerunt. Collium autem iſtorum in & extra territorium Schleſwicenſe magnus eſt numerus. Majores enim noſtri, antequam religione chriſtiana imbuti eſſent, ad exemplum Græcorum & Romanorum, injecta gleba & terra tumulis mortuos humarunt, & quidem in campis patentibus. Quos Latini tumulos, quaſi terra tumentes dixere, quo ſpectat verſus

Quo magis eſt æquum tumulis mandare peremtos,

& quidem illis in locis ut plurimum, quo ſæpe homines commearent & iter haberent, ut in viis publicis, quo poſteritati memoriam clariſſimorum virorum conſecrarent, & quodammodo immortalitati mandarent. Et ne quis hoc temere a me ſcriptum exiſtimet, ejus rei argumenta quamplura proferri poſſunt, quæ in noſtra tempora inciderunt. Anno 1588. cum via illa ſalebroſa quæ Schleſwico in *Angliam* ducit, ſterneretur, & ex colle vicino terra & arena *egereretur fornax* terra *cooperta* in ſtar furni eruta fuit ſaxis & lateribus concamerata, in qua urnæ aliquot fictiles, plenæ oſſibus, & cineribus continebantur. Oſſa autem igne ſiccata, uſtulata & indurata fuiſſe, color & durities non obſcure indicabat. Anno item 1554. in tumulo *urbi* Sleſwigæ vicino inventus fuit pugio, duas ſpithamas longus, ex ære vel cupro fuſus, ſagitta item ærea, & alia inſtrumenta bellica. Sed & oſſa complura ſemiuſta eodem loco defoſſa fuerunt. Sed ex tumulo prope villam Twetam ſito urnæ complures, una cum oſſibus uſtulatis erutæ fuere, ea occaſione inventæ, quod viæ ſternendæ arena egereretur: qui collis ita urnis abundabat, ut pedem vix alicubi poneres, aut ſpatham imprimeres, quin urnarum aut oſſium reliquiæ ſeſe ex-

Anſcharius. p. 8.

Corbeja.

Regnerus Rex Danorum.

p. 13.

Siwardus Rex DANIÆ.

L. 1. c. 2. p. 14.

p. 15.

Mos veterum ſepeliendi.

p. 17.

Urnæ in ſepulcris & inſtrumenta bellica reperta.

p. 16.

Monumentis. C. Hamb. ſ. Lindenbrog. legit monumento.
Veterum. C. Ax. addit: vetuſtis quæ ut apud Macrob. Furius diſſerit ſemper nobis adorunda.
Licet vide Adam. Bremenſ. hiſt. eccleſ. lib. 1. 14 Sax. lib. 9.
Lodbrog C. Ax. & C. M. legit Logbrod ſed erronée.
Templum. Hoc quidem, quod in Hedebui primum ab Haraldo fuit inchoatum, ſed ab Erico poſtea erectum. vide infra.
Eidem. ſcil. Haraldo, uti Aimoinus & Sigebertus. Alii Erico fratri.
Corbeja. C. M legit Courbeau. Ex Gallico Cour beau ſ. Curbeau.
Memoriæ. Ad. Bremenſ. & Helmold. nihil de baptiſmo referunt; bene tamen Cranzius Dan. IV. 13.
Fuit. Ad. Bremenſ. c. 15. 16. Abb. Stad. fol. 90.
Daniæ. C. M. addit & *Saxoniæ*, ſed ſuperfluè: nam nuſpiam conſtat, hunc regem fuiſſe Saxoniæ, licet Leuberus I tus apud eund. Menckenium T. III. p. 811. inter reges, qui in Dania regnarunt, quendam Siffridum referat, à noſtro tamen longe diverſum.
S. Jorg. C. M. leg. S. Jörgen.
Angliam C. M. leg. Angeliam.
Egereretur. C H. legit congereretur.
Fornax Cod. Hamb. deeſt vox terra.
Cooperta C. M. non legit cooperta.
Urbi, C M. legit urbis.

p. 17. exhiberent, & terra contectæ detegerentur. Huc accedit, quod colles & tumuli, qui ubique obvii sunt lapidibus, & saxis majusculis circumcirca septi & redimiti sunt. Quod & ipsum argumento est, ibi corpora sepulturæ data & combusta fuisse. In humandis enim corporibus eum morem etiam Græcos observasse testatur *Homerus* de Hectoris sepultura verba faciens ejus versus vide.

l. c. 3. p. 18. *Sivardo* ad sinum Sliæ prope pagum *Salcke*, interemto, regnum Daniæ Erico *Siverdi* filio Regneri nepoti datum, Ericus Haraldi regis frater occupavit nemine resistente, quod Ericus puer esset sed tamen non diu obtinuit. Nam à *Gutherino* nepote ex fratre cæsus *Ericus* senior & regno spoliatus fuit. Quo extincto *Ericus junior* in regnum restitutus fuit. Idem Ericus junior templum Sleswicense omnium aquilonarium antiquissimum fundavit, imperante Ludovico secundo sub Archiepiscopo Bremensi Anschario. Potestatem etiam dedit omnibus qui vellent religionem christianam amplectendi uti recitat *Abbas Stadens*. Quod tamen post conversionem ad religionem christianam ope Anscharii factum esse oportuit. Nam ante conversionem maxime sæviit in christianos & Anscharium aliosque ministros solum vertere coegit, ideoque etiam Rex Gentilis ab *Helmoldo* vocatur. Sub hoc Rege Dani Fresones aggressi, illos in suam potestatem redegerunt, & tributum solvere coegerunt. Classe etiam instructa piraticam fecerunt perque Rhenum & Albim in Germaniam delati, eandem misere vastarunt. Hoc etiam tempore ecclesia *Hamburgensis* Bremensi unita fuit. Sub hoc etiam ecclesia Ripensis fundata est, quam secundam ecclesiam in Dania nominat *Adam* & *Abbas Stadens*.

ricus Rex Daniæ.

p. 25. Anno 847.

p. 20.

p. 21.

Frisones Dasorum tributarii.

Anscharo mortuo Rembertus ejusdem discipulus, qui ex Turonensis & Corbejensis Scholæ Rectore Ripam in Jutiam missus fuerat, Bremam revocatus, episcopus creatus fuit consilio & voluntate Ludovici Cæsaris & Nicolai Papæ. Hic etiam populum in hisce oris religione christiana imbuit, Anscharii vitam descripsit, & captivos redemit, de his vide Adamum lib. 1. c. 31. & c. 36. & 37. mortuus & sepultus Bremæ an. 888. Hujus temporibus Erico mortuo successit *Canuto*, cui propter ætatem Godofridus & Sigfridus curatores dati, qui Carolum Crassum bello Saracenico occupatum aggressi totam fere Germaniam item Galliam vastarunt, Parisios usque sæpiusque ab illis Carolus *victus* tandem foedere cum illis inito Neustriam habitandam illis concessit & Godofredo Gislani Lotharii patruelis filiam in matrimonium, Frisiamque in dotem dedit. *Sed hoc Godofredo* à Duce Henrico interemto, Sigefridus ex Dania in Galliam *reversus*, viribus maximis illius mortem vindicavit, sedesque ibidem collocavit & Normandiam à Normannis appellavit, quod illa gens ex septentrionalibus Danis, Swedis & Norwegis etc. esset collecta. *Eosdem* tamen in Lotharingiam invasuros Arnulphus in patrui sui Caroli Crassi locum succedens, repressit XII. signa Regia illis addemta in Bavariam misit, & *centum mille* occidit, postquam hæc mortifera *persecutio* Normannorum *in christianos* cessavit. Hæc inciderunt in tempora Adalgarii episcopi Hamburgensis, qui a. 909. mortuus est. Sub Canuto hoc impio Rege christianorum etiam maxima persecutio fuit, & plurimi in *Ebstorpio* occubuisse dicuntur, de quibus late *Crantzius*. Canuto successit filius Frotho VI. Rex Daniæ qui patre impio natus ad religionem animum adjecit & ad Pontificem Agapetum legatos misit Angliæ partem magnam quæ à patre defecerat recuperavit, non diu tamen superstiti successit filius Gormo, Anglicus, quod ex Anglia esset oriundus dictus, & ipso, religionem christianam amplexus. Cui filius Haraldus successit, eidemque defuncto Gormo filius, impius erga religionem, & christianorum persecutor, qui etiam ideo Wormo usurpatur. Templum enim Schleswicense *Saxone* teste, ex imis fundamentis, est demolitus, inque illius locum delubra idolorum exstrui curavit Nordalbingiam & Frisios, item Transalbinos invasit, eorumque agros vastavit: quod Conradus Imperator Henrici Aucupis antecessor bello Ungarico occupatus, eidem resistere non posset. Sed mortuo Conrado Henricus Auceps commisso prælio prope Sleswico ad hexamilium eundem Gormonem concidit & imperata facere coegit;

p. 34.

p. 35.

Normanniæ etymon.

p. 36.

Lib. 1. c. 5. p. 36. & 37.

Frotho VI. Rex Daniæ. p. 37.

Gormo Rex Daniæ. Lib. 1. c. 6. p. 38.

Haraldus Rex Daniæ.

Gormo Rex Daniæ christianor. hostis.

p. 39. *Sleswicum Imperii Romani limes fit.*

p. 40.

Rembertus episcopus Bremens. Lib. I. c. IV.

p. 28.

p. 29.

p. 30.

Homerus. Iliad. circa finem.

Sivardo scil. tyranno. Saxo H. D. IX. p. 117.

Salcke C. M. legit Solcke.

Siverdi scil. III

Gutherino C. M. legit Guthorino C. Slesv. Gutthormo, vid. Abbat. Stadens. Annales.

Ericus junior, Rex Daniæ. *Saxo* lib. IX. *Helmold.* l. 5. *Cranz.* in Dan. ad ann. 847.

Ericus. Sax. lib. IX. *Helmold.* lib. I. c. 5. *Cranz.* Dan. h. a.

Abbas Stadens. vel potius Abbas Bremens. lib. I. c. 25.

Helmoldo. Scil. lib. II. c. 5.

Hamburgensis. C. Ax. legit erronee Bremensis Hamburgensi.

Adam. Bremensis hist. eccles. Lib. I. c. 24. 28.

Abbas Stadens. ad An. 858. seqq. 860. Cod. al. 860. C. Ax. ponit. 869.

Canuto. lege Cnuto. Cod. Menck. leg. Canutus.

Victus. Adam. Brem. c. 34. 35 Abb. Stad p. 94. Helmold. c. 8.

Sed hoc Godfrido. C. Ax. in ora ponit versum:

Effera barbaries laxis regnabat habenis.

Reversus. C. M. ita legit: ex Dania reversus in Galliam magnis itineribus contendit, illius mortem vindicavit.

Eosdem. C. Ax. in ora addit: Hinc colligas, tres eruptiones Normannorum fuisse: (1) tempore Erici junioris. (2) a. 876. (3) sub Arnolpho Imperatore. *Notula Axenii.*

Centum mille: C. Hamb. & Menck. decem mille.

In christianos: verba hæc desunt in Cod. Hamb.

Ebstorpio: Cod. Hamb. Ebstorpic: alii Ebbestorp.

Crantzius Scil. in narratione vera de reliquiis martyrum in Ebbenstorp, Metropoli ejus subjecta.

Saxone lib. IX. p. 179. C. Slesv. S. Axen in ora addit: *intelligunt hoc de templo Haddebuje quod ejus solum historia meminerit.*

Inter conditiones pacis alias. C. Hamb. Tamen conditiones pacis inter alia.

coegit; attamen inter *conditiones pacis* alias, marchionem *Sleſwici conſtituit*, Romanique imperii limitem, qui antea Eidora terminabatur Sleſwicum eſſe juſſit. Ita Sleſwicum Saxonum colonia conſtituta eſt. Limites hoſce etiam arce ſeu caſtello munivit, cujus adhuc veſtigia eminentia ſuperſunt, non longe ab æde Hedebui, vulgus Oldenburgum vocat. Sita autem fuit illa arx in monte excelſo, qui hodie adhuc conſpicitur, ſed arboribus, arbuſtis, fruticibus, & ſpinis adeo conſitus, ut aſcenſu difficilis ſit. Etſi autem iſta arx ſolo æquata ut nec rudera ſuperſint, foſſæ tamen adhuc tres, ſatis altæ & conſpicuæ viſuntur. Atque hæc arx cum urbe Sleſwico Marchioni ubi ſederet & præſidia haberet, attributa fuit. Unde conſtat, Oldenburgum totius Cimbricæ cherſoneſi propugnaculum, Sleſwicum autem ejusdem metropolin & quidem tunc temporis à Slia flumine, usque ad Eideram Imperio Romano ſubjectam fuiſſe. Hiſce temporibus Unni ex monacho Corbeienſi a. 917. epiſcopus Bremenſis factus profectionem ad Gormionem in Daniam ſuſcepit, ut illum jam mitiorem factum ad religionem chriſtianam converteret, qua in re ejusdem conjux Thyra Anglica fidelem operam navavit. Sed nec ſic quidem ambo quicquam perfecerunt, nec Gormo ulla ratione induci potuit ut chriſtianorum *ſacris* initiaretur: evangelii tamen prædicationem permiſit, idque magis de mandato Imperatoris Henrici. Filius etiam ejus Haraldus religione chriſtiana ut cunque imbutus licet nondum baptiſatus, chriſtianis æquior erat, unde eccleſiis hiſce in oris quies aliqua obtigit. Mortuus eſt autem Unni in urbe Succiæ Birca a. 935. Ante obitum autem Unni delegerat Ericum, qui in Cimbrica cherſoneſo verbum DEI propagaret, quem etiam Adalgadus Meindorfius archiepiſcopus Bremenſis Sleſwicum miſit ut evangelium ibi doceret, quod ille ſumma cura & diligentia, adjutus ope Marchionis Sleſwicenſis, & militum præſidiariorum eſt executus. Sed iterum bene coepta exercitia religionis novis motibus interrupta fuere. Nam Dani mortuo Henrico Aucupe, Marchionem Sleſwicenſem ſtatim de improviſo adorti una cum legato Ottonis Imp. apud Hedebui trucidarunt, arcem Oldenburg ex fundamentis everterunt & Coloniam Saxonicam funditus exſtirparunt. Grave enim illis erat limitem inter Carolum M. & Henningum ante conſtitutum ſcilicet Eideram eo usque extendi & præſidia in tam loco propinquo teneri. Fuit hoc a. 938. unde colligitur Marchionatum Schleſwicenſem ad exiguum tempus *duraſſe* annos ſcilicet plus minus 12. Henricus enim regnare coepit a. 920. a. autem 937. vel ut Schaffnaburg putat 935. regnare deſiit, & una cum eo extinctus eſt Marchionatus. Gormo autem ad ſummam ſenectutem vivens, coecus moritur, ſepultus in pago *Jellingen*. Thyra conjux aliquot annos ſuperſtes, non procul à mariti ſepulcro humata eſt, utriusque *monumentum* adhuc exſtat: lapis ſepulcralis ulnas 4½ in circuitione habet, & imaginem hominis uno latere exhibet, in altero latere ſequentia hæc verba: GORMA KONJUGA GIORE KUBE DISSE OFVER THYRE KOENE item: HARALD KONG BYGT KIRKE KYBL DISSE OFVER GORM FADER SIN OCH OFVER THYRE MUTTER SINSE. HARALDER KES OFVER DENMARCK.

Hiſce autem tumultibus ab Ottone M. cognitis maximo cum exercitu Daniam & territorium Sleſwicenſe ingreſſus usque ad mare quod Norwegiam à Dania *dividit*, penetravit, atque omnia ferro & igne vaſtavit. Et cum ad extremam Jutiæ oram perveniſſet *lanceam* ſuam à patre Henrico acceptam in mari ſua ipſius manu defixit, eique nomen impoſuit unde adhuc Ottenſund in hodiernum usque diem manet, *Imperatorem* redeuntem excipit Haraldus Rex Danorum prope Sleſwicum magno cum exercitu quem Imperator occiſis 4000. concidit Danosque in naves quæ in portu Sleſwicenſi habebantur fugere coegit. Haraldus victus & captus pacis conditiones accepit Imperio Romano ſe *ſubmittens* & ſacrum baptiſmum una cum conjuge *Gunilda*, & filio ſuſcipiens, quem ſacro fonti à ſe admotum Suen-Ottonem appellari voluit, duobus nominibus in unum coaleſcentibus.

Adeldagum autem Halraldum baptisaſſe memoriæ proditum eſt circiter A. C. 946. Manſit tamen Eidora limes Imperii à Carolo M. conſtitutus, & Marchionatum antiquari juſſit Imperator Otto. Ita impoſterum Sleſwicum in Regis poteſtate permanſit, qui, quemadmodum majores & ſubſequentes *Reges fecere* Præfectum ibi conſtituit, quoad illa Jutiæ pars in Ducatum Sleſwicenſem erecta fuit. De præfectis autem urbis Sleſwicenſis ante natum Chriſtum tractat Saxo lib. 4. & Nicolao regnante *præfectum habuit Elionem*. Atque ab eo tempore idololatriæ

Oldenburgum opus Henrici Aucupis.

Gormonis mors & epitaphium.

Gormonis vegis in gentiliſmo pertinacia.

Erici in prædicando evangelio ſucceſſus & induſtria.

Dani Marchiam Sleſvicenſem delent.

p. 42. Lib. 1. c. 7. p. 42. 43. p. 47. Lib. 1. c. 8. p. 46. p. 48. p. 49. p. 50. p. 52. p. 53. p. 54. *Haraldus Rex vincitur, & baptiſatur A. 946.* p. 55.

---

conſtituit. Ad. Brem. c 48. Helmold. c. 9. Paul. Æmilius, Sigebert.

Sacris. Ad. Bremenſ c. 49. Helmold. c. 8.

duraſſe. C. Sleſv. in ora addit: *Vellejus ſcribit Marchionatus durationem, cum mora Adami in paradiſo recte comparari poſſe, vid. Adam. Bremenſ. c. 48.* Nota *Axenii.*

Jellingen. C. M. vitioſe: Tellingen.

monumentum. C. Sleſv. addit in ora: *Henricus Ranzovius in æs incidi curavit.* Deſcriptio ſepulcri uberior & curatior petenda eſt ex Olai Wormii monument. Danic. p. 336.

giore. C. M. Giorde. Cod. Hamb. habet *glor.* Alius *glorde.*

Kybl. C. M. legit: KYBT DISSE OFNER, in cod. Hamb. deſunt verba: *diſſe ofver Thyre fader ſin och ofver Thyre.*

dividit. deeſt in cod. Hamb.

lanceam. Lancea hæc ſacra dicta. vid. *Abb. Stad.* p. 101. *Luitbrand Ticin.* lib. IV. c. 11. 12. *Witikind.* lib. I.

Imperatorem. C. M. legit: Imperatori redeunti occurrit, ita & C. Axen.

Submittens. Helmold. c. 9.

Gunilda. C. M. malè Gunulda.

Reges fecere C. Axen. addit in ora: Hujus tamen aſſerti contrarium aſſerit Adamus lib. 2. c. 39. qui Conradum Imperatorem Canuto Regi Daniæ civitatem Sleſwicenſem & Marchiam trans Eideram in foedus amicitiæ dediſſe ſcribit & ex eo tempore fuit Regum Daniæ. *Not. Axenii.*

præfectum. Ad. Bremenſ. lib. 2. c. 39.

Elionem. C. Ax. legit Elinonem.

Antiqua Tabula et pictura in Templo Aldenb: olim servata.



ADALDAGUS natus vel ex gente Meiendorff: vel Immendingorum Slesvicens. Ottonum Impp Cancellarius Archiep. Hamburg. a. 936. et Slesvicensis Episcopus a. 974. † 988.



MARCO Ottonis I. Imperat. Cancellarius primus Episcopus Oldenburgens. et (denominatus:) Slesvicensis a. 952.



Effigies ADALBERTI Archiep. Hamb. omnium q nationum septentrionalium † 1072. apud Winckelman. in Mirandis Oldenburgic. MSC.



ABSOLON HILDE episcopus Lun= I. Regis Dan. Con= reschallus. Prae= tra Slavos Scriptor † 1201. d. 21. Mart.

seu ALBINUS Archi= densis. Waldemari siliarius Regni Ma= fectus militaris con Juris Dantici. AE. typū D. Laurentii fos.

J. F. Kayffmann. sculpsit Wolffenb. E.









triæ Cimbrica cherſoneſus valedixit & chriſtiana religio ibidem florere coepit. Otto enim Imp. eodem tempore tres epiſcopatus fundavit, Schleſvicenſem Ripenſem & Arrhuſienſem, eosque Hamburgenſi tanquam metropolitano ſubjecit. Cui etiam poteſtatem fecit epiſcopos mittendi Sleſwicum, idque longo tempore obſervatum, donec tandem poſt aliquot annos beneficio *Pontificis* Romani Sleſwicum & Dania à jurisdictione Hamburgenſi exemtæ fuere vide infra. *Adeldagus* itaque primus Sleſwici & in Dania epiſcopos conſtituit & quidem *Marconem* genere nobilem & Ottonis Imperatoris Excancellarium Sleſwicum miſit tanquam epiſcopum Sleſwicenſem a. 946. vel ſecundum calculum chronici Bremenſis 952. Idem etiam ante obtinuerat epiſcopatum urbis Altenburgenſis quæ *Stargardia* lingua Slavonica appellata erat in Wagria ſita. Eo autem mortuo Sleſwicum peculiarem epiſcopum accepit, ut infra dicetur. Hoc autem tempore hæ oræ continuis bellis *deſolatæ*, iterum habitari & coli coeperunt, quod poſt DEUM Ottonis pietati *acceptum* ferendum. De hiſce temporibus vide Helmold. atque obiter de *ſilva* ab urbe Lucilenburg Sleſwicum pertingente, ubi ait, inter maximas quercus jugera ſulcis diviſa exſtare, urbesque ibidem conditas fuiſſe, idque ex ruderibus vallorum *reliquiis* & rivis in quibus aggeres aquis colligendis congeſti, colligi poſſe, quem ſaltum *à Saxonibus* olim habitatum ait. Nimirum hoc factum, quando in Britanniam tranſeuntes hi populi haſce oras ante habitatas, & bene cultas deſeruerunt, & vacuas reliquerunt. Eccleſiis ad hunc modum hiſce in oris conſtitutis, Daniaque ab aperto bello *liberata* Imperator rediit in Germaniam. Cum autem nihilominus Thyra Gormonis vidua (quam *Saxo* caput Majeſtatis Danicæ vocat) videret excurſiones in territorium Sleſwicenſe fieri à Germanis aliisque *populis* ſecum deliberare coepit, qua via huic malo occurrere poſſet. Popularibus igitur & ſubditis ſuis hortatrix fuit, ut vallum à mari orientali ad occidentale ducerent, quo iſthmus Cimbricæ cherſoneſi clauderetur, & contra incurſum hoſtium muniretur. Hac enim ratione poſſe excludi exteros, quod vallo clauſa peninſula nemini aditus pateret. Id hoc facilius *eis* perſuaſit, quod cherſoneſi iſthmus, id eſt intercapedo & terra, inter duo illa maria unius ſaltem eſſet germanici milliaris, ideoque nullo negotio contra excurſionem exterorum ſepiri poſſet. His rebus adducti, & autoritate Reginæ permoti opus illud admirabile & æterna memoria dignum aggredi conſtituerunt. Et ut in opere tanti momenti & laboris æqualitas ſervaretur, anguſtias illas iſthmi inter ſe partiti ſunt, idque ſortibus opere diviſo. Quarum una pars Scaniæ, alia Selandiæ, tertia Fioniæ excitanda atque vallanda ſorte obtigit. Scaniæ illa pars cecidit quæ à porta illa quæ & vulgo Kalgat appellatur Hellingſtedt usque protenditur. Selandis autem & Fionibus portio illa quæ à ponte verſus Sliam vergit, obvenit. Cujus rei adhuc veſtigia evidentiſſima ſuperſunt & antiquitatis ſtudioſo demonſtrari poſſunt. Et quo cibariorum copia ſuppeteret commeatum ad alendam multitudinem eorum, qui opus facerent Juti, & Sleſwicenſes ſublevarunt & comportarunt. Vallum autem etiam foſſa alta circumdederunt, quæ adhuc ubique conſpicitur. Murum multis poſt annis Waldemarus Rex devictis Slavis ductore Abſalone *Archiepiſcopo* Lundenſi & *Friderico* epiſcopo Sleſwicenſi pro ſua in patriam pietate ex cocto latere inflatum excitavit & vallo impoſuit, ut potius valli *occiduos* lapſus ſolidior novæ molis ſtructura reficeret quam debilem ejus ſitum crebrior inpoſterum ruina ſubmitteret ut Saxo loquitur. Et quod Slavi quos Carolus M. in transalbinam Saxoniam deduxerat territorium Sleſwicenſe aſſiduis excurſionibus vaſtarent, ita, ut ſolitudini pene ſimillima eſſet murus ille in multis locis ſeptem pedes latus & octodecim altus adhuc hodie deprehenditur quamvis magna ex parte lateres eruti & murus dirutus ſit, ita, ut ſaltem rudera ſuperſint. Nam ex lateribus illis templum Sleſvicenſe exſtructum eſt, & omnes penè furni, quibus panem vicinis in locis pinſunt & decoquunt agricolæ compacti ſunt. *Quin etiam ex iſtis ruderibus ad ædificationem arcis Gottorpianæ magnus acervus comportatus fuit.* Lateres autem iſti in pagis Schobui & Husbui cocti fuerunt. Nam & ibi fornaces lateritiæ & calcariæ fuerunt, quarum veſtigia adhuc videre ibidem licet. Calcem ex Gothlandia navibus comportaverunt, vallum in ſummitate latitudinem habet 30. 40. & quibusdam in locis 50. pedum. Longitudo eſt unius milliaris Germanici vel ſex Italicorum ut recte hexamilium dici poſſit, quo nomine murum in Peloponneſo appellarunt, ut infra dicetur. Vallum qua orientem ſolem ſpectat, initium capit à flumine Slia & per dorſum cherſoneſi protenſum vergit ad occaſum Hollingſtedt usque idque paludes quas æſtus maris occidentalis ad flumen Trenam efficit, excipiunt. Et hac ratione à parte maris una ad alteram usque peninſulam claudit.

ib. 1. c. 9. .56.
Marco epiſcopus Sleſvicen.
a. 946.
p. 57.
p. 59.
p. 60.
Lib. I. c. X. p. 60.
Thyra Gormonis vidua vallo iſthmum claudit.
p. 60.
p. 61.
p. 62.
Murus à Waldemaro exstructus.
p. 62.

Pontificis. Ad. Bremenſ. lib. 2. c. 2.
Stargardia. C. Sleſv. legit Slaigarda.
deſolatæ C. alt. legit diſſolutæ.
acceptum. C. M. & H. accepto.
Silva. Silva illa incipit Kilonio, vulgo *'der Däniſche Wald* & tranſit Hütten, Büſtorp, Böle (Pale) & ulterius. Notula *Br. Boyſen.*
fuiſſe. C. H. eſſe.
reliquiis cod. Hamb. reliquis. vid. Helmold. c. 49. 57.
à Saxonibus. Cod. Sleſv. addit: qui ab Auguſto teſte *Suetonio c.* 11. trans Albim pulſi, hunc locum longiſſimo tempore tenuere usque ad migrationem Britannicam de qua Beda conſulendus. Notula *Axenii.*
liberata. C. H. pacata.
Saxo. lib. X. p. 184.
populis deeſt vox in cod. Hamb.
eis. C. H. ei.
Archiepiſcopo - - - Friderico. deſunt hæc in Codicib. Menck. C. Hamb. & Axen.
occiduos. C. Hamb. occidui.
Quin - fuit. hæc non leguntur apud Cyprænum in annalibus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

claudit. Porta una in medio relicta fuit, per quam tranſitus daretur quam Kalegat nominant appellatione inde petita, quod in loco patenti & unique aperto, nullisque ſilvis & arboribus impedito ſita ſit quaſi dicas, *kahl*, *ſchlecht oder*
p. 63. *offengatt*. Arcem etiam vel caſtellum adhuc etiam monſtrant, ubi Thyra domicilium habuerit, non procul à pago *Klein-Dennewerck* quod vallo contiguum eſt, idque adhuc rudera quæ ſuperſunt & vallorum veſtigia & foſſæ oſtendunt, ut certum ſit Thyram in ædificatione valli multum *operæ* poſuiſſe, ut peninſula hæc ad exemplum ejus valli, quod Imperator Severus in Britannia erexit, clauderetur, & regio ab incurſionibus tuta redderetur. Dividit autem illud vallum Scotiam ab Anglis & vulgo *Severswall* appellatur. Quod Thyræ in Anglia natæ atque educatæ cognitum eſſe potuit, quamvis plerique autores non contemnendi, nimirum Galli Thyram hujus operis primam inventricem non fuiſſe tradant; ſed quod vallum illud multis ante annis & pene ducentis temporibus Caroli M. inchoatum, & ædificari coeptum ſit, inter quos Aimmonius lib. 4. hiſt. Franc. de vallo ita ſcribit: Godofredus limitem regni ſui, qui Saxoniam reſpicit vallo munire conſtituit, ut ab Orientali maris ſinu quem illi *Oſterſolt* nominant usque ad occidentalem oceanum totam Eidoræ fluminis aquilonarem ripam munimentum valli prætexerat, una tantum *porta* dimiſſa, per quam carra & equites emitti & recipi poſſent. Hucusque Ammonius, quibus conſentanea tradit Paulus Aemilius lib. 3. his verbis: Gotofredus Danorum Rex Daniam quæ Francorum bello patebat, foſſa, aggereque & vallo præmuniit una omnino porta relicta &c. Hactenus Ammonius & Aemilius, qui veriſſima de hoc vallo ejusque porta tradunt. Quod ſi itaque hos autores ſequamur, primum ejus operis inceptorem & autorem Godofredum conſtituamus, neceſſe eſt. Interim tamen Tyra opus illud ante annos 200. plus minus vel inchoatum vel collapſum perfecit, vel etiam re-
p. 64. ſtauravit, idque ad excludendos Saxones & Slavos quotidie in territorium Sleſwicenſe irrumpentes. Huic poſtea ut ſupra dictum murum Woldemarus adjecit, portamque clauſtris cin-
p. 65. xit. Sed & Regina Daniæ Margaretha quam Nigram nominant ſcriptores, vallum illud tertio reficiendum & inſtaurandum murisque & foſſis pedum 20. muniendum idque circiter annum à nato Chriſto 1185. Canuto Woldemari filio regnante id eſt, 300. poſtquam Thyra regina vallum reſtauraverat temporibus Friderici I. Imperat. cujus veſtigia etiam adhuc ſatis multa ſuperſunt. Et hæc quidem de vallo illo quod *Dennewerck* nominant, partim ex hiſtoriis conquiſivimus partim percontationibus accepimus, commemorare viſum fuit. Quod

Quis primus hujus valli autor ſit?

Dani exemplo aliarum gentium, patriæ in tuto collocandæ eam ſtruxerunt & ædificarunt. Non eſt igitur quod quis exiſtimet Danos ſolos cherſoneſum ſuam Cimbricam vallo clauſiſſe, cum conſtet Græcos alibi duobus in locis idem tentaſſe & perfeciſſe, quemadmodum ex Herodoto Xenophonte aliisque colligere licet. Ita Dercyllidas cum Thraces cherſoneſum infeſtarent eam à parte maris una ad alteram muro ſepivit teſte Xenophonte lib. 3. & Miltiades iſthmum ab urbe Candia ad *Parthiam* mari præſepivit ne Abſynthii excurſionibus regionem vaſtarent, qui 30. ſtadiorum eſt ut Herodotus lib. 6. tradit. Omnium autem iſthmo noſtro ſimillimus eſt Corinthiacus in ea parte Græciæ quæ Peloponneſus, nunc Morea appellatur & omnium ſcriptis celebratur, ſive ſitum reſpicias ſive latitudinem. Nam & hic inter duo maria Jonium ſcilicet & Aegeum jacet, de quo Ovidius:

Græci iam olim cherſoneſum vallo clauſerunt.

Iſthmus Cimbricus corinthiaco ſimillimus.

Æquora bina ſuis oppugnant fluctibus iſthmum
Et tenuis tellus audit utrumque mare.

Latitudinem habet eandem 40. ſtadiorum, ut p. 66.
Hermolaus barbarus notavit, quæ quinque milliaria Italica efficiunt, alii ſex millium ſpatio eum definiunt. Unde & murum qui à mari ad mare in iſthmo Corinthiaco deductus eſt, caſtrenſi vocabulo hexamilium vocarunt. Strabo lib. 8. διόλκον nominat, per quem a mari ad mare *plauſtris* naviculas transvehere ſolent, periculi vitandi & compendii cauſa, eumque πεντηκοντα p. 66.
i. e. 50. ſtadiorum eſſe ſcribit, ut & Paulus Jovius vocabuli originem rationemque ſecutus. Murus autem ille multis ante natum Chriſtum annis ædificari coeptus eſt, & quidem Xerxis tempore. Nam cum è Græcia in Peloponneſum bello Perſico frequentes irruptiones fierent, Peloponneſii quo patriam in tuto collocarent conſternati clade Spartani Leonidæ apud iſthmum congregati communibus ſuffragiis murum à mari ad mare ducere decreverunt, hoc eſt à Lechæo ad Cenchreas, teſte Diodoro lib. II. quod opus aggreſſi hominum aliquot millia dies ac noctes continuas ſine ulla quiete elaboraverunt, aliis ligna aliis lapides, aliis lateres aliis corbes arena repletos comportantibus, & convehentibus. Itaque intra dies pauciſſimos murus ille ſtetit. Populi qui opus fecerant apud Herodotum *in Urania* enumerantur. Quem tamen Athenienſes bello Pellopenn. victores poſtea demoliti ſunt quod cauſarentur, ſe illo opere Perſis proditos fuiſſe. Murus autem iſte poſtea reædificatus usque ad patrum noſtrorum memoriam ſtetit, usque ad annum 1453. quo tempore Amurathes Imp. Turc. quo facilius Peloponneſo potiretur Hexamilium p. 67.
demolitus eſt, & peninſulam vaſtavit. Veneti autem poſt acceptam hanc cladem, Hexamilium

---

operæ. deeſt vox in C. H. vid. Cypr. annal. p. 63.

Severswall. Codex Sleſwicenſis diverſa manu hæc notat: Dioni appellatur διατρικισμα, Herodiano χωμα, Antonino Caſſiodoro & aliis vallum, Bedæ murus, Britannis Gvalſever, Scottis Scottilwall; Anglis & accolis The Pictswall ſive the Pehitswall i. e. murus Picticus & the Keepwall i. e. cuſtodia murus. Nota *Axenii*.

Oſterſoldt C. M. mendoſe Oſterholt cod. Sleſv. Oſterbelt.

Porta C. al. parte.

Parthiam. C. M. mendoſe *Paitiam* mari præſepſit; alii *Pactium mare*.

plauſtris deeſt in C. H.

in Urania. deſunt voces in C. M.

lium deſtructum intra 15. diem reſtaurarunt opera 40000. hominum quos muro reficiendo adhibuerunt. Atque ita ſemper Turcis & chriſtianis curæ fuit Hexamilium vel reficere vel demoliri, quod in eo magna vis eſſet ad hoſtium vim ſuſtinendam, & ab ingreſſione propulſandam. De vallo autem Severi Imp. plura
p. 65. apud *Camdenum* vide. Hæc prolixius tractata propter ſimilitudinem horum iſthmorum præſertim Græci & Cimbrici cum utriusque intercapedo ſit pene par, & olim florentiſſimæ civitates Corinthus & Sleſwicum fuerint eandemque fortunam expertæ jam jaceant deletæ,
p. 67. neque amplius emergere queant. Marcone defuncto, ſucceſſit peculiaris epiſcopus Sleſwici Haraldus Regi Haraldo cognominis a.
A. 951. 951. ſeditque ann. 10. ab Adeldago *illuc miſſus*.
Haraldus epiſcopus Sleſv. Lib. I. c. XI. Haricum hunc Saxo nominat. Haraldus autem
p. 68. Rex quamvis non ſolum religioni fuerit addictiſſimus ſed etiam in rebus politicis perſpica-
Haraldi Regis laudes. ciſſimus & ſolertiſſimus, ut pote cujus leges Saxones & Friſii ſervarint, à filio tamen, variam
p. 69. tamen eſt expertus de quo plura vide apud Adamum c. 18. lib. 2. Poſt *Haraldum* in catalogo
Lib. I. c. XII. quodam ponitur epiſcopus Sleſwicenſis Adaldagus, de quo tamen nihil certi apud autores
p. 71. legitur, uti credibile ſit archiepiſcopi Hamburgenſis nomen in catalogum Sleſwicenſem relatum fuiſſe, quod in convertendo impio Suen
p. 72. Ottone qui religionem chriſtianam abnegarat
Sven Otto Rex Daniæ. Svenottonis Regis fata. epiſcopi ſuſtinuerit partes. Hujus autem in parentem impietatis dignas poenas *Swenotto* luit. Nam bis à *Julinenſibus* Slavis captus, item ab Erico Sueciæ Rege tandem in Scotia 14. ann. exulavit, & in exilio ad Chriſti agnitionem rediit regnoque reſtitutus fuit. A. 964. Folcbertus epiſcopus Sleſwicenſis ab Adaldago creatus
A. 964. *Folcbertus epiſcopus Sleſwicenſis.* & conſecratus fuit, de cujus ortu, familia, genere, rebusque geſtis, nihil proditum eſt, niſi quod
p. 75. Suenottone religionem chriſtianam oppugnante, magnis cum impedimentis conflictatus, verp. 73. bum DEI propagaverit. Temporibus Swen-Ottonis obiit Adaldagus, cui Libentius archiepiſcopus Bremenſis ſuccedens, Swenottonem
p. 76. placare & chriſtianis æquiorem reddere conabatur. Sed obſtinatior erat, quam ut a propoſito divelli poſſet, igitur juſtum DEI judicium expertus ab Erico Sveciæ rege regno pulſus, ut ſupra dictum eſt in Scotia 14. ann. exulavit.
A. 984. Mortuo Folcberto a. 984. plus minus, Poppo
Lib. I. c. XIII. Poppo epiſcopus Sleſvicenſ. natione Danus, & Pontificis quondam Sacellanus epiſcopus Sleſvicenſis eſt *creatus*, qui col-
p. 78. lapſam religionem tempore exilii Swenottonis fideliter erexit, & idololatriam noviter introductam exſtirpavit Svenottonemque ab exilio reverſum verbi Divini prædicatione in ſuam ſententiam pertraxit. De miraculis autem, à
p. 79. Poppone editis, quibus doctrinam ſuam confirmavit, vid. Adamum. c. 25. lib. 2. ubi illud de
p. 79. 80. 81. tunica cerata relatum miraculum dicitur accidiſſe prope amnem qui vulgo ſacer appellatus eſt, & Sleſwico 40. ſtadiis diſtat, Flensburgum verſus *Hilligebeke* dicitur, quod nomen adhuc retinet, quia ibi aliquot millia hominum baptiſavit, & in colliculo amni vicino *Poppenholt* dicto, conciones habuiſſe & populares ſuos ad Chriſtum convertiſſe *fertur*. Hujusmodi autem miracula quæ ſcribebantur, etiamſi fabuloſa videri poſſunt, piorum tamen teſtimonio ho-
p. 83. minum nituntur, quibus non temere fides deneganda. Celebre autem hujus *Popponis* nomen hiſce in locis fuiſſe indicio eſt, quod in Friſia de ejus nomine multos Poppones nuncupatos liceat reperire. Obiit autem Poppo
a. 1029. a. 1029. Bremæ ſepultus, ut Cranzius notavit,
Mors Popponis. unde conſtat eum Regi Svenottoni ſuperſtitem
p. 84. fuiſſe qui obiit a. 1012. in Anglia ſepultus Ebo-
Lib. I. c. XIV. raci. Svenottoni ſucceſſit Canutus Rex Daniæ
p. 85. dictus Magnus, princeps optimus & religioſiſ-
Canutus Magnus Rex Daniæ. ſimus, ſub quo maxima pax & tranquillitas eccleſiæ obtigit, qui templum Roſchildenſe exp. 90. ædificavit, & S. Laurentii Lundis, ingentemque auri vim in miniſtros verbi Divini erogavit. Dicitur etiam primus in Daniam monachos invexiſſe, dicitur etiam voti ſolvendi cau-
ejus laudes. ſa an. 1030. Romam profectionem ſuſcepiſſe.
a. 1030. Hujus temporibus etiam Popponi ſucceſſit Ezi-
p. 80. co epiſcopus Sleſwicenſis miſſus ab Unwano
Ezico epiſcopus Sleſvicenſ. epiſcopo Hamburgenſi, cujus nomen in catalogum epiſcoporum Sleſwicenſium relatum eſt.
p. 85. 91. Ad Eidoram autem fluvium cum perveniſſet, ibidem ægritudine correptus obiit licet alius nullus peregrinationes eum ſuſcepiſſe legatur.
p. 86. Quamvis autem plures ordinati tunc temporis fuerint epiſcopi, quorum nomina exſtant veriſimile tamen eſt, cum nullas poſſeſſiones aut proventus certos haberent, hinc inde evangelii propagandi cauſa fuiſſe miſſos, neque certas ſedes habuiſſe. Regnante Canuto epiſcopi in
Lib. I. c. XV. Anglia ordinati & in Daniam miſſi, nihilominus
p. 91. epiſcopo Hamburgenſi obedientiam præſtare
Epiſcopi Daniæ in Anglia ordinati. coacti fuere. Unde Unwanus Gerbrandum in carcerem dicitur conjeciſſe, de quo pluribus vid. Adamum. c. 38. lib. 2. Eodem etiam re-
p. 92. gnante lateres illi incocti vel pumices ex An-
pumices ex Anglia allati. glia in cherſoneſum Sleſwicenſem navibus adp. 92. vecti ſunt. Ex quibus templa quædam ædificata fuere Sleſwici, ut & illud quod in Hollingſted conſpicitur. Sed & templum *Haddebui* & monaſterii Sleſwicenſis, in quo virgines
p. 93. nobiles

Camdenum ſcil. in deſcript. Angliæ, p. 31. ſeqq. Cod. Sleſv. legit. p. 642. -- 646.

illuc. deeſt in C. H.

miſſus. Helmold. c. 17. Adam. L. 2. c. 19. Saxo lib. 10.

Haraldum Epitaphium Haraldii Roskildæ (C. M. Roſcholdi.)

Poſt natale Dei, dum ſcripſimus octoginta
Nongentos meruit ſcandere celſa Poli. add. Cypræi annal. p. 73.

Sven. Adam. L. 2. c. 21. 25. 28. Abbas Stad. p. 111.

Julinenſibus. C. M. Jucinenſibus.

Creatus. C. H. collatus.

fertur. Amni huic antiquitas hunc honorem habuit, & noſtra ætate ſunt equites & aurigæ, qui equos ibi bibere non ſinunt, quod experientia teſtatur aſthmate corripi, (vulgo *werden verfangen*) quod, ut accepimus, ita lectori remittimus & in medio relinquimus: nam id tanquam commentum rejicere, vel tanquam verum aſſerere, religio eſt. *Broderi notula.*

Popponis. Adam. Bremenſ. c. 44 L. II.

Haddebui. C. M. Hedebui.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nobiles vivunt, ex his lateribus magna ex parte conflatum est. In quibus & lapides sepulcrales pedis pastoralibus insignitos in memoriam Pastorum & ministrorum verbi Divini, qui ibi humati sunt, cernere licet. Nam, cum uni & eidem regi, Anglia & Dania pareret, coeperunt Angli merces suas navibus Sleswicum transportare, ad emporium eo tempore celeberrimum & opulentissimum quod facilis esset & brevissima transmissio ex Anglia in *Hollingstedt, quas inde* Sleswicum ad mercatum plaustris transvehendas curarunt. Indicio sunt ædificia illa, quæ adhuc ex pumicibus conflata Sleswici & Hollingstedt *conspiciuntur* & exstant. Nam ea ab Anglis exstructa & mercium condendarum & venum exponendarum causa, à mercatoribus facta esse, monumenta, quæ supersunt, satis indicant & à majoribus nostris proditum est. Utraque autem domus urbe postea diruta & eversa, & quod Anglorum discessu, cessarent commercia in *templum* conversa est, & Sleswicensis quidem in ædem Spiritus S. cui etiam deinceps turres duæ amoenæ sumptibus civium locupletum & religiosorum adjectæ fuerunt quarum adhuc altera nostra ætate sarta tecta permansit & a. 1593. quod ruinam minaretur, cacumine & fastigio primum nudata fuit. *Ædem* autem ipsam demoliri jussit Dux Adolphus & *in usum* valli lapides & rudera comportari, paucis ab hinc *annis*. Sed & plumbum, quo templa in chersoneso Cimbrica tecta cernuntur, regnante Canuto & aliquot post annis, ex Anglia transportatum esse constat, quod Reges Daniæ qui tunc rerum potirentur, subditis & popularibus suis merces omnis generis, ex Anglia exportandi potestatem facerent, & quidem vel nullo vel exiguo pretio. Canutus Rex Roma reversus, regna sua inter filios divisit. Cum autem inter Canutum & *Magnum* Norwegiæ Regem diu multumque certatum esset, inter illos tandem convenit ut uter alteri superstes esset, is utroque regno potiretur. Idem Daniæ & Norwegiæ, quæ pacta, procerum consensu & jure jurando firmata fuerunt, cumque Canutus alteri præmortuus esset, Magnus tenore foederis jurati utriusque regni Rex factus est. Quomodo autem Vandali tempore Magni Regis Daniæ aliquoties in Jutiam irruptionem fecerint eamque Ripam usque vastaverint & diripuerint tandemque in isthmo Sleswicensi in campestribus Hedebui Slavorum 15000. deleti fuerint vide Adam. lib. 2. c. 59. Circa hæc tempora *Rudolphus* episcopus Sleswicensis creatus est, à Bezelino Alebrando archiepiscopo Hamburgensi, cujus fuerat sacellarius. Mortuo autem Bezelino an. 1043. 7. Calend. Maji successit illi Archiepiscopus Albertus sive Adelbertus. Qua autem licentia hic Albertus usus fuerit in reprehendendo Svenone Rege Daniæ, quod non tantum concubinarum libidinibus se contaminasset, sed etiam consanguineam suam Gutham Svecam duxisset, quomodo etiam repudii libellum, tandem rex eidem miserit vid. Adam. lib. 3. c. 12. Sax. lib. II. A. 1060. Rudolpho successit in episcopatum Sleswicensem Siwardus, non quidem ab Adelberto archiepiscopo Hamburgensi missus, sed à Rege Svenone II. in Anglia electus, nondum enim odium adversus Adelbertum ex animo deposuerat, ope tamen Pontificis Alexandri II. Sveno Rex cum archiepiscopi Sleswici, quo convenerant, in gratiam rediit. Illa autem reconciliatio maximo emolumento fuit ecclesiis borealibus ita ut regnum Daniæ non solummodo redditum sit religione exultius, sed & templa sacella & aliæ ædes sacræ donationibus & legatis factæ sint ornatiores & cultiores. Mortuo Svenone Canutus, qui propter pietatem & *integritatem*, sancti nomen adeptus est, in regno successit. Is ecclesiasticum ordinem honestare & ad exemplum Svenonis provehere cupiens, lege lata curavit, ut episcopi Regibus proximi assiderent. Qui honos etiam Siwardo episcopo Sleswicensi exhibitus fuit. Dedit etiam immunitatem Clericis ut Laicorum jurisdictione exemti essent, & coram sui ordinis hominibus convenirentur. Decimarum solutionem etiam populo imperavit. Sed hoc ejus incoepto in tantum odium venit, ut non solum postquam fratrem Olaum in Flandriam relegasset, in Dania tutus non esset, sed etiam per proditionem Blacconis in æde S. Albani Othoniæ lancea nefarie transfigeretur & martyrio coronaretur. *Vixit autem* circiter annum. 1070. Anno 1064. Sleswicum missus fuit Rudolphus ab Adelberto Archiepiscopo Hamburgensi cujus sacellanus fuerat, qui episcopatum administravit, vir vitæ sanctitate insignis, & doctrina præditus singulari, cui etiam hic honos habitus, ut præsente Henrico IV. Imperatore a. 1080. maximum templum Mindense, una cum civitate conflagratum & reædificatum consecraret. Hujus temporibus Olaus, qui Sleswici in vincula conjectus & in Flandriam relegatus erat, *carcere liberatur*, domum reversus fratri Canuto in regno successit, qui toto tempore quo vixit una cum toto regno Daniæ, expertus est, DEUM vindicem, sanguinis innocenter effusi. *Tanta* enim laboratum est annonæ penuria ut non tantum multi fame quotidie perirent, sed ipse etiam Rex, prædiis alienatis, quo se, & militem aleret, vix haberet, unde etiam famelici nomen est adeptus. Olao Regi successit Ericus frater, ex Svecia ubi hactenus delituerat, evocatus. Cujus temporibus, DEUS præteritam inopiam frugum, ubertate compensavit. Hic, ob insignem pietatem & integritatem Boni cognomen accepit, Danice *Eygott*. Julino *obsesso*, cum in Wandalos piratas severius animadvertisset, à Liemaro Archiepiscopo Bremensi fuit excommunicatus, quod in

Sleswicum opulentissimum emporium.

p. 94.

p. 94.

Pactum Canuti cum Magno Rege Norwagiæ.

p. 96.

Slavorum cædes.
Rudolphus episcopus Sleswicens. a. 1043.
p. 96.
p. 97.
p. 98.

Sveno Rex Daniæ.

p. 100. a. 1060.

Siwardus episcopus Sleswicensis.

p. 101.

p. 102.

Lib. I. c. XVI. p. 106.

Canutus & Rex Daniæ episcopos Regibus æquat.

p. 107.

p. 109.

martyr. 1070. *Lib. I. c. XVII.* p. 113.

Rudolphus episcopus Sleswicens.

Olaus Rex Daniæ fa-melicus.

Lib. I. c. XVIII. p. 115.

Ericus Rex Dan. cogno-mine Bonus.

p. 115.

p. 116.

excommuni-catur.

Quas inde - - conspiciuntur, desunt in C. H.
templum. C. H. templa.
ædem - Adolphus. Non leguntur apud Cypræum in annalib.
& in usum - - annis, Non leguntur in C. Menck.
Magnum. deest vox in C. Hamb.
Rudolphus. deest in C. H.
integritatem. C. H. sanctitatem.
Vixit autem - - 1070. non exstant in Cypræo.
Carcere liberatur. desunt in C. H.
Tanta C. H. tantum.
Eygott. C. H. Eyegot.
obsesso C. M. obsessa.

in inferendis poenis modum exceſſiſſet. Illud indigne ferens Rex, Romam proficiſcitur ad Pontificem, qui utraque parte audita, Regem ab excommunicatione abſolvit. Rex his verbis adductus, apud Pontificem inſtat, ut archiepiſcopi jurisdictione eximeretur, & ut archiepiſcopus ex numero epiſcoporum regni Daniæ cooptaretur. Papa ad Regis inſtantiam
p. 117. Cardinalem, qui de ſtatu eccleſiarum cognoſceret, ſe miſſurum recepit, cumque diutius ea res differeretur, Rex in procinctu itineris Hieroſolymitani, iterum legatos miſit ad Papam, qui demum Cardinalem mittens, eo rem deduxit ut Aſcherus Lundinenſis archiepiſcopus conſtitueretur cui Daniæ, Sveciæ & Norwegiæ epiſcopi
Dania, Svecia & Norwegia a dioeceſi Præſulis Hamburgenſis eximuntur. ſubeſſent, cui etiam ad tempora *Anaſtaſii* Papæ obedientiam præſtitere. Quo tempore Norwegia peculiarem adepta eſt Archiepiſcopum quem Nicolaus Cardinalis, ab Eugenio III. Papa miſſus, præſidente Eshillo Lundenſi conſtituit a. 1153. Nam & tunc Norwegia Reges
p. 117. habuit peculiares. Ita propter temerariam cenſuram archiepiſcopus Bremenſis jurisdictionem in Clericos & viſitandi jus, quod a primo tempore publicati evangelii in Dania habuerat, amiſit. Hanc tamen archiepiſcopi confirmationem,
p. 117. rex, in itinere in Cypro mortuus, non vidit. Atque ita archiepiſcopus Lundenſis tunc temporis epiſcopum *Sleſwicenſem* miſit, quemadmodum & ipſius ſucceſſores fecere. Circa hæc
Lib. I. c. XIX. p. 118. *Aaſverus.* tempora etiam vixit *Anſverus* Sleſwici natus, & Ratzeburgi martyrio coronatus circiter annum
Lib. I. c. XX. p. 126. 1072. Gunnerus natione Danus ab Aſchero I. archiepiſcopo Lundenſi in epiſcopum Sleſwicenſem ordinatus, & conſecratus fuit. Hic
Gunnerus epiſcopus Sleſvicenſ. ſpectator fuit ejus calamitatis, quam Sleſvicum maximam accepit à Slavis, qui urbem non
p. 126. ſolum obſederunt ſed etiam penitus vaſtarunt. Cum enim Henricus Obotritorum Rex, dotem
Sleſwicum vaſtatum a Slavis. maternam à Nicolao Rege peteret; neque quicquam impetraret armis *eam* extorquere ſtatuit.
p. 128. Itaque ope Bluſſonis qui etiam caſtellum Sleſvici ſui firmandi cauſa erexit *Bluſſenburgum* vulgo *Luſenburgk* territorium Sleſwicenſe ingreſſus, omnia ferro & igne vaſtauit cumque Rege
p. 129. Nicolao à præfecto ſuo Sleſwicenſi Clino deſerto congreſſus, non tantum victor evaſit, ſed etiam Regem multis ex nobilitate cæſis & captis in Daniam reverti coegit. Ita igitur Sleſwiga à Rege & præfecto deſerta, de improviſo, non ſolum *Slavorum* incurſionibus tanquam ab hoſtibus funditus fuit everſa, ſed etiam ab amicis Friſiis, Holſatis, & Thietmarſis direpta fuit, qua in re autoritatem & conſenſum ſuum etiam adhibuit vir quidam nobilis & clarus, cujus tamen
p. 130. nomen Saxo non exprimit lib. XIII. p. 232. Atque ita Sleſwicum funditus fuit *everſum* Henrici IV. a. 8. Rex Nicolaus, quod viribus impar eſſet, hoſti reſiſtere non potuit. Ita fiebat, ut Slavi nemine prohibente Sleſwicum excurrerent. Nam qui præfecturam Sleſwicenſem acceptare vellet, repertus fuit nemo, propter ſummum diſcrimen, tandem exortus eſt Canutus, qui tam periculoſum à patruo multis honorem oblatum expeteret, quem tamen ille gratis à Rege Nicolao non eſt conſecutus, imo vendita ſui patrimonii parte munus aliis hactenus ob periculum formidoloſum & contemtum aſſecutus eſt Saxone lib. XIII. teſte. Ita Rex extimeſcendum ignaviæ decus, virtuti venale fecit, id eſt, præfecturæ beneficium, quod homines ignavi & meticuloſi ob periculum reſpuebant, viro forti & audaci vendidit, quod honeſtam militiam vili lucro antepoſuit. An autem Ducatum in feudum acceperit, dubitari poteſt, quum emtionis mentio fiat. Sed tamen verius eſt, in feudum accepiſſe hunc Ducatum, cum Saxo, bis, beneficii vocabulo utatur, quod feudo propriè competit. Ducatum Sleſvicenſem adeptus Canutus, vario Marte cum Henrico conflixit, eum tamen illo tandem expulit, inque Slaviam usque proſecutus eſt. Pax tamen inter illos facta & hæreditatem maternam pecunia numerata, quam à Rege acceperat, illi ſolvit, tamen illud etiam convenit ut mortuo Henrico, in Slaviæ regno ſuccederet Canutus. Quam miſere autem urbs Sleſwiga à Slavis direpta ſit, deque ædificiis dirutis, indicio ſunt rudera ſubterranea. Nam jacientibus nova fundamenta aut paullo altius fodientibus ſolum, in quo urbs ſita eſt, ubique tres plateæ & tria plurave pavimenta ſtrata ſeſe offerunt, item foci tres pluresve lateribus ſtrati alter alteri impoſitus: A. 1096. Albertus natione Danus, epiſcopus Sleſvicenſis fuit conſtitutus, & confirmatus ab Aſchero archiepiſcopo Lundenſi. Hoc tempore cum opes & reditus eccleſiaſtici creviſſent, ceperunt Clerici & ſacerdotes à majorum virtute & pietate degenerare cumque ante cucullis ordinis Benedicti eſſent induti coeperunt habitum mutare, ſeque honeſtiori vocabulo canonicos *regulares* appellare. Hoc etiam tempore religio chriſtiana in Ducatu Sleſwicenſi incrementa cepit maxima, & locis finitimis Eiderſtadia Strandia homines, qui ab humanitate longe abeſſent, paulatim barbarie exuta, ad religionem animum applicaverunt. Ita in Eiderſtadia & Strandia templa in honorem DEI & uſum communem ædificari coepta ſunt, iisque Apoſtolorum & aliorum defunctorum nomina *indita*. Anno 1103. die S. Benedicti qui feſtum Paſchatis antecedit, ſacellum ex ligno ædificari coeptum eſt, prope locum vulgo *Wittenduur* appellatum in Eiderſtadia in honorem S. Magni in fundo cujusdam agricolæ vel coloni *Tade Eskels* & inde *Tatinga* appellata. Quæ appellatio in hodiernum diem manet, idque ſacellum primum omnium in Eiderſtadia & locis illis, quæ mare aggeribus excludunt à fundamentis erectum majores noſtri memoriæ proditum dicunt. Hos alii

Canutus fit præfectus ac Dux Sleſvicenſis. p. 131.
Lib. I. c. XXI. p. 132.
p. 135.
p. 136.
p. 135.
Lib. I. c. XXII. p. 136.
Albertus epiſcopus Sleſvicenſ. p. 136.
Clerici creſcentibus divitiis degenerant.
Canonici regulares. p. 137.
Tade Eskil. Tatinga. p. 137.

Anaſtaſii. Cod Sleſv. addit IV.
Sleſwicenſem. C. M. Slewicum.
Aaſverus. Cod. Sleſv. legit Anſverus.
Eam. deeſt in C. H.
Bluſſenburgum C. M. Bluſumburgum.
Slavorum. Ad Bremenſ L. 4. c. 13.
Everſum. Helmold. c. 24. Alb. Stadenſ. a. 1066.
regulares. deeſt in C. H.
indita. Presb. Bremenſ. ad h. a.
Eskels. C. Hamb legit *Eskilis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

alii secuti christianæ religionis propagandæ studio & ipsi ædes sacras exstruere ceperunt. Nam paulo post sacellum ligneum in loco qui Cleve dicitur prope *Garsand* in memoriam divi Bartholomæi & Mariæ Magdalenæ exædificatum fuit. Sacellum autem illud ligneum in Cleva inundatione quadam dirutum & collapsum a. 1114. instaurarunt in loco, qui dicitur *Garsind* ad Orientem in honorem divi Bartholomæi & mutato nomine *Gardingen* appellarunt, quod adhuc hodie satis conspicuum est. Paullo post diabolus nascenti ecclesiæ adversatus, in illis oris religionis studium & successum tantum turbare, vel potius exstirpare conatus fuit. Idque ex eo colligere licet, quod a. 1113. Bojemanni qui ecclesiæ Clevensi subjecti erant, impulsore diabolo virum optimum Hermannum Lutkenum Pastorem suum, inopinato adorti neci tradunt. Principes qui delictum illud inultum pati nollent, præter mulctam quam satis grandem parochiani solvere coacti fuere jure patronatus ecclesiæ privati fuerunt. Ex æde autem Clivensi postea pullularunt & exorta sunt alia templa videlicet *Poppenbul*, *Tattenbul*, OSTERHAUER, *Katienbart*, *Welt*, *Vollerwieck* paulatim aucta religione & gentibus quæ ab humanitate longe aberant ad religionem conversis. An. 1245. Sacelli Oldenwordensis fundamenta jacta sunt, & in Holtatia, locisque finitimis magna contentione ædibus sacris erigendi incubuerunt, ut in Niemünster, quod alio nomine Halster vel *Wippendorff* nominant, item in Dithmarsia, ubi VICELINVS verbum DEI docuit Bordesholmi sepultus. Henrico Slavorum Rege mortuo, Canutus Dux Sleswicensis ex pacto in Slaviæ regno succedit ejusque inaugurationem & confirmationem à Lothario petens, ab eodem Rex Obotritorum corona capiti imposita coronatur. Et ut eo melius Slavos in officio contineret, montem Segeberg, olim *Alberg* nuncupatum munit, cumque finitimis Holsatis pacem & amicitiam confirmat, & fratruelem Henrici Slaviam occupaturum & Nicolotum Obotritum proelio superat, & Sleswicum captivos donec maximum redemtionis pretium solvissent & imperata facturos promisissent deduxit. Hoc tempore Nicolaus Rex Sleswicum accedens, quem honorifice Canutus excepit, Canutum tamen splendor & regia magnificentia, in maximam invidiam apud Nicolaum, ejusque uxorem deduxit. Quæ etiam filio Magno hortatrix fuit ut Canutum tanquam regni æmulum de medio tolleret. Quod etiam Magnus paulo post in effectum deduxit. Nam Canutum Roschildiam evocatum (quo tamen Canuti conjux somnio monita illum ire dehortata fuerat nihil sinistri de Magno propinquo suspicantem, in silva quadam aggressus, caput illi gladio stricto diffidit, satellitesque in insidiis collocatos hastis illum confodere jussit. Corpus exanime Ringstadiam delatum, ibidemque sepultum est. Cædes hæc 7. Januar. a. 1130. uti liber cantilenarum Danicarum ostendit, comissa fuit. Cædem hanc ulturus frater Ericus, plebem concitavit, cujus metu Magnus in Gothiam exulatum profugit. Tandem etiam Ericus apud Imp. Lotharium perfecit, ut parricidii ulciscendi causa, magno cum exercitu Sleswicum contenderet: qui ad vallum Danorum *Dennewerck* cum venisset, neque transitus illi daretur, ibi subsitit. Huic subsidio venit Ericus classe Sleswicum advectus. Magnus ubi de adventu Cæsaris audivisset, novo vallo Sleswicum communivit, hujus valli reliquiæ ad lacum Nore vulgo dictum prope *Jungfruen-Closter* cernuntur. Altera pars valli ab æde D. Michaelis initium capit & versus Orientem in locum Norper agrum Pastoris protenditur, quod adhuc magna ex parte integre conspicitur, etiamsi alicubi interruptum sit ædificiis & hortis, qui postea vallo complanato ibi ædificati fuerunt. Nicolaus pater cum tantis copiis ex Jutio filio in auxilium venit, ut Imperator manum cum illo conferere non auderet. Lotharius igitur pace facta Magnum supplicem & commissam cædem magna auri summa luentem in fidem recepit, quam tamen contra *Imperatorem* violavit. Exercitum enim illius Eidoram trajectu rum, de improviso adortus, fugat, & natando sibi salutem quærere coegit. Ericus igitur solus de patris cæde ulciscenda cogitare coepit, qui licet per omnes regni partes de nefaria cæde fratris conquestus aliquem exercitum collegisset & Magno pugnandi potestatem fecisset, victus tamen aliquoties pedem referre coactus fuit, unde cognomen *Hasenfoth* est adeptus: Ericum tandem Dania ejectum Sleswicenses ejusdem miserti susceperunt, qui obsidionem Magni & Nicolai, toto autumno sustinuerunt, inque magnas angustias redacti fuere. Quibus etsi Adolphus comes Holsatiæ subsidio venit, nihil tamen effecit, sed a Magno victus trajecta Eidora evasit. Civitate tamen potiri non *potuerat* cum jam ver appeteret, Ericus qui hyeme tota Sleswici se continuisset, urbe elapsus, in Scaniam navigat. Eum Magnus *proelio commisso* cum classe secutus una cum Petro episcopo Roskildensi maxima clade occubuit, atque ita Sleswicenses obsidione octo mensium liberati. *Nicolaus* Rex per Jutiam elapsus, Sleswicum pervenit, quem cives, ira æstuantes adorti, neci tradiderunt, quod in platea vulgo *die Torfstrate* factum esse memoriæ proditum est, ubi etiam Regum domus fuit. Atque ita ob parricidium, Pater & filius dignas poenas luere. Anno 1126. Occo, natione Danus, episcopus Sleswicensis creatus fuit, confirmatus ab Aschero archiepiscopo Lundensi. Nicolao autem Rege Sleswici occiso, Ericus Ducis Canuti frater beneficio Occonis episcopi Sleswicensis, qui inter alios præsules, *ut supra* dictum est, principem locum à Rege obtinebat,

p. 138. — *Hermann Lutken occiditur.* p. 138. — a. 1245. *Oldenword.* — *Nienmünster alias Halstern vel Wippendorp.* — *Lib. I. c. XXIII. Canutus Dux Sleswicens. Rex Obotritor.* — p. 145. — p. 146. — p. 147. — p. 148. — *Canutus interfectus a Magno.* p. 148. — an. 1130. — p. 152. — *Lotharii in Magnum expeditio.* — p. 153. — *Magnus frustra Lotharii Imperatori conciliatus.* p. 154. — *Ericus cognomine Hasenfoeth.* p. 156. — p. 157. — *Magni clades.* — p. 158. — *Nicolai Regis cædes.* — *Lib. I. c. XXIV.* — a. 1126. — *Occo episcopus Sleswicensis.* — p. 160.


Poppenbul. Cod. Slesvic hæc nomina exprimit ita: *Poppenbüll, Tadenbüll, Osterbever, Katrinbarde Boblerwieck.*
OSTERHAVER. lege *Osterbever.* Cod. Menck. legit *Olenhaver, Kalienbard.*
Imperatorem. Cod. M. & H. erronee legunt: Quam tamen Imperator violavit.
potuerat. Cod. Hamb. & M. leg. potuerunt; al. potuit.
prœlio commisso. Cod. M. & H. hæc verba omittunt.
Nicolaus - - elapsus. desunt in C. H.
ut supra, scil. de Siwardo dictum est.



1. SANSVERUS, natus Slesvici, Abbas Raceburg Monasterii S. Georgii, Apostolus Slavorum Megapolensium lapidatus in Monte Rinsberg prope Raceburg a. 1066. E Tabula Templi S. Nicolai in Schelfa Swerinensi.



2. GODESCHALCI ab. ALEVELDE ultimi Episcopi pontificii Slesvicensis † 1541. effigies præfixa Agendis et Breviario eccles. Slesvic. a. 1512. ab ipso editis.



3. Effigies D. TILEMANNI de HUSSEN primi Episcopi Slesvic. evangelici in Templo Cathedr. Slesv. conspicua. † 1551.



4. Effigies BERTRAMI POWISCHI equitis Cimbri acerrimi evangelicæ reformationis oppugnatoris. E pictura a. 1590.

Püschel Sc. Lipsiæ.

F.









obtinebat, ad regiam dignitatem evectus fuit.
Ericus Emund rex. Ob res bene geſtas & naturæ bonitatem Emund,
p.161. teſte Helmoldo dictus fuit. Emendator & ſeverus *legum* executor. Idem Aſchero archiepiſcopo Lundenſi mortuo, ut Occoni gratiam referret, eundem in archiepiſcopi defuncti locum ſubſtituere tentabat. Sed quia Scanienſes & Selandi hunc honorem Eskillo Aſcheri cognato delatum cuperent, Regique hac in re adverſarentur, indigne hoc ferebat Rex inque ſuam ignominiam factum hoc interpretabatur. Quæ res eo deducta cum ſuffragia diutius ſuſpenderentur, ut interea Rex à milite quodam, clariſſimo inter Jutos loco nato, Ripæ lancea fuerit confoſſus. Huic Erico ſublato ſucceſſit
Confoditur. Succedit illi Ericus Lam. Ericus Lamm, eo cognomine dictus, quod nul-
p.162. las à natura dotes haberet, quibus commendaretur, niſi quod regio ſanguine eſſet ortus, & quod in proelio quodam ſolus in hoſtes procurrere auſus eſſet, magis temeritate quadam quam fortitudine ductus. Hic Ericus non minus Occoni, quam alter favebat. Sed quia res ad arma ſpectabat, & Scanienſes ab inſtituto deſiſtere nolebant, Rex prædeceſſoris exemplo motus, populi pertinaciæ & furori cedit, & in
p.163. Eskilli electionem *conſenſit*. Occoni autem ut ob repulſam ſatisfaceret, conſtituit epiſcopum Selandiæ. Sed poſtea tamen ille ad epiſcopatum Sleſvicenſem eſt reverſus. Circa hæc tem-
Lib. I c. XXV. p. 163. Canonici ſeculares. pora religioſi liberius vivere coeperunt, nec nomine contenti ut regulares appellarentur, à regula nimirum, & vivendi forma illis præſcripta Canonici ſeculares ſalutari *ceperunt*. Erico extincto, juvenes tres regio orti ſanguine, Ca-
Contentio, de regno Daniæ. nutus nimirum in Jutia, Sveno in Selandia, & Waldemarus Canuti filius regnum appetivere contra diſpoſitionem Erici, qui habita congregatione totius nobilitatis Svenonem regem *deſtinaverant*. Regnum igitur diſtractum Scanienſibus & Selandis Svenonem, Jutis vero Canu-
p.166. tum expetentibus. Waldemarus autem juvenis Svenonis partes ſequitur & hac ratione Ducatum obtinet Sleſwicenſem. Hinc maximæ calamitates & bella quæ maxima prodigia anteceſſere, neque ita unquam bello inteſtino Da-
Bellum in Dania inteſtinum. nia laboravit. Proelio tamen in Selandia comiſſo, pacem fecere Sveno & Canutus, idque autoritate Pontificis *Romani*, qui illos, in Slavos, religionis chriſtianæ hoſtes, armabat. Sed
p.167. Svenone à Slavis victo, & navibus ipſius à Rugianis crematis Canutus per *caduceatorem* (qui deprehenſus, erutis oculis, exploratoris poenam luit) Selandos ad defectionem ſollicitat, & auxilio Adolphi Holſatiæ comitis in Selandia iterum proelio decernit, in quo Canutus denuo victus. Hac victoria potitus Sveno Adolphi, Holſatiæ Comitis ulciſcendi cauſa magnis itineribus Sleſwicum contendit Wagriam invadit, & Aldenburgenſi civitate expugnata, & oppido Segeberg exuſto, omnia *vaſtat*. Comes ſibi fuga conſulens, auxilium Henrici Leonis Ducis p.168. Saxoniæ implorat, qui ſtatim omnibus proceribus Holſatiæ mandat, ut fidem datam Regi renuncient idque eo magis, quod acceperat, Regem Daniæ Holſatiam velle ſubjicere & hac de re Sleſwicum alias ſatis munitum, munitiorem reddere, ut ita *Holſatos* quotidianis excurſionibus, in fide & obſequio poſſet retinere. Comes de hiſce Canutum certiorem reddit, &, ut cum copiis adſit, hortatur. Canutus qui ad 4000. expeditos collectos habebat, Sleſwicum contendit, urbemque terra marique obſidet. Sveno obſidionis pertæſus, cum Canuto de pace agere coepit, ut videlicet Sveno imperata faceret & obſidionem ille ſolveret. Hiſce perſvaſus Canutus, inſcio comite in Jutiam rediit. Sveno igitur Adolphum ſolum relictum opprimere ſtatuit. Comes caſtra à militibus vacua p.169. cum comperiſſet, technam ſubodoratus, feſtinanter Holſatiam repetit & caſtra de loco vulgo *Koningsbure* dicto, & in myrica, *auf der Kropperheide* ſito, ultra Eidoram movit, & trajecit, Rex exercitum & Schalebui traducit, ut comi-
p.169. tem, qui regreſſus erat, à tergo adoriretur. Ponte autem ad Eidoram rupto & dejecto proelio contenderunt. Sed Rex penuria ſcapharum ſuperatus, cum reſiduo milite Sleſwicum rediit. Pax deinde inter comitem & Svenonem *facta* duravit. Canutum *redeuntem* Juti Regem ſalutant, & in belli ſubſidium ingentem pecuniam numerant. His cognitis, Sveno Canutum bello laceſſere, tutum non putavit, niſi reparato exercitu. Fioniis igitur ſibi junctis & Wiburgenſ. remiſſo vectigali ſibi conciliatis Canutum adoritur quem tandem poſt anceps & diuturnum proelium vicit, ejusque exercitum validiſſimum ad internecionem cecidit, alias enim ſpem regni abjicere coactus fuiſſet. Canutus fuſus, fugatusque ad *Friſios* ſeptentrionales, *Canutus vi-* ſeu noſtros tanquam ad aſylum confugit, eis- *ctus.* que tributorum laxationem & remiſſionem promittit, ſiquidem ſibi ſuppetias ferre vellent. Friſii ea ſpe *allecti* auxilio ſe fore pollicentur. Et ut fides dictis ineſſet moenia erigere *incipiunt*, quibus oppidum quod ad fluvium Mildam ædificare conſtituerant, cingerent, & munirent. Hac de re cognita Rex copias quas ex Scania & Selandia collegerat, navibus imponit, & Sleſwicum navigat, Jutisque ut una cum equi- p.169. tatu ſubſequantur imperat. Naves autem minores

---

legum. C. Ax. addit: latarum.
conſenſit. Cod. M. mendoſe: *conſcripſit*.
ceperunt. C. H. voluerunt.
deſtinaverant. C. M. deſtinaverat.
Romani. C. M. addit: 912.
caduceatorem. C. M. caducatorem.
vaſtat. Hoc tempore propugnaculum illud in excelſo monte exſtructum & à fundamentis erectum eſſe, memoriæ proditum eſt, quod poſtea in templum divi Michaelis converſum eſt. *Notula Brod. Boyſenii*. Quippe in codicib. *Hafn. Sleſvic.* & *Sibbern.* aliisque, qui ex *Broderiano* codice non ſunt deſcripti, haud obvia.
Holſatos. C. H. Holſatis.
Königshure. Cod. Sleſv. Königshurt.
Facta. non legitur in C H.
redeuntem. deeſt in C H.
Friſios. C. H. Freſones.
allecti. C. Ax. illecti.
incipiunt. C. A. coeperunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

res vehiculis, Sleſwico devehendas ad Eidoram curavit ad obſidendam munitionem, quam hoſtis defendendi ſui cauſa moliebatur. Locum autem illum magis natura, quam arte munitum reperit; Friſii homines confidentes & bellandi cupidi, magna audacia pugnam inierunt, & aperto Marte hoſti in campo occurrerunt ad amnem quendam placidiſſimum, ita ut utram in partem fluat oculis vix animadverti poſſit. Ibi,
p. 170. tanta ſtrages edita eſt, ut amnis cadaveribus, quæ pontis vicem præſtabant, impleretur. Ca-
Canutus iterum victus. nutus, videns ſibi victoriam e manibus excidiſſe, in fugam ſe conjecit. Plerique in munitionem ſeſe receperunt, & hoſti magno labore & pro viribus reſiſtunt. Sed eam continuato labore nocte & die oppugnare Sveno non deſtitit, quod Canutum ibi ſe continere putabat. Sed tandem cum reſiſtendi facultas amplius non daretur, ſupplices facti, ſeſe dederunt, miſericordiam expoſcentes, quam impetravere. Idque præter ſpem & opinionem. Nam & per-
Svenonis in victos clementia. juros & foediſragos ſponte dimiſit. Friſiis autem poenæ nomine 2000. librarum imperavit,
p. 170. in eamque rem obſides accepit. Canutus dein Imperatorem Fridericum Barbaroſſam adit, qui etiam Svenonem Mersburgum vocat, tantumque apud illum impetrat, vel etiam quaſi *pro* imperio mandat, ut Canuto Selandiam concederet, quo nomine fidem ſuam Waldemarus Dux Sleſwicenſis interponit. Sed Sveno in Daniam
Sveno juſſu Imperatoris, Canuto Selandiam concedit. reverſus, cum pactis non ſtaret, & Waldemarus poſceretur, Sveno autem ab eo urgeretur
p. 171. & incuſaretur rerum proſpero ſucceſſu elatus, non ſolum Waldemari; ſed etiam ſuorum odia in ſe *concitavit*. Waldemarus etiam quod Canuti ſororem *in matrimonio haberet*, Regi in ſuſpicionem venit. Ut igitur Canutum & Waldemarum ſimul invaderet, exercitum collegit, ſed diſſvadentibus amicis dimiſſo exercitu omnium procerum animos à ſe alienatos comperit, metuque admotus ad Henricum Leonem ut ab illo reſtitueretur evaſit. Hartwici etiam
p. 172. archiepiſcopi Bremenſis auxilia impetrat, ſed ea conditione, ut jus illud, quod archiepiſcopi Bremenſes in Dania habuiſſent & jam aliquot annos amiſiſſent, eccleſiæ Bremenſi *ſi* redux factus, reſtitueret. Quare exercitu collecto Sveno cum archiepiſcopo Sleſwicum contendit. Sed *zu Dennenwerck* nonniſi præfecto ferreæ
Sveno Sleſwicum obſidet. portæ pecunia corrupto, tranſitus iis potuit præberi. Hac igitur commoditate Sleſwicum obſident, *oppugnant* & à civibus intolerabilem cenſum exigunt. Claſſis etiam Ruthenorum in portu Sleſvicenſi fuit direpta & militibus mer-
p. 173. ces pro ſtipendio diſtributæ. Quibus rebus factum eſt, ut mercatores omnes exteri, qui eo commeare & merces comportare ſolebant, poſt
Sleſwicum denuo vaſtatum inque vicum redactum. illum diem nunquam redierint Sleſwicum. Ita urbs florentiſſima in vicum redacta, à Svenone nunquam ad hunc usque diem potuit emergere Sveno ut civitati in ſuam poteſtatem redactæ, de damno & injuria illata, aliqua ratione ſatisfaceret *jus municipale* quo adhuc hodie utuntur Sleſwicenſibus dedit & promulgavit, idque, magni beneficii & privilegii loco habendum exiſtimavit; pratum etiam illud prope Sliam, *pratum Regium, Königs-Wiſche* dictum, illis perpetuo utendum dedit; exigua ſane immunitas & ſatisfactio pro tanto damno, quod Sleſvicenſes in hunc usque diem reparare non potuerunt. Henricum Leonem Waldemarus magno exercitu collecto, adeo terrefecit, ut in Germaniam redierit Svenone deſerto. Svenonem igitur, cum Waldemarus & Canutus, ulterius bello perſequi conſtituiſſent, placuit regni proceribus, ut in tres partes regnum divideretur, & Scania Canuto, Waldemaro Jutia, Svenoni autem Selandia cum Fionia gubernanda traderetur. Quæ diviſio jurejurando confirmata, atque ita tandem poſt diutina bella, pax conſtituta fuit. Cum autem in convivio quodam, in quo Canutus & Waldemarus eſſet, carminibus & rythmis decantatæ eſſent calamitates Svenonis, ut qui ante totius regni Rex fuiſſet, jam tertiam tantum partem teneret, ea de re monitus Sveno à mulierecula quadam, de vindicando opprobro contra conſortes regni cogitare cepit. Per miniſtrum itaque quendam ſibi fidelem interfici curavit Canutum, Waldemaro etiam graviter vulnerato, ſed tamen vix elapſo. Quem in Jutiam navigio transmiſſum, Sveno ſecutus collecta militum manu oppugnat. Sed viribus deſtitutus & laſſus, à ruſtico quodam fuit conſoſſus. Poſt id, Waldemarus regnum ſolus adminiſtravit, quiete, etſi cum Slavis gente turbulenta quotidiana proelia intercederent. Sub hiſce regibus videlicet a. 1154. Esbernus Danus, Occoni epiſcopo adhuc vivo in Selandiam migranti ſufficitur, & confirmatur ab archiepiſcopo Lundenſi Eskillo. Sed quia idem Occo ab epiſcopatu Selandiæ ab eodem archiepiſcopo Lundenſi eſſet remotus, quod contra Alexandr. III. Octaviano Pontifici in ſuffragiis ferendis Imperatori & Regi Waldemaro aſſenſus fuiſſet, inſcio Eskillo & inconſulto epiſcopatui Sleſvicenſi à Rege iterum præficitur. Hinc contentiones inter Esbernum epiſcopum Sleſvicenſem & Satrapam Sleſvicenſem Nicolaum Raſi filium exſtiterunt, quæ tandem in graviſſimas inimicitias exarſerunt, ita ut etiam vis epiſcopo, ejusque bonis fuerit illata. Satrapa enim ille in epiſcopi fundum impetu facto, ædificium illius demolitur, & ſolo æquat, quod vulgo *Oldt-Gottorp* dicitur cujus rudera prope *Rugens-Kroge* adhuc conſpiciuntur in loco amoeniſſimo ſita. Bona etiam epiſcopi Esberni abrepturo, reſtitit præfectus epiſcopi, ita, ut dum inter ſe colluctarentur, Satrapa Nicolaus fuerit à familia epiſcopi occiſus. Epiſcopus igitur in Saxoniam exulatum profugit, inque Daniam nunquam rediit. Occo autem in ejus locum ſucceſſit, atque ita ſecundum epiſcopus Sleſvicenſis exortus eſt. A. 1167. Occone mortuo ſucceſſit Fridericus epiſcopus Sleſvicenſis, qui & ab Eskillo archi-

Jus municipale Sleſvicenſe.
Konings Wiſche.
p. 174.
Diviſio Regni.
Canutus interfectus. p. 176.
Lib I. c. XXVI. p. 177.
Sveno confoſſus.
Waldemarus ſolus regnat. p. 163.
a. 1154. Esbernus epiſcopus Sleſwicenſis. p. 177.
p. 178.
Bellum ejus cum Occone p. 179.
Old Gottorp hodie Rug Krog.
Occo iterum fit epiſcopus. A. 1167.
Lib. I. c. XXVII. p. 184.
Fridericus epiſc. Sleſvic.

pro. non legitur in C. H. al. habet *cum*.
concitavit. C. Hamb. conciliavit.
in matrimonio haberet. lege: deſponſatam ſibi haberet. Saxo XIV. 267.
ſi. in Cod. A. & M. omittitur.
oppugnant. Cod. M. vitio typographi legit oppugant.
Rugens Kroge. Cod Sleſv. *Rungen-Kruge* ſed contra communem loquendi uſum.

archiepiſcopo Lundenſi confirmatus fuit. Vir magni animi, ut qui non tantum in literis verſatus, ſed etiam in re militari exercitatus eſſet.

p. 185. Hoc tempore Waldemarus I. ope & auxilio Henrici Leonis Wendos aggreſſus non tam animo ulciſcendi veteres regno & ſubditis illatas injurias, quam ſtudio propagandæ religionis chriſtianæ, Arconam metropolin Rugianorum obſidet & expugnat, idolumque eorum Svantovitum quaſi S. Vitum evertit. Huic obſidioni etiam interfuit Fridericus epiſcopus, Sleſvicenſis, una cum Abſolone archiepiſcopo Lundenſi (is eſt, cujus impulſu hiſtoriam ſcripſit Saxo Grammaticus) & exſtructis ibidem à Rege XII. templis, tam archiepiſcopus, quam epiſcopus Sleſvicenſis evangelium publicare & multos ad chriſtianam fidem convertere ceperunt. In hæc etiam tempora incidit canonizatio Canuti Ducis Sleſvicenſis, quam Pontifex Romanus ſolennibus proceſſibus congregatis regni proceribus ſerio mandavit. Rugianis devictis cum prædæ dimidia pars ab Henrico Leone peteretur, & à Rege denegaretur, Leonis inſtinctu Duces qui fuerunt Bugislaus & Caſimirus Pomeraniæ Princeps & Pribislaus Obotritorum Princeps, qui præterito bello Duces fuere à Waldemaro deficiunt, quorum inſtinctu Slavi in Daniam irrumpunt. Sed copiis terreſtribus a Regis notho Sleſvicenſi præfecto fuſi fugatique fuere. Slavi igitur vindictæ cupidi, ſequenti anno de improviſo rurſus in Ducatum Sleſwicenſem irrumpunt, & Rege ad Julinum occupato ope Henrici Leonis omnia diripiunt. Sed portas Sleſwicenſes & *Dennewerck* cum clauſas & defenſoribus munitas cum accepiſſent, Henricus Leo *cum Rege* ad Eidoram inducias paciſcitur. Slavi vero undique ad internecionem ſunt cæſi; *urbsque* Julinum capta eſt & direpta fuit. Fridericus autem epiſcopus Sleſvicenſis *Waldemarum Regem piratas* Pomeranos ſive Slavos, *qui* piratæ navem Regis armis & mercibus onuſtam diripuerant, perſequentem, in expeditione navali ſecutus, una cum aliis omnibus ſubmergitur, neque ante diem pentecoſtes, licet diu quæſitus inveniri potuit, quæ res apud ſimpliciſſimam vetuſtatem admirationi ſummæ fuit, qua de cauſa etiam archiepiſcopus Abſolon, in templo coenobii Sorenſis honorifice ad partem auſtralem illum humandum curavit, cujus ſepulcrum in exiguo lapide lateritio & inſignia in columna quadam depicta cernuntur. vide de his Saxon. lib. XIV. A. 1182. Waldemarus Canuti, quem Sveno in convivio interemerat, filius, epiſcopus Sleſwicenſis electus & ab Abſolone archiepiſcopo Lundenſi confirmatus fuit; Waldemaro primo a. 1184. defuncto ſucceſſit filius Canutus, antea Rex deſignatus, qui

Arconam Rugianorum expugnata.

Canutus canonizatus. p. 188.

Slavorum in Daniam irruptio. p. 188. ſeqq. p. 189.

Slavorum cædes.

Julinum diripitur.

Fridericus epiſcopus Sleſvic. ſubmergitur p. 190.

p. 191.

Lib. I. c. 28 A. 1182. Waldemarus epiſcopus Sleſw.

1184. *Canutus Waldemari filius Rex.*

opera Abſolonis archiepiſcopi Lundenſis, Scanienſes quos ad pontem Diſium antea fuderat, rebelles, & Haraldum quendam *Scotum* ſibi Regem poſcentes repreſſit, & *putatitio* Rege ejecto, precibus Abſalonis ad miſericordiam ſe commoveri paſſus fuit. Circa an. 1186. Abſolon archiepiſcopus Lundenſis poteſtatem *dedit* Waldemaro epiſcopo Sleſwicenſi decimas per dioeceſin ſuam colligendi, quaſi in Dania ita decretum eſſet, idque diplomate promulgavit, *annuncians* ſcilicet poenam excommunicationis non ſolventibus, ſolventibus autem pacem, in Utlandia, Tonninga, Gardinga, & Holmo aliisque locis maritimis occidentalibus decimas de frumento & pecudibus exigendas. Et hac ratione decimarum ſolvendarum conſuetudinem de Regis mandato invexit Abſolon archiepiſcopus in *Ducatum* Sleſwicenſem cum ante id tempus incolæ nunquam induci potuiſſent ut decimarum ſolutionem concedere, & *iſti* quaſi ſervituti ſe ſubjicere vellent. Quo animo autem Rex Canutus erga chriſtianam religionem ejusque miniſtros fuerit affectus, concedendo illis privilegia & immunitates ſingulares, ex ſubſequenti indulto propter vetuſtatem admirando colligere licet: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ericus DEI gratia Danorum Slavorumque Rex Domini Regis Chriſtophori filius, omnibus ad quos præſens ſcriptum pervenerit ſalutem in Domino. Inſpectis privilegiis progenitorum noſtrorum eccleſiæ Sleſwicenſi conceſſis, videlicet dominorum Regis Canuti & Waldemari ea invenimus in hæc verba: *Kanutus DEI gratia Rex Danorum dilecto conſobrino ſuo Waldemaro Sleſwicenſi electo, caeterisque ſuis* ANTECESSORIBUS *eccleſiæ Sleſwicenſis epiſcopis in perpetuum S. Cum totius regni proviſores à cunctipotente Creatore ſimus conſtituti, merito ingrati nomen incurriſſemus ſi ſanctæ eccleſiæ utilitatibus dominique miniſtrorum* PROTECTIONIBUS *à quo omnia poſſidemus* per quem *vivimus & ſumus ſummopere, cæterisque negotiis non diligenter intendiſſemus: qui nobis ſceptrum Regiæ conceſſit majeſtatis virgam directionis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, juſti, ut ea protegantur ne injuſtis ſuccumbant oppreſſionibus, diſtorti ut ea dirigantur, ne à via regia exorbitantes ad dextram declinent ſeu ad ſiniſtram. Obſtinati ut ea conterantur. Membra enim putrida reſecanda ſunt, uvaque conſpecta livorem ducit ab uva. Quod & ipſe Dominus legitur feciſſe, qui & Angelis non pepercit peccantibus. Sed rudentibus inferni detortos in tartarum tradidit in judicium cruciandos reſervari. Verum jacula quæ prævidentur minus feriunt & ſcintilla cum aucta & ommino non ſit accenſa minori labore ſuffocatur, quam ignis,*

p. 195. A. 1186. p. 196.

Decimæ introductæ ab Abſolone archiepiſcopo Lundenſi in Ducatu Sleſwicenſi.

p. 199.

p. 200.

Canuti diploma pro Clericis Sleſvicenſibus.

Cum Rege. ſed teſte *Saxone* abſente Rege.
urbsque. deeſt in C. H.
Waldemarum regem. Sed rectius: Waldemari Regis filium Canutum, teſte Saxone XIV. p. 361.
piratas. C. M. piratos.
qui. Cod. Sleſv. hi.
Scotum. C. M. & H. Sectum. C. al. Svecum.
putatitio. Cod. Hamb. & Menck. palatio.
dedit. omiſſa vox in C. H.
annuncians. Cod. Sleſv. pronuncians.
Ducatum C. Ax in ora addit. dioeceſin.
& iſti - - ſubjicere. hæc deſunt in C. Menck.
ANTECESSORIBUS. C. H. ſucceſſoribus.
PROTECTIONIBUS. Cod. Sleſv. protectoribus.

ignis, ubi incendium convaleſcit extinguitur. Hinc eſt, quod divina inſpiratione admoniti præ deceſſorum tuorum immenſas attendentes tribulationes anguſtiasque, te, cum omnibus tuis ſucceſſoribus veſtrisque omnibus & rebus ſub Regiæ Majeſtatis protectione dignum duximus confovere. Quippe ne occaſionem damni præſtare videamur poſtulationibus TUIS *clementer annuere*
p.201. *diſponentes ſtatuimus, atque privilegii munimine roboramus videlicet omnes tuos villicos & colonos tuorumque ſucceſſorum quos in præſentiarum habes ſive* IN FUTURUM TU *vel tui ſucceſſores juſte & canonice habueritis in remiſſionem peccatorum liberos fore ab omni* GRAVAMINE *vobisque concedimus ſuper illos eorum omnium executiones regio juri debitas, ut nulli alienæ dominationi quam tuæ, tuorumque ſubjecti ſint poteſtati. Si quis ergo præſentis privilegii paginam ſciens temerario auſu* EI *contravenire tentaverit, nec tibi tuisque ſucceſſoribus congrue ſatisfecerit, ſciat ſe utique criminum Majeſtatis reum Regali autoritate diſtrictiſſime puniendum. Datum Gimmersdorff. XII. Cal. Dec. Anno ab incarnatione Domini M.C.LXXXII. convenientes in epacta IX.*

Jurisdictio in villicos & colonos epiſcopo traditur.

Ego Canutus ſubſcribo.

Ego Waldemarus electus ſubſcribo.

Ego Abſolon Lundenſis archiepiſcopus Apoſtolicæ ſedis Legatus ſubſcribo.

p.202. De hoc omni beneficio eccleſiæ Sleſwicenſi collato Pontifex Max. Clemens III. certior factus Waldemaro epiſcopo Sleſvicenſi ejusque ſucceſſoribus gratulatur idque ſua autoritate & diplomate confirmat. Regi etiam ob id beneficium Apoſtolicum ſalutem & omnia felicia precatur. Exemplum litterarum Pontificis hoc eſt: *Clemens ſervus, ſervorum DEI, venerabili fratri Waldemaro Sleſwicenſi Epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Intelleximus quod Canutus illuſtris Rex Daniæ conſanguineus tuus, tibi nec non ſucceſſoribus tuis hujusmodi jus & libertatem ſpontanea voluntate conceſſit & tam ipſe quam venerabilis frater noſter Abſolon Lundenſis archiepiſcopus ſcripto proprio confirmavit, videlicet ut tam villici quam coloni, quos in præſentiarum habes vel tu & ſucceſſores tui inpoſterum eſtis habituri ab omni gravamine regio vel officialium ſuorum liberi maneant & immunes. In cognitionibus* QUOQUE & EXSECUTIONIBUS *quæ prius per officiales Regios tractari ſolebant, nunc nemini quo tempore fuerint reſpondeant, ſed tuo proprio mandato ſint ſubjecti, nec ullius ſeculari poſthac ſint ſubjecti* POTESTATI. Cum

Clemens III. privilegium hoc confirmat.

p. 205. hoc Rege, & Imperatore Friderico etiam inimicitiæ interceſſere, idque propter ſororem Regis à Waldemaro Patre, filio Imperatoris deſponſatam, & poſtea repudiatam, & ſatis miſere remiſſam, quod indigne ferens Rex, Wa-
p. 207. griam, Holſatiam, & Stormariam, ad Albim usque ferro & igne vaſtavit. Hoc etiam tempore Diethmarſi conſenſu Adolphi comitis Holſatiæ cum ſe Hartwico Archiepiſcopo Bremenſi ſubjeciſſent fidemque poſtea violaſſent, ab eodem Hartwico ope Comitis Adolphi & Chriſtiani Oldenburg victi fuere & deditionem facere coacti. Cum autem magnam pecuniæ ſummam in bellis ſumtus ſolvendam illis imperaſſet, & ad diem ſolutionis qui pecuniam exigerent miſiſſent, Diethmarſi qui comperiſſent exercitum eſſe dimiſſum pecuniam & tributum ſolvere recuſarunt, imo jurisjurandi religione neglecta Waldemaro epiſcopo Sleſvicenſi ſe ſubjiciunt, hoc prætextu quod hoc pacto coronæ Daniæ vel Regi ſeſe ſubjeciſſent. Interim tamen S. Petro qui & Bremenſi & Sleſvicenſi epiſcopatui præeſſet ſervire paratos eſſe, fidemque ita datam obſidibus datis confirmant. Atque Daniæ regno aſſociati in fide & officio manſerunt usque ad eum diem, quo proelio in Bornhövede commiſſo, clypeis verſis ad Comitem transfugerunt. His rebus elatus Waldemarus epiſcopus novis rebus ſtudebat, & quod regio ſanguine natus eſſet regnum ſibi *deberi* affirmabat, ad hanc rem non ſolum fretus neceſſitudine propinguorum cognatorum, quos complures in Norwegia habebat Germanos etiam ibi principes adjunxit, Ottonem, Marchionem, & Bernhardum Saxoniæ Ducem & Comitem Adolphum qui Henrico Leone invito ditionem ſuam recuperaverat ex Palæſtina nuper reverſus. Claſſem itaque *in* Norwegia ſibi Waldemarus comparavit copias navales, in Daniam trajecturus, reliqui autem foederati Holſatiam petunt, ibi Regem excepturi, ſed quia mora diuturnior trahebatur, reliqui exercitum reducunt. Comes autem transmiſſa Eidora, agros ditionesque Regis vaſtat. Interea autem epiſcopus Waldemarus à fidelioribus ſuis amicis perſuadetur, ut conſiliis potius, quam armis rem gerat, eoque res deducitur, ut oblitus ſocii & foederati ſui comitis Adolphi gratiæ Regis ſe committat, qui illum auxiliaribus copiis exutum in carcerem compingi, & manicis ferreis compedibusque vinciri juſſit in arce *Burlundt* non procul à pago Hellwadt. Neve etiam ſocius illius comes Adolphus illata damna inulta ferret, in Nordalbingiam Rex movet ſoceri ſui Henrici Leonis caſum vindicaturus, ſed comes viribus impar amicorum interventu pro damnis illatis 1400. marcas denariorum ſolvendos promittit atque ita Regem placat. Circiter a. 1200. Waldemarus frater Regis Canuti Dux Sleſwicenſis exortus & Ducatu inveſtitus eſt, eodem etiam anno vel plus minus Nicolaus epiſcopus Sleſwicenſis eſt factus ab archiepiſcopo Andrea Londenſi confirmatus. Hoc etiam tempore Waldemaro epiſcopo in carcere detento, comes Holſatiæ Adolphus ope Henrici Bremenſis Marchionis Ottonis, Simonis de Tekelenburg & Mauri

Dithmarſi ab Archiepiſcopo Bremenſi vincuntur.

p. 208. *Dithmarſi epiſcopo Sleſvicenſi ſe ſubjiciunt.*

p. 210. *Waldemarus epiſcopus Sleſwic. in carcerem conjicitur.*

Lib. II. c. I. p. 211.

a 1200. Nicolaus epiſcopus Sleſvicenſis.

p. 212.

tii

TUIS Non legitur in C. M.
IN FUTURUM TU Non leguntur in Cod. Sleſv.
GRAVAMINE. Cod. Hamb à gravaminibus.
EI. deeſt in C. H.
QUOQUE. C H, vero.
EXSECUTIONIBUS. Cod. Sleſv exemtionibus.
POTESTATI. Cod. M. addit. cetera deſunt.
deberi Cod. H. debere.
in, ita etiam. C Ax. C. M. legit à.
Burlund. C. Ax. legit Burglund.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tii Oldenburg Regi bellum movet, qui videns, viribus, iſtis auxiliaribus ſe imparem eſſe, cunctando bellum protraxit, donec hyeme inſtante exercitus iſte dilaberetur. Vere autem ineunte Rex comitem Rendesburgum muniturum impedit, eoque cogit ut arcem cederet Regique traderet, qui illam munire, & pontem Eidoræ imponi juſſit. Anno autem nondum elapſo propter arcem Lowenburg ab Adolpho Holſatiæ comite & Adolpho comite de Daſſel expugnatam & captam, novi motus exorti, qui eo magis Regem offenderunt, quod Dithmarſis epiſcopatus Sleſvicenſis ſubditis maximas injurias intuliſſent, nobilium etiam Holſaticorum querelæ propter immodicas exactiones Regem contra Adolphum in auxilium vocaſſent. Waldemarus itaque Dux exercitu in Holſatiam ducto, comitem Adolphum in loco prope Itzehoam *Stillnow* nominato vincit, & Hamburgum profugere *coegit*. Itzehoam item & Plönam obſidet, & capit, eidemque Hamburgenſes ſupplices facti ſeſe dedunt. Sed anno ſequenti Regis præfectum Adolphum urbe ejiciunt. & Adolphum recipiunt in urbem, quam reverſus Waldemarus obſidet, ſed intercedente *Gundelino* comite & Adolpho comite inter alias conditiones, arcem Lauenburgenſem Duci Waldemaro promittente obſidio ſoluta fuit. Cum autem præſidium arcis *tandem* ſe tradere recuſaret, Adolphus ſpe ſua falſus, captivus per Holſatiam traductus in carcerem conjicitur, & Waldemaro epiſcopo Sleſwicenſi cujus partes fuerat ſecutus, ſociatus fuit. Lubeca autem & Hamburgum paruit Regi Daniæ. Anno 1203. Canutus Rex è vivis exceſſit, cui Waldemarus Dux Sleſwicenſis ſucceſſit, ab Andrea archiepiſcopo Lundenſi regno inauguratus, ſub hoc Rege comes Adolphus dedita arce Lowenburgk, & pactis in decennium induciis carcere liberatur. Waldemarus item epiſcopus jam ſeptem annos continuos, carceri incluſus, conſilio & promotione epiſcoporum Danorum & inprimis archiepiſcopi Lundenſis apud Pontificem hac de re conſultum vinculis laxatus: ſed ſub conditione jurisjurandi, ſe nunquam illis in locis commoraturum ubi aut Regi ſuſpectus, aut regno metuendus eſſet quæ conditio juramenti ſeu cautio ab ipſo Pontifice ad poſtulata epiſcoporum fuit reſcripta. Et quidem ratione hujus juramenti plurimas perpeſſus fuit Waldemarus adverſitates. Cum enim mortuo Hartwico archiepiſcopo Bremenſi pars Canonicorum ejusdem eccleſiæ, ſpe recuperandi juris ſui in Septentrionalibus regnis ante id tempus amiſſi, de electione Waldemari conſultaret pars autem diſſentiret, Waldemarus hanc occaſionem arripiens, quaſi electio eſſet contra juramentum à Waldemaro epiſcopo factum, de hac re apud Pontificem intercedit. Hinc variæ concertationes, aliis, partes Waldemari, aliis competitorum ſuorum tuentibus. Ita ut etiam tandem Waldemarus rem vi agere *coeperit* & ope sociorum ſuorum Hamburgum obſederit & ceperit quæ tamen fame & *penuria*, adacta, ſequenti anno in Regis Waldemari poteſtatem redacta fuit, qui etiam tum temporis arcem die *Nieborg* ibi condidit, unde etiam ad hodiernum diem appellatio plateæ manet. Mortuus eſt tandem Waldemarus epiſcopus circiter a. 1215. A. à nato Chriſto 1216. Tucco natione Danus, epiſcopus Sleſwicenſis factus, & *confirmatus* eſt. Ordines Fratrum Minorum & Prædicatorum qui à Lucio III. Pontifice in locum pauperum de Lugduno & humiliatorum ſuffecti erant, hoc tempore latius ſerpſerunt, & ad noſtrates deducti fuere. Prædicatores enim Sleſwicum profecti, a. 1235. coenobium ſplendidiſſimum a fundamentis erexerunt, ſed & fratres minores Sleſwici a. 1240. coenobium erigere coeperunt Flensburgi vero a. 1232. & Tundaræ a. 1238. Ripis a. 1232. & poſtea Hateslebiæ, Huſii & Koloniæ. Sed & Mathildis Regina una cum fratre Nicolao, longo poſt tempore hoc eſt, a. 1269. fratribus minoribus aream dederunt, in qua ædificarent & habitarent. Quæ omnia nunc partim diruta, partim in alios uſus translata ſunt. Nam Sleſwici coenobium fratrum minorum poſtea religione reformata in domum civicam converſum eſt, & à Duce Friderico poſtea Rege Daniæ civibus conceſſum, quam & hodie poſſident. Prædicatorum autem monaſterium prorſus dirutum & ſolo æquatum eſt, cujus adhuc rudera ad ripam foſſæ civitatis & Sliæ videre licet. Anno à nato Chriſto 1235. Abel Waldemari filius, Dux Sleſwicenſis exortus eſt, cujus etiam meminit jus Danicum *Loweboek* in prooemio, Ducatum Sleſwicenſem adminiſtravit & Sleſwici domicilium habuit. A. 1240. Johannes epiſcopus Sleſvicenſis factus eſt, confirmatus à Chriſtophoro Archiepiſcopo Lundenſi, hic in choro Sleſwicenſi ſepultus eſt, non longe ab eo loco, ubi lectiones legi ſolent ante epiſcopi cathedram, ut ex lapide ejus ſepulchro impoſito liquet, cujus hæc eſt inſcriptio: Johannes epiſcopus. Is eſt epiſcopus Johannes qui à Rege Danorum Waldemaro accerſitus fuit, Wardingburgum cum leges Jutiæ juſſu Regis colligerentur & promulgarentur, quæ in libro legum Danicarum Loweboek exſtant, unde conſtat, illum inter autores, qui in prooemio recenſentur fuiſſe. Cui promulgationi *etiam* interfuit Ericus ac frater ejus Abel Dux Sleſvicenſis & Chriſtophorus. Unde colligere licet Waldemarum Regem fuiſſe ſapientiſſimum & juſtiſſimum, qui ad rem tantam adhiberet viros doctrina & pietate præſtantiſſimos & rerum humanarum non imperitos, ut ea quæ eſſent ex uſu regni, in commune conſulerent. Nam & compoſitio legum

nutus Rex ndsburgum upat. — p. 212. — p. 213. — *dolphus coes fugit amburgum.* — *a* 1201. p. 214. — *n carcerem onjectus.* p. 215. — Lib. II. c. 2. *Canutus obiit ui ſucceſſit Waldemarus.* — *Epiſcopus Sleſwicenſis carcere liberatus.* p. 215. — p. 219.

Hamburgum captum. p. 222. — a. 1215. *Mors Waldemari epiſcopi. Tucco epiſcopus Sleſvicenſis.* a. 1216. — Lib II. c. IV. p 225. *Incrementum fratrum Minorum in Ducatu Sleſvicenſi.* — p 245. — A. 1235. *Abel Dux Sleſvic.* — A. 1240. *Johannes epiſcopus Sleſvicenſ.* p. 244. — *Lowbock à Waldemaro promulgatur.* p. 245. — p. 245. — p 245.

Stillnow C. M. Stilleau.
coegit C A & M cogit.
Gundelino C M mendoſe Gendelino.
tandem. C. Ax eandem.
Regi. Alb. Stadenſ. p. 201.
coeperit C. Ax. in ora notat: *ingens lacuna.*
penuria. C. Hamb & M. injuria.
Nieborg. Codici Hamburg. adſcripta eſt in margine exclamatio: *mendacium.*
confirmatus. Ab Uffone archiepiſcopo Lundenſi.
Loweboek. C. M. Lowbock.
etiam, omittitur in C. H.

legum illarum indicio eſt, autores, non ſolum ſacræ ſcripturæ libros evolviſſe, verum etiam juris civilis & Pontificii peritiſſimos fuiſſe, quod indicant capita legum quæ inde de verbo ad verbum deſumta ſunt. Sed *&* *ſi* controverſiæ graviores incidiſſent, ut, de juramentis, perjuriis, nuptiis, & ſimilibus, eas epiſcopis committendas & dijudicandas exiſtimarunt. A. 1237.

a.1237. p 245. *Adolphus comes monaſterium ingreditur.*

Dux Abel filiam Adolphi comitis duxit in uxorem VII. Cal. Maji cumque idem Adolphus ſe addidiſſet fratribus minoribus in Hamburg, a. 1239. die Hyppoliti tutorem conſtituit filiis ſuis Ducem Abelem. Circa hæc tempora Waldemarus Rex bellum indixit Lubecenſibus quod

a. 1239. *Bellum contra Lubecenſes.*

Imperio Romano ſe ſubmiſiſſent, & quotidie creſcerent, ut etiam regno Daniæ ſe æquarent. Multis itaque à rege tentatis quibus portum obſtrueret, & navigationem impediret, tandem certis conditionibus, pax inter illos coiit, & quadriennio poſt Rex è vivis exceſſit. A. 1242.

Mors Waldemari Regis. Lib. II. c 6.

a. 1242 *Ericus Rex.*

Waldemaro mortuo, Ericus inter fratres natu maximus Rex exortus eſt. Pater Waldemarus nulla ætatis habita ratione, dum adhuc viveret Abelem fratrem minorem Erico præpoſuerat & Regem deſignarat. Abel patris judicium

p. 255.

ſecutus, Erico fratri ſeſe anteponi debuiſſe, exiſtimans, fratrem ea de cauſa ſibi prælatum indigne ferebat. Qua de re Erici imperium initio graves motus exceperunt. Ope itaque affinium ſuorum comitum Holſatiæ Johann & Gerhardi armis rem tentare coepit; quorum ditionem etiam Rex Ericus ingreſſus, diripuit & per Guntzelinum comitem Sverinenſem urbem Oldesloam cepit, Holſatosque in præſidiis & munitionibus partim occidit, cepit, & profligavit. Quo tempore epiſcopatui & Ducatui Sleſwicenſi maximum damnum eſt illatum, eccleſia Sleſwicenſis graviter fuit afflicta, cui in damni accepti compenſationem, Abel poſtea pace facta bona quædam & prædia in *Jarawith* largitus, quorum *ſcotationem* poſtea Ericus Rex

p. 255. *Bellum ejus cum fratre.*

p. 256. a. 1259.

Chriſtophori filius confirmavit, uti videre eſt ex litteris ejusdem Erici a. 1259. ibid. Octob. Roſtochii datis. Tandem tamen Ericus & Abel ſubditis extrema quæque perpeſſis id petentibus, amicorum interventu reconciliati fuerunt. Ericus autem Rex qui D. Wenceslaum coleret

D. Wenceslaus Erico in ſomno mortem annunciat.

(is Dux Bohemiæ fuerat, & à fratre interemtus in numerum divorum relatus erat) nocte intempeſta vidit ſibi Wenceslaum aſſiſtentem, hæc verba effari: Bono animo eſto Rex Erice frater, ego tibi adſum quem colis & honoras, tibique nuncium affero, te eodem mortis genere ſublatum iri, quo ego occubui. Interim tamen te coenobium exſtrui jubeo, cujus monitis obſecutus, etſi in ſomnis ea prolata eſſent,

p. 256.

coenobium in terra Revalienſi ædificare coepit, quod tamen non abſolvit, nam antequam id ad exitum perduceret ſublatus eſt Ericus, qui ſomnium illud pro nihilo habendum exiſtimarat, ut qui regnum confirmatum haberet, ab hoſtibus ſibi non timebat. Idque quod ſibi perſvadebat vaticinium impleri non poſſe antequam coenobium ædificaſſet. Quare in eo ædificando procraſtinare & diem ex die ducere cœpit. Sed à fratre nihil ſibi metuendum exiſtimabat, quod anno ſuperiori reconciliati, omnem ex animo diſſenſionum memoriam deleviſſent & ſimultates depoſuiſſent, quarum ne ſcintillam quidem ſupereſſe putabat. Idque ex eo colligitur, quod fratrem Abelem inviſeret, & Sleſwicum contenderet cum eo ſeſe exhilaraturus quem venientem Abel humaniſſime excepit, odio, quod adhuc in viſceribus hærebat diſſimulato, quod usque adeo radices egerat, ut Abel, qui regni cupiditate flagraret, vitam ſibi acerbam exiſtimaret, niſi fratrem interemiſſet, quippe qui regni cauſa jus, fasque violare non dubitaret. Cum autem mutuis colloquiis tempus fallerent, & Rex Ericus ludum *Scaccorum* cum nobili quodam luderet, nihil mali ſuſpicans, ecce, de improviſo *Regis Abelis* ſatellites Regem Sleſvici invadunt & captum in lembum conjiciunt, & Slia flumine vecti cum ad eum locum ubi minima eſt fluminis latitudo *zum Sunde* perveniſſent, Danus quidam Lago unus ex Regis ſatellitibus qui Regem maxime odiſſet & de eo interficiendo mandatum habebat, in hæc verba *prorupit*: Scito, inquit, o Rex! tibi ſtatim moriendum eſſe. Cui Rex: id ego pro certo habebam, ubi in tuas manus incidiſſem: interim tamen hoc unum peto, ut mihi ſacerdos concedatur, cui peccata mea confeſſus, mortem oppetam. Qui cum accerſitus eſſet, delicta confeſſus & ut chriſtianum decebat abſolutus fuit: ibi tunc Rex: præſagiebat mihi animus, me à fratre interfectum iri interim tamen mortem tam præmaturam non exſpectabam. Peccata & delicta quidem mea ejusmodi mortem meruerunt, idque fateor, ſed fratrem meum Abelem niſi ad meliorem frugem ſe receperit & reſipuerit idem exitus manet. Vaticinium Regis morituri veriſſimum fuiſſe, mors Abelis comprobavit. Rex autem Ericus in lacu Slia eo ipſo tempore in navi ſecuri percuſſus, animam exhalavit, interim tamen ei caput præciſum non fuit, cadaver exanime ſaxo affixum in flumen *injectum* eſt; quod tamen paulo poſt è fundo emerſit & ſupernatare viſum & appulſum ad ripam Sliæ, eo in loco, ubi in ejus rei memoriam crucem ligneam poſteri collocarunt, inventum fuit. Quæ crux adhuc patrum noſtrorum memoria in prato illo ad ripam ſtetit, licet nunc collapſa & diruta ſit. Inde corpus Sleſwicum translatum & in templo divi Petri prope chorum ſepulturæ traditum fuit. Effigies Regis ex ligno facta adhuc exſtat in domo capitulari, cujus hæc eſt ſpecies: Vir, corona redimitus, facie pallida & lurida capillis paſſis barba nigra, manibus & pedibus conſtrictus & colligatus, tunica oblonga & ad talos usque demiſſa, calceis acutis & cornutis prout eo tempore mos fuit, balteo autem aureo per medium pallæ talaris infra lumbos cinctus, ſed

p. 257.

p. 257.

p. 258. *Vaticinium Regis morientis.*

p. 258.

Rex Ericus interfectus.

Effigies ejus ad huc vidqua.

&

&, ſi. C. M. etſi.
Jarawith. C. M. Jarowith. C. H. Jarnwith.
ſcotationem. Codici Hamburg. manu Lindebrogii additur: videatur Cangius.

Scaccorum C. Ax Scachorum,
Regis Abelis. lege Ducis.
prorupit C. M. mendoſe prorupuit.
injectum. C. H. ejectum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

& compedes quibus Rex constrictus & colligatus fuit adhuc exstare dicuntur quos etiam nobis pueris exhibuerunt & commonstrarunt. Addunt quidem dum funus adveheretur & efferreretur, campanas sonum nullo pulsante dedisse, sed fides sit penes autores. Piscatores etiam Sleswicenses, eo in loco, ubi Ericus in flumen injectus esset, sæpe candelas coeruleas aspectu horrendas noctu vidisse majores nostri memoriæ proditum dixerunt. Corpus Erici multis post annis clam subtractum, & in Daniam *Roskildiam* translatum & perductum ferunt, idque quod antiquitas simplicissima eum injusta cæde peremtum in divorum numerum referrent eique divinos honores *haberent*. Brachium autem ejus Sleswici relictum esse, idque adhuc ibi exstare creditur. Cujus brachii beneficio post mortem Erici, tantum æris & pecuniæ collegerunt & commendicarunt circumforanei, illi, qui indulgentias Erici venales habebant & circumferebant, ut ea pecunia ambitus templi Sleswicensis ampliſſimus & ornatissimus ædificatus & factus esse dicatur. Sublatus est autem Rex cum annos novem, nondum autem exactos, regnum administrasset, cædis conscii & autores tragicos exitus habuerant. Lago autor cædis, qui cum regali corona in Holsatiam profugerat, inter ludendum confoditur. Hermannus de *Kerckwerden* miles, qui cum Rege dum caperetur ludebat, delicti alicujus insimulatus à rusticis fossoribus interficitur. Ita Deus illa mensura illis admensus est, qua ipsi Regi admetiebantur. Eodem anno antequam Ericus sublatus esset, Johannes comes Holsatiæ acceptæ cladis memor ut Abelem ad regnum Daniæ eveheret ope archiepiscopi Bremensis & avunculi Simonis Paderbornensis collecta militum manu expeditionem in Daniam fecit & arcem Rendesburg quam Rex Ericus munierat, oppugnavit. Sed cum ad diem Laurentii de Erico interfecto rumor allatus esset, quem etiam paulo post rei veritas comprobavit, Johannes ab expeditione recessit. Erico mortuo & Abele ad regnum evecto, *Canutus* Dux Sleswicensis factus est a. 1250. Eskillus natione Danus episcopus Sleswicensis est exortus, sepultus in choro Sleswicensi non procul à valvis ante cathedram episcopalem, ut ex lapide colligitur, qui solum ejus nomen insculptum continet. Hac tempestate Abel Rex fratricida ut parricidium commissum aliqua ratione expiaret & pietatem præ se ferret, virginibus religiosis in coenobio D. Johannis Sleswici, privilegia & immunitates dedit ut coloni coenobii immunes sint ab omnibus exactionibus & ne illorum quisquam regiæ jurisdictioni subjectus esset aut servitia præstare cogeretur, nisi id patriæ salus aut periculum flagitaret. Id privilegium primo anno sui Imperii virginibus est largitus nonis Martii. Sed & Monachis *Lugemensibus* bona sua patrimonialia *Swantorpii* in parochia *Bredwadt* una cum jure patronatus ad se ratione bonorum *spectantis* donavit a. 1250. Quam scotationem Christophorus Abelis frater, confirmavit, a. 1252. Sed ut habet vetus proverbium: Imperia violenta & scelere parta non sunt diuturna idque Regis Abelis exemplo, qui post susceptam regni administrationem statim movet in partes illas occidentales, quæ mari alluuntur, & magnum agricolis & colonis, qui illas oras incolebant metum incussit. Nam cis flumen Eidoram castra locaverat, ut data opportunitate trajiceret, eosque sibi subjiceret. Frisii qui Eidorstadium incolunt collecta manu ex suis qui arma ferre possent & reliquis viribus præstarent, sui defendendi causa adversus Regem Abelem sese armant, & contendunt aggerem qui mare excludit transeuntes, simulacrum etiam D. Christiani secum portant & circumferunt eique pollicentur si victoria potiti essent, se illum inaurare velle, Rex cum Frisiis manu conserta infelici Marte pugnavit. Nam exercitu ejus victo & fugato, pedem referre coactus fuit, idque quod fratricidii vindicem DEUM haberent Eiderstadiani non christianum *manufactum*. Hac victoria potiti Eiderstadiani ut vota quæ polliciti erant persolverent S. Christiani statuam inaurarunt. Cum hæc clades quam Rex Abel acceperat divulgata esset, quidam Henricus de Meldorpio novis rebus in Selandia studebat idque quod sibi persuaderet Abelem jam animo fractum & perterrefactum ei resistere & belli fortunam iterum *experiri* non audere. Rex tamen ne meticulosus videretur, cum eo manu conserta pugnavit, sed in fugam multis suorum amissis versus est. Victores, præda magna & manubiis onusti domum redierunt. Rumor est, Dithmarsis autoribus hos motus in Dania concitatos fuisse, sed DEUS qui ob parricidium Abelem ad poenam deposceret, ejus incepta & actiones fortunare noluit, eique meliorem mentem pervertit, ut in sui ipsius exitium rueret. Idque ex eo colligere licet, quod æstate sequenti exercitu collecto rursus in Frisios à quibus fusus & fugatus esset expeditionem movit, ut injuriam ac damnum acceptum ulciscereturr, in urbe Warenburga aliquamdiu commoratus tribus navibus instructis in Frisiam navigare constituit, ut eos tam mari, quam terra persequeretur & invaderet. Quo tempore Eskillus episcopus Warenburgæ egit & à Rege impetravit ut alimenta & cibaria, quæ ipsius naves veherent, sibi haberet & retineret neque in usum aliarum navium expendere *necesse* haberet. A. 1253. die octava post festum visitationis Mariæ exercitum quem ex multis locis conscripserat, Mildeburgum non procul à castro Svavestedio convocat. Quod cum locum ad pugnam & ad hostem, qui in vicinia erat

p. 253. — *Lugemenses forte Lugum-cloſter.*
p. 259. — p. 261. a. 1252.
Archiepiscopi Bremensis & Erici nepotis. — p. 259.
Monachi Lugemensis per-mittente Regis Abelis. — p. 259.
Johannes comes Holsatiæ Rendsburgum oppugnat. — p. 259.
p. 260. a. 1250. *Abel fit rex Daniæ.* *Lib. II c. 2.* *Eskillus episcopus Sleswicens. Rex Daniæ.*
p. 266. *Abel privilegia monasteriis largitur.*
Rex Abel victus ab Eiderostadianis. — p. 261.
p. 262.
p. 262.
Nova Abelis expeditio in Frisios.
a. 1253.

Roskildiam. ita & C. M. & H. sed lege Ringstadium.
haberent. C. M. darent, C. H. referrent.
Kerckwerden. C. Ax. Kerckwerder. Ad oram *Codicis Hamburgensis* hæc adjiciuntur: Apud scriptores dicitur Kerckwerder forte dictus à villa Kirchwerder in tetrarchia Lubeco-Hamburgensi sita
Lugemensibus. C. M Lagemensibus.
Swantorpii. Mendose codex M. S. Wanstorpii.
Spectantis. C. H. & M. spectantibus.
manufactum. C. M. non manufactum.
experiri. C. M. expediri.
necesse. non legitur in C H.
Canutus. De hoc Canuto altum apud reliquos autores est silentium.

erat invadendum commodiſſimum eſſe exiſtimaret. Eo cum veniſſent poſtridie omnibus tam viris nobilibus, quam plebejis junctis, ad Eidoram fluvium movet, ut milites navibus impoſitos trajiceret. p.263. Vexilla tria Regia omnibus conſpicua erant. Amne ſecundo devectus inportum Ottenskylum vulgari lingua appellatum pervenit. p.263. Eo in loco non longo intervallo à ſacello ligneo Oldenswort quod ut ſupra notavimus a. 1205. ædificatum eſt, cis aggerem, ad excludendum mare congeſtum in planitie tentoriis expanſis caſtra locavit, eaque undique foſſa & vallo communivit, unde in hoſtem impreſſionem facere poſſet. Quibus cognitis agricolæ & villici, qui illic commorabantur foſſam altiſſimam & ampliſſimam ad ſeptentrionem ducere coeperunt nimirum ex Ipenbül verſus occaſum deinde in ſeptentrionem in Oldenswort usque ad locum qui *Eydersgrufft* tum vulgo nominabatur ut Rex hac ratione prohiberetur & copias in hoſtem ducere non poſſet. Terra egeſta & in acervum accumulata de improviſo prominens indicium operis fecit, & regem in eam cogitationem adduxit, eos vallum vel aggerem excitaſſe, quo ſe defenderent. Hoc freti Friſii militum impetum ſe ſuſtinere poſſe putabant. Quare in loco illo paluſtri hoſtem expectare & de ſumma rerum decertare, decreverunt. Cum que Rex ad Eidoram prope caſtellum ſex dies commoratus eſſet milites colonos Eyderſtadienſes qui loca illa incolebant multis injuriis & damnis afficiebant. Nam palantes agros in conſpectu eorum vaſtabant, ſegetes quæ jam *maturuerant* quod meſſis inſtaret conculcabant, & quo frumentationem liberiorem & *tutiorem* haberent villicos partim interemerunt, partim ære mulctarunt captos & in Regis poteſtatem redegerunt. Quibus cognitis ſex parochiæ, ſex dierum quietem nacti, conjurationem fecerunt & quotquot arma ferre poterant, ſeſe devinxerunt. Paulo poſt conventu habito ad viam publicam *Varenmages* dictam de privilegiis quæ Carolus M. ipſis conceſſiſſet eo tempore, quo ipſarum majores ipſi ſubſidio veniſſent copiis auxiliaribus miſſis, agi, tractarique coeptum eſt.

p. 264. *Eiderſtadenſes immunes ac liberi privilegio Caroli M.*

Quibus privilegiis Carolus eam ob cauſam ipſis immunitatem ab omnibus oneribus & gravaminibus largitus eſſet, ut eis fruerentur. Onera autem & ſervitutem quo hoc tempore à Rege Abele premerentur immunitatibus plane repugnare & libertatem qua hactenus uſi eſſent præcidere, ut qui non tantum imperio *publico* premerentur, ſed etiam ſinguli ſervitutem ſervirent, quod eorum liberi, uxores vexarentur in eorum corpora ſæviretur, fama macularetur, & dehoneſtaretur, idque in odium eorum, & privilegiorum abolitionem. Quæ cum ita ſint, ſatius eſſe de ſumma rerum decertare & honeſte mori, quam in perpetuam ſervitutem libertate amiſſa redigi. p.264. Quæ cum in concione propoſita eſſent placuit nocte ſequenti in Regis caſtra irrumpere, quod vexilla ſeptem *parata* haberent. Id Regi per indicium denunciatum ſuit a quodam proditore *Roeke*, qui in *concilium* & conventum publicum ſe inſinuarat. Itaque habito conſilio Roeko, & alii, Regi autores fuerunt ut inde confeſtim ad Eidoram moveret, p.265. quod ſi id feciſſet unum latus *tutum* haberet, propter imminentem hoſtem, ſed Rex ſeſe loco movere non potuit quod mare receſſiſſet & naves aqua deſtitutæ limo inhærerent. Rex ea ſpe fruſtratus, quod in flumine nihil præſidii haberent, albeſcente coelo caſtra movere coepit & tentorium una cum ære quod ex mul- *Regis fuga & cladet.* cta colonis inflicta collegerat, naves item paratas & maximam partem ſuppellectilis militaris & rerum ſuarum quas advexerat, reliquit. Interim tamen ut ſaluti ſuæ conſuleret ac ne p.265. formidoloſus videretur, militum & ſuorum metum increpat. Nam omnes in fugam ſe conjecerant, Friſii fugientem hoſtem campis patentibus inſecuti, ad trecentos interfecerunt. Magna etiam pars in Eidoræ flumine dum transnatare nituntur periit & ſubmerſa eſt. Rex Abel cum videret, militem, hoſti terga dare, ſuos ad pugnam revocat in loco qui vulgo *Oldebarbleck* addita comminatione ni pareant habituros infortunium. Cumque ſignum dediſſet metu coacti conſtiterunt & proelium redintegrarunt. Ibi Rex conſertis manibus in hoſtem maximo impetu fertur. Ancipiti proelio acriter pugnatum eſt ita ut magna ſtrages ederetur animis utrinque exulceratis. Sed tandem Dani in fugam converſi terga dederunt quos fugientes Friſii, ut quenquam aſſecuti eſſent, cædunt, & usque in locum qui Ipenbul nominatur perſequuntur. Ibi Nortmanni qui Ei- p.265. derſtadii illam partem qui Aquilonem ſpectat incolunt, ſocios à quibus aſciti erant relinquunt, & deficiunt Rege pulſo & fugato. Quos Eiderſtadiam & Utholmi perſequuntur. Atque ibi cum in eos iracundiam evomiſſent, rurſus Oldenswort ad tentoria à Rege deſerta revertuntur, ut ſe cibo reficerent & exhauſtas vires recuperarent. Rex autem cum ſuis & aliis quas ſibi ſubjecerat ad Eidoram verſus ultra *Eſendovinne* contendit. Ubi multitudo in Kolckenbüttel quæ reliquos virtute & viribus antecellebat ei occurrit & ad pugnam provocat. Ibi proelio cum Danis commiſſo, ſex horis dimicatum fuit. Qua de re cum nuncius ad reliquos Eyderſtadianos & Utholmios allatus eſſet illi abſque ulla mora ad Regem contendunt & cum Rege ad latus apertum nam alterum mare terebat conſerunt. Ubi magna ſtrages edita & vexillum regium amiſſum & ademtum fuit. Quod cum Rex animadvertiſſet, in mediam viam quæ Septentrionem ſpectat ſe recepit. Cumque Friſii pugnandi nullum finem facerent p.266. & Danos acriter perſequerentur, Rex ultra

Milder.

Eydersgrufft. C. Ax. Eidergrofft.
maturuerant Cod. M. mendoſe matuerant.
tutiorem. C. M tutorem
Varenmages. C. Ax Varekmagis
publico. al. oneribus Imperii publici.
parata. C Hamb. pacata.
concilium. C. M conſilium.
tutum. C. H tantum
Oldebarbleck C. H. & M. *Oldhallak* C. Axen *Oldthalleck.*
Eſendowinne C. Ax. Eſendovium, mendoſe C M Lhendowinne.

Milderdam profugit, ubi à quodam rotario *Hummer* nomine interficitur. Frisii de victoria certi domum redeunt, & odio Danorum à quibus multa perpessi essent Canuto Duci Slesvicensi se subjiciunt. Quos ille in fidem & clientelam recepit, ea tamen conditione ut quotannis ex singulis ædibus tributi nomine nummum unum quem Turney nominant *penderent* & immunitate perpetuo fruerentur. Regis interemti cadaver Sleswicum defertur, & in æde D. Pauli sepulturæ traditur. Postridie noctu tantus in templo strepitus cum fragore & fremitu excitatus & exortus est, ut canonicis perterrefactis psalmos & preces nocturnas in ecclesiis usitatas canendi & recitandi facultas non daretur spectro illis illudente & obstrepente. Quod cum sæpius contigisset & Reginæ nunciatum esset, placuit corpus Abelis effossum æde sacra exportare & alio loco humare. Cadaver e templo exemtum in paludem silvæ Pols quæ Gottorpio vicina est immergitur, palo per sarcophagum transfixo, qui locus in hodiernum diem demonstratur & Regis Abelis sepultura vulgo nominatur. Et ex eo die spectra terriculamenta & strepitus in æde sacra conquievisse à majoribus nostris memoriæ traditum accepimus. Sed & eo in loco ubi sepultus est, & vicinis ex eo tempore & patrum nostrorum & nostra memoria strepitus horrendos & stridores exauditos esse constanti omnium prædicatione & sermone fertur. Quibus sæpe viatores noctu iter facientes trepidarunt, & metu pene exanimati fuerunt, ut plurimum vero venatoris cornu inflantis vocem & sonitum exaudiri multi fide digni referunt. Idque sæpe à vigilibus qui Gottorpii vigilare solent, audiri, usque adeo similem, ut venatorem ibi venari quis diceret. Sed & Abelem multis nostra etiam ætate apparuisse & visum esse, constans omnium est rumor, atrum ore & corpore equo pusillo vectum, comitatum canibus tribus venaticis qui & sæpe specie ignita ardere visi sunt. A diabolo autem ludos hosce concitari dubium non est idque DEI permissu, ut qui fratricidæ memoriam, hisce terriculamentis, omnibus exosam reddere, & post mortem etiam condemnare velit, ut alii *ab* ejusmodi scelere inexpiabili & detestando deterreantur. Abele e medio sublato, in regnum successit ejus frater Christophorus, qui Slesvicensibus privilegia & immunitates largitus est, & à majoribus concessas sua voce & autoritate confirmavit. Waldemarus autem filius Abelis, eo tempore quo pater e vivis excederet, peregre aberat, & in Gallia agebat, quo studiorum causa, una cum avunculis Holsatiæ profectus erat, studiis ad exitum perductis ad ingenii & morum cultum capiendum Principum aulas frequentabat. De morte patris certior factus, domum statim reversus & administrationem Ducatus Slesvicensis Regis permissu adeptus est. Et cum avunculis suis quamdiu superstes fuit vixit conjunctissime. Sed & Rex Daniam *quietiorem* habuit, & in summa tranquillitate vixit quoad Waldemarus moreretur A. nimirum 1259. Eo autem e vivis sublato fortunam variam est expertus. Nam *Abel* sororem Johann & Gerhardi in uxorem duxerat ex qua *unicum* suscepit filium. Hunc Rex Christophorus in suam clientelam & tutelam suscepit, & apud se educavit & detinuit idque eo consilio quod e re regni Daniæ futurum existimaret si hac ratione Ducatus Slesvicensis regno *rursus* uniretur, à quo jam aliquot annos separatus & sejunctus esset. Hanc technam subodorati, comites Ericum fororis filium suscipiunt defendendum & ne Ducatu excederet, jus Erici bello persequendum statuunt. Rex ea re commotus Ericum Ducatu spoliare & turbare conatur. Bellum itaque utrinque paratur, in quo oppidum Slesvicense à Rege expugnatur & à militibus non solum in corpora civium eorumque uxorum misere sævitur, sed etiam templa & DEO dicata diruta & spoliata fuerunt. Quibus poenis autem *DEUS* sacrilegos & spoliatores hosce punierit, quamque hæc facinora Deo displicuerint, testantur prodigia & signa hoc tempore edita contra illos qui se Regi hac in re administros præbuissent. Imo ipse Rex sacrilegii & direptæ urbis poenas gravissimas dedit. Comitibus enim adventantibus occurrens in Loheide proelio commisso & aliquot hominum millibus desideratis una cum Regina Hamburgum à Comitibus captivus deducitur. Non longe ab eo loco, ubi pugna commissa est, collis quidam adhuc exstat *Dronningshue* appellatus, quem galeis æneis militum congestum esse, constans est fama. Rex aliquot argenti libris pro redemtione solutis, liberatus, a. 1259. rebus humanis exemtus est. A. 1257. Eskillo mortuo successit Nicolaus episcopus Slesvicensis, qui ecclesiam spoliatam & desolatam reperit. Huic Margaretha vidua Aggi *Nomsen* possessionem ejus ruris quod in Alsen in curia Gammerstorp in parochia *Knettingen* habebat, utendam fruendam dedit. Hic episcopus eandem, quam ipsius prædecessor fortunam est expertus. Nam ut Eskillus Segebergam ita & hic à nobili quodam Timmone parvo vulgo appellatur laico dioecesis Slesvicensis captivus abductus fuit, idque noctu ex curia ipsius Slesvicensi, nulla alia de causa, quam ut episcopum argento emungeret, qua de re ille una cum aliis delicti conscii, diris fuit devotus ab Alexandro IV. Pontifice, cujus litteræ hac de re adhuc exstant ad *Archiepiscopum* Lundensem & Gardianum fratrum minorum in Brunswick *scriptæ*.

I Rex interficitur.
Dii, Duci Slesvicensi se subjiciunt.
rney.
p. 266.
belis Regis cadaver sepultum in palude.
p. 267.
Ejus spectrum.
Lib. II. c. 8. p. 269. *Christophorus succedit Abeli.*
p. 269.
Waldemarus filius Abelis Dux Slesvicensis. a. 1259.
Abelis filius Ericus.
p. 270.
Slesvicum capitur & diripitur.
Christophorus Rex capitur. p. 276.
Obit 1259.
Nicolaus episcopus Slesvicensis. p. 276.
p. 277.

penderent. C. H. pertinent.
ab. deest in C. H.
quietiorem. C. M. mendose legit quietem.
Abel. Cod. Hamb. & Menck. habent Waldemarus.
unicum. scil. Ericum. Vide *J. A. Cypræi* annales h. a.
rursus. C. H. & M. suisque. C. Ax. regnisque.
Deus. C. M. Deos.
Droningshue. C. Ax. Droningshure C. H. Dronningshuje C. M. legit Dromingsheil.
Nomsen. C. M Nannsen.
Knettingen. C. M. lepit Kuelingen, al. Kittingen.
archiepiscop. C. H. episcopum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lib. II, c. 10. Christophori fil. Ericus Rex Daniæ.

scriptæ. A. 1259. Ericus Christophori filius, patre mortuo regnum adeptus est. Is ecclesiis bene fecit & quæ ab ipsius patre ablata essent restituit. *Quum* etiam pater pro solvendo lytro ex decimis ecclesiasticis 462. marcas collegerat, jussit Ericus consilio matris easdem episcopo restituendas, villa Apenradensi pro ea summa oppignorata, donec fors 462. marcarum esset soluta. Concessit etiam episcopo ad resarcienda damna belli tempore illata & pro iis quæ ecclesiæ adempta essent bona & possessiones quædam in Nordtforthus & Sundforthus item *Boresbul* & molendinum in Atebul & scotationem hanc sigillo suo & matris suæ & Ripens. & Wiburgens. episcoporum communivit, ut videre est ex *literis* datis *Middelfaar* a. 1260. in octavo Apostolorum Petri & Pauli. Idem Nicolaus episcopus Slesvicensis arcem Gottorpianam quam hodie Duces Sleswicenses possident cum Erico Duce Sleswicensi Regis Abelis filio & fratre Waldemari permutavit, ut ex sequenti formula contractus videre est: *Ericus DEI gratia Dux Jutiæ omnibus ad quos præsens scriptum pervenerit salutem in Domino nostro Jesu Christo. Universitatem vestram per præsentes scire volumus quod venerabilis Dns pater Nicolaus episcopus Slesvicensis nobis scotavit curiam suam in minori Gottorp & totam villam majoris Gottorp cum silva, molendino terris & pascuis prædictæ curiæ & villæ adjacentibus ac bona sua in Arensolt & nos eidem vice versa bas villas scilicet Brockeschlott, Brodersbuy & Huxmarck existentes in* SCHWANTZEN *cum omnibus bonis* EIS *adjacentibus, ad æqualem auri æstimationem escotavimus pleno jure; Sed quia dictæ villæ sunt nobili viro domino Gerhardo comiti Holsatiæ dilecto avunculo nostro, ut dicitur obligatæ loco eorum venerabili patri domino* BUNDONI *episcopo Slesvicensi bona nostra in Sundergreßhardt quæ dicuntur* ANDAL *integraliter pleno jure scotavimus ad cautionem donec ipsæ villæ usui liberæ ipsi cedant. In cujus rei evidentiam præsentes literas sigillo nostro fecimus communiri. Datum apud Sleswig 1268. XII. Cal. Decembr.*

Nota. Grote Gottorp cujus mentio fit sita fuit prope Rugenkrog ubi adhuc ejus arcis vestigia cernuntur, quam undique lacus alluit, & adhuc nomen retinet Old Gottorp, à quo diruta sit, supra expositum est. Notandum item sigillum his litteris appensum quod *Schwavestatt* servatur ceræ rufæ inpressum altera facie Leones duos, altera vero equitem vexillum manu gestantem, h. e. imaginem D. Georgii continere. *Sed hoc* memoratu dignum est quod Ericus Johannes & Gerhardus Comites Holsatiæ dimidiam partem pedagii in telonio Rensburgi collecto ad episcopum pertinere suis litteris testentur quæ Slesvici datæ & consignatæ sunt a. 1261. Nicolaus etiam cuidam Wineken & fratribus ejus de consensu Capituli in feudum concessit & possessiones in Lundenberg sitas in perpetuum pro arbitrio suo disponendas & fruendas ita tamen ut successoribus suis singulis annis pendeat quinque marcas, fuit id a. 1263. Anno à Christo nato, 1270. Bundo episcopus Slesvicensis creatus est, confirmatus ab archiepiscopo Johanne Lundensi. Hujus etiam Bundonis mentio fit in litteris Ducis Erici superius allegatis Nicolaum autem constat non Slesvici, sed quod ob refusionem aliquot expensarum Regis nomine in quatuor naves factarum à se petitam exosus esset, extra limites regni obiisse, ibique sepultum esse. Controversia tamen hæc de impensis navium inter Regem & Bundonem sumtis arbitris Andreæ Pallisenio Cancellario Regio, Præposito item & Archidiacono Sleswicensi decisa, & composita fuit. Ericus Dux Slesvicensis moritur hoc tempore relictis duobus filiis Erico & Woldemaro, de quorum tutela iterum inter Regem Daniæ & comites Holsatiæ tanquam cognatos propinguiores & avunculos controversia exstitit. Et licet Rex illis tutelam ad tempus concederet, cum tamen Ducatui inhiaret novisque rebus studeret auxilio archiepiscopi Bremensis Hildeboldi comitibus bellum intulit & Slesvicum obsedit, quoque facilius liberas excursiones ex Dania in Ducatum facere posset arcem Coldingensem muniri jussit, quo sui post prædam se reciperent, ne quis in Ducatu inposterum ab irruptione Danorum tutus esset. Quibus rebus fiebat, ut Rex paulatim totum Ducatum in suam potestatem redigeret, portione solum quadam Ducibus relicta, de qua tamen, & quanta fuerit inter autores non constat. Sed & episcopus Slesvicensis ejus calamitatis expers non fuit, ut, qui quatuor naves in belli usum suis sumptibus instruere, & armare coactus fuit. Quos sumptus cum episcopus diutius, quod bellum longius extraheretur ferre non posset, bona & possessiones in *Stavesbalt* & Siblaw vendere coactus fuit, quæ tamen episcopus Bertoldus 1200. marcis redemit. De sumtibus igitur illis, inter Duces & episcopum dissensiones novæ exstiterunt, quæ tamen iterum per arbitros electos sopitæ fuerunt; tamen hos arbitros inter alios nominatur Petrus Mule & Joannes Zwittingk Ducis dapifer. Hoc rerum statu & bellis ferventibus Ericus natu major moritur relicto fratre Waldemaro. Hic ab amicis & propinguis persuasus fuit, ut Regem superiorem agnosceret Ducatumque in feudum acciperet atque ita ad Ducatum pertinentia & amissa recuperaret, missis itaque legatis, cum Rex de illius voluntate certior esset redditus, pax demum certis conditionibus facta fuit. A. 1263. cum templum Slesvicense maximis sumtibus ædificari coeptum esset, & pecunia non suppeteret ad ædificationem necessaria, episcopus & Canonici Slesvicenses Pontifice in consilium adhibito, quæsierunt liceretne ex usuris, rapinis & aliis bonis injuste acquisitis si illa ecclesiæ donarentur & legarentur opus in-

Gottorpium permutatione ab episcopo ad principes pervenit.

Minor & major Gottorp.

Bundo episcopus Slesvicens. a. 1270.

Erici Ducis Slesvicensis mors.

Bellum Regis Daniæ cum Comitibus Holsatiæ.

Ducatus Slesvicensis in feudum recognitus a Rege Daniæ.

Templum Slesvicense ædificatum ex bonis injuste acquisitis.

scriptæ. Quæ leguntur in annalibus J. A. Cypræi. p. 277.
Quum. C. M. quem.
Boresbul. C. H. Borusbüll. C. M. Bornsbüll.
literis. quas lege apud Cypr. in annalibus p. 283.
Middelfaar. C. M. Midefahr.
SCHWANTZEN. C. M. *Schantzen.*
EIS. C. H & M. et.
BUNDONI. C. H. & M. Brundoni.
Andal. C. H. *Andeel.*
Sed hoc - 1261. verba hæc non leguntur in C. H.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicium Cardinalis Hugonis de pecunia rapinis ablata & de piis usibus legata.

inchoatum absolvere. Idque quod summa 200. marcarum argenti illis repræsentaretur, quam tamen unde collecta esset aut cujus pecunia illa fuisset non constaret. Ad ea Hugo Cardinalis S. Sabinæ ita respondit: *Urbanum* illam pecuniæ summam de qua retulissent ecclesiæ Slesvicensi in usum structuræ & coepti operis convertendam se concedere & impertiri, idque licitum esse & minime reprehendendum quod si imposterum exisserent qui illam pecuniam peterent, & eam sibi, tanquam veris Dominis deberi dicerent idque docerent eam merito restituendam, & eo nomine satis faciendum esse. A. 1273. Bundo decimas episcopales in parochia Alver ministris ecclesiæ b. Virginis Mariæ utendas & fruendas dedit, ea lege ut in æquales quatuor partes dividerentur. Quarum una Cantori ejus ecclesiæ, altera Diacono & Sub-Diacono, tertia ædituo cederet, quarta in sumtus qui in candelas cereas fierent, collocaretur. Cantorem autem decimas istas distribuere, & ab eo unumquemque portionem suam petere debere. Et qui huic sanctioni contravenerit, eum diris devovendum & fulmine execrationis ecclesiasticæ feriendum esse. Ecclesiam illam Alver primum in *Rungholt* sitam & deinde mari quo abluebatur absorptam & tandem Haderschlebiam translatam esse, omnium constans est opinio: ubi ea paulatim incrementa coepit, ut & Canonici eo vocati, ad certum numerum alerentur, qui rem divinam tractarent, quibus etiam statuta ab episcopo & capitulo Slesvicensi approbata, concessa fuerunt. Canonici etiam illic ad nostra tempora vixerunt & ecclesias rexerunt viri boni & docti. A. autem 1530. Principibus placuit ut Canonici qui *Haterslebii* vivebant, bonis illis quoad superstites essent, fruerentur: illis autem morte sublatis bona & possessiones ad Principes devolverentur, quod & factum est. Itaque hoc tempore neque Canonici neque umbra bonorum divinis usibus dicatorum apparet, ut quæ una cum curiis & habitationibus profanis usibus deputata & attributa sunt. An. 1281. Episcopus Slesvicensis eligitur Jacobus, & confirmatur à Johanne Archiepiscopo Lundensi. Hoc tempore bellum recens inter Regem Daniæ Ericum & Waldemarum Ducem Slesvicensem exortum est, his de causis, quod Dux Regi eam quam sibi deberi putabat obedientiam & fidem non præstaret. Quo bello Waldemarus captus & arx Tundereniis expugnata & diruta fuit. Sed & urbs Slesvicensis quæ semper fuit Ducum receptaculum insignem cladem accepit ut quæ primum capta, expugnata & direpta fuerit, & deinde penitus conflagravit. In hoc bello ita in cives & subditos Slesvicens. à Rege fuit sævitum, ut omnes persuasum habuerint, illum ferro & igne omnia delere statuisse, quod tanto facilius illi erat, cum pleraque partim vi, partim metu jam subacta teneret. Tanto enim odio in Ducem sibi minus obsequentem flagrabat. Sed hisce malis quæ impendere videbantur occurrebant Ducis cognati qui se interposuerunt, Regisque animum ut à concepta ira & persequendo bello desisteret, placarunt. Waldemarus itaque misertus vicem Slesvicensium civium, qui tam multa perpessi essent ut damnum illis saltem aliquo modo resarciret, tributum vulgo *Stadtgeld* illis remisit, & ut à quavis exactione liberi essent concessit. Aliasque etiam immunitates dedit, quoad se recollegissent, & ad meliorem fortunam pervenissent. Rex etiam Ericus misericordia ductus immunitatem Slesvicensibus concessit, ut de mercibus in Regno Daniæ emtis vectigalis nomine nihil penderent, ut ex sequenti diplomate de ea re dato constat:

Immunitas Slesvicensibus concessa. p. 294.

Ericus van Gades Gnaden der Danen und Wenden Koning winschken allen de dissen Breff sehn Heyl in dem HErrn, und dhon kundt jedermannikliken dat WY *den Schaden Arbeit und Verdreit welcken Unse Gelevede Borg und Stadt Schleswick van Unsert willen und unsers Rikes offtmals geleden betrachtet und derwegen bewagen enen eine sunderlicke Gnade wedder to ertogende. So geven Wy derwegen allen und isslicken frye, dat se kenen Tollen in dem Rike geven scholen, idt sy an welcken Orde se andrepen müchten, van nu an und stet to ewigen Tyden dat se davon schollen entlediget sin, und gebeden derwegen ernstlick by Verlust unserer Gnaden dat nemand van unseren Amtlüden edder dersülven Befehlhebbere edder he sy wer he sy, de genönnten Borger wedder Imholt dieser Begnadung to jhennigen Tyden beschwere und so forne sülckes geschiet wert he unse Straffe derwegen to vermoden hebben. To wiederer Bekrafftinge mit unsern Insegel angehenget. To Koldingborg 1280. Am Dage* Vitalis MARTINI *in Biwesent der Tügeniße Herr Peter* CREDENTZER. Rex etiam Ericus in jure constituendo occupatus fuit, editis constitutionibus quibusdam, quæ ad calcem Loebock adjectæ sunt, quibus sanciendis, Jacobus episcopus Slesvicensis, una cum aliis episcopis interfuit, an. 1282. idque constitutionis verba in fine arguunt. Sed tandem Ericus Rex pacatis rebus, à suis occiditur. A. à nato Christo 1286. Waldemarus autem Dux Slesvicensis qui etiam a. 1310. privilegia ecclesiæ Slesvicens. confirmavit a. 1313. moritur, in choro Slesvicensi sepultus, eo in loco ubi lectiones sacræ recitari solent epitaphium lapidi insculptum quamvis magna ex parte detritum ejusmodi est:

p. 295.

p. 296.

Rex Ericus auxit Lowbuch.

p. 308. *a.* 1286. *Ericus Rex a suis occiditur. Waldemarus Dux obit.*

Anno milleno CCC. ter uno cum duodeno
Waldemars Dux Slesvici & natus Erici
Paschatis in festo migrans jacet hic tumulatus
Pacifer hic clarus coeli sit in arce locatus.
A. 1288.

Epitaphium.

Lib. II. c. XII. a 1281. *Jacobus episcopus Slesvicensis.* p. 293. *Bellum inter Regem Daniæ & Ducem Slesvicens. Sleswicum captum & exustum.* *Atrocitas Regis.* p. 291. *ecimæ episopales in ves ministris ecclesiæ nantur.* p. 292. *atus illius clesiæ.* p. 292.

Urbanum. C. Ax. & Menck. male leg. *Urbanam illam pecuniæ summam*, vulgo *eine flattliche* Summe *Geldes.* Recte *Hieronym. Cypræus* ita: Responsum est ab Hugone Cardinale S. Sabinæ, nomine Papæ, gratiam suam impertiri ecclesiæ suæ *Urbanum* ac licitum fore illud pretium participare ecclesiæ. Et Cod. *J. A. Cypræi* Coloniæ a. 1634. excusus. p. 291. Ad ea respondit Hugo Cardinalis S. Sabinæ ita: *Urbanum* illam pecuniæ summam de qua retulissent. Lege ergo URBANUM & intellige IV. Pontificem Romanum, qui a. 1263. sedit.

Rungholt. C. M. Ruegeholt.

Haterslebii. C. M. Haderslebiæ.

WY. C. H. *van.*

MARTINI. alii male legunt martyris.

CREDENTZER. C. M. Credenger.

A. 1288. A. 1288. Bartoldus natione Danus, patria Haf-
Lib. II. c. XIII. Bertoldus epiſc. Sleſv. nienſis epiſcopus Sleſvicenſis creatus; *Hac* tem-
p. 299. peſtate Trugellus quidam *Archidiaconus* Sleſvi-
p. 300. cenſis *teſtamento* ſuo molendinum prope Sleſvi-
cum ædificatum una cum bonis mobilibus quæ
in Struckshard habebat in uſum eccleſiæ Sleſvi-
cenſis legavit, pecuniam item vel *ſolarium* quod
in fundo quodam in platea *Frockeſtrade* dicta
eidem legavit idque permittente epiſcopo Bar
toldo: molendinum illud ubi *ſitum* fuerit, cer-
to non conſtat; interim tamen, prope villam
p. 300. epiſcopi vulgo dictam molæ fundamenta *eruta*
fuerunt, ut veriſimile ſit, eo in loco molam hanc
exſtructam fuiſſe. Trugillus in æde Sleſvicen-
ſi humatus eſt, non longe à janua quæ auſtrum
ſpectat. Epitaphium lapidi inciſum ejusmodi
Epitaphium Trugilli pii donatoris. eſt: Hunc locum ſibi elegit Trugillus eccleſiæ
Archidiaconus, quem fecit ad laudem S. Spiri-
tus & b. matris cujus anima ſit in pace. Obiit
A. D. 1236. Cal. Apr. Hic epiſcopus Bartoldus
eccleſiam aliquomodo locupletare conatus, a Jo
hanne quodam in campo Withbol bona quædam
nempe domos, fundos, ſilvas, prata, piſcinas pre-
p. 300. cio 30. librarum *Sterlingarum* emit, quarum ſo-
lutionem venditor coram *Duo Waldemaro* Ju
tiæ Duce qui tum adhuc vivebat teſtatus eſt, qui
p. 301. Dux etiam cum epiſcopo Ripenſi contractum
hunc ſigillis ſuis *obſignarunt*. Tenuiſſimæ et-
iam præpoſituræ in Ebenſuſel eccleſiam *Falſte-
denſem* annexuit D. Dionyſio dicatam, idque de
capituli Sleſwicenſis conſenſu. Hoc rudi etiam
& barbaro ſeculo maxima fuit licentia optimatum
& hominum primi ordinis, ut qui impune ſa-
Clerici preſſi & afflicti ab Optimatibus. cerdotes & Dei miniſtros pro libidine affligе-
rent & injuriis afficerent, Regibus in ejusmodi
ſceleribus anniventibus. Pontifices itaque Rom.
pro ea, quam more majorum uſurpabant pote-
ſtate, hiſce modum præſcribere neceſſe habue-
runt, uti patet ex publico & quidem ſeveriſſimo
a. 1294. *Decretum Bonifacii VIII.* diplomate Bonifacii VIII. a. 1294. Romæ pro-
p. 301. mulgato ad archiepiſcopum Lundenſem ejusque
ſuffraganeos ſcripto, quo, confirmat diploma
Alexandri IV. Pontificis, ſui prædeceſſoris, ea
de re publicatum & excommunicatione ferit
tam transgreſſores quam ipſum Regem epiſco-
pis etiam in eum caſum divinorum celebratio-
nem interdixit. Bartoldus epiſcopus redemit
etiam bona ab Erico Rege in Struesbul & Siblaw
à Bundone vendita 1200. marcis, idque conſen-
ſu Reginæ Regis matre acta ſunt hæc Newburg
a. 1298. a. 1298. Anno 1305. Capitulum Sleſwicenſe
p. 303. reddit rationes præpoſiturarum & litteris ſigna-
a. 1305. tis oſtendit & teſtatur præpoſituras Widæ, Eido-
Jus Capituli Sleſvicenſis in rotadiæ & Strandiæ multis annis & à tempore
cujus memoria non exſtat, penes Canonicos *præpoſituras Widæ Eyder. Sladii & Strandiæ.*
Sleſvicenſes fuiſſe idque *ab epiſcopo eis* conceſ-
ſum qui in locis jam nominatis *ſuſpenderunt* in-
terdixerint, excommunicaverint, litaverint &
procurationes receperint cum ſeptem *evictioni-*
bus annuis, & quicquid præterea ad id jus ſpe-
ctaret, exceptis cauſis quæ ſoli epiſcopo reſer-
varentur. Sed & propoſito quot annis pro-
curationum ſumtus ſolutos eſſe, idque quod
qui in Uthlandia habitarent extra limites ſuæ
parochiæ non evocarentur ut ſe judicio ſiſte-
rent, ſed nec præpoſitorum ſive officialium
p. 304. quenquam ſibi poteſtatem ſumſiſſe inſimulandi
quenquam de delictis gravioribus aut levio-
ribus niſi vocata ſynodo & præpoſito præſente.
Unde conſtat eccleſiam Sleſwicenſem jus præ-
poſituræ habuiſſe in illis regionibus quo nunc
ſunt privati. Idem epiſcopus Bartoldus cum
videret præpoſituram *Borchſuſel tenuiorem*
quam ut præpoſitus eccleſiæ Haderſchlebienſis
inde ſe ſuſtentare poſſe annexuit ei eccleſiam
Hoxtorp & decimam epiſcopalem in parochia
Alver & præbendam canonicatus beatæ Mariæ
Virginis Haderslebii. Poſtquam autem eccle-
ſiam Sleſvicenſem multos annos magna cum
laude adminiſtraſſet reſignavit eam Johanni de *Bartoldus re-ſignat præ-latum.*
Borckholt & paulo poſt placide obdormivit a.
1310. 11. Cal. Febr. in templi parte auſtrali ad p. 305. & *obiit a.* 1310.
chorum ſepultus ut ex adſcripto epitaphio col-
ligitur:

Epitaphium.

Haſſnis eram natus, hic Archilevita vocatus
Inde cathedratus, nunc ſum cinis hic tumu-
latus.

A. 1309. Johannes de Bockholdt in Holſatia ex *Lib. II. c. XIV. Jo de Bock-holt epiſcop. Sleſvicenſ. 1309.*
familia nobili natus epiſcopus Sleſvicenſis crea-
tus eſt, idque per reſignationem Bartoldi. Hic
initio ſuæ adminiſtrationis de conſenſu capitu-
li confirmavit ſtatuta Haderſchlebienſium cano-
nicorum, qui ſupplices epiſcopo facti, legibus
ſe ornari petebant. Fuit id a. 1309. die Gre-
gorii Martyris ab iis petitum in eccleſia Sleſvi-
cenſi per Nicolaum cantorem in commodum
Canonicorum Haderslebienſis eccleſiæ quæ eſt
Sleſvicenſis dioeceſis. Leges autem hæ præci-
pue concernunt Canonicos & officium eorum
in celebranda miſſa, cantando, legendo, & aliis
hujusmodi rebus & fere in omnibus capitulis
hujusmodi ſtatuta in libris ſtatutorum habentur
quæ ideo adſcribere ſupervacuum *exiſtimavi.*
Inter alia tamen ibidem in fine additur, quod
capella *Gammelhadersleve & Sadorp* ſint à cathe-
dratico procurationibus & cæteris juribus epi-
ſcopi Sleſvicenſis exemtæ ubi Capitulum Ha-
derſchlebienſe habebat poteſtatem inſtituere fa-
cer-

Hac. C. H. & M. Nam.
Archidiaconus. C. H. archiepiſcopus.
teſtamento. C. H. & M. teſte. Sed vid. Cypr. annal. epiſc. Sleſv. p. 300.
ſolarium. Cod. Menck. & Hamb. aliique habent *ſalarium.* Sed erroneé. Solarium enim alibi dicitur terragium, vulgo cenſus arearum, Beda, Orbeda.
Frockeſtrade C. M. & C. Ax. Frockeſtaden.
ſitum Vide Cypræi annal. p. 300. Sed C. H. & M. legunt ortum.
eruta. alii *empta.*
Sterlingarum. C. M. Sterlingorum.
Dno. Waldemaro. C. M. legit Duce, ſed retinenda lectio Domino.
obſignarunt. C. A. conſignarunt.
Falſtedenſem. C. Ax. & M. Felſtedenſem.
ab epiſcopo eis. C. H. ab eo epiſcopis.
ſuſpenderint. C. Ax. addit: nulla recte mente ſuſpende-rint.
evictionibus. Menckius hunc locum mendoſum videns legit *eructionibus.* Cod. J. A. Cypræi p. 304. *evictio-nibus.* Quam approbat quoque C. Axen. Codex ve-ro *Hamb.* habet *erectionibus.*
tenuiorem. C. M. tenuiorum.
Borckholdt. C. M. Bockwoldt.
exiſtimavi. vide ea apud Cypræum in annal. pag. 306.
Sadorp. C. M. Sadrop.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a. 1318. p. 308. cerdotes & deponere. A. 1318. inter episcopum & Canonicos dissidium de collatione præbendarum compositum atque ita conventum fuit ut collatio præbendarum conjunctim ad Capitulum pertineret, ut etiam episcopus inopiam Canonicorum sublevaret de consensu Capituli collegis suis concessit decimas ecclesiarum in *Schlappenhagen*, Gottorp, Jallenbeke, Seestede, *Huttenkrope* & Haddeby sed & silvam *Rowesee* in Huderop & bona in *Offenbüll* Berndorp, Husbui, hac conditione canonicis concessit, ut decimæ inde collectæ in triticum commutarentur, & singulis septimanis panes inde distribuerentur, quæ omnia etiam Pontifex & archiepiscopus Lundensis confirmarunt. A. 1339. ut ex eorum litteris constat. Circa hoc tempus a. 1325. Ericus Dux Slesvicensis Waldemari filius affinis Gerhardi comitis Holsatiæ cum annos novem ducatui præfuisset, mortuus, & Slesvici in choro humatus est lapis æreis laminis ornatus continet epitaphium:

p. 309.

a. 1339.

p. 310. p. 311.

Hic, Dux magnificus: patriæ defensor, Ericus
Waldemari natus, patri jacet associatus.
Anno milleno migrans CCC. ter Vque viceno,
Gregorii in festo. DEus huic miserator adesto.

Ericus filium reliquit Waldemarum cujus tutelam Rex Christophorus secundus ab agnatis proximis non vocatus suscipere contendebat ut hac ratione Ducatum Slesvicensem regno Daniæ annecteret, quod ab ejus majoribus sæpe fuerat tentatum. Prætextu itaque tutelæ arcem *Sunderborg* occupavit & ulterius in ducatum profectus est Gottorpium positis castris in monte *Hesterberg* obsedit. Sed Waldemarus auxilio comitis Holsatiæ Gerhardi arcem non solum obsidione liberavit sed etiam regem proelio vicit, & in fugam convertit, impensarumque nomine eandem arcem pignoris loco retinuit. Hac de re animis subditorum à Rege abalienatis, ope comitum Holsatiæ regno pulsus, Rostochium confugit, inque ejus locum de *consilio* comitum Waldemarus Dux Slesvicensis, Rex eligitur. Qui concilio Procerum in Fionia habito, Gerhardo Ducatum Slesvicensem concessit, eosque investivit, Johanni vero Wagriam, Lalandiam & Falstriam. Ericus Christophori Regis filius patrem ulturus Gottorpium obsedit, sed lethali accepto vulnere à comitibus mortuus est, & obsidio soluta fuit. Sequenti anno Christophorus Lubecam venit, & cum comitibus transegit, pax his conditionibus coiit ut Rex Comitibus 80000. marcas solveret, atque ita in regnum restitueretur exceptis tamen provinciis quas Waldemarus comitibus, utendas, fruendas dedisset. Et ut Waldemarus Ducatum Slesvicensem reciperet, invitis ergo Proceribus & non nisi armata manu cæsisque aliquot Jutis eidem resistentibus, & Waldemarum electum defendere statuentibus, à comitibus tandem restituitur. Sed pro tanto beneficio comiti Gerhardo à Christophoro Rege pessima gratia fuit relata, siquidem annis sequentibus, quod ubique eidem fortuna faveret in summam invidiam apud Regem adductus fuit, quæ paulatim ita crevit, ut Rex eum armis persequi statueret. Exercitu itaque collecto, & castris prope *Denwerck* positis, Gottorpium obsidet, ut ita Gerhardo venienti iter præcluderet. Sed tandem proelio commisso, comes parva manu Regem iterum vincit, qui, à via Kilonium deflectens à centurione Borchart von *Itzebude* in pago Sestede, captus, atque ita bellum captivitate Regis finitum & interventione Johannis comitis Holsatiæ pax iterum facta fuit. Christophorus Rex non ita multo post moritur a. nimirum 1333. Sed & Johannes de Borcholt episcopus Slesvicensis a. 1331. biennio ante Christophorum Regem e vivis sublatus est, & Slesvici ad latus chori septentrionale sepultus est. Epitaphium lapidi sepulcrali maximo insculptum & laminis æreis olim insignito ut ex vestigiis apparet, ejusmodi est: *A. D.* 1331. Secundo Non. Octobr. obiit Dn. Johannes episcopus Slesvicensis dictus de Bockholt. Orate pro eo. A. 1332. Helimbertus episcopus Slesvicensis electus fuit, confirmatus ab archiepiscopo Lundensi Magno. Hic a. 1335. præsente Duce Waldemaro in arce Gottorpiensi omnes possessiones quas in campo Rickenisse in parochia *Schwantzen* habebat de quibus quotannis duæ *oræ* pendebantur capitulo Slesvicensi largitus fuit, & terra viridi in manum sumta & projecta tradidit quod *Schoten* vulgo dicitur. Ecclesiam item *Drellsdorp* quam olim Rex Daniæ Waldemarus fundaverat, in qua Helimbertus jus patronatus habebat annexuit præbendæ Slesvicensi, ea tamen lege, ut ejus possessor quotannis die S. Elisabethæ in *choro Slesvicensi* processionem fieri curet cum cruce per coemiterium, & ut tres marcas ibidem dividat. Acta sunt hæc a. 1340. pridie Michaelis. Waldemarus etiam Dux Jutiæ sive Slesvic. ecclesiæ Slesvicensi, præbendæ canonicali annexuit ecclesiæ b. Virginis Mariæ in Sodorp eam ob causam quod in templo Slesvicensi suorum progenitorum nimirum Waldemari avi & Erici patris sui sepulchra exstarent, & ut sacrum anniversarium in eorum memoriam celebraretur ut ex litteris subjectis patet. *Omnibus præsens scriptum cernentibus Waldemarus DEI gratia Dux Jutiæ, salutem in Domino sempiternam. Cum bona quæcunque temporalia in ecclesiastica convertuntur servitia, sanctis in quibus sanctus sanctorum colitur attributa christianæ religionis professoribus fide firma & spe indubitata certum est commutari in æterna. Quod nos pie considerantes & INDIGNUM reputantes quod præbendæ cathedralis ecclesiæ Slesvicensis in qua nostrorum est sepultura progenitorum adeo tenues sint*

p. 312.

p. 313.

Christophorus regno pellitur substituto in ejus locum Waldemaro.

p. 318.

p. 318.

Christophorus certis conditionibus restituitur.

p. 320.

p. 320.

captus a comite Holsatiæ.

p. 321.

& moritur a. 1333.

Mors Johannis episcopi Slesvicens.

p. 322.

epitaphium.

Lib. II. c. XVI. Helimbertus episcopus Slesv. vicens. a. 1335.

Ritus traditionis.

p. 323.

p. 324.

Fundatio Waldemari Ducis ad anniversarium majorum. a. 1338.

Schlappenhagen. C. A. Schlabbenhag.
Rowesee. Ax. Rowesse.
Offenbull. C. M. Offenkenbull.
consilio. C. M. concilio.
choro Slesvicensi. adde, & extra chorum. vid. Cypr. annal. p. 327.
INDIGNUM. in annal. Cypr. p. 325. legitur *dignum*, sed minus recte.
oræ. seu Ortigk, uti in margine addit, Cod. Hamb. & Menck.

sint & exiles quod ex ipsis secundum status sui exigentiam convenienter sustentari nequeant præbendati. Et ideo unam prædictarum præbendarum per Dominum RICONEM *quondam canonicum ibidem quam nunc tenet Ivarus Bundesee canonicus ejusdem ecclesiæ meliorare & augere cupientes de unanimi consensu & voluntate consiliariorum nostrorum volumus & præsentibus consentimus ut ecclesia b. Mariæ virginis in* SODORP *in qua nobis merum jus competit patronatus per venerabilem patrem dominum episcopum Slesvicensem dictæ præbendæ annectatur & de ipsis unum & individuum beneficium sit perpetuo permansurum, ita tamen quod quicunque dictam præbendam pro tempore habuerit anniversarium nostrum post mortem nostram & anniversaria Waldemari quondam avi nostri & Erici patris nostri bonæ memoriæ in eadem ecclesia Slesvicensi faciat solenniter observari. Præsentibus dilectis consiliariis nostris Dominis Marquardo Rugmor, Abel Waldemari, Ivaro de Reventlau, Strimone de Ranzow, Sigfrido de* SESTEDE *Marquardo de Sestede, Marquardo Rorland, Marquardo de Wisch, Alberto de Wisch militibus; Sivart Erico, Marquardo Wulff, Wulff Powisch armigeris & aliis præsentibus fide dignis, in cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appositum. Datum Gottorp a. 1338. in crastino nativitatis b. Mariæ glorioſæ virginis.* Hanc donationem episcopus Helimbertus anno sequenti 1339. & *Magnus* archiepiscopus Lundensis a. 1383. confirmavit ut ex litteris quarum exemplar propter antiquitatem subjungimus, liquet: *Universis præsentes litteras inspecturis salutem. Magnus Divina miseratione archiepiscopus Lundensis Sueciæ primas ac apostolicæ sedis legatus, salutem in Domino sempiternam. Cum à nobis petitur quod justum est & honestum, tam vigor æquitatis quam ordo rationis exigit, ut illud per officii nostri sollicitudinem ad* EFFECTUM *debitum perducatur. Sane dilectus filius dominus Joannes Wineken præpositus* ECCLESIÆ SLESVICENSIS *literas quasdam patentes veris sigillis pendentibus Domini Helimberti quondam episcopi Slesvicensis, & capituli, ut prima facie apparebat, sigillatas, non rasas non cancellatas non abolitas, nec in aliqua sui parte vitiatas vel suspectas nobis personaliter præsentans confirmationem contentorum in iisdem humiliter postulavit quorum tenor sequitur in hæc verba: Omnibus præsens scriptum cernentibus Hellenbertus DEI gratia episcopus ecclesiæ Slesvicensis in Domino salutem sempiternam. Cum quæcunque bona temporalia in ecclesiastica convertantur servitia sanctis in quibus sanctus sanctorum colitur, attributa christianæ religionis professoribus, fide firma & spe indubitata certum est commutari in æterna. Quod pie considerans inclytus princeps Waldemarus ejusdem gratia Dux Jutiæ & indignum reputans quod præbendæ cathedralis ecclesiæ Slesvicens. in quo suorum sepultura est progenitorum*

p. 326. *Confirmatio hujus donationis.* *a.* 1383.

adeo tenues sunt & exiles, quod ex ipsis secundum status sui exigentiam sustentari nequeant præbendati. Et ideo unam dictarum præbendarum fundatam per dominum Riconem quondam canonicum ibidem, quam nunc tenet Dn. Ivarus Bundeß canonicus ejusdem ecclesiæ meliorare cupiens, & augere nobis supplicavit ut ecclesiam b. Mariæ Virginis in SODORP *in qua sibi merum jus competit patronatus dictæ præbendæ annecteremus. Nos ergo dicti Principis Waldemari pium propositum commendantes & dictæ præbendæ exilitatem & tenuitatem considerantes ipsius justis precibus inclinati dictam ecclesiam dictæ præbendæ de consensu suo & capituli nostri Slesvicensis annectimus & adunamus de dictis præbenda & ecclesia unum & individuum beneficium facientes, successoribus nostris super cathedratico in omnibus salvo jure. Insuper propter benevolentiam quam dictum dominum Ducem ad ecclesiam habere perpendimus volumus & mandamus, ut quicunque dictam præbendam pro tempore habuerit anniversarium ipsius Domini Ducis Waldemari quondam avi sui & Erici patris sui bonæ memoriæ in ecclesia Slesvicensi prædicta faciat sub modo & forma qua sequuntur celebrari & pro hoc sua & suorum progenitorum magnificetur sepultura videlicet quod unumquemque anniversarium prædictorum cum tribus missis, una in choro, & duabus extra chorum celebretur & in quolibet anniversario octo solidi Sterlingorum inter Dominos Canonicos & octo solidi Lubecenses inter vicarios chori distribuantur qui personaliter fuerint in vigiliis & missa. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo prædicti capituli præsentibus est appositum. Datum Sleswig A. D. 1339. in ipsa die purificationis Mariæ. Nos igitur devotis precibus prædicti domini Johannis* p. 328. *Præpositi inclinati prædictarum præbendæ & ecclesiæ annexionem & adunionem ac omnia & singula præmissa prout rite & rationabiliter facta sunt, matura deliberatione præhabita autoritate metropolitana ratificamus, approbamus & ex certa scientia confirmamus perpetuis temporibus* p. 328. *valituram. In quorum notificationis approbationis & confirmationis evidentiam sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Dat. Lundis. A.* M. CCC. LXXXII. *in crastino b. Mariæ Magdalenæ.* A. 1338. passim in illis oris quæ mari alluuntur & à Frisiis habitantur, pluviæ & imbres tribus fere annis continuis effluxerunt, quibus segetes propter nimiam humoris abundantiam putrescebant, & ne provenirent impediebantur. Hanc coeli intemperiem tanta annonæ caritas subsecuta est, ut passim homines fame contabescerent, sed & aristæ quæ in locis editioribus crevissent, aere puro & loco patulo propter pluviam continuam siccari non potuerunt. Itaque necessitas homines coegit, nova remedia quærere segetes demessas vexillo molæ quæ vento agitantur alligarunt per dies & noctes quadraginta, ut motu illo veloci siccarentur & ad solem

a. 1338.

Magna annonæ caritas.

RICONEM. C. M. Kilonem.
SODORP. C. M. Slodorp. C. Ax. Stodorp.
SESTEDE. C. M. legit Scheſtede.
Magnus, deest in C. H. & M.
EFFECTUM. C. H. affectum.
ECCLESIÆ SLESVICENSIS. C. H. Sverinensis.
SODORP. C. M. Sudorp.
1339. C. M. 1309.
M. C C C LXXXII. C, Ax. & M. 1383.

folem torrerentur. Sed nec propter pluviam diuturnam, fal confici potuit; quibus de cauſis fiebat, ut homines alimentis deſtituti, paſſim extinguerentur; vermes etiam multis in ventriculo generabantur, qui, mortuis, ex ore, magna copia erepebant. Idque propter neglectum DEI cultum. A. 1340. Chriſtophoro Rege mortuo, Otto Rex Chriſtophori filius bellum contra Holſatos à patre coeptum renovat, ſed infelici Marte. Holſati enim collecto exercitu Ducatum Sleſvicenſem transeuntes, in Jutiam invaſerunt, ubi non procul à civitate Wiburgenſi collatis ſignis Regem ſuperarunt, & in arcem Segeberg captum reduxerunt, ſed miſſo ab Imperatore comite Henneberg Lubecam pax quidem inter Danos & Holſatos fuit tractata & quidem fruſtra, non ita tamen multo poſt Rex certis conditionibus in regnum reſtitutus eſt, quibus, à Rege non ſervatis bellum iterum inter illos recruduit, & quidem comes Gerhardus militem ex locis ad Rhenum & Weſtphalia collegit, qui vulgari nomine à veſtium brevitate die *Gunſs-hawer* appellati ſunt. Hi in Jutiam impetu facto, illam ferro & igne late vaſtarunt, quod Rex illis reſiſtere non auderet, cumque caſtra deinde Randershuſii collocaſſet, comes à nobili quodam Nicolao Ebſeno Dano ex Jutia oriundo, ſibi antea familiariſſimo, nocte intempeſta nihil tale expectans fuit confoſſus, quod antea nobilem illum injuria quadam affeciſſe dicebatur. Hiſce cognitis omnes qui comitem ſequebantur in magno luctu & trepidatione erant; corpus Itzehoam delatum, & ibi ſepulturæ traditum fuit. Interim tamen Juti filios Gerhardi non deſeruerunt, ſed in Selandiam trajicientes Ebſenium, qui in arcem *Kallenburgk* profugerat, perſequuntur, eamque obſident & expugnant. Ibi ad duo millia Danorum occiſi, & Ebſenus captus, & ad quatuor partes diſſectus & rotæ impoſitus fuit. Eodem anno Helimbertus epiſcopus Lubecam receſſerat, quod ei in dioeceſi Sleſvicenſi commorandi facultas non daretur: quoniam enim Gerhardi filius Henricus ferreus & Nicolaus ad vindicandam cædem Patris in Selandia & Jutia bellum gerebant, omnia armis perſtrepebant. A. 1341. Ope Marchionis Brandenb. Ludovici *Waldemarus* Rex Chriſtophori filius in regnum fuit reſtitutus cui Waldemarus *Dux Sleſvicenſ.* filiam ſuam in uxorem dedit, nuptiis in caſtro Sunderborg celebratis. A. 1342. Nicolaus comes obſidens arcem *Brambergk* in Fionia, militesque ſibi in eadem rebelles circumventus à Danis in exequiis matronæ cujusdam nobilis oculum amiſit. Civitatem item Flensburgenſem poſſedit & muro cinxit, arcem etiam non procul à civitate ædificare coepit, eam *Nienbuſs* appellavit, quæ jam diruta eſt. Ubi quamdiu bellum cum Danis flagraret, conſedit militibus collectis, ex præfecturis *Wilſtermarſch*, *Hadelmarſch*, *Weſtede*, *Nordtorp*, *Bramſtede*, *Koldenkercken* & *Kellinghuſen*, quos uſum militarem ſedulo docuit, & inter alia in morem perduxit, ut pagus major, equum & equitem aleret, & duo pagi minores ſimiliter: pro armatura autem uterentur caſſide amiculo ferreo intento. corrigiis latis, chirotecis ferreis, brachialibus clypeo & arcu corneo. Waldemarus autem Rex interea collecto exercitu arcem Dorningk obſidere decreverat, quibus cognitis comes 300. expeditos milites in arce collocavit, cum à Henneke *Lambecke* ad quem arx hæreditario jure ſpectabat obſidionem diutius ſuſtinere non poſſet, quod commeatu deſtitueretur, comes ſe illi ſubventurum ſignificari juſſit. Obſeſſi ea de re certiores facti, de die & teſſera convenerunt, nimirum qui hac voce *Holſten Land*, & domina de coelo uterentur & clamarent intromitterentur. Ita in arcem recepto milite alacrius obſidentibus reſtiterunt, & in conflictu quodam 200. Danos una cum amplis ſpoliis coeperunt reliquosque in fugam coniecerunt. A. 1350. Nicolaus Brun epiſcopus Sleſvicenſis exortus eſt, per viam reſignationis. Hac tempeſtate etiam motus excitati fuere inter Kilonienſes & nobilem *Henneke* Lambecke, qui indigne ferens duos prædones ex familia ſua Kilonii *capitis* ſupplicio affectos Kilonienſium hoſtis factus, cives quosdam Eckerenforde ad nundinas proficiſcentes ad rivulum *Goſebecke* invaſit, quosdam etiam abduxit. Hoc anno maxima peſtis per totum orbem graſſabatur & in Ducatu Sleſvicenſi & finitimis locis, lues ita ſæviit, ut vix quinta hominum pars manſerit ſuperſtes, quæ & ſequenti anno 1351. Eideroſtadiam & finitima loca invadens, vix quartam hominum partem ſuperſtitem reliquit. Nicolaus autem epiſcopus eccleſiis locupletandis & provehendis ſe totum dedit, & a. 1352. confirmavit beneficium quoddam monialibus conceſſum ad inſtantiam nobilium quorundam de *Seeſtadt* reſervato jure patronatus Capitulo, quo tempore etiam domicilium habuit Svaveſtedii, ſed & a. 1357. Nicolaus prædeceſſorum ſuorum privilegia nempe epiſcopi Bertoldi & Johannis Senatui & populo Flensburgenſi data, confirmat, quorum ſumma hæc eſt, ne quis Senatorum aut civium qui in civitate habitant extra limites aut territorium ejus vel munitiones autoritate & mandato epiſcopi & aliorum prælatorum *citari debeat*. *Jure* tamen epiſcopali & aliorum Prælatorum eccleſiæ Sleſvicenſis intra moenia ſalvo & penitus reſervato. Acta hæc Svaveſtadii a. 1357. Eodem a. 1357. accepit capitulum Sleſvicenſe beneficio archidiaconi Joannis *Hwüttingk* bona in *Grumbui* & Torsnes, libera ab omni petitione. Jacobus item Stralingus ſacerdos a. 1356. prædium quod in *Struskum habebat* in ſalutem animæ ſuæ capitulo Sleſvicenſi eſt largitus. A. 1358. Dithmarſi in Londen & Hamme habitantes de cæde cujusdam Nicolai Rickratt cum epiſcopo

a. 1340. b. II. c. 19. *tonis Regis, felix contra olſatos bellum.*

p. 329.

p. 330. *ax.*

lind bellum.

unshawer ilitum gesus.

p. 330. *Gerhardus comes Holſatiæ nterficitur.*

p. 331.

Supplicium interfectoris.

a. 1341. Nuptiæ Waldemari Regis.

p. 332.

a. 1342. Nicolaus comes Holſatiæ oculum amittit.

Ejus laus militaris. p. 332.

p. 334. *Waldemarus Rex. arcem Dorning ne quicquam adoritur.*

Lib. II. c. 18. a. 1350. Nicolaus Brun epiſcopus Sleſv. p 335.

Henricus Lambecke hoſtis Kilonienſium. p. 336.

a. 1351. p. 337.

a. 1352.

a. 1357. *Nicolaus epiſcopus Flensburgenſium privilegia confirmavit.*

p. 337.

a. 1358.

Gunſshawer. C. Ax. Ganshawer. C. M. mendoſe habet Gnushawer.
Kallenburgk. C. Ax. Kellenburg.
Waldemarus - - reſtitutus. non leguntur in C H.
Dux Sleſwicenſ non leguntur in C. Ax. & M.
Hadelmarſch. C. Ax. *Hadermarſch, Wiſtade und Koldingkarken und Kollig zu Koldenkarken.*
Lambecke C. H. Lembken al. Lembeck.
capitis C H. captis, al captos.
citari debeat. Deſunt in C. H.
Jure - - prælatorum Deſunt ibid.
Hwüttingk C. M. H. Witing.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

episcopo Nicolao transigunt fide data se ipsius mortem non ulturos nec in ipsum, successores & familiam ejus quicquam tentaturos. Anno
Lib. II. c. 19. a. 1362. Henricus episcopus Slesvicens. p. 338. à nato Christo 1362. Henricus episcopus Slesvicensis electus fuit. De patria gente & familia, unde ipsi *origo* fuit, nihil memoriæ proditum est. Hoc anno ruptis alveis mare inundavit oras illas, quæ aggerum beneficio mare excludunt, & Friliæ appellatione continentur, hoc
Magna inundatio maris vulgo die grosse Mannranck. est Eiderstadiam Strandiam & loca vicina, factaque est exundatio maxima ea nocte, quæ secuta est diem festum nativitatis Mariæ usque adeo ut propter multitudinem hominum qui in undis perierunt & submersi fuerunt vulgo inundationem de grote Mandranck nominarunt quasi dicas hominum *submersionem* maximam. Et recte nam *triginta* parochiæ, una cum templis & plures illa inundatione perierunt, quarum nomina
Nomina parochiarum quæ illuvie aquarum perierunt. p. 338. hæc sunt: In præpositura majore in *Sundergrosshardt* parochia *Wartingbusen* submersa est. Item parochia Ham & adhuc una, cujus nomen in catalogo ab episcopo Nicolao confecto, legi non potuit, quod situ obliteratum esset. In *Nordgrosshardt* parochia *Gekerbul* quæ in proximo Horne sita fuit. In præpositura Eiderstadiana parochia Iwentflet, item capella Regis. In præpositura Strandensi in Edomsharde sequentes parochiæ: *Ilegrofft. Bruneke. Stuntebull. Haligenass. Niegedam. Rungebalt. Ackenbul. Gunder Marstott* & parochia *Feddering Man, oder Rip.* In Pilmorder *Harde* submersæ sunt parochiæ: *Hoge. Walthusen. Heüerdamm. Delun. Gotmersbul Suderwisch. Norderwisch. Flendesbul Sverts* capell & *Karstine - Kerken.* In *Wireckesshарde* parochia Ivenbul. Sudermarsch. *Norder Marsch* & *Langeness.* In præpositura Witha in Boginharde parochiæ *Ollmershusen* submersa *Spinckebul* & parochia *Vendal.* In *Veltringharde Redmarmann* Capella Bolte. *Himpfenisse. Hatelen. Brode. Vederheyens. Ockholm.* & parochia N. situ obliterata. In *Horssbulharde* parochia *Wippenbul.* In Sylt parochia *Sedum* & parochia *List.* Atque hæc sunt nomina pa-
p. 339. rochiarum quæ in catalogo Nicolai episcopi Slesvicensis vetusto & situ obducto, ut difficulter legi potuerit reperta fuere. In quibus recensendis si forte hallucinati sumus, dabit æquus lector veniam, scripturæ situ pene deletæ vel obliteratæ. Sed & ante hæc tempora inundationibus ex parochiis quas recensuimus quasdam interiisse verisimile fit, mihi, quæ rudi illo seculo à nemine fuere annotata. Sed nec homines tantum illa inundatione perierunt, sed & pecora in pascuis & agris submersa, mare sustulit. Quin & villarum magna strages facta est, inundationes autem præsagia fuisse & signo futurorum bellorum & calamitatum testis est historia & experientia. Nam & in sacris literis infortunia & calamitates inundatione conferuntur, & præmonet DEUS suos ut resipiscant, & iræ suæ signa advertant. A. 1374. Febr. 9. *Waldemarus* exactionibus omnem oram maritimam peragravit, & omnia illis privilegia ademit. A. 1399. Templum *Brekeling* plumbo tectum, à Danis incensum conflagravit, & omnes, qui in id, tanquam asylum se receperant fuere interfecti. A. 1376. capellam Flensburgi ædificare coeperat *Sunke Kule.* A. 1372. Johannes de Schondelef alias *Hess* cognominatus, episcopus Slesvicensis creatus fuit à Papa, ut quidam notarunt missus, quo tempore Magnus archiepiscopus Lundensis vixit. Hic episcopus variam fortunam est expertus, & in calamitates incidit majores, quam ullus antecessorum. Initio tamen administrationis confirmavit statuta Haderschlebiens. & turrim lapideam in arce *Schwavestedt* ædificavit. Subditi etiam Slesvicensis Ducatus hac tempestate maximis bellis & incursionibus vexati & fatigati fuere. A. *1381.* die Waldeburg. maxima exstitit inundatio, quam plurimi tam homines quam pecudes submersi fuere in Frisia. Eodem tempore Dithmarsi de finibus suis exeuntes, Holsatiam *depopulati* sunt, ted & præfecti domum Segebergæ & Bornehowedæ & curiam in *Bagemülen* demoliti sunt. Postremo Dominus Johannes frater Regis Daniæ collecto exercitu cum Dithmarsis congressus ad pontem *Bussick* conflixit & quingentos occidit, Waldemarus Rex a. 1375. moritur, qui Apocalypseos librum imagunculis inauratis ecclesiæ Slesvicensi dederat, & laminis argenteis exornatum, addita comminatione anathematis si quis illum vel furtive vel *potestative* subtraxisset. Cyphum etiam auri puri eidem ecclesiæ est largitus, de quo calix factus. A. 1389. Johannes Detlevus Rector in *Fiöl* bona sua & jus in *Klapholdt* in suam & suorum memoriam in choro celebrandam Capitulo Slesvicensi est largitus. A. 1388. consecratur ecclesia Ulsenis à Capitulo & episcopus Slesvicensis cum comitibus Holsatiæ foedus iniit, quod male cessit anno nimirum 1389. 8 Sept. comites arcem *Schwavestedt* contra foedus obsederunt, & occuparunt, sine ulla belli denunciatione præeunte idque de consilio cujusdam Henrici de See præpositi Slesvicensis, & hac ratione à Johanne episcopo 2000. floren. extorserunt. Propter bella itaque continua Johannes episcopus castrum Svave-

Inundationes signa futurorum calamitatum.

a. 1374. p. 339.

Johannes episcopus Slesvicens. a. 1372. p. 345.

Ejus fata. p. 346.

a. 1381.

p. 325.

a. 1375. Mors Waldemari Regis.

Apocalypsis liber imagunculis aureis. p. 336.

a. 1389.

1388.

1389.

Struskum habebat. Cod. Hamb. Strusbola accepit.
origo - - nihil. non leguntur in C. H.
illam - - submersionem. Desunt in C. H.
triginta non legitur in C. H.
Gekerbul. C. Ax. *Eekenbull.*
Ilegrofft. C. H. *Ilengrufft.* C. H. Ilengroff.
Bruneke. C. M. Brumeke.
Stuntebull. C. H. Stutebull.
Delun. C. Ax. Balun.
Suderwisch. C. H. Suderwick. C. M. Norderwick.
Wirngesh C. H. Wickes. al. Wirckes.
Hatelen. C. Ax. *Habelen.*
Brode. C. Ax. *Grode.*
Vederheyens. C. M. *Underheyens.*
Sedum. C. M. Steduen.
Waldemarus. scil. I. vel IV.
Brekeling. C. M. Brackelung.
Hess. C. M. *Hoss.*
A. 1381. C. Ax. & M. legit 1387. C. H. 1367. sed *Heimreich Norder-Friess-Histor.* pag. 157. legit 1380.
depopulati. C. Hamb. & M. depulsi.
Bagemülen. C. Ax. Boyemuhlen. Et *Heimreich Dithmarser-Chronick* p. 84. Bajemulen.
Bussick. Heimreich Dithmarsch Histor. p. 84. leg. Bunsies.
potestative. C. H. protestative.
Fiöl. C. M. Kiel.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Episcopus Slesvicensis arcem Svavested oppignorare cogitur. p. 346.

Svavestedt cum proventibus dioecesis per aliquot annos D. Reginæ Margarethæ coactus fuit oppignorare pro 300. marc. Lubicens. quotannis solvendis. Hoc ipso die Martini in curia suæ habitationis Lubecæ quotannis solvebantur. Regina castrum Svavestedt cuidam Nicolao *Iversen* equiti aurato commisit, qui tandem eo licentiæ prorupit ut Frisios Eyderstadianos plerosque in carcerem conjiceret, & ab illis plus quam 400. marcas extorqueret. Sed & ejus ministri & domestici in Ducatu Slesvicensi maximum damnum dabant, quod quotidie excurrerent *& equos* boves & id genus bestias abducerent & latrocinia exercerent. Huc accedebat quod cum Hartwicus Breide castrum accepisset, is Vitalianos in mari piraticam exercentes ibidem aleret. Tandem itaque a. 1406. Dux Henricus & quidam viri primarii Hamburgenses Svavestede multis navigiis venientes ibidem invenerunt bona mercatorum quæ à piratis direpta essent. Præfecto itaque accusato & convicto, Dux & Hamburgenses castrum in suam potestatem redegerunt, idque multos annos retinuerunt. Imo castrum Svavestede non rediit ad manus episcoporum ante ann. D. 1430. Eo nimirum anno Nicolaus Wulff à rusticis & colonis ad id magna argenti summa contributa ab Heinrico Meinstorp idem redemit. A. 1399. Gerhardus Dux Slesvicensis, confirmavit privilegia episcopi Johannis Slesvicens. item privilegia Canonicor. ejusdem ecclesiæ ut patet ex literis quæ p. 56. Swanestedt exstant. A. 1402. Regina Margaretha prædium Brodersbui una cum prædiis adjacentibus ad structuram templi Slesvicens. donat, arce destructa quæ in honorem Regis Erici ædificata erat, qui illam conservandam petierat. Missa solita fuerat celebrari in capella à Canonico quodam ante summam missam & Reginæ missa dicebatur. Bona illa à Rege sunt recepta, & in alium usum translata. A. 1403. comes *Albertus* equo excussus moritur, die Michaelis sepultus Itzehoæ, postquam Dithmarsos gravissima clade afflixisset, eodem anno Eiderstadiani *Septentrionales* matronas aliquot honestas Dithmarsas rapuerunt, easque in templo Tonningensi asservaverunt, eam rem Dithmarsi graviter & indigne tulerunt, usque adeo ut res ad pugnam spectare videretur, quod Dithmarsi vim vi repellere decreverant. Nam mariti quibus conjuges ereptæ erant multitudinem querelis concitabant, ut vix motus continere possent. Paulo post Dithmarsi loco solito congregati, spem fecerant fore, ut brevi liberarentur, & inprimis agnati proximi ad quos illa injuria maxime *pertinebat*, qui amicitiæ & viciniæ foedus violatum querebantur. Ita quinto post die domo egressi in Eiderstadiam impetu facto, obvium quemvis invadunt, omnemque agrum longe lateque vastant, ædibus & tectis incensis, & ita matronas illas raptas incolumes reducunt. Eiderstadiani metu perterriti fugiunt, quæ omnia futuri belli præludia exstiterunt. A. 1406. Eiderstadiani expugnarunt *Steenburgk* & Reimarum Seested interfecerunt. A. 1408. egressæ tres præfecturæ vulgo *drey Harde* glacie iter facientes ut arcem Svanested oppugnarent: horum, quidam cæsi quidam fuga evaserunt, quidam etiam argento se redimere coacti fuerunt. A. 1410. *Magnus Munck & Scharpenberger* cum exercitu à Rege Flensburgum missi, ut finitimam regionem vastarent, cum in Frisia ampla spolia reportassent, tandem in planitie prope Eggebecke manu confecta cæsi fuerunt. A. 1408. mandat episcopus Johannes omnibus parochianis ecclesiis & sacellorum provisoribus, ut dimidiam omnium proventuum partem erogent, tam ex decimis quam aliis reditibus ad ædificandam ecclesiam Slesvic. quæ collapsa & ruinosa erat. Id autem in mandatis datum fuit Henrico de Sche qui tunc præpositus & structurarius erat, ut is, tanquam fidelis architectus, omnia colligeret. Eo tempore ædificari coepit australe latus templi Slesvicens. Circa hæc tempora maximis motibus causam dedere inter viduam, quidam hanc Elisabetham quidam Catharinam vocant, Ducis Gerhardi & Johannem episcopum Slesvicens. pecuniæ illæ quas Dux Gerhardus in bellum Dithmarsicum mutuas acceperat, & vidua reddere recusabat. Ut *autem* hæc controversia transigeretur comes Holsatiæ Henricus una cum suis & viduæ nobilibus sese interposuit, & de pace inter viduam & episcopum tractare coepit. Jamque omnia pacata & transacta videbantur, usque adeo ut episcopus nihil mali suspicabatur. Ibi quinque post menses Timmo Ronnow, Wulffardus Powische & Laurentius *Heesten* milites & consiliarii primarii Ducis viduæ inierunt consilium de Johanne episcopo abducendo & in carcerem detrudendo. Itaque ut consilia in effectum deducerent a. 1410. XVII. Febr. nobiles prædicti crepusculo vespertino cum episcopus Johannes Flensburgi ubi eo tempore *versabatur*, cubiculum ingressus esset, cubitum iturus subtili productione ostiorum hospitii januas aperiri curarunt & hospitium magna armatorum tumultu ingressi ensibus strictis, balistis & arcubus tensis episcopum nihil tale metuentem & diurnis vestibus nudatum invaserunt, & virum nobilem Hennikonem armigerum *ministrum catinæ* episcopi, in ejus conspectu crudeliter trucidarunt, Officiales item ministros, collectores presbyteros & clericos qui in hospitio episcopi reperiebantur immisericorditer verberarunt. Episcopum etiam Johannem ambobus brachiis & cruribus humi serpere coegerunt, eidemque etiam septem vulnera inflixerunt, minimumque digitum manus dextræ mutilarunt, tandem capite & pedibus nudis semiamictum

a. 1399. *a. 1402. Donatio pia Margarethæ Reginæ.* p. 345.

a. 1403. Alberti comitis mors. p. 353.

Ira Dithmarsorum in Eyderstadianos.

a. 1406. *a. 1408.* *a. 1410. Clades Regiorum.* p. 353.

Cura Johannis episcop. Slesvicens. circa ædificationem templi.

Controversia episcopi cum vidua Ducis Gerhardi. p. 343.

Atrox impetus nobilium in episcopum.

Iversen. C. M. Sversen.
& equos - - exercerent. Non leguntur in C. Hamb.
Albertus. Henrici ferrei filius.
Septentrionales. ita & C. Ax. & Menck. alii tamen legunt Septem.
pertinebat. C. H. pertinebant.
Steenburgk. C. H. Sternburg.
Scharpenberger. C. M. & Hamb. *Scharpenteiger.*
Autem. C. M. tamen.
Heesten. C. Ax. Heisten.
Versabatur. C. M. & A. diversabatur.
ministrum catinæ. Cypræus annal. h. a. legit *ministrum culinæ* & ita quoque hariolando legendum esse judicat Cod. M. sed retinenda codicis nostri lectio, quam & sequitur. C Ax.

amictum episcopum in equum sustulerunt strigosum & claudicantem eumque ad castrum ecclesiæ Sleswic. Stubbe deduxerunt & iisdem artibus castrum occuparunt & demoliti sunt. Sexto post die *quum* hæc facta essent misit Dux vidua Laurentium *Hassen* ad castrum Stubbe qui Marquardo & Ivaro episcopi officialibus mandaret, qui Timmoni & Wolfardo castrum Stubbe traderent, quemadmodum ea de re convenerant antequam episcopus captus esset. Quod factum est, ibi exactionibus colonos ad castrum spectantes, misere mulctarunt & ab iis 1000. marcas extorserunt, omnibus desolatis & solo
a. 1411. æquatis ut multis annis restaurari non potuerint. Nec his contenti anno 1411. 1. Julii Timmo Ronnaw, Ericus Krummediecke, Otto Sested, *Luder Storm*, Otto *von Knope* inito consilio cum præfecto arcis Svanested *Sivert Harrsen* arcem occuparunt. Præfectus enim aditum eis patefecit, intromissis aliquibus, quousque numero superarent episcopi ministros. Episcopum deinde Johannem vinctum & colligatum
Episcopus captus pro ludibrio circum ducitur. per dioecesin Sleswicensem - - vicibus, ut omnibus ludibrio esset, de loco ad locum deduxerunt. Postremo cum libidinem explevissent, cum episcopo de liberatione tractare coeperunt, cui rei se veluti arbitrum interposuit
Pretium redemtionis ejus. Benedictus Powische. Res iis conditionibus composita est, ut episcopus 700. marcas solveret, & ita custodia & captivitate liberaretur. Quam summam cum ab eo extorsissent, carcere laxatus fuit. Pro ea summa adhuc obligatæ sunt quædam ecclesiæ Sleswicens. possessiones. Johannes episcopus carcere liberatus, Romam magnis itineribus contendit & rem omnem Pontifici exponit effecitque ut citatio decerneretur, contra viduam Ducem Slesvic. ac dominos Timme Ronnaw Wulffardum Powische Laurentium
Nomina reorum. Hesten, milites, Marquardum fratrem Timmonis *Iwarum* fratrem Wulfardi Wittingk Henningk familiares ipsius Iwari, Luderum Peter-
p. 352. sen, Stuer Schmidt, Holcke, familiares dicti Timmonis ac Ewardum Wunflet, Marquardum *Stedecke* & Schuttecken familiares dicti Wulfardi Ericum Krummendicke militem Sigfridum Harmensen ac dominos Henricum de Sehe, prætensum præpositum Nicolaum Butterfeldt, cantorem, Johannem *Haweschildt*,
p. 352. Timmonem *Boder* canonicos ecclesiæ Slesvicens. Ottonem Sested, Ottonem Knop & Luderum Storm, personaliter & contra eorum personas, nec non contra dominum Henricum comitem Holsatiæ & complices eorum quoscunque. Ad-
Horum defensio & exceptiones. versarii episcopi Johannis, hac excusatione & exceptione adversus accusationes ipsius *tutati* sunt: quod dicerent, episcopum sibi ipsi imputari debere quod tam inhumaniter exceptus esset, ut quorum causa ipse exstitisset, quod castrum in Regis Danorum potestatem redigere conatus esset, unde in Holsatos impetum facere & excurrere posset. Idque ab eo tempore quo bellum inter Daniæ Regem & Duces Slesvicenses exortum esset, eum molitum esse. Deinde quod fidem quam Duci viduæ dedisset, fefellisset. Cum enim viduæ consiliarius esset juratus eum ab ea defeciisse, & contra ipsam Ducem, ejusque Ducatum & suum filiorum suorumque statum ad partes Regis declinasse, seque partem constituisse, inque hoc unum incubuisse ut arces & munitiones ecclesiæ Slesvicens. in potestatem & usum Dn. Regis in præjudicium Ducatus Slesvicens. pervenirent & inter cætera castrum Svanestedt. A Rege autem episcopum stetisse ex illo constat, quod Regiis militibus Flensburgo uti supra relatum est, egressis, bene fuerit precatus, eorumque fortitudinem prædicarit. Tandem vero post multas concertationes hæc lis an. 1411. *Compositio litis* fuit sopita his conditionibus, uti episcopo de p. 352. spoliis & injuriis satisfieret, sed etiam clero Sleswic. uti sua pristina libertas relinqueretur electis ad hanc rem arbitris Henrico de Sehe Præposito Nicolao de Butterfeldt Erico Krummediecke & Ottone de Knope. A. 1400. Comes Nicolaus frater Henrici ædificavit monasterium Arensbocke, ubi Carthusiani habitarent, etiam arcem Flensburg ædificavit, & muro cinxit civitatem, mortuus est an. 1400. in curia Osthoff p. 312. prope Itzehoe. A. 1412. inundatio maxima ex- *Mors comitis Holsatiæ Nicolai.* stitit, quæ vulgo inundatio Cæciliæ nominatur, quod eo die illa contigisset. Eodem anno arx *a.* 1412. Glambecke *expugnatur* à Rege Erico viris eccle- *Inundatio Cæciliæ.* siasticis ibi interfectis. A. 1416. Holsati recupe- p. 354. rant *Femern & arcem* Glambecke Koningsburgk *a.* 1416. circumvallatur & Stubbe solo æquatur. A. 1412. *Mors Johannis Episcopi.* Regina Margaretha castrum Brodensbui ecclesiæ p. 354. Sleswicensi in perpetuum donavit; Johannes episcopus cujus mentio supra sæpius facta est, obiit a. 1421. postquam 49. ann. episcopatui præfuisset, sepultus ad latus chori, quod australem spectat. Lapis sepulcralis nullus exstat, sed in pariete depicta est, episcopi effigies in cathedra sedentis cum hac inscriptione quæ multos annos calce oblita legi non potuit, nunc tandem calce avulso & de muro erasa apparuit & conspicua facta est:

1421. *Inscriptio.* Anno Domini M. CCCC. XXI. octava die S. Laurentii obiit Joannes *Sandeleff* natus dicitur episcopus Slesvicensis, Doctor Theologiæ, qui sedit 49. annis, hic sepultus.

Lib. II. c. 21. p. 362 A. 1423. Henricus *von dem Sehe* nobilis ex præ- *Henricus ep. Slesvicens. a.* 1423. posito episcopus Slesvicens. autoritate comitum p. 363. Holsatiæ quorum cancellarius fuerat, creatus fuit. Hic, quod semper partes comitum fuisset secutus, imo etiam consilium dedisset ut arcem Svanestedt Reginæ Margarethæ oppignoratam recuperarent, comitibus quidem gratiosus, sed Danis invisus fuit. Ideo etiam Petrus Archiepiscopus Lundensis in hanc electionem non solum consentire recusavit, sed etiam interdicto promulgato prohibuit, ne bona & proventus episcopales Henrico traderentur, donec li- *Controversia ejus de episcopatus possessione.* tis pendentia super dioecesi Slesvicensi in curia Romana per sententiam esset determinata. Sed & fructus in sequestro positi fuerunt, sub manibus Nicolai Wulfardi canonici Haderschlebiensis, Petri

quum C. M quam. *Hassen.* C. M. Hesten. *Boder.* C. Ax. Bode. *tutati.* C A. tutat H.
Sivert Harrsen. M Sinert. *Iwarum* C. M. Swanum. *expugnatur.* C. H exponatur *& arcem.* C. M. & H. *oder.*
Stedecke. C. M. Stendeck. *Haweschildt.* C. M. Hauschildt. *Sandeleff.* C. M. Scandeleff. C. H. Scondeleff.

Petri Figolphi presbyteri Flensburgenſis. Fuit hoc a. *1426.* ſed tandem a. 1456. à Lundenſi primum agnoſcitur pro epiſcopo Sleſvic. adminiſtratio tamen illius diuturna non fuit. Biennio enim poſt epiſcopatum libere reſignavit epiſcopo Nicolao. Hic epiſcopus cum comitibus Holſatiæ Henrico & Nicolao, poſtquam arcem Svaneſted occupaſſent de Capituli conſenſu transegit, & fidem dedit, ſe quoad viveret non commiſſurum ut ex eo caſtro Ducib. Sleſwicenſ. damnum inferretur neque Duces caſtro damnum illaturos eſſe. Qua de cauſa & cives Hamburgenſes an. 1427. Johannem *Kletzken* conſulem captum in ædibus Pedelli detinuerunt, quod in expeditione contra caſtrum *Svaveſtede* repertus fuiſſet. A. 1423. Epiſcopus Henricus vendidit prædium Satropholm 1500. marc. Lubicenſ. Henrico ab Ahlefeld ut ex literis ſuper ea emtione confectis & Svaneſtedt ſervatis colligitur. A. 1423. mediante Legato Regis Sigismundi Rumpuldo de Sleſia Rex Daniæ Ducem *Henricum* in gratiam recepit. Anno 1424. *Ericus* Rex contra Henricum Ducem in Hungariam citatum, ſententiam obtinuit. *A. 1422.* Fimbria Danis vaſtata fuit, arx *Dorningen* autem obſeſſa, ab Henrico Duce commeatu ſublevatur. A. 1423. ea fuit hyemis aſperitas ut mercatores mari gelu concreto, Lubeca, in Boruſſiam uſque equitaverint. A. 1426. Holſati Fimbriam receperunt. A. 1426. Ericus Rex Danorum obſedit caſtrum Gottorp & civitatem Sleſvicenſem quod civitates fere Hanſeaticæ omnes ægre ferentes, conſtituta die congregati Regi per litteras mandant de pace facienda. Quibus lectis omnes qui caſtrum obſederant, vallo, quod fecerant, relicto, obſidionem ſolverunt. An. *1427.* Henricus Dux Sleſwicenſis comes Holſatiæ moritur veſpera aſcenſionis ex vulnere quod in foſſa Flensburgenſi acceperat, cum ſummo mane *ſepem* tranſiliiſſet. Eodem a. Gottorp iterum à Rege Erico obſidetur, qui in proximo monte *Heſterberg* arcem novam exſtruere decreverat, duplicibus foſſis & loco muri altis ſtipitibus & ſudibus præacutis illam munire. Dux *contra* foſſas fieri juſſerat circa Sleſwic. non minus altas, ſedibus etiam prope circumcirca compoſitis in formam muri eique præſidium 600. ſagittariorum impoſuerat, qui Hamburgo venerant. Rex ubi literas accepiſſet à fecialibus civitatum Hanſeaticarum tormentis & reliqua belli munitione relicta Sleſewico profugit. A. *1406.* ædificata fuit à Rege Erico in Schwantzen arx Koningsberg ſed & aliam non longe a villa Wiltſpang exſtruxit, & tertiam ad fluvium Trene ex latere Ducatus. Arcibus his exſtructis exercitum collegit & caſtra in Fürgensborg poſuit. Noctu autem Holſati equites Sliam ubi minima fluminis altitudo erat, vado tranſeunt, & impetu in Danos facto omnes ad unum cædunt, & una cum navibus ſpoliant. Paulo poſt arcem *Wiltſpang* demoliuntur & ſolo æquant. Item arcem *Freſenborg* & arcem *Koningsborg* dereliquerunt, Holſati etiam eo tempore arcem Tundern recuperarunt. A. 1421. die Stephani maxima exſtitit inundatio item a. 1428. Wilhelmus ope Holſatorum vicit oppidum Apenrade & caſtrum *Prunland* cepit. A. 1429. Nicolaus Wulffius epiſcopus Sleſwicenſis, exortus eſt, Rendesburg natus, patrem habuit Henneken Wulff & matrem Grethe ex civium ordine procreatos, Dominica Quaſimodogeniti Romæ conſecratus fuit ſedente Martino Papa in profeſto corporis Chriſti in oppidum Sleſwig introductus à Principibus Adolpho & Gerhardo ſplendide receptus fuit epiſcopatui ann. præfuit 45. quibus elapſis ſucceſſori ſuo Helwico epiſcopatum ceſſit & poſt ceſſionem vixit annos ſeptem. Nicolaus etſi parentibus tenuioris fortunæ natus, tamen de eccleſia Sleſwicenſi quam inſigniter locupletavit optime meritus eſt. A. 1430. ut ſupra dictum eſt epiſcopatum ab Henrico *Meinſtorp* cui is à Ducibus Sleſvicenſib. oppignoratus erat, redemit 980. marcis, Lubecenſ. Quamplurimos colonos & emphytevtas emit, & epiſcopatui adjunxit. Privilegia etiam eccleſiæ ſtrenue apud Reges Daniæ & Duces Sleſvicenſ. defendit, multum etiam argenti, vivus, in uſus eccleſiaſticos legavit, xenodochia etiam in Rendesborg & Eckernford fundavit & erexit. Lecturam etiam Sleſwici fundavit & curiam epiſcopalem Sleſvici & Haderſchlebii ædificavit. A. 1434. permutat bona & rus in *Roweſtedt* poſſeſſionibus in Popholdt & aliis coloniis cum Duce Adolpho. Sed frater Nicolai epiſcopi multa largitus eſt xenodochio Sleſvicenſi: exſtant hac de re litteræ in archivis pauperum. Notandum eſt hic etiam Laurentium *Leüen* habuiſſe ex mandato & commiſſione Capituli ditionem *Wiſterharrel* in inſula Föer quod fuerat oppignoratum Nicolao epiſcopo & Conrado Conradi pro bis mille marcis à Rege *Chriſtophoro.* Rex autem neque ſummam capitalem atque reditus quoad vixit, ſolvit, neque de redemtione verbum fert. Sed & epiſcopus Nicolaus interfuit inaugurationi & unctioni Regis Chriſtophori quæ Ripis facta eſt. A. 1443. die circumciſionis ut ex exemplo ſequentium litterarum colligitur: *In nomine Domini Amen. Anno à nativitate Domini 1443. Indictione VI. ipſo die circumciſionis Domini Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Felicis Papæ V. anno ejus tertio in noſtrorum Notariorum* PUBLICORUM *teſtiumque infra ſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus Reverendus in Chriſto pater & dominus Nicolaus epiſcopus Sleſvicenſis nos Notarios tempore, quoad ſtatim in choro eccleſiæ Ripenſis per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum dominum Johannem* ARCHIEPISCOPUM *Lundenſem*

a. 1426. 1456.

eſignat epiſcopatum Nicolao epiſcopo.

p. 364. *a.* 1423. *Prædium Satropholm.*

1424.

1426. *Gottorpium obſidetur.*

autoritas der Anſee-Stædte.

a. 1427. *Mors Henrici Ducis Sleſvic.*

Rex Ericus obſidionem Gottorpij metu Hanſeatici fœderis ſolvit.

p. 366.

Clades Danorum.

a. 1428.

Lib. II. c. 27. *a.* 1429. *Nicolaus Wulffius epiſcopus Sleſvic.* p. 368.

Merita ejus in eccleſiam Sleſwicenſem a 1430. p 369.

A. 1434.

a. 1443.

Inſtrumentum de coronatione Chriſtophori Regis.

p. 370.

1426. C. M. & H. 1425. *Kletzken.* C. M. Klepken.
Svaveſtede. addunt alii Flensburgi ſomnolentus.
Henricum. C. H. & M. Ericum.
Ericus - - obtinuit. Deſunt in C. H.
a. 1422. alii 1419. *Dorningen.* C. M. Doeningen.
1427. C. Hamb. 1437. *ſepem.* non legitur in C. H.
contra. C. Ax. è contra. 1406. lege 1416.
Grunland. C. Ax. & M. Brunlund.
Meinſtorp. C. M. Meniſtorp.
Roweſtedt. C. Ax. & M. Ramſted.
Wiſterharrel. C. Ax. *Weſterharrit.*
Chriſtophoro. C. M. & H. Chriſtierno.
PUBLICORUM. C. H. & M. publicum.
ARCHIEPISCOPUM. C. H. epiſcopum.

denſem & epiſcopos provinciæ Lundenſis ibidem congregatos inungi & coronari deberet Sereniſſ. Princeps ac dominus dominus Chriſtophorus Daniæ Sveciæ & Norwegiæ Rex &c. & Bavariæ Dux comesque Palatinus Rheni inſtanter requiſivit ut ſuper juramento per dictum dominum Chriſtophorum Regem ſtatim eodem tempore præſtando AD *cautelam futurorum ſibi unum vel plura conficeremus vel confici faceremus publicum vel publica inſtrumentum vel inſtrumenta. Paullo poſt deſcendit dictus Dnus Johannes archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis præſentibus in archivario eccleſiæ Ripenſis in qua dicta depoſitio exſtitit & eundem dominum Chriſtophorum in Archi-Regem regni Daniæ conſecravit &* INUNXIT *eodem Rege in cathedra Regali in oſtio* OCCIDENTALI *ejusdem chori præparata regalique corona ornato Dalmatica ac chorali cappa induto ac magnificis Principibus & dominis Wilhelmo Brunſwicenſi, Adolpho Sleſvicenſi Waltmaro* SLESIENSI *ac Friderico Bavariæ Ducibus aliis officialibus & militibus ſuis ſibi ſolemniter adſtantibus, acceſſit ad eum memoratus dominus Johannes Archiepiſcopus ſuique ſuffraganei* INFRASCRIPTI SIBI ASSOCIATI, *omnes Pontificialibus ſolenniter induti, idem dominus Johannes archiepiſcopus quandam papyri ſchedulam* JURAMENTUM *infraſcripti tenoris in ſe continentem prædicto Domino Chriſtophoro Regi ad manus tradidit qui Dominus Rex ad ſtatim juramentum in ſchedula contentum præſtitit, ipſam ſchedulam de verbo ad verbum legens. Qua lecta manum dextram ad librum quem præfatus dominus archiepiſcopus in manibus ſuis ante dictum Regem apertum tenuit manus ſuas præfatum juramentum ſolemniter ut apparuit jurando poſuit. Quo facto chorus: Te DEUM laudamus alta & ſolemni voce intonavit, tenor juramenti in ſchedula, de qua ſupra fit mentio de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis:*

p. 371.

Jusjurandum Regis.

Chriſtophorus profiteor & promitto coram DEO & angelis ejus deinceps Legem & juſtitiam PACEMQUE *ſanctæ eccleſiæ popoloque mihi ſubjecto pro poſſe & noſſe facere ac ſervare ſalvo condigno nudi DEI reſpectu ſicut cum conſilio fidelium meorum melius potero invenire Pontificibus quoque eccleſiarum DEI condignum & canonicum honorem exhibere, atque ea quæ ab Imperatoribus ac Regibus eccleſiis collata & reddita ſunt inviolabiliter obſervare. Abbatibus comitibus & vaſallis meis congruum honorem ſecundum conſilium fidelium meorum præſtare. Et hæc omnia ſuper hæc ſacro-ſancto evangelio tacto, me veraciter obſervaturum juro. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſens publicum inſtrumentum ut præmittitur requiſiti per me Jacobum Peternellum Notarium publicum infraſcriptum. Scriptum exinde confecimus. Datum actum anno, die, hora, locis & Pontificatu quibus ſupra præſentibus ibidem honorabilibus dominis Ludero Lunden canonico Sleſwic. & Ottone Draken canonico Haderſchlebienſ. ad præmiſſa* ROGATIS *& requiſitis ac Reverendiſſimis ac Reverendis in Chriſto Patribus & dominis domine Johanne archiepiſcopo prædicto ac Chriſtierno Ripenſis, Aruſienſis, Ottonienſis, Wiburgenſis, Burglavienſis eccleſiarum epiſcopis, ac dictis principibus Prælatis aliisque plurimisque ad hunc tamen actum non requiſitis ſubſcripſerunt Notarii duo Jacobus Peternelle Clericus Lubecenſis, & Theodoricus Haſiede clericus Verdenſis.*

A. 1431. Adolphus & Gerhardus urbem Flensburg ceperunt veſpera Palmarum. Arcem autem die Ægidii expugnarunt. An. 1435. Adolphus Dux Sleſvici & comes Holſatiæ & Stormariæ privilegia canonicorum confirmat. A. 1436. mare rurſus inundavit oras illas Friſicas exundatione maxima quæ die omnium ſanctorum exſtitit, in Tetenbüll 280. homines in *undis* periere. Conſul Tonningenſis *Authe Detleffs* dum mulierem in aquis natantem extrahere conatur & vas vel vannum ingreſſus eſſet, impetu aquarum in mare abripitur, & inter natandum manibus in coelum erectis omnibus valedicit. Tandem poſt longas jactationes in inſulam Dithmarſiæ *Büſen* defertur & incolumis evaſit, multosque poſt annos ſuperſtes fuit. A. 1441. concilium Baſileenſe indulgentias concedit omnibus ſtructuræ Sleſvicenſ. ſubvenientibus. A. 1447. Tota pene civitas Sleſvicenſis conflagravit. A. *1448.* Dominica poſt Paſcha homagium præſtitit Dux Adolphus Regi Chriſtophoro cum Ducatum Sleſvicenſ. ab eo in feudum reciperet, Chriſtophorus omniaque ad Ducatum pertinebant & à Regina Margaretha ipſi & fratribus erant ademta, Adolpho reſtituit ut ad pontem Coldingenſem usque Ducatui imperaret. A. 1455. Calixtus Papa mandavit ut campanæ meridie pulſarentur ut iis homines excitarentur ad preces contra Turcam. Dux Adolphus villam *Rauenholt* legavit pauperibus in xenodochio Spiritus S. degentibus a. 1448. A. 1459. die S. Barbaræ, e vivis ſublatus eſt Dux Adolphus harum regionum poſtremus princeps. A. *1460.* Poſt mortem Adolphi, Dani & Holſati fidem dedere Regi Chriſtiano & hac ratione Ducatus Sleſvicenſis & Holſatiæ ſine ulla ſanguinis effuſione & bellicis motibus Daniæ regno annectantur. A. 1460. Hamburgi peſte interierunt æſtate à feſto pentecoſtes ad diem Bartholomæi 20000. homines. Circa hæc tempora Gerhardus comes ejectus erat à fratre Rege Chriſtiano, cui, cum Ducatus Sleſvicenſis eſſet conceſſus, ipſe regnum Daniæ affectabat. Multis in Friſia perſuaſit, ut ſibi ipſi parerent, inter quos & Huſſimenſes fidem dederunt qui & ea de cauſa graviter mulctati fuere, ut qui omnia ſua κειμήλια & clenodia Regi tradere coacti fuerunt ut ei reconciliarentur, qui urbem incendere & ſolo

a. 1431. *Flensburgum occupatur.* p. 373.

a. 1436. *Inundatio.*

p. 373. *Sleſvicum incendio perit.* 1447.

Dux Adolphus homagium Regi præſtat. *a.* 1448.

a. 1455. *Calixti Papæ mandatum.*

1448. 1459. *Mors Adolphi ultimi Sleſvicenſis Principis.* 1460. *Lib. III. c. 1.* p 379.

Chriſtiani Regis & Gerhardi æmulatio. p. 389.

AD. C. Hamb. aliique aut. INUNXIT. C. M. injunxit. PACEMQUE. deeſt in C. H.
OCCIDENTALI. non legit C H. ROGATIS. C. M. rogati & requiſiti
SLESIENSI. C. M. erroneè Sleſvicenſi. *undis*, C. M. mundis. *Authe*, C. M. Ruthe.
INFRASCRIPTI. His verbis deſinit C. Ax. 1448. al. 1443. 1460. C, M. 1464.
SIBI ASSOCIATI - JURAMENTUM. verba hæc non leguntur in C. M. & H.

solo æquare constituerat, cui rei interceſſerunt & precatores ſeſe interpoſuerunt Hamburgenſes & Petrus Ahlefeld præfectus Gottorp & præfectus Eiderſtadenſis Tete *Fedderickſ* 30000. aurem marcas Huſenſes expendiſſe ferunt, & pro mulcta perpetua quot annis 200. marcas ſolverunt. Fuit hoc a. *1473.* in profeſto nativitatis Mariæ. A. 1471. die trium Regum mare inundavit maxime Friſiam & Dithmarſiam ruptis aggeribus in Dithmarſia ad aquilonem maximum damnum datum eſt. A. 1469. ſpoliat Chriſtianus collectores indulgentiarum a. 1474. migravit Romam Chriſtianus cum autem iter adornaſſet in ſanctam terram votum mutavit & Romæ xenodochium S. Spiritus in Saxonia ædificavit prope D. Petrum. A. 1476. emit Capitulum Sleſvicenſe prædium Harckſtedt a Metta Seſted de Boeckhagen. A. 1477. *Helricus van der* Wiſche epiſcopus Sleſvicenſ. exortus eſt, ex libera reſignatione domini Nicolai Wulffii, poſtquam jam dudum ad eam dignitatem aſpiraſſet, & eam rem diu urſiſſet. Tandem extorſit à Nicolao ſene ut ſe munere eo abdicaret, ſed tamen certis conditionibus, quarum ſumma erat ut quot annis Nicolao penſionis nomine certam pecuniæ ſummam ſolveret unde ſuſtentari poſſet quam etiam ſeptem annis ſolvit. Nam totidem annos Nicolaus à ceſſione epiſcopatus vixit. Epiſcopus Heldericus ære alieno epiſcopatum *oneravit*; bona ejusdem oppignorans pro 7000. marcis inter alia etiam decimæ in præfectura Tunderenſi pignori datæ fuerunt. Idem Helricus aliquot annos Chriſtiano I. inſervierat & Regi Johanni quorum patrocinio epiſcopatum fuit adeptus. A. 1460. Diethmarſi interemerunt Henricum Reventlow una cum famulo ob pratum quoddam ſibi vindicatum, quo facinore perpetrato Legatos ad Regem miſerunt qui agerent de pace A. 1474. emiſſa fuit bulla Sixti IIII. Pontificis Max. ad Helricum epiſcopum ex qua colligitur Pontificem eccleſiæ Sleſvicenſi epiſcopum prævidiſſe & Helricum huic muneri deſtinaſſe, idque de conſilio Regis. Deinde epiſc. Sleſvicenſem Romano Pontifici fidem & jusjurandum dediſſe eique obſtrictum fuiſſe. Juramenti iſtius capita multa ſunt, ſed unum memorabile & notatu dignum, quod epiſcopus jurato promittit, ſe nihil quicquam de bonis aut prædiis eccleſiaſticis alienaturum ne quidem conſentiente Capitulo ſuo ſine Pontificis ratihabitione. Anno 1480. Chriſtianus cum Dithmarſis tractare coepit ut ſeſe dederent quod eos Fridericus Imp. Regi Daniæ ſubjeciſſet A. *1461.* Hamburgenſes homagium Regi Chriſtiano præſtare recuſabant quamvis obedientiam & ſubmiſſionem promitteret. Johannes Rex & Fridericus Dux Sleſv. & Holſat. confirmant privilegia Canonic. A. 1484. Henricus epiſcopus penſionarius ſedit ann. ſeptem, nam totidem Nicolaus ſupervixit, & annos ſeptem liber ut penſionem nullam ſolveret, & tandem Lubecæ è vivis exceſſit. A. 1488. 19. April. die Sabbathi Sleſvicæ ſepultus, die Gregorii, quamvis ſepulcrum aut lapis nullus exſtet ejus nomine inſignitus. In choro tamen cathedra epiſcopalis ex calce conflata, ejus inſignia continet, lupis nimirum inſignita, ſed & feneſtræ quædam ab eo factæ in choro exſtant. Mortuo Helrico epiſcopo Innocentius VIII. epiſcopatum Sleſvicenſem Eggerdo confert, hic ſacellanus Pontificis & auditor in judicio *Rotæ* Romæ fuerat *aliquot annos*. Illo enim tempore paulatim mos inoleverat ut Pontifices pro ea, quam in omnes Chriſtiani nominis eccleſias ſe habere putabant poteſtate in epiſcoporum defunctorum locum pro arbitrio alios ſurrogarent, etiam non electos, idque ſub colore vigilantiæ. Canonici autem Sleſvic. penes quos jus, vis eligendi epiſcopum erat, videlicet Levo *Levonis*, Theodoricus Engelcke, & Jacobus *Semmelbecker*, *Eowaldum Sovenbrodt* ſuis ſuffragiis elegerunt, eique caſtrum Svane ſtedt, cum omni jurisdictione villis, & colonis tradiderunt. Quibus cognitis Alexander Pontifex Innocentio mortuo cum electoribus Canonicis ex poſtulat, eosque diris devovet & excommunicationis fulmine ferit, ni pareant, & epiſcopo Eggardo caſtrum una cum omnibus bonis in manus tradant, eique de omnibus damnis & injuriis ſatisfaciant. Hæc inciderant in a. 1492. Quibus comminationibus perterrefactus Eowaldus ceſſit & Imperio Pontificis obſequentem ſe præbuit. Atque hiſce artibus Eggardus epiſcopus exortus eſt. Sententia autem excommunicationis ab Alexandro Papa hiſce verbis concepta fuit. *Cum quidam perditionis* filii Eowaldus Sowenbrodt Præpoſitus ejusdem eccleſiæ pro electo Sleſwic. & qui præfatum Eowaldum in epiſc. Sleſvic. quamvis de facto elegerunt, quique & Ewaldus præfatus quoddam caſtrum Schwaneſtedt nuncupatum, cum omnibus juribus, colonis, temeritate ſua propria ſibi uſurparunt & ad manus Laicorum alienarunt, Nicolaus Junge, *Levo Levonis*, Theodoricus Engelcke Jacobus *Semmelbecker*, pro canonicis ejusdem eccleſiæ ſe gerentes præfatum Eggardum epiſcopum ad poſſeſſionem regiminis ac bonorum ejusdem eccleſiæ adminiſtrationem admittere & ſibi ut epiſcopo Sleſvicenſi obedire recuſarent. Ipſeque Eowaldus ſe pro electo Sleſwicenſi gerere & electores præfati etiam poſt prædictam ejusdem prædeceſſoris proviſionem eidem Eowaldo tanquam electo & adhærere & obedire & *caſtrum* cum juribus jurisdictionibus illaque nunc recuperare & præfatum Eggardum pro epiſcopo admittere & nequaquam impedire aut moleſtare *niſi* fecerint Magiſtro Felino de Sanders *tunc* ſuo Capellano Innocentius mandavit, ut feriat omnes excommunicationis poena, interdictum eccleſiaſticum ponat, & invocet brachium ſeculare. Eggardus itaque cogno-

1473.

1469. 1470. *Chriſtiani Regis pietas.*

a. 1476.

Lib. III. c. 2. Helricus van der Wiſch epiſcopus Sleſv. a. 1477. p. 384.

A. 1474.

Jusjurandum quod epiſcopus Sleſvic. Papæ præſtitit.

p. 389.

a. 1480.

a. 1461. p. 389.

Mors Helrici Epiſcopi. p. 393.

Eggerdus epiſcopus Sleſv. a Papa conſtitutus. p. 388.

Eowaldus Sovenbrodt a capitulo electus.

1492.

Sententia excommunicationis a Papa lata.

p. 394.

Lib. III. c. 3. p. 395.

Fedderickſ, al. Fedderſen. 1473. C. M. 1437.
Helricus. C. H. & M. Henricus. al. Heldericus.
oneravit, al. liberavit. 1461. C. M. 1481.
Rotæ, deeſt in C. H. *aliquot annos*, deſunt in C. H.
Levonis, C. M. Lemonis.
Enewaldum. C. M. Euwaldus, irem Ewaldus, Eowaldus Sonenbrodt. C. H. Emwaldus Sovenbroder. al. Enewaldus it. Theobaldus.
Levo Levonis. C. M. Leno Lenonis.
caſtrum, C M. caſtri. *niſi*. C, H & M, Si, *tunc*. al huic.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cognomento *Durkop* episcopus Slesvici introductus fuit, a. 1493. die 5. Matthiæ, sed quod exterus, & à Pontifice contra Canonicorum præcipuorum voluntatem episcopus designatus esset in omnium odium, & invidiam incurrit. Ubi autem Euwaldus episcopatu cedere coactus fuisset Rex Daniæ Johannes & Dux Slesvic. ad Alexandrum VI. litteras dederunt, quibus significarunt nominationem personæ idoneæ ad ecclesiam Slesw. esse, quo tempore vacat, suam nec non capituli ejusdem *ecclesiæ* ad quos etiam electio futuri de jure vel antiqua consuetudine aut privilegio apostolico spectare videantur. Ideoque se injuria affectos, ut quibus inconsultis & insciis episcopus in defuncti locum suffectus sit, & à Pontifice provisione designatus. Sed quod Eggardus ex auditoribus causarum sacri palatii esset, principes acquieverunt ut qui Pontifici adversari vix auderent. Sed ut ipse Alexander rem ita temperavit, ut privilegio à principibus allegato locum daret, & decerneret per prævisionem prædictam Johanni Regi & pro tempore existenti Duci nec non Capitulo jurique seu consuetudini nominandi per Ducem, & eligendi per capitulum occurrente vacatione etiam apud sedem Apostolicam præjudicari non debere. Facta sunt hæc anno 1494. Eggardus postquam episcopatum adeptus esset statuta synodalia & provincialia clericis & sacerdotibus tulit, & inter alia matrimonia clandestina prohibuit, eaque palam contrahi voluit. Focarias etiam & concubinas ne alerent sacerdotes vetuit. Cum primum rem divinam faceret Eggardus, tantus hominum concursus factus est, ex omnibus locis finitimis, ut templum licet latissimum, omnes non caperet. Eggardus cum videret se omnibus exosum & invisum esse & undique oppugnari postquam annum unum in dioecesi commoratus esset, Romam rediit. Ibi *cum commoraretur* episcopatus pastore qui ibi sederet & possessionem domiciliumque haberet totum quinquennium destitutus fuit. Hisce autem turbis & tumultibus causam dedisse ferunt canonici illi, qui Ewaldum elegerunt & castrum Schwanestedt Johanni Rantzowen van Nienhuss tradiderunt ut inde usuras ejus pecuniæ quam ipse fœnori episcopo dederat, quotannis caperet, fortem ei adversarium constituendo cum quo perpetuo contenderet. Johannes autem Rantzow quinque annos vel ut alii existimant septem arci Swanestedt præfuit eamque tenuit, ut saltem solveret usuras 2000. marcar. sed & solutionem usurarum & arcis sustentationem decimas ei omnes concesserant quas quotannis percipiebat unde eum 10000. marcas lucratum ferunt, idque narrant, qui ab ipso fatente audiverint se multum episcopatui debere eique gratias agere. Eggardus, qui castrum Svanestedt in suam potestatem redigeret, ea de re graviter apud Regem Johannem questus est. A. 1494. Rex Nieburgo litteras ad Johannem Rantzow dedit, mandavitque ut episcopo rationes redderet de reditibus annuis. Johannes recepit se id facturum, literis ea de re ad Regem datis a. 1495. interim tamen res ad exitum perduci non potuit. Nam tantum abest ut rationes redditæ sint ut episcopus ea re majores sibi inimicitias conflaret. Quibus de causis Eggardus, qui satius putaret Romam redire, quam in perpetuis rixo magno cum vitæ discrimine vivere, Romam se recepit. In itinere autem ad alia incommoda accessit quod quidam nobilis Bockholt qui *illi* semper inimicissimus fuisset, non procul ab urbe Roma episcopum supplantaret, & objecto pede, ad casum impelleret, proque dericulo haberet. Cujus rei indignitate permotus Eggardus illi vulnus inflixit, quo Bockholt ille extinctus fuit, post idem factum episcopus Romæ mansit, neque unquam in Ducatum reversus est. Testamentum condidit Eggardus quo inter alia testatur Johann Rantzow possedisse castrum Schwanestedt 6. annos & proventus omnes percepisse & episcopatui debere 12000. marcas. Eggardus quod castro Schwanestedt ejusque fructibus careret fœnori accepit 7000. marcas, à quodam Henrico *von der Lucht*. Cumque videret sibi in dioecesi tutum locum reliquum nullum esse Romæ manere decrevit, ubi tandem a. 1499. VI. Novembr. mortuus & sepultus est. Eggardo mortuo Alexander Pontifex episcopatum Slesvic. confert *Cardinali* cuidam Agrigentino titulo S. Priscæ Presbytero consentientibus fratribus ejus. Quam electionem impugnavit Dux Slesvicens. Fridericus, ad capitulum Slesv. datis, quibus mandat, ne Pontifici ea in re suffragarentur qui episcopatum Cardinali contulerit se inscio, sub poena privationis privilegiorum, idque quod episcopatus subjectus sit regno Daniæ, ideoque archiepiscopo Lundensi præjudicari non debere. De electione facta Cardinales Canonicos Slesvic. certiores reddiderunt quæ litteræ datæ sunt Romæ 8. Novembr. an. 1498. sub signetis trium in ordine Priorum. Cum vero Rex Johannes & Dux Fridericus intercederent eamque electionem ratam habere nollent, biennio ea controversia agita fuit, & tandem hisce conditionibus transacta, ut Cardinalis episcopatu à Pontifice ei collato cederet, & successor ei quotannis, quoad viveret 300. Ducatos penderet. In illius locum igitur electus fuit 20. Decembr. a. 1499. Detlevus Powisch episc. Slesvic. hic majus adhuc æs alienum conflavit, & ad emendum pallium à Pontifice 3000. aureos Rhenens. fœnori accepit, sed & decimas episcopales per quinquennium pro 4500. marcis vendidit. Hic Ducem Fridericum Stendaliæ *nuptias* celebrantem 24. equis & equitibus fuit comitatus a. *1502*. Dominica Misericordias. Julius Papa indulsit episcopo Dethlevo ut dimidium unius anni redituum fructuum & proventuum darent omnes sacerdotes pro sua quisque conditione & facultatibus quibus

Regis Daniæ & Ducis Slesvicens. litteræ ad Papam. a. 1493.

p. 396.

Eggardi statuta synodalia de matrimoniis Clericorum.

Eggardus episcopatum deserit.

p. 397.

a. 1494.

a. 1495. p. 398.

Eggardus nobilem occidit.

Pontifex episcopum constituit repugnante Duce.

a. 1498.

Lis finita.

Detlevus episcopus Slesv.

p. 401.

a. 1502.

Durkop C. M. Durkorp. *ecclesiæ.* deest in C. H. *cum* C M. tum. *commoraretur* deest in C H & M. *illi.* C. H. & M sibi. *Cardinali.* Joanni de Castro. *nuptias.* non legit C. H. & M.

1502. Est annus] quo nuptiæ Ducis Stendaliæ contractæ sunt, non vero quo papa privilegium episcopo concessit. Qui error Codici M. & H irrepsit.

bus æs alienum, quo episcopatus obæratus esset, persolveretur. Huic indultu adversabantur coloni Eiderstadiani & Strandenses, inter se pacti ut si ex ministris episcopi reditus illos petituris aliquis interficeretur, tota communitas illius terræ vel parochiæ de cæde responderet, & satisfaceret. Idque de pecunia ad fabricarum usus collecta. Ex quorum numero fuit & quidem antesignanus *Tete Popens* in Nordstrandia, parochianus & provisor ecclesiarum. A. 1500. Bellum Dithmarsicum commissum fuit & eodem anno 14. diebus post Pascha Dithmarsi demoliti sunt arcem Teten & pagum Tilen igne cremarunt. A. 1501. Alexander Pontifex misit *Raimundum* Cardinalem qui omnes oras aquilonares obivit & ultra Jubilæum indulgentias gratias & facultates concessit. Hic cerevisiæ Cacabelle nomen imposuit, quod adhuc retinet. Episcopus Gotschalcus *von Alefeld*, Decretorum Doct. ex præposito & Canonico Slesvicensi episcopus unanimi consensu Canonicorum electus fuit a. 1507. & à Pontifice confirmatus. Anno vero sequenti 1508. Lubecæ à Reverendiss. Patrib. domino Joanne Razeburgensi & Petro Sverinensi episcopis consecratus fuit, de mandato Pontificis, vir proceræ & elegantissimæ staturæ, magni consilii, judiciique acutissimi, patriæ singulare decus & Cancellarius Ducalis in jure Civili & Canonico multum versatus, quod adhuc ejus libri, qui exstant, testantur; in quibus, manum ejus singulis fere paginis adscriptam, cernere licet. Unde de ejus eruditione & summa diligentia judicare licet. Sed & Spartam quam nactus erat ornavit concionando, rem Divinam faciendo visitando & scribendo. Nam Agendam ipse edidit, in usum ecclesiæ Slesvic. in qua etsi multa reperiuntur quæ Papatum redolent, articulum tamen de Justificatione sine ullo errore sanum & doctrinæ Pauli conformem retinuit. Quod imprimis memorabile & notatu dignum est. Sed & breviarium, hoc est, librum, quo Psalmi ac preces continentur, quibus eo tempore in his oris utebantur, evulgavit, eumque Parisiis elegantissimis literis inprimendum curavit. Episcopatum obæratum nactus est, ut ipse sua manu testatus est, 20000. florenis Rhenensibus. Ad cujus æris dissolutionem, quo quotidie premebatur, bona in Stubbe vendidit. Cui venditioni intercesserunt canonici, quod iis insciis ea contracta esset, & de ea publice protestati sunt. Sed postea accedente Regis consensu firmata fuit, ut ex literis ea de re confectis quæ in domo capitulari exstant colligere licet. Sed & apud omnes ordines gratus, & inprimis apud Regem Daniæ fuit, idque ex eo colligere licet quod a. 1515. à Rege Christierno II. Godscalcus in Belgium sit missus, ut una cum aliis sibi adjunctis Isabellam Caroli V. sororem in uxorem peteret, quam & impetravit, exstatque ea de re oratio Latina quam Godschalcus coram Cæsare aliisque Principibus habuit. Leges sumptuarias tulit Godschalcus quibus nuptiis faciundis modum præscribit, sumptibusque qui ibi fieri solebant, nimiis, item conviviis natalitiis. A. 1517. quo LUTHERUS indulgentias taxare coepit; Godscalcus monasterium *Reinfeldt* à Pontifice impetravit episcopo Lubecensi insuper habito & neglecto. A. 1522. Christiernus II. regno pellitur, ob tyrannidem quam in omnes ordines exercuerat. Nam & canonicos Slesvicens. duos Timonem *Struck* & *Marquardum Schuldorp*, qui de 8000. marc. solvendis eum monuerant in mare Balticum submergere decreverat, culeis ad hanc rem paratis, qui ubi id subodorati essent, fuga vitæ suæ consuluerunt, & incolumes evaserunt. A. 1525. Rex Fridericus omnibus mandavit, literis patentibus suo sigillo firmatis ut decimas solverent Canonicis. A. 1526. comitia Kiloniæ habita fuere, ubi canonici Slesvicens. 12000. marcas solvere promiserunt, ne religio à Luthero reformata introduceretur. Eodem anno coepit quidam Fridericus monachus qui cucullum exuerat declamitare contra Papistas. Ei exprobrant adversarii quod ob scelera commissa, è carcere quo detentus esset vinculis ruptis evasisset, Slesvicum se recepit, ubi annum concionatus & commoratus est, in æde Slesvicensi primum deinde in ambitu quotidie in canonicos Papistas debacchabatur, & eos plebi exosos reddebat; multitudo populi illi adhæsit usque adeo ut eum sibi pastorem ecclesiæ deposcerent, sed quod esset audaculus & impudentior in Regis odium adductus fuit. Ideoque etiam Rex illi substituit virum pium, & literatum, Marquardum Schuldorpium Kilonien-sem, qui populum doceret, & pastoris munus obiret. Alter autem jussu Regis dimissus, Holsatiæ fines egreditur, & paulo post moritur. A. 1528. quidam Melchior Hoffmann pellio, quem ipsius sectatores prophetam appellarunt à DEO missum ad occidentalem mundi plagam & præcursorem Christi adventus, ut veritatem in illis publicet & propaget. Is docuit evchariſtiæ sacramentum tantum signum esse, & Romam Babylonem appellavit. Argentinam autem Solymam spiritualem. In Holsatiam venit, & biennium Kiloniæ commoratus coepit docere & prædicare, libros etiam edere. Præcipue autem de sacramento certamina, & disputationes movit, adjunctis sibi duobus collegis Johanne de Campen, & Jacobo Heggen Dantiscano. Pastores Holsati ac Slesvic. ubi accepissent quid de sacramento sentiret, & doceret, illi adversati sunt, & se opposuerunt. Colloquium Flensburgi de consensu & mandato Principis vel Regis instituitur, in cujus notitiam se insinuarat Hoffmannus, disputari coeptum est Flensburgi an. 1529. die Jovis post Quasimodogeniti præsente Regis Friderici FILIO Christiano & nobilibus viris Reventlow, Dethlevo Powisch Præposito, in Reinbeke, Johanne Rantzow & aliis proceribus. Ad colloquium autem accersiti fuerunt *D. Pomeranus*, *D. Stephanus Past. Hamb. ad div. Cathar. M. Theophilus Ludimoderator D. Æpinus* & *Nicolaus Bojen* ex Dithmarsia & alii Pastores quos Hoffmannus falsos prophetas nominaverat, qui docerent, Christum, pani incantationibus includi, ideoque

retum Pa- *de rediti-* *ecclesia-* *n ex parte* *Scopatui* *Svicensi* *ferendis.* — p. 403.
a. 1500. — *lum Dith-* *rsic.* — p. 404.
a. 1501. — *ndescalcus* *Alefeld epi-* *op. Sesv.* — p 414.
1508. — p 415.
Ejus laudes.
Ejus agenda.
Breviarium. — p 416.
a. 1515. — *Legatus est* *Christierni II.* *Regis.*
a. 1517. p. 416.
a. 1522. p. 411. — *Tyrannus* *Christierni* *Regis.*
a. 1525. — p 417. — an. 1526.
Initia refor- *mationis in* *Ducatu Sles-* *vicensi.*
p. 419. — *Melchior Hoff-* *mannus fana-* *ticus.*
Disputatio *cum eo* *Flensburgi.* 1529. p. 420.

Tete, omittit C. Hamb. *Marquardum*, C. Masquardum. FILIO, C. H. filiis.

ideoque ab iis cavendum. Collocutores fuerunt Melchior Hoffmann & Hermannus Taſtius HUSUMENSIS Paſtor, & alii, qui in palæſtram deſcenderunt, & Hoſtmannum oppugnarunt, aſſerentem euchariſtiæ ſacramentum eſſe tantum ſpiritualem manducationem, eoque argumentis & demonſtrationibus hominem adegerunt, ut ſe victum non negaret, ſed ab opinione concepta non declinaret. Qua de cauſſa Holſatiæ finibus exterminatus ſolum vertere coactus fuit de mandato Regis, ne alios ſuis erroribus inficerer. Collegæ autem ipſius hac diſputatione edocti, converſi fuerunt & Melchiorem dereliquerunt. In hoc colloquio etiam quidam Johannes Burſe de ſenſu verborum: hoc eſt corpus meum, quædam proponit, ex Auguſtino, cui ex eodem Auguſtino *reſpondetur*. Huic colloquio etiam interfuerunt Franciſcus *Stenius* Regiæ Majeſtatis Diaconus, Theodorus Becker Huſia vocatus, Joachimus Francke Wilſtrienſis, Joannes Slavus, Teſmarus Hülebecke & Joannes Benckendorp Kilonienſis. Caroloſtadius etiam ab Hoffmanno in Holſatiam vocatus erat, ut ſua eruditione adverſariis metum incuteret ſuoque dogmati adſtipularentur. Abiturus Hoffmannus dixit, propter articulum de ſacramento multum ſanguinis effuſum iri. Argentoratum profectus, ſcripta, ſuppreſſo impreſſoris nomine edidit, in quibus gloriatur, ſe palmam in Holſatia diſputando obtinuiſſe & in Marquardum Schuldorp acerrime invehitur qui eum hæreſeos inſimulaverat & ſuam ſententiam defendit. A. 15-6. Dedit Epiſcopus Godſchalcus literas ad judicem, aſſeſſoresque Cameræ Spirenſ. quibus oſtendit epiſcopatum Sleſvicenſ. non eſſe ſubjectum Imperio Romano, ſed Regno Daniæ, ideoque ſe neque cenſuris Imperialibus & *præſtatione* Regalium teneri. Circa hoc tempus epiſcopus Godſchalcus cuidam ſalvum conductum dederat, in Walsbul, qui Paſtorem ad altare interfecerat. Melchior Rantzow, rei indignitate motus, eum templo *Handewit* deprehenſum extrahi, & die ſolis rotæ imponendum curavit poſtquam in coemiterio peccata confeſſus, ſacramento communicaſſet.

Hoffmannus pellitur.

Vaticinium Hoffmanni, de articulo ſacræ cœnæ.

p 423.

a. 1526. *Epiſcopi Sleſvicenſes non ſub impp. Roman. ſed Regib Daniæ.*

HUSUMENSIS C.H Huſenſis.
reſpondetur. Quod factum à Stephano Kempio Vide Cypræi annales p 421.
Stenius, alii Stienius.
præſtatione. C. H. & M. privatione.
Handewit. C. M. Hardeweiſs.

VI.
SLESVICI OPPIDI OLIM METROPOLIS CIMBRICÆ CHERSONESI TOPOGRAPHIA
AVTORE
ADAMO THRAZIGERO
DVCIS SLESV. HOLSAT. JOANNIS ADOLPHI CANCELLARIO
SCRIPTA SLESVICI AN 1583.
EX AVTOGRAPHO DESCRIPTA A. 1711. AB *H. C. S.* ADJECTÆ SVNT PAVCVLÆ VARIANTES CODICVM *HOYERIANI, HELDIANI* ET *SLESVICENSIS* LECTIONES. ACCED.
VLRICI PETERSENII Sciagraphia Hiſtoriæ Civitatis Sleſvicenſis MSCtæ.

Sleſvici elevatio poli.

SLeſvicum oppidum nunc parvum olim vero ampliſſimum & ex commerciorum multitudine opulentiſſimum Poli altitudinem habet grad. ferme 56. longitudinem vero grad. 28. minut. 10. (ut *Appianus* & *Gemma Phriſius* Mathematici celeberrimi computarunt. (*) Situm eſt vero in ipſo Iſthmo Cimbricæ Cherſoneſi, ubi inter duo maria Oceanum ſcilicet *Germanium* & mare *Eoum* ſive *Balthicum* minima eſt terræ intercapedo: quæ etiam juſti milliarii Germanici longitudinem non excedit, nam Flumen *Threna* dictum æſtu Oceani usque ad *Holdingſtede* pagum refluit. A quo Sleſvicum oppidum ad *Sliam* ſinum maris Balthici haud plus uno milliari diſtat. *Porthmum* habet ad exercenda commercia commodiſſimum. Olim enim ex Belgio, Britannia, Galliis & Hiſpanis, navibus ad oſtia *Eidoræ* fluvii merces tranſportabantur: quæ per fluvium Threanam *Holdingſtadium* ſubvectæ facili negotio Sleſvicum, ac inde per mare Eoum in Daniæ Norvegiæ, Sveciæque Regna nec non Livoniam, Ruſſiam, Boruſſiam, aliasque Germaniæ Provincias, quas mare Balthicum alluit importari poterant. Erat & mercatus celebris in peninſula, quæ *Stapelholmii* nomen habet; *Stapel* enim Saxonibus eſt emporium, quod mercimoniis & negotiationibus frequentatur: Holm vero peninſulam deſignat, inde duo pagi ad Eigdoram in illa peninſula ſiti Süderſtapel & Norderſtapel, exſtant adhuc eorum commerciorum veſtigia in *Holdingſtadio:* Templum nimirum, quod ex *Britannico cemento*, vulgo *Duſſtein* extructum, mercatoria domus ab initio fuit, poſtea vero, mercatoria deficiente & incolis ad Chriſti fidem converſis, Deo dedicatum fuit. Simile Templum *ante paucos annos* videri poterat Sleſvici in oppidi peninſula *Holm* nuncupata. Condiderunt & *Angli Mercatores* Sleſvici ad forum, *templum S. Spiritus*, cujus *amœna* turris adhuc ſupereſt, viſunturque circum veſtigia tabernarum exſtructarum, in uſum mercatus, quem Angli exercebant; ſed quando Sclavi & Dani Cimbricæ Cherſoneſo vaſtitatem aſſiduis incurſionibus & populationibus induxerunt, oſtium quoque Sliæ in graviſſimis ſuperiorum temporum bellis obſtructum fuit, Tranſitus etiam freti, quod *Krageſund* dicitur, inter Scandiam Selandiam, Jutiam ac Norvegiam compertus, negoti-

Situs inter maria & flumina.

Portus.

Commercia.

Eorum veſtigia in Stapelholm.

Holdingſtad.

Sleſvici in peninſula.

& ad forum.

Sliæ oſtium obſtructum.

(*) Incluſa in *Sleſv. codice* lineola notantur, quaſi omittenda.
Porthmum, Cod. Sl. leg *Poſitum*. Cod. Hoyer habet *portum*.
Eidoræ. *Sl. Cod* Eigdoræ, ſed duriuſcule & contra communem & receptum uſum. *Held.* C. Hegdoræ.
amœna. H. Cod. habet *omnino*.



Püschel sc.

G.



negotiationes illæ frequentissimæ desierunt. In *annalibus Caroli Magni* à quodam anonimo Monacho conscriptis legimus, Slesvicum ejus ætate fuisse *Sliestorp* nuncupatum. Narrat enim inter *Carolum Magnum* & Daniæ Regem *Gotfridum*, quem alibi Gotricum nominant. Controversias fuisse de finibus inter Daniæ regnum & Saxoniam, quam sibi Carolus vendicabat, conventumque fuisse, ut uterque alteri ad Colloquium sese obvium daret, venisse itaque Carolum in *Holdingstede:* Regem vero in *Slistorp:* Dissuasum Regem à suis detrectasse colloquium, remque per consiliarios actam & conveniisse, ut *Eigdora* regni DANICI & SAXONIÆ *limes* esset inter hos consiliarios unus nominatur, cui VR nomen fuit. Antiqua sane & præclara familia, quæ posteritatem ab illo tempore *ad octingentos annos* derivasse dignoscitur, & adhuc in *Danico regno* splendore nobilitatis viget. Præfectura etiam rustica *antiquæ Angliæ* in qua oppidum Slesvicum situm est *Sbliesheerde* nomen retinet; est enim *Herde* districtus sive territorium unius Jurisdictionis, inde Sliesherde præfectura territorii ad Sliam. *Nomen* oppidum hoc à *sinu maris Balthici* sortitum est, *Wick* enim Saxonibus dicitur oppidum positum ad sinum aliquem vel maris, vel alicujus fluvii. Inde *Herdewick*, *Brunswick*, inde etiam jus municipale Saxonicum *Wickbilde* nuncupatur. Tractus autem *Sliæ* is antiquitus fuit, quod alveus è regione oppidi se sinistrorsum flectendo sinum efficit: qui adhuc *die Wieck* ab Incolis nominatur. Atque hinc nata est oppidi *Slesvici* nuncupatio. Porro hic silentio prætereundum non est, peninsulam illam *Angliam* inter duos maris sinus, quorum orientalior *Flensburgum*, alter vero occidentalior *Slesvicum* oppida alluit, adhuc in hodiernum diem *Angeln* dici, indeque testimonio venerabilis *Bedæ* Imperatoris Theodosii tempore *egressos una cum* SAXONIBUS & VITIS *Anglos Britanniam* occupasse, & simul nomen cum *lingua Insulæ* intulisse, quadringentis quadraginta *quatuor* à Christi nativitate annis, quæ annorum summa ad hanc nostram ætatem supputata *1135. annos* efficit. Cum vero Reguli Vitarum & Saxonum de summa rerum cum Anglorum regibus certarent, victi tandem & *Saxones* & *Vitæ* in nomen & potestatem Anglorum concesserunt, quod *Anglici regni* in Britannia primordium fuit. (*Antiqua* vero Patria Anglicæ gentis est hæc peninsula, de qua agimus. Eam vero discedentibus veteribus incolis & penuria Colonorum pene in solitudinem redactam, Dani una cum reliquis Cimbricæ chersonesi partibus sub imperio Ducum Slesvicensium *tenent.*) Quæ omnia fusius in *opere nostro* HISTORICO *Ducatum Slesvici & Holsatiæ,*

Slesvicum olim Sliestorp.

Caroli M. adventus in Holdingstede Reg. Dan. Gottfridi in Sliestorp.

Conventio de limite regni Dan. & Saxon.

Gentis *Ur* memoria.

Etymon Sliesherdæ.

Wick.

Slesvici.

Angliæ situs.

Anglorum Cimbriæ Saxonumque & Jutarum migratio.

Britanniæ occupatio.

Nominis Engeland origo.

Autoris promissum opus historicum.

ANTIQVISSIMA *nimirum patria* SAXONUM, explicabuntur: *Est vero* apud Danos & Frisios aliud nomen Slesvico oppido. Hi enim sua lingua illud *Heddebui* dicunt, eo quod à quadam Regina Daniæ, cui *Hethæ* nomen fuit, dicunt primitus esse conditum. *Quæ tamen* nulla fide aut testimoniis recepti authoris fulciuntur. Ductavit hæc foemina, uti Svecorum & Danorum Historiæ habent, foemineum exercitum, ut olim *Amazones;* dein ab Haraldo Svecorum Rege ad Regale solium evecta & rursum abrogata regia dignitate Jutiæ præfecturam accepit. Fides esto *penes lectorem.* Sed de primo ejus oppidi Fundatore & conditore nihil certi constat. Appellationis Heddebui vestigium in occidentali littore ad Sliam supereſt, Templum scilicet, quod vetus nomen *Heddebui* retinet. Quod si etiam *Danum* vel *Phrysium colonum* germanicæ linguæ ignarum iturum Slesvicum aut inde redeuntem interroges, quo pergat, aut unde veniat, non Slesvicum, sed Heddebui nominat. Ambitus Slesvici, dum urbs erat, & satis amplus fuit, idque hodie adhuc intercisa & interrupta vallorum & aggerum rudera monstrant, si principium ab occidentali latere Sliæ sumatur, apud superstitem Ecclesiam, cui Heddebui nomen manet, ubi Slia occidentalem plagam versus sinum efficit, quem vulgo ut supra diximus *die Wieck* vocant, videntur ibi *vallum fossæque urbis* superstites atque adhuc satis integræ. Quædam pilæ etiam *lignei pontis*, per quem transitus supra sinum fuit, compendiosa via, qua *Eclenfordiam Chiloniumque* itur, ante paucos annos apparebant. Huic loco mons altus imminet, Oldenburgi nomen habens, arboribus fruticibus & spinis unde quaque consitus, ut propter densitatem ascensus sit difficilis in cujus summitate arx posita fuit munitissima *clavis Isthmi cimbrici.* Ea etsi omnino nunc diruta sit, ut nihil reliquiarum supersit, manent tamen *tres fossæ profundæ*, quibus olim fortalitium illud circumdatum fuit. Eam arcem cum urbe subjecta, cum *Heinricus* Imperator *Marchioni Saxoniæ*, sedem constituisset, illo mortuo, Dani obsederunt expugnaveruntque; visuntur etiam adhuc *loca castrorum.* Ingressum quoque sinus illius obstruxerunt Dani, ut nulla navis justæ magnitudinis ingredi queat, sed armentis equis curribusque vadum sit: Ab ea urbis parte, quæ Aquilonem respicit, agger fuit in orientale littus Sliæ, ubi nunc Slesvicum oppidum est. *Tunc temporis* enim Slia tam alte, ut nunc Gottorpium arcem versus, non *ascendit.* Neque Gottorpium adhuc iis temporibus conditum erat. Neque etiam hi, qui nunc Gottorpium ducunt, aggeres erant, sed erat pars illa aquilonaris tota paluſtris & saltuosa, uti adhuc *lacus Bustor-*

Nominis Heddebuy explicatio à Hetha regina.

Vestigia veteris Heddebuy.

Rudera veteris amplitudinis.

Valla fossæque Pontis reliquiæ.

Mons & arx Oldenburg.

Diruta tempore Henrici Aucupis á Danis.

Sedes Marchionis Saxoniæ.

Reliquiæ castrorum Danorum.

Gottorpii regio olim paluſtris & saltuosa.

alibi C. Held. alii. *Eigdora*, Sl. Cod. Eidora.
Herdewick. Sl. Cod. *Herderwick.*
Nomen — Saxonibus C. Held. *Nomen oppidi modernum Slesvicum ex Saxonici idiomatis proprietate originem trahit; Cimbris enim & Saxonibus &c.*
Herdewick. Sl. Cod. *Herderwick.*
quatuor. Held. & Slesv. Cod. *octo*, sed contra historicorum fidem
Vitæ Sl. Cod. Jutæ
Antiqua — tenent. Inclusa in Sl. Cod. lineolis fere expuncta, sed omnino retinenda, quippe auctoritate & fide optimorum historicorum confirmari possunt.
Est vero: C. Held. ita: *Qui Saxonum conscripserunt historias, aliam Slesvico tribuunt appellationem, quam etiam nunc apud Danos & Frisios usus retinet. Hi enim &c.*
Quæ tamen — lectorem. Hæc in Codice Slesv. expuncta erant; Nec immerito
Castrorum. Held. C. castrorumque vestigia.
Tunc temp. — ascendit. Non leguntur in Cod. Slesv.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Lacus pagum Buſtorp & caſtellum alluens.

1360. Omnibus præsens scriptum cernentibus *Nicolaus* DEI & Apostolicæ sedis gratia *Episcopus Slesvicensis* salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod ad nos veniens *dilectus Capellanus* noster dominus *Otto Johannes presbyter* ac timens nostram indignationem pro quadam summa pecunia, in qua *cameræ curiæ domini Papæ* obligationis tempore collationis & provisionis capellæ *beatæ Mariæ virginis in Kalebuy* nostræ dioecesis, in qua nobis merum jus competit patronatus, sibi per nos factæ, videlicet sub anno Domini 1357. die beati Dionysii sociorumque ejus teneri vinculo dictam capellam in manibus nostris pure & simpliciter *resignavit* petiitque de novo, cum nobiscum fuit per sedem Apostolicam jam dispensatum sibi per nos de præfata capella provideri. Nos igitur precibus suis dictam *capellam Calbuy* cum suis juribus, fructibus, reditibus & pertinentiis universis præfato Domino Ottoni pro nunc de novo conferimus, sibique de ea rite & canonice providemus *investientes* ipsum per *annuli nostri traditionem* præsentialiter de eadem. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum & actum *Sleswig*. A. D. 1360. Sabbatho quatuor temporum quo cantatur: Venite, adoremus.

XX. Lud. Storm mansum quendam in Schalebuy eidem ecclesiæ oppignorat.

Omnibus præsens scriptum cernentibus *Luderus* dictus *Storm* suique veri hæredes salutem in Domino sempiternam. Tenore præsentis recognosco ego *Luderus Storm* prædictus, me meosque veros *hæredes capellæ beatæ virginis in Kalby* in quindecim marcis Lubecensibus in promta & innovata pecunia levatos ratione justi & veri mutui teneri & esse veraciter obligatos. Pro quibus XV. marcis ego Luderus nomine meo meorumque hæredum dictæ capellæ *Kaleby* unum mansum in *Schaleby* valentem in singulis annis in certis reditibus sex magnos modios siliginis, in quo pro nunc residet *Ostradus Jebseln* cum omni proprietate & jure impignoro per præsentes. Ita quod dictos sex modios siliginis inde ratione pensionis singulis annis provenientes ex bono & libero animo *ad fabricam dictæ capellæ* pro anima mea meorumque progenitorum lego & dono, modo quo fieri poterit meliori, de sorte tamen principali minime delegandos: Insuper, si ipsa capella in dictis sex modiis siliginis singulis annis dandis defectum habuerit, ex tunc ille defectus mihi & meis hæredibus ad summam principalem videlicet XV. marcas prædictas computetur, & dictus mansus redimatur vel à possessione præfatæ capellæ liberetur, donec hujusmodi defectus cum sorte principali pariter & penitus exsolvatur. Datum *Kalby* anno Domini 1361. Sabbatho post festum Michaëlis: meo meique filii sub sigillis. 1361.

XXI. Henrici Episcopi Slesvic. indulgentiæ eleemosynarum ad reficiendam ædem coenobii erogandarum causa.

Universis Christi fidelibus, præsentes literas inspecturis, *Himricus*, Dei & Apostolicæ sedis gratia, *Episcopus Ecclesiæ Slesvicensis*, salutem in eo, qui omnibus dat salutem. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi unusquisque, prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit, sive malum. Oportet igitur nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus prævenire, ac æternorum intuitu ea seminare in terris, quæ reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis, firmam spem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur Ecclesia *beatorum Johannis Baptistæ & Evangelistæ* clausstri monialium in insula prope *Slesvich* nostræ dyocesis nuper ex quadam tempestate & vento turbinis grave receperit dampnum & notabilem passa est ruinam, ita videlicet, quod tertia pars totius tecti ejusdem 1372.

Eccleſiæ, in trabibus, tignis & tegulis & lapidibus diſſoluta, ad terram funditus eſt dejecta, ſic quod dictæ moniales in ipſa Eccleſia propter tecti carentiam divinum officium maxime pluviali tempore, non poſſint perficere ſeu adimplere. Et quod prædictum clauſtrum & ipſæ moniales propter *continuas & innumeras terrarum guerras*, hominum mortalitates & *aquarum inundationes* ad tantam devenerit inopiam, quod de bonis propriis non poſſit aliquatenus reparari, niſi bonorum hominum piis fuerit coadjuta elemoſinis, & ut timemus, noſtris temporibus majorem minabitur ruinam, niſi fidelium ſubventionibus relevetur. Univerſitatem igitur veſtram in Domino Jheſu Chriſto, rogamus, monemus & pie exhortamur, vobisque in remiſſionem veſtrorum peccaminum injungimus, quatenus de bonis vobis à Deo conceſſis pias elemoſinas & grata caritatis ſubſidia dictæ Eccleſiæ monialium erogetis, ut per ſubventionem veſtram dicta Eccleſia valeat integre reparari. Et vos per hæc & alia bona, quæ domino inſpirante feceritis, poſſitis ad æternæ felicitatis gaudia ſalubriter pervenire. Nos vero de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Apoſtolorum ejus Petri & Pauli auctoritate confiſi, omnibus vere poenitentibus & confeſſis, quæ memoratæ Eccleſiæ monialium manum porrexerint adjutricem, vel ſaltem, qui ad dictam Eccleſiam tam *devotionis* vel *peregrinationis* acceſſerint, vel qui ibidem divinum officium, ſeu verbum *exhortationis* audierint in feſtivitatibus infra ſcriptis, videlicet *nativitatis domini*, *reſurrexionis domini*, *aſcenſionis domini*, *Pentecoſtes* & in *quatuor feſtivitatibus beatæ Mariæ virginis glorioſæ*, nec non *in feſtis beatorum Johannis Baptiſtæ & Evangeliſtæ* ac *dedicationis dictæ Eccleſiæ monialium*, vel qui ad ſuſtentationem *luminarium*, *veſtimentorum*, *librorum*, *campanarum*, *calicum* & aliorum dictæ Eccleſiæ ornamentorum neceſſariorum aliquid porrexerint, ſeu qui *in extremis laborantes* quicquam facultatum ſuarum LEGAVERINT, *dederint ſeu aſſignaverint* vel qui ad faciendum hoc alios fideliter excitaverint & qui pro ſalubri noſtra, eccleſiæ noſtræ & dyoceſeos ſtatu Deum exoraverint. Inſuper & qui pro animabus omnium fidelium defunctorum ibidem requieſcentium *orationem dominicam*, cum *ſalutatione angelica* quotienscunque & quandocunque pia mente dixerint, pro quacunque vice cuilibet illorum ſingillatim *quadraginta* dies de injunctis ſibi poenitentiis in domino miſericorditer relaxamus. In cujus teſtificationem ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini M. CCC. ſeptuageſimo ſecundo, dominica mediæ quadrageſimæ.

XXII. Johannes epiſc. Sleſvic. teſtimonium de pignore quodam Joanni Hagendorn dato in Villa Ramſtede.

1378. Univerſis præſentes litteras viſuris *Johannes* DEI & Apoſtolicæ ſedis gratia *epiſcopus eccleſiæ Sleſwicenſis* præſentibus recognoſcimus lucide proteſtando, quod Divina nobis ſuadente juſtitia prius recompenſa ducentarum marcarum Lubecenſium denariorum, pro quibus incliti principes Domini *Henricus* & *Nicolaus comites Holſatiæ & Stormariæ* nobis ex parte diſcreti viri domini *Joannis Hagedorn* curatoris *in Ohlſtede & perpetui vicarii in eccleſia Svaveſtede*, in quibus ipſi eidem domino Joanni Hagedorn ex juſto debito fuerant obligati, *dimidiam villam* (*) *Ramſtede* cum omnni jure & proprietate inpignoraverat, de conſenſu ejusdem Domini Johannis decem marcarum reditibus de pecuniis, quæ veniunt *de Holt - Pennighen* & *Wagen-Penningen* in *vico Svaveſtede* (**), cujusdam vicariæ pauperculæ in eccleſia *Svaveſtede* prædicta fundatæ & perpetuatæ annectimus, unimus perpetuo & incorporamus inviolabiliter permanſuros, quos quidem *decem marcarum reditus* ipſe dominus Joannes Hagedorn & ſucceſſor ejus, qui pro tempore fuerit, expedite & libere debeat ſublevare. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo noſtri dilecti capituli Sleſwicenſis prædicti præſentibus eſt appenſum. Datum *Svaveſtede* An. Domini 1378. in craſtino annunciationis beatæ Mariæ virginis.

(*) Interpres germ: *Der halve Meyerhoff.*

(**) *Im Stædlein Svavſtedt.*

XXIII. Magni Lundenſis Archiepiſcopi indulgentiæ ad viſitandam eccleſiam coenobii S. Job. & eidem eleemoſinas conferendas.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas 1383.
inſpecturis, *Magnus* divina providentia, *Lundenſis Archiepiſcopus*, *Sveciæ Primas*, *& Apoſtolicæ Sedis Legatus*, ſalutem & genuinam in domino caritatem. Quum & Deo gratum obſequium impendere credimus, tum fideles ad opera pietatis excitamus, Et ut Eccleſia beati Johannis *in Hollym prope Sleſwigh* dignis & debitis reverentia & honore veneretur, omnibus vere poenitentibus & confeſſis, qui dictam Eccleſiam tam *devotionis*, *peregrinationis* vel *communionis devote* viſitaverint & pro defunctis ibidem exoraverint & ad dictam Eccleſiam pro ſuis ædificiis, ornamentis, *luminaribus*, *redituum augmentationibus ſanctimonialium ibidem degentium*, manus extenderint adjutrices, & eisdem in aliquo ſubvenerint, ſeu qui miſſas & alia divina ibidem audierint & qui finita miſſa, cum cantatur, *ſalve Regina*, pro pace, noſtro, noſtræ totiusque ECCLESIÆ DACIANÆ STATU Deum exoraverint, vel qui Cemiterium ibidem pro defunctis exorando circumierint, ſeu qui *corpus dominicum* vel *ſacrum oleum*, dum infirmis portantur & reportantur, ſecuti fuerint, vel in veſperis *ad pulſum campanæ* terna vice Anglicam ſalutationem flexis genibus dixerint, ſeu qui pro felici & proſpero ſtatu *Domini noſtri* REGIS OLAVI, ſeu NOBILIUM *principum Dominorum* HINRICI & NICHOLAI *fratrum*, *Holzaciæ & Stormariæ Comitum*, ac NICHTARUM DOMINARUM *ſuarum*, *ſuorumque filiorum dilectorum* Deum poſtulaverint, totiens quotiens præmiſſa, ſeu aliquod præmiſſorum pia intentione fecerint, de Dei Patris omnipotentis & beatæ Mariæ Virginis & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi,

confisi, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis sibi poenitentiis misericorditer in domino relaxamus. Datum *Lundis* Anno Domini M. CCC. LXXX. tertio, die Nativitatis beatæ Mariæ Virginis, nostro sub sigillo.

XXIV. Nicolaus heres Jutiæ, Comes Holsatiæ jus patronatus in ecclesiam Kallebuy sanctimonialibus coenobii S. Johannis confert.

1385. Nos *Nicolaus* DEI gratia verus hæres Ducatus Jutiæ comes Holsatiæ & Stormariæ recognoscimus publice in his scriptis pro nobis & nostris veris hæredibus seu successoribus quod libere, scienter, sponte & voluntarie, non per errorem inducti, sed de maturo & deliberato consilio cum *magnifico domicello* GERARDO *comite Holsatiæ & Stormariæ, patruele nostro*, nec non *aliis consiliariis nostris* JURATIS *ad hunc salutiferum finem*, quod *pauperculum monasterium sanctimonialium in Holm* prope civitatem Sleswicensem propter defectum necessariorum vitæ in spiritualibus, proh dolor! multum collapsum reformetur & monastica disciplina reguletur, pro ejusdem monasterii sustentatione eidem monasterio pro salute animarum omnium progenitorum nostrorum nec non pro anima bonæ memoriæ magnifici domini Hinrici comitis Holsatiæ fratris nostri & omnium hæredum nostrorum *Jus patronatus capellæ beatæ Mariæ virginis in Kalebuy* per reverendum in Christo patrem dominum JOANNEM *episcopum Sleswicensem* in nos vigore cujusdam *permutationis* pro jure patronatus in *Bloeacker* translatum tenore præsentium in præfatum monasterium de consensu ejusdem domini episcopi transferimus pleno jure. Datum *Novo Castro* sub anno Domini 1385. sequenti die.

XXV. Johannis episcopi Sleswicensis super eadem re testimonium.

1385. Universis præsentes litteras inspecturis seu audituris *Joannes* DEI & Apostolicæ sedis gratia episcopus Sleswicensis salutem in omnium Salvatore. Notum facimus universis tam præsentibus quam futuris quod nos sanctimonialium monasterii *in Holm* prope civitatem Sleswicensem Deo ibidem servientium inopiæ pii Patris more compatientes capellam *beatæ Mariæ* virginis in *Kaleby* cujus ecclesiæ patronatus, quod si in eadem *ratione permutationis* juris patronatus nobiscum de ecclesia *Bloacker* factæ, competebat, inclytus princeps & dominus dominus *Nicolaus* DEI gratia comes Holsatiæ & Stormariæ in ipsas de consensu illustris domicelli *Gerhardi* patruelis sui dudum transtulit, prout in apertis litteris suis super hoc confectis lucidius continetur, ipsis sanctimonialibus pro communi mensa earum de consensu dilecti capituli nostri, cum omnibus fructibus, juribus, reditibus, proventibus, obventionibus, oblationibus ac pertinentiis suis universis, contulimus & conferimus, incorporavimus & incorporamus ac perpetuis temporibus annumeramus & annectimus per præsentes, *nostro Cathedratico*, interdictionibus ac provocationibus domini *Archidiaconi* nobis & ipsi reservatis. In cujus rei testimonium & majorem evidentiam præmissorum sigillum nostrum una cum sigillo capituli nostri prædicti præsentibus est appensum. Datum *Schleswig* Anno Domini 1385. in profesto sanctarum undecim millium virginum.

XXVI. Torstani Nicolai Notarii instrumentum publicum de capella Calleby coenobio S. Johannis collata ab Ottone Joanne canonico ibidem pastore.

In nomine Domini Amen. Anno à nativitate ejus 1388. indictione vicesima tertia die mensis Januarii hora sexta, aut quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris & domini nostri domini Urbani Divina providentia *Papæ VI. anno decimo*, in mei Notarii publici & testium infrascriptorum præsentia personaliter constitutus honestus vir dominus *Otto Johannes* canonicus Sleswici, *pastor parochialis capellæ* in *Calebuy*, Sleswici dioecesis, non vi coactus nec dolo circumventus, sed libere, pure, sponte & simpliciter matura deliberatione præhabita dictam suam capellam beatæ Mariæ in *Kalebuy* cum omnibus & singulis suis juribus, fructibus, reditibus, decimis, oblationibus ac emolumentis universis, meliori in forma & jure, quibus potuit, *ad manus & in manibus Reverendi Patris & domini, domini Joannis episcopi Sleswicensis*, pro communibus usibus & utilitatibus *Prioritiæ, sanctimonialium & monasterii sancti Joannis in Holm prope Sleswig* & ad communem mensam earundem resignavit; transferens in easdem Prioritiam & sanctimoniales ac dictum monasterium omne jus & proprietatem quod & quæ eidem Ottoni in dicta capella cuilibet competebat. Quibus sic perpetratis & peractis discretus vir dominus *Joannes Radike* præpositus prædicti monasterii prædictum reverendum patrem dominum episcopum suumque dilectum capitulum & me Notarium requisivit, ut præsens instrumentum & resignationem una mecum authenticarent, & suis sigillis sigillarent. Acta sunt hæc *in summo choro ecclesiæ Sleswicensis*, anno, die, mense, indictione hora & pontificatu, quibus supra, & in præsentia dicti reverendi patris & domini *episcopi* DETLEVI BOCKWOLDT, *Præpositi* BOETII, *Pauli* cantoris, *Canonicorum* & *Capituli* ac *majoris partis Cleri dioecesis Sleswicensis*, ibidem congregatorum, resiquisitorum & rogatorum in testimonium præmissorum. Et ego *Thorstanus Nicolai* dictus Sleswicensis dioecesis publicus imperiali autoritate Notarius prædictæ Capellæ *resignationi*, juris & proprietatis *translationi* dicti reverendi patris episcopi & sui Capituli *sigillationi* ac omnibus aliis & singulis præmissis, quæ, dum sic fierent & agerentur, una cum prænominatis testibus præsens interfui eaque sic fieri vidi & audivi & in hanc publicam formam redegi, signoque meo & nomine solitis & consuetis signavi requisitus & rogatus in testimonium præmissorum. Præterea duas donationes intra primam & secundam lineam & præsentia inter secundam & tertiam lineam non ex vitio & errore positas approbo & affirmo. 1388.

XXVII. Frauw Beke Schinckels vermacht dem Cloſter St. Johannis zehn Marck jährlicher Rente zu einer ewigen Vicarie.

1402. Wy, *Grete Schinckels, Prioriſſe, Hille Ryken, Heyne Wokendorp, Marine Kotelberch, Tale Storm, Kerſtine Duvenvlet, Lene Ryken und dat gantze Convent des Cloſters Sünte Johannis uppe deme Holme vor Sleſswich*, bekennen und don witlick vor uns und unſen Nakomelinghen, vor alle den ghennen, de nu zynt, und noch thokomen möghen, dat vor (Frauw) *Beken Schinckels*, de *Johann Schinckels Wiff* was, heſft uns vullenkomen nöghe ghemaket, und uns ghedan an reden Lubeſchen telleden penninghen, de in unſes Kloſters und unſen nütten und Behoff gekomen ſyn, vor *ene ewighe Vicarie* van teyn marck gheldes in unſeme Kloſtere to ewighen tyden, Preſteren na Preſteren to holden, de vor eres Mannes Johan Schinckels, ſyner Kinder und erer Zele (bidden) und de Vicarie ſchal Her *Clawes van Anevelde, Ridder*, nu to dem erſten male enem preſter umme godes willen vorlenen, und den preſtere, dem Her Clawes vorbenombt de vorſchrevene Vicarie vorlenet, deme ſchöle wy und willen jewelckes Jares, dewile he levet, gheven in unſeme Kloſter teyn mark penninghe, alze *in dem Hertichrike to Sleſwich ghenghe und gheve zynd*, alle Jare uppe ſünte Martens dach, uthe unſeme beſten beſeeten gude, dat wy hebben, ſunder Hülperede gheſtliker edder werliker, de unſs und unſen Nakomelinghen moghen to vromen komen, und dem preſtere to ſchaden; Und wan de preſter affgheyt van dodes weghen, dem Her Nicolaus de vorbenömede Vicarie *vorbelenet hefft*, zo ſchall *de* LENWAR und SCHIKKINGHE der Vicarie *vryg und unbeworen* by unſeme Kloſtere bliven to ewighen tyden. Des to tüghe ſo hebbe wy *unſes Conventes Ingheſeghel* myd Willen ghehenghet an deſſen Breff, de gheven is na godes Bord, duſent Jar, veerhundert Jar, darna in deme anderen Jare, in deme daghe der hilghen Juncvrowen ſünte Agneten.

XXVIII. Chriſtierni I. Regis Dan. donatio juris patronatus Eccleſiæ Haddebuy. 1461.

1461. *Wy* Chriſtiern *van Gades Gnaden tho Dannemarcken, Schweden, Norwegen, der Wenden und Gothen Koning, Hertog to Schleſwig, Greve to Holſten Stormaren Oldenborch und Delmenhorſt, dhon wittlick als weme, daß Wy Gode allmächtig, ſiner leven Moder Jungfrowen Marien, allen Gadesheiligen tho Dancknahmigkeid, Love und Ehren Unſeme leven Ohme ſeeliger Dechtnüſſe* Herrn Alffve, *wandages Hertogen to Schleſwig &c. alle ſiner und Unſer Voroldern Zeelen to Troſte, Barmhertigkeit unde Vorlöſinge vorddeelofftig to weſende alles Loves unde Bede tho Gode, de de ſchehen Nacht und Dach, in Miſſen und andern Loveſange vor Levendigen und Doden an der* Dohmkerken Schleſwig, *nademe Wy wahrhafftigen vornomen hebben, dat Unſe leven getruwen* Proveſte, Capittel *und* andere Preſter *derſülven Kerken ſunderge Bede in Miſſen und anders dachlikes vor Uns, Unſe ehelicken leven Husfrowen und Unſe Erven dhon, und vord an ſettet hebben in allen thokomenden Jahren in allen* veer Vrydagen *der veer* quater temporen *Unſen vorbenömeden leven Ohm* Alfve *ſine und Unſe Voroldere hochliken und Vigilien und Seelemiſſen tho begande na mönlicker erer Kerken Wiſe: So hebben Wy wohlbedachtes Modes und vryen Willen und Vullbord* Unſer leven getruwen Räden *gegund und thogelaten: Gunnen und tholaten jegenwardich myt deſſem Unſeme apenen Breve, dat* de Kerſpelkerck HADDEBUY des Stichtes Schleſwig, *dar Wy und Unſe Vorfahren Hertogen to Sleſwig de* LEENWARE *und* ANTWARDINGE des Kerckherren *tho gad hebben, werde voreniget mit den gemenen jahrlicken Renten deſſülven* Proveſtes unde Capitels tho Schleſwig; *unde uppe dat ſe vaſte vollkomener Gode ſiner leven Moder Marien dehnen und de vorſcreven Begenckniſſe holden mögen. So hebben Wy vor Uns, Unſe Erven und Nakomelinge gund und overgeven, gunnen und overgeven und rechtliken to ewigen Tyden* voregenen *und* vorlaten *en und eren Nakomelingen vakenomede* Leenware und Antwardinge des Kerckheren *to derſülven Kerken in Krafft deſſes Unſes Breves. Und des tho furderer Tügenuſſe hebben Wy Unſe Königliches Secret an deſſen Unſen Brev heten hengen, de geven ys up* Unſem Slote Gottorp *am Dingesdage na Lucien der billigen Jungfrawen Doge. Na Chriſti Unſes HErrn Bord Veerteinhundert in deme ein ſoſtigeſten Jahre.*

XXIX. Chriſtianus I. R. Dan. privilegia coenobio S. Johannis quondam data confirmat.

Wy *Criſtiernn* van godes gnaden, to denn- 1461.
marcken, Sweden, Norwegen, der wende und gotten Koningh, Hertoge to Sleſswick, Greve to Holſten, Stormarn, Oldenborgh unde Delmenhorſt, don witlick unde apenbare vor alswem, dat wy gode und der Juncfrowen Marien, ſiner leben moder to lobe, unde ock uppe dat de Prioriſſe unde gantze Convent des Juncfrowen Cloſters to Sünte Johanſe in unnſer Stad Sleſswück belegen, gode dem allmechtigen deſtofliger vor unſe ſelige vorfaren, unnſe, unſer leven huſſrowen und Kinderen ſalicheid und Wolfart bidden, alle vryheide, rechticheide und privilegia enen und erem vorgenömeden Cloſter vormiddelſt unnſen ſeligen vorfaren, Könige to dennemarcken unde Hertogen to Sleſswick, gnedichliken gegünnet unde gegeven, ſamptliken unde alle gnedichliken befeſtiget, beſtediget unde geconfirmeret hebben, befeſten, beſtedigen und confirmeren de alle ſamptlick und beſundergen, in alle erer Krafft vollmechtigh unde ungekrencket tho blivende, glyker Wyſe, effte de alle ſamptlick unde beſunder in deſſem unſem Breve mede begrepen unde uthgedrücket weren, Hebben ock fürder de ergenömte Prioriſſen, Convent und Cloſter, und allen eren Lanſten deneren unde güderen dröghe unde nath, wo de genömet unde geheten ſind, in unſem Konigliken vrede Beſcherminge vorbiddet unde vordegedinget, angenamet unde entfangen, annamen unde entfangen ſe alle alſo in Crafft deſſes unſes Breves, vorbedende ernſthafftigen

hafftigen allen unſen amptmannen, vogeden, Borgermeſteren unde underſaten, unde allen den jennen, de umb unſen willen don und laten ſchölen und willen, de erbenömede Prioriſſen, Convent und ere deneren boven deſſe unſe gnade to hinderende edder hinderen laten, edder in jeniger mathe unvorrechten under unſen Konigliken hulden und Ungnade. Unde tho groter Witlicheid hebben wy unſe Koniglike Secret witliken laten hengen vor deſſen Breff, de gegeven und geſchreven is, *uppe unſem Slote Gottorpp*, am negeſten mandage na Sünte Peters dage ad cathedram, na gades Bort, verteynhundert, darna in deme Eyn unde Söſtigeſten Jare

ad relationem *Conradi*,
Archidiaconi Sleſvicenſis.

XXX. Supplica Sanctimonialium beati Johannis prope Sleſwich ad Nicolaum Epiſcopum Sleſvic. pro confirmatione Vicariæ Altaris Stæ Annæ Domino Hermanno Sledorne Presbytero collatæ.

1464. Reverendo in Chriſto Patri & domino, domino *Nicolao*, dei & apoſtolicæ ſedis gratia, *Epiſcopo Sleſwicenſi*, Nos *Syle Esberns, Prioriſſa*, totusque Conventus Monaſterii monialium *in Holm*, EXTRA PORTAS *civitatis Sleſwicenſis*, orationes in Chriſto devotas. Ad perpetuam Vicariam Altaris *ſanctæ Annæ* in dicto Monaſterio noſtro, ad præſens per mortem quondam domini *Michaëlis Wolterke*, ultimi poſſeſſoris ejusdem vacantem (cujus ſiquidem Vicariæ præſentatio ſive jus præſentandi totiens quotiens eam vacare contigerit, ad nos & poſteras noſtras pleno jure dinoſcitur pertinere) diſcretum virum, Dominum *Hermannum Sledorne* presbiterum, tanquam abilem & ydoneum, Paternitati veſtræ reverendæ in hiis patentibus literis noſtris duximus præſentandum, & præſentamus eidem Paternitati veſtræ, pro & cum eo humiliter ſupplicantes, quatenus Dei omnipotentis, precumque noſtrarum intuitu eundem Dominum Hermannum ad dictam Vicariam inſtituere, & ſibi de eadem providere dignemini, facientes etiam eidem de omnibus & ſingulis fructibus, redditibus, proventibus & emolumentis univerſis vicariæ ejusdem ab omnibus, quorum intereſt, integraliter reſponderi, proinde ab omni bonorum remuneratore præmium recepturi. Datum *in Monaſterio noſtro*, Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo, ſexageſimo quarto, in Vigilia beati Andreæ Apoſtoli, Conventus noſtri ſub figillo, præſentibus appenſo.

XXXI. Supplica ad Detlevum Epiſcopum Sleſvic. pro confirmanda Vicaria St. Andreæ & Nicolai, Johanni Finingk Presbitero collata.

1503. Reverendo in Chriſto Patri ac Domini, domino DETLEVO, *Epiſcopo Sleſwicenſi*, Nos *Margareta Smalſtede, Prioriſſa*, totusque Conventus, monaſterii monialium in Holm, extra portas civitatis Sleſwicenſis, Orationes in Chriſto devotas. Ad perpetuam elemoſinam ſive vicariam Altaris ſancti *Andreæ Apoſtoli*, nec non *Nicolai confeſſoris* in dicto Monaſterio noſtro, ad præſens per mortem quondam domini *Johannis Boſſen*, Canonici Sleſwicenſis, ultimi & veri poſſeſſoris ejusdem vacantem, (cujus ſiquidem elemoſinæ ſive vicariæ præſentatio, ſive jus præſentandi totiens quotiens eam vacare contigerit, ad nos & poſteras noſtras pleno jure dinoſcitur pertinere) diſcretum Dominum *Johannem Finingk*, Presbiterum, tanquam abilem & idoneum Paternitati veſtræ reverendæ in hiis patentibus literis noſtris duximus præſentandum & præſentamus eidem paternitati veſtræ, pro & cum eo humiliter ſupplicantes, quatenus Dei omnipotentis & precum noſtrarum intuitu eundem Dominum Johannem ad dictam elemoſinam ſive vicariam inſtituere & ſibi de eadem providere dignemini, facientes etiam eidem de omnibus & ſingulis fructibus, redditibus, proventibus & emolumentis univerſis ejusdem elemoſinæ ſive vicariæ ab omnibus, quibus intereſt, integraliter reſponderi, proinde ab omnium remuneratore bonorum præmium recepturi. Datum *in refectorio noſtro*, Anno Domini Milleſimo, quingenteſimo tertio, ipſo die beati Johannis Bapt. Conventus noſtri ſub ſigillo præſentibus appenſo.

XXXII. Friderici II. R. Dan. confirmatio privilegiorum coenobii S. Johannis Sleſvic.

Wir Friederich der andere *von Gottes Gnaden zu Dannemarcken Norwegen, der Wenden und Gothen König, Hertzog zu Schleſwig Holſtein &c. Doen biemide vor Uns und Unſen Erven und Nakomelingen und ſonſt vor jedermänniglichen openbar, kund und bekennende, dat Wy den Werdigen Erbaren leven andächtigen Priorin und gantzer Verſammlung Unſes Cloſters* St. Johannis *in der Stadt Schleſwig und eren Nakomelingen uth beſonderer gnädiger Thoneigunge, ſo Wy tho enen und tho dem Cloſter tragen, alle ere und des Cloſters Privilegia, Frybeiten, Begnadungen, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten Olde und Nie, ſo ſe van Unſen Vorfahren löblicher und milder Gedächtnüſſe immer gehadt und noch hebben, in alle eren* puncten, clauſulen, *Stücken und* Articulen, *gelick eſſte de alle ſämmtlich und jedere by ſy ſunderlicken von Worten tho Worten, alſe de hierinne vorlivet, inſeriret und uthgedrucket ſtunden, nichts darvon buten beſcheiden, ſondern allenthalven vollenkamen gantzlicken und mit allem* conſentiret, *beſeſtiget und beſtätiget, confirmiret, approbiret, ratificiret und bekräfftiget hebben. Conſenteren, approbiren, beſeſtigen, bekräfftigen und ratificiren enen alles ſölches, wo haven benömet, von Königl. und Fürſtlicher-Vollenkommenheit wircklich hiermede und in Krafft und Macht deſſes Unſeren openen Breves. Doch darmede* die Chriſtliche-Karken-Ordnung, *ſo Unſere gelevede Herr Vater Chriſtlicher und milder Gedächtnüſſe*, mit Rade und Bewilligung der Biſchop, Prælaten, Ritterſchop, Adel und Unterthanen *dieſer Unſer Fürſtendohme Schleſwig-Holſtein upgerichtet, ungekränket und derſülven nicht tho entlegen; Setten, ordnen, und befehlen darup ernſtlich und willen, dat gemeldte Priorinnen gantzer Verſammlung und dem Cloſter ere hebbende privilegia, Begnadungen, Herrlichkeiten von allen den Unſen jetzigen und künfftigen, ſe ſind hohe eſſte ſide, geſtlick eſſte werlick, als von Uns approberet, confirmiret und* 1566.

ratificiret ſtede und vaſt unvorbraken tho holdende darweder nichte vornehmen gebandelt noch gethan; Sondern ſe dabey ernſtlich und kräfftiglichen geſchützet, gehandhabet und beſchermet werden ſollen. Bey Vermeydung Unſerer Straff und Ungnade. Des tho Uhrkhund hebben Wy deſſen Breff mit eigenen Händen unterſereven, und mit Unſern Königlichen anhangenden Secret *bekräfftigen laten* (*). Flensborch *den* 11. Septembr. Anno 1566.

(*) Plane iisdem verbis Privilegia Coenobii hujus confirmavit *Dux Johannes* (Hans de Oldere tho Hadersleven) ſub dato *up dem Slote Wausburg d.* 16. *Aug. A.* 1567. Iterumque iisdem verbis uſus eſt Dux *Fridericus* in Confirmatione data *Gottorpii d.* 31. *Jan. A.* 1617. excepto introitu: *Nachdem die ehrwürdige und vieltugendſame Unſre liebe andæchtige Priörin Unſers Cloſters S. Joh. fur Sleſswig auf unlængſt fürgeweſenen Huldigungs-Tag in Unſer Stad Sleſswig neben andern Prælaten und Stænden Unſer Fürſtenthümer Schleſswig-Holſt nach üblichen Gebrauch und Herkommen Uns als einem mitregierenden Landes-Fürſten die gewöhnliche Huldigung und Pflicht leiſten laſſen; daſs Wir demnach aus ſondern Gnaden ihnen Priörin &c.* Et poſt verba *ungekræncket &c.* adduntur hæc: *Zudeme auch Uns und Unſern Erben und Nachkommen die Landesfürſtliche Hoheit und was deren mehr anhængig, wie vor Alters herpracht, fürbehæltlich; Setzen, ordnen &c.*

IX.

JACOBI FABRICII F. ECCLESIARVM SLESV. HOLSAT. QVONDAM SVPERATTENDENTIS GENERALIS ET CHRIST. FRIDERICI FEVSTKINGII V. D. M. COETVS IN TOLCK, NOTÆ ET OBSERVATIONES AD JO. ADOLPHI CYPRÆI ANNALES EPISCOPORVM SLESVICENSIVM EDIT. COLON. AGRIPP. 1634. 8.

I. NOTÆ J. FABRICII.

Ad epiſtolam dedicatoriam. Variat hæc, aliquando enim inſcripta legitur *Moguntiæ epiſcopo Anshelmo*, epiſcopis *Bambergenſi* & *Oſnabrugenſi Franciſcis;* aliquando vero Principi ac Domino *Friderico* Hæredi Norwagiæ Dan. Sleſv. & Holſat. quem in ſacrorum Pontificior. partes trahere laborat. Verba in priori dedicatione haud obvia incipiunt *Quænam igitur:* & deſinunt in verbo oſtendit. Reliqua quæ præmittuntur & ſequuntur à priori dedicatione ad archiepiſcopum & epiſcopos haud differunt. *Ad verba epiſtolæ dedicatoriæ: interveniente nobiliſſimi ac ſtrenui viri Georgii von der Wiſch cet. monet Fabricius:* annon rectius ſcriberet Veſtra Celſitudo? alloquitur enim Principem. *Rev. ac doctiſſ. viri M. Jac. Fabricii conſenſu ac permiſſione:* Dn. Parens plane non conſenſit, ſed ipſum ad illuſtriſſimum remiſit, aut in ejus abſentia ad nobiliſſimum præfectum. *Delegata alteri officii mei adminiſtratione quam provinciam & libens in ſe recepit*, quam libens id vere DEUS noverit; longe contrarium audires ex ipſo, cui hæc adminiſtratio fuerat delegata. *Pag. 76. Thrucco quod a religione chriſtiana omnino abhorreret:* ſed & hic ne vel maxime abhorrebat? quæ ergo hæc ratio? *pag. 77. Suenotto in regnum receptus fuit idque conceſſu & permiſſione Regis Sueciæ qui Suen-Ottonis vitricus erat. Nam in uxorem duxerat Herici viduam:* Rex Sueciæ *Olaphus* non vitricus ſed privignus erat. Nam in uxorem Sueno duxerat Herici viduam. *ibid. Sed tandem Sueno:* Promiſcue autor ponit Sueno, Suenotto. *pag. 78. Hector Boethius ſcribit Suenonem - - baptizatum:* Denuo baptizatus eſt. vide *Sylv. Chron. Heldv.* p. 79. utut ante baptizatus eſſet p. 54. & ab Otttone Imperatore baptiſmo admotus & Suenotto dictus. *pag. 79. Poppo tandem Suenonem in ſuam ſententiam pertraxit:* ſed annon in *Scotia* jam ante converſus p. 77. 78. quomodo ergo jam tandem? *ibid. Quod videns Rex Haraldus abjecta idolatria:* ſcribit p. 54. Haraldum baptizatum a. 946. quomodo ergo demum 974. idololatriam abjecit? *pag. 80. cum comitia haberet Haraldus:* Heldvaderus ſcribit p. 80. *daſs* Sueno *dieſen Reichs-Tag gehalten*, quod veriſimilius: *denn* Haraldus *ſtarb:* 980. Poppo *aber iſt erſt um* 984. *Biſchoff worden. pag. 84. Usque adeo ut in Friſia Poppones multos reperire liceat:* Cur in Friſia ſola & non in *Dania* vel maxime? *pag. 87. Canutus Rex filiam ſuam Gunildam Henrico III. cognomento Nigro Imperatori nuptui tradidit:* Chronicon Carionis lib. 4. p. 635. Uxor prima Henrici III. fuit Cunegunda Anglica, Cyneronis Regis Anglici filia de qua diſſimiles ſcriptorum ſententiæ. *pag. 338. Catalogus ab epiſcopo Nicolao confectus:* cur non ab Henrico qui illo anno epiſcopus electus fuit. *pag. 375. Liberi Chriſtiani I. fuerunt Fridericus Rex Daniæ cet.* Non hic fuit primus, Johannes illum præceſſit qui etiam patri ſucceſſit in regno. Cum Johannes Rex eſſet, erat Fridericus 10. annorum & Johannes ipſius Tutor. vide *Sylv. Chron. Heldv.* p. 128. 129. *pag. 408. Collato nimirum ipſi (Chriſtierno) pleno dominio jure ac poteſtate ſuper feudum Holſatiæ:* Quæ ſententia verborum? An feudum ita datum Chriſtierno, ut ipſe poſt conferat, annon adhuc hodie datur à Cæſare? *pag. 412. Chriſtiernus electorum Brandenburgenſem ſocerum ſuum convenit:* non ſocerum ſed ſororium, vide p. 410. *pag. 414. Rex Fridericus claſſem in Norwegiam transmiſit:* ſi claſſem transmiſit in Norwegiam quomodo appulit autem Sueciam? annon Chriſtiernus erat in Norwegia, quomodo ergo Stegæ captus in Suecia? *ibid. Godſchalcus de Alevelde a. 1508. Lubeca à Dn. Johanne Ratzeburgenſi Wilhelmo Sleſvicenſi & Petro Suerinenſi epiſcopis epiſcopus eſt conſecratus:* fuit Wilhelmus epiſcopus Sleſvicenſis, quo modo ergo Godſcalcus eligi potuit? *pag. 426. An. 1532. in fatis conceſſit Fridericus:* non an. 1532. ſed 1533. d. 10. April. mortuus eſt Fridericus, p. ſeqq. *pag. 427. Fridericus I. Dux Sleſvicenſ. natus a. 1456.* non natus eſt a. 1456. *pag. 429. Fridericus quartus Friderici I. Regis Daniæ filius:* pro Q. pone q. & omitte comma. Non habemus Fridericum quartum. Sed eſt hic Fridericus quartus Friderici primi Regis

Regis Daniæ filius. *Ibid. Anna Dorotheæ soror peste obiit a. Christi 1535.* cur non novus paragraphus pro Anna uti pro ceteris fratribus & sororibus? & cur vocatur Dorotheæ soror? habuitne plures & fratres & sorores? *pag. 433. in urbe Friderici sive Friedrichs-Stadt Catholicis publicum ac liberum religionis usum atque exercitium permisit atque concessit.* Id expresse illustrissimus negat & falsum esse ait, quod & autoris fratri Cels. Ejus nomine significatum fuit. *pag. 434. Hedewig Dorotheæ Augustæ soror:* cur Dorotheæ tantum soror, annon & Elisabethæ Sophiæ Friderici Adolphi soror? *pag. 435. Electioni Johannis Regis Friderici filii natu minimi totis viribus resistebant:* non est ille natu minimus, sed in ordine filiorum secundus vide p. 427. Et quinam illi fuerunt, qui Johannem præ Christiano III. qui primogenitus erat, eligere voluerunt? probetur id ex ulla aliqua probata historia. *Chytræus* tamen in eandem sententiam hæc recenset unde autor hæc mutuatus, vide lib. 14. p. 538. *pag. 459. Solenne juramentum:* Quod Papistarum non facta mentio, id ideo factum, quod pro ratione istorum temporum à papismo minus erat periculum. Interim ordinandi ante actum quæsiti: an ab erroribus &c. dissentiant? expresse respondent, quod etiam à Papistarum erroribus abhorreant. Ut & in precatione sub χειροθεσία ante altare *expresse* fit *Papistarum* mentio.

II. Notæ C. F. Feustkingii.

Pag. 54. ad verba: *Imperator Otto Haraldi filium Suenonem sacro fonti a se admotum de suo nomine Suen-Ottonem appellari voluit duobus nominibus in unum coalescentibus:* Ego vero opinor idcirco Suen-Ottonem fuisse nominatum, quoniam cum patre ab Imperatore subjugatus vasallum & servum Ottonis (*Suen* enim *servum* lingua Danica notat) esse hoc nomine monitus fuit. *pag. 60. Cambdenus fol. 58.* p. m. 68. ubi etiam locus illustris Ethelwerdi scriptoris vetusti. *pag. 62. Ductore Absolone episcopo Slesvicensi:* Verum antistitis nomen fuit & gentile *Axel s. Axelius*, de quo multa lectu dignissima affert *Otto* SPERLING *in notis ad testiment. Absolonis* conf. quoque MOLLERUS *in hypomnem. ad Bartholin. de script. Danor. p. 1. pag. 63. Kalegatt quasi dicas Kael, schlecht, offen:* Gatt vero significat aperturam *eine Oeffnung.* Vox adhuc apud plebem dialecti Sax. inferioris in usu est uti etiam apud Belgas, quibus etiam podex vocatur *Gatt. pag. 64. verisimilius est a voce Kahl &c. Kale* Schilterus in glossario linguæ Theotiscæ notat, significat quoque silvam *ein Gehöltze;* hinc fere mallem το *Kallegatt* tantundem esse ac *portam silvestrem die Wald-Pforte* seu *Holtz-Thor. pag. 65. nam si quis existimat - - aliisque colligere licet:* Ita etiam chersonesus *Taurica* quæ jam vocatur *Crimea*, à vetustissimis temporibus munita fuit statque adhuc inconcussa, portam habens quæ temporibus periculosis occluditur. *pag. 68. imo opus illud per se ipsum constare cet:* Fando me audivisse memini quod cum Dux Holsatiæ *Fridericus* a. 1700. cum copiis auxiliaribus Jutiæ immineret jam à Rege Daniæ fuisse decretum, vallum hoc restaurare ac ita hostes arcere. *pag. 78. Poppo edit clarus miracula:* Hunc Popponem (1) non fuisse illum qui miraculis illis ignitis inclaruit, ex chronologia patet. Vixit enim temporibus *Ottonis Magni.* Dithmarsus enim scriptor fere σύγχρονος, postquam quæ in Dania patravit narrasset, addit: Imperator hoc ut audivit vocatum ad se venerabilem virum Popponem, si pugil Christi esset, interrogat, & sacerdotali honore sublimat. Cum vero hunc Imperatorem a. 973. d. 7. Maji mortuum esse constet, Poppo vero *Slesvicensis* anno demum 986. prodierit, sequitur non fuit θαυμαστεργον. (2) neque fuisse illa ætate, cum Dani in Christianos sævirent, episcopum Slesvicensem, ex eo, luce meridiana patet, quod tum temporis *Eckardus* fuerit antistes uti infra probo. Sin autem mihi quis objiciat autoritatem M. *Adami Bremensis* scribentis eum ordinatum esse ad ecclesiam Slesvicensem, huic vicissim autoritatem oppono *Tangmari* qui verum episcopum Slesvicensem, ea tempestate apud Hildesiensem exulantem vidit. Itaque rejecta Adami narratione, inducor, ut credam, Saxonem verius scripsisse, fuisse episcopum *Arrhusiensem* non *Slesvicensem. pag. 84. ad fin. cap. XII.* Hic sine omni dubio præter-missus est ECKARDUS, qui in illa gravissima Danorum persecutione, Slesvico expulsus, Hildesiam fugit, atque ibi à *Bernardo* istius loci ab A. 993. usque ad ann. 1023. antistite benigne habitus est, ac in gravissimis negotiis ejus vices prudenter sustinuit. Cum enim de ephoria coenobii *Gandersheimensis* litem ei faceret Willegisus, adeo ut Romam proficisci, ubi tum temporis commorabatur Otto III. Imperator, necesse fuerit, hic interim ne quid hospitis sui jura aliquid detrimenti caperent solerter providit. Ac cum *Moguntinus* interea in ipso coenobio synodum instituisset, nosterque intercedendo ut πολύπραγμῶν ut episcopatus sui curam gereret falsè moneretur respondit: Termini episcopatus mei, barbarica feritate, sunt depopulati, civitas deserta, ecclesia desolata, sedem non habeo. *Tangmarus* scriptor coævus in vita Berwardi insertus *scriptorum Brunsvic.* collectioni à LEIBNITIO, ubi plura de ECKARDO, quem virum & sapientem doctum *jurisque Canonici* valde peritum esse oportuit. Miror profecto hujus notitiam effugisse Adamo Bremensi. *pag. 118. Ansverus Slesvicensis:* At versus, quos autor infra p. 121. ex *breviario* profert testantur fuisse *Holsatum* ex familia *nobili* oriundum. *pag. 132. Cap. XXI. Sed an in feudum concessus fuerit Ducatus Slesvicensis Canuto dubitari potest:* Meo quidem judicio Rex, licet dignitatem & terram vendiderit, dominium tamen *eminens* sibi reservavit, posterisque Daniæ Regibus. Hinc enim venit ut Waldemarus Canuti filius, à Suenone Rege NB. *paterna* præfecturæ dignitate sit donatus, uti diserte scribit Saxo Grammaticus Lib. XIV. f. m. 127. b. *pag. 134. Castrum Georgii vulgo Jürgensburgum:* At ego, si conjecturæ locus sit dandus, existimo fuisse *Plussoburgum* de quo castro autor paulo supra à Slavis fuisse extinctum dicit pag. 129. hoc autem vicinum flumini exstitisse ipse *Luscbarg*, qui, velut peninsula Sliæ

Etymon Suen-Ottonis.

Absolon sive Axel.

Etymon Kalegatt, porta sylvestris.

Chersonesus crimea.

Error Cypræi

Poppo Arhusiensis a Slesvicensi distinguitur.

Eckardus.

Ansverus Holsatus.

Ducatus Slesvicensis feudalis.

Plussoburgum.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sliæ imminet, ὀφθαλμοφανερως evincit. *pag. 138. Continuator Helmoldi presbyter quidam Bremensis*: hunc è situ & tenebris protraxit noſtris temporibus *Leibnitius* & acceſſionibus ſuis hiſtoricis inſeruit. *pag. 139. flumen Sale: Svala* amnis non tranſit in mare, ſed in *Storam* ſe exonerat. *Ibid. Wippendorp:* Wippendorfi ſeu ut nunc vocatur *Wittorff* & *Faldera*, non unum locum deſignat, diſtat à Faldera ſtadiorum plus minus quatuor ſpatio; vidiſſe me loca *Vittorpii* finitima vice plus ſimplici bene memini, ac inter vepreta in ſilva pago adjacenti inveni aream *vallo munitam*; in hac primum ædem exſtruxiſſe VICELINUM nullus dubito. *pag. 141. Imperator - - caſtrum deſuper ædificari fecit:* Sed jam Canutus Dux Sleſvicenſ. & Rex Obotritorum montem hunc muniviſſe refert infra pag. 145. *pag. 148. Canutus vero id pro nihilo habendum exiſtimans periculo & monitis uxoris ſpretis:* miſſis etiam litteris, ut paratas ſibi inſidias vitaret ſerio monuit, ſed fruſtra. Vide *Saxon. Grammatic. hiſt. d. a. Lib. XIII. p. 119. pag. 158. platea vulgo ceſpitum:* intelligit eam, cujus exitus ambulantem in forum ducit, diciturque vulgo, ſed male ut opinor, *die Torff-Straſſe* cum potius à foro imminente *die Torr-Straſſe* ſit nominanda quia *Torr* Danice ſignificat forum. *pag. 159. multitudo effrænata Regem adoritur & neci tradit:* ipſum vero Regicidium à ſutoribus eſſe perpetratum *Rex* ERICUS *in chronico ſuo* tradit. *pag. 164. quidam ex veteribus ita ſcripſit:* neſcio, cur autorem ſuum nominare noluerit, is eſt *Alb.* CRANTZ. *Metrop. libr. pag. 168. propugnaculum illud ad aquilonem in monte excelſo ſitum:* Proprie non fuiſſe propugnaculum ſed ſpeculam *Ein Wart-Thurn* cujusmodi plures apud oppida in vallibus ſita, Germaniam peragranti occurrunt ac in medio muri orientalis ipſius turris veſtigia adhuc dum clare cerni poſſint. *pag. 185. Primum Arconam urbem*: rectius Ancona. *pag. 216. Waldemarus epiſcop. Sleſvic. in cuſtodia VII. ann. continuos hæſit*: Autor annos captivitatis minus recte ſupputat. Captus enim fuit a. 1192. in arce *Burland* ac Norburgum abductus quinque poſtea in Selandiam traductus in arce *Saeburg* novem annos detentus eſt & a. demum 1206. dimiſſus. vide BANGERTUM *ad Helmold. pag. 471. a. pag. 254. S. Ericus interiit A. C. 1244.* Baronius 1251. & noſter cum Baronio erat. Perpetratum enim hoc facinus a. 1250. teſte *Huitfeldio p. 224. pag. 275. Chriſtophorus manu militum collecta:* Adhuc ſub judice lis eſt, an hoc bellum à Chriſtophoro ſit coeptum, cum chronicon Sialandiæ editum id *Regi Erico Glippingio* p. 68. adſcribat, quem etiam ſequitur *Huitfeldius. pag. 345. Grodersbuje:* male in CRANZII *Saxon. Lib. X. cap. 23.* dicitur Grodebuſz. *pag. 414. ubi de captivitate Regis Chriſtierni agitur:* In hac de rebus & ſatis Chriſtierni recenſione autor partium ſtudio indulgens non eſt neque accuratus, neque verax. Hiſtoria etiam captivitatis longe aliter ſe habet 1. enim non in *Suecia*, ſed in Norwegia erat, 2. *Stega* tunc temporis non obſeſſa. 3. neque pugnatum neque 4. victoria à partibus Friderici obtenta, nec demum 5. armata manu ſed *dolo Canuti*, facta cum patruo ſpe magna paciſcendi, Hafniam pellectus, & quod in ipſo itinere Cæſarem de auxiliis per litteras interpellaſſet captus & in *arcem Sunderburgum* perductus, ubi ut tempus falleret, parietibus paſſim imagines molarum & patibulorum ungue inſculpſit, neque 6. ibidem miſerrime contabuit, ſed ut autor ſupra pag. 404. rectius annotavit, *Kallenburgum* translatus ac tandem ſatis libere habitus fuit. *pag. 429. Primus bibliothecæ Gottorff Præfectus H. Lindebrog:* Sed primus niſi fallor, fuit quidam ELIAS, cognomen non additur. Si quid tamen hariolari poſſum eſt *Elias* HUTTERUS, qui ſimul juventutis aulicæ Magiſter fuit in doctrina chriſtiana, cui ſucceſſit CHYTRÆUS *Nathanis* filius. Ambonum meminit *Joh.* WOWERUS *epiſt. centur. I. pag. 182. Ibidem. Chriſtianus III. Rex Daniæ natus A. C. 1503:* Errat noſter, natus enim eſt anno 1504. die 12. Auguſti notante HOIERO *in hiſt. Daniæ contracta. p. 204. p. 435. Defuncto Rege Friderico epiſcopi Regni Daniæ:* Hic autor valde extra oleas vagatur quem propterea caſtigat & rectiora docet *Andr.* HOJERUS *in epit. hiſt. Dan. p. 205.*

Svala.

Wippendorff & Faldera.

Torr-Straſſe.

Specula.

Error Cypræi.

Error Baronii.

Varii errores circa captivitatem Chriſtierni II. commiſſi.

Elias Hutterus.

Chytræus N. fil.


Series Epiſcoporum Sleſvicenſium.

ERICUS. *Cypr. p. 46.* MARCO a. 946. p. 56. HARALDUS p. 68. ADALDAGUS niſi idem cum Bremenſi p. 71. FOLCKBERTUS p. 75. POPPO A. 986. p. 78. imo loco Popponis ſubſtituendus Eckardus uti ſupra a me probatur. EZIKO a. 1018. p. 85. RODOLPHUS a. 1038. p. 96. SIVARDUS a. 1062. p. 100. RODULPHUS II. a. 1065. niſi idem cum ſuperiori p. 113. GUNNERUS a. 1072. pag. 126. ALBERUS. A. 1086. p. 136. OCCO a. 1157. p. 160. cui excommunicato ſufficitur ESBERNUS, tum OCCO ſecundum p. 179. & 180. FRIDERICUS p. 184. WOLDEMARUS a. 1182. p. 194. NICOLAUS a. 1200. p. 211. TUCCO a. 1216. p. 225. JOHANNES a. 1240. p. 244. ESKILLUS a. 1257. p. 260. NICOLAUS a. 1266. p. 276. BUNDO a. 1270. p. 286. JACOBUS a. 1281. p. 293. BARTOLDUS a. 1288. p. 299. *Jo. de* BOCKHOLT nobilis Holſatus a. 1309. p. 305. HELIMBERTUS a. 1332. p. 323. *Nicolaus* BRUN. a. 1350. p. 335. HENRICUS a. 1362. p. 338. *Johannes* SCHONDELEF alias HES a. 1372. p. 345. *Henricus von dem* SEE a. 1422. p. 362. *Nicolaus* WULFF a. 1429. p. 368. Hic loci deeſſe puto epiſcopum quendam, cujus tamen meminit *Alb. Cranzius Metrop. Lib. IX. cap. XLIX.* Is eſt THEODORICUS CAGELWID *Stendalienſis*, monachus primo Ciſtercienſis deinde favore *Caroli IV. Imp. & P. M.* epiſcopus *Ebronenſis*, tum *Sleſvicenſis*, quod ſatis novum ait, extra imperii fines hominem imperio deditum epiſcopari, poſtea autem Mindenſis antiſtes factus ſedens ann. IX. poſtremo ad eccleſiam *Magdeburgenſem* translatus, ubi vidit, ſe rebus moderandis haud ſufficere, in aulam Imperatoris reverſus eſt. HELRICUS *von der* WISCH a. 1477. p. 384. EGGERDUS & per ſchiſma ENWALD. SOWENBRODER a. 1492. p. 394. *Johannes de* CASTRO & mox DETLEV POGWISCH a. 1499. p. 399. *Gottſchalck ab* ALEFELD. p. 414.

TANTUM.

X. CHRI-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf


6 1/2 ped.
Sidus ambulantis Regis
Turris Arcis Sonderborgi vulgo
Christierns-Thurm, delineata a. 1551.


THEODERICUS KAGELWID Stendaliensis,
Episcopus Slesvicensis, demum Archiepisc.
Magdeburgensis. † 1376. d. 16. Septembr.

Püschel sc.

L



X.

CHRISTIANI FRIDER. FEVSTKINGII V. D. M. QVONDAM IN AGRO TOLCKENSI OBSERVATIONES AD M. ADAMI HISTORIAM ECCLESIASTICAM

EX EDITIONE JOACH. JO. MADERI, HELMSTADII A. 1670. 4to.

p. 1. Præf. Adami: Adamus male vocatur Alexander in HARTKNOCH *Republ. Polon. p. 32.*

Veteris Saxoniæ termini.

p. 6. Saxonia pars non modica eſt Germaniæ: Saxoniæ veteris terminos definire rem ardui negotii eſſe opinor. Niſi me omnia fallunt, Septentrionem verſus *Eidora* fecit limites, cujus accolæ ab omnibus retro temporibus *Ditmarſi*, ſtrenuiſſimi illi libertatis ſuæ defenſores fuerunt *veri Saxones*, id quod eorum lingua, ferocia & priſca reipubl. diſpoſitio, unicuique qui illa omnia penitius introſpexit, ſatis probatum dabit. Porro ſi ultra Albim *Hadeloa* ſeu *Hadelia* (quam ALBINUS *in chron. Miſnenſi* male circa Lubecam ponit) ad veterem Saxoniam pertinuit, ſequitur omnes *terras paludoſas*, quæ *Chaucidem* olim conſtituerunt & littora Oceani occaſum verſus lambunt, adeoque *ipſam Friſiam* ſimul comprehendiſſe. In qua ſententia me non leviter confirmat OROSIUS *Lib. VII. c. 3.* aſſeverando, Saxones eſſe gentem *in Oceani littoribus & paludibus inviis* ſitam. Imo nec ipſum excludo Belgium: Incolarum enim dialectus arguit Saxonum eſſe propaginem. Hinc chronicon quoddam Belgicum à *Roberto* SKERINGHAMO *de Anglorum origine lectum p. 26.* ſequentes exhibet rhythmos:

Ditmarſia.

Hadelia.

Friſia.

Belgium.

Oude bocken hoor ick gewagen
Dat land beneden Niemagen
Wilen Nederſaſſen hiet
Alſoo als die Stroom verſchiet
Van der *Maſe* ende van den *Rhyn*
Die *Schelde* was dat *Weſt ende* (yn. *h. e.*

Antiquos libros audio mentionem facere, quod tota regio infra Neomagum olim inferior Saxonia dicta, ita ut fluvius ſeparavit à Moſa, & à Rheno Scholdis erat occidentalis finis.

p. 6. Hadeloe: das Land Hadeln.

p. ead. præter eam partem Saxoniæ quæ Transalbiam ſupra incolitur a SORABIS *infra autem a Nordalbingis:* Nordalbingia primo loco poni debuiſſet. Hæc enim *veterum Saxonum ſedes* fuit, uti illud hodiernum regionis nomen *Oltfatia* ſatis aperte prodit.

Nordalbingia.

p. 8. Quatuor igitur differentiis gens illa conſiſtit nobilium ſcilicet & liberorum libertorumque: Sic de omnibus Germanis TACITUS *de M. Germ.* LIBERTI non multum ſupra *ſervos* ſunt raro aliquod momentum in domo nunquam in civitate, exceptis duntaxat iis gentibus, qui regnantur: Ibi enim & ſuper INGENUOS & ſuper NOBILES adſcendunt. Nithardus tamen hiſt. Francor. Lib. IV. aliter ſcribit: Gens Saxonum omnis in TRIBUS ordinibus diviſa conſiſtit, ſunt enim inter illos EDLINGI ſunt qui FRILINGI. Sunt qui LAZZI illorum lingua dicuntur, Latina vero lingua ſunt nobiles ingenui & ſerviles. Hunc forſan Wernerus Rolevincius de ſitu & moribus Weſtfalorum ſecutus Lib. II. cap. I. cecinit:

Status diverſi Germanorum.

Sed generalis habet populi diviſio ternos
Inſignia quibus Saxonia floruit olim.

p. 8. & id legibus firmatum, ut nulla pars in copulandis conjugiis propriæ ſortis terminos transferat. Apud *Bojos* eadem fuit conſuetudo non item apud *Francos* notante *P.* HACHENBERGIO *Germaniæ mediæ diſſ. II. §. 5.*

p. ead. inter quos præcipue Mercurium venerabantur: Tacitum de moribus Germanorum ſequitur: *Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis etiam diebus humanis beſtiis litare fas eſt.* Neſcio autem an Saxones aliquid de Mercurio *Græcorum & Romanorum* reſciverint.

Mercurius Deus.

p. ead. Deos ſuos neque templis includere: Hæc ſine dubio primi ex Aſia emigrantes ex præceptis *diſciplinæ Noachicæ* didicerunt. Et mirandum eſt profecto, cum tot politiores populi craſſiſſimæ idololatriæ adſueſcerent, ſera tamen poſteritas hunc cultum ſervaverit illibatum. Ceterum Perſæ Xerxis temporibus in eadem adhuc hæreſi fuerunt, qui propterea *templa Græciæ* inflammarunt, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent eſſe libera & patentia, quorumque hic mundus omnis templum eſſet ac domus, notante *Cic. lib. II. de Legib.*

Templa.

p. ead. Lucos & nemora conſecrantes: Denuo Tacitum ante oculos habuit l. c. de Germanis ſcribentem: Lucos ac nemora conſecrant Deorumque nominibus appellant ſecretum illud quod ſola reverentia vident. Addo, nullam quidem cultus partem antiquiorem, nullam apud omnes fere gentes receptiorem fuiſſe quam Lucos & ſacrificia. *Jo. Geo.* KEYSLER *vir infinitæ lectionis* omnes pene orbis terras percurrendo oſtendit Patriarchas, Phœnices, Græcos, Romanos, Indos, Gallos, Britannos, Norwegos, Ruſſos, Lithuanos, Livonos, Pruſſos, Venedos, & Francos ſacra ſua in Lucis feciſſe. Nihil igitur mirum, ſi etiam *Saxones* nemora Lucosque religionis cauſa conſecraverint, quibus tamen poſtea cum Chriſto nomen dare tenerentur, abſtinere coacti ſunt. Ita enim Caroli M. capitul. XXI. (ex edit. Baluz. Tom. I. p. 254.) de partibus Saxoniæ: Si quis ad *fontes arbores & Lucos* votum fecerit, aut aliquid more gentilium obtulerit & ad honorem dæmonum comederit, ſi nobis fuerit ſolidos LX. ſi Ingenuo XXX. ſi Lituo XV. ſi vero non habet unde præſentialiter ſolvat eccleſiæ donetur, uſque dum ſolidi ſolvuntur.

Cultus antiquiſſimus lucorum.

p. 10. Thuringi vel Saxones itemque cæteræ quæ juxta Rhenum ſunt nationes ex antiquo Francis tributariæ leguntur: Hinc etiam Bertoldus Dux Saxonum cum *Lothario* Francorum Rege ad *Wiſeram* pugnans, recede, inquit à me, ne

Saxones Francis tributarii.

Tom. III. de Weſtph. Monum. ined. Rer. Ger.

forte interficiam te. Si ego interfecero te, tunc rumor magnus in cunctis gentibus auditur (audietur) quod fortissimus Rex Francorum à *servo* sit interfectus. MONACHUS *S. Dionysii de gestis Dagoberti Regis XIV.* Notanter scilicet se *servum Regis* vocat, quia hactenus in *Saxones* dominatus esset, contigit hoc duellum A. C. 630. cum proelio acerrimo, quo devicto & obtruncato Saxonum exercitu tota Saxonia adeo cædibus impletur, ut nullum viventem reliquerit, qui gladii longitudinem excederet. Hinc à Clothario tributum est imperatum quingentas nimirum vaccas *inferendales* singulis annis, ut idem monachus annotat cap. XXXI. *Burcardus Gotthelf* STRUVIUS qui hunc autorem cum MSC. bibliothecæ Jenensis collatum *collectaneis suis fisci c. I.* inseruit, ex *Aimoino* explicat quid sit *inferendalis*, nempe omne illud quod Fisco inferebatur. Postea tamen cum Dagoberto operam suam in repellendis *Winidis*, qui Thuringiam crudeliter vastabant, offerrent, à tributo quidem liberantur, sed parvum hæc promissio sortitur effectum, verba sunt Monachi *Jam. Dionysiani l. c.* Postea cum sæpius frænum morderent & ditiones Franconicas, Thuringiam præsertim, vastarent, à Carolomanno & Pipino a. 745. & à posteriore a. 753. denuo castigati & a. inprimis 758. eo adacti sunt, ut trecentorum equorum tributum solvere tenerentur. *Annales Francor. a Pithoeo editi.*

Servi.

Inferendalis quid?

p. 10. Bellum adversum Saxones quod magna utrinque animositate per continuos XXX. annos gerebatur: Bellum Caroli Saxonicum a. 772. coepit & 785. finitum est. Ita enim annales Francorum ad eum annum: *Wittikint Saxo Attiniaci ad fidem Caroli venit & baptizatus est, & Saxonia tota subacta.* Non ergo ut autor ait per continuos XXX. annos gestum, nisi proelia & excursiones, quæ pater Pipinus antea fecit, addantur.

Bellum Saxonum.

p. 10. Winifridus natione Anglus verus Christi philosophus, cui postea ex virtute cognomentum erat Bonifacius: Via jam aperta facilius est iter suum prosequi. Certum est, Bonifacium in Germaniæ Australibus partibus multos habuisse antecessores, quorum vestigiis insisteret; & ritus quosdam disciplinæque ecclesiasticæ præcepta emendare non tantum laborem requirit, quam tot populos & provincias ab idololatriæ tenebris in lucem pertrahere. Et in hac palæstra plures jam in Alemannia feliciter desudasse, ita ut Vindelicia Noricum Bojoaria & Svevia in plerisque locis priusquam *Winnefridus* pedem ex Anglia efferret, Christo nomen dederit, templisque & sacerdotibus repleta fuerit, nemo, nisi hospes plane in antiquis historiarum monumentis, inficiabitur. Legantur modo quæ de rebus gestis *S. Severini, Ruperti, Columbani, Corbiniani* aliisque prodit *Jo.* AVENTINUS *in Annal. Bojor. lib. II. & III.* passim.

Winifridus Anglus dictus Bonifacius.

Willebrordus. *p. ead. Willebrordum in Fresia:* Hic à Pipino Romam missus à Sergio Pontifice archiepiscopi Frisiorum mutato simul *Willebrordi* in Clementem nomine titulum accepit teste Beda. Eodem vero autore *hist. eccl. lib. V. c. XII.* SUITBERTUS Saxonibus in Westfalia doctrinam christianam annunciavit ac in Angliam paulisper abiens ab Merciorum antistite Westfalorum episcopus ordinatur. Miror Adamum hujus viri mentionem nullam feciisse, floruit circa annum 695.

Suitbertus.

p. 10. Legationem ad gentes suscepit: Bonifacius igitur primum fundamentum posuit illius potestatis, qua sedes postmodum Romana in subjuganda ecclesiarum Germanicarum libertate turpiter abusa est. Nam Romam profectus a. 723. Gregorio II. Pontifice Max. juramentum præstitit hac formula: *Tibi b. Petre, vicarioque tuo b. Gregorio Papæ promitto me omnem fidem & pietatem sanctæ fidei catholicæ atque* concursum tibi & utilitatibus tuæ ecclesiæ, cui à Domino DEO potestas, cui potestas ligandi & solvendi data est & prædicto vicario tuo, atque successoribus ejus per omnia exhibere. Integrum sacramentum cum animadversionibus suis inserit SAGITTARIUS *antiquitat. gentil. & Christian. Thuring. lib. II. c. 6.* Aliter legitur in AVENTINI *Annal. Boj. Lib. III. p. m. 167.*

Bonifacii juramentum Pontifici præstitum.

p. 11. Gesta ejus à discipulis plenaria manu edita sunt: A *Wilibaldo* in vita *S. Bonifacii* apud SURIUM *d. V. Junii*; integrius à SERARIO cum Bonifacii epistolis Moguntiæ 1605. *Jo.* MABILLON. *Sec. II. ord. sanctor. Benedicti* & alii plures quos recenset *Cæs.* OUDINUS *in comment. de script. eccles. Tom. I. p. 1789.*

Vitæ ipsius scriptores.

p. ead. Post passionem S. Bonifacii Willebadus & ipse Angligena fervens amore martyrii properavit in Fresiam: Non sine observatione prætermittendum arbitror, præcipuos qui tum in convertendis *occidentalis Germaniæ* populis studium & vitam posuerunt *Anglos* exstitisse. Cujas enim *Suitbertus, Willebrordus Bonifacius* ac alii plures? Angligenæ. Raritatis causa est, quod *Germani* adhuc magis *arma* quam *literas* excolerent, Anglia autem jam multis abundaret coenobiis, in quibus laudabili veterum more scholæ ad juventutem in omni disciplinarum genere erudiendam aperiebantur. Nec dissimulat BARONIUS *ad ann. 680. n. 9.* Italiam alias scientiis foecundam ob *assiduos barbarorum motus* tam incultam & sterilem redditam, ut opus fuerit è Britannia *Theodorum* accersere *Theologum*, quem Romæ habere non licuit. Hinc vere in choro *ecclesiæ cathedralis Verdensis* scriptum invenitur:

Anglorum merita in convertendis Germaniæ populis.

Ratio repetita a coenobiis & scholis.

Ex populo *Anglorum* veniens vel gente *Scotorum*
Qui de SAXONICO perhibentur sanguine creti
Ergo viam merito hanc gentem docuere salutis.

Angli Saxonico sanguine creti.

Providentia etiam divina hos viros præ aliis excitavit, quia cum *Saxonibus*, ad quos veniebant, *unius linguæ* essent & hoc adminiculo ornati eo acceptiores fuerint benigniusque auditi. Ea vero quæ de *Willbado* narrantur, mihi admodum suspecta sunt; quis enim fide dignus scriptor ejus meminit. Non *Eginhar-*

Saxonice loquentes.

Dubia contra Wilbadi elogia.

Eginhardus, non *Monachus Egelisnensis*, non *annales Francici*. Scio equidem *cl.* SCHLOPKE *in chron. Bardevicensi p. 109.* ex quodam MSCt. multa afferre de laboribus *Willehadi in tractu Bardengoviensi* exantlatis. Sed antiquitatem & autoritatem hujus manu exarati codicis desidero, qui mihi dein aliquot seculis post scriptus esse videtur.

Widekindus & Aribo baptizati.

p. 12. *Widekind incentor rebellionis ad fidem Caroli venit baptizatus est*: Autor hic vestigia Monachi *Egolismensis* sequitur, ita scribentis: *Carolus venit in Bardingavin & misit post Widochindum & Albionem* (qui tum in ultimis Nord-Albingiæ finibus Danorum auxilia præstolabantur) *& utrosque ad se conduxit & firmavit ut non se subtraxissent nisi in Franciam ad eum veniissent* (sensus est, ne se diutius subtraherent sed ut in Galliam venirent) *petentibus illis securitatem, si veniissent quod & factum est.* Inde Carolus reversus in Franciam misit illis obsides per missum Legatum suum *Amalwonem.* Quos cum recepissent cum ipsis adjunxerunt se *ad Dn. Regem Carolum* ad villam *Attiniacam* haud procul *Rhemis* sitam. Carolingorum veterumque Regum Francorum sedes olim fuit & aula, ubi multa vel *comitia* vel *synodi* habita sunt; ibi baptizati sunt *Windochindus & Albio* i. e. Wittekindus & Aribo, una cum sociis eorum & tunc Saxonia tota subjugata est.

Saxonia subacta & in provinciam redacta more Romano.

p. 12. *Et tunc demum Saxonia subacta in provinciam redacta est*: Recte ac appositе hic autor *de Saxonia subacta* addit, eam porro *in provinciam* esse redactam *more scilicet Romano*, qui regionem diu resistentem libertate sua privare *missisque Magistratibus* non solum *legibus* obtemperare populumque vectigalem facere, sed etiam *servitute quadam*, ne cristas denuo erigeret, premere solitus est. ROSINUS *Antiqu. Lib. X. cap. 22.* Non aliter CAROLUS gentem effrenam & perduellem affixit, libertatem ei ademit & tanquam reliquos Imperii sui *Leudes* (ita enim in L.L. Longobardicis dicuntur, innuitque hoc vocabulum homines servituti proximos vulgo *Gemeine-Leute*) habuit. Non ignoro scriptores progenie Saxones, nolle statum majorum suorum ita ad incitas fuisse redactum, sed potius pacata omni *West- & Ostfalia* in gratiam & societatem *Francorum* recepisse. Hinc *Poeta* MONACHUS *Paderbornensis de Gestis Caroli M. Lib. IV.* hanc instituit cantilenam:

Victore Carolo M.

Saxones Leudes & tributarii.

Nobilis hic annus (803) longi certamina belli
Tandem Saxones inter Francosque peracti
Futino perpetuæ concluſit FOEDERE pacis
Augustus pius ad sedem *Saltz* nomine dictam
Venerat: huc omni *Saxonum nobilitate*
Collecta, simul has pacis leges inierunt
Ut toto penitus cultu rituque relicto
Gentili, post hæc fidei se subdere vellent
At vero *censum Francorum* Regibus *ullum*
Solvere nec penitus deberent, *atque tributum*
Cunctorum statuit pariter sententia concors,
Sed tantum *decimas divina lege statutas*
Offerrent, ac præsulibus parere studerent.
Tum sub Judicibus quos Rex imponere ipsis
Legatisque suis permissis LEGIBUS uti
Saxones PATRIIS & LIBERTATIS HONORE
Hoc sunt postremo SOCIATI FOEDERE FRANCIS
Ut GENS & POPULUS fieret concorditer UNUS.
Ac semper *Regi parens* concorditer *uni*,
Si tamen hoc dubium cuiquam fortasse videtur,
De *vita* scriptum *Caroli* legat ipse libellum,
Quem Francos inter clarus veraxque relator
A summo prudens EINHARDUS nomine scripsit
Hac igitur pacis sub conditione fideles
Se Carolo Natisque suis stirpique nepotum,
Ipsius juraverunt per secla futuros.

Dissensus de Saxonia sub Francis libera.

Audiamus ergo, ad quem ipse provocat EGINHARDUM: *bellum*, ait *in vita Caroli, constat esse finitum ut abjecto dæmonum cultu & rejectis patriæ ceremoniis, christianæ fidei atque religionis sacramenta perciperent &* FRANCIS ADUNATI, *unus cum eis populus efficeretur.* Nimirum caput causæ, uti hæc verba explicat *Conr. Sam.* SCHURZFLEISCH *in dissert. de antiqu. Saxon. dignitate §. 5.* in eo positum est, quod Saxonia non *Francorum provincia* (sed contrarium testatur noster Adamus sed *socia & consors civitatis* effecta, hac conditione Karolo fidem astrinxit, ut verorum partes civium obiret & membrorum æque dignorum partem teneret. Multa scilicet corollaria ex sex Eginhardi verbis fabricantur, quorum sensus tamen nihil aliud innuere videtur, quam quod Saxones hactenus Carolo fidem detrectati jam cum Francis hac in parte adunati, unum agnoscerent Regem & Dominum eoque respectu unus populus parendi lege subjectus efficeretur. Ubinam autem apud EGINHARDUM comitiorum *Saltzensium, immunitatis, libertatis, decimarum & obsequii episcopis deferendi* ac *æterni* denique *foederis* ulla mentio? Sane neque apud illum nec apud reliquos annalium Francicorum vel vitæ Carolinæ conditores: ut proinde de monacho Paderbornensi valeat illud Horatii:

Schurtzfleischii opinio.

Explicatio verborum Eginhardi.

- - - Pictoribus atque poetis
Quidlibet audendi semper fuit æqua potestas.

Saxonia in VIII. Episcopatos divisa.

p. 12. *Quæ simul in VIII. episcopatus divisa*: Saxoniam pacatam in VIII. episcopatus divisam esse dicit quidem Adamus, sed nomina non adjicit, respicit autem sine dubio ad quatuor qui sunt in WESTPHALIA condita *Osnaburgensem* nimirum *Paderbornensem, Monasteriensem* & *Mindensem* & totidem in OSTPHALIA, *Bremensem* scilicet *Verdensem, Hildesheimensem* & *Halberstadensem* de quibus prolixe agit CRANTZ *in sua Metropoli.* Sed dolendum, rem nondum esse extra omnem dubitationis aleam positam id quod differentia in numero satis indicat. Nam *Varnerus* ROLEVINCIUS *lib. 2. cap. 8. de laudibus Sax.* de DECEM episcopa-

Dissensus Historicorum circa numerum Episcopatuum.

scopatibus loquitur. *Petr. de* BEEK *in Aquisgran. C. V. de* NOVEM: *Gobelinus* PERSONA *in Cosmodrom. Lib. VI. c. 38.* SEPTEM tantummodo meminit. QUATUOR demum numerat *autor anonymus* apud GRYPHIANDR. *c. XXIX.* Autor noster in ea hæresi est, omnes Carolo M. debere suos natales. Nec desunt tabulæ quibus hoc probare putant recentiores. Chronicon Mindense quod *H.* MEIBOMIUS edidit, *Osnabrugense* primam & primitivam Saxoniæ ecclesiam vocat; SCHURTZFLEISCHIUS contra *in strictur. ad histor. Herfordens. §. V.* antiquitate *Paderbornense* omnibus reliquis præstare contendit. Hanc enim jam A. DCCXLII. fundatam esse Buriburgi, cum illa demum A. DCCLXXII. coeperit arbitratur. *Monasteriense* An. DCCLXXXIV. *Mindense* A. DCCLXXXV. *Verdense & Bremense* A. DCCLXXXIIX. *Hildesiense* demum A. DCCCIX. fundatam ferunt. Sed nullo modo me persuaderi patiar, episcopatus prius *in terris Saxonicis* stetisse, quam Carolus Imperii capesseret habenas. Fervente autem bello, quod a. 803. demum finem suum habuit, tale quid in hostico moliri, fuisset periculosæ plenum opus aleæ. Nec obstat plane, quædam fundationis diplomata *æram Carolinam* jactare: illi enim, qui non obesis naribus gaudent, dudum sunt odorati, aliquid piæ fraudis subesse. Hinc etiam inter ipsos Catholicos homines docti & cordati exstitere, qui accuratiori lancis criticæ usu quasdam seu fundationis seu dotationis literas ponderantes, eas tandem subletæ fidei deprehenderunt. Provoco ad controversiam quam cum SCATENIO ordinis sui sodali habuit PAPEBROCHIUS de *Osnabrugensium* sacri scrinii tabularum antiquitate, quam magna ingenii solertia nec minori integritate *vobeias* insimulavit.

Et circa origines eorundem.

Diplomata Carolina subletæ fidei.

p. 12. Cujus exemplar divisionis quod ex præcepto Regis in Bremensi ecclesia servatur his cognosci potest verbis: Hoc diploma plures post eum scriptores repetierunt, sigillatim *Abbas* STADENS. *in chron. fol. 80. Alb.* CRANTZ. *lib. I. Metrop. c. VII. & Saxon. Lib. II. c. XV.* & novissime CASP. CALVOER *in Saxon. gentili & christiana Lib. II. c. X.* Sed JOH. GRYPHIANDER *de Weichbild. Saxon.* si non primus, certe inter primos est, qui illud *cap. XXXIII.* ceu fictitium & adulterinum declarat, quia non solum manifeste falsa continet, sed etiam æra apposita narratis temporique adversatur, ut propterea nullum ipsi confessum inter diplomata Hamburgensis & Bremens. ecclesiæ à se edita tribuerit, sed recte id omiserit *Erpold* LINDEBRUCH. Gryphiandro succenturiat CALVOERIUS, qui octo argumentis hocce diploma admodum facit suspectum, quorum vestigiis, vi veritatis adacti, insistere cogimur.

Sigillatim diploma divisionis a. 788.

p. cad. Ipsos & bellis vicimus: Si Carolus ita scripsisset, fingitur autem ita scripsisse a. 788. veritati non litasset. Nam a. demum 803. domita penitus Saxonia dicere poterat: VICIMUS.

p. 12. Pristinæ libertati donatos: Nunquam Carolus *Saxonibus* pristinam libertatem donavit, hoc enim insigne ἁμαρτημα politicum fuisset & periculosæ plenum opus aleæ. Sane genti efferæni bello lassatæ potius quam contritæ libertatem denuo dare tantundem foret, quam spatium occasionem & vires simul dare ad bellum restaurandum. Tantum vero abest, ut Rex id præstiterit, ut eam potius sub jugum miserit, & ut eleganter *Adamus*, in *provinciam redegerit.* Nam ut illa olim *apud Romanos Proconsule & Quæstore* regebatur; ita & Saxonia Francorum provincia *per Caroli M.* MISSOS & COMITES. De diversis exteris regionibus, de quibus confidebat, in Dominos & Rectores dictæ antiquæ Saxoniæ deputavit, concedendo cuilibet ipsorum, juxta ejus statum & merita, singula dominia, quibus sub quodam intollerabili jugo plebem seu rusticos antiquæ Saxoniæ subjecit. *Anonymus* SAXO *a* THEODORICO *de* NIEM editus. Estne vero hæc pristina libertas ab alienigenis non tam regi quam premi? Porro AIMONIUS *scriptor fide dignus de gestis Francor. lib. V. 10. refert:* Saxones atque Frisios jus paternæ hæreditatis ob perfidiam suam legaliter (h. e. lata in tribunali judicis sententia) perdidisse. Estne hoc pristinæ libertatis signum? Denique si LEUDES, (præcipit Lex *Caroli lib. II. LL. Longobard. 22.*) i. e. Saxo vel Frisius *Salicum* occiderit, per 60. denarios solidi solvantur cum Salici per 12. tantum denarios solvant. PONTANUS *Orig. Franc. lib. VI. 17.* Notandum Saxones hic *Leudes* vocari i. e. homines servituti obnoxios. GRYPHIAND. *l. c. p. 58.* Usque adeo pari jure non gaudentes cum *Francis*, ut multam quintuplo majorem solvere tenerentur. Estne hæc vel pristinæ libertatis umbra? vide ergo Lector & judica an diploma hoc sit Caroli ævo confectum?

Saxonia an libertati restituta?

Pressa per Missos & Comites.

Saxones Francis deterioris conditionis.

p. 12. Omni nobis debito censu solutos: Hic eadem cum Monacho & Poeta Paderbornensi inflatur tibia, nimirum censum *Francorum Regibus* ullum solvere nec penitus deberent atque tributum. Carolus non propterea tot sanguinis rivos totque thesauros in alendis exercitibus in Saxonia profudit, ut ea domita juribus suis renunciaret pronunciaretque ab omni vectigalium onere immunes. Non ita bellatores principes animatos esse, ab omnibus retro temporibus satis constat, armis vicinos subigunt, ut opes sibi majores tributum devictis imponendo acquirant. Saxones jam Francis multo ante *expeditionem Carolinam* tributarios jam supra annotavi. Cur ergo non antiquum obtineret Rex tot rebellionibus exagitatus, cur victor tandem omni censu remisso, hoc victoriæ fructu ultro se abdicasset? Certe licet Saxones de ea gratia gloriantur, quæ quasi brabeum virtutis, mavis an *tricennalis pertinaciæ* fuit, ut ea propter ille *Paderbornensis poeta* canat:

Saxonia tributaria Carolo M.

Plus regis pietas & munificentia fecit,
Quam terror! Credat potius Judæus
Apella non ego.

Willehadi vita.

p. 15. Exstat vitæ actuumque ejus insignis liber, quem successor ejus fideli stilo exaravit Ansgarius: Ætatem tulit hicce libellus legique potest in *Joh.* MABILLONII *Seculo Benedicti III. Papæ II. fol. 401. sqq.*

Willericus frequentans ecclesiam Meldorpensem.

p. 16. Willericum Bremensem episcopum Transalbianis etiam ante Ansgarium prædicasse & ecclesiam in MILINTHORP *frequenter visitasse:* Licet *Jo.* ADOLPHI *Pastor olim Büsemensis in chron. Dithmarf.* existimet, WEDDINGSTEDUM omnium in hac regione ecclesiarum primam fuisse, attamen hæc conjectura nulla veteris scriptoris nititur autoritate. Nostro potius credendum est, qui heic MILENTHORP nominat oppidum *Dithmarsiæ australis* non ignobile, quod hodie *Meldorp* dicitur; nomen ab amne haud procul præterlabente *die Miel* sine dubio accepit propterea valde memorabili, quo se aliquando in terram abscondat sed post 250. orgyas superatas denuo prorumpat, notante *Capf.* DANCKWERTH *in chorograph. fol. 299. & 300.* Illud etiam consideratione omnino dignum, quod sicut per *Willericum* christiana primum religio *Milentorpii* illuxit; ita etiam post multa præterlapsa secula *in eodem oppido* puriora evangelii semina HENR. ZUTPHANIENSIS ore a. 1524. sint sparsa, ac non multo post NICOLAORUM BOYORUMQUE quorum ille *Milentorpii* hic *Weslingburii* sacris operabatur fideli studio per omnem Dithmarsiam feliciter propagata.

An Weddingstedana ecclesia antiquior?

Etymon Milentorpii.

Prima luce christiana & puriori evangelica clari.

Hungaria, Sarmatia non subacta.

p. 16. Imperator Carolus qui omnia Regna Europæ subjecerat: αὐξησις, non enim omnia sed potiora regna Europæ sibi subjecit. *Hungariam* vastamque illam *Sarmatiam* nunquam subegit.

R. Dan. Gotfridi expeditio in Fresiam.

p. ead. Normannorum Rex Golfrid jam antea Fresis: Godefredi expeditio in Fresiam a. 810. contigit & tributi nomine centum argenti libræ sunt solutæ. *Annal. Pithoeani ad h. a.*

In Obotritos.

p. ead. Nordalbingis Obotricis: Biennio ante Obotritos jam agressus erat, sed multis suorum amissis, nihil præter clades retulit. Annal. cit. ad a. D CCCIIX.

In Carolum M.

p. ead. Ipsique Carolo bellum minatus est: Sed Imperator, quanta potuit celeritate, ad Alarum fluvium contendit castrisque juxta confluentem, quo Visuræ flumine conjungitur, positis, Dani præstolabatur adventum, sed retrocessit ille, intestina sine dubio suorum discordia adactus, ad quam sedandam, à quodam satellitum suorum est interfectus *Annal. l. c. ad a. D CCCX.*

Pax cum eodem.

p. ead. Tandem extincto cœlitus Gotafrido Hemming patruelis ejus successit qui mox pacem cum Imperatore faciens: Congregati sunt ex utraque parte *duodecim primores* & Francorum nomina supersunt, Danorum non item. Hi pacem datis & acceptis juramentis quilibet *secundum ritum suum* firmaverunt. Vita Karol. M. apud PITHOEUM *p. 277. 278.*

Etymon Eydoræ.

p. ead. Egdoram fluv. regni terminum accepit: Fluvius hicce à voce EY aqua, hinc *Eyland* insula & DOR ostium nomen suum accepit, quia aquis & rivis *ex Holsatia proprie sic dicta* ostium quasi aperit se in Oceanum exonerandi. Quousque ceteroquin Imperii terminus fuerit, prolixius docet CONRINGIUS *de finibus Imperii Cap. IV. & passim.*

Emendatæ lectiones.

p. ead. Lothewicus voluntatem patris oblitus: At Ludovicus ea quæ pater exequi manda verat bene observavit. Hinc conjicio hoc loco deesse vocabulum NON vel HAUD.

p. 17. Fratri ejus Horico: Saxon. Grammatico dicitur *Ericus.*

Ebbo Archiepiscopus Rhemens.

p. 21. Discordiæ incentor Ebo: Ebo seu Ebbo Gallus Archiepiscopus Rhemensis in exilium actus & locum unum ULTRA ALBIM, qui vocatur WELANAO, ut quoties illas in partes pergeret locum subsistendi ibi haberet. Ita REMBERTUS *in vita Anscharii cap. XII.* Hinc GUALDUS *monachus Corbejensis cap. XXXIII.*

Posthæc Augusti clementia contulit illi
Cellam WELANI *primo quam cessit Ebroni.*

Nordalbingia Holsatia.

Ultra Albim sine dubio est NORDALBINGIA hodie HOLSATIA. Sed ubi WELANAO?

Welanao seu Wedelia.

sine dubio *Wedel* seu *Wedelia ad Albim* ubi *Ristius* hymnopoeus noster olim Verbi Divini fuit Minister.

Pax jurata per gladium.

p. 28. Qui Franci etiam munera Lothewico Cæsari miserunt gladium: Mos scilicet *Scytharum* & quorundam populorum Germaniæ antiquæ fuit simili ritu foedera pangendi; de Scythis *Herodotus Lib. IV.* De *Quadis* AMMIANUS *Marcellinus Lib. XVII. cap. XII.* Eductis, ait, mucronibus, quos pro numinibus colunt juravere, se permansuros in fide. (Constantii Imperatoris.)

Bruno Archiepiscopus Colon.

p. 44. Quod filius erat Ottonis Regis: σφαλμα autoris μνημονικὸν. Omnes enim scriptores *Bremensi* antiquiores testantur fuisse *Ottonis fratrem.* REGINO *Prumiens:* Eodem an. 954. Wigfridus Colonienf. ecclesiæ archiepiscopus moritur, cui *Bruno frater Regis* succedens totius Lotharienfis regni Ducatum & regnum cum episcopatu susceptit. Ita & SIGEBERTUS *Gemblacens.* & alii.

Hermanni natales.

p. 45. Vir iste pauperibus ortus natalibus: Natales licet *pauperes*, attamen *nobiles*; hinc etiam à Witeckindo dicitur VIR NOBILIS. MEIBOMIUS *in vindiciis Billinganis* uti & LEIBNITIUS *in Introduct. ad scriptor. Brunsv. Tom. I. lit. e. 2.* ostendere allaborant consanguinitate Regio *Ottonum stemmati* fuisse innodatum. Sed ut libere quæ sentiam fatear, argumenta mihi non faciunt satis.

Adalbertus Archiepisc. Magdeburgen-sis.

p. 47. Adalbertum summæ sanctitatis virum: Nonnunquam à scriptoribus *Albertus* vocatur *Treverensis*, professione monachus, sed *Russiæ* prius ordinatus *Præsul* & hinc à gentilibus expulsus pater inclitus & per omnia probatus, a. 970. apostolica autoritate promotus est. DITMARUS *Lib. II.*

Holsatia vel a sylvis vel a vetustate dicta.

p. 48. Holtzati dicti a silvis quas accolunt: Adhuc sub judice lis est an *Holsatia* sit à silvis dicta, sagaciores tamen esse volunt quasi *Olt-Saffen* h. e. vetus Saxonia. vide MEIBOM. *in introduct. in histor. Saxon. inferior.*

Wandali cum Winulis seu Vandali.

p. 49. Slavania igitur amplissima Germaniæ provincia a Winulis incolitur qui olim dicti sunt

Slavis confunduntur.

Vandali: Error, ut video, antiquus, quem etiam perpetuo erravit CRANZIUS *in Wandalia sua.* Verum semel & semper notandum *Wandalos*, ut ipsum nomen insinuat, originetenus Germanos, Winulos contra alius linguæ & stirpis *Sarmaticæ.* Hos vero, postquam illi ex patriis sedibus migrassent, eam protinus occupasse, occasionem dedit ipsa vicinitas. conf. omnino HARTKNOCH. *de Republ. Polon. Lib. I. c. 1. §. 3. p. 6. seqq.*

Græcia Russia. p. 51. *Clarissimum decus Græciæ:* Locum hunc illustrat *cl.* BANGERTUS *in notis ad Helmoldum cap. I. p. 3.* Ratio, inquit, cur Græcia *Russia* sit dicta, inde venit, quod non modo Græcorum litteris earumque appellationibus maximam partem utantur, sed etiam quod religionem retinent & *Tartari Precopenses* hodie appellantur.

Ascomanni piratæ.

p. 57. *Ferunt eo tempore classem piratarum quos nostri* ASCOMANNOS *vocant Saxoniæ appulsam:* Notanter scribit *nostros* i. e. *Germanos* eos nominasse *Ascomannos.* Ergo vocabulum est Germanicæ originis. Nam *Aske* olim dicebatur *navis* notante SCHILTERO *in Glossario.* Alias dicebantur *Withingi* uti noster observat in libro *de situ Daniæ infra p. 141.* & interpretor de *Vitis*, gente olim *Jutis* intermedia, cujus meminit venerabilis BEDA *Lib. I. c. 15. Angli de Patria, quæ* ANGULUS *dicitur, & ab eo tempore* (quo scilicet *Britanniam* occuparunt) *manere deserta inter provincias* WITARUM & SAXONUM (i. e. Holsatorum) *perhibetur.* Vestigia hujus nominis adhuc cognoscere licet in HANDEWITT & SUNDEWITT.

Etymon.

Dicuntur Withingi, Vitæ.

Sedes.

Nominis reliquiæ.

Tostonis vitia & fata.

p. 118. *Frater ejus nomine Tosti:* Hic *Tosto* homo erat ingratus & potius malefici titulo dimittendus. A fratre enim *Haraldo* e potestate *Guilielmi* liberatus, rebus novis in Anglia, vivente adhuc Eduardo, studere coepit, hinc à Rege proscriptus in Gallias profugit. Cognita autem ejus morte, comparatis navibus in fratrem movens, littora latrociniis infesta reddit, suisque in *Northumbriam* expositis omnia cædibus complet, sed tam ab incolis quam à classe Regia in fugam versus in *Scotiam* se propripuit. Nec multo post in Norwegiam profectus, Regem *Haraldum* multis pollicitationibus eo impulit, ut funestam illam belli aleam subiret, quæ utrisque fuit exitio. Interim ea res *Haraldo* licet victori perincommode accidit; nam classem & copias ad propulsandum *Guilielmum* dispositas alio conferre coactus & hinc *Bastardo* occasio data est, tuto in Angliam descendendi. Ex quibus patet *Tostonem*, qui licet natu esset minor, Haraldo multis profecto virtutibus ornato ejusque honori invidisse & omnium malorum fuisse lernam. Vide *Polydor.* VIRGIL. *hist. Angl. sub fin. lib. VIII. & init. IX.*

Haraldus Rex ipsius frater.

Anglorum victoria Eboracensis.

p. 118. *Regem Nordmannorum auxilio ducit Haroldum Regemque Scotorum:* Proelium hoc commissum est in *ditione Eboracensi* prope flumen *Standfordbrigde*, qui pons propterea BATTDEBRIGDE nominari coepit. Tantum auri pondus victori Anglo inter spolia obvenisse, quantum duodecim juvenes cervicibus vix sustinere poterant, refert *Gu.* CAMBDENUS *in descript. Britanniæ p. m. 576.* qui etiam insignem Anglici regiminis mutationem qua Saxonici Imperii, quæ sexcentis septem annis definita erat, periodo confecta, Normanni rerum potiti sunt, pulcre describit *a p. 79. usque ad p. 88.* & ad illustrandum hoc caput verba ipsa adduci legique merentur.

Battebrigde Etymon.

Mutatio imperii Saxonici.

p. ead. *Wilhelmus cui pro obliquo sanguine cognomen est Bastardus:* Iste princeps omnia habebat, quæ ad tyrannidem firmandam necessaria erant. Sapientia enim gaudebat & astutia, fortis erat & felix, avarus etiam nonnunquam & crudelis, qui Saxonicæ libertati omnimode fræna injecit, ut jugum tandem, licet invito, patienter ferre cogerentur. Quamvis nullo nisi armorum jure regnum obtinuit, attamen non una causa armorum suorum, speciosis coloribus justitiam obducere valuit. Ex *adoptione* enim & ut *proximo agnato*, eo quod Eduardum secundo & tertio cognationis gradu attingeret, imperium sibi competere eo fortius prædicabat, quod *Papæ Alexandri* quoque consensum impetraverit, qui in causæ prolatæ signum *sacratum vexillum* ei misisset. Initio laudabiliter quidem multa fecit, majora etiam pollicitus, ad postremum autem, cum Anglis odio esse sentiret, nihil servando in contraria studia ferebatur. Nobilitati enim prædia, civitatibus privilegia, populoque omnem fere libertatem adimendo, PRISCIS LEGIBUS *imo etiam* LINGUA SAXONICA *in foro abrogatis, Normanniæ consuetudines introduxit*; Gregem præterea non uti boni pastoris est tondendo sed deglubendo continuis exactionibus vexavit. Et ne quid reti suo effugeret, *librum censualem* confici curavit, in quo totius regni omniumque incolarum agri, prata, pascua, sylvæ, piscinæ, paludes, quot civitates, pagi, homines, & cujus conditionis? milites, coloni, mancipia, operarii quid in tributo, censu, redditibus servitiis & consuetudinibus unusquisque sub *Eduardi imperio* præstitisset, accurate descriptum est. Monumentum sine controversia *œconomiæ Regiæ & accurationis summæ* augustissimum plane & admirandum duobus magnis constat voluminibus, cujus notitiam nobis exhibet vir olim in his rebus versatissimus HENR. SPELMANNUS *in Gloss. fol. 176 - 178.* & de his omnibus *Polydor.* VIRGIL. *Angl. hist. lib. IX. in pr. p. 108. & 109.* Obiit hicce Guilielmus conquæstor non *in Anglia* sed *Rhotomagi in Normannia VIII. Id. Septembr. An.* cIↃ LXXXVII. ætatis septuagesimo & quarto, regni autem vigesimo altero.

Wilhelmus Bastardus Angliæ Conquæstor.

Prætensa ipsius jura.

Linguam & leges Saxonicas abrogat.

Librum censualem confici curat.

Obiit 1087.

p. 118. *Lanfrancum philosophum in ecclesia posuit doctorem:* Lanfrancus fuit e Longobardia oriundus, qui adolescens relicto *Ticino, urbe natali*, Beccense in Normannia monasterium ingressus, Dialecticam professus ac ea propter à nostro fortasse *philosophus* dictus est. A *Guilielmo* porro adhuc Duce ad aulæ sacra vocatus, successu temporis *Abbatis* honores ac A. 1070. *Archiepiscopatus* dignitatem impetravit. Cumque

Lanfrancus philosophus dictus.

Abbas & Archiepiscopus.

que Thomas archiepiſcopus *Eboracenſis* illi litem de primatu moveret, non ſolum *Romæ* ſed etiam habito a. 1072. in *Anglia* nationali concilio, adverſarii ambitionem penitus depreſſit. Præter commentarium *in epiſtolas Paulinas* ſcripſit etiam contra *Berengarium;* ac omnia ejus opera à LUCA DACHERIO cIↃ IↃc XLIIX. edita ſunt. GUIL. CAVE *hiſt. Lit. f. 533.*

Ejus Scripta.

p. 141. Ipſi enim piratæ, quos ILLI. *Withingos appellant* NOSTRI *Aſcomannos, Regi Danico tributum ſolvunt:* ASKOMANNI nomen habent ab *Ask* ſignificans in veteri lingua *Teutonica* navem uti ex Schilteri gloſſario clariſſime patet. Ergo per illud verbum denotantur *claſſiarii* qui piraticam exercent.

Askomanni.

p. ead. Sconia itaque eſt pulcherrima viſu Daniæ provincia unde & dicitur: Sic quidem Adamo videtur, aliis non item. Nam in veteri noſtra lingua *Kana, Skana, Skanda* navem denotant. Unde *Skandia, Skania* multarum navium regionem ſignificat. *Ol.* RUDBECK *Atlant. Tom. II. p. 39.*

Etymon Scaniæ.

p. 142. Quapropter multos adhuc populos idolorum cultui deditos vir ille Egino Chriſto lucratus eſt illos præſertim barbaros qui PLEICHANI *dicuntur:* i. e. Blekingenſes.

Pleichani.

p. ead. Et qui in Hulmo inſula degunt: H. mutandum eſſe in B. monet doctiſſ. & in literatura Runica verſatiſſimus OL. VERELIUS *in notis ad Hervara Saga p. 36.* Bolmur, ait, lacus eſt in Smalandia ita dictus in territorio *Vesbo.* In medio inſula eſt *Bolmur ſeu Bolmfoe* quæ integram paroeciam continet nomine *Song.*

Hulmus, inſula Bolmur.

p. 145. NORDMANNI *vocantur cum tamen Romani ſcriptores ejusmodi vocent* HYPERBOREOS: Locus exſtat apud *Marcianum Capellam Lib. VI. p. 142.* ſed & antiquiores ſcriptores eorum jam meminerunt *Plinius lib. IV. cap. 12. 17. 13.* SOLINUS *cap. XVI.* PTOLOMAEUS *Tab. I.* Quæritur autem unde nomen acceperint & quem populum denotent? HERODOTO nomen hoc fere fuit offendiculo, unde is *Lib. IV. quod*, ait, *ſi qui ſint Hyperborei* (i. e. ſuperaquilonares) *erunt & alii Hypernotii* i. e. ſuperauſtrales. STRABONI tamen calculum adjicio *Libro primo Geogr.* ſcribenti: *Hyperborei dicuntur ii, qui maxime ſunt omnium Septentrionales.* Singularem interea opinionem peperit *Olaus* RUDBEK; is ſtatuit vocem eſſe *Svecicam* ab *yfwar* ſupremus, & *boren* naſci, adeoque ſignificare *yferborne*, ſeu *hyperboreos*, illuſtri loco natos, *hochgebohrne. Atlant. Tom. I. c. IX. fol. 367.*

Hyperboreorum mentio.

Apud Mareianum, Plinium, Solinum, Ptolemæum.

Herodotum. Strabonem.

Etymon Rudbeckianum.

Tantæ molis erat illuſtrem condere gentem.

p. 149. Ibi etiam eſt Albis fluvius de quo Lucanus meminiſſe videtur: Albis fluvius idem eſt, qui à veteribus vocatur *Gutalus.* PLINIUS *lib. IV. cap. 14.* SOLINO dicitur *flumen altiſſimum*, nec ſine cauſa, quatuor enim milliaribus *Sueonicis* ab oſtio ipſius ingens *cataracta* eſt, Nili decantatiſſimæ ſimilis: altitudinem vel ex eo metiri licebit, quod navium malos quantumvis proceros & craſſos per eam ad Oceanum dimitti ſolitos ita à ſummo præcipitet, ut inter labendum per ambas extremitates ſemel circum rotandi ſpatium & facultatem habeant ac etiam ad fluminis infra eam currentis fundum alliſos non raro in plurimas partes diſrumpat. RUDBECK *Atlant. Tom. I. cap. XVI. p. 487.*

Albis, fluvius Gutalus altiſſimus.

p. 149. In ſola mulierum copula modum neſciunt: De *Getarum* gente Gothorum propagine eadem refert *Menander Poeta* comicus apud *Strabonem Geogr. L. VII.* qui & ipſe Geta fuit: γαμεῖ γαρ ἡμῶν ευδεῖς δ' δεκ' ἡ ενδεκα γύναικας δωδεκα τε πλεις τίνες ανδραρας, δε ἢ πενδε γεγαμικῶς τύχοι καλαχροφὴ τὶς ανύμφαγος ἄθλιος ανύφος ἔτος επικαλεις εν τοις εκεῖ. h. e. nam nemo noſtrum uxoribus poteſt decem contentus eſſe, undecimam quin duodecimam plerique ducunt, quatuor qui duxerit fortaſſe aut vel quinque mortem obiturus, *nuptiarum expers, miſer coelebs* hic appellatur noſtratibus.

Sveones polygami.

Getæ Gotique.

p. ead. Capitali vero mulctatur poena ſi quis alterius uxorem cognoverit: Ita & de *Getis* HORATIUS *Lib. III. Od. XXIV.*

Illic matre carentibus
Privignus mulier temperat innocens
Nec dotata regit virum,
Conjux nec *nitido* fidit *adultero,*
Dos eſt magna parentium
Virtus & metuens alterius viri
Certo foedere caſtitas
Et peccare nefas, aut *pretium eſt mori.*

Poena eorum in adulteros capitalis.

p. 151. In confinio Sveonum vel Nordmannorum contra boream habitant SCRITEFINNI *quos ajunt curſu feras præire:* Per SCRITEFINNOS intelliguntur ſine dubio homines *Finnis* vicini, qui ſoleis ligneis decurrentes per nives venantur, qui hodie dicuntur *Lappones* ſeu *Lappi.* Lappe autem in lingua Lapponica denotat *rejicere, extendere,* quia olim e Fennorum finibus ejecti velut exules ultimum pervagati ſunt Septentrionem. Cauſa autem cur *Scritofinni* dicti ſunt, eſt à verbo veteri *Skriida* quod ſignificat *celeriter procedere.* Hinc Germani *Schreiten.* Nec abluđit *Skirida* proſerpere, quando non procediţur pedibus alternatim ſublatis, ſed nivibus congelatis inhærentes quaſi ſerpitur, uti adhuc *Lappones* tempore hyemali faciunt curſu tam veloci, ut feras præveniant de quibus doctiſſ. *Jo.* SCHEFFERUS *in ſua Lapponia cap. II. & XX. p. 246. ſ. qq.* Nobis: *Schrittſchuh-Läufer.*

Scritefinni Lappones.

Lapporum etymon.

Et Scritefinnorum.

p. 154. Omnes vero ſunt chriſtianiſſimi qui in Nordwegia degunt, exceptis illis qui trans Arctoam plagam circa Oceanum remoti: Ex his verbis patet *Lappones* deſcribi, quorum nomen licet nondum cognitum fuerit, magiæ tamen ſcientiæ jam longe lateque increbuiſſe oportuit. Hinc & OLAUS MAGNUS *lib. III. cap. XVI. Finnlandia & Lapponia ſic erat docta maleficiis olim in paganiſmo, ac ſi Zoroaſtrem Perſam in hac* DAMNATA *diſciplina præceptorem habuiſſent.* Inprimis PETRUS CLAUDI *de Lapponibus Norwagiæ: De ære alleſammen grumme trolfolck &c. i. e.* Omnes ſunt

Finnorum Lapporumque magia.

Deſcripta verbis Olai M.

P. Claudi.

sunt truculenta diaboli mancipia, ut eis similes antehac fuisse vel nunc esse in terris haud crediderim. Et pejores aliqui ex Lappofinnis, quam Finnis maritimis. Licet vero ait *Schefferi.* SCHEFFERUS, haud adeo frequenter nec adeo aperte artes has exerceant, nihilominus in non paucis *durat hodieque studium earum.* Ac postea modum & instrumenta illorum, præprimis autem illud *decantatissimum tympanum*, cujus usus potissimum est ad res procul dissitas cognoscendas, describit & depingit *in Lapponia cap. XI.*

p. 154. Ibi capiuntur Uri, Bubali & Elaces sicut in Sveonia: per Elaces intelligit *Alces*, quos *Elaces, animalia Ælgin.* PLINIUS *hist. nat. lib. VIII. 15.* vocabulo corrupto *Machlin* & in variantibus lectionibus *Achlin* vocat ex nomine scilicet animalis GOTHICO *Ælgen* seu *Ælgin.*

p. 157. De qua THYLE *seu Islandia etiam hoc memorabile ferunt quod eadem glacies ita nigra & arida videatur propter antiquitatem ut incensa ardeat:* In jugis quidem *Alpium Septentrionalium* nix in superficie ob pulverem quendam subtilem & terreum atra quodammodo cernitur, sed quod propter antiquitatem glacies ardere queat ἀδύνατόν est. De pinguissima potius humo, quam glacies nivesque æstate liquefactæ in glaciei residuæ & non liquefactæ superficie relinquunt, forsan est intelligendum. *conf.* OL. RUDBEK *Atlant. Tom. I. c. VI. §. 1. fol. 128.*

XI.

ERPOLDI LINDENBRVCHI
CANONICI HAMBVRGENSIS
HISTORIA BELLI CIMBRORVM
QVOD PER VIII. ANNOS *CVM ROMANIS* FORTITER GESSERVNT.
QVÆ GERMANICE DIVULGATA HAMBVRGI A. cIↃIↃLXXXIX. NVNC PRIMVM REDDITA LATINE ET AD TESTIMONIA HISTORICORVM ROMANORVM RECOGNITA EMACVLATE PRODIT. ACCEDVNT
TROPHÆA, STATUA, EFFIGIES ET NUMI, CAJI MARII CIMBRORVM VICTORIS NOMINE ET TRIVMPHIS INSIGNITI.

Cimbriæ situs Quum *Cimbrica Chersonesus* sita sit in dioecesi veteris & celebratissimi *metropolitani templi Hamburgensis*, in cujus Canonicorum numerum ego aliquot abhinc annos adscriptus sum, qui satis longo intervallo sacram in eo juris dictionem habuere, prouti templi illius cathedralis reverendum capitulum ad hunc usque diem pro ordine Ducatus *Holsatici* habetur; Bellum illorum populorum qui in ea habitarunt, & Cimbri dicti sunt, quod cum Romanis per integros octo annos gessere, & cujus fortuna & exitus semper anceps fuit, e fide dignis historicis colligam & excerpam. Hoc enim bellum ob tæterrimam immanitatem suam dignum utique est quod memoriæ prodatur. Prius autem quam rem aggrediar, ut omnia melius intelligi possint, quædam summatim animus est præmittere. Holsa *Regiones.* tia, Stormaria, Dithmarsia, Slesvicum, Jutia cum aliis adjacentibus regionibus & insulis Alsa sive Alsena, Angeln, Suantzen Femaria, Eiderostadia, Strandia, Ferroe, Sylta, Insula Sancta, & Buisen, ut vocant, prouti ab Albi penes Hamburgum usque ad Jutiam secundum longitudinem, & a Femaria sive Fimbria usque ad Buisen in Dithmarsia secundum latitudinem excurrunt, conjunctim a veteribus scriptoribus, PTOLOMÆO, TACITO, PLINIO & STRABONE id confirmantibus, Cimbrica Chersonesus dictæ sunt, & populi qui illas incoluerunt Cimbri audiverunt. Etenim modo commemorati auctores explanate adseverant, Cimbros inter duo maria Germanicum & Britannicum, quæ nunc mare orientale & occidentale dicuntur, non procul a Saxonibus ad septem triones habitasse. Cimbri autem primordia generis & origenem suam ducunt ex patriarchæ NOÆ filio JAPHETO: quod quidem nomen præparationem & propagationem interpretari consueverunt. Nam certe illius posteritas, prouti vel ipsum nomen, & patris NOÆ benedictio declarat, posteros JAPHETI in minimis non ponendos, sed DEUM per verbum suum divinum cum iis collocuturum, eosque in fraterna SEMI casa habitaturos, maximam incoluit orbis terrarum partem, & pleræque omnes gentes, quæ modo Europam, & maximam Asiæ partem ditione tenent, ortum suum acceptum referunt JAPHETO. Ejus major natu & primum genitus filius appellabatur GOMER. Quo loco primum genitum habeat codex sacer, iis qui hunc frequenter versant exploratum est. Ab hoc GOMERO oriundi sunt Cimbri, cui etiam nomen suum debent, etsi mutatis quodammodo litteris, ut tanto temporis intervallo usu evenire consuevit. Et primum quidem apud Bosporum Cimmerium, & penes illa maria quæ veteres Paludem Mæotidem dixere, Thraciam ultra, quæ modo Bosporus sive fluvius S. JOANNIS appellatur, ad ostia fluvii Tanais sedem suum ceperunt Cimbri. Non solum autem veri simile est, in locis supra dictis ad septem triones GOMERI posteros sive Cimbros habitasse, sed id etiam testificatur propheta EZECHIEL ubi affirmat, GOMERUM & THOGARMAM ad septem triones habitare, & a tractu septemtrionali (id de illo loco, ubi propheta hæc litteris mandavit, de regione videlicet judaica, accipiendum est) GOMERUM & THOGARMAM omnes copias suas, & totum exercitum suum adversus GOGUM & MAGOGVM in expeditionem educturos. In primis his habitationibus suis facultatibus plurimum potuerunt Cimbri, & amplæ iis fuerunt fortunæ, id quod ab eorum nomine in his locis appellatus Mons, aliæque ab iis relictæ antiquitates, testari possunt. Qua autem *Ezech. cap. XXXIIX.*



I. M. D. S.

M

aurem ra
bri dere
Pruſſiam,
tum. Illa
aliæ nom
injecturi
quo, utru
ca penitus
initii & per
dendum, C
retinuiſſe,
locorum, q
tuſtis Cimbr
Illis videlic
& ſpoliis vi
ris, ſe alun
inter ſe diſſ
ri gaudent
ſupra nomi
cimi & acc
Getæ, Dai, S
MERI filio
hunc uſque
mani, Goth
ſedem mu
polita mo
in litterar
rum nomin
ſignificare,
GOMER id
ros aut fine
ſe, aut finem
regionibus h
initii ratione
cem Cimbro
la Kæmpfer
mus, propt
prædis vita
victum ac
cimbri poſ
leem audiun
civibus ſui
nes. Ut
deſerueri
res quære
to adſever
HERODOT
rupiſſe, & a
tum fuiſſe re
cus, ALIA
ex Aſia expul
ſtim ad hæcl
non habemus,
moriæ prodi
accepimus, qu
bere fidem n
ricorum opin
reſpicit atque
quam modo t
nnes & vete
communicare
bri præclara f
aliæ nationes
modo enarra
honeſte & for
lita deſcriptio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

autem ratione, & quo tempore, ſuis ſedibus Cimbri derelictis, per Lithuaniam, Livoniam, & Pruſſiam, hæc loca petierint, non legimus relatum. Illa tamen expeditio facilior fuit, quam aliæ nonnullæ, quarum deinceps mentionem injecturi ſumus. Sed explicate indicare non queo, utrum omnes ad unum commemorata loca penitus deſeruerint, an nonnulli manſerint inibi & perſtiterint. Inducimur autem ad credendum, Cimbros ex parte habitationes ſuas ibi retinuiſſe, propterea quod illorum habitatores locorum, quod ad vitam & mores pertinet, veteſtis Cimbris adhuc ſimiles nobis deſcribuntur. Illis videlicet nobiles eſſe dicuntur, qui præda & ſpoliis vivunt, & venatu, quem faciunt pluris, ſe alunt & ſuſtinent, qui perſæpe litibus inter ſe diſſident atque diſcordant, nec ſingulari gaudent dominatione. Cimbris igitur loca ſupra nominata deſerentibus, eorum etiam vicini & accolæ, Chauci videlicet, Tuiſcones, Getæ, Dai, Syeri, & cet. qui ex ASCHANE GOMERI filio originem ducunt, & illi quos ad hunc uſque diem habent finitimos Cayci, Germani, Gothi, Dani, Suedi, una cum iis veterem ſedem mutabant, aut etiam, non magna interpoſita mora, ſequebantur. Dictu dignum eſt, in litterarum omnium ſanctiſſimis patriarcharum nomina, ut ſupra obſervavimus, certi quid ſignificare, nec ſine cauſſa iis impoſita videri. GOMER idem eſt quod finire, id eſt, ejus poſteros aut finem attingere, aut a fine propius abeſſe, aut finem probe perpendere. Nam in iſtis regionibus homines probi potiorem finis quam initii rationem habent. Neque deſunt qui vocem Cimbrorum a certando ſive a voce vernacula Kæmpfer derivent. Quibus nos fidem habemus, propterea quod Cimbri certaminibus & prædis vitam ſuſtentarunt, & quotidianum ſibi victum acquiſivere. A Cimbris originem Sicambri poſtmodum acceperant, qui modo Gellern audiunt, quos aut bello devicerent, aut ex civibus ſuis præmiſere qui has incolerent regiones. Utrum modo dicti populi vi adacti ſuas deſeruerint ſedes, an ſua ſponte ad commodiores quærendas e domo emigrarint, equidem certo adſeverare non queo. Nonnulli, in quibus HERODOTUS, tradunt, Cimbros in Lydiam irrupiſſe, & a Lydiorum Rege HALYATTE quartum fuiſſe repulſos. Litteris prodit SABELLICUS, ALIATEM qui fuerit Rex Lydiæ, Cimbros ex Aſia expuliſſe. An vero id temporis confeſtim ad hæc loca ſe receperint, ſatis exploratum non habemus. Iis quæ de his aliisve locis memoriæ prodita a veteribus Saxonicis hiſtoricis accepimus, quod ab imperitis conſcripta ſunt, habere fidem non poſſumus: quorum etiam hiſtoricorum opinationem ALBERTUS CRANTZIUS rejicit atque adſpernatur. Quocirca aliam, quam modo traditam, relationem, cum qua omnes & veteres & novi hiſtorici conſpirant, communicare equidem non queo. Nam ſi Cimbri præclara facta ſua tanta diligentia, quanta aliæ nationes ſolent, conſignaſſent, verboſius ea modo enarrare poſſem. Illi vero potius rebus honeſte & fortiter geſtis, quam laudabili & expolita deſcriptione, nomina virtutesque ſuas omnibus innoteſcere voluerunt. Libertatem ſuam ſibi diu conſervare non potuerunt, ſed alii dominationi mox ſubjecti ſunt, deperditoque hac ratione regimine, nomen eorum brevi tempore obſcuratum atque deletum eſt. Satis igitur de origine Cimbrorum dictum ſit. Id ſolum me etiam nunc oportet indicare, contra quod, probe ſcio, aliqui dicent: quod videlicet Dithmarſos in numerum Cimbrorum haud adſcribamus; quoniam illos ex MARSO originem ſuum ducere perhibent. Id vero adfirmare non dubitamus, quod ſententiam noſtram veteri Cimbrorum deſcriptioni conciliat: quum tota Dithmarſorum regio cum Holſatia prope conjuncta ſit, quumque mare Britannicum & Germanicum eam juxta atque alias regiones circumfluat; Dithmarſis fere iidem qui Cimbris antiquis, & olim fuere, & adhuc ſunt mores conſuetudinesque. Marſi autem a MARSO nominati, quod e TACITO colligimus, Juliacenſem & Weſtphalicum Ducatus incoluerunt. Negari etiam nequit, recenſitas regiones dividi & ſeparari. Inferius ſive depreſſius ſolum, quod incolas molibus & exſtructis aggeribus adverſus mare intumeſcens, quod in his locis, omnibus ſex horis, fluxione exigente, accedit & recedit, aqua altitudine ſua terram exſuperante, communire oportet & ſæpire, ut Maſs ſive Maſen, aut Morland, vulgo audit Marſchland; terra autem altior ſive montana Gehſt ſive Hochland, ex quo ſolo Holſati, modo Holſatia nuncupatur. Quum autem in Holſatia Marſcharum, ut vulgo dicuntur, mentio incidit, ubi in arida & perfoſſa terra munimentis & foſſis terreis non ſatis ſæptæ inundantur, retinent illæ ſingularia nomina ſua, ut Marſcha Haſeldorfenſis, Crempenſis Marſcha, Wilſtriæ Marſcha, Dithmarſcha & Stormarſcha. Quæ Marſchæ omnes ad Albim quidem ſitæ, unaquæque tamen earum per ſingulares aggeres, alveos, ſive foſſas inter ſe diverſæ ſunt. In his locis aqua circumfuſis & munitis, irruptione hoſtium incolas perſæpe opinione celerius perturbante, magna proelia campeſtria, aut etiam leviora commiſſa ſunt, quæ mihi de Dithmarſis verba facturo animus eſt alibi commemorare. Nunc de Cimbrorum moribus & conſuetudinibus etiam nunc nonnihil dicam. Ab initio uſi ſunt lingua veterrima Germanica ut nunc Saxonica. Regibus & Principibus, ut dixi, non parebant, ſed tempore belli e fortiſſimis & maxime ſtrenuis coetus ſui viris eligebant Ducem. Nonnullis autem animi magnitudine & robore paribus, per ſortitionem Dux ſolemniter declaratus eſt. Cujus tamen Ducis dignitas & exiſtimatio diutius quam belli tempus non durabat. Alioqui duos tantum gradus dignationis agnoverunt, ordinis nempe nobilis ſive equeſtris, & ordinis ruſtici ſive agreſtis. Servi etiam eorum mancipia, & perpetuæ ſervituti erant addicti. Comites & Barones ignota apud Cimbros erant nomina. Cujusmodo a vicinis eorum Danis, & haud ita pridem etiam a Suecis ad hunc uſque diem creari conſueverunt, non ſine deminutione priſtinæ libertatis. Una tamen etiam nunc dignitas & præſtantia apud eos in uſu erat, & ita valebat, ut propemodum ceteris antecelleret. Etenim qui tempore belli

Anno Mundi 3309. Aſiam peragrarunt Cimbri, & Sarden Lybiæ urbem occuparunt. Herod. lib. I. p. 12.

Circiter annum mundi 3345.

Situs regionum Holſatiæ & Dithmarſiæ.

De veterum Cimbrorum conſuetudinibus.

Dominatione.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

belli adverſus hoſtes animoſe & fortiter ſe geſſerant, & ſe præſtiterant heroes, equeſtri ſplendore ornabantur. *Religione.* Chriſtianam religionem aliquot abhinc ſæcula demum amplexi ſunt, quum olim Solem, Lunam, & alios Deos commenticios, quos Hamburgi, Oldenburgi & Plonæ adorarunt, pro vero Deo eſſent venerati. Perſuadebant autem ſibi & credebant (quod a patriarcha & abavo GOMERO, quicum adhuc fecerant, accepere) dari corporis reſurrectionem, & perſpectum ac cognitum habebant, DEVM nulla imagine, & nullis templi moenibus circumcludi poſſe. Vir, uxore ducta, eadem demortua, aliam ſibi conjugem ſociavit. In adulterio publice deprehenſus, capite plectebatur: qua ratione genus majorum ſuorum certo ſe conſervaturos arbitrabantur. Equitem equeſtris, & agreſtem agreſtis ordinis uxorem, quod adhuc plerumque uſu venire conſuevit, ſibi adjungere oportebat. Eadem ratione vernam oportebat uxorem quæ ſui non erat mancipii matrimonio ſibi jungere: quo more neglecto, uterque conjugum in ſuſpicionem, & in reprehenſionem atque in voces incurrebant. Poſtmodum autem religio Chriſtiana vernas perpetuæ addictos ſervituti hoc jugo penitus liberavit. Dies judicii & jurisdictionis hoc modo celebratus eſt. Tota regio diviſa erat in dioeceſes, parochias ſive paroecias, ex quibus uſque ad hoc tempus vulgo Karſpelkirchen nominantur. Hoc loco ſtatis diebus armati Cimbri in campo conveniebant. Inibi conſidebant ordinis equeſtris viri ad hunc actum teſtes conſtituti. Qui aliquem accuſare & in jus vocare volebat, illi, cauſſa ſua propoſita, ab adverſa parte reſpondebatur. Audita propoſitione, & obrogatione ſive alterius partis oppoſitione, totus coetus de ea habuit deliberationem, judiciumque ſuum pronunciavit. Quod quum ſe approbaret, vulgo ein Achte appellabatur: quum autem diſpliceret cuiquam, aut ſi quis eſſet implacabilis, integrum illi erat duodecim viros appellare, & deinceps ad judicium provinciale, quod ſemel quotannis ſtato tempore in Holſatia celebrabatur, provocare. Qui locus congregationis judicialis & forenſis inter *Rendesburgum* & *Itzehoam* ſitus, in quo jus dici adhuc conſuevit, ad hunc uſque diem vulgo der jähriſche Balck audit. Hujusmodi loca in aliis etiam regionibus fuerunt, ſed magno temporis intervallo in deſuetudinem adducta, & mutato regimine abdicata ſunt. Interfectori permittebatur a judicibus vitam ſuam redimere ſoluta pecunia, ne duobus hominibus una ſede privarent. Quæ quidem conſuetudo uſque ad tempora Regis CHRISTIANI tertii obtinuit, qui ordinis equeſtris conſenſione, ita eam mutavit, ut ſi quis proditorio more & prius quam armis ſe poſſet defendere, occideretur, capite damnaretur interfector. Deficiente vero probatione, atque indiciis ad declarandam hujusmodi occiſionem neceſſariis, ne plus ſanguinis effundatur, vetus obſervatur conſuetudo. Conflictio inter ſe pugnantium, & certamen ſingulare, orta quadam diſſenſione ac diſcordia, apud Cimbros in primis apud nobiles valde erat uſitata. Buſta eorum in agris lapidibus *Sepultura.* circumcludebantur. Quorum numero multa adhuc ſuperſunt, & gigantum lecti nuncupantur. Quidam, pauci tamen, ex more Romanorum, comburi volebant, & cineres ſuos alicubi adſervari. Promiſſa & fidem ſervarunt pie inviolateque. De prœlio aufugere apud Cimbros inauditum eſt. Si quis autem fugæ argueretur, illi ad ſuos reverti non licebat, neque major infamia, aut majus probrum poterat obvenire. Quas quidem duas virtutes poſteri Cimbrorum, abſit verbo invidia, hereditate acceperunt, & adhuc laudabiliter conſervarunt. Expeditionem ſuſcepturi, viritim inibant proelia, nec ſolum, ut hoc tempore evenit, ſervos & apparitores, ſed uxores quoque ſuas belli comites ſibi adjungebant. Erant inter Cimbros *Strabo lib. VII. p. 383.* nonnullæ feminæ, quæ ſacerdotes habebantur: quod poſtmodum de Dithmarſis audiemus. Divinare illæ poterant, & res futuras præſignificare. Corporis cultus albus, & cani capilli, & ſubter tunica earum candida erant e carbuſo lintea fibulis annexa. Zonæ quibus ſe ſuccinxerant ahenæ erant, & pedes nudæ incedebant. Captivis in ſua caſtra perductis, ſtrictis occurrebant gladiis; quos trucidatos ad vas aereum pertrahebant, quod viginti amphorarum erat capax, id eſt, ſecundum computationem TSHUDIS, 450. cantharorum. Quo vaſe agiliter adſcenſo ſanguinem a ſe occiſorum in id profundebant, & quum ſtillaret ſangvis, vaticinationes edebant. Aliæ ventre captivorum ſciſſo ſpeculatæ ſunt inteſtina, victoriam ſuis præſignificantes. In ipſo autem bello hæ ſacerdotes extentas ad carrorum velamina pelles tantis pulſarunt ictibus, ut ingenti cum terrore fragor & ſtrepitus inſignis ederetur. Hujuscemodi res de Cimbris libro ſeptimo memoriæ prodidit STRABO. Pecuaria illi potius quam agricultura ſuſtentabant vitam. Terra eorum in pinguem vulgo Marſch, & gracilem vulgo Geeſt diviſa, & utrique poſſeſſori, arbores, aquæ, & prata ſua erant adſignata, quæ pro lubitu vendere, aut etiam poterat permutare. Equites ſive nobiles fundos poſſidebant & prædia propria, ſed a ſibi ſubditis non poterant tot ſervilia exſpectare & exigere miniſteria, quot alibi locorum hac ætate uſitata, & a dominis, poſtquam illa expugnarunt, introducta ſunt. Probant id documento ſuo agricultores, qui in Holſatia & in Dithmarſia ſedem ſuam fixerunt, & fundos proprios atque hereditarios poſſident, & nobilibus, quorum inibi magna copia non eſt, ſervitiis perinde, ut alibi locorum haud ſunt ſubjecti & devincti. Etenim Jutia propemodum tempore CHRISTI natali a Danis, & Oldenburgum ſive Wagria a Vandalis expugnata eſt. Quamquam autem poſtmodum Princeps ADOLPHUS ſecundus illam vi recuperavit, quilibet tamen victorum novum morem in has regiones induxit: quo factum eſt, ut prædia hæreditaria, in fiduciaria ſive in feuda commutata ſint. Maxima quidem pars prædiorum nobilium nondum adhuc ſunt beneficiaria ſive feuda; quidam tamen ex equitibus per diſſenſiones ſuas, & quoniam inter ſe diſcordarunt, prædia ſua propria effecerunt clientelas. Cum feudis conſvetudine & more hac ratione comparatum eſt.

est. Etsi ultimus stirpis virilis decessit, prædia tamen clientelaria, non sub Principis, sed sub ditionem proximi cognati cadunt. Feminæ eorum fiunt participes, ut documento suo prædia Walstorffiorum & Rantzowiorum declarant. Hinc facile conjicias, quid cum feudis apud majores nostros factitatum sit. Ordinis equestris viri arces suas, quemadmodum adhuc cum jurisdictione superiori & inferiori, cum venatu ferarum minorum majorumque, possidebant. Cujus quidem prærogativæ a Dominis nulla facta commutatio est, propterea quod nobiles eam a majoribus acceperunt hereditate. Atque hæ sunt pleræque consuetudines & mores, quos Cimbri partim quondam observarunt, partim adhuc observant. De gentis hujus Cimbricæ expeditionibus, quas MARII tempore suscepere, quædam fide digna, alia autem incredibilia apud historicos relata legas. Quidam tradunt, Cimbros maris eluvione coactos fuisse inundatam terram suam deserere. Contra ea STRABO libro septimo opinatur, credibile non videri Cimbros his rationibus compulsos esse, ut errabundi facti, longe lateque vagati, & ad latrocinia conversi sint: quum necesse non habuerint ob maris impetum & inundationem natalia loca derelinquere. Cimbri enim consuetam prioribus annis regionem tempore STRABONIS, qui TIBERIO imperante vixit, etiam nunc habitabant. Quocirca STRABONI ridiculum videtur, credere velle, Cimbros, qui tam diu maris accolæ fuerint, proprietatem & morem patriæ suæ non fuisse scrutatos, nec satis intellexisse accessum maris & recessum, quem per singulos dies natura efficiat. Proinde Cimbris nova atque insolita non fuit hæc natura & proprietas maris, quæ expertis non nocere, quamque potuerunt evitare. Qua de caussa EPHORUS rationem ad veritatem non revocat, quum perhibet, Cimbros armata manu se maris inundationibus opposuisse, easque majorem Cimbris vastitatem, quam bella & hostes intulisse &c. Eadem via aberravit CLITARCHUS, qui litteris prodidit, Cimbros, quum maris cernerent impetum, equos adscendisse, & celeriter effugisse periculum, & sæpe evenisse, ut inter fugiendum eos mare propemodum absorpserit &c. Cujusmodi fabulas commenticias POSSIDONIUS, memorante STRABONE, jure ac merito reprehendit, narratque Cimbros in expeditionibus suis prædæ inhiasse, & huc illuc passim vagantes licenter errasse, nec sedem stabilem, aut domicilium habuisse. Primum per Scythiam, quæ modo Tartaria minor audit, pervenerunt ad mare quod Palus Maechtidis nuncupatum, postmodum a Cimbris nomen adeptum esse dicitur. Bosporus Cimmerius idem est quod Cimbricum fretum. Deinde Istrum versus iter fecere, & Bojehæmum vulgo Behmerwald, quæ regio dicitur Hercynia sylva, petiere. Illa id temporis longius latiusque patebat, quam hoc nostro, & nunc superiori tantum parte sua ubi sylva incipit, vulgo nomen Schwartzwald retinuit. Hanc sylvam id temporis, confirmante e POSSIDONIO STRABONE, Boji habitarunt, qui Gallia relicta eo se contulerunt, a quibus regio primo Bojohæmum, deinde autem Bohemia appellata est. Ab his Bojis Cimbri ejecti sunt, ut Istrum & Scordiscos gentem Gallicam petierint. Tum descenderunt in regiones Teuristarum & Tauriscorum, qui populi e Gallia venientes eo se receperant: hæ regiones hac tempestate Croatia, Stiria & Carinthia audiunt &c. Postremo Cimbri ad Helvetos diverterunt Galliam incolentes, id temporis vulgo dictos Eydsgenossen sive Schweitzer. Illi ea ætate auro & divitiis abundabant, ceterum in pace & tranquillitate agebant vitam. Quum vero animadverterent Helveti, Cimbros latrociniis, manubiis, spoliisque passim direptis opes suas longe superare; ad foedus & societatem cum iis ineundam inducti sunt. Præter ceteros cum iis se conjunxere Tigurini ac Tuguni, (qui quartam Helvetiæ partem incolebant, vulgo Zürichgaw, nam Helvetia id temporis in quatuor pagos erat divisa,) & una Romanos bello persecuti sunt, quibus multa importarunt incommoda & calamitates. Ab his Cimbris aut Schwedis, ut nonnulli, & in primis GILGTSCHUDI sibi persuadent, postmodum in Helvetia illi quos vulgo Schwitter appellant, ortum suum habuere. Et certe, quemadmodum STRABO illud commentum merito refutavit, de Cimbris per maris inundationem e Cimbria expulsis; ita Chronica Helvetica verius nos docent expeditionis Cimbrorum insignem rationem. Ingruente videlicet per aliquot annos ingenti tempestate & imbre, in Cimbrica Chersoneso, Dania, Suecia & Frisia orientali fructus corruptæ, & incolæ tam gravi annona conflicti sunt, ut multi numero perierint fame. Coacti igitur sunt finibus suis emigrare habitatores, & decernere, ut fortunæ judicio & sortitioni committeretur, quosnam ex Cimbriæ incolis cum uxoribus & liberis suis a sede pristina discedere oporteret. Et hac ratione ab habitatione sua Cimbri abierunt. Primi eorum belli duces & Reges erant LUGIUS, BOVORICUS, CLODOVEUS, sive CLAODICUS, GESSORICUS & BELEUS sive BOLUS. &c. Chronicis Helvetis RUNNO, RESTI, SCHWITER, & TSCHEY imperatores & præfecti cohortis fuisse memorantur. Valde autem verisimile est ultimo loco nominatos, contracta demum clade, superstitum Cimbrorum centuriones evasisse, ut postmodum suo loco plenius dicetur. Quod autem Helveti ab his Cimbris orti sint argumento est constans fama, & vetus omnium sermo qui apud eos semper fuit, & ab una ætate ad aliam propagatus est: quoniam gloriati sunt se genus ducere ab antiquis Suedis. Quicum etiam illud conspirat, quod Cimbri in Helvetiam fecerunt iter, & cum Helvetis coierunt societatem, ut apud STRABONEM aliosque relatum legas. Quamquam longo temporis intervallo ejusmodi res ad originem Cimbrorum pertinentes partim oblivione deletæ sunt. Memoria tantummodo & fama quasdam earum ad nostra usque tempora posteritati prodidit, & conservavit. Quidam historici circiter 116. abhinc annos, imperante Cæsare FRIDERICO III. viventes, descripturi originem Helvetiorum sive Schwiterorum, non parum aberrarunt,

Strabo lib. VII. p. 283.

dum adfirmant Schwiteros in Auſtriacæ domus regionibus ſedes rerum & fortunarum ſuarum delegiſſe; quum tamen per tria ſæcula nihil in Helvetia ſub ditione Principum Auſtriacorum fuerit, uſque ad tempora Regis RUDOLPHI, qui Ducatum Auſtriacum domui Habsburgicæ adſeruit & vindicavit, ut poſteri ejus novi Duces Auſtriaci evaſerint. Helvetiorum autem origo multo utique antiquior & laudabilior, eorumque regio multo ante de imperio Romano bene merita, cum eoque conjuncta eſt. Quidam in partes ſuas trahunt PLINIUM poëtam, qui res ſupra memoratas deſcripſerit; illius autem PLINII libri doctis ſunt incogniti. Alii proferunt teſtem FRANCISCUM PETRARCHAM auctorem Chronici cujus index: Auguſtalis. Quam vero ſcriptionem oculis meis numquam ſubjeci. Illius etiam ſcriptor non eſt antiquus, ſed haud ita pridem vixit. Quocirca JOANNES NAUCLERUS in Chronico ſuo Generatione 44. ejusmodi commenta reſpuit, ac pro nihilo putat. At vero hæc exequi verboſius nimis longum foret. Igitur tacitus ea prætereo, & propero ad id quod ad inſtituti mei pertinet rationem. Teneo Romanos quintum à Cimbris & Tigurinis devictos & cæſos, & in quodam bello Tigurinos & Ambrones à Maſſilienſibus fuiſſe ſuperatos. Eodem proelio debellati ſunt METELLUS & SYLLANUS, CASSIUS trucidatus & SCAURUS occiſus eſt, & CALPHURNIUS & CEPIO in exilium pulſi ſaluti ſuæ conſuluere. Anno ante CHRISTUM ſervatorem natum III. qui fuit annus urbis Rom. 640. & Mundi 4030. ſecundum computationem CODOMANNI, at ſecundum rationem CHYTRAEI 3851. C. CAECILIO METELLO & CN. PAPIRIO CARBONE Conſulibus Romanis, quum paullo ante nuntiaretur Regem JUGURTHAM in captivitatem eſſe deductum, primum inibi de Cimbrico & Germanico exercitu, de magnis, proceris, fortibus & conſpicua forma viris, ad arma, ut videbatur, natis factisque, & de potentia eorum ac multitudine percrebuit fama. Cui quum fidem habere Romani nollent, non ita multo poſt magis terribilis rumor, & veritatem excedentes nuntii adlati ſunt. Dicebantur enim triginta myriades cataphractorum & armatorum militum, qui alacritate, & virili fortitudine omnibus antecellerent, & agilitate atque animi incitatione ad proelia tam habiles eſſent, ut fulminibus pares haberentur, quocirca eorum impetum importunum ac furentem nemo tolerare poſſet, patrio ſolo derelicto, finitimisque debellatis regionibus, & præda immani facta, caſtra movere & ire in expeditiones. Subjunxere, liberorum hujus exercitus & uxorum novas fortunarum ſedes quærentium multo majorem eſſe multitudinem, quam ante inaudiviſſent. Quas quidem copias e Gallia ſuper Alpes & Helvetica montium juga in Italiam & Illyricum nubium inſtar pervolaviſſe tenebant, & tum conſediſſe. Neque tacebant exercitum hunc omnia circumjecta his regionibus exſpoliare, & id agere, ut Tyrrhenorum & Tuſcorum regiones Italiæ præcellentiſſimas occuparent, ſibique vindicarent, & depopularentur.

C. Tacitus in libro de Morib. German.

Proinde Romani, qui id temporis longe lateque regnabant, Conſulem ſuum CARBONEM cum ingenti exercitu in tempore iis obviam miſerunt. Hæc vero periclitatio & proluſio certaminis cum Cimbris & Germanis inſtituti parum feliciter illi ceſſit. Etenim BYORIX, fortiſſimus Rex Germanicus, cujus nomen ob præclara facinora toto terrarum orbe concelebratum eſt, Romanum Conſulem cum toto exercitu Romano ſtrenue devicit, & in fugam conjecit prope urbem Noreiam. Quo facto cum copiis ſuis in Galliam ſe & in Hiſpaniam trajecit, ubi per tres annos continuos duriſſima bella geſſit. Urbs Noreia 150. milliaribus Italicis ab Aquileia diſtat. Utraque urbs ad fluuium ſita eſt, ut ab hac ad illam navigare poſſis. Hæ navigationes Cimbrorum durarunt uſque ad annum 107. ante CHRISTUM natum: quo in Italiam reverterunt, & cum omnibus copiis ſuis ad Romano-Gallicas provincias ſe contulere. Ad illos expellendos Romani mittebant Conſulem ſuum M. JUNIUM SILLANUM, qui cum Cimbris acie conflixit, & bis victus, atque in fugam, cum toto exercitu ſuo Romano conjectus eſt. Cimbri qui ſedes proprias quærebant, Romam nuntios miſere, a Senatu Romano deſiderantes, ut in Romano imperio de habitatione ſibi accommodarent. Fixis enim ſedibus inibi conceſſis, pacem ſe cum Romanis facturos, iisque ſubſidio futuros polliciti ſunt. Romani autem explere hanc deſiderii exſpectationem abnuebant adſpere, & ferociter recuſabant. Præterea Cimbri etiam audebant cum ſociis belli Teutonibus, germanica natione, Gallicas provincias diripere & vaſtare. Sed Belgica provincia omni ratione & vi impediebat, quo minus Cimbri ſecum confligerent, quum tamen omnes reliquæ regiones Gallicæ cum iis congrederentur. Interea temporis Tugurini, aut Tugini Cimbrorum ſocii, qui quartam Helvetiæ partem, modo Zurichow audit, incolebant, eduxere exercitum in expeditionem. Præfectus illius cohortis erat DIVICO DUFFWIG etiam dictus. Totam illi Galliam uſque ad mare peragrabant, teſtibus STRABONE & EUTROPIO, Ambrones Gallici ſocii belli & comites erant. Hi Ambrones cum Tugurinis a Maſſilienſibus invaſi & devicti ſunt, ſub exitum provinciarum, ubi Rhodanus vehementi impetu in mare decurrit. Ibi id temporis Maſſilienſibus erat ponto, & vectigal exigebant: qui quidem ponto in primis ad hanc victoriam Maſſilienſibus ſubſidio fuit. Romani igitur LUCIUM CASSIUM LONGINUM Conſulem ſuum cum valido exercitu Tugurinis (Zuriger aut Zurichgower vulgo audiunt) obviam miſere, iisque duos adjunxere Legatos ordinis ſenatorii viros L. CALPHURNIUM PISONEM ſen. Conſulem, & CAJUM CALPHURNIUM PISONEM. CASSIUS igitur Tugurinos uſque ad mare perſecutus eſt, eosque cedere loco & referre gradum coëgit. Quumque eas CASSIUS omni vi adhibita uſque in Allobrogum provinciam inſectaretur, Tigurini inſidioſe cum circumvenerunt, & ipſum CASSIUM cinctum trucidarunt, totumque Romanorum exercitum armis proſtravere. Ibi etiam occiſus eſt L. CALPHURNIUS PISO ſenior

Carbo.

Byorix Cimbrorum Rex Romanum Conſulem pro. pe urbem Noreiam devincit.

Anno 107.

M. Junius Sillanus.

Ambrones & Tugurini a Maſſilienſibus invaſi vincuntur.

L. Caſſius Longinus.

L. Calphurnius Piſo.

Caſſius occiditur.

nior Conſul, & reliqui ex bello vix fuga evaſere, & pauci in propugnaculum ex conjunctis carris ſive vehiculis penetrarunt. In quibus C. CALPHURNIUS PISO, alteri PISONI adjunctus, qui cum exiguo exercitu ſuo ex bellis reliquo ſe Tugurinis reconciliavit, & has conditiones accepit, ut bona & facultates Romanæ cum Tigurinis dividerentur, eumque prædibus & obſidibus cavere oportuit, ut pactæ implerentur conditiones. Hac ratione Romani ex bello reliqui a Tigurinis ſubjugati, & ad turpem faciendam pacem coacti ſunt, ut ſalvam ſuam præſtarent vitam. CAJUM autem PISONEM modo commemoratum Romam redeuntem tribunus COELIUS in jus vocavit, quod Tigurinis indulſiſſet obſides, & pacem indecoram feciſſet. PISO, non exſpectato die conſtituto cauſſæ dictionis, in exilium ivit. Anno ſequenti ante CHRISTUM natum centeſimo & ſexto Cimbri & Teutones Germanicæ nationis, & Tigurini & Ambrones nationis Gallicæ, conſociavere exercitus ſuos, ut conjunctis viribus Romanam regionem debellarent. Iccirco Romani M. AURELIUM SCAURUM Conſulem cum multitudine armatorum, ut iis reſiſterent mittebant, qui cum his hoſtibus collatis conflictabantur ſignis: ſed Romani devicti & exterriti, tertium fuga ſibi conſulere coacti ſunt. Deinde centum & tres annos ante CHRISTUM natum Romani CN. MANLIUM Conſulem & Q. SERVILIUM CEPIONEM Proconſulem, aut provinciæ præſidem, utrumque cohortis præfectum cum duobus exercitibus, Germanicis Cimbris & Teutonibus, & Gallicis Tigurinis & Ambronibus opponebant. Fœdere enim ſe conjunxerant, & inter ſe dederant fidem, totum ſe Romanorum imperium vaſtare velle. Jamque Romano Gallicas provincias inter ſe diviſerant, & alteri parti regionem cis Rhodanum, alteri provinciam trans eundem fluvium ſitam adſignarunt. Duo autem quos nominavimus centuriones Romani obviam miſſi capitali diſſidebant odio: quocirca non poterant non, magno rei Romanæ detrimento, ſuccumbere turpiter & devinci. Nam ad Rhodanum commiſſa eſt pugna, in qua Cimbri & Helvetii Tigurini cum belli ſociis erant ſuperiores, & utrumque propugnaculum ex conjunctis vehiculis a Romanis objectum vi occupabant. In hoc bello 80000. fortiſſimorum virorum Romanorum, & 40000. lixæ calonesque trucidati ſunt. M. AURELIUS SCAURUS legatus in captivitatem, & ad victorum Senatum deductus eſt. In eo proponebant in Italiam arma ſua ſe laturos. SCAURO autem hoc inſtitutum reprobante, victoresque terrente, quod tenebat, omnes victum & experientia edoctum iri, Romanos utique eſſe inexſuperabiles; Cimbricus Rex BOLUS indignatione atque ira ita excanduit, ut captivum SCAURUM interficeret. BOLUS enim ferax & arrogans juvenis ſibi perſvadebat, SCAURUM animum victorum infirmaturum & fracturum. Duo Conſulis filii in hoc bello periere. Neque defuerunt, qui litteris prodiderunt, decem tantummodo viros ex Romanis ex bello reliquos manſiſſe, qui cladem hanc importunam ad ſuos detulerint. Et certe actum fuiſſet de imperio Romano, niſi poſtmodum C. MARIUS centurio triumphalis, ſuffragante fortuna, ſubſidio fuiſſet. Romanos ſummus invaſit terror, ut vix major iis trepidatio tempore HANNIBALIS & in bello Africano fuerit injectus. Opinabantur enim Gallos iterum Romam obſidione preſſuros. Ingens etiam pavor totam perculit Italiam. Romani adhuc crediderant viribus ſuis omnes cedere regiones oportere Gallicis exceptis, quibuscum de ſalute, non autem de gloria ſua conſervanda, decertavere. In hac pugna inſignis erat & Gallorum & Germanorum triumphus, expugnato ſpoliatoque utroque propugnaculo ex vehiculis conjunctis, quod Romanis pro vallo erat. Prædas autem direptioni ſuæ relictas more plane novo & inſolito nihili fecerunt, & ad nihilum redegerunt. Veſtes fruſtillatim diſſecarunt, aurum & argentum in Rhodanum abjecere, loricas conſciderunt, ephippia & ornatum equorum diſſiparunt, equis ipſis voragine ſubmerſis. Id temporis Romæ lugubres querimoniæ inaudiebantur, propterea quod omnes verebantur, ne Cimbri ſuperatis Alpibus Italiam quam primum petituri eſſent, & omnia everſuri. Centurio Romanus CEPIO ſuſpicionem incurrebat, & accuſabatur ab omnibus, quod ferocia ſua utrumque exercitum periculo expoſuiſſet, & protervia ſua neglexiſſet. Quocirca Romæ muneribus, honoribus, & omnibus bonis exutus deducitur in carcerem, ex quo clandeſtino ſubſidio L. ANTISTII REGINI tribuni plebis emiſſus & liberatus eſt, qui etiam fugæ ejus comes acceſſit, ut VALERIUS MAXIMUS teſtatur. Quamquam idem etiam adſeverat, quod in publicis vinculis caput ei carnificis manu amputatum, & laceratum corpus in ſcalis Germonii, (qui locus eſt ubi malefici puniuntur) jacens, magno cum honore totius fori Romani conſpectum ſit. Quod quidem commemorabile exemplum documentum præbet inconſtantiæ omnis fortunæ. Nam CEPIO ante maxima dignatione & ſummis honoribus apud Romanos uſitatis conſpicuus Conſul videlicet erat & Pontifex Maximus. Dicitur autem poenam tam horribilem ea de cauſſa ſuſtinuiſſe, quoniam credebant eum pecunias & theſauros e Templo Tholoſano diripuiſſe, quos antea Celtæ e templo Delphico prædati erant, & Tholoſam deportarant. Hinc enatum vetus proverbium, uſitatum de poena maleficorum ſacrilegorum, quum dicunt: auro fortaſſis Tholoſano adtulit manus. Liberi in bonorum ſucceſſionem a CEPIONE relicti inter ſcorta oſcene ea abliguriverunt, & turpiter interierunt, ut STRABO e TIMAGENE probat. Numquam etiam fortunatus fuit, qui ſuſpicionem in ſe commovit direpti ex templo theſauri, ut GELLIUS teſtatur lib. 3. cap. 9. Sequenti anno Cimbri in Hiſpaniam ſe contulere, quum totam Galliam a fluvio Rhodano uſque ad Montes Pyrenæos devaſtaſſent. Etenim hi heroes ab una parte a Romanis, ab altera a Gallis & Hiſpanis invaſi, utrique parti reſiſtere cogebantur. Centeſimo ante CHRISTUM natum anno, qui fuit 151. urbis Romanæ, quum C. MARIUS quartum,

Anno 106. *M. Aurel. Scaurus.* *Anno 103.* *Cn. Manlius.* *Rex Bolus, Scaurum occidit.* *Cepio conjicitur in carcerem.* *Valer. Maximus lib. 4. c. 7. & lib. 6. c. 9.* *Direptum ex templo aurum 100000. libras, & argentum 110000. libras dicitur valuiſſe. Strabo autem e Poſſidonio probat, raptum a Cepione aurum circiter XV millium talentum fuiſſe.* Strabo lib. 4. p. 179. *Anno 102.* *Anno 100.*

Plutarchus in vita Marii p. 184. ſ. C. Marius & Q. Luctatius Conſul.

& Q. LUCTATIUS Conſules eſſent, & urbem Romanam duriſſimæ calamitates exercuiſſent, Cimbris & Helvetiis Tigurinis non ceſſantibus arma circumferre; Romani Cimbros extimeſcentes MARIUM triumphalem cohortis præfectum, ſummum belli Imperatorem & Dictatorem elegerunt, eique imperii militaris ſummam per totum Romanum imperium ad aliquot annos tradidere. Præcipue MARIO Romano Gallica provincia defendenda commiſſa eſt, in qua Romani maxima paſſi erant damna & detrimenta.

Marius ad Rhodanum caſtra ponit.

Conſul MARIUS quum accepiſſet, hoſtes armis ſuis propius abeſſe, nulla interpoſita mora, Alpibus & altioribus ſuperatis montibus, ad Rhodanum conſtituit caſtra & munivit, & omnes res neceſſarias in illa deferri eo conſilio curavit, ne ob inopiam victus arma invitus capere cogeretur. Omnes vias per quas advehebatur commeatus, commodas reddidit & expeditas. In oſtiis Rhodani recurſus maris limum multum & ſabulum congeſſerat. Igitur fluvium ita navigabilem efficiebat, ut nullo negotio naves mare ingredi poſſent. Nam cum exercitu otio diffluente eo venerat, qua de cauſſa foſſam & profundam & amplam duci curavit, ut magnis navigiis habilis eſſet. Qua ratione perfecit, ut oſtia fluvii uſque ad litus laevia eſſent. Quæ quidem foſſa a MARIO adhuc Mariana nominatur. Cimbri copias ſuas partiti ſunt, & per Noricum, vulgo nunc das Land an der Ens, ſuperne CATVLO obviam iverunt, ut vi tranſitum aperirent. Teutones autem & Ambrones confeſtim peragrarunt quod in medio erat regionis, ingenti multitudine, horrendo adſpectu, voce & tumultuatione aliis gentibus diſſimiles, magnaque planitie caſtris ſuis occupata,

Marius ad pugnam provocatus.

MARIUM Conſulem ad pugnam provocarunt. At MARIUS nihil eorum provocatione commotus, milites ſuos continuit caſtris, & eos qui ferocius ſe gerebant, objurgavit. Quin etiam pugnam committi cum hoſtibus poſtulantes proditores patriæ ſuæ appellavit. Neque enim de triumpho trophæisque ſtatuendis nunc agi dicebat, ſed ut, nimbo hoc & quaſi fulmine profligato, tota Italia ſervaretur. Præfectos cohortis & magiſtratum militum ſingulatim allocutus eſt, juſſitque milites ſuper vallo conſtituere, & ſpectare hoſtes, ad ferendum eorum adſpectum, & ad voces valde barbaras & belluinas ſuſtinendas, a Latinorum lingua & indole plane abhorrentes, nec non ad armaturam eorum perſpiciendam. Ut paullatim adſueſcerent, ea quæ ante videbantur terribilia, propter quotidianum adſpectum contemnere. Exiſtimabat enim terrorem rerum ipſa novitate valde augeri, conſuetudine autem effici, ut ea quæ natura horrenda ſint, terrendi vim amittant. Quotidiano hujusmodi adſpectu non terrorem modo militum ſuorum MARIUS exſtinxit, ſed etiam adverſus minas & voculas hoſtium faſtumque intolerabilem animos equitum, & exercitus ſui excitavit & inflammavit. Hoſtes ad ipſa caſtra ferociter acceſſere. Quocirca ad ducem bellicum MARIUM, hæ equitum & reliqui exercitus voces indignabundæ delatæ ſunt: Quid ita tandem Conſul MARIUS ignavos nos judicans veluti mulieres feris & janitoribus a proeliis arcet? Age faciamus quod liberos decet viros, percontemur, alioſne exſpectet pro libertate pugnaturos, nobis vero ſemper ad fodiendum foſſas, & ad avertenda flumina operariis ſit uſurus? Eo nempe conſilio nos laboribus exercuit, ut his ſuorum conſulatuum egregiis factis ad cives redeat. Niſi ſi CARBO & CEPIO eum terrent, ab hoſtibus victi, gloria & fortitudine MARIO longe inferiores, & copiis inſtructi deterioribus: & quidem præſtat aliquid agendo, ſicut illi, perire, quam vaſtationes depopulationes, & incendia amicorum, regionum & bonorum ſuorum otioſe ſpectare. Hæc audienti MARIO voluptati fuere, & ſimulavit, quaſi has voces ſperneret, militesque ſuos leniit verbis, & reſponſum dare diſtulit, & meditatus ſecum eſt, quomodo tempore & loco opportuno hoſtes ſibi ſubjiceret. Erat penes eum muliercula fatiloqua (quam exiſtimo Judaicam fuiſſe feminam) quæ res futuras poterat præſignificare. Hanc in lectica ſecum circumvehebat honorifice, atque ex hujus fatidicæ juſſu ſacra faciebat. Senatus illam Romanus vaticinari volentem repulerat. Poſtquam vero ad matronas ingreſſa, faces quas MARIUS manu tenebat ligaſſet, quumque ad pedes gladiatorum ſediſſet, obſervatis eorum congreſſibus, futuram victoriam prædixit. Proinde quum ad Conſulem MARIUM mitteretur, magnæ illi admirationi fuit. In lectica pleraque vaticinata eſt, & quum ad ſacrificia deſcendit, duplici punicea veſte fuit induta, haſtamque faſciis & ſertis redimitam geſtavit. Conſul MARIUS multis hanc rem ambagibus verboſius exornavit, ſacrificia perfecturus fortaſis, aut ſignificaturus, mulierculam vaticinationes finxiſſe. Id mirum eſt, quod ALEXANDER MYNDIUS in hiſtoria ſua commemorat, duos homines* apud Gypon MARII milites viſos ſequi aereis torquibus circa collum conſpicuos, qui ante proelium apud caſtra comparuerint, & viſi a militibus abierint, reducesque eos ſalutarint, & ita denuo hilarius diſceſſerint, proſperam quaſi ſignificaturi fortunam. Quumque alia multa oſtenta eveniſſent, unius tamen fere omnia generis fuerunt. Renuntiatum autem eſt ab urbibus Italiæ Ameria & Tuderto, noctu in coelo viſos fuiſſe clypeos & haſtas ignitas: primum in diverſas partes ſe commoviſſe: inde concurriſſe, formamque & motum pugnantium virorum exhibuiſſe: denique parte altera fugiente, altera inſequente, omnes in terram procidiſſe. Sub idem tempus BATABACES Magnæ Matris ſacerdos advenit, nuntiavitque Deam ex delubro ſecum locutam, magnam victoriam Romanos reportaturos. Senatu conſentiente ut huic Deæ templum excitaretur triumphale, BARTABACES ad populum Romanorum ut id indicaret progreſſus eſt. AULUS autem POMPEJUS Tribunus plebis prohibuit, & inſolenter eum allocutus eſt, & vi de ſuggeſtu dejecit. Id vero majorem fidem verbis BARTABACÆ conciliavit. Vix enim a concione POMPEIUS revertit, quum tantus eum morbus & febris ſubito invaſit, ut domum ſuam repetere non potuerit,

Martha fatidica.

Miraculum apud Gypon.

Oſtendum Ameriæ & Tuderti.

Batabaces ſacerdos Magnæ Matris.

A. Pompejus Tribunus.

* Plutarchus in Mario non *homines*, ſed *vultures* appellat.

tit, sed uti ab omnibus cognitum est, intra septimum diem ob malitiam suam exspirarit. *Teutones Marii oppugnant castra.* Teutones MARII castra oppugnare adorti sunt. Multis a vallo jaculis petiti & grave passi damnum, multisque suorum amissis, ulterius progredi statuerunt, nullam fore in transeundis Alpibus difficultatem opinati. Quocirca præter castra Romanorum abiere. Atque ibi demum eorum immensum esse numerum ex longitudine & mora profectionis, conjectura judicarunt. Sex enim diebus continuis itineribus præter castra MARII dicuntur transiisse. Romanos per ludibrium interrogarunt, ecquid mulieribus mandarent? se enim propediem apud eas futuros, & adlaturos nuntium. Postquam præterierunt omnes Teutones, MARUS CONSUL subito eos insecutus, & castra semper prope illos ponens, armis hostes indetinenter adortus est. Loca etiam circum jacentia contra nocturnas invasiones munivit. Postquam Teutones iter suum prosequentes ad Aquas Sextiles sive ad Aquas Sextias, hoc tempore urbs Aquensis audit, pervenerunt, a quo loco propius absunt Alpes, ad proelium comittendum Consul MARIUS se composuit. Castra loco satis munito, sed aquæ inope posuit, hoc ipso volens, ut aiunt, animos militum suorum irritare ad pugnam. Castra enim indignantibus, & siti laborandum dicentibus, manu amnem prope Teutonum castra fluentem Consul MARIUS monstrans, inde posse aquam sanguine redimi respondit. Quærentibus autem cur non continuo suos in hostem duceret pugnare paratos? submissa voce castra prius esse munienda dixit: cui quidem mandato milites, etsi molesto sibi, obtemperarunt. Lixarum vero & calonum turba quum neque ipsi, neque jumenta haberent unde biberent, confertim ad fluvium descenderunt cum urnis & lagenis, una ferentes secures, bipennes, gladios, & hastas, aquam veluti pugna sibi vindicaturi. Cum his primum pauci hostium congressi sunt. Nam multi fortes heroes in balneo lavabantur, & calidarum fontibus aquarum utebantur, aut festos agitabant dies, & patrio more voluptati indulgebant, pluribus tamen ad clamorem accurrentibus. Neque Consul MARIUS milites servis & famulis suis timentes facile poterat retinere. Ambrones etiam, totius exercitus hostilis fortissimi, qui Romanos milites, ut supra diximus, cum MANLIO & CEPIONE fuderant, numero supra triginta millia ad arma concurrebant, vino repleti lascivi atque insolentes. Clamore itaque ad pugnandum excitati concurrerunt ad arma cursu non incomposito, nec incondito clamore, sed in numerum arma pulsantes inter cantiones & rythmos feliciter ingressi, idemtidem nomen Ambrones Ambrones inclamitarunt, seu mutuo se ita cohortantes & convocantes, seu hostibus hac nominis sui mentione terrorem iniecturi. Primi Italorum contra eos pugnantes Ligures i. e. Genuenses, & qui accolæ illorum fuerunt, obviam ivere, & audita Ambronum vociferatione, ipsi quoque conclamarunt, & se Ligures appellarunt. Prius quam manus conseruere, alternus hic clamor persæpe auditus est. Utraque pars suos centuriones appellavit, iisque acclamavit, quumque altera pars alteram vociferatione superare contenderet, irritati sunt hoc clamore accensique militum animi. Ambronum & Romanorum castra divellebat amnis, quem transgressi non sunt Ambrones. Ligures autem primum invadentes pugnam commiserunt, jamque ab hostibus victi videbantur. Itaque Romani Liguribus auxilium ferentes ab edito loco in Ambrones irruerunt, quos in fugam conjecerunt, in fugaque multi se trudentes & vulnerantes, cadaveribus suis amnem repleverunt. Eos qui reverti non audebant, Romani usque ad castra hostium & carros pro vallo objectos insecuti sunt, & in fuga trucidarunt. Ibi mulieres securibus & gladiis armatæ illis occurrerunt, terribili & feroci cum fremitu, & pugnantibus sese immiscuerunt, & tam fugientibus quam persequentibus repugnarunt, illos proditorum loco, hos hostes habentes. Et quoniam inexsuperabilis animi fuere, manibus nudis scuta Romanorum revellentes & gladios vi comprehendentes, eosque rapientes, lauciari se vulneribus mortiferis passæ sunt. Postmodum constantia & firmitate mentis præditæ feminæ ad Consulem MARIUM mittebant conservationem vitæ suæ desiderantes, utque promitteret, se prohibiturum ne quis pudicitiam alicujus feminæ imminuere, aut vitium adferre virgini auderet. Cui petitioni quum MARIUS nollet concedere, liberis suis ad saxa & rupes necatis, armis se ipsas occidebant, aut etiam cirris suis suffocabant. Atque hoc modo Romanis cadavera sua prædæ loco reliquerunt. &c. Hoc modo ad fluvium, fortunæ potius beneficio, quam imperatoris consilio & opera, rem gestam perhibent. Postquam Romani Ambrones tanta clade prostraverunt, & ex jussu Consulis MARII redierunt ad castra sua, & nox appetiit, non ad tubas & ad pæanes canendos, non ad computationes & coenas, neque ad somnum, & voluptates, quibus dulcius est nihil, feliciter proelio defuncti milites se converterunt; sed eam noctem non sine terrore & trepidatione exegerunt. Nam non munita aggere & vallo castra erant, & multæ adhuc hostium myriades nondum devictæ supererant. Ambrones qui fuga se servarant, & cædem evitaverant, noctu huc illuc errabundi ejulatus aut gemitus edidere hominibus haud convenientes, sed ululatui belluarum laqueis captarum, eorumque fremitus planctibus & lamentis fuit permixtus. Multitudo certe montium, cavernarum & vallium, sones turbido atque exæstuanti mari similes repercutiebat. Proinde Romanos metus, & consternatio ipsum incesserat Consulem MARIUM, nocturnum & tumultuarium proelium ab hoste ex bello reliquo timentes. Sed aliter usu evenit quam illi opinabantur. Neque enim hac nocte, neque die quæ illam insecuta est Ambrones adgressi sunt Romanos, sed plane tranquilli fuerunt. Interim imperator & Consul MARIUS supra hostium capita saltus vallesque conspicatus, eo CLAUDIUM MARCELLUM cum tribus peditum millibus mittit, ut clam locis iis insessis, a tergo in hostes pugnantes erumperet. Reliquos, tempestive curatis corporibus, somnum

Magna temeritas feminarum.

Claudius Marcellus.

capere

capere jussit: eosque sub auroram extra castra produxit in aciem præmissis in campum equitibus. Quod ubi viderunt Teutones, ne continuere quidem se, dum cum Romanis in planitiem digressis pugnandi fieret facultas; sed celeriter sumtis per iram armis, adversus tumulum subiverunt, in quo stabant Romani. Proinde Consul MARIUS, in omnes partes missis ducibus, stare loco suos jussit; & strenuos ac fortes se præstare, ut bellicosos heroes deceat. Teutonibus ad Romanos adpropinquantibus, omnia & tela & pila sua ejaculati sunt. Quocirca & gladiis & clypeis usi, alter alterum propulsavit. Quum autem loco adspero & iniquo pugnarint, scuta collisa sunt, neque ictus validi fuerunt, & corpora etiam agilia inæquali loco nutarunt. Primos certamen adgredientes secuti sunt reliqui omnes, nec quisquam eorum ignaviam ullam aut timiditatem prodidit, sed animose & alacriter omnes ad unum pugnarunt. Romani quum viderent hostes sursum contendentes repressos esse, in planitiem, nulla interposita mora, retrocesserunt. Quumque primos inibi ordines suos explicuissent, strepitus ob contusa scuta, & excitatos bellicos clamores augeri cœpit, ut postremi ordines eum inaudirent, & hostes vi conjuncta adgrederentur. Destinato videlicet tempore in adversos hostes faciendi impetum, CLAUDIUS MARCELLUS cum suis e tumulo erupit, maximo clamore & impetu, & terga invasit hostium, & extremos cæcidit. Hac ratione Teutonum exercitus utrinque improviso invasus, oppressus & perturbatus est, ordinibusque & primo & postremo relictis, non sine trepidatione Romanos in terga instantes fugit. Qua de caussa Teutonum decem myriades id est supra centum millia militum a Romanis aut cæsa, aut in captivitatem deducta sunt. In hac pugna cecidit TEUTOBOCHUS sive TEUTOBODUS, Teutonum imperator & præfectus cohortis, ut OROSIUS memoriæ prodidit. FLORUS autem & EUTROPIUS referunt in fuga eum captum esse. Hic Rex TEUTOBOCHUS insigni corporis proceritate erat conspicuus, & longitudine sua trophæa exæquabat quocirca Romanis admirationi fuit. Tentoria, currus, & omnem apparatum militarem, ne furtim subtraheretur, Consuli MARIO Romani præmium decreverunt. Existimabant enim, ob periculi magnitudinem quam experti erant, majus & splendidius præmium MARIO se persolvere non posse, quam largiorem hostibus ereptam prædam. Sunt tamen inter scriptores, qui de hac donatione prædæ aliter sentiunt. Massiliensium quoque vineta feruntur ossibus in ea pugna cæsorum redundasse. Et terra, consumtis in ea cadaveribus, atque imbribus delapsis, ita pinguis reddita est, ut uberrimos protulerit fructus, & quod ARCHILOCHUS dixit, hoc modo agros pingue fieri, id tum confirmatum est. Neque tamen vero non est simile, tempore belli insolitas aquas pluvias decidere: sive DEUS terram puris & cælestibus aquis lustrat atque proluit: sive cadaveribus & putredine humidam, gravemque emittentibus exhalationem, ita aer coit, levissimis de caussis obnoxius mutationi. Devictis hostibus Consul MARIUS cæsos spoliavit scutis & bonis, lustratoque exercitu, pulcherrima quæque & integra delegit, quæ ad triumphum conducerent exornandum: reliqua omnia magnum super rogum congerens sacrificium adornavit, omnibus militibus scuto armatis circum adstantibus. Ipse MARIUS præcinctus, & serica veste indutus, facem accensam utraque manu ad cælum tenebat: jamque rogum incendebat, quum equites admissis equis, & calcaribus subditis, ad eum visi sunt contendere. Quumque a MARIO propius abessent, ab equis desilientes celeriter, dextras alacriter ejus dextræ junxere, & ob præclara facinora quintum illi consulatum decreverunt, & ea de caussa litteras miserunt Romam. Quumque lætitiæ suæ ob victoriam conceptæ magnitudinem plausu armorum & scutorum concussorum testati essent, imperatori suo MARIO laureum sertum imposuerunt. Rogo incenso, armisque combustis, sacrificioque a MARIO perpetrato, inconstans & varia fortuna vita est lætis adversa miscere, nec pati prosperitatem molestiæ expertem esse. Nempe paucis post diebus Consuli MARIO nuntius de collega suo CATULO adlatus est, Romanis, sereno cælo & tranquillo, alias rursus procellas tempestatesque immitti. CATULUS enim alter Consul oppositus Cimbris, quum de jugis Alpium tenendis desperasset, veritus est ne dividere in multas partes exercitum cogeretur, & viribus suis debilitatis vinceretur. Proinde statim in Italiam descendit cum exercitu suo, & fluvium Athesim propugnaculi loco sumsit, trajectumque utrinque validis munitionibus occupavit, & providit, ut qui trans flumen erant sibi subsidio esse possent, si hostes Cimbri ad castella sua oppugnanda contenderent. His Cimbris tanta ferocia, & tantus hostium Romanorum contemtus aderat, ut insolentiam potius audaciamque ostentantes, quam necessariæ rei & saluti suæ prospicientes, nivem & glaciem nudis pedibus pertulerint, & ad summitates montium evaserint. Inde scuta corporibus supponentes, per præcipitia se dimiserunt, & prope fluvium castra metati, omni studio tentarunt illius transitum. Tumulos sive colliculos terreos solo æquarunt, & gigantum in morem arbores radicitus evulsere, & terras in montem elevatas everterunt, & scalas rastraque colligata fluvio immisere, ut impetu illius fracto, impedirent, quo minus hostes pontem quem flumini imposuerant, atque virtute rescinderent, & dissoluerent. Quo facto, bene multi Romani exercitus ex majoribus castris discesserunt. Eo rerum statu, Consul CATULUS demonstrans, (quod est boni & cives laudabili exemplo animantis imperatoris & ducis officium) fortem & strenuum animum, quum militibus ut persisterent persuadere non potuisset, sed eos magno cum metu se amovere videret, aquilam tolli jussit, interque abeuntium primos occurrit, ac ducem se præbuit. Nam gloriam suam post militum famam posuit, & turpitudinem fugæ sibi imputari præoptavit, idque egit, ut non fugere, sed ducem sequi milites viderentur.

Teutobochus occisus.

Romani imperatori suo præmium splendidum tribuunt.

Marius laureo serto redimitus.

Inconstantia fortunæ.


Bellum Catuli cum Cimbris.

Cimbri quo modo Alpes transcenderint.

Romani a Cimbris fugati.

Cimbri

EFFIGIES et NUMI nomine et triumphis C. MARII insigniti.



C. MA- RIVS.



C. MA- RIVS.

I. Numisma arg. et gemma Principis Ursini apud Gallaeum, Bacier et Sandrart.

II. Lapis Onix ap. Sandrart.



1. Numus æneus ap. Major.



2. Aen. ap. Eund.



3. Aen. è numoph. Westphal.



4. Argent. ap. Jac. Zabarell.



5. Arg. è num. Westphal.



6. Arg. è num. Westphal.



7. Arg. ap. Goltzium.



8. Aureus ap. Eund.



9. Arg. ibid.



10. Arg. ib.



11. Arg. ib.



12. Arg. ib.

Berrigerreth. fc.



I. Teutobochus Rex Teutonum Megapolens Terror Romanorum Victus demum à Cajo Mario in Campo Aquarum sextarum.



II. Bolus s. Biricus Rex Cimbrorum Victor Romanorum, post V. triumphos devictus á C. Mario et Catulo Lut. in Campo Raudio seu Vercellensi

Ex Imaginibus Frobenii.





III. Catulus Lutatius Proconsul Rom. cum C. Mario Cimbros vincens in Campo Raudio prope Vercelli. é Collect. Gallæi.



IV. Lucius Cornelius Sylla Præfectus militaris sub Catulo Lutatio contra Cimbros pugnans, é Collectione F. Ursini.



V. Marthæ Pythonissæ Syriacæ victoriam contra Cimbros præsagientis effigies in parte interna Arcus Aurasiaci conspicua. apud Joseph. Pise.



VI. Numus arg. in Victoriam Cimbricam armis Catuli Proc. reportatam. é Collect. Westph.



VII. arg. in eandem Catuli victoriam. ap. Goltzium.






VIII. arg. in Triumphum navalem é Sicilia reportatum Catuli Lutatii Cons. E Collect. Westphal.

IX. Capita, quæ putantur Regum Boli et Teutobachi, in parte interna Arcus Auras. ejusq. basi fornicis insculpta. ap. J. Pise.

Püschel sc.

O.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cimbri Romanum propugnaculum, quod erat trans Atheſim, hunc fluvium transgreſſi, ceperunt, Romanorumque fortitudinem, qui ſe bellicoſos præſtiterant, admirati, eos quos primo impetu non proſtraverant, captivos duxere, & data fide, oblataque ſyngrapha, in qua æneus taurus conſpicuus erat, dimiſerunt. Hunc poſtea captum in CATULI domum, veluti ſpoliorum primitias intulere. Quo facto Cimbri omnem circumjacentem regionem præſidio carentem longe lateque vaſtarunt & populati ſunt. Interim MARIUS Conſul per litteras Senatus Romam revocatus in urbem rediit. Quum omnes eum decreto Senatus triumphaturum putarent, ipſe renuit, ſive ne militum ſuorum animos ad bellandum redderet remiſſiores; ſive ut eos erigeret in ſpem bonam, apud populum priorum ſuorum facinorum gloriam deponendo, re iterum bene geſta ampliorem eam ſe conſecuturum confidens. Collocutus inde ea quæ inſtantis eſſent temporis, ad Conſulem CATULUM ſe contulit, eumque ſolatio confirmavit, & illi auctor fuit, ut ſuos e Gallia milites in Italiam arceſſeret. Poſtmodum transgreſſus Rhodanum, * Cimbros ex Italia vi ejicere ſtatuit. Inter Cimbros autem fuere qui exſpectandum eſſe reliquorum Teutonum adventum exiſtimarunt. Alii pugnam differebant, quoniam Teutonum ſociorum moram mirabantur, ſive omnino cladem illorum ignorantes, aut ſimulantes eam ſe ignorare. Nam nuntios cladis illius gravibus adficiebant ſuppliciis, & miſſis ad Conſulem MARIUM legatis Cimbri petebant, ut ſibi fratribusque ſuis regionem & urbes, quantum eorum habitationi ſatis eſſet, concederet. MARIO ſciſcitante, ecquosnam fratres ſuos dicerent, iisque Teutones reſpondentibus, riſum quidam Romani ſuſtulerunt. MARIUS autem Conſul falſe reſpondit, negligite, inquit, nec curate fratres veſtros; obtinent enim, obtinebuntque in perpetuum regionem a nobis datam & conceſſam. Legati irrideri ſe intelligentes, Conſuli MARIO convicium fecere. Quocirca Cimbris, inquit, & aliis Teutonibus, ſi præſto eſſent, regiones divideremus: atqui adſunt, & vos diſcedere hinc niſi ſalutatis prius fratribus non convenit. Simul Reges & Duces Teutonum, qui fugientes in Alpibus a Sequanis erant capti, vinctos e tentorio produci juſſit. Quæ poſtquam Cimbris nuntiata ſunt, extemplo adverſus MARIUM tranquille caſtra ſua ſervantem exercitum duxerunt. Inibi dicitur Romanus Conſul MARIUS novum teli genus inveniſſe. Nam quum uſque ad id tempus pila ita eſſent uſurpata, ut cuſpis haſtili duabus ferreis fibulis adfigeretur, alteram ferream retinuit, loco alterius clavum ligneum fragilem ſuppoſuit: id enim machinabatur, ut pilum in ſcutum hoſtis delatum, non rectum ſtaret, ſed fracto ligneo clavo cuſpide fixa haſtile per obliquum traheretur. Cimbrorum Rex BYORIX dictus cum paucis ſuorum circum caſtra Romanorum equitans ea luſtravit, & Conſulem MARIUM provocavit die & loco definito. MARIUS numquam Romanos ſolitos in conſilium de ineundo prœlio hoſtem adhibere reſpondit; ſe tamen hoc Cimbris daturum. Ita dies certamini ab eo tertius dictus & locus pugnæ campus ad Vercellas electus eſt, qui & equitatui Romano, & explicandæ Cimbrorum multitudini commodus videbatur. Ut dictus appetiit dies, Romani ſuos in aciem eduxerunt, & Conſul CATULUS viginti mille & trecentos & MARIUS Conſul triginta mille milites rexit. Acie hoc modo inſtructa, Conſul CATULUS medium tenuit locum, ut L. CORNELIUS SYLLA, qui ei prœlio interfuit, ipſe ſcriptum reliquit. Ferunt Conſulem MARIUM, quum a cornibus maxime ſe in hoſtem pugnaturum ſperaret, ut ſibi totam vindicaret victoriam, neque CATULUS illius fieret particeps, ſinum receſſumque mediæ aciei effeciſſe. Alii qui hanc hiſtoriam referunt, Conſulem CATULUM tradunt Conſulem MARIUM de hac malitia vehementer accuſaviſſe. Cimbrorum peditatus ſeparatus etiam fuit, & ex caſtris tranquille progreſſus eſt, & triginta ſtadia occupavit. Equites autem numero XV. mille ſplendidis in armis provehebantur: galeas ferebant rictibus terribilium ferarum roſtrisque rari adſpectus adſimilatas, quas alatis criſtis in altum attollentes, eo majores videbantur. Thoraces erant ferrei, alba ac coruſcantia ſcuta, telum ſingulis bidens, cominus magnis gravibusque pugnabant gladiis, quibus & cædere poterant & fodere. Id temporis Romani Cimbros a fronte non invadebant, exercitus enim pedeſtris & equitatus ad lævam erat diſpoſitus. Non fefellit illa fraus Cimbrorum Romanos duces, ſed milites retinere non potuerunt. Quumque aliquis Romanorum Cimbros fugere magna voce dixit, univerſus exercitus ad perſequendum hoſtem ſe accinxere. Uſu etiam venit, ut peditatus Cimbricus in modum vaſti maris agitatus in hoſtes impetum faceret: iccirco Conſul MARIUS manus ad cælum tendens opimum ſacrificium diis promiſit. Similiter alter Conſul CATULUS ſublatis palmis, dedicaturum ſe ejus diei Fortunam vovit. Additur etiam hoc, Conſulem MARIUM, quum ei immolanti hoſtia eſſet monſtrata, magna voce dixiſſe: Mea eſt victoria. Coepto etiam proelio, MARIO miranda & commemoratione digna res evenit, ut L. CORNELIUS SYLLA litteris prodidit. Etenim ſublato immenſo & craſſo pulvere, qualis ante viſus numquam fuerat, qui caſtrorum conſpectum ademit, quum rapto ſecum ſuorum agmine, uti primum intenderat, ad perſequendos hoſtes in campis diu oberraret, interea temporis Conſul CATULUS proſpera uſus fortuna hoſtem debilitatum debellavit. CATULI enim virtute & exercitus illius, in quibus etiam SYLLA fuit, pugna commiſſa, & maximam partem confecta eſt. Dicitur etiam clamor, & ſolis æſtus, Cimbris tum adverſus, Romanis auxilio fuiſſe. Nam Cimbri frigoris patientiſſimi, nimirum umbroſis & gelidis locis educati, quum ad fervidam regionem perveniſſent, ſudorem toto corpore emittentes, & anheli, ſcuta faciebus ſuis obiecere. Pugnatum enim eſt poſt ſolſtitium æſtivum, tribus ante menſem Auguſtum diebus, quem Romani id temporis ſextilem dixere. Fecit etiam

Tarius Romam revocatus.

Tarius triumphum renuit, Catulo collegae suo in follicitudinem adducto.

Plutarchus in Mario Palum nominat.

Byorix Cimbrorum Rex caſtra Romanor, luſtrat.

Romanorum acies.

Cimbrorum acies.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etiam ad audaciam Romanorum augendum hic pulvis, quod multitudinem hostium Cimbricorum occultavit, quos forti impetu prius invasere Romani, quam conspectu eorum terribili ante congressum perterrerentur. Etsi autem Cimbri ob nimium calorem languidi, defatigati & anheli erant in hoc confligentium impetu; nemo tamen Romanorum sudare, aut anhelare est visus: id quod ipse CATO * prædicans virtutem militum laudasse fertur. Hoc modo maxima & validissima Cimbrorum pars concisa est: etenim qui primum in acie locum tuebantur, longis catenis balteis infixis inter se copulati atque ita connexi erant, ut divelli ordines non possent. Fugientes autem, & ad castra sua se recipientes, in summas angustias adducti sunt. Mulieres enim Cimbricæ nigris indutæ vestibus, supra carros stantes, ad castra fugientes cædebant. Quædam maritos, aliæ fratres suos, aliæ patres & liberos trucidatos, carris, quos in eos ingessere, subiecerunt, & ipsæ se interfecerunt. Quandam ferunt de summo tenore, utrinque laqueo appensis ad imos pedes duobus filiis, pependisse: & bene multos, quum arbores suspendiis haud sufficerent, colla sua cornibus aut cruribus boum alligasse: stimulos inde bobus adhibuisse, ab iisque ita exsilientibus raptatos & obtritos periisse. Verum ut hoc modo hostes se ipsi trucidarint, LX tamen eorum millia Romani in captivitatem deduxere, & CXX millia necarunt. In hoc proelio cæsus etiam est BELEUS sive BOLUS Cimbrorum Rex, qui, postquam fortissime pugnando multa damna dederat hostibus, amissa vita sua ipse damnum fecit. In ea pugna trucidati sunt LUGIUS & BOIORICUS Cimbrorum & Teutonum Reges: reliqui duo CLODOVEUS sive CLODICUS, & CENSORICUS sive GENSERICUS capti sunt. Alii duo e pugna salvi evaserant, sed mortem vitæ præferentes, & singulari certamine inter se confligentes, alter alterum interfecerunt. Hoc modo Cimbrorum, Teutonumque e Germania, & Tigurinorum, Tuginorumque & Ambronum 340000. millia in proelio periere, & 140000. millia capta sunt, ut apud STUMPFIUM relatum legimus. Huc accedunt innumerabiles mulieres cum earum liberis, quæ manu sua se & infantes confecerunt crudelissime. Uterque autem Romanorum exercitus non nisi 300. milites amisit. In hoc proelio CATULO & ejus exercitui maxima debetur gloria, quippe qui 31. vexilla expugnavit, MARIUS autem cum copiis suis duobus tantummodo potitus est. Pecunias hostium MARII milites diripuerunt: reliqua spolia, signa militaria, & tubæ in castra alterius Consulis CATULI relata sunt. Hoc maxime argumento CATULUS ostendere voluit sibi laudem victoriæ deberi. Quum vero inter milites ea de re contentio extitisset, ad legatos Parmensium, qui tum forte præsto erant, litis illius arbitrium est delatum. Quos CATULI milites per cadavera hostium circumduxere, transfixos eos pilis suis ostendentes: etenim pilorum hastilibus prope cuspidem CATULI insculpserant nomen. Præcipue tamen rumore, vulgi Consuli MARIO, ob priorem victoriam reportatam, laus hujus triumphi adsignata est. Helvetii etiam Tigurini e Gallia cum novo exercitu susceperant expeditionem, & Noricas occuparant Alpes Cimbris subsidio futuri, eosque in adflictis rebus tecturi. Inaudita autem ingenti Cimbrorum clade, avolavere profugi, & in fuga regionem populati sunt, & spoliis onusti sese abripuerunt. Et quamquam Consul MARIUS Tigurinos & Ambrones Gallos & hoc tempore, & jam antea maximis adfecerat damnis, non tamen sustinuit illos in regionibus & provinciis eorum propriis persequi, ut CICERO litteris prodidit. Consulem hunc MARIUM populus Romanus tertium urbis Romanæ conditorem nominavit, quippe qui urbem non minori periculo & anxietate liberasset, quam quum facta Gallica incursione contunderetur. Iccirco Romani lætitia exsiluere, seque domi cum uxoribus & liberis oblectantes post Deos MARIO etiam libavere. Et quamquam fassi sunt, Consulem MARIUM, ut utrumque triumphum solus ageret, promeruisse; se tamen moderatum gerere, & una cum CATULO, altero Consule triumphare præoptavit. Id simul MARIUS verebatur, ne, si CATULUS triumphi honore privaretur, se quoque triumphare milites una voluntate inter se consentientes, haud permitterent: In hac historia primum vocis TEUTONUM injicitur mentio. Hæc aliquot abhinc sæcula plures populos comprehendit; neque tamen in ampliſſimis regionibus, quæ Germania audiunt, vola aut vestigium supereſt, e quo certo colligere possis, ubi locorum illi qui Teutones nominantur vetustissimam & præcipuam sedem, & primum domicilium suum habuerint. Usque adeo in humana vita nihil non varium & incertum, nihil non caducum & fragile est. Mutato regimine, potentissimi etiam populi delentur, aut dissipantur, ut ignoremus quo loco permansionem & habitationem suam primum collocarint. CORNELIUS autem TACITUS & PTOLEMAEUS certiores nos faciunt, populos Teutones Westphaliam, & loca ad Visurgim sita possedisse. Nam CORN. TACITUS Teutoburgum in Westphalia collocat, penes quam urbem HARMINIUM & QUINTILIUM VARUM cum legionibus suis deleviſſe memoriæ prodidit, & inde pagum prope Coloniam, Teutonicum audivisse adfirmat. Vox Teutonum, ut multi opinantur, originem accepit a voce hebraica Ascanes. Tuiscones & Ascanes quodam modo conveniunt. ASCANES, auctoribus scriptorum omnium sanctissimis, GOMERI fuit filius. In Phrygia diu vox ASCANII usitata fuit, quod comprobat HOMERUS. ASCANES sacerdotem ignis, sive custodem ignis, videlicet sacri significat. Gratior igitur & acceptior nobis hæc vox est, propterea quod nos commonefacit, majoribus nostris religionem ac cultum divinum non sine ingenti veneratione curæ cordique fuisse. Ambronum nomen nunc penitus exspiravit. Existimo autem populos sic nominatos fuisse qui ad Rhenum habitarunt, ubi Clivenses, Juliacenses & Tenetteri sedem & domicilium sibi constituerunt. Germanice Ambrones dicas die am Rhein. Forte ab Ambronibus reliquum est nomen verbi Embrich.

Ita

*quem CATONEM auctor, Plutarchus in Mario CATULUM nominat.

Spectaculum miserandum.

Beleus Cimbrorum Rex cæsus.

Legati Parmensium arbitri litis.

Chronicon P. M. p. 233.

Teutonum sedes Westphal.

Vocis Teutonum origo.

Gen. 10. 1. Paral. 11.

Ascanes quid denotet?

Ambrones.

Embrich in Frisia.

ad Tom. III. pag. 419.


*CIMBRORVM VICTORIS TROPÆA.
*GO TRADVNTVR.
IN CAMPO AQVÆ MARTIÆ:
E COLLECT: TH: GALLÆI



L



TRAIANI DACORVM VEL C. MARII TROPÆA VT ROMÆ VVLGO E COLLECT: THEOD: GALLÆI:












TROPÆORVM C. MARII VESTIGIA et
Situs in Ruderibus
Castelli Aquæ Martiæ Romæ.
è collectione D. D. Mayoris.







mbrona.

onitio de pra dictis pulis dele-

Ita in Delphinatu Galliæ non procul ab urbe Aquis Sextiis, ubi MARIUS Teutones & Ambrones debellavit, urbs quædam Ambrona audit. Quum hujuſcemodi hiſtorias momento ſuo ponderamus, perpendere etiam nos oportet, quam variæ & incertæ ſint res humanæ, bellaque & expeditiones majorum noſtrorum, potentiſſimi populi Romani, Cimbrici & Teutonici ſupplicia fuiſſe graviſſima. Una venire nobis debet in mentem, humanum genus non tantummodo ad has rerum adſperitates creatum eſſe, ſed in his ærumnis & ingentibus turbis, beneficio providentiæ cæleſtis numquam ſatis prædicando, parvulum conſervari coetum, e quo diſſipato DEVS ſibi civitatem ſuam aut eccleſiam congreget æternum duraturam. Summo etiam NUMINI gratias vere ex animo nos perſolvere oportet, quod nos ad cognoſcendum unicum Filium ſuum clementiſſime convocarit, & a tempore CAROLI primi Imperatoris Germanici manſuetum nobis regimen indulſerit: quamquam illo non amplius imperante, genus humanum inſignem expertum eſt vaſtitatem. Quæ dum conſideramus, virtutes ducum & imperatorum laude dignorum dicendo nos oportet celebrare, quibus animos DEUS, vires & felicitatem divinitus elargitus eſt, ut has regiones feliciter defenderint ac conſervarint. Præterea convenit nobis, multis ſuſpiriis & precibus a DEO impetrare, & opperiri patriam æternam, quam apud DEUM lætitia adfecti ſempiterna incolemus, qui omnia in omnibus beatis erit in perpetuum. Atque hæc, legentibus nobis relata tot veterum populorum bella atque expeditiones, in oculis & animo noſtro verſari debent.

XII.

CORNELII DVPLICII SCEPPERI, DANIÆ REGIS CHRISTIERNI II. CANCELLARII, LITERÆ AD JOANNEM DANTISCVM, EPISCOPUM CULMENSEM.

1. Clariſſimo viro Domino Joanni Dantiſco, Regiæ Majeſtatis Poloniæ ad Sacram Cæſaream Majeſtatem Oratori &c. Domino & Patrimeo obſervandiſſimo.

17. d. 27. unii.

Ex Monoeco ad Te ſcripſi, dubium eſſe, quorſumnam proficiſceremur, rectane Vercellas per Pedemontanos, an Genuam. Diſcuſſa tandem re omni viſum eſt Genuam contendere primo, quod Pedemontani crebris incurſionibus Gallorum ſubjicerentur, ipſi non omnino animo à Gallis alieno; deinde quod Dux Sabaudiæ, cum ſuo nomine foedus cum Franco Rege contrahere non auſus fuerit, filium natu majorem nondum ut audio trimum cum filia Franci Regis copulavit adeo firmatis conditionibus, ut jam in ſtipendium annuum præfinita illi cohors centum equitum cataphractorum more Gallico ſit adjuncto ordine equeſtris militiæ Gallicæ. Talia adeo hæc tempora, ut cunæ jam nobis milites & præfectos plures quam tentoria alant. Acceſſit ad hæc impedimenta opportunus adventus trium triremium & unius myoparonis, quam claſſem illuſtriſſimus Antoniotus Adurnus Genuenſium Dux ad nos excipiendos transmiſerat; dudum enim abierant duo illi myoparones, qui nos ex navi magna, quæ in Corſicam contendebat, Monoecum advexerant. Ubi primum itaque advenere triremes illæ, nulla mora facta confeſtim conſcendimus die hujus menſis Junii XXI. ſub noctem, uſique remis & velis, ut eſt in proverbio, alto nos mari credidimus, medio fere canali inter Corſicam & Liguriam, idque ideo, quod Franci littora omnia Liguriæ & præſertim Savonam occupant. Navigavimus ergo & nocte illa, diei XXI. & die XXII. toto XXIII. autem, quæ vigilia eſt divi Joannis Baptiſtæ, ſub horam diei orientis ſextam, quæ eſt apud nos fere XI. neſcio qua negligentia magna ſane, ſed eam nobis pepererat terræ amicæ jam pridem conſpectæ vicinitas, prius fere in Gallicam claſſem incidimus, quam eam conſpiceremus. Subito itaque Galli remis quam maxime poterant inniti nos omni ex parte circumdare; alii ne in portum Finum perveniremus à fronte nobis occurrere alii à puppe alii à lateribus. Erant autem in illa claſſe Gallorum triremes ſedecim aut ſane quindecim cum Bergantino uno; nam ſedecim vela numeravimus. Sed, ut fieri ſolet, aliæ aliis celeritate præſtabant. Itaque primum duæ velociſſimæ triremes nobis occurrere à latere; cumque nobis vicinitas periculi vires geminaret, vi effecimus, ut non à latere ſed à puppi incurrerent, quæ res nobis ſecuriorem remigationem peperit. Cum minus jam ictibus bombardarum, qui multi erant & frequentes remiges noſtri ſubjicerentur, aliæ interea ſed tardius appropinquabant, nos perpetuo curſu contendebamus in portum Finum, qui ditionis eſt Genuenſium, occidentalior portu Veneris, orientalior autem quam Genua millibus paſſuum viginti. Diſtabamus autem à dicto portu Fino, cum primum in conſpectum Galliæ claſſis venimus, ad milliaria Italica quadraginta. Quid multa? jam & remigibus noſtris vires & magnæ parti noſtrum animi defecerant. Ipſe Cancellarius lecto incumbebat vexatus podagra, cumque alii ſuper alios res perditas denunciarent, ille inducere in animum id non poterat, mihi ſane nunquam fiducia defuit. Erant, qui me intuerentur tanquam meo ductu meisque auſpiciis in ea pericula deveniſſent, ſed DEUS nobis auxilio fuit. Nam cum crebro in nos bombardæ hoſtiles intonarent globique ferrei magni ponderis, nam inventi ſunt, qui 55. libras ponderabant ferri, nemo tamen ex noſtris interiit, ſeptem ſolum remi fracti atque ex horum fragmentis remiges duo vulnerati. Idem fere in aliis duabus triremibus evenit. Hoſtes deſperata jam victoria, abjectoque animo triremibus potiundi, converſis in Bergantinum viribus eun-

dem videntibus nobis cepere: fuere in eo homines triginta; nemo tamen familiarium noſtrorum. Tandem cum portui Fino appropinquaremus, ab inſequendo deſtitere, veriti machinas, quæ in arce & promontorio ad præſidium tutelamque locatæ fuere. Hunc exitum habuit prælium noſtrum, quod ſeptem horis nos tenuit. Poterant hæc Genuæ ab arce conſpici, ideoque ſex aliæ triremes paratæ ſunt, quæ poſtridie ejus diei nobis Genuam properantibus occurrere videntibus Gallis, qui altum tenebant, cum nos littus illud, quod totum amicum eſt, vaderemus, magnaque pompa excepti ſumus à civitate univerſa. Vide ergo ſortem noſtram. Multi optime ominantur. Me id ſolum male habet, quod inter ignotos verſor. Hic omnia dubia & intranquilla, ingens adhuc penuria annonæ. *Italia tota Cæſarem odit. Cancellarius mandatum expectat de caſtro Baeſt, cyphris & reenſt. Exercitus Cæſareus* adhuc eſt, ubi prius. *Vitefol* ubique *male audit. Rex Angliæ* dicitur *parare exercitum. Cancellarius*, ut ſatis intellexi *vellet, Franciſcum Sfortiam reſtitui.* Sed neſcio, quid fiet; non admodum mihi videtur fieri poſſe; nihil tamen poſſumus ſcire quid futurum ſit, priusquam litteras habeamus à Cæſare; ab his enim res omnes meæ dependent; interim Genuæ manebimus, de B. puto ſatis rem omnem te intellexiſſe. Antonius de Leyna Præfectus Mediolani, ubi primum audivit Cancellarium applicuiſſe, Monoecum miſſis cohortibus denis comitatus Satyranæ & Valentiæ, ſi quid reſiduum furor Hiſpanicus reliquerat, iterum depopulari diripique juſſit arbitratus, ut reor, non ex voluntate Cæſaris bonum hunc ſenem abiiſſe. Hæc merces laborum. Cuperem ſcire, an S. reddiderit nobis * *ſtatum Barenſem.* Scripſit is nuper per Secretarium quendam, *bonum eſſe, quod Cancellarius huc venerit.* Multa animo molimur, neſcio quo ſucceſſu. Plurimum aveo ſcire, ſi quid novi ſit de illuſtriſſimo Rege Daniæ, deque Norvegica expeditione; neſcio etiam, an Melchior Juw redierit domum. Conſilium de Ducatu Mediolani eſt, quod idem aut proveniet *Regi Bohemiæ* aut *differetur adhuc ejus donatio ad tempus;* interea ſimulabitur *tractatus juſtitiæ futurus in rem Franciſci Sfortiæ.* Ita Cancellarius mihi narravit; non dubito autem, quin miranda ſimus viſuri. Velim me crebro certiorem facias de rebus tuis; nam non dubito, quin tibi grave ſit ſoli illic eſſe inter Hiſpanos, cum tot amiſeris convictores, ſine quibus tibi vitæ medietas deperit. Spero tamen futurum, ut aliquando aut iſthic aut alibi jam quarto conveniamus. Interea ſcribe de rebus omnibus, & me omnibus amicis commenda. Scribam, ubi primum intellexerimus, quid faciendum nobis quidve omittendum ſit? ſi advenerit Illuſtriſſimus dominus Marchio cum nuncio virginis, impartiri ipſi dignabere 300000. dezolaſmanos; totidem & rev. Dn. Vice-Cancellario meo nomine & tuo alios 3000. Et vale feliciter. Ex Genua Ligurum XXVII. die menſis Junii anno Domini MDXXVII.

Tibi addictiſſimus ut filius,
Cornelius Duplicius Scepperus.

Hæc, quibus linea ſubducta reconditis characteribus ſcripta ſunt.

Chriſtierno II.

2. Reverendiſſimo in Chriſto Patri & domino Domino Johanni Dantiſco epiſcopo Culmenſi &c. Domino honoratiſſimo.

S.P. Vehementer angor animi, quod de Te nihil audio. Scripſi etiam aliquoties, neque raro literas tum à Sereniſſimis Poloniæ Regibus, tum ab ejus regni primatibus viris accepi, & meas ad Te puto tuto commiſi Domino Nyptzits, & nonnunquam Reverendiſſimo domino Pzremislienſi. Si tamen bene vales, parum defuerit; ſin minus recte, cur non jubes Campenſi aut alicui ex Tuis ad me ut ſcribat. Ego hic adhuc ſum, ſequarque Sereniſſimum Romanorum Regem in Hungariæ confinia, ac proinde fac omnino aliquid ſcribas. Mitto ad Te literas binas Hiſpanicas à Tua. Salutat item Te dominus Johannes comes à Montfort, qui hic eſt. Rerum novarum nihil eſt. Foedus iterum confirmatur in Italia per Cæſarem. Galli Venetique dicunt novo non opus eſſe foedere, cum nihil ſit detractum veteri, neminem eſſe quicquam immutaturum in Italia. Quod ſi forte Rex Francus maximis de cauſis aliquid tale tentaret, Venetos Regi optime de ſe merito non poſſe adverſari. Pontifex palam hortatur principes ad concilium: quid clam faciat non eſt Tibi in obſcuro. In principio Februarii iturus eſt Cæſar Mediolanum poſt Genuam. Oratores Joannis Saxoniæ Ducis nondum impetrarunt inveſtituram. Dux Wirtenbergenſis junior agit clam apud Bavaros. In Germania alias omnia ſunt tranquilla. Oratores Ducatuum Auſtriæ & in his Cardinalis Tridentinus adhuc ſunt Bononiæ. Duo ibi ſunt Cardinales Franci & Claudius Dodeus Tibi notus orator Chriſtianiſſimi rediit ad Regem ſuum, puto terreſtri itinere venturus in Hiſpanias. Ludovicus de Gonzaga creatus Capitaneus generalis eccleſiæ interfectus eſt ab Abbate de Farſa, hoſte Pontificis, in obſidione neſcio cujus ignobilis caſtelli. Ita nil niſi mortes nunciantur. In aula noſtra omnia ſunt eadem, ut ſemper. Ego hic hæreo & ſecuturus ſum Regem Romanorum in Hungariam proinde ſcribe de rebus Tuis. Francus adhuc me ſollicitat & Cæſar non melius tractat & minime tractaturus videtur. Sciam tamen extremam ipſius voluntatem brevi, & an me velit ſequi in Hiſpaniam. Hieronymus Sayler bene valet & eſt in aula Cæſaris. Perendie hinc ſumus abituri. Ego me confirmavi ad omnes caſus fortunæ & recte valeo. Ex Hungaria ſubinde ſcribam. Tu itidem fac. Neſcio, quid facturi ſimus in ea cauſa. Credo negotium omne ad vos tandem iri devolutum. Vos videritis. Si recte valet Campenſis e familia Tua bene eſt; peto autem tum Tibi tum Tuis omnibus commendari ex animo. Ex Flandria diu eſt quod nihil accepi litterarum. Godſcalcus noſter ſecuturus eſt Cæſarem in Hiſpanias. Pratenſis ait ſe rediturum in Flandriam, quod non credo. Hæc ſunt, quæ modo occurrunt valetudinem Tuam cura, & me quod facis, ama. Ex Oeniponte XXV. die Januarii Anno Domini MDXXXIII.

1535. d. 25. Januar.

Reverendiſſimæ Celſitudinis Veſtræ,
humilis inſervitor
Cornelius Duplicius Scepperus.

3. Reve-

1537. 2. Martii. 3. Reverendiſſimo &c. S. P. An vivus ſis an mortuus, ego profecto conjectura aſſequi non poſſum; adeo diu eſt quod de Te nihil audio; nam neque ad tot litteras meas quicquam reſcribis, & dominus Nyptzitz amicus noſter in literis ſuis ad me nullam penitus mentionem Tui facit. Scio ego ut quamprimum ad Tuos venires, indulgendum fuiſſe pientiſſimæ matri Tuæ, ſcio affinibus, amicis, ſodalibus; ſed tot menſibus, quod nihil ſcripſeris, ignoſcere vix poſſum. Si vero ut alibi ita apud vos invaluit incivilis conſvetudo literas aperiendi, forte poteſt fieri, ut meas omnes non acceperis. Tametſi quasdam ad epiſcopum Pzremislienſem, alias ad Foccharos dederim & Carolum Cutzer, ſed hæc miſſa faciamus: & ſi potes reſcribe, ſi non potes per chiragram, jube Campenſi aut alicui alteri ex amanuenſibus: nam miro teneor deſiderio cognoſcendi de valetudine Tua. Nos hic recte valemus fuimusque in Poſonio congreſſi cum Voquodanis Oratoribus resque Sereniſſimi Ferdinandi Regis optima in ſpe ſunt. Imperator Turcarum mittit ad Sereniſſimum Regem præfatum oratorem unum inſignem, qui de hora in horam hic Viennæ exſpectatur. Interim induciæ ſunt & optime ſervantur. Scribitur & ex Conſtantinopoli, longam & firmam pacem eundem Turcarum Cæſarem nobiſcum facere velle. Hæc dicta propter adventum præfati Oratoris dilata eſt, donec quid rei ſit, quid adferet intellexerimus. Chriſtianiſſimus Imperator noſter Carolus ultima Februarii receſſit ex Bononia, profecturus Alexandriam ibi demque expectaturus, donec claſſis parata fuerit. Reverendiſſimus Archiepiſcopus Barenſis nunc eſt Cardinalis creatus. Liga nova in Italia eſt facta & ordinati milites pro conſervatione Italiæ, cujus ligæ capitaneus generalis eſt dominus Antonius de Leyna. Pontifex miſit breve Apoſtolicum in patriam noſtram & juſſit epiſcopis Mornenſi & Tornacenſi, ut templis valvarum affigeretur. Quo brevi declaratur *Rex Angliæ excommunicatus, niſi uxorem repudiatam recipiat, jamque fama eſt Scotos bellum adverſus Anglos parare; quicquid ſit equidem neſcio. In Germania omnia ſunt valde tranquilla. Fama eſt Cæſaream Majeſtatem autumno futuro ſtabilitis rebus Hiſpaniarum trajecturum in regnum Neapolitanum una cum Imperatrice & ibidem ſedem Imperii poſiturum. Hieronymus Sayler valde miratur, quod nihil de Te audit. Dominus Gotſcalcus Saxo Carolus ſeſe ex animo Rev. Dignitati Tuæ commendat; ſecuturus eſt Cæſarem in Hiſpanias. Hunc meo loco ſubſtitui, ut negotia Sereniſſimæ Reginæ veſtræ ſollicitet, id quod facit & fecit. Cetera præfata Sereniſſima Regina per litteras me conſulit, num ſit melius, ut ipſa aliquem ad Cæſarem mittat, ex quo, ut ait, Gottſcalcus non eſt Cæſari gratus. Neſcio, quis de Godtſcalco ita ipſam informavit; neque enim indiligentem ſeſe præſtitit, & apud Cæſarem & Magnates gratioſus eſt, & gratioſior quovis, quem illa mittet Te uno dico excepto. Nam Fabianum optime novi, & pace Tua dixerim, animo eſt excelſiori, quam ut ſeſe demittere poſſit in moleſtias noſtras. Scis quid velim. Ego tamen conſulo Reginæ, ut aliquem mittat, & ſic experietur. Nam ego adhuc maneo in iſta legatione, quod quamdiu ſit futurum neſcio. Et ea finita tranſibo in Flandriam, & inde, ſi res exigant aut volet Cæſar, in Hiſpanias. Rever. Dnus *Archiepiſcopus Lundenſis collega meus per Italiam fortaſſis repetet Hiſpanias, niſi bella obſtiterint. Is ſe ex animo Tibi commendat offertque ſervitia ſua tum intuitu veteris conſvetudinis, tum quod fateatur ſe plurimum debere Tibi. Si quid in Hiſpaniis actum voles tutiſſime per eum agere poteris. Mitto ad Te litteras ex Hiſpaniis miſſas; ſcis, cujus ſint. Nihil exinde eſt rerum novarum. Imperatrix erit Barchinonæ ad iſtud feſtum Paſchatis. Credunt Cæſarem ante Paſcha ibi futurum. Tametſi fama eſt & rationi conformis videtur, eum nonniſi in feſtis Paſchalibus abiturum à Genua. Si quid acciderit nobis in Germania exiſtentibus, libens Te faciam certiorem, modo vivere intelligam: nam niſi reſcripſeris, ego arbitrabor mortuum eſſe & hunc dolorem, quod nolit Nyptzitz, mihi communem facere. Quia principio ſpes erat me in Poloniam venturum, ſcripſit ad me uxor mea & Marcus Leucorinus frater, ſe ut Tibi commendarem; id nunc per litteras facio. Dominus de Fiennes mortuus eſt. Domina de Egmond habet controverſiam cum illius vidua, resque proceſſit ad graviora verba. Curia noſtra eſt ut prius. Locum Valdeſii habet Hiſpanus quidam famulus Domini Commendatoris Cobos, qui neque litteras neque natare. Negotium Judæorum eſt tale: Johannes Vuyſtius Trajectenſis ſollicitat captivus ille monoculus, qui fuit apud Tridentum, deductus eſt Bononiam: poſt examen inventus reus, Hiſpani per Don Garciam de Padilla commendatorem de Cadatrana dicuntur illi faviſſe. Ipſa illuſtriſſima Sabaudiæ Dux Bononiæ pro nebulone inſtetit. Cæſar reſpondit, expoſita vita furciferi ſe non poſſe quidquam contra juſtitiam in gratiam cujusquam concedere. Sic Johannes triumphat &, ut Gotſcalcus noſter ſcribit, deſtinatus eſt Veſpaſiano ſucceſſor adverſum Judæos & contra eos moturus ex Alexandria, quo ſequitur Cæſarem. Ego enim nihil amplius ſcribo, quam idem Saxo Carolus ad me ſcribit. Quid de me futurum ſit, incertus ſum, tædet me hujus vitæ. Doctor Matthias ſit intolerabilis & Waltkirchiſat. Obernburger eſt Secretarius; ego ubique excludor. Pratenſis redibit in Flandriam. Barenſis eſt Cardinalis. Scis, quid Dominus de Naſſaw de Oſmenſi. Ita præter Cobos & Granduell nemo manet; res tamen procedunt mira felicitate. Tantum poteſt DEI voluntas. Hieronymus Lashy apud vos eſt; poterit is plura recenſere. Scribe ad me duabus viis, altera per Focharos, altera per naves ad Brugas aut Zelandiam ſemiſubmerſam; nam quid facturus ſim neſcio. Ego me ex animo Tibi, ſororibus, Tuis amicis, Campenſi, fratribus omnibus commendo & rectiſſime va-

* Henricus VIII.

* Joh. de Weze.

lere cupio. Ex Vienna Pannonum. XVIII. die mensis Martii, anno D. 1533.

Ejusdem Rev. Dignitatis TUÆ
humilis inservitor tanquam filius,
Cornelius Duplicius Scepperus
Eques & Orator. Cæsar. Majestatis in regno Hungariæ. m. p.

1533. d. 27. *Martii.* 4. S. P. Deus meliorem mentem det istis tabellariis, quam habuere hactenus in perferendis litteris Tuis & meis. Vix enim quinque dies sunt, ex quo Tuas accepi Viennæ de dato 30. ni fallor aut 29. Decembr. neque tamen in obscuro esse potuit, ubi ego fuerim quando Foccharis & Welzeris id omnino constitit & inprimis vestratibus. Gaudeo itaque vehementer Te vivere & valere, quantumvis nonnihil offuerit dextri pedis dolor, quem levius tolerare Te scribis, quam nullum in externis curis, qua in re vehementer Tecum assentior. Quod autem miraris me nihil scripsisse, omnino arbitror Tibi satisfactum cum tempore esse. Nam antea non vacabat in rerum omnium desperatione gravissimisque itinerum periculis quibus demum ereptus sum, cum ex Mantua venissem Oenipontem. Tristissimam rerum, quam Tibi depinxi faciem, talem omnino esse arbitrare. Neque tamen desivimus cauti esse. Ego vero, ut bonum nuntium ad Te scribam ad has fortunas obcallui; neque curo amplius, sed spem posui in DEUM. Uxor feliciter peperit, prout scripsi. Non omnia perdita sunt; adhuc domi est, quod me alat. Offeruntur undique conditiones tum ex Francia prout aliquoties ad Te scripsi, tum ab aliis non sine scitu Cæsaris, cui ea exposui, & expono per litteras. Præterea nunc versor in hac legatione ut minime utili; quæ tamen mihi pariat experientiam & cognitionem aliquantam istarum rerum. Id vero satis arbitror esse. In summa usque ad extremum sum permansurus in officio boni viri. Quem si Cæsar alere vel ab ignominia meorum vindicare nolit, feram æquo animo & postquam re ipsa ostendero per me nihil omissum esse, respiciam vel postliminio ad res meas. Neque non possum maximas Tibi gratias agere, quod talem Te obtuleris futurum, qualis hactenus fuisti. Neque parvæ gloriæ loco duco, quod in inclyto vestro regno, si omnia apud nos pereant, offeruntur a clarissimis viris Przemislienſi episcopo illustrissimo domino Joanne Comite à Tarnovia, qui me prior litteris suis amicissimis ad amicitiam provocavit, amicorum officia, quæ eo sunt gratiora, quod ab integerrimis viris sinceriſſimoque affectu profecta sciam. Nolo tamen diffiteri, ad neminem me libentius venturum esse quam ad Te, si casus aliquis acerbior ingrueret; secundum Te ad eos. Sed hæc DEUS meliora faciet. Quare desine mea causa dolere, & Temet cum dulcissima matre, amicissimis sororibus, affinibus & amicis oblectare. Quibus officiosissime cupio commendari & ad me aliquando scribe. Sciet enim Rev. Przemislienſis aut Carolus Cotzer litteras ad me Tuas aut Focchari transmittere. Rev. Dn. Lundensis & ego hic sumus Viennæ in commissione nostra. Fuimus Posonii in Hungaria per aliquot dies ibi tractantes cum oratoribus illustrissimi Domini Joannis comitis Scepusiensis viris certe insigni eruditione & prudentia præditis. Magnificum tamen Dominum Hieronymum de Lasho, qui unus fuerat ex quatuor, non vidimus: abierat enim rediturus, nisi conventus interruptus fuisset. Cujus causa hæc fuit, quod dum illic tractaremus, advenit nuncius Cæsaris Turcarum ad Ferdinandum Regem missus, pacem ferens honestissimis imo multis conditionibus aliis, nisi indicibus valde magni timoris, qui unde emergat non est obscurum divinare; ex damnis scilicet acceptis, & ex affirmatione omnium ex Styria Carinthiaque & finitimis provinciis incolarum, apud quos multum perdidit æstimationis nomen Turcicum aliquot modis tentatis nulla re bene gesta. Quod affirmare nisi sciremus Reverendiss. Dn. Lundensis & ego: non essemus adhuc tam affecti in eam, quam debemus, partem, in quam nos honestum est ut simus affecti, quam nunc scribimus. Itaque certum habe à nobis pacem à Turcarum Cæsare non tam offerri quam peti solidam illam & citra indignitatem cujusquam. Quod ideo dicimus, quia sparguntur & in Hungaria & in Polonia rumores, quod Pontifex & Cæsar in hanc consenserint pacem, quæ esset ut Ferdinandus regnum teneret Hungariæ, daret Turcis Slavoniæ, Bassas sibi largissimis donationibus devinciret: quod omne falsum est, nam ne unus quidem pes terræ in Hungaria, Slavonia aut aliis provinciis datur Turco neque quidquam Bassis aut tributi nomine aut largitionis, neque pro ipso quidem Hungariæ regno tribuitur. Tantum manet æqualitas & amicitia paxque vita ipsorum durante, prout moris esse Turcarum Tute nosti. Cum Cæsare nostro & ille pacem ambit, qui tamen in tempora dividit, sed ita longa ut interim sit vel dominus vel asinus moriturus. Hoc tantum potuimus scripsisse. Expectamus responsum à Cæsare, pro quo missus est illustris comes à Salm. E contra Waywoda misit Ludovicum Griti ad instantiam Cæsaris Turcarum pro re sua. Quid sit facturus, nescimus. Hoc scimus, pacem firmam & solidam esse. Cujus causa hæc est: cum semper Waywodani dixerint, Turcarum Cæsarem nihil facturum, nisi totum Hungariæ regnum detur Waywodæ, voluit experiri id Sereniſſimus Romanorum Rex atque ob id post fugam Turcarum Cæsaris ex Pannonia aut si mavis fugæ similem discessum missus est quidam qui animos invenit præparatos præfati Cæsaris obtulitque ea, quæ à tam magni habito principe nemo expectasset, nisi qui sciret quantum esset, quod nobis esset formidandum; quod plurimis videtur esse valde exiguum. Nos ad hæc pauca D. Suæ Rev. commendamus & felicissime valere tandem exoptamus. Campensi paucis scribo, quia non suppetit tempus in istis gravissimis negotiis. Deus Te conservet incolumem cum Tuis omnibus. Sororio Tuo, tametsi amicorum & fratrum nomine eum prius comprehenderim, meo nomine plurimam salutem dicito, quia, quod & ille se mihi commendaret, scripsisti. Et bene vale domine & amice & pater

vere

vere amate & DEUS TE conſervet. Si non tam brevi, ſemel tamen conveniemus, ubi DEUS redditurus eſt unicuique ſecundum opera ſua. Sacerdotium Tuum gratum habeat, qui pro nobis paſſus eſt & in quem ſperamus, aliquando memineris precibus Tuis. Noſtri, uxor, frater & amici ſe Tibi commendant, quia putabant me in Poloniam profecturum; ſed hæc ego per literas. Cæſar eſt Alexandriæ trajecturus in Hiſpanias circa XIIII. Aprilis diem; ibi claſſis parata eſt. A Gallis nihil eſt periculi, manent ad conſervationem Italiæ ſeptem millia veteranorum militum Germanorum Duce Thamyſæ conterraneo meo & totidem Hiſpanorum præter lixas & calones præter equitum quatuor millia, & levioris armaturæ totidem equitum. In quibus ſunt Duces Ferdinandus Gonzaga Sucre, Milort & alii. Si Gallus advenerit, eſt ordo, prout in ligua Bononiæ facta, quam Tu noſti. Niſi quod a Venetis non ſatis eſt quid boni ſperandum; atque ideo exterorum eſt exercitus major. Reverendiſſimus Dn. Barenſis Patriarcha Indiarum eſt Cardinalis. Dominus Pratenſis & omnes alii abeunt ex curia. Manet Grandtvella & commendator major regionis Cobos. Ego his rebus peractis ſum reverſurus ad meos, poſtmodum in Hiſpanias. Doleo, quod non potuerim apud Sereniſſimam Reginam Poloniæ probare ſtudium meum. Tametſi enim quædam acta ſunt & eorum literæ ſunt ſufficientes teſtes, qui verum præſident, tamen non potuere hactenus ea fieri, quæ voluiſſem, ob crebra itinera. Id optimum eſt quodque mihi eſt gratiſſimum & ab quo abhorrere me ſciviſti ne quisquam meæ negligentiæ aut abſentiæ cauſa damnum pateretur. Id enim accidit Sereniſſimæ Reginæ, cui Godtſcalcus & ego, ille meo nomine, ego ob inſignem Majeſtatis ipſius erga me propenſitatem libentiſſime inſervivimus & inſerviemus nullis ipſius impenſis. Plura ad Te ſcriberem, ſed quia raro ad me ſcripſiſti, videorne non litteræ meæ ad Te intercipiantur in via. Sed hæc Tibi habe perſuaſiſſima, principibus iſtis honeſtiſſimam pacem cum Turca eſſe. Et male ſucceſſurum Lutheranis, Franco, Anglo & cæteris ſi modo non omnino DEUS noſtri deſierit miſereri. Tu me Campenſi commenda, quem Tibi viciſſim ego & me Tibi. Rurſum vale, pater plus quam genitor ex animo amate. Ex Vienna XXVII. Martii Anno Domini CIↃ D XXXIII.

Ejusdem Reverendiſſimæ Dignitatis Veſtræ
humilis filius,
Cornelius Duplicius Scepperus
Eques, Conſiliarius, Commiſſarius &
Orator inclyto Regno Hungariæ.

1533. *I. 8. Octobr.* 5. Reverendiſſime in Chriſto pater, Domine & pater honoratiſſime. Præmiſſa humili oblatione obſequiorum meorum DEO ſit laus & gloria, qui & Te hactenus ſervavit incolumem & me ex periculoſa legatione reduxit ſanum & hilarem. Nolo enim Te neſcire duodecima Aprilis hinc ſolviſſe Cornelium qui XX. die menſis Maji appulit Conſtantinopolim, rebusque confectis rurſus rediit Viennam viceſimo Septembris, ubi litteras Tuas apud Rev. Dn. Lundenſem invenit plenas illas ſolitæ & cognitiſſimæ mihi humanitatis Tuæ. Ad quas quid aliud reſpondere poſſum, quam habere me Tibi maximas gratias, quam retributurus eſt omnium retributor, cujus gratia mihi nihil deperiit hactenus. Nam jacturarum fortunæ & hæreditatum jam pridem oblitus ſum, eſtque adhuc ſatis domi, quod me ab egeſtate tueatur. Divitias autem & paupertatem ne dederis mihi Domine &c. Forte etiam Principes noſtri aliquando mutabunt ſententiam, apud quos non potui noluique favorem adulationibus, delationibus, blanditiis & cæteris talibus artibus, verum ſedulo agendo & bene inſerviendo, nullos labores, nulla pericula recuſando, proſpera adverſaque æque ferendo parare. His artibus quibus à puertia vel Te teſte aſſuevi, ſi quid profecero, bene quidem: ſin minus, abunde virtus pro præmio eſt. Nihil æque cupio, ac Te ſemel inviſere; ſed me hunc alio fata trahunt. Hodie enim aut cras omnino per equos diſpoſitos ſum profecturus ad Hiſpanias per Flandriam ubi non hærebo ſupra quam triduum. Nam res iſtæ tanti ſunt momenti, ut ex illis totus orbis, abſit verbo invidia, quaſi depereat.

Nec enim levia aut ludicra petuntur
Præmia - - - ut Poëta ait.

Ut vero intelligas, quo in ſtatu res ſint, nam multa vana & ficta à malis hominibus circumferuntur, æque in Tui & bonorum omnium, in quorum pectoribus ſitus eſt crucifixus, quique genua ſua nondum incurvaverunt ante Baal, conſolationem, hæc accepi brevibus. Anno ſuperiore, poſtquam Cæſar Turcarum receſſit ex Hungaria, miſit Sereniſſimus Romanorum, Hungariæ, Bohemiæ Rex, Ferdinandus, per viam Rhaguſii Hieronymum de Zara equitem bonum & ſtrenuum virum & variarum linguarum peritia, ad hæc longo uſu apud Turcas dignum admiratione. Hic in eo ſtatu res apud Turcas invenit, ut de honorifica pace jam tractarit; non tamen deſinit ire cum Ferdinando Rege neque aſpernatus ſit Turca, Carolum etiam Cæſarem in ea comprehendi, modo vellet. Proinde miſſus eſt ab eodem Turcarum Cæſare huc ex Baſſis ipſius unus, qui aliquando apud vos fuit, reſcitum verane propoſuiſſet Hieronymus. Ego tunc Viennæ eram cum Reverendiſſimo Domino Lundenſi nomine Cæſaris, uterque orator. Viſum eſt itaque Cæſari jam facto de iis omnibus certiori, ut Fratri ſuo Ferdinando inſervirem, me conferrem Conſtantinopolin. Parui, veni, vidi. Reperi quædam turbatiora, quam ſperaveram. Nam mali aliquot Chriſtiani pro ſua virili rem conati erant ſubvertere, quod in parte etiam fecerant. Tandem cum Ibrahimo Baſſa & Aloyſio Griti, penes quos ſumma rerum eſt omnium, frequenter congreſſi, Deo volente in præſentia magni Cæſaris Turcarum concluſimus firmam & honeſtam & longam pacem inter præfatum magnum Cæſarem Ferdinandum Regem, ipſorum regna & dominia. Concluſa eſt autem pax 23. Junii in cubiculo magni Cæſaris in præſentia ipſius & trium Baſſarum ſummorum: nam quartus paulo, anteqam venirem, obierat diem Hieronymo

& Cor-

& Cornelio agentibus. De cujus pacis conditionibus hæc habe: Durabit non per quatuor vitas, ut veſtra, quam concluſit Opalinsky, ſed in perpetuum. Donec enim ipſam Ferdinandus Rex ſervaverit & ſui hæredes & ſucceſſores, tamdiu eam domus Othomanna juravit ſervare omni ſine fraude & ſedatis etiam minimis incurſionibus; aliam enim & firmiorem nobiscum ſervare promiſit, quam cum aliis, puta cum Venetis & vobiscum. Ita locutus eſt ore ſuo & ipſe Cæſar Imbrahimus Baſſa in fratrem ſuſcepit. Quæcunque habet Ferdinandus, retinet & retinebit ſine ullo tributo ſoluto aut ſolvendo aut ulla angaria qualicunque. De toto autem regno Hungariæ aſſequendo ſpes illi non pauca facta eſt. De qua ſpe neque Lasky veſter neque quisquam præter quatuor, inter quos Hieronymus de Zara Cornelius Duplicius Scepperus duo ſunt, quidquam omnino novit. Scio, quid ſcribatur, quid dicatur; ſed veritas elucebit. Et qui habet aures audiendi audiat; qui autem ſordet ſordeſcat adhuc, prope eſt enim judicium ipſius. Et perdet DEUS ſapientiam ſapientum & prudentiam prudentum confundet. Pollicetur Cæſar Turcarum auxilia Ferdinando filio ſuo adverſus quoscunque. Hæc eſt ſumma rerum. Neque plus neque minus eſt. Ego nunquam credidiſſem hanc gentem iis conditionibus venturam ad pacem; venit tamen, in qua re nihil niſi voluntas DEI intermedium fuit. Neque enim ibi quidquam valet dexteritas, eloquentia, prudentia, adulatio, blanditiæ, nec ſubtilitas; ſed mera voluntas Barbara. Nec locum habent ibi parva Logicalia nec Petrus Hiſpanus, nec Rhetorica Tullii, Bartoldi aut Auguſtini Dathi. Sed ſic volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas. Itaque ex mera ipſorum voluntate hanc pacem dedere. In qua adhuc poterit Carolus Cæſar contineri, ſi volet: nam priori hac vice de ſe nullam voluit mentionem fieri. Quæ res, quid mihi videatur, aut quæ res poteſt illos impuliſſe, dicam. Ipſi fatentur, ſe centum triginta millia hominum ſuperioris anni expeditione amiſiſſe. Rediere ſine præda, ſine gloria. Animi Græcorum & cæterorum Chriſtianorum erecti ſunt ad res novas. Tagmath Sophis Iſmahelis filius urget ab Aſia; ad eum transfugiunt nullo non die multi Janitzari. Nunquam credidiſſem, tam parvas vires eſſe magni illius hoſtis; atque ego eas eſſe ſcio, & vidi, & iterum dico, ſcio. Dum expediti eſſemus, jamque urbs Ceron in Peloponneſo extrema penuria laboraret, quam terra marique obſeſſam per novem menſes tenuerant, ſubito advenit Andreas de Auria cum parte claſſis Cæſaris. Nam viginti triremes Hiſpanæ nondum advenerant ſextaque die Auguſti per mediam claſſem Turcarum profectus nulla navi amiſſa in civitatem venit. Septima die Sanzachus Moreæ ſolvit obſidionem terreſtrem. Octava die Græci, qui cum Hiſpanis Coronæ erant eos inſecuti, magna ſtrage affecere. Urbe firmata impoſitoque novo præſidio & commeatu, rediit Andreas, claſſe Turcarum, quæ in duplo major erat nunquam comparere audente; ſed munitiſſimis locis ſe continente, felix & victor. Hæc ſunt, quæ Te ſcire volui; & hæc vera ſunt. Quare lauda Dominum & brevi videbis interitum beſtiæ. Pontifex maximus, incertum quibus de cauſis, confert ſe non Nicium Provinciæ, ſed Maſſiliam ad Regem Francorum. Deus ſit illi juſtus judex, qui Te, matrem, ſorores, propinquos & affines & fratres diu ſervet incolumem, quibus omnibus cupio ex animo commendari. Reverendiſſ. Dn. Lundenſis ſe Dignitati Vræ. Rmæ. plurimum commendat, cui ulteriorem ſcribendi provinciam relinquo; nam ego ad portas. Iterum vale Domine & Pater honoratiſſime. Scribe, ſcribe; nam intra tres menſes iterum hic ſum futurus. Rurſus vale. Datum Viennæ, octava die Octobris. Anno cIↃ DXXXIII.

Ejusdem Rev. Dignit. Veſtræ,
addictiſſimus inſervitor & filius
Cornelius Duplicius Scepperus.

6. Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino Joanni Dantiſco Epiſcopo Culmenſi Adminiſtratori Pomeſanienſi Domino amico & Patri honoratiſſimo Lubaviæ Pruſſiæ.

Reverendiſſime &c. Præmiſſa ea in ſcriptis, quam præſens facere mallem, obſequiorum meorum oblatione. Ab eo tempore, quo ad Rev. Dign. Veſtram ex Vienna copioſe ſcripſi, quod fuit, niſi fallor, in hac anguſtia temporis ſeptima aut octava Octobris, binas ab eodem accepi litteras priores de dato XIIII. Octobris, quæ mihi ſunt traditæ in Monſonio Aragonum XXI. Decembr. alteras, cum ex Hiſpaniis veniſſem Pragam, quinta Februarii, quæ erant datæ Lubaviæ XI. Januarii. Prioribus ſcribit Rev Dign. Veſtra, ſe habuiſſe ex Rev. Dn. Lundenſi litteras, quibus de reditu meo fuerat certior facta, gratulatur, gaudet & ex animo de hoc ipso. Qua in re agnoſco tam diu mihi cognitum expertumque animum ipſius & benivolentiam erga me, de qua alias plura. Nunc ad rem, quia mihi breviſſimum tempus eſt. Iterum enim & craſtino die hinc abeo Conſtantinopolin: Natus ut mihi videor ad labores; ſed quos fero eo lubentius, quod ſub Te Doctore eos didicerim, hoc eſt Tuo exemplo fretus nihil exiſtimem eſſe virtuti invium. Et ita res ſe habet. De re mihi commiſſa de Iſope & Joannica præſens nihil potui efficere, quia non ſubſtiti in Hiſpaniis, niſi uno menſe; neque fui Valleoleti, ſed ſolum in Monſonio, ſed per Welzeros fient omnia. Et ex parte mea dedi negotium communi amico noſtro Godtſcalco Eryio Conſiliario Cæſareo, ut non apud Ulrichum Ehingher, qui non perinde bene audit, ſed apud Hieronymum Sayler, qui jam ducta filia Bartholomæi Welzeri negotium Welzerorum agit in Hiſpaniis: nam Ulrichus Ehinger compater tuus parum verbis temperavit & adverſus Welzeros apertam inimicitiam exercet inflatus cruce Jacobæa, unde male agat, ut cum prima claſſe mittatur ad domum meam Brugas, & deinde in Pruſſiam. Omnino autem puto non fore difficultatem. Ab eo tempore non fui domi; nam redii in Germaniam per Burgundiam, ſed ad conjugem meam negotium perſcripſi, ita ut non ſit defectus deſuper futurus; intellexi etiam ex Nicolao Federmann, qui pro Welzeris fuit

1534. d. 13. Febr.

fuit] in Monſon (nam Hieronymum Zayler non ibi inveni, quod jam receſſerat verſus Madritium) qualiter ille Welzerorum factor, de quo ſcribit Rev. D. V. etiam ad eum deſuper ſcripſiſſet, ita ut non ſit futura aliqua difficultas in re, & diligenter ego omnia commendavi; hæc ſane ſunt priorum litterarum contenta. In ſecundis die XI. Januarii ſcribit Rev. D. V. ſe accepiſſe litteras ex Reverend. Dn. Electo Archiepiſcopo Lundenſi de dato XV. Novembr. Ex illis intellexiſſe, qualiter ego manu mea copioſe ad eam ſcripſiſſem, poſtquam rediiſſem ex Turcis. Id quod verum fuit; nam copioſe & prolixe ſcripſi, eoque tempore, hoc eſt, ut dixi, VII. aut VIII. Octobris ſcripſi ad Sereniſſimam Reginam Poloniæ item ad Reverend. Dn. Joannem Chojensky epiſcopum Pzremisliensem & ad illuſtriſſ. Dn. Joannem comitem in Tarnof; dedi autem litteras Carolo Kotzer, qui nunc à me interrogatus, qui fiat, ut minime receperit ſuas Rev. D. V. reſpondet, ſe eas miſiſſe ad Touorn oppidum, & credere, quod bene ſint directæ. Aliud non ſcio, niſi quod forte tales apud vos ſunt, qui non libenter vident aliquid obſeratum, quod fortunatum & felix principium non gratulor Poloniæ Veſtræ. Aliquamdiu fuit & adhuc eſt peſſimus ille mos apud quasdam gentes, quas novi, quibus ob id ipſum non ſucceſſit melius, ſed hæc alias: in illis litteris nihil eſt ſcriptum, niſi verum, decens & honeſtum; cui ſi quid non faverit, perdatur & crepet. Quod Rever. Dominus Lundenſis ſcripſit de magnificentia erga ſe Sereniſſimi Romanorum Regis, aliquid eſt tale & verum eſt. Fuit & erga me Cæſar non minus gratus dato mihi loco & ordine Conſiliarii ſecreti apud Sereniſſimam Reginam Mariam in patria mea, qui locus eſt honeſtus, & potero creſcere: nam apud nos rari ſunt ſementes ſimilium mei. Verbo abſit invidia. Habeo gratiam Dignitati Vræ. Reverend. quod me talem videre cupit, qualem amor erga me ipſius eſſe velit. Equidem ſemper non abhorrui à mediocritate & in ea nunc ſum non magnis neque maximis fortunis præditus, ſed quibus contentus ſum, ſi alia non advenerint. Filium habeo Cornelium patris nomine apud quem & ipſius matrem fui quatriduo tantum Brugis. Sic mihi ſatis eſt. Si ex hac peregrinatione mihi contigerit redire, prout omnino ſpero, dedam me quieti; ſic tamen, ut principibus meis, patriæ & religioni non deſim, pro qua utinam hoſte hunc ſpiritum. Tunc frequentius accipies meas; nam haud video, quomodo ante reditum meum ad Te ſcribere queam; animum tamen, cujus corpus & præſentia erit Conſtantinopoli, ſciat. Rev. D. V. permanſurum Lubaviæ & Brugis. Eſt enim celer curſor. De Johannica Tua ad Franciſcum Verner mittenda Antwerpiam, ſatis in præcedentibus ſcripſi. Fiet. Neque de ſponſione mea dubitet, quando ea opus non eſt, cum Welzeri ultro in ſe ſuſceperint negotium. Et non ſuſcipientibus illis ad me ſemper eſt refugium, prout præfato Magiſtro D. Godtſcalco commiſiſti & ille facturus eſt. De Lubecenſibus Veſtris & aliis de naufragio claſſis Belgicæ non ſcio, quid dicam, niſi quod hæc ſunt ſcriptæ à Pompejo Occo cive Amſterdamenſi ad præfatum D. Rev. Lundenſem, qualiter citra XXII. Novembr. rediit claſſis Belgarum cum navibus præter armatas triginta, quæ venerant ex Gedano onuſtæ frumento, Hollandicis. Quarum navium duæ onuſtæ perierunt ſub Norwegia; una autem navis bellica parva ſine malis & arboribus fuit demiſſa ſub Norwegia, neſcitur, an perierit. Tres aliæ, quæ habitæ fuere pro perditis, venere ad Embden & ſunt ſalvæ. Hæc ſunt veriſſima. De noſtris novis Hiſpanicis hæc ſunt: Cæſar, ex quo rediit ex Italia, tamdiu manſit Barcinone in conventu Montiſſonii cum Deputatis trium regnorum Arragonum, Valentiæ & Cathaloniæ: & redigendis in ordinem rebus præfatorum regnorum inſumpſit totum illud tempus usque ad penultimum diem Decembris anni M. D. XXXIII. quo die finis exoptatus impoſitus fuit illi tractatui. Ex quo tractatu tria illa regna, prout moris eſt ipſorum, dant libere Cæſareæ ipſius Majeſtati ſexcenta millia Ducatorum dono. Certe Majeſtas ipſius multum laboris inſumſit in componendis negotiis privatorum hominum & materia inquiſitionis, quæ non contra hæreticos modo & Judæos & Moranos coepta fuit inſtitui in prafatis regnis more regnorum Caſtellæ, verum etiam contra blaſphemantes & jurantes etiam leviter. Voluit & Majeſtas Sua malum morem abolere, qui in illis regnis eſt de denunciatione belli, quam nobilis ad nobilem facit, hoc eſt Bandelerorum. Utrumque confectum eſt ex Majeſtatis ipſius ſententia, quæ tunc hoc eſt penultima die Decembr. cum mane interfuiſſet concluſioni præfati conventus, hoc eſt hiſpanice de las corles, abiit & ultimo Decembris venit Cæſar Auguſtam, quo præceſſerat Imperatrix, quæ eſt gravida & fert uterum. Sana nunc & pulchrior ſolito. Ego primo die Januarii receſſi & inveni Dominum de Naſſaw cum Marchioniſſa conjuge ſua in Belpuyts. Qui Dominus de Naſſaw per Franciam cum uxore venerat habens familiam quadringentorum equorum & amplius inermium, ſed optime veſtitorum & cum tali pompa, ut omnium Francorum judicio ipſe Rex Franciæ, qui tunc redibat a conventu Maſſiliæ, ubi fuit cum Papa, non habuerit tam bene veſtitam familiam nec tantum equorum bonorum, veſtium, auri, quantum ipſe. Quæres, quid actum ſit Maſſiliæ? Venit eo Pontifex, venit & Rex Gallorum, adducta eſt * neptis Pontificis, filia quondam Laurentii de Medicis, cui datus eſt titulus Ducatus Urbini, quum Ducatum illum teneat alius. Ea puella nupſit *Henrico II.* Duci Aurelianenſi filio Regis Francorum ſecundo genito ætatis 14. aut nondum annorum, (*natus enim 1519. d. 29. Martii*). Pontifex, ne aliquando remitteretur hæc ſua neptis, prout ab olim Margaretha Auſtria filia Maximiliani, quæ denupſerat Carolo Regi, voluit, ut celebraretur matrimonium & exercerentur realiter matrimonialia, ut verbo Beatricis Reginæ utar, auribus autem non credens, videre voluit nudum cum nuda coeuntes in opere. Dignum ſpectaculum Pontifici & Regi; uterque enim aderat. Complurima feruntur ab ipſis tractata, ſed publicatum

* *Catharina.*

est nihil; nam sine arbitris facta sunt. Certissimum autem est, neque id clam est, ipsum Pontificem velle hunc Ducem Aureliani constituere Dominum Italiæ. Principium hujus rei erit expulsio Ducis Urbini. Veniet enim in Italiam Gallus per speciem asserendi ea, quæ filio suo debentur ratione dotis uxoris. Cui præter prædictum Ducatum Pontifex consignabit in manus Parmam, Placentiam, Bononiam, Anconam, &, si opus est, Florentiam. Nescio, quid Cæsar ad hæc faciet? omnino autem suspecti sunt Cæsari conatus isti, neque desunt Franco solitæ suæ practicæ ubique & per omnia. In Germania convenere Oratores ligæ Suevicæ: est & ibi junior Dux Wirtembergensis Christophorus instans pro reductione in suum Ducatum. Nescitur, quid futurum sit. Nuncio præterea Tibi, inventam esse in Indiis à Cæsareanis regionem, ubi tanta est auri copia, quanta est ferri in Biscaja. Pro probatione hujus rei à paucis naviculis, quæ eam oram percurrendo forte fortuna neidere in regionem hanc, perlata sunt ad vicelies centena millia castellanorum auri, cujus summæ quinta pars ad Cæsarem spectat, reliqua ad eos, qui ibi fuere, & sumtus navigationis fecere. Mira de iis & vera tamen dicuntur. Sane DEUS mirabilia signa ostendit temporibus nostris. Cæsar curabit majore classe eam regionem transcurri. Interim hæc præludia sunt. In Hispania non desii Te commendare amicis, quibus cupis. Fama ibi fuerat, Te mortuum esse; sed excussit eam epistola Tua prior, quæ mihi reddita ibi fuit. Itaque omnes Te resalutant & ex animo bona omnia Tibi apprecantur. In Bohemia præter Comitem Nogarolis optimum virum & Tui amantissimum, qui ex animo Te salutat, & Georgium. Sapha ex notis nullus est. Petrus Tuus apud Granvellanum est. Ejus ad Te litteras transmitto. Quod mihi Campensem commendas, gratum est, quod studiis ille intendat. Ejus paraphrasin Lugduni impressam una cum nescio cujus interpretatione ad Te nunc mitto, & me precibus Tuis apud DEUM & memoriæ commendatum habe. Suscipio enim labores & pericula multa ob rem publicam Christianam, nulla alia re inductus, quam intuitu DEI, & quod pulcherrimum existimem, de ea bene mereri. Commenda item me Dominæ matri Tuæ, fratribus, sororibus & amicis, & Domino Doctori Joanni Reyneck, cujus causam in absentia mea Reverendissimus Dominus Lundensis, quic hic permansurus est, & diligenter & fideliter nec infructuose ager & expediet, quique se Rev. Dignitati Vestræ ex animo commendat. Et bene valeat eadem Reverendissima D. V. fausta & felix. Ex Praga, die XIII. Februarii. A. M. D. XXXIV. Cras properandum est Constantinopolin. DEUS secunder iter. Aloysium Griti inventurus in itinere aut alibi.

Ejusdem Reverendissimæ Dignitati Vestræ
addictissimus, & magis quam ex toto
animo insservitor,
Cornelius Duplicius Scepperus.

1535. d. 16. Sept. 7. Reverendissime &c. Jam in ipso initio litterarum oblitus fueram præcepti illius Tui, quo per litteras convenisti mecum, ne turgidis nominibus & titulis chartam oblinirem; tantum pro veteri consuetudine scriberem familiariter. Huic ut obtemperem, perlatæ sunt ad me Tuæ de decima nona Junii scriptæ in Altenhaus, quibus nihil gratius esse potuit: nescio enim, quo fato iterum nobis mortuus dicebare, adeo certis indiciis, ut apud me fama fidem inveniret. Augebat eam, quod ex Madritio, cum scripsissem satis copiose, prout tum res nostræ erant, multis post mensibus nihil de Te audirem; tantum ex Hispaniis missæ sunt ad me litteræ à Domino Fabiano & duplicato priorum litterarum Tuarum ex Vienna, quæ vixisse adhuc mense Decembri superioris anni testabantur; sed præterea nihil. Laudatus sit itaque DEUS, cujus benignitate vivimus quidem adhuc in mundo, postea convicturi apud eum in sancta perennitate. Quo minus autem toto mense superiore rescripserim, nam Tuas Kalend. Augusti Bruxellæ accepi, in causa fuit profectio Reginæ Mariæ, ad confinia Regni Francorum; ubi conventum est inter Eleonoram Franciæ Reginam & hanc nostram Mariam: cui conventui interfuit & Dorothea Regis Christierni filia, quæ nunc ad sponsum ipsius Fridericum Palatinum per Dominum de Bergio nunc Marchionem & Reverendissimum Dominum Brixenensem deducitur, abiitque hinc nudius tertius. Quum itaque perstreperent omnia hujusmodi apparatibus, mihi ex re visum est, si Bruggas interea advolarem ad inspiciendas fortunulas & curandam rem familiarem. Adeo enim huic aulæ deditus sum, ut privata omnia publicis postposuerim. In ea cura consumti sunt dies aliquot, donec litteris Reginæ revocarer Pistunum. Hic jam absumtis aliquot diebus, quum ex negotiis negotia nascerentur, pertæsus eorum quærere cœpi opportunitatem ad Te scribendi, quæ volenti ut deesse nunquam potest, ita aliquando frustra est, præsertim cum non speres facile incidere in tabelliones, nam quod mensibus fere quatuor mea hæserunt inter Hispanias & Prussiam, id vero perquam mirum videtur mihi præsertim quum ad manus Dn. Fuggarorum traditæ fuere & celerrime sint ex Hispaniis Antwerpiam perlatæ. Sed hæc ita habere sinamus. Quod in animum admisisti consolationem meam, quam & Tuam fuisse scribis, nunquam dubitavi, quin ita faceres nec ob id scripseram, quod Te consilii & rationis egentem inventuras fuisse crederem, sed in Te confirmando non parum memet ipsum obfirmavi adversus motus favorum & fortunæ nebulas. Quem enim nostri generis & in aula versatum latent merita Tua? Quis diligentiam & industriam Tuam, quam in rem ingratæ impendisti, ignorat? Sane, utcunque alii ista interpretentur, ego illi ex animo favere non possum, etiamsi major esset, quod de inaudito tam facile protulerit. Deferuntur quidem subinde boni viri; at contra illos nonnisi à malis creditur: Tu vero pie fecisti, qui cum fruaris optima conscientia, tam facilis fuisti ad ignoscendum, ut ne recorderis quidem eorum, quæ adversum Te isti. Judex non deerit illis in tempore

Viduam Ludovici II. Regis Hungariæ.

tempore Chriſtus, qui modeſtiam iſtam Tuam non ita patietur vaneſcere. Interea non eſt, quod de illius in Te benignitate diffidas. Conſpirent illi adverſus innocentem, at illum magis tuebitur ſua innocentia, quam quivis Ajacis clypeus. Jam quod denuo mitti coepiſti ad munia legationum, ne exiſtimarent adhuc ſiniſtram de Te haberi opinionem, perquam gratum eſt intelligere, Te ea eſſe valetudine, ut adhuc eas obire queas; ſed quod gravate eas ſuſcipis, prudenter, ut omnia, facis. Veniſti enim ad ſtadium, neque opus eſt, ut Tibi amplius nomen diligentis & induſtrii pares. Fides, induſtria, diligentia Tua in aperto. Illis verſandum eſt in hujusmodi muniis, qui famam aut gratiam venantur. Tibi abunde hæc adſunt omnia immo ipſe, quod majus duco, famæ & gratiæ ob ſaturitatem contentus. Quieſce itaque, ſi potes, in futurum ſancto intentus otio & labores iſtos ſua ſibi habere permitte. Prodeſſe Reipublicæ etiam ſedentiarius ſatis potes. Quod litteras meas anno ſuperiore ſcriptas Bellogradi, quas Domino Lasky tradideram, non receperis, haud quaquam miror; nam ipſe tum ſuſpectus fuit Joanni, qui ſe *Hungariæ* Regem vocat, Domino tunc ſuo, & ob id facile fieri potuit, ut ſuſpectæ etiam fuerint ipſius litteræ & inter illas meæ. Nihil autem refert, quod perlatæ non fuerint; animus enim meus ille eſt, qui fuit ſemper erga Te, etiamſi ſcripto non declaretur, quod propter multas occaſiones & impedimenta uſu venit. Saxo Carolus noſter laboravit adverſa valetudine, jam tamen incipit reſtitui in priſtinam valetudinem. Illum Tuo nomine ſalutavi plurimum & egit gratis, Teque ex animo reſalutat. De Fabiano Tuo poſt unas ab eo acceptas litteras ex Hiſpaniis, ad quas illi reſcripſi, nihil audivi neque ſatis ſcio, ſequutusne ſit Cæſarem in Africam aut in Italiam diverterit aut ſubſtiterit in Hiſpaniis. Non dubito tamen, quin de Yſope Tua diſpoſuerit. Si contigeret ad hoc littus appellere filiam Tuam, ego illam ut meam tractarem; itidem faceret uxor mea, quæ abſente me non omiſit ad Foccharos * & Veltzeros mittere reſcitum, num adveniſſet. Et nunc cum de incolumitate Tua intelligeret, ſupra quam ſcribere poſſum gaviſa eſt, ſeque una cum ſorore & filia & Aſcanio, ut ſcribit, egregie robuſto & garrulo ex animo Tibi Tuisque commendat. Balynus Gandavenſis ad huc bene valet una cum Michaele Tuo. Fui his diebus Gandavi. Illic per Dominum de Huelle facta eſt Tui honorifica mentio, gaudebatque is plurimum, quod ex mortuo renunciato revixiſſet. Idem fecit Reverendiſſimus Panhormitanus. De iis, quæ de Daniæ regno ſcribis, fueram prius certior factus, præſertim de conatu Alberti Ducis Mechelburgenſis, qui illi haud ſatis ceſſit feliciter. Jam & conatus aliorum, quos enumeras, non erant nobis in obſcuro. Sed Fridericus Palatinus Dux omnium minime videtur quieturus. Itaque Sereniſſima Regina Maria partes ſuas interponere voluit, ut boni aliquid inter partes componi poſſit. Sed Holſatus adjutorio Marchionis Alberti & aliorum & victoria quoque elatus, non videtur condeſcenſurus in ea, quæ ſunt pacis. Ne tamen non ſint omnia tentata, Cæſarea Majeſtas ordinavit, ut aliquot noſtrum, ſcilicet Guilielmus Comes de Renneberg, Godtſcalcus * noſter & ego, proficiſceremur ad conventum Vandalicarum civitatum in Luneburgo. Ad quod iter jam accingimur. Summa rerum proponendarum erit, quod ſcire cupiremus, annon poſſint aliqua bona media haberi ad pacificandos tumultus, qui ſunt in regno Daniæ. Nimium enim diu duravit id bellum & non ſine maximo incommodo omnium partium. Nec illud quidem ferendum erit ulterius, quod nonnullorum ambitione & impotentia maria navigantibus occluduntur, diripiuntur fortunæ pauperum, cæduntur vinciuntur miſeri Hollandi, ab utraque parte Lubecenſibus, Holſatis, Svedis, Pruſſis: Indigna res, quæ toleretur diutius; cum & Veſtri Gedanenſes neſcio quid conqueruntur de ſubditis Cæſareæ Majeſtatis. Pro quibus curis componendis nobis etiam dabitur commiſſio. Si aderunt Veſtri, bene eſt; nihil enim quærimus ultra, quam bonis mediis ſopire controverſias. Per eos redeuntes ad ſua non omittam, quin ſcripturus ſim ad Te de iis, quæ occurrent. Intelligimus etiam Lubicenſi Senatu ejectos eſſe neſcio quos viros improbos, qui res omnes divinas & humanas profanarunt. In eorum locum ſuffectos alios, qui prius exulaverant, bonos illos & circumſpectos. Si verum eſt, penes hos autoritatem eſſe, ſperandum eſt daturos operam, ut res bene componantur; & id eſt, quod petimus. Brevi ſciemus omnia iſthæc. De navibus ab illuſtriſſimo Alberto Duce in ſubſidium Ducis Holſatiæ miſſis, ad nos pridem fama pervenit. DEUS principibus mentem det ad pacem & tranquillitatem potius, quam ad hujusmodi bella, quæ vereor, ne brevi renaſcantur, cum creduntur exſtincta eſſe. De expeditione Veſtra adverſus Moſcum etiam audivi; ſcripſit de eadem ad me etiam præfatus Dominus Lasky jam liber à catenis & compedibus Hungaricis. O! præmia pro tot laboribus, periculis, expenſis; & ſolent hujusmodi laborum talia eſſe. Mihi in eo viro plurima placent, ingenium, induſtria, vis animi, laborum tolerantia, periculorum contemtus, eruditio, dexteritas, & quæ non? tantum incidit in male fortunatos dominos: ſed meliora erunt futura. Scripſit inter alia, qualiter omnia bona, quæ habuiſſet in Hungaria, libere dimiſiſſet in manibus Regis, cui inſervierat ſeque ſacramento, quod illi præſtiterat, abſolviſſet, meditaretur-que redire in Syradiam ſuam prius reconciliatus Ferdinando Regi Romanorum opera Reverendiſſimi Lundenſis noſtri. Quod ſi fecerit, egregie ſibi proſpexerit, expertus infidelitatem multorum & ſuo jam doctus periculo, quam parum fidendum ſit ſplendidis promiſſionibus. Ceterum quod ſcribis ſatius fuiſſe futurum, ſi in initiis pax facta fuiſſet, quæ habere poterat honeſta & commoda in eadem Tecum ſum opinione. Plures ad bellum ſunt viæ, ſed ad pacem una tantum, quæ victori placet. Et ex tot caſibus, quos pertulimus & alios perferre vidimus, edocti ſumus, omnia prius quam armis experiri. Sed ſolet DEUS hujusmodi animos immit-

* *Idem qui ſupra Saxo Carolus.*

* *Iidem qui Fuggari ſupra his litteris nunc comites de Kirckberger.*

immittere principibus, quos castigare vult, prout vidimus in Cæsare Turcarum accidisse; qui cum priore mea in legatione per Imbrahimum Bassam mihi dici jussisset, si vellet Carolus Cæsar in pacem aliquam solidam intendere, se neutiquam ab eadem abhorrere, & in secunda legatione mea idem Carolus Cæsar mihi comisisset, siquidem Turcarum Cæsar honesta media proponi curaret, se à pace honesta & conditionali non abhorrere, atque interim, dum abessem, ita fuisset inversus ipsius Turcarum Cæsaris animus, ut bellum nobiscum quam pacem mallet confisus in quorundam vanis pollicitationibus. Experientia nobis cognitum est quod post illud tempus defecit gloria Othomannorum, & qui prius vincere consueverunt, jam passim à Parthis terra, a Cæsare Carolo mari terraque victi sunt atque exuti provincia Africa, ex qua sperabant nobis jugum imponere. Ipse Aloysius Gniti belli autor & vocati in Thraciam Barbarossæ, quamquam postea ductus est facti poenitentia; cæsus tamen est misere ab Hungaris. Barbarossa omni classe exutus amisit Thunetum, Bonam, Aypeam, Hadriamentum & alia omnia, quæ occupaverat præter machinas & munitiones, quarum ingens vis reperta; & hæc omnia parva imo nulla cum jactura copiarum Caroli Cæsaris & brevissimo tempore. Ita sunt opera dexteræ DEI excelsi, quæ adest iis, qui pacem sectantur & diligunt & perdit gentes, quæ bella quærunt. De Campensi Tuo nihil audio penitus, neque miror, quod illi cum Alexandro, ut scribis, non satis bene convenit: quomodo enim inter diversissima ingenia bene conveniret? Quod autorem scire cupis illius versionis succinctæ & bene latinæ Psalterii, quæ juncta est paraphrasi Campensis, audio illum fuisse Udalricum Zwinglium, eruditum, sed malo hominem ingenio. Illius exemplaria misissem ad Te duo, vel tria, si ad manum fuissent; sed bibliopolæ jam omnia vendiderant: curavimus tamen aliquot de novo adferri ex Lugduno, quæ cum tempore sum ad Te missurus. Facile enim erit in futurum, si bella cessaverint, ad Te litteras mittere. Epistola Tua veteri ex Helicone, quantum me, compluresque viros bonos oblectarit, facilius est Tibi cogitare quam mihi exprimere. Granvellanus uxore ex Hispaniis in Burgundiam transmissa apud Cæsarem est nunc Neapoli & fuit una in Africa. Grudii fratres Hispanicum aërem non ferentes reversi sunt in patriam. Alter adeptus est consiliarii locum in Hollandia. De Indiis non habeo certi aliquid, quod ad Te scribam, neque de Cortesio, nisi quod bene valet, & auri in dies plus ex illis regionibus in Hispanias advehitur, manifesto miraculo. De iis rebus plura possunt mercatores ad Te scribere, quorum sitis omnis ad aurum est. Quod de dissidio Hieronymi Zayler cum Ulrico Ehinger scribis, ita fuit; sed audio rem inter eos pacatam. Optimus quisque & qui materiam novit, à partibus Zayleri stetit. Compatri Tuo plus inest fastus & verborum, quam ut multi ferre velint aut queant. De utroque à multis diebus nihil audivi; neque mirum, quum Cæsar abfuerit ab Hispaniis, ideoque minus commeent cursores. His diebus venit ab Hispaniis Marchionissa de Zenelte, uxor domini Henrici comitis de Nassaw transactura reliquum vitæ cum marito in hac patria. Valedixit enim idem Dominus Henricus Hispaniæ & Cæsari, fuitque jam hic annum integrum, pertæsus aulicæ servitutis. Arcem ædificavit & munivit in oppido Breda suo valde fortem & inexpugnabilem. In eam invexit bombardas illas quadraginta quatuor æneas, quas conflari jussit Augustæ dum illic esset, cum ingente vi rerum necessariarum. Illic ait parum curans aulam nostram & raro ad eandem se conferens. Post Reginam Mariam & illum primas tenet illustrissimus Dux de Arschot, sed valetudine impeditus & ipse abest plurimum; Lynken Bruxellensis, quam nosti, frequenter ex me scisitatur de valetudine Tua, aitque se ad Te scripsisse, cuperet sibi responderi. Scribe ad miseram & illam consolare & mitte ad me litteras, & quid factum voles significa. Est & Bruxellis vicina me de Baillierit nutrix, ut puto Reginæ Mariæ, quæ filium se apud Te habere ait; ad quem mihi litteras dedit: sed illæ nunc ad manum non sunt; fac ut rescribat ad matrem de valetudine sua. Dominæ Matri Tuæ, sororibus, & Bernhardo commilitoni meo in Burgos & Georgio fratribus Tuis & meis me iterum ex animo commenda. Et vale felicissime, Domine & Pater animo meo observandissime. Brevi ad Te plura perscribam. Datæ Brugis die XVI. Septembr. Anno M. D. XXXV.

Tuus, quem nosti, ex animo filius
Cornelius Scepperus.

8. Post ultimas istas meas perscriptas Bruggii adfuit tempus, quo adesse me decuit itineri ad civitates Vandalicas ob res in illis ipsis satis copiose narratas. Ratus igitur fore, ut invenirem conterraneos Tuos Gedanenses Luneburgi, distuli ejusdem literas meas alicui alteri quam mihimet credere, quod arbitrarer commodius illas & citius Brema aut Luneburgo quam Brugis deferri Gedanum posse. Itaque ex Scluſa navigio solvens nulla re memorabili in itinere occurrente veni Dordracum Hollandiæ, inventoque ibi Dno Godtscalco Eryco, Saxo Carolo nostro adhuc languente & debili, iter fecimus Gawdam; inde ad Amsterdamum contendimus navigiis usi parvis, quæ res nos pæne & proximo proximius in conspectu urbis submersit. Inde solventes in Frisiam validis adacti tempestatibus, coacti sumus subsistere in oppido ignobili ad dies aliquot, quod non idoneæ ad navigandum tempestates negarent ulteriorem nobis progressum, donec post triduum tranquillo magis mari venimus ad Harlingam oppidum continentis Frisiæ. Inde cum vellemus partim terra, qua patebat iter, partim mari venire in Orientalem Frisiam, magnas pertulimus incommoditates tempestatum, quibus evictis venimus Emedum ad flumen Amasum ad comites Ennonem & Joannem, quorum alter Bononiæ apud Te frequens hospes fuit, alterum novisti Bruxellæ. Eos jam diuturno bello cum Balthasare quodam exhaustos dux Ghelriæ in partes traxit suas. Ab his humanissime pro veteri 1535. d. 27. Octobr.

teri notitia ſuſcepti ſumus & habiti atque inter recordationem præteritarum familiaritatum, quod ſcirent, Te nobis amiciſſimum fuiſſe, quæſiverunt, num ſupereſſes. Et cum intelligerent rectiſſime valere, plurimum ſunt gaviſi, rogaveruntque ut Tibi ipſorum nomine plurimam ſalutem apprecarer, ſi quando ſcripturus eſſem. Quod & facturum eſſe me recepi, & facio, ne putes, amicos omnes Tuos, quos plures habes, quam ſcire poſſis, ſine Tui memoria vivere. Quin & cum Bremam adveniſſemus, adfuit ibi magnificus D. Wolfangus & Affenſtein Eques Magiſter & præfectus domus illuſtriſſimi D. Ludovici Palatini, Principis Electoris, ex parte Dominorum ſuorum miſſus, ut ad bona media & ad ea, quæ ſunt pacis adhortaretur civitates Vandalicas, ut animum intenderent. Is quanto gaudio audierit de Tua incolumitate, nolo litteris percenſere. Familiaritatem Tecum habitam neque deſtitit neque deſiſtit commendare, ſeque juſſit, ut Tibi de meliori nota commendatum facerem & ex animo ſalutarem. Adeo Tibi ex amicis ſuboriuntur amici; quos, falleris, ſi vulgares putes. Cum huc profecti ſumus Luneburgum, ubi conventus quidem fuit præfatarum civitatum indictus in duodecimum Octobris, eoque appulimus XVI. ceterum ex parte Gedanenſium Tuorum nullus. Proinde locuti ſumus cum Dn. Nicolai Bromſe reſtituto *Burgimagiſtro* Lubecenſium Equite aurato &c. &c. Domino Antonio de Styden, uno ex conſiliariis præfatæ civitatis Lubecæ eisque ſignificavimus, nos ibi adeſſe cum mandato definiendo controverſias & ærumnas & easdem componendo, quas Veſtri Gedanenſes ſibi adeſſe dicerent cum Hollandis & aliis ſubditis Cæſareæ Majeſtatis, ſecundum quod continet articulus conpromiſſi inter nos & illos facti ſuper negotio navigationum. Quibus viſum eſt eſſe expediens, idem ſignificaremus per litteras præfatis Gedanenſibus, prout facimus, eosdem requirentes, ut ſuos cum pleno mandato mittant in Brabantiam aut Flandriam aut, ſi quid aliud norint, quod ad eam rem facere poſſit, non graventur Reginalem Majeſtatem deſuper facere certiorem. Eſſe enim illius mentem, ut velit ſublata eſſe omnia ſeminaria diſſenſionum. Per illum ergo nuncium, per quem hæc Gedanenſibus Tuis nunciamus, mittimus præſentes litteras ad Te non dubitantes, quin bona fide ſint perferendæ. De reliquo negotio hoc habe: Admonuimus civitates, ut cogitarent de talibus mediis, quæ concernunt pacificationem Regni Daniæ, ut per illa media poſſit ſolidum aliquid fieri, ne accidat, quod aliquando ſolet, ut, dum credunt egregie cautum eſſe negotiis ſuis, tum demum primum periclitetur. Neque enim ignotum illis eſſe voluimus, Dn. Fridericum Palatinum duxiſſe neptem Cæſaris ex ſorore filiam, Chriſtierni Regis Danorum veram hæredem futuram. Qui quidem Dux Fridericus non eſſet permiſſurus aliquid de jure ſuo decedere & ad id interpellaſſet Majeſtatem Cæſaream; quæ ut Cæſar non poſſet omittere, quin adminiſtraret juſtitiam petentibus, adhortaretur tamen eundem Ducem, ut amicitia potius, quam vi experiretur, ſi ad jus ſuum pervenire poſſet. Eadem hæc a præfato Dn. Wolfgango de Affenſtein nomine Principis ſui propoſita fuere. Ad quæ poſt multa verba utrumque data ſolidi nihil eſt à civitatibus reſponſum rejicientibus rem omnem in ſolam Lubicam. Cujus urbis Commiſſarii poſt transactos aliquot dies, quibus nos in ſuſpenſo tenuerunt, reſponderunt, ſe pro mediis facientibus ad pacificationem regnorum præfatorum Daniæ inveniendis, juſſos eſſe comparere Hamburgi, quo in loco perſonaliter futuri eſſent illuſtriſſimi principes Dux Elector Saxoniæ, Dux Holſatiæ, Dux Luneburgi, Dux Albertus cum fratre Henrico Mechelburgenſes intra dies quatuordecim. Ibi transactum iri ſuper hac re, prius ſe nihil poſſe nobis reſpondere. Adeſſe ſi vellemus, id nobis liberum fore. Quod reſponſum ab illis accepimus nunciabimusque dominis noſtris, quorum ea eſt prudentia, ut ſciant, quid ab illis ſperare debeant. Dolemus tamen nos, qui avidi ſumus pacis, inter Chriſtianos introducendæ, quod ea eſt hominum coecitas quorundam, ut adverſus DEUM jus & æquum putent ſe poſſe ſua tueri, neque ad bona media deſcendere velint, quaſi aliquid violentum diu poſſit eſſe perpetuum. Quin & non tam ſtupidi ſumus, quin intelligamus, quorſum hæc vergant. Sane ſi Cæſarea Majeſtas tot indignitatibus excitata aliquando expergefiat, id quod video fieri neceſſum eſſe, experientur nonnulli ſuo cum malo, quam ſiniſtro conſilio ea, quæ pacis ſunt, bello poſtpoſuerint. Sunt in Friderico Duce magnæ dotes, genus & opes in Germania in ea familia primæ. De Romano Imperio de multis particulariter bene meritus eſt. Ludicra ſunt præterea, ſi conferantur cum iis, quæ imminent. Atque adeo Ipſa Majeſtas Cæſarea non æquo ferret animo, ita vili haberi autoritatem ſuam, ut in re juſtiſſima contemnatur. Qua de re illos ſollicitos eſſe jubemus, quorum intereſt. Nobis nihil aratur, nihil ſeritur; quibus ſic abunde gratia DEI eſt. Tantum nolebam committere, quin ad Te ſcriberem. Rerum novarum neque apud nos neque hic quicquam eſt aliud, niſi quod Joannes de Leydis Rex Anabaptiſtarum in Monaſterio urbe captus adhuc vivit, & in ſignum trophæi paratur illi cavea ferrea, cui includetur capite tenus, & ita ab altiſſima turri vivus exponetur corvis & volucribus, eſca in hoc ingenti frigore: quod ſi anni tempus pateretur, meile delibutus expoſitus fuiſſet apibus & muſcis, ne vero ſolus & incomitatus vadat ad inferos, adjungentur illi duo ſceleratiſſimi nebulones ſcilicet Bernhardus Clippelduninch & Bernhard Kreethingh, infamis illius ſeditionis primipili: in tempore aderimus Monaſterii, ut ſimus ſpectatores. Rex Angliæ defenſor eccleſiæ multos viros innocentes foedo mortis genere affici fecit; & in his Joannem Cardinalem Roſſenſem & Thomam Morum, quorum capita perticis affixa, moeſtum populo in ponte Londinenſi ſpectaculum præbuere. Cauſſa mortis, quod nollent fateri eum caput eſſe eccleſiæ Anglicanæ & Pontificem maximum regni illius, ſimul quod inceſtas ipſius nuptias

deteſtarentur. Agit ibidem adhuc Euſtachius noſter, quem vulpeculam noſti dictum eſſe, oratorem nomine Cæſaris, magna cum gratia ordinum omnium & ſumma cum prudentia. Ex cujus ad me litteris de morte Rottenſis & Mori & aliorum factus ſum certior. Plurima de conventu Principum Angliæ & Franciæ publicata fuere, ſed ſine fructu: ſuperat enim omnium conatus Caroli Cæſaris fortuna. Heri ad nos venere litteræ à Domino Treuſch de Butler Equite, qui vulgo vocatur Langhes, oratore Regis Romanorum penes nos ordinato ad civitates Vandalicas, quod ſubſiſteret Brunſwici ægrotus. Illius præſentia, quia pro reſponſo, quod à Vandalicis accepimus civitatibus, haud quaquam eſt neceſſaria, permittetur ibidem quieſcere. Nos autem die craſtino, qui eſt Simeonis & Judæ, hinc diſcedemus. Quod Tibi nolumus eſſe ignotum, ad quem per opportunitatem ſcribemus. Et bene vale Domine & amice honoratiſſime. Datum Lüneburgi die XXVII. Octobr. Anno Domini MDXXXV. hanc hyemem ſpero me transacturum in aula Reginæ Mariæ, niſi vocer Neapolin ad Cæſarem. Godtſcalcus noſter haud dubie rediturus eſt ad eundem Cæſarem. Salutamus vos omnes. Ex animo

Reverendiſſimæ Dignitatis Veſtræ
inſervitor & filius,
Cornelius Duplicius Scepperus.

Mitto ad Rev. D. V. aliquot quaterniones de expeditione Africana, quanquam puto, eadem illa Rev. Dignitati Veſtræ ſat nota eſſe. In omnem tamen eventum. Reverend. in Chriſto Pater Domine obſervandiſſime. Cum Dn. Cornelius Scepperus omnia, quæ nunc occurrunt ad V. R. Dominationem abunde utriusque nomine ſcripſerit, ſuperfluum videtur eadem diverſis litteris repetere. Commendo tamen me ex toto pectore V. R. D. cui omnia feliciſſima apprecor. Et ſi quid unquam fuerit, in quo Rev. D. V. inſervire poſſim, comperiet, omnia defuiſſe potius, quam bonam voluntatem. Datum Lüneburgi XXVII. Octobr.

V. Rev. D.
deditiſſimus inſervitor,
Saſſenkerle Godtſcalcus.

Idem Godſcalcus in alia ad eundem Johannem Dantiſcum epiſtola ſcripta Bruxellis XIX. Decembr. 1537. Reverendiſſimus Dominus Lundenſis (1) poſt ſplendidos titulos Archiepiſcopi, Epiſcopi, Adminiſtratoris &c. factus eſt Abbas monaſterii *Waldsaken*, idque beneficio illuſtriſſimi Ducis Frederici Palatini (2). Quæ Abbatia ſatis ut audio opulenta plus illius R. D. affert emolumenti, quam ſi decem tituli majores etiam Cardinalatus illi additi fuiſſent. Invitavit me aliquotiens ad participationem fortunarum; ſed ego mea ſorte contentus Principibus ſua permitto. Vale iterum &c.

(1) JOHANNES, *poſtremus Archiepiſcopus Lundenſis Romano-Catholicus.*

(2) *qui ſpe alebatur coronæ Danicæ.*

1535. *d. 6. Decembr.* 9. Ex Lüneburgo miſi binas litteras meas ad Te, quibus abunde perſcripſi omnia, quæ ibi transacta fuere. Sarcinulam autem earum litterarum commiſi domino Nicolao Bromſe equiti &c. Burgimagiſtro Lubecenſi non adeo dudum reſtituto in dignitatem. Quare non dubito, quin ad Te fuerit perlata. Ab eo tempore fuimus Monaſterii Weſtphaliæ, ubi conſpeximus munitiones ab Anapabtiſtis erectas magno ſane ingenio & labore incredibili. Vidimus etiam corbem ferreum unum ex illis, in quibus inſerentur tres factionis illius anteſignani, ita penſuri ad perpetuam rei memoriam & terrorem facinoroſorum. Nobis præter hæc ſermo fuit cum Bernardis Knyperduninck & & Kreffingh, quorum alter Pro-Conſul, alter Parochus fuerat inſigni uterque audacia & deplorato ingenio. Ad hos in vinculis profecti conati ſumus ab hæreſi illa revocare, ſed fruſtra ceſſere omnia; induruerunt. Brevi ob id una cum rege in caveis exponendi. Aliud nihil ſcriptu dignum nobis in reditu accidit. Quum Antwerpiam veniſſemus de Te multus ſermo fuit apud Veyt Herle & alios, an viveres; propterea quod nullus adveniſſet, qui certum aliquid nunciaſſet. Revocavimusque in morem veterem conſvetudinem, quæ nobis Tecum aliquando fuit communis. Ceterum cum mihi Brugas eſſet proficiſcendum ob domeſtica negotia, relictus eſt ibi Dominus Godtſcalcus, quem ab eo tempore non vidi; nondum enim venit in aulam, ubi jam ego ſubſiſtere hanc hyemem decrevi. Et ob id ad Te non ſcribit; reor tamen illum hodie hic futurum. Omnes DEO gratia recte valemus. Marcus Laurinus Decanus uxor & filius egregie corpulentus & Tibi, perquam ſimilis; hi ſe Tibi ex animo commendant. Rerum novarum apud nos aliud nihil eſt. Dux Mediolani mortuus eſt Kalendis Novembribus. Relicta ipſius, filia Chriſtierni II. Regis Sv. Dan. Norweg. egregie dotata remanet. Cui teſtamento contulit marchionatum Viglevani cum omnibus appendentiis eſt is valoris decem millium ducatorum in ſingulos annos. Reliquit ad hæc idem ille Dux duodecies centena millia ducatorum in præſenti pecunia. In quam ſuccedit illi ſicut in totum Ducatum Carolus Cæſar. Ita illum Principem DEUS undique beat, ab omni enim parte veniunt illi pecuniæ. In Indiis perventum eſt ad veras ſodinas, uti ſcribit compater Tuus Ehingen. Mira de illis feruntur, quæ melius ex mercatoribus intelliges. Idem Carolus Cæſar diu fuit Panormi in Sicilia; quo in regno præter quatuor exactiones ordinarias, easque non exiguas, dono ſunt illi data ducenta quinquaginta millia ducatorum. Quid Neapolitanum regnum conferet, in dubio eſt; nondum enim intelligere potuimus illum appuliſſe Neapolin. In Calabriam autem ex Meſſana Siciliæ trajeciſſe certi ſumus. Fuit hic his diebus Petrus Paulus Vergerius, qui nuncium agit Pontificium apud Romanorum, Hungariæ &c. Regem nuncians, Pontificem maximum conſenſiſſe in Concilium, quod celebrari debeat Mantuæ. Quid exinde ſecuturum ſit, brevi ſciemus, hoc eſt, quum Cæſar Neapolim advenerit. Fertur & rex Angliæ, qui ſupplicium de Cardinali Roſſenſi & Thoma Moro ſumſit excommunicatus & regnum ipſius ſubjectum banno, quid ſibi velint hæ Tragoediæ, brevi ſciemus. Hic ſecura in pace verſamur, quantumvis tumultuentur Dani, Holſati, & Lubicenſes, qui ſibi metuentes ad illuſtriſſimum Ducem Fridericum Pala-

Palatinum reſpicere incipiunt. Et ob id brevi ſunt Oratores ſuos apud nos habituri. Neque enim poteſt Cæſarea Majeſtas illi Principi tam bene merito de Romano Imperio & cui neptem ſuam credidit in ſuo jure non tueri & adjuvare. Atque ut intelligas, quo in ſtatu res ſint, & Tuis vicinis habita occaſione referre queas; Verum eſt, quod tractatus factus fuit ab annis aliquot inter Cæſarem & Ducem Chriſtiernum Holſatiæ de bona pace & amicitia inter ipſos & ditiones patriarum inferiorum tantum & Ducatum Sleſuici Holſatiæ &c. ſed nulla ibi mentio regnorum Daniæ, neque factus eſt tractatus inter illum & hunc ut Regem Danorum, ſed ut Ducem Holſatiæ. Inter easdem præterea patrias & regnum Daniæ tractatus eſt, ſed non cum conditione, quod illi regno præficeretur Chriſtiernus Dux. Hæc eſt ſumma rerum. Cæſari liberum eſt ex tractatu, vel hunc vel illum pati Regem eſſe, neque enim de Rege ulla mentio. Scio apud vos eſſe, qui aliter rem deprædicant. Neque clam nobis eſt, quod partes Holſatiæ vos pecunia, navibus & milite aluiſtis. Pro quibus rebus non admodum magnas gratias meremini apud Palatinos, niſi non malignandi animo; ſed Lubicenſium ferociam compeſcendi id eſſeciſtis. Id quod ego reor & apud eos, qui rem ſciunt, deprædico. Nota eſt enim mihi prudentia incredibilis Sereniſſimi Regis Sigismundi, ſcioque illum non niſi invitum ad arma cogi poſſe, neque delectari principum alendis diſſidiis. Et ob id excuſabile eſt factum Veſtrum. Ne tamen graviora immineant, viri prudentis eſt, in medio curſu nonnunquam vela contrahere. Sereniſſ. Regina Maria obtulit ſe mediatricem & ſequeſtram ad componenda diſſidia partium. Recuſavit id Chriſtiernus Dux Holſatiæ. Cæſar ex Africa, ex Sicilia ſcripſit, daremus operam, ut amice componerentur omnia. Quum recuſat alter voluntariam oblationem, quid ſupereſt, niſi ut alter experiatur, quid æquitate cauſæ, amicis, opibus, & favore poſſit. Quid enim magis indignum quam dicas Regis Danorum filias ita nudas ejectas eſſe, ipſarum patrimonium detineri neque velle ad aliqua pacis media intendere? De patre ipſarum nihil audio, niſi ſi peccata ipſius meruerunt, ut perpetuo carcere acerbam ducat vitam. Quid ad hoc filiæ? quanquam in obſcuro non eſt, quam turpiter & præter omne jus gentium cum eo transactum ſit, forte hæc in caput ipſorum aliquando juſto DEI judicio incident. Hæc ob id ſcribo quod videor cariturus cereviſia veſtra Ruthenica clauſo mari & interdictis commeatibus. Ita enim minantur victores. Quæ res peius me habet. Sed extra jocum. Præſulum omnium muneri convenire noſti pacem ubique, quoad poſſint, niſi cum vitiis, procurare. Vicinus es principi potenti & affinitate conjuncto cum illuſtriſſimo Chriſtierno Duce Holſatiæ, qui ſe vocat Regem Danorum. Quid ſi illi ſuadeatur, ut tuta & certa in mediocritate præferat ſummis & incertis? an hoc tam eſſet à præſulis officio alienum, aut conſilium iſtud tam eſſe contemnendum Tibi videbitur? Nondum principium eſt malorum, quæ imminent ex hac cauſa, niſi in tempore occurratur. Qui autem fieri id poſſit, niſi per viros bonos? ego facile in me recipio illuſtriſſimum Ducem Fridericum ad æquas conditiones pertrahere & à bello etiam avertere. Si quis modo ſit, qui adverſam ipſi partem ad eadem permoveat. Sed victoria credo ferox animus ſpecioſa magis quam ſecura conſilia admittit. Quare temperantia opus eſt. Victoriam pauci hactenus aut voluere aut ſcivere ſequi. Facilius ea paratur, quam conſervatur atque, ut maxime talis ſit, quam tueri poſſis, niſi tamen æquitatis robore fulciatur, brevi labi ſolet. Hæc Tibi & amico privatus ego. Neque enim omittere poſſum, quin de bonis rebus Tecum commenter. Ea via eſt, per quam nonnulli ſibi Cæſareæ Majeſtatis gratiam & Imperialem favorem conſequi poſſent vix unquam alias ſecuritatem ſibi aut liberis ſuis paraturi. Neque vulgo ignoratur, quam grave æs alienum contraxerint bellatores illi, & dum ſibi ſtudent omnia vindicare, quæ certiſſima habebant in diſcrimen pertraxerint. Ab altera autem parte ſi ad bellum res pervenerit, omnia adhuc ſunt integra & quod præcipuum eſt princeps ætate & rebus geſtis ad hæc modeſtia animi & probitate inſignis & Tibi, quod inficiari non potes, amicus. Quæ autem ſunt hactenus adverſus Lubicenſes quædam geſta non improbo. Tantum finis ſtatuatur cupiditati & dum nocentes caſtigare intendis, innocentem jure ſuo ſpolies. Scribe itaque ad me, quid habeas ſpei de hoc negotio. Ego non omittam pacem ſvadere, quoad haberi ea honeſte poterit: Sed de iis ſatis. Illuſtriſſimus Marchio de Zenette, comes de Naſſaw cruciatur podagra & abeſt ab aula; venturus tamen huc brevi. Rex Galliæ nihil, quod ſcimus, publice molitur. Expectat eventum rerum omnium. Laboravit etiam adverſa valetudine apud Burgundionem. Alias jam inhiaret ducatui Mediolanenſi, extincta gente Sfortiarum virili, ex parte. Helvetii crebris malis domiti ſe domi continent non facile relicturi nidos. In dioeceſi Monaſterienſi ingens eſt peditum Germanorum numerus, exſpectantium Principem aliquem, cujus ſtipendia mereant. Dux Ghelriæ vicinus noſter quieſcit cum coronatis ſuis Gallicis. In litteris his diebus nihil novi prodiit præter eccleſiaſten Eraſmi Roterodami. Huic Pontifex obtulit tres epiſcopatus una cum ſacerdotiis omnibus cujusdam inſignis Curtiſani noſtratis defuncti in urbe nomine Inghel Wynckel & pileo cardinalitio; quæ omnia idem ſtrenue recuſavit. Illum librum quia non dubito ad vos perlatum eſſe, non mitto, neque pſalteria etiam mitto, quod nondum ſint ad manum. Plura in præſentiarum ſcribere me vetat hujus latoris viri Poloni nunc primum nunciatus receſſus. Per Foccharos* copioſius ſcribam, Tu viciſſim de rebus ſubinde nos fac certiores. Et Tuis omnibus, matri dulciſſimæ, fratribus Bernhardo

Fab Dameraw. ep. ad Jo. Dantiſc. 1537. d. 11. Sept.

* *alias Fugeros.*

hardo & Georgio fororibus & affinibus me ex animo commenda. Eſt apud Te puer quidam hic natus, cujus mater, vicina eſt mea, mulier proba & honeſta, rogavit ut illum Tibi commendarem. Ad eum mittuntur annexæ hæ litteræ. Et vale Domine & Pater ex animo honoratiſſime. Ex Bruxellis die 6. Decembr. A. M. D. XXV.

Ejusdem Reverend. D. V.
addictiſſimus inſervitor,
Cornelius Duplicius Scepperus.

Si ſupereſt magnificus D. Georgius Clyngebeck & in Hiſpaniis & apud Te Auguſtæ notus, illi me commenda.

XIII.

CLAVDII LYSCHANDRI HISTORIOGRAPHI DANICI DE SCRIPTORIBVS DANICIS LIBELLVS ORDINE ALPHABETICO CONGESTVS.

Abſalon Archiepiſcopus Lundenſis, Epiſcop. Roſchyldenſis, Primas Sveciæ, Apoſtolicæ Sedis Legatus; illuſtriſſimorum Daniæ Regum Valdemari I. & Canuti VI. Conſiliarius ſummus & belli Dux maximus. Vir Nobiliſſimus, auguſtiſſimæ Hvidorum familiæ corona pretioſiſſima, Vir in divinis ſcripturis ſingulariter doctus, & in ſecularibus literis nulli ſua ætate ſecundus, ſapientia, prudentia, felicitate & morum integritate fulgentiſſimus, Philoſophus, Rhetor, Poëta, & Hiſtoricus clariſſimus, cujus inſtinctu & opera Saxo Grammaticus Danorum Hiſtoricus celeberrimus rerum Danicar. lib. XVI. ſtilo elegantiſſimo conſcripſit, Eccleſiarum & Scholarum Pater & Patronus longe liberaliſſimus. In patrimonio ſuo Soram, & primus Hafniam, nunc Daniæ Metropolim, condidit. Floruit circa an. Chriſti 1200. ſcripſit. I. Jus Eccleſiaſticum, ex mandato Valdemari I. promulgatum in publico Parlamento Ringſtadienſi. II. Vedderlaus Louff, jus œconomicum, jus caſtrenſe opera & conſilio Sereniſſimi Regis Canuti Valdemari F.

Andreas Sunonis F. Selandus Vir Nobiliſſimus, Abſalonis Archiepiſcopi, Conſangvineus, Sanctæ Theologiæ Doctor, Archiepiſcopus Lundenſis, Apoſtolicæ Sedis Legatus, & Sveciæ Primas digniſſimus, in divinis Scripturis eruditiſſimus, & in ſeculari Philoſophia nobiliter doctus, Orator diſſertiſſimus, Poëta clariſſimus, & Legislator juſtiſſimus, floruit Valdemari II. tempore, circa an. Chr. 1220. ſcripſit: I. Jus Scanicum XVII. libror. miranda & inuſitata orationis ſuavitate & elegantia; quod Nobiliſſimus Arvidus Huitfeldius, regni Danici Cancellarius, antiquitatis indagator diligentiſſimus integrum & e mendis purgatum in lucem miſit an. Chr. 1590. Hafniæ. II. Hexaemeron, de ſeptem Sacramentis, pietate & eruditione excultiſſimum, nondum typis excuſum. III. Varios hymnos & ſequentias in uſum Eccleſiarum ſuarum. F. 42.

Andreas Liunus, SS. Theol. apud Malmogienſes Profeſſor, Vir in divinis literis ſufficienter doctus, qui Papiſticæ religionis tenebras abhorrens, reformandarum Eccleſiarum caſtra ſingulari conſtantiæ alacritate ſequebatur, & magna cum laude pro grege Lutherano pugnabat. Cum Bugenhagio Ordinationem Eccleſiaſticam ſcripſit & confirmavit.

Albertus Laurentii F. Canonicus Roſchyldenſis, propter eruditionem & vitæ integritatem doctis omnibus, & præcipue Nobiliſſ. Lagoni Urne, Epiſcopo Sellandiæ, longe chariſſimus, à quo ad Johannem Philippi, Calcographum Colonienſem, ſolenniter, tanquam operum quorundam ſuorum, typis tradendorum corrector diligentiſſimus legatus. Edidit illic cum Collegis, Breviarium Roſchyldenſe. Floruit circ. an. 1517.

Albertus Johannis F. Friderici II. Concionator & poſtea Epiſcopus Aarhuſienſis, omni virtutis & eruditionis laude clariſſimus, propter inſignem humanitatem, modeſtiam & eloquentiam inprimis Regi & bonis omnibus chariſſimus. Floruit an. 1590. Scripſit Orationem funebrem in obitum Friderici II. Hafn. ex cap. 14. Apocal. Conciones poenitentiales juſſu Procerum & Senatus Danici. Hafn. Carmen in obitum Mariagrii.

Andreas Petræus Cougienſis, artium liberalium Magiſter, in celeberrima Academia Hafnienſi Profeſſor Mathematicus & Canonicus Lundenſis, morum integritate, antiqua fide, prudentia & vitæ innocentia laudatiſſimus. Floruit an. Domini 1569. ſcripſit I. Calendarium, quod in honorem illuſtris Scholæ Friderici II. Fridericiburgenſe appellavit in patenti. Hafn. II. De quatuor anni partibus. Hafn. 1573. L. B. III. Arborem conſanguinitatis & affinitatis, Hafn. 1567. L B.

Andreas Joannes Mariagrius, artium Magiſter, Eccleſiæ D. Nicolai apud Hafnienſes Paſtor primarius, omni eruditione & veneranda gravitate ornatiſſimus, pius, conſtans, modeſtus, & omnium ſua ætate facile eloquentiſſimus. Floruit c. an. 1579. ſcripſit I. Commentarios in Orationem Dominicam. Hafn. II. Carmen ad Olaum Theophili. 65. III. Carmen ad Petrum Eraſmi, Presbyterum Helſingburgenſem, nuptias celebrantem. 67. IIII. Carmen in honorem nuptiarum Dni Thomæ, Gregorii, in arce Hafnienſi Concionatoris Reg. Ciciliæ, M. Andreæ Liungii F. Hafn. 1568. L. B.

Andreas Foſſius, Artium Magiſter, Epiſcopus Bergenſis, antiquitatis ſtudioſiſſimus, virtute & humanitate ſpectabilis, edidit I. Genealogias Regum Daniæ & Norvegiæ, Ducum item Oldenburgenſium eorum, qui poſt ſuſceptam religionem ſanctam floruerunt. Hafn. II. Catalogum Scriptorum variorum, qui rerum Danicarum mentionem faciunt, adhuc colligit.

Andreas Severini Vellejus, liberalium artium Magiſter, ordinarius Regni ac Regis Daniæ Hiſtoricus, Canonicus, Prælatus & Præpoſitus Ripenſis, Vir eruditione & morum integritate clariſſimus, antiquitatis indagator diligentiſſimus; ſed in iisdem in lucem emittendis curioſus

&

& tardus, aliorum magis, quam propriis ſcriptis celebris. Edidit: 1. Adami Bremenſis hiſtoriam Eccleſiaſticam ex Bibliotheca Sorenſi ſibi per Jacobum Matthiæ, Profeſſorem & poſtea Theologum Hafnienſem communicatam. Hafn. 2. Saxonem Grammaticum Danice reddidit. Hafn. 3. Deſcriptionem Islandiæ, per Gudbrandum loci iſtius Epiſcopum, ſummo ſtudio & diligentia concinnatam & ſibi communicatam, artificioſe æri inſculptam opera & impenſis Orthelii, publici fecit juris. 4. Vitas Pontificum Romanorum, juſſu & inſtinctu Nobiliſſimi Johannis Friſii, Regis Cancellarii, omni memoria digniſſimi, ab eodem ſibi communicatas emendavit & edidit Hafn. 5. Curriculum vitæ humanæ, olim à Dno. Michaële Otthonienſi Illuſtriſſimæ Reginæ Chriſtinæ conſcriptum, locupletavit & edidit Hafniæ typis Benedictinis 1576. 6. Tractatum de nomine Danico. Hafn. 7. Panegyrin. 8. Orationem Johannis Syningii de jungendo ſtudio Theologico & Philoſophico. Ripis. 9. Cantilenas centum antiquitatum Danicarum, dedicatas Sophiæ Reginæ. Ripis. 10. Annales Regum Danicorum omnium à Dano ad Chriſtianum IV. nondum in lucem miſſos. 11. Vitam Svenonis Tiufueskeg copioſe & ornate, non editam. 12. Pſalmum de mortis meditatione reſervatum in Pſalterio Johan. Thomæ p. 343. 13. Idylium ad Danielem Rantzovium, belli Danici Ducem maximum. Hafn. 568. 14. Septem Sapientum Græciæ, aphoriſmos Danice ad Nobiliſſimum Hilarium Grubbe, Regis Dan. Cancell. Hafn. 1572. 15. Orationem in obitum Friderici II. Danice ad Chriſtianum IV. 1588. L. B. 16. Carmen gratulatorium ad Sereniſſ. Jacobum Scotiæ Regem. Hafn. 1590. 17. Cum voto augurium in electionem, Chriſtiani IV. Hafn. 18. Paſſionem Chriſti ad Nobiliſſ. Beatam Bille. 1592. 19. Viam vitæ Hemmingii Danicam latinam fecit, obl. Nicolao Schave & Henningio Walckendorp. 20. Similitudines in præcipua capita Religionis Chriſtianæ, concinnatas olim à Grundito, oblatas Johanni Friſio Cancellario. 1567.

Andreas Chriſtierni F. Ripenſis, Medicinæ D. in celeberrima Academia Hafnienſi olim Profeſſor publicus, & Regiæ Majeſtatis alumnorum promus condus prudentiſſimus, poſtea illuſtris Scholæ Sorenſis Inſpector & Præſes digniſſimus, Vir in ſeculari Philoſophia & utraque Medicina longe doctiſſimus, in perſcrutandis & inveſtigandis ſimplicium & herbarum naturis omnium, facile ſua ætate ſagaciſſimus, ingenio excellens, vita & moribus manſvetus, in politicis inſuper induſtrius & circumſpectus.

Andreas Kragius, Ripenſis, Medic. Doct. & Prof. Ordinarius in Regia Univerſitate Hafnienſi. Doctus, felix, affabilis, liberalis, & præſentis ætatis qs. moribus natus, Ramææ Philoſophiæ aſſertor, & Scholæ Ariſtotelicæ impugnator acerrimus. Scripſit: 1. Refutationes in Phyſicam Leibleni. 2. Lauream Apollineam Monſpelienſem ad D. Paulum Matthiæ, Baſileæ. 3. Analyſin Epiſtolæ Horatii ad Piſon. 4. De Elenchis Sophiſtis Ariſtotelicis.

Andreas Olai, F. Paſtor Wibergenſis. Carmen patrium in Comœdiam electionis Solomonis, Auto: Hieronymo juſto. 1583. Hafn.

Andreas Michaëlius, Eccleſiæ Coldingenſis Presbyter, in artium liberalium ſtudiis & ſacrarum litterarum lectione bene verſatus, in habendis ad populum concionibus ingenio & lingua excellens, ſcripſit: I. Conſolationes adverſus calamitatem, Danice. II. Meditationes in paſſionem ad Sigvardum Grubbe, edit. Sleſvigæ. 1599. III. Parag. juris Politici ex Bibliis.

Andreas - - artium liberalium Magiſter, Eccleſingorenſis Presbyter, ſcripſit: In Paſſionem Chriſti.

Arvidus Petri, Presbyter Borringholmenſis in Eccleſia S. Jacobi, Vir in divinis literis magna cum laude verſatus, ingenio acutus, moribus integer, & in declamandis concionibus devotus & elegans, Poëſeos & Muſicæ excellenter doctus, ſcripſit: I. Pſalmos varios. II. Recognovit Pſalterium Claudii Martini, & multis in locis auxit, inque uſum Eccleſiarum Reformatarum edidit Hafn. 1534.

Andreas Lymvicus Cimber. Scr. Exitum navis *Magelös*, ſive Martis *Jutte-Hader*, carmine elegiaco, Hafn. 1564.

Arvidius Huitfeldius Chriſtoph. F. Dominus de Odderberg, Regni Dan. Cancellarius, & Senator prudentiſſimus, Nobilitatis, eruditionis, humanitatis, & omnium denique virtutum laude fulgentiſſimus, Eccleſiarum & Scholarum fautor & nutricius, poſteritatis memoria digniſſimus, Vir in divinis ſcripturis & ſecularibus judiciis eruditiſſimus; Theologus, Orator, & Hiſtoricus noſtra ætate celeberrimus; omnis antiquitatis indagator ſagaciſſimus; Danicarum hiſtoriarum pater & Patronus maximus; omnium primus, qui, poſt Saxonem Grammaticum 400. fere annis (tamdiu latuere res Danicæ in patria Hiſtoria feliciter aliquid tentavit, mirando genio & ingenio totus in Muſas & antiquitates propenſus. In ſumma dignitatis eminentia, inter tot ardua & maxima Regni negotia alacri & indefeſſo ſtudio univerſam Hiſtoriam Danicam, variosque Scriptores exoticos magna fide & diligentia perluſtravit, & de patria & poſteritate optime meruit. Scripſit autem: I. Synopſin rerum Danicar. quæ à Dano incipiunt, in quo Saxonem Grammaticum, ad imitationem Achillis Gaſſari ad certos annos redegit. II. Continuationem hiſtoriæ Danicæ à Canuto, Valdemari Primi Filio, ad Chriſtianum I. Regiæ domus Oldenburgicæ. III. Reges Oldenburgicos Chriſtianum I. Johannem, Chriſtianum II. Fridericum I. Chriſtianum III. IV. Catalogum Epiſcoporum Dan. & Norvegiæ. Præterea è Bibliotheca ſua emiſit I. Jura Scandica Doct. Andreæ Sunonis F. olim opera & conſilio Valdemari II. polita & venuſta latinitatis elegantia ornata. II. Chronica Norvegica ſtudio Mag. Johannis Martini, Presbyteri Slangendorpenſis. III. Jus œconomicum Norvagienſe, quod *Hirdskraa* Norvagi dixere. IV. Vitam S. Canuti Regis, olim ab Ælnotho Anglo, circa annum Chr. 1100. concinnatam & Sereniſſ. Nicolao Daniæ Regi oblatam.

Axelius Gyldenſtiern Canuti F. Dominus de Liuegby,

Liuegby, Regni Daniæ Senator, & Illuſtriſſimorum Regum Friderici II. & Chriſt. IV. Conſiliarius intimus, Regni Norvagici Inſpector & Prorex juſtiſſimus, & Legationis Moſchoviticæ cum Sereniſſimo Duce Dno Johanne Commiſſarius maximus, Majorum imaginibus & propria virtute fulgentiſſimus, judicio & ingenio mirandus, conſilio, vita & moribus magnificus, ad quævis expediunda alacris & induſtrius, & rebus arduis & momenti maximi quaſi natus, ſcripſit: Bellum Sueticum Illuſtriſſimi Regis Friderici II. cum Erico XIV. & Johanne, Regibus Sueciæ, in quo belli cauſas & motus quoslibet mirando ſtudio & diligentia, patria lingua, copioſe & eleganter pertexuit.

Auguſtinus Erici, natione Germanus, Sereniſſ. Regib. Friderico II. & Chriſtiano IV. a ſecretis, Vir in ſecularibus diſciplinis præclare verſatus, longo uſu, jugi exercitatione, & aſſidua Principum ac Heroum Illuſtrium converſatione longe prudentiſſimus, ingenio & eloquio excellens, judicio diſcretus, conſilio promptus, in negotiis difficilibus & magnis induſtrius & indefeſſus, juris & hiſtoriarum ſtudioſiſſimus, ſcripſit Hiſtoriam Coronationis Illuſtriſſimi Chriſtiani IV.

Andreas Chriſtierni Vellejus. I. Encomiaſticon ad Nicolaum Kaas Cancell. II. Votum pro Eccleſia & Statibus regni Daniæ, Græco carmine. Hafn. 1576. L. B.

Andreas Laurentii, SS. Theol. Doctor. Scr. Orationem de vita & morte Sereniſſimi Regis Friderici II. recitatam in Exequiis Roſchildenſibus anno 1588. Hafn. L. B.

Albertus Knopperus, Juris utriusque Doctor. I. De Jure Emphiteutico. Hafn. 1565. L. B. II. De Juſtitia. Hafn. 1573. L. B.

Andreas Chriſtiani, natione Jutus, Profeſſione Carm. & pror. Dan. ord. intem. Virg. ac Chr. m. Mar. de monte Carm. pro. digniſſimus, religione & doctrina inſignis, SS. Theol. Doctor & Profeſſor eximius, liberalium artium Magiſter in præf. Chriſt. P. in Sax. Saxonem Grammaticum manu propria exarandum ſuſcepit, ac in eo promulgando M. Chriſtierno Petri operam præſtitit fidelem.

Boethius Kettelſon Chiliani F. de Venſila, Dominus de Liunum, Vir præclaræ Nobilitatis, ſtemmate ac ſummæ authoritatis laude longe celeberrimus, judicio magnus & conſilio magnificus, Illuſtriſſ. Canuti Magni, Danor. Norvegor. Anglor. &c. Regis ac Monarchæ potentiſſimi miles & Conſiliarius intimus, ætate venerabilis, & meritis nunquam interitura laude digniſſimis, vixit cum Regibus Daniæ 1. Canuto Magno. 2. Canuto Duro. 3. Magno S. Olai F. 4. Suenone *Eſtritzön*. 5. Haraldo Sancto. 6. Canuto Sancto. 7. Olao Hunger. 8. Erico *Eyegad*. 9. Haraldo Kiegſer. 10. Nicolao. Sub quo tandem, Rege & Regni Senatoribus conſentientibus correxit, mitigavit & publicavit, Jus Oeconomicum, *Vetterslauffs Lauff*, in gratiam Chriſtiani Torchilli F. & fratrum ejus, Aſceri Archiepiſcopi Lundenſis, & Suenonis, Epiſcopi Vibergenſis.

Birgerus, Archiepiſcopus Lundenſis, Primas Suec. Apoſtolicæ Sedis Legatus, natione Hallandus, patria Lindebergenſis, loci iſtius Diaconi F. Vir magni ingenii, præclaræ indolis & excelſi animi, in Divinis literis eruditiſſimus, in declamandis Homiliis ad populum doctor admirabilis, incredibilis eloquentiæ, pietatis & modeſtiæ, judicio acutus, conſilio & prudentia ubique magnificus, vitæ innocentia, morum integritate, devota gravitate, ac ſumma conſtantia venerandiſſimus, Eccleſiæ & gregis Chriſti pater & Patronus maximus, miranda Dei providentia, Regum ac populi favore, e minimo & obſcuræ ſortis loco ad auguſtiſſimum & ampliſſimum Cancellarii & Pontificis culmen aſcendit. Scripſit I. Synodalia varia. II. Miſſale in utilitatem Eccleſiarum Scandicarum opera Chriſtierni Petri. Anno 24.

Boëthius Achonis F. Canonicus Roſchyldenſis, Vir in Divinis literis magna cum laude verſatus, Poëta & Orator diſertus, in officio induſtrius & diligens. Ejus opera inprimis uſus eſt Nobiliſſ. Lago Urne, Epiſcopus Rochildenſis apud Johannem Philippi, Calcographum Colonienſem in revidendis & emendandis ſcriptis Eccleſiaſticis, in lucem mittendis. Ejus & conſortium auſpiciis prodiit Breviarium Roſchyldenſe. *Floruit* 1552.

Beſſus, Heros Generoſiſſimus, Illuſtriſſimi Grami Regis Dan. & Svetiæ Miles & bellorum ſocius fortiſſimus, cui, ob præclaram domi militiæque præſtitam operam, Nobiliſſimam Roami educatoris filiam elocavit. Scripſit Hiſtoriam Grami Regis Danici carmine patrio Sax. lib. p. 7. *Floruit, ante natum Chriſtum, anno* 882.

Benedictus Arvidi F. Canonicus Lundenſis, Vir in ſacris literis bene verſatus, & in Philoſophia ſeculari omnium ſuo tempore longe doctiſſimus, linguas præcipue Latinam & Græcam, poſt longa ſilentia mortuas, ab inferis revocavit, non minus vitæ ſanctitate, quam ſcientia præſtanti clarus emicuit. Nicol. Hemmingium SS. Theol. Doct. & patriæ lumen celeberrimum, humaniores litteras primus docuit. Scholam Lundenſem illuſtravit, patriam ornavit, & Bibliothecam inſtructam in uſum piæ poſteritatis legavit, Ordinationem Eccleſiaſt. à Bugenhagio conceptam, nomine totius Capituli, revidit & approbavit.

Bartholus Caſpari Bigumius, Presbyter Malmogienſis, Vir in divinis literis egregie inſtructus, in declamandis ſermonibus ad populum Orator ingenii & linguæ ſuavitate ſpectabilis, vitæ denique ac morum integritate bonis omnibus chariſſimus, ſcripſit 1. Medicamentum Spirituale contra afflictas conſcientias ſermone patrio 92. 2. Spirituale Horologium. 91. 3. Hortulum Davidis. 95. 4. Carmen Heroicum in natalem Chriſti.

Birgitta Bilde, Domina de Yverſrees, Dni. Claudii Bildonis, Equitis Aurati, & Senatoris Danici filia, Nobiliſſimi Chriſtophori Gallæi relicta, Matrona veræ nobilitatis & virtutis laude clariſſima, in Eccleſias munifica, ſcholas, afflictos & miſeros humana & benefica, pietate & morum integritate inſignis & venerabilis. Scripſit Genealogiam ampliſſimæ poſteritatis Claudii Bildonis.

Balthazarus Melchioris F. juvenis virtute & dicendi felicitate magis, quam ſingulari eruditione

tione conſpicuus, in rebus politicis prudens & circumſpectus, transtulit ex Germanico in Danicum. Piarum exercitationum lib. 1. A. 83.

Bartholomæus Langius, Chriſtiani Filius, liberalium artium Mag. Presbyter Otthonienſis, Vir in divinis ſcripturis eruditus, & in ſeculari Philoſophia bene inſtructus, ingenio ſubtilis, conſilio promptus & acutus, ſermone apertus & compoſitus, Poëta & Muſicus inſignis, ſcripſit Alethen in honorem Catholmii. 70. Hafn.

Claudius Niger, Philoſophus & Mathematicus doctiſſimus, multarum rerum uſu, longa peregrinatione, & Doctiſſimorum Virorum converſatione clariſſimus, reliquit: Daniæ deſcriptionem integram & abſolutam, ex mandato Regis Danici concinnatam, quam poſtea Franciſcus Irenicus, inſtinctu Johannis Virdungi Hasfurdenſis, Mathematici Nobiliſſimi, e Dania redeuntis, in lucem edidit Iren. lib. 2. cap. 21.

Chriſtianus Torchilli F. Morſianus, Medic. Doctor & in Academia Hafnienſi Profeſſ. Publicus, eruditione, humanitate, & morum integritate clariſſimus, Chriſtiano III. & bonis omnibus chariſſimus, reliquit: 1. Fragmenta varia Medicinæ theoricæ. 2. Faſciculum Thematum publice propoſitorum. 3. Querelam privatæ infelicitatis. 4. Scolia in elementa Geometrica Doct. Johannis Vogelin, Hafn. prælecta 1550. 5. De cauſis & cura contra peſtem Hafn. 1553.

Cornelius Hamsfurt Junior, Doct. Cornelii Senioris, Medici & Philoſophi celeberrimi Filius, natione Fionicus, Vir in divinis ſcripturis egregie verſatus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, Medicus & Hiſtoricus clariſſimus, antiquitatum Danicarum indagator ſagaciſſimus, ingenio ſubtilis, eloquio clarus, vita denique & converſatione inſignis, ſcripſit, Vitas Pontificum Otthonienſium omnium à Regnero I. ad noſtram ætatem, ſumma diligentia & ſtudio ex antiquitatibus Otthonienſibus coacervatas.

Canutus Joannis Meonius, Presbyter Riſebergenſis in Scandia, Vir in divinis literis bene verſatus, & in ſeculari Philoſophia egregie inſtructus, modeſtia, probitate, & pietate inſignis, Præceptor meus omni reverentia colendiſſimus, ſcripſit: Expoſitionem Evangeliorum Dominical. in quibus mirando artificio & diligentia Philoſophia Theologiæ in ædificanda Eccleſia præclaram operam addere conatur.

Chriſtianus Macchabæus Alpinas, D. Joh. Macchabæi, maximi Danorum Theologi, Filius, Regiæ Scholæ Sorenſis Præſes, & Eccleſiæ Lundenſis Canonicus, nobilitate, virtute & omni eruditione celeberrimus, Philoſophus, Orator & Poëta clariſſimus, Eccleſiarum & Scholarum fautor & nutricius laudatiſſimus, cujus conſilio & ſuffragio Bibliotheca Franciſcana apud Hafnienſes fundata eſt & conſtituta, propter ſingularem prudentiam & humanitatem, & morum integritatem, Viris Magnificis ubique chariſſimus, ſcripſit 1. Orationem in funus Nobiliſſ. Dn. Eliſæ, Hilarii Grubbei, Cancellarii regni Danici, Conjugis deſideratiſſimæ, ad Mag. Magnum Theologum & Canonicum Lundenſem. 2. Emblematum lib. 3. Carmina varia in obitum M. Andreæ Mariagrii, Catholmii & Belthazaris Chauſii. 4. Παρεινεσιν ad Nobilem juventutem Scholæ Herlovienſis, Hafn. 1569. 5. Hiſtoriam Balaam Prophetæ. Hexametro, Haf. 1567. B. L. 6. Orationem in obitum Nobiliſſ. Herluffi Trolle, Regni Senatoris & Admiralis. Haf. 1566. L. B. 7. In ſtatuam Chriſtiani III. Haf. 1574. L. B. 8. Thalamum Nobiliſſ. Olai Mauritii de Boller & Annæ Hardenbergæ. 1573.

Chriſtianus Petri F. artium liberalium Magiſter, Archiepiſcopi Lundenſis Cancellarius, & loci ejusdem Canonicus, Vir in Divinis ſcripturis & ſecularibus literis egregie doctus, veterum lectione dives, ingenio & eloquio clarus, conſilio promptus, & rebus quibusvis expediundis induſtrius & alacris, multo uſu, longa peregrinatione, &, ſingulari cum Viris Magnificis & Doctiſſimis familiaritate, in Gallia & Germania celeberrimus, Hiſtoricus & Medicus ſua ætate clariſſimus, in linguis, Latina, Græca, Hebræa, Germanica & Gallica expeditus, illuſtriſſimis Chriſtierno II. & Friderico I. Regibus Daniæ, Nobiliſſimo Lagoni Urne, Epiſcopo Roſchildenſi, & bonis omnibus chariſſimus, Lutetiæ Pariſiorum cum ſtudiorum cauſa diu ſubſtitiſſet, patriæ monumenta plurima è tenebris vindicavit, revidit, omnium primus typis tradidit, & in orbem late emiſit, de Patria, Eccleſiis & Scholis optime meritus, reſtituit I. Saxonem Grammaticum, Danor. Hiſtoricum eloquentiſſimum, oblatum Nobiliſſ. Lagoni Urne, Epiſcopo Roſchildenſi, editum Pariſiis 1514. II. Hiſtoriam Olai ſ. Holgeri, Potentiſſ. Regis Danor. Gotrici f. militis Caroli Magni, ex Gallico in Danicum transtulit. III. Corpus Hiſtoriæ Danicæ, ex mandato Chriſtierni II. IV. Breviarium Lundenſe, Paris. apud M. Joh. Philippi 1517. V. Carmina Petri Legiſtæ, ſive Legislatoris Sellandici, notis Grammaticalibus illuſtrata. Paris. VI. Vocabularium in uſum juventutis Danicæ, Col. 1514. qui poſtea correctior editus Lipſiæ in 4. VII. De liberali puerorum inſtitutione Lib. I. Dan. Antwerp. 1533. VIII. Copioſam Catechiſmi explicationem, quam tranſtulit in Danic. Antverp. 1531. IX. Opus medicum de curandis morbis, & extrahendis herbarum eſſentiis, ac earum virtutibus. Malm. 1533. X. Quæſtiones de Fide & charitate Dan. reddit. Antwerp. 1531. XI. De gratia Divina & Confeſſione lib. 1. Malm. 1532. XII. De vera Via ſalutis. Antverp. 1531. XIII. In Pſalm. 80. meditationes Hieronymi Savanorolæ Danicas fecit. Lubecæ. XIV. Quæſtiones de Fide & Charitate. Antverp. 1531. Dan. XV. De familia & poſteritate Dani, primi Regis Daniæ. XVI. Vita Caroli, Ducis Flandriæ, St. Canuti Regis Danici Filius. XVII. Vita Sebaldi, Regis Daniæ Fil. Danice, ex mandato Chriſtierni II.

Chriſtophorus Palemonius Lyſcander, Presbyter Brammenſis Borealis in Scandia, Vir in Divinis & ſecularibus literis egregie doctus, conſtantia, prudentia, vigilantia, religione, vitæ denique & morum integritate venerabilis, Orator inſignis, & Poëta nulli ſua ætate ſecundus, ſcripſit. I. Epiſtolarum lib. 1. II. Carmina varia: III. Tranſtulit meditationes Auguſtini, in gratiam Nobiliſſimæ & pientiſſimæ Catharinæ Rönnoviæ.

Chriſtiernus Nicolai, Presbyter Nebovienſis

in Selandia, Vir in divinis literis bene versatus, pietate humanitate & modestia insignis, & eloquio clarus, scripsit, Expositiones in Psalmum 91. habitas ad populum in Exequiis Nobilissimæ Birgittæ Rosencrantiæ, Conjugis Sthenonis Brahe desideratissimæ. Hafn. 89.

Canutus, Episcopus Aarhusiensis, in SS Theologia summa cum laude versatus, & omnibus Philosophiæ studiis diu feliciterque exercitatus, Orator suavissimus, Disputator acutissimus, vitæ sanctimonia & morum integritate clarissimus scripsit: De peste libellum.

Claudius Martini Tyndebinder, Presbyter Malmogiensis, Vir in Divinis literis, & seculari Philosophia egregie instructus, Ecclesiarum papisticarum expugnator acerrimus, & reformatæ religionis propagator indefessus, concionum ad populum habendarum declamator indefessus, primus, qui apud Scanos Lutheranæ religionis initia publice docuit, scripsit 1. Psalterium Danicum in usum Ecclesiarum Dan. 1529. 2. Transtulit ex Germanico in Danic. conciones varias. 3. Tractatus præterea varios pro Ecclesiæ suæ defensione ad Cives Malmogienses & alios.

Christiernus Schroch, Presbiter Svendburgensis, Vir præstans & prudens, in sacris Scripturis & secularibus literis magna cum laude versatus, ingenio, constantia & gravitate insignis, in oppugnandis Ecclesiis papisticis industrius & alacris, primus, qui apud Fionenses Lutheranæ doctrinæ initia sparsit, Tausanii comes & collega fidelissimus, cum quo Ordinationem Ecclesiarum Danicarum, a Pomerana conceptam, revidit & probavit, scripsit Commentarios in tertium caput Epistolæ ad Galat. in quibus docte & argute differit de fide & justificatione, Danice edit. 1537.

Christiernus Laurentii, Presbyter Ecclesiæ Vigensis in Norwegia, Vir eruditus, & in sacris literis magna cum laude versatus, historiarum lectione clarus, ingenio facilis & eloquio clarus, transtulit Chronicon Carionis ex Latino in Danicum A. 1595.

Claudius Foerd, Bibliopola Hafnienſis, Vir prudens & humanus, in investigandis majorum monumentis vigilans, & in lucem mittendis iisdem laboriosus & diligens, de Scholis, Ecclesia & republica literaria optime meritus, transtulit Librum de arte pie moriendi D. Ivonis Barscampi ex Germanico in Danicum, Hafn. 1571.

Christiernus Michaelis, patria Coagiensis, D. Pauli, Episcopi Roschildensis, ex fratre nepos, artium liberalium Mag. apud Hafnienses Græcæ linguæ Professor Ordin. ingenio præstans, sermone perspicuus, vita & moribus integer, in omni bonarum artium disciplina peritus, Philosophus, Poëta, Rhetor insignis, scripsit Ad Catholmium Carmen elegans. 70.

Canutus de Stella aurea Henrici F. Dominus de Juersnes & Refstrup, Episcopus Otthoniensis, & Præpositus Vibergius, Vir Nobilissimus, prudentissimus & doctissimus, à sede una cum cæteris Episcopis remotus, Nobilissimam Jutham, Predbiorni Podebuscii filiam, uxorem duxit, & in avito patrimonio postea privatus quievit, Poëta clarissimus, Miles fortissimus, & Friderici I. contra Christiernum II. belli Dux maximus, scripsit 1. Psalmos varios, quorum pars aliqua reservatur in Psalterio Joh. Thomæi. 2. Catalogum familiarum Nobilitatis Danicæ. 3. Apologiam Nobilitatis Danicæ contra Christiernum II. expulsum & captum, in qua causæ præcipuæ istius Tragoediæ recenſentur.

Canutus Kopſon, Episcopus Vibergensis, J. U. Doct. in Divinis scripturis jugi exercitatione peritus, & in omnibus secularibus scientiis, præcipue J. U. cognitione excellenter doctus, Illustriss. Regi Johanni & bonis omnibus longe carissimus, Jus Cimbricum ex Danico latinum fecit, & glossis auxit. excus. Hafn. per Gothof. de Ghemmin, an. 1508. die Matthiæ.

Carolus Rönnovius, Dn. Claudii Rönnovii, Magistri olim Palatii, Filius, Dominus in Huitkild, Episcopus Otthoniensis, Vir Nobilitatis splendore, eruditionis & ingenii laude longe celeberrimus, in seculari Philosophia egregie doctus, & in divinis literis, magna omnium cum admiratione, versatus, eloquio elegans, consilio promptus, vitæ integritate venerabilis, Ecclesiarum nutricius munificus & celebris, restituit & novis typis ornavit Graduale in usum Ecclesiar. Fionicar. Lubecæ 1483.

Canutus Magnus, Daniæ, Angliæ, Norvegiæ &c. Rex Potentissimus, & ut tanti incomparabilis Monarchæ merita, quæ arctoum orbem late adimplent, paucissimis dicamus: Mars ipse erat, patriæ Pater, & Ecclesiarum Nutricius, Heroicis omnibus virtutibus, sapientia, pietate & justitia, Prædecessores omnes, ut Martius fulgor stellas reliquas, longe exsuperans, scripsit 1. Consuetudinem Angliæ lib. III. & instituta centum. 2. Vedderlausis Louf, quod œconomicum vocamus, opera & consilio Oygonis Selandici & Esckyldi *Jeppesöns*.

Christianus Cilicius Cimber, Presbyter Itzeho- *Flor. 1569.*
viensis, Vir in scripturis Sanctis studiosus & eruditus, atque in secularibus literis sufficienter instructus, Orator & Historicus nulli sua ætate secundus, ingenio perspicax, judicio promptus, vita & moribus devotus ac integer, Viris Magnificis præcipue Illustrissimo Adolpho, Holsatiæ Duci, Nobiliss. Henrico Rantzovio, & bonis omnibus carissimus, scripsit præcipue De Cimbris & bello Dithmarsico Friderici II.

Candianus, septies interfectus I. De origine animantium, peccati, mortis & poenitentiæ ad Senatum Hafnienſem. Hafn. L. B. II. Ænigma Elkusii. III. Glossam super Speculum Saxonum. IV. In celeberrimum Nativitatis Christi festum.

Claudius Bille, Sthenonis F. Dominus de Liungsgaard, Vardaas & *Robelöf*, Eques Auratus, Regni Dan. Senator, & Illustrissimorum Regum C2. Fi. & C3. Consiliarius, Heros omnibus veræ Nobilitatis dotibus clarissimus, ingenio, opibus & authoritate maximus, judicio circumspectus, consilio dives, vitæ ac morum integritate admirandus, amico devotus, & religionis defensor acerrimus, collegit: I. Annales rerum Danicarum ex variis Rullis & Antiquitatum fragmentis. II. Catalogum Regum Daniæ, à Dano ad Christoph. Valdemari IV. Patrem, cum annis imperii.

Chriſto-

Chriſtophorus Andreæ, natione Suecus, Equ. Auratus, I. Chronicon Sueciæ Germanice. II. Genealogiam Regum Sueciæ à Magno Maneſchioldio A. 10. pag. 211.

Claudius Scavenius, Laurentii F. artium liberalium Magiſter, & in alma Academia Hafn. Phyſic. & Mathemat. Profeſſor P. Eccleſiæ primariæ loci ejusdem Tutor & Regiorum alumnorum promus condus prudentiſſimus, Vir in univerſo Philoſophiæ ſtudio præclare verſatus, & in Divinis literis ſufficienter doctus, Lutheri & Philippi olim diſcipulus, in præcipuis Galliæ & Germaniæ Univerſitatibus cum Nobiliſſimis Diſcipulis, Eſchyldo & Johanne Oxonibus, celeberrimi Herois, Petri Oxonis, Regni Danici Palatii Magiſtri, fratribus, diu verſatus, Viris Doctis & Magnificis ubique cariſſimus, pietatis, ſobrietatis, & æqui longe ſervantiſſimus, temporaneas vanitates ac divitias nihili habens, in Deum, ſtudia Domini, & ſpartam ſolum reſpiciens, ingenio præſtans, judicio diſcretus, corde rectus, animo candidus, vita denique & moribus ſimplex & prudens, ſcripſit I. Arithmeticam in uſum juventutis Dan. Paris. excuſam. II. Epigrammata & Epitaphia varia. III. Theſes & Themata plurima.

Chriſtianus Matthiæ F. Hiſtorologium Sacrum Hafn. 1670.

Chriſtophorus Dybvadius I. Lucelii Annæi ſententioſe dicta. Hannoviæ. II. Arithmeticam Danicam.

Conradus Aslacus, natione Norvagus, patria Oswaldus, à pueritia liberalibus artibus liberaliter inſtitutus, Nobiliſſimi ac celeberrimi Viri, Tychonis Brahæi diſcipulus domeſticus, Rhetor, Mathematicus & Philoſophus denique longe doctiſſimus, in Divinis inſuper literis tanta diligentia & dexteritate verſatus, ut non tantum S S. Theol. Doctoris titulo, ſed etiam publico in alma Academia Hafn. docendi munere ornatus, nunquam non veram ac ſinceram religionem indelibatam devote docere & ſtrenue defendere ac propagare conatur, ſcripſit: I. Grammaticæ Heb. Elementa Hafn. 1606. II. Exegeſin in Geneſin, unde extruit Ethicam, (Phyſicam) Chriſtianam. III. Orationes diverſas. 1. de Triplici Cœlo, Terra, Spir. Cœl. 2. de Triplici Inferno, Ærumn. 3. De lectione Poët. IV. Homilios varios, 1. de SStæ Script. præſtantia, perfect. & utilitate. 2. de pœnis impiorum, & præcl. Chriſti benef. 3. de admirab. Dei Nom. 4. de tribus magnis Dei magiſteriis. 5. Quomodo Dei nomen ad Criſti Thron. & praxin referend. Haf. 1610. V. Aſſertiones & Theſes varias de verbo Dei non ſcripto. 1617.

Chriſtianus Matthiæ Roſchild, Horologium Sacrum ad Capitulum A. 1610.

Claudius Jonæſononius, Archiepiſcopus Lundenſis: Synodalia Helſingburgica 1376. Synodalium Petri Archiepiſcopi confirmationem. Chronicon Archiepiſcoporum Lundenſium cum exacta annorum ratione. an. 1379. F. 25.

Canutus Bieſchius, Artium liberalium Magiſter, & in Acad. Hafn. Pædagogus Publicus: Parentationes in obitum Johan. Langii.

Claudius Urne, Præpoſitus Lundenſis. Transtulit in Germanicum Synopſin exilii & captivitatis Chriſtierni II.

Caſparus Bartholinus; 1. Introductiones in Logicam Ariſt. 2. De Mundo. 3. Uranologia. 4. De mixtione Temperamenti, coctione, putredine, putrefactione. 5. De aquis libr. 2.

Daniel Johannis Væbienſis, in Eccleſia Lundenſi verbi Divini Miniſter, *Μέλα ἐπινίκιον* in encomium glorioſæ reſurrectionis Chriſti Canonic. Lundenſes. Hafn. 1588. L. B.

Ditlevius, J. U. Doct. Chriſtierni II. Secretarius, Orator & Legatus ad Magiſtrum ordinis Teutonici, in negotiis Rigenſibus & Revalienſibus, (vocatur etiam Magiſter decretorum & Ambaſiator,) Oratio ad Magiſtrum Teutonicum 1516. Ad Rempublicam Rigenſem.

Elizabetha Schram, Nobiliſſ. Laurentii Schrammii, & Generoſiſſ. Marinæ Billis, Filia de Haſtrup, Henrici Belovii de *Spötterup*, Herois Celeberrimi, Regni Danici Senatoris, & Regii in arce Kallovienſi Vaſalli prudentiſſimi, uxor longe dulciſſima, Matrona pietate & probitate omnium ſua ætate clariſſima, in ſacrarum literarum lectione, & in ardenti divini Numinis invocatione aſſidua, ingenio, memoria & judicio excellens, cum Viris Doctiſſimis de rebus graviſſimis, præcipue ſalutis negotiis, omnium cum admiratione ſolide ac ſobrie ſæpe differens, mundanas vanitates nihili faciens, Deum ſolum, Maritumque & liberos reſpiciens, vitæ ac morum integritate ſexum & ſtatum mirifice ornavit, & in agone plurima placatiſſimæ conſcientiæ, divinæ gratiæ & ſpiritus indicia reliquit, ſcripſit Varias ad Deum Optimum precationes.

Eraſmus Georgii F. Kabelos: De invidia lib. I. carmine Danico ad Annam Canuti Scribæ Coſ. Havn. relictam. Haf. 1575. L. B.

Eſchyldus, Archiepiſcopus Lundenſis, Sedis Apoſtolicæ Legatus, primus, qui ob præclara merita & inſignem virtutem ab Eugenio III. Pontif. Max. per Nicolaum Anglum, Cardinalem Albanenſem, poſtea ad Pontificiæ dignitatis culmen emergentem, & Hadriani IV. titulo inſignitum, tunc temporis apud Suenonem, Illuſtriſſ. Danorum Regem Legati munere fungentem, & in Norvegia Archi-Epiſcopum Nidroſienſem, irrequiſito Eſchyldi ſuffragio, qs. in præjudicium Eccleſiæ Danicæ fundantem, in præclarum intemeratæ Dignitatis argumentum, qua Pontificiæ eminentiæ ſedem Lundenſem, ante coeteras arctoas, ſemper florere & creſcere voluit, Primatus Suecici dignitate ornari meruit, Vir Nobiliſſimus ex veteri Suenonis Trudonis familia laudatiſſima oriundus, Aſcari Archiepiſcopi Conſanguineus, in ſcripturis tam Divinis, quam ſecularibus, omnium ſua ætate eruditiſſimus, Eccleſiarum & Scholarum Fautor & nutricius laudatiſſimus & liberaliſſimus, ædificavit in avito patrimonio monaſterium Herritzvadenſe, Tommeropenſe, Beccheſchovienſe, & alia loca ſancta, in honorem individuæ Trinitatis, ſcripſit ex mandato Valdemari I. una cum Turno Getkene, Legislatore Scandico Jus Eccleſiaſticum, in cujus beneficii compenſationem, incolæ tertiam decimarum partem ipſi & ſucceſſoribus retribuerunt.

Erasmus Laurentii, Presbyter Helsingorensis, Vir in Divinis literis bene instructus, vitæ integritate, morum suavitate, & singulari denique humanitate perspicuus: Commentarios Gigantis in Passionem Domini nostri Jesu Christi Danicos fecit. 1575. L. B.

Erasmus Catholmius, natione Cimber, liberalium artium Magister, SS. Th. Baccal. Past. & Præpositus Hafnienſis primarius, Vir in secularibus literis egregie versatus, & in Divinis scripturis, Patrum etiam scriptis præclare doctus, Logicus & Poëta clarissimus, ingenio præstans, eloquio clarus, & in habendis ad populum concionibus devotus & elegans, qui tanta facundia loquebatur, tanta compunctione & dulcedine affecit auditores suos, ut similem Dani viderint neminem. I. Ad Johannem Thomæ carmen elegans. II. In Commentarios super Orationem Dominicam Andreæ Mariagrii Carmen patrio sermone. III. Epitaphium Nobiliss. Herluffi Trolle. Haf. 1566. L. B.

Erasmus Michaelius Lætus, natione Cimber, in Academia Hafn. SS. Theol. Doctor, & Professor P. Vir in omnibus secularis Philosophiæ doctrinis magnifice doctus, & in Divinis Scripturis magna cum laude, & omnium admiratione versatus, ingenio excellens, animo heroicus, eloquio disertus, consilio promptus, veterum denique lectione perspicuus, Theologus, Rhetor, & Poëta sua ætate celeberrimus, in habendis ad populum concionibus præcelsæ opinionis, & in declarandis scripturis clarus & elegans, propter insignem eruditionem & venæ ubertatem à Sereniss. Friderico II. Dan. Rege, Nobilitate & laurea donatus, scripsit 1. Bucolicor. lib. I. 60. Witeb. 2. Gratulatorium in reditum Christiani III. & conventum Procerum Hafniæ 1551. laborum & honorum ejus primitiæ. 3. Rer. Dan. lib. 2. 4. De re nautica. 5. Psalterium Danicum. 6. De nato & baptizato Christiano IV. 7. Rerum Venerear. lib 8. De Creatione. 9. In hymnum Victimæ Paschalis laudes. 10. Rerum Margareticarum libros. 11. Querelam de vestium immoderato luxu, carmine patrio. 12. Pacis encomion, & belli incommoda.

Elias Cimber, Tychonis Brahæi discipulus: Diarium Astrologicum & Meteorologicum Hafn. 1586. De cometa rotund. conspecta 1585. mensibus Octob. & Nov.

Ericus Krabbe, Eques Aur. de Bustrup, regni Dan. Consiliarius, Nobilitatis, eruditionis, ac omni denique virtutis laude fulgentissimus, ingenio mitis & excellens, consilio promptus & circumspectus, moribus gravis & manisvetus, vita & conversatione, pro cujuslibet status ac dignitatis conditione, spectabilis & humanus, Deo, Regi, Patriæ & quibusvis bonis carissimus, in sacrarum literarum lectione assiduus, & in jure Danico, summa cum laude, omnium admiratione & magno patriæ ac posteritatis emolumento, exercitatissimus, Historicus & Poëta, sua ætate longe celeberrimus, Ecclesiarum, Scholarum, pauperum, & afflictorum, pater ac Patronus laudatissimus, Cathedræ & juventuti Roschildensi Bibliothecam legavit instructiss. scripsit: I. Indicem copiosum Juris Danici, quem Nobiliss. Nicolaus Kaasius, Regis Friderici 2. Cancellarius, typis evulgandum curavit. II. Contulit jura Cimbrica, Sellandica & Scandica, inque unum & uniforme corpus omnia redigere indefesso studio annitebatur. III. Chronica Olai Sorensis minora Rythmis conscripta revidit, publicavit, & vita Johannis auxit. IV. Sereniss. Regis Johannis vitam carmine patrio lusit, in prædict. Chronicorum calce reservatam. V. Saxonem Grammatic. opera & studio Spirartis & Operini typis recognovit, & secundo in lucem emisit, dedicatum Episcopo Basilienſi. VI. Psalmos varios, quorum pars aliqua reservata in Psalterio Joh. Thomæ.

Elerus Hardenbergh, Erici F. Dominus de Mattorp, Palatii Danici Magister, Regis & Regni Consiliarius prudentissimus, Heros præclaris ingenii & corporis dotibus spectabilis, multo usu & exercitatione in negotiis quibusvis politicis exercitatus, judicio magnificus, consilio mirandus, opibus potens, authoritate excellens, moribus modestus, & pietate denique devotus, Orator & Poëta longe clarissimus, scripsit Psalmos varios carmine patrio, quorum pars aliqua reservata in Psalterio Joh. Thomæ.

Enochus Jacobi, Roschildensis Presbyter, ingenio & diligentia celebris, conscripsit ex quatuor libris fabularum hæreticarum Theodoreti, Epitomen cohortis hæreticæ ad Capitulares Roschildenses, Hafn. 1608.

Elisabetha Krabbe, Nobiliss. & Celeberrimi Viri, Dni Tychonis Krabbe, Equ. Aurati de Bustrup, Regni Dan. Marescalli & Senatoris prudentissimi, Filia, Generosissimi ac omni laude digniss. Dn. Petri Schrammii, Equ. Aur. Senatoris & Admiralis Danici, uxor suavissima, a teneris, in Nobilium Virginum collegiis, omnibus pietatis & sedulitatis studiis exculta, indole excellens, ingenio miranda, judicio discreta, lingua & manu elegans, veterum lectione & memoria nulli sua ætate secunda, cum Viris etiam doctissimis de maximis Religionis & Reipubl. negotiis argute & eleganter sæpe differebat, ac ea historiarum & Antiquitatum cognitione pollebat, ut patriæ res gestas & Nobilium familiarum propagines ordine & memoriter omnium cum admiratione posteris narraret, vita denique & moribus mansueta & devota, scripsit I. Orationes ad Deum varias. II. Vitam & Epitaphium Nobiliss. Joh. Schougaardi de Gundistrup. III. Genealogias familiarum aliquot Nobilitatis Danicæ, & multa alia, quæ nondum ad posteritatis manus pervenere. IV. Res gestas Mariti dulcissimi, terra marique pro Patria & Rege expeditas. F. 19.

Erasmus Alberti, Presbyter, in Philosophicis disciplinis bene instructus, Theologiæ studiosissimus, in declamandis ad populum concionibus gravis & elegans, Poëta & Musicus celebris, scripsit: Psalmos aliquot, quorum pars aliqua reservata in Psalterio Joh. Thomæ.

Erasmus Augustini F. Ecclesiæ Coagiensis Pastor & Præpositus, in liberalium artium cognitione, & SS. Theologiæ lectione diu feliciterque versatus, Poëseos & Musices studiosissimus, ingenio præstans, eloquio elegans, vita denique

denique & moribus devotus & modeſtus, ſcripſit: I. Pſalmos aliquot. II. Epitaphium Herluffi Trolle. Hafn. 1566. L. B.

Ericus Chriſtophorus Dyvadius Cimber, Doct. Georgii Dyv. Theologi Celeberrimi, frater germanus, in artium liberalium caſtris à teneris verſatus, Aſtronomiæ & Mathematum ſtudioſiſſimus, tanto ardore, tanto labore ſtudiis incumbens, ut, non habita ſæpe virium & valetudinis ratione, ſemet ipſum in extremas debilitates conjecerit: Obiit in ipſo juventutis flore, publici fecit juris Ephemerides annorum aliquot ad noſtram elevationem.

Erlandus Nicolai, Paſtor Eccleſiæ Lybyvienſis & Jebierrigenſis in Salingia: Epitome rerum Turcicarum. Hafn. 1610.

Ericus Mendved, Illuſtriſſ. Erici Glippingii F. Daniæ & Vandaliæ Rex Potentiſſimus, fortitudine, magnitudine & juſtitia, armis denique & legibus celeberrimus, nec ſuperiorem nec parem ferre potuit: Tumentes Vandaliæ Proceres domuit; Archiepiſcopum Johannem Grand, authoritatem ſtrenue defendentem, in vincula conjecit & in exilium egit, ſuamque Majeſtatem & ſubditorum incolumitatem interdicto publico contaminavit; ſed animadvertens tandem, quid quantumque Deo merito tribuendum, ſumma gravitate mores emendavit, & omni ſtudio pietatis & juſtitiæ ſe defenſorem & propagatorem acerrimum declaravit, Eccleſiam fovit, publicam tranquillitatem promovit, debilitatam æquitatem legibus & ſtatutis reparavit, & acta publica diligenter annotari mandavit, ſcripſit I. Jus Selandicum. II. Annales ſui imperii.

Eſchyldus Iſſon, præclaro natalium ſplendore, & rara altioris judicii prudentia clariſſimus, Illuſtriſſimi Regis Canuti M. Danor. Norv. Angl. Monarchæ Potentiſſimi Conſiliarius intimus, in adminiſtrandis Rebus publicis, corrigendis exorbitantium moribus, & ferendis legibus ſalutaribus prudens & gravis, ſcripſit Jus Oeconomicum, *Wedderlauffs Louf*, opera & conſilio Illuſtriſſ. Principis Can. M. Dan. Nor. Angl. R.

Eraſmus Reravius, Johannis F. I. Orationum ad Deum librum I. A. 1577. II. Georgii Buſchii libr. de nova ſtella anni 1573. ad Senatum Hafnienſem. Hafn. L. B. 1573. III. Coronationem & Nuptias Sereniſſimi Friderici II. & Sophiæ Reginæ, carmine Dan. Haf. 1574. L. B. IV. Conſolationum libros V. Joh. Matheſii pro lugentibus amicos ad Mariam Jaſpari Olai, Conſulis Hafnienſis, Danice. Hafn. 1568. L. B.

Franciſcus Varmeri, artium liberalium Magiſter, & Eccleſiarum Scandicarum, poſt reformatam religionem, Superintendens primus, Vir in ſecularibus literis ſtudioſus, & in Divinis ſcripturis longe eruditiſſimus, Græci & Latini ſermonis peritiſſimus, ingenio ſubtilis, eloquio diſertus, vita & converſatione devotus, omni honore Eccleſiaſtico digniſſimus, ſcripſit I. Precationum piarum, ad Chriſtianum III. libr. I. Magdeb. 1551. II. Eccleſiarum Scandicarum Manuale. an. 1538. III. Pſalterium Davidis Danice redditum & illuſtratum à Petro Grandit. 1527. Hafniæ.

Falco Gye, Falconis Fil. Domin. de -- natalium ſplendore, & præclaris Majorum imaginibus fulgentiſſimus, in inſula Bornholmenſi Gubernator & Prorex juſtiſſimus, Illuſtriſſimo Regi Friderico II. longe cariſſimus, in ſacris literis magna cum laude & admiratione verſatus, ac in ſeculari Philoſophia nobiliter doctus, indole excellens, judicio circumſpectus, lingua & eloquio elegans, in perſcrutandis Secretioris Theologiæ myſteriis ingenioſus & induſtrius, Poëta & Jurisconſultus nulli ſua ætate ſecundus, ſcripſit: In Apocalypſin Johannis explicationes.

Georgius Gylte, natione Suecus, ex Nobili & Illuſtri Gyltorum familia: I. Conſolationes ex Sacra Scriptura ad Dnam Annam, Nobiliſſimam Joachimi Becchii conſortem. An. 1552. & 1564. II. Genealogiam Magni Moneſckioldii.

Gerhardus Holigeri F. Paſtor Eccleſiæ Höybyenſis in Scandia, tranſtulit: Explicationes in præcipua dicta Joh. Evangeliſtæ, olim à Theodoro Vito in agone conceptas, ad Canutum Grubbe. Hafn. 1600.

Georgius Dybvadius, Chriſtophori Fil. SS. Th. Doctor, & in Academia Hafnienſi Profeſſor Publ. Vir in Divinis literis jugi exercitatione longe doctiſſimus, & in ſeculari Philoſophia magna cum admiratione verſatus, linguarum, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, Syriacæ cognitione celeberrimus, ingenio & judicio clarus, in declamandis Sacris literis induſtrius, & habendis ad populum concionibus elegans, Poëta, Orator & Mathematicus excellens vita & moribus gravis & devotus, ſcripſit I. De iis, quæ inſalubria ſunt, morbo morbi cauſa & Symptomate commonefactio. Hafn. 1579. II. Aliquot annorum Ephemerides. III. De Ecclipſibus. IV. In Pſalmos aliquot commentarios. V. Alcinoi Philoſophi introductionem in doctrinam Platonis recognovit & Hafniæ edidit. VI. Speculum Sacerdotii, ſeu Commentarios in priorem Epiſtolam ad Timotheum. VII. De cometa an. 1577. ad Frid. II. Hafn. 78. L. B. VIII. Μέλος παραμυθητικὸν ad Nobiliſſimam Ciciliam Urne, lugentem maritum Albert. Oxonium. Hafn. 1577. L. B. IX. Practica doctrinæ Triangulorum planor. ad Nobiliſſimum Olaum Roſenſparium. 1577. X. Quæſtiones in primum caput Geneſeos, ad Nicolaum Kaas. Hafn. 1577. XI. Librum II. naturalis hiſtoriæ Plinii. Hafn. 1571. L. B. XII. Demonſtrationem in Geometriam Euclidis Lugduni 16.

Georgius Simonis Fil. Eccleſiæ Otthonienſis ad S. Albanum Presbyter & Præpoſitus, in ſecularibus literis, & divinis ſcripturis à juventute egregie exercitatus, Patrum ac Veterum Doctorum lectione clarus, in habendis concionibus ingenioſus & elegans, moribus & vita modeſtus, tranſtulit I. Pædagogiam Chriſtianam ad Nobiliſſ. Chriſtianum Friis, Cancellarium. 1587. II. Conſolationes pro mulieribus prægnantibus 1587.

Georgius Johannis Neſtvedienſis: Precationes ad Deum Opt. Max. tempore graſſantis morbi ad Dnam Annam, Joachimi Becchii uxorem. Hafn. 1572. L. B.

Georgius Erici Fil. Epiſcopus Staffangrienſis, Vir ſingulari eruditione ac morum integritate clariſſimus, in tota Philoſophia bene inſtructus, & in Theol. Scripturis jugi exercitatione excellenter

lenter verſatus, eloquio clarus, & judicio ſubtilis, Orator, Concionator, & Poëta elegans, transtulit.

Georgius Nicolai, Scholæ Horsnenſis Moderator: Colloquium Papæ, Zvinglii, Lutheri & Anabaptiſtarum.

Georgius Joannis Sadolinus, Eccleſiæ Otthonienſis Epiſcopus, Vir in omnibus Philoſophiæ partibus egregie verſatus, ſumma ejus Facultatis Laurea coronatus, & in ſacris literis ac reformatæ religionis artibus excellenter exercitatus, omnium primus, qui in Cimbria cum Tauſanio Eccleſias Pontificias expugnavit, remotis adverſæ factionis Epiſcopis, in Eccleſia Otthonienſi Nobiliſſ. Canuto Gyldenſtiernio, Henrici Filio, ſucceſſit, Hafniæ cum reliquis Superintendentibus ſacris initiatus à Joh. Bugenhagio, A. 1537. d. 2. Sept. demandatas Eccleſias ſumma alacritate inſtituit, vitæ ac morum integritate confirmavit, ornavit. Scripſit I. Triumphalem inſultationem in livorem. Hafn. 1570. L. B. II. Qualiter Deo & hominibus confidendum. De confidentia in Deum, & hominum inconſtantia. 1570. L. B. III. Tranſtulit ex Latino in Danicum Confeſſionem Auguſtanam.

Gothfridus Lindenov: De optimo vitæ genere, Nobili adoleſcenti degendo, ad Chriſt. Fris Cancell. Franecheræ 1602.

Georgius Jacobi, Eccleſiæ Callundburgenſis Paſtor, & Provinciæ Arſnenſis Præpoſitus, Vir in Divinis literis bene verſatus, corporis & ingenii dotibus ſpectabilis, in habendis ad populum concionibus elegans & devotiſſimus, inque coeteris obeundi officii partibus prudens & diligens, vita denique & moribus gravis & moderatus, in lucem miſit Concionem funebrem, habitam in exequiis Nobiliſſ. Chriſtianæ Holckiæ, Generoſiſſ. Joh. Krauſonii, relictæ, & Clariſſimi Herois, Sthenonis Brahe, Regni Dan. Conſiliarii, uxoris. Hafn. 1599.

Henricus Faber, Civis Malmogienſis, in Philoſophicis diſciplinis bene inſtructus, politicisque adminiſtrandis prudens ac induſtrius, Medicinæ & hiſtoriarum inprimis ſtudioſus, ingenio ſubtilis, in reſolvendis veterum ſcriptis aſſiduus, indagandis morborum cauſis & curis, atque perſcrutandis herbarum & ſimplicium quorumvis naturis vigilans & excellens, vita & converſatione affabilis & modeſtus, ſcripſit: I. De curandis morbis. II. De extrahendis herbarum eſſentiis. III. De Syruporum omnigenum conficienda ratione. IV. Herbarium. V. De Secretis mulierum. VI. Vocabularium Latino-Danicum. VII. Annales rerum Danic. ab an. 1120. ad an. 1364.

Hermannus Viegerus, Civis Hafnienſis, Henrici Fabri Malmogienſis, frater, Vir ingenio, eloquentia & induſtria celeberrimus, & variarum rerum experientia prudentiſſimus, ex Germ. in Danicum I. Speculum vitæ aulicæ, quod vulgo *Reinicke Foſſ* dici ſolet. II. Annales rerum Danic. ab an. 1120. ad an. 1559.

Hermannus Georgii: Euclidis rudimenta Muſices è Bibliotheca Regia Pariſienſi deſumpta, latinitate donata à Johanne Pena, Regio Mathematico, in uſum juventutis, Danice edidit Hafn. 1576. L. B.

Henricus Rantzovius, Dominus in Breidenberg, Rantzovisholm, Rantzou, Schonewiede, Wandesbech, Tuſcenbech, Nutſchou, Meclbech, Redingsdorp, Stellou, Lindevic, Querndroff, Erfrada, Grunnov & Wellingsbyttel, in Ducatibus Slevicenſis & Holſatiæ Pro-Rex juſtiſſimus, & Regum Dan. Conſiliarius prudentiſſimus, genere ac indole nobiliſſimus, ingenio & divitiis potentiſſimus, moribus & vita integerrimus, Danicarum Antiquitatum & totius denique philoſophiæ reſtaurator feliciſſimus, Rantzovianæ familiæ & totius orbis arctoi lumen & gloria, poſteritatis memoria longe digniſſima, bonis & doctis omnibus cariſſimus, de Rege, de Regno, de familia, Muſis & Marte quam optime meritus, reliquit plurima ſui amoris & ingenii monumenta, erexit in memoriam Illuſtriſſimi Regis Frid. II maximis ſumptibus Obeliſcum ſacellum & Noſochomium publ. ſcripſit a. I. De annis chymacteriis. II. Theatrum urbium & arcium Danicarum ære ſeliaco artificioſiſſime ornatum. III. Cosmographiam totius Daniæ. IV. Vitam Friderici II. Regis Dan. cum deſcriptione bellorum, Dythmarſici & Svetici, ſtudio & opera Caſpari Ens. V. Illuſtriſſimorum Principum & Virorum Epiſtolas ad ſe. VI. De Gemmis ſcriptum Evacis Regis Arabum. VII. Speculum Aſtrologicum. VIII. Sylvam carminum variorum. IX. Horoſcopographiam. X. De Somniis. XI. De tuenda valetudine. XII. Genealogiam familiæ Rantzovianæ. XIII. Calendarium Rantzovianum in uſum Medic. & Aſtrologorum. XIV. Notas in Macri lib. 2. de virtutibus herbarum &c. & medicamentis totius corporis humani. Hamburg. 1590. XV. D. Antonii Nigri libr. de decem præcipuis erroribus, propter quos apud nonnullas gentes præclara Medicinæ ars, mulierculis, Judæis & impoſtoribus veluti præda relicta, miſereque inflammata conſtupratáque jaceat. Hamb. 1590. XVI. Pauli Alexandrini εἰσαγωγην εἰς ἀις ἀποτελεσματικὴν, revidit, latinitate donavit & edidit. 1588. XVII. Pompam funebrem in Exequiis Frid. II.

Hermolaus Trolle, Regni Dan. Conſiliarius prudentiſſimus, & Admiraldus maximus, Vir præclaris Majorum imaginibus, rara virtute, opibus, authoritate, belli denique & pacis artibus clariſſimus, in adminiſtranda Republica humanus & circumſpectus, in ducenda ac reducenda navi Mavors & felix, Scholarum, Eccleſiarum, pauperum ac afflictorum omnium pater & Patronus omni poſteritatis laude longe digniſſimus, Hafniæ, Helſingoræ, Roſchildiæ & in ſingulis fere regni urbibus, rerodochia, Gerontrophia, & publ. Eleemoſynas ex ampliſſimo patrimonio inſtituit, Nobiliſſ. Monaſterium ſilveſtre ad Neſtvediam Selandorum (quod Illuſtriſſimus Rex Fridericus II. pro amœniſſimis territorii Hilderitzholmenſis partibus, ubi nunc eſt Fridericiburgum, Regia Regum Danorum lethra refundit) Deo, Muſis & inſtitutioni Nobilitatis Danicæ perpetuæ poſſeſſionis titulo legavit, & de ſuo nomine Herlufsholmum indigitavit, Heros pius & devotus, in

ſacrarum

sacrarum literarum lectione & meditatione assiduus, Orator & Poëta patria lingua cultissimus, scripsit Psalmos aliquot, quorum pars aliqua extat in Psalterio Joh. Thomæ.

Hieronymus Jodocus Ranechius, Nobiliss. Christophori Rosencrantzii Pædagogus, I. Epitaphium Dn. Nicolai Erici F. Rosencrantzii, sepulti Tystrup. II. Epitaphium Dnæ Birgittæ Olai F. uxoris &c. dulcissimæ. III. Epitaphium Christophori Rosencrantz Græce, qui obiit in arce sua Biörnholm. 1561. 21. Novembr.

Hageus Laurentii, Nobiliss. Evardi Bilde alumnus & puerorum Informator. De vera pœnitentia & pia vita Hafn. 1563.

Hieronymus Justus, Ecclesiæ Vibergensis Pastor: Salomonis inaugurationem exhibitam Friderico II. in filii electione. 1583.

Halvarus Gunarius, artium liberalium Magister & in Ecclesia Aslovienſi SS. Theologiæ Lector: I. Problemata Michaelis Sax. Danica fecit. 1601. II. Chronicon Regum Norvagiæ ab Haraldo Haarfager ad Haquinum Haquini filium, ad Huitfeld. 1606. carmine. III. Ἀκροστιχὶς de inauguratione Christ. IV. 1596. IV. Epitome Bibliorum. V. Epitome Cæsarum Carionis, ad Jacobum Scotiæ Regem. 1606. VI. Isagoge in singula Bibliorum sacrorum, utriusque Testamenti capita ad Gunarum P. Ivari f. 1598.

Hieronymus Cyprœus Holsatus, Poëta & Philosophus excellens: Floruit an. 1560. Scripsit: Catalogum Episcoporum Slesvicensium.

Hieronymus Cyprœus Junior: De origine, nomine, priscis sedibus, lingua, moribus, rebus gestis & migrationibus Cimbror. Hafn. 1522.

Henricus Nicolai Arctander, Clarissimi Viri Mag. Nicolai Laurentii Arctandri, Episcopi Viburgensis Fil: Theses Physiologas Hafniæ & Giessæ Cattorum cum laude disputatas, ibid. editas. an. 1608. 1609.

Janus Jani F. Callundburgensis: Consolationes ad Nobiliss. Herlussum Schave, 1582.

Johannes Erasmi Hafnienſis, in celeberrima Danor. Academia Professor Mathematicus: Commentarios in Orationem Ciceronis pro Archia Haf. 1590. ad Nic. Caas, & Hachonem Holgeri.

Isaacus Mauritius: Carmen in nuptias Clariss. Viri Henrici Gyldenstiern de Aagaard & Martæ Rud. H. 1574. L B

Jacobus Wilhelmus Nestvedianus: Syntaxis præcepta in tabulam miranda brevitate redegit. Hafn. 1561. L. B.

Johannes Envaldus Cimber: Ecloga in honorem Nuptiarum Mag. Nicolai Caspari, Episcopi Fionensis & Elizæ. Haf 1582.

Johannes Hemmingius, Clarissimi Viri, Doct. Nicolai Hemmingii Fil: Epithalamium in honorem nuptiarum, Magistri Olai Theophili & Salomes. Hafn. 1570. L. B.

Ivarus Bartholinus, natione Fionicus, monasteriorum Regiorum, Sorensis & Ringstadiensis Præses dignissimus, in secularibus literis summa eruditione & maximo Philosophiæ titulo ornatissimus, in sacris scripturis excellenter doctus, ingenio ac indole præstans, vena facilis, longo usu, variarum rerum & utriusque fortunæ experientia, Illustrium denique & Doctissimorum Virorum conversatione clarissimus, vita & moribus festivus, scripsit: I. Catalogum Regum Danicorum, ex mandato Sereniss. Friderici II. in pretiosissimis aulæis Croneburgi Regum imagin. texendis, in quo laconica brevitate rerum gestarum, annorum serie ad nostra tempora carmine patrio perduxit, quem Rex Illustrissimus, in gratiam undequaque confluentium hospitum ex Danico Germanicum fieri & Regum imaginibus adscribi curavit. II. Epigrammata varia & certamina Poëtica cum Nobilissimo Sthenone Bilde de Wand, Claudii F. III. Insignia & monumenta Regum & Nobilium, quotquot vel Ringstadium quietis suæ locum elegerunt, vel devoto animo conventum dotarunt, blattis & tineis adesa & consumpta restituit. IV. Parentalia Christiani III. 1565. V. Hypomnesis de extremo & universali die ad Elector. August 1565.

Johannes Tausonius, Episcopus Ripensis Vir in Divinis literis eruditissimus, & Philosophicis disciplinis eleganter doctus, diu in Germania Musarum castra secutus, Lutherum & Melanchtonem docentes audivit, & discussis Pontificiis tenebris in Protestantium Theologorum sententiam descendit, Vir acris & acuti ingenii magni consilii & animi, Disputator subtilis, Concionator spiritu & eloquio dives primus, qui reformatæ religionis semina in his regnis sparsit, & maximis laboribus, famæ & vitæ discrimine Ecclesias papisticas expugnavit, hancque, quam hodie fidei normam tuemur, late in omnem aquilonem propagavit, scripsit I. Meditationes in Passion. Christi, edit. Magdeb. 1539. II. Expositiones in Evangelia & Epistolas, Magdeburgi per Johannem Walther. III. Psalmos aliquot, quorum pars aliqua reservata in Psalterio Johannis Thomæ.

Jacobus Henrici, Presbiter Otthonienſis ad D. Johannis, Vir in Philosophicis literis egregie versatus, & in Divinis scripturis egregie versatus & præclare datus, Sanctorum Patrum lectione præcipue insignis, ingenio subtilis, & eloquio promptus, vita integer, moribus simplex, & conversatione modestus, scripsit: I. Colloquium in Orationem Dominicam, nuncupatum Honestissimæ Matronæ Margarethæ Vales. 60. II. *Huns-Tafle* ad Senatum Otthonienſem. 1561.

Johannes Pratenſis, natione Cimber, Medicinæ Doct. & Professor Publ. Vir in seculari Philosophia omnium sua ætate facile doctissimus, Græcis & Latinis literis perfecte instructus, ingenio excellens, vita integerrimus, & moribus cultissimus, Poëta clarissimus, & Medicus fortunatissimus: I. Daph. ad Mag. Joh. Thomæ. II. Prognosticon Astrologicum super revolutiones Planetarum, ad Mag. Laurent. Bartholinum, Episcop. Aarhusienſem. Hafn. 1566. L. B. III. De ortu, progressu, subjectis & partibus artis Medicæ. 1572. IV. Gratulatio in Ideam D. Petri Severini.

Johannes Monasterienſis, natione Belga, in celeberrima Academia Hafnienſi Logices Profess. Publ. judicio & eruditione excellens, vitæ & morum integritate bonis omnibus carissimus, scripsit: In secundum librum Rudolphi Agricolæ de inventione.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Johannes Farsenius, Ripensis, Ecclesiæ Veiliensis Pastor: Epithalamium in nuptias Doct. Andreæ Lymvici, & Dorotheæ Petri F. Hafn. 1577.

Johannes Laurentii Nestvediensis, Pastor Vordingburgensis: Carmen Eucharisticon de sacrificio summi Pontificis Græce ad Olaum Rosenspar. Haf. 1574. L. B.

Jonas Johannis Coldingensis, Ecclesiæ Gamstadiensis Pastor, artium liberalium Magister: I. Ecloga ad Joh. Paludanum. Hafn. 1572. L. B. II. Iconismum Friderici II. Hafn. 1576. L. B. III. De rebus Danicis libr. I. Francofurti propter invectivas in Svecos interdictus, descriptio Daniæ.

Janus Jani F. Callenburgensis, Ecclesiæ Maglebyviensis & Stefvingorum Pastor: Consolationem ad Nobilissimam Margaretham Svave. Hafn. 1590. L. B.

Johannes Gaas, Patria Fionius, Nobilitate & eruditione excellens, Svendburgum, adversus expugnationem Comitum fortiter & feliciter defendit, ad Episcopatum Nidrosiensem translatus spartam summa pietate & diligentia exornavit, scripsit & ex antiquissimo Norvagico in Danicum transtulit: Jus Ecclesiasticum antiquissimum Christianorum, *Den gamle Christne Rett.*

Joannes Simmingius Cimber, SS. Theol. Doct. & Professor in inclyta Acad. Hafniensi, Vir in Divinis literis exercitatus, & in secularibus disciplinis eruditissimus, Astronomus, Rhetor, Musicus & Poëta nulli sua ætate secundus, trium linguarum, Latinæ, Græcæ & Arabicæ peritissimus, pietate, humanitate, mansvetudine, & virtutibus denique omnibus clariss. propter eruditionem & morum integritatem, illustrissimo Christiano III. Philippo Melanchtoni, & Viris Magnificis charissimus scripsit: I. Orationem de studiis Philosophicis Theologiæ studioso necessariis, postea editam ab Andrea Vellejo. Ripis 91. II. Annotationes in Dialecticam Philipp. Hafn. prælect. 1541. Excipiente Hilario Joannis Malmogiensis. Floruit circa an. Christi 1546. cui posteritas Epitaphium reliquit: In me tela unum duo congessere inimici, atque affixerunt, corpus hic, ille animum,

Ingenium mœror studiis superabile nullis
Fregit, sed vires pestis acerba lues
Utrumque à Christo accepi, cui reddidi utrumque
Hoc Salvatore est reddita utrique salus.

Jonas Turonis F. Canonicus Lundensis, Vir in Divinis & secularibus literis apprime versatus, ingenio acutus, conversatione facilis, consilio promptus, & gerendis rebus admodum idoneus, Scholæ, Ecclesiæ, & totius denique Capituli Lundensis Conservator & nutricius laudatissimus, scripsit I. Vocabularium ad Illustriss. Regem Fridericum II. cum præfatione Doct. Hemmingii. II. Transtulit Saxonem Grammaticum ex Latino in Danicum. III. Congessit varia Antiquitatum Danic. fragmenta. IV. Annotavit annales belli Suetici à Frid. II. gesti. V. Ex Latino Danicum fecit Chron. Carionis. 54. VI. Tractatum de Relig. Christianæ propagatione in Dania. VII. Orationum piarum ad Deum lib. I. Dan. VIII. Colloquium inter Judæum & Christianum ad Dn. Eylerum Hardenberg. IX. Pias explicationes in Orat. Dominicam cum præfatione Joh. Tausani. Witteb. 1552. X. Commentar. in Psal. 71. Dan. Witteb. 1552. XI. Christiana præparatio ad Synaxin, Dan. 1570. L. B. XII. *Aandelig* Præservativ. Hafn 1577.

Jacobus Bordingus, Med. Doct. & in Academia Hafniensi Profess. Publ. in Philosophicis disciplinis valde peritus, Historicus, Rhetor, Musicus, & Poëta insignis, moribus excultus, conversatione gravis & magnificus, Regi Christiano III. longe charissimus, scripsit: Orationem in obitum Christiani III. Hafn. 1559.

Johannes Francisci F. patria Ripensis. Medicus Hafniens. Scr. de temperamentis, de ossibus, de conservanda valetudine, de fabrica oculorum & aurium & nonnulla ad Galenum & Hippocratem.

Johannes Palemonius Lyschander, natione Fionicus, patria Svendburgensis, artium liberalium Magister, in divinis Scripturis præclare versatus, linguarum cognitione clarus, in Hebræa, Chaldaica & Syriaca omnium sua ætate peritissimus, ingenio excellenti & mirando, ad quævis præclara in Ecclesiis, Scholis & rebuspubl. obeundis excitatissimo, Ecclesias Ryslinge, Elvested & vicinas tres alias Pastor primarius primo docuit, inde ad politica animum adjiciens arcis Wisbovensis in Gothlandia curam & Notariatum susscepit, ad studia respiciens à celeberrima Rostochiensi Academia in Public. Hebrææ linguæ Professorem solenniter invitatus & susceptus, ubi matrimonio splendido ornatus stipendii tenuitatem & Germanicos mores causatus in Galliam abiit, & ibidem duodecim egregie instructis Catapractis magno cum lucro & pretiosis manubiis militavit. In Daniam & ad Musas tandem rediens SS. Theol. & Hebrææ linguæ Lectorem publicum Malmogiæ & Roschildiæ egit, à Sereniss. Rege Christiano III. in Præsidem Monasterii Sylvestris ad Nestvediam Selandorum constitutus. unde paulo post, relictis hisce miseriis, in coelestem patriam migravit, scripsit I. Locos communes in præcipuos religionis Christianæ articulos. II. Indicem novum & accuratum Bibliorum. III. Psalmos aliquot ad Hebræorum fontium veritatem summa fide transtulit.

Johannes Sadolinus, Viri clarissimi, M. Georgii Vibergii, Episcopi Otthonien sis Fil. artium liberalium Magister, Ecclesiæ olim Turavillensis in Lollandia Pastor Generalis, Vir præclaris ingenii dotibus ornatissimus, Orator excellens, & Poëta sua ætate celeberrimus, Nobilitate & laurea ab Illustriss. Dan. Rege Frider. II. donatus, postea fortunæ inconstantia quassatus, errorum quorundam occasione ab officio remotus, rerum humanarum inconstantiam exemplo suo probavit, scripsit I. Chronicon Danic. Regum à Dano ad Christ. IV. carmine elegiaco. Hafn. 69. II. Elegiacum in coronationem Christiani IV. Haf. 97. III. Elegia in obitum Erici Pudebusch. Haf. 1582. L. B. IV. Colloquium Hemmingii & Lolland. Hafn. 1568. L. B. V. Epithalamion Erasmi Reravii. 1567. L. B. Hafn. VI. Meditationum librum ad Mag. Joh. Lagonium Episcopum Ripensem, Hafn. 1582. L. B. VII. Sylvarum libr. I. ad Frideric.

Frideric. II. Hafn. 1582. L. B. VIII. De uſura ad inclytum Lubecenſium Senatum.

Johannes Laurentii, patria Ripenſis, quem ſummus Danorum Theologus Nicolaus Hemmingius, quod aliquando orationem Ciceronis pro Roſcio memoriter recitaſſet, *Amerinum* nominandum voluit, Med. Doct. & Canonicus Ripenſis, Vir in ſecularibus literis eruditiſſimus, ingenio & morum integritate ſpectabilis, ob inſignem orationis elegantiam, & venæ ſvavitatem, inter præcipuos noſtræ ætatis Poëtas numeratus, ſcripſit I. Eclogam de foedere inter Fridericum II. & Johannem Svecum, Witteb. 73. II. Catalogum Epiſcoporum Ripenſium, carm. elegiaco. III. Epithalamium Eraſmi Reravii. Hafn. 1567. IV. Euchariſticon ad Deum Opt. Max. pro defenſione & gubernatione annua. V. De Coronatione & laude Chriſt. IV. Hafn. 1593. L. B. VI. Querelam Daniæ in mortem Chriſtiani Tertii, ad Nicolaum Coldingenſem. Hafn. 1570.

Johannes Laurentii F. Hafnienſis, loci ejusdem Presbyter ad D. Virgin. artium liberalium Magiſter, in divinis literis jugi exercitatione cum laude verſatus, in habendis ad populum homiliis elegans & devotus, vita & converſatione facundus, laborioſus, induſtrius, & in rebus denique politicis cautus ac circumſpectus, ſcripſit De animarum immortalitate, & earum ſtatu poſt hanc vitam lib. I.

Johannes Laurentii, natione Fionicus, Presbyter Vardbergenſis, liberalium artium Magiſter, Vir in Philoſophicis præceptis probe exercitatus, & in divinis ſcripturis egregie doctus, ingenio clarus, eloquio promptus, judicio excellens, vita denique & moribus feſtivus & ſpectabilis, ſcripſit Orationem funebrem in obitum Nobiliſſ. Andreæ Bingh, Senatoris Regni Dan. prudentiſſimi.

Johannes Laurentii, Paſtor Falſterbovienſis in Scandia, Vir in Philoſophicis & ſacris literis bene verſatus, in obeundis commiſſi miniſterii partibus vigilans & eloquens, in proſa & carmine elegans, moribus moderatus & manſvetus, ſcripſit Carmen in nuptias Dn. Joh. Eraſmi Hafn. 88.

Iſaacus Gronebech, Severini F. Epiſcopus Nidroſienſis, artium liberal. Magiſter, in ſacris literis eruditiſſimus, linguarum cognitione & Veterum lectione clarus, in habendis ad populum homiliis diſertus & elegans, ſanctæ linguæ & Poëſeos ſtudioſiſſimus, ſcripſit: I. Conditiones, quibus Magiſtratum Civilem inſtructum eſſe oportet, carmine heroico ad Cancellar. Reg. II. Orationem in obitum Sereniſſ. Regis Frid. II. III. De accentibus linguæ Hebrææ. IV. Partitionum œconomicarum ex Xenophonte & Ariſtotele librum I. Witteb. 1592.

Johannes Georgii F. Eccl. Kögbyenſis Paſtor: Tractatus in mortem Nobiliſſ. Dn. Ottonis Krumpen, Archi-Mareſchallii R. D. Haf. 1570. L. B.

Johannes M. F. patria Hafnienſis, Epiſcopus Nidroſienſis, Vir in ſecularibus diſciplinis valde eruditus, & ſummo in Philoſophia gradu ornatiſſimus, in Divinis ſcripturis præclare verſatus, ingenio excellens, longo uſu, aſſidua cum Viris Doctiſſimis & Magnificis in Patria, Germania & Gallia converſatione prudentiſſimus, lingvarum peritia, Veterum lectione & dulciſſima cum omnibus omnium ſtatuum hominibus converſatione bonis quibusvis longe chariſſimus ſcr. I. Teſtamentum duodecim Patriarcharum, ex ultima vetuſtate, & Rabbinorum Archivis, in lucem eduxit, & Danicum reddidit. II. Fidei Chriſtianæ præcipua capita, Luthe. 1578.

Johannes Georgii F. Paſtor Eccleſ. Dalbyenſis: De Articulo Fidei: Credo carnis reſurrectionem ad Nobiliſſimum Dnum. Georgium Lycke, & ejus familiam. Hafn. 1581.

Johannes Petri, Canonicus Roſchildenſis, Vir in ſacris literis apprime verſatus, & in Philoſophicis diſciplinis ſplendide excultus, ingenio, facundia & diligentia ad res quasvis cum laude perficiendas promptus & induſtrius, ex mandato Nobiliſſ. Lagonis Urne, Epiſcopi Selandiæ, & Capituli Roſchildenſis, Coloniam ablegatus apud Joh. Philippi, Calcographum Clariſſimum, locupletavit, correxit & edidit Breviarum Roſchildenſe. Floruit circa an. Dn. 1517.

Johannes Chriſtierni Stenius, patria Roſæfontanus, liberalium artium Mag. Paſtor & Præpoſitus Malmogienſis, Vir in divinis literis & ſecularibus præclare verſatus, in habendis ad populum concionibus magnæ exiſtimationis, ingenio clarus, moribus ſpectabilis, & converſatione feſtivus ac affabilis, Orator & Poëta inſignis, interpres induſtrius & felix, ſcripſit: I. Piarum exercitationum librum I. ad Franciſcum Scribam. Hafn. 78. II. Precationes Avenarii latinas Danicas fecit. III. Epitalamium Henrici Magni, Conſulis Helſingor. Hafn. 1572. L. B. IV. Vitam Johannis Hus. Hafn. 1572.

Johannes Albertius, patria Havnienſis SS. Theologiæ Doct. Eccleſiarum Selandicarum Superintendens, & in celeberrima Acad. Hafnienſi Profeſſ. Publ. artium liberal. cognitione exculti ſſimus, & in Divinis ſcripturis excellenter exercitatus, ingenio magnus, judicio dives, in declamandis ad populum homiliis devotus & elegans, vitæ denique ac morum integritate venerabilis, ſcripſit: I. Theſes de unico Mediatore Hafn. 1559. d. 20. Sept. II. Expoſitiones variorum Scripturæ locorum in Orationibus publicis, Eccleſiis horum regnorum propoſitas. III. Pſalmos aliquot, quorum pars aliqua reſervata in Pſalterio Joh. Thomæ.

Johannes Paulinus Reſenius, natione Cimber, SS. Theol. Doct. & in celeberrima Acad. Hafnienſi Profeſſ. Publ. Vir in Philoſophicis diſciplinis eleganter doctus, & divinis literis magna cum admiratione verſatus, linguarum cognitione, & Veterum lectione clarus, ingenio ſubtilis, & eloquio elegans, inter cœteras ſtudiorum lucubrationes in publicum emiſit: I. Theſes varias. II. Tota Biblia revidit, & Danice in forma minori edidit. A. 1607. III. Catechiſmum Lutheri revidit. IV. Elementa Grammat. Dialect. Rhetoric. V. Dialecticam Danico idiomate. VI. Arithmeticam exceptam per Nicolaum Gelſtrupium Witteb. 1611. VII. Epigrammata varia de victoria Calmarienſi & Elsburgenſi. VIII.

Det Gyldene Griff Hieronymi Savanorolæ in Danicum tranſtulit.

Jonas Jacobus Venuſinus, Regni Dan. Hiſtoricus, Eccleſiæ Ripenſis Prælatus & Præpoſitus, in celeberrima Acad. Hafnienſi Eloquentiæ Profeſſor, & Eccleſiæ Aarhuſienſis Vicarius digniſſimus, Vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus, & omnibus Philoſophicis diſciplinis magna cum admiratione verſatus, ingenio magnus, judicio excellens & eloquio clarus, de re omni & quacunque quovis loco & tempore, argute, copioſe & eleganter diſſerens, adeo ut, cum verba facientem audias, artium omnium cyclopœdiam in ipſum confluxiſſe credas, Secretioris Philoſophiæ, & variarum in natura abditarum rerum ac operationum indagator ſagaciſſimus, Mathematicus, Phyſicus, Poëta, Muſicus & Orator nulli ſua ætate ſecundus, converſatione & vita humanus, affabilis, prudens & circumſpectus, præſentisque ætatis qs. moribus natus, Illuſtriſſimo Regi Chriſtiano IV. Nobiliſſ. Arvido Huitfeldio, Sthenoni Brahe, Sigvardo Grubbe, ingenuis, doctis ac bonis omnibus chariſſimus ſcripſit Witteb. I. Gratulationem ad Nobiliſſ. Sigv. Grubbe, carmine Sapphico. II. Vive le Roy in Coronationem Regis Chriſtiani IV. carmine patrio. III. Tres priores libros Thomæ de Kempis de contemnendo mundo & imitando Chriſto, ex Latino Danicos fecit, in gratiam Sigvardi Grubbe.

Jacobus Haſenbard, patria Hatterslevienſis, utriusque Medic. Doctor, Illuſtriſſimi Regis Chriſt. IV. Archiater feliciſſimus, Vir magni ingenii, ſumma eruditionis, & excellentis judicii, qui non tantum cum Germaniæ & Galliæ Doctoribus comparandus, ſed quamplurimis eorum merito anteferendus, vita & moribus ſpectabilis, converſatione denique pro hominum ac ingeniorum ratione Mavors & moderatus, ſcripſit: I. Carmen nuptiis Aurifabri & Helenæ. Hafn. 77. II. Epitaphium illuſtriſſimæ Reginæ Scotiæ, Sereniſſ. Jacobi IV. Matris ſuaviſſ. ab Elizabeta Angla ſecuri percuſſæ.

Jacobus Johannis Holmius, natione Cimber, Eccleſiarum Burglavienſium, ſive Alburgenſium, Superintendens vigilantiſſimus, artium liberalium Mag. & in Divinis Scripturis excellenter doctus, ingenio & eloquio clariſſimus, omni virtutis laude celeberrimus. Carmen in promotine Nicolai & Georgii, M. Laurentii Filiorum. an. 77.

Jacobus Chriſtierni Varmerus, patria Hafnienſis, artium liberalium Mag. ingenio, eruditione & opibus inſtructiſſimus, Poëſeos, Mathematum ſtudioſus indefeſſus, ampliſſimum cum à Parentibus relictum eſſet juveni patrimonium, ſibi potius & privatis ſtudiis vivere maluit, quam Reipublicæ, ſcripſit: I. Epitaphium M. Martini Henrici Saganenſis, Rectoris Wittebergenſis & Profeſſ. L. Hebrææ an. 8. II. In Pſalmum I. ad Ladislaum Baronem à Scheinitz. III. Carmen in obitum Agathæ uxoris M. Jonæ Jacobi.

Janus Trugilli, Presbiter Eccleſiæ Hemmenſis in Scandia, Vir omni virtutis, eruditionis ac induſtriæ laude ſpectabilis, ingenio, eloquio & dictione elegans, tranſtulit Librum Fröſcheli de Angelis, animabus & diabolis, Haf. 93. ad Sthenonem Brahe.

Johannes Siſcerides, Warmenbuſanus, Profeſſor L. Hebr. Hafnienſ. ſcripſit Carmen gratulatorium ad Fridericum II. de nato filio a. 1577. 8. Carminum Sacrorum Libros IX. Baſil. 1557. Theſes philoſophicas varias.

Johannes Chriſtophori Lyſchander, Scondanus, patria Wrammenſis, Seren ſſ. Regis Friderici II. ſtipendiarius, juvenis ingenii & multæ eruditionis, in Divinis literis præclare verſatus, & in ſecularibus diſciplinis præter annos & ætatem excellenter doctus, in linguarum cognitione & Antiquitatum ſtudio probe exercitatus, Mathematicus, Poëta, Muſicus & Rhetor inſignis, Hemmingio, Chytræo, Selneccero familiaris, & omnibus denique bonis cariſſimus, Lipſiæ cum ſtudiis ſtrenue invigilaret, & Græcam hiſtoriarum Danic. Synoyſin cogitaret, ob graſſantem peſtem à Generoſiſſ. Dno Leopoldo Becch, Clariſſimi Chriſtophori Bech Polonienſis Fil. in Ungariam invitatus, apud quem immatura morte ſuorum maximo cum luctu & patriæ detrimentum obiit Anno 1582. ſcripſit I. Genealogiam omnium Regum Daniæ, à Dano ad Frideric. II. oblatam Frid. II. II. Saxonem Grammaticum ad certos annos redegit. III. Commentarios in ſelectiores aliquot ſermones Joh. Aventini, ubi res Danicas ex ultima vetuſtate in lucem adducit, patriis documentis auget, & hactenus obſcura ac abicondita multa magna felicitate explicat & illuſtrat. IV. Hiſtoriam Regum Danicorum Græce, quam morte præventus imperfectam reliquit. V. Carmina varia ad Mecœnates & Amicos, cum Epitaphiis & Epithalamiis diverſis. VI. Oden Tricolon, Tetraſticon in Nativitatem Chriſti ad Sthenonem Bille. Hafn. 1575. L B.

Jacobus Matthiæ F. natione Cimber, patria Aarhuſienſis, SS. Theol. Doct. & Celeberrimæ Acad. Hafnienſis Profeſſ. Publ. Vir in omnibus Philoſophiæ ſtudiis eleganter doctus, & Theologicis Diſciplinis longo uſu, jugi exercitatione & Veterum lectione longe clariſſimus, ingenio & judicio excellens, & linguarum ſtudio clarus, Criticus, Orator, Hiſtoricus & Poëta ſpectabilis, moribus & converſatione gravis & modeſtus, ſcripſit I. Paraphraſin in lib. I. Saxonis Gramm. carmine Elegiaco ad Johannem Friſium. II. Adhortationem ad diſcendam linguam Græcam. III. De literis earumque valore, genuina pronuntiatione & Orthographia, ſcriptum poſthumum opera Doct. Andreæ Lemvigii.

Johannes Svaningius, Sereniſſ. Regis Frid. II. Prædagogus, Regni Danici Hiſtoricus, Prælatus & Præpoſitus Ripenſis, artium liberalium Magiſter, in ſacris literis egregie doctus, Antiquitatum Danicarum ſtudioſiſſimus, Orator, Poëta & Mathematicus, eloquio & ingenio clariſſ. vitæ ac morum gravitate venerandus, ſcripſit: I. Continuationem Sax. Grammatici Tomis ſeptem, oratione copioſa & dictione vulgari, quam morte præventus crudam & impolitam reliquit. II. Varias Antiquitatum Rullas & fragmenta cum annorum ſerie privatis ſtudiis congeſſit.

Joannes Nicolai, Epiſcopus Asloenſis in Norvegia, artium liberal. Magiſter, in ſecularibus diſci-

disciplinis excellenter doctus, & in sacris literis summa cum laude & fructu versatus, ingenio dives, consiliis promptus, & Veterum lectione insignis: I. Epidigma Meditationum sacrarum literar. Rostoch. ad Mag. Franciscum Bergium. 1583. II. Elegidion in obitum filiolæ ad D. Erasmum Cervinum Rostoch. 1581.

Johannes Machabæus Alpinas, natione Scotus, SS. Theologiæ Doct. & in alma Acad. Hafn. Profess. P. natalium splendore & eruditione longe clarissimus, in Philosophiæ studiis nobiliter doctus, & in Divinis literis omnium cum admiratione versatus, ingenio excellens, spiritu dives, consilio magnificus, eloquio elegans, vita & conversatione spectabilis, Illustrissimo Regi Christiano III. & bonis omnibus gratissimus, scripsit I. In Epistolam ad Rom. Hafn. 12. die Maji coeptam, Aurifabro excipiente. II. In Evangel. Johannis. An. 1542. Christophoro Palæmonio excipiente. III. In Evangel. Matthæi, coepit d. 18. Octobr.

Ivarus Stubæus, artium liberalium Magister, & in alma Acad. Hafnienſi SS. Linguæ Hebrææ Professor, longo usu & labore in Logicis excultus, ac in tota Philosophia cum laude versatus, Divinarum literarum studiosissimus, & linguarum excultor indefessus, in Disputationibus acutus & vehemens, in consiliis promptus, in politicis circumspectus, vita denique & moribus modestus, scripsit I. De Doctrina Christiana Theses varias. II. Lacrymas fusas ad tumulum D. Friderici II. III. Salutationem ad Christ. IV. Hafn. L B. 1588.

Johannes Slangendorphius, SS. Theologiæ Doct. in celeberrima Acad. Hafnienſi Profess. P. Vir in Philosophicis disciplinis & Rameis terminis valde exercitatus, in sacris literis eruditissimus, Patrum ac Veterum lectione clarus, ingenio acutus, judicio circumspectus, eloquio elegans, antiquitatum Danicar. studiosissimus, scripsit I. Propagationem fidei Christianæ ac Religionis in hisce regnis Arctois. II. De magicis incantationibus. III. De vita, morte, & exequiis Friderici II. IV. Commentarios in Ecclesiasten Salomonis ad Nobilissimum Nicolaum Kaasium. 1590.

Jonas Henrichsonius, Meldorpiensis: I. De ratione & via Regionis Septentrionalis ad cultum sedis Romanæ reducendæ. II. De causis, propter quas Daniæ suspecta esse debet Regnorum Poloniæ & Sveciæ conjunctio.

Johannes Thomæ Fil. natione Cimber, patria Hygomensis, Ecclesiæ Hafn. ad D. Virg. Pastor & Præpositus primarius, Vir in Philosophicis disciplinis exercitatissimus, & Theologicis scripturis valde peritus, ingenio & eloquio clarus, in habendis ad populum concionibus gravis & elegans, Poëta & Musicus nulli sua ætate secundus, scripsit I. Psalterium Danicum in usum Ecclesiarum. II. Calendarium recognovit & auxit. III. Proverbiorum Danicorum centurias aliquot. IV. Orationem Latinam in obitum Christiani III. V. Consolationes in amicorum obitum lugentes ad Nobiliss. Magdalenam Banneram. H. 1577. LB.

Jacobus Ulfeldt de Ulfeldtsholm, Seltzo &c. Regni Dan. Consiliarius & Illustriss. Regis Friderici II. in variis Legationibus Commissarius Maximus, Vir summæ Nobilitatis, præclaræ indolis, excelsi animi, & præcellentis ingenii, in divinis literis & secularibus disciplinis nobiliter doctus, pietatis & antiquitatis studiosissimus, Ecclesiarum, Scholarum, & afflictorum omnium Patronus liberalissimus, Orator, Poëta & Historicus clarissimus, scripsit: Historiam rerum Danicarum à Valdemaro IV. ad Fridericum II. stilo eleganti.

Johannes Bocerus, natione Cimber, Cives Wiburgensis Fil. loci ejusdem Ludi-Rector & Canonicus, artium liberalium & Philosophiæ Magister, in sacris scripturis excellenter versatus, ingenio, eloquio, vena, & antiquitatis studio clarus, moribus & ætate venerandus, I. De origine & rebus gestis Ducum Megapolensium lib. 3. II. De origine & rebus gestis Danorum, Ducum Holsatiæ & Comitum Schoveburgensium lib. V. ad Christianum III. Lipsiæ Fl. 1557.

Jacobus Matthiæ F. Strobius, Presbyter, Vir in Philosophicis literis egregie doctus, & sacris scripturis summa cum laude versatus, in homiliis ad populum elegans & devotus, Poëseos & Musices peritissimus, scripsit & cecinit I. Psalmos varios, quorum pars aliqua reservata Psalterio Joh. Thomæ.

Johannes Spandemagerus, Cathedralis Ecclesiæ Lundensis Pastor primarius, in artium liberal. studiis excellenter versatus, & in Theologicis disciplinis diu exercitatus, à Thausanio de erroribus Pontificiis edoctus, eorum Ecclesias, cum paratate Dn. Claudio Tyndebindero Malmogiensi, omni alacritate & studio in Scandia expugnavit, Vir ingenio, eloquio & animo magnus, in habendis ad populum concionibus & taxandis adversariorum erroribus ingeniosus & vehemens, scripsit: Expositiones Evangeliorum Dominicalium.

Johannes Isaacius, Helsingorensis, Vir in omni Philosophia longe doctissimus, corpore exilis, ingenio maximus, antiquitatis studiosus, & Criticus eximius, juvenis adhuc ob insignem eruditionem, & admirandam morum suavitatem summo Facultatis Medicæ titulo & gradu ornatus est, Nobiliss. Arvido Huitfeldio familiaris & charissimus, scripsit: I. De effectu Hypocondriaco. Bas. II. Notas in Macrobium ad Generosiss. Arvidum. III. Origines Francorum. IV. De accolis Rheni contra Cluverum. V. Itinerarium Galliæ Narbonensis. VI. Disceptationum adversus Cluverum Part. II.

Jacobus Biorno, Nobiliss. Biornonis Andreæ de Steneld, Regni Dan. Senatoris, & Dioecesis Aarhusienſis Præfecti, Fil. I. Orationem elegantem, in qua Oratoriæ Facultatis dignitatem monstrat, & cum Poësi confert. II. De gradibus & dignitatibus Scholasticis ingeniose differit ad M. Joh. Oldorphium Tubing. 1579.

Jacobus Svaningius: Carmen gratulatorium ad M. Johannem Oldorphium Tubing. 1579.

Johannes Sylvius, Hatterslebiensis: I. De rosis ad Holgerum Rosencrantz. II. Carmen vetustissimum Poëtæ Musæi de Ero & Leandro transtulit, & nuptiis Nobilissimi Sigvardi Becchii

consecravit. Hafn. 1602. III. Seriem Imperatorum Romanorum. 75.

Johannes Arnoldi de Fine Hafnienſis, Viri Clariſſimi Arnoldi de Fine, Illuſtriſſ. Regis Dan. Muſici primarii Canonici N. Fil. artium liberalium Magiſter: Theſes varias Phyſiologicas, quas in Celeberrima Academia Gieſſenſi cum laude publ. diſputavit & ibidem edidit. an. 1609.

Johannes Blaccus Danus: Scr. Odes ſacras ſeu paraphraſes in locos graviſſimos V. & N. Teſtamenti, ad Sereniſſ. Carolum, Ducem Lotharingiæ & Cardinalem N. Paris. 1550.

Joh. Oldebrandus, Nobilitate & variarum linguarum cognitione illuſtris, ſcripſit & in Dan. tranſtulit De præparatione Mortis Mart. Molleri Lib. I.

Jonus Gedeonis, Eccl. Aarhuſienſis Epiſcopus, Homiliam in Exequiis Nobiliſſimæ Chriſtinæ Lunge, Georgii Schelii de Hegneb uxoris. Hafn. 1610.

Joh. Petrofontanus: Epitaph. M. Nic. Spenderup. Hafn. 1601.

Johannes Langius, artium liberalium Magiſter, & Eccleſiæ Otthonienſis: I. Annales Regum Danicorum ab initio R. D. ad ann. 1315 quorum mentionem facit Cornelius Hamsfort in ſuis annal. anno præfato. II. Arithmeticam.

Jonas Schelderup, Medic. Doctor, & Eccleſ. Bergenſ. Epiſcopus: De imaginibus & eorum abuſu ad Nobiliſſ.

Johannes Ludimoderator Aarhuſienſis: Epitome rerum Danicarum a Dano ad Chriſtiernum Captivum. in 4. an. 1590.

Jacobus Jacobi Wolphius, Ludirector Opsloenſis: I. Tragoedia Didonis carmine Heroico ad imitationem Virgilianam. Hafn. ad Chriſtian. IV. II. Tragoedia Turni carmine eodem. 1591.

Joh. Petræus Aarhuſienſis, artium liberalium Magiſter: Catalogum Epiſcoporum Aarhuſienſium. E. 48.

Lago Urne, Epiſcopus Roſchildenſis, Vir præclaræ Nobilitatis laude, & omni virtutum genere fulgentiſſimus, in Divinis ſcripturis eruditiſſimus, & in ſecularibus literis abundanter doctus, ingenio excellens, mitis & humilis, vita & converſatione gravis & venerandus, in Eccleſias, Scholas, & pauperes liberaliſſimus; Fuit etiam timoris Dei conſtantia præditus, religione devotus, compunctione profuſus, inceſſu religioſus, honeſtate laudabilis, patientia ſingularis, diſſerendi ingenio clarus, ſapientia ſummus, ſcripſit I. Orationem panegyricam, habitam in adventu Illuſtriſſimæ Elizabethæ, invictiſſimi Imperatoris Caroli V. Sororis, Chriſtierni II. Sponſæ deſideratiſſimæ, præſentibus præfati Caroli Legatis Clariſſimis, Regni Danici Senatoribus Amplisſimis, cum Nobilitatis & populi Danici corona ſpectabili. II. Saxonem etiam Grammat. e tenebris vindicatum per Chriſtianum Morſianum Petri F. patriæ & poſteritati reſtituit, in cujus initio exſtat docta ejus ad præfatum Chriſtianum Epiſtola ſuaſoria. III. Epitaphium Abſalonis Archiepiſcopi excultum & elegans. IV. Canonem ſecundum uſum Eccl. Roſchildenſis, excuſum Neoburgi impenſis Dn. Pauli Reff Canonici Haf. 1522.

Laurentius Matthiades, Nyburgenſis: Jonæ Prophetia carmine heroico ad Nobiliſſ. Henricum Ramel. R. C. Hafn. 1585. L. B.

Laurentius Schram Erici F. Dominus de Haſtrup, Sereniſſ. Regis Friderici II. in arce Coldingenſi Vaſallus fideliſſimus, Vir antiquæ & præclaræ Nobilitatis ſplendore Generoſiſſimus, pietate & prudentia omnium ſua ætate celeberrimus, animo magnus conſilio promptus ad quævis fortiter gerenda alacris & indefeſſus, miles ſtrenuus, Juriſconſultus prudentiſſimus, Eccleſiarum & Scholarum fautor & promotor liberaliſſimus, in patria lingua Poëta cultiſſimus, vitæ ac morum integritate ſpectabilis, ſcripſit I. Diarium belli Svetici, Illuſtriſſ. Friderici II. cum Erico XIV. in quo ſumma diligentia omnes expeditiones, motus, velitationes &c. quibus partim præfuit, partim interfuit, habita exactiſſima conſiliorum, locorum & temporis ratione, deſcripſit. II. Carmina Danica varia. III. Epitaphium proprium pium & elegans.

Laurentius Olai, Ydſtadienſis: De pugna S. Georgii lib. I.

Laurentius Petri Holmius: De glorioſa Davidis victoria Hafn. 1609. De glorioſa Chriſti victoria. Hafn. 1611.

Laurentius Bartholinus, artium liberalium Magiſter, Epiſcopus & Canonicus Aarhuſienſis, Clariſſimi Viri, D. Petri Winſtrupii, Superintendentis Selandiæ, ſocer, Vir in Divinis literis egregie doctus, in habendis ad populum conciombus Orator eximius, vita & converſatione ſpectabilis, ſermone & ingenio clarus, de Republ. literaria & Eccleſia optime meritus, ſcripſit: Orationem funebrem in obitum Nobiliſſ. Holgeri Roſencrantzii, Domini de Boller.

Ludolphus Priggius, Celeberr. Acad. Hafnienſis Profeſſor Publ. in Philoſophicis diſciplinis magna cum laude & ſumma ejus Facultatis dignitate magnifice exercitatus, ingenio & eloquio excellens, moribus & converſatione inſignis, ſcripſit: I. In Orationem Ciceronis pro Rege Dejotaro commentar. finit. Hafn. 1550. d. 6. Junii. II. Carmen Elegiacum in libellum Joh. Frederi de laude clariſſ. urbis Hamburgenſis.

Laurentius Benedictus collegit I. Selectiſſimarum Orationum lib. I. 1599. II. Phyſiognomiam humani corporis & de eo judicandi rationem. Hafn. 1594. III. Scalam Cœli ad Rempubl. Hafnienſem. 1583. IV. De Conjugio libellum Spangenbergii Danicum fecit, oblatum Olao Bagger. 1602. V. *See-Kaart* ad Joh. Schougaard ex Germanico Danicum fecit. 1568.

Laurentius Hage Holſtericus I. De nativitate, vita, reſurrectione Chriſti. II. De Trinitate ad M. Georgii Boëthium Johannis Ducis Holſatiæ Præpoſitum. 1560.

Michael Otthonienſis, Eccleſiæ S. Albani Paſtor primarius, Vir in Divinis literis præclare doctus, Veterum lectione inſignis, ingenio præſtans, conſilio dives, proſa & carmine elegans, & in taxandis impiorum moribus vehemens & conſtans, Illuſtriſſimæ Chriſtinæ Danorum Reginæ chariſſimus, in cujus honorem ſcripſit:

I. Cur-

n. ſtudio . Bartho- æi de Ord. dicat. per Paulum Canonic- n. 1515. ruit, 1500.

I. Curriculum vitæ humanæ, quod noſtro tempore recognovit, & denuo edidit M. Andreas Vellejus. II. Expoſitiones in Pſalterium B. Virginis, unde M. Joh. Thomæ in ſuum Pſalterium hiſtoriam Paſſionis tranſtulit, pag. 74. & de extremo Judicio. p. 166. III. De Creatione & lapſu.

Marcus Jordanus Friſius, artium liberalium Magiſter, & in celeberr. Academia Hafn. Mathematum Profeſſor, Vir omnibus Philoſophiæ diſciplinis cultiſſimus, Aſtronomiæ & Geomotriæ ſtudioſiſſimus, eloquio clarus, judicio ſubtilis, vita & moribus ſpectabilis, Sereniſſimo Regi Chriſtiano Tertio chariſſimus, ſcripſit: Geographiam totius Daniæ, oblatam Chriſtiano III. edit. Hafn. Floruit 1552.

Magnus Lemmingius: Thyrſin ſeu votum in nuptias M. Laurentii Nicolai & Marthæ Samſovianæ 1567. L B.

Michael Joannis F. Eccleſiæ Greſtadienſis Selandorum Presbyter, in Divinis literis bene verſatus, & Philoſophicis diſciplinis egregie inſtructus, Poëſeos inprimis ſtudioſiſſimus, ejus extat I. Gratulatio in inaugurationem Chriſtiani IV. 84. Epigrammata, Epithalamia & Epitaphia varia ad Nobiles varios. II. De uſu lectionis Pſalterii ad An. Hardenbergicam. Hafn. III. Παραίνεσις in obitum Nobiliſſimi Holgeri Roſencrantzii de Boller. 1578. Hafn. L. B. IV. Gratulatorium carmen ad Nic. Krabbe. H. 1577.

Michael Stella de Wisbovia Gothlandenſi tranſtulit Theatrum mundi ex Gallico in Germanicum, impreſſ. Dreſdæ. an. 1588.

Martinus Petræus, Cathedralis Eccleſ. Roſchildenſis Paſtor & Canonicus, in Philoſophicis artibus magna cum laude & ſumma ejus Facult. laurea verſatus, in Divinis literis longo uſu & jugi exercitatione inſtructiſſimus, antiquitatum Danicarum & Matheſeos ſtudioſiſſimus, & Politicus prudentiſſimus, ſcripſit: I. Genealogiam Huidorum Abſalonis Archiepiſcopi, coacervatam ex Bibliotheca Sorenſi. II. Tractatum de ſtella nova apparente an. 1572. ad Collegium Roſchildenſe.

Matthias Caroli F. Presbyter ingenio & eruditione clarus, in explicandis ſacris literis egregie verſatus, eloquens & induſtrius, Muſicus excellens, & Poëta venæ ſvavitate ſpectabilis, ſcripſit Pſalmos varios, quorum pars aliqua reſervata in Pſalterio Joh. Thomæ.

Magnus Hanche, Eccleſiæ Borringholmenſium Paſtor, Vir in Divinis literis egregie verſatus, Orator, & in habendis ad populum concionibus Præco elegans & vehemens, Muſicus & Poëta in patria lingua cultiſſimus, ſcripſit: I. Pſalmos & cantiones in omnia Evangelia Dominicalia. II. Pſalmos in uſum Eccleſiarum, quorum pars aliqua reſervata in Pſalterio Joh. Thomæ.

Melchior Ulſtand: Carmen ad M. Joh. Oldorphium. Tubingæ 1579.

Magnus Matthiæ, liberalium artium Magiſter, Illuſtriſſimi Regis Friderici II. ædagogus, ex Paſtore poſtea Borrebovienſi factus apud Lundenſes Th. Lector, unde tandem ad Canonicatum & Epiſcopatum emerſit, Vir in Divinis literis & ſeculari Philoſophia excellenter doctus, ingenio, prudentia, manſuetudine, & omnibus denique virtutibus, tanto Viro tantæ eminentiæ dignis, ornatiſſimus, ſcripſit: I. Varios Commentarios in diverſos SS. Scripturæ libros & capita, nondum in lucem emiſſos. II. Parentationem in obitum Elizabethæ, Nobiliſſimi Elari Grubbæi Conjugis Generoſiſſimæ, ad Chriſtianum Macchabæum. Hafn. 1577. III. Synodalia Superintendentum omnium poſt reformatam Religionem in unum faſciculum redegit. IV. Vitas Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Superintendentum Scaniæ omnium, quotquot extiterunt à primo Egino, uſque ad noſtram ætatem. V. Volumen variorum Orationum, quas publice in Synodo Lundenſi propoſuerat.

Magnus Laurentius Empthelandus: Epitaphium Henrici Georgii, Judicis Nidroſienſis. Hafn. 1610.

Matthias Schult: Carmen gratulatorium in nuptias Dni Thomæ Gregorii, Concionatoris Regii in arce Hafn. H. 1568. L. B.

Matthias Parvus, Celeberrimi Viri, Petri Parvi Germanus, ſcripſit I. Medicinam animæ Urbani Regii tranſtulit. H. 1544. II. Catechiſm. Petr. Palladii pro Eccleſiis Norvagicis. Hafn. 1546.

Martinus Joh. F. Neſtvedienſis: I. In Nativitatem Chriſti ad Marthan Roſencrantz Petri Oxonii Relict. Dan. Hafn. 1580. L. B. II. Ad Deum tempore peſtis carmina, Epiſcopo & Miniſterio Hafnienſi oblata. 1583. L. B.

Martinus Grönebech: Epitaphium D. Jacobi Matth. Hafn. 1586. L. B.

Matthias Pors: Προγάμεια in nuptias Nobiliſſ. Canuti Brahe de Torſtrup. Hafn. 1584. L. B.

Nicolaus Palladius, Epiſcopus Lundenſis. Scripſit Regulas Conjugii Hafn. 1557. & 1568. de Judicio extremo ib. a. 1558. de Homine chriſtiano in extremis conſtituto, de precibus & affectibus ib.

Nicolaus Laurentii Cimber, e Civitate Ripenſi oriundus, artium liberalium Magiſter, in alma Hafn. Acad. Pædagogicus Profeſſor, ſcripſit I. Catechesin Chriſtianam ad Petrum Oxonium carmine Elegiaco. Witteberg. 74. II. Evangelia latino & Græco carmine.

Nicolaus Laurentii Arctander, Epiſcopus Wibergenſis, patria Nidroſienſis, (quem inter noſtros numero, quod à pueritia inter Danos educatus, ap. hoc vitam tranſigat, & qs. noſtris ſtudia, labores & ſe denique totum nobis tribuat) Vir vitæ integritate & præclara eruditione præſtantiſſimus, Theologus & Poëta inſignis, ſic ab infantia ſacras literas imbibit, & per omnem ætatem memoria retinet, ut quoties aut aliquid loqui aut ſcribere tentet, toties in verba & ſententias ſacrarum literarum prorumpere videatur, unde & univerſa ſcripta ejus, quæ nihil aliud, quam Centones divinorum voluminum, dici queunt, undequaque V. & N. Teſtamenti ſententiis diſtincta ſunt, ceu gemmeis emblematibus, hisque adeo commode & apte inſertis, ut ibi nata credantur, ſcripſit I. Orationem in obitum Friderici II. II. Colloquium Dei cum Cain & Eva. III. Commentarios in Pſalmos poenitentiales. IV. Orationes varias pro ſuæ Dioceſis Paſtoribus. V. Conciones funebres varias præclar. Heroum ac Heroinarum Exequiis publice

blice declamatas. VI. Syracidis consilium & consolationem pro ægrotis. VII. Precationes Magistratuum politicorum, Docentium & subditorum. 1608.

Nicolaus Scriba Clausholmensis: Prognosticon Spirituale. Viberg. per Joh. Wüngaard de Stuckgaard. 1530.

Nic. Jani F. Randrop, transtulit in Danicum Admonitionem Joh. Brentii de veritate & mendacio. Hafn. 1559.

Nicolaus Cragbe, J. U. Doctor: Grammatica latina in usum Scholæ Hafn. a. 1678. Panegyricus Christiano IV. in dedicatione novi auditorii academici dictus 1601: De Republica Lacedæmoniorum Lib. IV. Genevæ ed. 1593. 4. Leidæ 1670. 8. Dicta sententiosa Livii & Salustii. Hafn. 1582. Fragmenta Heraclidis Pontici de Politiis & Nicolai Damasceni de moribus Gentium, Genevæ 1593. 1613. Differentiæ Ciceronis ex veteri MSC. editæ Hafn. 1589. 8. Theses physicæ de elementis MSC. Historia Christiani III. Regis Dan.

Nicolaus Prælius, Epitaphium Christinæ Holchiæ. Hafn. 1599.

Nicolaus Wilhelmi, patria Ripensis, artium liberal. Magister, & Ecclesiæ Balleensis Presbyter, in divinis scripturis bene doctus, & in secularis Philosophiæ disciplinis cum laude versatus, Poëta & Musicus insignis, inque habendis ad populum concionibus elegans & circumspectus, scripsit Carmina varia ad Nicolaum Cragium & alios.

Nicolaus Petri Kempe, natione Scanus, Ecclesiæ Höjensis Presbiter, artium liberalium Magister, Philosophicarum disciplinarum peritus, & in sacris literis à pueritia versatus, ingenio dives, consilio promptus, & eloquio clarus, Poëta & Rhetor insignis, scripsit: I. Carmina varia Græca & Latina ad Magnum Matthiæ Macchabæum, Arvidum Huitfeld & alios. II. Orationem de Ecclesiæ persecutione habitam in publ. Synodo Lundensi. 96.

Nicolaus Nic. F. Coldingensis, artium liberal. Magister, Friderici II. Confessionarius, & Consiliarius intimus, Ecclesiæ Roschildensis Canonicus, Vir in habendis ad populum concionibus magnæ opinionis, scripsit: I. De tribus tentationibus, quibus in deserto tentatus est Christus, Danice Hafn. 71. II. Explicationes Psalmi 52. Hafn. 1566. L B. III. Meditationes in Psal. 13. Hafn. 1566. L B. IV. De Magistratu in German. linguam translat. A. 1572. L B.

Nicolaus Petri, natione Selandus, patria Hafnienſis, artium liberalium Magister, & Ecclesiæ Loderupensis in Scania Presbiter, Vir in Divinis scripturis diu versatus, Poëta insignis, Rhetor & Historicus præcellens, antiquitatum Danicarum & Gothicarum indagator, & annorum computator industrius, scripsit: I. Antiquitatum Danicarum libr. 3. 1. de Cimbris, 2. de Gothis, in Gothlandia ortis, 3. de Gothis è Dania, Svecia &c. egressis, cum exacta annorum ratione. II. Umbram Saxonis Grammat. in qua Saxo ad annos redigitur, & cum sacra & Romana historia confertur.

Nicolaus Helvaderus, Ecclesiæ Helvadensis in agro Slesvicensi Presbiter, eruditione & morum svavitate clarissimus, in habendis ad populum declamationibus elegans, in rebus Mathematicis solers & industrius, & in indagandis Antiquitatibus laboriosus & felix, scripsit Ephemerides aliquot annorum *Ripis excus.* De prima institutione & mystica interpretatione Ceremoniarum, quæ in Ecclesiis nostris observantur, Danice.

Nicolaus Fedderus, Ecclesiæ Stegensis in Meonia Pastor & Præpositus, Vir in Philosophicis disciplinis præclare versatus, & summa ejus Facultatis laurea ornatus, Theologus, Concionator, Historicus, Musicus & Poëta excellens, vita & moribus manivetus & festivus: I. Hortulum Leonhardi Northusii Danic. fecit 1573. (96.) II. Poëtin de Bello Dythmarsico.

Nicolaus Jonæ F. Archiepiscopus Lundensis. Nobilitate, virtute ac eruditione clarissimus, scripsit Chronicon Archiepiscoporum Lundensium, cum notabilibus, quæ tempore cujusque per urbem acciderunt.

Nicolaus Georgii F. Verbi SS. in Ecclesia Malmogiensi Minister vigilantissimus, scr. I. De Confessione Christiana libr. 1. Hafn. 1586. L. B. II. Convivium Herodis Sigismundi Svevi Danicum fecit, oblatum Senatori Malmogiensi. 1581.

Nicolaus Caspari, patria Vibergensis, Ecclesiarum Fionicarum Episcopus vigilantissimus, Vir in Philosophicis litteris magna cum laude, & summa ejus Facultatis laurea versatus, in sacris scripturis præclare instructus, ingenio & eloquio clarus, & inhabendis ad populam homiliis elegans & gravis, Theologus, Orator, & Musicus clarissimus, emendavit & edidit: Graduale in usum Ecclesiarum Danicarum ex mandato Sereniſſimi Friderici II.

Nicolaus Jani F. Randrop: I. Prophetia Wilhelmi Friis de Mastricht ab an. 1550. ad an. 1563. Hafn. apud Joh. Vingaard. 1559. II. Tractatum Joh. Brentii de veritate & mendacio Danicum fecit.

Nicolaus Albinus, patria Hafnienſis, Ecclesiæ Lundensis Episcopus vigilantissimus, præclaris animi & corporis dotibus excellens, ingenio & spiritu magnus, eloquio, & in habendis ad populum homiliis spectabilis, authoritatis Ecclesiasticæ defensor indefessus, vita & moribus moderatus & festivus, omnibus cum non potuit, bonis utique placuit quam plurimis, scripsit: I. De extremo Judicio libr. 1. II. In Canticum Simeonis ad Birgittam Rönnov.

Nicolaus Christierni: I. Carmen gratulatorium ad Nobiliſſ. Magnum Gye de Bremersvolde. Haf. 1582. L B. II. Precationem ad Deum. III. Μέλος ἐπιθαλάμιον ad Generosissimum Eschyldum Broch.

Nicolaus Johannis S. H. H. Carmen gratulatorium ad Joachimum Johannis, Hafn. 1574. L B.

Nicolaus Theophilus, J. U. Doctor, & Professor in Academia Hafnienſi: I. Disputatio de privilegiis Studiosorum, Respondente Joh. Sylvio Hatterslebiensi, Haf. typis Henrici Waldkirckii. 1603. II. De diversis regulis juris antiqui ad Nic. Kaas, Hafn. 1584. L B.

Noba, Presbyter Roschildensis: De Hæreticis præcipuis nostri temporis.

Nico-

Nicolaus Nic. Warburgenſis: Gratulatio in reditum Nobiliſſ. Dn. Hermolai Trolle, carmine elegiaco. Hafn. 1562. L B.

Nicolus Olai Halvegius, Canonicus Roſchildenſis: Oratio ad Deum æternum pro juventute Scholæ Roſchildenſis. Hafn. 1570. L B.

Nicolaus Scavenius Laurentii F. vide in Claudio.

Nicolaus Tychonis F. Paſtor in Lollandia, ſcripſit Epithalamium Alberto Oxonii & Cæciliæ Urne, carmine Græco.

Nicolaus Caaſius de Thaarup, virtute, eruditione & generis ſplendore fulgentiſſimus, Kaaſiorum Thaarupienſium in Cimbria flos & corona, Illuſtriſſimorum & Potentiſſimorum Regum Daniæ Friderici II. & Chriſt. IV. Cancellarius Magnificus maximus, in divinis ſcripturis, & philoſophicis artibus ac facultatibus ad miraculum uſque excultiſſimus, tanto ingenii ac judicii acumine, rerum gerendarum moderatione, converſationis humanitate, ac morum integritate ornatus, ut Regibus & ſubditis omnibus ubique gratiſſimus extiterit, de regno & republica bene meritus, congeſſit ex variis Antiquitatibus Regum Danicorum catalogum, & præcipua earum geſta miranda brevitate.

Olaus de ordine Ciſtercienſi Monachus Sorenſis, Vir in Divinis ſcripturis bene verſatus, & in ſeculari Philoſophia egregie doctus, ingenio excellens, & vena ſpectabilis, Poëta & Hiſtoricus ſuo ſeculo omnium clariſſimus, Antiquitatum Danicarum indagator indefeſſus, & annorum calculator induſtrius, ſcripſit Catalogum Regum Danicorum à Dano I. ad Sereniſſ. Johan. Regum eleganti & venuſto carmine patrio. Obiit circa an. Chr. 1487.

Olaus Theophili, artium liberalium Magiſter, olim Ludirector, & poſtea Presbiter Hafnienſis, Vir in ſacris literis & Philoſophia ſeculari bene inſtructus, linguæ utriusque peritus, in educanda juventute ingenioſus, & habendis ad populum concionibus diſertus & circumſpectus, ſcripſit Paræneſin de Vitæ & ſtudiorum honeſta formatione Hafn. 1573. 8. De Scholarum origine & utilitate ib. 1574. 16.

Olaus Cimber, J. U. Doct. & celeberrimus interpres, ingenio clarus & judicio excellens, Valdemari I. Secretarius & Conſiliarius, à quo prælatura Vibergenſi donatus ſcripſit ex mandato Regis & Senatus: *Rubricam ſuper Jus Cimbricum*, quæ adhuc in codice ſervatur.

Olaus Bingh, Paſtor Helſingburgenſis, Petri Laurentii, Lectoris Malmagienſis paraſtates fideliſſimus, in expugnandis, convincendis & objurgandis Canonicis Lundenſibus opem tulit, in Expoſtulationibus Petri Laur. editis Malm. 1533.

Olaus Petri Regioſtadamus: Epitaphium Frid. II. carmine patrio. Hafn. 1589.

Paulus Eliæ, artium liberalium Magiſter apud Malmagienſes, & Hafn. SS. Theol. Lector, Vir in Philoſophia ſeculari eruditiſſimus, & in ſacris literis magna cum laude & admiratione verſatus, ingenio ſubtilis, eloquio circumſpectus & elegans, Concionator & Diſputator eximius, ſed in mutanda ſententia facilis & inconſtans, ſcripſit I. De Officio pii Magiſtratus libr. I. II. Aſſertiones fidei Chriſtianæ ad Guſtavum Sveciæ Regem, Hafn. 1527. per Petrum Grandit. III. Tractatum de Miſſæ dignitate Malm. per Joh. Barth. 1534. d. 29. Octobr. IV. Catholicæ Eccleſiæ defenſionem ad Senatum Hafnienſem, Arhuſ. per Paulum Reff. 1531. 21. April. V. Confeſſio Auguſtana exhibita in publico parlamento. Hafn. 1510.

Petrus Grundit, artium liberalium Magiſter, & Eccleſiæ Ripenſis Paſtor vigilantiſſimus, Vir ingenio, eloquio, judicio, vitæ ac morum denique integritate longe clariſſimus, ſcripſit Similitudines in omnes fere locos fidei Chriſtianæ, Witteb. editæ a. 1537. recognitæ ab Andr. Wellejo.

Petrus Laurentii, Theol. Baccalaureus, fl. 1522.

Petrus Joh. Prior Collegii Hafnienſis an. 15[illegible]2.

Petrus Burgeſmidt, Presbiter Eccl. Horsnenſis in Cimbria, Vir in ſeculari Philoſophia & Divinis literis bene verſatus, prudentia, facundia & morum integritate inſignis, in habendis ad populum concionibus elegans & devotus, Romanæ Eccleſiæ hoſtis acerrimus, & Lutheranæ doctrinæ propagator indefeſſus, primus apud Cimbros, qui cum Thauſanio Eccleſias illas magno cum labore reformavit, Poëta & Muſicus ſua ætate celebris, ſcripſit I. Pſalmos nonnullos, quorum pars aliqua in Pſalterio Joh. Thomæ reſervatur. II. Compendium præcipuorum Capitum purioris Eccleſiæ, quod Olaus Petri, Stockholmenſis Presbiter, ex Germanico Sveticum fecerat, ex Svetico in Danicum tranſtulit, auxit & edidit. Vibergæ apud Joh. Wingard. an. 1530. III. Tractatus varios ad Eccleſiam Horsnenſem.

Petrus Capitaneus, Med. Doctor: De potentiis animæ, abſolut. 1550. d. 6. Martii.

Petrus Hogius: Carmen ad Mag. Joh. Oldorphium.

Paulus Naviomagus junior, Coldingenſis: Carmen ad M. Joh. Oldorphium, Tubingæ 1579.

Petrus Eraſmi F. Charupenſis: Epitaphium M. Abſalonis Olai Lundenſis.

Petrus Jacobi Flemloſius ſcripſit I. Contra diabolum Melancholicum libr. I. II. Ephemerides annorum aliquot. III. Eclogam de ecclipſi ſolari Anni 1574. ad Tychonem Brahe, Hafn. 1574.

Petrus Tideman: I. Orationum piarum & devotarum ad Deum liber I. conſecratus Suſannæ Bolte. II. Commentarios Viti Theodori in Orationem Dominicam Danicos fecit. 1563.

Paulus Gudmandus Helſingorenſis: Epitaphium Johannis Nicolai Helſingorenſis, Haf. 1610.

Petrus Johannis Ripenſis: I. Jode tetracolos Octaſtrophos de Incarnatione Chriſti ad juventutem Scholæ Fridericiburg. II. Hymnus de uſu Nativitatis Chriſti Dan. ad Nobiliſſ. Johannem & Fridericum Münchios. *H.* 1555.

Petrus Selandus, dioeceſis Seland. Paſtor, Vir doctus & induſtrius, tranſtulit ex Latino in Danicum Itinerarium Johannis de Mandavella Nobilis Anglici.

Petrus Lycke, Archiepiſcopus: Scr. de fide & bonis operibus MSc.

Petrus Minorita, Monachus Roſchildenſis: I. De primordio gentis Danicæ & Gothicæ. II. Annales ab anno 1202. ad 1412.

Petrus Olai, Monachus Roſchildenſis de Ordine Ciſtercienſi, poſt reformatæ Religionis propaga-

pagationem & Monaſterii ſui diſturbationem, propter eruditionem & morum ſvavitatem, accitus in familiam optimi Viri, Hermolai Trollonis, Generalis Eccleſiarum Selandicarum & curiæ Roſchildenſis Præſidis, à quo ipſi demandata cura ampliſſimi pomœrii Monaſterii ſui, & ſtudium continuandi Hiſtoriam Dan. ſcripſit latine Continuationem Saxonis Grammat. à Canuto ad Fridericum II. Flor. 1560.

Petrus Frantzius Hafnienſis: Carmen de Nativitate Chriſti ad Capitulum Lundenſe. Hafn. 1593. LB.

Petrus Wintherus: Carmen in honorem nuptiarum Nobiliſſ. Caroli Bruſche & Idæ Ulfſtandiæ. Hafn. 1577. LB.

Petrus Parvus: Epiſtola ad Henricum Fabrum in Hortulum Synonymorum. Hafn. ad Melchior. Blumme 1520.

Petrus Jairi: Annales ab an. 1274. ad an. 1497.

Petrus Palladius: Prof. Theol. Hafn. & Epiſcopus Seland. ſcr. theologica varia, & narrationem de exceſſu Regis Chriſtiani III. Haf. 1599.

Petrus Oxe: ſcripſit Hiſtoriam rerum Slesvicenſium.

Petrus Hegelundius: I. Epicedion de Inclyto & Sereniſſ. Rege Chriſtiano Tertio. Baſil. 1560. II. Epigrammata Philippi Melanchtonis ſelectiora ad Ottonem Roſencrantz. Francofurt ad Mœn. 1583.

Petrus Laurentii, Rector Malmogienſis, de Incarnatione Chriſti 1578:

Petrus Legiſta Lollandus, à pueritia in Scholaſticis exercitiis apud Roſchildenſes diu verſatus, & tandem rebus politicis animum adjiciens, prudentia & eloquentia mirum in modum excelluit, adeo ut ferendis legibus & dijudicandis publicis cauſis adhibitus, omnium admirationem & Legiſtæ cognomen meruerit, in colligendis, &, (pro ejus ætatis eruditione) latinitate donandis paræmiis Danicis totus fuerit, ſcripſit Paræmiarum Danicarum Pariſiis editarum per M. Chriſtianum Petri lib. I.

Petrus Laurentii F. Eccleſiarum Tiudelſe Paſtor, in ſancta ac ſinceriori Theologia probe verſatus, ingenio facilis, moribus feſtivus & eloquio perſpicuus, ſcripſit: Catechiſmum in utilitatem Eccleſiæ Danicæ. Haf. Floruit. 1599.

Petrus Ivari Borch, artium liberal. Magiſter SS. Theol. Lector: Admonitiones Agapeti Diaconi ad Juſtinianum Imperatorem tranſtulit ex Græco in Latin. Hafn.

Petrus Winſtrupius: I In Paſſionem Chriſti carmine Græco. II. Parentalia Nobiliſſ. Nicolai Caſſii, Regis Cancellarii. 1594. III. De vita & morte æterna. 1567.

Philippus Pratenſis: Volumen variarum Epiſtolarum Regum Daniæ, Galliæ, Angliæ, Pontific. maximi.

Petrus Laurentii, Hafnienſis: Elegia de lapſu generis humani, Haf. 1582. ad Laur. Kruſe LB.

Petrus Severinus: Idea Philoſophiæ.

Paulus Andreæ, Comminiſter Eccleſiæ Hafnienſis ad D. Nicolaum: Coronatio & proceſſus, quo Anna Scotorum Regina excepta Eidelburgi 1590. in reditu in Scotiam, ex Latino in Danicum translatus 26. Maji.

Paulus Andreæ Nordelby, Paſtor Otthonienſis ad D. Virginem: Parentalia Nobiliſſimi Erici Hardenberg, Regni Dan. Senatoris.

Petrus Sthenius, Eccleſiæ Vibergenſis Paſtor: De Reſurrectione Chriſti ad Nobiliſſ. Chriſtophorum Walckendorph. 1587.

Petrus Hegelundius, artium liberalium Magiſter, Epiſcopus & Canonicus Ripenſis, Vir præclaro ingenio & morum integritate ornatiſſimus, Philoſophus & Theologus inſignis, in explicandis ſacris literis elegans & perſpicuus, ſcripſit I. Compendium in Ortographiam Aldi Manutii, oblatum Doct. Petro Severino, Friderici II. Medico feliciſſimo. Antverp. typis Plantini 1569. II. Comœdiam Suſannæ carmine patrio. III. Vitam M. Petri Grundii. IV. Epigrammata Philippi Melanchtonis congeſſit & edidit, Francof. 1583.

Petrus Laurentii, Lector Malmogienſis vigilans & induſtrius, Eccleſiæ Romanæ impugnator indefeſſus, ingenio & eloquentia promptus, ſcripſit: I. De reformatione Miſſæ, cæterarumque Ceremoniarum Eccleſiaſt. Malmog edit. anno 1539. II. Expoſtulationes adverſus Canonicos Lundenſes, in quibus religionem, vitam & mores Canonicorum ſevere reprehendit, admixtis graviſſimis in perſonas invectivis, edit. Malm. 1533. III. Fundamenta doctrinæ Lutheranæ ib. Doctrinam ſtatutis Pontificiis oppoſitam. ib. 1533.

Petrus Olai F. Paſtor Eccleſ. Gunderupenſis in Cimbria: Carmen in comoediam Electionis Salomonis M. Hieronymi Juſt. vena patria.

Rimboldus Petri F. Paſtor & Canonicus Vibergenſis, Gratulatorium ad M. Hieronymum Juſtum in comoediam electionis Salomonis carmine patrio A. 1585.

Severinus Paludinus, Conſul Coldingenſis, Danici regni olim Notarius. Scripſit Annales Coldingenſes.

Severinus Olai, Canonicus Roſchildenſis. Scr. Catalogum Epiſcoporum Roſchildenſium cum collatione annorum & imperii Regum. Obiit 1564. d. 17. Auguſti.

Saxo Grammaticus: Hiſtoria Regum Danorum à Dano ad Canutum VI. edita à Chriſtierno Petri, expreſſa Pariſiis 1514. à Badio dicata Lagoni Urne, deinde edita à Spiracte, inſtinctu Dni Erici Krabbe, Senatoris Danici. Recuſa Francofurti 1576. dedicata Chriſtophoro zum Jungen.

Stigatus Porſius, Præſes Regius Generalis Eccleſiarum Scandicarum, & Prælatus Lundenſis: Annales ab an. 777. ad an. 1307.

Severinus Dolmarus Jani F. edidit Theſes phyſiologicas, quas ſub præſidio M. Joh. Arnoldi publice cum laude diſputavit Gieſſæ An. 1609. ibidem typis mandatas.

Sophia Grubbe: Confeſſionem Chriſtianam cum voto liberationis ex ergaſtulo. Hafn. 1597.

Stephanus Andreæ H. Poëta eruditione ac venæ ubertate ſpectabilis: Epitaphium Dni Joh. Bille & Dnæ Ingerſtæ Rönnoviæ, carmine Elegiaco ad Ermegardam & Birgittam Bildones Sorores.

Sveno Aggonis F. Chriſtiani nepos, nobilitate & eruditione excellens, cujus parentes proeliarunt Erico adverſus Nicolaum, variarum rerum expe-

experientia prudentiſſimus, Saxonis Grammatici Contubernalis I. Legem caſtrenſem, ſeu curiæ, latinitate donavit. II. Regum Daniæ, ſeu geſta Danorum Epitomen à Schioldo ad Canutum VI. III. Seriem & Genealogias Regum Daniæ.

Turnus Tot Scandic. Nobiliſſimæ Tottorum familiæ inſtaurator Generoſiſſimus, Scanorum Legislator & Judex juſtiſſimus, prudentia, manſuetudine, fortitudine, & omnibus denique virtutibus fulgentiſſimus, conſtituit ex mandato Valdemari I. una cum Eſchyldo Archiepiſcopo Lundenſi Jus Eccleſiaſticum. Flor. circa an. Chr. 1166.

Thomas Canuti, artium liberalium Magiſter, Eccleſiæ Hygomenſis, in vicinia Riparum, Phundonſiorum Presbiter, Clariſſ. M. Joh. Thomæ, Paſtoris & Præpoſiti Hafnienſis, pater, Vir in Divinis ſcripturis egregie doctus, & in ſecularibus literis bene verſatus, Eccleſiam Papiſticam, in qua educatus, deſeruit, & in Lutheri caſtris ſtrenue militavit, ingenio & moribus inſignis, Rhetor & Poëta elegantiſſimus, ſcripſit: Pſalmos varios in uſum Eccleſiarum Reformatarum, quorum adhuc maxima pars reſervatur in Pſalterio Mag. Joh. Thomæ.

Thomas Watzonius: Carmen ad Arnoldum Huitfeldium. Haf. 1579.

Thyco, Epiſcopus Aarhuſienſis: Hiſtoria D. Clementis. Flor. ann. 1244.

Thomas Finchen Flensburgenſis: I. Ephemerides varias. II. Carmen ad Mag. Joh. Oldorphium. Tubingæ 1579.

Theodorus Martius: I. Epithalamium Otthonis Tott & Sophiæ Brahe, Hafn. 1577. L B. II. Precationem tempore peſtis ad Eſchyllum Bille Petri F. Hafn. 1583. L B.

Thyco Asmundus, Epiſcopus Lundenſis.

Thomas Wilhelmi, in Cathedrali Eccleſ. Lundenſi SS. Theologiæ Lector & Canonicus.

Thyco Brahe, Nobilis Danus. De quo alibi & in Vita Tychonis.

Thuo Archiepiſcopus Lundenſis: Collectanea in vitas Archiepiſcoporum Lundenſium.

Turnus, Diaconus Vibergenſis: Breviarium juris Cimbrici reſervatum in Codice.

Tilemannus Henningius, Alburgenſis, Vir bonus: Carmen Hexam. ad Joh. Schougaard. Haf. 1570. L B.

Torbiörnus Nic. Ripenſis: Γάμηλιον in nuptias Matth. Lagonis, & Mariæ Langiæ Haf. 1572.

Theophilus Sadolinus: Epitaphium Dn. Johannis Petri. 1610.

Thyco Vincentius art. liberal. Magr. Sereniſſ. Danor. Regis Secretarius. Scripſit: Orationem ſplendidam & elegantem ad Jacobum IV. Scotorum Regem Potentiſſ. qua, Regis nomine, gratulatur de nato filio (A 51.)

Thomas Wilhelmi, Canonicus & Lector Lundenſis: I. Narratio de Regum quorundam Daniæ, inprimis Chriſtiani I. religione peregrina. II. Epiſtolæ duæ Chriſtiani I. III. De fundatione Academiæ Hafnienſis. IV. Ad Imperatorem Frideric. III. 1454. V. Cenſura de Saxone Grammatico. VI. Oratio panegyr. in honorem coronat. Chriſtiani IV.

Ulpho, Nobiliſſ. Heröis Trugilli Spragelii F. Illuſtriſſ. Regis Canuti Magni, Daniæ, Norv. Angliæ, Vandaliæ, Semlandiæ Monarchæ Potentiſſimi Sororius, Celeberrimi Danorum Regis Svenonis Eſtritii, pater, apud omnem poſteritatem notiſſimus, armis clariſſimus, ſcripſit: Pugnam Can. Magni & Omundi Svetici ad Helgam, fluvium Scaniæ, carmine Dan. Sax. 178. Fl. circa an. 1020.

Udo Cimber Cuſanus: De comburendis libris Lutheri, in add. veſp. 417.

Zacharias à Vinding, Holſatus: Ecloga, qua canitur Genethliacon Chriſtiani IV. Hafn. 1577. LB.

Φyghe Snilde, ſive *Sapiens de Selandia.* Scr. Jus œconomicum, Wedderlauffs Louff, opera & conſilio Seniſſ. Canuti Magni, Regis Daniæ, Angliæ, Norvegiæ &c.

XIV.

JACOBI VLEFELDII EQVITIS DANI, CONSILIARII REGNI DANICI &c. HISTORIA DANICA

AB ANNO 1333. AD ANNVM 1559. A VALDEMARO QVARTO VSQVE AD FRIDERICVM EJVS NOMINIS SECVNDVM, CONSCRIPTA AN. MDLXXXV.

Hiſtoriæ præſtantia.

Volutanti mihi de induſtria eorum, qui majorum ſuorum annales perſtringere ſatagerunt, occurrit quam bene a poſteris meriti ſint, ut non ſolum nomina illorum in honore habeant, verum etiam ipſorum encomia celebrent; quippe meo judicio in hac rerum natura hiſtoriarum cognitione nihil excellentius exſtare autumo. Si equidem Eccleſiaſticas ſpectes, habes in iis eorum, quæ ad ſalutem ſunt neceſſaria, copioſiſſima ſcripta atque Commentaria ab Apoſtolis doctisque Theologis conflata atque enucleata de creatione mundi, de lapſu primorum parentum, de promiſſione ſeminis venturi conterentis caput ſerpentis, de lege data atque promulgata, de eccleſia fluctuante, de perſecutione membrorum Eccleſiæ, eorum denique liberatione, & tandem de nativitate filii Dei, paſſione, morte, reſurrectione, aſcenſione, ſpiritus ſancti miſſione, & his ſimilibus, ut ſi (quod abſit) gratia Dei exciderimus, non habemus, quo nos coram ipſo excuſemus, cum ipſius Majeſtatis voluntas copioſe ſatis in hiſtoriis præfatis ſit nobis denudata. Si politicas, habes in recenti memoria omnium temporum ac ætatum omniumque nationum res geſtas, occaſiones, mutationes imperiorum rerumque publicarum, ut ſi ex aliorum exemplis informari deſideres, ſuppeditant tibi hiſtoriæ innumera. Quid enim dulcius eſſe poteſt, quam de voluntate Dei certior fieri, ſc. quomodo ab ipſo ſervati ſint, qui ſeſe ipſius voluntati ſubmiſerunt? Quomodo vicisſim puniti, qui ipſius voluntati refragati ſunt? Unde occaſionem na-

Cum ſuccurrat religionis ſtudio.

ctus, ea, quæ aliis fuerint cauſa interitus, vitare poteris, eaque amplecti, quæ Creatori tuo grata cognoveris. Si hiſtoriarum myſteria exactius rimatus fueris, percipies omnes facultates ab ea primordia ſortiri & non minus, quam rivuli a fonte, derivari, utpote medicinam, jurisprudentiam & ceteras. Nam ut theologicum exercitium circa animam curandam, ſic medicina circa corporis infirmitates verſatur, & cum utrique eadem ſit intentio idemque ſcopus opitulari & ſalvare, cum hæc corpori, illa vero animæ medeatur, nemo inficias ire poterit, quin cum Medicina plurimum affinitatis habeat ſicut & Matheſis ex ſiderum contemplatione & planetarum ſitu ipſius Majeſtatis admirandam & imperſcrutabilem ſapientiam demonſtrat eademque ſignis inculcat, quæ Deus in verbis propheticis & Apoſtolicis futura prænunciat, ut ſi ſacrorum librorum nobis inopia eſſet, forent ipſius ſigna nobis præcones de calamitatibus venturis, de noviſſimo die ac mundi interitu, ut in Epicuræas & ſtoicas opiniones incidere nobis haud quaquam opus eſſet. Et ſicut olim præſtantiſſimi Heroes utpote Adam, Seth, Noe, Abraham & ſimiles, corporum coeleſtium ſtudioſiſſimi contemplatores exſtitere; ſicut & Alphonſus Rex Aragoniæ convertens in eum uſum aliquot tonnas auri; ita non deſunt hac ætate viri periti omnem moventes lapidem, quo Matheſeos myſteria exactius cognoſcantur; inter quos Tycho Brahe nequaquam infimum locum obtinet, qui etſi juvenis ſit, iſti tamen ſtudio tantum ſudoris impenderat tantumque impenſum converterat, ut vix habeat ſecundum. Et quamvis ex majorum imaginibus ſanguinis generoſitatem adeptus ſit, attamen cum illam quæ ex literarum cognitione comparetur, alteri prætulerit, voluit per eam quoque inclareſcere, ac generis ſui ſplendorem illuſtriorem reddere, memor dicti: Generoſitas virtus, non ſanguis. Et ſicut totus incumbit, ut exactum planetarum ſtellarumque motum ſuis artificioſis inſtrumentis nunquam hactenus viſis obſervet; Sic quoque Henricus Rantzovius Regis in Holſatia vicarius, vir eximiæ eruditionis ac virtutis, nihil intactum relinquit, quo Aſtrologiæ præcepta illuſtret, ut ex docto illo ſcripto nuper in lucem per Theophilum Sylvium Rantzovii induſtria edito, videre licet. Ad Jurisprudentiam quod attinet, in aprico eſt, eam a legibus divinis originem duxiſſe, cum certo conſtet omnes leges (quatenus voluntati ejus ac mandato conformes fuerint) a Moſe deſumptas eſſe, ut ſi prudentia juris vocetur neceſſum eſt, ut reguletur juxta ſacrarum hiſtoriarum cynoſuram, alias potius Imprudentia juris, quam prudentia vocetur. In ſumma, ſtatuimus per hiſtorias nobis aditum ad alias artes & facultates patere. Hoc cum ſit, laudandus eſt eorum conatus ac ſtudium, qui earum explicationem typis commiſerint. Cum autem unaquæque fere natio ſuos habeat Commentatores ac annalium Scriptores, non poſſum non hujus noſtri Regni Danici celeberrimi atque antiquiſſimi vicem deplorare, quod ex eo tot illuſtria facta tantaque rerum viciſſitudo mutationesque inciderint, non habeat quenquam, (excepto unico Saxone) qui tantas tamque celebres res geſtas obſervare, publicare, ac in lucem edere voluerit; quod hercle neutiquam noſtratum ingeniis adſcribendum cenſeo, cum in nobis eadem ſit vis atque facultas, idem vigor, idem ingeniorum acumen, quod in aliis conſpici poterit, modo voluntas, propoſitum, labor ac ſudor non defuerit, quod in Cancellario noſtro Domino Nicolao Kaas Viro præcellenti, ſatis conſpicitur. Is etſi Danus ſit, illa tamen memoria, illaque hiſtoriarum cognitione præditus eſt, ut ſi noſtræ ætatis Hiſtoricis non præcelluerit, peritiſſimo ſane adæquari poterit, & cum adhuc in difficillimis regni negotiis expediundis, hiſtoriarum ſit aviditſſimus, haud quaquam dubito, quin ſuo tempore ſegniores ad noſtras hiſtorias poſt Saxonem pertexendas inſtiget, quo facta hujus regionis clariſſima apud exteros quoque inclareſcant. Sed judicio nobis accidere, quod Horatius in ſuis carminibus meminit: Me pinguem ac nitidum bene curata cute viſes, cum videre voles Epicuri de grege porcum. Vereor, ne plures videantur eſſe de cute curanda, quam de immortali nomine comparando ac patriæ ſaluti ſoliciti, nihil penſi habentes, quod ex bonis Eccleſiaſticis laute ſatis ſaginentur, ac uſu fructu negligenter abutantur, cum porci potius Epicuræi, quam rerum honeſtarum & abſtruſarum indagatores nuncupentur: ex quorum catalogo hos tamen excluſos volo, qui alio quovis ſervitutis genere patriæ prodeſſe poterint, eosque, quibus literarum nulla eſt cognitio; item eos, quibus munus eccleſiaſticum eſt commiſſum. Ut autem pudore quodam cæteri, qui judicio ingenii doctrina me multis modis antecellunt, ſuffunduntur (modo non demiſſæ & perfrictæ frontis fuerint) ſtatuo pro mea virili compendium quoddam rerum a Valdemaro IV. ad Friderici cum ejus nominis ſecundum geſtarum paucis ſcribere, ut doctiores ad noſtras hiſtorias continuandas invitem, ſusque deque ferens calumniatorum latratus ac ſycophantarum morſus, quo etiam doctiſſimos impudenter rodere ubique noverint. Sufficiat me apud Viros bonos excuſatum eſſe, qui pro facto voluntatem reputant, ubi factum excluſerit neceſſitas conſiderantes dictum illud Conſtantini: Etiam in maximis voluiſſe ſat eſt. Interea precor, ut candidus Lector, hæc puerilia boni conſulat, emendet ac dextre interpretetur. Ex Muſæo ſedis meæ *Wlfeldsholmianæ* I. Kalend. Sept. Anno 1585.

Jacobus Ulfeldt.

Nemini dubium eſſe arbitror florentiſſimum Regnum Danicum, antiquiſſimum ac celeberrimum exſtitiſſe, primumque ejus fundatorem DAN fuiſſe, ut Saxonis ſcripta atteſtantur; quod etſi ſub Regibus quamplurimis hactenus floruerit, nunc in pace ac tranquillitate ex Dei Creatoris noſtri providentia ſub tutela & patrocinio piiſſimi Regis Friderici Secundi degimus, cujus diuturnam gubernationem à Deo ter optimo Maximo peroptamus. Quod equidem anteceſſores ejus omnes naturæ debitum exſolverint commonefactionem nobis inducit, ut memores ſimus mortis ac migrationis noſtræ ad Regnum illud coeleſte, in quo dominatur Rex Regum & Domi-

Hujus vero ope ſcientiis reliquis.

Medicinæ.

Matheſi.

Jurisprudentiæ.

Hiſtoricorum rerum Danicarum defectus.

Non a penuria ingeniorum.

Nic. Kaaſi Cancell. elogium.

Segnities plurimorum.

Autor eos ſuo exemplo excitare ſtuder.

Regnum Daniæ antiquiſſimum.

Fundatore Dan.

Votum pro Rege Friderico II.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Auct. institutum.

Dominus dominantium, in cujus poteſtate eſt regna Regibus dare & adimere. Ut autem pius Lector ſciat noſtrum inſtitutum eſſe hoc hiſtoricum compendium à Waldemaro ejus nominis quarto ordiri, ſic paucis omnia accipiat. Valdemarus Quartus pignus Chriſtophori Regis ſecundi, creatus Rex Daniæ 1334. genuit ex uxore ſua Helviga Valdemari Ducis filia tres infantes, maſculum unum & foemellas duas, Filio nomine Chriſtophori, Filiæ Margaretæ indito. Illo in maritimis fluctibus in expeditione contra Vandalos extincto 1363. hac vero Regi Norvegiæ Haquino aſſociata. Tertia copulatur Duci Megapolenſi, quæ mater erat Annæ uxoris Ducis Pomeraniæ, quæ ſuſcepit Ericum Pomeraniæ Ducem. Et ex quo cum Valdemaro eodem parente regia proſapia tota eſſet deleta, cum anno 1375. in Selandia in arce quadam hæc extingueretur, Soræque ſepeliretur, ex proceribus regni Margareta vidua jam relicta propter induſtriam & ſingularem ejus prudentiam evocata, reginaque a Danis eſt ſalutata 1376. atque a Suecis 1395. quæ Regni ſceptrum poſt fata Parentis in annum 1412. tenebat, regnans cum filio annos 11. poſt ipſum 25. cum vita mortem commutans 25. Octobr. Et ut Norvagia regno Daniæ indiſſolubili copula aſſociaretur, ſpem ſibi fecerunt de unico Filio ſuo Olao poſt fata ejus in Regem eligendo, qui cum in juventute rebus humanis exceſſiſſet 1387. (creato tamen prius Gerardo Comite in Holſatia in Ducem Sleſvicenſem) in Regem adoptavit cum conſenſu Conſiliariorum Sororium ſuum ex Filia Sororis ſuæ Ericum Pomeraniæ Ducem conſtituens ipſum Regem Sveciæ 1396. & trium Regnorum 1411. qui Svecis & Gothis imperavit annos 42. In conjugem is duxit Philippam 1406. quorum ſponſalia celebrabantur Lundis Scaniæ Metropoli. Poſt ejus adventum, cum Gerardus fatali caſu in Dithmarſico conflictu occumberet, exiſtimarunt uterque Ducatum Sleſvicenſem Jure, (tanquam regni feudum Gerardo ab Olao conceſſum) Daniæ dominio ſubjici. Unde occaſionem nacti ipſi Ducatui præeſſe ſatagerunt. Quod cum abnuerit nomine pupillorum Gerardi frater, bellum inter ipſos atrox 1475. exortum eſt, cumque aliquo tempore anceps fuerit, nunc in hanc, nunc in illam fortuna ſe inclinante partem, tandem eo res eſt deducta, ut Cæſari *Sigismundo* poteſtas controverſiam dirimendi ſit ab utrisque conceſſa. Is, poſtquam ex documentis utriusque adductis edoctus eſſet certiorque factus, Regnum Daniæ *ſuis legibus vivere* & neutiquam *imperio Romano* ſubjectum eſſe, lata ſententia Regi & Regno omnem ejus Ducatus prærogativam conceſſit, ut quoties Principe ſuo privaretur, eſſet Regi Daniæ integrum, ad perſonam ſibi placentem tanquam regium feudum devolvere, qui homagium ipſi regnoque prout feudotarium decet, præſtare obligaretur. Quo audito Holſati à Cæſare ad Conſiſtorium Papæ provocantes, ab Eugenio Quarto Papa impetratum eſt, ut is in ſuum locum conſtitueret Archiepiſcopum Colonienſem Didericum, qui ei negotio pro ſua authoritate finem imponeret. Is etſi ſibi id dominii vendicaſſet, per literas tamen Imperatoris impeditus eſt, quo minus optatum ad effectum perduxerit. Exiſtimabat equidem Imperator, crimen eſſe læſæ Majeſtatis, ſibi ſuam authoritatem præripi eaque moliri, quæ ad officium minime ſpectare viderentur. In hoc tumultu cum Dux ſe opera Imperatoris & Papæ deſtitui cognoſceret, animum ad alia media adjecit, ſtatuens ea vi, quæ jure & legibus efficere nequiret, tentare. Moto itaque bello adjunctis ſibi *Vandalicis civitatibus* cum Duce Luneburgenſi, Ericum longo tempore bellis laceſſivit, quo in prælio 1427. cæſus eſt Henricus Dux Senior, cui bello eſt impoſitus colophon, ut *Adolphus* & *Gerardus* Duces ab *Erico* tanquam primario Domino inveſtituram ſibi vendicarent; comprehenſis ſub hiſce maritimarum civitatum incolis, qui ſuis privilegiis contenti à Danorum inſultu hac in parte immunes eſſent. Sed ut nulla calamitas eſt ſola, increbuit eodem tempore rumor e Svecia ibidem tumultum atque inteſtinum bellum motum eſſe, ad quod ſe dandum Ericus animum applicarat, ſed veritus, ne odio quorundam, propter diutinam hanc inter Holſatos expeditionem ſibi in Sveciam abeunti reditus intercluderetur, itineri ſe accingens cum optimis ornamentis regalibus clam aufugit 1438. poſt mortem Reginæ ſuæ Philippæ anno nono: ea enim Lundis eſſe deſiit 1429. 8. Idus Januarii. Dani id intelligentes, ægerrime hunc ipſius diſceſſum tulere; quare confeſtim amandatis ſuis legatis ipſum revocare ſategerunt, promittentes homagium & fidelem ſervitutis operam, qui renitendo fratris ſui filium Pomeraniæ Ducem ipſis ſuo loco obtulit. Quamvis Dani, habita ratione privilegiorum, eo quod penes ipſos eſſet Regem eligendi poteſtas, non apud Reges, huic ſuæ petitioni locum nequaquam dedere; ſed cum Svecorum & Norvagianorum conſenſu 1439. 9. April. ſororium ejus Chriſtophorum Bavariæ Ducem regio diademate ornarunt, qui annis inde elapſis 6. in matrimonium ſibi aſſociavit filiam Margravii Johannis de Brandeburg Dorotheam, cum qua pie vivens in annum 1448. vitam transegit, cujus maxima erat intentio, ut cumulatis Regni annuis reditibus, tandem ſuo tempore Lubecam civitatem maritimam ſub jugum antiquum redigeret; Sed immatura morte ſublatus eſt. Exuviæ Roſcildiæ in Epiphaniis Domini ſepeliuntur poſtquam regnaſſet annos novem, Rege Erico adhuc in vivis exiſtente atque in inſula Gothlandia commorante, quæ ipſi ad tempus vitæ à regni proceribus erat præſcripta. Exſtincto abſque hærede Chriſtophoro, Dani de ſucceſſore ſibi eligendo quam maxime erant ſolliciti, idcirco ocius unanimi conſenſu Duci Holſatiæ Adolpho Gerardi Comitis Filio Daniæ coronam obtulerunt, partim quod à Regia ſtirpe prognatus, partim quoque quod abſque liberis eſſet, quamvis is propter canitiem ac virium imbecillitatem honeſte ſe excuſaverit, ne autem videretur ipſis ſuo conſilio deeſſe, placuit ipſis offerre ſororium ſuum Chriſtiernum, Comitis Diderici de Oldenburg filium, quem e cunabulis educarat, idque eam ob cauſam, ut regno Daniæ per ipſum & relictæ viduæ Dorotheæ con-

Valdemarus IV. a. 1334.

Ejus liberi.

Margareta regina a. 1376.

Gerardus Dux Sleſv.

Ericus Pomer. Dux.

Poſt Gerardi mortem bellum de ducatu Sleſvicenſi.

Imp. Sigismundi deciſio pro Rege Daniæ.

Dux tutor ad Papam fruſtra provocat.

Iterum beldium molitur.

Tandem Adolphus & Gerardus duces inveſtiuntur.

Ericus regno profugus. a. 1438.

Hinc Chriſtophorus R. electus 1439.

Ejus conſilia adverſus Lubecenſes.

Adolpho Holſ comiti regnum offertur.

Qui commendat ſororium Chriſtiernum.

consuleretur, cum is cælebs esset. Audito hoc consilio, Dani Svecos & Norvagos ad generalem conventum in Scaniæ Metropoli Lundensi evocant, ut ibi ad festum Michaelis anni 1448. comparerent; quo cum ventum esset, Norvagi se obedientes præstitere, desideratis Suecis, qui Danis inconsultis Marschalium Carolum Canutum in Regem elegerunt. Habito itaque consilio, Christiernus procerum suffragio Regno potitur, Hafniæ 1449. coronatur, sponsalia celebrant cum associata Dorothea, Margravii Brandeburgensis Joannis filia, præfati Regis Christophori relicta vidua, quæ intra ejus anni spatium filium ipsi peperit, cui nomen Olao inditum est. Hæc vitam cum morte commutavit 1495. Roschildiæ 10. Novembris ibidemque apud Christiernum maritum sepulta. Anno abhinc proximo 1450. die 29. Julii, ut Danica fert consuetudo, Norvagiam appellendo Nidrosiæ Regno inauguratur, ungitur ac diademate regio ornatur. Interea Carolus Sueciæ Gubernator, cum cognosceret Christiernum circa investituram atque solennia occupatum esse, arma in incolas Gothlandiæ movit. Instructa itaque classe, velisque vento datis ad ejus insulæ oras quam rectissime tendit; quo audito Ericus, ipsi viribus impar, Daniæ Regem de auxilio sibi ferendo solicitavit, qui ex quo facile consideraret, non de rebus Erici illic evertendis saltem agi, sed de dominio ac primatu insulæ prædictæ, statuit Neptuno suos milites committere, cujus auspiciis navibus in portum deducentibus, Carolo negotium facessere, fortuna his arridente, consilio & viribus Suecos ad remeandum, ut portus relictos resalutarent, vi coëgerunt, quibus profligatis insula potiti sunt 1452. Carolus ex hoc tumultu commotus animo volvens, quo pacto, hanc sibi illatam cladem ulciscereturet, data opportunitate sequentis anni cum celebris ille Daniæ Posthmus, quem vulgo *Oeresund* vocant, gelu in tantum obductus esset, ut nec pedestri itinere, nec cymbarum industria transeundum esset, celeriori cursu exercitum in Schaniam ducit, ferro & flammis omnia quæ poterat, devastans, contendens ad oppidum Lundense, episcopalem sedem ibidem expugnare ratus, ab ejus loci Episcopo profligatur, desideratis in eo conflictu ex Suecis mille militibus, Carolo castra metante in Dalbye: ad quem cum rumor increbuisset, vitæ fuga consulere visus in discessu Vulcani sævitia *Frostberrit* & *Villansberritt* partes Scaniæ concrematæ sunt. Quod ipsius factum Rex non permisit inultum, quippe moto exercitu in Sueciam, eoque deducto arcem Elsburgensem expugnavit, Danisque subjecit 1455. Quo tempore cum conjux partui vicina esset, filium Johannem enixa est, nomen ab avo ejus Margravio Brandenburgensi sortitus 29. Junii. Indeque anni unius elapso curriculo, utpote 1456. 9. Junii inter vivos Fridericus Germanus Johannis connumeratur 1457. Hisce transactis, nec segnem se præbuit Christiernus, sed accingens se itineri, Oelandiam & Borringholm, depopolatus est. Nec his contentus, ad Finlandicum sinum naves Danicæ plenis velis sulcatis undis properant; quo cum appulissent, arcem Wiburgum exusserunt. Eodem anno Carolus regalibus spoliatus, fugam capessere tutius sibi ratus, quam tanti Herois impetum diutius sustinere, a Gedanensibus hospitio per fugam excipitur, relinquens Regi Christierno sceptrum Sueticum, quod ipsi a proceribus, ea qua decet solennitate, eodem anno est attributum. Et sicut longo tempore, ad septem fere lustra, regia prosapia ante hunc sterilis exstiterit; sic ex Dei gratia hominumque commercio foecundata est, ut pepererit ipsi Dorothea filiam Margaretam, quam elocavit Regi Scotiæ 1457. 23. Junii. Biennio post, extincto absque hærede Adolpho Holsatiæ Duce, atque consobrino Christierni, ducatus Slesvicensis jure legitimo ad Regnum Daniæ devolvitur, qui post parentis funera, inter Germanos Filios Christierni Johannem & Fridericum divisus est. De ducatu autem Holsatiæ lis ac controversia incidit inter Regem & Otthonem comitem Schowenburg, qui etsi jure hæreditario ad se spectare existimaret, eo, quod ipse è sexu virili, alter fœmineo prognatus esset, ratione tamen sanguinis sibi potiores partes deberi Rex pro rato habuit, qui procerum auxilio stipatus in Holsatiæ Comitem omnium suffragio eligitur Ripis dominica Invocavit. Sed ne videretur Othoni injurius, erogando in ipsum 43000. aureorum, omne jus succedendi (modo aliquod fuisset) Regi ipsiusque posteris reliquit. Sedato hoc tumultu novus in Svecia hac ratione exoritur, ut hi, excusso jugo, sese viribus, Regi Sveciam ingredienti opposuerint; inermem namque hostili manu cum adorirentur, e vestigio repulsam inopinato passus est, revocato gubernatore profugo Carolo Canuto 1458. Rex etsi illam rebellionem ac vim præter opinionem illatam facile recompensasset, tamen cum gravioribus bellis eo tempore implicitus esset, præter voluntatem ac tempus opportunum differre omnia coactus est. Quippe ipsi cum Britannis negotium erat, eo quod ex præfectis suis in insula sua Islandia aliquos trucidarunt, quare instructa classe quatuor ipsis naves ademit illato undique damno permaximo, quæ tamen regnorum discordia statim sopita est. Rex videns in tranquillo omnia esse, ad arma in Sveciam movenda se segnem haud præbuit, sed itineri sese accingens, ex navibus Lubecensibus quasdam, quæ ex Svecia mercimonia devexerant, capit, spolia inter suos Capitaneos dividit. Per Legatos de iis reddendis solicitatus, neutiquam restituit, & cum adhuc arces aliquot Sveticæ à Danorum Præfectis in Regis usum regerentur, ad ipsas oppugnandas Ivarus Absolonius eques auratus à Svecis cum quibusdam copiis amandatur, qui etsi pro viribus totus incumberet, ut sub potestatem regiam eas adigeret, à militibus tamen, quos nuper in auxilium Rex miserat, repulsus, re infecta regredi coactus est. Hisce peractis, de pace renovanda, Sveci per legatos Regem solicitant, hac ratione, ut juramento Carolo præstito starent ipsoque pro gubernatore uterentur. Quod cum sibi in præjudicium Rex fieri autumaret, hasce pacis conditiones tanquam inutiles rejecit. Hisce hinc inde volutatis Carolus inter vivos

A Danis & Norvagis Rex electus a. 1449.

Suecis secessionem facientibus & Carolum regem eligentibus.

Carolus Danis bellum infert.

Sed profligatus.

Scaniam invadit.

Iterumque fugatus.

Hinc Dani in Sueciam movent.

Johannes nascitur. 1455.

Item Fridericus 1457.

Dani Oelandiam & Bornholm depopulantur, Wiburgum Finland, arcem exurunt.

Carolus è regno aufugiens a Gedanensibus excipitur.

Christianus Rex Sueciæ electus a. 1457.

Adolpho mortuo Slesvicensis ducatus inter Johannem & Fridericum regis filios dividitur.

De Holsatiis inter Regem & Ottonem comit. Schaumburg. oritur.

Sed regi is cedit enumerata Ottoni æris summa.

Sueci tumultuantes Carolum revocant.

Quem Christianus R. Britannicis rebus impeditus propulsare differt.

Dani Suecorum naves capiunt,

& bellantes abigit.

Sueci pacem petunt.

Cujus conditiones Christianus R. repudiat.

Carolo mortuo Sueci

tenonem Sture regni gubernatorem adoptant.

vivos esse desiit, cujus locum obtinens Steno Sture gubernatoris nomen adeptus est 1469. Rex animadvertens Svecos magis in hunc quam in se propensos, placuit Sveciam ingredi, spe componendi controversias inceptas, sed impeditus in Daniam reversus est. Tandem eo res est deducta, ut in Sveciam anno 1470. compareret; quo cum ventum esset, Regique in monte Brundieberg præstolanti responsum armata manu ad ipsius exercitum profligandum occurrunt, quod cum Rex resciscceret, majorum suorum exemplo vim vi repellere satagens, sese strenue defendens, manus eorum maximo cum periculo evasit, desideratis ab utraque parte plurimis. Post quem diem animo prorsus à Svecis alienato ad Danici regni administrationem se convertit posteris vindictæ locum relinquens. Hac sorte contentus, cum statueret Christiernus pacatam cum subditis traducere vitam, ecce inopinatus exoritur casus. Gerardus enim germanus Christierni, ac Oldenburgi Comes, facta irruptione in Frislandenses & Eylerstadenses partim minis, partim verbis, ipsos eo tandem adegit, ut juramento sibi præstito, homagium ac fidele servitutis obsequium polliciti sint. Proceres autem memores juramenti Regi præstiti, negotium in tantum prolongarunt, donec instructa acie fratrem atque ignobile vulgus sedarent. Audito Regis adventu, Comes cum impar viribus esset, vitæ fuga consulere visus est. (quamvis sint, qui ipsum a fratre captum, atque in arce Segeberg ad tempus custoditum fuisse tradant.) Tumulto hoc ex parte sedato, ut eo tempore moris erat, ex voto Rex ad curiam Romanam visendam animum adjecit, abiens cum insigni comitatu, associans sibi Ducem Saxoniæ. Fridericum tertium Imperatorem in via insalutatum haud reliquit, a quo, cum se benevole ac βασιλικῶς (ut ajunt) excipi cognosceret, cœpit inter alia cum ipso de Dytmarsia agere hac ratione, ut ab ipso petierit sibi concedi potestatem copulandi eam cum Comitatu Holsatiæ & Stormariæ, ut a tribus hisce provinciis unicum Ducatum constitueret, quod cum ab ipso impetrasset, ac tanquam feudum ratione investituræ sibi vendicasset, ulterius progrediens tandem ad Pontificem Romanum Sixtum Quartum devenit; à quo postquam honorifice exciperetur, omnium suorum delictorum veniam, prout ejus temporis superstitio ferebat, impetravit. Et, ex quo ante abitum voverat, se priusquam in patriam rediret, Hierosolymam profecturum, (quod fortasse nimis ipsi molestum sub ea ingravescente ætate foret) petiit se quoque per Papæ authoritatem ab eo juramento absolvi. Is cum sibi omnia licere arrogaret, se minus difficilem in hac parte præbuit, itaque absolvens ipsum, injunxit, ut ædi sacræ nuper fundatæ pauperibusque destinatæ, non procul a templo D. Petri sua munificentia adesset, elargiendo eleemosynam regia majestate dignam. Quo expedito, postquam inter ipsos de variis esset institutus sermo, Rex discessit promittens ante abitum, eo quod in juventute bonas literas non didicisset, (quod magnopere in ipso desiderabat Pontifex) Haf-

Christianus R. in Sueciam novet a. 1470. Qui Suecis rum invadenibus recessit.

Hinc Suecicas res negligens.

Gerardus Oldenb. com. Frisiam ac Eylerstadiam sibi subiicit.

Quem Rex repellit.

Hinc Rex Romam profectus.

In via ab Imp. Friderico obtinet Ditmarsiam Holsatiæ ducatui adjungendam.

Papam visit.

Qui eum ab itiner. Hierosolymit. quod R. voverat, liberum pronunciat;

& Hafniæ academiam

niæ collegium fundaret, ubi juventus in honestis studiis & liberalibus scientiis informaretur. Ipso postliminio in patriam reverso, Academiam, ut promiserat fundari curavit, accersens è Colonia viros apprime doctos. Inter quos primum locum obtinuit Petrus Scotus, Sacræ Theologiæ ejus temporis Doctor; post quem secundo habitus est loco M. Tilemannus Jureconsultus; tertius M. Petrus Albertus facultate Medicus idque anno 1474. 1. Junii. Effluxis abhinc 4. annis, 1478. inauguratus est Filius ejus Johannes, atque à Proceribus Regni Rex electus. Quo anno in conjugem sibi associavit Ernesti Ducis Saxoniæ filiam Christinam, quæ nata est 1461. extincta Othoniæ 1521. 8. Decembris ibidemque sepulta, annos attingens 60. celebrans sponsalia in Daniæ metropoli Hafnia 16. Septembris, postquam per Albertum Ernesti fratrem cum 180. equitibus introducta esset. Eodem anno inter utraque regna Daniam & Sveciam pax sancita est, quæ in tempus longum duravit. Anno abhinc primo convocati Ditmersi ad conventum generalem in Rennesburg; ut Regi Christierno homagium præstarent, cum per literas imperatorias, (ut antea commemoratum est) illa provincia ipsi suisque successoribus jure legitimo concessa esset, qui auditis literis ejus petitioni refragati sunt, existimantes Imperatorem alienare non posse, quæ ad suæ ditionis territorium neutiquam spectarent. Sed volutato hinc inde consilio, in annum negotium est protractum, ut interea ipsis esset deliberandi spatium. Anno 1481. postquam Daniæ regno præfuisset 33. annos rebus humanis Hafniæ exemtus est 21. Maji; cujus cadaver Roschildiæ in sacello trium Regum dicto, ea, qua decuit pompa, sepultum est; quo anno Christina filium enixa est nomine Christiernum, die visitationis Mariæ, qui post patrem imperium sortitus est. Anno 1482. celebrata sunt comitia Callingburgi, ubi de coronatione Johannis deliberatum est, atque conclusum, ut Nidrosiæ anno sequenti regio diademate ornaretur, quod 13. Julii executum est. Sed ex quo Fridericus ejus nominis primus Johannis germanus, Coloniam, in qua vixerat, relinquens, domum revertitur, partita sunt fratres *bona hæreditaria*, non solum *Holsatiæ ducatus*, verum & *Slesvicensis*, qui hactenus Regni feudotarius extiterat. Eodem tempore sanciebatur, ut Fridericus tanquam Holsatiæ Dux hanc prærogativam sibi vendicaret, ut intitularetur hæres Norvegiæ, quem in diem hodiernum Holsatiæ Duces usurpant, idque (ut existimatur) minus juste; quippe spectarat Norvagia jure hæreditario ad Filium Haquini atque Margarethæ Olaum, qui, eo quod ex Danorum proceribus in Regem creatus esset, cum suffragio materno omne jus illi regno & coronæ Daniæ resignando indissolubili nexu copulavit, ut non minor esset ipsis potestas eligendi Regem, quem vellent, Norvagiæ, quam Daniæ, salvo tamen hoc copulationis vinculo, ut utraque regna uni Regi perpetuo parerent. In cujus rei evidentius testimonium videre est, nec Regem Pomeraniæ Ericum, nec Christophorum Bavariæ Ducem veros heredes Mar-

instituendam monet.

Quod & Rex fecit a. 1474.

Johannes inauguratur a. 1478.

Pax inter Daniam & Sueciam sancita a 1478.

Ditmarsi Regi obnituntur.

Rex e vita decedit 1481.

Comitia Callindburgensia 1482.

Johannes cum fratre Friderico bona hereditaria ducatum Holsat. & Slesvic. partitur.

Friderico titulus heredis Norvagiæ conceditur.

Principes Holsatiæ eodem utuntur.

Christianus II. R. a. 1514.

Margaretæ sibi quid juris magis ad Norvagiam quam Daniam vendicasse. Exstincto Joanne in Regem creatus Christiernus II. Coronatur in Daniæ metropoli Hafnia 1514. 33. annorum Princeps. Is cum pellicem nomine *Dybiche* filiam cujusdam mulieris *Sybreth* (plus justo) amaret, inito consilio senatores unanimi consensu suadent, ut ad cujusdam Herois filiam sua prosapia dignam amandam potius animum adjiciat, alienando à se scortum illud sibi ipsi & patriæ exitiale. Quare amandatis Legatis, Archiepiscopo Nidrosiano *Erico Walchendorpio* cum aliis sibi adjunctis, cum plenaria potestate de ducenda in uxorem *Elisabetha* Caroli Quinti sorore nec non filia Philippi Regis Hispaniarum, iis quidem antequam datum est responsum, facta est mentio pellicis, existimantes consultum haudquaquam esse, ut ipsi desponsaretur, ni prius certificarentur, Regem ante ipsius adventum hanc deserturum. Data itaque fide, voti compotes efficiuntur, Regique de sponsa petita optatum responsum reportarunt. Peracto itaque negotio in Daniam circa 10. Augusti 1514 mittitur Isabella nondum 15. annos nata, ac octavo abhinc die solennibus nuptiis Regi copulatur. Archiepiscopus animo volvens, quid Cæsari promiserat, petit a Rege, ut concubinam dimittat, quod se facturum Rex pernegat, significans se quidem fateri, ipsi eam datam esse potestatem, ut de Isabella ageret, quo ejus potiretur, nullatenus tamen se obligatum esse, ut hanc dimittat, cum hujus rei nullam ipsi in ablegatione injuncta potestatem concesserit. Quod responsum usque adeo ægre tulit Episcopus, ut exulare potius voluerit, quam sub ejus patrocinio degere. Resignato igitur juramento declaratoque hoste discessit Fuit *Torbernus Oxius*, vir nobilis Capitaneus & Præses arcis Hafnienſis, is ex quo sibi desponderat in uxorem filiam Sybreth nomine Dybike concubinam Regis, illaque fortasse immatura morte opinione citius extincta sit, injecit Regi scrupulum, quasi vel per Torbernum vel per ipsius familiares, qui ipsi hanc felicitatem invidebant, quod honesto ac nobili Viro copularetur, veneno e medio sublata sit. Et ut aliqualem occcasionem ipsum decollandi haberet, hanc præ aliis exstruxisse perhibent. Relegaverat paulo ante Torbernus ad corvos, cum arcis Hafnienſis præses esset, scribam quendam, Johannem nomine, Regi perquam charum, cui existimabant vim illatam esse, cum de nocte, (ut ajebant) in ejus rei testimonium candelæ ardentes viderentur, hunc e patibulo sublatum, sepeliri Hafniæ magna cum pompa curavit. Sed sicut omnium ætatum historiæ attestantur, quam pernicioſi fuerint Regibus & Rebus publicis mali consiliarii, sic in hujus gubernatione (proh dolor) conspicitur, quippe usus est hic princeps cujusdam Viri sordidi M. Ditherici consilio, majorem in ipsum spem collocans, quam in summum Consiliariorum; quod inde liquet, quod, ex quo *D. Ottho Krumpen* ipsum paulo ante coronationem instigasset, ut aliqualem benevolentiam proceribus regni Sveciæ præstaret, creando bene meritos in equites auratos, id quod se facturum pollicitus sit, alteroque die, postquam alterum convenerat, animum ac propositum mutans, hanc prætendit occasionem, sibi neutiquam licere in ipsos beneficia conferre vel dignitatis titulo ornare, qui in ipsum arma converterant; se tamen futurum alio tempore paratissimum, cum quid laudabile ipsius nomine exsequerentur, de ipsis bene mereri. Tertio post coronationem die, qualenam ipsis sit præparatum convivium, significatum est. Causa equidem decollationis nobilium civiumque hæc asserta est atque in publicum per præconem proclamata est; primum quod Patri debitum homagium haud præstiterant, sed contra datam fidem ab ipso aliquoties defecerant; secundo, quod contra ipsum literis ac sigillis se obligaverant; tertio, quod Archiepiscopum Upsalensem cum parente & familiaribus in vinculis detinuerant, arcem ejus vastantes ipsumque vulnerantes, bonis ecclesiasticis ad se spectantibus spoliarint, ipsum incusantes, quod à partibus Regis juxta juramentum sibi datum steterit. Haice occasiones & si prætenderit, in coronatione tamen, (ut antea dictum est) omnia delicta condonarat, atque cum juramento obstrinxerat, ne in quenquam propter facta præterita animadverteret, sed spreto saniorum consilio, hujus Diterici secutum, varia ipsum attentasse compertum est. D. Ottoni Krumpen viro industrio pietatisque amanti hæc mactatio magnopere displicuit, quapropter nihil antiquius duxit, quam domum revertendi veniam petere, ut ab ipsorum commercio hac ratione commode se jungeretur. Sed hujus petitionis cum compos non fieret, Diterici intercessione utens, quo volebat, pervenit, resignans ipsi suum officium, quod lubens ipsum susceppisse notum est. Ut autem aliquam benevolentiam *M. Ditherico* Consultori præstaret, creatus est ab ipso in *Archiepiscopum Lundensem.* Sed ut Deus nullum scelus sinit impunitum, quin tarditatem poenæ gravitate compenset, sic hujus imperium brevi post evertit. A. 1522. advolarunt equidem *Legati Papæ* conquerentes de injuria Svecis illata, cum mandatis ut Regem cum toto regno excommunicarent. Quo audito Rex in M. Ditericum culpam conjiciens, ipsum accersiri curavit, quem Hafniæ in foro generali, (Machiavellico more) astantibus Legatis in rogum per lictorem conjecit, existimans hac ratione omnia expiata esse, quæ executio pridie conversionis Pauli habita est, ut is cum Paulo vel converteretur vel averteretur. Paulo post 1523. conscripsit Rex omnium civitatum Cimbriæ Consules, ut *Callenburgi* comparerent satagens cum ipsis deliberare, qua via de novo Suecos adoriretur, sed postquam pelago sese commiserant, vi ventorum depulsi sunt, ut portus relictos revisere coacti sint. Quo audito statuit Rex *Arbusium* se conferre, ut ibidem cum ipsis ageret. Sed proceres metuentes ne in se, quod antea in Suecos moverat, attentaret, conjunctis viribus Regi se opposuerunt eligentes Regem *Fridericum* & sperantes ipsum se à tali tyrannide vindicaturum, cum promitteret se privilegia sua sarta tecta relicturum, quod etiam ad vitæ tempus executus est. Concessit enim

Amore pellicis Düvicke irretitus.

Isabellam Hisp. R. filiam in matrimonium ducit.

Ericus Walchendorpius archiep. Lund. a rege postulat, ut pellicem dimittat.

Quod cum abnueret rex, ille Daniam relinquit.

Duvicke desponsata Torberno Oxio arcis Hafn. præfecto.

Unde Torberno veneficii suspecto iniuriæ.

Rex Dieterici consiliis pessimis utitur.

Ottonem Krumpen saniora suadentem negligit.

Lanienam parat Holmensem.

Dietericus' creatur archiepisc. Lund.

In quem postea culpam cædis Holm. Rex transfert.

Eumque supplicio publice afficit.

An. 1523. Conventus Callenburgi minus succedit.

Itemque Arhusii.

Fridericus ejus loco eligitur.

enim nobilibus *jus in proprios ruſticos*, ut quoties laberentur, mulcta ad legitimos Dominos devolveretur. Anno 1525. deſponſata eſt Principi Boruſſico Alberto Filia Friderici Regis Dorothea. Rex poſtquam per dogma Lutheri in vera religione informatus eſſet, ſub ſua protectione omnes monachos, Presbyteros, quibus eſſet animus matrimonium contrahendi coenobiaque relinquendi, ex eo die ſuſcepit, edicens, ut Chriſti evangelium in hiſce regionibus publicaretur, convocans Papiſtas & Lutheranos ad generale concilium, relinquens utrique parti liberam de articulis fidei, diſputandi facultatem; ſed cum Papiſtæ ad concilium Papale provocarent, nihil hac de re confectum eſt. Dum hæc aguntur, Chriſtiernus profugit in Norvagiam cum claſſe Hollandica. Anno abhinc proximo 1533. naturæ debitum exſolvens Rex Fridericus Sleſvigæ ſepelitur, poſtquam regno annis decem præfuiſſet, relinquens ſenatoribus de altero Rege eligendo occaſionem; qui poſtquam diu multumque deliberaſſent, non tamen convenire poterant, cum illi papiſticam religionem, hi autem Lutheranam (ut vocant) foverent. Sed cum in confeſſo eſſet Regis filium natu maximum, virilem jam attingentem ætatem, evangelium amplexum fuiſſe, placuit curiæ magiſtro D. Magno Goë cum aliis quibusdam, eligere eum, (quamvis fuerint, qui Principem Johannem maluerint, quod natu minor eſſet, exiſtimantes, ipſum in papiſtica religione informari poſſe) Lubecenſes, certiores facti de Regis morte, ſtatuerunt attentare, numne Daniam ſub ipſorum poteſtatem in hoc tumultu redigere poſſent. Datis itaque literis ad Hafnienſium, Malmogienſium civitatum Conſules pollicentur, ut ſi eorum partes tueantur, in *maritimarum civitatum* numerum cooptentur, ipſorum privilegiis fruantur. Quam conditionem cum Georgius Monetarius ſuſciperet, vocans ad ſe arcis Præſidem *D. Magnum Gyldenſtierne*, in cuſtodia ipſum perfide detinuit, capta arce dirutisque moenibus civitatem verſus, ut omnibus e civitate in arcem liber pateret introitus. Equites quoque auratos *D. Trudonem Georgii, D. Nicolaum Podebusk* ſimili laqueo cepit, cum nobilium filiis, qui eo tempore in ludo triviali literis operam impendebant. Lubecenſes exiſtimantes, ſe quaſi dominio in Danos potiri, collecto milite Comitem de Oldenburg Chriſtophorum in Holſatiam mittunt, qui poſtquam eo deveniſſet a Duce Holſatiæ Chriſtierno repulſus eſt, ut per eandem, qua venerat viam, regredi opinione citius cogeretur. Sed cum hoc ipſis haudquaquam ceſſerit propoſitum, alia via Danos adorti ſunt, volentes maritimo itinere terreſtre diſcrimen vitare. Sed fruſtra; quippe, cum vitarent charybdin, in ſcyllam inciderent. Cum autem cum peditum vexillis, qui ad portum Selandicum Huidoë appellerent, declarare coeperunt, quam ob cauſam eo cum copiis ſuis adveniſſent, ſimulantes ſe in gratiam Chriſtierni Regis captivi adveniſſe, ut ipſum vinculis ereptum priſtinæ dignitati reſtituerent. Coloni (ut in Regem erant propenſi hoc animadvertentes exorari ſeſe facile patiebantur, ut

eligio' puor in Daam introucta.

hriſtianus e gno aufut.

riderico ortuo de ge eligendo eligionis uſa diſſidetr.

lox Chriſtiaus Frid. fil. atu max. ligitur.

Lubecenſes regnum Daniæ affectant.

Danos ad defectionem follicitant.

Georgii Monetarii conatus.

Lubecenſes Chriſtophorum Com Oldenburg. adv. Holſatos emittunt.

Prætexunt cauſam regis Chriſtierni.

Cui coloni ſe addicunt.

obſequium præſtarent; data igitur fide ipſius dominio ſeſe ſubmiſere. Proceres quoque ac nobiles, utpote *D. Tycho Krabbe* & ceteri videntes, ſe omni auxilio deſtitutos eſſe, (nam expectarant jam pridem à Guſtavo Rege Sueciæ ſubſidium promiſſum) inviti nomine Chriſtierni homagium præſtitere. Holſatiæ Dux Chriſtiernus memor injuriæ ac violentiæ ſibi à Lubecenſibus illatæ, quod Comitem ad ſuas oras expugnandas paulo ante amandarant, ſeſe itineri accingens 1535 Lubecam obſedit, adeoque moleſtat, ut, ſi avocatus haud fuiſſet, intra menſtrui ſpatium opinantur ipſum ea potitum fuiſſe. Cauſa equidem diſceſſus hæc erat. Appulerat ad ſinum Olbingenſem Nauclerus quidam Clemens nomine Chriſtierni, Cimbriam invadere ſatagens, ut eo tutius Comes in Selandia & Scania graſſaretur, quem ſimili ratione, qua Comes ad ſe ſubditos attraxiſſe perhibent, cum ſe clientem Regis Chriſtierni fateretur omniaque ad deliberationem ipſius ſpectare prætenderet. Vulgus ignobile (ut ſolet) ad *rebellionem* propenſum, ſeſe ipſius clientelæ ſubmiſere, militantes cum ipſo rectaque ſeſe Olburgum conferentes, omnia ferro & armis devaſtarunt. Proceres & nobiles id animadvertentes collectis viribus collatisque lignis Capitaneum adoriuntur, victoria penes hunc manente, quo facto, ne de novo bellum redintegraret illosque absque Capitaneo & Duce militantes opprimeret, miſſis ad Ducem Holſatiæ Chriſtiernum literis, ab obſidione Lubecenſi avocant promittentes ipſi omne obſequium atque inaugurationis honorem, qui inita cum Lubecenſibus pace, in Cimbriam ſeſe ad ſuppetias nobilitati & Regno ferendas, confert. Quo cum ventum eſſet, Capitaneum cum ſuis copiis nunc quaſi victoriam nactum triumphantem offendit: ſed ut fortuna cum blanditur, plerumque fallit, ſic prænominatum Nauclerum quoque fefellit; nam profligatus atque fuſus eſt ipſius exercitus penes Randershuſiam. Sumpto de Rege fictitio Wiburgi ſupplicio, qui ex quo a plebe Rex ſalutatus eſſet, coronatus eſt corona plumbea, poſtquam corvis præda in patibulo fieret. In hoc tumultu cum Comes (ut commemoratum eſt) parte Schaniæ & Selandiæ potiretur trajiciendo in Fioniam, Fionenſibus hoſpes eſſe volebat; ſed ut principiis obſtaret Chriſtiernus amandatis copiis Aſniam obſidione cingit, idque eo quod exploratum haberet, Comitem cum ſuo exercitu ibidem ſe continere; Sed (ut inquit Terentius) omnia prius experiri verbis, quam armis, ſapientem decet, utrisque viſum eſt, de induciis ad tempus pacisci, ut alter alterum conveniret, deque bello ſedando ageret, quod etiam accidit. Convenerunt enim Coldingi; ſed cum magnam pecuniarum vim expeteret, Rexque haud annueret, re infecta ille ad ſuos revertitur. Comes qui nomine captivi Regis, plebem benevolam ac obſequentem ſibi reddidiſſet, collecto ruſticorum agmine ſtatuit a fronte Chriſtierni copias adoriri, dato Aſnienſibus, qui in præſidio erant ſigno, ut & illi a tergo in ipſos impetum facerent, exiſtimantes ipſos tum demum haud qua-

Idem auxilio Suecorum fruſtrati & alii faciunt.

Hinc Chriſtianus Lubecam obſidione premit.

Sed avocatus auſibus Clementis Nauclerì in Seelandia & Scania graſſantis,

& ad Danos auxilium eius expetentes properat.

Clemens cum copiis proſtratus clade Randershuſ. & ſupplicio affectus.

Rex comitem perſequens.

Aſniam in Fionia obſidet.

Inducias paciſcitur.

Coldingi pacis tractatio irrita facta.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quam elabi posse. Quod cum Christierni milites resciscerent, motis castris relictaque obsidione, eadem vespera recta ad castra Comitis properant, statuentes cum ipsis nil tale exspectantibus manus potius conferere, quam ut sua cunctatione convolandi ad reliquum exercitum hosti potestatem darent. Comes videns exercitum Ducis præter exspectationem adventare, maluit potius aperto Marte præliari, quam in castris ab hostibus opprimi, & cum in montis cacumine in loco plano castra metaretur, in conspectu Ducis exercitum è longinquo habere potuit. Quare relicto monte reductisque in ordinem militibus, Ducis copiis obvius fit. Hi opportunitatem hostes invadendi nacti, haud segnes fuere, quin in illos magno cum impetu ferrentur. Datis igitur ab utraque parte signis, tubicines (prout moris est) tubarum strepitu ac taratantararum sonitu milites usque adeo commovere, ut alter in alterum involarit, manctantes prosternentesque, donec exercitus Comitis hujus mactationis pertæsus ac minus assvetus, fuga vitæ consulerit. Quo in prælio desiderati sunt duo Comites, alter de Hoier, alter de Techelburg, cum Episcopo Gustavo multisque aliis nobilibus & ignobilibus. Christophorus hoc infortunato expertus bello, recta Hafniam cum *Duce Megapolensi* contendit, spem sibi faciens, propter loci munitionem tuto degere posse. Sed Christiernus, ne hosti recolligendi vires potestatem concederet, quam celerrime subsequitur, Hafniamque ingressum obsidione cingens in annum integrum in civitate utrumque detinuit. Sed cum omnis ipsis aditus esset intercluſus, ut haud quaquam victum commeatumque habere possent, vel quo se ab excruciante fame vel siti vindicarent, coacti sunt sese dedere, & in manus hostium civitatem tradere, hac conditione, ut liberum ipsis esset, cum rebus suis, quo vellent, aufugere. Quod cum ipsis concederetur, datoque juramento ne unquam in Danos quicquam atrocius molirentur, data est ipsis abeundi potestas. Sicque relicto oppido naves conscendunt, atque in Germaniam proficiscuntur. Dux hisce molestiis liberatus, ut animo erat heroico ac pietate singulari imbutus, ita serio cogitare cœpit, quo pacto vetus fermentum à regno expurgaret ac sacrosanctum Christi dogma purum (hactenus papali traditione obscuratum) restauraret. Evocans igitur Witeberga D. Johannem Bugenhagium Theologiæ Professorem, nec non cathedralis Ecclesiæ Wittebergensis Superintendentem; qui cum venisset reperisserque, omnia inquinata esse, ac papisticis cæremoniis, indulgentiis, bullis pontificiis &c. contaminata, habita inquisitione, ab hujusmodi nævis regnum vindicavit; à quo postea Christiernus Hafniæ coronatus est 1537. Reformata jam a Pomerano, Palladio & Machabæo Theologiæ Doctoribus religione secundum confessionem Augustanam, Episcopi totius Daniæ, qui hactenus papisticam religionem foverant, ab officiis depositi sunt, ac in illorum locum substituuntur viri docti, in vera religione informati, qui adhuc nostræ religioni præsunt. Paulo post habitus est conventus Brunsvigæ, de religione Lutheri amplectenda, ad quem Principes quam plurimi confluxere; quorum in numero Christiernus ejus nominis tertius Rex jam creatus censendus est. Is equidem cum Principibus foedus pepigit, ut omnes eam amplecterentur doctrinam, quæ in Augustana Synodo approbata ac recepta est, promittentes, ut, si aliquis eorum a quoquam propter illam religionem infestaretur, unanimi opera conjunctisque viribus omnes sese ipsi opponerent, alterque alteri subsidio veniret, quo expedito domum revertitur. Rex memor promissionis, ut regnum eo magis floreret atque omnium ordinum personis Ecclesiasticis prospiceretur, effecit, ut Universitas Hafnienſis non solum doctis & eruditis viris floreret, verum etiam bonis sufficientibus abundaret. Ad huc ut Episcopi, Pastores, Diaconi & ceteri, suos unde viverent, reditus copiose haberent, ne inopia pressi à studiis avocarentur. Sed cum ex ordinatione ecclesiastica typis commissa, ea omnia clare satis perspiciantur, missa ea heic facimus. Et sufficiat significare, piissimum hunc Regem ad vitæ tempus totum intentum fuisse circa verbum Dei propagandum in ecclesiis & scholis restaurandis, ut vix ante se secundum habuerit. Eodem tempore paciscitur Rex cum Imperatore CAROLO Quinto, qui etsi in animum induxerat, sibi & regno bellum inferre, propter generum suum Christiernum in vinculis detentum, attamen cum de ipsius tyrannide plus satis instructus & informatus esset, animum mutans sese amicum Regis declaravit. Anno abhinc proximo in gratiam a Rege Dytmersi recepti sunt, quod ni factum fuisset, procul dubio ipsius in se impetum experti fuissent. Sed ut Princeps erat pietatis pleniſſimus pacisque amantissimus, facile placatus est. Hisce transactis, Rex de pace ac concordia fovenda magis quam de bello movendo solicitus, totum vitæ tempus in pietate traduxit. Biblia sacra in Danicum idioma opera & industria doctorum virorum verti curavit. Ecclesiis, Scholis, Pastoribus, pauperibus sua munificentia subvenit, necessariaque subministravit. Subditos suos vero amore complectens, ut ex vero Pater Patriæ Gregisque Pastor nuncupatus sit, &, ut paucis multa comprehendantur, nomine & re ipsum verum Christianum exstitisse nemo dubitaverit. Et sicut pii in hoc seculo magis, quam impii à variis morborum generibus, variisque calamitatibus infestantur; sic noster hic Rex piæ memoriæ, suam quoque sustinebat crucem. Quippe laborabat multis annis adversa valetudine, antequam supremum clauserit, unde occasionem nactus de æterna salute acquirenda magis, quam de hujus mundi vanitatibus ac illecebris solicitus fuerit. Ita equidem vitam instituit, ut cum Nerva Imperatore vere dicere potuerit: *Se nihil in vita unquam feciſſe, quo minus potuisset etiam depoſito imperio inter ſuos privatus tuto vivere.* Memor etiam Symboli *Nigerii* dicentis: *Vivus placere volo, mortuus etiam laudari.* Et cum extent doctorum scripta, quibus hujus piissimi Regis vitam ac mortem copiose

Prælium atrox.

Comes Hafniam confugit.

Sese tandem dedit.

Ad religionem puriorem in Dania amplificandam Rex Jo. Bugenhagio utitur.

Coronatus a. 1537.

Brunsvicensis conventus,

ubi religionis foedus factum.

Academiæ Hafnienſis augmenta

& religionis,

Ditmersi se regis fidei committunt.

Biblia in Dan. linguam tradu&a.

Regis porro laudes.

copiose satis perstrinxerunt, plura de iis modo commemorare supervacaneum arbitror, cum omnibus constet, ipsum placide in Domino *1. Ja-*
Mortuus 1559. *nuarii anno 1559. Coldingi*, postquam *ab angelo* de sua morte commonefactus ac viatico, nempe corpore ac sanguine Creatoris nostri, munitus esset, obdormiisse, suo tempore plenam resurrectionem cum toto Christi corpore exspectans.

XV.

GEORGII HILARII RERVM GESTARVM SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS DN. CHRISTIANI QVARTI

DANIÆ NORVEGIÆ VANDALORVM GOTHORVMQVE REGIS, DVCIS SLESVICI, HOLSATIÆ STORMARIÆ AC DITHMARSIÆ, COMITIS OLDENBVRGI ET DELMENHORSTIÆ LIBRI DVO SCRIPTI A. 1636.

Epistola dedicatoria ad potentissimum & illustrissimum Principem CHRISTIANUM QUINTUM Daniæ, Norvegiæ, Vandalorum Gothorumque electum Regem, Ducem Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ ac Dithmarsiæ, Comitem Oldenburgi & Delmenhorstiæ.

Potentissime & illustrissime Princeps Domine clementissime, ex iis omnibus quæ in genus humanum munifice contulit Deus benignissimus primas facile tenet fama laudabilis, quam quo generosioris quisquam indolis fuerit, eo impensius amat ac suspicit: sola enim hæc evoluta temporum vitæque periodo incolumis ac superstes nec ævi tacite se volventis edaci dente consumitur nec sequacibus flammæ voluminibus implicatur nec fortunæ variantis incursu labefactatur sed illibatam vitæ innocentiam atque integritatem magnifice testatur. Qua vero alia lege quibusve rationibus eandem ad posteros transmissum iri sperabimus? nisi suffragio virorum solidæ ac reconditæ eruditionis, qui seculi semper florentis curriculo ingenii ventilabro ac sufflamine deducto præclara heroum facinora promovent quod ipsum olim Flaccus intellexit, nam

Dignum laude virum Musa vetat mori.

Defluunt sane passim ac ruinam minantur desultoria levitate res omnes, quarum imagines famelica cogitatione totisque quasi olim quinquatribus curiosi lambimus. Cumque nos avide quævis deglutientes ad alterius semper boli jactum erector atque attonitor fortuna deprehendat, hianti porro ac spe fusp ensa fluctuamus nec manenti veræque innitimur voluptati. Ejusmodi ergo quæ animum non implent sed frontem tantummodo in præsens remittunt atque serenant in votis tantopere nobis non erunt. Per inexplicabiles fatorum ordines cum sic cuncta desiliant fortunæque ludibrium debeant mortalia, contagiosas quæ seculi vices secure eludunt expetenda, & Seneca monente, omnis dies, omnis hora, omne momentum quam nihil simus ostendit & aliquo argumento recenti admonet fragilitatis oblitos, cum æterna meditantes ad mortem cogit respicere, excutit natura intrantem sicut exeuntem nullique spiritum in æternum dedit. Quandoquidem externa illa circa corpus adjacentia pars nostri non sint sed solus animus, cujus aurigante ac ducente vi non tribunitia aliqua sed spontanea & molli ad ardua virtutis devenimus fastigia. In hoc præcipue qui rerum potiuntur incumbant ut quod proprie sit suum sui juris vere faciant, mentem intelligo expolitam atque inde derivatam plena scaturigine virtutem quæ rerum præclare gestarum marmoreo corroboratur cardine, atque inclytæ famæ vehiculo Musarum viribus subnixo æternitati consecratur. Ubi vero constaret sibi soli non natos esse homines tacitamque mecum rationem inirem, quo potissimum nomine regi ac patriæ, quibus secundum Deum me totum debeo, prodessem: Occurrebant in primis potentissimi ac sereniſſimi Regis CHRISTIANI *quarti* Domini mei clementissimi mira facie atque cumulo res gestæ, quibus illustrandis si pensi aliquid sumerem non omnino operam & oleum me perdere arbitrabar. Inter sacrum diu saxumque constitutus lupumque quod dicitur auribus tenens periculosæ plenum opus aleæ tentare viribusque meis majorem sarcinam allevare tantisper supersedi ac propemodum refugi, ne sic magnas magni regis laudes culpa deterere ingenii viderer, malui tamen animi audacis tentando subire discrimen quam tacendo ingrati atque pusilli. Carmine itaque heroico heroïs incomparabilis res gestas per panegyricorum fragmenta adumbrare, non ad vivum delineare aut exprimere sum aggressus, illud enim laboriosius quam Sibyllæ folium ac testante quidem Claudiano

Carmen amat quisquis carmine digna gerit.

Egregia sane facta & præclara potentissimi regis facinora tanti omnino sunt, ut non solum perfecti principis specimen edant & exemplar constituant, sed & orthodoxæ inprimis religionis, politiæ bene ordinatæ normam præbeant, eo enim sereniſſimus rex omnes actiones & cogitationes suas direxit ut secundum gloriam Dei quam omnibus tam privatis quam publicis negociis antepositi patriæ emolumentum ac incrementum moliatur. Obeliscos interim & libratilem criticorum spongiam videre mihi videor, sed respondebo nihil simul & semel inceptum ac perfecte esse absolutum & lubens à judiciis hominum emunctæ naris pendebo meamque aget Menander causam quod

Τὸν μαχοντα ἐτείτιμεν ἔκ ἔστι ἄργαλεον
ἄλλον δὲ μαχεσθαι ἔκ ἔστι ῥᾴδιον.

Pugnantem reprehendere non est difficile
Ipsum autem pugnare non est tam facile.

Polypositis igitur istis homunculis auris adeo ac palati delicatuli quibus nihil satis placet & qui

quærunt quasi ἐν τῇ Φακῇμύρον in lente unguentum non movebor sed cum Flacco,

Fungar vice cotis acutum

Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi. Stimulumque & calcar adjiciam aliis ut splendidiorem materiæ illius exordiantur telam. Cui autem lucubrationes hasce meas quibus perdius ac pernox impallui, dedicarem atque offerrem, tu mihi Princeps illustrissime visus es dignissimus tam patris similis quam virtutum æmulus atque studiosus. Immensas sane regis excellentissimi laudis ineptis inurere calamistris religio esset ac piaculum, lenociniis vero verborum imbuere ac quæsitis arte coloribus vestire operæ pretium, quapropter jam nostra (cum Ovidio)

Pagina judicium docti subitura movetur
Principis ut Clario missa legenda Deo.

Te profecto princeps optime matura virtute & adulta prudentia præditum rerumque & doctrinæ usu excellere nemo ignorat. Gratiam ideoque ut non contemnendam inirem atque obnoxie inescarem harum vigiliarum labores mihi exantlandos desumpsi, nam

Principibus placuisse viris non ultima laus est.

Qui non æque literas dari existimant ac stipulas & libros ac sarcinas capsarum molestas, neque in alium aliquem finem studiorum meorum stadia sollicite satis decurri quam per illa ut regi ac patriæ servirem. In id etiam hoc panegyricorum libros concinnavi stylo quamvis facili atque humi repenti ut in tali re perfectissimarum virtutum speculum ob aciem oculosque mentis sibi constitutum inconniventibus atque irretortis pupulis reliqui reges ac terrarum principes intueantur promptissime atque agendo imitentur. Opus autem ipsum non solum propterea latino carmine adornavi ut regis sui res gestas recenti adhuc memoria vigentes ac floridas legant homines vernaculi & indigenæ sed peregrini & exotici non perinde rerum nostrarum gnari & ligati sermonis ordo altiores ac firmiores in animis lecturientium radices agat. Tibi vero qui referente fama in quosvis doctos obvius es & expositus patrem feliciter exprimere Deus largiatur, beneque facere (cum Salustio ut loquar) ex consuetudine in naturam vertat & ut regnorum sic quoque virtutum hæredem te filium optimum optimus constituat parens. Lucubrationes has si tibi non displicuisse sensero, nihil verebor, ne parum aliis probentur, quis enim eo impudentiæ conscendit ut à tam accurato ac maturo judicio dissentire non erubescat. Quod si quis audeat tua tamen vel tacita mihi patrocinabitur authoritas: Te interim princeps potentissime precibus assiduis Deo consecrare pergam. Vale 24. Febr. 1636.

T. C. subjectissimus
G. H.

RERVM GESTAVM CHRISTIANI QVARTI LIBER PRIMUS.

Christe benigne fave & devotis annue cæptis
Namque tuo nihil est unquam sine numine felix,
Principium & tu finis eis, operumque meorum
Auspicium certum, Christi de nomine Reges
Rex inter magnos qui maximus omine famæ
Docta per ora virum volitat dicendus & ecce
Illius immenso diffusa inclaruit orbe
Gloria. Per fastos tradenda nepotibus olim
Inclyta facta cano Regis, qui pectore puro
Omnipotens numen veneratur, & omnibus horis
Nititur & Rex esse sui & Rex esse suorum.
Sic belli & pacis medjus molimine mentis
Magnifico imperii vastas moderatur habenas,
Illum ut si dubio quis Marte lacessat in hostem
Induat arma alacris forti & conamine victor:
Fortunata togæ compendia gnaviter ornat,
Sublevat insontes sufflamine juris & æqui
Tam castigator scelerum morumque popelli
Justitiæ crudam recoquit sartagine massam
Informis vulgi, quam corda immunia fraudis
Defendit veræque juvat virtutis amantes.
Danica sceptra tenet Rex quartus nominis ejus
Qui nomen Christo & vitalem consecrat auram,
Fortibus atque bonis fortesque boniq; creantur,
Regia sic virtus de stirpe resultat avita
Regibus ex atavis quam illi genitura propagat
Naturæ ingenium, hærentem radicibus altis
Et porro recipit præclaræ mentis abyssus.
Huic probitas, sincera fides, & gloria curæ — Cura regis in negotio religionis.
Divina est, grates huic & respublica debet
Utraque perpetuas: id pensi sumere primum
Cæpit, ut æterni vigeant præconia verbi
Ordine servato Christi mandantis & usu:
Ne lolia irrepant in messem noxia sacram
Cavit, & humanæ submovit sphalmata mentis
Quæ divina olido conspurcant dogmata fuco
Tartarei artificis, si vel commenta refundat
Putida de puteo semper fumantis abyssi
Mendaci errorum nebulas spargente cohorte.
Haud secus ac validis ventorum flatibus æquor
Commotum elisam fundo violentius algam
Respuit, evibratque in ripæ margine bullas
Spumantes, fractæque gemunt ad littora voces
Undarum; Seu Papa jubet diri assecla ditis
Ficta opera à sacro tam dissona codice, celso
Eminus à cælo quam distat machina terræ,
Sive vomat varias ratio perversa figuras
Procudatque novos Canones, fontemque salutis
Fætidulis deturpet opinio vana lacunis.
Postquam in fata parens concesserat ultima Regis
Illustri fama FRIDERICUS ad æthera notus,
Filius haud proavorum ulli virtute secundus
Mente manuque simul regalia sceptra capessit:
Munia constituit diversa in plebe togata
Præcones Christi larga mercede beavit
Quorum opera lætos bene culta Ecclesia fructus
Parturit, umbrosæ ceu quondam in saltibus Idæ
Aëreas intonsa comas & fagus & ilex
Germinat ubertim vel semper florida pinus.
Deinde Professorum vigili vaga pectora curæ — Academiæ Hafniensis commoditas ac incrementum.
Committit, docilem queis castigare juventam
Ad disciplinæ mandat præscripta severæ;
His & distribuit stipendia lauta quotannis:
Cænobium struxit studiosæ in commoda pubis
Quam libertate & sinceris legibus auxit
Munificaque manu Cerealia dona ministrans
Centum & bis denos semper curavit alendos
Hafniaca in celebri surgunt ubi mœnia portu:
Hic & Musarum præclara habitacula late
Nota per indomitas spargunt encomia gentes.
Barbaries quondam fœdaverat omnia turpis

Docto-

ad Tom. III. pag. 501.



CHRISTIANVS. V.

nat. 1646.

Rex Daniæ 1670. obiit 1699.

Püschel sc.



Doctorumque fuit penuria magna virorum:
Ecce resarcivit damnum hoc prudentia Regis
Et patris & præstantis avi sanctissima cura:
Conspicuos titulos docta & suffragia famæ
Turba peregrinas olim studiosa per oras
Venata est, tantisque fuit doctrina paranda
Sumptibus: at nostræ præclara Academia terræ
Egregiis scatet ingeniis, industria quorum
Excitat ingenuas studiis felicibus artes.
Unde & sinceræ pia relligionis origo
Ad seros manat jam derivata nepotes
Sartaque tecta tuto errorum luculentior omni
Imbuit exultim tunicatæ pectora plebis.
Dania cum toto nostra ut jam fortiter orbe
Contendat cuinam debebitur inclyta regno
Fama virum solidæ doctrinæ insignis & artis.
ligentia Ne quos audaces obliqua licentia prave
gis in con- Efficeret, duris edictis crimina tollit
ndis legi- Ille pater patriæ constans pietatis alumnus
s & prohi- Jura novosque ornat legum formatque recessus
nda nequi- Ut qui non vitium vitent virtutis amore
. Desistant peccare gravis formidine poenæ.
Tum loca judiciis causisque forensibus apta
Decernit litesque feras & jurgia vulgi
Arbiter à summo dirimit Rex Rege secundus.
bis Haf- Munitam fossis & cespitis aggere denso
ensis status Urbem instauravit quæ dicitur Hafnia vulgo
osperior Despicit insultus violentos gurgite cincta
que instau- Perpetuo spissaque virum suffulta corona
io. Eludit vires inimicæ & spicula dextræ
Telaque tormentis facit irrita cominus acta
Et quemvis validis excludit mœnibus hostem
Hanc præter fossas levis alluit unda profundi
Saxea stagnantes latices distinguit utrinque
Moles crispato venementis ab æquoris æstu
Et si quando libet lymphis satientibus altum
Miscetur, prohibetque aditum coëuntis aquæ vis
Invictam reddit valli maris alveus urbem
Regalique situ constructa assurgit in auras
Arx cæmenti altis turrita subinde colossis
Undique cincta mari, domus illa potentibus apta
Regibus, hospitii si quos dignatur honore
Danorum Rector; spatiosa palatia crebri
Per tabulata gradus pandunt: huc advolat omnis
Advena vicinus, vel quem gens protulit ultra
Oceani solisque vias, huc supplice vitta
Legati accurrunt venerabundi undique Regum, &
Principum, & imperii Respublica libera fræno
Quos mittit, sancto juratæque fœdera pacto
Percutiunt, variæque adhibent commercia gentes,
Rex insulam Insula cui nomen perhibetur Amagria vulgo
Amagriam Urbi est planicie celebri vicina venusta,
continenti, Fertilis & frugum & pecorum leporumque ferire
junxit. Quos nulli fas est, Batavi tenuere coloni:
Ponte super tumidas Rex structo insigniter undas
Hanc solidæ junxit terræ perctrare cœinæ
Majores possunt ponte in sublime levato
Pendenti, atque humilis subtermeat undiq; navis,
Nunc iter ingreditur festina per effeda quivis
Cum vehat ante levis cum remige cymba profe-
Mercatorum Hinc mercatorum sublimibus alta columnis ctos
emporium Curia, & emporium celsa spectabile turri
Byrsa. Apparet, mitis quod munificentia Regis
Indigenis dedit & peregrinis civibus æque:
Capsula cuique sua est loculusq; in parte suprema
Venales merces ubi providus æstimat emptor,

Sunt diversæ infra cameræ, rerumque tabernæ
Multarum vulgi quas postulat usus inertis.
Deinde alias ædes Regis pia cura paravit, Domus disci-
Addidit & reditus, curatoremque sagacem, plinæ & casti-
Queis sustentatur decincta ac prodiga pubes: gationi flagi-
Effrænisque cohors puerique parentibus orbi tiosorum
Hic opera exercent, manuum duroque labore constituta ad-
Artifices fiunt, obscuraque munia tractant ditis vitæ ne-
Quæ præbent vitiis, tollantur ut otia causam. cessariis.
Emolumenta scholis quam plurima contulit, ordo
Unde sacer legitur morum probitate politus,
Ornata egregie apparent delubra tonantis:
En quæ conveniens populatim turba, docentur Scholarum
Sacra salutiferæ doctrinæ scita, precesque atque Eccle-
Fundere mente pia devotas: gloria Christi siarum emo-
Æterna immenso ut vigeat feliciter orbe. lumentum à
Roboris est regni pars maxima Regia classis rege colla-
Commoda cui statio laterum munimine structa est tum.
Juxta arcem Loo Phœbus gurgite vultum Classis regia
Tollit, tempestas nulla hunc invadere portum & portus no-
Securasve valet pelagus lacerare carinas vus latentius.
Pons olim divæ sacratus dicitur Annæ.
Hic strepera æratæ fluitant ad littora proræ
Quas ex firma rudens & morsibus alligat uncis
Anchoræ si quando cæli inclementior aura
Æolio fremat in naves de carcere missa.
Ex adversa arcis parte est locus Holmia vulgo Holmia sive
Nomen, ibi vario mechanica turba labore locus rerum
Res studiosa parat navales ordine longo: navalium.
Emollitum alii Chalybem Vulcaniaque arma
Dura incude agitant, ictu repetente sequacem
Producunt vertantque tenaci forcipe massam.
Lintea velorum pars & de cannabe funes
Format & arte tranit robusti licia fusi.
Ligna secant alii tabulasque bipennibus aptant
Et norma limaque regunt opus undique firmum.
Nautarum hic alitur plebecula vilis & omnis
Sive gubernator, nauclerus sive peritus
Huc se matutinus agit ferusque recedit.
Cum portu excedunt atque anchora fune levata
Littora tuta legunt naves, castellaque bina (esi Ante Haf-
Præterlabuntur mediæ, summoque remittunt niam castella
Suppara de malo donec post terga relinquant bina in aquis
Castrorum excubias fugientem & rotinus urbem: sita.
Cumque solum falsis ære secant vectaque phaselo Fretum ac
Ora freti celebris toti notissima mundo munimentum
Occurrit: tandem se regia milite cauto Helsingoren-
Custodita aperit telis armata coruscis se.
Nullam impune ratem nisi vectigalia pendat
Transmittit, gremioque hujus telluris ad undam
Sternuntur naves quas impulit Auster & Eurus
Quas misit Gallus, Batavusve Anglusve & Iberus
Hic varia exercent variæ commercia gentes
Hic commutantur quas attulit Indus, Arabsque,
Innumeræ merces, hic carbasa colligit omnis
Navita, ab occidui veniens qui tractibus orbis
Memnonium repetit per cærula falsa cubile.
Festa coronati solennia dicere Regis
Musa jubet, magnis rem magnam aptare cothurnis Coronatio re-
Fas erit, hancce brevi percurram pectine telam. gis.
Terræ ubi mandatum est Friderici, funus & actis
Exequiis, regni proceres fidusque senatus
Conveniunt, natumque ejus de more salutant
Regem, qui justas rerum molitur habenas
Nominis illius quartus, diademate frontem
Exornat semper privatis commoda rebus

Publica proponens parit indelebile nomen
Æternamque ſibi famam virtutis in omnes
Comis & expoſitus doctos & lancibus æquis
Compenſat bonitate bonos, feritate malignos.
Regem deducunt ad templum virginis almæ
Nobiliumque cohors & plebis ſexus uterque
Cujus utrumque latus comitante ſatellite crebro
Cingitur, hunc proceres præceduntatq; ſequun-
Progreditur turbæ medius fortiſſimo hoſtis (tur.
Vectus equo generoſo, auroque inſignis & oſtro,
Ante alios præſtans & frontis honore verendus
Tanquam inter ſtellas ſplendeſcit luna minores
Magnatum inde manu lecta geſtata corona
Et pomum & gladius ſcriptumque inſignia regni.
Inggreſſus templum ſacra Rex altaria juxta
More coronatur conſveto, & leniter unctus
Officii curæque gravis monſtrante monetur
Præſule divini ſanctiſſima dogmata verbi.
Coronatio Reginæ.
Reginæ imperii faſces diademaque tradunt
Conſimili ritu delectam è millibus unam
Hanc ſibi connubio junxit rex optimus almi
Nuptiæ regis & reginæ.
In ſociam thalami curarum denique partem.
Marchiaca prognata domo illuſtriſſima virgo
Anna Electoris germana & regia conjux
Danorum fines avibus felicibus intrat,
Quam ducunt equitumq; alæ peditumq; phalan-
Acceſſit toti longe optatiſſima regno (ges
Afflictos cujus facilis clementia cives
Juvit & ubertim bona ſuppeditavit egenis.
Virgineo comitante choro regina modeſte
Conveniunt templo Danorum & ductor eodem
Lilia purpureis miſcentur ut alba roſetis
Seu pretioſa velut generoſum gemma per aurum
Emittit radios, utriusque eſt gloria talis:
Qualis & ambroſiæ & fragrantis ſpiritus ambræ
Forte gravem olfactu ſuavi commulcet odorem,
Sic decet atque juvat reginæ & regis amæni
Copula conjugii, ſacris à ritibus omen
Accipiunt verboque Dei quod norma ſalutis
Et morum eſt dubiæ fluitanti in cardine vitæ.
Decedunt templo pulchra ſtipante caterva
Nobilium redeunt alacres ad munia cuncti
Legatique una celſam ducuntur in arcem
Muneribus magnis & grato fœdere miſſi
Ut tanti exornent connubia ſplendida Regis
Tympana pulſa ſonant feſto clangore tubarum,
Voce repercuſſa plauſus geminatur ad auras.
Omnia lætitiæ late loca & omnia pompa
Immenſa exultant, fora, compita, vicus & urbis
Omnis anus tremula & frugalis vernula cupſæ
Decrepitusq; ſenex, gaudent communiter omnes,
Advena & indigena hic pueri innuptæque puellæ
Et plaudunt pedibus choreas & carmina dicunt.
Poſtquam exemta fames epulis dapibusq; remotis
Cæcuba de pateris & blanda falerna miniſtrant
Pincernæ, in feſtum bibitur ſolenniter uſum.
Muſica multijuga vocalis perſonat arte
Et cheliis & teſtudo ſonos placidiſſima dulces
Ingeminant, lætoque fremunt præcordia motu;
Cordarum variis concentibus omnia mulcent
Artifices dextræ, ducente cohorte choreas
Nympharum & juvenum de nobilitate decenter,
Hic gaudet pubes, gaudet provectior ætas
Et totum in placida eſt effuſum jubila regnum.
Humida præcipitat cælo nox, undique nitro
Factum opus & tædis commixtum in nubibo ardet,
Diſcurſant trepidæ ſinuoſa volumina flammæ
Per ſudum globulique volant, variæque figuræ
Fomitis igniti & tenues ſolvuntur in auras.
Rex domitor ſpumantis equi molimine certo
Attrahere & laxis novit dare fræna lupatis,
Seu ſaltu ſonipes celeri ſe tollit in auras
Sive gradus circo glomeret gyrosve ſuperbos,
Spectante inſtituit certamen equeſtre popello
Armatusque feri conſcendit terga caballi
Seſſor, & antiquæ ſtirpis generoſa propago
Oppoſita validis miſcetur viribus haſta;
Hæc ſtudia è patulis rectorum turba feneſtris
Matronæque graves culta cum virgine ſpectant:
Scutorum galeæque equites munimine tuti
Æquatis clauſi ſpatiis & pulvere metæ
Ictibus occurrunt adverſæ cuſpidis ultro:
Inclyta ſic virtus fulgentibus emicat armis
Quisque puellari geſtit placuiſſe coronæ
Et victoris ovans virgo certamen amici
Proſpectat, quandoque Venus cum Marte quieſcit
Deloricato: librata hinc lancea punctum
Sæpe tulit poſito jam pignore, grata peritis
Laurea, judicibus ludi diſcernitur æquis.
Muſcovitarum gens moribus effera diris
Legati Muſcovitarum.
Legatos mittit placide præcepta ferentes
Prætenſo huc veniunt ramo viridantis olivæ
Pacem orant pactis & foedus inire parati
Exhibitis, fratri Regis diadema Johanni
Imperiique ferunt faſces cum ſupplice voto
Excepti à noſtris humaniter, ordine rerum
Expoſito, cauſamque viæ mandataque narrant.
Magnificas Regis juſſu ducuntur in ædes,
Vini ſublimati ingens & copia mulſi
Eſcaque barbarico præbetur grata palato,
Nam ritus noſtros horrent & edulia noſtro
More parata, feræ ſunt faſtidita cohorti.
Illis rara fides, prudentia rara, coluntque
Relligione pari fœdus thalamumque jugalem;
Producto moseſt ſuras vincire cothurno
Pellitisque ſtolis humeros circumdare genti:
Si inſperatus eques peregrinis fiat in oris
Muſcovita caret calcaribus & caret enſe;
Regis ad alloquium permiſſi interpretis uſu
Reſponſa accipiunt, rebus feliciter actis
Finibus excedunt regni, patriosque penates
Muneribus repetunt donisque decenter onuſti.
Dux Johannes frater regis ad Muſcovitas abit dux magnus ſive Imperator eligendus iſtius gentis.
Expediunt nautæ claſſem ſtatione morantem
Hyberna, atque alacres vaſto dant vela profundo,
Dux iter ingreditur rebus jam rite peractis
Et fratrem Regem linquens, patriamque & amicos
In ſua fata ruit, longo ſermone ſupremum
Nunciat ecce vale germano almisque propinquis:
Surgens e puppi ventus comitatur euntes
Immenſum luſtrant ſinuoſis flexibus æquor,
Gurgitis Eoi tractus ſola cærula circum
Inquirunt, levis hic in nubem cogitur aër
Antennæque gemunt & inhorruit unda procellis,
Æolus emiſſis vim ventis incutit atrox,
Celſa ratem & rapidi tollunt ad ſidera fluctus
Quæ modo tartarei ſubſidet ad ima barathri.
In portum tandem longis erroribus acta
Appellunt, junctæque jacent ad littora prora,
Muſcovitarum populoſam protimus urbem
Ingreditur Princeps comitum cingente caterva:
Invalidus morbo atque animi languoribus æger
Poſt paulo diræ ſenſit contagia mortis

Neve

Neve manu Medica Phæbigi potentibus herbis
Infirma amiſſæ redeunt in corpora vires,
Artem omnem eludunt feralia ſpicula lethi
Principis & magni ſub terras ibat imago:
Illi grata quies, oculos & amænior ambit
Somnus, in æternam clauduntur lumina lucem.
Viſa illo moriente mori virtusque, decusque
Morum, & perpetuæ ſtudium pietatis, & artes
Ingenuæ pullo lugent ſub ſyrmate, lugent
Et charum fratrem fratres & ſedula mater:
Rore madent oculi multo, dolor ilia quaſſat
Et reprimunt gemitus luctantia verba ſonori.
Triſtia fata Ducis plangunt & funera Dani
Exequias & juſta parant celeberrima pompa
Egregia ſocii & ſummum comitantur honorem.
Nuptiæ Henrici ducis Brunſvicensis cum Eliſabetha regis Sorore. Brunſviga Henricus veniens dux inclitus armis
Fæcundisque potens late regionibus, alto
Edidit ingenio ſpecimen virtutis avitæ.
Ambitam miſſis legatis ante ſororem
Regis, conjugii conſtanti fœdere duxit:
Eliſabetha illi nomen, lectiſſima virgo
Si ſpectanda fuit vel gratia moris, & oris
Vel pietatis amor regumque propago vetuſta:
Migrat in ignotas cum Principe conjuge terras
Et nitet ante alias quas fert Germania Nymphas
Ceu matura ſeges fatuis præfertur ariſtis
Poſtque peracta ſacro connubia ſplendida ritu
Hanc decedentem longo ſermone requirunt
Et fidi fratres blanda & cum matre ſorores.
Nuptiæ Jacobi tunc ſexti Scotorum regis cum ſorore regis Annæ Scotia marmorei latrantibus æquoris undis
Cincta, pharetratæ ſunt fortia pectora genti,
Fertilis eſt frugum tellus pecudumque referta
Buceriæque gregis lacubusque ſalubribus alma
Ille Caledoniæ Princeps pulcherrimus oræ
Sceptra tenens, populo Jacobus jura ſagaci
Qui dedit, inſtructa confinia Danica claſſe
Ingreditur fluvio vectus ventoque ſecundo
Ante gradum haud ſiſtens quam dextram jungere
Pollenti, & veras audire & reddere voces (dextræ
Rege datur præſente, atris hic gaudia curis
Per gratas rediiſſe vices mutata videres.
Nata ſub Arctoæ ſignis borealibus urſæ
Anna ſoror Regis Danorum, regia virgo
Illuſtri fatis volventibus ecce marito
Deſponſata agili ſub pectore concipit ignem
Quem fovet in longi ſpatioſa incendia amoris
Adverſis ventorum animis cum Regia claſſis
Tardaret ſponſam quæ duceret, ocius Euro
Advolat & volucri ventos æquante ſagitta
Rex Scotorum uncta trans æquora vaſta carina
Vectus, & hunc placido recipit Norwegia portu.
Poſt etiam Asloviæ celebrant pulcherrima feſta
Conjugii, lepidis miſcentur cuncta ſuſurris.
Quæ tam fœcundæ felix opulentia linguæ
Ornamenta valet præluſtria pandere Regis
Reginæque quibus reſplendet uterque venuſte,
Erythreis ut gemma vadis nitet eruta, puro
Nixa auro, tenebras vel ſicut amabile lumen
Mane fugat primo, talis quoque tæda jugalis
Jacobi, imperio Scotos qui dirigit æquo
Poſtquam epulis ſaturata fames, carcheſia pro
Fœta mero blandi perfuſa liquore Lyæi: (munt
Pectora lætitiam ſpirant, ductisque choreis
Voce tubæ & fidibus geminantur læta ſonoris
Jubila, nube dies caret ille & flatibus annus
Expeditio contra Brunſvicenſis agri gens duro e robore nata
Excuſſitque jugum Ducis, & mandata recuſans
Arma adverſa tulit rerum ſtudioſa novarum:
Ille quidem primæ ſedare incendia flammæ
Nititur & ferro populum frenare rebellem
Promiſſam largitur opem & ſocia arma miniſtrat
Rex animo forti & prægnans virtutis amore
Martis opus tentat, Vulcania & applicat arma
Exultans, interque manus & brachia verſans
Induitur chlamydem lateriquè accingitur enſem,
Caſtra movet valitus transmiſſo exercitus Albi
Brunſvigam ignota tendens regione viarum,
Lecta manus Ducis & Regis coit omnis in unum
Viſitur excelſis ubi Vulfenbutlia muris
Hic revocat vires Danorum Martia pubes
Et pertæſa viæ, levat & defeſſa laborum
Pectora rore Zythi ſvavis pinguique ferina:
Fercula ſunt pernæ & jucunda tomacula porci,
Caſeus, & mollis fœcundi meta butyri
Militibus: frugum eſt pecorumq; uberrima tellus.
Obſidione premunt Brunſvigam tectaque telis
Ignitis feriunt munitæ fortiter urbis
Vi tormentorum & crebro res turbine geſta:
Motibus adverſis Dux ſæpe repulſus & armis
Inſiſtit nequicquam operi, Rex mœnia circum
Admovit propius, ſcalis tormenta paratis,
Tympana pulſagemunt, ſonitum procul ære cano-
Intonuere tubæ, rapido ruit impetu in urbem (ro
Miles & elatum conatur ſcandere vallum:
Remque gerunt fortes tutantur & oppida cives.
Penilis eſt illis de muro porta ſupremo
Intrantes retinet caute hæc demiſſa cohortes
Et ſociam excludit turbam poſt terga manentem
Hic dura armatis inierunt prælia dextris
Sangvinolenta fuit ſævo Bellona flagello:
Occiſorum ingens utrinque eſt edita ſtrages.
Lata ſcatet tellus roranti imbuta cruore
Crudaque ferventi manarunt vulnera tabo,
Qui fuerat nuper lethali immunis ab ictu
Cæditur illæſus, medio qui cingitur hoſte
Interdum evadit, damnabilis alea belli
Volvitur ancipitis diverſo in cardine ſortis.
Victor ovat ſpoliis & opimis cæde ſubactis
Hoſtibus aut fuſis, porro fugientia terga
Perſequitur, jam jamque tenet ſimilisque tenenti
Donec victrices illuſtris adorea partes
Cingat, ſive dolo ſeu res virtute geratur.
Urbem nec cives obſeſſam dedere cogi
Poſſunt, infectis nec dux decedere rebus
Inſtituit: populatur agros & parcua miles
Inque diem vivens redit ad cœnacula rarus.
Talis in hoſte fuit fortis vehementia Regis
Ceu Leo ſævit atrox ſperatæ indagine prædæ
Qualis & ad cauſas ventos perpeſſus & imbres
Sæpe lupus fremit aut violenti flamina cori
Vertice ſeu celſas feriunt trepidante cupreſſos:
Nec prius abſiſtit quam ardenti fomite litis
Conſopito animi coëant cum Principe plebis
Atque iterum Domini jurent in verba clientes.
Principibus magnis nubit ſoror utraque Regis,
Electori Hedeviga, Ducique Auguſta Johanni:
Unus Saxonicis Holſatis imperat alter:
Fertilitate valent regionum & pondere rerum,
Romani imperii non his præſtantior ullus
Sive armis Princeps ſeu religione ſerena.
Navigatio regis in Angliam. Magnifice inſtructis Rex navibus æquora tentat
Directoque petit celeres temone Britannos

Haud

Brunſvicenſem urbem duci ſuo refractariam.

Haud secus ac pennis pernicibus aëra tranans
Ales in adversum se præcipitaverat amnem.
Hafniaco solvens de littore vela ministrat
Ventis nauta sagax: adspectu terra recedit
Mollior aura movet crispatas leniter undas,
Velivoli classem miratur turba profundi.
Per mare pauperiem fugiens mercator & audax
Prædo procellosis molem mirantur in undis
Ligneam, & insueta naves procedere pompa:
Ecce repentinis fremuerunt nubibus Austri
Noctem hyememque tulit gelida Neptun9 ab aula:
Omne solum procul est, cælum undiq; & undique
Perspicuo donec revocet sol lumen ab axe (pont9
Tutaque classis eat stratis æqualiter undis:
Temperies cæli clementior ardua tandem
Littora prospectu longo terramque revelat.
Summo accurate speculantibus Anglia malo
Noscitur, optatæ gremio telluris ad urbem
Hardvicham placidæ naves in margine ripæ
Sternuntur, numeroq; hominum formaq; decoræ.
Hunc ductore carens non permeat advena tractum
Ne forte in brevia impingat vel tesqua vadosa
Ostrea qui gignit Thamesis fluit agmine leni,
Inque mare exonerat se hic à fonte revulsus.
Londinum tendunt medioque in flumine proræ
Obvia submissis velis castella salutant.

Gravicentum urbs.] Hanc Gravicentum oram veteres dixere coloni.
Visitur antiquis urbs læva in margine muris
Monte sub acclivi, recipit quæ læta carinas
Et querulo decedentes examine vexat.
Per fluvii ripas utrinque armenta virentis
Innumeri pecudumq; greges pascuntur in herba:
Collectorque croci segetisque hic messor amænæ
Prospicit admotis allabi classibus æquor

Gronvichum arx regia. Gronvichum eximiis arx præstantissima tignis
Occurrit, sæpe hic curarum mole soluti
Quæsivere alacri grata oblectamina menti
Reges, imperiique graves seponere fasces
Tantisper visi rediere ad munia prompti.
Sunt arcem juxta vivaria læta lacusque
Arboribusque viret variis placidissimus hortus.
Hic juvat umbrosos indagine cingere saltus
Atque feris lato venabula tendere ferro
Si cervi, timidæque abeant in retia damæ:
Expedit interdum volucres seducere visco
Seu turdus capitur pingui aut ficedula lumbo.

Londinum urbs. Londinum flexu lunato surgit ad undam
Flaventem Themesis, tectis spectabile celsis
Et mercatura toti venerabile mundo
Undique quod cingunt speciosa suburbia turres
Exornant altæ. Anglorum suavissima tellus
Excipit hic Regem qui Danica sceptra gubernat.
Adjuncti proceres & sedula turba minorum
Ordine composito pulchram comitantur in arcem.
Hic spretis pelagique minis rapidaque procella
Lætus agit Rex Danorum cum Rege Britanno
Et duro gaudent hic raso vertice nautæ.
Obvia jucundis germanum amplectitur ulnis
Regina, unanimes lepidissima gaudia jungunt.
Magnum utriusque decus præclara & gloria regis
Enituit, pendent mandantum ex ore clientes.
Splendida quis celebri convivia pangere cantu
Lautitiasve valet plumasve & jubila mentis
Adventum tanti quæ susceperе Monarchæ
Virginibus lectis sunt ductæ sæpe choreæ
Ad numeros blandæ testudinis, almaque lotos
Mellifluis patulas mulcet concentibus aures,
Personata agitur variis comœdia formis:
Cunctaque lætitiæ satura sunt lance repleta.
Ducitur in templum divo venerabile Paulo
Rex, visitque cavo subnixum fornice pontem
Flumine marmoreas interlabente columnas
Quas super immensæ moles extenditur urbis:
Lustrat & emporium pretiosis mercibus auctum
Quodque solet vulgo dici Vestmonstria templum
Ingreditur, regum & veterum monumenta venusta
Et spolia egregiis speculatur parta trophæis.
Vertice conspicuum Regem vultuque verendum
Eximio, gestuque gravem formaque decorum
Angli mirantur. Danos Rectore beatos
Illo collaudant, vano distinguere verum
Qui sciret, servare bonos, frænare malignos
Atque inimica suis depellere finibus arma:
Cunctantem revocat patriæ pia cura parentem
Languentisque petunt reducem suspiria plebis.
Suecia sub gelido diffusa est fertilis Arcto
Per latos tractus variosque extensa recessus; Bellum Suecicum.
Agricolam tellus proventu prodiga læto
Ditat, glande nemus scatet, almis fructibus hortus,
Fœcundique lacus muto grege squamigerorum
Ubertim exundant atque omni est copia parte:
Relligione pari linguaque & moribus aptis
Persimilem Danis discordia lubrica gentem
Distraxit, fervens Alecto Acheronte sub imo
Utrinque horribilis projecit semina litis.
Dira exsecrandi pandam primordia belli
Quæ seges illa fuit tantorum & causa malorum,
Expediam brevibus, manet alta mente repostum
Dissidium vetus atque odii vestigia prisci
Pressa hærent animis Suecor. & marmore scripta
Danorum crebris victoria parta triumphis; (est
Fluctuat immeritis illata injuria Danis Causæ belli.
Quotidie questum veniunt sua damna clientes
Nostratum, & regem prece supplicibusque libellis
Interpellantes farciri incommoda poscunt
Per dextram illius belloque & pace potentem,
Quod late serpens nisi forte necasset in herba
Rex prudens virus, toti infortunia regno
Plurima communi suppressa sorte dedisset.
Oceani Suecus deposcit pristina jura
Eoi, multis quæ retro amiserat annis
Elapsis, victus Danorum insigniter armis.
Insula Vulturnum spectans Gothlandia pinguis
Hic simul exigitur quam per conventa resignans
Fœderis admittit Danorum cedere juri
Quondam, & rem proprio diplomate roborat ultro
Quodque Stetinensis rata consignatio pacti
Demonstrat forma sancitæ pacis utrinque
Latior est Regio septem-subjecta-trioni
Et frugum sterilis: Finni tenuere coloni Finlandia.
Riphæis tellus nunquam est viduata prumis
Perpetuisque Eori verrunt hic flatibus æquor
Nulla hic Relligio nec sunt sacra fana tonantis
Humani cultus gens hæc vestigia nescit
Terribili vivit mentis caligine mersa
Neve metit segetes nec findit vomere terram
Præsidio trepidante scaphæ sola cærula tentat
Squamigerosq; frequens maris accola caut9 ine-
Seu scandens celsi salebrosa cacumina saxi (scat
Arte feris misso transverberat ilia telo.
Regi prima hujus terræ pars, altera Sueco Hæreditaria Finlandiæ divisio.
Sed Muscovitæ debetur tertia duro,

Præfectis

Præfectis mandat Carolus corradere cenſum
Et reditus, Finni quos pendere jure tenentur
Nulla habita Regis ratione & utrique quotannis
Quod tribui ſolitum eſt, ſolus retinere volebat.
Præterea titulos Regnique inſignia ſumpſit
Se hæredem ſcripſit Norvegiæ, & aucta coronis
Eſſe tribus cupiens inſignia Suecica, belli
Præbuit horribilis per tota biennia cauſam.
Ex literis Rex Carolum monuit, mentem ut mutaret, amice,
Carolum moet. Quodque fuit prave commiſſum ut corrigat ultro:
Æs triplex illi & rigidum præcordia ferrum
Cingit, nec ſolida rerum ratione movetur
Nec monitu, & voces nullas tractabilis audit.
Conſilium Caroli cæcum ſuperare poteſtas
Nulla datur, magnis conatibus omnia tentat
Pernicie ut valeat certa perfundare Danos.
Ex militem A Carolo monitis neglectis vi geritur res,
omeſticum Confirmat validas in Regni finibus arces
enſet pere- Singula conſtituens quæ belli poſtulat uſus
rinum con- Rex prudens, primum cenſet capita ipſe ſuorum
ucit. Inde legens equitumq; alas peditumq; phalanges
Extera ſubſidium legati in regna petitum
Deveniunt, peditum turmas transmiſerat Anglus:
Exquiſita manus conducti militis amplis
Impenſis alitur, molimine cuncta parantur
Sollicito, regemque graves iræque minæque
Offenſum læſa ſic majeſtate fatigant;
Magnanimus vario curarum fluctuat æſtu
Conaturque vices æquales reddere ſævo
Hoſti, atque illatam vim vi depellere jure
Gentium, inauditæ frangendo cupidinis æſtum
Crudelis Caroli quod per mala damna pudoris
In ſua magnifice converſum viſcera vidit.
Reſponſum Nil regerit Carolus præter convicia diris
Caroli mali- Mixta odiis, ſcriptoque nimis petulante laceſſit
gnum ad lite- Regem, non ſannas aſſuetum ferre protervas
ras regis. Iritati hoſtis, ſed contra audentior ore
Qui ſolet, illatamque ulciſci injuriam acerbe.
Luſtrato ex- Poſtquam immanis hyems poſita nive fugit, aquo-
ercitu in ho- Orion gelidis ſenſim & deſæviit undis (ſus
ſtem rex mo- Diſtribuit validas certa in vexilla cohortes
vet. Trajectoque freto per Scania jugera duxit
Limitibus donec Suecorum caſtra locaret.
Fecialis hoſti Nunciat emiſſo feciali prælia Sueco
mittitur. Conſertaque manu litem decernere ferro
Rex ſtatuit, dubii jacta eſt tandem alea belli:
Ceu Jovis oblatam ferit unguibus armiger uncis
Prædam, aut crudeles leo fervidus horret in iras,
Milite ſic vaſtat, flammisque ſequacibus urit
Urbes, & pagos & læta mapalia ruris,
Scilicet hoc Caroli meruit mens effera, durum
Pectus & effrenis laſciva audacia linguæ.
O ſi non ſtolido regem ille laceſſeret auſu
Contentus propriis ſi non aliena capeſſat
Non tuerent miſeri tam noxia cæpta clientes,
Subjectos Caroli non compilaret ad aſſem
Immitis bellator, acerba incendia miſcens;
Nec damni tantum furioſa licentia ferri
Oppreſſis impune daret, respublica ſtaret,
Juſtitiæ ſcelerum ſentina abſorpta profundo
Et foret & dulcis profuga pax lite maneret.
Omnia vi Martis trepidant ſacrisque peremptis
Armorum reſonant plauſu fora, compita, vicus
Vilis & horribilis belli ruit undique fama.
Excidium Obvia Danorum Nyloſia ſentiit arma
Nyloſiæ. Primum, atque omnis humi fumat collapſa ruina
Præcipiti, veteris tecti nec rudera cives
Urbis nec poterant veſtigia noſcere priſca
Uxoresque viris puerique parentibus orbi
Palantur, certo ſe nec duce nec lare tutos
Agnoſcunt, quo fata trahunt & mobilis aura
Effugiunt, inhumata jacent lachrimabile viſu
Corpora, planctus atrox & plurima mortis imago
Totum excarnificat miſera formidine regnum.
Elsburgum Rex deinde petens ſua ſigna movebat, Elsburgum
Captivos ſecum ducit, ſubigitque fateri oppugnatur.
Quæ ſit conditio regionis, in hoſte propinquo
Quod robur, qua parte queat per commoda rerum
Metari tuto ſua caſtra: à ſimplice vulgo
Edoctus, ſaxo adverſo ſe muniit arci:
Signa canit pugnæ tuba, tympana pulſa tremorem
Incutiunt hoſti, noſtrosque ad prælia fortes
Evibrant, Deus arma potens & tela gubernat.
Parte & planicies jucunda eſt arcis ab una,
Alluit & vaſtum mare & anchora crebra carinas
Alligat, ora frequens hæc mercatoribus ampla
Vectura hic merces proſtant & copia rerum.
Excubiis poſitis ſaxum Rex occupat altum,
Planiciem ſic ſubjectam tutatur & æquor
Auxiliumque mari terraque intercipit hoſti.
Tormentis premit adverſi latera ardua muri,
Sæpius effuſos rejicit luctamine forti
Hoſtes, ut redeant intra ſua mœnia, cogens.
At Sueci interea pugnando ex arce reſiſtunt
Atque excurrendo incrudeſcit velitis ira
Obſidio tolerata diu & res acriter acta
Enſe cadunt multi, morbumque famemq; ferentes
Decedunt plures & ſicca morte peremti.
Armorum & belli nunquam ceſſante furore
Rex inſtat cæptis, eventu cuncta ſecundo
Cedunt, nec vires Danorum ſuſtinet hoſtis
Amplius, urgeturque oneri ſuccumbere duro.
Ut venatorum formidant retia damæ
Sive columba timet fugiens pernicibus alis
Accipitrem, Suecos ita fregit panicus horror.
Deſpondent animos & molliter omnia tentant
Auxilio excluſi & paſſuri extrema tremiſcunt
Spes nulla in Carolo, macie confecta ſuprema
Membra trahunt, hoſtem muris arcere potentem
Arte valent nulla, nec vi, ſe dedere tandem
Et Domini alterius jurare in verba jubentur.
Conſtanter veteris ſacramentoque fideque
Si ducis obſtringi malint verbisque teneri,
Incolumem vitam, conductum denique ſalvum
Rex ſpondet, ſartis tectisque excedere rebus
Cum fune incenſo jaculum finit ore ferentes
Vim contra expectant & fata noviſſima Sueci
Turmatim inviſens Rex erigit agmina, prædæ
Spem facit, & dictis languentia pectora mulcet,
Admonet antiquæ fidei, rebusque gerendis
Præſtantes Danos & robur laudat in hoſtem.
Muro tormentis fracto violentia prompti
Militis exarſit, Deus abſtulit omnia juſtus
Vi ferri, & victa Dani dominantur in arce.
Præſidio Elsburgi movit Rex caſtra relicto
Per nemora & montes & inhoſpita tesqua viarum
Tuto abit adverſumque dari ſibi poſtulat hoſtem,
Commoda nec Suecis neglecta occaſio, triſtes
Amiſſam lugent arcem, dirumque ſuorum
Exitium; fatis immanibus effera tendunt
Pectora perniciem in noſtram rapidoque tumultu
Vicinam invadunt in regni limite terram

Quæ fuit antiquis Hallandia dicta colonis:
Cum non obſeſſis valeant ſuccurrere majus
Moliri incipiunt damnum, late omnia vaſtant
Et ferro & flamma Sveci, nec prælia Marte
Hoſtis vindictam parat ſed prope amnem in Hallandia ſuperatur. Committunt æquo, latebras & opaca petentes
Cædibus occultis hoſtem ſævisque rapinis
Infeſtant: ſpoliis & opimis Danus onuſtos.
Perſequitur prædam extorquens: munimine tutos
Interjecti amnis ſe Sveci & collibus altis
Eſſe putant, in quos Rhamnuſia luminis orbes
Convertit torvos, fortunaque vitrea vultum
Inſtabilem mutat: modo queis victoria fulſit
Terga fuga vertunt & ſtrages edita nuper
Occiſis Danis Svecorum eſt cæde pianda.
Forte loci gnarus quidam loca monſtrat, ut a-
Transmittant noſtri facile, iritatior hoſtis (mnem
Vix amne egreſſos facto petit agmine præceps
Et nimis emittit feſtinans tela, ſed ictu
Nec quenquam lædit nec vulnere ſauciat udo.
Per tanta a noſtris Sveci intervalla remoti
Incertam ſilicum detorquent verbere flammam:
Hinc jacula ejiciunt vel rara vel irrita ſemper,
Nonne procelloſo fuit hoc oppedere cælo
Vel tantum diſploſa ſonat veſica ſub auras.
Non ante exonerant noſtri tormenta ſubintrant
Quam teli jactum, certis ſic ictibus hoſtes
Sternunt, qui jaculis temere per inane relapſis
Effuſo utuntur nimis impetu & ordine nullo;
Aut mortem oppeterent hic Sueci atq ultima fata
Fortiter audendo expectarent, amne propinquo
Aut ſe præcipites agerent in fluminis undas;
Copia nulla fugæ, fuit hic virtute paranda
Palma vel egregium per atrocia vulnera lethum.
Quod numero noſtros ſuperarent, ſcuta reponunt
Et galeas, validaque putant ſe vincere turba
Talibus eventus fuit hic conatibus impar,
Nam viciſſe Deo paucis multisve perinde eſt
Qui ſolus partes victoris & arma gubernat.
Multi Varbergam capti ducuntur in urbem
Hoſtis regionem Jmeptanam occupat unde tandem jicitur. Svecorum plures humectant ſanguine terram.
Securus regis Jemptanum Svecus in agrum
Excurrit, terra hæc felicis jugere glebæ
Fæcunda in pretium res amplas parturit amplum:
Adventante fero fugit incola territus hoſte
Cumque loci præſes peteret fugiendo ſalutem
Quod libet, idque licet rerum ſine cæde potitis.
Fortunam irritant per deſultoria Sveci
Gaudia, victores nuper nunc cedere victi
Coguntur, rege auxilium mittente, rejecti
Plura fuga amittunt modo quam vicere per arma.
Otia nec regem nec mollia ſtrata cubantem
Delectant, animo placuit perferre laborem
Forti, atque infracta numeroſa pericula mente
Egregias præfert dotes virtutis avitæ.
Magnificis cænis & pluris Sardanapali,
Prælia primus init, poſtremus Marte recedit
Confecto, & varias volvit per ſingula curas.
Borchholmiam rex occupat poſito guberna regionistore. Inſigni tandem eſt Borchholmia capta triumpho,
Fertilis & frugum pecorumque uberrima tellus;
Hanc ne reſtituat Svecus victricibus alis
Rex rerum ſatagens ſolerti indagine mentis
Inſignem virtute virum loca firma tueri
Et munita parum bene confirmare jubebat,
Jura gubernantem bellique & pacis eundem
Ad ſummos voluit ſubſellia ſcandere honores;
Viribus attritis retro ruere omnia viſa
Svecorum, & certam fatis traxiſſe ruinam.
Rex propter inſultus hoſtium naviculas armatas in Norvegia conſtituit. Nec minus eſt Regi dulcis Norvegia curæ
Deſtinat armatas per portus undique cymbas
Quarum præſidio cohiberi injuria poſſit
Prædonum, & tuto peregrinæ appellere naves.
Svecorum in medios ducit Rex agmina tractus
Et terræ partem meliorem pabula quærens
Larga fatigatis loca per ſalebroſa caballis;
Ægris militibus vel feſſis mole laborum
Proſpicit, ut victu grato potuque refecti
Bellorum tolerent adverſa & promptius omnem
Fortunam ſubeant: Svecis opulentia rerum
Magna eſt, communis quas vitæ poſtulat uſus.
Tendentem fugiunt hoſtes per devia regem
Non auſi conferre manus, certisve morari
Sedibus, ingentis ditavit ſarcina prædæ
Scaram rex proficiſcitur. Noſtrates, dubio Scaram pervenit ad urbem
Tramite rex miſcens patulis incendia tectis;
Vicinos ſaltus domibus petiere relictis
Et conſternati trepidarunt mente coloni
Danorum ad famam. Toti laudabile regno
Viſitur hic templum, quod nec vis fumida flam-
Nec duri læſit violentia militis ardens, (mæ
Scilicet hoc cavit prudens clementia regis,
Et pia cura ſacris quæ ſemper dedita rebus
Divinum puro numen veneratur amore.
Hic ſylvæ florent, hic gramina læta vireſcunt
Grataque planicies terram cultoribus aptam
Efficit & gravidis mandantur ſemina ſulcis
Reddita quæ ſenſim veteres meditantur ariſtas
Hic & gramineis ſtagnis grex mutus oberrat
Nec meruens naſſam nec retia jacta nec hamum:
Et liquidi flevere lacus & paſcua lugent
Paſtores profugos armenta impune per herbam
Et ſegetem nullo diſcrimine pabula quærunt,
Echo ſonora ſuas non reddit carmine voces
Nec leni ſomnos ſvadebat inire ſuſurro
Rivus ab occidui decurrens vertice clivi:
Sic latitant Sveci volucres ut tempore Brumæ
Quæ cum vere ſolent primo in loca nota reverti.
Jencopiam rex tendit. Progreditur porro victricia ſigna, per agrum
Fæcundum ducens rex formidabilis hoſti:
Occupat inſigni lata obvia quæque triumpho
Marte potens dominus cui vim mentemque mini-
Jencopiam tendit quamverno tempor. tutam (ſtrat
Præſtat aquoſa palus dextra, ſed lata ſiniſtra
Mænia, quando hyemis furit inclementia diræ
Hanc nec aquoſa palus nec præſtant mænia tu-
Cedere Danorum virtuti ſingula cernens (tam
Pectore perculſus curisque ingentibus æger,
Suſpenſum nunc huc animum nunc dividit illuc
Infelix Carolus, mixto quem inſania luctu
Excruciat, noctes furiis agitatus & ira
Inſomnes ducit, totis ſe viribus hoſti
Opponit tandem, ſed dextera celſa tonantis
Conſilia invertens volventibus irrita fatis
Fecit, & affictis Carolum ſuccumbere rebus.
Ordine quos pagos & nudas mænibus urbes
Ceperit arma ferens Rex inclyta dicere longum
Prælia nec forti quæ geſſerat omnia dextra (eſt;
Muſa gravi tenuis, minor eſt quæ mole recenſet.
Inter enim Elsburgum Eoi & vaga littora ponti
Structa ubi conſpicitur rigido Calmaria ſaxo
Arx eſt nulla, hoſtis ſi quando inferbuit atrox
Quæ ſecura minas valeat contemnere & iras.
Calmaliana obſidio. Accidit id Carolus diu quod ſperaverat ante
Obſi-

Obsidione fuit Calmaria pressa potenti
Dispositque acies rex in fera prælia firmas
Conflictu vario virtus tentatur utrinque
Adverso victi sed Marte recedere Sueci
Coguntur seseque obsessa tutantur in urbe.
Vi tormentorum validos convellere muros
Incipit emissis arcemque infringere telis
Rex operis studiosus, in aspera fata paratus
Quique solet rebus non mentem efferre secundis.
Segnius haud illi jaculorum turbine regis
Castra petunt, quidvis pro libertate tuenda
Tentant, munita confisi fortiter arce
Invictam natura loci quam saxea fecit.
Sæpius effusi portis velut ante rejecti
Sorte pari solis audent se credere muris
Egregia Danorum opera rex utitur illa
Oblidione, amplo quos & conduxerat ære
Germani pulchrum soliti per vulnera lethum
Oppetere atque alacri sibi spe præsumere bellum
Infestos sternunt animosis ictibus hostes:
Si tristis toleranda fames si frigus & æstus
Aut importuni geminata mole labores
Sunt duræ Danorum impervia pectora sorti.
Anglos esca recens & initia fercula molles
Si non exhilarant blandi & carchesia potus,
Sub Jove frigidulo si sit sine veste cubandum
Æthere si crasso pluvias nimbosus Orion
Dira nives si mittat hyems & frigora sæva
Sive æstum spargat violento Sirius astro,
Languida membra trahunt nullisq; laboribꝰ apta
Et fracta nequeunt subiisse pericula mente
Donec ad extremum mors unguibꝰ imminet atris
Morbo confectis animique doloribus ægris.
Nescio quod fuerat Carolo male numen amicum
Cujus facta carent successibus omnia faustis,
Cumq; hominum numero regem superaret iniquo
Sidere bella movens victus cedebat arena.
Bellica quod Suecis nec disciplina nec ordo
Congruus ullus erat tum temporis, omnia fatis
Retro visa trahi & magna caligine volvi.
Armatura isti solet esse levissima genti
Bombardas silicum exonerat molimine cassо
Velitis in morem scuto galeaque relictis:
Suecus alit mannos sed Dania nostra caballos
Qui non dorso equitem cataphractum ferre recu-
Obsidio crebris durat tentata periclis (sant.
Luget quisque vices & funera mæsta suorum:
Torva Megæra animos in prælia graviter urget
Summi grata Dei cum sit concordia donum.
Res fore pejores Carolus considerat illa
Arce suas amissa, ingentibus omnia curis
Impensisque parat, quavis ratione laborat
Instantem validis depellere viribus hostem.
Auxilio veniens victumque ministrat & illam
Materiam obsessis quam bellicus exigit usus.
Quam diu submissis ratibus maris unda pateret
Advectæque forent res arci urbique salubres
Nec vis ulla potest hostem nec vincere virtus
Danorum rector mentem per singula volvens
Adventare jubet numeroso milite classem
Instructam, hostiles aditu quæ pellere naves
Sustineat, tumidum nautæ dant vela per æquor
Labitur uncta vadis quercus nec carbasa malo
Ante remissa cadunt, optato litore proræ
Quam steterint, solido jactata est anchora fundo.
Hostibus hæc dubiis præcisa viriliter ansa
Terrorem incussit, fatis feralibus omen
Infelix prohibet promptas adnare carinas
Quæ sustentandæ portant largissima vitæ
Subsidia, hic Suecis & spes & terminus hæret
Libertatis, onus victoris ferre coactis.
Ad confirmandos locus exstitit utilis hostes
Unde dedere alacres nostræ mala plurima turbæ.
Hac ne parte diu valeant affligere Danos
Rex satagit solers, generoso stemmate clarum
Et virtute virum submiserat, arte peritum
Martis & assuetum duris non cedere telis
Qui tumidum ejiceret rupto munimine Suecum.
Frisius ille fuit veneranda insignia cujus
Rite fritilla ornant fortunæ symbola magnæ)
Per quos sæpe vago decurrit tessera motu.
Audentem juvit fortuna & re bene gesta
Ad regem rediit bellator nobilis omni
Et laude & laudis diffuso munere dignus.
Participem secum tam sacri nominis illum
Imperii vastos voluit tolerare labores
Danorum Rector qui cancellarius ingens
Regis & ingentis, regni quoque commoda curat,
Sic virtus dux est comes & fortuna bonorum.
Suecorum classis sit navibus obvia nostris
Res agitur ducis conflictibus æquora circum
Puppibus advertunt proras ventoque secundo
Obliquare sinus pergunt ut verbere tela
Liberato adversas feriant emissa carinas.
Sic Sueci Danis bellandi sorte minores
Laxabant tumidis hic vela fugacia ventis
Et regi affulsit ratibus victoria captis
Egregiis, placido recipit quas Hafnia portu.
Vastam Amphitriten Neptunia regna gubernat
Navibus armatis non rege potentior ullus
Danorum occasum si quisquam spectet & ortum.
Hæc freta sollicitus transmittit nauta decoro
Helsingora situ vacuas ubi fertur in auras,
Hic & lustrantur merces atque indice rerum
Mercator posito rata vectigalia pendit.
Sæva novercantis fortunæ flamina Suecos
Convellunt, tanquam terræ radicibus altis
Hærentem fagum aut densis in saltibus ornum
Cum traxit subitam convexa mole ruinam.
Et malesvada fames & morbi mille fatigant
Obsessos, cum ferret opem nemo, agmina ducit
Rex in castellum à divo quod vulgus Erico
Esse putat dictum: adversam premit impetus ur-
Danorum; torvumSuecis trepidantibꝰ omen (bem
Augetur capta urbe timor, crudelis in hostem
Ira Dei ebullit calidis ceu flamma caminis.
Castrum natura firmum pugnando tueri
Pergebant Sueci dum fata Deusque sinebant.
At nunc præcipiti diræ vertigine sortis
Collapsi rerumque inopes extrema minanti
Coguntur victori humiles se dedere regi:
Cui licet infidus non ultro Sommius arcem
Tradideret, durum vix obsidionis acerbæ
Sustinuisset onus, diuturna molestia mentem
Militis & rerum fregit penuria tristis:
Proditor infelix animam pra ferre pudori
Et propter vitam vivendi perdere causas
Maluit, ingenuo quam se præstare fidelem
Pectore, cui rutilo virtus postponitur auro:
Vendidit & patriæ columen dominumq; potentem
Imposuit munitæ arci: sed dedecus ingens
Atque ignominiæ manet exsecrabile stigma

Christianus Frisius jam regis cancellarius.

Calmaria potestati regis fit obnoxia.

Proditor Sommius.

Famosæ celebrem neubulonem fœdere fraudis.
Egregiis regem victoria clara triumphis
Ambit, & auratis ampliſſima gloria pennis
Condecorat niveis & fama perennis in alis.
Jaculator transfuga. Transfuga regis abit caſtris jaculator, acuto
Collimans oculo Suecis perjurus adhæſit
Concilians Danis miſeranda pericula, regi
Sæpe virum à dextra incedentem fæpe ſiniſtra
Interimit telis non vano verbere fuſis:
Armipotens dominus cælique ſolique patentis
Rector perpetuo qui præcipit omnia nutu
Indemnem vaſto regem defendit ab ictu:
Deditione timens facta ſibi perfidus arcis
Illuvie informem & raſa ſe reddere barba
Ignotum conatur, avet rex noſcere nattam
Præſentem, reliquæ cum ſciret adeſſe cohorti:
Demiſſis aliis per vincula dura reductus
Expiat infandum ſcelerato ſanguine crimen.
Carolus moritur. Hac arce amiſſa Carolus lugubria ſecum
Fata animo volvens offenſi & numinis iram,
Incepit dubiis tandem tabeſcere morbis
Et conſternatæ mentis languoribus angi
Conſcia quæ ſcelerum requiem non percipit ul-
Ipſa ſibi ſenſu teſtis triſtiſſimus arcto (lam
Nec tenebras noctis nec lucida tela diei
Admittit miſeræ placida in ſolatia ſortis:
Præcipiti fuſo penſum abſolvere ſorores
Vitaque corporea ſenſim compage ſoluta
Cum gemitu horribili fugit indignata ſub umbras.
Muſcovita ferox vel qui clamore Polonus
Bella movet torvo, non ſic affligere Suecos
Nec valuere unquam tam fortia vindice dextra
Prælia tentando claros tenuiſſe triumphos
Quam rex Danorum per ſola biennia, regni
Qui ferme partem meliorem cedere juri
Atque poteſtati propriæ adjutore coëgit
Omnipotente Deo qui ſolus dirigit arma
Et ſolus ſolio regnorum imponere reges
Qui ſolet, eventus largitur & ille ſecundos,
Cujus habet nullas larga indulgentia metas.
Guſtavus a morte parentis rerum potitur. Guſtavus juvenis poſt funera mæſta parentis
Rex deſignatur rerumque capeſſit habenas:
Acceptam cladem & damnum ſarcire ſuorum
Aggreditur vietus quantumvis pectore mentem
Conſiliis gravibus maturam debilis ætas
Nondum formabat nec belli cognitus uſus.
Scanorum invadit numeroſo milite terram
Finitimas ferro & flamma crudeliter urbes
Et pagos vexans nec ſacris neve prophanis
Abſtinuit rebus, nulli ſua profuit ætas:
Rege gerente alibi res cædibus atque rapinis
Omnia colluſtrant, cæptisque immanibus inſtant
Sueci ſub rigido queis pectore cornea fibra eſt.
Ut cognoverunt noſtri lachrymabile factum
Vallum Risbuſenſe vulgo Risby. Robore collecto turmarum protinus hoſtem
Bile petunt turmidi Martemque accendere cantu
Feſtinant, noſtris pugnandi copia nulla
Cum fieret, Suecis per inhoſpita tesqua viarum
Et ſalebras nullo cedentibus ordine, vallum
Risbuſenſe ſibi magno molimine Dani
Confictu illo cæduntur Sueci. Confirmant: hoſtes hic præſtolantur inanes
Terga timore gravi vertentes: agmina contra
Undique lecta locant in regni finibus illi:
Nulla ubi formidant inſtare pericula tuti
Et qua parte minus Danorum turba cavetur
Multa cæde cadunt proſtrati & vulnere multo,
Reddita juſta fuit rigidæ ſic talio genti.
Vincula dura tulit vulgus, generoſa catenis
Libera ſed proles varias captiva per oras
Ducitur, haud eadem recipit cuſtodia cunctos:
Donec conſiſtat feſſis Bellona quadrigis
Deponatque ferox funeſta repagula Mavors,
Et redeat inveis pax optima concolor alis.
Captivum redimit captivus ſorte ſub æqua
Ingenuum, ingenuus pro ſervo ſervus habetur.
Obtinet antiquum neglecto vulnere Suecus
Irritansque novo Danos in prælia motu
Rurſus Sueci ſuccumbunt. Jacturam inſignem fecit, damnumque priori
Par paſſus luget miſeranda clade ſuorum:
Infelix alia ex aliis in fata vocatur
Atque recrudeſcit propere coitura cicatrix.
Tetra procelloſi fremuerunt jurgia cæli
Riphæique vago luctantur in æquore cori,
Et glacialis hyems ſtagnantes junxerat undas,
Intenſumque gelu fluidum conſtrixerat amnem.
Urbem Vejenſem vulgo Voe Sueci delent. Opportuna iræ Suecorum occaſio nata eſt
Vejenſem ferro gens effera ſubruit urbem
Æquatamque ſolo per lata incendia vaſtat:
Mœnibus hanc celſam rex ultra tranſtulit amnem
Poſt & magnifica ſtructura reddidit amplam
Indidit & proprio ſacrum de nomine nomen
Viſitur hic templum quo non illuſtrius ullum
Lumine perpetuas ſpatioſo intrante feneſtras.
Conflictus apud lacum Vexenſem vulgo Vexö. Danorum ſua ſigna duces & caſtra movebant
Adverſumque dari poſcunt ſibi protinus hoſtem;
Dicere geſta lacum Vexenſem præliæ juxta
Fama monet celebris, poſitis convivia curis
Hic agitant Sueci, ſecuraque gaudia jungunt,
Guſtavus procerum belli comitante corona
Ingreditur templum ſacratum haud uſibus iſtis
Potando tempus fallens & ludicra rerum
Exercens: equites placidam per membra quietem
Acceptant miſſis ad pabula grata caballis;
Ordine neglecto pedites palantur inermes
Indulgentque mero vel luditur alea pernox,
Vel prædæ & luxus ſtolida oblectamina captant
Fœminei Veneremque admittunt lege ſolutam:
Ecce ſuperveniens taciturna per agmina Danus
Tandem acie inſtructa belli dare ſigna canoræ
Voce tubæ mandat, ſomno vinoque ſepultos
Invadit, molli torpentia membra veterno
Corripiunt quidam ſtratis, calcaribus alter
Et caret enſe, alius ſibi quærit ephippia, fuſi
Omnes aut cæſi truculenta morte luebant
Commiſſum ſcelus & vigilum cuſtodia primo
Impetu ab oppoſita caute eſt oppreſſa cohorte.
Præcipites fugiendo lacum percurrere Sueci
Feſtinant, ſed nec glacies infirma dehiſcans
Suſtinuit noſtros cataphractos mole ruentes
Immenſa, pubes nec noſtra ignara locorum
Errantes dubio perquirere tramite Suecos
Prævaluit: fracta glacie Guſtavus in undis
Hæſit & ambiguæ luctans diſcrimine vitæ
Incolumis pervaſit ope accelerante clientum
Quem tandem in ſolido tutum Deus ipſe locavit.
Sic paſſim attriti Danorum robore Sueci
Interitum regni ruitura mole minantur
Tanquam annoſa cadit minuente teredine quercus
Vel ſicut timidæ fugientes retia damæ
Quas inveſtigat ſolers & odora canum vis,
Cæduntur, ſubiti proſtratæ vulnere lethi.
Magnus ab integro recaleſcit ſpiritus hoſti

Collectis-

Collectisque novis insurgit viribus atrox
In Danos animo memori sua damna reponens.
Deletis sensim veteranis Marte cruento,
Ruris cultores reliquumque ignobile vulgus
Armorum & belli crudum componit in usum,
Informatque rudes animos hebetesque lacertos
Mittere tela docens dubiæque assvescere sorti:
Undique conscripto numeroso milite Svecus
Invasit fines Danorum, Hallandia frugum
Pingvis ubi, & pecorum colitur telluris amænæ
Jugere proventus lætos reddente quotannis.
Prælia dux gessit cum rege suprema Johannes
Per quæ compositis siluit discordia rebus,
Aurea & utrique est post hæc pax reddita regno.
Præstant Sveci turba vulgique corona
Obscura, pugnæque loco feliciter usi
Bellum festinant rapido committere motu.
Hic rex magnanimum se vere ostendit in hostem
Quamvis fatorum spatiis inclusus iniquis
Vafritiem metuit Svecorum credere nolens
Captivis, domino se maluit omnipotenti
Tradere & ancipitem per acerba pericula sortem
Pugnando quam captivis credendo subire:
Forte dolum metuens & vulnera ficta Sinonis
Credentes temere Trojanos transfuga fallax
Composito vultu & fletu delevit inani.
Signa canit pugnæ tuba forti pectore primus
Rex Martem oritur jaculumque emittit in hostem
Spe mandans sociis certa præsumere bellum,
Pugnavisse novem Svecos statione morantes
Contra tres Danos notum est, qui occumbere le-
Svecorum oppressi turba quam vetere turpi (tho
Terga fuga longe præstantius esse putarunt
Semper enim Danis virtus prestosior auro
Et præclara rogos quæ vincit fama superstes.
Sanguinei crudelis inhorruit ira Gradivi
Roscida purpureo maduerunt gramina tabo:
Heu projecta tremunt spatiosis corpora campis
Metam inter dubiam vitæque & mortis acerbæ.
Hic occisa cadit Danorum Martia pubes
Nobiliumque cohors turbæ imperiosa minori
Virginea ceu secta manu cum lilia languent
Vel canis ad calidum ceu Hosculus aruit astrum.
Cum sepes Danis adversa molestior esset
Quo conversiequites minus hostem invadere pos-
Tum Sveci latebris effusi in terga ruebant (sent
Nostrorum, pulchræ ceciderunt vulnere mortis
Quos alias semper decoravit adorea Dani,
Quorum & perpetuo viget indelebile nomen
Nomen ad occasum præclari regis & ortu
Notum, atque immensum celeberrima fama per
Gloria & invidia major, rebusq; secundis (orbem
Adversisque parem format constantia mentem.
Egregias animas patriam quæ sanguine charam
Servavere sibi decus immortale parantes
Hic ne præteream neglectas carmine nostro,
Dignos laude viros nam splendida Musa vetabit
Posse mori: Danos generoso sanguine cretos
Abstulit atra dies & funere mersit acerbo:
Insvetum nivei mirantur limen Olympi
Exempti fatis indignantemque refellunt,
Fortunam dubio quos non in turbine rerum
Deprendet suprema dies, sed mole solutos
Corporea & lætis permixtos cætibus olim
Cælituum sancto peragentes jubila Christo.
Varbergæ interea rex lancibus ordinat æquis

vissimum
elium in-
Danos &
ecos ge-
m in Hal-
dia prope
gum
ngsbach.

Omnia quæ belli diuturni postulat usus
Secessu vario dispersas undique turmas
Colligit & rursus vexilla ad pristina cogit
Sveci equidem nostris numeroque longe priores
Pugnandi, miseranda affecti clade recedunt:
Turbarum quantum quam lamentabile bellum!
Crudelis Caroli præceps audacia movit:
Filius emuncto per dura gravamina regno
Fortunas plebis vel compilante profano
Milite vel censu communi immaniter aucto
Amplius haud Getici moderari pondera Martis
Sustinuit nullam sperans pugnando salutem:
Arcibus exutum validis si victus arena
Cesserit, efficiunt nec propugnacula tutum,
Consilio procerum capto putat esse petendam
Regis amicitiam offensi, nova fœdera jure
Percutienda sacro nullum violanda per avum.
Conveniunt ad regnorum confinia regum
Legati, blandæ tractantes commoda pacis,
Pace cadente cadit legum justissima norma
Inque vicem redeunt luxus, furor ira, libido.
Bellanti turbæ stat pro ratione voluntas,
Omnis & immunda scelerum farragine sensim
Conspurcata scatet respublica, & horrida bella
Sunt nec grata Deo, ingeniis nec amica modestis:
Unanimes belli distraxerat ira propinquos
Jam qua lege queant tumidæ coalescere mentes
Regni utriusque, alacri studio curaque laborant
Legati, & rerum expendunt momenta fideles.
Propositis varie res conditionibus acta est
Quas nostri ad regem Varbergæ ferre morantem
Non intermittunt misso monitore frequenti
Quisque suas queritur clades, acceptaque damna.
Tandem convenit regem hic inter utrumque
Ut Rex Danorum quas bello ceperat arces
Restituat Sveco, qui conditione vicissim
Pacta pensurum se regi (ponte re epit
Auri fulgentis per denas pondera tonnas
Ut sic componant secura oblivia rixas
Bellorum & turbas & detrimenta priorum.
Elsburgum regis sub jure fideque maneret,
Annumeret donec promissum debitor aurum
Svecus, sic cælo constarent cuncta sereno.
Exultim gaudent juvenesque senesque reducta
Pace, procellosæ fuerat quæ litis acerba
Vi proscripta, sacros resonant delubra per hym-
Et fora lætitia saliunt convivia pompa: nos,
Musica blanda chelii luctu fugiente canora
Perstrepit, & pullo discordia cedit amictu;
Jam securus agit cum Danis incola Svecus
Ventosumque vagus mercator transvolat æquor
Agricola immitti telorum à turbine tutus
Terram in spem lætæ frugis proscindit aratro.

Conditiones pacis inter utrumque regem.

RERVM GESTARVM CHRISTIANI QVARTI
LIBER SECVNDVS.

Postquam terribilis belli deferbuit ardor
Rex gravibus mentem curis varioque labore
Leniit afflictam: jucunda pace beatus
Jura dedit populo, scelerumque enormia lance
Stigmata justitiæ à pulchro distinxit honesto.
Insignes virtute viros famaque decoros
Quorum operam dubio exploravit Marte fidelem
Egregiis auxit titulis & munere largo,
Magnarumque dedit fastigia scandere rerum

De patria meritis bene quos ob ſplendida facta
Conſecrat æternis ampliſſima gloria faſtis:
Sic vitia intorto caſtigat dira flagello
Præmia virtutum ſic cujuscunque reponit
Ordinis atque loci mortalibus, æquus in omnes
Ut fama nunquam moritura excellat ubique.
Dania quæ geſtis olim fuit inclyta rebus
Nunc eſt perpetua per totum notior orbem
Laude ſui regis, proprio qui nomine claram
Effecit, ſi divini præconia verbi
Quisquam, aut externis commercia ſpectet ab oris
Collata, aut belli pacisque illuſtria facta,
Quæ ſolida & tellus teſtatur & unda profundi.
Prima expeditio navium Danicarum in Indiam orientalem.
Ad ſummæ Danis ne quid ſubſellia laudis
Deſit, rex celebri ſola cærula claſſe ſecando
Auroræ croceum perveſtigare cubile
Conatur, metasque orientis adire feraces
Auro atq; argento gemmisque & aromate multo.
Excedunt portu munitæ in prælia naves
Quinq; procelloſum & ventis dant vela per æquor,
Anglos & Gallos poſt terga & claſſis Iberos
Miſerat, Æthiopes tandem penetravit ad atros,
Commoda ubi ſtatio quaſſatis viſa carinis
Vela cadunt malo, jactatur & anchora fundo.
Hic maris & cæli numeroſa pericula Dani
Diluere & poſitis mærentia pectora curis
Mulcere incipiunt, jucundi humore Lyæi:
Fluctiſona emiſſis tentarunt littora cymbis
Inde cibos gratos & aquas afferre recentes
Quærebant, placidæque feras proſternere terræ:
Difficilem revoluti aditum facit æquoris æſtus
Ingreſſisque ſolum Æthiopes violentius inſtant
Et tela in noſtros mittunt imbuta veneno
Qui ſe forti animo pugnaque tuentur acerba:
Occiſis multis utrinque eſt edita ſtrages
Magna, venenatis Dani occubuere ſagittis,
Cum violens virus cuncta amuleta recuſat
Et tam dira valet medicina in vulnera nulla.
Provectæ portu naves volvuntur in altum,
Aſpectumque fugit ſeceſſibus Africa longis.
Prætereunt ſiccas Libyæ ferventis arenas
Solis ubi medium diſtinguit linea cælum,
Horarum æquatæ ſpatiis ſtant noxque dieſque
Æſtiferos tandem claſſis pervertit ad Indos
Multa mari vaſto perpeſſa à gente feroci
Plurima, ſecuro ſternuntur littore proræ.
Hic munimentum Dani poſuere decorum
Firma locum armati cuſtodia militis illum
Propugnat, ſtructumque in ripæ margine vallum
Inde venit piperis pleno largiſſima cornu
Copia, mittit ebur terra hæc cedrum atque cupreſſ-
Serica cum molli lautiſſima ſindone, merces (ſum
Ingenti pretio charas fragrantia thura;
Quæque ſolet noſter mirari ſuaviter orbis.
Hinc mercatorum felix opulentia nata
Atque gulæ diverſa irritamenta procacis
Sollicitant miſeram permagna impendia plebem.
Chriſti præcones claſſi adjungente fideles
Rege pio ſacros didicit gens Barbara ritus.
Oceani domitor ſpumantis ad invia mundi
Transmittit famam rerum ſucceſſibus almis
Fortunatam, alio populos ſub ſole calentes
Jura Dei & morum veſtigia culta doceri
Numinis æterni ſatagit ſuccenſus amore.
Ante per Eöi fluitantes gurgitis undas
Nemo rates duxit proavorum, ingentia nemo
Solis utramq; plagam penetrando facta patravit.
Tanta fuit nulli Danorum gloria regi
Incrementa capit quæ à funere ſola ſuperſtes
Maxima, perpetuos victura illuſtris in annos.
Quas reſtauravit vaſtatis ignibus urbes,
Prælia Suecorum dum pernicioſa vigebant.
Quæque domi geſſit, moderamina juris & æqui
Quæ poſuit, noſtræ longum eſt meminiſſe camenæ.
Filius hinc regis naſcendi jure ſecundus
Poſcitur, ut populo terræ det jura Bremenſis
Inq; vicem alteriq; qui ſponte hoc culmen honoris
Obtulit, eligitur, rerumque capeſſit habenas:
Virtutis ſpecimen gratum Fridericus avitæ
Excelſi patris præclara exempla daturus.
Fridericus filius Regis ſecundus Epiſcopus Bremenſis eligitur.
Alter honorata præluſtris epiſcopus aula
Magnifice excipitur regis, ducente caterva
Nobilium, inſigni ſplendeſcunt omnia pompa:
Eximiam tandem conſcendit obeſulus arcem
Accurata nitent laudis convivia menſis
Et blando oblectant fæcunda falerna liquore:
Epiſcopus Bremenſis priora rege Hafniæ ſplendide excipitur.
Suſpicit hunc ſupra ſortem, rex principe digna
Singula conſtituens, minor eſt nec gloria dantis
Accipientis honor quam ſit modulusque decori.
Suecorum tum ſceptra tenens Guſtavus amæno
Prædítus ingenio & virtutibus inclytus almis,
Halmſtadam venit, mente invitatus amica
Danorum à magno ductore, hic ſuaviter ambo
Conveniunt reges, omni procul inde remota
Suſpicione doli atque odii, ſe credere Suecus
Audet Danorum fidei quos ſordida nunquam
Fraudis fætidula maculavit fama lacuna.
Guſtavus Adolphus Halmſtadam venit magnifice a rege exceptus.
Sic ſua perpetuo confirmant fœdere regna
Unio ſic utriusque innectit ahenea mentem,
Ut quivis fratres, inimicos ante fuiſſe
Nemo affirmaret, ſtabilis concordia pacti
Durat, in æternum quoque duratura cohæret.
Conventus lætos & quis convivia blanda
Commemorare queat, metus aut injuria nusquam
Rex cavit duro ne Suecos ore laceſſat (eſt.
Quisquam, pœna reo capitis decernitur absque
Spe veniæ, bini regis mandata proterve
Abjiciunt, quos ante exorti lumina ſolis
Suſtulit enſis atrox populi ſpectante corona.
Miræ integritatis exemplum in rege Daniæ.
Juſtitiæ exemplum & ſinceri pectoris ingens
Rex ſtatuit, quamvis multa interceſſio Sueci
Fruſtra impunitos conata eſt reddere fontes.
Incipiunt poſthac Sueci confidere Danis
Tutius hoc facto permoti, nodus amoris
Mutuus implicitis ſic mentibus hæret utrinque
Candor & alma fides regis ſic notior exſtat.
Quale ſit Dania regnum.
Dania ab æquoreis in partes ſcinditur undis
Conſtituitq; frequens totum ferme inſula regnum
Victorum nullos quod ſentiit ante triumphos:
Undarum dominus rex inde vocatur honeſte
Quod maris ambitas circumdent littora terras
Imperii quotquot frænis induſtrius aptet.
Danorum conditio.
O fortunatos ſua norunt ſi bona Danos
Spicea ſit merito Cereri ſuſpenſa corona,
Agreſtemque palen fas ſit ſparſiſſe decenter:
Nam ſeges atque boum largiſſima copia Danos
Ditat, vicini capiunt hic commoda Belgæ
Maxima, gratarum & ſterilis Norvegia frugum.
Ære redit quoties multo mercator onuſtus
Per maris undoſi furias currendo, dolatis
Se credens lignis frumentum vendit egenis
Gentibus, & variis commutat mercibus aurum.

Maxima

Maxima nobilibus libertas tradita Danis
Ut vix majori comites gaudere putentur
Externi: cauſam propriam dixiſſe clientum
Cuique licet, regni jus municipale perennes
Cauſidicique moras & tædia temporis aufert,
Ne lis relliquias exhauriat æris & ævi.
Præcipue egregio Dani ſunt rege beati
Illius eſt Arabum potior prudentia gazis,
Juſtitiæque hæret clementia lancibus æquis;
Et pietatis amor divinæ legis amuſſim
Dirigit, errorumque expurgat vepribus agrum
Chriſti, per patulum gens nulla beatior orbem
Creditur, æternæ quæ gaudet ſorte ſalutis.
Algentem ſpectat Boream Norvegia, multæ
Acceſſu navis toti celeberrima mundo:
Piſcibus illa ferax & crebris obſita ſylvis
In pretium natis variis & prædita rebus
Vicinis prodeſt grata farragine regnis.
Sanſuerra Aslovia veteri miliaribus octo
Diſtat, jucunda regio placidiſſima ripa,
Unde ſolent nautæ perſæpe efferre ſaburram,
Fæcundas varii venas fluitare metalli
Viſceribus terræ ſolerti indagine notum eſt.
Læta puti puri hic argenti pondera jactis
Exiliunt foſſis, fundique anfractibus imi.
Excudit nummos clauſa rex inde corona
Inſignes, regni celebris poſſeſſor & hæres,
Promptus adauget opus fruiturq; hac ſorte beatq
Finitimis longe præ regibus, abditus olim
Hic theſaurus erat, quo jam digniſſimus heros
Excellit, lucro famam præponit inani
Atque opibus nomen nullo delebile ſeclo.
Quæritur aſſidua foſſori lamina cura
Qui ſubit indutus pellita veſte cavernam,
Si dubia erravit ſinuoſo vena meatu
Materiæ mollis viridi rude rurſus aperta
Perveſtigatur plena & ſcaturigine manat.
Compactis tabulis fulcitur terra dehiſcens
Ne trahat ancipitem minitanti mole ruinam.
Agmina ventorum vaſto reſonantia cælo
Quæque procelloſo luctantur ſæva profundo
Regem noverunt Aquilo Vulturnus & Auſter
Et zephyri molles, quævis plaga & ætheris alti.
Quamque patet late gelido Septemtrio tractu,
Rex naves mittens loca fæta furentibus auris
Inviſit, populus prope ritu ac more ferino
Degit ibi, noſtrosque homines fugit ocyus Eoro,
Cui nec ſacra, probi nec ſunt veſtigia cultus:
Frigida tempeſtas & Jupiter horridus urget
Et glacies ſcopulis illiditur undique celſis
Perpetuoq; fragore, gemunt ad littora fluctus.
Et mergi turpes ingentia ſaxa ſonantis
Pervolitant ripæ, pontoque immania cete
Voce fremunt dira, laticesque ad ſidera tollunt.
Terra feris exſors frugum ſcatet, æquora lata
Territat infami feralis bellua vultu.
Cimbriæ ad occiduum litus maris æſtus inundat,
Fæcundam lambens violento gurgite terram,
Ut nec amica ſeges nec lata repullulet herba,
Præbeat armentis nec gratum pabula, gramen,
Æquoris inſultans fundo vehementia præceps
Suſtulit inde domos atque oppida ſuſtulit ampla:
Materiæ ingeſtæ cumulo vim fluminis arcet
Rex prudens, fluctus prohibens lacerare voraces
Jugera telluris blandæ camposque liquentes:
Omni ex parte ſtudet patriæ prodeſſe faventi
Neve labori ulli parcens nec ſumptibus ullis.
Sorana authorem præclara Academia regem
Teſtatur, nomenque pium laudesque perennes
Venturos transfert ad poſteritatis alumnos:
Hoc ſoboles generoſa loco informatur amæno,
Ingenuæ elucent animis juvenilibus artes,
Turba profeſſorum varias avita per oras
Accuratam operam ponit, ſtudiisque fidelem:
Hic exercetur dubiæ quoque palma palæſtræ,
Hic animoſus eques pytiliſmate lubricat orbem
Et gyros pergit circo glomerare ſuperbos.
Pars pedibus plaudunt choreas, numerisq; canoris
Jucundos aptant ſaltus teſtudine blanda
Sive chelii quibus eſt ceſſatum ducere curas.
Diverſarum etiam linguarum idiomata diſcunt
Et quæcunq; decus vel & ordinis ambit honeſtas;
Ut peregrina queant impenſa adiiſſe minori
Regna, ubi ſermonum fuerint morumque periti,
Quos & cura gravis docet atque domeſticus uſus.
Olim curabant homines de plebe togati
Sedulitate ſcholam permagna, & legibus æquis
Nobilis Hoigæo nunc ſtemmate præſidet arci
Soranæ Juſtinus eques regnique ſenator;
Cui ſchola tam celebris quam clara Academia curæ
Ille quidem ſacris excultus rite Minervæ (eſt,
Atque caballino madidus de fonte decoro
Fungitur officio præclare, moribus almis
Doctrinaque pari docilem viguiſſe juventam
Obnixe incumbit, quo gaudet turba docentum
Curatore, loci & genio florentis opimo;
Totius regni non tractus amænior ullus
Sive lacus lætos quisquam ſeu luſtra ferarum,
Frugiferæ aut ſpectet jucundæ jugera terræ.
Fervida Pontificis Romani ebulliit ira
Veræ ſinceros in relligionis alumnos,
Quodque nequit ſolus per plures tentat eadem
Mente ſui ſimiles & ovilia pinguia Chriſti
Ille lupus ſtygius vaſto diſcerpit hiatu.
Hujus conſilio diraque tyrannide ducti
Cæſar & Hiſpanus conjunctis viribus orbem
Germanum invadunt, quemvis expellere promti
Principem & expulſum toto proſcribere tractu
Imperii, horribiles per dira anathemata voces
Spargit Papa ferox, quod noſtræ adhibenda cohor-
Nulla fides nec ſit concordia pacis alenda. (ti
Fruſtra implorat opem respublica languida Chri-
Auxiliatricis nemo adfert robora dextræ; (ſti
Principibus regni vel Marte metuque ſubactis
Vel re & conſilio dubiis, vehementius omnes
Incenſam magni trepidarunt Cæſaris iram.
Proſpera finitimi coëunt in fœdera reges,
Cum Dano Suecus, Gallus bacchatus & Anglus,
Aſſociavit opem respublica Belgica promptam,
Orbis Saxoniæ tulit inferioris & omnis
Auxilium, junctis inierunt prælia dextris.
Omnes Danorum cupiunt decernere regem
Quem penes arbitrium belli rerumque maneret
Ordo, procelloſam molem ſibi ſuſcipit ultro:
Illum faſtoſo vana huc non gloria luxu
Impellit, non invadendi aliena cupido,
Sed Chriſti vultu lacerata eccleſia mæſto
Et ſtudium divini ardens induxit amoris.
Milite collecto rex inclytus agmina luſtrat
Pectoris excelſi quo non præſtantior alter
Sternere cæde viros bellumque accendere ductu.
Induit arma minax & pugna provocat hoſtem,

Academia Sorana perilluſtris.

Bellum germanicum contra veræ relligionis oſores a rege geſtum.

Inito cum reliquis regibus fœdere Chriſtianus IV. Danorum rex potentiſſimus belli negotium adminiſtrat.

Cauſa belli.

Qui

Qui ſe Marte peti quam primum intelligit, aſtu
Hiſpano regem pertentat & arte pelasga:
Hortatur bello deſiſtere bella movendo
Ipſe ferox, prudenter agi rationibus omnem
Rem monet & technis conatur ducere tempus,
Suadeat ut regi verſare remiſſius arma
Quodque ſibi ſumpſit ſic penè intercidat omne,
Moribus interea magnis ipſe omnia miſcet:
Talibus Anglorum regem ſeduxit Iberus
Verborum phaleris genero ne ferret acerba
Paſſuro feſtinus opem: deprendit inanem
Rex fucum occultæ volvens ſtratagemata fraudis.
Nec tam Danor. rectori imponere promptum eſt
Quam facile Hiſpanus deceperat ille Britannum.
Per Brunſvicenſes triſtiſſima prælia campos
Geſta, juvat noſtram breviter ceciniſſe camænam,
Cæſaris & noſter rutilis exercitus armis
Concurrit, rem quisque gerit tam pectore fortis
Quam dextra validus, nuper qui occiderat ho-
Cogitur infelix ſimili ſuccumbere fato. (ſtem
Martia Danorum nota eſt hoc turbine virtus
Egregiæque animæ dura in diſcrimina jactæ,
Augiæ ſtabulum citius purgaſſe videbor
Conflictus valeam cunctos quam dicere & urbes
Quas Brunſvicenſem rex liberat hoſte per agrum
Ejecto, dextra ſemim victrice receptas.
Munimenta levi cepit quam plurima cura,
Neoburgum. Fluminis ad ripam Neoburgum oppugnat amæ-
Staltenam. Staltenam validis etiam devicerat armis, nam,
Tradidit hanc ultro execrandus proditor hoſti,
Auri ſacra fames facinus quem audere nefandum
Juſſit, conſpicuam rutilo mutaverat auro
Famam, probroſæ faciens diſpendia vitæ:
Fune perit collum læſus lethoque peremptus
Præbuit infami exemplum nebulonibus iſtis
Queis auro minor alma fides atque integra fama
Illa fidem in regis dubio poſt Marte recepta (eſt.
Fraude pari urbs rurſus tentatur nobilis hoſti
Inſtanti illuſit, pulchro ſtratagemate Danus:
Adventare jubet promittens tradere pacto
Ære urbem, armata propere comitante caterva
Spe prægnans certa impleri promiſſa petebat
Hoſtis ſexcentis intra pomœria miſſis
Excludit reliquos Danus deludit hiantem
Sic corvum, & prudens ſic hoſte potitur & urbe.
Hamella. Hamella ejecit rex Cæſaris agmina victor
Atque ſui juris fecit fortiſſimus urbes
Brunſvicenſis agri cunctas arcesque venuſtas:
Hic caſu urgetur Danorum ductor acerbo,
De vallo ſaltu ſe præcipitante ſupremo
Egit equus ſparſo ſeſſore, ſed omen in hoſtes
Ipſe Deus vertit, per dira pericula ſalvum
Reddidit hic Regem, Chriſto qui pectore puro
Confidit nulla perverſæ mobilis aura
Relligionis, ovat divino numine tutus;
Nec fibras pecudum aut ſpirantia conſulit exta
Gottinga. Nec volucrum cantu ſed Chriſti voce movetur.
Vi tormentorum Gottingam impellit atroci
Ut victa adverſis Danorum cederet armis:
Omnia quis memoret crudelis fulmina pugnæ,
Hoſtili oppoſuit ſe rex promptiſſimus iræ
Commoda cui nusquam eſt elapſa occaſio belli.
Militibus numerari aptæ ſtipendia mandat
Mentis ut inde vigor virtusq; accreſcat in hoſtem:
Si ſatur eſt miſcet bellator prælia fortis
Ære carens pacto nutum ſurdeſcit ad omnem,

Si nec ſpes prædæ affulſit, tabeſcere ſenſim
Incipit & dubiis animus languoribus angi.
Tillius inſurgit fera Cæſaris arma ſequutus
Remque gerit contra regem molimine magno,
Collocat inſidias, ſimulat fugiendo timorem:
Dux Luneburgenſis regi non ſanguine ſolum
Sed per multa fuit benefacta obſtrictus, agreſti
Attamen ingenio à magno defecit amico.
Rex toties victum plenis conatibus hoſtem
Perſequitur denſæ incauta ad vicinia ſylvæ:
Haud à Luttera procul, expanſi æquore campi Conflictus apud Ter-
Convenere alacres utrinque ad bella caterva ram arcem.
Cæſaris & regis magno fremit impetus auſu
Martis & horribili ſternuntur corpora letho:
Perniciosa cohors quæ poſt virgulta latebat
A tergo erumpens noſtros vehementer adorta eſt
Ignaros fraudis, nec prima ſequentibus apte
Agmina ſic cedunt ut primis ultima poſſent
Auxilium ferre & dubiis ſuccurrere rebus
Damna locus nemoris nimirum dedit iſta propin-
Romani ſedare lupi vis nulla frementem (qui.
Ingluviem valet, in Chriſti indefeſſus ovile
Cladibus inſurgit geminatis, nec ſatis unam
Perniciem putat eſſe piis ſtruxiſſe, ſed omnes
Mille Lutheranos perituros mortibus optat.
Sanguineis gemuit Germania preſſa ſub armis,
Mœrebatque jugo perterrita Cimbria duro,
Cæſaris imperium tantiſper ferre coacta:
Signifer ipſe ſui Deus & dux ipſe popelli Ingreſſus hoſtium in
Omnibus exſolvens mœrentia pectora curis Cimbriam.
Arma repercuſſo minitantia torſit in hoſtes
Verbere, ſic propriis perierunt artibus illi,
In caput artificis dolus & ſua techna redundat.
Cimbrorum ignotas formidat miles arenas
Cæſaris, & nulla ſecurus parte tremiſcit,
Quod terram teneat cinctam vaſta undiq; ponto,
A tergo ſi forte hoſtis violentior inſtet
Nulla fugæ miſeris occaſio nata, locorum
Cum ſit perpetuo circumfluus æquore tractus. Gluchſtada.
Nomine fortunæ præclaram condidit urbem
Rex, quæ ſubſidium jam fortunata miniſtrat
Nutanti patriæ, vallo ſpectabilis alto
Hoſtiles liquidis vires eludit in undis:
Parte una foſſis, alia ſed cingitur æſtu
Ventoſi maris, inducto quod tramite totam
Ambit & invictam fulgentibus efficit armis.
Præſcius & rerum accurate providus, illum
Communire locum voluit rex mole laboris
Immenſi & ſolido ſolertis acumine mentis:
Cimber & Holſatus ſibi propugnacula quærunt
Urbe illa, audaci quæ formidabilis hoſti
Per ratis acceſſum crebræ, ſuccurrere regno
Affiicto, & præter ſpem infringere Cæſaris iram
Sola poteſt, validoque retundere turbine criſtas.
Urbe potitus enim fieret truculentior hoſtis,
Forte & nulla foret tranquillæ mentio pacis:
Hanc ergo obſidione gravi convellere tentat Hoſtes
Mœnia, circumducta equitum trepidantibus alis Gluchſtadam
Tormentorum alacri motu percellit: ut inde fruſtra oppu-
Caſtra ad vicinam propius ſua conferat urbem gnant.
Vincere quam totis incumbit viribus hoſtis:
Sæpe repulſus abit, pugnat perſæpe reverſus
Fortiter, intentatum avida nil mente relinquit,
Attamen omnis erat labor irritus, impetus omnis
Gnaviter obſeſſa ſe defendente caterva,
Malleus à duro reſilit ceu marmore, turbæ

Sic

Sic oppugnantis virtuti induſtria cedit
Danorum, varia geritur res undique cura.
Quam promiſit opem cum Sueco Gallus & Anglus
Rex fruſtra exſpectat, cui ſoli ſarcina rerum
Tam gravis impendet: respublica Belgica ſalvam
Rite fidem redimit promiſſaque liberat æqua.
Pontificis fuit illud opus, per triſtia bella
Sic regum rupto disjungere fœdere mentes
Spargere & horribilis diſcordia ſemina litis,
Auxilium unde queat ſperare Eccleſia nullum.
Polonum Sueco, Gallum lethaliter Anglo
Oppoſuit, ſua ne conjungant robora turbæ
Danorum, ut fiat belli felicior ordo.
Ceu per fruſta canes quisquam projecta voraces
Committat; ſic Papa ferox in prælia reges
Armat & unanimes dira in diſcrimina fratres.
Laude fuit præſes urbis digniſſimus omni
Obſeſſos quateret cum bellica machina muros
Militis ex rapidi fureret violentia præceps,
Suſtinuit præſenti animo ſæviſſima belli
Fulgura, poſſe pari par reddere ſedulus urget
Mane ſub auroram & lucis vicinia ab urbe
Sæpius erumpens per lata ſilentia turbæ
Vim facit hoſtili caſtrisque excedere cogit:
Deinde domum rediens ſpoliis & onuſtus opimis
Excitat extemplo reliquos virtutis amore
Ut ſuccenſi animum rebus verſare gerendis
Diſcant & ſenſim conſcendere culmen honoris.
Claſſe frequentatam & munitam mœnibus urbem
Vi non poſſe capi ſolers conſiderat hoſtis,
Qua ratione queat, naves ſibi comparat ære
Quantumvis magno, faſces extendere Cæſar
Nititur imperii per terras perque profundum:
A Dantiſcanis inſtructas emerat octo
Utilitate rates rerum nautisque peritis.
Monſtri aluiſſe aliquid papiſtas fama ferebat
Scilicet ut magna collecta claſſe, marinas
Invadant urbes valido munimine firmas,
Totius regni facile ſic poſſe potiri
Se credunt, rerumque apicem conſcendere tuto,
Immenſæ poſſit cum nemo reſiſtere turbæ.
Quod coquitur ſcelus exquirit non naris obeſæ
Rex & felici præſtans indagine mentis
Conſilia explorat contraria & obvius hoſti
Ire parat, magnis conatibus omnia tentans.
Exſtruxit navim laterum compagine firmam
Et latam, ſpatioque per intervalla capacem,
Quæ grave ferret onus tormentor. agmina & apta,
Militum, ita adverſis fuit hæc impervia telis,
Ut leo vim culicis torvus contemnit inanem
Si quoque ſub tali miles ſtat tegmine tutus
Muſcarum illuviem ceu conopæa refellunt.
Procedit portu reliqua rex claſſe parata
Et placidis fertur ventis fluvioque ſecundo
Hoſtilesque petit facili temone carinas
Nomen formidant præſentis & ardua regis
Robora, non auſæ dubio ſe credere Marti:
Has tandem profugas recipit Viſmaria: niſu
Rex vario tentat vada litoris arcta ſubire,
Quæ faciunt remoram & pugna deſiſtere cogunt.
Sic mimica ratis dat terga imbellia ventis,
Ut volucris levibus fugitiva adremigat alis
Accipitrem metuens lepus aut inſtante canum vi
Ceu fugit & notis quærit ſua tecta cavernis.
Inde petit Sundam radiorum inſignibus almam
Obſeſſæque parat ſuccurrere fortiter urbi,

perator elio navali taſſum natur dicare.

Stralſundæ obſeſſæ rex auxilio venit &

Hoſtis atrox inſtat metuenda fervidus ira — hoſtes oppugnantes magna militum manu deſiderata obſidionem cogit ſolvere.
Continuo incumbit confringere mœnia motu
Adverſa tandem conflictans ſorte recedit
Et fugit affectus miſeranda ſtrage ſuorum,
Sed varias iterare vices variamque ſubire
Fortunam infracta conatur mente, ſubacta
Urbe ſit ad naves ut copia prompta parandas
Queis ſibi mox oras ſubſterneret ille marinas.
Ingreditur Rugiam fuſo rex acriter hoſte
Vicinamque capit facili diſcrimine terram — Conflictus varii in Rugia ac Pomerania.
Bellonam multos Pomerania pinguis in annos
Commemorat, rixasque recenſet ſerior ætas:
Ante repulſus adeſt collectis viribus hoſtis
Et regem bene non concocta bile laceſſit.
Bella cruenta movent, tumidas fragor occupat au-
Armis terra fremit, totum ſtat pulvere cœlum (ras,
Crudeles animas properans Libitina ſub umbras
Mittit, in Elyſio quas pallor & horror averno
Expectant, plenis lethea oblivia potant
Faucibus æternaque diem caligine mutant.
Purpureo tellus ſaturatur florida tabo,
Latis ſternuntur funeſta cadavera campis
Hic eques hic miles nullo jacet ordine, clamor
Victoris, victique ferit lachrymabilis aures.
Terribilis ſtat ferri acies mucrone parato
Stricta, intenta neci, moriendum eſt legibus æquis
Noxio & inſonti, fatorum carcere clauſis
Auxilium nec vis nec confert provida cura.
Hic rex magnanimus nulli virtute ſecundus
Non renuit rigidis caput objectare periclis.
Prætulit & propriæ divina encomia vitæ,
Cui ſacra relligio magis eſt quam gloria curæ
Fluxa hominum pereunte perit quæ pondere re-
Papicolas claro victor certamine fudit, (rum:
Abſtulit ingentem prædam, tormentaque victis
Plurima, quæ ſi non patriæ transmiſerat, ultra — Rex Cimbricas tentat litora.
Nil tentaturos viciſſet protinus hoſtes.
Rex Sunda ſolvens pertentat claſſibus æquor,
Ut vel prædonum ſceleratos comprimat auſus,
Vel varios luſtrans per balthica litora portus
Perpetuis poſſit vexare inſultibus hoſtes,
Qui quavis viſa rate regem ſemper adeſſe — Metus regis hoſtium animos percellit.
Conſternati animo jam credunt, undique cogunt
Agmina per totam miſere trepidantia terram:
Luce timent media dubiæque in imagine noctis
Iratum regis vultum præſentia & arma
Abſentis, vehemens perturbat pectora terror
Nec tecto campove putant ſe vivere tutos.
Cimbrorum æterna digna eſt conſtantia laude, — Cimbrorum conſtantia.
Cæſaris addicti jurare in verba recuſant,
Quos nec ſuada decens nec vis inimica coëgit
Moliri in proprium perjuria perfida regem:
Papicolæ miſeris pergunt extrema minari
Exitium, cædes, incendia dira, rapinas
Vel ſi quid letho fuerit truculentius ipſo:
Nec valet hoſtilis ſic ira impellere mentes,
Chari ut regis amor ſtudiumque perenne fideles
Efficit, horribilis duri violentia fati
Nec Danos frangit nec amaræ ſortis imago.
Hoſtibus à cautis fraus clandeſtina colonis — Motus ruſticorum in Cimbria adverſus hoſtes invaleſcit qui interdiu opera tractant ruſtic. noctu
Immanisque dolus ſtruitur, conſveta fatigant
Luce opera, & feræ ſub lenta crepuſcula noctis
Armati ſimulant equites & vindice dextra
Crudeli immites inimicos morte trucidant.
Ut gemit erepta viduatus compare turtur
Maternoque velut ſemotus ab ubere luget Infans,

vero perniciem hosti creant.

Infans, amisso mæret gens Cimbrica rege,
Auspiciis lætis omnis quem sexus & ordo
Ultrices optat secum adduxisse cohortes,
Ut libertati patriam juga dura ferentem
Restituat, redeatque ignotis exul ab oris
Antiquas repetens sedes placidosque penates.
Papicolæ cum non tristi formidine Danos
Flectere nec poterant phaleratis ducere verbis
Rege ut deficerent à charo, charior illis
Qui propria fuerat vita, cunctisque carere
Quisque bonis mavult patriæ quam patre super-
Excluso ut vivat, terram nec possidet hostis (stes
Tuto, cum metuat momenta in singula verum
Rectorem, absentis terrere cubile leonis
Sæpe solet pavidæ fugitiva animalia turbæ.
Nec spes ulla fuit quantumvis acriter hosti
Instanti, validis ut Gluchstadam occupet armis
Aut Sundam Eoæ constructum in margine ripæ.
Quas sibi munitas bene sic non subjicit urbes,
Nec regere imperio Cimbros nec navibus uti
Ulla lege potest, patria decedere tandem
Danorum & virtus moles & maxima belli
Coget: in ancipiti versamur cardine rerum.
Vincitur interdum victor victusque reducto
Spiritu id adversum insurgit vehementior ho-
Sæpe peregrinis virtus Romana sub armis stem,
Pressa olim sed non penitus suppressa reluxit,
Clarior & dubio longe præstantior ausu.
Pacis ad extremum tranquillæ est mentio facta
Lassa ut respirent longo præcordia motu
Templa forum leges exsultant sorte benigna
Perque vices gratas ad pristina munia tendunt.

Pacis negotium Lubecæ agitur.

Cæsaris & regis rata per conventa Lubecæ
Legati pacis rem tractant, rector Olympi
Cum satis irarum per atrocia bella dedisset
Discordes jungit securo fœdere mentes.
Ad frugem ut redeant meliorem pectora cæca
Sæpe Deus ducit, verbo monstrante salutem,
Sed si converti nolint, enormia punit
Crimina divini censoria virga furoris.
At crucis eximium sacræ quis robur? amænas
Quis quæso vires animo considerat æquo?
Dextra solet Domini duris frænare capistris
Indomita peccatores qui fronte resistunt
Christo, & sanctarum contemnunt fœdera legum.
Quos male factorum si vere pœnitet unquam
Mox facilis delicta Deus deterrima delet
Cujus habet nullas larga indulgentia metas.
Dum legati agitant placidæ compendia pacis
Danorum accedens Holsatica littora ductor
Agmina classe vehit validissima, protinus hosti
Bella infesta movet fulgentibus obvius armis.

Reges confœd rati auxilium non præbent.

Qui juramenti & socialis pignore nexus
Se regi reges junxerunt, rebus in arctis
Et ferre auxilium ex promissa implere recusant.
Quem prius egregiis animant in prælia dictis,
Perq; fidem oblatam sub acerba pericula volvunt
Luctantem media liquere potenter arena.
Nemo salutiferæ tribuit solatia dextræ,
Cogitur immensos sola exantlare labores
Dania, quæ pingui saturatum sanguine ferrum,
Et Martem exosa est & moles mille dolorum
Ad libertatem cordis suspiria ducens.
Ceu ratis ærumnas tempestatesque sonoras
Vasti experta maris, placido requiescere portu
Gestit, nec tristes sentit secura procellas,
Cimbria sic bellis & amaris libera curis
Jucundæ pacis solennia festa perenni
Voce colit, nomenque Dei provectior ætas,
Et vegetus pulchro vernantis flore juventæ
Imberbis juvenis blanda cum virgine laudat,
Carmine festivo resonant cœnacula & ædes
Magnificæ, nemo mœrore impalluit atro,
Sola mali securam odit mens conscia pacem.
Jam rex magnanimus præstanti milite pollens
Constituit totis expellere viribus hostem,
Quodque profanavit Domini turba impia nomen
Asserere in solitas sacra per præconia laudes.
Fortunata λόγῳ sed cavit dextra potentis,
Ne sapidos latices hæretica mutet amurca
Doctrinæ puræ: divina potentia rebus
Humanis varia fecit ludibria sorte:
Papicolæ perfecto odio licet undique veros
Christi cultores radice evellere ab ima
Conantur, tamen in medio sincera malorum
Religio obtinuit, Christus vi fortior omni
Evehit insontes, removet de sede superbos.
Non regem ambitio non ut confinia regni
Proferat in longas per bella minacia metas
Impulit, æterni sed gloria numinis ardens
Et studium oppressæ & libertas optima turbæ
Colluviem svasit ferro fœdare malignam.
Rex acie instructa accelerat committere bellum,
Nuncius interea gratissimus adfuit almæ
Qui formam pacis sancitaque fœdera ferret.
Hic animis subito mutatis vulgus acerbas
Exonerat curas, melior spes omnia fulsit
Quæ ruere peius sunt vita furente Gradivo
Gaudia pro tristi redeunt lætissima luctu,
Tympana pulsa gemunt vacuas tuba personat au-
Militis ira fremit sævitq; hinnitus equorum (ras.
Papicolæ properant patria decedere jussi
Per medias regis præsentis ad arma cohortes,
Qui, si non fuerat stabilis pax reddita regnis,
Hostes nunc omnes poterat prosternere ad unum.
Tam fuit egressus Cimbris hic gratus, amœna
Quam cum lux redeat profuga caligine noctis,
Vel tanquam horribilis post tempora tristia bru-
Vere novo insurgit genitabilis aura favoni (mæ
Quæ sensim in flores torpentes evocat herbas
Quæque rates fractas & non tractabile cælum
Immutat, solitas nautis repetentibus artes.
Ejecta gaudent impura fœce coloni
Prædantis turbæ, vis exulat omnis iniquæ
Sortis, jura vigent toti nunc pristina regno,
Ante quod abstulerat dolus atque injuria, legis
Restituit rigor, indemnem nunc ducere vitam
Quisque potest pietatis amans, virtutis alumnus.
Libertate data datur optio plena bonorum
Irati vindicta Dei quæ sustulit æqua.
Numinis æterni benedictum in secula nomen
Gloria & imperium Domino flammantis Olympi
Semper erit, quem lingua omnis celebrabit & ætas,
Tota colorati laudabit regio cæli,
Quæ sæva immenso stabulantur monstra profun-
Quicquid & ambiguæ ducit spiracula vitæ, (do,
Grando, procella, ignis, tellusque & pontus & aër
Ætheris excelsum laudabunt omnia regem,
Consilia invertit validæ qui robore dextræ
Clara per ingentem spargit miracula mundum
Cujus habet nullas larga indulgentia metas:
Indignabantur percussa hæc fœdera quidam

Rex armata manu Holsatiam ingreditur cum pax interea nunciaretur.

Per medias regis copias hostis egreditur.

Gratiarum actio ad Deum prorestituta pace.

Queis

Queis immaturam movit concordia bilem:
Participes similis cum fecerat unio pacti,
Et confirmandæ pacis bellique gerendi
Illorum contra rata fit sententia votum:
Rex tamen invitat, num jungi fœdere mallent
An diversi abeant ac dissentire placeret.
Tandem ita Romano facilis cum Cæsare firmam
Solus init pacem, cum rerum pondera solus
Et grave sustentasset opus belli atque laborum
Exceptis paucis recipi qui sponte volebant:
Sic vaga per varias committitur alea sortes
Quæ summo placuere Deo: rationis & artis
Humanæ vis nulla valet, nec flectere virtus
Consilium æterno fatorum in carcere clausum.
afflictus Urbs est credo equidem Europæ notissima toti,
nburgen- Nomine Hamburgum vulgus, mercator avarus
Huc adfert merces mundo meliore paratas,
Quas aut Persa ferox aut æthifer Indus Arabsque
Mittit vel propior signis borealibus orbis:
Advolat huc variæ peregrina frequentia gentis
Diversosque ciet rerum momenta per usus.
Haud glaciem metuens parte una hanc alluit Albis
Alveus æterno lapsu violentior exit,
Inque maris valli exonerat se protinus undas
Et celeri pontem indignatur fervidus æstu.
Mœnia tuta aliud magnæ latus urbis obumbrant.
Fulminat iratus dum Cæsar Marte cruento
Danorum excesso cum Rege potenter utrinque
Re gesta neutris Hamburgum partibus hæret,
Urbs cauta, ut propriis lauta incrementa subinde
Acquirat rebus, jurare in verba magistri
Nullius, omne jugum & collo excussisse parata,
Nec regis magni, metuit nec Cæsaris iram
Commotum ingenti bellorum turbine utrumque
Cum videat, cessisse suis putat omnia cœptis
Splendori Veneto conatibus æmula magnis.
Danorum illa tamen debebat homagia regi
Quem sibi tutorem toties elegerat ante
Ejus humi toties erecta insignia fundit
Esse sui juris cupiens dominoque carere.
Dum sævis fervet Mavors Germanicus armis
Causæ mo- Inter papicolas & veros inter alumnos
uum ac Sinceræ fidei quorum est fiducia Christus,
rælii com- Tali Hamburgenses in rerum cardine censum
missi. Constituunt solito majorem, emungere Danos
Per gravia oppressos sic vectigalia pergunt.
Quos facilis Deus & melior fortuna beavit
Post exantlatos terraque marique labores.
Rex Hamburgenses proprium jugulare per ensem
Tentat, in authores edicta severa retorquens,
Gluchstadæ similes quos cogit pendere census:
Cum jubeat parium lex id sibi quisque quod optat
Et magnam eludat Nemesis Rhamnusia sortem.
Turpiter in tantum vilis respublica regem
Plurima commisit, convicia lubrica miscens:
Legatum illius propere præcepta ferentem
Dithlovium Impediit, nexaque mora subsistere adegit: *(strum*
Ranzov. Deinde *equitum* occidit rate prætereunte *magi-*
Nicolaum Transvectum, damni dura nil mente moventem.
Seest. Fida Hamburgenses regis statione receptas
Naves vi capiunt, ratibus tranantibus Albim
Quæ remoram facerent nisi vectigalia pendant
Atque humiles summo submittant carbasa malo.
Pluraque in excelsum jactant opprobria regem.
Frontis erat perfrictæ adeo plebs vilis & excors,
Infandum facinus sed non impune ferebat.

Fama peregrinas increbuit illa per oras
Attentas regis donec levis attigit aures,
Bella infesta parat qui totis viribus, ingens
Dedecus eluere & populum frænare rebellem
Conatus, corde est cui cornea fibra sub imo,
Et cui vix tanta est prudentia, sanguinis hæret
Exiguo . . . cum rege potenti
Vulgus iners audet molles committere vires:
Ille quidem bello assuetus studiisque palæstræ
Virtutem fortis fulgentibus exerit armis,
Hi mercatura soliti sordescere semper
Atque gynecæo & fœda latitare popina
Consilio stolido sua non hic arma capessunt.
Armari miles, quas vult extrudere merces
Mercator debet laudare & ponere lucro.
Hafnjaco solvens rex litore classe parata
Felici vento sola cærula verrit oborto:
Gluenstadam interea cedentibus appulit undis,
Divisitque suis sic navibus agmina quæque
Sic pugnaturas jussit properare carinas
Ut ducis officium magni fecisse puterur.
Classem Hamburgens. contra petulanter adornant
Majorem numero, pugnandi sorte minorem:
Plebs insulsa alacri sibi spe prætumere bellum
Visa est, elusit contrarius exitus omen
Tam stolidum, Deus ancipitem lymphaverat ur-
Et mercatores fanaticus impulit error (bem,
Ut sic auderent tanto se opponere regi.
Hamburgo incipiunt naves procedere, consul
Agmina ducit ovans Eitzenius, Hymenæo Eitzenius.
Qui dare jura cupit, votisque inflectere cælum,
Tam mare ad obsequium quam ventos cogere vi-
Hic nondum capti pellem divendidit urſi (us:
Immenso Danos averruncare tumultu
Nititur, & nondum tentato Marte triumphum
Cantat, sed præceps aliter tulit alea pugnæ.
Belli signa edunt litui atque fragore remugit Prælium
Cælum, terribiles mittit Libitina sub umbras committitur.
Audaces animas insanæ plebis ad Albim,
Sic Hamburgenses tam cœpta nefanda luebant.
Prima ratis regis jussa est occurrere primæ
Hostili, hinc reliquæ pugnant ex ordine naves.
Hic triduum durat diri certaminis horror
Primo turbo die & ruit æthere missa procella, Pugnandi
Sic fremit iratum decumanis fluctibus æquor, ordo.
Sic tumidæ insurgunt torvis in ultibus auræ
Misceri ut cælo tellus sit vita profundo:
Mane sub auroram lux fulsit ubi altera terris,
Conspicuum cæli lumen nebulosior aër
Impedit, & sicco regis stant litore naves,
Cum fundum ostendat refluus maris alveus imum
Rex lentam traxit per lata silentia pugnam
Accessit donec pleno vis fluminis æstu:
Hærentes levat unda rates & prælia rursus
Dira fremunt, nostri fervent virtutis amore,
Et rex & secum quos duxerat, undique fortes
Infestum feriunt hostem molimine magno,
Panica percellit cui consternatio mentem
Donec jam attritis Eitzenis iret arena
Rebus, & infamis socios convelleret horror:
Illis probrosam peperit fuga sola salutem
Queis de rege fuit clari spes ampla triumphi.
Ante repressurum vano promissor hiatu
Se regis vires affirmans, præpete cursu
Nunc iter Hamburgum accelerat nec fidere pondo
Ipse inconstanti longe inconstantior audet:

Carpento rapitur celeri, ducis agmina Tilli
Jam penetrans quis sit? quo tendat? sæpe rogatur,
Respondet consul vehemens Eitzenius ecquid?
Objiciunt iterumque ducis de rege triumphum?
Tune audes magnos in prælia poscere reges?
Therſitæ ſimilis ſalebras & opaca petendo
Cui fuga fulgenti longe eſt pretioſior auro.
Seu prece ſeu pretio venit transmiſſus ad urbem
Hic quoq; quæſitis contemptim oneratur iisdem.
Se ſimulant vigiles hominem non noſſe, requirunt
Quis tu? quid tibi vis? Eitzenius ille ego Conſul
Reſpondit: mendacem illi nec vera ferentem
Prætendunt, ducit conſul de rege triumphum
Obſcura nec nocte fugam maturat in urbem:
Sic miſerum vexant vaga per dicteria cives,
Obſtipo capite inclinat jam lumina terræ
Qui maria ac montes fortis promiſerat ante.
Tormentum in ſolidam rex terram juſſerat in-
Afferri, infeſtum ratibus fugientibus ictu (gens
Telorum crebro, Hamburgenſes cedere victi
Dant operam, & Dani cedentem urgere catervam:
Obliquando ſinus obvertunt carbaſa ventis
Promptius objectas, quo poſſint lædere naves.
Navigia elapſas tædis incenſa per undas
Fluminis emittunt hoſtes, quæ incendia noſtræ
Miſcerent claſſi, quorundum induſtria damnum
Avertit, curſumque injecta crate moratur.
Per fluvii donec plena incrementa redirent
Converſæque darent authori damna carinæ
In caput artificis ſic machina ſæpe redundat.
Toti Hamburgenſes debent ludibria mundo
Fortunæque vagis erranti paſſibus: Albis
Teſtatur populi dira infortunia ſtulti.
Auſus erat quondam vulpes exire caverna
Spe prædæ & cautus vicinum exquirere lucum
Et pagum furvæ per amica ſilentia noctis,
Si volucrem aut imbelle animal lacerare rapaci
Ore queat, ventremque avide ſaturare latrantem.
Ecce ſuperveniens torva leo fervidus ira
Et prædam extorquet vulpemq; ſubire cavernam
Cogit terribilis trepidum formidine mortis:
Vulpem Hamburgenſem leo ſic quoque Danicus
Atque bolos illi pingues è faucibus aufert. (urget.
A rege obtuſi victore viriliter hoſtes
Cum damno didicere ſuo concedere quid ſit
Majori, ut redeant intra pomaria tuti.
Vos Hamburgenſes poſticæ occurrite ſannæ,
Nunc mercator eat, ſua facta illuſtria laudet:
Attonitus potius ſubmiſſa mente potentem
Obſequio regem ſibi devincire laboret
Et commutandis totum ſe mercibus aptet
Arripens dextra lances aſtutus & ulnas,
Abſtineatque armis ignarus Martis & artis,
Propria ſit virtus tunicato imponere vulgo
In rerum pretio per juramenta fidemque:
Rara fides etenim nigroque ſimillima cygno
Mercatori avido, ſed rarior eſſe ſalutis
Cura ſolet, ſtupidum curet vulgaria vulgus.
Nunc Hamburgenſes ſcenæ ſervire coacti
Regis amicitiam implorant, quam forſitan un-
Vix peterent, ſi non ſic ſors adverſa tuliſſet, (quam
Jamque humiles fecit victoris dextera regis
Suſtulit in cælum quos ante ſuperbia pernix.
Simplicis eſſe tenax veri ſi forte videbor,
Si vel utramque aurem mordaci lotus aceto
Urbem perfricui ſale multo: ſacra poteſtas
Vatum me docuit crudam contemnere bilem
Atque ſupercilium caperatæ frontis acutum:
Libera vox vitium taxat, virtutis amantes
Evehit & meritis laudem diſſeminat æquam.
Ille aciem metuiſſe ſtyli non cogitur unquam
Qui recte fecit famamque irridet inanem.
Humanas fortuna vices regit ordine nullo,
Omnibus & finem dant fata noviſſima rebus,
Febricitantis enim ceu ſomnia gaudia mundi
Pervolitant ſtolidi aut ſenſus ceu ludit imago — Nuptiæ ſereniſſimi Principis Chriſtiani Quinti,
Lubrica ſopitos noctis per opaca ſilentis.
Scilicet hoc animo volvens rex optimus æquo
Proſpicit optanti patriæ de rege futuro,
Quemque ſui ſimilem genuit, labentibus annis,
Principis electi celebrat connubia tandem
Grata Deo & Danis, voto nil ſanctius illo
Concipit, aut melius tota cum plebe ſenatus,
Et procerum veneranda cohors, reſpublica magnum
Hinc columen captat, majorem eccleſia frugem
Colligit, utilitas regno confertur utrique
Maxima, perpetuo ſuboleſcit gloria cultu
Divina, ad ſeros transmiſſa ſubinde nepotes
Illuſtris Princeps ſic Danica ſceptra tenebit,
Et nati natorum & qui naſcentur ab illis,
Hoc erit officium pacique imponere morem
Servare inſontes & caſtigare malignos.
Nominis illius Quintus de nomine Chriſti
Omen habet, docili facta ad præſtantia cura
Quem pater Alcides & avunculus excitat Hector:
Non illi è pravis hæretica ducitur uxor
Gentibus, illuſtris ſed relligionis alumna
Sinceræ, fidis & ſpes firmiſſima Danis:
Virgo decora piis affectibus, inclyta morum
Dexteritate, bonæ celeberrima munere famæ,
Magdala grata Deo, ſponſo quoque grata Sibylla,
Saxoniæ elector genit quam matre Johannes
Eximia ſimilem matris, placidiſſima dotes
Cui natura ſuas & dædala diva miniſtrant.
Talem perpetuo thalami dignatur honore
Danorum electus rex, ut de ſtirpe futura
Magnum utriusque decus ſperataque gloria ſur-
Tali connubio populus lætabitur omnis (gat:
Atque illabato ſtabit respublica flore
Lata ſalutiferi portendens germina fructus.
Tanquam inter reliquas Phæbe nitet aurea ſtellas
Præfertur cunctis virgo pulcherrima Nymphis
Condecorat dignum digniſſima filia patrem
Romani imperii quo non præſtantior ullus
Sive armis princeps ſeu relligione ſerena.
Regia ſponſa venit toti optatiſſima regno
Spiſſa corona viris placide comitatur euntem,
Virgineusq; chorus famulas ad opuſcula dextras
Porrigit, obſequiumq; offert vaga turba minorum. — Adventus Magdalenæ Sibyllæ.
Sollicito princeps optatam pectore ſponſam
Excipit & lætus præclaram ducit in urbem,
Officioſus utrumque ambit cautusque ſatelles.
Tormentorum ingens trepidas fragor occupat auras,
Et feſtæ clangore tubæ cælum omne remugit:
Nobilium collecta manus, regnique ſenatus
Hic omnis fortunæ homines atque ordinis omnis
Sponte adſunt, armatæ equitum peditumq; cater-
Fulgura terribili tonitru diſploſa remittunt (væ
Conſpureantque nigri cælum fuligine nitri:
Hic generoſus eques forti dans lora caballo
Exultim campo modo luxuriatur aperto
Corripit adductis modo fræna remiſſa lupatis.

Urbis

Urbis ab occidua porta festinat in arcem
Sponsa per adstantes dextra lævaque cohortes
Regali vehitur curru sonipesque decorus
Aurea robusto fert niceteria collo.
Regia conspicuis nympham capit obvia tignis
Ornantur variis tabulata decora figuris
Hic ostro paries interlitus ardet & auro,
Arte pavimentum compostum & marmore lucet
Prospectum nitidæ latum ostendere fenestræ
Nil aberat caperet cupidæ quod mentis abyssus.
Quis deco & præstantem in principe virgine pom-
Evulgare valet facilis modulamine mutæ
Memnonias inter fulgent multitia gemmas,
Murice tincta latus circumdat palla venustum
Undique splendescunt rutili ornamenta metalli,
Cuncta decens superat pulchræ sed gratia formæ
Et probitas simplex lepida & reverentia morum.
His tandem justo fiunt connubia more,
Augurium a priscis sumit res optima sacris,
Ducia festivo resonant convivia plausu.
Postquam lætitiæque diem genioque dicassent,
Unanimis ducunt consortia svavia somni
Mutuaque alterius innectunt colla lacertis:
Læta quies regi electo sponsæque modestæ
Serpit voce Dei firmata & fœdere sacro,
Lætior at requies patriæ consurget amænæ
Lata ferent reges Danorum ubi sceptra nepotes
Illustri hac veteris radicis origine nati.
Cæsaris, & Galli, Poloni, Sueci & Iberi
Munera legati certatim magna ferebant,
Principis eximium votum tædasque jugales
Nomine quisque sui regis decorare paratus.
Non unquam illuxit Danis felicius altrum,
Majoris momenti unquam nec festa parantur:
Rex ipse incolumis Danorum nomine quartus
Nominis ejusdem charo connubia nato
Grata facit, pretii permagni & mole laboris
Pervolat ignotas celebris fama undique terras.
Constituit lata certamen equestre platea
Hic armati equites concurrunt cominus hastis,
Et librata aufert persæpe hinc lancea palmam,
Carceribus positis ludi decernitur actus,
Schemata sunt rerum variis producta figuris
Humanæ motus tacite referentia vitæ.
Rex dubiam primus cum principe tentat arenam,
Fortis uterq; animo atque armis insignis uterque:
Nonne decenter equis sublimes cernere pulchrum
Patrem erat & natum comites in pulvere circi.
Ordine succedunt solenni & singula ritu
Cuncta repentino fremuerunt viscera motu
Lætitiæ, genium defraudat nemo severus:
Sauromatas ultra luctus fugit & glacialem
Oceanum, comitemque sibi duxisse laborem
Visus in obscuro lacrymabilis abditur antro.
Omnes compellat blande rex mitis, & omni
Se vultu juvenem gestuque ostendit amæno
Annorum seriem jucunda modestia celat.
Legatos placide quosvis demisit onustos
Munificum possunt merito qui extollere regem.
Compositis rebus jam rite domique forisque
Sollicitam laxat secura in gaudia mentem
Constituitque Deo, sanctisque impendere curis
Finem animæ, dubio bellorum turbine liber
Nec vacat invidiæ reliquis nec motibus ævi
Se tacito lapsu volventis ad ardua rerum
Culmina suspirans, post fata novissima vitæ
Regnorum hæredem successoremque fidelem
Sincero charum decrevit pectore natum.
Hunc etenim primo vernantis flore juventæ
Artibus institui curavit principe dignis,
Queis aliquando queat patriæ prodesse benigne
Regis & excelsi specimen tandem edere verum.
Mortales alii fædo torpere veterno
Cum soleant barathrogi hujus sordescere mundi
Contemptor rerum & fortunæ irrisor inanis
Rex soli servire Deo populumque juvare
Sedulus incumbit sibi quem dedit ille regendum
Arbiter omnipotens, rati reddenda peracti
Cui semel officii est, personas negligit omnes
Justitiam ex causa assuetus non qua rere lucrum.
Sic nec muneribus precibus nec flectitur ullis
Danorum rector, trutinat rem lancibus æquis
Divitis atque ima miseri de plebe clientis.
Eoum spectat qua lata Holsatia pontum
Aggere munitam struxit rex providus arcem
Nominis & famæ monumentum extaret ut ingens,
Et patriæ possit columen nutantis haberi,
Mœnia firma loci nec ferrea pila retundet
Machina nec belli, rigidi nec militis ardor
Infringet, latæ cingunt fundamina fossæ,
Infestumque aditum prohibet vis lubrica aquarum
Regnorum fines castellis muniit omnes
Ille pater patriæ terraque marique minacem
Excludens hostem, excubias agit undique tutas:
Quum late Eoo tollens è gurgite vultum
Æquoris occiduas Phœbus se mergat in undas,
Navibus instructis sola cærula sulcat, atroces
Attentans dextra delere ultrice piratas.
Nulli impune nefas licet aut violentia præceps
Legis habet normam cum divite pauper eandem
Par jus indigenæ & peregrino parque potestas
Justitia æternum rex est laudabilis alma
Præ reliquis atque illa animo virtutibus hæret.
Dania dicetur tali Rectore beata
Cujus amicitiam respublica flagitat omnis,
Ultro & finitimi transmittunt fœdera reges
Et solis nimium gens inconsulta propinqui.
Majori cura studuit defendere regum
Nemo gregem, nomenve Dei celebrare potentis;
Singulæ quæ gessit nostræ memorare Thaliæ
Difficile est, ingentem ingens jam suspicit orbis
Et veniens regem merito mirabitur ætas.

Munimentum Christianpreis.

XVI.

QVATVOR FRAGMENTA RERVM CIMBRICARVM ET DANICARVM.

E BIBLIOTHECA ROSTGARDIANA.

1. De Veteribus Anglis, qui cæteris Anglis Britanniam incolentibus dederunt originem.

Angili apud Ptolomæum, & Angli apud Cornelium Tacitum pars sunt Suevorum. Ptolomæus Suevos Angilos unam de maximis Germaniæ gentibus mediterraneis esse scribit. Itidem Tacitus hanc partem Suevorum in secretiora, id est in loca mediterranea Germaniæ porrigi dicit. Saxones autem & Angrivarii, & inter se, & a Suenis diversæ gentes fuerunt, quæ cum

omnes Germanici generis essent, tamen, ut Dialectici loquuntur, specie & aliis quibusdam rebus differebant ac discrepabant. Non fuerunt igitur prisci Angli neque ex Angrivariorum neque e Saxonum numero aut natione. Illi vero Angli, qui Saxonum Frisiorum & Jutarum sive (ut a Ptolomæo vocantur) Crutarum auxilio Britanniæ Insulæ maximam partem circiter annum a Christo nato CCCCL. Romanis Britannis, Pictis ac silvestribus Scotis oppressis, aut profligatis Herigisto & Horsa fratribus ducibus occupaverunt eique novum Angliæ nomen indiderunt, a priscis Anglis Svevicis oriundi fuerint, nec ne, parum compertum habeo. Hoc satis constat, hos Anglos, qui suæ gentis colonia in Britanniam insulam missa illic, ut diximus, Anglorum regnum, quod adhuc floret vigetque, instituerunt atque condiderunt, bonam partem eorum locorum in Cimbrica Chersoneso, quæ tunc tenebant, etiamnum in Saxonum, Frisiorum, & Gutarum confinio incolere atque tenere. Eorum ditio etiam hodierno die Anglia, & ipsi Angli appellantur: Gotica lingua, quæ etiam Danis, Suedis, Norvegiis in usu est, utuntur. Horum ager egregie fertilis nunc a meridie Slesvicensi sinu, qui Slia dicitur, a septentrione sinu Flensburgensi; ab oriente ipso Baltico mari, ab occasu Nortfrisiorum finibus continetur. Hi duo sinus inter se ad viginti quinque passuum millia distant. Spatium autem, quod inter extrema hujus Angliæ littora & Nortfrisiorum terminos intercedit, aliquanto amplius est. In Anglorum finibus clara oppida sunt Slesvicum & Flensburgum & nobile castrum Gottorpium Sudergutlandiæ principum, qui nostro seculo Slesvicenses nominantur, domicilium, ac sedes Anglorum regionem in Chersoneso olim longius in septentrionem, & meridiem porrectam & ad Eidoram seu Egidoram fluvium usque, qui Holsatos Saxonum in eadem peninsula septentrionem versus ultimos a Danicis provinciis disterminat, qui jam ab Anglorum finibus ad XV. millia passuum abest, pertinuisse credo. Beda gravis auctor, qui indidem oriundus anno post Christum natum DCCXXX. isque ita CCLXXXV. annis post occupatam ab Anglis Britanniam diem obiit, in historia Ecclesiastica gentis Anglorum, Anglos Britannicos ex Anglia, quæ inter Gutarum Saxonumque terras media interjecta sit in insulam Britanniam transmigrasse clare ostendit, aliaque cum his, quæ diximus, congruentia commemorat. Ab Anglis & Saxonibus Britanniam insulam incolentibus quidam novum Anglo Saxonum vocabulum exemplo Syrocilicum, aut Lybophænicum, aut Gallogræcorum conflaverunt. Sed his etiam Friso Saxonum & Juto Saxonum appellatio commiscenda fuit. Nam hi quatuor populi socialibus armis, ut dictum est, insulam Britanniam subactam adhuc tenent, propterea hodiernus Anglorum Britannicorum & in planitie degentium sive meridionalium Scotorum, qui ejusdem originis esse existimantur, sermo ex horum populorum linguis, paucis Britannorum, Pictorum & Gallorum vocibus admixtis conflatus constat. Nec sane defuerunt nostra ætate scriptores, qui Beda aut oscitanter lecto aut parum intellecto frivolum Vitæ Saxonum nomen confingerent, cum ea vocula a Jutis & Saxonibus fuisset componenda (non a Vitis, qui nulli unquam in rerum natura fuerunt) Friso Saxonum vocabulum scriptores Anglicos minus usurpasse credo, quod Frisios & partem Saxonum cum his unam gentem esse, hosque Saxonum appellatione contineri existimarent, quod etiam jam tum opinio Einhardi de Saxonum in Germaniam e Britannia sub Theodorico Francorum Rege adventu atque commigratione & eadem Bedæ historia & communi eruditorum historicorum sententia & illo argumento improbatur, quod Saxones Ptolomæo auctore, qui Trajano & Antonino Pio impp. floruit, in aditu Cimbricæ peninsulæ habitabant; Theodoricus autem aliquot seculis post illa tempora regnavit.

II. Chronologia rerum quarundam memorabilium ab a. 1020. usque ad 1315. descripta ex vetustis chartis.

Anno ab incarnatione Christi: 1020. Ordo Cluniacensis exordium sumsit. 1027. Sanctus Olaus martyrizatus est in Stertstirt. 1084. Ordo Cartuariensium coepit. 1088. S. Canutus Rex in Othensen martyrizatus. 1099. Ordo Cisterciensium exordium sumsit. 1100. Paschalis secundus P.P. sedit annis 18. 1101. Ericus bonus rex Daciæ obiit in itinere hyerosolimitano. 1103. Ascherus factus est primus episcopus Daniæ. 1104. Missum est Aschero archiepiscopo primo pallium. 1111. Paschalis P.P. captus est ab Henrico Comite Saxoniæ. 1112. Henricus imperavit annos 15. 1113. S. Bernhardus monasterium intravit & conventus missus est in Claravalle. 1115. S. Canutus factus est Dux in Jutia. 1118. Gelasius P.P. uno anno. 1119. Calixtus P.P. duobus annis. 1120. Ordo Præmonstratensium incessit. 1125. Honorius P. P. annis 5. Eodem anno Henricus Imperator obiit. 1129. Ericus electus in Saxonia in regem. 1130. Innocentius II. Papa a. 13. S. Canutus Dux Harvelstædt martyrizatus. 1131. Bellum fuit inter Nicolaum & Ericum. 1132. Bellum fuit in Finæ insula inter Ericum & Magnum, & in utroque fugit Ericus. 1134. Roschildia devastata est a Sclavis. 1135. Bellum fuit Sotterwich in quo Magnus occisus est, & 6 Episcopi, unus de Suecia, unus de Selandia quatuor de Jutia & Nicolaus rex fugit. 1136. Ericus Emum occidit Heraldum Resiæ fratrem suum. 1137. Tenebræ factæ sunt in quadragesima per totam terram. 1138. Ascherus primus Archiepiscopus obiit & Eschillus illi successit. 1139. Ericus Emun rex occisus est in Jutia a Plog, & Ericus Lamb filius fororis factus est rex. 1140. Olaus filius Aeraldi Kesiæ surrexit contra Ericum Lamb. 1142. Bellum fuit Stillingiæ inter Ericum Lamb & Olaum filium Heraldi. 1143. Occisus est Richæ Episcopus Rosch. Eodem anno occisus est Olaus Heraldi filius. 1144. Cælestinus 3. P. P. mensibus 5. 1145. Lucius 2. P. P. annis 2. 1146. Eugenius P. P. ann. 9. 1147. Ericus Lamb monachus obiit Otthinsoe. 1148. S. Malachias migravit a seculo. 1149. Eschillus archiepiscopus captus est a Rege Suenone. 1150. Bellum fuit Schlangedorp, in quo fugit Canutus.

1151. Bellum

1151. Bellum fuit Vibergis. Stig Hircke fundator claustri Æschinebeck interfectus. 1152. S. Bernhardus migravit a Seculo. 1155. Anastasius annis tribus. Pax iterum facta inter reges. 1156. Canutus Magnoese occisus est Roschildiæ. Eodem anno Waldemarus factus est rex Daniæ. 1157. Sueno rex occiditur *Krugemorse*. 1158. Adrianus annis quatuor. Eodem anno Absolon factus est Episcopus Roschildiensis. 1163. Waldemarus adiit ad imperatorem. 1165. Waldemarus coepit *Finnland*. 1167. Burrisius captus est. 1170. Canutus filius Waldemari coronatur. 1171. S. Thomas Centuariensis martyrizatur. S. Canutus Ringsted tumulatur. 1173. Terræ motus fuit in Danica. 1176. Castrum Julin in Sclavia a Danis obsessum. 1178. S. Margaretha martyrizatur *Holfffschatte*. 1179. Archiepiscopus Eschillus a Dacia discessit, & Absolon factus est episcopus. 1181. Bellum fuit Dibiæ in Scania inter regem & rusticos. 1182. Archiepiscopus Eschillus, Waldemarus primus rex & Canutus rex obviarunt Imperatori Lubecæ. 1184. Expeditio mittitur *Woblgast* in Sclavia. 1187. Hierusalem capta est a Raganis (ni fallor paganis) 1190. Waldemarus episcopus captus est a Waldemaro duce. Primum incendium in *Aserum*. 1196. Canutus rex ivit in Estoniam cum exercitu. Ventus vehemens fuit. 1197. Ordo S. Trinitatis exordium sumsit. 1198. Terræ motus fuit in Dacia. Petrus Episcopus captus est Roschildiæ. 1200. Ordo fratrum minorum incepit. Adolphus comes captus est. 1201. Absolon archiepiscopus in Lora obiit. Andreas illi successit. 1202. Depositio S. Wilhelmi Abbatis in Raracteto. Eodem anno obiit Esbernus Duaro. 1203. Canutus rex obiit. Waldemarus II. frater Canuti factus est rex. 1204. Waldemarus Dux exercitum in Norwegiam duxit cum Harlingo filio Magni, & fecit illum ibi regem. 1206. Waldemarus archiepiscopus solutus. Andreas Archiepiscopus duxit exercitum in Revaliam. 1207. Waldemarus fusit (forsan fugavit) imperatorem. 1208. Philippus imperator occisus. Otto imperator factus. Multi Dani in Loende occisi sunt. 1209. Episcopus Waldemarus depositus est de sede Bremensi. 1210. Suercherus filius Caroli corruit. 1211. Castrum quod dicitur Damin reædificatum est a Danis. 1212. Dagmar regina obiit. 1213. Obiit Petrus semper episcopus Roschildensis. 1218. Waldemarus III. consecratus. Otto imperator & Nicolaus comes obierunt. 1219. Waldemarus II. rex mittit in Estoniam cum expeditione. 1220. Hierusalem & terra sancta recuperatur a Christianis. 1222. Georgius Cardinalis fuit in Dacia. Andreas archiepiscopus cessit. 1223. Waldemarus rex cum filio suo furati sunt ab Henrico comite. 1224. Petrus Archiepiscopus consecratus. Erra vastata est. 1225. Petrus Episcopus Roschildensis filius Jacobi obiit. 1226. Waldemarus cum filio solutus. 1227. Capti sunt Dani apud Burnehofit. 1229. Hierusalem capitur a Paganis. 1230. Ottho Cardinalis fuit in Dacia. Utto archiepiscopus consecratur. Fuit pestilentia hominum & pecorum. 1231. Obiit Waldemarus III. 1233. Ericus coronatur. 1234. Waldemarus duxit exercitum in *Wertobogh*. Fratres minores Daciam intraverunt. 1235. Lund igne periit. 1236. Obiit Waldemarus humilis Monacus. 1238. Bellum fuit in *Scomör* inter Danos & Normannos. 1239. Hierusalem & terra sancta a Paganis capitur. 1240. Sculo Dux cum filio occisus est. Ericus rex duxit Jutam. 1241. Waldemarus rex duxit exercitum in *Kolding* contra fratrem suum *Abel*. 1244. Randrus igne periit. 1247. Generalis guerra fuit in Dacia. *Othenson* a Teutonis est incensa. 1448. Ericus rex duxit exercitum in Cimbros. Hawen incensa est. 1249. Obiit Ericus rex Sveciæ 1250 Ericus rex *Sleswich* martyrizatur. Abel frater ejus coronatur. 1251. Fridericus quondam imperator obiit. Ludowicus rex Franciæ captus est. 1251. Abel rex occisus est in Frisia, & frater ejus Christophorus coronatur. Otto archiepiscopus obiit. 1153 Bellum fuit *Sleswig* inter Danos & Teutones. Christophorus duxit exercitum. 1256. Wilhelmus dux Saxoniæ occisus est. 1257. Staquinus rex Saxoniæ fuit in Dacia. 1258. Rustici occisi sunt juxta pontem, qui dicitur *Lethre*. Translatio regis *Sleswig in Ringsted*. 1259. Rex Christophorus obiit. Jarmerus Selandiam devastavit. Captus est Jacobus Archiepiscopus 1260. Ericus coronatur, archiepiscopus solutus est de captivitate. 1261. Bellum fuit *Lobete* in profesto St. Olai. 1262. Randrus combusta est. Petrus *Fanss* suspensus est. 1264. Ericus rex liberatur. 1266. Guido Cardinalis venit in Daciam. 1267. Nicolaus episcopus Wiborg & Cancellarius obiit. 1268. Tempestas fuit in die St Benedicti. Clemens P. P. obiit. 1270. Bellum in Estonia, in quo dapifer corruit. 1272. Terræ motus fuit. Episcopus Tucho obiit. Ericus dux obiit. 1273. Ericus rex duxit filiam Marchionis. 1274. Regina Agnes peperit regi Erico filium. 1275. Expeditio facta est in Sueciam. Rex Waldemarus expellitur. 1276. Innocentius obiit. Adrianus illi successit. Regina Agnes peperit filium Christoph. 1277. Facta est dissensio inter Danos & Teutones. Scanover. 1280. Ericus rex eligitur patre vivente. 1281. Pestilentia pecorum. 1282. Dracones apparuerunt. Johannes factus est archiepiscopus. 1283. Dux Waldemarus divisus est a Rege Erico. Horsens spoliata est. 1287 Rex Ericus interfectus a suis. 1288. Stigotus *Anderson* fugit a Dacia. 1290. Hierusalem ædificatur. Langland vastata a Normannis. 1292. Stigotus *Anderson* obiit in Hielm. 1293. Archiepiscopus captus est a rege. Troigpe datæ sunt exulibus. 1299. Interdictum super Daciam. 1300. Indulgentia magna Romæ. Pestilentia pecorum. 1301. Ericus rex venit in Findland cum exercitu. 1303. Ericius rex tenuit concilium apud *Svinborg*. 1304. Waldemarus frater regis Erici obiit. 1305. Mortalitas hominum. 1306. Sæviissima hiems: Sex modi siliginis pro 5. solydis in festo Olaui. 1307. Ericus rex venit in Sueciam hostiliter. 1308. Dux Sueciæ Ericus venit hostiliter in Hallandiam. Pestilentia pecorum. 1310 Olgerus Arhusiens eligitur in archiepiscopum. 1312. Ericus rex venit in Sclaviam hostiliter. 1313. Rex venit hostiliter in Jutiam contra rusticos. 1314. Multi de Norvecia capiun-

capiuntur. Kalvao ædificatur. 1315. Rex & Dux facti ſunt amici. Pluvia quotidiana. 1316. Expeditio mittitur ad *Strahlſund*. Marcha argenti de ſingulis aratris. 1317. Decima redditur regi de bonis nobilium. 1318. Dimidia marcha argenti redditur de quolibet aratro. 1319. Rex Ericus obiit, fames in Dacia. 1320. Chriſtoph. eligitur in regem. Kalus deſtruitur. 1321. Ericus filius Chriſtophori eligitur in regem. Nuncius P.P. venit in Daciam. 1322. Sæviſſima hiems in Martio. Signa mirabilia apparuerunt in cœlo. 1323. Hiems erat ita ſævior, quod homines in maria equitavere.

III. Chronologia rerum Danicarum ab a. 1130. usque ad a. 1140.

Anno Domini MCXXX. VII. Id. Jan. Sanctus *Canutus* Dux Daciæ filius regis Erici Egothæ in Cypro mortui martyriſatus fuit a Magno filio Nicolai tunc reg. Danorum in ſylva Harelſtethm, & ſepultus eſt Rinſtadii ante ſummum altare quod tunc ibi erat in eccleſia Beatæ Virginis Mariæ, quam ædificavit Sueno Nericus Epiſcopus Roſchildenſis: Sed anno domini MCLXX. dictus S. Kanutus ad aram eſt translatus VII. Cal. Julii. Ad pedes pretioſi iſtius martyris ad orientem ſepulcri ſui jacet glorioſus filius ſuus Waldemarus primus ampliator hujus eccleſiæ, qui obiit Wordingborg a. Domini MCLXXXII. IV. Id. Maji qui regnavit annis XXVI. Et ad ejus ſiniſtram jacet nobilis regina Sophia uxor ſua, filia Sueſchonis, regis Suetiæ, quæ obiit anno domini MCXCVIII. III. Id. Maji. Ad dextram jacet filius ipſorum Chriſtophorus Dux Jutiæ, qui obiit anno domini M. C. LXVI. III. Id. Apr. Infra iſtos ad orientem ſcilicet infra valvas jacet Kanutus filius Waldemari primi rex Danorum ac Slavorum Pomeranorum ac totius Holtzatiæ ſcilicet & Eſtoniæ, qui obiit Anno Domini MCCX anno V regni ſui XXI. III. Id. Nov. Ad cujus levam jacet ſoror ſua regina uxor Erici regis Suetiæ, quæ obiit anno domini M. CCX. VI. Id. Maji. Ad orientem circa iſtos jacet frater eorum Waldemarus rex legislator Danorum, filius Waldemari antedicti, qui obiit A. MCCXLI. VI. Cal. Apr. & regnavit 39 annos. Et ad levam ejus jacet prima uxor ſua Dagmar filia regis Bohemiæ, quæ obiit A. MCCXIII. IX. Cal. Jun. Et ad dextram ejus jacet uxor ſua ſecunda Beringeri filia regis Portugaliæ, ſoror ſervandi comitis Flandriæ quæ obiit A. MCCXX. VII. Cal. Apr. Infra iſtos ad orientem jacet Waldemarus tertius filius Waldemari ſecundi, qui ſequenti anno poſt coronationem ſuam in venatione in ſilva Reſnes per militem de Baliſta caſu percuſſus in pede obiit A. MCCXXXI. IV. Cal. Dec. Ad dextram ejus jacet uxor ſua Eleonora filia regis Hiſpaniæ, quæ obiit A. MCCXXI. III. Id. Maj. Ad ſiniſtram iſtorum verſus ſeptentrionem jacet Kanutus dux Calandiæ filius regis Waldemari ſecundi, qui obiit A. DCCLX. Id. Octobr. Et cum ipſo jacet filius ejus Ericus Dux Hallandiæ, qui obiit A. MCCCIV. Ad pedes iſtorum Domicellus Waldemarus, filius Chriſtophori regis filii Waldemarii II. qui obiit XII. Cal. Jan. Deinde ad orientem quieſcit B. Ericus rex filius regis Waldemari II. qui interfectus eſt, & ſubmerſus in Slia A. MCCL. V. Id. Aug. Anno regni ſui 10. ſed translatus Rængſtedium de Sleſwigh per fratrem ſuum Chriſtoph. regem Danorum An. M. CCLVIII. Ad pedes B. Erici jacet Ericus rex filius Erici regis interfecti in Findrup MC. XXXVI. cujus Erici filius obiit MCCCXIX. Id. Nov. qui regnavit annis 93. Et ad ſiniſtram ſuam jacet Mater ſua Agnes regina uxor regis Erici Wibergi ſepulti filia Alberti Marchionis Brandenburgenſis, quæ obiit anno domini MCCC. III. Cal. Oct. Sed ad dextram ejusdem Erici jacet Ingeborg uxor ſua filia Magni regis Sueciæ, quæ obiit A. M. CCC. XIX. Non. Apr. Et juxta eam ad auſtr. jacet germanus ſuus Birgerus rex Suetiæ qui obiit anno domini MCCCXXI. prid. Cal. Junii. Et cum eo jacet ſua Margaretha filia regis Erici & Agnetis prædictorum, quæ obiit anno domini MCCCXLI. VI. Non. Mart. Horum animæ requieſcant in pace perpetua. Amen.

IV. De Friſiis Orientalibus & Occidentalibus Fragmentum.

Friſii nomen habent a *Friſo* Clogii Regis Francorum filio. Friſiorum nomen.

Eandem cum Saxonibus & religionem & mores habuerunt. Saxonum enim Dei erant inter alios *Saturnus* & *Mercurius*, qui *Voden* unde *Vodendaech*; *Fera*, quæ FRIDI, unde dies Veneris nomen ſortitur. Lugdunum Batavorum conditum fertur circa annum Chriſti 400. atque ibi præfectus impoſitus *Leido* Friſo hic multos liberos habuit. Leido unde Lugdunum.

Genealogia hujus Præfecti Lugdunenſis in Batavia hæc eſt. *Lemmo vel Wilhelmus primus* Rex Viltorum ſeu Friſiorum fratres Lemmonis. Roſena uxor Lemmonis. Lemmo.

Dibaldus II. Rex Friſiorum. Roſena uxor. *Harlem* ſeu Lemmo III. Rex Friſiorum conditor Harlemi in Chremerlandia. Harlem unde Harlemum.

Eſcloes vel Aurindalius IV. Rex Friſiorum & Viltorum condidit Foerburg. Roſena uxor ejus. Falco unde Falkenburg.

Regina Friſiorum *Falco*, conditor. Falchenburgi. Beroaldus.

Beroaldus VI. Rex Friſiorum ſuperatur a Lothario Francorum Rege anno 589. Adgillus R.

Adgillus Beroaldi F. Rex Friſiorum regnat anno 677. Ad hunc miſſus Anglus, qui religionem Chriſtianam doceret, moritur anno 672. juxta KEMPIUM & SUFFRIDUM. Raboldus R.

Raboldus. Sub hoc Rege Vibertus Anglus ab Egberdo pontif. Eboracenſi miſſus docuit religionem Chriſtianam anno Chriſti 681. Sed ſine fructu. Hic Raboldus Friſiorum rex oppugnatur 693. anno Chriſti ſecundum Gillium a Papino Magiſtro Equitum Francorum & Carolo Martello una cum ſocio ſuo cognato *Poppone* Duce Friſiorum. Fuit impius, contemſit baptiſmum; quo fuit aſperſus à Volframo Epiſcopo Remenſi. Obiit anno Chriſti 717. Gillio 718. Adoni 719. *Melgerus* brevi poſt ſuſceptum Baptiſma obiit. *Adgillus* Chriſtianus, fuit ſubditus Carolo Martello & Imperio *Francico. Conella Tendelinda* uxor Grimoaldi filii Caroli Martelli à Meingaerlo famulo Raboldi occiſi. *Gondebaldus* Rex Friſiorum ultimus periit in Perinæis cum Rolando anno 770. *Ratbaldus* Princeps Friſiorum Pater familiæ Eymondanæ in Hollandia. *Fridericus* Epiſcopus Trajecti. Poſtea Franci Friſiam totam obtinuerunt. Sub ditione pontificatus Bremenſis ſunt hæ regiones

Friſiæ

Frisiæ & Saxoniæ. Vrgmodia. Hadeleria *im Lande Hadeln*. Terra antiqua *Old Landt*. Frisia Wurzatia *Wurst Friesland*. Rustringia. Vangia *Vanger-Landt*. Asterga. Nordenda. Harlingia. Terra Saxonum antiquorum. Walzatia. Laringia. *S. Villibrordus* seu Guilibrordus Episcopus Trajectensis cum parum proficeret apud Frisiam concionando, perexit in Daciam ut ibi nunciaret verbum Dei, ubi regnabat Onyedus homo, ut fertur, omni fera crudelior: cum nihil proficeret, acceptis XXX. inde pueris, quos convertit, ad Francos revertitur, in ipso itinere, pervenit in confinio Frisonum & Danorum ad quandam insulam, quæ à quodam sui erroris Deo Fosite, ab accolis terræ Fosterland appellabatur, ubi erant fana ejusdem Dei. Ibi de fonte, quem nemo audebat attingere, tres homines baptizavit, & animalia sacra mactari præcepit contra regis illius loci voluntatem. Acta hæc tempore Pipini Patris Martelli, ut videtur. Postea temporis vir sanctus condidit Episcopatum Trajectensem; sedit annis 12. obiit anno 735. vel sequenti VII. Idus Novembris. Fuit ex stirpe Hengisti. *Villebrordo* succedit Unifridus cognomento Bonifacius. Sedit annis XII. *Fotesland* insula periit; nostro tempore vocatur *Hilgeland*. *Ludgerus* post mortem Alberti Episcopi Trajectensis tempore Caroli Magni Evangelium prædicat Frisiis, & in *Fotesland* Danorum. Hic *Ludgerus* factus est Episcopus Monasterienſis seu Memnigrotensis primus fuit natione Frisius. Rege Danorum *Erico Röde* Haraldi Clagii fratre anno Christi 850. condita est Ecclesia *Sliesvicensis* ab Ansgario. Ecclesia *Ripensis* ab eodem Asngario Pontifice Hamburgensi condita regnante Erico Barn Sivardi regis F. quæ Remberdo commissa. Post Danorum irruptionem in Germaniam Belgicam missus unus e sociis Haldani in Angliam est, quo occiso succedit Gutredus. Hic occupavit Nortumbriam. Et eo modo Anglia & Frisia a Danis Normannis fuit capta & subjugata. Circa annum 1190. Philippus Gallorum Rex Ludovici F. & Richardus Henrici F. rex Angliæ profecti in Syriam vel terram sanctam socios expeditionis habuerunt Frisios & Danos cum 50. navium classe. Anno 1165. magna fuit exundatio. Anno 1218. exundatione & aquis 17. Novembris Rustringia periit. Hanc cladem excepit bellum Oldeburgicum. Anno 1287. exundatio in Frisia Orientali insignis & memorabilis. Anno 1300. insignis in Frisia fames & annonæ caritas. Anno 1314. Joannes Episcopus Bremensis interdicit per Officialem celebrari sacra propter cædem factam Gokerki in Frisia: sed non obtemperatum. Anno 1318. exundatio ubique locorum. Anno 1324. exundatio in Frisia mense Novembri. Circa annum 1338. vel 1339. bellum inter *Frisios Rustringos* cum Episcopo Burchardo & Bremensibus. Anno 1359. *Edone Vimmike* principe & Capitaneo creato Frisiorum Rustringorum, Ostringorum vel Vangerorum seu Vangriorum, erat Episcopus Bremensis Godfridus de Arnsberg comes, & Mauritius Oldeburgius Decanus administrator Archiepiscopiæ. Edo *Fædburgum* condidit contra piratas. (*) Hic *Jeveræ* arcis conditor est. A. 1362. ingens tempestas in Frisia die Marcelli. Anno 1363. Comes Oldenburgius flamma vastat Frisiam. Anno 1374. exundatio in Frisia & sequenti anno 1375. exundatio fuit. Anno 1376. *Edo Vimneke* Capitaneus Frisiorum Rustringiæ, Ostringiæ, Wagriæ Hollandos mari infestat. Anno 1383. bellum Oldeburgicum cum Rustringis sopitum opera *Edonis Vimmike*. Anno 1422. Foco primus Frisiorum captivat Episcopum Bremensem *Nicolaum Delmenhorstium* & multa castra vicit & Occoni de Broke in Ostfrisia ademit. Videtur pugna hæc anno præsenti non commissa. Anno 1426. *Nicolaus Delmenhorstius* Episcopus Bremensis bellum sumit in Frisios auxiliis instructus comitum Vicinorum Oldeburgiorum, Techenburgiorum, Hoiorum, & Retbergiorum ac Depholtiorum ac hostilem ingreditur oram circa Michaelis; sed victus capitur circa Cosmæ & Damiani, pereuntibus aut captis multis comitibus: Diterico Com. Oldeburgio fuga elapso, cum aliis bellum hoc sumptum nomine Occonis de Brocce & Aurick domino, & illius filiorum, qui erant nepotes e filia Mauritii C. Oldeburgii contra Foconem Uchinum (**) A. 1427. Bremenses restituto Episcopo in libertatem pacem faciunt inter Frisios. A. 1429. civitates maritimæ in Norvegia occupant Berginum & Regiam Berginensem opera Vizeldi Kene, & Zeni de Brocke fratris Occonis, qui 600. navium classe accesserant. A. 1433. capiunt Emdam Hamburgenses, abducto præposito Imolo. A. 1438. sed rectius 1435. *Nicolaus* Episcopus Bremensis & *Ditericus* Coldeburgi & Delmenhorstii reconciliantur nobilibus Frisiis Hajori Harles (Lubbonis Butiatarum Ducis & Endone Vinikenatæ filio) & Lubboni Omekens. Abbas Luneburgensis Balduinus in locum demortui Nicolai creatur Episcopus Bremensis. An. 1454. Nobilissimus *Ulricus de Norden* emit ab Hamburgensibus Emdam magna pecunia. Ulricus fit Comes Ostfrisiæ à Cæsare Friderico III. circa Michaelis an. 1454. aliis an. 1464. Sequitur series *familiæ Ulrici de Norden*. Ulricus dominus in Gretzill Enno Ezardus. Ulricus qui Emdam anno Christi 1433. sibi subierit primus Comes Frisiæ Orientalis seu Transamasanæ hujus Ulrici uxor Theda fuit quæ obiit an. Christi 1496. *Enno, Ulkenus, Ezardus* Alberti ducis Saxoniæ in bello Groningensi confœderatus, sed a filio Alberti Georgio postea oppugnatus. Rethergia uxor Ezarti. *Ulricus*. Enno Comes Frisiæ Orientalis. *Joannes*. Anna uxor filia comitis Oldeburgii Joannis soror Antonii & Christophori. *Ezardus*. *Christophorus* obiit anno 1566. in Ungaria. *Joannes*. *Ezardus* Comes Emdensis seu Frisiæ Orientalis. Uxor Catharina Gustavi Sveonum regis filia. *Enno*. Uxor *Walburgis* comitissa Ritbergensis domina in Esens. *Gustavus Joannes & Christophorus*. *Anno* 1460. magna annonæ penuria in Frisia & memorabilis caritas, quam secuta est ad annum 1466. insignis fertilitas & annonæ vilitas. Anno 1463. *Gerardus* Com. Hoius Episcopus Bremensis moritur: factus fuit

Villibrordus.

Unifridus.

Hilgelandius

Ludgerus.

Ecclesiæ Slesvic. primordia.

Ec. Ripensis.

Anglia & Frisia a Danis occupatæ.

Profectio gentium in Palæstinam.

Memoranda ab a. 1165. ad 1460.

Ulricus de Norden ejusque familia.

Memoranda Frisica ab a. 1460. ad 1533.

(*) *Hujus Edonis Vimmike genealogia extat in Chytræi appendice Cranziano f.* 286. (**) *Lege Cranzii Metrop. lib. II. C.* 31.

fuit Episcopus anno Christi 1442. Cui succedit Henricus VI. *Schwartzburgius.* Anno 1464. moritur die Cosinæ & Damiani *Ulricus* comes Orientalis Frisiæ, relictis filiis *Ennone, Ukeno* vel Uchone & *Ezardo.* Anno 1473. Frisii, ducibus *Theda*, uxore relicta comitis Ulrici, *Seboto* de *Dormun* & *Edone Vinnikeno* domino *Iveræ, Rustringiæ* & *Hajonis Harles* è *Tannone* filio nepote, conspirant in bellum contra Gerardum Com. Oldenburgium, Regis Danorum fratrem. Anno 1495. Jevera obsidetur ab *Zarto* comite sedis, oppugnatur à Monasterienſi & Bremensi Episcopo Henrico, dum Fædeburgum obsidetur, & fit pax. Frisii Occidentales deditionem faciunt *Alberto* Saxonum duci, postulato illius filio Henrico in Dominum. Anno 1498. fit Episcopus Bremensis *Joannes Rode* præpositus, repudiato Ottone Comite Oldeburgio Gerardi F. Sedit annis XV. ab anno 1496. Anno 1498. *Edo* dominus Jeveræ &c. *Tannonis* F. qui cum *Ezardo* Frisio comite bellavit anno Christi 1495. & anno 1496. ducit altera vice circa dominicam Lætare filiam *Gerardi* Com. Oldeburgii *Hedmgin* & per triennium quatuor liberos genuit *Christophorum, Annam, Mariam* & *Dorotheam.* Hujus Hedingis soror, Gerardi Oldenburgii altera filia *Imgardis* nupsit *Heroni Omeke;* e quo matrimonio natus Baldazar dominus in Esens. Anno 1505. moritur Hedingis (*Hedwigis*) uxor Edonis domini Jeverensis, soror Joannis Comitis Oldenburgii, in puerperio. Anno 1502. prælium inter Ezardum Comitem Frisiæ Transamasanæ & Groningenses die Viti. An. 1507. die Saturni ante Margaritæ moritur *Uco* vel *Uchenus* comes Frisiæ Ezardi frater If. Ezardus arcem Groningæ perficit. Anno 1508 moritur soror Ezardi comitis Frisiæ comitissa Scauenburgi. Anno 1509. die Cosmæ & Damiani diluvium in Frisia Ostringia Rustringiaque. Anno 1510. die S. Magni ingens tempestas & exundatio in Frisia. Anno 1511. circa Januarium Mensem exundatio in Frisia circa arcem Jeveram. Vigilia Paschatos moritur *Edo Vimmeke II.* hoc nomine Dominus Jeveræ, Rustringiæ, Ostringiæ & Wagriæ, constituto tutore liberorum *Joanne C. Oldeburgio fratre,* illorum avunculo. Commendavit quoque *Edo Vimmike II.* liberorum suorum Christophori & trium filiarum patrocinium & tutelam *Ennoni Ezardi I.* F. comiti Ostrifrisiæ. Is vero cum non longo post patrem intervallo Christophorus etiam filius obiisset anno Christi 1518. ditionem totam veluti sibi ac suis hereditariam deinceps futuram occupat filiabus Edonis superstitibus in arcem Jeverensem tanquam in carcerem conclusis. Quibus cum nec de conjugio prospiceret, nec alimenta vitæ honesta præberet, duæ sorores Anna & Dorothea brevi moerore extinctæ sunt: tertia vero Maria Boingi Oldersenii paterni amici consilio aulæ Burgi, si ab eo restituatur, Dominio directo se & ditionem a patre relictam subjicit anno Christi 1533. Itaque auctoritate Caroli V. Imp. & paterni illius amici opera & fide Maria e carcere liberata ditionem Jeverensem deinceps 40. adhuc annis Virgo prudenter, juste & tranquille gubernat & Ecclesias passim in suo territorio pie constituit. Ista Joannem Antonii F. Com. Oldenburgium consobrini filium designavit hæredem (*) Nunc de familia nobili Frision. Ommechena. (**) *Sibbo* Sibbo. *Ommeke* homo nobilis. *Lubbo,* Sibbonis F. de *Esens* in Harlingia Esenam accipit à Bremensibus, præstito illis fidelitatis juramento, postquam Hajo quidam Huseke propter petulantiam & direptiones in Rustringia & Butiadia contra Bremenses peractas, fuit affectus supplicio. Is enim traditus Edoni Vimmeke, cujus sororem in matrimonium ductum repudiaverat. Periit circa annum 1380. *Dido* vel *Didus* bellum gerit cum Bremensibus auxilio Christiani Com. Oldeburgii post annum 1407. fuit Capitaneus in Stadlandt & Esens. Anno 1414. Bremenses iterum ei bellum inferunt, ut homini rebelli. *Dido* & *Geroldus* a Bremensibus anno 1417. supplicio capitis & rotæ afficiuntur ob proditiones & insidias, Fredeburgo munimento posito. *Libertus* Dynasta Esensis. Uxor Unna. *Sibbo* Ommeken natus sorore Ulrici primi Comitis Ostfrisiæ. *Hero* dominus in Esens & Vitmundo bellum gerit cum Bremensibus. *Volque* uxor filii Heronis. Anna nupsit Ottrini Comiti Ritbergensi. *Baldazarus* Dominus Esenæ & Vitmundi ab Ennone Frisiæ Orientalis comite ejectus, per Carolum Geldriæ ducem restituitur. Gessit bellum cum Bremensibus; obiit sine liberis anno 1540. d 18. Octobr. Johannes postremus obiit captivus anno 1564. e familia comitum Ritbergensium. Armgardis filia Baldazari, primum *Valpurgis,* Erico comiti Horensi nupta, dein Simoni Lippiensi, qui per eam Comes Ritbergensis factus est. Habe etiam paucula de Familia Vinnechena Frisiorum. Ex Hemminge Luneburgensi Sibothus Papinga Dynasta in Honem. *Edo Vimmeke* in der Banth, quem Rustringi, Ostringi, Vangerlandi elegerunt in *Capitaneum & ducem* contra hereditarios hostes suos comites Oldeburgios. Conditor arcis *Jeveræ* & *Fredeburgi,* pater prosapiæ Dynastarum Jeverensium. Hic *Hajonem Huscia* multa petulantius in Rustringia & Butliadia agentem, ac sororem suam repudiantem, capta Esena, traditum a Bremensibus ac diu tortum *fune cannabeo* dissecuit circa annum 1380. *Fronna* unica filia elocata Lubboni Sibeno Buttiadarum Dynastæ A. C. 1393. *Hajo Harles* Dynasta in Jever & Capitaneus Rustringorum, Ostringorum & Vangerorum. *Thanno* Dynasta Jeverensium vocatus, ut scriberetur testamento hæres dominatus Vitmundensis, ultimo domino ægrotante, cum moras necteret, *Hero Ommeken* Dynasta Stedesdorfensis castrum occupavit. *Edo II.* Vimmeke dominus in Jever; Capitaneus Rustringiæ & Vangriæ obiit anno Christi 1511. tutelam & patrocinium liberorum commendans Ennoni II. Comiti Orientalis Frisiæ. Uxor Hedinga Gerardi Comitis Oldeburgii F. quam duxit anno 1498. Christophorus mortuus sine liberis & ἀγαμος anno 1518. quo defuncto sorores patrio solo evectæ per Ennonem II. Comitem Frisiæ in arce

Lubbo. Dido. Geroldus. Hero. Baldazar. De gente Vinnechena. *Edo* pater Dynastarum Jeverensium. Dissectio Hajonis. Thanno. Hero. Edo II. Christophorus ejusque sorores.

(*) *Quod testatur* REINECCIUS *in stemmate familiæ Oldeburgicæ fol. 12. annalibus Alberti Stadensis opposito.*
(**) De hac gente vide Chytræum d. l. f. 66. 313. 314. 262. 297. 337.

arce paterna quasi captivæ detinentur. Anna & Dorothea ambæ moerore animi extinctæ sunt. Maria vero liberata a Boingo Oldersumio ditiones paternas recipit anno 1528. d. 24. April. & aulæ Burgundicæ se subjicit accipiens ea à Carolo V. Imp. ut feudum perque annos 45, eas prudenter, juste ac tranquille gubernat. Tandem hæredem constituit *Johannem* Com. Oldeburgium & Delmenhorstium anno 1573. Moritur anno 1575. Joannes Oldenburgicus.

XVII.

ORIGINES ET INCREMENTA FRATERNITATIS CALENDARVM IN WELNA ET CONSISTORII MVNSTERDORPIENSIS, AB ANNO MCCCIV. VSQVE AD A. 1677. EX DIPLOMATIBVS ET LITERIS AVTHENTICIS CONSIGNATÆ. AVTORE JVSTO VALENTIN. STEINMANNO.

A. 1304 fraternitas calendarum instituta ab Henrico Com. Holf.

Primordium ita enarrat Henricus Ranzovius quondam vicarius Regius in Ducatibus Slesvici & Holsatiæ A. C. 1304. Henricus Holsatiæ Comes instituit in Munsterdorp pago Welnæ prope Itzehoe fraternitatem Calendarum, sicut ipsi per visum revelatum fuisse dicunt. Coluerunt & ut fratres venerati hanc Calendarum societatem multi illustres Principes infrascripti: Henricus I. Holsatiæ & Stormariæ comes fundator. Gerhardus Magnus filius Henrici fundatoris. Giselbertus itidem filius fundatoris. Adolphus Domicellus, qui cæsus est in Segeberg. Henricus II. filius Gerhardi Magni dictus Ferreus. Henricus III. electus Osnabrugensis episcopus, Henrici Ferrei filius. Nicolaus, Holsatiæ & Stormariæ comes, qui habitavit Osterhosii prope Itzehoe. Adolphus Johannis Largi comitis Wagriæ filius. Gerhardus Dux Slesvici, Henrici Ferrei filius. Albertus Henrici Ferrei filius. Albertus Dux Megapolensis, Rex Sveciæ; exul. Hanc fraternitatem Hedewigis relicta vidua Henrici fundatoris cum filiis Gerhardo & Giselberto vicaria ornarunt, & duobus mansis dotarunt ad capellæ ædificationem omni jure feudi. Literarum donationis tenor talis est:

A. 1305. vicaria augetur.

Hedewigis com. Holf. de ea donatione literæ.

HEDEWIGIS *D. G. Comitissa Holsatiæ*, relicta nobilis viri *Henrici* quondam comitis bonæ memoriæ, omnibus præsens scriptum cernentibus salutem in omnium salvatore: Cum quidam sacerdotes & laici viri discreti & honesti existentes in quadam confraternitate, quæ proprie Caland dicitur, ad laudem DEI omnipotentis supra Welnam prope civitatem Itzehoam capellam ædificare desiderant de ipsorum & aliorum bonorum hominum eleemosynis nostro consilio & auxilio mediante. Noverint igitur universi tam præsentes quam futuri, quod nos una cum consensu filiorum nostrorum Gerhardi & Giselberti ad ipsius capellæ constructionem locum ibidem & mansum unum penes villam Münsterdorff pro salute animæ præcordialis Domimi ac quondam mariti nostri prædicti recognoscimus contuliſſe. Ceterum mansum alium ibidem fideli nostro militi Dieterico dicto Hocken vendidimus ad capellam eandem (scil. exstruendam) dictos autem duos mansos ipsæ capellæ assignavimus, cum omnibus eorum tam in palude, quam etiam alibi attinentiis & proventu. Recognoscimus etiam per præsentes, quod dicti viri (videlicet fratres Calendarum) *sacerdotes & laici* valeant sæpe dictam capellam libere conferre pro ipsorum beneplacita voluntate. In cujus rei testimonium sigillum nostrum cum sigillo filiorum nostrorum prædictorum est appensum. Datum Etzehoe Anno Domini *1305.* in vigilia S. Catharinæ virginis ac Martyris. calendarum confertur. al. 1315.

Capella a Dieter. Hockio ædificata

a Gerhardo & Giselberto duobus mansis dotata, quorum jus patronatus æternitati

Hedewigis Comitissa Holsatiæ. *Gerhardus Comes Holsatiæ.* *Giselbertus Comes Holsatiæ.*

Quo facto capitulum Hamburgense eam fundationem confirmavit litteris sequentibus: LUDOVICUS D. G. Hamburgensis ecclesiæ Præpositus omnibus præsens scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod nos ad instantiam dilectæ sororis nostræ dominæ *Hedewigis* Comitissæ Holsat. & filiorum ejus, *Decani* ac *fratrum Kalandarum* in PALUDE & ARIDO (*) juxta Etzehoe & Heiligensteden commorantium de consensu capituli nostri & monialium in Etzehoe, quibus nullum in hoc casu fiet præjudicium, DEI intuitu & ad reverentiam beatissimæ matris ejus propter augmentationem divini cultus, erectionem *altaris* & CAPELLÆ *in parochia Etzehoe juxta villam* MÜNSTERDORP *in* ANTIQVO COEMITERIO ibidem habito annuimus, favemus & licentiamus quiete & pacifice perpetuo permansuram. Quam capellam dicta nostra soror cum filiis una cum prædictis fratribus Calandarum cum duobus mansis dictæ capellæ adjacentibus plenibus dotaverunt. Et Decani dictarum Kalandarum, qui pro tempore fuerint, sine omni contradictione Kalandis durantibus capellam hujusmodi conferent sacerdoti, quotiescunque vacaverit, de fratrum consilio & assensu. Si vero Kalandæ prædictæ (quod tamen absit) aliquo tempore deperirent, collatio ejusdem capellæ *ad Præpositum Hamburgensem* devolvetur. In cujus rei testimonium præsens scriptum nostro sigillo & sigillo nostri capituli duximus corroborandum. Datum Hamburgi anno Domini 1306. in die S. Petri ad Cathedram. Hamburgensis capituli confirmatio.

(*) Vulgo *Marsch* & *Geest*.

Ludovicus Præpositus Hamburgensis. *Sigillum Capituli Hamburgensis.*

Conventus monasterialis Itzehoensis consensionis litteras has habe: Omnibus Christi fidelibus præsentia visuris ac audituris omnipotentis DEI gratia OTTO *Præpositus*, HEILRADIS Prioriſſa *totumque collegium sanctarum monialium* Orationes devotas in omnium salvatore. Ad notitiam omnium tenore præsentium cupimus pervenire, quod nos de communi consensu ex speciali devotione & proborum hominum maturo consilio capellam constitui intra terminos *A. 1306. Consensus Coenobii Itzehoens.*

nostræ parochiæ permisimus, videlicet *in antiquo coemeterio* apud *villam Münsterdorp*, & eandem capellam commisimus *Kalandarum fratribus* perpetuo conferendam, hac conditione addita, ut quicquid ad altare oblatum fuerit *nostro Præposito seu provisori* quolibet mense fideliter præsentetur. Ut autem hæc ordinatio sive provisio utrobique à nostris successoribus firmiter observetur, præsentem paginam eisdem Kalandarum fratribus contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes hujus rei sunt *Otto* Præpositus monasterii, *Dietericus* dictus *Hocken*, *Hacko*, *Nicolaus* & *Burchardus de Osterhuda* milites, *Elerus* & *Hinricus* fratres *de Crummenteich* & alii quamplures fide digni Dat. Etzehoe A. D. 1306. d. 16. Aug.

Testes Præpositus monasterii, hodie Verbitter. Milites.

Sigillum coenobii Itzehoensis.

Hinc consecuta Giselberti archiepiscop. Bremensis confirmatio hæc: *Giselbertus* DEI gratia S. Bremensis ecclesiæ Archiepiscopus omnibus præsens scriptum visuris in Domino salutem. Ædificationem capellulæ & altaris in parochia Etzehoe juxta villam Munsterdorp de nostra certa scientia ut & domini Ludovici Præpositi capituli Hamburgensis & Sanctarum Monialium in Etzehoe consensu & beneplacito, a fundatoribus videlicet Kalandarum fratrum erectam, intuitu DEI dotatam autoritate nostra duximus confirmandam. In cujus rei testimonium præsens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum Hamburgi Anno Dni 1307. in die Urbani Martyris.

Giselberti Brem archiepisc confirmatio a. 1307.

(in alio MSC est 1305.)

Giselbertus Divina gratia Archiepiscopus Stæ sedis Bremensis.

Paulo post Gerhardus ac Giselbertus comites pubertatem nacti una cum filio Gerhardi Henrico idem firmarunt s. m. Omnibus præsentia visuris seu audituris *Gerhardus* & *Giselbertus* fratres D.G. *comites* Holsatiæ, nec non *Henricus* domicellus, dicti Domini *Gerhardi* filius, salutem: Ad notitiam tam præsentium quam futurorum volumus lucide pervenire, quod nos speciali devotione divinitus informati modis omnibus assentientes, ut in capella Sti Sixti in villa Münsterdorp in parochia Etzehoe *intuitu domini* sine præjudicio ejusdem matris ecclesiæ DEI servientium & cultus divinus jugiter habeatur, progenitorum nostrorum nostrarumque volentes salubriter mederi *languentibus animis* ad vicariam in dicta capella diu habitam & perpetuo habendam duos mansos & jugera in *p lude* dictis mansibus adjacentia in suo situ cum omnibus suis proventibus, utilitatibus, pertinentiis & adjacentiis cum omni judicio majori & minori, libertate ac proprietate, quod progenitoribus nostris vel nobis jure vel consuetudine in his competebat vel hæredibus nostris imposterum competere possit, fratribus Kalandarum dictæ capellæ liberaliter & *pure* propter Dominum donamus & damus perpetuis temporibus pacifice possidenda. Insuper *jus p tronatus, præsentationis & collationis* dictæ vicariæ prædictis Kalandarum fratribus in omnibus semper erit salvum. Vicarius vero, qui pro tempore ibidem fuerit nisi justa causa interveniat, semper residens sit, & quinque missæ *quotidie celebrabuntur*. Si autem ob infirmitatem vel aliud legitimum impedimentum dictus vicarius impediretur, ab alio vicario quinque missæ fient in dicta capella. Præterea omne jus, quod villani nostri in villa Munsterdorp in lignis combustibilibus, in virgis ad sepes, cespitibus fodiendis, pascuis communibus pasturaque porcorum obtinent, idem vicarius perpetuis temporibus obtinebit. Rogamus igitur omnes *successores* nostros, ut sæpe dictum vicarium fratresque Kalandarum ibidem, quorum fraternitatem recepimus humiliter & devote, in omnibus justis causis eorum promoveant & proplacitent cum effectu. Datum Itzehoe anno Domini M. CCC. XXXVII. in die commemorationis B. Pauli Apostoli nostris sub sigillis in rei evidentiam pleniorem.

Item Comitum Gerhardi, Giselberti & Henrici.

al. affectantes.

al nostri dominii.

al. languoribus animarum.

al. jure.

al. septimatim celebrentur ab eodem.

al. mandatarios.

Gerhardus comes Holsatiæ. Giselbertus comes Holsatiæ. Henricus filius Gerhardi Domicellus.

Rynſche Gulden *Hovetſtoles antoleggende uppe jarlike Renthe. De Vorſtendere des Kalandes twe geyſtlike und twe wertlike, de ſcolen in dem Kalande, na* Michaëlis *alle Jar* cleden *unde* ſchoyen *twelf arme Lüde, ſös Man und ſös Fruwen, ene islicken einen nigeden redenRock, den Mannes enen grawen und den Fruwen enen witten, und* matck *ein Par Schо. Van deſſen jarliken Renten ſcolen de Vorſtendere tor Tid köpen* twe Wiſmarſche grawe Laken, *und ein* wyt Laken, *van deme enen grawen de ſös Manne Röcke, und van deme witten de ſös Fruwen Röcke. Und dat ander grawe Laken to delende den* armen Scoleren, *de denne jegenwardich ſynt to* Kore *und framer Handelinge. Diſſe Gave und Cledinge ſchal ſchеen in deſſer nageſcreven Wiſe, wenner de werdige* Here Decanus *diſſes Preſter-Kalandes de Homiſſe uthgeſungen heft, unde de* Vot-Waſchinge *mit den* Almiſſen *deme Scoleren gegeven ſynt, denne ſtrax dar na vor dem Chore ſcolen jegenwardich ſtan unde to der Stede perſonlich ſyn de arme Lüde, de Mannen vor* Sünte Jacobes-Altare *in der Banck, unde de Fruwen vor unſer* leven Fruwen-Altare, *ock in der Banck, unde ſcolen ſünder Dranck oftmodigen entfangen, deme ſo geſchеen is, denne dat drüdde Laken to delende den armſten Scoleren, de des notroftigen Behof hebben umme der Zelen Salicheit Willen des ergenant* Heren Enwaldt, *ſiner Olderen und Woldederen, ſo to ewigen Tiden to holdende,* Amen. A. 1508. d. 22. Aug.

Nomina Fratrum Sacerdotum mortuorum ſunt hæc:

Domini: Hartvicus Hoſtede, Conſul, Hinricus *Poretzee*, Johannes Libode, Didericus Inſtitoris, Johannes Boyghenhuſen, Johannes Partzowe, Siſridus Proveſt, Nicolaus Padeluche, Elerus Huckeshol, Hinricus Berringher, Radolfus Luneborch, Johannes Evendorp, Daniel, Jacobus Proveſt, Conradus *Lyndouwe*, Hartwicus Morders, Symon *van dem Bardesholm*, Nicolaus Ghudeman, Nicolaus Wyghendorp, Conradus *van der Brugghe* Nicolaus Osberen, Hinricus Honendorp, Didericus *Stralendorp*, Nicolaus *Cruſe*, Johannes *van dem Hertzenhagen*, Hartwicus Hertbeke, Egghardus *Idzebo*, Gotfridus Buek, Marquardus Zute, Johannes *Bremer*, Marquardus Bulle, Meynardus *Redewiſch*, Hinricus Boyenhuſen, Petrus Buek, Nicolaus *Wiſch*. Wolterus *van der Schonenkerken* Johannes *Dytmerſche*, Johannes *Cruſendorp*, Elerus Balke, Marquardus *Vette*, Hartwicus *Crumedyk*, Michael, *Kerkher to der Schonen-Kerken*, Johannes Langhelowe, Petrus *Louwe*, Nicolaus *Stenbeke vam Bordesholm*, Johannes *Crumedyk*, Timmo Mæringh, Johannes *Ulembude*, Johannes Harghe, Johes *van der Haven*, Johes *Pronſtorp*, Plebanus *in Kyt*, Marquardus Kreghe, Siſridus Sivekenſone, Petrus *Vyſch*, Nicolaus *Honendorp*, Hartwicus *Wulff*, Detlev. *Berg*, Johannes *Loman*, Hinricus *Schröder*, Johannes *Hane*, Nicolaus *Schacht*, Albertus *Voghet*, Detlevus *Botzee*, Hinricus Hoved, Bernardus Hane, Godeke *van der Heyde*, Johannes Wylshuſen, Marquardus *Hertzee*, Proconſul, Petrus *Vynk*, Radolfus *Dulle*, Johannes *Horsveld*, Hartwicus Kule, Hartwicus *Stolte*, Volradus Becker, Hinricus Lale, Johannes Vette, Hermanus Berch, Nicolaus Ricke, Conſul, Johannes Bulder, Nicolaus Plochhoved, Bernardus Koldenrot, Nicolaus *Vynk*, Johannes Reddich, Elerus Snœr, Conſul, Marquardus *Brand*, Licentiatus 1339. Hermanus Truleke 1340. Johannes Duek, Johannes Becker, Nicolaus Mœller, Johes Scherpingh 1344. Nicolaus Schele, Johannes *Starcke*, Johannes Melſch, Nicolaus Voppe, Plebanus, Galmel *Smole*, Marquardus *Bileveld*, Johannes *Blome*, Michael Simighe, Hermanus Blomenſten, Goſchalcus *Pael*, Johannes *Held*, Gerlacus *Saſſe*, Nicolaus *van Bucken*, Secretar. Kilon. Martinus Viſch, Enwaldus Munter, Johannes *Cruſendorp*, 1348. Conſul, Marquardus *Bohmaſt*, Wulffardus Smyd, Antonius Möller, Albertus Garwer, Timmo Bredeek, Johes *Sovenbroder*, Johes Bokmaſt, Johannes Kremer, Johannes Wulff, Nicolaus *Pogwiſche*, Detlev. *Blucher*, Johannes Haſe, Hinricus Schele, Didericus *Mylies*, Martinus Dyk, Laurentius Gerliges, Jacobus Ulenker, Nicolaus Danneel, Kerſtianus Ram, Johannes Schroder, Hinricus Becker, Nicolaus Vigghenborch, Matthias Landtweher, Hermannus Deſſauendes, Jacobus Woge, Matthias Dicker, Nicolaus *Reymari*, Eraſmus *Höppener*, Mauricius Becker, Nicolaus Strus, Johannes Lop, Nicolaus Heydmann, Johannes Kolre, Hinricus Schacht, Enwaldus *Sövenbroder*, *Proweſt to Sleſvic*. Obiit Kiel. 1508. die 14. Aug. Johannes Wulff, Johannes Grittöw, Nicolaus Scharpe. a. 1511. Johannes Rademann, a. 1511. Joachim Lange, † in Karſtenshagen, a. 1518. Johannes Bertoldi † Hamburg. 1519. Hinricus Wiſe a. 1521. Eggerds*luders*, Decanus. Obiit Kiel. die Viſitator. A. 1522. Bibeorgius Büſe a. 1526. Hermanus *Serventyn*, 1527. Hinricus *Pogwiſch*, 1527. Petrus Jaſchenberch a. 1527.

Nomina Fratrum Laicorum mortuorum & Sororum ſunt hæc:

Vrow Anne, *Grevynne to Holſten, Vrow Mecheld Büneborch, Hartich Boyenhuſen*, Proconſul, *Johann Boyenhuſen, Johann* van dem Hagen, *Schele Herdinghes*, Conſul. *Otto Evendorp*, Conſul. *Emeke tor* Nore, Conſul. *Johann Bremer*, Uxor ejus. *Kerſten* Pordole, *Hinrik Herdinghes, Clawes Harghe*, Conſul. *Clawes* Heykendorp, Proconſul. *Detlef Grip*, Conſul & Uxor ejus, *Hinrich Lichtenberg, Johann Rekelinghuſen*, Conſul, *Hinrik Block, Johann Loſſentyn, Syvert Buller, Sophie*, Uxor Peter Vetten, *Detleff Tede, Cord van dem Avende, Gheſe* Uxor ejus, *Clawes Rike*, Conſul, *Gherd Rike, Odde* von dem Schinckel, *Grete* Uxor ejus, *Tyme Syden, Abel* Uxor ejus, *Vrow Wibe van dem* Schinckel, Virginis, *Hartich Bychel, Margrete*, Uxor ejus, *Vrow Beke*, Uxor *Arnd Beckers*, *Joban Roteſche* Conſul, *Swyvert Syn, Margrete* Uxor ejus, *Hinrik Tymerman*, Conſul, *Alheid* Uxor ejus, *Tyme Schroder, Herdeke* Uxor ejus, *Marqvard Tungendorp* Conſ. *Reimborg* Uxor, *Johann Hertze* Conſ. *Tudeman Honendorp* Proconſ. *Reimer Teymark* Conſ. *Tideke Munter, Alheid* Uxor ejus, *Schacke* Rumor, *Cord Swartebeken Sone, Kerſting* Uxor ejus, *Johann* Bokwolde, *Iwen* Walſtorp, *Solten* Zeſche, *Marquard Wulf in* Nigenhove, *Hinrik van* Plone, *Albeyd* ejus Uxor, *Lunghe Reimer* Conſ. *Otte* Evendorp

dorp Proconſ. *Vrow Kerte*, *Hartich* Pogwiſchen *Moder*, *Vrow Kunne Lalen*, *Clawes Stake*, *Hermen Kortelberch*, *Margrete* Uxor ejus, *Emeke Krogher*, *Tibbe* Uxor ejus, *Vollert Lynthoved*, *Vollert van dem* Knope, *Marqvard* Bokwold, *Her Wulf* Pogwiſche, *de Junghere*, *Tideman Kremer*, *Her Godſik* Rantzow, *Her Syverd* Smalſtede, *Vrow Katherine Ofouwen*, *Johan Ghiſeken*, *Abele* Uxor ejus, *Vrow Abele Viſches*, *Tibbe* Trittraves, *Detlef* van der Brügghe, *Junghe Ghiſeke*, *Grete* Uxor ejus, *Vrow Mechtilt Hargben*, *Johann* Weſtede Conſ. *Abele* Uxor ejus, *Hartich* Pogwiſche, *Hinrick Snorling* Conſ. *Beke* Uxor ejus, *Clawes Vyſch* Conſ. *Her Wulf* Pogwiſche, *de Oldere*, *Gly Beyenvlet*, *Johan* Segheberch, *Margrete* Uxor ejus, *Stamertyme*, *Grete* Uxor ejus, *Edler Snoer* Conſ. *Abele* Uxor ejus, *Lavrenſes* Verdenwald, *Gheſe* Uxor ejus, *Godſik Junghe*, *Tibbe* Uxor ejus, *Hans Munter*, *Tibbe* Uxor ejus, *Johan* Smole, *Wibe* Uxor ejus, *Marqvard* Wryghe Conſ. *Godeke Sbütte*, *Katrine Ibeke* Uxor, *Tyme Baltyn* Conſ. *Lene* Uxor ejus, *Clawes Blatyn* Conſ. *Kerſtine* Uxor ejus, *Tymme Verdenwald*, *Marqvard Wulff*, *Clawes Wryghe* Conſ. *Eler* van dem Kyle, *Clawes Enghelowe*, *Abele* Uxor ejus, *Eler Loep* Conſ. *Cord Bruwer*, *Johan Swaff*, *Clawes Stokelrand*, *Grete* Uxor ejus, *Radke Huek*, *Tibbe* Uxor ejus, *Eggherd Rodingh*, *Abele* Uxor ejus, *Tymme Pael*, *Berte* Uxor ejus, *Hermen Schuneman*, *Johann Boleke*, *Grete* Uxor ejus, *Hans Odde* Conſ. *Marqvard Hargbe*, *Clawes Odde*, *Sophye* Uxor ejus, *Tidde Boſtede* Conſ. *Johan* Cordes, *Grete* Uxor ejus, *Heyne Junghe*, *Gheſe* Uxor ejus, *Godſik Middelborch* Proconſ. *Grete* Uxor ejus, *Johan* Segheberch, *Otte Cruſendorp* Proconſ. *Grete* Uxor ejus, *Tyme Beker*, *Katkrina* Uxor ejus, *Lütke Bekendorp* Conſ. *Grete* Uxor ejus, *Hans Gheiſmer*, *Wibe* Uxor ejus, *Eggherd Schramme*, Uxor ejus, *Hinrick* Salewerter Pro C. *Tiborch* Uxor ejus, *Tale Schelen*, *Hans Wulff*, *Beke* Uxor ejus, *Sivert Hargbe* Pro - Conſ. *Grete* & *Mette* Uxores, *Anders Lund* Conſ. *Mette* Uxor ejus. *Hinr. Buffe*, *Wibe* Uxor ejus, *Clawes Duſt*, *Vromehans* Conſul, *Grete* & *Able*, Uxores, *Hartich* Lynowe, *Wybe* Uxor ejus, *Henning* van der Hamer Conſul, *Beke* Uxor ejus, *Hans Schele*, *Reineke Kremer*, *Gheſe* Uxor ejus, *Marqvard* Schele Conſul, *Abele* Uxor ejus, *Eggherd Boſtede* Conſ. *Tale* Uxor ejus, *Hans Domeſſe*, *Grete* Uxor ejus, *Tymme Hargben* Proconſul, *Berteld* Witterp Conſ. *Wibe* Uxor ejus, *Gheſe Schulten*, Uxor Jacobi, *Marqvard Pael* Pro-C. *Reimborch* Uxor ejus, *Hartich Krogher* Conſ. *Wobbe* Uxor ejus, *Hans Heidram* Conſ. *Tale* Uxor ejus, *Clawes Becker*, *Tale* Uxor ejus, *Lucie*, Uxor *Wichman Kolers*, *Marqvard Arndes*, *Grete Duren*, *Schlipper Arnd* Conſ. *Herdke*, Uxor ejus, *Dibberen Cruſendorp* Fro-C. *Gheſe* Uxor, *Godſik Middelborch* Pro-C. *Tale* Uxor ejus, *Ebeke Schuldorpes*, *Clawes Erp*, *Abele* Uxor ejus, *Clawes Borneke*, *Grete Burmeſters*, *Eler Wulff* Conſul. *Hinrick Gerlighes* Proconſ. *Anne* Uxor ejus, *Detleff Krogher*, *Elert Smyd* *Grete* Uxor Secundaria, *Grete* Uxor, *Bertelt Knubbe*, *Tibbe* Uxor ejus, *Jaſper Schulte* Conſ. *Hinrich Schele* Conſ. *Margrethe* Uxor, *Katherine Sculdorpes*, Uxor *Hanſes*, *Anne Pales*, Uxor *Laurenſes Pales*, *Jachim Heydram*, Proconſul, *Sile* Uxor, *Gheſe Ghiſinghes*, *Kerſe Koler*, Uxor ejus Anna, *Kartherine Pales*, Uxor *Laurenſes*, *Kerſtine Myrikes*, Uxor *Lüders*, *Margarete Kolers*, Uxor *Wichmannes*, *Jacob Schroder*, *Sophia Reyneken*, Uxor *Hanſes*, *Hans Heydmann* Conſ. *Grete Boſteden*, *Wybe Toden*, Uxor Clawes, *Schele Schelen*, Uxor *Hans Schelen* Pro-Conſulis LüderMynrick Proconſul, *Hans Boſtede*, *Laurens Pael* Conſ. *Gheſe Schulten*, Uxor *Jaſpers*, *Tymme Kördes*, *Lucia Schröder*, Uxor *Eler Schroder*, *Hans Schele*, *Marqvardes Sone*, *Grete* Uxor, *Wichman Koler*, Proconſul, *Heyne Schelen*, *Laurens Viſch* Conſ. *Grete Loſtes*, *Hans Reyneke* Conſ. *Lütke Boſtede* Conſ. *Werner Velt*, *Geſe* Uxor, *Detleff Heytman*, Uxor, *Beke* Uxor, *Hans Schuldorp* Conſ. *Elſebe Broders*, *Marquard Schuldorp*, *Hans Gravetob* Conſ. *Peter Mychelis* A. 1504. *Hans Kordes*, *Hans Pawelſen* Conſ. *Abel Louwen*, Uxor *Hans Louwen*, *Tale Vilkes*, *Hinrik Dune*, *Anneke Herghen*, Uxor *Pawel Hergen*, *Peter Schroder* 1506. *Eler Schroder*, *Hans Louwe* 1508. *Jacop Schulte*, *Hinrik Dykman* 1509. *Clawes Schulte*, Anne Uxor 1509. *Anne Mychelis* 1510. *Wybe Ralefftes* 1510. *Hans Velt*, Proconſul 1511. *Clawes Tode* 1512. *Hartich Woy* 1512. *Hans Schele* Conſul 1513. *Harmen Beker*, *Tibbeke* Uxor 1513. *Margaretha Veldes* e. a. *Joachim Wulff* 1514. *Hans* Schuldorp, *Geſche* Uxor 1515. *Grete Brakenbuſes* e. a. *Clawes Wulff* Proconſul 1517. *Jaſper Schulte*, Conſul obiit A 1517. poſt paſca. *Katherine Kremers* 1519. Michael. *Anneke Kohlers* 1520. *Hans Scroder* 1521. *vor Anne Walſtorppen* 1521. in die purificatio. ſepultus. *Gretke Alanyſſeborg*.

Detlef Gryp Conſ. Elſebe Filia.

ANNO M D XVIII.

Statutum de frequendanda domo Calandarum a. 1518.

Alle Broder hebben bewillet unde fulbordet, bewillen unde fulborden jegenwardigen beryppenden Rades Cappittels Wyſe *vorſammelt, dat alle Broder, beyde geyſtlig ofte wertlig, ſcolen* eren Kaland *ſtan und holden in des Kalandes Huſe ſünder Vordrach, welck Broder, id ſy em Preſter ofte eyn Leye, de dat nichten dayt, de ſchal dat beteren myt enen Lyspunt Waſſes to den Lichten des Kalandes ſünder Vordrach. Ock alle dejennen, dede dat ſülve wernen, he ſy geiſtlig ofte wertlig, vor denjennen, de den Kaland ſtan, ſchal to dem Heren* Decano *ofte to den Vorſtenderen, edder ock in Vorſammelinge, de ſcallen ſünder alle Vordracht und Gunſt ock vorbracken hebben eyn Lispunt Waſſes to nygen Lichten.*

Nota: *Tybbe*, relicta *Krempen* dedit III. Mr. pro introitu & exitu, quas præſentavit Dn. Nicolao Möller noſtro cuſtodi. Item Notandum, quod Dn. *Petrus Leuwe* dedit I. Marc. pro exitu, quod publicum ac notorium eſt ſingulis noſtris fratribus Kalendarum, qui tunc temporis fuerunt & fecerunt miniſterium annuum, dum ego *Dn. Detlevus Berch* habui officium cuſtodis fratrum Kalendarum. It. Notandum *Ziffridus Smalſtede* expoſuit teſtamentum ſuum, quod teſtamen-

tum fecit in memoriam ſue anime, quod notorium ac publicum eſt ſingulis noſtris fratribus, & ego Dn. Detlevus Berch illam marcam ſublevavi, qui tunc temporis habui officium cuſtodis fratrum Kalendarum. It. notandum Relicta *Iwani Walenſtorp* dedit 1. marcam pro exitu; cum hoc eſt ſoluta. Item notandum, quod Dn. *Johes Proneſtorp*, Canonicus regularis in *Bardsholem* expoſuit ſuum exitum, quem *Dn. Nicolao Möller*, noſtro Cuſtodi præſentavit reverenter præſenti *Dn. Detlevo Bergbe*. Item notandum, quod *Volradus de Knope* expoſuit ſuum exitum, quem Dn. Nicolao Möller, noſtro Cuſtodi præſentavit reverenter. Dn. *Bernardus Haye* expoſuit ſuum exitum quem Dn. Nicolao Möller præſentavit reverenter. Dn. *Gotſchalcus Rantzowe* dedit exitum & introitum, quem præſentavit Oeler Snor.

Anno 1523. recepti.

Recepti a. 1523. *Hans Schimmelpenninch, Clawes Breyde, Katerine Kordes, Gerdrut Dickmans, Ibeke Duven a. 1524. Peter Michel, Grete* Uxor. *Margreta Schröders 1525. Marquard Klüver 1526. Eler Steeker.*

1499. Concordatum inter Fratres i. a-lend. & Senatum Kilon. de uſu luminum campan. & ſacri ornatus

To wetende und orkundig zy allen Broderen, geiſtlick unde wertligk: Nahdemahl etliche Twedracht unde Bewör ſchach dorch de Karkſwaren in den Waſslichten gewontlich tom Preſter-Kalande, *genomet de* grote Kaland, *gelyk den groteſten Feſtdagen, vrig in der Veſpere in den Vigilien-Metten, Miſſen und Gades-Denſten des ſülveſten Kalanden to brukende, to brenende, unde ſülckentz dorch ware Tuchenſſe* der oldeſten, *beyden geiſtlig und wertlick des Kalanden, over de* veſtich Jare, *ſünder Hinder ofter jennige Bewere herkumpftig geboret unde gefunden wardig, to beſchende hebben in vorſammelden Capittel alle de Heren und Brodere deſſe ſülven Kalandes myt den Perſonen des* Erſamen Rades tom Kyle, *und ock mit dem* Kerckzwaren *darſülveſt, belevet, bewillet unde beſloten, vor alle ere Nakomelinge ſtede und vaſt, ſodaner* Lichte, Klocken *und* beſſte Ornate, *alles gelyck* den Hovet-Feſten *des Jares, vrig ſünder Beſwaringe vort uth ſülker olden Gewonheyt, ok ſo to ewigen Tiden vrig to brukende: dit iß bolevet am achten Daghe* Viſitationis Marie *nach Chriſti unſes Heren Gebort* MCCCCXCIX. *tom Kyle in* Armaria &c. ut firmius pateat in literam ſcripta & ſigillata. *Vor ſodane Bewyllinge heft gegeven de zelige Here* Nicolaus Strues *ene Marck Geldes und den Kerkſwaren rede vorentwordet durg ſine* Teſtamentarien.

Datum in armaria ſeu ſacriſtia.

Indulgentie ex litera Dni NICOLAI, *Archi-Epiſcopi Bremenſis.*

Summa Indulgentiarum ex Nicolai archiep. Brem. literis.

Fratribus & ſororibus, & aliis Chriſti-fidelibus, qui fuerint in veſperis vigiliis completoriis & matutinis, de quolibet Pſalmo, de qualibet antiphona, de quolibet Reſponſorio, de canticis magnificat, benedictus, nunc dimittis; Inſuper & in miſſis tam pro defunctis, quam de beata virgine, ac beati Johannis Baptiſte, de qualibet parte miſſarum, videlicet de introitu Kyrieleyſon, Gloria in excelſis & ceteris partibus miſſe, de proceſſione cum ſacramento eukariſtie, per circuitum, de quolibet paſſu, de omnibus & ſingulis ſupradictis totiens quotiens quadraginta dies indulgentiarum & unam carenam. ultra ſeptem annos indulgentiarum, omnia ſcilicet computando per per XL. dies, exceptis indulgentiis per circuitum, de quolibet paſſu XL. dies. Summa per circuitum ſunt paſſus CCCXLV. qui faciunt XXXIIII. annos ſimiliter computando, & ſic ſcilicet omnia connumerandæ ſunt indulgentie quadraginta annorum.

Indulgentiæ ex Literis Dn. Alberti Archi-Epiſc. Brem.

Et Alberti archiepiſcopi a. 1383.

Omnibus vere penitentibus confeſſis & contritis, qui ad dictam fraternitatem meliorandam & perficiendam, ſeu qui veſpertinis vigiliis, matutinis horis canonum, miſſarum ſolempniis prædicationibus, ac aliis divinis officiis in dicta fraternitate per Dei gratiam bis in quolibet anno celebrandis interfuerint ſeu ſe quovismodo immiſcuerint, de omnipotentis DEI miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum confiſi ſuffragiis, de injuncta eis penitentia quadraginta dies indulgentiarum & unam carenam, in Domino miſericorditer relaxamus.

In memoriam Proconſulis Luderi Mimricks Fratris noſtri.

Memoria Luderi Mimrichii a. 1493.

A. D. M.CCCCXCIII. ipſo d. Martis XXV. menſis Junii, quæ fuit vigilia Johannis & Pauli, obiit ille ſpectabilis & præſtantiſſ. vir Dn. *Luderus Mimrick* hujus oppidi *Proconſul*, valde devotus, ſcripturis & ſcientiis bene imbutus, mitis, pius, erga pauperes valde benignus, amator clericorum, multum curioſus pro communi bono: Privilegia & libertates hujus oppidi ſua ſagacitate & virtute conſervans eloquentiſſimus, gravem perſonam repræſentans, in oculis Principum Prælatorum & nobilium dilectus & bene viſus, qui ſua ſolertia & ſubtili ingenio præſens oppidum *moeniis, turribus & munimentis* mirifice decoravit, ædificia annihilata ſua curioſitate reſtauravit, cujus fama per totam hanc provinciam floruit. Gloriare o! oppidum, quoniam meruiſti prudentia tanti viri regi & aliquando reminiſcere, in mediis annis ſublati heu! proh dolor! Utinam Dominus dediſſet; attigiſſet ad ſenectutem honorem oppidi & gloriam Chriſti; cujus anima ab Archangelo ſuſcipiatur & ad beatiſſimam viſionem glorioſiſſimæ reſuſcitationis in coelum producatur. Amen.

In memoriam Dn. Præpoſiti Sleſv. Enwaldi Sovenbroder Fr. & Vicarii eccleſ. in Kiel.

Memoria Ewaldi Sovenbroderi a. 1508.

Wat he der Kercken gaff findet ſick in libro Juratorum, darin die Kercken-Klenodien ſtan. Ock het he gegeven 2. TIDE BOKE (*) 4. MISSALIA

Breviarium & ordinarium Sleſv. a. 1486. *Vulgo Tidebock. Recuſum a.* 1512.

(*) h. e. *Breviarium ſecundum ordinarium* (ordinem) *& ritum eccleſiæ ac dioeceſis Sleſvicenſ. impreſſum Lubecæ arte & ingenio Stephani* ARNDES *A. D* 1486. *f.* Dicitur TIDEBOCK præcipue a temporibus, Divino officio dicatis ſeu horis canonicis a clero juxta certum ordinem in eccleſia & dioeceſi inſtituendis. Vide JO. STEPH. DURANTI *L. III. de ritibus eccleſiæ catholicæ pag.* 572. Reviſum & correctum denuo prodit hoc Breviarium & opus horarum canonicarum *Pariſiis e regione collegii Italorum* 1512. 8. autoritate *Godeſchalci de* ALEVELDE epiſcopi Sleſvicenſ. ſub Tit. *Liber Breviarius ſecundum ordinarium ritum & conſuetudinem eccleſiæ & dioeceſis Slevicenſis.* Eodem

SALIA (**) *Horſtmanns.* A. 1472. hefft he, als nafolget, warnet de van Kiel vor Gefahr: *Menen Deenſt mit Vermöge alles Guden. Ehrwerdigen leven Herren: Nademe my dat van Rechtes und* Natur *wegen inne iſs, Juwe Leve ſchole und möte warnen vor Schaden der gantzen Gemenen Stadt to dem Kiele (dat Gott afkehre) ſo wetet allerlevenſten Herren und Fründe, dat ick ſunder Twifel vernommen hebbe, wo Juw und Juwer Stad van Sake und Twetracht wegen* Nicolaus RONNOWEN (***) *Ridderen to* Dannemarck, *ſchwarlicken und marcklicken entſecht unde gedraut wert, dat nu fürder by Herren und Steden und Reke vorarbeitet ward &c. Men allerlevenſten Herrn, Syd hierup gewarnet und erkennet hier Ju und der gantzen Gemenen beſten. Dit ſchrieb ick Juw mit groten Vabren Juwer aller Leven to deme beſten und begehr, Gy willen dat by Juw beholden, ſo ferne Gy my und mene Redlichkeit lef hebben, und bidde Gy willen düſſen menen Breff warpen in dat Füer, ſo ferne he geleſen is, Vorſchulde ick gerne. Gott allmächtig und ſalig bevahlen. Screven to* ÜTIN *des Avendes* Mariæ Magdalenæ MCCCCLXXII. *Juwer aller arme Dener* Enwaldus Sovenbroder. A. 1482.

Literæ En. Sovenbroder ad Senat. Kilon. a. 1472.

Regine Dorothee littere ad Senatum Kilon.

Hefft Konigin Dorothea an den Kieler geſchreven: Wy ſchicken itzund in Unſe Stadt Kiel *Unſen Leben Getruwen den Werdigen Herrn* Enwald Sovenbroder und duchtigen Peter von Ahlefeldt, Unſem Umſchlag alldo to holdende, begehren darum Gy em Hülp, Rath und Byſtand wanner ſe Juw darum beſukende werden um Unſentwillen bewiſen und ſundergens mit ener *ſekeren Stätte* darinne Unſe Geld verwahret moge ſyn, beſorgen, en ock, wat ſy van Unſertwegen an Juw bringenden werden, vullenkommenlicken gloven, glyke *Uns ſülven* geven, dat willen all Tydt gnædiglick um Juw erkennen. Datum *an Unſem Slote Gottorp* am Middewecken in den Achte Dagen der hilligen drey Koninge a. 1482. *Im Jahr 1483.* ſchref Herr *Enewald* an de Kieler: *Fründlucken Gruht unde wes ick Leves und Gudes vermag, leven guden Vründe. Ick tho Juw gütlick to Weten dat de Dorchluchtigſte Unſe Gnädig ſte Fruw mit Erer Gnaden beyden Sohnes Unſen Gnädigen Herren werd* enen gemenen Dag *holdende* tom Kyle *edder ock* darvor up dem Kohberge *des Dingſtages nägeſt na* annunciationis Mariæ virginis *unde alsdenne Gott allmächtig de Dinge ſo geſchicket hefft (Gott gefe to diſs armen gemenen Landen to Gnaden und Freden unde to Beſtande erer Freyheiden) ſo hebbe ick dock ſolckes nicht mögen verſchwiegen up dat gy to mercklickes Volckes Tokonfft mit Nothdurfft vor Geld binnen juwer Stadt verſorget ſyn. Unde is wohl nütte, gy den allmächtigen Gott mit inigen* Bede, Miſſen unde Almiſen *latet anropen up dat ſine Göttlicke Gnade die Ogen ſiner Barmhertigkeit to diſſen Landen kehre de en den rechten Weeg erer beborlicken Herrſchop mit Beſtande der Fryheide düſſer Lande ſchicke. Dat willet to Gude von my upnehmen unde tom beſten kehren als de ick Juw des unde alles Guden wohl to getruwe.* Dat. Schleswig *des Sonnavendes vor* Oculi A. D. M. CCCCLXXXIII. Ennewaldus Sovenbroder *Dohm Praweſt to Schleſwig* A. 1484. *Was he avgeſand van dem König to* Dannemarck Johannes *un ſinen Broder Hertzog* Fridrich *an de van Kiel wegen* deponerten *Gelder: Wy hebben dem werdigen Herrn* Enewald Sovenbroder *Dohm-Praveſt to Schleswig* Unſen leven *getruen* SECRETARIEN *bevalen etlicke Summen Geldes, van Unſer und Unſes leven Broders wegen by Juw to truwer Hand in Verwahrunge to leggen. Bidden darümme mit beſonderem Fliete begerende, gy alſo de Summen van Unſer und Unſes leven Broders wegen* to truwer Hand *ume Unſes willen in Vorwahrunge nehmen, und uns darup enen Wederbref, wo gy alle ſülcken Summen in Vorwahrunge genommen hebben, willen geven. Dat willen Wy inſonderheit alle Tydt gnädiglick gerne erkennen. Datum Hadersleve am Dage Agathæ Virginis A. D. M CCCC LXXXIV.* Anno 1486. Albertus & Helricus epiſcopi Lubecenſis & Slesvicenſis conceſſionem colligendi caritativa ſubſidia pro reparatione Turris & organorum Kilon. dederunt permoti interceſſione *Enevaldi Sovenbroderi* Præpoſiti Slesvicenſis: *Albertus & Helricus* (****) Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Lubecenſes & Sleſvicenſ. eccleſiarum & dioeceſ. epiſcopi univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiternam. Cum prout experientia nos do-

Literæ Sovenbroderi ad Senatum Kilon. a. 1483.

Literæ Regis Johannis & Ducis Friderici a. 1484.

Alberti & Helvici epiſcopor. literæ ad Kilonienſes a. 1486. additis indulgentiis.

Liber agendarum Sleſvic. a. 1512. 1522.

Eodem anno ibidem *Pariſiis* prodit *liber agendarum ſecundum ritum & conſuetudinem eccleſiæ & dioeceſis Slesvicenſis divinorum Rectoribus utilis & neceſſarius*, qui libellus recuſus eſt *Roſtochii* 1522. 4. De laudato Breviario (vulgo *Breve*) obſervatio, quam JO. HENR. A SEELEN *in ſelect. literar p 688 ſeqq.* ex literis antiquis *Stephani Arndes* typographi Lubecenſis, & ipſius artis typographicæ amplificatoris LINONIS LEVE *J. U. D. hæreditarii in Morſum & Strandiæ Septentrionalis Præfecti* ſuppeditavit, digna eſt, quæ repetatur. Ita vero in litteris LEVII *a.* 1493. *exaratis* inter debita a typographo laudato ſolvenda numerantur: *Dry und vöftig Miſſale des Schleſwigſchen ſtichtes gheprentet* unde noch *vyff Miſſale* in Permynt *deſſülven Stichtes* ock *ghebrentet*, unde noch *neghen unde neghentich* TIDE BUKE *deſſülven Stichtes.* Et in literis a. 1494. Meſter *Steffen Arndes* blyff *Laurens Leuen* (Patri Lenonis) offte ſynen Erven ſchuldig etlike Boke nemptliken *ſöven unde drüttich Miſſal* in Papir rouw, dat is unberedet und ungebunden, dat Stücke na erer beyder Vordracht und Willen angeſettet und gerekent vor *dordenhalven Rinſche Gulden.* Item noch vyff *Miſſal in Pergament* dat Stücke angeſett vor *ſöven Rinſche Gulden*, Item noch *negentich* BREVEN in Papier gebunden *Schleſwykeſches-Stichtes* dat Stücke angeſettet vor *twe Marck Lübeſch.* Noch veerhundert *Evangelia* dat Stücke angeſettet vor drüttein Schillinge Lüb. Vox, quæ hic occurrit *geprentet* Danica eſt denotans *gedruckt.* Bogprenter idem ac typographus. Vide Vocabularia *Lamb.* ZWARTEN *a.* 1440. *Joannis de* JANUA a. 1460 & *Teuſtoniſtam a.* 1475. *ed* it. gloſſaria *Danica.*

Miſſale Sleſv. Eccleſiæ a. 1486.

(**) Integer titulus rariſſimi libri hic eſt: *Miſſale ſecundum ordinarium & ritum eccleſiæ Sleſvicenſis.* Finit ita: *Miſſale feliciter explicit per illuminatum virum Dn. & Magiſtrum Jacobum Horſtmann ſacre Theologie baccalaureum, formatum ſumma cum diligentia examinatum emendatum & correctum impreſſumque in Sleſwyck* (verius in Lübeck) *ad laudem Dei arte & ingenio Stephani Arndes. Anno Domini* 1486. *fol.*

(***) De Nic. Ronnow vide *Adelungk Chron. Hamb. p.* 57.

(****) De Helrico, cognomine van der Wiſch vid. Cypræum annal. epiſc. Sleſv. p. 384. ſigillum ipſius lupis inſignitum inſcriptionem habet: HINRICI *van de Wiſch epiſc. Sleſvic.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

docuit, *parochialis ecclesia S. Nicolai oppidi Kilonienſ. Bremenſ. dioeces.* & turris ac organa ejusdem ecclesiæ lacrymoso ac lamentabili horribilissima tonitrui percussione & sæviſſimo fulguris incendio plurimum hinc inde conquassata diremta & partim combusta existant, pro quorum reformatione facultates dictæ ecclesiæ & ejus fabricæ minime sufficiunt. Quare pro parte *proconsulum, consulum & omnium parochianorum* dictæ parochialis ecclesiæ *S. Nicolai* Kilonensis fuit nobis *per venerabilem ac circumspectum virum Dn.* MAGISTRUM ENWALDUM SOVENBRODER *præpositum Slesvicensem & in eadem ecclesia Kilonense vicarium perpetuum* humiliter supplicatum, ut ejus indigentiæ in hac parte condolere ac ipsius ecclesiæ veros & juratos nuncios ad petendum Christi fidelium eleemosynas in nostris dioeces. admittere dignaremur. Nos vero præmissis ex causis moti, ac dicti *Domini & Magistri Enwaldi Sovenbroder* præpositi Slesvicensis *piis supplicationibus & petitionibus, rationi etiam consonis, inclinati* & eis annuentes, vos omnes & singulos supradictos & vestrum quemlibet in Domino hortamur, ut cum antedictæ ecclesiæ nuncii seu nuncius juratus præsentium nostrarum literarum ostensores seu ostensor vos vestrasque ecclesias & parochias pias Christi fidelium eleemosynas rogatum accesserint seu accesserit ipsos seu ipsum benigne admittatis negotiumque horum fideliter & publica totiens quotiens opus fuerit publicetis & publicari faciatis, ut populus *ecclesiis & parochus vestris subjectus* de bonis à Deo sibi collatis dictæ ecclesiæ Klonienſ. *caritativa subsidia* dignetur erogare, indulgentias etiam revera *papales & Cardinalium dictæ* ECCLESIÆ *& ejus* CAPELLÆ concessas promerendo. Nos autem de omnipotentis DEI misericordia beatorumque Petri & Pauli Apostolorum principum autoritate confisi omnibus vere poenitentibus confessis & contritis qui pro dictæ ecclesiæ S. Nicolai oppidi Kilon. necessitatibus ut prefertur, relevandis quomodolibet porrexerint adjutrices *40. dies indulgentiarum* de injunctis eis poenitentiis unusquisque nostrum in nostris dioeces. misericorditer relaxamus, præsentibus perpetuo duraturis. In cujus rei evidens testimonium præsentes nostras literas nostrorum hinc inde secretorum jussimus & fecimus appensione communiri. Dat. *in civitate Slesvicensi* die decollationis Johannis Baptistæ A. D. M. CCCCLXXXVI. Ein gliches hefft gethan Koniginn Dorothea Datum *Slote Gottorp* am Dage St. Jacobi des hilligen Apostels na Christi Gebort 1486. Wann Hartog *Friederich* an Enewald Sovenbroder geschreben isſs de Usschrifft des Briefes düse: *Dem Würdigen Heren Ennewald Sovenbroder Dohm-Prawſt to Schleſwig Unſen leben getruwen Tucht-Meſtere.* An. 1494. Schrev he an Borgemestern und Rathmannen tom Kiel: *Frunthicken Grut to vorne Ehrſamen gude Fründe: Ick hebbe den Ehrſamen* Detlef *Grep juwes* Rades Mede-Kumpanen *van my geſanndt etlicke Werve my ſulveſt belangende an juw to wervende bevalen, darna gy juw, na Lobung durch ſeel. Luder Minricks an my to der Tyd geſchehen, ane allen Twifel wohl böhrlich holdende werden. Wo averſt deme ſo jo nicht geſchehen möchte, ſo is mene gantze andächtige Bitte und Begehr, dat gy den werdigen* juwen Kerckherren *ſo dhane* Leen, *alſe nu dorch Dode ſeel. Herrn* Nicolaus Ingerborg *an Juw vorſtorven is, dorch Gotts und umme miner Bede willen vorleben wollet, angeſehen deſülve juwer Kerckherr in Godes Dienſten unde mennigen andern Dingen uth ſiner Vernunfft wohl dancknamige Denſte und Willen dohn und bewiſen kann. Jedoch dem Erſamen* Hans Velde *juwen* Mede-Kumpane *in ſiner Bede unvorfanglick ſo ferne be wann* van ſinen Sohns *hadde, de ſulcken Leen to beſittende bequeme iſs, unde gy alſe* Leen Herren *juwer* Leenwahre *in allenthalven bewahrt möchten ſyn, da gy wohl willen to bedacht ſyn, alſe juw dar machtig ane lieget. Gode allmächtig fröhlich unde geſund bevalen.* Datum *to* Schleswig am Avende Michaelis Anno Domini M CCCC XC IV. under minem Signett. A. 1508. Kossten *Gerd Gordes* Radmann *Paul Kremer* und *Eler Stöcker* Hern Enwaldes Sovenbroders Hus in der *Kedingſtraten* van ſinen Testamentarien vor 300. Marck, wat idt beter was geven und ſchencken ſe der Kercken. Im ſülven Jahr tügenden *Gherd Kordes* Rathmann, *Eler Stöcker* und *Hartig Haſſer* dat grote Crütze van Sülver unde wicht 15. lothige Marck und 12½ Loth; de Testamentarii *Enwald Sovenbroders* geven 4. Lothigen Marck dartho, dat ander bekostete de Karcke unde ſteity to ſamende in Gelde 272. Marck. A. 1509. Leten *Jacob Schröder* Rathmann *Peter Michael* und *Hans Stegelmann* buwen ene nye Capelle bey den Thorn in der Süder ſiden de kostete de Kercken 377. Marck 10. Sch. das geven do to Hülpe des ſeel. Her. Enwaldus Sovenbroders Testamentarii 100. Rhiniſche Gulden.

Exaratæ ad preces Enwaldi.

Literæ Enwaldi ad Senatum Kilon. a. 1494.

Literæ Reginæ Dorotheæ a. 1486.

XIX.

COPIARIVS LITERARVM PAGENSIVM IN KIEL AB A. 1297. VSQVE AD 1490. NIMIRVM SVPER PROPRIETATIBVS PAGORVM ET BONORVM CAPELLARVM ET HOSPITALIVM ET VICARIARVM NONNVLLARVM IBIDEM, QVAS EX ORIGINALIBVS NOSTRARVM REGISTRATVRARVM PRO COMMVNI BONO DESCRIPSI MEA MANV *LüDER MYNRICK* A. MCCCLXXXX. EX AVTOGRAPHO IPSIVS MEMBRANACEO. ACCEDIT *ADAMI TRAZIGERI* DVCIS SLESVIC. HOLSAT. *ADOLPHI* QVONDAM CANCELLARII CONSILIVM DE COMPONENDA LITE INTER DVCEM ET PROVISORES BONORVM S. SPIRITVS ET S. GEORGII EXORTA, SVBJVNCTIS EJVSDEM CAVSÆ DOCVMENTIS A. 1571. ET 1572. ITEM ET RELIQVIS DE A. 1604. 1633. ET 1667. ADJVNCTA SVNT SIGILLORVM PRÆCIPVA, ÆRI INCISA.

I. Luderus & Gerardus filii Johannis de Bremen villam Kopelpare (Koppelpal) jure feudali poſſeſſam reſignant Johanni Comiti Holſatiæ ut illam conferat emtoribus Conſulibus Kilonenſibus in uſum Domus S. Spiritus a. 1297.

A. 1297.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis

Johannes

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Johannes Dei gratia Comes Holſatiæ & Stormariæ univerſis Chriſti fidelibus, ad quos præſens ſcriptum pervenerit, in ſalutis autore gaudium cum ſalute. Ne ea, quæ fiunt in tempore, labantur cum tempore labente a memoriis hominum, perque oblivionis ſenium deleantur, neceſſarium duximus ea ſcriptis perpetuare, quæ nec modernos nec poſteros volumus ignorare. Noverit igitur fidelis ætas præſentium & diſcat felix ſucceſſio futurorum, quod *coram Nobis* conſtituti *Luderus Flore* & *Gerardus fratres*, filii Domini *Johannis de Bremen* militis, *Villam Kopelpare*, quam à nobis JURE FEODALI *habuerunt*, cum *omni jure & attinentiis* ejusdem villæ *libere reſignarunt*. Eandem vero villam *Kopelpare* Conſules civitatis Kilenſis ad utilitatem & uſum *domus ſancti ſpiritus* in eadem Kiel emerunt de bonorum hominum elemoſinis & piorum. Nos autem ob Dei reverentiam & amorem ſancti Spiritus nec non preces ſupplices piorum hominum ut etiam dictarum elemoſinarum participes fieremus, præfatam villam *Kopelpale* prædictæ *domui ſancti ſpiritus*, *ac infirmis ibidem exiſtentibus* cum omnibus attimentiis ſuis & terminis cultis & incultis, nemoribus, paſcuis, pratis, lignis & agris, cum *omni jure*, *judicio* & *utilitate* damus & contulimus in perpetuum liberaliter poſſidendam. Igitur ut hæc omnia firma maneant & illibata, & ne a nobis vel a noſtris ſucceſſoribus mutari valeant impoſterum vel infringi, præſentem paginam noſtri ſigilli munimine neceſſarium duximus roborari. Teſtes vero hujus rei ſunt Johannes *Swin*, Hartwicus *Lupus*, Nicolaus *Goreſe*, Timmo *Block* MILITES, Johannes ADVOCATUS, Nanno *de Crummedick*, Nicolaus *Hollender*, Johannes *de Indagine*, Otto *de Ponte*, Gerhardus *de Brema*, CONSULES, & alii quam plures. Datum anno graciæ M. CC. LXXXXVII. in die ſancti Egidii confeſſoris.

II. Johannes Comes Holſatiæ donationem Villæ Belendorp (Welgendorp) a cive Kilonienſi Conrado de Brema ad Vicariam in Domo S. Spiritus oblatæ approbat eamque confert cum nemore circumjacente, vulgo Brock a. 1315.

A. 1315. Nos *Johannes* Dei gratia *Comes Holſatiæ* tenore præſentium recognoſcimus publice proteſtantes, quod villam *Belendorp*, quam *Conradus de Brema* dilectus noſter burgenſis ad *perpetuam Vicariam* in *domo ſancti Spiritus* noſtri civitatis *Kil* ad officianda cum omnibus conditionibus in ſuis privilegiis per nos datis perpetue dedit voluntarie *reſignando*, eandem villam nos *prædictæ vicariæ* humiliter & devote ſervandæ ratificamus firmiter approbando; dantes etiam Villæ prædictæ totum nemus dictum *Brock*, quod *in ſuis terminis circumjacet* Villæ prædictæ. In cujus teſtimonium noſtrum ſigillum præſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt Dns Henricus *Canonicus Lubecenſis ac Rector Eccleſiæ in Kyl*, quondam *præpoſitus in Poretze*, Marquardus *de Santberch*, Timmo & Johannes *de Godendorp*, Otto *Splyt*, Hinr. *Splyt*, Jo *de Goritze*, Jo. *Swaff*, *milites* ac *conſules univerſi* cum pluribus fide dignis. Acta ſunt hæc anno M. CCC.XV. in feſto ad vincula beati Petri Apoſtoli.

III. Johannes Comes Holſat. Domui S. Spiritus donat proprietatem Villæ Kronsbagen cum immunitate ab omni exactione, excepta Landwehr (hodie contributione provinciali) a. 1315. A. 1315.

Johannes Dei gratia *Comes Holſatiæ* omnibus præſens ſcriptum vituris ſalutem in Domino ſempiternam. Ad notitiam omnium & ſingulorum pervenire cupimus proteſtantes, quod nos conſideratis multis ſerviciis, pietatibus ſeu operibus miſericordiæ *pauperibus* & *debilibus a domo ſancti Spiritus in Kil receptis* & eisdem ibidem impenſis, de bona noſtra voluntate non ab aliquibus inducti, ſed pietate moti ad emendationem & incremen um prædicta domus & ad ſolamen pauperum ibidem colligendorum dedimus *proprietatem* dictam EGENDOM *perpetuam* ſuper quibusdam bonis pro *trecentis marcis Lubicenſibus* denariorum ex parte *Cifridi* clerici ex *novo monaſterio* comparatis & eidem domui aſſignatis, videlicet ſuper *ſex manſis* ſitis in *villa Kronsbagen*, emtis a *Gotſcalco de Horsfelt* & ſuis filiis Juan & Nicolao *militibus*; item ſuper *quatuor manſis & dimidio* cum ſuo prato, & quinque aliis a *Johanne* dicto *Swin* milite emtis, ſitis in villa jam dicta, perpetue poſſidendam. Volentes ut *dicta bona* ſeu *ſui coloni* ab omni exactione *violenta* vel *precaria* ſive GREUENSCHATH, *ut bona* PROPRIA *perpetue ſint immunes*, excepta *generali expeditione terræ communis* LANDWER vulgariter nuncupata. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Teſtes hujus ſunt honorabilis vir Dominus Hinricus *Canonicus Eccleſiæ Lubicenſis*, præpoſitus *in Poretze ac plebanus in Kil*; *Cappellanus* noſter dilectus *Timo de Godendorp*, Otto *Splytt*, Johannes *de Gorece*, *milites*, ac *alius Detlev de Rutze*, *famulus*, & quamplures fide digni. Datum *Brambork* anno Domini 1315. decimo calendas Aprilis.

IV. Johannes Comes Holſatiæ proprietatem Villæ Wick confert domui S. Spiritus in Civitate Kilon. a. 1317.

A. 1317. Nos *Johannes* Dei gratia *Comes Holſatiæ* recognoſcimus & tenore præſentium conſtare volumus, quod ob ſalutem animæ noſtræ ac noſtrorum parentum libere dedimus & dimiſimus *domui ſancti ſpiritus* noſtræ civitatis *Kil* proprietatem, dictam *Egendom*, ſuper villam *Wyck*, ſicut ſita eſt in ſuis terminis cum omni jure & libertate, paſcuis, pratis, nemoribus, agris cultis & incultis, viis & inviis, nec non cum omni ſua diſtinctione perpetue poſſidendam. Hujus ſunt teſtes Marquardus *de Santberch*, Timme & Johannes *fratres de Godendorp*, Johannes *de Gorece*, Hartwicus *Sten*, Hinricus *Splitt* ac Johannes *de Trente*, *milites*. Ut igitur hæc voluntaria noſtra donatio perpetuis temporibus firma permaneat & illæſa noſtrum ſigillum præſentibus duximus apponendum. Datum *Kil* anno Domini M. CCC. XVII. in vigilia omnium ſanctorum præſentibus pluribus fide dignis.

V. Johannes Comes Holſatiæ & Stormariæ Venditionem Manſorum quorundam Villæ Tulendorp,

dorp, Conſulibus oppidi Heiligenhaven à Patre ipſius oppignoratorum, approbat eosque reſignat Hoſpitalibus S. Spiritus & Georgii a. 1327.

A. 1327. Omnibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris *Johannes* Dei gratia *Comes Holſatiæ & Stormariæ* ſalutem in Domino ſempiternam. Notum eſſe cupimus univerſis tam præſentibus quam futuris, quos Nos ex maturo conſilio & pleno beneplacito *omnium prudentum conſiliariorum noſtrorum* Dei intuitu nec non ob ſalutem animæ inclitæ *Dnæ Kathermæ* noſtræ uxoris, animæ noſtræ omniumque noſtrorum progenitorum talem venditionem, quam conſules noſtri oppidi *Hilligehavene* nobis ſpecialiter dilecti, fecerunt *domibus hoſpitalibus Kilenſibus*, videlicet *Domui ſancti Spiritus* & *domui beati Georgii* in *tribus manſis* uno quartali minus cis prædictum noſtrum oppidum in campo quondam cujusdam villæ dictæ *Tulendorpe* ſitis; quorum ſcilicet *Henricus Wilſterman* medium manſum cum medio quartali, Nicolaus filius *Heymen*, alterum dimidium manſum, *Theodoricus Woneſtorp* medium manſum & quædam mulier dicta *Barthe* medium quartale poſſident. Quos etiam antedicti noſtri conſules in *Hilgehaven* jam dudum pro quadam ſumma pecuniæ ex parte noſtri prædilecti patris felicis recordationis *titulo pignoris* retinebant, ratificamus, ſtabilimus, firmiter approbando eosdem manſos eisdem domibus hoſpitalibus *cum omni proprietate* vulgariter *Egendom* dicta & plane cum omni *libertate* ac *utilitate*, ſicut in ſe jacent, & eos præmiſſus *noſter dilectus Pater* hactenus *poſſidebat*, *libere reſignantes*. In cujus rei evidens teſtimonium noſtrum ſigillum præſentibus duximus appendendum. Teſtes hujus facti ſunt Johannes *de Bruckdorp* noſter ADVOCATUS *prædilectus*, Johannes *de Gadendorpe*, Johannes *de* KYL MILITES & *Timo Swaff* FAMULUS ac *univerſi* CONSULES *noſtræ civitatis Kyl* & adhuc quam plures ad hoc vocati & rogati. Datum & actum M. CCC. XXVII. in craſtino beati Valentini.

VI. Johannes Comes Holſatiæ & Stormariæ Domui S. Spiritus confirmat Venditionem Villæ Kronshagen à Milite Joanne de Kyl reſignatæ, item libertatem à patrueli Joanne Comite conceſſam; additis aliis juribus in Colonos ceu homines proprios A. 1334.

A. 1334. Omnibus præſentia viſuris *Johannes* gratia Dei *Comes Holſatiæ & Stormariæ* ſalutem in Domino ſempiternam. Noverint univerſi, quod *conſtitutus coram Nobis* HONESTUS MILES *Dominus* JOHANNES *de* KYL pro *ſe & ſuis heredibus* vendidit & libere reſignavit *domui ſancti Spiritus in Kilone* pro ſe & ſuis ſucceſſoribus in perpetuum ementibus & recipientibus pro *tricentis & ſexaginta una marcis denariorum Lubicenſium* ipſi venditori integraliter perſolutis & in uſus ſuos neceſſarios & ſuorum converſis *decem manſos* in Villa *Kronshagen* ſitos, quos ad præſens *colunt* Nicolaus *Konigk*, Detlevus *Radebarth*, Nicolaus *Kroen*, Nicolaus *Laß*, Marquardus *Wackerbarth*, Detlevus *filius Wackerbardis*, Rodolphus *Kroes*. Dithmarus *Kroes* cum agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, paludibus, lignis, rubetis, aquis & aquarum decurſibus, viis & inviis, ingreſſibus & exitibus & terminorum diſtinctionibus & cum ſuis appendiciis univerſis, prout ipſe Dominus Johannes eos hactenus liberius poſſidebat cum *omni judicio, majori, medio & minori*, nec non *cum omni libertate & pleniſſima proprietate*, ita quod nec *ipſi venditori* nec *ſuis hæredibus* nec *alicui alteri* ad aliquas exactiones *violentas* vel PRECARIAS ORDINARIAS ſeu QUASCUNQUE *præſtationes* nec ad *aliqua* SERVITIORUM *genera vel laborum*, dicti coloni ipſorum manſorum, qui pro tempore ſunt vel erunt, quolibet teneantur. Renunciavit etiam præfatus venditor omni juri ſuo, quod ſibi & ſuis hæredibus in ipſis manſis competit vel competere poterit in futurum. Renunciavit inſuper exceptioni *doli mali, non ſoluti precii* & in ſuos & ſuorum uſus neceſſarios *non converſi*, & beneficio *reſtitutionis in integrum* vel omni *juris vel facti* beneficio vel auxilio præmiſſa contrafacere vel contravenire ex occaſione vel ex cauſa, ſed præmiſſa ſingula grata & rata habere perpetuo & tenere. Et nos dictam venditionem in ſingulis ſuis conditionibus & articulis approbamus & præſentibus confirmamus pro nobis & noſtris hæredibus inviolabiliter duraturam perpetuis temporibus ſucceſſuris. Inſuper ex *ſuper abundanti* & *ex gratia ſpeciali & favore* omnem libertatem, quam *dilectus patruelis Noſter* Dominus *Johannes de Kilone, Comes, felicis recordationis* ipſi domui ſancti Spiritus donaverat tam in *ipſis decem manſis*, quam in aliis *quindecim ipſius villæ Kronshagen* approbantes & plenius confirmantes. Ipſi etiam domui ſancti Spiritus damus & concedimus *omnes manſos dictæ villæ* per *dimenſiones* EIS PLACENTES *diſtribuere* & *colonos ibidem* DESTITUERE & INSTITUERE & *cum ipſis* PERPETUO *facere, quicquid* VELINT; Solum Nobis & noſtris hæredibus *expeditione* & his, quæ COMMUNIS TERRA fecerit, reſervatis. Actum *Kyl* præſentibus Dominis *militibus* Johann *de Godendorp*, Johanne *de Kilone*, Nicolao *de Reventlouw*, Iwano *de Reventlouw*, Benedicto *de Alvelde*, Gotſcalco *de Aſſcherberch*, Johanne *Swaff*, teſtibus præmiſſorum. In cujus evidentiam pleniorem ſigillum noſtrum præſentibus eſt appenſum. Datum *Kyl* anno Domini 1334. in vigilia nativitatis beatæ Mariæ virginis.

VII. Joannes Comes Villam Morſee a Milite Joanne de Walſtorp reſignatam & domui S. Spiritus venditam transfert cum omni libertate & jure in manſos & Colonos, ſalvis ſervitiis territoriali, caſtrenſi & communi. A. 1338.

A. 1338. Omnibus præſens ſcriptum viſuris ſeu audituris *Johannes* Dei gratia *Comes Holſatiæ & Stormariæ* ſalutem in Domino ſempiternam. Noverint univerſi, quod conſtitutus *coram Nobis* honeſtus miles Dominus *Johannes de Walſtorp* cum pleno conſenſu omnium *ſuorum hæredum* ac omnium illorum, quorum conſenſum ad hoc merito requirere tenebatur, vendidit & libere reſignavit domui ſancti

ſancti Spiritus *in Kilone* ſuo & ſuorum nomine pro tricentis & triginta ſex marcis Lubicenſibus denariorum ipſi venditori integraliter perſolutis & in ſuos uſus neceſſarios & ſuorum converſis *Villam Morſee*, quam ipſe Dns *Johannes* emerat *de Hinrico de Wimerſtorpe*; Quam quidem villam idem *Hinricus* pro ſe & ſuis hæredibus etiam *coram nobis* dictæ domui ſancti Spiritus *liberrime reſignavit*, illis tamen tribus manſis, quos *Petrus Berſer* poſſidet, præexceptis; cum omnibus agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, paludibus, lignis, rubetis, ſtagno, piſcariis, & aquarum decurſibus, viis & inviis, ingreſſibus & exitibus & terminorum diſtinctionibus, cum ſuis attinentiis univerſis, cum *omni jure & judicio majori & minori, manus & colli*, & omnium *intermediorum judiciorum plenitudine*, cum omni libertate, proprietate, commoditate, emolimentis univerſis inde derivantibus & plane cum omnibus utilitatibus & conditionibus, ſicuti præmiſſi Dni *Johannes de Walſtorpe* & *Hinricus de Wimerſtorpe* & omnes ipſorum *præceſſores* ipſam villam *Morſee* hactenus poſſidebant, ita quod nec *ipſis* VENDITORIBUS *nec ſuis* HÆREDIBUS *nec alicui alteri* ad *aliquas exactiones* violentas vel precarias *ſeu quascunque præſtationes* nec ad aliqua *ſervitiorum* vel *laborum genera* dictæ villæ coloni, qui pro tempore ſunt vel erunt quomodolibet teneantur. Renuntiaverunt etiam prædicti venditores omni juri ſuo, quod ipſis & ſuis hæredibus in ipſa villa competit & competere poterit in futurum. Renuntiaverunt inſuper exceptioni doli mali, non ſoluti precii & in ſuos & ſuorum uſus neceſſarios non converſi, & beneficio reſtitutionis in integrum ac omni juris & facti beneficio vel auxilio prædicta contrafacere vel venire occaſione vel ex cauſa, ſed præfata grata & rata habere & tenere. Et nos dictam venditionem in omnibus & ſingulis ſuis conditionibus, punctis & articulis approbamus, & præſentibus confirmamus pro nobis & noſtris hæredibus inviolabiliter duraturam perpetuis temporibus ſucceſſuris. Ipſi etiam *domui ſancti Spiritus* damus & concedimus divinæ remunerationis intuitu, noſtræ noſtrorumque progenitorum animarum pro ſalute, cum omni *proprietate & libertate* & *cum omnibus prænotatis conditionibus* dictam villam *Morſee*, libere ac perpetuo poſſidendam, & omnes *manſos dictæ villæ* per dimenſiones eis placentes diſtribuere & colonos ibidem deſtituere & inſtituere & cum eis perpetuo facere quicquid velint ſalvis Nobis & noſtris hæredibus expeditionibus videlicet LANDTWEHR & BORCHWERCK & hiis, quæ COMMUNIS TERRA fecerit, ſervatis. Datum *Plone* ſub teſtimonio ſigilli Noſtri, anno Domini M. CCC. XXXVIII. feria tertia poſt Valentini martiris; præſentibus Dnis Dethlevo *de Bockwolden*, Johann *de Radmerſtorpe*, Gotſcalco *de Aſſcheberge*, Nicolaus *de Reventlouw*, Hinrico & Marquardo *Bruckdorpen*, Hinrico & Marquardo *Breiden* MILITIBUS, Garlaco *de Witmolte*, Wongo *Beyenvleth*, Hinrico *Beyenvleth* FAMULIS, Dnis Joh. *de Goritze*, Bartramo *de Cremon* CANONICIS *Hamb. & Lubic.* teſtibus præmiſſorum. Scriptum per manus *Hinrici de Brachonen*, noſtri NOTARII.

VIII. Johannes Comes Holſatiæ ac Stormariæ Feudum caſtrenſe Kilonienſe, Villam Hartze (hodie Haſſeb) donat & adnectit bonis Capelle S. Spiritus cum omni jure, judicio & exemtione ab oneribus & præſtationibus territorialibus, Dominis terræ ſeu Comitibus competentibus vulgo Grevenſchatt. A. 1348.

Univerſis & ſingulis præſens ſcriptum cernentibus *Johannes* Dei gratia *Comes Holſatiæ ac Stormariæ* ſalutem in Domino ac rei geſtæ agnoſcere veritatem. Tenore præſentium recognoſcimus publiceque proteſtantes, quod divinæ remunerationis intuitu divinum cultum volentes augmentare & cupientes de maturo HEREDUM ac CONSILIARIORUM *noſtrorum* plenario conſenſu & aſſenſu, *domui ſeu capellæ ſancti ſpiritus in Kil, Bremenſis dioceſis*, totam Villam *dictam* HERTZE *ſitam prope civitatem Kil*, in qua domus ſeu capella prædicta habuit antiquitus & habet *duos manſos* cum omnibus dependentiis connexis & annexis, *Reliquos* vero *ſeptem dimidios manſos* ejusdem villæ ſitos & annexos, qui quondam JURE CASTRENSI, quod dicitur *Borchleen*, CASTRO CIVITATIS KIL *adhærebant & pertinebant*, in quibus *nobis* & *noſtris heredibus plenum & merum jus proprietatis* dictæ vulgariter *Egendom* habere dinoſcimus, præfatæ capellæ ſive domus ſancti ſpiritus in Kil, pro ſalute animæ noſtræ noſtrorumque prædeceſſorum & ſucceſſorum matura deliberatione *omnium conſiliariorum* & *hæredum noſtrorum* ut prænittitur, diligenter præhabita, *jus proprietatis*; quod dicitur *Egendom* dictorum *Söuendehalff manſium* in dicta villa *Hertze*, dedimus aſſignavimus & incorporavimus, *donamus aſſignamus & incorporamus* largiter perpetuis temporibus pure propter Deum irrevocabiliter eidem per præſentes cum *omni jure & proprietate* ac *pertinentiis ſuis*, univerſis & ſingulis agris cultis & incultis, areis, pratis, paſcuis, paludibus, lignis, ſilvis, viis & inviis, aquis, aquarumque decurſibus, inſtagnationibus ac piſcationibus, cum OMNI *judicio, majori medio & minori, manus & colli*, & præciſe cum *omni fructu & utilitate*, ſicut Nobis & Noſtris hæredibus liberius competebat, ſæpe dictæ capellæ ſeu domui ſancti ſpiritus *omnesque proprietates etiam quascunque* jam dictæ Villæ *Haſſebe*, ut honeſtius & decentius valeat ſuſtentari, plenarie, totaliter & omni modo per præſentes reſignamus. Volentes etiam *ſubditos* & *colonos dictæ Villæ Hertze* ab OMNI *jugo ſervitutis* PRÆCARIIS & EXACTIONIBUS *dictis* GREUENSCHATH ac TALLIATIONIBUS, quocunque nomine ſanctiantur, haberi ſupportatos penitus & omnino. Datum *Kil* anno Domini 1348. in octava nativitatis Mariæ *noſtro majori* ſub *ſigillo* præſentibus *Everhardo de Plone* noſtro ADVORATO, Marquardo *de Hortbeke*, Hartvico *de Bramſtede* PROCONSULIBUS & Johanne *Viſch*, CONSULE *noſtro in Kil*, ac pluribus aliis fide dignis ad præmiſſa vocatis *ſpecialiter* & rogatis. *Sigillum, quod adpendet, majus ſeu Majeſtatis vid. Num. III.* A. 1348.

IX. Johannis Comitis Conceſſio ut Conſules Kilonienſes in Area villæ Brunſwyck[] à milite Nicolao Split oblata, Capellam ligneam S. Jacobi, Fabiani, Sebaſtiani & S. Gertrudis exſtruant A. 1350.

bem Deminum. Præfecit autem Ecclesiæ huic primum Episcopum Marconem, virum doctrina præstantem & virtute, qui in gente illa ad christianam religionem convertenda strenue laborabat. Post quem sedi huic præfuerunt Eduardus, Wago, Erico, Flocquardus, Rembertus, Benno, Mainardus, Abelinus, Eitzo, quo sedente Albertus Antistes Hamburgensis ex nobilissima familia ortus nam alii ipsum ex Bavarica, alii e Saxoniæ Palatinis ortum scribunt) cum jam legati Apostolici munere per Daniam, Sveciam, Norwegiam fungeretur, & etiam Patriarchatus dignitatem Ecclesiæ Hamburgensi acquireret, Altenburgensem Episcopatum in tres alios divisit, ita quidem ut Altenburgensi Ecclesia Eizoni, quem dixi, relicta, Megapolitanam, quæ nunc est Swerinensis, Johanni natione Schoto, & Ratzeburgensem Aristoni cuidam Hierosolymis venienti commendaret. Sed non multo post cum Wandali, occiso Godschalco Principe suo, has regiones denuo vastassent, vacavit sedes Altenburgensis cum Megapolitana & Ratzeburgensi per annos 84. puto ab anno Christi 1066. usque ad annum 1149. Circa quod tempus cum pax Wandaliæ restituta videretur, Hartwicus Antistes Hamburgensis videns suam Ecclesiam vetere legationis honore per regna septentrionalia, quæ ipsa jam suos Achiepiscopos habebant, destitutam, nec jus suum, quod in trium istorum regnorum Episcopos habebant, sive Cæsaris sive Pontificis beneficio recuperare posse, ne omnino Ecclesia sua suffraganeis destitueretur, de veteribus Wandaliæ Episcopatibus restaurandis cogitare cæpit. *Altenburgensi* igitur, quæ *prima* fuit cæterarum duarum mater, præfecit venerabilem sacerdotem VICELINUM, *Megapolitanæ* EVERHARDUM, *Ratzeburgensi* EVERMODUM. *Vicelinus* hic, cujus vitam recenset Helmoldus, prædicaverat Evangelium in *Holsatia* & *Wandalia* & *veteri Lubeca* totos triginta annos, & ob vitæ innocentiam morumque gravitatem Comiti Adolpho tam gratus erat, ut patris loco ab eo haberetur. Sed cum ipso inconsulto passus esset Episcopatus honorem sibi ab Hartwici Hamburgensi Antistite imponi, Adolphus Comes omnes illius anni decimas ipsi subtraxit. Sed nec Henricus Leo hanc Antistitis Hartwico electionem in regione, quam majores sui armis acquisitam ad se hereditario jure transmiserant, ratam habere voluit, nisi Episcopus a se investituram acciperet. Quod etsi initio facere recusabat, & quidem instinctu Antistitis & totius Collegii Bremensis, quod ab ipso super hac re consultum, omnino indignum existimabat Episcopum a Duce investituram accipere, quæ ab Imperatore conferri soleret: tamen cum videret Henricum in sententia sua perseverare, ut rebus Ecclesiæ suæ consuleret, Episcopatum per virgam de manu Ducis accepit, & illi per quinquennium cum summa laude præfuit. Mortuo igitur Vicelino, sacerdos quidam Geroldus natione Svevus Henrici L. Sacellanus, qui tum Brunswigæ in fano SS. Petri & Pauli, quod postea Samblasianum dictum fuit, Canonicum & adjunctæ scolæ magistrum agebat, vir ob insignem eruditionem & vitæ continentiam,

Adolphus comes Vicelino decimas subtrahit.

Hartvicus archiep. Hamb. investituram ab Henrico Leone accipere cogitur.

Vicelino Geroldus sufficitur ab Henrico Leone.

Principi valde charus, Clementia Henrici L. uxore id serio urgente, a clero populoque electus est Episcopus. Cum vero ab Hartwico Antistite, qui tum Mersburgi erat & Episcopatum hunc alteri conferre decreverat, consecrationem impetrare non posset, in Sveviam profectus Henricum Leonem, qui tum Friderico Imperatore in Mediolanensibus eorumque sociis compescendis strenuam operam navabat, de hoc negotio certiorem fecit. Is Antistitis insolentiam ægre ferens Geroldum in Italiam accersivit operam daturus, ut vel invito Hartwico ab ipso Pontifice Rom. Hadriano consecraretur. Nolebat quidem initio Pontifex hac in re Henrico gratificari ab Antistite per literas rogatus, ut abstineret ab hujusmodi consecratione, quæ juri suo præjudicium allatura esset: Sed cum Henricus non multo post Romanos ob Friderici coronationem sine sua autoritate & præsentia peractum adversus Pontificem tumultuantes insigni prælio fudisset, Pontifex non solum muneribus ipsum donavit, sed & Geroldum electum Episcopum cum magna solemnitate inauguravit. Hoc igitur honore auctus Geroldus impetrata ab Henrico venia, in Germaniam rediit, cumque paulisper in Svevia substitisset, ab amicis, quos illic habebat, comiter exceptus, non multo post in Wagriam se contulit ad regendam Ecclesiam, quæ ipsi a Duce erat commissa. Pertenues erant tum temporis Ecclesiæ facultates, adeo ut, teste *Helmoldo c. 38.* vix ad unum diem se iis Episcopus sustentare posset, *siquidem Falderensis domus post mortem beatæ memoriæ Vicelini Episcopi commodo simul & quieti consulens ad Hammenburgensem Ecclesiam sese transtulerat. At Ludolphus præpositus & fratres in Hogorstorph satis sibi esse judicabant, ut Episcopum ingredientem & egredientem hospitio colligerent. Sola domus Buro e stipendiis Episcopalibus deserviebat, vacua admodum & inculta.* Quare ut Ecclesiæ suæ reditus quosdam acquireret, ante omnia Metropolitani benevolentiam sibi colligendam statuit, quem consecratione Pontificis graviter esse offensum, non ignorabat. Assumto igitur Germano fratre Conrado Riddagshusensi Archimandrita (Abbate), cujus apud vicinos magna erat existimatio, Stadam profectus est ad Antistitem placandum, qui etsi adeo difficilem se Geroldo præbebat, ut vix ipsum ad colloquium vellet admittere, tamen post aliquot sermones ultro citroque habitos res composita est, & Geroldus salutato prius Henrico Leone, qui calendis Novembris Bremam venerat, ad compescendos Frisios, qui Rustri vocantur, in Wagriam reversus est, solemnique Epiphaniæ die Altenburgi in loco cathedrali peracto proxima die Domin. Lubecæ populum, qui eo ex universa Slavorum regione confluxerat, gravi oratione hortatus est, relictis Idolis verum Deum colerent & religionem christianam amplexarentur. Acta hæc sunt ineunte anno 1156. nec multo post Henricus ordinum suorum conventum egit Ertheneburgi, quo etiam Geroldus contendit, qui forte prædia & possessiones Ecclesiæ suæ jam olim concessas beneficio Principis recuperare & res illas afflictas meliore loco collocare

Hinc Hartvici indignatio.

Geroldus gratiam Hartvici ambit.

Hinc docendo vacat.

locare posset. Sed videns Henricum esse intentum curæ augendi ærarii, quod sumtibus in Italicam expugnationem factis plane exhaustum erat, re in aliud commodius tempus dilata, Henricum Brunswigam redeuntem comitatur & aliquot apud ipsos menses commoratus est. Tandem cum pertæsus aulæ in Wagriam redire cogitaret, & suam & Ecclesiæ inopiam conquestus Henricum Leonem permovit, ut cum Adolpho Comite ad se accersito ageret de tot agris & prædiis ipsi assignandis, quæ æquarent trecentos illos mansos, qui Ecclesiæ Altenburgensi dotis loco erant oblati. Circa annum Christi 1158. Lubeca ædibus tum omnibus ex ligno compactis, incendio tota conflagravit. Qua calamitate moti incolæ, qui partim spe recuperandi juris commerciorum, quod ipsis ademptum erat, partim amœnitate ædificiorum a se magnis sumtibus exstructorum, hactenus Lubecæ substiterant, consilio de restauranda eo loci urbe abjecto Henricum adierunt rogantes, ut in suo solo commodum negotiationi locum sibi assignare, & sedium ibi statuendarum potestatem facere velit. Henricus hac petitione mercatorum Lubecens. non delectatus, cum ab Adolpho locum exustæ jam & in cineres redactæ Lubecæ impetrare non posset, in agro Ratzeburgensi illis locum novæ urbis condendæ attribuit, uno lapide ab urbe Lubeca distantem, ubi nunc pagus Herenburg situs est. Jacta jam erant fundamenta novæ urbis, quam Dux de suo nomine Leoninam appellavit. Sed erat a mari difficilis in lacum aditus nec sine magno labore & sumtu ex Trava fl. merces per terram transferri poterant. Ipsa urbs quoque hoc ipso in loco adversus vim & incursiones Vandalorum non satis circumsepiri posse videbatur. Unde factum, ut mercatores segnius illud opus urgerent. Quare cum locus iste negotiationi non satis oportunus esset, Henricus Adolphum denuo sollicitandum censuit, de vacuo isto colle, in quo igne jam consumta Lubeca olim condita fuerat, sibi tradendo. Qui cum intelligeret, Henricum a sententia d'moveri non posse, veritus illius offensionem, locum, quem petebat, ipsi cum pratis, pascuis & silvis concessit, & ita Lubecam, quam ipsemet ex incendio exsuscitare invito Leone non audebat, potentiori restaurandam dedit. *Et tunc*, (verba sunt HELMOLDI L. I. C. 86.) *jubente Duce, reversi sunt mercatores cum gaudio, desertis incommoditatibus novæ civitatis, & cæperunt reædificare Ecclesias & moenia civitatis. Et transmisit Dux nuntios ad civitates & regna Aquilonis, Daniam, Sveviam, Norwegiam, Russiam, offerens eis pacem, ut haberent librum commeatum adeundi civitatem suam Lubeke. Et statuit illic monetam & teloneum & jura civitatis honestissima. Ab eo tempore prosperatum est opus civitatis & multiplicatus est numerus accolorum ejus.* Nec multo post Friderico Barbarossa secundam expeditionem in Italiam movente ad coërcendos rebelles Mediolanenses, qui ipso in Germaniam reverso: Laudenses Papienses que Imperatori fide obligatos in potestatem suam redegerunt, Henricus Leo, qui officii ratione Imperatorem sequi cogebatur, priusquam Saxonia excederet, cum Woldemaro Danorum Rege, quem per legatos ad se accersiverat, colloquium habuit ad Eydoram fl. qui *ab antiquo limes erat utriusque ditionis* CRANTZ. *L. 4. Vand c. 33.* Rex postulat, ut Dux dedita opera Wandalos cohibeat a piraticis excursionibus, quas frequenter in Daniam fecerant; in quam rem Rex Duci polliceturmille argenti libras (HELM: amplius quam mille argenti libras) dux vicissim orat, ut suos in regno contineat, ne illorum insultatione perveniatur ad arma. Ita re constituta discedunt. Dux inde evocatis Wandalorum Principibus & inter primarios Nicloto Obotritarum regulo, serio indicit, ut per absentiam suam omni se commotione vel in Daniam cohibeant: si quid præter solitum accidat, facturum, ut poeniteat tumultuantes. Illi spondent meliora: nec tamen simplici contentus est Dux sponsione; jusjurandum extorquet, quod est Wandalis onerosissimum. Et ut fidem rebus adstruant, jubet priaticas naves in portum Lubecæ convenire. Illi veteres & invalidas eo misere, melioribus in abdita reclusis, fidem, quam instituere, exibentes. Comes quoque Adolphus cum Duce profecturus, interpositis Wagirensis terræ senioribus Marcado atque Hornone convenit Niclotum & exegit ab illo cum benivolentia, ut fidem terræ suæ exhibeat illibatam; quæ ille pollicitus etiam facto complevit, atque præstitit ex fide. In hunc modum rebus ordinatis profectus est Dux in Longobardiam, cum mille, ut ajunt, loricis, habens in suo Comitatu, Adolphum Comitem & multos nobiles ex Bavaria atque Saxonia. Rebus ad hunc modum compositis Dux in Longobardiam profectus est cum Adolpho Comite, qui ipse etiam per seniores terræ Wagriæ Marchardum & Hornonem cum Nicloto egerat, ut pacem cum suæ ditionis incolis servaret; quod ille etiam bona fide præstitit. Sed cum hæc expeditio aliquanto diutius duraret, teste CRANZ. *lib. 4. Wand. c. 34.* & HELM *lib. II. c. 87.* Wandali & *Hamburgo* & *Magnopoli* laxatis frenis, per absentiam Principum, violarunt constitutam in Danos pacem: fuitque Holsatia in tremore a facie regis Danorum. At Heroldus Episcopus, tum per se tum per nuntios studuit lenire regis iram inducis tempus redimens, ad reditum usque principum. Redeunte ergo Duce atque Comite (id factum anno 1160. Crema jam capta, vide SIGON. *lib. 13. pag. 309.*) præfinitum est colloquium provinciale tam Saxonibus quam Wandalis, in loco quem vocant Berenfort. Rex quoque Danorum venit in *Erteneborg* & conquestus est, Wandalos constitutam violasse pacem. Qui sibi male conscii fuere ex Wandalis, in conspectum non prodeunt. Edicto autem proposito, proscripsit omnes super ea re infamatores & præcepit suis omnibus, ut se ad expeditionem vere proximo faciendam aptarent (*Helmoldus* ait tempore messis). Videns igitur Niclotus Leonis animum adversus se esse exasperatum & bellum sibi illatum iri, duobus filiis Pribislao & Wartislao id negotii dedit, ut Lubecæ occupandæ rationes inirent: qua occupata putabat Wandalus se tolerabiliores pacis conditiones a Leone impetraturum esse. Illi

R. Dan. fit. mat.

Hic Vandalos offensione Danorum interdicit.

Colloquium Berenfort.

Vandalorum in Lubecam occupandam.

Ecclesiæ suæ attenuatæ reditus auget.

Lubecæ conflagratio 1158.

Henrici L. consilium de condenda nova urbe Leonina.

Hinc locum Lubecæ ab Adolpho com. impetrat.

Henricus Leo iterum cum Friderico Imp. in Italiam profecturus.

Pacem cum Waldemaro

non diu cessandum rati, cum aliquot copiis Lubecam circa ortum solis advolant, invasuri urbem ea parte, qua Wakenissus sublicio ponte transibatur. Parum abfuit, quin Wandali compotes voti sui facti essent, nisi sacerdos quidam, nomine Athelo, qui non procul hinc habitabat, cum audisset ex domesticis suis hostes adesse, ponte versatili per catenam adducto aditum adventantibus Wandalis & in altera jam pontis parte stantibus intercluisset, sublatoque clamore cives ad arma excitasset. Quo comperto Dux præsidium in ea urbe militum ad similes casus prævidendos collocavit. Ita tum casus & unius vigilantia sacerdotis magnam cladem prævenit intentatam ut ait Cranz. Sed quomodo Leo hanc Wandalorum perfidiam ultus sit, vide apud Helmoldum lib. 1. cap 88. Crantz. lib. 4. Wand. c. 35. Interea civium frequentia & multitudine quotidie magis magisque crescere cæpit Lubeca, Altenburgum vero propter Wandalorum excursiones paulatim extenuari. Quod cum Geroldus Antistes videret, rogavit Henricum Leonem, ut Ecclesia Altenburgensis transferretur Lubecam, idque non difficulter obtinuit. Nam Henricus Dux hanc occasionem exercendi sui juris, quam in creandis & confirmandis Episcopis ab Imperatore Friderico acceperat, minime negligendam ratus, ipse Lubecam cum Episcopo venit, *designavitque locum, in quo ædificaretur oratorium in titulum matricularis Ecclesiæ, & areas claustrales erigerent: Et statuerunt illic præbendas duodecim clericorum canonice viventium: porro tertia decima est præposiți. Et dedit Episcopus in stipendia fratrum decimas quasdam & tantum de reditibus, quos illi solvit Vandalia, quantum præbendis sufficeret perficiendis. Et resignavit Adolphus Comes villas oportunas prope Lubecam, quas statim Dux obtulit in usus fratrum, & de theloneo cuique fratrum marcas duas Lubicensis monetæ: insuper alia, quæ privilegiis Ecclesiæ sunt inscripta*, ut ait CRANTZIUS *lib. 4. Vandal.* c. 37. ex HELMOLDO lib. I. c. 90. Videndus & CRANTZIUS in *Metropoli lib. 6. c. 38.* Primus autem præpositus constitutus est Athelo ille, quem supra diximus urbem ab incursu filiorum Nicloti servasse. (De Holsatis decimas Ecclesiæ solvere recusantibus vide *Cranz.* Vandal. L. 4. c. 38. 39. *Helmold. d. l. c. 92.*) Hinc igitur apparet, vitiosum esse illum numerum qui reperitur in veteri inscriptione templi cathedralis supra januam australem. ANNO DOMINI MCLIIII HENRICUS LEO BAVARIÆ ET SAXONIÆ DUX, TUNC TEMPORIS HUJUS CIVITATIS DOMINUS ET HUJUS ECCLESIÆ LUBECENSIS FUNDATOR GERALDUM PRIMUM EPISCOPUM LUBECENSEM HIC INTRODUXIT. Neque enim Henricus Leo isto anno dominus Lubecæ fuit, quæ post annum Christi 1158. quo incendio conflagraverat, in Henrici C. potestatem primum pervenit, ut supra indicatum est. „Eodem anno Dominus „Geroldus Lubecensis Episcopus, (verba sunt „HELMOLDI lib. I. cap 94.) post celebres Pa„schæ ferias cæpit infirmari, & decubuit in le„cto ægritudinis usque in calendas Julii: oravit„que Deum, ut differretur sibi vita, quosque „dedicaretur oratorium Lubicense, & clerus „recenter adornatus convalesceret in statu suo. „Nec mora, divinitus adjutus dilatus est admo„dicum. Adiit ergo Ducem, qui tunc forte „venerat *Stadhen*, in occursum Archiepiscopi & „contulit cum eo de commodis *Lubecensis Ec„clesiæ*. Cujus verbis ille condelectatus monuit, „ut quanto ocius rediret Lubecæ, paraturus ea, „quæ dedicatione opportuna erant. Et roga„vit Dux Archiepiscopum ut occurreret secum „ad consummationem officii. Cujus petitioni „acquiescens aggressus est iter in Wagrienſem „terram & in transitu dedicavit *Falderensem Ec„clesiam*, quam sanctæ memoriæ *Vicelinus* Al„tenburgensis Episcopus & fundasse & possedis„se dinoscitur. Et fecit Archi-Episcopus præ„posito & fratribus illic degentibus bona multa: „præcepitque ut locus ille de cetero vocaretur „*Novum monasterium*; antea enim *Falderа* sive „*Wippenthorp* vocabatur: Et mox perfecta er„go dedicatione Novi monasterii, transiit Dn. „Archiepiscopus *Segeberg*, & illic usus est diver„sorio Comitis Adolphi. Postquam autem venit „*Lubeke*, suscepit eum Dux & Episcopus cum „magna gloria, & aggressi sunt opus dedicatio„nis & obtulerunt singuli voluntaria cordis sui „Henricus Dux, Geroldus Episcopus & Adolphus „Comes, dederuntque prædia & reditus & deci„mationes in subsidia Cleri. Commonitus au„tem Archiepiscopus, ut Novum monasterium „daret Lubecensi Episcopo, non acquievit. His „rite peractis, reversus est Archiepiscopus in „locum suum: Dux vero ordinatis rebus in Sa„xonia profectus est in Bavariam ut sedaret tu„multuantes & faceret judicium injuriam patran„tibus.„ Geroldus vero ante obitum statuit invisere Ecclesias, vetat forum Plunensi frequentari die Dominico; dein ad mortem paratus (*Helmold. l. c. 95.*) obiit *Gozovæ* & corpus ejus perlatum est *Lubecam* a Clero & civibus, traditumque sepulturæ in medio *B silicæ*, quam ipse fundavit. Et vacavit sedes Lubecensis in Kal. Febr. eo quod Dux abesset & expectaretur ejus sententia. HELM. *lib. 1. cap. 95.* CRANTZ. *lib. 5. Vand. c. 2.* qui & *Metropoli lib. 6. c. 38.* ita habet: „Anno sexagesimo secundo post millesimum & „sexcentesimum præfatus Geroldus, Altenbur„gensis Ecclesiæ Episcopus XII. Lubecensis vero „primus sacramentis salutaribus communitus, „illuscescente die, carnis sarcinam deposuit, se„pultus est in medio Basilicæ Lubec. quam ipse „fundaverat. Sed hodie ad novum chorum „translatus, sub parvo quiescens lapide blavio, „statim supra cancellos.„ Mortuo primo hoc Lubecensi Antistite, quod factum est anno Christi cIↃ clxiii. Canonici de alio ei surrogando deliberabant quidem, sed, quod Henricus Leo in Bavariam profectus abesset, electionem suspendebant. v. Chronicon Riddagshusense f. 8. Norant enim, quid nuper Geroldus Aldenburgensis, Evermodus Raceburgensis & Berno Megapolenses Episcopi, Leone urgente in se recipissent, nempe ut ipsi & eorum successores applicarentur ei per hominii exhibitionem, sicut mos est fieri Imperatori. Et hujus sui juris, quod non

Athelonis sacerd. vigilantia suppressa.

Lubecæ incrementa & Altenburgi paulatim decrementa.

Hinc episcopatus Lubecam translatus.

Error inscriptionis templi Cathred. Lubec.

Geroldus primus Lubec. Episcop. 1158.

Dedicatio Eccleſiæ Falderenſis.

Dicta Novum monaſterium.

De Morte Geroldi.

De Electione Conradi Epiſc. 1163 ejusque moribus.

non sine sudore & sanguine à Cæsare Friderico impetrat, Leo valde tenax erat. Rebus in Bavaria compositis rediit in Saxoniam Dux atque ibi de morte Geroldi inaudivit. Convocato igitur Clero Lubecensi in arcem Luneburgensem, Antistitem illis dedit Conradum Abbatem Riddagshusanum Geroldi fratrem Germanum: quod licet tam Hartwicus Bremensis Archiepiscopus, metropolitanus, quam Clerus Lubec. ægre ferebant, *prævaluit tamen voluntas Ducis, cui refragari formidulosum erat: recepit autem sacrum ordinem per manus Hartwici Archiepiscopi in oppido Stadensi.* Et paulo post: *circa dies illos, quo primum promotus est ad summum sacerdotis gradum, cum adhuc consisteret secus Archiepiscopum in urbe Horeborg, quæ est super ripas Albiæ, in mense Februario hoc est, 14. Kal. Martii orta est tempestas maxima, ventorum procella, fulgurum coruscatio, & tonitru fragor, quæ passim multas ædes aut incendit, aut subruit* &c. vide HELMOLD. *lib. 2. c. 1.* CRANTZ. *lib. 5. Vand. c. 2.* Eadem refert MEIBOM. in *Chronico Riddagshusensi pag. 8. & 9. quem* vide ut & CRANTZ. *Metropol. l. 6. c. 43.* De virtutibus ejus sic HELMOLD. lib. 2. c. 1. pollebat autem literatura, facundia, affabilitate, largitate, multis præterea donis, quibus dignam personam superveniri decorum est. De vitiis ejusdem idem statim: sed pulchram viri superficiem deformabat insanabilis, ut ita dicam, impetigo, mobilitas animi & facilitas verborum, quæ nunquam in eodem persistebat, dissidens ipse secum, nihil ex consilio faciens, incertus in promissis, extraneos diligens, suos fastidiens. Clero, quem intenella reperit ecclesia, magna severitate primum abusus est, incipiens a primis, qui erant in Lubecensi Ecclesia, usque ad novissimos, qui habitabant ruri. Bona sacerdotum omnia sua esse dicebat, non quasi fratres sed servos reputans. Si quem fratrem forte pulsare cæpisset, non legitima vocatione, non loci vel temporis congruentia, sive capitali sententia usus est, sed ad placitum suum, quos gravare voluisset, aut suspendit ab officio aut eliminavit ab Ecclesia. Commonitus a Duce nihil remissius egit, sed alienavit se a Duce & confoederatus est Archiepiscopo, quatenus connexis viribus facilius vincerent omnem resistentem. Hactenus HELMOLDUS, quæ etiam totidem verbis recitat CRANTZ. lib. 5. *Vand.* c. 2. De bello antistitum & principum Saxoniæ contra Henricum Leonem ita CRANTZ. *lib. 6. Saxon. cap. 20.* „Cum prospere omnia Henrico Duci, quem dixere Leonem, provenirent, subacta jam Wandalia & foedere cum Danorum Rege Waldemaro renovato, nam gratiam Imperatoris jam dudum promeruit magnis rebus in Italia cum illo & pro illo peractis, cæpit illum pertentare superbia, evenitque, quod plerumque solet omnibus, ut sublati rebus secundis difficile fervent modestiam. Tantam ergo gloriam ducis infuscavit insolentia, secutaque est comes gloriæ invidia. Nam omnes Saxoniæ Principes illi se oppositere. Ille autem immensis divitiis locuples, clarus victoriis & propter geminum Bavariæ & Saxoniæ principatum sublimis in gloria sua, omnibus Saxoniæ tam Principibus quam nobilibus intolerabilis est visus. *Sed manus Principum formido Cæsaris continuit, ut non concepta molimina mitterent in effectum. Postquam autem Cæsar quartam profectionem paravit in Italiam & oportunitatem tempus adauxit, statim inveterata conspiratio processit in publicum & facta est conjuratio valida omnium contra unum.* Erat autem tum annus LXIIII. supra c. & cIↃ (*Ubbo Emmius* ponit A. 1167.) fueruntque inter conspiratores primi *Wichmannus* Magdeburgensis Episcopus, *Hermannus* Hildesiensis Pontifex *Ludovicus* provincialis Comes (jam vocant Lantgravium) Turingiæ, *Albertus* Marchio Brandenburgensis & filii ejus *Otto* Marchio de Camburg & fratres ejus, *Albertus* Comes Palatinus de Sumeresberg. Hoc adjuverunt hi nobiles: Otto de *Dasle*, Widekindus *de Dasenberg*, Christianus *de Oldenburg* in Amerland. Super hoc omnes præpotens ille *Reinoldus* Colonienſis Archiepiscopus & Cancellarius imperii per Italiam insidiatus est Duci, tunc quidem absens & in Italia positus, sed toto consilio duci oppugnando intentus. Henricus cum videret ab omni parte sibi inferri, prudenti consilio sibi opus esse ratus, ut se tantis periculis expediret, (& erat non armis magis quam ingenio & prudentia promtus, cum res poscerei) Pribislaum Obotritam, quem omnibus finibus jam ante expulerat, quo beneficio eum maximo obligaret, operaque ejus fideli in hostes posset uti, conciliata gratia in integrum restituit. Tum urgenti coacto exercitu Saxoniam, quæ ad Albim est, primum ingressus ita conterruit omnes, ut nemo aciem opponere aut vim ejus expectare auderet. Itaque prædis actis atque, ut præsens ratio poscebat, rebus illic compositis, ut Christianam Oldenburgicum quoque compesceret, ad Visurgim cum expeditis copiis accurrens, Bremam nec præsidio satis munitam nec moenibus confidere ausam, cum improvisus adesset, primo statim impetu recepit, & quod fluxa erga se fide fuisse videretur, hostibus tam facile admissis, civitatem in prædam militi concessit &c. Hæc EMMIUS EX HELMOLDI lib. 2. c. 8. Hartwicus Archiep. nolebat se huic bello immiscere, sed Hamburgi sedebat quietus. Verum a Colonienſi & aliis sollicitatur in partes. Vide HELMOLD. l. 2. c. 8. CRANTZ. l. 6. *Sax.* c. 21. & 22. ex eodem *Helmodo*. Erat annus post natum Christum MCLXVII. cum apud Archiepiscopum Hartwicum moraretur Conradus Episcopus Lubec. Hic delatus est Duci quod concitator esset apud Archiepiscopum svadens, ut accederet ille ad communionem Principum Duci adversantium. Super qua re evocatus a Duce in Erteneborg legationis in Phrysiam specie declinavit. Postea tum interposita fide publica per Hartwicum Archiepiscop. cum etiam verbo suo illum firmaret Berno Magnopolitanus Episcopus, adiit Ducem Stadia manentem: ibi Dux exprobrabat, quæ dicerentur, esse cum plurimorum opinione incitatorem Hartwici, ut accederet conjuratis in se Principibus. Cumque ille se ejus culpæ affinem pernegaret, facile Dux gravis

Cujus loco H. Leo constituit Conradum Abb. Riddagshus.

Bellum Saxoniæ Antistitum & Principum contra Henr. Leonem.

A. 1164

Pribislaus Obotritarum princeps ab Henr. L. restitutus.

Expeditio bellica Henrici L.

vis viri verbis fidem habens, ſuſpicionem poſuit; ſed popoſcit, ut de Eccleſiæ ſuæ prædiis Ducem recogneſceret, hominium illi præſtaret, ex Imperatoris nuper in ſe indulto. Quod cum Conradus facere recuſaret, reditus epiſcopales Dux ille ademit. Vide HELMOLD. *c. 9.* Imperator Fridericus cum Roma An. 1167. expugnata in Lombardiam rediiſſet, audivit motum, qui fuit in Saxonia, & miſſa legatione, frequentibus induciis repreſſit ſurgentem ſeditionem, quousq; ipſe liberaretur ab expeditione Italica. Imperator videns Lombardos contra ſe conſpiraſſe, nec poſſe illorum cædibus reſiſtere rediit in Germaniam & indixit curiam Danbergæ vocatisque univerſis Principibus Saxoniæ, coarguit eos de violatione pacis, dicens tumultum Saxoniæ dediſſe Longobardis materiam defectionis. Multis itaque dilationibus multa providentia & conſilio, diſſenſiones, quæ erant inter Ducem & Principes, ad conjunctionem pars inclinatæ ſunt, & ceſſerunt omnia juxta placitum Ducis, & ereptus eſt ex circumventione Principum absque omni ſuimet diminutione. Et revocatus eſt Dn. Hamburgenſis Archiepiſcopus in ſedem ſuam; ſed poſt dies paucos obiit. Conradus l. Lubec. Epiſcopus interventu Cæſaris meruit redire in parochiam ſuam, ea ſcilicet conditione, ut ſopita priori obſtinatione, exhiberet Duci quæ iſtius ſunt (h. e. Ducem recognoſceret feudi autorem, ait CRANTZ.) potitusque reditu in gratiam Ducis, mutatus eſt in virum alterum. Didicit n. in his, quæ paſſus eſt, compati fratribus ſuis. HELMOLD. d. l. CRANTZ l. 6. *Sax.* c. 22. & lib. V. Vand. c. 9. 10. 11. ARNOLDUS *Abbas Lubec.* in *ſupplemento derelictorum Helmold.* c. 2. A. 1169. „Dux tanta potitur quiete, tantisque fluctuationum emenſis periculis tanquam portum ſalutis commodum duxit, pro peccatis ſuis ſanctum viſere ſepulchrum, ut adoraret Dominum „in loco, ubi ſteterunt pedes ejus. Ordinatis „ergo rebus ſuis de profectione Hieroſolymitana acrius cogitare cæpit & terræ ſuæ tutelam Withmanno Archiepiſcopo Magdeburgenſi „conſignans, nobiliores terræ itineris ſui ſocios „fecit, Conradum ſcilicet Epiſcopum Lubec. „Henricum Abbatem de Brunſwich, Barthol„dum Abbatem de Luneburg & memoratum „Pribislaum regulum Obotritarum & Guzeli„num Comitem de Zuerin & Sifridum Comitem „de Blankenburg & alios quam plures tam de „viris ſuis liberis quam de miniſterialibus. Et „non remanſit quisquam majorum, excepto Ec„berto de Wolfenbutele, quem conſtituit Dux „ſuper familiam ſuam, maxime tum deputatus „eſt in miniſterium Dn. Duciſſæ Mechtildis. Et „non multo poſt: Miniſtrabant ei Henricus de „Luneburg & Ecbertus memoratus, eo quod ipſa „fidelis & inclytus haberetur in omni domo Duci. „Sed res aliter ceſſerant. *Ipſe enim dedit ma„culam in gloriam ſuam & notam perfidiæ incur„rit. Unde graviter multatus eſt.* Peregrinationem hanc pluribus capitibus deſcribit ARNOLDUS d. l. „Henricus Leo religionis ſtudio ductus „inſtituit iter in Palæſtinam, cum paulo ante re„pudiata propter conſanguinitatem priore, al„teram conjugem duxiſſet Mechtildem Henrici „Anglorum Regis filiam. Comites ejus itineris „habuit ex eccleſiaſticis hominibus Conradum „Epiſcopum Lubec. &c. vide MEIBOM. p. 10. FA„BRIC. *Saxon.* p. 198. 199. revoluto anno (ait AR„NOLDUS c. 11.) reverſus eſt Dux Brunſwich & „lætati ſunt omnes amici ejus de adventu ipſius. Henricus vero epiſcopus venit ad Ducem Luneburg & accipiens ab illo inveſtituram Pontificialem, cum honore deductus & Lubeke & devotiſſime ſuſceptura Clero & ab omni populo, in nativitate B. Johannis Evangeliſtæ præſente Duce conſecratus eſt, a Dn. Walone Havelbergenſi & Dn. Bernone Swerinenſi. Vide ARNOLD. *a. l. c. 18.* MEIBOM. *p. 11.* CRANTZ. *L. 5. Vand. c. 41.* Dux eodem tempore ædificare cæpit *eccleſiam Lubek-nam* in honorem B. Johannis Baptiſtæ & S. Nicolai Confeſſoris Chriſti. Et primum cum Henrico Epiſcopo lapidem in fundamento poſuit. ARNOLD. *d. l. c. 18.* *Cranzius* vero l. 5. *Vand. c. 41:* *Hic eſt ille Epiſcopus Henricus, qui cum Henrico Duce primum poſuit lapidem majoris eccleſiæ Lubecenſis quæ etiam nunc extat in honorem S. Johannis Baptiſtæ & D. Nicolai.* Nam illa vetus in arena, opus erat GEROLDI. Teſtatur hoc ipſum inſcriptio illa quæ extat in turri ſeptentrionali ejusdem templi: „A. C. M. C. LXX. ædi„ficata fuit præſens eccleſia per Dominum Hen„ricum Ducem Bavariæ & Saxoniæ & per HEN„RICUM III. *Epiſcopum Lubecenſem* & fundato„rem monaſterii S. Johannis in Lubek, conſecra„ta in honorem ſanctorum Johannis Baptiſtæ & „Nicolai confeſſoris Jeſu Chriſti.„

Imp. Fridericus motus illos compeſcere ſtudet 1167.

Henrici L. profectio in terram ſanctam 1169.

De Electione Henrici Epiſc. Lubec.

Eccleſiam Joh. Lubec. adiſcata 1170.

XXIV.


M. THOMÆ BRODERI BIRCHERODII, GYMNASII OTHINENSIS FIONIÆ PROFESSORIS ET SCHOLÆ IBIDEM RECTORIS DE DEPERDITIS SEPTENTRIONALIVM ANTIQVITATIBVS ET MAXIME GOTHO-CIMBRICIS EPISTOLA AD AMICUM.

Hiſtoriæ naturalis & antiquitatum ſtudium auctori commendatiſſimum.


Cum ab ineunte ætate, neſcio, quo naturæ aut ingenii ductu ſemper mihi inclinavit animus ad naturæ & artis miracula notanda, de libris primo huc facientibus pro facultate conquirendis ſollicitus fui. Illi innatam mihi cupiditatem auxerunt imo tantum non accenderunt, cum viderem, quæ ſingulis regionibus herbæ, qui lapides, quæ metalla, qui piſces, quæ aves, quæ animalia, quæ conchæ, quæ inſecta, qui homines, quæ lingua, qui mores, quæ leges, qui habitus, quæ ædificia, quæ arma, quæ ſuppellectilia, quæ ſacra, qui ritus antiqui & novi & alia denique, quæ curioſa ſolent oblectare ingenia. Ut autem animadvertebam cum gaudio, adeo multos exterorum ſolicite ſuarum ſingulos terrarum conditiones & divitias recitaſſe, unde tot elegantes prodierunt certarum regionum & locorum hiſtoriæ naturales, dolebam graviter, hic in noſtra patria circa hæc adeo vel ſtudio vel neglectu vel ignoratione defuiſſe

Apud noſtrates langueſcens.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Aa.



fuiſſe ſcriptores, ut crederent poſteri, non hic, ut alibi, peperiſſe aliquid naturam, cum & *herbæ*, & *fructus* & *animalia* & *lapides* haud ſpernendi inveniantur aliaque multa æque curioſorum apud exteros digna oculis quam ea, quæ ex ſuis illi communicarunt nobis. At antiquam gentis noſtræ hiſtoriam, & huc quæ faciunt, de *lingua, ritibus, moribus, nuptiis, conviviis, ſacris, ſepulchris, moneta, veſtibus, armis* aliisque cum cogitabam, eheu! quanta præ omnibus gentibus talium apud nos ignoratio, quaſi nulla fuiſſent aut heri vel nudius tertius primum nati nos fuiſſemus, cum tamen de antiquitatis gloria cum nullis non Europæ nationibus contendere ſuſtinemus. Non igitur res notatu digniſſimæ defuiſſent ingeniis & ſcriptoribus, ſed rebus ſane pulcherrimis & ſcitu digniſſimis defuerunt viri & calami. Qui vero nunc inter nos per ſeculum unum aut alterum incipiunt talia vel talium reliquias quaſi e ruderibus eruere ſuis, immane quantas inveniunt difficultates: Ignaviam, invidiam, inſcitiam, avaritiam, proterviam & reliqua bonarum artium incommoda omnia unanimi ita conſenſu conſpiraſſe videntur in patriæ noſtræ ignominiam, ut quicquid ex antiquitate ſua capere poſſet gloriæ, penitus furto, ferro, flammis & undis delendum fore quaſi fuerit decretum. Et ut ſolent dolores aliquousque leniri, quando ſincero aperiuntur amico, qui partem ſibi ſumit eorum, ut levius fiat duobus ſimul quam uni ſoli portandum onus; ſic ego tibi, Amice, ut viro doctiſſimo horumque mecum ſtudiorum amantiſſimo, has meas juſtiſſimas querelas communicandas duxi opportunum, quo à tuo ſolertiſſimo judicio plures invenirem hujus tam triſtis jacturæ cauſas, in quas inquirere breviter hac mea tumultuaria & extemporanea ferme epiſtola mens eſt, quo ulteriori præveniatur damno, quæ ex innumeris ſuperſunt, pauciſſima ab interitu vindicentur, ex reliquorum urnis pium à nobis & aliis inſtituatur in patriæ utilitatem oſſilegium, & innocuum ſpicilegium poſt ablatam nobis impie tam divitem antiquitatum noſtrarum meſſem. Utinam Dania habuiſſet olim multos *Divo* FRIDERICO TERTIO, *Divo* CHRISTIANO QVINTO ſimiles Imperatores, qui libros *antiquos & novos*, *diplomata antiqua*, *nummos*, *ſtatuas*, *picturas*, *gemmas*, *metalla*, imo omnia, quæ omnia elementa producunt rariora, quæ artes effingere poſſunt ſubtiliores, & unde principalia ſolent ſuperbire apud exteros ſacraria, undiquaque nullis parcendo ſumptibus, conquiri juſſerunt & non Muſæis ſed palatiis magnificis aſſervanda tradiderunt. Utinam multos WORMIOS, FIURENIOS, MULENIOS, STEPHANIOS, LYSCHANDROS, SVANINGIOS, BARTHOLINOS, BORRICHIOS, SPERLINGIOS, ARNKILLOS genuiſſet olim patria noſtra, quos nimis ſero noſtro orbi datos fuiſſe dolemus, & interceſſiſſent multis ſane nunc irreparabilibus jacturis tam literarum, librorum, monumentorum, quam rerum ex antiquitate & naturali hiſtoria rariorum. Quem in hiſtoriis nos noſtris legimus ante ea tempora, Principem unum & alterum ſi exceperis, qui de talibus cogitavit unquam, ne dicam ſolicitus fuit? At quot oſores, contemptores, imo apertos hoſtes, quibus illa injuria nunquam condonanda? Infinitæ virtutis Princeps erat WALDEMARUS primus, qui diſperſa & lacera regnorum membra collegit & junxit, imperii limites extendit, religionem Chriſtianam plantavit undique & auxit, cum ingenti idolorum excidio & ſuperſtitionum ethnicarum detrimento, ut teſtis eſt Rugia littoris Wandalici inſula famigerata, quæ ipſi & incomparabili ejus tam ſacrorum, quam armorum antiſtiti Abſaloni multum ſane hoc nomine, imo ultra vitam debet & ſanguinem. At qualia percepit Waldemarus Magnus ab hoc imperii ſui primario poſt ſe decore ſalutaria religionis dogmata, tales quoque in artium bonarum emolumenta ejus ſvaſu concepit affectus, ad Viros eruditos fovendos, uti SAXONEM, SVENONEM *Aggonis* & alios antiqua patriæ cimelia conſervanda; cujus egregium erit teſtimonium *culter ille*, quo jam ante ſecula HARALDUS *Sancti* OLAI *Norvagici frater* jugulum draconis præciderat in carcere Byzantino, in quem juſſu Conſtantini Monomachi & Zoæ Imperatricis conjectus fuerat, ut SAXO Danicæ, & ille alter Norvegicæ hiſtoriæ ſcriptores perhibent: quem cultrum ſolebat Waldemarus familiaribus ſuis ut pretioſum antiquitatis ſpolium monſtrare. Id quod teſtabitur ſimul ejus ardor & deſiderium cognoſcendi, quid HARALDI *rupes* in Blekingia contineret literarum, ad quod deſcribendum, ſi potuiſſet fieri, homines emiſerat talium rerum gnaros. Hæc profecto pauca ſunt, quæ cum aliis aliquando pluribus a me recenſendis non videantur tanti eſſe, ut ingentem illam, & omnibus recte ſentientibus deteſtandam excuſent aut malitiam aut inſcitiam, qua tot nunquam recuperandi theſauri æternum fruſtra deſiderantur. At quid mirum huic laudatiſſimo Principi fuiſſe tam pronum in antiqua monumenta affectum, cum talem haberet non tam publicorum negotiorum adminiſtratorem, quam affectuum & conſiliorum moderatorem prædictum, ſed nunquam ſatis laudatum Archiepiſcopum Abſolonem. Poſſem aliqualia producere ab ævo Waldemari teſtimonia profecto haud obſcura de nonnullis aliquot antiquis rebus & antiquarum diligentibus viris. Sed quoniam mens eſt prolixius alibi hæc enumerare, nil niſi non præmeditata hic afferre placet. ERICUS MENWED ſine jure, ſine lege videbat ſubditos ſuos & magnanimo conatu non modo cædem patris ſui promeritis a quolibet reo expetitis poenis ulciſcebatur, ſed novis legibus iisque ſanctiſſimis Patriam devinxit noſtram, quæ ut melius procederent, undique de antiquis monumentis, membranis, codicibus, legibus & documentis inquirendum juſſit Princeps egregius, fortis minarum, quas imaginario fulmine munitas videbat, incurioſus, Patriæ amantiſſimus, & multorum ſeculorum vita digniſſimus. Exemplis ut paucis in epiſtola brevi utamur: ſcis, quam impie nobiscum egit *Mechtildis* Regina & Conjux Abelis Regis, qui fratricidio in ſanctiſſimum Regem *Ericum* Sleſvici commiſſo, ut omnia ſua brevi in Dithmarſos expeditione & infelici ibidem

per difficile.

Auctoris inſtitutum.

Regia Regum.

Literatorum Decorum.

Waldemarus Rex religionis Chriſtianæ promotor ſtrenuus.

Et ſtudii antiquitatum amantiſſimus.

Alii inter Danos antiquarii priſci.

Mechtildis regina antiqua documenta abolet.

ibidem terminavit proelio, ita triſtis, ſi diutius vixiſſet, nobis futurus Regnator, omnia pro lubitu ſurſum deorſum vertiſſet. Sed poſt obitum ejus Regina *Mechtildis*, cum videret, non ſuis liberis adjudicari imperium Danicum, Ducatum Sleſvicenſem cum reliquis territoriis extra limites Daniæ ſibi & ſuis non melius acquiri & in æternum adſcribi poſſe putabat, quam ſi omnia documenta, diplomata, pactiones, transactiones, jura, ſcripta & reſcripta quocunque aboleret modo; quod & factum eſt: ſed cum jactura antiquitatum noſtrarum inæſtimabili, adeo ut non infelicior Abel nobis Rex, quam Mechtildis Regina contigerit, quæ ut ſuis ceu mater prodeſſet liberis, nobis ſubditis, qui veri ſumus Principum noſtrorum filii, omni noverca nocentior fuit. Hoc tam triſte fatum plura, ut priora, ita & poſteriora ſui habuit ſimilia, ſemper nobis detrimentoſa. Ipſe *Regis* ERICI *Pomerani* hiſtoriam noſti, & imperium ejus, ut ſolet ubique peregrinum eſſe, nobis parum felix. Regna ampliſſima & potentiſſima imperia negligens potius quam deſpiciens, cum ad Gothlandiam inſulam veluti Tiberius ad Capreas abiret, quicquid alicujus pretii literarum, documentorum, aliorumque cimeliorum in arce Callingborgenſi, ubi theſauri regnorum, tam papyracei & membranacei, quam gemmei, aurei & argentei aſſervabantur ſub nomine Dreſſel, quod alibi interpretamur, ſecum abſportavit, quorum multa bellis, ſeditionibus, direptionibus & naufragiis perierunt, omnia autem in ſimul nunquam patriam inviſerunt ſuam. CHRISTOPHORUS *Bavarus*, ejusque ſucceſſor CHRISTIANUS *Oldenburgicus* dicuntur ipſum inviſiſſe, & forſitan talia ad regnorum ſuorum neceſſitates pertinentia obtinuerunt. Uterque autem multas in reditu paſſus eſt rerum ſuarum jacturas, in quibus literæ & monumenta literaria, ut ſolent, & ſua invenere fata; Cum teſtantur Hiſtoriographi in utriusque expeditione periiſſe cum literis, Archivis, clenodiis, ut ſunt illorum temporum loquendi & ſcribendi formulæ, haud recuperandos regnorum theſauros. Sic Chriſtiernus Secundus, cum abire cogeretur, plena membranis & voluminibus, documentis & literis antiquis navigia abduxit, nobis triſte, ſed immedicabile eorundem relinquens deſiderium. Non autem Principes ſolum noſtri ſic antiqua abolere documenta gaudebant, ſed & quicquid non intelligebant, incurioſius tractabant, exteris pro lubitu illa tanquam ſibi inutilia donabant. Nec defuerunt, qui hoc beneficio uti ſibi duxerunt opportunum. Ille etenim ſine exemplo ſtator literarum LEO *decimus* ex gente Medicea, quem non ut Papam, ſed ut virum literatum Literatorum amantiſſimum, & omnium humaniorum artium diligentiſſimum Principem, nunquam non cum veneratione recordor, Patrem habebat LAURENTIUM Principalem inter Florentinos Heroem, magni nominis virum, recti & boni ſtudioſum, naturæ & artis ſedulum obſervatorem. Uterque, verbo dicam, ſi Turca aut Tartari fuiſſent, ob illum literarum amorem impenſe mihi, quicquid dicant alii, etiam poſt mortem ipſorum & reverenter colendi. Hic *Laurentius* ex Africa, Aſia aliisque terrarum orbis limitibus quicquid ad naturæ & artium poſſet pertinere miracula, ſolicite congeſſit, literas & literatos ubique auxit, aluit. *Leo* Filius ejus quicquid undique erat invenire literarum, documentorum & ad literas hiſtoriasque antiquas pertinentium rerum non minori ſtudio inquirendum ſibique offerendum curavit Literatos vocit & ſuſtentavit, unde ejus ſeculo renaſci quaſi videbantur literæ priorum temporum immanitate ferme enectæ. En, quid in noſtris regionibus, alias ut taceam, egerit hic Leo, ut libros & codices, quos nobis ut hominibus politioris literaturæ gnaris inutiles arbitrabatur, conſervaret & poſteritati transmitteret, bono ſane propoſito, ſi Patriæ noſtræ non in poſterum omnis eorum ademptus ſimul fuiſſet uſus.

Rex Ericus Pom. reliqua ſecum e regno ſubducit.

Quorum partem aliquam reduxerunt Chriſtophorus & Chriſtianus I.

Chriſtianus II. aufugiens regnum iisdem privavit.

Principes eadem negligentes iſta aliis ceſſerunt.

Impr. Laurentio Florentino & hujus filio Leoni X. Papæ.

LEO PAP. X.

Hujus littera ad R. Dan. 1517.

„Chariſſime in Chriſto fili, ſalutem & Apoſto„licam benedictionem: Rettulit nobis dilectus „filius *Joannes* HEYTMERS *de Zonulben* Cleri„cus Leodic. Dioec. Commiſſarius noſter, quem „dudum ad inquirendos libros vetuſtos ad incly„tas nationes Germaniæ, Daciæ, Svetiæ, Norve„giæ & Gothiæ miſeramus: in Regno tuo, in Ca„ſtro videlicet Callemburgen, Ottonienſ. dioeceſ. „repertos nonnullos libros vetuſtos auctorum „clariſſimorum Romanas præſertim hiſtorias con„tinentes, illosque tuo juſſu diligenter cuſtodi„ri: Magnum nos deſiderium invaſit, & ab ipſo „primo Pontificatus noſtri initio Viros quovis „virtutum genere inſignitos, præſertim literatos, „quantum cum Deo poſſumus, nihil deſideratur „fovere, extollere & juvare. Hac de cauſa, li„cet & nobis non nihil diſpendioſum ſit, cura„mus indies diligentiſſime, ut noſtra impenſa „antiqui libri, qui temporum malignitate peri„rent, in lucem redeant. Quocirca Majeſtatem „tuam ea, qua demum poſſumus, affectione hor„tamur, monemus & enixius in Domino obte„ſtamur, ut in quantum nobis rem gratam face„re unquam animo proponit, tam dictos, quam „alios quosvis antiquos libros ſui Regni dignos „& qui deſiderentur, ad nos transmittere curet „illos ſtatim recepturus, cum exſcripti hic fue„rint juxta obligationem per Cameram noſtram „Apoſtolicam factam, ſeu quam dictus Joannes „Heymers ad id mandatum ſufficiens habens no„mine dictæ Cameræ denuo duxerit faciendam. „Quod ſi Majeſtas tua fecerit, & ingens nomen „apud viros literatos conſequitur, & nobis adeo „rem gratam faciet, ut nil ſupra. Mittimus au„tem in præſentia Majeſtati tuæ *Confeſſionale in „forma Principum*, tam illi, quam ſuæ Conſor„ti, & duodecim perſonis, per vos nominandis „conceſſum, munus ſi ad coelum reſpicere vo„lueris, maximum, non minora etiam pollice„mur, & Majeſtati tuæ oſferimus, quæ illi grata „eſſe indies cognoſcimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris: Octav. Novembr. M.D. XVII. Pont. noſtri Anno quinto.

JA. SADOLETUS.

Inſcriptio præcedentis eſt: *Clariſſimo in Chriſto filio, Chriſtierno Daciæ, Norvegiæ & Gothiæ Regi illuſtri.* Literas autem ex membranis originalibus deſcripſi ego illamque operam magni lucri in loco, ut dijudicent alii, deputavi. Hinc vide,

vide, quid de noſtris actum eſt documentis antiquis: Nec ego dicere poſſum, an obtinuerit, quod voluit Leo Papa, an vero plures cum ipſo ita patriam noſtram ſpoliaverint. Equidem ſtudium ejus ad literas conſervandas quantum debeat laudari, tantum noſtrorum negligentia vituperari, qua licuit exteris ita nos rebus emungere noſtris. Illud monendum duxi, quod miror, hunc naſutum Leonem, cum odoratus fuerit, ubi hi deliteſcebant libri & codices in arce videlicet *Callenburgenſi*, ignoraſſe, qua in dioeceſi hæc arx ſita erat, nempe non in *Ottonienſi*, ſed *Sællandica* in oppido Callenborg vel Callundborg, ubi adhuc rudera ejus conſpiciuntur. Quod autem abſens nobis dedit damnum hic Pontifex, id a præſentibus ipſius vel aliorum Pontificum nunciis & legatis ſenſit patria noſtra ſæpius, aliæque circumjacentes regiones. Erat an. 1461. MARTINUS FRIGINUS *Legatus Papalis* in partibus ſeptentrionalibus, ubi non modo ex indulgentiarum mercatura ingens corraſit argentum, ſed & ubique locorum in Gothilandia, Dania & vicinis terris omnia congeſſit antiqua documenta ſub ſpecie, ut juſtam inde harum terrarum conſcriberet hiſtoriam in regnorum & incolarum uſum. Hanc præcipue apud ſe jacturam queruntur Gothilandi, qui multa ſibi ablata dicunt antiquorum Heroum & Principum geſta, multasque eximiæ antiquitatis reliquias in corticibus arborum, præſertim betularum, ligneis aſſeribus aliisque rebus deſcriptas. Ut autem magnam argenti ſui partem in reditu per Daniam Regi pendere cogebatur, acerbiorem non novit vindictam, quam ſi omnia illa tam pretioſa antiquitatis ſpolia in æternam ſacrilegi ſui nominis infamiam, ſed patriæ noſtræ querelam, Lubecæ concremaret. Habuit hic nebulo alium ſui ſacrilegii ſocium ANTONELLUM ARCEMBOLDUM, fratrem Angeli, qui Legati Papalis munere per ſeptentrionem fungebatur, & ſimul cum maxima argenti ſumma, quam populus ubique qua proficiſcebatur, abraſerat, omnia literaria monumenta nequiter collegit & abſtulit, & quo ademptum ſibi a CHRISTIERNO *ſecundo* indulgentiarum lucrum in totum ulciſceretur ſeptentrionem, ea omnia flammis abolenda immani ſcelere tradidit. Plura quæ in promptu ſunt talium ſcelerum exempla jam recenſere ſuperſedeo, alteri quæ tempori & loco deſtinavi, ſic progreſſurus ad alias non minus noxias cauſas, quæ ſimilibus damnis dederunt originem. Quæſtus ſcilicet & utilitas propria multos incitavit ad talia perpetranda, ſcilicet ut reditus coenobiorum templorum & alia bona, quæ invaſerant, in perpetua retinerent poſſeſſione, ſublatis teſtimoniis, unde dignoſcerent alii, ad quos talia jure pertinerent. Sic quamvis ERICUS MENWED, quod ſupra monuimus, admodum fuerat curioſus leges conſervandi antiquas, & antiqua conquirendi ſcripta & monumenta ad patriam hiſtoriam juvandam, quod ſuperius a nobis dictum eſt; nihilominus cum Archiepiſcopum Lundenſem JANUM GRAND à quo inauditis & regia majeſtate indignis vexatus fuerat modis, totumque capitulum variis imminuere inſtituebat reditibus imperio per dolum monachorum detractis, non potuit ſibi temperare, quin per fratrem ſuum *Ducem* CHRISTOPHORUM, capto Archiepiſcopo ſacella templi Lundenſis aperienda, ſcrinia effringenda, & omnia capituli documenta ignibus cremari permiſerit, ſcilicet ut aboleret tot regias proavorum literas, quibus ſibi per dolos & minas tot curias, pagos, arces, oppida, caſtella, imo integras provincias adjecerant monachi, quorum reditibus, imo & vallis freti & muris Reges & Principes ſuos legitimos interdum ſibi haud ex voto obnoxios, tantum non apertis impetere bellis audebant. Vel forſitan ipſe Chriſtophorus Dux fratris mandata transgreſſus, finemque liti facturus, voluit has tollendas ſemel literas, novæ in poſterum ſemper diſcordiæ materiam futuras. Ita hoc exemplo Nobiles prædiorum campeſtrium, aularum & villarum poſſeſſores ſtatim poſt ejectos Monachos omni ſtudio inquirebant in documenta coenobiorum, templorum, altarium & aliorum locorum, eaque inventa exuſſerunt, ut ſic paroavorum ſuorum legata donationesque pro cura animarum, miſſis & officiis, aliaque curiis ſuis olim detracta, ſibi & prædiis reſtituerent ſuis. Quoniam ut plurimum tales ita ſonabant literæ, ut, ſi ceſſarent officia illa, redirent ſine omni excuſatione his deſtinati reditus ad hæredes illorum, qui talium datores fuerant. Unde profecto apprime placet Regis glorioſiſſimi Friderici Primi mandatum ad cives Malmog. dat. 1529. ut proſpicerent, ne hæredes eorum, qui talia ad ſacros uſus dederant, ea repeterent, cum & gloria Dei in Xenodochiis, ſcholis & aliis talibus erigendis propagari his reditibus poſſet. HUITFELD. *Monachi* autem jam excedere juſſi, quantum abſtulerunt non librorum modo & monumentorum ad hiſtorias & antiquitates noſtras pertinentium, ſed & documenta, privilegia aliaque coenobiorum, templorum, Fraternitatum, ſacellorum, altarium, cum pecuniis, cimeliis, ornamentis, indulgentiis, teſtamentis, donationibus aliisque, quorum uſum, ſi ſuperfuiſſent, mox aperiam. Et dicere audeo, plura talium, quæ ſcire nobis valde intererat, ſed ſperare inutile, *Coloniæ*, *Monaſterii*, *Moguntii*, *Pariſiis* imo *Romæ* & *alibi*, quo migrarunt, illi adhuc deliteſcunt ipſorum cum nullo fructu, ſed magno noſtri detrimento. Alia infinita, quæ auferre non dabatur, arcis & ſcriniis incluſa, muris & teſtudinibus inſeruerunt, ſpe redeundi & talia tunc ad uſus priſtinos protracturi. Unde in cavernis & ſepulchris ſuis talia partim computruerunt, partim ibidem adhuc putredinem exſpectant, aut *ab operariis in ædificiorum reparationibus* detecta ſunt, diſtracta & dilacerata. At monachis, quorum intererat, talia ſibi, ſi liceret, ſervare, longe damnatiores fuerunt & adhuc profecto ſunt multæ defunctorum *ſacerdotum viduæ*, quæ ubi vident, manendi diutius in illis reditibus ſibi non eſſe facultatem, flammis & undis tradere ſolent, quicquid antiqui invenire poterint in curia Paſtorali, aut templorum ſcriniis documenti, ut novis ſacerdotibus, quorum ſe conjugia non poſſe obtinere vident, damnum, moleſtiam ignorationemque loci & parochiæ faciant. Adeo ut

Error litterarum geographicus notatur.

Item legati Pontificum Daniam documentis ſpoliarunt.

Præcipue Martinus de Fregeno.

Ant. Arcimboldus.

Ab aliis ſuppreſſa queſtus cauſa.

Ab Erico nempe Menwed R.

Itemque nobilibus.

Monachis diſcedentibus vel expulſis.

Alibi recondita.

Vel deperdita.

A privatis & malevolis deleta.

ut incredibiliter multum deliquerint p mi noſtri poſt repurgatam religionem majores, quod omnia talia non in publica collegerint & repoſuerint ſcrinia, unde deſcribere ſemper quilibet poſſet, quæ ſibi & propoſito ſuo ex uſu eſſent, & originales literæ ab injuria immunes, & quilibet in quolibet officio, quid ad ſe, ſuos reditus, ſua munia & ædificia pertineret, intelligerent. At poſſunt illud ab aliis, qui hæc noverant & viderant, intelligere, mihi dicat aliquis. Sed quanta eſt illa cognitio & quam utilis, quæ ex mutis illis teſtibus haberi poſſet, & fruſtra a vivis quæritur, jam exponam, ut ſciant etiam aliquid inde præter agros, ceſpites, frumenti modios, ceram & aliorum talium rationem inde haberi poſſe. In templo *Nacbskovienſi* columnæ inſcripta legitur hiſtoriola de monacho ante reformationem loci iſtius Paſtore, qui cum officio arceretur, nec aliter ſeſe ulciſci poſſet, omnia monumenta membranacea, quæ ſuæ poteſtatis erant, in ignem conjecit. Addo literas ERASMI JOHANNIS *Diaconi Tranekerenſis*, qui jam olim hoc mihi narraverat, & jam denuo rogatus circumſtantias fuſius explicat. Habentur vero ita in eiusdem Eraſmi Johannis relatione: In arca interiori arcis Tranekier turris olim exſtitit forma rotunda ſeu cylindriaca, quæ cum nullius eſſe uſus putaretur, à Thoma Bek arcis iſtius Curatore (*Slots Foget* vel *Ride-Foget*) deſtructa eſt, in cujus inferiori camera aſſervabatur magna arca lignea antiquis membranis referta, quæ ruinis & ruderibus deſtructæ turris obruta & cum omnibus iſtis antiquis membranis ſepulta adhuc ibidem deliteſcere dicitur. Nec quisquam operæ pretium duxit arcam hanc, vetuſtam quippe & inutilem, cum iſtis, quas continebat, quisquiliis hoc ſepulcro liberare. Turris rudera in colliculum digeſta ipſe vidi. Pleniorem hujus rei narrationem ſi deſideras, ab eodem Eraſmo Johannis facile impetrabis. *Conſecrationes templorum, ſacellorum & altarium* docent nos ætatem eorundem, nomina ſanctorum, quibus pro more temporum iſtorum dicata fuerint ſingula, nomina Epiſcoporum & vicariorum ipſorum, cum annis eorundem in officiis ſuis. *Indulgentiæ*, quamvis quo ad materiam & immunitatem à peccatis, nihil proſunt, tamen exhibent plerumque comitia, ſynodos, ſynodorum comitiorumque annos & loca, patriarcharum, archiepiſcoporum epiſcoporumque nomina, qui ſemper in talibus conventibus ſolebant mutuo ſe de talibus compellare, cum jam congregati erant. Et ex his poſſunt ætates talium virorum cognoſci, id quod ex aliquot meis & amicorum talibus literis probatur, unde aliquot annos vel ſerius vel prius Epiſcopos nonnullos fuiſſe fato functos obſervatur, quam à HVITFELDIO in ſerie Epiſcoporum refertur. Et præterea pro temporum ratione diverſæ harum formulæ videntur. *Teſtamenta, legata & donationes* profecto ſpernendæ non ſunt utilitatis, ad antiquitatem illuſtrandam, cum ibi recenſentur non ſine delectatione ſuppellectilia omnis generis aurea, gemmea, ferrea, lignea, veſtiaria & quæcunque alia morientes amicis & neceſſariis reliquerunt, cum nominibus ſingulorum antiquis vel linguæ noſtræ, vel ex noſtra latine datis, quæ ad medii ævi latinitatem pulchre faciunt interpretandam: cujus rei teſtimonium unum inſtar omnium mihi erit Illuſtriſſimi *Archiepiſcopi* ABSOLONIS *teſtamentum* quod cum ex tenebris in lucem protraheret Nobiliſſ. & Ampliſſimus Regius Conſiliator OTTHO SPERLINGIUS, cum tam ſelectis & longe curioſiſſimis obſervationibus non modo optime meruit à nobis, ſed & omnibus palam fecit, quam egregio forent talia ex uſu, ſi publico committerentur. Sunt apud me talia nonnulla ejus generis haud deſpicienda, inter quæ cum unum nuper perlegebam membranaceum ſcilicet illuſtris alicujus Viri JONÆ MARTINI, qui hoc ante profectionem ſuam in terram ſanctam ſcripſit Asloæ in Norvegia 1400. & mirarer, unde tot cornua potoria, quæ amicis & domeſticis legaverat, acquirere poſſet, mirari deſii, cum viderem alibi viduam aurati Equitis OLAI NICOLAI depoſuiſſe inter alia pretioſa cimelia in templo quodam aſſervanda *pocula argentea 340. & cornua potoria argento ornata 52.* de quibus omnibus ad ſatiem egi in *commentariis meis* de *cornibus & cornutis*. Præterea ſolebant cum ipſis auctoribus talibus teſtamentis, legatis & donationibus una ſubſcribere Epiſcopi, Abbates, Prælati, Priores, Nobiles, Magiſtratus & cives præcipui civitatum, ſacræ peregrinationes tam in Patria, quam extra fundationes coenobiorum, Collegiorum, Fraternitatum & aliarum rerum, quæ quantum ad antiquam hiſtoriam noſtram eccleſiaſticam facere poſſent, ſi haberentur, neminis eſt, niſi antiquitatum honeſtarum vel ignari vel oſoris, negare. Non ego jam multa differam de aliis *caſibus belli, naufragii, incendii*, quæ terras noſtras etiam ſpoliare non deſtiterunt: Erat prope Svenoburgum hic in Fionia arx, cui Orkel nomen erat, Epiſcopis propria, ubi ſolebant, tanquam in placido receſſu à ſeverioribus curis relaxationem petere, ibique omnia ad Epiſcopale munus pertinentia monumenta & diplomata ſervabantur. At tempore Chriſtiani Tertii poſt cædem Lubecenſium vid. CHRON. exeuntes domo Svenoburgenſes primo hanc arcem pretioſioribus ſpoliarunt rebus, & deinde cum omnibus documentis & literis accenderunt. Pergentes porro Otthiniam, devaſtatis & exciſis ex itinere Nobilium aulis & prædiis, Epiſcopalem hac in civitate curiam pari vaſtatione foedarunt, in qua multæ etiam magni momenti deflagrabant chartæ & membranæ. Fortuita quoque incendia, ut ſolent, aliis rebus omnibus, ita, quæ ſuperſunt pauca, antiquorum temporum documentis adhuc quotidie nocent: Novi enim ſacerdotes, in quorum curiis adhuc ante paucos annos varias antiquas fuiſſe literas ex ſchedis Epiſcoporum, qui proxime deceſſerunt, comperi. At eo profectus, ubi videndi mihi copiam petii, omnia aut bellis aut aliis infelicibus incendiis abſumpta reſponderunt. At adhuc infelicius quoddam, & longe triſtius audi incendium prædictarum rerum, cui præ omnibus reliquis iraſcor inprimis. Anno 1634. beatiſſimæ memoriæ Princeps CHRISTIANUS *Quintus*, Chriſtiani Quarti filius & Daniæ Rex

Hiſtoriola Naxkov.

Tranekerenſis litterarum jactura.

Huc conſecrationes rerum ſacrarum.

Et indulgentiæ ſpectant.

Huitfeldius notatur.

Item teſtamenta & donationes.

Speciatim Abſolonis.

Cornua potoria apud quendam copioſa.

Bellorum & aliorum caſuum detrimenta literarum monumentis illata.

Inprimis Orkeliæ in Fionia aſſervatis.

Et indigna

orum a. 1634. consumtio.

Rex electus nuptias celebrabat suas cum MAGDALENA SIBYLLA *Saxonica*. Tunc ad ignes artificiales, pyrobolas ingens requirebatur membranarum seu chartæ pergamenæ copia. Missum est igitur ad proximas civitates, præcipue ad templa cathedralia, ut tales membranaceæ quisquiliæ ut vocabantur, & inutiles sacellorum thesauri ad prædictos usus transmitterentur. Ad hoc tam infelix mandatum, ut mihi a senioribus hujus loci incolis est narratum, extradita fuerunt, quæcunque hic Otthiniæ inveniri poterant, & novi ex Hafnienſium civium perinde ac beati parentis mei relationibus ac continuis de hoc querelis, Hafniæ tunc pyrotechnicis officinis tantam talium membranarum plaustris illatam fuisse congeriem, misero curiosis spectaculo, quorum quæ missilibus supererant ignibus, & cum flammis non in aëra mittebantur, pedibus postea conculcabantur, aut à pueris, bibliopegis aliisque ad integumenta librorum vili redempta pretio, aut ab aniculis ad alios usus ablata. Sic non miremur tantam hodie apud nos talium rerum penuriam, quam & merito dolent alibi sanioris mentis homines. Quamvis tamen *Ripis Cimbrorum* & alibi haud pauca adhuc a talibus naufragiis immunia supersunt. Sed ulterius ut pergam, nosti Domine, quam contumeliter nostrates olim suas ethnicas superstitiones retinuerunt, id quod historiæ testantur satis, & alibi nos quoque observamus. Iis enim temporibus, quibus vacillabat adhuc religio Christiana, jam pulsa, jam revocata, jam a patronis suffulta & aucta, jam ab infensissimis hostibus unco & ignibus damnata, eadem tam diu fata cum sacerdotibus & monachis, aliisque Christianæ religionis professoribus habebant templa & ornamenta eorum, libri, documenta, ceu novæ & infandæ superstitionis instrumenta, quæ omnia undis & flammis dederunt, nihil non pestilens & veneficum putantes, quod characteres saltem paucos novæ hujus religionis præferebat. Hæc interea talium abolitio nullum dabat notabile detrimentum, cum talium satis & super inferebantur postea. At postquam stabilita fuit religio, & ab imminuta jam ethnicorum factione sibi amplius nil timere habebant monachi, majori mox zelo hi vel cacozelia potius, quicquid veteris erat alicubi monumenti in lapidibus, corticibus, asseribus, lignis aut metallis, solicite everterunt, deleverunt & in nihilum penitus redegerunt. Totam enim linguam septentrionalium, imo omnem scripturam Runicam, literas & characteres mera incantamenta & veneficia existimabant, non nisi rogis & cloacis digna. Et sic perierunt antiquorum Heroum gesta, poëmata priscorum seculorum decantatissima, imo ipsa antiquæ linguæ majestas plurima, innocua licet omnia, & nunc si darentur, cimelia venerandæ antiquitatis eximia. Quamvis & inter hæc non minus, quam inter monachorum commenta deinceps, varia priscæ magiæ, & vetitarum artium documenta periisse fateor. Etiamsi hæc solis plebejis, ninium credulis & obtusis, non subtilioribus & perspicacibus ingeniis nocitura fuisse credo. Quid enim oculis & menti obest

Reliquiæ quædam Ripis Cimbr.

Illorum exclusio sub primordiis introductæ religionis Christianæ.

Monachi antiquitatum gentilium eversores.

meis legere infinitas monachorum coniurationes, exorcismos dæmonum, ventorum, morborum, fulminum, aliarumque pestium averruncas orationes, cum potius juvant ad temeritatem ipsorum agnoscendam & deregendas impostoras, veluti & ad sanioris religionis solidiorem cognitionem haud parum conducit hæresium lectio & excussio. Sic, Domine, egerunt hi monachi cum nostris, quas ante se invenerant his in terris, antiquitatibus æque ac in aula olim Byzantina cum Poëtis veteribus Græcis, quos ceu scandala publica omnisque ætatis & pudoris corruptelas publice cremandos fecerunt permissu Imperatorum, quorum pietatis interesse docebant, tales reipubl. tollere pestes: Id quod non sine dolore literaria sentit respublica multis elegantissimis Apollodori, Diphili, Menandri, Mimnermi, Bionis aliorumque sine numero præstantissimorum Poëtarum caritura laboribus, quorum stercus cum auro, (vt de ENNIO dicitur,) potius haberem, quam auro eorundem simul cum stercore carerem. Et nescio profecto an bene egerit WALDEMARUS Secundus *Legifer* dictus, cum post bene a se compositas leges & in publicis comitiis sancitas, omnia antiqua placita, leges & recepta, quæ Danice *Vedtechter, Stracer, Iover &c.* dicuntur, publice cremanda jusserit (vid. RESEN. *ad Leges Vald.* in præf.) quasi regium edictum de abolendis in foro antiquis, & novis substituendis ad publicum usum non sufficeret. Cum tamen ea, si possessoribus fuissent permissa suis, nemini nocuissent, & nunc antiquitatum diligentibus forent gratissima. Inde est, quod, etiamsi mihi nec adjudicari nec abjudicari poterit aliquid nisi juxta sanctissimas desideratissimi & immortalitate dignissimi Regis nostri CHRISTIANI *Quinti* leges, colligem tamen & sancte retineam quicquid antiqui juris nostri, legis, placiti edicti aut sanciti invenire queam, antiqua cum novis collaturus, gratias insuper regiis acturus manibus, quod mandatis publicis & non flammis aboleverit priora, quorum possessio in privati alicujus curiosi hominis manu publico prodesse possunt obesse nihil. Demum post repurgatam feliciter glorioſæ memoriæ Regum nostrorum cura religionem, cum proscribebantur monachi, & magnam ubique librorum copiam tam sacra, quam profana tractantium, cum multa alia suppellectile post se linquere cogebantur, eadem immanitate ipsorum reliquias & spolia deserta plebs ignara tractavit, ac illi nostras olim antiquitates, & Græcorum, ut supra diximus, scripta, & non *missarum* modo, *sacrorum officiorum* volumina *lectiones, sanctorum legenda, indulgentiarum fasciculos*, sed & *testamenta, fundationes, acta & placita* publica & quicquid in coenobiis, templis, collegiis & curiis occurrebat alicujus literarii operis impune diripiebant, lacerabant & dissipabant; inter quæ tamen infinita, ut monui sæpius, maximæ utilitatis monumenta deplorate desiderantur nunquam restituenda. *Decreta synodi Antworsboensis* habitæ 1546. d. 24. Octobris, cui interfuerunt omnes Daniæ Episcopi cum Theologiæ Doctoribus Academiæ Hafniensis, auferendos omnes ejusmodi libros statuunt.

Waldemarus II antiquas leges cremari jubet.

A monachis relicta alii deleverunt.

Quin decreto synodali sublata sunt 1546.

Ita enim Artic. 8. *De Libris*: „Ut autem doctri-
„na sincera & uniformis in Ecclesiis retineatur,
„maxime adnitendum singulis Parochis, ut sa-
„cra Biblia & aliquos libros utiles maxime eos,
„quos præscribit Ordinatio, sibi comparent.
„Utque occasio impiorum dogmatum eo magis
„tollatur, Superintendens vel per se, vel per
„Præpositum parochis, qui adhuc veteri fermen-
„to fortassis nonnulla ex parte delectantur, au-
„ferat omnes libros impios & inutiles, qui ad ve-
„ram Ecclesiæ ædificationem nihil conducentes,
„semina errorum tecta in se continent.„ Art.
10. *De Rosariis & aliis reliquiis amovendis:*
„Utque remanentia adhuc Papisticæ superstitio-
„nis vestigia non solum ab animis, sed etiam ab
„oculis hominum amoveantur, adnitendum est,
„ut quæ adhuc gestantur *Rosaria* deponantur,
„sub poena prohibitionis à Coena Dni & expo-
„stulandum cum Pastoribus, qui hactenus hac in
„re negligentiores fuere. Præterea candela-
„bra conviviorum, vexilla, & funebrium cande-
„larum impositoria, cum omnibus reliquiis Pa-
„pisticæ abominationis &c. Ex *decretis Syno-*
Et a. 1540. *di Hafniensis* 1540. d. 20. Augusti de Missali:
„Antiquum missale, ut vocant, *ubi habetur*, ante
„communionem *tantum* permittatur, donec no-
„vum & melius fuerit excusum. Post concio-
„nem vero deponatur ab altari, ad tollendam
„de ipso canone legendo superstitionem.„ Sic
Libri sacri deperditi. perierunt cum supra memoratis diplomatibus
& documentis antiquis *evangelia*, *plenaria*, *offi-
cia*, *ritualia*, *diurnalia*, *psalteria*, *legenda* & alia,
quæ possidebant ecclesiæ, elegantissime cum mul-
tis sumptibus & eleganti artificio descripta, ela-
borata, auro, gemmis & ebore ornata, quorum
etsi multa nunc in Ecclesiis parvæ forent utili-
tatis, prodessent tamen nobis ad illorum tempo-
rum artem, sedulitatem, scribendi & pingendi ra-
tionem, imo & superstitionem agnoscendam,
cum tamen in perquam plurimis talibus etiam
occurrit, quod observatione dignum foret:
Præterea in pretio tamen haberentur apud an-
tiquitatum amatores talia elegantia illorum tem-
porum artificia, quæ omnia tanquam venenosa
scandala vulgaris perdidit insscitia. Adhuc *Hor-*
Hornensis evangeliorum codex superstes. *nense templum* hic in Fionia prope Foburgum
habet *codicem membranaceum 4. Evangeliorum*
longe elegantissimum latine scriptum, cum
Christi, Evangelistarum & sanctorum multo-
rum imaginibus artificiose pictis, auro &
jucundissimis coloribus variegatis, quæ ars pro-
fecto hodie inter deperditas habetur. Literæ
initiales pari modo splendidissimæ sunt. Præ-
mittitur *Hieronymi* brevis prologus, item eius-
dem Epistola ad *Damasum* Papam, nec non
ejusdem canon Harmonicus IV. Evang. inter
columnas pulcherrimas deauratas dispositus,
arcubus & figuris nitidissimis ornatus & sectio-
nibus ipsius insequentis textus bene accommo-
datus. Pars exterior seu integumentum multo
& ponderoso argento est munitum, & facie
altera, qua coetum Ecclesiasticum spectaret
ebore, auro, gemmis (quamquam non magni
valoris) aliisque ornamentis decoratum. Quid
autem noxæ aut scandali dederunt talia olim!
Scis, Domine, quantis sumptibus, ut olim ita
& hodie legem ornare sunt soliti Judæi, adeo
ut dicere sustineam, aliquot in synagoga Am-
stelodamensi quæ asservantur & publice mon-
strantur volumina, talia non nisi multis au-
reorum millibus ita potuisse decorari. Hodie
ille Evangeliorum codex Hornensis altare tem-
pli ornat, nec alicui vel scandalo vel scrupulo
est, uti nec alia ejus generis, quæ perierunt
multa, esse potuissent. Mihi autem volupe fuit
inter volvendum eum & revolvendum aliqua
subinde observare, tam in Evangelico textu,
quam opusculis Hieronymianis, quæ ab im-
pressis discrepant codicibus, præsertim in tali co-
dice, qui omnino antiquitatis est haud exiguæ.
At ubi reliqua talia tam superbo apparatu, tam **Querela de jactura documentorum litterariorum.**
solicito sumptu, tam indefesso labore parata
opera, quæ nunc profecto care satis venderen-
tur, partim ut sacra, partim ut alia curiosis
servitura ingeniis ad antiquorum ritus & artes
noscendas, partim ut magnarum & principa-
lium Bibliothecarum ornamenta? Abierunt, ex-
cesserunt, & emortua penitus delerunt esse,
nacta ad exequias suas invitantes sciolorum in-
eptias, sed funera sua dolentes præficas, heus
pudor! justissimas nostras & nunquam cessatu-
ras querelas. Scilicet nunc pusioni scholasti-
co, ut chartis elementariis suis, nunc biblio-
pego, ut libris suis indumenta conficerent inde,
nunc aniculis ad colorum capita in lanificiis
stringenda, nunc netricibus ad filamenta sua sta-
bilienda, nunc pharmacopolis ad piperis condi-
menta, salsamentariis & aliis, cuilibet ad suos usus
talia prostabant, e quorum manibus non nisi for-
tuito sunt recepta, ut Quintilianus e culina, re-
dimente Florentino, Decades nonnullæ Plinia-
næ e pharmacopolæo, & alia aliunde. Si quæ **Pauculis superstitibus.**
subinde apud nos prædictorum fragmenta super-
sunt, ferme non sunt alia, nisi quæ coloribus,
auro, argento, aut artificio quodam alio deco-
rata fuerunt, quæ integris voluminibus excisa
& avulsa, aut pueris ad ludendum, aut uxorcu-
lis ad parietes coenaculorum ornandos dederunt
talium vastatores operum. Narrabatur mihi
nuper, quendam ruri habitantem virum coena- **Fragmenta codicis bibliorum rutissimi.**
culum habere talibus eleganter figuratis mem-
branis picturatum. Misi eo, & obtinui easdem
numero undecim, bene magnas & in forma quam
folii integri vocant. Utrinque autem hæc fo-
lia figuris & historiis biblicis omnium colorum
elegantissimis ornata sunt, in qualibet pagina
typos ex veteri testamento rerum singularum,
cum antitypis ex novo, cum dictis vaticiniis-
que eo pertinentibus referentia, hoc quidem or-
dine, ut superius duo, inferius itidem duo vete-
ris foederis prophetæ quasi colloquentes invi-
cem, & vaticinia sua alter alteri monstrantes e-
gregie depicti cernantur. Ad latera horum hi-
storiæ binæ veteris test. nitide & accurate lin-
gua antiqua Saxonico - Danica descriptæ, cum
pictura earundem vivis & jucundis coloribus
expressa cernuntur, & in media pagina historia
quædam novi testamenti ceu reliquorum anti-
typus haud levi artificio delineata cernitur; ex.
gr. Una pagina habet superius Davidem &
Esaiam, inferius Jobum & Annam dicta seu va-
ticinia sua invicem sibi monstrantia de resurre-
ction

ctione mortuorum; à dextro latere eſt hiſtoria pueruli mortui & ab Elia reſuſcitati tam ſcripta, quam eleganter picta; a ſiniſtro hiſtoria pueruli ab Elizæo vitæ reſtituti, tam literis quam coloribus jucundis exhibetur ſpectanda: in medio paginæ Chriſtus Lazarum e mortuis excitans tum adſtante virorum & fœminarum comitatu ſimili artificio exprimitur. Sic alia pagina peccatorum remiſſionem tractat cum nitidiſſimis figuris Nathanis Davidem peccato abſolventis ſuo, Moſis Mariam & Chriſti Mariam Magdalenam, adjunctis hiſtoriis ſcriptis, Prophetarum imaginibus, eorumque prædictionibus de remittendis in regno Chriſti peccatis: alia pagina de tentatione Chriſti agit: alia de infanticidio Herodis; alia de nativitate Chriſti &c. Omnia autem, ut dixi, cum typis, antitypis & vaticiniis tam ſcriptis, quam eleganter pictis. Totus autem codex, quantum ex his undecim colligo foliis, revera olim integra biblia typico-harmonica continuit, ingenti adornatus ſumptu, ut ſi adhuc integer fuiſſet, etiam Principis alicujus ornare potuiſſet bibliothecam, nec monachorum opus aliquem ſanæ mentis hominem offenderet. Inſuper autem non oculos legentis modo mire affeciſſet, verum ad compendioſam ſacri codicis cognitionem haud parvum fuiſſet adjumentum. At tale quid exſtitiſſe ut ſciamus, unice iam his picturis debemus, quibus poſt abolitionem reliquorum ob varietatem colorum pepercerunt. Sed Domine, quæ mihi plura ſunt nota de talium jactura, ut promiſi, plenius quam primum dabo, hic moniturus ſaltem, eandem in impreſſos, quam manu exaratos fuiſſe illorum temporum inficetam ſeveritatem, cum, quicquid monachorum olebat lucernam, non niſi a quæſtuoſa quadam ſuperſtitione profectum autumabant. Hinc plurima ſcio typis mandata fuiſſe a noſtratibus opera, quæ nuſpiam jam comparent, & quorum, quantum mihi licuit ſcire, alibi dabo recenſum. Non inficior, multa inutilia fuiſſe nobis quoad dogmata & religionem, & ſine dubio valde neceſſaria ad hiſtoriam patriæ noſtræ tam Eccleſiaſticam, quam literariam & antiquariam, cui talia inſerviunt omnia. Exemplum dabo ex multis mihi cognitis unum. Deceſſerat circa annum Chriſti 1500. *Mag.* JOHANNES URNE antiquiſſimæ & nobiliſſimæ proſapiæ Præpoſitus Ottonienſis, & Epiſcopi Fionenſis Vicarius in cauſis quam plurimis, vir multæ dignitatis, famæ, exiſtimationis, laboris, prudentiæ & experientiæ, quod innumera teſtantur acta, placita, deciſiones cauſarum, conventiones, pacta aliæque difficiles tranſactiones, quibus Regum, Principum, Nobilium, aliorumque virorum rogatu ſingularem locavit operam, & quorum aliquod apud me ſervantur indicia. Ille eximius vir tam ſacri quam civilis pro temporum illorum ratione *ſcientiſſimus juris*, DIURNALE *aliquod*, ut loqui mos erat illis, *in uſum Eccleſiæ Fionenſis* conſcripſit, & *Lubecæ* imprimendum curavit. At quis hoc reſciverat unquam, ni in manus meas perveniſſet hæredum ipſius contractus cum Typographo Lubecenſi *Simone Brandt*, cui dictum diurnale imprimendi erat.

Fo. Urne diurnale antiquum in uſum Eccleſiæ Fionenſis.

Lubecæ impreſſum.

datum negotium, quas ego literas originales poſt mortem ejus ſignatas hic Ottiniæ, & in iisdem, quas ego inhabito jam & poſſideo, ædibus, habeo Danice ſcriptas, quibus ſignificatur Mag. *Japetum* Priorem Canutinum, Mag. *Joannem Michaelis* Priorem Johannitarum ibidem, *Chriſtianum Mulenium* & *Petrum Bunde* Conſules &c. conveniſſe anno 1505. juſſu *Joannis Andreæ* Epiſcopi Ottonienſis, ut cauſam *Dni. Georgii Urne* Judicis Provincialis, dicti Præpoſiti hæredis, & hujus typographi audirent & dijudicarent. Prædictus autem *Georgius Urne* producebat rationem expenſarum & ſumptuum, qui typographo a defuncto Præpoſito erant ſuppeditati, ad numerum bis mille quingentarum & quinquaginta marcarum, ut prædictum Durnale imprimeret bene & accurate, quod non factum fuiſſe contendit, cum Aruſiam miſſa Diurnalia multa propter errores typographicos vendi non potuerant, Typographus autem omnia illa exemplaria mercedis loco cum repeteret, nec obtinere poſſet, promiſſum obtinuit laboris ſui præmium. Mihi autem, aut Eccleſiæ noſtræ etiamſi nihil commodi accedere poſſet ex hoc Diurnali, ſi adeſſet, pertineret nihilominus, ut antea dixi, ad Eccleſiaſticam & antiquam Patriæ hiſtoriam, cui jam ſatis erit indigitare & monſtrare fuiſſe aliquando talia. Mirari ideoque deſino, quod, cum omnes hujus noſtræ provinciæ excuſſerim latebras, adeo pauca invenerim hujus generis documenta, quorum tamen aliquot haud indigna curioſis oculis, ſi vivere detur, publico ſpopondi, miſerans interea continuantia adhuc hæc triſtia literarum noſtrarum fata. Quantum enim antiquitatis Cimbricæ theſaurum ex *Bibliotheca* SÆFELDIANA abſtulerunt *Sveci?* Quantum non ex STEPHANIANA ſibi ſoluto ſatis modico pretio redemerunt iidem, ridentes inſuper tam ſordidam noſtrorum parſimoniam, tanquam neceſſitates ſuas non intelligentium? Quem nobis luſum ludebant ſimiliter, quamvis alia intentione, in Illuſtris Dni CORNELII LERCHE *Bibliotheca*, cum vendebatur: Duplici videlicet pretio inæſtimabiles *rerum orientalium*, præcipue *Arabicarum* codices manuſcriptos ſolvebant & auferebant, cujus diſpendii meminiſſe pudeat perquam & tædeat, ut alios ab heroibus patriæ literatis relictos literariæ & antiquariæ rei theſauros taceam, miſere poſt obitum ipſorum, quia deerant æſtimatores juſti, diſſipatos, imo tantum non amiſſos & perditos, quæ damna præ nimietate doloris recordari poenitet. Venio jam ad alia quædam libris & documentis literariis affinia. *Sigilla* intelligo *antiqua officiorum, coenobiorum, ſocietatum, epiſcoporum, Abbatum, Officialium, Priorum* & aliorum, quibus antiqua muniuntur documenta & literæ, quæ forſitan nonnullis videntur inutilia. Sed profecto non indigna ſunt ſcitu, inde cognoſcere familias & nomina Epiſcoporum aliorumque clarorum virorum, inſignia Coenobiorum, Societatum, templorum, Patronosque eorum, quos vel ſibi habuerint, vel quibus ſacella, templa, altaria dicaverint. Quam magnifica fuerunt hæc ſigilla, quæ poſtea ſecreta appellari ſunt coepta, teſtantur

Bibliothecarum cimelia alieni, conceſſa Sæfeldiana. *Stephaniana.* *Lerchiana.*

Sigilla veterum his affinia.

tur

tur quæ adhuc literis nonnullis appensa cernuntur, quorum magna pars utrinque sunt signata, ita tamen, ut in dorso sigilli longe minor quam in anteriori facie videatur figura, quod ex sigillis variis penes me servatis observo. Sed quia cerea sunt, deteruntur, comminuuntur quotidie, imo propediem tota pereunt. Hæc causa est, cur omnia, quotquot ad manus meas perveniunt, mox delineem, sic ab interitu ea vindicaturus, unde & aliqualem apparatum talium comparavi, præsertim Fionensium. Non autem omnes eadem delectabantur sigillorum suorum magnitudine & forma, quæ prægrandia sunt nonnullis etiam mediocribus viris, & parva aliis maximæ dignitatis, rotunda quibusdam, aliis oblonga. Valde autem miror, ubi ipsi ænei typi, quibus impressa fuit sigillaris cera, in tanta multitudine perierint. Quod si enim officiorum, coenobiorum, societatum & alia publici usus sigilla, imo & propria sua, quæ utebantur secum, quod credibile est, exeuntes abstuliisse dicantur, ea tamen quæ ante ipsos fuerant Episcoporum, Prælatorum & aliorum talium pauca aut ferme nulla inveniuntur, nisi cum ipsis, quod non absurdum est dicere, sepulta fuerint. Habebant enim omnes alicujus officii Antistites non modo sigilla publica locorum & officiorum suorum, sed & sua privata, publicis illis interdum æqualia, sed sæpius minora, quæ illis ad majorem literarum fidem adjungere solebant cum hac plerumque formula: In testimonium hujus rei non solum coenobii, officii &c. sed & nostrum appendi curavimus sigillum. Mihi tamen solicite ubique quærenti nonnulla horum typorum æneorum obtigerunt, quæ omnia a dorso ansulam habent, ut funiculo trajecta commode cingulis appensa vel crumenis commode gestari possent. Nequeo hic præterire unum e reliquis, quæ mihi sunt oblata, sc. *Joannis Angeli* ARCEMBOLDI (*) Cardinalis & Legati Papalis, quo indulgentias suas munivit, cujus possessionem ideo mihi magis gratulor, cum cogito, quam quæstuosissimum Pontifici ab initio hoc fuerit sigillum, quam credulæ plebi noxium, quam denique toti coetui Pontificio detrimentosum, cum signabantur hoc indulgentiæ, quarum mercatura impudentissia aperuit primum nostratibus oculos ad veritatem intuendam, & sensim se talibus in posterum imposturis excusandum. Inventum hoc fuit in insula *Langelandia* in ipsis fossis arcem *Tranekierianam* ambientibus, ubi olim firmissimum erat castellum. Habet autem hoc sigillum insignia *Arcemboldi* cum imposita mitra cardinalitia & literis I. A. quod vel sonat *Joannes Angelus*, nam ita erat nomen ejus, quod indulgentiæ omnes testantur, vel *Johannes Arcembold.* Inscriptio est *S. Fabricæ Basilicæ S. Petri:* id quod idem conqueritur in epistola ad CHRISTIERNUM *secundum*, cum nummi ex his indulgentiis collecti eriperentur ipsi, quod tantum auderent Dani facinus, pecunias *ad ædes D. Petri* consummandas intercipere. Nunc ut calamum porro in hisce notandis nostris calamitatibus promoveam, quid de moneta nostra dicam, Domine! cujus antiquitas nullatenus minor est, quam apud exteras gentes. Sed hanc etiam circa temporum & hominum, imo potius superstitionum invidia est injuriata. Diximus antea, quod alibi itidem fusius notamus, magnum antiquissimis seculis fuisse nostratibus fastidium omnium peregrinarum rerum, quas, si aureæ & argenteæ erant, sine dubio mox igne solutas in alios convertebant usus, utpote armillas, annulos & talia ornamenta, quæ plus tunc erant in usu, quam signata moneta, quæ nostratibus tunc admodum erat tenuis, cum in majoribus commerciis potius merces commutando, quam pecuniam signatam numerando negotiabantur invicem majores nostri. Sic ut illi ante introductam religionem Christianam nullam apud se præter suam patiebantur monetam, ita & monachi post inductum Christianissimum, ut omnia alia monumenta, sic & statim à prioribus Regibus signata abolebant metalla, tanquam magica & superstitiosa, qualia & multa erant, sed innocua omnino futura, nisi in hominum æque stultorum & superstitiosorum manus incidissent. Hinc hodie est illa pecunia metalli septentrionalis antiqui, Runicis characteribus inscripti, cum novimus tamen copiosum & frequentissimum tunc fuisse idem. Hinc à SVENONE *Haraldi* filio furcatæ barbæ dicto certam primum incipimus agnoscere & legere monetam nostram, quod à nemine huc usque fuit in dubium vocatum. Tunc prædominantes monachi, post profligatum sine spe redeundi ethnicissimum, largis privilegiis aucti, simul cum omnibus aliis antiquitatibus literas septentrionales abrogarunt, imo ipsam totam, si licuisset, abrogassent linguam, & literaturam Latinam, quam sanctam & religiosam esse populo persuadebant, introduxerunt ubique, eversis, excisis & deletis ubique monumentis antiquis lapideis, chartaceis, membranacis, ligneis, & metallicis quæ omnia mera incantamenta & venefica putabant. Sic periit cum reliquis antiqua nostra ante Christianissium moneta, & si quid casu superfuit, legi cum tempore & intelligi desiit. Sic Reges & Principes monachorum svasu metalla sua his tam sanctis signarunt literis, unde primo SVEIN, CNVT mox ut sanctæ latinitati propiora fierent, Sveno & Canutus leguntur, & sic ulterius; quod adeo clarum est & manifestum, ut nesciam quid opponi poterit. Exemplo autem Principum quilibet qui aliquid scribendum, signandum, sculpendum aut notandum habebat, non melius proposito suo aliquid novit, quam si Latinas usurparet literas; paucos si exceperis lapicidos, fabros aliosque operarios, qui antiquis jam ferme desveti, & novis nondum assueti, veteres quidem characteres in operibus suis, sed admodum prave, inordinate & male retinuerunt. Sic demum coepta ex argento alioque metallo cum *Latinis literis* cudi numismata, quod prolixe tradimus in *historia rei numariæ Danorum*, specimen ejusdem, quod nunc prælum sentit, insecutura. At proh dolor! quod ubique faciunt bella, seditiones & tumultus, apud nos

Descriptio sigilli Arcemboldi.

Moneta antiqua & numi plerumque intercederunt.

A Suenonis demum ævo characteres numorum intelliguntur.

Monachorum rabies in veteribus monumentis destruendis & numis abolendis.

Eorumque suasu lingua & literæ latinæ introductæ.

Autoris historia rei numariæ Danorum

(*) Nomen Legati in Daniam Jo. Angeli Arcemboldi ita quoque exprimitur in Bibliotheca Resen. p. 129. No. 9. Plenaria ipsius absolutio *Christierno Daniæ regi & Elisabethæ ejus reginæ* data est 1517. M. S.

nos quoque fecerunt: Scilicet ſub primis illis ſeculis poſt natam apud nos religionem Chriſtianam, cum longinquis patria noſtra turbabatur bellis & diſſidiis Principum, usque ad tempora Waldemari Primi continuo quaſi malo has regiones vexantibus, defodiebant ubique cum aliis rebus magnam minutæ cujus ſed nitidæ monetæ copiam, quæ vel exſtinctis poſſeſſoribus adhuc deliteſcit ibidem, vel ab aliis poſtea eſt inventa, ubi immutata fuerat monetæ forma. At illi cum talibus nummis non poſſent in commerciis uti, nec audebant ſe aliquid inveniſſe profiteri, quoniam talia in legibus noſtris antiquiſſimis ſemper Regibus & Dominis adjudicantur, in quorum fundo inveniuntur, meliorem non noverunt rationem inventa retinendi, quam ſi eadem frangerent, contunderent & liquefacerent, aliis tunc non agnoſcenda magis. Hinc profecto dicere audeo, melius & ſibi & regnorum ſuorum antiquitatibus conſuluiſſe Reges, ſi omnia talia juſto ab inventoribus redemiſſent pretio, promiſſo inſuper laboris proemio unicuique, qui talia afferre poſſet; quo remedio obviam irent irreparabilibus damnis, & multa rariſſimæ antiquitatis cimelia ab interitu vindicarent, quorum antiquitas & raritas, & inde quæ haberentur utilitates, centies valorem metalli ſuperarent. Ego novi homines, qui cochlearia ſibi haud pauca ex antiquiſſima moneta argentea in colli quodam inventa fundi fecerunt. Et cum ipſis objiciebatur temeritas ſua, quod ex ipſa moneta longe majus ſibi feciſſent lucrum, ſi eam curioſis vendidiſſent, unde plura longe habuiſſent cochlearia, facete reſpondebant, id ſe non noviſſe antea, ſed nunc vendituros cochlearia talibus curioſis, quoniam argentum hoc tamen ob antiquitatem ſuam pluris conſtaret, quam novum: ſcilicet, ut fecerant, ita reſpondebant. Sic a fide dignis accepi à numiſmate tali anti quo invento hic cantharos, alibi collaria ornamenta, globulos & annulos ad thoraces ſtringendos fuiſſe facta. Ante annos non ita multos quidam PHILIPPI elegantes *nummi* (*) mihi *ex Cimbria* mittebantur, quorum & variis in locis harum terrarum ſæpe ſunt inventi, ut latius differo in *meo de nummis Danorum commentario*. Quæſivi unde erant, aut quo fato inventi, & reſponſum obtinui, haud parvam illorum copiam ibidem in reparatione templi alicujus ex fracta teſtudine decidiſſe, inventorem autem ſibi ſatis capax & pulchrum conflaſſe poculum, cum tamen illi nummi, ſi *in Gallia* nunc venales eſſent, multa poſſeſſori facerent pocula. Credamne ego multa clanculum detecta, & plura adhuc deliteſcere apud nos pretioſa, inæſtimabili illi cornu aureo CHRISTIANI *Quinti*, quod in *regio theſauro* ſervatur, æquiparanda, quorum raritatem nullus perſolvat metalli valor. Quæ tamen infelices metuant aliquando aurifabrorum manus, & multa illas jam ſenſerunt diu. Lapides jam antiquos cum vetuſtis ſuis inſcriptionibus ut attingamus, nemini ignotum eſt, abunde horum habuiſſe has terras ſeptentrionales, æque ac Italiam & alias regiones ſuos. De Fionicis hic noſtris breviter monebo, illuſtrem illum noſtrarum antiquitatum vindicem WORMIUM, ut in aliis regni partibus, ita & in *Fionia* multos inveſtigaſſe, & elegantibus ſuis commentariis illuſtraſſe, unde ipſi ſit æternum decus, quod infecuturis illorum fatis, ſi perderentur cum reliquis, adeo potenter interceſſerit, ut, etiamſi jam per exiguum illud tempus, ex quo eadem deſcripſit ille, maxima pars illorum apud nos diſparuit, tamen in ipſius libris melius & felicius ſtent & legantur, quam antea in campis & collibus. Plurimos eorum, qui apud nos fuerunt, lapides, & fruſtra nunc quæruntur, dicunt Hafniam avectos, & an ſint inter eos, quos in coemiterio templi Trinitatis disjectos neſcio ubi tamen ipſos erigere, velut monumenta *Arundeliana Oxonii*, quod optandum eſſet, mens fuit quibusdam, ut poſteri, quos noſtra forſitan exempla excitent aliquando ad talia ſtudia, haberent, quibus eorum ſibi cognitionem facerent, quæ ſuis inveniant temporibus. Quidam propter molem auferri non potuerunt, ut illud *Flemlöſianum*, quod adhuc in coemiterio ſpectatur, ventis & imbribus quotidie magis deterendum. Quidam parietibus & muris infixi, ut Allerupenſes, evelli non potuerunt. Quidam etiam beato *Wormio*, cui impoſſibile omnia perſcrutari, intacti hic & ibi latitant, ut *unus in inſula Toſſingia, alius prope Svenoburgum in templo Serupenſi*, & adhuc plures. At neſcio quis fuit ille JACOBUS RUFFUS, ſine dubio faber, qui multa thuribula ex orichalco in uſum templorum præſertim circa diſtrictum Foburgenſem & Svenoburgenſem confecit, quorum hodie adhuc aliquot ſuperſunt, & pro ignitabulis ad candelas in aris accendendas uſurpantur. Nomen ſuum omnibus hiſce inſcripſit ille literis Runicis, hunc in modum: Jacobus Ruffus me fecit. Deprehendi talia in templo Foburgenſi, Ollerupenſi, Stenſtrupienſi, Hædenſi & aliis. At dicat aliquis hunc fabrum, ut ſolent complures artifices, vanæ oſtentationis gratia hos antiquos alicubi vidiſſe characteres & operibus ſuis, ut faceret ſibi apud vulgus aliquod nomen, quod profecto ſæpe accidit. Sed forma & figura horum thuribulorum eſt ex antiquiſſimis; Nam multa examinavi, denique connexio illa literarum antiquarum an fabro ab illis primis poſt abrogatum ethniciſmum multum remoto nota eſſe potuerit, dubito. Sed ad lapides ut revertar, quot eorum hactenus ignorantur, quorum innumeri cum inſcriptionibus ſatis curioſis terra ceſpite & arenis obruti jacent, cum tempore forſitan detegendi, feliciores tunc aliis multis futuri, qui detecti dudum, fracti & ablati fundamentis templorum & ædium ſunt inſerti æternum occultandi. Quia enim latus ſemper ſolent unum aut alterum habere planum & amuſſitatum, ideo & lapicidæ, architecti, aliique operarii hos, in quibus exaſciandis minor foret labor, operibus ſuis ſemper commodiores duxerunt. Quod autem fatum ſibi aliud vel melius promitterent hi

Numi effoſſi, eo quod principes ſibi illos arrogabant, in utenſilia converſi.

Antiquiſſimæ monetæ argenteæ.

Nummi Philippi.

Pretioſa.

Lapides cum vetuſtis inſcriptionibus.

Thuribula a Jac. Ruffo fabrefacta antiquitatis ſpeciem præ ſe ferunt.

Pars maxima lapidum ædificiis inſerta & obſtructa.

Monumenta ſepulchralia diſturbata.

(*) De his Philippi Regis Galliæ numis nonnulla diſſerit THOMAS BARTHOLINUS Act. med. Volum. III. p. 60. eosque non in teſtudine inventos, ſed in agro effoſſos fuiſſe perhibet.

hi sub aperto qui stabant coelo lapides,& cuivis volenti etiam ad injurias prostabant, si sepulchralia illustrium virorum monumenta etiam intra templorum parietes ab iisdem non erant tuta. HUITFELDIUS in *catalogo Episcoporum Fionensium* notat quædam sepulchra eorum, loca & impositos lapides describit præsertim circa Divi Canuti templum hic Otthiniæ: Sed hodie nuspiam comparent talia, quod non miror, cum idem illustris heros & de patria nostra infinitis nominibus meritissimus ibidem testatur, suo tempore ablatum fuisse a quodam urbano Præside cippum Petri Paph Episcopi, qui obiit anno--. Fateor equidem, ut, si omnes tales lapides perpetuo mansuri in suo loco forent, aliis nihil futurum spatii, sed virorum tantæ dignitatis monumenta auferre & posterorum notitiæ subtrahere nefas duco, quæ parietibus inseri, & posteris noscenda & legenda commode servari possent, relicto sic in pavimento satis volentibus aliis spatii ad sua monumenta, cum tempore etiam abolenda. Vidi & legi ante annos complures quodam in templo illustre monumentum nobilissimi & excellentissimi Equitis regnique Danici Senatoris quondam spectatissimi, cum magnificis armis & insignibus gentilitiis sui & conjugum suarum. Post annos aliquot rediens & templum transiens, observabam statim immutatam lapidis inscriptionem, & antiquis illis magnis & venerandis literis, sed nunc erasis, novas substitutas quas cum legerem, nauseabundus comperi, tornatorem quondam, qui forsitan reparandi templi habuerat curam, hunc lapidem ceu heredibus jam & patronis destitutum, sui feciſſe juris, & antiquam inscriptionem delendam, suumque uxorcularum & liberorum nomina reponenda curasse, relictis & servatis tamen amplissimis & splendidis priorum Dominorum insignibus, ut mirentur posteri, qua illustri profapia hic tornator & conjuges fuerint prognati. Sic venduntur, auferuntur, mutantur antiquorum monumenta præclara, quæ tamen longiori dignissima forent ætate. At talia ut præteream longe majorem in manes avorum nostrorum injuriam vel sacrilegium potius commemorabo,quod in monumenta sanctissimorum & Augustorum Principum committere non erubuerunt perditissimæ sceleſtissimorum manus nebulonum. Notum est omnibus, Domine, CANUTUM *Quartum*, quem ob pietatis studium, divinæ legis amorem, & obitam religionis causa mortem coelitibus pro more suo adscripserunt Pontificii, hic Otthoniæ cæsum, ibique post consecrationem, solenniter inhumatum in templo quod ipse S. Albano destinaverat, sed ex voluntate monachorum, ipsius postea nomini est dicatum. Arcula autem, in qua repositæ fuerunt regiæ ejus reliquiæ, multo inaurato ære variisque lapidibus speciosis ornata fuerat, & sancte servata, quam diu Pontificia penes nos vigebat doctrina. Ejectis autem monachis, sacello suo, quod oneri putabatur potius, quam usui exempta est, ut muro post altare insereretur, ne plebi postea ex intuitu tanti, quamvis fucati splendoris, aliqua crescerent superstitio. Tunc autem vel magistratus alicujus jussu, quod ut credam, inducor nunquam, illa ornamenta hujus uti & associatæ eidem alterius cum Osvaldi & Albani ossibus arculæ, avulsa dicunt, quoniam lucem in posterum viderent nunquam, vel operarii tanto illecti splendore inaurati æris & lapidum, quos frustra multi pretii judicaverant esse, furtivas hinc imaginario thesauro injecerint manus, ipsaque scrinia diffracta impie tractarunt, id quod cum dolore haud modico v debam, cum anno 1698. ex consensu Regio, præsentibus Præside Regio, Episcopo & Magistratu reliquo urbano utramque cistam eximendam curavi, & omnibus, quæ in iis deprehendere licuit, probe examinatis ad fidem historiæ antiquæ, singula accurate delineavi, eorundemque descriptionem Commentariis meis in Ælnothum Monachum de vita & morte Canuti sancti lucem mox publicam visuris inserui. Quare nec multa hic de hisce Canutinis differam reliquiis, nec de S. Osvaldi & Albani, quæ in alio scrinio ibidem reperiebantur sed similiter lacerato,rupto & spoliato, dicere solum contentus multos fuisse modos & dolos nostras quotidie imminuendi antiquitates. Ita accepi, D. S. Canutum Ringstadiensem, Obotritorum Regem & Ducem Cimbricum furtivis sacrilegorum nebulonum manibus indigne tractatum. Ita à senibus hic Ottoniensibus mihi narratur punitum severe, avorum nostrorum memoria, adeoque ante annos non ita multos sceleratum quendam, qui in templo Franciscanorum in hac nostra civitate effregerat *sepulchra Regum* JOHANNIS & CHRISTIERNI *Secundi*, qui ibidem conquiescunt, & quorum monumenta ibidem egregia solerti sua manu delineavit, & ipse æri incidit charissimus meus frater JACOBUS BIRCHERODIUS quem cum multis virtutibus suis variisque ingeniis quas in ipso stupebant cuncti, artibus, mihi Parisiis avulsit infelix Sequana, nunquam mihi nisi cum horrore nominanda. Coeterum illa monumenta legibus antiquis Danorum subjunxit b. m. PETRUS RESENIUS. Tam Domine, ad alia antiquorum septentrionalium sed sepulchralia monumenta nobis divertendum, ut quicquid in his perdidit patria nostra antiquitatum suarum cognitionis, breviter notemus. Colles scilicet & monticuli frequentes satis in campis nostris videntur, & nullibi frequentiores credo, quam in Fionia nostra, ubi innumeri tales per agros sparsi occurrunt, quorum quam plurimos integros & illæsos in hodiernum usque diem non curiositas, sed superstitio servavit. Haud multi sane anni effluxerunt, ex quo adhuc vulgo persuasum fuit, in hisce colliculis habitare genios, dæmones, & nescio quos homunciones, qui injuriam suis habitationibus illatam crudeliter ulciscebantur raptu hominum, cladibus pecorum, calamitatibus segetum &c. quas historias & fabulas junioribus quasi valde necessaria dogmata mane & vesperi narrare, cantare & repetere solebant. Nunc autem, cum per annos non profecto ita multos, præsertim ab exitu monachorum sensim talia evanescunt deliria, hi colles multis in locis imminuuntur vel aratris, ut latiores fiant agri, vel ligonibus, ad depressiora agrorum & hortorum loca æquanda, vel ad

Alia eorum fata.

Speciatim Canuti S.

Item aliorum.

Colles sepulchrales & in iis inventa quondam neglecta.

ad alios usus domesticos, quia arenosi sunt, & multo multorum seculorum sole exsiccati. Sic ideoque quæcunque ante hos aliquot proxime elapsos annos veteris suppellectilis inveniebantur, ceu inutilia quædam, casu eo delata, aut cum fimo & stercore ex ædibus in agros egesta, abjiciebantur illico, vel si ferrea aut ænea erant, ad clavos & cuneos inde formandos, rotas muniendas & alia talia usurpabantur, vel pueris ad ludendum porrigebantur, & sic peribant iterum, quoniam neminis ea erat curiositas, ut de antiquo horum usu cogitaret aliquid. Ex quo autem hoc seculo coeperunt ingenia inter nos politiora exemplo exterorum aliquid remotioris ævi examinare, & agricolas de talibus interrogare propositoque præmio aliud post aliud obtinere, nunc identidem incipiunt talia comparere & e sepulchris quasi resurgere suis. Ego sane meo exemplo complures ad talium collectionem excitavi, & excito hodienum, unde nec tam frequenter mihi nunc offeruntur talia, quam antea, quoniam pluribus expetuntur manibus, quam meis, id quod mihi volupe est videre, cum alios obtinere audiam, quod me tamen effugisset, & apud illos eundem talium habere usum potero, ac si mea essent, quæ sola est utilitas, quam mihi quæro, ut patriæ aliquo aliquando modo, si vixerim, inservire possim iis in rebus, quibus alii alibi se suis probarunt. Hi colles seu monticuli non omnes sunt ejusdem figuræ: Alii longi sunt, & non adeo alti, saxis tamen prægrandibus circumsepti, & magnarum familiarum fuisse sepulchra credo, in hunc finem non adeo educta in altitudinem, ut commodius urna post urnam, prout serius moriebatur quilibet, insereretur, quod infiniti laboris fuisset in excelsis illis & elatioribus, nec sine damno aliarum, quæ ibidem stabant antea, urnarum. Ideo autem & hæc saxis circummuniebant sepulchra, ut ab aratris tuta forent, quæ alias mediocrem illam molem scanderent facile & agris adæquarent. In talibus tamen plerumque ad orientem olim stetit ara, loco quidem parum editiori, quales aliquot hic & alibi adhuc cernuntur integra, aliæ autem ex adjacentibus & loco suo deturbatis lapidibus olim ibi stetisse certo creduntur. Alii ex hisce collibus, sed minores amplitudine, quamvis situ & cespite subrectiores, non nisi altaribus conspiciendam undiquaque dederunt stationem, ut vel stantes ibidem adhuc testantur aræ lapideæ, vel lapides decidui, qui tamen juxta se jacentes facile intelligentibus monstrant, cui usui inservierunt olim. Et talibus in locis nemo facile frustra quærat vepreta, virgulta & senticeta, quæ solent semper ex arborum excisarum radicibus, quæ ibi olim ad cultum & venerationem stabant, etiam per secula aliquot prorumpere, unde & ex talibus, ubi occurrunt, conjiciunt in agris illis & campis densas olim stetisse silvas, quamvis nemini nec vidisse, nec de talibus aliquid audivisse contigerit unquam. Juxta aras autem tales fuisse ex more antiquorum cultas semper & eductas arbores. Qui magni sunt & in egregiam rotunditatem educti colles vel Regii aut Principalis alicujus viri seu fœminæ solius fuerunt monumenta & sepulchra, quod satis dignoscitur ab armis & aliis instrumentis ibidem inventis, cujus generis GORMONIS *Regis* & THYRA *Reginæ* sunt apud Jellingenses, & innumeri hac in nostra Fionia tales alii, partim nominibus heroum adhuc insigniti, uti *collis* PALNONIS hic prope Otthiniam, qui PALNO TOXE Fioniæ Princeps HARALDUM BLAATANDUM primum Christianæ religionis introductorem interfecerat, aut *collis* BALDERI in Sællandia & alia talia, quorum nomina si adhuc examinarentur sollicitius, haud pauca etiamnum de talibus ibi sepultis heroibus nobis innotescerent. Aut ingenti virorum numero in prælio simul quodam cæsorum sunt conditoria, quod nemo negaverit facile, qui observavit unquam tales colliculos urnis adeo repletos, stratis scilicet supra strata dispositis, ut nemo sanæ mentis cogitaret, singulatim has insertas fuisse, quod impossibile fuisset, sed omnes insimul tanto numero, eoque ordine dispositas, ut infima & media pars talium tumulorum ferme e meris urnis interjecta terra, seu argilla stabilitis & adunatis constare videantur. Nec in talibus huc usque collibus aliquid singularis fuisse deprehensum constat mihi, præter urnas, quæ utpote argillaceæ & admodum fragilis substantiæ partim non nisi frustatim eximi ulla potuerunt opera, partim ubi bituminosior argilla fuit, in cineream solutæ terram cum reliquo colliculi corpore & substantia, quasi concretæ integræ avelli & separari nequiverunt. Qui autem ex hisce tumulis uni soli heroi vel principi sunt facti, præter urnam habent varia instrumenta tam bellica, quam domestica; sunt-que hæc vel metallica, vel lapidea. Quæ metallica sunt, non sunt ferrea, rarissima quædam aurea, sed minuti semper valoris; de argenteis talibus nihil ego audivi unquam. Ænea autem sunt ut plurimum, & semper ex ære flavo, & tali quidem, ut peritissimos etiam aurifabros & docimastas dubios faciat, anne aliquid æri fuerit admixtum auri. E talibus per paucos illos, quos hoc in studio contrivi annos, haud pauca congessi, & alia jam quotidie ab aliis conquiri video. Ubique autem, ubi de talibus percunctor, dicunt, & plurima talia se invenisse & sæpe tanquam res nullius usus, aut ibidem reliquisse, aut domum delata in alios usus convertisse aut alio demum modo perdidisse. Sunt autem, quæ mihi contigerunt, *pugiones*, *cultri*, *calcaria*, *hastarum armamenta*, *sagittæ*, *catenæ cum appensis quibusdam rebus*, in quarum usum alibi inquiramus sollicitius, *armillæ*, *annuli*, *volsellæ* & alia quam plurima tam noti quam ignoti usus, quorum tamen aliquot hic exhibeo figuras (*) propediem augendas. Ex lapideis rebus antiquis, quas è talibus tumulis hactenus eruere potui, pugiones habeo ejus profecto artificii, quod in silice hodie vix credam posse à nobis institui, cultros majores & mino-

Eorum diversitas.

Indicia sepulcrorum magnarum familiarum.

Colles alii depressi quidem non tamen adeo ampli.

Alii rotundi principum & illustrium virorum censentur.

Alii multitudinis cæsæ.

Instrumenta varia ibi reperiunda.

Præcipua in Tabula ænea exhibita.

(*) Vide WORMII *Monumenta*, ARNKIELII & CHRIST. DETL. RHODII *Religion. & Antiquitates Cimbr.* cet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

omnes ac singulos elegantissimis versibus describere voluerit nitidissimus Poeta ac Anagrammaticus ingeniosissimus *Mautnerus* in suo hac de re A. 1636. in lucem emisso *Lyceo Rostochiensi Anagrammatico:* quem secutus *Johannes Bernhardus Zinzerlingius*, Jur. D. & Eloqu. Prof. P. qui tamen *Rectorum Academiæ Rostoch.* saltem *Seriem ab ipsis Incunabulis ad suam usque ætatem* sub Tit: *Fasti Rectorales Laciburgici*, collegit, ac 1668. edidit; cujus insistens vestigiis hodie adhuc per DEI gratiam (utinam diu!) in dicta urbe & Academia vivens celebris Theologus & Superint. D. *Joh. Nicol. Quistorpius*, An. cIↃIↃcc. Rector Academiæ Magnificus, in *solenni Programmate, in Festo Natalit.* affixo, *una cum Rectorum Catalogo, potiora etiam decurrentis Seculi XVII. Memorabilia Academiæ Varniacæ ex Matricula juxta seriem Rectorum, quæque sub cujuscunque regimine in illa isto Seculo acciderunt*, enarravit: quorum tandem (quoad *Syllabum Literatorum cum vitis Præcipuorum qui in Academia illa Anno 1698. & 1699. vixere*) agmen clausit Senior tunc non Facultatis solum, sed & totius Academiæ, Venerandus Theologus *D. Andreas Daniel Habichhorstius* in edito suo eod. anno 1700. *Rostochio* sic dicto *Literato:* Horum omnium Prælaudatorum Virorum exemplis inductus etiam Parens meus b. m. primum de Academia Roztochiensi Historiam conscribere secum est meditatus. Hunc itaque scribendi ardorem II. qu. inflavit innatus B. Viri erga Academiam adductam Roztochianam amor plane singularis, non ideo solum, quod in quintum usque annum ab anno 1665. ad A. 1669. Academiæ hujus Alumnus exstitisset industrius; sed ideo etiam potissimum, quia *Familia* inprimis nostra *Bacmeisteriana*, in illa Urbe ac Academia primum quasi orbi innotuerit, ac continua serie per CXXIV. annos, in omnibus fere ut vocant, Facultatibus (Juridicam si excipias) fideliter docuerat, floruerat. Tandem & III. ad hanc quam nunc edo, Historiam conficiendam B. mei Genitoris animum magis ac magis accensit Patruus suus dum viveret, charissimus, unicus adhuc ex diu ibi florente Bacmeisteriana nostra stirpe relictus ramulus sat alias fructuosus, *Johannes Bacmeisterus*, Med. D. & Prof. Duc. Acad. laudatæ Roztochiensis Ordin. suo tempore longe celeberrimus; Ejus namque potissimum instinctu, procuratis ex Academiæ illius Archivo, alibique, subsidiis non minimis, instructus Parens meus desideratissimus, primam huic Operi Historico manum admovere incepit jam ante XXX. annos, A. sc. 1680. quo ego in hanc lucem primum ingressus sum; cujus vero animus tunc non erat tam diffusam, prouti nunc prodit, conscribere Historiam, sed ampliare saltim aliqualiter, ac ad annum cIↃIↃclxxxiii. continuare voluit *B. Zinzerlingii Catalogum Rectorum Acad. Rostoch.* & Rubricam quidem Historiæ suæ si prodiisset, fecerat sequentem: *Historia Academiæ* ROZTOCHIENSIS *Rectorum, cæterorumque in ea illustrium ac præclarorum Virorum, inprimis vero Theologorum, Jctorum, Medicorum ac Philosophorum ab ipsis incunabulis ad Annum* cIↃIↃclxxxiii. *juxta seriem Rectorum producta, collecta ac promulgata a quodam Academiæ Alumno, cui est Seniorum Benedictio Optima Hæreditas;* sub hoc enim Symbolo Onomastico tunc occultare volebat *Sebastianus Bacmeisterus, Ottendorpio-Hadelensis*, Pater meus jam b. Verum hic Pater morte prælaudati Patrui sui, quæ incidit in annum 1686. interruptus fuit, & vel plane cum eo quoque sepultus mansisset, nisi continuato nec intermisso Amicorum multorum vel hortatu vel instinctu iterum inductus, lucubrationes illas historicas denuo continuasset Pater meus desideratissimus; produxit autem tunc Opus illud ad Annum usque cIↃIↃcxc, &, si vel Bibliopola vel alius quispiam tunc adfuisset, qui sumptus ad imprimendum necessarios suppeditasset, Literatis innotuisset sub hoc Titulo: FASTI RECTORALES LACIBURGICI, h. e. *Series continua quorumcunque Magnificentissimorum atque Magnificorum Rectorum Academiæ Rostochiensis, ab ipsis incunabulis ad annum cIↃIↃcxc. producta, variisque rebus historicis, non solum Rectores, sed & ipsam Academiam, aliosque in ea illustres & claros viros concernentibus, ita illustrata, ut instar* SYNOPSEOS HISTORIÆ ACADEMIÆ ROTZTOCHIANÆ *esse possit, collectore Sebastiano Bacmeistero:* sed hujus etiam tunc sudores historici, uti priores, iterum irriti fuere producti, & ut tunc quidem videbatur, incassum elaborati. Equidem spe plane decidebat Pater meus sancta memoria æternum a me prosequendus, fore, ut unquam amplius edere posset tam diu quidem, sed frustra hactenus conscriptam Historiam Rotztochianam. Verum enim vero nec tunc seponere potuit hunc laborem, nam urserunt quotidie maturaruntque illius editionem viri undiquaque excellentissimi Reique Literariæ studiosissimi, *Stolterfothius, a Mellen & Lindenbergius*, quorum Primus jam Reipubl. Patriæ Lubicensis Poliater est experientissimus; reliqui duo hodie ibidem ad D. Mariæ & S. Jacobum Pastores sunt, Consistoriique Ecclesiastici Adsessores gravissimi, meritissimi, omnes Agnati ac Fautores mei perquam honorandi. Et *Mellenius* inprimis, ut est Vir multijugæ eruditionis, Historiæque Literariæ jam inde a Puero Fautor atque Excultor plane singularis, B. meo Parenti Auctor fuit suasorque, ut non tam brevem & synopticam, ut alii, sed pleniorem, sed integram pauloque diffusam componeret Academiæ Rotztochiensis Historiam, quæ causa prima fuit & unica, ut in eam, quam nunc vides L. B. conflata sit formam. Labor itaque hic certe non minimus, hic conatus Paternus ut credo, non contemnendus, postquam ex *Novis Literariis maris Balthici & Septentrionis* (quorum Collectores tunc erant Triga illa Virorum celebratissimorum paulo ante nominata *Stolterfothus* sc. *Mellenius* ac *Lindenbergius*) Literatis ubique innotuisset, multi hinc inde humanitatis & benevolentiæ plenas literas cum consideratis quibusdam Biographiis transmiserunt, quorum e numero fuere *Johannes Rudolphus Brehmius*, Gymnasii Revalensis Professor famosissimus, *Johannes Jacobus Döbelius*, Ducatus Scaniæ Medicus Provincialis felicissimus, (qui inprimis multa, eaque vel Facultatis Medica

2) Amor erga Acad. Roztochiens. ob stirpem suam ibi præcipue florentem.

3) Patrui cura in promovendo hoc scripto & subsidiorum suppeditatio.

Operis progressus.

Medicæ Hiſtoriam potiſſimum exornantia, e cel. Parentis Scriniis ultro ac lubens communicavit) nec non Theologus dum viveret famigeratiſſimus, admirandæ inprimis in Lingua Sancta ſcientiæ, *Joh. Chriſtophorus Meelführerus*, S. Th. Lic. Paſtor Primarius & Dioeceſ. Svobacenſis Decanus ſumme venerandus, qui multorum etiam e creatis ibi in Theologia Doctoribus, vitas transmiſit. Hunc Virum, (ut & alia quoque inſpergam) cum juſſu ipſius ex ultimis ad B. Parentem die 21. Nov. 1703. datis (ubi inter alia: *Salutem officioſiſſimam Dn. Filio, ubi ubi fuerit* (eram autem tunc ſtudiorum cauſa Lipſiæ) *adſcribo. Si has terras peragrabit, me habeat Hoſpitem*) ante quinquennium fere menſe Octobr. Jena hinc in Sveviam nunc noſtram tendens, inviſere ac coram ſalutare volebam, eum proh! jam jam in mortis fere faucibus hærere, ex paternarum virtutum exactiſſimo æmulo vicariasque tunc Patri optimo operas navante Filio digniſſimo ſummo cum cordolio inaudivi, a quo tamen humaniſſime fui exceptus, meque non ſolum in Magni Dn. Parentis ſuæ Muſæum, inſtructiſſima Librorum ſupellectile ubique exornatum, introduxit, ſed & inter cæteros, *XL. integros ſpiſſos Tomos in quarto*, ut vocant, *Diſputationes Theologicas inaugurales omnes, quotquot jam inde a Tempore Reformationis ad ſuam uſque ætatem in Academiis omnibus ſic dictis Lutheranis, per totam Germaniam habitæ ſunt, in ſe continentes*, quasque Parens ipſius jam laudatus ſummo ſtudio hinc inde ad edendum, niſi morte præventus, collegerat, coram videndos obtulit: ſimulac etiam (niſi me omnia fallunt) *VI. magnos in Folio Tomos MSStos* mihi evolvendum tradidit, *Literas ſc. Theologorum veterum celebratiſſimorum ad Avum & Proavum ſuum* MEELFÜHREROS *ſuperioribus ævis de variis rarisque materiis, Theologicis inprimis, Philologicis atque Hiſtoricis olim miſſas:* quæ cum non parum utilitatis & Lucis Eccleſiaſticæ, Seculorumque præterlapſorum Hiſtoriæ afferent, ita Maxime Reverendum Dn. Licent. *Meelführerum* Fautorem atque Amicum ut certiſſimum, ita etiam æſtumatiſſimum, publice nunc quam humaniſſime compello, urgeo, & ſi licet, amice vellico, velit *tantorum Cimeliorum* ex Patre nunc factus Hæres ex aſſe merentiſſimus, non ſolum mihi, ſed univerſæ potius Rei Literariæ Theſaurum hunc inæſtimabilem, nec diu amplius, ne dum plane, invidere, & ut ego nunc mei, ſic & ille Parentis ſui defuncti in edendis Diſputationum Voluminibus adjectisque Literis recenſitis, tandem quoque expleat promiſſa. Sed redeo ad Hiſtoriam Parentis præſentem. Is, cum me anno 1699. menſe Junio primum in bonarum Artium Mercatum Academiam, (quam præſens Opus copioſius deſcripſit) Rotztochianam adduceret, coram quoque tunc acceſſit *Seculi noſtri Lutherum, incomparabilem Dn. D. Fechtium*, non ſolum, ut ille me ipſi (qui juſſu tum Parentum meorum ſtudio Theologico incumbere inciperem, cui vel ſtudio per triennium me inſudaſſe, dicere non pudet, cum & multos ante me, ſe ſtudium Theologicum cum Jurisprudentia aut Medicina commutaſſe nunquam poenituit, ſi inprimis interno quodam *inſtinctu*, quam *internam Spiritus S. vocationem* vocant Theologi, ut ego à puero ad Medicinam, ad aliud ſtudium ducantur) de meliori commendaret, ſed etiam, ut de incepta ſua Hiſtoria cum nunquam ſatis laudando Viro (qui Phoeniceam iterum accipiat ætatem) ſermones quoque conferret. Et valdopere ille etiam approbavit inſtitutum hoc Parentis noſtri cum collega ſuo nunc b. Theologo Seniore *Habichhorſtio*, qui ambo in transmittendis multis adhuc deſideratis Biographiis, nec non communicatis Quaternionibus aliquibus Hiſtoriæ, doctiſſimis ſuis ac neceſſariis Animadverſionibus illuſtratis, Symbolum ſuum largiter etiam contulerunt. Fecit hoc Conſultiſſimus dum viveret, Jctus *D. Johannes Sibrandus*, qui Promotos omnes una cum Decanis ex Facultatis Juridicæ Matricula exſcripſit. Fecit hoc Magnificus t. t. Academiæ Rector, Experientiſſimus Medicus Ducalis & Archiater, hodieque ſuæ Facultatis Senior, *D. Joh. Erneſtus Schaperus*, (quo Rectore & ego die 12 Junii anni 1699. in numerum ſtudioſorum relatus ſum) & Rectorum Catalogum ab anno 1675. ad finem Rectoratus ſui cum inſcriptorum numero benivole tranſcripſit. Fecit hoc Excellentiſſimus item Medicus Ducalis *Georgius Dethardingus*, qui & Decanorum & Promotorum in Medicina nomina e dicta Matricula communicavit. Fecit denique idem benivolentiæ ac humanitatis ſummæ officium, Profundiſſimus hodie Theologus Senatorius, Summe Reverendus Dn. *D. Grapius*, qui & ipſe ex omnium antiquiſſima hinc que etiam Spiſſiora Matricula Philoſophica, & Decanorum & candidatorum (à tempore ſc. Reformationis ad annum uſque 1700) omnium nomina fideliſſime transmiſit, quibus omnibus & ſingulis publice (etiam defunctis) propterea quas poſſum maximas perſolvo grates. Quid autem de meditato hoc opere conſcriptaque Hiſtoria præſenti B. Parentis, jam olim ſenſerit Magni nominis Theologus, ſtupendæque ſcientiæ Vir, Dn. *D. Fechtius*, cognoſces ipſe L. B. ex propriis ad Parentem meum p. m. die XVI. Nov. A. 1699. datis literis, quas integras hic appono. D. Fechtii literæ.

„Vir „Perquam Reverende & Præclariſſime, Dn. & in „Chriſto Frater pl. colende. Duas à Te accepi „Epiſtolas mihi longe gratiſſimas, inprimis cum „ex iisdem & à Filio, tuarum virtutum æmulo, „perſeverare Te in laudatiſſimo inſtituto, Hi„ſtoriam hujus Academiæ concinnandi, ſumma „cum voluptate cognoverim. Quod enim „nobis univerſis, qui in hac Academia docemus, „denegatum eſt, id ſingularis beneficii loco re„putare debemus, Tibi uni conceſſum eſſe, ut „quo ordine olim docuerint hujus Academiæ „noſtræ Profeſſores, quidque memoria dignum „in eadem ab Ejus exordio ad hanc uſque æta„tem contigerit, Te ſcriptore cognoſcamus. „Quo ipſo tantam equidem à nobis inibis gra„tiam, quanta unquam maxima eſſe poteſt nos„que in id pariter omni modo laborabimus ut „& Tui nominis memoria ſancta nobis perpetuo „ſit & ad poſteros prædicanda. - - - DEUS „vero vires Tibi ad opus hoc pulcherrimum „ſufficiat, & Te Tuamque Familiam majori „ſemper

„ſemper felicitate faciat efflorescere. Vale „optime.

Admodum Rev. Nom. T. ingenuus Cultor Joh. Fecht. D.

Est & alia ejusdem Viri Epistola ad B. etiam Genitorem meum die 14. Nov. A. 1700. missa, ex qua sequentia hic exscripta infero. „Legi Hi„storiam Tuam, quæ mihi equidem eximie pla„cet. Consignavi tamen nonnulla, quæ vel ad„denda esse existimo vel mutanda. In quibus „si obsequendum esse putaveris, mihi quæso Te, „id significa. Faciam enim ego, ut monumen„ta ad id necessaria, Tibi aut certe Filio tuo ad „describendum communicentur. Cæterum de„nuo Te rogo, hoc Opus, nostræ Academiæ tam „honorificum futurum, & ob quod omnes Tibi „maximopere obstricti sumus, urge quantum „potes, ut prodeat. Homines enim sumus & faci„le sequius quidquam contingere nobis potest. „Ita optime de nobis promerebere, & nomen „tuum æternitatis apud nos albo inscribetur. &c. Sed sufficiat summi hujus Viri hac in re adducta vel confirmata approbatio, aut si mavis judiciosa laudatio, cujus vel solum doctissimum Testimonium magis æstimandum, quam centum aliorum contradictiones, non nisi inutiles locustarum susurros. Non enim dubito, adfuturos esse qui Lucubrationes has Parentis Posthumas sint reprehensuri, (prout nemo usque huc quamvis doctissimus fuerit, qui Sycophantarum effugere potuit Zoilorumque calumnias; fieri enim aliter non potest, ut in recte factis quis effugiat invidiam, nisi pariter & virtutis lumen effugit: nam ex sententia eloquentissimi coss. Romanorum

Fumus ut excussos semper Comes exit ad ignes,
Æmula virtuti sic Comes invidia est.

Zoilorum iniuriæ negligendæ.

Illi enim ut Comicus loquitur, *nihil rectum* (doctum) *nisi quod ipsorum moribus* (scribendi genio) *conveniat, esse putantes*, laborem præsentem omnesque reliquos Biographiæ Scriptores tanquam inutiles, pueriles & Scholasticas cogitationes qv. aniles fabulas ne quidem typis dignas, parum aut nihil æstimant vel penitus derident. Ego vero de Tuo LECTOR BENEVOLE judicio æquo ac favore securus, ejusmodi innocuos morsus derideo potius quam metuo, neque fastuosos illos vel malevolos curo, qui solis sibi sapiunt, neque mordicantem crenam eorum, qui cavillandi animo adlata levissima quæque Auctorum errata, vel citra errorem etiam proposita, ut per alienæ famæ contemptum suæ magnitudinis faciant opinionem, cum sarcasmo orbi exhibere satagunt, non tam animum attendentes quam verba; ut recte pronunciat Medicorum experientissimus, *Wedelius*. Nec curo etiam talia Eruditorum insecta, qui stercoreis suis calumniis Doctorum scripta conspurcant, ut maxime cum sciam, ejusmodi calumniatores esse plerumque tales, qui nunquam manus ad calamum admoverint, *neque morum ingeniique sui hominibus chirographum dederint*, ut *Seneca* loquitur, sed potius cum Noctuis aut Vespertilionibus nil nisi noctu nocent, lucem e contra non videntes timent, neque vel Patriæ, neque Parentibus, neque Amicis, sed sibi solum se natos esse existimant, & si vel aliquam in communem utilitatem sibi in re quapiam accumularunt scientiam, aut soli gloriantur, aut ex invidia alteri denegant. Ignorant autem stolidi illi Zoili, *quam late pateat Antiquitatis notitia ut personarum, locorum, temporum negotiorum, eam* namque, *quam sit necessaria ad eruditionem solidam*, judice ipso etiam Cl. *Heidmanno, tantum intelligunt Eruditiores*. Et *quis sane ingenio ad masculam vim erecto non desideret, præter ea quæ rerum nostrarum qv. oculis exposita sunt, vetusta etiam quæque Majorum scire, sive prospera sive adversa fuerint? delectat utique permultum etiam horum cognitio, atque adeo vel sola illa quæ hinc capitur suavis voluptas, idonea est, quemvis ad hanc operam allicere. Agere vero hoc ipsum & pietas quædam jubet, quam Majoribus debemus posigeniti, ut nempe quoad licet, memoriam illorum ab oblivione vindicemus, & præclare gesta grato semper animo circumferamus*, recte statuit Vir ad miraculum doctus, *Hermannus* ille *Conringius*. Apage ergo tales Sycophantas ac Zoilos, vel vulpeculæ & ignavis canibus popinariis similes, qui cum domi pelles, ac bestiarum villos villant, sub dio coeloque patente non longe quidem aspicere ausint. Et quid quæso *detrahentes faciunt aliud? nisi quod in pulverem sufflant, atque in oculos suos terram excitent, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant*, ut è re sentit ipse *Canonista*. Hinc ego nihil tam facile aliquid contemnere aut plane aspernari cum cel. *Bartholino*, etiam svaderem, nam *ubi vel minime expectes, succus salutaris ex saxo cautibusque extillat, quo sitim sedes, & bonarum observationum desiderium lenias. Nihil temere negligendum. Nullus liber tam abjectus est, & à titulo suo alienus, quin etiam furtivo oculo inspectus, non nihil prodesse possit.* Et laudanda sunt verba S. *Hieronymi: Operis*, inquit, *ac studii mei est, multos legere, ut ex plurimis diversis carpam flores, non tam omnia probaturus, quam quæ bona sunt, electurus.* Quod autem supra in literis vel præsagiit vel timuit consummatissimus ille Theologus *Fechtius*, idem quoque evenit B. meo Parenti: Nam vel potiorum Dnn. in Academia Rotztoch. Professorum, creatorum item Doctorum ac Magistrorum anxius adhuc indagatæ Biographiæ, vel muneris sui Sacri gravitas, laborumque in illo nimia accumulatio, vel denique valetudo ipsius semper dubia (qua ultimo biennio sensim sensimque emaciata utebatur) cursum suum scribendi quam sæpissime sufflaminarunt: tamen absolvisset tandem hoc opus feliciter, nisi mors insecuta ipsius placida & beata, qua vitæ qua scribendi etiam filum anno CIↃIↃCCIV. die 14. Maji ipsi quoque proh! abrupisset, ita ut mancum, imperfectum ac plane impolitum opus mihi reliquerit Pater meus desideratissimus. Quanquam enim Liber Primus totus jam erat conscriptus, multa tamen adhuc deerant in eo plane immutanda, plura emendanda, plurima autem singulis fere capitibus, inprimis quoad Documenta, inferenda. Dividi autem opus hoc posthumum B. Parentis in duas non solum Partes vel si mavis, Libros, sed ad majorem dilucidationem singulis

Operis remoratio.

Editoris cura & institutum.

gulis etiam Capitibus suas Epitomes, quas *Summaria* dicimus, præmisi, ut quid in unquoque capite contineatur, eo magis appareat, ac vel uno qu. intuitu videri possit. *Liber* autem *Secundus* eo difficiliorem mihi creavit absolutionem, quo imperfectiorem illum e B. Parentis manibus accepi: *Caput* namque I. *de Rectoribus* quidem erat conscriptum, sed nondum revisum, nondum expolitum; hinc illud non secundum Secula solum & Paragraphos distinguere, & singulis Rectoribus à Defuncto jam collectum numerum Inscriptorum Studiosorum adjicere; sed & multorum insuper Illustrissimorum, Generosorum ac Præclarorum Virorum inscriptorum Biographiis, nec non variis ac diversis Historiarum monumentis vel augere vel illustrare placuit. In Cap. II. parum vel nihil addidi præter auctores, qui de Immunitatibus Literatorum ex proposito egere. In Cap. autem III. singulis fere Professorum Vitis multa adhuc inserui, inprimis *Professores à Fundatione Academiæ ad Reformationis Tempora per Lutherum in universa fere Europa introducta, quantum quidem unquam de iis in Catalogo Rectorum vel alibi invenire potui, justo ordine recensui ac descripsi*, & quos etiam omiserat B. Vir, *Latinæ Linguæ Professores & Regentiales* simul adposui. *In Cap. IV. de Ministris Verbi Divini in Ecclesia & Urbe Rotztochio à tempore Reformationis*; ad Tempora usque Transactionis ut vocant, inter Senatum Urbis & Principes de Recipiendo in Ministerium a. 1573. Gustrovii initæ, tantum pervenerat; reliqua & ego quoque adjeci. Cap. VI. quoad pauca, quæ inserui, intactum reliqui, & Capite VII. vix quoad dimidiam partem promotorum in Theologia, vel Baccalaurei, vel Licentiatus, aut etiam Doctoratus gradu, conscriptum, adjectis cæteris, in Jure etiam, Medicina & Philosophia creatis, ego quoque absolvi, sed sequentia V. VIII. IX. X. & XI. Capita ipse solus, quantum potui conscripsi; sicque Libro non solum huic, sed & simul toti de Academia Rotztochiana Historiæ B. Parentis posthumæ, finem nunc quoque feliciter imposui. Hæc non ideo recenseo, ut vel locum exinde inter Rei Literariæ Propagatores accipere, aut à quoquam Literato adoream quandam indipisci adopiner; sed potius ut si quid in illis vel male adductum, vel plane falsum fuerit inventum, non Beatis Manibus, sed mihi potius id adscribatur. Non enim tam adverso genio sum natus, ut persvasissimum mihi sit, omnia illa recte se habere, & nihil omnino in illis esse falsum, quæ vel typis excuduntur vel jam fuerunt excusa, quod in stolido quodam Sacrificulo non immerito reprehendit Canariensis ille Episcopus *Melchior Canus L. L. Theol. XI. c. VI.* Sicuti enim in tantis remotæ antiquitatis tenebris facilem esse lapsum, neminem Eruditorum fugit, ita *omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis est quam mortalitatis*, prout dextre jam dudum judicavit justissimus Imperator *Justinianus Const. Tanta: §. 14. Si quid autem c. de Jur. vet. enucl.* In tempore præsertim & nominibus, etiam qui bona fide scribunt, & quam possunt adhibent diligentiam, potissimum errare possunt homines, quorum è numero nemo se quoque qui homo est, excludere potest cum Incomparabili alias Historico inexhaustæque scientiæ Viro, Illustri Dn. à *Seckendorf. Histor. Luther. Lib. I. §. 153. Addit. I.* Ego tamen inprimis, qui memet omnium optume nosco, meamque in diffusissima hac scientia historica, curtamque in ea, (ut ita loquar) supellectilem quam facile agnosco, quotidieque dimentior, laborem hunc viro longe politiori ac me doctiori absolvendum & edendum reliquissem, nisi vel mandatum agonizantis Parentis mei, ejusque jam dudum publice datis promissis jam tandem hac quoque in re obtemperandum & satisfaciendum fuisset. Accedit his multorum per totum orbem literarium jam dudum celebratissimorum virorum desideria, aut si mavis, jussa, Celebratissimi inprimis & nunquam satis laudandi Theologi Rotztochiensis Dn. D. *Fechtii, D. Georgii Henrici Götzii*, Lubicensium hodie Præsulis gravissimi, D. *Ittigii*, (magno nuper cum totius Ecclesiæ Lutheranæ ac Historiæ Ecclesiasticæ detrimento proh! extincti) Venerandi Senis & Theologi Præstantissimi Dn. D. *Rechenbergii*, JCtorum Consultissimi, atque in omni scientiarum genere ad amussim doctissimi Dn. *Thomasii*, (quem bis hac de re tum Lipsiæ coram vidi & compellavi, scriptamque hanc Parentis Historiam Ipse legit & approbavit) virique etiam ἱστορικώτατος Dn. *Ludolphi*, aliorumque. Quid autem jam olim ad me ea de re die quidem 24. Sept. anni 1706. perscripserit Magnus Helmstadiensium Theologus *Johannes Andreas Schmidius*, ipse lege L. B. ex literis Ejus excerpta. Sic autem ille: „Vir Clarissime, Dn. Fautor atque „Amice æstumatissime. Rem gratissimam mihi „fecisti, quando Historiæ Academiæ Rostochien„sis delineationem in literis Tuis exhibere Tibi „placuit. Tot ac tanta in ea occurrunt, quot & „quanta sub illo Titulo non quæsivissem. Hinc „Suasor essem, ut Titulus talis: *Historia Eccle„siæ & Academiæ Rostochiensis*: vel *Antiquita„tes Rostochienses*: constitueretur, salvo tamen „Tuo judicio, cui omnia scripti contenta peni„tus nota sunt. Doleo ex animo Bibliopolam „huic deesse operi, (idem quoque de *Bielkio* tunc suo antequam in Ejus hospitium ac convivium lautissimum accederem, mihi per literas Jenæ die 3. Febr. 1706. datas, conquestus est Seculi nostri Machaon, Per - Illustris *Dn. Georg. Wolffgang. Wedelius*, cui DEus pro fidelissima sua mihi in studio Medico, Chimico præsertim & Praxi, exhibita opera, Nestoreos concedat annos Aquilæque senectam!) quod dignissimum „judicabunt omnes, ut lucem publicam videat. „Sed ita sunt illorum hominum mores compara„ti, ut præter lucrum præsentissimum nihil æstu„ment. &c. Ursit idem jam dudum in binis ad me, altera quidem Lipsiam, altera viro Jenam perscriptis Epistolis, supra laudatus Ducatus Scaniæ Provincialis Medicus Celeb. Dn. *D. Doebelius*, (cujus fidelissimam ac promptissimam in transmittendis multorum Biographiis mihi præstitam operam publice hic iterum repeto ac celebro) in prioribus enim die 4. Julii anno quo supra Malmogiæ datis; *ut Rostochium illud Literatum*

Nævorum excusatio.

Rationes edendi.

Impr. desideria eruditorum.

ratum felici partu tandem aliquando prodeat, iterato contendit; in posterioribus autem die 16. Martii ejus anni 1706. scriptis; *ut Rostochium illud Literatum Literatis tandem aliquando innotescat, cum multis exoptat impensissime.* Tandem & eadem à me per literas suas humanissimas ad me superiori anno transmissas expoposcit Vir admodum laboriosissimus ac Theologus certe profundissimus supra jam laudatus Dn. *D. Grapius*, Præceptor quondam nunc a. Patronus colendissimus. Ita enim incipit ille literas suas die 8. Febr. superiori anno ad me missas. Vel „Auro mihi cariores fuere literæ Tuæ svavissi„mæ, tum quia à Bacmeistero fuere, nomine cer„te mihi quam maxime venerabili; tum quia ab „Amico fuero, quem in pretio omnino habeo: „tum & quia quam plurima egregia ac jucunda „in se contineant, quibus animus haud parum „& recreatur & ædificatur. Pro aliis admodum „gratissimum hoc est, quod percipio, Te Labores „B. Parentis tui de Academia & Ecclesia nostra „collectos nunc luci publicæ velle sistere. Ma„xime laudabile certe institutum, quod Domi„nus prosperet atque secundet, & ad quod Bo„ni omnes, qui Bono publico favent, Te horta„buntur. Nemo enim ex iis, qui vel jam de „Academia & Ecclesia nostra scripserunt, vel „in posterum scribere intendunt, talem vel ha„buit vel habebit apparatum, qualem B. ille „Tuus Parens, ut persuasissimus sum, ineffabili „cum studio & quidem per totum ferme vitæ suæ „tempus, tum ex Actis, tum ex aliis monumen„tis collegit. Et ego Amice optime, Te hortor, „atque compello, ne egregium huncce Thesau„rum nobis diutius invideas, sed quam maxime „publice communices. &c. Hæc habeo, quæ de Parentis mei p. m. Historiæ hujus scribendi olim occasione, variis illius fatis, meaque tandem ejusdem susceptа nunc & absolutione & editione, copiosius quidem quam putaveram, Te admonere volui L. B. nihil de hodierno nunc Academiæ Rotztochiensis statu (qui vel plane immutatus ob novi Superintendentis Urbis *D. Joh. Nicolai Quistorpii* tandem constitutionem, *D. Sibrandi, Habichhorsti*, utriusque *Branstorsiorum*, &c. obitus. Illustris Dn *de Kleinen*, ex Academia in Aulam ad Cancellariatum, (qui & Regis Borussiæ consiliarius est intimus) discessum, & vel novorum in omnibus Facultatibus iterum substitutionem, inprimis Facultatem Theologicam nunc tandem plenarie iterum Professoribus secundum statuta, dotatam, Legem de Circularibus Disputationibus in posterum sedulo habendis, reductam, &c. (B. nostri Parentis Historiæ addere, nec eam ad annum nunc præsentem continuare volui, præsertim cum intra hoc decennium multa in Academia & Urbe acciderint, quæ ob venerationem Præceptorum olim meorum adhuc per DEI gratiam (ut credo) viventium, magis supprimi quam propalari velim, magis enim talia destruunt & desolant, quam ædificant, quam augent Ecclesiam & Academiam, quæque Theologo potissimum commendant, sunt *Pietas haud fucata, Religio pura, & Vita inculpata.* (Vid. I. Tjmoth. 3. v. 1-7. juncto Epist. ad Tit. Cap. 1. v. 7. 8. 9, cap. 2. v. 7. 8. cap. 3. v. 9. & 14.) Si cui autem hæc Scholia arrident, sequentur etiam mox sequentia, quæ prelis etiam jam dudum inhiarunt, quæque a vermium potissimum esca vix præservare amplius possum, scripta:

Continuationis intermissio.

Scripta alia ad prelum parata hucque facientia.

LUCÆ BACMEISTERI, Sen. Theologi Rotztoch. olim Primari ΠΟΜΝΗΜΑΤΑ, h. e. *Commentarii breves & succincti in omnes Prophetas tam Majores quam Minores*, (uno Daniele excepto) olim in Academia Rotztochiana studiosæ Juventuti publice propolita; blattis & tineis nunc tandem erepti, adjectisque quatuor Locupletissimis Indicibus editi ab Autoris Ab-Nepote.

Ejusdem ACTA ET COLLOQVIA HORNENSIA, ex vocatione Ordinum Austriacorum, consentiente Imperatore RUDOLPHO II. Anno CIↃIↃLXXX. in visitatione Ecclesiarum Austriacarum Hornæ susceptа, una cum totius B. Viri itineris propria & accurata descriptione.

Sebastiani Bacmeisteri, Symmistæ Travem. MARESCHALLUS REDIVIVUS, h. e. *Nicolai Mareschalli, Thurii*, JCti, Consiliarii olim Megapolensis ac Historici Rotztoch. celeberrimi; *Annales Herulorum ac Vandalorum Lib. VII.* revisi, emendati, & ad hodiernum usque Ducem Mecklenburg. continuati: cum adjectis denuo Tabulis Genealogicis, multisque aliis ad Historiam Megalopyrgensem necessariis scriptis, nec non rerum & verborum necessariis indicibus aucti, cura Auctoris Filio.

EPISTOLARUM, RESPONSIONUM & DECISIONUM de *Variis Rebus Ecclesiasticis Historicis ac quibusdam Politicis*; Lutheri, Philippi Melanchthonis, Joh. Brentii, Matthiæ Flacii, Illyr. Davidis Chytræi, Ægidii Hunnii, Lucæ Bacmeisteri, Patris & Filii, aliorumque præstantissimorum istius ævi tam Theologorum, quam Medicorum æque ac Philologorum celeberrimorum, LIBRI III. quorum I. continet *Epistolas Theologorum Medicorum ac Philologorum*; II. *Acta Theologica s. Controversias inter quosdam Theologos Seculo XVI. agitatas* proponit. Et III. *Consilia & Decisiones diversorum Theologorum* (Rotztochiensium inprimis) sistit. Omnia è MSptis fideliter eruta, cum adjectis indicibus, nunc primum edita.

Vale his LECTOR BENEVOLE, & reliqua, quæ jam recensuimus, si non plura, à me, Bono cum Deo, similiter expecta, conatibusque meis ac studiis, Rei Literariæ Incremento ac Commodo unice dicatis, ulterius fave. Conclusio. Scrib. in Academia TYBINGENSI. A. O. R. CIↃIↃCCX. IX Calend. Novembr.

INDEX SINGULORUM CAPITUM TOTIUS OPERIS.

LIBRI PRIMI CAPITA.

PROOMIUM SPECIALE.
De Antiquitate, Perpetuitate, Dignitate ac Necessitate Scholarum.

Cap. I. De Hospitio Academiæ Rotztocb. s. urbe Rotztoch.

Cap. II. De Conditoribus Academiæ Rotztocb. tempore Fundationis, Introductione ejusque Privilegiis.

Cap. III.

Cap. III. De variis mutationibus Acad. Rotztoch.
Cap. IV. De Reſtauratione Academiæ ejusque Confirmatione.
Cap. V. De ſtatu Academiæ Rotztoch. à tempore Confirmationis uſque ad præſens tempus.
Cap. VI. De Dote, Donationibus, aliisque reditibus Academiæ.
Cap. VII. De Legibus variisque Edictis Academiæ Rotztoch.
Cap. VIII. De Profeſſorum Academiæ numero, eorumque diſtinctione.
Cap. IX. De Rectoris cæterorumque Profeſſorum dignitate, immunitate ac jurisdictione.
Cap. X. De Rectoris electione, juramento, ambulatoria dignitate ejusque Aſſeſſore.
Cap. XI. De Ritibus, qui uſurpantur in Introductione Rectoris.
Cap. XII. De Fundatoribus, Ampliatoribus, Reſtauratoribus, Dotatoribus & Conſervatoribus Academiæ.
Cap. XIII. De Cancellariatu & Cancellariis Academiæ.

LIBRI SECVNDI CAPITA.

Cap. I. De Academiæ Membris eorumque immunitatibus.
Cap. II. De Honoribus Academicis ac ritibus in collatione illorum, inprimis in Acad. Roſtochienſi uſitatis.
Cap. III. De Regentiis ſeu veteri diſciplina Roſtoch.
Cap. IV. De ritu depoſitionis Roſtochii inprimis & alibi uſitato.
Cap. V. De Memorabilibus nonnullis quæ in urbe Roſtochienſi acciderunt.

HISTORIA ACADEMIÆ ROTZTOCHIENSIS.

Proœmium ſpeciale de Antiquitate, perpetuitate, dignitate ac neceſſitate Scholarum.

Omnem Rerumpubl. & Eccleſiarum fortunam in ſola juventutis educatione verti, cum, qui, ut omnia ſe bene haberent, & proſpere feliciterque cuncta caderent, animitus optarunt; tum quoque qui, ut cum Religione Respubl. intercideret, omniaque ad vaſtitatem vocarentur, machinati ſunt, probe intellixerunt, quod ſuo exemplo *Julianus* Apoſtata ac *Numa Pompilius* probant, ille enim, ut Religionem Chriſtianam aboleret, Scholarum uſum interdixit; hic ut fundatam urbem Romam, populariorem redderet, & certo quodam Deorum cultu aſtringeret, Palladium erexit. Commentaturi igitur de Schola univerſali Rotztochienſi, operæ pretium eſſe duximus, ut quædam *de antiquitate, perpetuitate, dignitate ac neceſſitate Scholarum* præmittamus, quippe cum materia notatu digniſſima, nec minutam huic Tractatui lucem adferat. Ut autem, ab ovo, quod dicitur, incipiamus, eſt *Schola vocabulum Græcum, denotans otium, & à negotiis feriationem, minime vero ſignificat ignaviam vel inertiam, ſed ceſſationem à rebus minus gratis, & nimis operoſis, ad jucundiorem contemplationem rerum in ludis literariis.* Et, ſi Etymologo credendum, Σχολὴ deſcendit ab inuſitato σχω, quod idem eſt ac ἔχω, habeo, poſſum. Ἔστι δὲ ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ ἠρεμα, ut porro inquit Etymologus, hoc eſt: Eſt vero σχολὴ adverbium loco ἠρέμα i. e. quiete. Hinc facile liquet, quid Schola, ſcilicet ut iterum Etymologus, ἐστὶ γὰρ ὁ τόπος ἐν ᾧ σχολάζουσι καὶ διατρίβουσι περὶ παιδείαν, οὐδὲ αὐλὴ ἡ ἐν, λόγοις ἐυμουσία καὶ διατριβὴ, ἀλλ' ἣν οἱ πόλλοι ἀκύρως καλοῦσιν εὐκαιρίαν. Τὸ δὲ ἐυκαιρεῖν, βάρβαρον. ἀντὶ δὲ τοῦ σχολὴν ἄγειν λέγουσιν Ἀττικοὶ σχολάζειν. h. e. non eſt locus, in quo ſunt otioſi, & tempus terunt in inſtitutione, neque iſta in ſermonibus muſicus lepor & converſatio, ſed quam multi absque autoritate vocant opportunitatem, verum ἐυκαιρεῖν barbarum, contra vero Scholam habere, dicunt Attici operam dare, ſive ſtudere. Breviter: *Schola eſt locus conventuum, in quo animi rudiores a cæteris rebus vacui, partim in artibus, partim in ſcientiis eruduntur in Gloriam DEI ac commodum Proximi.* Hæc originem habet ab ipſo *Deo*, hic enim *Autor Scholarum*, qui hominem primum conditum non eſt paſſus rudem & inertem more bruti animantis oberrare, ſed ipſum, ſimulatque factus eſt, rerum divinarum & humanarum ſcientia, ita liberaliter expolivit, & prolixe ornavit, ut ad Dei imaginem, & ſui Creatoris ſimulacrum feliciter effictus, & divinitus expreſſus videretur, ſicque a ſcientiæ gloria & animi viribus paratum atque inſtructum, in Paradiſo, quaſi pulcherrima Republ. collocavit ut civem omnis officii, quod vel DEo vel hominibus præſtandum eſſet, gnarum atque ſcientem. *Adamus* itaque *primus homo*, à Deo Rex, Pontifex & Pater familias inter poſteros ſuos conſtitutus, inſiſtens veſti ovis Creatoris ſui (*ſi Joſepho Antiquitatum Judaicarum ſcriptori* graviſſimo fides habenda) *ſcholam domeſticam aperuit*, in qua liberos ac nepotes ſuos non tantum de benedicto ſemine mulieris, ſed etiam in Ethicis, Aſtronomicis, & Phyſicis (quarum rerum notitia aliqua ipſi poſt lapſum remanſerat) informavit. De Eva omnium noſtrum prima Matre, etſi fabuloſe, tamen non abs re commentati ſunt homines, quod ut Magiſtra morumque formatrix ad cathedram conſederit, & pueriles ſuorum animos effinxerit. Norat quippe maxime pia omniumque viventium Mater Eva, in quo florentiſſimo quondam ante lapſum omnibusque numeris abſolutiſſimo ſtatu vixiſſet, inque quem miſerrimum, ſua ipſius culpa cum omnibus poſteris detruſa, hinc nihil prius nihil antiquius habebat, quam ut liberis DEI timorem, qui initium ſapientiæ, inculcaret. Quem autem liberi à Parentibus hauſerant informandi modum, hunc fideliter imprimis autem *Sethus* ſecutus, ſic enim de eo *Joſephus*: *Hic a Patre educatus, ubi eo ætatis venit, ut jam, quod rectum eſt, diſcernere valeret, Virtutis ſtudiis ſe totum dedit, &, cum ipſe vir optimus evaſiſſet, etiam Nepotes ſui ſimiles poſt ſe reliquit, qui, quoniam erant omnes bona indole præditi, & Patriam absque ſeditione incolebant, in perpetua exegerunt felicitate vitam, ſideralemque ſcientiam ac coeleſtium rerum cognitionem excogitarunt. Ne autem inventa ſua ex hominum dilaberentur notitia, & prius perirent, quam pernoſcerentur. ſcientes, Adamum univerſalem rerum præceciniſſe interitum, unum incendio, diluvio alterum, excitatis duabus columnis, utrique ſua inſcripſerunt inventa, ut, ſi lateritiam diluvio deleri contingeret, lapidea*

Scholæ definitio.

Author Scholarum Deus.

Schola domeſtica Adami.

Lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, &, quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. Hactenus *Josephus*. Quid de *Enos Sethi filio* dicemus? hic sane *nationalem Scholam seu incerta familia habuit*, nec futilia, sed sacra maxime docuit. Ita enim sacræ de eo testantur pandectæ: *Tunc h. e. tempore Enos coeptum prædicare Nomen Domini i. e. ministerio Enos late sparsa est* vera doctrina de promisso Semine, Ecclesiaque DEI amplificata est. Cumque per Cainicam multitudinem vera doctrina, verique obscurati essent cultus, hujus ministerio doctrinæ lux apud multos restituta, iterumque est accensa. Silentii conopæo involvimus *Enochum*, qui præ cæteris vitæ sanctimonia commendatur, quid hoc aliud est, quam quod homines in pietate erudierit? Vidit nimirum maxime pius ille Vir DEI, prudentissimusque *Enochus*, in publicis illis & solennibus congressibus non minus docentium quam discentium studia mutua æmulatione, quasi inflammari, & magno subinde fructu & foenore utrosque beari. Laudabile sane & maxime pium hoc fuisse *divi Enochi* institutum, nemo Christianorum negabit. Neque enim, quod invidi & malevoli plerique facere consueverunt) sibi tantum vivere, aut sapere voluit, sed, cum ipse esset vere pius & longe integerrimus, alios etiam tales esse aut certe quam maxime sibi similes voluit, &, ut essent, studio laboravit indefesso, quam ipsius pietatem & studium procul dubio DEUS hoc ipso remunerari voluit, quod vivum, præter reliquorum mortalium sortem & conditionem in sedes beatorum transtulerit. Et hoc studium informandi juventutem duravit inter Patriarchas ad *Noachum* usque, qui hoc per manum quasi suis posteris & secundo mundo tradidit. Quid vero putabimus, *Noachum in Archa*, in qua annum integrum desedit, nec amplius cum impio mundo litigandum fuit ipsi, aliud egisse, quam quod (postquam animalibus singulis pabulum suum præbuit) *cum filiis & nuribus exercitia habuerit sua Scholastica?* in quibus repetiit doctrinam de DEo, de ipsius operibus ac miraculis, de beneficiis ac poenis, de cursu syderum, de distributione temporis & mensium, de imbribus & serenitate, adeoque aliis rebus ad casum Diluvii quadrantibus. Unde enim tam exactam anni diluviani distributionem haberemus, nisi ipse omnia accuratissime annotasset? ita Scholarum juventutisque institutio etiam durante diluvio servata. Superato Catacliſmo, postquam ad *tempora Abrahami* perventum, ne dum Scholæ cessavere, sed potius pristinum suum accepisse vigorem, nitoremque constat, sic enim *DEus ipse de Abrahamo* diserte ait: *Scio quod præcepturus sit filiis suis & domui suæ post se, ut custodiant viam Domini & faciant judicium ac justitiam. Jacobus* quoque dum frater *Esavus* venandi studio in agris oberraret, & feras conficiendas indagaret, habitabat interim in tabernaculis h. e. domi apud *Isaacum* Patrem (qui & Episcopus & Doctor in sua extitit familia) studiis invigilavit. In quibus quantum profecerit quamque acuratissimus arcanorum naturæ indagator fuerit, vel sola ovium historia luculentum suppeditat testimonium. *Joseph* sine dubio præ coeteris & ingeniosus, & liberali excultus doctrina, & literatorum fautor singularis exstitit. Venimus ad *tempus exitus Israëlitarum ex Ægypto.* Bone DEUS! quantam ibi Scholarum publicarum reperimus messem. *Summus Moderator Olympi DEUS, a quo omne donum optimum & perfectum proficiscitur*, leges ex animo hominis nefario lapsu *Adæ* prope deperditas in lapidem Sacro sancto suo digito inscripsit, & populi sui supremo Magistratui in monte Sinai in manus tradidit, ut is suis civibus illas ediscendas proponeret, ut religionis cognitione & pietatis studio tota floreret respublica, quæ sane incomparabilis DEI erga genus humanum bonitas, & incredibile in disciplina renovanda studium. Et ne in hoc quidem acquievit divina bonitas, sed *Mosi* in Ægyptiorum sapientia imbuto & edocto dedit in mandatis, ut ad tabernaculum DEI certas quasdam *Sacerdotum ac Levitarum, constituret Classes*, non solum, ut pecudum mactatione Typum victimæ venturi Messiæ adumbrarent; sed & legem præcipue divinam populo enarrantes Dogmatum controversias dijudicarent, atque ita literas simul & artes, historias annorum temporumque rationes ex motuum coelestium observatione Naturæ item inquisitione Medica tandem Musicaque arte explicantes, suo recte Scholastico simul & Ecclesiastico munere perfungerentur. Et quis ex hac Schola *Samuelem* Prophetam prodiisse negaret? Inspicimus aliquantulum penitius *tempora Regum populi DEI*, nec hæc Scholis cessavere, quin potius in summo extitisse flore affirmares. Cur enim *Saul* inter Prophetarum est liberos, si Scholæ nullæ, nulli Prophetarum sunt discipuli? Temporibus *Davidis* Scholas viguisse, vel inde constat, quod filium suum *Salomonem* disciplinæ Prophetæ *Nathanis* tradiderit. Unde vel hoc unico exemplo Prophetæ *Nathanis* planum redditur, *Prophetas non solum conciones ad populum habuisse, sed & Scholas in quibus Juventutem, & in pietate & in bonis artibus erudiere aperuisse*, quod & suo exemplo comprobat Prophetarum rigorosissimus *Elias*, quis enim eum discentium coetus habuisse negaret? Annon solus *Elisæus* luculentus testis de docentis est industria? quorum ille tempore *Ahabi* Regis Ismëlis floruit, hic tempore *Jorami*, filii Ahabi. Quod si *Reges in populo Dei scholis præfuisse* adfirmaremus, non adeo à vero aberrasse nobis videtur, sic enim *ipse David: Adeste quæso filii mei, auscultate, timorem Domini vobis inculcabo Ps. 34.* Nonne *Salomon* cujus tempore Respublic. Israëlitarum ad summum evecta fastigium, propter Regiam suam dignitatem & *bonus Ecclesiastes & Præceptor* fuit? quod cumulatissime ipsius scripta perhibent. Sed quid moremur in recensendis Scholis tempore Prophetarum ac Regum Israëlis, longum foret narrare, quæ de filiis Prophetarum & illorum Collegiis in sacris habetur literis, quibus sanctissimi Prophetæ præter *Samuelem, Nathanem, Eliam, Elisæum, Esaias, Jeremias*, & plures alii magna cum sollicitudine & cura præfuerunt, & multos eximios Doctores populo DEI educarunt, quæ cuique sacra legendi ubique occurrunt, & per se nota sunt.

Enosi Schola nationalis.

Noæ in Archa Schola.

Abrahami.

Gen. 18.

Isaaci.

Jacobi.

Gen 30. Josephi.

Schola publica inter Israëlitas jussu Dei a Mose & Aarone erecta.

Scholæ temporibus Regum Israëlitarum.

Sub captivitate Babylonica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

sunt. Itaque & actum nos agere existimamus, si demonstremus, cum *captivitate Babylonica non Scholas* simul in captivitatem abductas, ut *Julianus* Apostata suo tempore Christianis Scholas clausit, sed potius, à *Nabuchodonosore* earum *liberum exercitium Judæis esse concessum*, quippe relatum legimus, *Esdram*, qui adscendit e Babel, fuisse scribam velocem in lege *Mosis*, quam dedit Jehova DEUS Israëlis, ubi per סֹפֵר quod descendit à סָפַר numeravit, narravit, non intelligitur Amanuensis, vel Notarius sed legis peritus, qui res divinas populo prælegit & enarrat, cum opus fuerit, quod ex ipso contextu patet. Sunt enim in Scriptura Sacra סֹפְרִים sive γραμματεῖς duplices scil: *Politici & Ecclesiastici*, ut ita loquamur. *Politici* Scribæ iterum duplicem admittunt respectum, quidam nominantur *Regum ministri*, ut Seja, cujus fit mentio *1. Sam. 20.* & alius Regis scriba *2. Reg. 12.* & alibi, & hi hodie vocantur *rationum ministri Rentschreiber, Secretarii*, quidam privatorum contractus & instrumenta conscribunt, quos hodie *Notarios & Actuarios* vocamus, quales forsan familiæ Scribarum habitantium in *Jaebez*, quarum fit mentio *1. Paral 2. Ecclesiastici* Scribæ juris divini fuere periti, qualis celebratur *Esdra*, quorum *munus* fuit *tum in Synagogis, tum in templo Legem docere*. Hi in N. T. decantatissimi sunt, & alio nomine Νομικοὶ ab Objecto dicebantur, *quod Legem profiterentur*. Et sane observandum legenti Sacras Scripturas, (quod obiter notamus,) ante captivitatem Babylonicam tale non extitisse scribarum officium, siquidem illud firmissimis non potest ostendi rationibus. Erat enim pars Ministerii Sacerdotum docere & de Lege Domini respondere, *Levit. 10. 11. Ezech. 44. 23. Mal. 2. v. 7.* ut videri possit, cum post captivitatem Babylonicam Sacerdotes politica occupati gubernatione, officio suo in docenda & tradenda doctrina non fungerentur, illam Ministerii partem Scribis fuisse commendatam. Ac breviter: *quod ante captivitatem in Scholis & Ecclesiis Prophetarum munus fuerat, in illud, (postquam Donum Prophetiæ desiisset) suffecti fuerunt Scribæ, ut recte monet B. Chemnitius*, qui videatur. Et quis negaret, Jesum *Syracidem* habuisse Scholam? extat *adhuc ipsius liber* insignis, qui *Ecclesiasticus* inscribitur, plenus Præceptorum, quibus ad pietatem & virtutem hominem informat. Considerabamus *saniores gentes*, vera tamen DEI notitia non tinctos, non minus inter eos, quam in populo Dei *Scholæ viguere*, ita enim Protomartyr, *Stephanus de Mose*: Ἐπαιδεύθη Μωσῆς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων Act. 7. Atque sic jam *tempore Mosis gentes habuere Scholas*. Nullum autem dubium est, quin à populo DEI Ethnici mutuati sint, quod & ipsi Scholarum curam in se receperint. A quibus autem Ægyptii literarum ac scientiarum notitiam hauserint, non adeo patet. *Justinus Martyr quæst. 25. ad Orthodoxos*, antiquissimam & variam esse Ægyptiorum sapientiam docet. *Augustinus l. 18. de civitate Dei c. 40. ex Varrone* refert: *Isiden* Ægyptiis literas ac disciplinas tradidisse. Et hanc Isiden Ægyptii religioso cultu ardenter prosecuti sunt. Cultum autem hunc forte ideo instituerunt, quod ex traditione aliquid perceperint de muliere paritura filium generis humani Redemtorem, quam tamen falso putabant esse *Evam*, ideoque eam magnam & antiquissimam DEAM omnium Parentem esse voluerunt Ægyptii: Isin autem pro Issa ex Ischa *Latini & Græci* pessime pronuntiaverunt & descripserunt, quam Ægyptii etiam retinuerunt, cum in Hebræa literatura: אִשָּׁה mulierem seu virginem significet, quo nomine S. litteræ *Evam* appellitant. Sed videtur, plura longeque meliora documenta à Patriarcha *Jacobo* quam ab *Eva* accepisse, qui apud eos XVII. commoratus est annos, sine dubio enim maximus fuit Philosophus, inprimis autem Physicus, ut ostendit ratio excogitata multiplicandi gregis; & à *Josepho*, cujus sapientia omnium in oculos incurrebat, & ideo à *Rege Pharaone* Ægypto præfectus: unde tamen colligitur, & citra controversiam verum est, apud Ægyptios jam ante adventum *Jacobi ac Josephi* Philosophiam floruisse, ac parum abesse, ut affirmemus, *Philosophiam, quam discere ac docere, possumus & solemus, primum inventam & excultam fuisse ab Ægyptiis sacerdotibus*, interim tamen nihil derogamus sanctis Viris, quorum mentio fit in sacris literis, neque Judaicæ genti, quamvis negemus, ab illis originem Philosophiæ derivandam esse. Ut autem Ægyptii bonas literas ac scientias semel excolere coepere, sic constanter perseverarunt in suo proposito; legimus enim memoriæ proditum *Alexandriæ in Ægypto Ptolomæum Philadelphum celebrem Scholam aperuisse*, in qua *publicam* instituit *Bibliothecam*, convexitque omnis generis *libros*, quos in toto comparare potuit orbe, ita ut numerata fuerint *voluminum quinquaginta millia, & in his etiam S. Biblia, quæ impensis maximis ex Hebræa in Græcam linguam ministerio LXXII. interpretum transferri curavit*. Quid dicemus de Græcia, nonne illa morum sapientiæque Magistra appellanda? habuit enim celeberrimos Doctores, *Thaletem*, *Milesium*, *Anaxagoram*, *Socratem*, *Platonem*, *Aristotelem* Philosophorum facile Principem, aliosque; habuit & Scholas, inprimis celebre illud *Lycæum Athenense*, quod ἑλλάδος μεσαῖον à quibusdam est dictum. Et Schola illa non tantum à Græcis sed etiam à Romanis diligentissime visitata fuit, utpote omnium bonarum artium inventrix, Philosophorum & Oratorum Mater, Poëtarum autem alumna ab omnibus habita. Nihil dicimus de *Cranio Corinthiorum*, *nec de Gymnasio Rhodiorum* quæ & ipsa extitere celebria. Et hasce Scholas superesse videtur illa *Babylonica*, in qua *Daniel* educatus, deinde *Persica*, ex qua prodiere *illi Magi, qui ductu Stellæ Hierosolymam inquisitum novum Regem Judæorum venerunt*. Et hæ Scholæ omnes ante natum Christum fuerunt. Introspicimus tempora Christi, fuere tum *Sectæ Pharisæorum, Saducæorum* & *Essæorum*, quid autem aliud, quam *Scholæ?* licet humanis refertæ traditionibus, & in quibusdam articulis à se invicem dissidentes, non secus, ut ante aliquot secula *Thomistæ* ac *Scotistæ* non per omnia concordabant. Dogmata autem Pharisæorum Saducæorum & Essæorum, qui scire

Mlarmon. Evangel. c 10.

Inter gentes 1) ante Mosen.

2) Post Mosen.

Tempore Christi.

(Joseph. lib. 18. Antiqu. Judaic. c. 2. Pfeifferus fasciculo phil. Dissert. 3.)

scire avet, adeat *Josephum* & *Augustum Pfeiffer.* Ex historia Evangelica nota est *Schola Johannis Baptistæ*, qui multos fovit discipulos, & *Christi*, qui plures postea collegit quam *Johannes*, quos in doctrina pietatis ac salutis instituerunt. *Hierosolymis* quoque *præclara fuit Schola* ubi ad pedes *Gamalielis* desedit *Paulus.* Et in historia *Stephani* mentio fit *Collegiorum Libertinorum, Cyreniorum & Alexandrinorum* ex quibus aliqui progressi S. Martyri se se opposuerunt, ac mortem ei sunt machinati. Qui autem *Libertini*, non eadem apud omnes sententia. Ex historia notum, quod *Hierosolymis diversorum regionum, in quas dispersi erant Hebræi, Collegia sive Synagogæ essent erectæ, ubi a Legis Doctoribus instituebantur, qui doctrinæ gratia Hierosolymam ex variis provinciis confluebant, qui cum genere professioneque essent Hæbræi, nomen tamen acceperunt à loco ubi habitarunt. Quare Alexandrini & Cyrenenses dicebantur, qui ex Alexandria atque Cyrene in urbem profecti sunt.* Libertinorum Scholam, quod concernit, putant quidam, *corruptum esse vocabulum, & Libyes s. Lybicos dicendos esse contendunt, non Libertinos. Sed omnes codices constanter habent: Libertinos:* Alii censent Libertinorum nomen Ægyptium esse à nomine *Lubra* quod Synagogam editiori loco sitam notet, unde *Lubratenii* sint ad *Synagogam* Ægyptiam pertinentes, ita *Junius ad Gen. 8. & Act 6.* cujus fundamenta de ἀποβατηρίῳ Lubar examinavit *Nicolaus Füllerus*; *Verum mihi valde verisimile, quod Chrysostomo placuit*, inquit, *Caspar. Sanctius in c. 6. Act. Libertinos esse illos, qui orti sunt ab iis, quos Romani Duces in suam Urbem captos abduxerunt*, seu ut plenius explicemus: Per Libertinos rectius intelliguntur, qui à Romanis ex justa servitute virga manumissi erant, & Patriam repetentes Collegium habebant suam juxta alios. Recensentur autem, ut natio, quia Romana civitas appellatione Libertinorum supponitur, confer. *Joh. Seldenus de P. N. & G.* Præterea in Actis Apostolorum legimus de *Schola Antiochena*, quæ tempore Apostolorum præter Ecclesiam ibidem introductam floruit, in qua Prophetæ Scripturas dextre interpretabantur, juventutemque ita instituebant, ut eruditos ministros in alias mitterent urbes. Ex ea & *Paulus* atque *Barnabas* progressi, plurimas Gentium plantarunt Ecclesias. Descendimus à temporibus Christi ac Apostolorum *ad tempora Patrum Ecclesiæ*, sane celebres tunc fuisse Scholas cernere licet. De *Polycarpo* Smyrnensium Episcopo, ac fido *Johannis* Evangelistæ discipulo, qui in Apocalypsi vocatur *Doctor salutaris*, refertur, quod in quinquagenario suo Episcopatu *Smyrnæ Scholas* erexerit, cujus auditor *Iræneus* coelestis postea Doctrinæ semina Apostolica in Gallias usque & Pannonias disperlit. Quid de *Alexandrina Schola* narret historia Ecclesiastica, notum est, scilicet eam & vetustam ab ipsis Apostolis custoditam & celeberrimam fuisse Scholam, quæ *Panteum & Clementem* clarissimos aluit Gubernatores; Hinc vero *Originem*, qui, in Palæstinam abiens, successorem sibi substituit *Heraclam.* Cui rursus (cum in Episcopatu *Demetrio* successisset) surrogatur *Dionysius*, ac post eum *Athenodorus*, ut *Nicephorus* scribit, apud quos sacrarum literarum doctrina & exercitium, atque insuper profanarum artium studia viguerunt. Et quæ consuetudo à Viris Eloquentiæ divinarum literarum studio potentibus jam olim in Ecclesia Christi instituta erat, eadem apud Patres, summa illa Ecclesiarum lumina, *Basilium*, *Ambrosium*, *Augustinum*, *Hieronymum* & alios conservata est. Horum enim temporibus *Monasteria nihil aliud fuere quam Scholæ, divinarum literarum studiis consecratæ, ex quibus doctissimi Viri ad regendam DEI Ecclesiam & erudiendos homines in ora salutis prodierunt*, quod testimonio *Ambrosii Epist. 10. l. 10. Epist.* probamus, ubi recte monet, *Monasteria fuisse officinas Virtutum, abstinentiæ, jejunii, patientiæ, laborum.* Ex quibus conducti Episcopi pluribus virtutibus (ad quas in monasteriis fuissent adsuefacti & durati, sicut ipse loquitur) præstiterint. In monasticis Scholis Theologiam esse traditam, ex *Chrysostomi l. 3. contra Vituperatores Monastices* patet. Et eo consilio exstructa esse pleraque Monasteria, ut existerent quasi Scholæ, argumento est historia *Ivonis in Justiniano* ubi memorat, *Florum* quendam Regem Francicorum procerem primarium singulari præditum pietate *Maurum* advenientem in Galliam humanissime excepisse, & in DEI honorem Monasterium prope Aurelianensem civitatem extruxisse, in quo & ipsius & postmodum multi nobilium liberi pietatis studiis à *Mauro* & aliis Doctoribus imbuti fuere. Sed audiamus, quid & nostra *August. Conf.* de Monasteriis loquatur, ita enim *Artic. Abusuum VII. Monasteria Augustini tempore erant libera collegia*, & mox: *Olim erant Scholæ S. literarum & aliarum disciplinarum, quæ sunt utiles Ecclesiæ, & sumebantur inde Pastores & Episcopi.* Nunc alia est res, nil opus est recitare nota. His ὁμώνυμα habet *Phil. Melanchton in Apologia Aug. Conf.* dum inquit: *Constat quantum sit in Monasteriis Hypocrisis, ambitionis, avaritiæ, quanta inscitia & indoctissimi cujusque sævitia, quanta vanitas in concionibus, in excogitandis subinde novis aucupiis pecuniæ. Et sunt alia vitia, quæ non libet commemorare. Cumque fuerint olim Scholæ doctrinæ Christianæ, nunc degenerarunt velut ab aureo genere in ferreum s. ut cubus Platonicus in malas harmonias degeneret, quas Plato ait exitium adferre. Locupletissima quoque Monasteria tantum alunt otiosam turbam, quæ ibi falso religionis prætextu belluatur de publicis Eleemosynis Ecclesiæ.* Hæc ibi: *Lutherus in artic. Smalkaldicis* idem conqueritur de Ecclesiis Cathedraiibus, dicens: *Collegia Canonicorum & Coenobia optima olim intentione fundata ad educandos Viros doctos.* Debebant *rursum converti in talem usum*, (*) *ut pastores concionatores & alii Ecclesiarum Ministri haberi possent.* Innuit sc. sanctissimus Pater his verbis: Cathedrales Ecclesias a summis orbis Monarchis initio in eum finem esse fundatas, & magis locu-

Monasteria olim Scholæ.

Canonicorum Collegia.

Lib. 2. c. 5.

Post tempora Christi & Apostolorum.

Vid. Histor. Eccl. centur. 3. p. 157.

Miscellan. Theol. lib. 2. cap. 1.

(*) De Canonicorum Origine vid. Hospinianus lib. 3. c. 6. De Monachis confer. Chytræus in Saxonia parte I. p. 47. 48. & Frid. Balduinus Epistola dedicatoria Homiliarum suarum in Epist. Domin.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

locupletatas opibus, ut in iisdem Scholæ constituerentur, in quibus Juventus ad Ecclesiæ ministerium erudiretur, secus autem cum fiat, non impleri voluntatem testatorum, nec bona hisce Collegiis concessa, usurpari in Dei gloriam & Ecclesiæ salutem, sed potius pessime ad omnem nequitiam, desidiam luxuriam, lasciviam, & nescimus quæ non peccata, converti, quod experientia testatur, quæ tamen adhiberi deberent in talem usum ut Pastores haberi possent. Fuisse vero *Collegia Canonicorum* (*) *ex prima intentione fundatorum Scholæ hoc est pietatis & bonarum artium seminaria, vel sola nomina Præpositus, Decanus, Scholæticus, Cantor, Canonicus, Vicarius, Custos &c. evincunt.* Idcirco tam liberales erogabantur sumptus, quibus educarentur honesta ingenia, ne viri docti propagatores Veritatis Coelestis in Ecclesia unquam desiderarentur. Gerit tale Collegium, de quo jam nobis sermo, titulum, quo nominatur *Capitulum reverendum*, ac statum, quem à Canonica Scriptura appellatio *Canonicorum* designat, præterea *Ecclesia* illorum *cathedralis* vocatur, quia Collegas alit, qui ex professo Theologica explicant, & Scripturam Canonicam interpretantur pro cathedra. Sed ubi novem? In Misnia adhuc quosdam veros Canonicos reperire licet qui largitate Majorum ad desidiam non abutuntur, & nude titulum Reverendi ac statum Canonicorum gerunt sed vere defendunt, dum Scripturam Canonicam vel in Cathedra Lipsiensi vel Wittebergensi exponunt. Et licet quidam Professorum Academiæ Rotztochiensis nomine Canonicorum careant, vere tamen sunt Canonici seu Adsessores Consistorii (de quo infra *c. 6.*) qui vel Canonem sacrum vel sacratissima jura in Academia Rost. docent. Utinam idem & coeteri Canonici facerent! & licet non omnes publice profiterentur, quod vix sperare licet, modo literis operam darent, sacra privatim tractarent, ac publ. scriptis Ecclesiæ inservirent, ut olim *Albertus Kranzius Ecclesiæ Hamburgensis Canonicus, Nicolaus Fullerus Ecclesiæ Sarisburiensis Canonicus, Georgius Stampelius Ecclesiæ Magdeburgensis* Canonicus ac postmodum Professor Academiæ Francofurtanæ, & tandem Superintendens Ecclesiæ Lubecensis aliique fecere; vel de copia sua Ecclesiæ, Scholis, pauperibus, pupillis, viduis inservirent, nec rusticos novis exactionibus vexarent, sed meminissent, se à bonis Ecclesiasticis sustentari, eorumque nec Dominos nec hæredes esse, ut olim agnorit *Henricus Daldorp*: Præpositus Razeburgensis teste *Nicolao Petræo* S. S. Theol. D. in concione in funere illius habita. Sed revertatur, unde digressus est noster sermo. De *Constantino M.* æterna laude digno Imperatore memoriæ proditum, illum varias fundasse *scholas universales*, inter quas *Constantinopolitana* eminuit, coeterasque superavit omnes. *Gratianus* statim in initio Imperii sui in mandatis dedit, ut in præcipuis urbibus Regni Galliæ studia humanitatis coeterarumque artium excolerentur. De *Theodosio juniore* notum est, condidisse *Scholam Bononiensem*. Quid dicamus de *Carolo Magno*. Primo Germanorum Imperatore, hic sane multas erexit *Scholas, Parisiensem scil. seu Lutetianam, Tolosanam, Papiensem aliasque*; *Fridericus II.* etiam *Scholarum* Fundator ac Fautor singularis; Hic enim *Neapolitanæ ac Viennensis A. 1237. Scholarum* autor esse dicitur. *Primum* enim ille Academiam hanc dicto anno fundavit quam *Ottocarus* Rex Bohemiæ, multum auxit & ampliavit; *Albertus* autem *III.* eam tandem in *Academiæ* ut vocant formam, introduxit. vid. *Zieglers Schauplatz der Zeit ad diem 1. Jun. No. 11.* (quanquam in *Chronico Austriaco* & à *Gerhardo de Roo Rer. Austriacar. lib. 4. p. 154.* scribatur *Viennensem* Academiam *ab Alberto III. Duce Austriæ* Anno Christi 1384. fundatam, Papa Urbano VI. confirmationem & privilegia concedente) Vestigia Imperatorum in adornandis Scholis alii legere Reges & Principes, hinc *Cantabrigiensis a Cantabro* Rege instituta, *Oxoniensis* ab *Alfredo Rege Angliæ* doctissimo condita, *Upsaliensis* ab *Erico Balbo* Rege fundata, *Cracoviensis a Casimiro II.* erecta. Et quis omnes enarrare potest Scholas. Nimis longum foret, nec nostri instituti, qui brevitati studemus, cui autem volupe scire omnium Academiarum totius Europæ erectiones ac fundationes, adeat *M. Guolphangi Justi catalogum Academiarum Rostochii* editum, *ac Micrælium in Syntag. Historiæ Ecclesiasticæ*. Omnium (Lib. 3. Sect. 1.) *antiquissima* Academia in Germania est *Heidelbergensis* anno Christi 1346. *a Ruperto Rufo* Electore Palatino & Duce Bavariæ *sub Ludovico Bavaro* Imperatore condita, huic successit *Coloniensis* anno 1385. *Erfurtensis* anno 1392. *Lipsiensis* anno 1409. donec tandem nostra *Rostochiana* anno 1419. secuta. Ex qua enumeratione hoc patet, quod tractare proposuimus: *Scholarum institutionem esse antiquissimam, nec ullas gentes humanitate celebres iis caruisse, imo ne quidem dari aut fingi posse ullum tempus, quo homines Scholis fuerint destituti.* Dignitatem utilitatem ac necessitatem Scholarum si quis in dubium vocaret, ne ille in ipso meridie palpitare, ac cum ratione insanire videtur: Scholis enim si carendum foret, quanta caligo, quantæ tenebræ, quanta barbaries humanum involveret genus universum, ipsisque brutis homines equipararet, res ipsa equidem demonstrat, ut recte *Aristippus cuidam interroganti, quare esset melior ev surus filius, si eum curaret literis erudiendum, responderet, ut nihil aliud, certe ne sedeat lapis super lapidem.* Certe, si dicamus quod res est, maximi & pretiosissimi Thesauri Regionum sunt Scholæ, quam ob rem in bene constitutis Rebus publ. Magistratus nil prius, nihil antiquius habere debet, quam ut Scholæ conserventur, ac in posteros propagentur. Tolle Scholas, quis juventurem in pietate honestate, atque virtutibus erudiet? Tolle Scholas, quis delictis, moribus dissolutis atque flagitiis obicem ponet? Tolle Scholas unde personæ idoneæ ad Remp. gubernandam? Tolle Scholas, quis in Ecclesia populum

Finis seu effectus Scholarum.

Schola Constantinopolitana.

(*) Conf. D. Aug. Francisci Meiers Lub. Canon. Disput. inaugural. De Canonicis, Canonicatu & Canonicorum capitulo.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

lum in agnitione Dei, sui ipsius, ac via salutis æternæ eruditum reddet? Tolle Scholas, unde Consiliarii Principum, ac Regum, qui justitiam administrant, desumendi? Quod bene agnovit *Johannes Luccanus quondam Cancellarius Megapolitanus*, ita enim de eo *Simon Pauli* refert, quod sæpius dixerit: *Ich Johann von Lucka, bin eines geringen armen Burgers Sohn, wie der und der auch ist, von meinen Eltern und Freunden habe ich ein geringes, was ich aber habe und bin, das habe und bin ich von Gott, und habe es niemand zu dancken den Gott, und negst Gott den hohen Schulen, oder Universitæten darauff ich studiret habe, den wann ich nicht auff hohe Schulen wære gekommen, so wære ich kein Cantzler geworden, derowegen will ich gegen Gott, und gegen die Mittel, welche er gegeben, als nehmlich die hohe Schulen mich danckbar erzeigen und vernehmen lassen, so viel mir müglich ist, und thæte ichs nicht, so handelte ich nicht redlich, und würde mich auch Gott hart straffen.* Et *Johannes Posselius* in *Oratione de Johanne Luccano* narrat: *Luccanum* sæpe apud amicos fuisse testatum, *sibi tres fines in functione sua esse propositos, primum, ut vera & incorrupta de DEO doctrina & religio sincera deletis Idolis & cultibus Pontificiis propagetur; deinde, ut justitia administretur: Tertio, ut Academia Rotztochiensis, quæ custos sit veræ de DEO doctrinæ legum & omnium honestarum artium, etiam posteris tradendarum instauretur:* Hinc & *Posselius* hunc *Luccanum* Patronum de Schola Rotztochiensi optime meritum vocat. *O Cancellarium æternis deprædicandum laudibus! Et exemplar, in quod Cæteri intueantur.* Nec hi solum grato animo agnoscant beneficia ab Academiis accepta, verum & omnes literati, quod, si à Deo discesserint, Academiarum ope Ecclesiæ ac Rebuspubl. præsint, tunc sane majori in pretio Academiæ, ut nunc, essent, nec tantopere, experientia approbante, opprimerentur. Verbo: *Nisi Scholæ, nulli Consules, nulli Medici, Senatores, Secretarii ac Concionatores darentur:* Ubi autem nullus verbi divini Minister, quomodo homines salutem adsequentur æternam? quomodo credent, de quo illis nihil dictum! quomodo vero audient absque prædicante? inquit Apostolus *ad Rom. 10.* Ubi nullus Magistratus ac Jctus, quis justum ab injusto discernet? Quis partes litigantes componet secundum jura? quis injuria affectos defendet? hoc modo non amplius communes durabunt societates, imo ipse mundus absque Scholis interibit. *Scholæ sunt fulcrum Ecclesiastici ac politici status, si hæ vacillant, omnia interitum minantur, si hæ amoventur, omnia necessario non secus ac fornix uno impetu decidunt. Ubi Scholæ interiere, ibi & Christianismus*; quod exemplum (*) *Juliani* Apostatæ demonstrat, qui cum non vi Christianos tollere vellet, Scholas illorum clausit, atque eo ipso Christianismum sustulit. Quis itaque utilitatem ac necessitatem Scholarum negaret? Quis earum dignitatem non adeo magni æstimandam affirmaret? Demonstrata antiquitate, perpetuitate, dignitate ac necessitate Scholarum, a generaliori Scholarum tractatione ad specialiorem descendimus, sit ergo absque ulteriori præloquio.

CAPUT. I.

De Hospitio Academiæ Rotztoch. s. urbe Rotztochio.

SUMMARIA.

§. 1. Transitio ad Historiam.
§. 2. Rotztochii urbis nomen indagatur.
§. 3. Rotztochium conditur a Pribislao.
§. 4. Ampliatur a Burevino I.
§. 5. Exornatur a Burevino II.
§. 6. Legibus ac Privilegiis firmatur a Burevino III.
§. 7. Rotztochium debellatur.
§. 8. Henrici Leonis propensissimus animus erga urbem Rotztochium.
§. 9. Situs urbis Rotztochii.
§. 10. Forma Regiminis Rotztochiensis.
§. 11. Religio urbis Rotztochii.
§. 12. Numerus Ministrorum Ecclesiæ, inprimis Superintendentum nomina urbis Rotztochii.
§. 13. Mores civium Rotztochiensium, eorumque genera.
§. 14. Urbs Rotztochium etiam Academia gaudet.

Transitus ad historiam Roztoch.

§. 1. *Ingratum si dixeris omnia dixeris vitia,* vetus est Proverbium. Cum itaque Academia Rotztochiensis pro hospitio agnoscat urbem Rotztochium ac ea Academiam non secus foveat, ut Mater in sinu infantem, necesse est, ni ingrati crimen incurrere velit, ut Academia una cum discentibus ac docentibus istud beneficium animo agnoscat grato, atque propterea urbem Rotztochium nimium quantum laudibus evehat. Quis ergo & nobis de Academia Rotztochiensi commendantibus vitio vertet (quippe quondam per integrum triennium ac supra etiam in urbe Rotztochio vitam nostram traduximus) ut quædam de urbe dicamus, illiusque laudes brevissimis adumbremus lineis. Sic autem de ea dicemus, ut nihil illi quicquam veræ laudis detrahamus, nec quicquam falsæ affingamus.

Urbis nomen unde?

§. 2. Unde urbs, de qua nobis sermo, nomen sortita Rotztochium, variant autores. Quidam à *fragrantibus rosis* nomen factum esse adserunt, quæ sententia plane nobis non arridet. Alii hanc urbem nominatam existimant *à Columna rubeis insignibus notata, ad quam piscatores propter fluminis ac propinqui maris ubertatem in vicinia habitantes, usitato more soliti sunt convenire, ut esset Rostock quasi Rodestock. Sed videtur nomen esse Vandalium divisionem aquarum significans*, quod Varnus eo in loco in varios se dividat alveos, ac olim Rotzoch vel *Rotzstok* dicta, quod Academiæ & civitatis sigillum majus & quorundam lapidum inscriptiones testantur.

Eius conditor Pribislaus.

§. 3. Admodum parva habuit urbs Rotztochium initia, scil. casas aliquot piscatorias circa annum Christi 329. ad Varnam amnem condi coeptas, ut nihil aliud, quam pagus & viculus piscatorius primum extiterit. Ut autem omnia paulatim aut incrementum aut detrimentum sumunt; Sic Rotztochium sensim crevit, inprimis subImperio *Godescalci* Obotritarum Regis XXXI. ac *Udonis* filii, qui Rotztochium ex vico in oppidum

(*) Sozom. Lib. 5 Hist. Ecclesiast. Cap. 17. & Ruffin. Hist. Eccles. Lib. Cap. I. 32.

dum convertit, donec tandem tempore *Pribislai II. Nicoloti* filii Herulorum ac Vandalorum Regis XL. ac ultimi, urbis formam induxerit. Cum enim *Kiſſinum* terræ Laciniæ, quæ hodie Rotztochienſis dicitur, metropolis, magnitudine & latitudine ſua Roſtochium, ut nunc eſt ſuperans (temporibus *Pribislai* II. *ab Henrico Leone* bello *Pribislaum*, ut illum ad religionem Chriſtianam converteret, petente) funditus ferme eſſet deleta, iniit *Pribislaus* rationem aliam condendi urbem, atque ſic ex ruderibus vicinæ urbis Kiſſini hodie pagi Rotztochium feliciter anno Chriſti 1160. effloruit, & unius corruptio alterius generatio exſtitit. *Habent* ſcil. *urbes ſua fata, incrementa & periodo, naſcuntur, creſcunt & decreſcunt.* (Quæris cauſam, non hæret ea in Aſtris, ut *Aſtrologi* garriunt, neque in fatalibus numeris, ut *Plato*, ſed in peccatis hominum: propter enim peccata hominum plurimæ exiſtunt mutationes Rerump. inquit ſapientiſſimus Regum *Salomon*, peccata autem ſi deſideras, ſunt Ἀσεβαία ἀδικία & ἀσελγεία, quæ in hac urbe maxime regnarunt.

(Proverb. 28.)

Eius amplificator Burevinus I.

§. 4. Pribislaus, quem ſupra laudavit oratio noſtra, jam Rotztochium muro vallo foſſaque cinxerat, & quidem eo in loco, ubi jam conſpiciuntur templa D. Petro & Nicolao dicata, *quæque urbis pars veteris urbis nomen* inde ſortita, ac brachio Arni hodie exſiccati, ut ſola foſſa relicta, à reliqua urbe ſejungitur. Cum autem in fatis eſſet, ut Rotztochium majores ſumeret vires, nec magnitudine quicquam deſolato Kiſſino cederet, *Henricus Burevinus* Senior ſ. I. *Pribislai* ſc. II. filius, Roſtochium (quæ urbs illi in patrimonium cum terra Kiſſinorum ceſſerat) paterno plane amore eſt proſecutus, ac nihil prius nihil antiquius habuit, quam ut jam muro Varnoque cinctam ampliorem, elegantioremque redderet. Illud autem cum absque ſingularibus quibusdam privilegiis (*quæ civitatum omnium fundamenta & Baſes vocantur*) non fieri poſſe ſuboluiſſet, ipſe anno ab urbe condita duodeſexageſimo poſt obitum fratruelis magni *Nicoloti*, plurima ac concedit, inter alia *juris Lubecenſis uſum, eoque utendi libertatem, nec non omnium vectigalium per omnes Megapolenſium provincias immunitatem & exceptionem.* Sed ut humanitus comparatum eſt, ut, *quorum plurimæ reperiuntur virtutes, eorum par contra ſit Invidia. Nam ſoli invidiam non ſentiunt, quorum in conſpicuo virtus non eſt. Eos maxime illa petit, quos maxime evexit hæc.* Sic evenit *Henrico Burevino I. Nicolotus* enim ipſius Patruelis, videns *Burevino* omnia feliciter in condenda ac amplificanda urbe cedere, *Burevinum* bello petiit, nec deſtitit, donec ditionis *Burevini* compos fieret. Cum autem in Colle Petrino veteris oppidi primores quidam Herulorum caſtellum extruxiſſent, *Nicolotus* III. *Pribislai* fratruelis, *Wertislai* ab *Henrico Leone* ſuſpendio affecti filius, qui fidem illorum ſuſpectam duxerat, in adverſo colle aliud caſtellum (quod primogenium adhuc nomen ſervans *der Borchwall*, h. e. arcis vallum dicitur) oppoſuit, ut arcis præſidio eos in officio contineret. Verum ut *invidia ſibi ſolet eſſe inimica, ac tandem nequitiæ ſuæ poenas dare*: Sic accidit *Nicoloto*, ædificatione etenim arcis ſuæ incolis Roſtochii Urbem amplificandi anſam dedit. Cum enim utrinque de rebus ſæpe non magni momenti inter præfectos oriretur contentio, tandem utraque arx exuberante paſſim Chriſtiana Religione, illa in D. Petri & Pauli, hæc in Genetricis Dei B. Mariæ Ædes ſacræ ſunt converſæ. Nec diu *Nicoloto* ſua licuit fortuna frui, anno enim 1184. in prælio Daslenſi ἄπαις interiit, atque ſic *Burevino* agnato ſuo Rotztochium cum terra Kiſſinorum remiſit, qui, ut ſemel coeperat Rotztochium ſuum magis magisque, ut modo enumeravimus, ornavit. Impetratis igitur tot immunitatibus à Domino ſuo *Burevino*, paucorum annorum interſtitio ita, urbs emporio celebri, exoticorum mercimoniis, mercatorum frequentia, & civium multitudine excrevit, ut neceſſum fuerit alteram partem, quæ hodie *nova apellatur urbs* adjicere & coædificare.

A. C. 1225.

§. 5. *Burevino I.* anno 1225. diem obeunti ſuum, ſucceſſit Filius *Henricus Burevinus II.* Hic licet per exiguum tantummodo tempus, vix ſcil. trium annorum ſpatium Reip. præfuerit, optime tamen de ſuo Principatu fuit meritus, & novellam urbem Rotztochium ope & opera, auxilio & conſilio, ut amplificaretur, ædificiorumque ſplendore (quo cives in urbis parte altera invicem certare videbantur) exornaretur, liberaliſſime juvit. Optime enim ſapientiſſimus Princeps intelligebat, *ſplendida ædificia maximum urbibus decus addere*, & ſane ſi quæ maritima urbs habet ædificia magnifica Roſtochium poſſidet, ut eum Sororibus vicinis imperiali Lubeca & Wiſmarca (jam Regimini Suecico parente) certare ni ſuperare videatur, quorum tamen pars prob! ingenti incendio anno 1677. 11 die Auguſti bidui ſpatio abſumpta, & in cineres redacta, ut in pulcherrima urbe non ſine lachrymis ingentem vaſtitudinem ac rudera vaſtorum ædificiorum cernere liceat. Utinam priſtino vigori reſtitueretur!

Exornator Burevinus II.

Urbis leges & privilegia a Burevino III. data.

§. 6. Defuncto *Burevino II.* in Dynaſtia Rotztochienſi ſucceſſit *Burevinus III.* hic gnaviter Patris & Avi veſtigia legens Templa condidit, duo oppida Varnæ brachio & Magiſtratibus antea disjuncta in unum Reip. corpus anno 1262. Natali urbis, centeſimo & jubilæo fere ſecundo coagmentavit, aliisque quam plurimis beneficiis, ac privilegiis urbem auxit donavitque, quod etiam ejus filius *Waldemarus* pro ſingulari ſua erga Rotztochienſes præſtitit affectione & clementia, inſuperque *urbi mercibus navigiis importandis & exportandis liberum Varnæ uſum indulſit*, cujus alveo commodiſſime in mare Balticum X. M. P. navigatus.

Eius debellatio.

§. 7. Jam Rotztochium ad dignitatis, libertatis, opulentiæ ac gloriæ culmen erat evectum ut ferme nihil expeti, parum addi poſſe diceres, ſed *ut ſors fortuna nunquam perpetuo eſt bona*: *Sic libertatem gloriamque Roſtochienſem aliquantulum fregit arctavitque*, ut certo modo exclamare potuiſſet Rotztochium:

Me qui liber fueram (fortunæ) ſervum fecit; ex ſummo infimum.

Plautus in Captiv.

Qui imperare insueveram, nunc alterius imperio obsequor.

Mortuo enim *Waldemaro*, *Nicolotus* Patri superstes successit, qui purpuratis suis nimium indulgens, rem à majoribus ampliter acceptam brevi amisit dispendio, & *infantis* nomen, ut Cl. *Lindebergius* refert, tribus de causis meruit. *Primum* quod diu sub tutoribus puer vitam vixisset, *deinde*, quod pueriliter admodum in assumenda thalami consorte variasset, ex tribus enim puellis sibi desponsatis filia Comitis Lingonum, filia *Alberti Marchionis*, & filia *Bugislai* Stetinensis, solam tertiam repudiatis inconsulta temeritate potius quam consilio prioribus duabus, tori fecit consortem; *tum* quod puerili levitate se suosque *Erico* Danorum Regi subjecisset, & eadem levitate ab eo defeciſſet. Quo fonte (ut iterum *Lindebergius* commemorat) ingens ingentium malorum ilias & tumultuum variorum flumen postmodum effluxerunt. *Otto* enim & *Hermannus* Marchiones & sponsæ *Agnetæ* patrueles contumeliam familiæ illatam ulturi, magnum in territorium Rotztochiense deducunt exercitum ibique ferro ac igne tantisper omnia vastant, quoad urbis Viri primores injuriam pecunia redemere; sed Rotztochienses tributorum tandem pertæsi, excluso legitimo successore ac hærede *Henrico Leone Henrici Hierosolymitani* filio, cujus impotentem suspectabant dominatum, suadent, ut *Nicolotus*, qui ἄπαις erat, se cum suis *Erico* Danorum Regi subjiciat. Sed ut *temeraria ac velocia consilia raro solent esse rata*, hoc etiam Rotztochienses fuere experti: *Cum* enim *Henricus Leo*, quem Rotztochienses repudiarant filiæ suæ *Machtildis* (quam *Ottoni* Duci Lunæburgensi desponderat) nuptias Wismariæ celebrare constituisset, sed ob pertinaciam civium Principem intromittere nolentium (quod sibi suæque libertati insidias strui timebant) in *Stellarum monte* peragere cogeretur, non poterat generosissimus Princeps illatam tacitus concoquere injuriam. Sed suorum proterviam *Erico* Danorum Regi exponit, qui cum bono esse animo, altumque aliquamdiu dolorem premere, & injuriam dissimulare jubet, ac statim multos exteros Reges ac Principes, literis ad illos datis, prope Rotztochium convocat. His in vicino Rosarum horto congregatis, Danorum Rex *Ericus* proponit, quomodo contumacibus civibus, qui Dominis urbem occluserant, occurrendum. Ad unum omnes dixere bello esse castigandos & subigendos, ad quod quisque suam opem & operam *Henrico Leoni* obtulit. Itaque *Henricus Leo* terra marique cum sociis Wismariam armata aggressus manu. Hoc ægre ferentibus Rotztochiensibus, utpote qui bene intelligerent, *tunc unius cujusque rem agi, dum vicinus proximus ardet*, suæ fidelitatis & subjectionis immemores (siquidem Rostochium sacramento fidei tum Daniæ Regi erat obstrictum) suppetias una cum Lubecensibus & Sundensibus Wismariensibus ivere, ac Classem Daniæ Regis in fugam convertere. Rex de eo certior redditus, Rotztochienses hortatur, ut ab instituto desisterent Verum forsan freti foederibus suis, instituto opere perrexere, ut *Fridericus* Elector Saxoniæ sapientissimus Princeps vere dicere solitus fuerit: *hoc incommodi habent confoederationes, quod sæpe excitent partes ad movenda bella, fiducia confoederatorum, quæ alioquin non moverent, soli extra foedera positi. Deinde plerumque ita accidit, ut cum auxiliorum spe aliquid coeperis, tandem a sociis, cum periculum imminet, deseraris.* Dum enim nimium quantum Rotztochienses pro libertate Wismariensium ope confoederatorum decertant, ipsi sibi malum creant, *Ericus* namque Rex Daniæ *Henrico Leoni* (quem Rotztochii vicarium statuerat ac legitimi Rotztochii hæres erat) in mandatis dedit, monuitque, ut soluta obsidione Wismariensi, redemptis a Wismariensibus injuriis, Rotztochiensibus bellum indiceret. Hi a confoederatis derelicti tandem ab *Henrico Leone* sunt victi. Sed quod de *Carolo V. Imperatore* dictum: *Una gerit bellum, pacem manus altera reddit*: Idem de *Henrico Leone* Duce Megapolitano asserere licet. Hic, postquam bello contumaciam Rotztochiensium coercuerat, non inhæsit poenis distribuendis, ac sævitiæ in subditos exercendæ, sed *satius duxit benefaciendo quam malefaciendo subditorum animos sibi devincire*; Itaque omnium injuriarum defectionis & contumaciæ immemor stupenda quadam clementia non tantum subditis ignovit, sed etiam maximo privilegiorum cumulo beavit. Hic etiam *Henricus Leo* qui bellico stratagemate Regis Daniæ & Marchionis Brandenburgici præfectos ex Arce Warnemundensi ejecerat) *arcem ac oppidum Warnemundum soluta certa pecuniæ summa Rotztochiensibus cum omni proprietate, fundo ac jurisdictione cessit, sylvam ita dictam Rotztochiensem concessit, molendinorum proprietatem civibus attribuit, regalia cudendæ monetæ communicavit, & quodam perpetuo foederis pacto se suosque obstrinxit successores, ne ultra secundum ab urbe lapidem ullum erigerentur castellum.* Privilegia.

§. 8. Nec in hisce quievit clementia *Leonis*, quin potius omnem movit lapidem, ut Rotztochienses suis beneficiis quasi obrueret; explorata itaque eorum contumaci fidelitate ac potentia cognita, tanto affecit honore urbem Rotztochiensem, tantamque in ea fiduciam posuit, ut condita ultima voluntate, ubi se dubie ægrotare, & ad mortem urgeri sensit, ejus & Wismariæ urbis primoribus *Alberti* & *Johannis* filiorum tutelam fide credita implendam commendaret, donec ad Virilem vergerent ætatem, & rebus suis præesse ipsimet valerent. O admirandum Principis Leonis in urbem suam Rotztochium favorem ac benevolentiam, quam nulla unquam ætas obliterabit! Videntes autem primores Rotztochiensium arduam & cum ingenti damno conjunctam provinciam, si leviter quicquam peccaretur, ad illos esse delatam, summa fide, summa solertia, summaque solicitudine tutorium gessere suum ut nihil quicquam principes ætate provecti in illo desiderarent, quin potius laudibus extulerint, & muneribus amplissimis urbem Rotztochium bearint. Cum itaque Regum Persarum consuetudo fuerit, ut beneficia ministrorum, & aliorum hominum in se & Regnum collata in publicos referri commentarios curarent Henrici Leonis erga eam propensio. Petr Lindenberg Chron. Rostoch. Lib. II Cap. 8.

curarent, in memoria eorum excideret. sed gratitudo per occasionem exhiberetur, non tantum hanc Rotztochiensium fidem *Albertus* & *Johannes*, quos *Carolus IV.* Imperator anno 1349. Principes Romani Imperii solemni investitura Pragæ declaravit, publicis annalibus inserendos curarunt, sed & major natu *Albertus* statim gratitudinem exhibuit re ipsa dum sacrum suum nuptiale cum *Euphemia Magni* Regis Norici filia in urbe Rotztochio (quam amabat unice) magna cum festivitate & civium omnium conspiratione, quod Decessoribus fuerat negatum, celebravit, uterque autem *Albertus* & *Johannes* urbem Rotztochium paterno plane sunt prosecuti adfectu, multis eam afficientes beneficiis, *plenam Senatui jurisdictionem concedentes, jus appellationis & quid non urbi indulgentes:* Quis *Alberti* & *Johannis* vere regiam in urbem Rotztochium extitisse gratiam inficiaretur? Quis eam laudibus non prosequeretur? *Nihil* enim *habet Rotztochium, quod non à Ducibus Megapolitanis accepit: refert acceptum illis initium, progressum, incrementum, potentiam, quæ interdum etiam Regibus & Principibus externis formidolosa fuit, atque inde Ducibus suis reverentiam, obsequium & fidem debet*, quam & insigniter admodum exhibuit. Relatum enim legimus *Albertum II. Henrici Leonis Nepotem* à Proceribus Regni Sueciæ in Regem fuisse electum, regioque statim diademate redimidum, regnasse aliquot annos feliciter, donec tandem *cum admirandæ prudentiæ & animositatis foemina* MARGARETA *Daniæ Norwegiæ Regina* ob erectam in finibus munitionem implicaretur ac alter alteram peteret bello, tunc ab utraque parte pugnatum est acerrime, sed Rex prælio victus, & in paludosis hærens à *Margareta* Daniæ & Norwegiæ Regina captus, & per septennium durissimo satis carcere in arce Hafniensi detentus est. Cum vero *Albertus* nullis conditionibus (quantopere etiam frater *Johannes* reliquique Megapolensium Principes nec non Rotztochium & Wismaria pro ipso intercederent) liberare vinculis posset, Sueciæ quoque Proceres ac Civitates excepta Stockholmia ad unum omnes desciviſſent, Regnique metropolim arctissima cinxissent obsidione, Rotztochienses, commodam nacti bene de Principe suo merendi occasionem, ac pro tot tantisque immunitatibus concessis gratiam referendi, eam præterire noluerunt, & prædicando æternum facinore, ut Dominum liberarent suum, eique Sueciæ Regnum conservarent, soli classem septem navium, frugibus & rebus ad victum necessariis onustam, cum valida militum manu in Sueciam ablegant, quæ in Dania glacie constricta, mirabili stratagemate impetus hostium tam diu elusit, donec laxato frigore per medios perrumpens hostes, incolumis commeatu & milite arcem Stockholmensem sublevavit. Quod insigne fortitudinis & fidelitatis Rotztochiensium factum in perpetuam rei memoriam adhuc depictum cernitur in templo B. Virginis supra coss. subselliis. Cum autem hac via Rotztochienses Dominum suum *Albertum* in libertatem vindicare non poterant, alia progrediebantur, & socios adsciscebant Wismarienses, atque in Daniæ provincias irruptionem faciebant, verum irrito iterum conatu. Itaque in eam itum est demum sententiam, ut non solum Rotztochium sed & universa Megapolis suum redimeret Dominum. Interventu proinde vicinarum urbium *Albertus* nuncio imperio remisso, & magni æris pondere, quod nobiles Megapolitanæ suppeditarant, numerato, custodia relaxatus, & in Megapolin suam est dimissus. Factum sane æterna dignum memoria, quodque omnes subditi imitentur. Illud autem non abiit absque remuneratione. Cum enim *nobiles foeminæ Megapolenses* ad redimendum Dominum suum se ornatu suo muliebri, auro gemmisque privassent, *Albertus* eas hoc donavit privilegio, ut *contra Leges Augustales, non extantibus masculini generis liberis ad vitam hæreditatis successionem obtinerent*. Rotztochienslium vero Resp. ad tantam perventa dignitatem, ut in *Dicasterium Megapolitanum* sit cooptata, ibique una cum aliis Sereniſſimorum Ducum Consiliariis sententiam dicat in quod singulis anni quadrantibus adhuc quendam Consulum ablegat.

Rostochiensium incrementa & Domini.

Petr. Undenberg. Lib. 2 c. 12. Theon. Rostoch.

§. 9. Enarravimus hactenus a quibus Rotztochium fundatum, ampliatum conservatum, & exornatum, paucula de urbis situ. Forma Reiminis Politici & Ecclesiastici civiumque moribus adjiciemus. Qui de condendis urbibus Præcepta tradunt, volunt, ut in illis *prima* sit cura, ut locus eligatur saluberrimus, *altera* ut fertilissimus, *tertia* ut commodissimus, & ad negotiationes & ad res bellicas. Locum ergo saluberrimum, fertilissimum & commodissimum Rotztochio competere, nemo inficias ibit, quippe in editiori loco & collibus ædificatum, solo fertilissimo, sylvis, pratis, hortis amoenissimis, scaturiginibusque aquarum circumdatum, & *Varno fluvio cingitur, qui ipse*, ut *Lindebergii* (Lib. 5. cap. 1.) verbis uti liceat *in pago Cardiorea* (*Hertzberg*) *quatuor millia passuum circiter ab Alisto* (*Parchim*) *distante ebulliens, primum Cribitii & Montis-Stellarum agros pertransit, deinde Bucephalem & Cycneam, cursu admodum arcuato salutat, postea Rostochium defluens circiter triginta Hydromylas longo ordine aggeri a moenibus versus ortum brumalem deducto impositas circumagit, inde in duo divisus brachia, & urbem perfluit & veterem civitatem circumfundit. Porro iterum coit, ac reflexo cursu ab ortu versus occasum longo tractu moenia reliquæ urbis mollem navibus stationem, idoneamque mercibus exportandis importandisque crepidinem exhibens præterlabitur. Tandem prope oppidum, quod a fluminis ostio nomen suum trahit, in mari Balthico sessus hospitatur.* Quid igitur mirum, cum Rotztochium commoditate Aquæ navigeræ fruatur, quin ad magnitudinem brevi, ut supra demonstravimus, pervenerit. Longitudine urbs Rotztochium major Lubica, amplitudine minor. Longitudo enim urbis 2166. passuum est, latitudo 825. ambitus 5500, si passuum ulnæ æquipares, ut sic parum distet ab imperiali Lubica, quæ 2150. passus longa, & 1300. lata est. Partes urbis tres sunt, quarum prima seu *antiqua* celsiori colle versus solem orientem imposita Templi *D. Petri* & *Nicolai* & *Catharinæ* (quod olim *Franciscanis*

Urbis situs.

Videatur *Hippolitus a Collibus de Causis Magnitudinis Urbium* c. 2. 3. 4. 5.

Molla

Monachis hoſpitium præbebat, poſt tempora autem Reformationis in Noſocomium LXXX. pauperum converſum eſt) & *Collegio Jctorum*, quæ veteris urbis curia olim fuiſſe perhibetur, inſignis eſt, ex quibus jam dudum Collegium Jctorum ob vetuſtatem a Jctis fuit deſtructum, nuperrimeque Anno 1677. Templum D. Catharinæ Vulcani violentia deſolatum, niſi quod ex ruderibus dein minus templum fuerit conditum, fata ſua proh! complevere. *Media*, quæ brachio Varni ab antiqua diſcriminata, *Templis B. Mariæ*, (quod uti verſus ad Templi meridionale oſtium lapidi inciſi teſtantur) anno 1398. ædificatum, & *D. Johannis* (quod olim *Dominicanorum fratrum* fuit *domicilium*, & *a Burevino III.* anno 1256. fundatum, nunc *Scholæ triviali*, *communi ſtudioſorum menſæ* & *conventibus Miniſterii*, *Conſiſtorii*, & *Viſitationis* deſtinatum) nec non *curia* ac *Grapheo* multisque pulcherrimis privatis ædificiis, quorum magna pars eheu! A. 1677. in cineres redacta, ſplendet. Et *nova*, quæ *Templo D. Jacobi* (ad quod *Magnus* Dux *Henrici Pacifici* Pater anno 1487. *Cathedrale* Templum ſed infelici fundavit ſucceſſu) tribusque aliis *Spiritui S.* ad quod opulentum *Ptochodochium*, *D. Michaeli*, (quod olim *Minorum Fratrum habitaculum* fuit, poſtmodum *Academiæ Concilio & ſtudioſorum habitationi*, antequam incendio deformaretur, deſtinatum eſt.) & *S. Cruci* dicatis templis, quod *Virginum Veſtalium* ad Deum converſarum, etiam nunc *conventiculum* manet, exornatur. His adde *octo Academiæ Collegia*, quæ novæ urbi decus adſerunt, de quibus *Cap. VI.*

Forma regiminis Roſtoch.

§. 10. *Forma Regiminis Reipubl. Rotztochienſis* eſt maxima *ex parte Ariſtocratica cum Democratia temperata*, ac ſimilis Romanæ, quæque Regiminis forma eſſe optima videtur. *Quando* enim *pauci iique optimi ac virtuoſi imperant, ut toti civitati ſive Reipubl. bene ſit, ea Respubl. ſimilis eſt imperio prudentis mariti in uxorem, ille imperat, in quibus uxorem ſuperat virtute, quæ vero uxori conveniunt, illa ei permittit: Sic optimates imperant prout virtute & prudentia alios ſuperant, neque adimunt Imperium reliquis, ſi illi melius imperare in quibusdam poſſint.* Talem politicæ gubernationis formam Rotztochii eſſe, patet. Senatus, qui ex literatis lautioris fortunæ & honeſtioris famæ civibus eligitur, præcipua pollet authoritate, & ſumma penes illum in negotiis ad totius Reipubl. ſalutem ſpectantibus populi poteſtas eſt. Cum autem pòpulus Gens infrunita; *centum Viri, qui ex omnium Familiarum tribubus Artificumque Collegiis conſtant*, convocantur, & in Conſilium adhibentur. Conſtitit vero olim Magiſtratus urbanus, (ut & illud adjiciamus,) ex viginti quatuor Viris IV. coss. & XX. Senatoribus, hodie vero tribus tantum coss. & XII. vel XVI. Senatoribus. Conſules præ cæteris ſumma valent poteſtate, & horum unus per vices & menſem præſidet, Senatorum alii vero Cameralibus & tabulis publicis, alii opificibus, alii rebus criminalibus vel civilibus, creditoriis debitoriisque cauſis, alii tabernæ vinariæ & pharmacopolio, alii telonio & molendinis, alii domui tributariæ & monetariæ præſunt. Sed de Religione & Forma Regiminis Eccleſiaſtici aliquid dicamus, reſtat.

Religio Roſtochienſ.

§. 11. Quamprimum Rotztochium conditum, tunc etiam Religio Chriſtiana in animis Incolarum vigere coepit, non enim initium, Gentilibus Obotritis, ſed quem diximus *Pribislao* (qui primus cum ſuis Herulis uxoris *Voitslavæ* Regis Norwegiæ filiæ monitis Chriſtianam ſuſcepit Religionem) Rotztochium debet. Et cum in hiſce oris Balthicis fides Chriſtiana expullularet, tunc etiam Rotztochium eam aſſumpſit: ſed prout tunc tempora fluebant, cum omnia Papalibus tenebris eſſent obſcurata, rivuli verbi divini non puri fluerent, ac DEUS cultu colerentur fictitio, ſic eadem calamitas premebat Rotztochium. Magnum autem apud Rotztochienſes ſuperſtitioſæ Religionis extitiſſe fervorem vel inde probatur, quod tot Monaſteria ad D. ſc. Catharinæ, Michaelis, Johannis & S. Crucis templa intra urbis pomeria condiderint, in decem Templis altaria 180. habuerint, ac 300. Monachos ſacrificulosque aluerint. His annumeranda, quod, (cum civis quædam religioſa Pontificios errores graviter taxaret, ac nullis admonitionibus à ſententia concepta detrahi poſſet) à Rotztochienſibus ſit combuſta. Similiter, cum Sacerdos quidam nomine *Nicolaus Rus* toto ante *Lutherum* anno Pontificios taxaret errores, apud urbis Senatum & Animarum Præfectos traductus eſt, qui hominem ſtatim quæri, & in carcerem rapi juſſerunt, ſed præmonitus evaſit. Demum cum *Joachimus Sluterus* in coemiterio D. Petri ſub viridi & late patenti tilia docere, errores ac abuſus Pontificios carpere, & à meritis noſtrarum operum & ſuperſtitionibus traditionum humanarum ad unicum propitiatorem & Servatorem noſtrum Jeſum Chriſtum & veros Dei cultus verbo Dei mandatos traducere Auditores coepiſſet, acerrime ſe ei oppoſuere Paſtores Canonici, Theologi in Academia, ac Senatus Urbis. Verum cum in fatis eſſet, ut & Eccleſia Rotztochiana à fermento Pontificio purgaretur *Henricus* Dux Megapolitanus, qui nomen *Pacifici* meruit, ac jus Patronatus in Eccleſiis habebat, *Sluterum* Paſtorem D. Petri conſtituit. A quo quidem tempore felici ſucceſſu puram Evangelii doctrinam docuit, ſed Pontificiorum fraudes evadere haud potuit, veneno quippe clam à ſacrificulis per *Joachimum Neoburium* ſubordinato anno 1532. periit. Hic cum vivus *Joachimum Schröderum* ex Schola, ubi juventutem erudiebat, in Collegam aliosque adſciviſſet, juncta opera effecere, ut omnibus etiam in trivio Pontificiæ Religionis vanitas innoteſceret, quare ſublatis Pontificiis Doctoribus veros ac puriori doctrina coeleſti imbutos viros Templis Eccleſiisque præfecere, inter quos poſt *Joachimum Sluterum* ac *Joachimum Schröderum* eminuere *Tilemannus Hesbuſius*, *Johannes Draconites*, *Johannes Aurifaber*, *M. Andreas Martini*, *M. Georgius Reich*, *Johannes Kittelius*, *Simon Pauli*, noſter Proavus *Lucas Bacmeiſterus*, *Valentinus Schachtius*, &c. &c. hi enim ſuccreſcentem Eccleſiam, ut fideles verbi divini Miniſtros decet, docendo & adminiſtrando juxta inſtitutionem Chriſti Sacramenta

Lindeberg. lib. 3. cap. 17.

guber-

gubernarunt, & auxerunt, hoſtes profligarunt, ac veram Dei agnitionem feliciter propagarunt. *Ab* eo tempore nullus Pontificiæ Religioni addictus, aut qui Evangelicam adulterare ſtudebat veritatem, in Eccleſia Rotztochienſi, nedum inter Eccleſiæ Doctores fuit toleratus.

Eccleſiæ miniſteri ac ſuperintendentes.

§. 12. Itaque cum *Johannes Beatus* Templi Nicolaitani Paſtor quæſtionem moveret: *An panis & vinum coenæ Dominicæ ante & poſt uſum ſit corpus & ſanguis Chriſti? Et qualis ſit vis conſecrationis!* quam ſola recitatione Verborum inſtitutionis Chriſti fieri iſte contendebat, nec Sententiam mutare vellet, quoties etiam à Senatu & Miniſterio monitus, ab officio remotus eſt. Et cum *Johannes Draconites*, coeterum doctiſſimus Vir, parum in Religione conſtans videretur, alio migrare juſſus eſt, ut coeteros remotos in Religione nutantes ſicco prætereamus pede. Conſtat autem, (ut & hoc addamus) Miniſterium Rotztochienſe tredecim Viris IV. Paſtoribus καθ' ἐξοχὴν ita dictis, coeteri Symmiſtæ, qui ſexta quaque hebdomadis feria vel etiam crebrius, prout neceſſitas poſtulat, in D. Johannis templo de Eccleſiaſticis deliberaturi conventus ſuos celebrant. Caput ejus eſt *Superintendens*, qui ex quatuor Paſtoribus eligitur, horum *I. Johannes Draconites* per biennium quo in Boruſſiam diſceſſit. *II. Johannes Kittelius*, qui ut Superintendens Eccleſiæ Rotztochienſis an. 1561. *confeſſioni Luneburgenſi* ſubſcripſit, verum hi, ut illegitimo more & modo electi, à Miniſterio Rotztochienſi rejiciuntur. Primus itaque *Superintendens*, qui ſecundum *Transactionem*, quam Rotztochium anno 1573. cum Sereniſſimis Principibus pepigit I. SIMON PAULI Paſtor electus eſt Jacobæus & Theol. P. Huic totius Rev. Miniſterii & duorum ex Senatu urbis deputatorum unanimi conſenſu Superintendentis munus eſt delatum die IX. Decembr. ejusdem anni LXXIII. quam electionem Illuſtriſſimi Principes habuerunt ratam, & diplomate ſuo ſtatim confirmarunt. II. Eodem modo electus eſt noſter Proavus, LUCAS BACMEISTERUS Senior Paſt. Marian. & Th. Prof. III. OSWALDUS SLEDANUS, Paſtor itidem Marianus. IV. JOACHIMUS WESTPHALUS, Paſtor Jacobæus. V. JOHANNES GOLDSTEIN. Paſt. Nicolaitanus. VI. CONSTANTINUS FIDLERUS, Paſt. Marianus. VII. JOHANNES QUISTORPIUS, Senior Paſt. Marianus. & Theol. Prof. VIII. CASPARUS MAURITIUS, Paſt. Marianus & Theol. Prof. IX. JOHANNES KÆNTZLER, Paſtor Petrinus. X. HENRICUS MÜLLER, Paſtor Marianus & Th. Prof. qui Viri, ſumma cum laude munere ſuo functi, totis viribus DEI gloriam ac ſalutem Eccleſiæ quæſivere tam ſcriptis quam voce, & non ſolum de Rotztochienſi, ſed & de univerſâ Eccleſia Chriſti bene meriti. Coeterum reliquos V. D. M. Eccleſiæ Rotztochienſis hic recenſere jam noſtri non eſt inſtituti, fiet in ſubſequentibus *Lib. II. cap. IV.* plurimi noti ſunt, & licet pauci illorum infula Doctorali redimiti, tamen bene de Eccleſia Rotztochienſi meriti, nec ulla unquam ætas eorum memoriam apud Rotztochienſes, ni plane ingrati, obliterabit.

Tom. III. de Weſtph. Monum. ined. Rer. Ger.

§. 13. Civium mores ut plurimum ſunt honeſti & graves, bona enim pars eorum literis bene imbuta, quæ emolliunt mores, nec ſinunt, ut quis ferus ſit. Non enim Rotztochium ſolum incolunt *opifices* (utpote, quibus nulla poteſt carere Reſp. quod intellexit jam pridem *Alexander* Imperator, qui omnium fere opificiorum corpora Romæ conſtituit, iisque immunitates tribuit, ut neceſſariam operam Reip. præberent) ſed & *Mercatores*. Cum enim in longe diſſitas variasque exteras trajiciant Regiones, variarum gentium cognoſcunt mores illisque ſuos emendant. Præterea nec *Nobilibus incolis* Rotztochium eſt deſtitutum, qui non erubeſcunt inter cives numerari, ac interdum Reip. præeſſe. Denique Rotztochii multi dantur *Literati*, qui omnes junctim ſumpti, populum reddunt manſuetum humanumque. Mores Rotztochienſium.

§. 14. Ventilavimus hactenus plurima Ornamenta urbis Rotztochii, quibus illius prærogativam indicavimus. Unicum idque præcipuum ornamentum reſtat, videlicet, quod Scholis non ſolum triviali, ſeu particulari, ſed & Regia ſ. univerſali, quam alias *Academiam* vocamus, fulgeat, & apud exteros nota. Nam *ubi omnis generis diſciplinæ publice gratis & cum applauſu explicantur, ſolet merito urbs aliqua etiam a remotiſſimis quibuscunque viſitari, imo urbs illa obſcura eſſe non poteſt. Ut* enim *Magnetis montes, etiamſi plerisque incogniti ſint, chalybis aciem magnete fricatam ad ſuas vertunt partes: Sic Academiæ ob docentium eruditionem ex quacunque orbis parte quam plurimos ad ſe ex præcipuis, quamvis ſpatio longe lateque diſſitos, pertrahunt,* inde tot præſtantiſſimos viros in exteras regiones diſcendi ſtudio in Babyloniam videlicet Chaldæam, Mediam, Aſſyriam, Syriam, Phöniciam, Arabiam, Palæſtinam & Æthiopiam profectos legimus. Verum quid antiquioribus hiſce exemplis opus, quod quæſumus in Germania, Gallia, Italia & Polonia oppida, quæ ante Gymnaſia ibi conſtructa tam obſcura fuere, ut Geographi ea noluerint vel exiguo aliquo loco tabulis ſuis dignari, eademque poſtea ad tantam magnitudinem ex ſolo ſtudioſorum concurſu Academiæque celebritate excrevere, ut nunc cum præcipuis certent urbibus. Sic cum ante Rotztochium extra Megapolin vix innotuiſſet, nunc profecto nominis ſui celebritate præcipuis & Scholis & Rebusp. non annumeratur ſolum, ſed multis quoque merito ſuo præfertur, illuc enim ob Scholam univerſalem ante 279. annos ibi erectam, Reges, Principes, Epiſcopi, Comites, Barones & Nobiles ex Germania, Dania, Suecia &c. (ut de inferioris & mediocris conditionis hominibus, qui ſine numero ſunt, nihil loquamur,) tanquam ad mercaturam bonarum artium, ad uberiorem ingenii doctrinam capeſſendam ſunt profecti, & adhuc proficiſcuntur. Age igitur videamus, à quibus, quando, quibusque privilegiis Academia in urbe Rotztochio fundata; ſitque propterea. Roſtochiæ Academia.

Hippolytus a Collibus Cap. II.

CAPUT. II.

De Conditoribus Academiæ Rotztochienſis, tempore Fundationis, Introductione ejusque Privilegiis.

SUMMARIA.

§. 1. Etymon Academiæ enucleatur.
§. 2. De erigenda in Terris suis Academia a Ducibus Megapolitanis consultatur.
§. 3. Eligitur Urbs Rotztochiensis.
§. 4. Ibi fundatur Academia.
§. 5. Constituitur in ea ab Eugenio Papa Facultas Theologica.
§. 6 Respondetur ad objectionem: illam non esse Academiam legitimam, quæ a Pontificibus constituta.
§. 7. Invehitur in osores Academiarum & Literatorum.

Academiæ etymon.

§. 1. Ut autem, prius quam ad historicam relationem accedamus de Fundatione Academiæ Rotztochiensis, enucleemus, quid sit Academia. Sciendum autem *Academiam* fuisse locum quendam publicum Athenis, dictum ab *Academo* quodam, qui eum consecravit, vel ab *Echedemo*, ut quidam volunt, unde &, ἐξεδημία fuit vocata, & ἐκαδημεία sive ἐκαδείμεα, ut *Plutarchus in Theseo refert. Pausanias in Atticis ait: Athenienſibus extra urbem in pagis etiam & juxta vias Deorum templa Heroum & virorum sepulcra esse, proxime autem Academia, quæ plebeii quondam extitit hominis villa, mea ætate Gymnasium.* Consitus hic locus erat arboribus multis pulcherrimis, monumentis etiam fortium virorum ornatus, ibidemque erat Gymnasium, in quo se Philosophi præsertim exercebant, ut & in Lyceo. Unde *Plutarchus in Sylla* inquit: ἐπιλειπόσης δε της ὕλης, ἐπεξείησε τοῖς ἱεροῖς ἄλσεσι, καὶ τὴν τε Ἀκαδημίαν ἐπειρέδενδροφορωτάτην περιπάτων ἔσαν καὶ το λύκειον *i. e. cum materia deficeret, sacros lucos aggressus Academiam, quæ plurimas omnium suburbanorum arbores ferebat, & Lyceum cecidit.* Ibi natus est *Plato*, & Philosophiam magna cum Discipulorum frequentia est professus; Unde & ejus Sectatores *Academici* sunt vocati, sicut à *Stoa* Stoici. *Academici autem & Peripatetici veteres*, (quod obiter ex Cicerone notamus,) *rebus congruentes, nominibus differebant, nam cum* SPEUSIPPUM *fororis filium* PLATO *Philosophiæ quasi hæredem reliquisset, duos autem præstantissimos studio atque doctrina* XENOCRATEM CHALCEDONICUM, & ARISTOTELEM STAGIRITEM: qui erant cum *Aristotele*, *Peripatetici* dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo: Illi autem (qui *Platonis* instituto in Academia, quod est alterum Gymnasium, coetus erant, & sermones habere soliti) *è loci vocabulo nomen sunt adepti, quibus tamen nec suæ deambulationes defuerunt*, nam *in spatiorum umbraculis arboribus opacorum* (quæ à *Cicerone Curricula multiplicium variorumque sermonum* appellantur) *plerumque ambulantes de Philosophia disputabant.* Nihil igitur inter Peripateticos & illam veterem Academiam differebat. Abundantia quadam præstabat *Aristoteles*, sed idem fons erat utriusque, & eadem rerum expetendarum augendarumque partitio, de quibus multæ sunt illustres laudes *l. 4. & 5. de finibus bonorum & malorum.* Præterea & hoc observatione dignum putamus, quod Academia Gymnasium fuerit inferius, cum superiori Gymnasio cui *Aristoteles* erat præpositus, nomen esset *Lyceum*, quæ & inferior & superior ambulatio dicebantur. *Hodie Academia ab aliis pro loco studiis docentium & discentium destinato ab aliis pro coetu, linguis, artibus & disciplinis tradendis & percipiendis operam sedulo navantium accipitur; à nobis pro utroque sumitur*, conjuncta enim hæc ita sunt, ut alterum sine altero nec secundum sine tertio esse queat, dum ipsa Academia salva est & incolumis. Verbo: *Scholæ universales jam voce Academiæ designantur*, quod quidem ita factum novimus, rectene autem an secus non disquiremus.

Acad. quæst. lib. 1. cap. 4.

Eius instituendæ consilium.

§. 2. Priscis temporibus doctorum & laborioſorum Virorum studia Sapientiæ, Virtutis & Eloquentiæ non minori dexteritate quam fide excolentium & propagantium nominis celebritas Academiam fecit: Ita *Plato* hortum Academi, *Aristoteles*, Lyceum, ut superius indicavimus, nobilitarunt. Hodie ut & multis retro seculis sola Pontificum Imperatorum & Regum dignitas & autoritas hanc obtinet potestatem, hinc communissime *Academia* à Civilis Prudentiæ DD. (uti ex *Thoma Lansio in Comment. de Academiis* constat) definitur, *quod sit ex singulari Majestatis Imperii indultu docentium ac discentium bono, commode instituta societas* nam Athenis SOPHOCLES legem tulisse perhibetur, ut nec Scholæ erigerentur, nec Philosophorum quis præesset *sine Senatus Decreto.* Hac de causa, & privatæ Rhetorum Scholæ quondam interdictæ erant, quod *Suetonius de claris Rhet.* testatur; vid. omnino d. *Schwederus Introd. in I. P. Part. Special. Sect. 1. c. 6. §. 4. p. m. 246.* Ne ergo quicquam in erigenda Schola universali Rotztochiensi, quæ ante ducentos septuaginta novem annos ab Illustrissimis Ducibus Megapolitanis & Senatu Rotztochiensi fundata, peccaretur, ab iis ad Pontificem Romanum itum est, ab eoque privilegia de ea plantanda, submisse petiere, eaque impetrarunt. Cum enim tunc temporis studia humanitatis in hisce oris Balthicis plane sepulta jacerent, ac rudis agrestisque plane daretur populus, ursere Vandalicæ Civitates, ut Illustrissimi Principes Megapolitani Academiam constituerent. Vivebant tum, ac clavum Reip. tenebant Patrueles Principes supra laudem positi *Albertus* scilicet *Alberti* Regis Sueciæ, (cujus priori capite meminimus,) qui ἄπαις discessit, & *Johannes* Magni I. anno 1384. Aquisgrani mortui, filius: Hi postquam intellexerunt mentem urbium Vandalicarum, pedibus in earum sententiam ivere, nimiumque quantum festinavere, ut voti sui compotes fierent; Recte enim Sapientissimi Principes perpendere, *publicas Academias & bene constitutas Scholas, non modo veræ veræ Dei Ecclesiæ Seminaria, sed etiam nervos atque artus gubernationis Ecclesiasticæ & Politicæ esse*, cumque intelligerent, primum & maximum Magistratus officium esse, curare atque efficere, ut florens ætas a primis pueritiæ temporibus mature ad Christianæ doctrinæ sapientiam & honestæ vitæ cognitionem atque studium diligenter excitetur, & sedulo instituatur, ut ætate progressi, & in suis & Reipubl. negotiis ex dignitate Christiani hominis & laude civitatis versari

versari possint; ad exemplum *Constantini, Theodosii, Caroli Magni* & aliorum, Scholam erexere universalem.

§. 3. Cum autem de loco consultaretur commodo, non commodiorem eligere potuerunt locum Urbe hæreditaria *Rotztochio*, cum propter *celebritatem*, (quia non convenit Scholam publicam vel universitatem in obscuro latere. Hinc JCtus *Azo* scribit *in l. un. C. de stud. liber. urb. Rom. & Constant*: Romæ tantum & Constantinopoli divini humanique jurisprudentiam fuisse traditam. Metuebant enim glorioſissimi Impp. authore *Bartolo*, ne sacro sanctæ LL. quæ coelum ipsum terramque tuentur, in obscurioribus locis propter doctorum virorum penuriam turpis lucri gratia ab imperitis corrumperentur. Et notatu dignum est, ipsum Papam in Bulla Fundationis Academiæ Rotztochiensis loci ac commodi plurimum & idonei mentionem fecisse,) tum propter *salubritatem*, nam *in loco Academiæ deligendo hæc considerari convenit*, inquit *Ludovicus Vives l. 2. de trad. discipl. V. de Corrupt. Art. coelum ut sit salubre, ne subinde profugiendum sit Scholasticis suis metu perculsis. Alexenum* Philosophum Elienſem, (quod in loco doceret insalubri, & in rerum multarum, quæ usui erant, necessariæ, penuria,) discipuli deseruerunt omnes, & quidem cum vehementer probaretur ac placeret. Cum igitur utrumque offenderent Serenissimi Principes in urbe Rotztochio, actutum suam sententiam de constituenda Schola universali Senatui Rotztochiensi aperuere, qui, ut *subditos decet* in consilio Principum acquievit, ita tamen, ut laudem fundandi & alendi Scholam universalem participaret cum Principibus, quod & factum, *atque ab eo tempore Amplissimus Urbis Rotztochii Senatus salutatus Academiæ Compatronus, tum quia locum Academiæ in urbe concesserat, tum quia Domibus aliisque reditibus Academiam beavat fundandam*, de quibus suo dispiciemus loco.

Eligitur urbs Rostochiensis.

§. 4. *Jam stabat* sententia erigendi Academiam in urbe Rotztochio, nec quicquam restabat, quam Episcopali etiam inauguraretur autoritate, ac privilegiis condecoraretur. Itaque Sereniſſimi Principes per legatos suos Papalem implorabant indulgentiam. Erant circa id tempus, quo de hoc Palladio deliberari coeptum est, tres Romanæ sedis competitores, qui Pontifices salutari & esse laborabant, *Balthasar Cossa*, qui Johannes XXIII. *Petrus de Luna*, qui Benedictus XIII. & *Angelus de Corrario*, qui Gregorius XII nominari voluit. Horum inter se de sede Pontificia occupanda contentionibus sedandis, uti & Hussitarum sive Doctrinæ sive Hæresi (ut censebatur) in dies latius serpenti tollendæ, cum à *Sigismundo* Imperatore Synodus esset convocata in urbe Constantia anno 1414. duravit ea usque ad annum 18. ejusdem seculi, sub cujus finem *Otto Columna* Romanus Princeps S. Georgii ad vellus aureum Diaconus, Cardinalis, Pontifex est creatus. Ejus Electio, quod in hunc ipsum diem, quem *Martino* Episcopo Turonensi consecratum Majores voluerunt, incidisset, ipse etiam *Martinus* vocari desideravit. Cum vero hoc Nomen post quatuor alios, qui id ipsum usurparant, acciperet, *Quintus* simul ad discrimen Antecessorum cognominatus fuit. Hic *Martinus* V. Pontifex (tribus illis nominatis competitoribus conatu suo dejectis,) constitutus, ac Ferrariæ in Italia tum commorans, postquam voluntatem Illustrissimorum Ducum Megapolensium & Ampliss. Senatus Rotztochiensis de constituenda Academia a Legatis percepisset, approbavit eam ac clementissime impertitus est privilegia Academiæ fundandæ, ita tamen, ut intra annum erigant, ac dotent eam. Principes & Senatus impetratis privilegiis a Pontifice anno cIↃcccxix. mense Februario Ferrariæ datis, accersitis ex Erfordiensi & Lipsiensi Academiis aliquot Professoribus videl. M. *Petro Stenbecke, Henrico Toke, Hermanno de Hamma, Theodorico Sulrow, Henrico Vos, Jacobo Niebur, Wilhelmo Bole, Bartholdo Segeberch, Theodorico Wichman, Burchardo Ploze, Johanne Wolff. &c.* adhuc eodem anno, nempe XII. Novembr. eam introducendam curarunt, qui natalis Academiæ ex hoc ditticho eruitur:

Ibique fundatur Academia.

CastaLIas ornare Deas & fLorIbVs artes,
CæperVnt roseæ CIngere VarnIaDes.

Introductio Academiæ multa cum solennitate facta, Principes namque Megapolitani *Johannes & Albertus* testante *Cranzio in Saxonia*, literas Papales solenni invexerunt pompa in urbem, & Magistros collocarunt. Sacrum Mysterium in Ecclesia peractum per Dn. *Henricum* cognomine *Wangelin* Episcopum Suerinensem; Quo peracto ipse Cancell Acad. factus, lectis literis Apostolicis, solenniter exsecutus easdem, instituit Scholam publicam cum privilegiis & dotibus. *Henrico* Episcopo Principes & Senatus Rotztoch. ad opus perficiendum adjunxere *Hermannum Abbatem Doberanensem*, M. *Johannem Meinesti*, Archidiaconum Rotztochiensem, *Nicolaum Turcovium*, Ecclesiæ Marianæ Rotztochiensis Plebanum, & Dn. *Henricum Razovium* Proconsulem Rotztochiensem: Hi M. *Petrum Stenbecken primum constituere Academiæ Rectorem*, qui coram his præstitit juramentum. Lib. II. c. 3.

§. 5. Introducta quidem jam erat Academia, sed nondum omnibus absoluta numeris, deerant enim *primi* iique summe necessarii *Professores* videl. Theologi: hos enim constituendi Papa in sua Bulla Fundationis Academiæ Rotztochiensis potestatem non concesserat. Verba Bullæ inter alia hæc sunt: Quod in *oppido ipso de coetero in Facultate qualibet præterquam Theologiæ, generale sit Studium*. Quæris causam? hanc indagare aliam non potuerimus quam quod eum Myriotechnes Diabolus non potuisset impedire, ut in oris Balthicis Schola universalis erigeretur, hunc tamen indiderit mentem, ne Theologi in ea constituerentur, quippe qui legendo tractandoque S. literas ipsius Regno magis magisque detrimento essent, quod ipse *Eugenius IV.* Martini V. Successor in *Epistola qua suus Facultati Theologicæ locus in Academia Rotztochiensi conceditur* quodammodo confirmat: plurimorum enim in Theologia graduatorum & Scholarium in eadem legendo, studendo, disputando ac proficiendo ad Academiam Rotztochiensem concursum esse factum refert, ut Illustriss. ac Cel-

Constituitur ab Eugenio Papa Facultas Theologica.

sissimi Principes ac DN. DN. *Henricus* alias *Pinguis* dictus, & *Johannes* Fratres Duces Megapolitani & Comites Suerinenses, Theologici studii in sua Schola publice constituendi potestatem à se peterent, quam etiam post duodecim annos & menses aliquot à Fundatione Academiæ modo adductus *Eugenius IV.* Papa Romanus clementissime concessit, in literis Papalibus. Qua impetrata, quæ ad universalem Scholam inter Christianos adornandam, & ex omnibus suis partibus integrandam requiruntur, tum demum fuerunt absoluta & perfecta.

Legitimam eam esse vindicatur.

§. 6. Verum objicitur, qualis hæc Academia, quæ non Imperatorem aliquem, sed *Martinum V.* Pontificem Autorem & Fundatorem salutat? An Papæ superstitionum Idololatricarum Patri prostibulo Babylonico, ipsique adeo Anti-Christo integrum, Regias constituere Scholas vel confirmare? Nonne cum Papa de solio suo per Reformationem *Lutheri* dejecto, etiam privilegia ab eodem collata simul concidere? Sed cum B. *Thoma Lindemanno* respondemus: *Cum Imperator Sigismundus Martinum V. in Ecclesiasticis superiorem* recognoverit, & Pontifices conniventia Imperatorum Regalia talia sibi usurparint, juraque ab iisdem collata à multis retro seculis, quæ privilegii vim habent, roborata sint, pari hujusmodi concessiones cum imperiali investitura vim habere censendæ sunt. Idque in Academiæ Rotztochiensis Fundatione eo minus dubitationis habet, quod Bulla Papalis Diplomate Cæsareo *Ferdinandi I.* Imperatoris, (quod suo loco dicemus) postmodum stabilita, adeoque Academia hæcce duplici innixa privilegio, firmiter consistat. Legatur omnino hac de re cel. Cothmannus in consiliis Academicis.

Eiusque duplex privilegium.

§. 7. Ex perlecta autem *Bulla Fundationis Academiæ Rotztochiensis* vel puer cognoscere potest, quibus privilegiis immunitatibusque Academia Rotztochiensis à Pontificiali dignitate sit ornata, ut *admiratione non careat, cur quidam ejus aliarumque Academiarum privilegia in dubium vocare, maledictis scindere, imo labefactare non erubescant, hi sane eo ipso suum in ingenuas artes odium Vatinianum produnt, & si literati, sibi ipsi dedecori sunt, si vero literas prorsus non didicerunt, aut iis leviter admodum tincti, suam candidam detegunt simplicitatem, putantes, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, orbem literatis carere posse ac eos tantummodo inutile esse terræ pondus.* Verum his opponi posse videtur, quod olim *Ferdinandus I.* Imperator Venatorum suorum supremo literatorum osori ac calumniatori objecit. Cum enim aliquando Imperatori inter venandum *Fiscículus literarum* redderetur, confestim illum summo Venatorum obtulit, ut *literas in Compendium redigeret*; sed ecce hic statim Imperatori regessit: *se non percipere, quid sit literas in compendium redigere, multo minus id præstare posse, quod Cæsarea Majestas desideret:* Ad hæc Imperator: *Itaque non amplius meos Consiliarios ac Secretarios injuriis affice, utpote qui hoc intelligunt & hauserunt, ac scito, Principem non tantum indigere Venatoribus atque Equitibus, ut tu es, sed & Literatis & Secretariis.* (*) Licet autem nobilitas suam mereatur laudem, ac nemo ea ornetur, nisi ob virtutem, tamen Doctrina Nobilitatem superat, quod recte intellexit Imperator *Sigismundus*; Hic, cum *Gregorium Fiscellinum* J. U. D. quem propter Virtutem ac doctrinam deperirat ac nobilitarat, Nobilitatum inter Nobiles locum occupare vidisset, dixit: *An nescis Fiscelli, nos uno die absque ullo labore quidem multos nobili adficere posse Dignitate, verum unum Doctorem creare nobis nondum contigit.* Vocem cedro dignam, quam omnes osores literatorum a *Sigismundo* ac *Ferdinando* Imperatoribus animis suis infigant, tunc non amplius odio Literatos persequentur, ac privilegiis eorum detrahent. Quibus nam vero privilegiis Academia Rotztochiensis gaudeat, infra capite 9. explicabimus, sufficit modo tetigisse.

Invectiva in osores Academiarum & Literatorum.

Matthesii ConcioFunebris in Ferdinandum I. Imperat.

CAPUT. III.

De Academiæ Rotztochiensis varia fortuna & vicissitudinibus.

SUMMARIA.

§. 1. Transitio.
§. 2. Academia excommunicata urbe Gryphiswaldiam migrare jubetur.
§. 3. Redit Academia Rotztochium cum gravi mulcta Senatus Urbis.
§. 4. Bis pestem sustinet.
§. 5. Propter Tumultum de Erectione Jacobæi Templ. in Collegiatam Ecclesiam in urbe ortum, Academia Lubicam se confert.
§. 6. Rotztochium remigrat.
§. 7. Ob pestem & Reformationem Lutheri Academia iterum fere dissipatur.

§. 1. Pensitavimus jam Hospitium atque conditores Academiæ Rotztochiensis, & præterea tempus fundationis ac Fundationem ipsam: quasnam mutationes sustinuerit, ut adjungamus, necesse est. Hic sane videbis perversissimum Academiæ Reique publ. Rotztochiensis statum, ut nisi Deus pro singulari sua, quo Scholas amplectitur, amore, hanc universalem Scholam tutasset, statim in infantia interiisse jurares. Licet enim hæc, pressa, non tamen oppressa, sed ex variis eluctata calamitatibus. Transitus.

§. 2. Diximus antea, Academiam Rotztochiensem coepisse anno CIↃCCCCXIX. ab eo tempore usque ad annum 1437. atque ita per integros octodecim annos satis prosperus fuit Academiæ successus; Undique enim studiosorum frequentia, Doctorum diligentia, ac studiosorum discendi industria fuit perspecta & pulpita variis lectionibus modo Philosophicis, modo Theologicis, modo aliis resonabant, ut Matres Erphordiensem ac Lipsiensem ferme superare videretur. Sed ut *omnium rerum Vicissitudo* sic & hujus Academiæ. *Concilium* enim *Basilense*, quod ab Imperatore *Sigismundo* consentiente Papa *Eugenio*, ad componendas quasdam controversias in Religione anno 1434. erat institutum, Professoribus (ut ex urbe Cæsareo & Ecclesiastico anathemate percussa discederent) serio mandavit, quod hac occasione accidit. Gerebat Daniæ Rex *Ericus* Academiæ urbe excommunicata Gryphiswaldiam transmigratio.

(*) Consulatur & Jacobus Wympfelingius Rerum Germanicarum Epitome. c. 48. & Matthiæ Theatrum Historicum in Sigismundo p. 1001.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ericus bellum cum Slesvici Ducibus & aliquot civitatibus opem illis ferentibus: tum Rex ad populum Rotztochiensem literas dabat, in quibus de Senatu urbis conquerebatur. Populus percepta Regis sententia contra Senatum excitabat tumultum quo exorto, Consules ex urbe discesserunt, in quorum locum cives novos substituere, qui omnia civium postulata, quæ priores recusabant, confirmarunt. Verum coss. profugi, post aliquot annorum processus eo rem deduxerunt, ut civitas excommunicata, etiam ab Imperatore *Sigismundo* proscriberetur & Professores inde discedere juberentur. Hi vero inter spem metumque dubii, & Antisenatus rogatu victi tam diu substiterunt, donec mandato *Concilii Basilensis* universitas excommunicatorum participationem sub comminatione Ecclesiastici fulminis, nisi parerent, fugere jussa est. Itaque cum HELMOLDUS de Ultzen Art. & Med. D. secundum sceptra Academiæ teneret, Professores Rotztochio Gryphiswaldiam, (quæ hac ratione Colonia Academiæ Rotztoch. facta,) migrarunt. Literæ hæ anno 1436. 4. Calend. Octobr. ad S. P. Academicum a concilio Basilien-si datæ quoque adhuc in Academiæ Fisco asservantur.

Reditus eiusdem.

§. 3. Hærebant jam Professores Rotztochienses in peregrino solo, itaque anhelabant, repetere veteres lares, ac urgebant, ut reciperentur, quod in septimum usque annum protrahebatur: Nam anno 1443. non sine maximo & suo & suorum dispendio primum rediere, *dum sposponderent, quod intra 200. annos dotem S. Marii repetere nollent*, (*) quod forsan non factum fuisset, si diem vocationis suæ exspectassent, nunc autem invitante nemine, ipsi pulsabant misere ad reditum, qua de re cogebantur ab aliis accipere conditiones, quascunque etiam offerebant. Igitur *Senatus adulterinus* (qui cum veteri ac legitimo Senatu jam reverso Remp. administrabat quod eo rogante, orante, monente, ac insuper etiam defensionem promittente solum vertissent) *non prius admittere Professores in urbem voluit, quam data fide & literis suorum sigillorum appensione, nec non Suerinensis & Raceburgensis Episcoporum consensu corroboratis, attestarentur, nec a se, nec a successoribus suis octingentos illos florenos Rhenenses, (quos urbis Senatus se Academiæ quotannis ex Fisco soluturum esse receperat) repositum iri.* Atque hoc pacto de non petendo interveniente reversi fuerunt, Rectore HENRICO BEKELINIO decimum sceptra Academiæ tum tenente; sed vide litteras de a. 1444. in quibus Reditus a Senatu Urbis Academiæ assignati 134. marcarum.

Pestis bis affligitur.

§. 4. Jam repetierant pristinam sedem Professores, sed insigni cum mulcta, quam autem restituit summus rerum arbiter DEUS, studiosorum frequentia: Nam *Henrico Bekelinio* Rectore (quem supra jam nostra laudavit oratio,) uno die LXXVI. uno mense, Junio nimirum 132. Scholastici nomina dedere, ut *Bekelinus* æstivali semestri spatio CCLXXVII Studiosorum nomina inscripserit. Mirari certe licet providentiam divinam, *dum Senatus adulterinus Academiam opprimere studet, Deus eam magis magisque elevat*, ut etiam proceres mundi ad eam confluere non detrectarint, inter quos *Mauritius Comes in Oldenborg & Delmenhorst* censendus. In hoc felici prosperoque statu Academia tranquilla ad annum usque 1464. permansit, quo ob grassantem non tantum in urbe Rotztochio, sed & omnibus Vandalicis Urbibus Pestilentiam, studia plane deferbuere, studiosorum numerus dissipatus, atque lectiones suspensæ: non enim tantum hæcce lues cives oppidanos enecarat, sed & Academicos quam plurimos & præterea M. THOMAM STAMMELIUM Facult. Philosoph. Decanum. Pulsa hac lue Academia aliquantulum revivisere, ac pristinum induere vigorem coepit; quem iterum abigit lues pestilentialis anno 1485 recurrens.

Eius Lubecam facta translocatio.

§. 5. Morbo contagioso secundum sepulto, videbatur fore, ut Academia dissipata se recolligeret, ac magis magisque reflorescret: sed vix ac ne vix quidem recollegerat se se, ecce novus in urbe Rotztochio anno CIↃ CCCCLXXXVII. ob erectionem Jacobæi Templi in Collegiatam Ecclesiam, oritur tumultus. Rem gestam, ex *Crantzio* & *Lindenbergio* adductam, sic contrahimus. Persuaserant Ecclesiastici quidam MAGNO Duci Mecklenburgico, ut in urbe sua hæreditaria Rotztochio, qua ad divinum cultum propagandum, qua etiam Academiæ stabilimentum, nec non voto adipiscendæ famæ, Parochialem D. Jacobi in Collegiatam inauguraret Ecclesiam, in qua nocteque dieque divinæ laudes perrennarentur, & Doctores postmodum laboris pertæsi se collocarent ad quietem, qui nunc saburratis marsupiis dispergerentur per totum terrarum orbem, adductis secum, quæ diuturno labore conquisivissent. Et quamvis Dux & Episcopi cum Suerinensis tum Ratzeburgensis probe hac de re inter se conveniebant, Senatus tamen populusque Rotztochiensis nunquam in eorum consensum adduci poterat, uno liquidem ore omnes asserebant: *Se prius morituros, quam hoc induere jugum servitutis velle, se prorsus nolle Ecclesiasticos latius secum dominari. Principes solum conari, ut libertate urbem exuant, eamque gravaminibus insolitis onerent, ea quam sint vera, esse in propatulo, & ulteriori probationis indagine non egere. Extorqueri præter consuetudinem pecuniam, prædia civium spoliari, naufragorum bona diripi*, & quæ hujus generis sint plura alia. Sed quid Princeps? Ille civium animos plane aversos sentiens, *Conradum Lostium* Episcopum XXX. Suerinensem de poenali monitorio in Rostochienses decernendo compellat, qui (ut solet istud hominum genus) fulmine suo Ecclesiastico statim adest. Senatum & cives sub interdicti poena, ne institutum optimi Principis pium & ad divini cultus amplificationem spectans, impediant, admonet. Verum enim vero Cives legitimam ad P. P. appellationem prætendentes, S. Francisci & Dominici Fratribus sacra facientibus ejus monitorium susque deque ferunt, omnibusque nervis erigendo Collegio se opponentes, in Senatorum quosdam, qui cum Principe facere videbantur, vin-

(*) Cranzius Metropoleos lib. 2. c. 22 in Vandalic. lib. 10. c. 30. lib. 12. c. 9. Lindenberg. Chron. Rostoch. lib. 3. c. 6.

vindictam meditantur, exclamando; *modicæ fidei illos esse & lubricos homines, ultimoque supplicio dignos. Cum minime essent ignari, non quæri à Principe Ecclesiam sed plenum urbis dominium: Non agi de Collegio sed de Arce quadam in urbe collocanda & transferenda Episcopali Cathedra Swerino Rostochium, quod nisi pedibus eant hisce admoniti in civium sententiam, & Reipubl. utilitatem majori nisu promoveant, brevi eos concilio ejectum & occisum iri. Extra omnem controversiæ aleam verum esse*, Bartholdum Kirchhofium Cos. *Doberani Principi adfuisse, non carere scrupulo suspicionis eundem, alterum vero Arnoldum Hasselbecke, cum Principibus, quos hospitio exceperat, collusisse, & secreto multa cum iis peregisse.* Dux Magnus nihil se invita plebe peragere posse, satis superque intelligens, ipsum P. P. *Innocentium VIII.* cum *Johanne Parkentinio* Episcopo Razeburgensi coram Romæ convenit, ipsique de fundando Collegio propositum suum insinuat, rogans deputari Exsecutores. Interea temporis, dum hæc Romæ à Principe aguntur, Senatus Populusque Rotztochiensis sibi suisque quoque bene prospiciens, non Academiam solum sed & Clericatum suum hinc adducunt, ut conjurationem secum contra Episcopum Swerinensem ejusque censuras ineant; qui vel precibus, vel quod magis credibile, opibus ac potentia civium tandem victi, sequentem inter se & Urbem feriunt foedus, seu potius conjurationem scriptam: *Wir Borgermeister Radtmanne und gantze Gemente der Stadt Rostock bekennen und betügen apenbar vor als wen in krafft unseres Breves, vor uns un unse nakamende. Als den tüschen den hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn* MAGNUS, *un* Balthasar *Brodern Hertzogen tho Meckloborg, un den Ehrwördigen, in Gott Vader Herrn* Conrad *Bischop tho Schwerin vor derinnen, uns Burgemeister, Rahtmanner v. gementen vorgeschreven, enes nyen* Domas *halven binnen unse Stadt Rostock tho sunderen, und deshalven von der ander syt twist unwille un mißhelligkeit is entstahn. Derowegen danne de opgenante Herrn Bischop Merckl. beschceret, und mit sinen* Censuren *överfallen hett uns un de unseren. Wente denen de Achtbaren Heren v. hochwerdigen gelerden* Rector, Doctores *und Meister des Rahts der* universiteten *v. hohen Scholen binnen unser gemeldten Stadt Rostock, und ock de werdigen Heren* Vicarii, Altaristen *un gemenden* Clerese *der vor par karcken darsülvest, uns, der unsern richtigen* appellatien *so danen vorbeorder ordets,* Sententier *und* Censurer *halwen, wann uns und unserer* Adherenter *wegen* interponert, adhereren *v. byfallen, das wyem grotlichken bedancken, hebben wy, uns hierümmen mit er semptliker und besunder, und se sick wedderümme mit uns un rupen Rade, wolbedachten mode, und guden willen ümb gades dienste to vermehrende und nicht tho verminernde, dorch not und gewalt, averfallung und vorkortung in unserem Rechten und rechtichheiten, des uns und unser binnen unser genanten Stadt Rostock inner geistl. und weltl. nich wenig is geschehen und noch dagelicks schudt, afftoverende und wedder tho stanende, loetliker, vostlicker entrechtiger vereinighet, verstrickt v. verbunden. Wenniger verstricken und verbinden wir uns noch jegenwardiger in krafft dises Breves, also, dat unser en by des anderem Hülpe trulick blieben sall, und uns so danner Beschwerung und averfallung weren und entholden tho entlicker Utdracht desser Sacke. Und wehret aver, dat dessen vorgenenten Herrn* Rector, Doctores *und Meister edder ock* Vicarii *und* Altaristen *und anderen vorgeschreven semptlichen edder besundern desser* adhesion *holven der vorgenanten* Appellation *des* Domes *halver, in eren lehnen, Renten, kosten, tinsen, offte teringen, edder süs an ihren güder jenigen schaden nehmen, den seggen und gelaven wy Börgemeister und Rahtmanne und Gemente oc optorichten und wedder tho leggen sunt alle ehren Schaden. Und vort, was unse vorgenenten ein by des andern rechtwerdigen Sacken mit beschreven Rechten und guden gelimpe den mach lave wy malleck andern in guden truen mit rechte stede biethoblieven. In nachkomende Saten, so facken des noht und behoff is, alle desse Stücke und Artickel vorgeschreven, laven wy Burgemeister, und Rahtmanne und gantze Gemente vorbenenten* Rector, Doctores & magistri Vicarii, Altaristen *und gantze* Clerisie *sempt und besonders stede und faste in guden treuen tho holdende, und tho mehrer sackerung hebben wy Bürgemeister und Rahtmanne und gantze gemente vorbenenten unser Stadt* Secret, *und wy* Rector, Doctores & Magistri *unser* universiteten *Insegel, v. wy* Vicarii, Altaristen *v. gantze* Clerisie *datt segel der Broderschopf der Herrn Caland, deß wy hie semptlichken tho drücken, vor desser bref willig gehangen. De gegeben ist na der Bort Christi im Jahr Vertheigen Hundert un Verunachtentich am Dingstag vor Pingsten.*

Hoc modo cum se conjurassent universa Urbs, Academia & Clerus Rostochiensis, Dux & Episcopus Raceburgensis Roma revertuntur, apportantes secum Bullam Papalem *Innocentii VIII.* Papæ, anno 1484. V. Calend. Decembr. Pontificatu P. P. Anno 1. Romæ datam, in qua non solum Propositum Ducis de fundando Collegio a Pontifice approbatur & confirmatur, sed & Exsecutores constituuntur, inter alios Antistes Ratzeburgensis *Johannes Parkentinius*, qui in ipsa statim urbe fulminare incipit, ne causa ulterius suspenderetur. Fremit murmure Populus, dissident in concilio Patres, quorum qui profundius negotium intuebantur, suadent, ut se parituros verbo saltim assentiant, re vero nunquam, omnino statuentes, nihil illud nociturum causæ, cum jam Apostolicis mandatis manum subducere nequeant: Alii aliter quamvis sentiebant, victi votis priorum tamen subscripsere sententiæ. Cives sententia Senatus cognita, acquieverunt quidam utcunque hoc consilio, addunt tamen, *se potius in commune omnes animam deposituros, quam Collegiatam Ecclesiam in Urbe admissuros.* Demulcet & quoad potest Senatus animos Principis, haud tamen Palpanes isti procrastinationibus suis impedire potuere, quo minus Principes Fratres rei ætatem litteris agitatæ ultimam tandem manum imponere & Collegium Canonicum constituere biennio toto exacto paraverint. Etenim dum MAGNUS Dux Megapolitanus suasu

ac

ac instinctu quorundam Ecclesiasticorum *ad divinum cultum propagandum, & Academiæ stabilimentum* per CONRADUM LOSTIUM Episcopum Suerinensem, & JOHANNEM PARKENTINIUM Episcopum Razeburg: Idibus Januar. dicti anni parochialem D. Jacobi in Collegiatam inauguraret Ecclesiam, Inauguratio quidem belle procedebat, (quippe illi non solum Dux MAGNUS, ejusque Frater BALTHASAR ac Principum Conjuges intererant, sed & totus ferme Senatus Rotztochiensis;) ast paucis diebus elapsis, & quidem die Dominica *populus, gens infrunita* metuens prætextu Religionis libertati suæ insidias strui irruit in novi Collegii chorum, ac pars libros cantuales & sacrorum fercula cum strepitu dejicit, jubetque cantores diris exsecrationibus a boatu desistere, pars novos quærit Canonicos ac præcipue Præpositum & Decanum inchoatæ rei faces. Quos cum inibi non reperiret, facta in domus eorum irruptione frustra latitantem Præpositum THOMAM RHODEN quendam Principum Cancellarium extrahit, eumque turri ad Varnam sitæ includere constituit. Verum inter eundem in platea nebulo quidam clava quadam caput innocentis Viri ita percussit, ut amplius incedere non posset, quare in putidum lacum ante *mediæ Lunæ Collegium*, quod jam incolit Theologus summus D. JOHANNES FECHTIUS, detrusus, & multorum ictuum turba misere tandem est confectus, testante id Lapidis eo in loco adhuc præsentis inscriptione. Hac tragoedia peracta, hominum colluvies etiam Decanum HENRICUM PENTZE, virum grandævum, & olim Principis quoque Cancellarium quæsivit, quem tandem in Xenodochio Spiritus sancti inter anus latitantem invenit, inventum extraxit, ac recta in turrim deduxit ac deductum inclusit, ubi clausus per aliquot menses permansit. Principes animadverso tumultu abitum parabant, & ægre admodum tandem evaserunt, unde Urbis obsessio & quinquennale bellum inter Duces Megapolitanos & Rotztochienses ortum, ac Academia iterum fuit desolata: *Siquidem inter arma studia silere soleant.* Igitur & aliud habitaculum sic volente & jubente Pontifice Romano *Innocentio VIII.* quæsivere docentes ac discentes, & Lubecam una cum Rectore suo M. ARNOLDO BODENSENIO A. 1487. se contulere, ubi a Senatu populoque Lubecensi honorifice admodum excepti, magnoque in pretio per id tempus, quo ibidem substiterunt, habiti sunt. Ast cum variæ hæ migrationes haud sine magno incommodo ac detrimento totius Academiæ, ac cum docentium tum discentium omnimoda fere desolatione evenirent, (Rem enim familiarem peregrino in loco de novo ad incertum plane temporis spatium instituere, quid non requirit oneris ac damni?) sollicitavit hac de re Academia humillime Pontificem Maximum, ut cum plebejorum sæpius Rostochiensium tumultuum Senatus Populusque Academicus nunquam hactenus extitissent complices, Sanctissimus Pater, si non penitus abrogaret, saltem mitigaret inposterum tales emigrationes. Pontifex precibus Academiæ statim assurgens, *specialem Academiæ Rostochiensi concessionem revertendi non solum, sed & in posterum non amplius emigrandi ex urbe Rotztochio*, transmisit, *vel si hoc nolint, ut alio quocunque loco commodo Academicum conventum instituere Actusque Scholasticos exercere possint.*

§. 6. Quinquennio exacto, cum res inter Duces & Rotztochienses essent compositæ, Academici ultimum Vale imperiali Lubecæ dixere, ac iterum Rotztochium vetus repetiere domicilium, à quo tempore Schola universalis Rotztochiensis per sex & viginti annos in summo semper fuit vigore: nam statim post reditum videlicet Anno 1492. uno Mense Majo Rectore M. JACOBO HORSTMANNO 96. studiosi adolescentes nomina dederunt, ac anno 1506. à Decano M. BARTHOLDO MOLLERO die Tiburtii LIII. Adolescentes titulo *Baccalaureatus* sunt ornati. Faciebant docentes & discentes, sui quod erat officii; docentes profitebantur, discentes seduli in auscultando arripientisque præceptis Doctorum erant. Doctores morum gravitatem præ se ferebant, ac disciplinam exercebant, discentes etiam honestati studebant, ac morigeros se se in omnibus suis Præceptoribus exhibebant, ad annum CIↃIↃVIII. Eiusdem remigratio.

§. 7. Seculum ferme absolverat Academia & cum seculo etiam sua expleviſſe vata videbatur. Duplex enim uno eodemque tempore accedebat malum, *alterum pestis erat, alterum novitatis studium*, quo Academia plane fuit desolata. Pestem regiones, urbes & pagos hominibus privare, ut aut alio fugiant, aut lue moriantur, nemo sane inficias ibit, hinc admiratione non caret, quod Academia à discentibus fuerit deserta. Novitatis autem studium hocce fuit. Proposuerat Megalander LUTHERUS an. CIↃIↃXVII. ipsis Vigiliis omnium Sanctorum in Academia Wittebergensi Theses contra *indulgentias Papales*, quas *Johannes Tetzelius* vendebat, has nomine *Tetzelii* refutandum susceperat CONRADUS WIMPINA in Academia Franckofurtensi. Horum dogmata ut imbiberent, pars studiosorum in Academiam Wittebergensem, pars in Franckofurtensem ex Rotztochiensi se contulit. Unde sequentibus annis tanta Academiæ Rotztochiensis vastitas, tantusque doctorum hominum contemptus exortus, ut *Doctoris titulo nominato, nescio quid nominaretur*, inquit, *Lindebergius lib. 5. cap. 7.* imo tanta Professorum in Academia raritas, ut unico M. *Nicolao* LEONI Magistratus fasces per integrum sexennium videl. ab anno 1530. ad annum 1536. fuerint commissæ. Et qui aliter fieri poterat. *Diffidebant ob Saturninos Rotztochiensium tumultus, quos antea recitavimus, animi Principum ac Senatus Rotztochiensis: Hinc Principes minus rectam Academiæ curam habuerunt; quam occasionem Senatus statim apprehendit, & Principum Professoribus exclusis, concilium Academicum suo tantum nomine, cui duo* coss. *præessent, constituit.* Hanc calamitatem quidem multi sentiebant. Verum cum non statim ei occurrere liceret, necessitati paruere, revocantes sibi in memoriam illud *Pythagoræ*: Δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἔγγύθι ναίει ac commodiori & sereniori tempori reservavere, quod, ut illucesceret, certo sibi Pesse itemque reformatione Lutheri instituta eius decrementa.

per-

perſuaſum habuere, & votis a Deo contendere calidis, qui etiam preces oppreſſorum exaudivit, ac Principibus ſuaſu nonnullorum hanc indidit mentem, ut in poſterum accuratiorem gererent Academiæ curam, quo factum, ut Academia novam formam induxerit, ac de integro nata videretur, ut jam demonſtrabimus. Sit igitur.

CAPUT. IV.

De Reſtauratione Academiæ ejusque Confirmatione.

SUMMARIA.

§. 1. Burenius deſtructam Academiam ſuo in eam adventu iterum reſtaurat.
§. 2. Ejus Collegæ & Opitulatores recenſentur.
§. 3. Horum ſuaſu a Ducibus adhuc alii vocantur & conſtituuntur Profeſſores.
§. 4. Idem facit Magiſtratus urbanus Academiæ Compatronus.
§. 5. Recenſetur Transactio Principum de Academia conſtituenda cum Senatu urbico Rotztochienſi inita, ex Chytræo.
§. 6. Academia a Ferdinando I. Cæſare confirmatur.
§. 7. Locatio Profeſſorum Ducalium & Senatoriorum in loco concilii.
§. 8. Profeſſores Senatorii cum Ducalibus de quibusdam articulis conveniunt.
§. 9. Negotium Academiæ feliciter componitur.

Burenius Academiæ reſtaurator.

§. 1. Dum hæc geruntur, degebat in Aula Ducis Magapolitani (HENRICI ſc. *pacifici,*) ARNOLDUS BURENIUS, (quem *Philippus Melanchthon in Epiſtola quadam ad Erhardum Schnepfium, virum eruditione & virtute præſtantem vocat*) Filiorum MAGNI ac PHILIPPI per integrum ſexennium Pædagogarcha exiſtens: Hic cum videret in dies omnia in deterius ruere, ac magis magisque decreſcere Academiam, imo prorſus interitum minari, doluit literatiſſimus Vir vicem Academiæ, nec amplius æquo animo ejus oppreſſionem interitumque ferre potuit. Igitur hortari coepit Illuſtr. Principem *Magnum* diſciplinæ ſuæ Alumnum, ipſumque adeo Patrem ſui Principis *Henricum*, ut aliquam cogitationem & curam reſtituendæ Academiæ ſuſciperent. Et ne virorum bene doctorum & præſtantium, (quorum re vera omnibus ætatibus exiguus admodum fuit numerus) inopiam Aulici forte poſſent prætendere, atque ita inſtitutum hoc laudatiſſimorum Principum impedire, ipſe *Burenius*, (cujus doctrina, fides, gravitas & integritas toto jam ſexennio & Principibus & Aulæ & toti Provinciæ ſatis innotuerat) pollicetur Ducibus Megapolitanis ſe, ſi velint, in Academiam hanc plane tum collapſam, commigraturum, ejusque ſi quæ ex calamitoſo naufragio, reliquæ eſſent, tabulas collecturum eſſe. Adſentientibus igitur honeſtiſſimo huic propoſito optimis Ducibus, relicta tandem Aula, in urbem Rotztochium deſcendit *Burenius* anno Chriſti CIↃ ↃXXX. Cumque inveniſſet Academiam plane deſertam, neceſſario privatas primo Scholas habuit, donec mediocri paulatim multitudine confluente, publicas quoque prælectiones poſſet inchoare. Eventus autem huic inſtituto *Bureviniano* præclare reſpondit: ejus namque ſedulitate, induſtria, fide & in docendo felicitate perſpecta, cognita etiam diſciplinæ ubique fere jam tum quoque labaſcentis ſeveritate, nullibi libentius quam apud *Burenium*, viri in vicinis Regionibus & Urbibus Nobiles & primarii, præſertim ſi quæ intelligentiores eſſent, inſtitui volebant.

Eius in opere collegæ & adiutores.

§. 2. Hoc cum in alias percrebeſceret Regiones, Burenii ope Academiam Rotztochienſem reſtaurari, ac ſtudioſos Adoleſcentes ſenſim in eam confluere, eo quoque properabant ANDREAS EGGERDES ac HENRICUS PAULI, à Patria dictus *Arſenius*, qui communicato inter ſe labore gubernationem trium Collegiorum inter ſe diſpertivere, ita, ut *Burenius* retineret ædes Aquilæ, *M. Eggerdes* Collegium Artium, & *Arſenius* Pædagogium, reliqua Collegia ad rudera erant fere redacta, quorum reſtaurationem optabant quidem boni Viri, ſed ob Fiſci penuriam deſiſtere cogebantur. His accedebat anno 1539. ex Academia Wittebergenſi, ubi recens Artium Magiſter declaratus erat, quartus, ſcilicet HENRICUS WELPIUS, Lingenſis, *Burenii* popularis, Mathematicus inſignis. Cum hoc ita familiariter & conjuncte vixit *Burenius*, ut fere alter ab alterius latere nunquam diſcederet. Tam perdite autem *Burenius Welpium* dilexit, ut eum ſibi Collegam in domo Aquilæ conjunxerit, quo ætate ſua jam ingraveſcente & prioribus laboribus ſuſtinendis impari, tamen adoleſcentes ſuæ diſciplinæ concrediti non negligerentur, ut teſtatur *Nathan Chyætræus* in *Oratione de Arnoldo Burenio.*

Eorum ſuaſu auctus per Duces doctorum numerus.

§. 3. Cum ita horum virorum aſſiduo labore ac induſtria ſtudia iterum in Academia florerent, ſuaſores extitere Principibus, præcipue autem *Burenius*, (quippe, qui propter fidem ac gravitatem eximiam & Ducibus Megalburgenſibus & univerſæ Academiæ Rotztochianæ, & in Equeſtribus Familiis notus & carus erat,) ut aliunde viros doctiſſimos ex qualibet Facultate, (ut dicitur) in Academiam Rotztochienſem vocarent, eosque ſtipendiis proſpicerent, quo omnium Facultatum ſtudia magis excitarentur. Horum deſideriis ut ſatisfacerent Principes, vocarunt HENRICUM SMEDENSTEDIUM Luneburgenſem, Theologiæ Doctorem, JOHANNEM HOFFMANNUM Jctum, JOHANNEM CURIONEM Medicum aliosque, quibus poſtmodum adjunxere JOHANNEM AURIFABRUM Theol. D. JACOBUM BORDINGIUM Medicum, ac DAVIDEM CHYTRÆUM tum plane juvenem. Sollicitarant Duces Megapolitani per *Arnold. Burenium* ERHARDUM SCHNEPFIUM ex Academia Salana. Ita enim *Philippus Melanchthon* in Epiſtola quadam ad ERHARDUM SCHNEPFIUM: *Mandata Principum ex ipſo* (videl. *Burenio*) *audies, vocant te in Academiam Roſtochianam, & ſtipendium offerunt honeſtum. Etſi ſcio, te ut Paulus laudat hoſpitium & officia Oneſiphori, ita Principum & Aulæ veſtræ benevolentiam erga te magnifacere, nec facile à Salæ ripa diſceſſurum eſſe: tamen quantum referat in illa magna littoris ora Balthici Scholam eſſe florentem, quæ ſit ad poſteritatem doctrinæ coeleſtis cuſtos, conſideres, præclare ibi te tota Eccleſia mereri poteris.* Verum

Tom. 2. Epiſt. p. m. 119.

vide-

videtur veniam à Principibus Saxoniæ non potuisse impetrare, ut hinc *Schnepfio Aurifaber* commendatione Phil. *Melanchthonis* sit substitutus.

§. 4. Senatus Rostochiensis, cum animadverteret, tantam Principes Academiæ, quam sibi superioribus annis vendicarat propriam, curam habere, nihil quicquam in se, ut desideretur, passus est, sed actu tum etiam Viros doctissimos vocavit, videl. CHRISTOPHORUM HEGENDORPHINUM, JCtum, JOHANNEM STRAUBIUM, JOHANNEM NOVIOMAGUM, JCtum, GISBERTUM LONGOLIUM, Medicum, PETRUM CAPITANEUM, EDUARDUM BRUNELLUM, Britannum & HENRICUM LEVEZOVIUM Poetam, quorum opera ut Academia magis efflorescceret, ac Professoribus Ducum aditus ad Concilium præcluderetur, imo omnes ex Academia excluderentur, certo sibi persuasit Senatus. Verum res voto non successit, quare paucorum annorum spatio hi optimi Viri discessere, & partim priorem sedem, partim aliam anquisivere.

§. 5. Principes cum resciscerent, quid moliretur Senatus, de Academia constituenda cum Senatu Rotztochiensi, *Tractationem* anno CIↃIↃLI. mense Octobri instituerunt, quid vero in ea actum sit, malumus verbis *Davidis Chytræi*, quam nostris exprimere, ne falsa narrare, aut rei gestæ aliquid affingere videamur. Sic autem *Chytræus* in suo *Chronico Saxoniæ ad annum 1551.* scribit: *Rotztochii de Academia constituenda Duces Megapolitani* HENRICUS & JOHANNES ALBERTUS *cum Senatu Rotztochiensi tractationem, adhibitis vicinarum civitatum Lubecæ, Hamburgi & Luneburgi legatis mense Octobri instituerunt, quam etsi omnia post decennium mutata sunt, & nunc Rostochiensis Academia non minus quam ulla alia, libertate ac privilegiis & immunitatibus usitatis fruitur: tamen eo consilio adscribam, ut, qualis eo tempore adhuc Scholæ status fuerit, & quanta mutatio dextera excelsi intra decennium secuta sit, posteri in his gentibus intelligant. Fuerat enim a multis annis Academia in solius Urbis Senatus potestate, quem per juramentum Rector quotiescunque novus eligebatur, publice in Auditorio recognoscere solum cogebatur. In Concilio Academiæ duo Seniores Coss. semper sedebant omnibus Principibus Professoribus exclusis. Dotem Academiæ octingentos aureos Rhenenses, (quos Academia primum condita ex Reip. Fisco aliquot annos Professoribus solvebant) jam ultra centum annos retinuerant. Cum enim mandato Concilii Basilensis Professores ex Urbe tunc ob Coss. electos a Cæsare proscripta & a Concilio excommunicata discessissent: Redicere postea cupientes, se intra annos ducentos dotem non petituros literis datis promittere coacti fuerunt. Et initio certaminum Lutheri, peste Academia dissipata magna deinceps solitudo fuit. Cum autem decennio ante Arnoldus Burenius ex Aula Rostochium missus esset, ac spes instaurandæ Academiæ plane tum desertæ a Principe* HENRICO *& filio illius* MAGNO *ipsi facta & post aliquot annos Theologus D.* HENRICUS SMEDENSTED *& alii accessissent, Senatus nihil prorsus in Academia Principibus juris esse volens, Colonia Professores accersit* JOHANNEM NOVIOMAGUM, GYSBERTUM LONGOLIUM, JOHANNEM STRUBIUM JC. PETRUM CAPITANEUM, *Medicum & alios, quorum eruditione & industria excitari studia & Academiam reflorescere & Principum Ministros excludi posse sperabat. Verum hi frustra se niti, & successus optatos exspectationi de se conceptæ non respondere cernentes, post paucos annos rursus discedunt; Et* LONGOLIUS, *priusquam accederet Coloniæ extinctus erat. Venerant autem hoc ipso anno & superiori in Academiam a Principibus vocati:* JOHANNES AURIFABER *Theologus,* JACOBUS BORDINGIUS, *Medicus,* DAVID CHYTRÆUS, *tum plane juvenis, & prius aderant* JOHANNES HOFMANNUS, JC. ARNOLDUS BURENIUS, HENRICUS LINGENSIS *a quibus admoniti Principes promissi de instauratione Academiæ repetiti Nonis Octobris in Urbem veniunt. Cumque initio solos Rotztochienses, non adhibitis civitatum Legatis de officio suo admonendos esse censerent,* THEODORICUS MOLZANUS, *cui a Principibus dicendi partes mandatæ erant, demonstrata initio optima Illustriss. Principum voluntate, qui simplici studio ornandæ Dei gloriæ & salutis Ecclesiæ ac Reip. hanc curam restituendi collapsam Academiam suscepissent: reliquam orationem in sex capita distribuit. I.) Illustriss. Principes magno cum suo dolore cognovisse Academiam Rostochiensem, quæ antea præ coeteris Scholis floruerit, nunc pene collapsam, ac suis reditibus ac dote privatam esse. II.) Concilium Academiæ per paucas & non idoneas personas administrari. III.) Liberam vocem Concilio,* TYRANNIDE SENATUS, *cujus Coss. in Concilio simul sederent, oppresso, ereptam esse. IV.) Domos Academiæ partim concidisse, partim alienatas esse. V.) Promotiones impediri. VI.) Jurisdictionem in Scholam male a Senatu usurpari, & Facultatem appellandi ad Cancellarium Suerinensem studiosis ereptam esse. Senatus spatium deliberandi sumens, ac simul Legatos civitatum quoque ad excusationem suam audiendam admitti, petens, postridie Advocato & Oratore usus D.* LAURENTIO LINDEMANNO, *respondit: singularem animi lætitiam se ex hac Illustriss. Principum pia & Christianis Principibus dignissima voluntate juvandi hanc Academiam percepisse. Verum hoc sibi permoleste accidere, quod intelligant ita Illustriss. Principibus persuasum esse, quasi Senatus Rostoch. culpa deteriori conditione nunc sit Academia, quam olim fuisset, longe enim alias esse ejus rei causas: Primum enim cum Professores anno Christi 1443. in hanc urbem rediissent, perexiguos & fere nullos Academiæ reditus fuisse, ita ut Scholasticos viritim stipem ad Professores alendos conferre oportuerit & paulo post duas celebres Academias institutas esse, ad quas multi Professores ac studiosi hac Schola deserta, se contulerint. Item ante triginta annos sævissimam luem hic grassatam esse, quæ Scholam dissipaverit. Ut autem Academia incolumis conservaretur, Senatum ex suo ærario stipendia Professoribus numerasse. Nec Senatui tribuendum esse, si quid a Collegiatis ex communibus Academiæ bonis*

emque per natum.,

Transactio rincipum um Senatu e Academia stituenda x Chytræo aferta.

1409. 1437. 1531. 1540. 1542. 1543. 1551. Octobr.

bonis sublatum sit. De Concilio respondit: statuta Academiæ ab ipsis Professoribus & non a Senatu facta esse, in quibus expresse sanciatur, ut ex Superioribus Facultatibus singuli ex Jctis tres & quatuor Collegiati Concilium repræsentent. Nec novum esse, ut non omnes Professores in Concilium recipiantur: Sed idem Lovanii & Coloniæ observari. Lipsiæ D. LOREOTUM *excludi. De Coss. in concilio, manere se in possessione, vel quasi sui juris, quod per ædificationem, introductionem, dotationem & fundi assignationem in Academia consecuti essent. Olim etiam duos Coss. in Concilio Academiæ sedisse, & consilia sua ad salutem Academiæ direxisse. Item extare literas, quæ testentur, nulla posse statuta sine Senatus consensu sanciri, & Rectores non semper per juramentum eos recognovisse. Item se necessitate coactos esse, ut Concilio Academiæ interessent, cum intellexissent, Bona Academiæ dissipari. Professores Principum non per contemptum ex Concilio exclusos esse, sed, per ipsum Concilium. Itaque petere Senatum ne hujusce rei culpa ipsi tribuatur. De Domibus non negare Senatum collabi domos, sed culpam esse Collegiatorum & non Senatus. Promotiones vero à se non impeditas, sed nuper quendam ejusmodi propositiones disputaturum fuisse, quæ in aliis etiam Academiis improbatæ essent. Hunc bono consilio non admissum esse. De jurisdictione, Episcopum Suerinensem esse cancellarium, sed veterem consuetudinem esse, ut tantum ad datorem Privilegii appelletur, & intra centum annos nunquam ad Episcopum esse appellatum, nec ab Academia Apostolos esse datos, nisi ad Pontificem. Tandem ita concluſit: Senatum quoque ea esse voluntate, ut cupiat Reformationem Academiæ juvare, verum initio Senatum solenniter & optima forma protestari, nolle se quidquam de veteri sua libertate & privilegiis & sua possessione vel quasi, quam in Academia haberent, cedere ac petere, ut Principes hæc sua privilegia & possessionem ipsis relinquant, eaque tueantur, & defendant. Hoc si Principes se facturos esse declaraverint, posse se ferre, ut Principes laborem hunc instaurandæ & ornandæ collapsæ Academiæ, suscipiant, nec se ulla in re, quæ æqua sit, & ab ipsis præstari possit, defuturos esse. Hac responsione audita, Principes ex Rectore & aliis de Academiæ conditione & reditibus inquisiverunt. Deinde coram Legatis trium civitatum prolixe ad singula Orationis Rostoch. capita responderunt, ac præcipue in tertio articulo multa dici, quæ non probarentur, ac palam esse,* Universitatem a Senatu oppressam, & sua libertate privatam esse, nec Concilium sed Senatum in culpa esse, quod Principum Professores non ad Concilium admittantur, *manifestum esse, testante id* D. BOYO & TAXELIO, *qui Principi petenti, ut Professores suos in Concilium reciperent, responderunt;* se quidem summa voluntate reverenter Principi gratificaturos esse, verum per Senatum id sibi non licere *De sexto etiam Articulo prolixe dictum est, à Cancellario Personam Pontificis repræsentari, & Lipsiæ ac Franckofordiæ ad Episcopum loci appellari & Witteberga olim ad Præceptorem* LICHTEBERGENSEM *appellatum esse, nec privilegium, sed molestissimum onus fore, si non apud proximum Magistratum sed immediate apud Pontificem Romæ administratio justitiæ imploranda sit, narrata historia de Comite, electo Episcopo Caminense, qui de cæde suspectus, ad Sverinensem Episcopum appellaverit, quod homines adhuc meminisse possent. De protestatione Rostochiensium responderunt, se nihil aliud quærere, quam Academiæ salutem & libertatem, nec ea voluntate esse, ut vel Rostochiensium vel aliorum privilegia labefactent* modo non plus sibi potestatis & juris sumant & usurpent, quam eis per privilegia sua liceat, *alioquin enim se quoque Protestatione usuros esse,* quod de suis Regalibus superioris jurisdictionis, & omni suo jure nihil concedere velint. *Verum nolle se disputationem movere, sed clementer & placide ea, quæ ad salutem Academiæ pertinent, promovere. Cumque Legati civitatum pridie Senatus Rostoch. excusationem audierint, voluisse Principes ipsis quoque responsionem Senatui dandam indicare, & petere, ut suum consilium Illustriss. Principibus impertiant. Legati, re deliberata, per* JOHANNEM RUDELIUM *ostenderunt, Illustriss. Principum responsionem talem sibi videri, ut nihil in ea mutari debeat, vereri tamen se, ut multarum disputationum ambagibus causa magis etiam intricetur, quare videri sibi, omissis disputationibus, ad causam ipsam accedendum: Ac, si ferre possint Principes, se cum Rostochiensibus de causa ipsa fidelissime acturos esse. Id cum Principes sibi placere ostendissent, Senatus Rostochiensis rogatu Legatorum septem personas delegit, quæ nomine Senatus actioni illi præssent, duos Consules* HENRICUM BOLDEWANUM & GULSOVIUM, *duos Senatores, duos Doctores* TRACIGERUM & FREUDEMANNUM & *M. Petrum* SASSIUM *Secretarium. A Principibus etiam decem Consiliarii ex Nobilitate & Doctoribus delecti sunt, & in his* THEODORICUS MOLZANUS, CHRISTOPHORUS LINSTOW, JOHANNES CYRINGUS & JOHANN LUCANUS *ambo Cancellarii & D.* JOHANN HOFMANNUS. *Post biduum Legati Delectis Principum indicaverunt, se diu multumque cum Senatu egisse de omnibus illis capitibus, quæ in responsione Principum comprehensa essent, sed necessarium sibi videri, ut initio de fundamento senioris Academiæ, videl. de* reditibus certis constanter & perpetuo Academiæ tribuendis *agatur. Rostochienses autem tenuitem suarum opum ita demonstrare, ut intelligant, ab ipsis solis Academiam sustentari non posse, & tamen eos quotannis 400. florenos Academiæ polliceri, ac petere, ne ulterius graventur, ac ut Principes reliquum liberaliter addant, & quid attributuri sint, declarent. Ad hæc Principum Delecti responderunt: Illust. Principibus iniquam videri hanc summæ adeo exiguæ collationem, cum certum sit Academiam olim 800. aureos Rhenenses annuorum redituum possedisse, & hos à Senatu quotannis numeratos esse, debere itaque Senatum non dimidiam illius debitæ pecuniæ partem, sed ad minimum 800. illos aureos, quos olim dederint integros rursum Academiæ attribuere.* Rostochienses vicissim, *Academiam circa initium fortasse 800. flor. annuorum redituum, habuisse, sed hos*

bos 800. florenos Senatus ex ſuo ærario proſe ſolo, & ſine ullius contributione promiſiſſe Academiæ primum introductæ, cum certa conditione & modo, ut videl. quam primum dos certa Academiæ obtigiſſet, Senatus hac ſua obligatione ſolutus eſſet, ut literæ promiſſæ dotis clare teſtarentur. Cum igitur poſtea Univerſitas ex Teſtamentis & aliorum liberalitate propriam & certam dotem conſecuta eſſet, *nil ſe debuiſſe amplius: quod autem hæc dos amota eſſet, ut paulo antequam* coss. *in Concilium rediſſent circiter 800. aut 900. flor. ſimul ab aliquibus ſuppreſſa eſſent, ejus rei culpam in ſe non transferendam eſſe. Deinde inter Academiam & Senatum* interceſſiſſe pactum de non petendo intra annos ducentos, *quod pactum à Principibus, Epiſcopo Suerinenſi, & civitatibus vicinis tanquam Fidejuſſoribus confirmatum eſſet. Cumque interea dotem propriam Academia habuerit, nihil ſe etiam poſt exitum 200. annorum debere; ſed tamen ut appareat, ipſos huic ſancto operi non deeſſe, addituros ſe prioribus 400. annuos 50. & petere, ut Principes quoque ſe declarent. Ad hæc Principes:* Nequaquam veriſimile eſſe, nec concedi Roſtochienſibus, quod ipſi ſoli dotem Academiæ tribuerint, vel quod cum iſta conditione dos attributa ſit, & multo minus, quod conditio ſit purificata, ſed a Principibus & vicinis civitatibus & Prælatis Dotem contributam eſſe. *Quod ad pactum de non petendo attinet etſi res ita ſe haberet,* (neſcire enim Principes an literæ ullæ ea de re extarent) *tamen poſſe cogitare Legatos,* iniquiſſimum eſſe totam Academiam & tot innocentes viros integris 200. annis multari, ac, ſi Academia, (quod tamen nullo modo indicari poſſet) graviſſimo ac nefando ſcelere ſe polluiſſet: tamen gravius eam puniri non potuiſſe; Nec ullum exemplum poenæ adeo ſeveræ adverſus ullam rebellionem in toto Imperio notum eſſe. *Præteriſſe autem nunc ab eo tempore, quo pactum illud confirmatum eſſet, annos C. III.* quibus Roſtochiani 86000. aureos Academiæ debitos retinuiſſent, quos etſi optimo jure poſſent repetere Principes, tamen velle ſe omiſſis ambagibus ſolam collapſæ Scholæ inſtaurationem urgere, & quæ perierunt, relinquere, ſatis autem diu multatam eſſe innocentem Academiam ac tempus eſſe ut debitos 800. flor. annuos Academiæ reddant. *Legati ad hæc de voluntate Roſtochienſium retulerunt, manere eos in priori ſententia, ac ſimul narrare, ſe proximis annis amplius mille florenos Academiæ cauſa profudiſſe, ac, ſi plures Scholaſtici eo venturi ſint, majores ſumptus in amplioribus excubiis alendis faciendos eſſe. Petere itaque, ne ulterius graventur. Quod ad coeteros Articulos de Concilio, Jurisdictione &c. attinet, exhibitos eſſe a Roſtochienſibus ſcriptos articulos, quos neceſſe ſit revideri. Summa autem articulorum erat: Ut* Coss. in Concilio maneant.

Ut nullus in Concilium recipiatur, niſi Senatu adſentiente.

Ut in jurisdictione & coeteris, vetus & uſitata conſuetudo retineatur.

Exponebant autem Legati, concilium ſibi videri, ut tres idoneæ perſonæ deligantur, quibus viſitatio & Reformatio Academiæ commendetur, quæ ſuam ſententiam de privilegiis, ſtatutis, diſciplina, Immunitate &c. ſcripto complectantur, & Principibus, Senatui Roſtoch. & vicinis civitatibus exhibeant, ut indicto alio conventu tandem res tota ad exitum ſalutarem deduci *poſſet. Addebant item, peter ſe reverenter, ut Principes quoque tandem ſe declarent, & ſuam ſententiam de rationibus, quas promovendo huic operi idoneas eſſe judicarent, clementer ipſis impertiant. Principes promittunt, ſe quotannis* mille aureos *Academiæ attributuros eſſe, & petunt, ut per Legatos cum Roſtochienſibus agatur, ut vel debitos 500. flor. numerent, vel ad 450. florenos aliquam ſummam addant. Quod ad Reformatores attinet, non diſplicere ſibi ajunt, ut de* Statutis, Diſciplina, Jure Electionis, Immunitate, &c. *per eos agatur. modo prius de libertate Concilii, & plenaria jurisdictione conveniat: aliquin enim* parum aut nihil utilitatis ex Reditibus Academiæ acceſſurum eſſe, ſi eidem ſervituti, qua hactenus oppreſſa fuit, obnoxia maneat: *petunt igitur, ut de biſce duobus punctis, de Libertate Concilii & Jurisdictione Roſtochienſes ſe declarent. Adhæc Legati referunt, ſe apud Roſtochienſes eo rem deduxiſſe, ut promittant annuos 500, & petunt, ut Principes rationem aliquam tenuitatis opum Reip. Roſtochianæ habeant. Orare etiam Roſtochienſes, ut promiſſis mille aureis a Principibus ducenti addantur. Quod ad libertatem Concilii attinet,* permittere Senatum Roſtochienſem, ut omnes actus Scholaſtici, Electio Rectoris, Promotiones, Diſputationes, Lectionum ordinationes liberrime a Concilio regantur, *ſed in coeteris caſibus, ut cum Perſonæ in Concilium ſunt recipiendæ, cum enormia delicta ſeditionum & aliorum delictorum puniendа, cum Rationes ab Oeconomo ſumuntur, velle ſe, nihil ſe ſciente & aſſentiente concludi. Reformationem Academiæ Concilio permittit, verum ita, ut Senatus quoque adhibeatur, & Reformatio tota ſcripto comprehenſa Academiæ alicujus non ſuſpectæ judicio permittatur.* Ad hæc Principes: magno ſe cum dolore percipere à Roſtochienſibus Academiæ Libertatem omnem eripi, quia non reſtituta & ſalva inſtaurari Academia nullo modo poſſit. *In Bulla erectionis concedi Academiæ juſtam libertatem.* Eſſe etiam omnes Academias in orbe Chriſtiano liberas, nec ullos præſtantes & doctos viros ſub Imperio Senatus hic diu victuros eſſe. Præterea niſi jurisdictio libera eſſet, nullos honeſtorum hominum liberos in hanc Academiam venturos eſſe. Mirari ſe Roſtochienſes adeo audaces eſſe, ut quod antea de facto uſurpaſſent, id nunc in publ. actione cum Autoritate tueri conentur. Principes duplici nomine plus juris in Academiam habere, nam à ſuis Majoribus eam inſtitutam, & una dotatam eſſe, & in civitate, quæ ipſis jure jurando devincta eſſet, hoſpitium habere. *Cum igitur Principes de ſuo jure cedant, & Academia in propria libertate frui ſinant; nullo prætextu honeſto Roſtochienſes uti poſſe, præſertim cum totius Academiæ conſtitutio ad ipſorum honorem ſalutemque pertineat. Petere itaque Principes, ut Legati apud Senatum Roſtochienſem agant, ut Concilium liberum*

Intelliget thenanos.

liberum sit, & liberam eligendi personas idoneas potestatem habeat, aut si omnino sedere una in Concilio Academiæ velint, cur non Principibus, qui tantundem aut plus juris habent, Concilio quoque interesse liceat. *Legati post multam cum Senatu Rostochiensi tractationem retulerunt; se diligentissime cum Senatu egisse, ut Concilio libertatem in coeteris Academiis usitatam relinquerent. Sed Senatum gravissime conqueri, nec adduci posse, ut vetera sua jura & privilegia, quæ Majores ipsorum & ipsi habuissent & haberent, ulla ratione imminui patiantur: Nec ulla ratione alia Concordiam posse inter Academiam & Senatum retineri, quam ut vetus & usitata Concilii & Academiæ forma conservetur: nec se quidquam de suo jure posse concedere. Hæc se invitos Principibus renunciare Legati ostendebant, ac se dolore, cum a Senioribus suis ad Salutem Academiæ juvandam ablegati sint, non posse Senatum Rostoch. a proposito abduci. Celebraturos autem se Principum ptam ac munificam voluntatem & actionem totam suis Senioribus exposituros esse. Gratias agere etiam Principibus pro multis benevolentiæ erga se significationibus, & petere suorum, Seniorum, & suo nomine, ut clementer se vicinos ipsis commendatos habeant. Hic exitus fuit illius actionis, quæ tamen ne omnino sine ulla spe utilitatis alicujus ad Academiam redituræ abrumperetur, urserunt Legati, ut Rostochienses de duobus illis capitibus, de concilio & jurisdictione, suam sententiam articulis comprehensam, intra mensem Senatui Lubecensi exhiberent, qui eos ad Principes transmitteret. Hæc de Rostochiensi actione, cui juvenis interfui, commemoranda h. l. duxi, ut Dei paulo post Academiam illam instaurantis & huc usque conservantis imo ultra 4000. florenos annuorum redituum benignissime largientis beneficium ardentius celebremus. Hactenus* DAVID CHYTRÆUS *loco citato.*

Imp. Ferdin. I. confirmatio.

§. 6. Hæc, quæ ex *Chytræo* narravimus dicto anno 1551. cum adhuc in vivis esset Dux HENRICUS *pacificus*, inter Principes & Senatum Rostochiensem acta sunt, *ex quibus patet, quantum laboris consumserit, ut Academia restauraretur, eique pristina dignitas ac libertas restitueretur, cum Senatus nec intercessionibus Legatorum, nec bonis conditionibus Principibus cedere voluerit, ad quorum tamen desiderium Academia olim erecta ac dotata.* Quæ res cum fortissimum Heroem Ducem JOHANNEM ALBERTUM *Alberti II.* Filium, MAGNI Fundatoris Templi Cathedralis Rostochii ad D Jacobum Nepotem, male haberet, anno 1560. ab Imperatore FERDINANDO I. suo & Fratris ULRICI nomine, *novum* impetravit *privilegium*, quo Academiæ Rostochiensis libertas, dignitas & privilegia non tantum renovata sed & Academia, quatenus opus fuit, de novo erecta & Academicis libertatibus, privilegiis & immunitatibus exornata fuit, *poena centum marcarum auri contra violatores indicta.*

Introductio Professorum in locum concilii.

§. 7. Hæc est Confirmatio Academiæ Rostochiensis à *Ferdinando* Imperatore impertita; qua, licet non primitus fundata, tamen de novo erecta, & tantis privilegiis a Cæsarea Dignitate ornata, ut nulli Academiæ in universa Germania & exteris Regnis cedat. Itaque *Senatus Rostochiensis intelligens ex Imperiali indultu periculum amittendi Juris Compatronatus sibi creari, nitescere coepit ac mitigare sententiam subsecuta tandem anno 1563. d. 11. May Transactione*, qua inter quam plurima *ex Principum & Senatus Professoribus unum Academiæ corpus & concilium, ut hodie videre licet, coagmentatum fuit.* Quare die 3. Junii. quod felix & faustum ad longam posteritatem Deus esse velit, in effectum deducta est transactio negotii Academici, & introducti Professores Illustriss. Principum in concilium Academiæ, præsentibus duobus Consulibus *Henrico Goldenist* & *Johanne von Hervorden*, & civibus circiter 16. aut 20. fuerunt autem Professores hi: D. *David Chytræus*, & D. *Simon Pauli* Theologi, *D. Johannes Boukius* JCtus, D. *Gerhardus Nennius* Medicus, *Johannes Tunnichæus* Philosophiæ & Medicinæ Doctor, L. Johannes *Bocerus* Poeseos Professor & Poeta Laureatus, M. *Arnoldus Burenius* Oratoriæ & L. *Bartholomæus Clingius* Dialecticæ & Rhetoricæ Professor. Erant vero jam antea in Concilio nomine Senatus urbis D. *Laurentius Kirchofius* JCtus, qui ad sesquiannum Rector Academiæ fuerat pendente controversia de Academiæ recta constitutione. *D. Johannes* KITTELIUS Theologus, *D. Matthæus Röslerus* JCtus & Syndicus Urbis, *M. Conradus Pegelius*, *M. Bernhardus Mensingus*, *M. Johannes Possellius*, & *M. Henricus Warenius* artium Professores. Medico enim Senatus tum carebat etiam in ipsa fere urbe. Et quia *Kittelius* hinc discedere cogitabat, nec ex parte Ducis in gratiam redire poterat, Senatus & Cives *Lucam* BACMEISTERUM in ejus locum substituerunt, cum & hactenus Professoris Munus in Academia sustinuisset, & alius in promptu nondum esset. Atque sic BACMEISTERUS una cum Professoribus Principum ex parte Reip. in Concilium receptus est. Per Rectorem autem suus cuique locus attributus est, ita, ut per vices ordinarentur sessionis loca. Sic *Chytræus* supremum obtinuit locum post Rectorem, *Bacmeisterus* proximum, tertium D. *Simon* & sic deinceps. Locis ordinatis Cos. GOLDENITIUS *vir prudens & facundus* orationem ad omnes habuit, qua post gratiarum actionem ad Deum pro felici transactione hortabatur eos, ut omnia in Concilio deinceps juxta *Formulam transactionis, seu concordiæ*, (ut nunc vocamus) agerentur, absque ullis affectibus & partium studio, sed pie, placide & candide negotia omnia, quæ ad salutem Academiæ & Reip. pertinerent, tractarentur.

Professores ducales recensentur.

Professores Senatorii.

Conventio utrorumque de nonnullis.

§. 8. Postea Rector. D. *Kirchofius* hæc proposuit 1. De juramento Concilii usitato ab omnibus jam receptis præstando, 2. de novi Rectoris electione, 3. de Apocha a Professoribus Principum danda Senatui de 800. aureis Rhenanis remittendis, quæ olim dos fuerat Academiæ à Senatu Rotztochiensi attributa (id, quo pacto se habeat, in formula Concordiæ est expressum) 4. de reddendis literis obligatoriis coss. Senatoris & *D. Kommeri.* Re deliberata Professores Principum responderunt: juramentum Concilii hactenus usitatum se approbare & præstare velle. Rectorem novum eo ipso tempore eligendum esse, qui ad proximum diem Lunæ renun-

nunciaretur publice. Apocham de 800. aureis se dare velle bona fide obligatorias vero literas tum reddere velle, quando Renunciatio Rectoris facta esset. Tale enim se habere mandatum à Principe. In hoc Articulo illud medium inventum. Rectori electo statim jam tradi debere sigillum Academiæ à præsenti Rectore, ac tum *D. Bouchium* sigillum Facultatis juridicæ, quod ipse penes se satis longo tempore habuerat, tradere futuro Decano velle, atque ita etiam literas obligatorias omnes præsentibus consulibus exhibere.

Negotiorum Academiæ felix compositio.

§. 9. Hoc modo omnia Dei beneficio amice transacta fuerunt, juramentum quoque e vestigio à Professoribus Principum & à *Bacmeistero* una cum illis Concilio præstitum. Ac tum statim novus Rector consentientibus omnium suffragiis electus est D *David. Chytræus*, cui simul sigillum Academiæ tradidit D. *Laurentius Kirchhoff.* Promotor ei adjunctus est D. *Matthæus Roslerus.* Postea à Consulibus nomine Senatus gravis exhortatio facta est ad omnes Consiliarios, ut inter se pacem & concordiam tuerentur, &, si quando operam ipsorum Senatus vel Respubl. in dubiis rebus vel arduis requireret, faciles se exhiberent. Idem cives quoque petierunt per suum Oratorem. Responsum redditum, qua decuit humanitate & benevolentia. Postea etiam hoc addiderunt Coss. & cives quia adhuc in numero Professorum Senatus aliqui deessent, iis vocatis & advenientibus locum patere debere. Idem & Professores Principum exceperunt, inter quos unus JCtus adhuc desiderabatur. Hoc modo diu exoptatus finis actioni & negotio Academiæ impositus fuit, pro quo summæ gratiæ Deo debentur, & optandum, ut tota hæc actio & conjunctio ad Gloriam Numinis divini cedat, ac salutaris sit Academiæ & Reip. Die 7. Junii renunciatio novi Rectoris *D. Chytræi* solenni ritu & insigni pompa facta est. Rector insignem & dulcissimam orationem habuit *de Academiarum origine, conservatione usu & de disciplina Scholastica.* Interfuit actui Baro quidam Austriacus Dn. *Joachimus von Brandis*, qui tum forte hac ibat in Daniam Legatus *Ferdinandi I.* Imperatoris. Post renunciationem Rector splendidum convivium instituit, ad quod omnes Professores etiam dictum Baronem invitaverant. D. DAVIDEM CHYTRÆUM subsecutus tempore hyberno D. LUCAS BACMEISTERUS Senior.

CAPUT. V.

De statu Academiæ a tempore Confirmationis usque ad præsens tempus.

SUMMARIA.

§. 1. Academia pestem & bellum iterum sustinet.
§. 2. Hujus tunc facies describitur.
§. 3. Dux Johannes Albertus Professores in Academia sua visitat.
§. 4. Iterum controversatur Academia cum Senatu urbano de privilegiis suis ac immunitatibus.
§. 5. Academia in tranquillo & florentissimo statu vivit.
§. 6. Dux Ulricus jure Episcopali ut Cancellarius Academiæ, in ea visitationem instituit.
§. 7. Academia peste quosdam amittit Professores in quorum loca novi iterum surrogantur.
§. 8. Actio inter Academiam & Senatum urbis ob Johannem Christophorum Castritium.
§. 9. Qui inhibentibus Principibus Academiaque obluctante laqueo necatus fuit.
§. 10. Academia celebrat Jubilæum Lutheranum I.
§. 11. Biennio post Jubilæum Academiæ. II.
§. 12. In bello Germanico XXX. Milite Cæsareo urbs & Academia graviter oppressa, multaque ob Hatzfeldium necatum sustinuit pericula.
§. 13. Laudantur quidam Magistri privati ob linguarum orientalium singularem cognitionem studiaque Theologica.
§. 14. Tangitur inprimis Augustus Varenius.
§. 15. Tumultus studiosorum ob Pennalismi abrogationem excitatur.
§. 16. Indicitur Academiæ a Ducibus Jubilæum Ecclesiast. celebrandum.
§. 17. Hoc magna solemnitate peragit.
§. 18. Tumultus oritur a studiosis ob promulgatam legem de non gestandis amplius gladiis in publico.
§. 19. De Professoribus quibusdam vel demortuis vel migrantibus.
§. 20. Pennalismus abrogatus.
§. 21. Quidam Professores hinc evocantur in noviter erectam Academiam Kilonienſem.
§. 22. Autor Historiæ describit tempora florentissima Academiæ, quibus ipse in illa degit.
§. 23. Magnam iterum patitur jacturam ob studiosum quendam a Senatu urbis vi in custodiam e domo Rectoris reductam.
§. 24. Dirum & gravissimum urbs & Academia incendium quoque accipiunt.
§. 25. Academia memoriam secularem publicati Libri Concordiæ celebrat &c.
§. 26. Laudantur ob studia duo Fratres de Löbenhaubt Sueci Barones.
§. 27. Auditorium Majus reparatum, solenni pompa ab Academia inauguratur, aliaque universitatis Collegia restaurantur.
§. 28. Multos in omnibus Facultatibus & morte & abitu amittit Professores.
§. 29. Novus in Academia inter Cos. urbis & studiosos oritur tumultus.
§. 30. Catalogus hodiernorum Professorum annectitur.

Academia iterum peste & bello vexatur.

§. 1. Cum tali modo, ut modo enarravimus, Reformatio Academiæ esset instituta, atque novam formam adepta (præter enim Professores modo adductos accessere, *Johannes Borcholtus*, JCtus, *Henricus Brucæus* Medicus & *Kittelio* qui discesserat, *Henricus Strevius* Theologus, *Josephus Würtzlerus*, *Petrus Vasse* atque *Johannes Sommerfeld* Philosophi Schola universalis Rotztochium ad summum celebritatis fastigium pervenit. Ne tamen solida ea felicitas esset, biennio elapso videl. anno 1565. peste sævissima quæ octo Professores XLVIII. studiosos, & ultra novem hominum millia in urbe sustulit afflicta est, quam excepit bellum, quod Urbs cum Principibus gessit, quod hac occasione, referente *Lindebergio* ortum. Cum ante aliquot annos in conventu ordinum Ducatus Provincialis Principum æs alienum dissolvendum ordines recepissent,

eaque de causa in coeteris oppidis *Accisæ* frumenti, cerevisiæ aliaque onera prius inusitata, essent imposita; Cives Rotztochienses Cos. suum *Petrum Brummerum*, qui conventui una interfuerat, quod sine Senatus & communitatis mandato adsensus esset, ab officio removerant, & privilegio exemptionis suo aliisque causis ablegatis huc usque contribuere recusarant. Tandem vero cum communium totius provinciæ onerum partem sibi subeundam & Principum ac ordinum coeterorum animos non prorsus a se alienandos Senatus judicaret, octoginta sex millia aureorum præmissa solenni protestatione de privilegiis suis hoc actu non imminuendis aut violandis, recepit. Cum Principes Privilegiis urbis nihil præjudicatum aut derogatum iri hac spontanea contributione testarentur, & colligendæ pecuniæ rationes Senatui civiumque arbitrio liberas relinquerent; id officium Principibus præstitum omnibus periculis & molestiis, (quas aliquandiu civitas sustinuerat) finem impositurum esse sperabatur. Verum id intestinæ dissensionis ac motuum civilium & tristissimarum calamitatum proximis annis secutarum occasio & seminarium fuit. Cum enim de mediis conficiendæ pecuniæ inter Senatum & cives deliberaretur, & Senatus nihil in ærario pecuniæ, imo Rempl. 30000. aureorum ære alieno, tempore Belli Danici conflato, oneratam esse ostenderet, & accisam Cerevisiæ, quam in urbe caupones venderent, aliaque tolerabilia media institueret, cives *Accisæ* (quam semel acceptam non amplius abolitum iri metuebant) nomen horrentes libertatem à majoribus traditam sibi conservari, & media colligendæ pecuniæ, quod communi civium consilio & assensu comprobata essent, aboleri flagitant. Cumque nihil supereſſe in ærario Senatus affirmaret, rationes administratæ pecuniæ publicæ ac redituum Urbis omnium à multis annis flagitant. Imo & de Bonis Ecclesiasticis inquirunt, ac, quid agatur cum pagis ac prædiis rusticis, quæ civitas habet. Præterea hospitalium S. Georgii ac S. Spiritus rusticos, quorum servitiis tunc soli coss. fruerentur ad communem totius Urbis utilitatem transferri postulant; denique multa alia publici boni, ut loquebantur, causa movebant, quæ ut obtinere commodius & exsequi apud Senatum possent, *sexaginta cives* ex tota communitate, vi plebisciti cujusdam veteris anno 1428. confirmati, deligunt, qui rerum potiti, mox Senatum, quem de variis insimulabant, confirmare suum plebiscitum coguntab eoque omnium rerum calculum sibi fieri pro Authoritate sua Tribunitia admodum impetuose postulant. Id ipsum cum Senatus ægre ferret, ac demonstraret, se Rempubl. bene administrasse, cives tamen hoc responso minime erant contenti, & Senatum in Graphæo ab ortu ad occasum solis, ut postulationi suæ satisfaciat, detinuerunt. Imo Tribunitias literas denuo produxere, earumque confirmationem cum comminationibus ursere, quo pacto claves publici Ærarii, Curiæ, portarum &c. Magistratui ademere &, ut imperata faciant, armata adegere manu. Hæc res cum à Senatu ad Ducem JOHANNEM ALBERTUM esset delata, statim invocatus adfuit, seditionem civium vi ac armata manu compescuit, ac arcem tanquam domitricem excrescentis contumaciæ, moenibus dirutis, cum parte Coenobii D. Johannis ad portam urbis meridionalem exstruendam curavit: Cives cum viderent exstructione Arcis ipsis *libertatem rem inæstimabilem fuisse* ereptam, poenitentiam egere, sed veniam commissi delicti obtinere statim non potuere, donec post multas civitatis querelas, ac opem ferente Academia, (quæ Rectorem suum *Davidem Chytræum* & *Johannem Posselium* Græcæ L. Profess. ad ordines Provinciæ, Sternbergæ tum congregatos misit, ut pro urbe apud Principes intercederent) Arx eadem Imperatori velut sequestro fuit tradita. Et licet bellum inter Duces Megapolitanos & urbem Rotztochiensem recruduerit, tamen anno 1573. Gustrovii die Matthæi (qui urbi Rotztochio festus est,) intercessione statuum provinciæ clementiaque Principum, omne dissidium multo felicius, quam cives optare poterant, Transactione perpetua quam vocant *Erbvertrag*, compositum est, atque cum mense Februario sequentis anni sc. 1574. JOHANNES ALBERTUS & ULRICUS Fratres Duces Megapolitani Urbem ingressi essent, *deprecante sub dio Senatu civibusque* Principes arcem demoliendam ipsis cesserunt, quæ mira celeritate est destructa, ut hodie ne vestigium supersit. Plura qui de hoc bello scire avet, adeat *Chytræum & Lindebergium*, illum Saxon. ad a. 1566. 1573. hunc in Chron. Rost. L. 4. c. 8.

Eius tunc facies.

§. 2. Dum ita per octennium urbs gravissimo bello ac motibus intestinis premitur etiam studiosorum numerus fuit dissipatus. *Nam adolescentes studiosi* (ut statum istum *Nathan Chytræus* depingit) *audito nuncio tam tristi, passim musæis relictis, per urbem trepidi discurrere, alius, quod sit, alium scisciteri, rumores anxie conquirere, in* FORO *deinde* LATINO *universi coire, infortunia sua conqueri, in medium conferri consilia, alter bellorum pericula commemorare, alter cum privato infortunio querelam publ. miscere, alter alteri quam celerrimum in patriam reditum suadere. Itaque quotidianis tumultibus & novis subinde rumusculis factum est, ut mediocris eo tempore Scholasticorum frequentia uno veluti momento magna ex parte dissiparetur; cum aliqui a Parentibus etiam domum revocarentur, alii sua sponte fugientibus comites se adjungerent. Pauci admodum, qui restiterant, animosiores, ubi jam toties pro Præceptorum vocetympana, pro musico concentu tormentorum tonitrua audirent: Ipsi quoque mores illi tempori accommodatos, juvenili quodam calore induere, & libros clypeis, calamos, hastis, convictores commilitonibus, musæa contuberniis permutarunt. Ita, ut jam ex Scholasticorum, paucis sane exceptis, depravatione, præceptorum, studiorumque contemptus, ex contemptu petulantia, ex petulantia barbaries, ex barbarie vastitas Scholæ extrema videretur secutura.* Interim tamen, etsi non adeo magna scholasticorum frequentia aderat, non Professorum diligentia deferbuit, quin potius fecere, sui quod erat officii, qua propter eorum (inprimis Theologorum fama) universam per-

pervolavit Germaniam nam anno 1568. *David Chytræus*, at quantus Vir! evocatus ab Imperatore MAXIMILIANO II. ad instantiam statuum, abiit cum M. JOHANNE POSSELIO in Austriam, ut ibidem cum JOACHIMO CAMERARIO, iisdem Imperatoris literis accersito, Ecclesias Scholasque Lutheranas formaret: Eodem anno summo Theologo MARTINO CHEMNITIO Ecclesiæ Brunswicensis quondam Superintendenti Doctorum Theologiæ insignia, in frequentissima literatorum corona & exterorum quoque, qui confluxerant, præsentia, Decano Facult. Theol. *Simone Pauli* collata sunt. Præterea eodem anno Lubicam evocatus D. LUCAS BACMEISTERUS Sen. partim componendæ cujusdam controversiæ gratiæ, quæ mota erat Ministris verbi à quodam eorum Collega *Johanne Beato* & quibusdam aliis ex auditorum numero de administratione Eucharistiæ, partim saluberrimi negotii causa, de certa *Concordiæ Formula*, quam Sueviæ Ecclesiæ Saxonicis offerebant, ineunda & acceptanda.

Eius incrementa insignia.

§. 3. Perturbatissimo autem ac omnium calamitatum refertissimo octennio vix elapso, licet David Chytræus in Styriam a *Carolo* Archid. Austriæ ad Ecclesiæ & Scholæ Provincialium constituendæ consilia per Virum nobil. *Bernh. Lercher* evocatus secundum abiisset, tamen magnus admodum in Academiam Rotztochiensem studiosæ juventutis confluxit numerus, & tanta studiosorum diligentia in discendo perspecta, ut interdum Auditoria eos capere non potuerint. Quid, quod ipse Dux Megapolitanus JOHANNES ALBERTUS (quem supra jam nostra laudavit oratio,) anno 1574. mense Martio cum Filio suo juniore Principe ac multis Equitibus Nobilibus Auditorium Magnum est ingressus, atque Auditorem Lectionis *Davidis Chytræi de Patriarchis Principe dignis ac felici gubernatione* gessit, quod & ipse Princeps jam ante octodecim annos sc. anno 1552. mense Novembri, cum modo restaurationem Academiæ suscepisset, præstitit, dum Lectionem Catecheticam *Davidis Chytræi* auscultavit quemadmodum non multo post in Collegio Mesoselenii gravissimos, ac eruditos sermones erat enim literatissimus Princeps, qui juvenis Rectoratum Academiæ Francofurtanæ gessit) cum Doctore *Chytræo* habuit, ac tam amanter a CHYTRÆO petiit, ut in Academia Rotztochiensi permaneret, non secus ac amicus amicum, quibus sane glorioſissimus Princeps calcar studiosæ addidit juventuti, ut diligentius literis incumberent, ac re ipsa demonstravit, se semel a se restauratæ Academiæ non curam abjecisse sed benigne eam fovere, quod & ad tempus vitæ suæ præstitit, *exemplum imitationis omnibus Principibus post se relinquens.*

Dux Jo. Albertus Academiam suam visitat.

Controversia Academiæ cum senatu de privilegiis & immunitatibus suis.

§. 4. Etsi autem Academiæ status jam florentior ac & docentium & discentium diligentia undique perspecta, tamen novæ disceptationes inter Academiam ac Senatum Oppidanum sunt subortæ. Huic malo uterque Senatus Academicus & urbis nova *transactione* anno 1577. 19. Oct. inita remedium attulit. *Sed utrque in Academiæ visitatione anno 1599. ab Illustr. Duce* ULRICO *peracta, ab ea, quatenus & Bullæ & Transactioni priori anno 1563. erectæ, derogaret, discessit & quidem urbicus populi sui dissensum prætendebat, Academicus vero quod Transactionem illam privilegiis suis detrahere animadverteret, quodque Principes Megapolitani supremi Academiæ Patroni consensu suo eandem, ut priorem non comprobassent.* Interim tamen inter utramque Remp. simultates sunt altæ, quæ sæpius in apertum odium gliscere coeperunt. *Unde autem tot Litigia, an temporis vel hominum in illo tempore viventium injuriæ sit adscribendum, aliis nobis prudentioribus dijudicandum relinquimus.*

Post Academia tranquilla & florens.

§. 5. Insignem vero meretur laudem Academia Rotztochiensis, quod a tempore Reformationis & Restaurationis suæ, (quamvis ubique Schismata orta) nunquam tamen mutationem in Religione admiserit, sed constantissime semel agnitam Veritatem, ut pretiosissimum depositum foverit, &, quam puriorem doctrinam à *Luthero* ejusque assectis hauserat, fideliter Discipulis inculcarit, ut non necesse habuerit, quod in ea studium Theologicum instauraretur sicut in Academia Wittebergensi anno 1577. 25 April per *Jacobum Andreæ* factum, ubi post obitum *Lutheri* ipse *Philippus Melanchthon* nutare coepit, ac plurimi illius ac *Lutheri* Discipuli & Synergistarum & Calvinianorum partes sectati. Hinc tanta Academiæ Rotztochiensis fuit autoritas atque existimatio, ut ex ea petiti non solum, qui Ecclesias formarent ut supra de CHYTRÆO narravimus; sed idem *Chytræus* etiam cum *Jacobo Andreæ* ex Academia Tubingensi *Andreæ Musculo* & *Christophoro Cornero*, ex Academia Francofurtana, *Nicolao Selneccero* ex Academia Lipsiensi, ac *Martino Chemnitio* ex Ecclesia Brunswicensi ab Electore Saxoniæ AUGUSTO Torgam vocatus, ad divinum istud opus *Formulam* scil. *Concordiæ* conficiendum, quod anno 1580. prodiit, ac subscriptione *Chytræi* ac Collegarum in Academia vid. *Simonis Pauli, Lucæ Bacmeisteri, & Valentini Schachtii* corroboratum, ut omittamus cœteros in Ecclesia & Schola Rotztochiensi. Similiter eodem anno, quo *Formul. Concordiæ* publicata, D. LUCAS BACMEISTERUS Sen. ab illustribus Austriæ ordinibus per Virum apprime nobilem Dn. WOLGANGUM CHRISTOPHRUM a MEMMINGEN vocatus 13. Februar. in Austriam ad Ecclesiarum ac Scholarum visitationem & Reformationem instituendam, discessit, & post decem menses rediit, ægre admodum ab Ordinibus Austriæ dimissus. Imo in tanto pretio hæc Academia à Principibus & proceribus mundi habita, ut ad nullam lubentius, quam ad hanc studendi gratia se contulerint, siquidem præter Theologos laudatos in ea florebant summi ac conscientiosi Juris periti HENRICUS CAMERARIUS JACOBUS BORDINGUS, LAURENTIUS NIEBUHR, MARCUS BUSSKOWDT, JOHANNES ALBINUS, & BARTHOLOMÆUS KLINGE, ita ut intra XXV II. annos ab anno sc. 1575. ad annum 1603. *quinque Principes Imperii, unus Comes, ac unus liber Baro* in ea literis operam dederint, ac fasces Academiæ gestarint, quod suo loco dicturi sumus. Quid quod PHILIPPUS II. Dux Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum & Vandalorum &c. non dubitavit

Acade-

Academiam hanc binis visitare vicibus, in eadem aliquot dies commorari, statum ejusdem cognoscere, actibus publicis interesse, & cum Professoribus clementissime ad prandium invitatis, & splendidissime excerptis, docte, prudenter, graviter de rebus variis conferre: Tandemque Fratrem Illustriss. DN. ULDARICUM generosissimæ indolis Principem, studiorum causa ad eam adducere, eumque Professorum fidei & industriæ clementer commendare, quod factum anno 1601. Idem *Philippus* pro singulari sua in Academiam Rotztoch. benevolentia anno 1615. *Herbarium Eustadianum*, centum thalerorum pretio constans Bibliothecæ per Legatum HENRICUM SWICKELIUM offerendum curavit.

Dux Ulricus ut Cancellarius eam invisit.

§. 6. Id perspiciens D. ULRICUS Dux Megapolitanus ac *Nestor Germanus*, vestigia Fratris *Johannis Alberti* laudatissimi ac optimi Principis legens sœpius Academiam suam ingressus, præsertim vero anno CIↃIↃXCIX. ejus lustrationem seu Visitationem instituit. *Novit enim optime prudentissimus Princeps, quanti prodessent Visitationes Ecclesiarum & Scholarum. Accidit nempe interdum, ut Doctores Ecclesiæ in Doctrina puriori soleant nutare, docentium ac discentium Diligentia remittere, vita Academicorum, seu Scholasticorum perversos mores inducere, ac Præfecti stipendia non porrigere, hæc visitatione instituta omnia solent aboleri, ac corrigi.* Quantum vero juris Illustrissimus Princeps ULRICUS ut Episcopus Suerinensis & Cancellarius Acad. Rotztoch. magnificentissimus in Academiam suam haberet, quantumque a jure Senatus oppidani differret, eo demonstravit, quod, cum Academiam Anno 1599. visitaret, *initio Collegium suum remoto Senatu oppidano inspexerit & de necessariis utilibusque rebus statuerit, postmodum vero Senatum Municipalem ratione juris sibi in Academiam competentis accersiverit, & Legatos Senatus Consiliariis suis provincialibus adjunxerit, utrorumque Vota & Sententias auscultarit, & tandem suo & Senatus municipalis nomine decretum fecerit, & tamen in illo ipso decreto, quid Celsitudo ipsius in controversiis Academicis constitui vellet, præscripserit atque mandarit.* Cumque tunc temporis Principes tantummodo duos Theologiæ Professores haberent, prudenti mente ac deliberatione constituit Illustrissimus ac Religiosissimus Dux præter illos tum viventes Theologiæ Professores, duos adhuc alios adsciscendos, ut quatuor Theologi in Principum Collegio essent. Processit res feliciter, & Collegium Ducale, in Principis sententiam pedibus iens, in deliberationem traxit, quinam illi officio adhibendi. Præsentarunt autem DUCI ULRICO LUCAM BACMEISTERUM juniorem, ideo duobus in Principum Collegio Theologis anno 1600. tertius superadditus. Cur quartus Theologus instituto Principis non statim adjunctus, non adeo liquet. Forsan ideo factum putamus, quod prudentissimus Senatus Rotztochiensis, Academiæ Compatronus, instinctu Coss. sui JOHANNIS KELLERMANNI, Academiæ Fautoris & Patroni, dum viveret, summi, Proavi nostri clarissimi, suis duobus Senioribus Theologis LUCÆ BACMEISTERO Seniori, ac *Valentio* SCHACHTIO tertium n. DAVIDEM LOBECHIUM, at quantum Virum! 1593. adjunxerit. Ne ergo præter necessitatem entia multiplicarentur, cum sex adessent Theologi, tamdiu ab instituto Principis Collegium Ducale abstinuit, donec quidam Theologorum ex Collegio Senatorio fatis concederet: sancitum quippe erat a Principe, *ne plures, quam duos Senatus Theologos haberet*, quod postmodum semper observatum.

Peste professoribus quibusdam orbata novi surrogantur.

§. 7. Post hæc sc. anno 1603. Peste Academia aliquantulum quassata, ac Theologo suo D. LOBECHIO orbata, cui successit ad beatorum sedes JOHANNES FREDERUS Theologus, magni *Chytræi* gener anno sequenti sc. 1604. quod vulnus Academiæ inflictum eodem anno surrogatione *Pauli* TARNOVII tum Scholæ oppidanæ Rectoris, ac *Eilhardi Lubini*, hactenus Poeseos Prof. resarcitum, quamvis *Paulus Tarnovius Davidi Chytræo* anno 1600. ad superos evolanti, cui hactenus non idoneus successor fuerat repertus, datus successor, *Lubinus* autem *Fredero*. Triennio vero elapso vestigia Collegarum legit VALENTINUS SCHACHTIUS, & coelestium numero adscriptus. Anno vix in circulum redeunte, Senior Theologus LUCAS BACMEISTERUS placide obdormivit, & in Ecclesiam triumphantem translatus, quorum alteri surrogatus *Christianus* SLEDANUS alteri JOHANNES AFFELMANNUS al. *von Affeln*, quibus docentibus eundem nitorem Academia habuit, ac vivente *Chytræo* ejusque Collegis ut Excellentissimos JCtos tum viventes BARTHOLOMÆUM CLINGEN, MARTINUM CHEMNITIUM, *Martini* Theologi Filium, ERNESTUM COTHMANNUM, THOMAM LINDEMANNUM & JOHANNEM SIEBRAND; experientissimos Medicos: JOHANNEM BACMEISTERUM, WILHELMUM LAURENBERGIUM, & JOHANNEM ASSVERUM: acutissimos Philosophos, *Johannem Simonium*, Oratorem, *Johannem Kirchmannum* Poetam, *Nicolaum Willebrandum* Moralistam, *Petrum Sase* Logicum, *Johannem Slekerum* Physicum ac Metaphysicum, *Johannem Posselium* juniorem, Græcum, *Marcum Hasseum* Hebræum, & *Georgium Dasenium* Mathematicum silentii conopæo involvamus.

Lis cum senatu civico ob quendam nom. Castritium.

§. 8. Enarravimus jam florentissimum ac maxime tranquillum Academiæ statum, quo per septem fere lustra usa, tunc in gravissimas turbas cum Senatu oppidano iterum incidit ob studiosum quendam, (si studiosi & docti nomen meretur,) cui nomen JOHANNES CHRISTOPHORUS CASTRITIUS Hessus, qui sæpius in furto deprehensus. Res ita se habet: Accidit ut hic miser homo ob furtum virgis cæsus, & ex Tubingensi Academia exclusus, studiorum, quæ feliciter coeperat, & ut in illa ipsa Academia *Baccalaureus* crearetur, meruerat, pertexendorum causa primum Wittebergam iret, inde Rotztochium veniret, & à Magnifico Rectore illius facinoris ignaro in Album studiosorum inscriberetur. Et initio quidem ille diligenter didicit, pluresque conciones ad populum habuit, atque in primis in Lingua hebraica tantum profecit, ut sanctam illam linguam sine punctis legeret. Verum paulo post recidit in priores diaboli

diaboli laqueos, & furtum, cui adſueverat, Rotztochii repetiit quod facinus, cum palam fieret, Senatus Rotztochienſis hunc *Caſtritium* per Lictores apprehendendum, *contra transactionem & formulam concordiæ* anno 1563. 11. Maji erectam, curavit. *Licet* enim *Senatui oppidano in criminalibus prehenſio competat, non tamen ſimpliciter ſed ſecundum quid videl. ut fiat ſciente & conſentiente Rectore Academiæ juxta §. Nachdem auch bey diſen Punct die Jurisdiction in der Univerſität betreffend &c.* Deinde ante cauſam cognitam, quæ cognitio utrique Senatui & Academico & oppidano competit juxta form. Concord. *Die Erkäntniß aber und Deciſion in cauſis criminalibus, ſoll das Ehrw. Concilium und der Raht zu Roſtock ſambtlich haben &c.* ſtudioſus reus à Lictoribus raptus in carcerem ſub curia *der Finckenbauer genand* juxta form concord. eſt abducendus. Verum hic miſer homuncio *Caſtritius contra transactionis tenorem* (verba ſunt magni *Erneſti Cothmanni*) *ad judicis oppidani ædes vi pertractus, & inde in Graphæum municipale ductus, poſt in carnificinam detruſus denique in obſcuro, opaco, occluſo, & fœtido carcere concluſus, & omni humano auxilio deſtitutus, miſerrime tractatus & vexatus.* Sic *Senatus* oppidanus ſibi jus ſuaſu DOMANNI Syndici in Academiam arrogavit, an autem ſimultaneum jus cum Illuſtriſſ. Principibus Megapolitanis habeat, grandis eſt quæſtio & grandior deciſio. Hoc ſcimus ex Bulla Fundat. Acad. Rotztoch. licet cum Illuſtriſſ. Principibus Megapolit. Coss. quoque & Procoſſ. ſubmiſſe ſupplicarent tamen in negotii hujus deciſione erectione & fundatione *Pontifex Romanus ſolorum Principum preces tantum reſpexit*, quod pluribus perſequitur Cothmannus R. 1. n. 34. & ſequent: Et licet Senatus populusque Rotztoch. Academ. dotarit, tamen quantum Jus Illuſtriſſ. Principum in primis *Epiſcopi Suerinenſis* in Academiam jus Senatus ſuperet, modo ex viſitationis proceſſu, quem tenuit Illuſtriſſ. Dux Ulricus, innuimus, palamque edocent ac Bullam Papalem quoad jurisdictionem Rectoris & Academiæ, pluribus explanant Literæ *Werneri* & *Conradi* Epiſcoporum Suerinenſium. Tria autem capita in negotio *Caſtritiano* in controverſiam venere. *I. An Caſtritius furti reus pro ſtudioſo agnoſcendus atque ſic jurisdictioni Academiæ ſubjectus?* Senatus oppidanus negavit, Academicus affirmavit, in cujus ſententiam ivit Facultas Academiæ Helmſtadiens: Francof. Haidelb. Lipſ. atque Jen. *II. An Caſtritio tortura infligenda?* Senatus oppidanus affirmavit, Academicus negavit, quia facinoroſus peccatum confeſſus. *III. Quo ſupplicii genere Caſtritius afficiendus ſuſpendii vel gladii?* Academia militavit pro gladio, Senatus oppidanus inprimis *Domannus* Syndicus pro ſuſpendio quia invidit gloriæ *Erneſti Cothmanni.* Atrox quidem id erat crimen, quod Deus ſcelerum Vindex morte mulctari voluit, &, ut ita fieret, Concilium Academiæ Rotztochienſis conſenſit, *ſed tamen ut poena ſuſpendii in gladii poenam commutaretur, æquius & humanius Senatus Academicus arbitratus eſt*, cujus opinionis ſuæ plures attulit rationes, neque ante litem jam deciſam intercedendo quicquam tentare neceſſum eſſe putavit. Et cum ampliſſimum Senatum oppidanum hoc caſu ex transactione autoritate Illuſtriſſimorum & Celſiſſ. Principum Megapolenſium roborata communicatam jurisdictionem habentem, ad mitiorem poenam Concilium flectere non poſſet, Acta ad Clariſſimos DN JCtos Colonienſes transmiſſa ſunt. Hi reſponderunt: *Poenam ſuſpendii velut ordinariam a ſummo Principe mutari poſſe, attamen hoc temperamentum pium & honeſtum expreſſim ac diſerte adſcripſerunt, nimirum propter hominis illius Juvenis & infortunati infortunatum Parentem eumque ſenem, & in illius commiſeration em & conſolationem tum etiam in Concilii Rotztochienſis omniumque laudatarum Academiarum & generalium ſtudiorum gratioſum honorem poenam laquei in gladii poenam communi conſenſu verti & mutari poſſe*, idque ſe prudentiæ & diſcretioni utriusque tam Academici quam municipalis Magiſtratus relictum velle.

Qui obnitentibus Principibus & Academia laquei ſupplicio affectus.

§. 9. Pia admodum, præclara & honeſta ac rationibus ab Academia Rotztochienſi conſcriptis congrua, denique humana hæc Sententia. Sed quam prudentiam, humanitatem & diſcretionem JCti Colonienſes in judicando etiam adhibuerint, tamen locum non invenit, & Magiſtratus adſcriptitii rigor, (qui experientia teſte, etiam in homine de infima & media plebe ſolet leniri) ac Rotztochii erat lenitus prævaluit ut tandem Concilium (quam anxie etiam pro homine interceſſit, ut in favorem ordinis literati gladio feriretur, nolens volens in ſententiam illam duriorem & ignominioſiorem decurrere oportuerit, hinc factum ut miſer homuncio ſuſpendii ſupplicio affectus ſit, quod factum an. 1611. 14. Octobr. qui dies diſputationi ſolenni juridicæ dicatus & dies Lunæ erat, *quo die in memoriam hujus rei non amplius Diſputationes habentur.* Num recte ac ſecus factum, quod iſto mortis genere perierit, non diſceptabimus, inſpiciat, qui vult, *Acta* publicata ab *Erneſto Cothmanno JCto, de cauſa Caſtritiana* ſub Titulo: *Diſcurſus veridicus & juridicus juſſu & auctoritate Reverendi Concilii in alma Academia Rotztochienſi ſcriptus de criminali negotio Caſtritiano Gryphisw. 1612. 4to.* hoc tamen meminimus, à Senioribus nobis relatum, quod triduo nondum elapſo, funus ſuſpenſi juſſu Celſiſſ. Principum ſit humatum, quemadmodum accidit anno 1669. Wittebergæ, ubi ſtudioſus qui contubernalem ac cognatum ſuum ſicariorum more vita privarat, quidem rota, (obluctante etiam Academia) vitam finire fuit coactus, ſed & juſſu Sereniſſ. Electoris Saxoniæ poſt triduum illius corpus terræ mandatum. Ut autem quilibet quaſi in Compendio videat, quo animo Senatus Academicus Rotztochienſis Senatus Urbani in *Caſtritium* latum graviſſimum ſupplicii genus acceperit, duo Programmata ſatis ſuperque atteſtantur. Sufficiant hæc dixiſſe de *negotio Caſtritiano*, ad alia nobis properandum.

Academia celebrat Jubilæum Lutheranum I.

§. 10. *Ut autem recentia Vulnera graviter dolent cicatrice vero obducta dolorem remittant*: Sic initio hæc cauſa magnas ſimultates inter Academiam Senatumque atraxit, quæque jam aderant, auxit, imo hoc caſu cœtus diſcentium valde

valde fuit dissipatus. Tractu autem temporis Simultates quoque sopitæ sunt & numerus discentium fuit auctus. Licet autem contentiones non prorsus fuerint sublatæ, interim tamen docentes fideliter partes suas exsecuti, suaque diligentia Academiam illustriorem reddidere. Cumque paucis ab hinc annis scil. anno 1617. *Jubilæum Lutheranum* incideret, summa solennitate à Professoribus inprimis Theologis illud celebratum. Rector Academiæ *Johannes* SLEKERUS, programmate publicato cives Academiæ ad celebrationem Jubilæi Reformationis Evangelicæ invitavit. Senior Theologus *Paulus* TARNOVIUS habuit orationem *de Visitatione gratiosa per Martini Lutheri Ministerium ante seculum coepta grato animo agnoscenda celebrandaque &c.* Collegæ ac Patruo successit *Johannes Tarnovius*, ac oratione *comparationem trium Ecclesiæ Dei Reformatorum Eliæ Thesbitæ, Johannis Baptistæ, & Martini Lutheri instituit.* Nec siluit magnus *Affelmannus* in hoc Jubilæo; ille, ne officio suo deesset, prælectionibus aliquot publicis ex *D. Johannis Apocalypsi de Reformationis Lutheri principio, medio & fine adhuc futuro* egit, quod ex programmate illius publicato constat, ut nihil de juniore tunc Theologo *Johanne* QVISTORPIO, Primo, cogitemus, qui & coetu Ecclesiastico & Scholastico insignem Dei gratiam per Reformationem Lutheri nobis exhibitam decantavit.

Jubilæum Academiæ II. biennio post.

§. 11. Jubilæum Lutheranum biennio elapso videl. 1619. excepit *Jubilæum Academiæ secundum*, quod magna cum festivitate celebratum: Rector & Senatus Acad. Rotztoch. uno programmate ipsum festum indixit, aliaque aperuit. Theologus *Johann Quistorpius* in templo summo ad D. sc. Mariæ, 12. Nov. habuit concionem *ex cap. 7. Lucæ de Erectione & Conservatione Scholarum.* Eodem die *Joachimus Schonermarckius* JCtus sceptra Academiæ deposuit novoque electo Rectori tradidit, habita oratione de *immunitatibus Academicorum.* Novus Rector *Thomas Lindemannus* JCtus post renunciationem suam peroravit *de Academiis.* Sequenti die vid. 13. Novembr. *Azarias Sturzius* J. U. D. & Histor. Prof. habuit orationem de *Academia Rotztoch.* quo ipso die Joh. *Laurenbergius* Med. D. & Poeseos Pr. *carmen* recitavit, ac *Joh. Huswedelius* Ethices Prof. habuit orationem *de genere Doctrinæ Philosophicæ ac morum*, quod in Academia Rostoch. vel primo annorum centenario coli coeptum est, vel quod altero consecutum, vel quod tertio demum exspectemus venturum. Quarto & decimo Novemb. exhibuit Orationem Senior Theologus *Paulus Tarnovius de Scholis Regiis*, quid sint, quæ illarum causa efficiens, quæ materia, quæ forma & finis, applicatione facta ad Academiam Rotztoch. Quinto & decimo Novemb. octodecim Magistri creati Decano *Petro Sassio* Log. Prof. & vices Cancellarii sustinente, *Georgio Dasenio* Mathem. P. Sexto & decimo Novembr. gradu licentiali in Theologia ornatus *David Tanke* Wismarienſis, Decano *Johanne Tarnovio* & Procancellario *Johanne Quistorpio.* In Medicina *Joachimus Stockmannus* mitra doctorali eodem die redimitus, Decano *Jacobo Fabricio* ac Pro-Cancellario *Johanne Bacmeistero* Sen. *Johann. Tarnovius* habuit in actu promot. orationem de *Academiæ bono*, unde illud primum oriatur, & quibus mediis porro conservetur, idque EX PSALMO LXXXV. *Joh. Quistorpius* in actu promotionis habuit Orationem, *quod Scholæ Regiæ ad Theologum efficiendum multum momenti habeant. Jacobus Fabricius* in actu promotionis egit *de causis cruentantis cadaveris præsente homicida: Johannes vero Bacmeisterus egit* de eo, *quantum boni sit in literis, & recta & proba juventutis institutione & educatione, ut & de honoribus & gradibus Academicis.* Septimo & decimo Nov. syllogismum hunc: *Cui convenit definitio magni illius in Ecclesia Dei Antichristi is verissime est Magnus in Ecclesia Dei Antichristus. Romanæ bestiæ seu Romani Pontifici, post tempora Gregorii M. convenit ista definitio. E. Romana bestia seu Pontifex Rom. post tempora Gregorii M. est magnus in Ecclesia Dei Antichristus;* publice ad disputandum proposuit *Johannes Affelmannus* Theologus, quo & die *Eilhardus Lubinus* Theologus carmen recitavit, quo demonstravit, *Pacem in Romano Imperio restitui non posse, nisi Jesuitæ inde profligentur.* Octavo & decimo Nov. *Johannes Simonius* Orat. Professor actum oratorium repræsentavit, *in quo fundationem primam ejusque Patronorum desideria ad vivum fere expressit.* Denique nono & decimo Nov. *Sigismundus Dürfeld* carmine *laudes Academiæ Rotztoch.* adumbravit, ac *Johann. Posselius* Gr. L. P. εὐχαριστήριον habuit, quo Jubilæum istud finitum. Quid jam celebrius, quid festivius hoc Jubilæo esse potuit. Acta autem omnia Rectore *Thoma Lindemanno*, ac Illustriss. Principibus ad clavum Reip. sedentibus ADOLPHO FRIDERICO, & JOHANNE ALBERTO, qui ad hoc festum Jubilæum ablegarunt Viros strenuos ac Nobiliss. *Nicolaum a Bulav* Consil. aul. *Gerhardum Moltken* Provinc. Consil. *Ernestum Cothmann*, JCtum, Cancellarium & Acad. Rotztoch. antecess. sicut & ampliss. & prudentiss. Senatus Rotztoch. Academiæ Compatronus, Legatos misit Ampliss. Viros *Marcum Taucken*, Cos. *Joachimum Schütten* & *Johannem Leuttermann* Senatores, quorum præsentia Actus iste Jubilæus illustrior redditus, ac simultates, quæ hactenus inter Academiam & Senatum oppidanum extitere, sopitæ ac prorsus sublatæ sunt.

Belli tricennalis molestias inpr. ob Hatzfeldium necatum Academia sustinet.

§. 12. Sublatis rixis ac contentionibus in *Jubilæo Academiæ secundo* quilibet omnia prospera & felicia sibi promittebat, quæ etiam aliquot annis evenere; sed postmodum iterum affiicta Academia *bello Germanico trigesimali.* Nam celebratis Anno 1627. Paschatos solennibus Rectore Joh. Quistorpio S. Theol. D. & Prof. Cæsaris *Ferdinandi II.* inclementiori jussu (eo quod auxiliares miserint Regi Daniæ pro Religione contra Cæsarem pugnanti) Illustriss. Principes Mecklenburgici DN. ADOLPHUS FRIDERICUS, & DN. JOHANN. ALBERTUS ex avitis suis provinciis tristissimo exemplo Lubicam emigrarunt, suisque ingens desiderium cunctis subditis reliquerunt, quorum loco ALBERTUS WALLENSTEINIUS, Fridelandiæ & Sagani præfectus, qui infinitis exactionibus plerosque incolas

incolas in quartum usque annum misere divexatos omnibus ferme fortunæ bonis exuit, atque ad incitas redegit. Licet autem Academia Rotztochiensis tuta permanserit, inprimis Dei providentia, ac deinde D. *Jacobi Fabricii* ope, qui sua sedulitate in arte medica sibi & Academiæ benevolentiam apud optimates bellicos conciliavit, tamen non levem jacturam passa, quippe rarissimus ad eam studiosorum juvenum confluxus, qui inde ortus, quod cum bellicis exactionibus & deprædationibus omnis ferme Germania, & in primis circumjacentes provinciæ exhaustæ essent, ac urbs Rotztochium militare Cæsaris præsidium ad 3000. haberet, nec exhausti Parentes in Academiis liberos alere possent, nec ad hanc milite refertam suos allegare vellent. Huic malo aliud accessit: Accidit enim 22. Januarii intra octavam & nonam matutinam anno 1631. ut quidam dictus *Jacobus Varnejerus* J. U. L. Chiliarchæ Imperatoris, cui nomen *Henricus Ludovicus ab Hatzfeld*, Dynastæ in *Wildenberg*, *Schönstein* & *Steinhausen*, (cujus singularis erat amicus,) caput securi, quæ forte in hypocausto aderat, ad exemplum *Judithæ Holofernis caput* tollentis, amputaret, falsa persuasione inductus, hoc modo urbem Rotztochium ac ditionem Megapolitanam e manibus Ducis *Wallensteini* liberatum iri: quo facto gravioribus calamitatibus urbs & Academia Rotztochiensis implicita. Verum non diu duravit illud malum; siquidem eodem anno ac quidem tempore æstivo Dei gratia maxima Ducis Mecklenburgici pars a milite Cæsareo, qui sub generalatum Ducis Fridlandiæ ferme per quadriennium variis exactionibus & molestissimis pressuris mirum in modum torserat, liberata, tandem & Rotztochium mense Octobri, Domitium Decembri & Wismaria Januario anni 1632. amicabili cum relictis præsidiariis inita transactione in Illustriss. Ducum Megapolensium Dn. *Adolphi Friderici* & Dn. *Johannis Alberti* potestatem transfosso antea Egræ in Bojohemia *Waldsteinio Duce de Fridland*, Suecorum inprimis auxilio, redierunt. Inter has vero Calamitates Academia Rotztoch. anno 1630. in memoriam secularem *Augustanæ Confessionis* Jubila & Dissertationes magna cum festivitate exhibuit, Testes sunt Jubila & Dissertationes junioris Theologi *Johannis Klemii* typis expressæ, ut cæterorum Theologorum acta sicco, quod dicitur, pede transeamus. In perpetuam autem Rei memoriam scripta omnia calamitoso hoc tempore à Senatu Academico, hinc inde missa & agitata, in Academiæ Archivo fidelissime asservantur.

Magistrorum quorundam privatorum in promovendis LL. OO & Theologia studium.

§. 13. Superatis hisce Academiæ calamitatibus, serenior ei lux affulsit, & linguæ orientales sicut nunquam antea in ea florere coeperunt. Accidit enim, ut quidam studiosus Theologiæ, dictus *Samuel Bohl* Gryphenberg. Pomer. Philos. Magister ex Academia Regiomontana Rotztochium anno 1636. accederet, hic una cum alio Magistro Philosophiæ, cui nomen *Johannes Fabricius* Dantisco-Borussus, consensu amplissimæ Facultatis Philosophicæ L. orientalium cognitionem sic excitavit, ut disputationes aliquot hebraico Idiomate à studiosa juventute fuerint conscriptæ, ac eodem Idiomate publicitus sub præsidio *M. Samuel. Bohli* ventilatæ, quod a prima ejus fundatione non fuit factitatum. Dum ita Hebraica, Chaldaica, Syriaca atque Arabica tractantur, Theologica non fuere neglecta, nam præter piissimos Theologos consensu Reverendæ Facultatis Theologicæ Philosophicæ Magistri privatas habuere lectiones Theologicas, quorum alter *Christianus Drejerus*, Stetinensis Pomeranus postmodum Theol. D. & Professor Regiomonti ac, (quod dolendum) Schismaticus, & Syncretistarum Patronus summus, alter *Abraham Calovius* Morunga Borussus, dein Theolog. D. Profess. & Superintendens Witteberg. Syncretistarum malleus, & de universa Christi Ecclesia meritissimus. Hi ambo præter lectiones privatas & Disputationes, viginti quatuor Disputationibus *Augustanam Confessionem* comprehendere, contra Hæreticos firmavere, ac publicitus respondentibus doctis juvenibus sub moderamine Senioris Theologi *Johannis Quistorpii* defendere, ita tamen ut trium tantum Disputationum Autor præsesque *Christianus Drejerus* extiterit, unius & viginti vero *Abrahamus Calovius*, quique (licet privatus Magister,) ob singularem in rebus Theologicis scientiam modestiam, aliasque Virtutes raro exemplo, commendatione Sereniss. Electoris Brandenburg. cujus Alumnus extitit, anno 1637. 22. Junii Rotztochii *Theologiæ Doctor* creatus a Decano *Johanne Quistorpio*. Ut vero constaret, cui Facultas Theologica titulos insigniaque Doctoralia contulerit, *Calovio* imposuit, ut contra *Johann. Crellium de uno Deo Patre scriberet*. Hinc natæ ejus *Dissertationes Rotztochienses*. Verum hæc obiter, ad alia accessum facimus.

Laudatur Aug Varenius, itemque Jo Huswedelius.

§. 14. Immatura morte extincto *Bohlio* anno 1639. 10. Maji, cum juvenis per annum *Theologiæ Professionem* summa cum laude sustinuisset, jacturam, quam ejus morte Academia suscepit, adventu *Augusti* & in orientalibus linguis versatissimi Juvenis *Varenii* ex Academia Regiomontana biennio elapso Deus clementissime resarcivit. Huic enim *Varenio* ab Amplissima Facultate Philosophica concessum ut vices Valetudinarii Professoris Hebraeæ L. *Stephani* HEINII privatis suppleret lectionibus quid quod, antequam *Heinius* decederet, jam *Professor Hebraeæ* L. designatus, ac statim post obitum *Heinii*, qui incidit in 2. Jun. 1643. Professor Hebraeæ L. ac Catecheseos Christianæ 28. Jun. introductus. Quanta vero fide, quanta industria, quantaque eloquentia linguam sanctam cum aliis Orientalibus in Academia Rotztochiensi propagarit, testes sunt Auditoria, in quibus professus, testes discipuli adhuc viventes testes ipsius libri ac varia ingenii monumenta, quæ orbi literato reliquit imitatus & *Bohlium* publice Hebraice disputando. Nec hic nobis reticendus esse videtur insignis Philologus, ac communis Literarum Parens JOHANNES HUSWEDELIUS, etenim *Heinius*, *Bohlius* ac *Varenius* Linguam hebraeam cum coeteris Orientalibus summa cum laude in Academia Rotztochiensi propagavere, sic *Huswedelius* horum trium σύμμεγον in literatura graeca non minori cum laude studiosam erudiit juventutem,

ut ex hac Academia veluti ex equo Trojano Linguarum peritiſſimi prodierint.

Tumultus ſtudioſorum ob pennaliſmi abrogationem.

§. 15. Aſt nec hæc Academiæ Rotztochienſis felicitas diu duravit: hoc enim tempore Senatui Academico a propriis ſuis civibus periculoſum ſatis & grave evenit bellum qv. inteſtinum, hancce potiſſimum ob cauſam. Cogitarat ſc. jam dudum Rector & Concilium Academicum de modo quodam ſalutari, quo absque omni tumultu & ulteriori reſiſtentia tyrannica illa Veteranorum in adventantes novitios ſtudioſos Juvenes dominatio, Pennaliſmus barbare dicta, ex ſua Academia Rotztochienſi cum omnibus Nationalibus ſocietatibus, feliciter tandem abrogaretur; ideo, eventu quamvis minus felici, hoc cepit agitare conſilium. Egit namque Anno 1642. ſub Rectoratu *Joachimi Schnobelii* J.U.D. & Profeſſoris cum Rev. Miniſterio illud medium ſponte ſua tunc offerente. ut immorigeri ſtudioſi, nolentes relinquere *ſocietates nationales*, velut in notorio peccato perſeverantes, ab abſolutione & S. Synaxi, donec reſipiſcerent, excluderentur, idque publico Programmate, quo illa inobedientia ſimul ſevere perſtringebatur, fuit ſignificatum. Sed hæc res magnas dedit turbas, ſiquidem ſtudioſi omnium Nationum coadunati conſpirarunt, ad urgendam iſtius Eccleſiaſtici rigoris, quem illi *Bannum* vocabant abrogationem, & illorum, quæ in Programmate durius poſita cenſebant, mitigationem. Qua de cauſa IX. quorum ſinguli ſingulas nationes repræſentabant, e ſuo Coetu, ad Rectorem ablegarunt cum literis in quibus *Nationum ſocietates* defendebantur, & prædicta abrogatio & mitigatio petebatur. Res in Concilio acerrime inter Profeſſores & cum illis IX. Procuratoribus, præſente, ſemel atque iterum in area Concilii univerſa multitudine ſtudioſorum fuit agitata, ita, ut ad ſeditionem aliquam, vel illorum ex hac Academia ſeceſſionem ſpectare videretur. Tandem ita fuit ſedata & compoſita, ut quidem ſtudioſis, qui ejusdem eſſent Nationis, arctiorem amicitiam colere, etiam honeſtos interdum agere conventus fuerit promiſſum, ipſi autem viciſſim promiſerint, ſe cum Senioribus & Fiſcalibus, omnem imperandi junioribus, exigendi pecuniam, pro acceſſu & inſcriptione, cogendi ad ſervitia, abſolvendi conſuetudinem, item omnes omnino Schoriſticas exagitationes, & uno verbo omnes abuſus abrogaturos & omiſſuros eſſe; ut autem cuiquam pateret dictum *Bannum* Miniſterii Rotztochienſis, publice id e Cathedra Eccleſiaſtica contra *Pennaliſmum* die 13. Dec. publicarunt.

Indictio Jubilæi eccleſiaſt.

§. 16. Pace ſic cum ſtudioſis & poſtea cum German. anno 1648. reddita Academia Rotztochienſis jam florens magis florere coepit. inprimis acceſſu magni Theologi JOHANNIS GEORGII DORSCHÆI, quem Illuſtriſſimus Princeps GUSTAVUS ADOLPHUS, Dux Megapolitanus, ex Schola Argentoratenſi ſecum in Rotztochienſem adduxit, factum hoc Menſe Februario anni 1654. Anno ſequenti ſc. 1655. die 23. Sept. Rectore *Auguſto Varenio*, SS. Theol. D. Hebraicarum & Cathecheſeos Chriſtianæ Profeſſore *Jubilæum ob pacem Religionis ante ſeculum, anno ſcil. 1555. de 25. Septembr. Auguſtanæ Confeſſioni in Comitiis Auguſtanis datam & conſummatam* ſolemni ceremonia celebravit Academia; ipſa autem ſolemnitas Jubilæi ad mandatum Sereniſſ. Principum ac DN. DN. ADOLPHI FRIDERICI, & DN. GUSTAVI ADOLPHI Ducum Mecklenburgicorum die 26. Octobr. in Academia ſolenni ritu eſt peracta, cum ex eorundem Sereniſſimorum mandato die 25. Octobr. in Eccleſia eadem lætitia ſecularis eſſet celebrata; Verba Formalia Sereniſſimorum ex gratioſiſſimis ad Academiam literis utriusque Principis manu & Sigillo conſpicuis hæc ſunt: *So iſt demnach an euch unſer gnædigſter Befehl hiemit, daß ihr folgenden Tag* (26. Oct.) *in unſer Univerſität mit Anordnung und halten einiger dazu dienlichen* Orationen *und* Diſputationen, *wie ihr das am bequemſten und dienlichſten erachten werdet*, ſolenniter *begehen*, *und durch ſolche* pia *und* Euchariſtica Vota *und* Exercitia *dem allerhöchſten Gott für ſolche groſſe Gnade hertzlich dancken*, *und ſeine göttliche Allmacht*, *ſolchen hochtheuren wehrten Schatz ſeines hochheyligen göttlichen Worts &c. auff unſer Nachkommen biß an den lieben jüngſten Tag in Gnaden zu erhalten inniglich und von Hertzen bitten und anruffen ſollet*. Factum & hoc. Affixa ſunt duo Programmata, unum generale, quo intimatio *Jubilæi Eccleſiaſtici* facta civibus Academiæ, iisdem mandatum, ut debita Euchariſtia & beneficii meditatione diem a Sereniſſimis Eccleſiæ præſcriptum ſecularem celebrent, & Jubilæi Academici ſpeciali intimatione propediem futura ad illum celebrandum ſeſe præparent. Affixum illud Dom. XIX. Trinit. ſ. XXI. Octobr. Alterum Programma ſpeciale affixum d. XXV. Octobr. Ordinationem Academiæ ſpecialem reſpectu illius Jubilæi expreſſit, & ad actus tum præcipue duos Oratorios, tum diſputatorios Cives Academiæ omnes invitavit.

Quod magnificentia celebratum.

§. 17. Die XXVI. celebratus eſt in Academia *Jubilæus magnus* gemina Oratione in Auditorio majori. Rector Academiæ ex Decreto Rev. Concilii ab hora 9. usque ad 11. *hiſtoriam pacis religioſæ & circa illam inſigniora quædam documenta Providentiæ divinæ oratione* complexus, pro eadem ſeculum explente gratias, pro ſervanda per ſucceſſum, ſi quæ ſunt inter mortales ſperanda ſecula, preces ſolenni forma conceptas elocutus, in commemoratione tandem Sereniſſimorum Confeſſorum Saxonum & Mecklenburgicorum actum oratorium matutinum obſignavit. Hora ſecunda poſt meridiana Excellentiſſ. Academiæ Poeta *Andreas Tſcherningius*, eleganti gravique heroico carmine ſeculari eandem ſolemnitatem Academicam ex decreto Rev. Concilii, ſed & ex reſpectu beneficii ſacri celebravit. Utrique actui Muſica tam vocalis quam inſtrumentalis cum ſono Jubilææ buccinæ paſſim intercinentis eſt addita. Die proximo XXVI. Octobr. a Rectore Academiæ D. *Varenio* habita eſt diſputatio ſolennis prima in *Pſalterium Davidis*. Rectorem excepit primarius Theologus, *Johann Georgius* DORSCHÆUS, extantque ejus Diſputationes ſuper. *v. 31. cap. 9. Actorum Apoſtolicorum*. Hujus veſtigia preſſit *Hermannus Schuck-*

Schuckmannus, qui *de pace* disputationem proposuit. His adstipulatus *Johann.* QUISTORPIUS II. qui *de libero Religionis exercitio per ultimorum temporum secula* disputavit. Nec siluit Superintendens *Caspar Mauritius*, qui & in Ecclesia & Schola Symbolum suum contulit.

Tumultus studiosorum ob gladiorum usum abrogandum.

§. 18. Peractis hisce solennibus, ac quotidie meliora sperante Academia, in quasdam incidit turbas hac occasione. Mandatum erat civibus Academicis Autoritate Concilii anno 1656. 24. Junii Rectore *Johanne Georgio Dorschæo*, S. Theol. D. & Profess. Primario, ut *gladios* in publico gestare intermitterent atque ita antiquissimis statutis conformes viverent. Hoc mandato publicato, ex adverso triduo postea studiosi quam plurimi (nefas dictu & visu) intra tertiam & quartam vespertinam bini & bini gladiati & dispalliati incesserunt, & hac ratione jus gladiorum gestandorum asserere annisi sunt, imo postea frequentibus institutis coitionibus, & partim ad Rectorem, partim ad Concilium deputatis missionibus, *gestationem gladiorum tum à Rectore tum à Rev. Concilio importune flagitarunt.* Rector & Concilium tumultum sentiens, cum alia tranquillando coetui (ad quem etiam multi trahebantur inviti) via occurrere non possent, mediam amplexi, atque placuit, ut commissorum amnestia sanciatur, Legis autem latæ suspenderetur exsecutio, donec ea videbitur commoda, nisi quod in Auditoriis, Templis & popinis seu cauponis gladio interesse nullo modo permissum esse debeat.

Professores quidam demortui vel demigrantes.

§. 19. Sedatam hancce turbam, paucis annis elapsis excepit mors incomparabilis Viri JOHANN. GEORGII DORSCHÆI, quæ accidit anno 1659. 25. Decembr. Biennium post sc. 1661. HERMANNUS SCHUCKMANNUS Theologus ad prædicaturam Aulicam primariam Gustrovium & *Caspar Mauritius* itidem Theologus Hamburgum ad Pastoratum Jacobæum anno 1662. migrarunt. Collegarum vestigia legit tertius Theologus *Johannes Christophorus Ottonis* anno 1663. atque Stadam ad Pastoratum abiit. In Dorschæi locum immediate ut *Primarius Theologiæ Profess.* qui tamen titulus ipsi valde fuit controversus, hincque non statim in Facultatem fuit receptus, eo quod reliqui professores Theologi Senatorii, præcedentiam ipsi concedere nollent, quia nec Senior etiam Theologus D. *Quistorpio II.* esset, & cæteri etiam longe ante ipsum in Facultatem erant recepti, quanquam jam olim *David Chytræus*, & post ejus obitum noster Proavus *Lucas* BACMEISTERUS, Senior, imo *Paulus Tarnovius* illum gessere, *Johannes Fridericus König* olim Profess. Gryphiswaldensis, tum vero Superintendens Macklenburgicus, & Episcopatus Razeburg. suffectus. Hic susceptа anno 1663. 23. Junii oblata provincia, quamdiu ipsi Deus vitam largitus, (vixit vero Rotztochii vix biennium) insigne Academiæ lumen, nec minus *Dorschæo* exstitit, *Schuckmanno* vero 1663. 25. Junii successit D. *Augustus ille Varenius*, *Varni Deus*, hactenus Hebræus, (qui jam electus erat Successor anno 1662. sed nolebat (ut accepimus) ante Königium introduci, ne præcedentiæ ratione liti exponeretur) & *Mauritio* maxime pius HENRICUS MÜLLERUS hactenus Græc. Ling. rof. surrogatus, quibus Theologiam docentibus novam Academia formam, quasi induxit, indiesque florentior facta.

Pennalismus abrogatus.

§. 20. Dum hæc geruntur anno 1662. 7 Martii Rectore *Johanne Bacmeistero* Med. D. & Poliatro Rotztoch. Patruo nostro filioli observantia post mortem colendo, *Schoristicæ exercitationes* seu *Pennalismus*, (qui per sexaginta ferme annos in Regiis Scholis Germaniæ viguerat, magnaque incrementa sumpserat,) Programmate publicato ex Academia Rotztochiensi ad Garamantes proscriptus. Inter Academias quippe Lipsiensem, Wittebergensem, Jenensem, Gryphiswaldensem, Helmstadiensem, Giessenam ac Altorfinam tale pactum formatum, ut, qui in una earundem ob actiones Pennalisticas esset relegatus, pro excluso ab omnibus reliquis haberetur atque hunc in finem semper Programmata, (quibus Relegationes promulgandæ typis describi debent) quorum exemplaria sub sigillo istius Academiæ, in qua facinus hoc delinquentes perpetrarunt, ad reliquas confoederatas transmittenda, ut addito novo Relegationis Programmate, id ipsum ibidem Tabulæ publicæ affigi, atque sic majori cum autoritate malum hoc tolli possit, prout etiam Rotztochii anno 1662. ipsa Dominica Reminiscere ad instantiam Academiæ Lipsiensis & eodem anno die 19. Martii ad literas Academiæ Jenensis factitatum. Ne igitur tam sancto operi ulterius remora injiceretur, Academia Rotztochiensis ut modo innuimus etiam *Pennalismum cum Collegiis Nationalibus* abolevit, & plene abrogavit, simulque omnibus Fiscalibus & Senioribus Nationum injunxit, ut libros, sigilla, arcas, reliquaque acta Nationalia cum ipsis Originalibus sepulchrorum in Templis, extraderent, quod etiam subsequentibus proxime septimanis fecerunt, atque arcæ cum sigillis, libris actisque reliquis Nationalibus ad Archivum Academiæ delatæ, sepulchra autem, quorum mentio est facta, a Rectore & Concilio pro studiosis, a quorum conterraneis olim empta, conservantur. Cum vero per abrogationem Collegiorum Nationalium injuriam pati viderentur studiosi pauperes, Rector & Concilium Academiæ Rotztoch. *Fiscum pro studiosis pauperibus* ordinavit, in quem quilibet studiosorum primum adventantium pro ratione Facultatum aliquid conferre cogitur, ex quo pauperibus ægrotis factum sane æterna dignum memoria Academia succurrit, & etiam id agit, quo pauperes studiosi demortui ex eodem Fisco honeste sepeliri queant.

Professores hinc in Acad. novam Kilien. evocati.

§. 21. Hisce non sine molestia & labore peractis, post triennium iterum Academia Rotztoch. quandam mutationem passa. Accidit enim, ut Serenissimus Holsatorum Princeps *Christianus Albertus* Chilonii 1665. Academiam erigeret, tum ex Academia Rotztoch. in novellam Chilonienſem evocavit *Casparum Morchium* M. D. & P. ad Professionem Medicam, *Christianum Kortbold.* S. Theol. D. & hactenus Gr. L. P. ad Theologicam, *Danielem Georg. Morhoff.* J.U.D. hactenus Poeseos P. ad Oratoriam & Poeseos *M. Matthiam Wasmuth* hactenus Logices P. ad LL. Orientalium, quos mox secutus *Michael Pancratius*

J. U. D. & Orat. P. allectus in Musteum Hungarorum Atheneum, quod *Eperies* s. Fragraria audit, ad *Juris publici professionem*. Hanc jacturam mox Deus surrogatione clarissimorum Virorum insigniter supplevit. Nam *Marchio* successit Patruus noster venerandus *Johannes Bacmeisterus* hactenus Physicus Rotztoch. & Anatomiæ Prof Senatorius, huic *Joh. Jacobus Döbelius* M. D. *Wasmutho*, *Zacharias* Grapius Th. L. *Morhofio*, *Johann Bernhard Zinzerlingius* J. U. D. *Justi Zinzerlingii* Philologi & Dicasterii Mecklenburgici Filius, *Pancratio*, *Andreas Daniel Habichhorstius*, Philos. Mag. & S. Theol. Lic. uti & P. L. C. tandemque *Kortholto* M. *Johannes Manzelius*.

Florentissimus Academiæ status tempore Auctoris.

§. 22. Pervenimus in enarratione Historiæ Academiæ Rotztoch. ad tempora, quibus per integrum triennium, ac supra etiam in Academia Rotztochiensi vitam degimus. Vidimus tum Academiæ statum florentem, probavimus Dnn. Professorum diligentiam, atque illorum promptum inserviendi studium sumus experti. Possemus recensere, quanta fide B. *Quistorpius* junior terram *sanctam* secundum ipsius manuductionem, *Atheismum* secundum delineationem *Spizelii* ac *institutiones Catecheticas Conradi Dieterici* publice Auditoribus suis enarravit, quanta gravitate, Suada ac industria summus Vir AUGUSTUS VARENIUS *historiam Nativitatis, passionis & resurrectionis Christi*, item *historiam missionis Spiritus S. ac delineationem totius S. Scripturæ cum enodatione locorum difficiliorum* publice Auditoribus proposuerit, & quanta nervositate B. *Henricus Müllerus cap. LIII. Esaiæ* ac *Harmoniam V. Novique Testamenti Chronologicam* publicitus studiosis exhibuerit, sed religio est pluribus ea persequi, ne adulatorum vitium incurramus. Non possumus autem, quin hic publice deprædicemus, quantum commodi ex publicis Disputationibus *Johannis Quistorpii* in Aug. Confess. prælectionibus *Augusti Varenii* in universa Biblia, quarum jam facta mentio, lectionibus privatis D. *Michaelis Cohabi* in *Epistolam Pauli ad Romanos & Institutiones Catechetic as Conradi Dieterici*, *enarrationibus opticis & Chronologicis D. Johanni Bacmeisteri* Patrui nostri suspiciendi, ac tum Hospitis perbenigni, & *publicis lectionibus physicis atque privatis metaphysicis B. Hermannis Beckeri* itemque Collegiis Philosophicis *L. Zachar. Grapii* percepérimus, horum virorum grata apud nos memoria non interibit, donec spiritus nostros reget artus. Præterea summa cum voluptate recordamur, (recordamur autem sœpius,) cum Illustris Vir Dn. de *Lumbres* Christianissimi Galliarum & Navarræ Regis *Ludovici XIV*. Consiliarius, in Germaniam Legatus Extraordinarius, Ordinis S. Michaelis Eques, a laudato Christianissimo Rege Galliarum Rotztochium missus, ut animos Principum Megapolitanorum reconciliaret, Rotztochii anno 1665. a festo Michaelis ad festum Paschatis anni 1666. degeret, quod sœpius publicos congressus Academicos illustri sua Præsentia reddiderit illustriores, calcarque ad majorem diligentiam tam docentibus quam discentibus addiderit. In recenti adhuc hæret memoria, cum *B. Stephanus Masius*, Wismar. postmodum Theol. Lic. Vir in linguis Orientalibus versatissimus, sub præsidio *Augusti Varenii* anno 1665. 25. Octobr. horis ante & pomerid. *de librorum Canonicorum variis translationibus &c.* responderet, hunc Illustrem Virum Dn. de *Lumbres* per totum diem egisse Auditorem, & cum XXXI. Octobr. B. *Henricus Müllerus* Rector constitueretur, sua præsentia actum cohonestasse. Quid, quod, nulla ferme habita Disputatio, cui non interfuit. Nec in hoc quievit hujus illustris Viri propensus affectus in literas & Academiam, sed præterea etiam modo *Varenium* modo *Quistorpium*, modo *Müllerum* adiit, privatas illorum lectiones audivit, & de rebus gravibus, variisque materiis Theologicis sermones cum ipsis cessit, ut silentii conopæo involvamus, quam familiariter Nobilissimis JCtis usus. Eodem tempore Rotztochii ad ineundam concordiam cum Serenissimo Fratre CHRISTIANO LUDOVICO Duce Megapolitano tunc ad clavum Reipubl. sedente, hærebant Illustriss. B. B. B. B. CAROLUS, JOHANNES GEORGIUS, RUDOLPHUS ac FRIDERICUS, Duces Megapolitani & B. B. CHRISTIANI LUDOVICI, ac GUSTAVI ADOLPHI Ducum Mecklenburgicorum Legati; hi suum in Academiam benivolum affectum soepius testati sunt, ac visitatione Auditoriorum re ipsa declaraverunt. Meminimus, cum diutius coeteris Fratribus Illustriss. *Johannes Georgius* Rotztochii viveret, Fasces Rectorales a Patribus conscriptis Academiæ humillime ad ipsum fuisse delatos, quos justas quidem ob causas clementissime recusavit, attamen omni modo salutem Academiæ se quæsiturum sancte promisit.

Academiæ decrementa ob violentem a Senatu urbis in custodiam abreptum edomo Rectoris studiosum.

§. 23. Dum ita florebat Academia, indies magis magisque studiosorum numerus crescebat, nec tantum ex civium numero sed & ex nobili Prosapia imo Barones (inter quos *Johannes Albertus Liber Baro de Putlitz* qui anno 1665. M. Julio inscriptus) ad eam confluebant, quippe celeberrimi Viri videl. *Hermannus Lembkenius*, *Albertus Willebrandus* Senior, *Henricus Rudolphus Redekerus*, *Jacobus Sebastianus Laurenbergius*, *Christianus Woldenbergius* & *Georgius Radovius* Sacratissimorum Imperatorum, Regum, Principum ac Gentium Jura explicabant. Vidimus creari in omnibus Facultatibus sc. Theologica, Juridica, Medica & Philosophica Doctores, ut palmam coeteris Academiis præripere videretur, quo in statu incorrupta ad annum 1675. permansit, tunc non levem jacturam passa 3. Aprilis ob studiosum quendam Theologiæ, cui nomen *Andreas Riesener*, natione Dantiscanus. Hic anno 1673. mense Aprili Rectore D. *Michael Cohabo* in matriculam Acad. Rotztoch. receptus, adhuc anno 1674. Rotztochii literis operam dedit, verum propter egestatem pædagogiam quærere fuit coactus, quam etiam apud Nobilem quendam in vicinia urbis Rotztochii impetravit. Ast non diu apud illum hæsit, sed suspectus adulterii profugus factus, vetusque domicilium sc. Rotztochium exeunte mense Martio anni 1675. repetiit, ubi, cum Ampliss. Senatus Rotztoch. per mandatum Ducis Gustrovienſis GUSTAVI ADOLPHI à Nobili illo impetratum de delicto

Riesneri

Rieſeneri eſſet certior factus 31. Martii in cuſtodiam ab illo abductus, hiſce motus rationibus 1) *quod Academiæ Rotztoch. per ſuſceptam pædagogiam jam valedixiſſet, atque ſic non amplius eſſet civis Academiæ*, 2) *quod Guſtrovii* RISENERUS *jam criminaliter accuſatus, perque eam accuſationem ab Academia qs. abſciſſus.* 3) *quod in criminalibus prehenſio Senatui oppidano competat* juxta §. Form. Concord. *In* criminal *und peinlichen Sachen aber ſoll der Rath den Angriff haben.* In qua captivitate *Rieſenerus* per aliquot permanſit dies, tunc aſtute ex illa cuſtodia ſe liberavit, & ſuum aſylum vicinam Magnifici Rectoris domum eſſe voluit, qui tum *Joh. Jacob* DOBELIUS Med. D. P. & Poliater, hic una cum Concilio (quod ægerrime admodum tulit, quod in domo Rectoris ſe abſcondiderit, illique a Rectore defenſio fuerit promiſſa) *Rieſeneri* tutelam in ſe recepit, hiſce ſuffultus rationibus 1. *quia Rieſenerus civis Acad. Rotztoch. nam α) illius nomen Matriculæ Academiæ inſertum, β) juramento ſe Academiæ obſtrinxit, γ) in Academia Rotztoch. literis operam dedit, δ) non per quinquennium ex illa abfuit, juxta* §. Form. Concord. *Die* Studioſi *aber welche ihre* Studia *gantz angeben &c. quod ab* RIESENERO *non fuit factum;* 2) *quia quidem Rieſenerus accuſatus, ſed nondum condemnatus, & non accuſatio ſed condemnatio à cenſu civium Academicorum ſtudioſum excludat*, ut olim *Facultas juridica in Academia Heildelbergenſi in cauſa Caſtritiana* ad Syndicum Academiæ Rotztochienſis reſpondit, & *Facultas juridica in Academia Helmſtadienſi* exemplo probavit; 3) *quia in criminalibus prehenſio Senatui oppidano non ſimpliciter ſed ſecundum quid tantummodo competat, ut Rector & Concilium non excludantur:* juxta §. Form. Concord. *Nachdem auch bey dieſem Punct.* conf. & Litteræ *Werneri & Conradi* Epiſcoporum Suerinenſium ſupra *cap. V.* inſertæ. Habet quippe utique Academia Lictores ac Senatus oppidanus. Nam Magiſter Vigilum juramento etiam Rectori obſtrictus eſt, ut, quoties hic jubet, ille cum lictoribus præſto ſit, & delinquentes apprehendat. Verum hoc licet Rectori in civilibus, in criminalibus vero, ubi vel cædes eſt vel vulneratio, usque ad mutilationem membri, vel invaſio & oppugnatio domus aut civis aut delictum ejusmodi gravius, tum non apprehendit Rector, ſed Senatus oppidanus, *noctu* quidem *abſolute, interdiu non ſine præſcitu & conceſſione Rectoris*, qua de re tantum unicum Decretum Ducum Meckelburgenſium à Facultate juridica Academiæ Marpurgenſis olim ratum habitum, alibi adducemus. Conferantur & ſcripta in utramque partem in publicam lucem edita: *Wollgegründete Anzeig der Univerſität, und Widerlegung der Statt.* Denique. 4) *Rector & Concilium Reiſeneri patrocinium in ſe recepit, non ut defendat delinquentem in mala cauſa, ſed ut cauſam cognoſcat, cognitaque illi ut legitimus Magiſtratus ſententiam dicat, vel accuſatori tradat.* Verum cum neutra pars cedere vellet atque utraque ſe non errare putaret, magnus tumultus inde in Vigiliis Paſchatos exortus, ut ampliſſimus Senatus oppidanus fretus ſua cauſa (cum ſtudioſi compos fieri non poſſet accedente & mandato Illuſtriſſimi Ducis Guſtrovienſis, ut delinquentem ipſi traderent) primum vigiles ad ædes Rectoris Magnif. conſtituerit, deinde etiam quosdam ex militibus præſidiariis iis adjunxerit, tum hora VIII. veſpertina ſigno tympano dato *cives* convocarit, qui *armati, diſtincti in tres centuriatus in foro prope ædes Rectoris apparuere, fores effregere, privilegia imperialia appenſa ſcidere, ſceptrum alterum fregere, tabulatum cædere, ſtudioſum abſconditum in ædibus Rectoris anquiſivere, ac inventum captivum ſecum abduxere.* Ex hiſce malis Deo ſecundante, authoritate Cæſarea (*quæ admodum ægre tulit arrogantem ſibi a Senatu in Academiam poteſtatem, & protervam civium malitiam, ut Senatui & Civibus Rotztoch. ſat gravem mulctam & poenam dictarit, ſed interceſſione Academiæ condonata*) & Magnificentiſſ. Academiæ Cancellarii ope eluctata, qui & ſceptra Academiæ fracta ſuis reparari ſumptibus, ac Academiæ tum Rectori HENRICO RUDOLPHO REDEKERO, J. U. D. & P. anno 1679. reſtitui juſſit. Miſerum autem tunc Rotztochienſis Academiæ ſtatum ipſum depinget Programma.

§. 24. Sceptris fractis ac nondum reparatis & reſtitutis etiam Succeſſores Rectores *Dobelii* per integrum quadriennium non ſolenni ritu publice in Auditorio, ſed privatim in loco Concilii, (quia præcipuis inſignibus Rectoralibus videl. ſceptris carebant,) ſunt renunciati. Huic malo aliud & quidem gravius anno 1677. menſe Auguſto accedebat. Juſto enim Dei judicio, (quod ſane exiſtimandum eſt,) die XI. Auguſt. circa nonam matutinam e Piſtoris cujusdam, cui nomen *Joachim Schultz*, ædibus *in der alten Schmiedeſtraſſen* (uti vocatur) non procul a templo Nicolaitano ſitis, nemine id providente, ignis flammæ exarſit, vix latius, ut initio quidem exiſtimabatur, ſe ſe diffuſura. Verum enim vero (horribile dictu viſuque) tantas mox capiens vires, ut non tantum vicinas miſere corriperet domos, ſed citiſſime inſuper curſu *veterem urbem* minutiſſimarum horarum ſpatio totam pervagaretur, totamque pene conſumeret, quin ad *novam* quoque eadem pergens feſtinatione, ejusdem principes partes ampliſſimas, celeberrimasque Domos, plateas inſuper ipſas flebili exemplo adeo deleret, ut hodie vix ac ne vix quidem dimidia urbis antiquiſſimæ pars ſuperſit, ac quæ quondam fuerat ornatiſſima nunc foedum, (ea quidem parte, qua combuſta eſt) facta ſpectaculum, inque lapidum converſa congeriem videatur. Omnia duorum dierum, duarumque intervallo noctium. In hoc incendio etiam ædes Magnifici tum Rectoris JOH. BACMEISTERI Med. & ſuperiorum Mathem. P. Patrui noſtri deſideratiſſimi, ſane magnifice ante ſeculum a Proavo noſtro *Joh. Kellermanno* JCto & Cos. quondam Rotztoch. graviſſimo extructæ, abſorptæ, ac præterea non minuta dos *communis menſæ*, inlignesque Bibliothecæ *B. Henrici Mülleri* Patruique noſtri interiere, quid, quod, *Matricula Academiæ Rotztoch.* tot illuſtrium virorum nominibus noblilis, ac *privilegia* ejusdem vix conſervata.

Incendio diro urbs itemque Academia jacturam patitur inſignem.

§. 25. Hiſce

Memoria secularis libri concordiæ ab Academ. celebrata.

§. 25. Hiſce malis licet Academia admodum fuerit preſſa non tamen oppreſſa, nam Dei clementia iterum tantum *caput extulit, quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi*, ut *Maronis* verbis nobis liceat uti. Reſtitutione enim ſceptrorum quis negaret Academiæ novum nitorem ac docentibus ac diſcentibus animis fractis, novum animum acceſſiſſe! Dum etiam *Rector* (qui veluti Rex eſt in ſua Sphæra) ſceptris erat orbatus, in publicum prodire erubeſcebat, reſtitutis autem iis, gloriam ſuam ac Magnificentiam omnibus oſtentare geſtiebat, hinc factum, ut *Georgius Radovius* J. U. D. & Profeſſ. (quem præter virtutem ac doctrinam magna corporis dignitas non minimum commendavit,) anno 1679. 23. Octobr. iterum publice ſolenniterque prævia Legum Academicarum prælectione, (quod per quadriennium ob fracta ſceptra nemini contigit) in *Auditorio majore Rector* renunciaretur. Anno ſequenti videl. 1680. celebravit Academia Rotztoch. *memoriam ſecularem* publicati *Libri Concordiæ*, & quidem Theologus Senior *Auguſtus* ille *Varenius* Menſe Februario tribus ſermonibus ſecularibus, ſeculare illam memoriam juventuti Academiæ repræſentavit, & ad debitam ſupremo Numini Euchariſtiam & memoriam tanti beneficii ſecularem, illam Eloquio vocis provocavit. Præterea publico Programmate Dom. Reminiſcere affixo invitavit Rectorem totumque ordinem Academicum, ad curriculum diſputatorium publicum, per *Harmoniam Symbolicam libri Concordiæ*, quod inſtituent quidam Magiſtri Philoſophiæ & Canditati, qui nomina ſua apud illum profeſſi, ut ſtudium Venerationemque tanti beneficii à Deo conceſſi teſtarentur. Huic felicitati & alia ſuccenturiata; ampliſſimus enim Senatus oppidanus, Compatronus Academiæ munificentiſſimus, propenſiſſimum Magnificentiſſ. Cancellarii in Academiam affectum perſentiſcens, etiam nihil in ſe deſiderari voluit, ſed manibus pedibusque obnixe operam dedit, ut, quali erga Academiam eſſet animo omnibus in propatulo eſſet; Cernens autem AUDITORIUM MAIUS ruinam minari, inſtinctu Conſulis primarii MATTHÆI LIEBEHEERI JCti ſummi, ac Patroni literarum faventiſſimi, (*qui & non parum de ſuis contulit*) illud ſplendide reparandum curavit. Factum ſane egregium, ſummisque decorandum laudibus, cujus memoriam omnes excipient anni conſequentes. Quid COS. LIEBEHEERIUS cum Collegis ſuis Ampliſſimis laudabitur, dum rerum Rotztochienſium memoria manebit, omnesque ſperamus, fore, ut in iterum coepta benivolentia perpetuo ſitis cum ſucceſſoribus perſeveraturi, ac animitus precamur, ut nulla unquam nebula obducatur. Coepta vero eſt reparatio anno 1682. menſe Martio Rectore FRANCISCO WOLFIO S. Theol. D. Prof. ac Paſtore Mariano Fautore Amico ac in Chriſto Fratre noſtro conjunctiſſimo.

Fratres de Loewenhaupt Sueci Barones ob ſtudia egregie laudantur.

§. 26. Interea temporis dum *Auditorium majus* reparabatur, omnes actus publici in *templo Johannæo* tanquam *Auditorii majoris loco vicario*, celebrati ſunt, cumque eodem anno die XXVI. menſis Aprilis novus introducendus eſſet Rector, qui ANDREAS AMSEL J. U. D. & P. iſte in ſanctuario TEMPLI D. JOHANNI dicati ſolenni ceremonia renunciatus eſt. Sub hujus *Andreæ Amſelii* Rectoratu ejusque præſidio duo Illuſtriſſimi Comites Dn. ADAMUS LUDOVICUS, & Dn. GUSTAVUS FRIDERICUS, de *Löwenhaubt*, Fratres germani, Comites de Raſenburg & Falckenſtein, Liberi Barones de Reippolzkirch Græſnes & Wienberg Domini in Caſimirsburg, Boſerup & Charlottenburg, Sueci, cum Dn. Fratre CAROLO JULIO *de Löwenhaubt* & Ephoro anno 1680. menſe Septembri inſcripti in matriculam Academ. Rotztoch. *Rectoris Amſelii* prope biennium domeſtici & commenſales, poſtquam publice privatimque ſtudiis navarunt operam (præfato Dn. CAROLO JULIO ante ſemeſtre cum Ephoro in Patriam revocato ſub ſignis prætoriæ cohortis ſtipendia facturo) in templo Johannæo, ceu Auditorio Vicario, & quidem ille de *majoribus Majeſtatis juribus*, hic *de bello Juris publici* diſputationes proprio Marte eleganter conſcriptas 17. & 18. Menſis Maji Mercurii & Jovis diebus cum magno frequentiſſimi Auditorii applauſu expeditiſſime curatiſſimeque defenderunt. Et quia poſt ordinarios opponentes in ipſarum Illuſtrium Claritatum honorem etiam Theologi & Juris Dnn. Profeſſores propoſitas Theſes ventilarunt, utraque diſputatio ab octova matutina circa ſecundam pomeridianam extenſa. Hiſce peractis Illuſtriſſimi Dnn. Comites per ſuperiorem Germaniam in Gallias profecti, ac poſt annum n. anno 1683. menſe Junio reduces Rotztochio in patriam Sueciam migrarunt. Inſpicite, quæſumus, qui ex nobili proſapia & civium numero eſtis orti, hoc illuſtre par Fratrum, atque ab illo ſumite Exemplum, vobis quod ex uſu ſiet, nec tam frigide (ut proh! plurima pars facit,) ſtudia tractate, ſed tam avide arripite literas quaſi diuturnam ſitim explere cupientes, ſi enim Illuſtriſſimi Viri non erubeſcunt ſtudiis invigilare, ut recte imperent, quanto minus vobis erit dedecori, (ut vulgo jactitatur) ſi ſtudiis liberalibus animum excolatis. Itaque pergite Adoleſcentes nobiliſſimi, atque in id ſtudium, in quo eſtis, incumbite, hoc erit vobis honori, & amicis utilitati, ac Eccleſiæ & Reipubl. emolumento.

Auditorium maius reſtauratum una cum aliis collegiis Acad.

§. 27. Diximus, Ampliſſimum Senatum oppidanum coepiſſe reſtaurare Auditorium Majus: hoc, poſtquam ſplendide erat reparatum, etiam anno 1683. 30. April. Rectore, JACOBO LEMBKENIO, J. U. D. & Prof. ſolemni pompa habita oratione interprete Viro PL. Rev. & Excell. Dn. *Gottlob Friderich Seligman* Metaph. ac Phyſ. P. Templique Cathedralis Archidiacono, Fautore ac in Chriſto Fratre noſtro obſervantiſſimo, concentibusque muſicis accedentibus, inauguratum. Poſtero die videl. ipſis Calendis Maji *Johann.* BACMEISTERUS Med. & Super. Mathem. Pr. Facultatisque ſuæ Senior ſolenni ritu inter concentus Muſicos in Auditorio majore a Senatu populoque Rotztoch. egregie reſtaurato, primus Rector introductus eſt. Hoc Rectore ex Concluſo Concilii Academici Dnn. Seniores quatuor Facultatum, ſecundum ordinem Facultatum, in noviter

noviter inaugurato *Auditorio magno* Disputationes solemnes, intermistis interdum concentibus harmonicis, habuerunt, ac quidem in Theologica Dn. D. AUGUSTUS VARENIUS die quinto Maji *Rationarii sui Theologici seculum tertium* aperuit Rſ. M. *Johanne Reichio* Lub. In Juridica Dn. D. GEORGIUS RADOVIUS die IX. Maji de *Officio JCtorum sacerdotali ex l. 1. §. 1. ff. de just. & j.* Rp. *Johanne* KLEIN Rotztoch. dehinc J. U. D. & P. P. In Medica Dn. D. JOHANNES BACMEISTERUS t. t. Academiæ Rector *oculum in sceptro* disputatione medico mathematica die XIX. Maji. Rp. *Tobia Masstitio*, Prusso, proposuit. In Philosophica vicaria pro Dn. Seniore *M. Henrico Dringenbergio* L. Hebr. & Catecheseos Christianæ P. invalente crure præpedito, opera, Dn M. ENOCHUS SVANTENIUS, Poes. P. de XYSTIS, Rp. *Joachimo Georgio Schrödero* Gustrov. disputarunt. Hisce solennibus peractis suasore & Procuratore Academiæ Rectore JOHANNE BACMEISTERO Universitatis sumptibus reparata tum *Area Collegii Albi* tum *Auditorium Boreale Philosophicum*, tum *Auditorium meridionale Medicum*, tum etiam *Unicornis Juridicum*, simulque *Concilii locus* renovatus. Præterea & *Bibliotheca Academica* revisa, novi Bibliothecarii constituti & per Programma publ. lex sequens renovata: *Denceps hebdomatim diebus Martis & Jovis ab hora secunda in quartam pomeridianam Bibliothecam Academicam membris & civibus modestis & elegantioris Doctrinæ cultoribus aperire debere, ita ut liber aditus, unicuique ad eandem pateat, illaque frui juxta Leges Bibliothecæ possit.*

Morte & abitu multis Professoribus privatur Academia.

§. 28. Cum sic Academia Rotztoch. mediocriter floreret non parum iterum afflicta obitu incomparabilis viri AUGUSTI VARENII Facultatis Theologicæ & Collegii Ducalis totiusque Academiæ Senioris, qui contigit anno 1684 mense Martio. Hunc sequenti anno 1685. secutus mense Junio JCtus *Andreas Amsel*, & mense Septembri Theologus MICHAEL SIRICIUS, quem mense Februario anni 1686. excepere Senior Theologus MICHAEL COBABUS, & Senior Medicus *Johannes* BACMEISTERUS cujus mox vestigia A. 1687. legit SEBASTIANUS WURDIGIUS Medicus, Collegii Ducalis Senior, & HINRICUS DRINGENBERGIUS Ebr. L. Prof. Fac. Phil. Senior. Sic triennii spatio Academia Rotztoch. amisit Theologos tres, JCtum unum, duos Medicos, unumque Philosophum. Præterea & circa idem tempus duos amisit Philosophos, M. ENOCHUM SVANTENIUM Poeseos Prof & GOTTLOB FRIDERICH SELIGMANN Metaphys. P. quorum hic Lipsiam abiit, ibique Ecclesiastes Thomanus constitutus (nunc Theologiæ Doctor & Professor ac Pastor Thomanus, simulque Consistorii Adsessor celeberrimus, cujus vitam in seram usque senectutem prolonget Altissimus ille utinam diu! Lubicam ad Rectoratum Scholæ abiit: Restituit vero hanc cladem clementissimus Deus surrogatione, summorum Virorum; Nam *D. Schomero* post obitum *Varenii* & *Siricii* a Professione secunda Suerinensi (quam anno 1680. acceperat) ad primam in locum B. *Joh. Frider. Königii* tunc evecto, surrogatus est A. 1686. *D. Andr. Daniel* HABICHHORST, hactenus per 15. annos Oratoriæ Prof (cui jam inde ab An. 1663. Professio hæc Theol. a Sereniss. Duce CHRISTIANO LUDOVICO fuit destinata) VARENIO succesit An. 1690. maxime pius, judicio, ac in cruce exercitatissimus Theologus JOHANN FECHTIUS, tunc S. Theol. Lic. ante hac Durlacensis Gymnasii Prof. & Superint. *Cobabo* D. *Joh. Nicolaus* QUISTORPIUS an. 1693. *Siricio*, *Samuel* STARCKIUS, quanquam hic vix biennium muneri præfuit. *Bacmeistero* Medico surrogatus D. *Joh. Gerdesius*, *Seligmanno M. Joachimus Lindeman*, horum & aliorum P. P. ope studia sic excitata ut in omnibus Facultatibus floruerint, ac non mediocris studiosorum fuerit confluxus.

Schomeri & Festingii mors; itemque novus inter studiosos litter & consulem tumultus.

§. 29. Dum sic florebat Academia, ecce proh! amisit Seniorem Facultatis Theologicæ *Justum Christophorum* SCHOMERUM, qui anno 1693 mense April ad jubilantes avolavit, & abitu suo Academiam insigni ornamento privavit. ut taceamus JOHANN. FESTINGIUM JCtum Ducalem, qui in Patria Lubica, (quo cognatos videndi gratia iverat vitam cum morte commutavit cui tamen statim succesit D. JOHANNES KLEINIUS. Hisce mutationibus aliud accessit videl. tumultus, qui excitatus anno 1694. mense Aug. inter studiosos & Cos. ob sclopeta explosa inter potandum a studiosis commensalibus dicti jam D. Kleinii in foro habitantis. Cum enim Cos. prope *in vicinia habitans* nollet ferre sclopetorum explosionem, rem ad Rectorem deferri curavit, qui per Academiæ Famulum studiosis sclopeta auferre jussit. Hanc rem studiosi indigne tulerunt, atque ideo ex Musæo, in quo erant congregati, in forum se contulerunt, illudque clamoribus ac convitiis replevere. Hoc cum magis Cos. exacerbaret, Vigiles accersendos curavit, qui aliquot studiosos e cella vinaria, in quam secesserant, captivos duxerunt. Quod factum pugnare cum *Formula Concordiæ* & Imperatoris RUDOLPHI II. *Schutz- und Schirm-Brief* Acad. Rotztoch. impertitis, studiosi per Deputatos Cos. objecere atque, ut studiosos dimitteret, ursere. Verum cum id impetrare non possent inter studiosos & vigiles dimicationes ortæ. Hoc Cos. cernens, coegit Senatum, duoque centuriatus civium in foro ut essent, imperavit, ut concitatos reprimerent studiosos. Sed prohibuit divina clementia, ut nulla cædes commissa. Hocce malum postmodum per Deputatos Principum non absque mulcta Consulis (ut accepimus) est sopitum.

Catalogus hodiernorum Professorum An. 1700.

§. 30. Pace hoc modo Academiæ reddita atque inter tot tantasque calamitates mirabiliter a Deo servata, hodie floret, quippe nuper in ea literis operam dedit Carolus Ernestus L. B. à *Schwan* Saxo Misnicus, qui 24. Decembr. 1698. sub *Matthia Stein* JCto tum Acad. Rectore disputationem habuit de *Delictis* & hodie in qualibet Facultate sunt Viri Excellentissimi videl. in Theologia *D. Andreas Daniel Habichhorstius*, D *Johannes Fechtius*, D. *Johannes Nicolaus Quistorpius*, D. *Johann. Petrus Gruneberg*, qui nuper surrogatus magno *Schomero*. In juridica D. *Johann. Sibrand*, D. *Johann. Klein*, D. *Matthias Stein*, D. *Joachim. Schöpffer*,

Schöpffer, D. *Johann. Barnſtorff*, D. *Caſpar. Matthias Müller*, hactenus Moralium Prof. qui nuper *Alberto Wildebrando* JCto modo extincto, ſucceſſit. In Medica D. *Bernhardus Barnſtorff*, D. *Johann. Erneſtus Schaper*, D. *Georgius Dethardinus*. In Philoſophica D. *Albertus Joachimus de Krakewiz*, D. *Henricus Chriſtianus Tielcke*, M. *Chriſtianus Hiltebrand*, M. *Jacobus Burgmann*, M. *Zacharias Grapius* & M. *Petrus Becker*, qui id negotii ſibi dari exiſtimant, ut illorum ope ac induſtria numerus ſtudioſorum indies majora capiat incrementa. Faxit Deus, ut Academia magis efflorescat, in ſeculum vigeat, ac Patronorum ſuorum Illuſtriſſimorum ac Ampliſſ. Senatus clementiam, gratiam, favorem ac munificentiam ſemper experiatur, illaque gaudeat. Jam ad coetera progreſſum faciemus, ſit itaque

CAPUT VI.

De dote, donationibus aliisque reditibus Academiæ.

SUMMARIA.

§. 1. Collegia ſ. Domus Academiæ numerantur.
§. 2. Quare tam multas habeat domos Academia.
§. 3. Collegia ſ. Domus Academiæ hodiernæ.
§. 4. Agitur de Bibliotheca Academiæ publica, quam vel primum Paulus Calenius *fundavit.*
§. 5. Augetur ab ipſis Profeſſoribus.
§. 6. Hanc quoque Dono Herbarii Eichſtadiani Dux Pomeraniæ Philippus II. exornat.
§. 7. Commendatur Bibliothecæ inſpectoribus diligentior ut antea factum Scriptorum in Academia editorum omnium aſſervatio.
§. 8. Stipendiorum Academiæ origo & diviſio.
§. 9. Stipendia Academiæ antiqua.
§. 10. Stipendia Academiæ Media & Recentia.
§. 11. Stipendia Academiæ Recentiſſima.
§. 12. Laudatur Principum Liberalitas erga Academiam, inprimis de Ducis Ulrici *in Academia inſtituta viſitatione.*
§. 13. Extollitur Munificentia Ampliſſimi Senatus urbis erga ſuos Profeſſores in Academia.
§. 14. Reditus Collegii Ducalis.
§. 15. Legata Profeſſoribus a privatis donata.
§. 16. Legata ad Communis Menſæ conſervationem.
§. 17. Adminiſtratio Menſæ communis.
§. 18. Legata quædam pro Theologiæ, Jurisprudentiæ & Medicinæ ſtudioſis.

Ædes Academicæ.

§. 1. Dos Academiæ Rotztochienſis dupliciter poteſt conſiderari, aut enim reſpicit *Domos* & *Collegia* antiquitus Academiæ dicata, aut *ſtipendia*, quibus docentes & diſcentes aluntur. *Collegia* teſte *Petro* LINDEBERGIO in *Chronico Rotztoch. lib. 5. cap. 8.* præter *Auditorium Magnum* (in quo pannus olim fuit expoſitus & divenditus) *novem* ſunt, *Philoſophicum*, *Juridicum*, *Mediæ Lunæ*, *Porta Coeli*, *Aquilæ*, *Rubei Leonis*, *Unicornis*, *D. Michaelis*, *S. Fratrum* & *Silvani*. *Collegium Philoſophicum* (*Album* hodie dictum in quo etiam CONCILII ACADEMICI locus eſt, imaginibus Profeſſorum refulgens) fuit olim Sacellum Epiſcopi Suerinenſis, quod ſtructura vetus teſtabatur, & adhuc inſignia Equitum Megapolenſium *Buloviorum* (quorum quinque Epiſcopali tiara Suerinenſi fuerunt redimiti) indicant. Conflagratum hocce Collegium anno 1565. die Nicolai, ſed reparatum à *Simone Pauli* Theologo anno ſequenti 1566. Hoc cum iterum vitium cepiſſet, reſtaurandum curavit anno 1617. Rector *Johannes Bacmeiſterus* Senior Med. D. & Prof. Cujus veſtigia in inſtaurando hocce Collegio preſſit anno 1684. Rector *Johannes Bacmeiſterus* Junior Med. Doctor. Prof. Idem Collegium anno 1694. juſſu Sereniſſ. Ducum Mecklenb. GUSTAVI ADOLPHI & FRIDERICI WILHELMI ita reparari coeptum eſt, ut ſuperior pars domus *Auditorium* habeat *Juridicum* & quatuor Facultatum conclavia. Sed Obitus Ducis GUSTAVI ADOLPHI A. 1695. reparationem interrupit. *Collegium Juridicum*, quod *veteris urbis curia* olim fuiſſe perhibetur, ex *Nicolai Roſſovii* Teſtamento anno 1476. ad Academiam pervenit, cum vero ruinam ob vetuſtatem minaretur, à JCtis deſtructum ante paucos annos eſt. *Domus mediæ Lunæ* ſeu *Collegium* MESSOLENII, quod jam Theologus *Johannes Fechtius* inhabitat, anno 1472. a *Laurentio Culemanno* Presbytero emptum cui hac de re à dicto venditore datæ ſunt Litteræ *Domus* AQUILÆ vel *die Arensburg* divendita Academiæ Profeſſoribus à *Lamberti Kropelini* Senatoris vidua anno 1500. Quod *domum unicornis* attinet ab *Alberto Wolff* anno 1503. ære ſuo Academia eam ſibi comparavit, id quod litteræ in Archivo Academiæ ſervatæ confirmant. Quintum *Collegium rubei* LEONIS dictum à ſacrificulo quodam pio Academiæ donatum; hoc cum plane eſſet collapſum *Georgius Richius* Paſtor ad D. Nicolaum ſuo fere ſolius ſumptu anno 1564. inſtauravit, qua de re Rector & Concilium Academiæ litteras erexit, ſed hoc Collegium idem nuper ex Fiſco Acad. reparatum inhabitat jam Medicus Ducalis D. *Johann Erneſtus Scaperus*. Collegium D. MICHAELIS ſeu FRATRUM è Monaſterio in Collegium ab urbis Senatu olim deputatum, ſed poſtquam quorundam incuria igne abſumptum, in *Armamentarium* urbis & *Frumentarium* anno 1619. eſt verſum. *Domus Silvani Henrici Coleri* Senatoris Lubecenſis fuit, cujus Filius eam ſuperiori ſeculo alteri vendidit. *Porta coeli* ſeu Pædagogium ad Collegiatam D. Jacobi Eccleſiam ſpectat, hodie in *Neodochium* abiit.

Ratio earum multitudinis.

§. 2. *Hæcce Collegia olim fuere habitacula ſtudioſorum, qui per ætatem & judicii inopiam ipſi regere ſua ſtudia & mores non valerent.* Hiſce præerant certæ ex Profeſſorum Numero perſonæ, quales olim fuere *Arnoldus Burenius M. Eggerdes*, *Henricus Arſenius*, *Conradus Pegelius*, *M. Petrus Hagemeiſter*, *M. Gerhardus Faber*, *M. Laurentius Widemannus*, *M. Stephanus Prætorius*, & *M. Poſſelius* Senior. Hi juventutem, quæ ad Academiam Rotztochienſem tanquam ad mercaturam bonarum artium ſe contulerat non tantum in bonis literis informabant, ſed & illius vitam ac mores obſervabant, ut vitam literatos decentem, quietam ſcil. compoſitam & ſobriam agerent, ac à nocturnis conventibus crapulis clamoribus in plateis ac boatibus, quod eheu! jam multis, ſed Pſevdo-ſtudioſis ſolenne, abſtinerent. Scilicet *majores Viri prudentes & Scholaſticæ gubernationis periti judicabant, è re juventutis eſſe, ipſam easdem incolere ædes cum Præceptoribus & in eorum conſpectu & vivere & verſari in literis. Nam in civitatibus celebrioribus, ut Rotztochium eſt, variam malorum eſcam* &

Arnoldus Burenius in Orat. de diſciplina Scholæ Roſtoch.

& plurima libidinum invitamenta esse videbant, quibus, ne in fraudem aut vitæ discrimen illicerentur, & ab instituto discendi cursu abducerentur, occasionem mali, homines prudentes florenti ætati relinquendam non putarunt, quæ ut furem, ita nequam & improbum facit. Quare Adolescentes non per omnes vicos civitatis sparsos habitare, ut jam fit, sed in Scholæ ædes commigrare voluerunt, quod hoc Adolescentibus & tutius & utilius esse judicarent. Præterea veteres intelligebant, quod juvenis

Horatius de arte Poetica.

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper
Utilium tardus provisor prodigus æris,
Sublimis, cupidusque & amata relinquere pernix.

Hinc accuratissimam illius curam habebant, nec juventuti nimium, ut jam solenne, indulgebant. Qui enim Adolescentium peccatis ignosci putant oportere, falluntur, propterea quod ætas illa non est impedimento bonis studiis. At *hi sapienter faciunt, qui Adolescentes maxime castigant ut, quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint comparare*, inquit *Cicero*, lib. 4. ad Herenn. *Verum vanæ querelæ quæ mutari nequeunt cum Parentes sic habeant filios suos, ut volunt esse.* Reflectendus igitur sermo ad id unde digressus erat.

Collegia iam extantia.

§. 3. Diximus, secundum relationem *Lindebergii*, Academiam Rotztochiensem præter *Auditorium magnum novem* possediss *Collegia* seu Domos; sed hac felicitate non amplius utitur, cum, ut modo innuimus, *Collegium juridicum* in Foro urbis veteris jam destructum, *Collegium D. Michaelis* igne deformatum, & juxta transactionem inter Amplissimum Senatum, & Academiam anno 1563. erectam in potestatem Senatus pervenerit: *Domus Silvani* divendita, ut infra pluribus dicemus. *Lib. II. cap. 9. §. 9.* ubi de *Regentiis*, ac *porta Coeli* seu Pædagogium abalienatum; Habet tamen Academia suas Domos ac sat multas, videl. *Auditorium magnum*, *Collegium Philosophicum*, quod *Album* hodie vocatur, *Collegium Mesoleni*, *Collegium Rubei Leonis*, *Domum unicornis*, *Domum Aquilæ*, *Domum Senioris Philosophi*. *Domus Theologi* quondam Senioris a D. *Balthasaro Jenderich* Academiæ anno 1509. legata fuit, attestantibus Literis Testamentariorum. Ex Litteris autem illis Testamentariorum B. Professoris *Jendericks*, satis superque intelligitur, nullum alium jus habere inhabitare Domum nominatam, præter *Primarium Theologiæ Professorem, Facultatisque illius Seniorem*; hinc jure etiam illius inhabitationem a Rectore t. t. *D. Johanne Boukio* & Concilio Academiæ anno 1564. die 2. Aug. olim desideravit Facultatis suæ Theologicæ Senior Magnus D. *David Chytræus*, his quidem litteris scriptis: *S. D. Magnifice Dn. Rector, Reverendi & Clarissimi D. Collegæ. Cum & Reipublicæ Scholasticæ, & aliarum Communitatum tranquillitas & salus, in jure suo cuique tribuendo & tuendo versatur: non dubito vestras etiam Dignit. & Excellentias, officio suo in jure Senioris Theologi conservando & defendendo, non defuturos esse. Meministis autem* HABITATIONEM ET USUM DOMUS THEOLOGI, SENIORI THEOLOGO JURE DEBERI, *sicut perspicua documenta ostendunt, quæ Decano Facultatis Artium, cui proprietas Domus primum a Testatore legata est, ante aliquot menses monstrata sunt. Nec de jure proprietatis illius Domus nunc quidquam disputo. Sed habitationem & usum Domus, mihi, ut hoc tempore Seniori in Facultate Theologica tribui, de consensu Facultatis Artium peto. Et reverenter Magnificum D. Rectorem, & Dominos Jurisconsultos, qui Senatus nomine Concilio interfunt, ut, quod sua sponte facturi erant, justitiæ patrocinium & defensionem, etiam in hac causa, ad jus Senioris Theologi pertinente, amice suscipiant & adjuvent. Ego habitationem, quam nunc in Collegio minus angustam habeo, statim* SECUNDARIO SENATUS THEOLOGO, *ut antiquitus constitutum est, cedam; ac ut per vices, Theologi Domum, Senatus & Principum Theologi Seniores inhabitent, facile assentior; & omnia mea studia & officia toti Academiæ & singulis Collegis privatim reverenter defero. Datum postridie Cal. Augusti, Anno 1564.*

M. &c. D. D. V.
reverenter colens
DAVID CHYTRÆUS.

Sufficiant hæc de Domo Senioris Theologi ejusque in illam Jure vetustissimo, æque ac æquissimo, quam tamen nunc inhabitant (jure an injuria ex antedictis patet) Seniores Facultatis Philosophicæ. Præterea quoque ad Academiam pertinet *Domus Typographi in Platea Cröpelinensi sita.* Medica item Facultas eodem quoque beneficio gaudet, domum enim jure donationis liberæ possidet in platea lata (*die breite Strasse*) sitam, quam dictæ Facultati anno 1470. Dominus *Joachimus Tide* S. Theologiæ Doctor sponte & libere dedit, testante id Libro civitatis Rotztochiensis, ex quo anno 1593. die 10. Maji subsequentem de Domo hac Medicorum accepit descriptionem B. noster Proavus D. *Lucas Bacmeisterus* Senior: *Anno 1470. Dominus Joachimus Tide sacræ Theologiæ Doctor sponte & libere dedit, dimisit & resignavit universitati studii Rotztochiensis domum suam in platea lata sitam, inter domum Carthusiensium & Rhutem, quam ut sua erat, Warendiam promittens: Ita tamen, quod* DICTA DOMUS SPECTABIT ET PERTINEBIT AD USUM ET UTILITATEM ORDINARII DOCTORIS FACULTATIS MEDICINÆ PRO TEMPORE EXISTENTIS, PERPETUIS TEMPORIBUS IN FUTURUM. *Et scriptura hujusmodi scripta est de mandato totius consulatus.* Est & *Domus Jurisconsultorum* sita in civitate Veteri, *in der Schmiede-Strassen*, quorum vero in eam jus mihi hactenus ignota manet. Hisce etiam annumerari licet *locus communitatis die* Communitæt à communis legibus & alimentis ita dictus, in quo pauperes studiosi aluntur, ac cibum capiunt, quem Amplissimus Senatus in *coenobio D. Johannis* munificentissime Academiæ concessit, ut itaque hæc Academia cum aliis in Germania de Domibus ac habitaculis studiosorum ac Professorum certare videatur.

Bibliotheca Academiæ publica, cuius auctor Paulus Calenius.

§. 4. Huic Doti annectenda quoque *Bibliotheca* Academiæ Rotztochiensis, quæ *sunt thesauri literarii, in quibus optimorum Autorum libri* reconduntur, qui & universæ Reipubl. & privatorum commodis inserviunt. Hujus prima fundamenta

ta jecit *Facultas Philoſophica*, convenit enim anno MDLXIX. inter Profeſſores Philoſophos, *ut partim propriis, partim aliunde conquiſitis ſumptibus auſpicium facerent Bibliothecæ publicæ adornandæ, ne cognita ſatis conditionis ſuæ difficultate, lectionibus publicis vacaturi, ſalarioli partem, libris quotannis emendis impendere cogerentur.* Sed horum conatus egregios laudabili plane niſu promovit quidam ſtudioſus, dictus *Paulus* CALENIUS Rotztoch. Hic moribundus anno CIↃIↃCVI. 15. April. Lugduni Batavorum Teſtamentum erexit, inque illo inter alia & quidem §. 2. hæc poſuit: *Ad conſtituendam Roſtochii Bibliothecam publicam in honorem S.S. Trinitatis, publicam utilitatem, commodum ſtudioſorum, omniumque literatorum, mei vero nominis perpetuam memoriam, & grati erga Deum animi teſtamen bis mille & quadringentos florenos Rotztocbienſes do, lego, hac conditione, quod ſi quadriennii ſpatio à data pecunia voluntati meæ non ſatisfactum fuerit 2400. florenos ad legitimos rurſus perveniant hæredes &c.* §. 3. inquit: *Omnes meos in genere libros Avi, Parentis (quotquot nondum venditi) Fratris Chriſtiani meosque hic Leidæ & alibi emptos & emendos nullis exceptis, eosdem ad usque do lego, niſi Mater Poſtillam proprios ad uſus poſtularet, quæ merito ipſi detur &c.*

Aucta a Profeſſoribus ipſis.

§. 5. Et hoc eſt Teſtamentum integrum *Calenii* cujus vigore ſunt varii generis materiæ anno 1614. M. Januario ab *Hallervordio* Bibliopola precio 2335. fl. comparatæ ipſumque etiam precium, teſte Venditoris deſignatione Anno 1614. die 20. Nov. Magnifico t.t. Rectori D. *Quiſtorpio* exhibita, ad 635. fl. reſtantes ſolutum, ut hac Fundatione plures Viri egregii ſint incitati, qui teſte Arcula Facultatis Phil. ſub *Lit. A.* unius atque alterius Autoris donatione, ſic Bibliothecæ memoriam commendarunt, cui Titulus *Catalogus Bibliothecæ Academiæ Rotztochienſis.* In augmentum Bibliothecæ xx. flor. legati, ſtatutumque eſt An. 1636. die 21. Octobr. Rectore *Jacobo Fabricio*, Med. D. & Prof. Ord. in pleno concilii conceſſu, *ut quilibet Rectorum circa Magiſtratus depoſitionem Bibliothecam pro lubitu adornaret. Quilibet item Doctorum promovendorum eandem floreno, Magiſtrorum quilibet dimidio floreno, ſtudioſus denique Matriculæ inſerendus quater aſſibus augeret.* Atque hoc ſtatutum renovatum eſt Anno 1654. Rectore *Herm. Lemkenio.* Inſuper ſtatutum eſt Rectore *Johanne Quiſtorpio* Sen. anno 1636, die 5. Nov. *Ne quis Profeſſorum aliudve Academiæ membrum ſtudiorum gratia hic viventem, & Matricula tamen carentem, tecto ſuo menſave, ſub imperialis mulcta, pro quovis ſeptimana, in Bibliothecæ augmentum adſciſcenda, dignaretur.* Aque his quidem mediis hæc ſuppellex Libraria Academica Publica Rotztochiana augetur & conſervatur. Hujus ergo *Calenii* Libri fuere primordia Bibliothocæ Academiæ Rotztoch. & quam primum Profeſſores Academiæ Rotztoch. librorum ac argenti à *Calenio* legati fuere Participes, Bibliothecam erexere publicam *locumque Bibliothecæ Collegio Philoſophico contiguum* adſignavere.

Ei Herbarium Eichſtadianum donat Philippus II. Dux Pomer.

§. 6. Cum vero in omnium ore eſſet, liberalitate CALENII Academiam Rotztoch. Bibliotheca gaudere publica, ſtatim etiam quidam Fautores literarum extitere, qui partim libris, partim argento infantiam & pueritiam ſuppellectilis librariæ Acad. Rotztoch. ſublevarunt. Et intermittere non poſſumus, quin hic publice deprædicemus munificentiam Illuſtriſſ. Principis PHILIPPI II. Ducis Pomeranorum. (quem & ſupra noſtra laudavit oratio) Hic cum Alumnus Acad. Rotztoch. extitiſſet, ſingulari erga eam flagravit amore, & quo amorem ſuum eo melius teſtaretur, *Herbarium* EICHSTADIANUM, centum Thalerorum pretio conſtans Bibliothecæ Academ. Rotztoch. per Legatum *Henricum* SWICKELIUM anno 1615. offerendum curavit, imo hodie tanta ſumpſit augmenta, ut Bibliothecæ bonæ nomen mereatur.

Mandata Bibliothecæ inſpectoribus diligentior ſcriptorum Academicorum aſſervatio.

§. 7. Optandum vero eſſet (imo ordinatum jam illud ex concluſo R. Concilii ad inſtantiam Bibliothecariorum) ut duo vel tria exemplaria ſingulorum Tractatuum & Diſputationum à Theologis, JCtis, Medicis & Philoſophis in Acad. Rotztoch. editarum in Bibliotheca deponerentur, & adſervarentur: tunc non ſolum teſtimonium diligentiæ DNN. Profeſſorum extaret, ſed & cuivis innoteſceret, de qua Materia hic vel ille in Acad. Rotztoch. aliquid divulgaſſet. Notum enim eſt, patrum avorumque noſtrorum memoria multos eruditos Theologos, JCtos, Medicos & Philoſophos in Acad. Rotztoch. extitiſſe, qui eruditos ac nervoſos ingenii foetus emiſere, qui in paucorum hodie manibus, a quibusdam in gloriationem & oſtentationem ſuppreſſo nomine veri Autoris abutuntur, ab optimis vero ſæpius deſiderantur. Hi, qui maxime neceſſarii & utiles libri, poſſent vel recudi, vel ex Bibliotheca, cum adſervantur, ad tempus ſtudioſæ juventuti uſui eſſe. Quantum enim ſcientiæ & eruditionis in veterum ſcriptis lateat, quam breviter, perſpicue & plane rem tractent, ut vel primo intuitu quis materiam intelligere poſſit, hoc aliis longe doctioribus dijudicandum relinquimus, contra quidam moderni (non enim de omnibus literatis vel plurimis, ſed quibusdam tantum nobis ſermo eſt) nucleum negligentes, nec ſuccum exprimentes phaleratis Verbis & variis controverſiis, quas prolixe tractant, tironem magis turbant quam informant. Coeterum dum de Bibliotheca publica agimus, *Leges quoque* ac *Statuta* hanc in rem à Rev. Concilio ſancitas ac a. 1650. Inſpectoribus præſcriptas eſſe notum eſt. Ex Aſſeſſoribus autem Concilii Inſpectores Bibliothecæ publicæ, aliquot ab hinc annis fuere *Georgius Radovius* J. U. D. & Prof. & M. *Henricus Dringebergius* Hebraic. L. P. *Chriſtophorus Redeker*, J. U. D. & M. *Gottlob Fridericus Seligman*, Phyſ. & Metaph. Prof. nec non Archidiaconus, Jacobæus, hodie, cum hæc ſcribimus *Joh. Fechtius* Theologus, & *Matthias Stein* JCtus. Hi ut ſtatutum ſingulis ſeptimanis unam alteramve horam publico conſecrant bono, ita quidem, ut præſente alterutro illorum, omnibus bonis aditus concedatur & introſpiciendi & evolvendi libros in hoc theſauro librario contentos. Sed ſatis pro inſtituto noſtro de Bibliotheca.

§. 8. Ab

§. 8. Ab Ædificiis Academiæ ad *ſtipendia* deſcendimus. Hæc reſpiciunt tum docentes tum diſcentes, atque diſpeſcimus in *antiqua*, *media*, *recentiora* ac *noviſſima*. *Antiqua ſtipendia* vocamus, quæ docentibus in Academia largita, cum primum fundata ac introducta, ita quippe præceperat *Martinus V.* in Bulla Fundationis Academiæ Rotztoch. ut certa dos Academiæ largiretur his verbis: *profectò ut ſuperattendendis explendisque promiſſionibus eisdem Duces ipſi ſuorum tenacius animorum motus dirigantque conceptus, volumus, & eadem authoritate decernimus, quod Duces ſive ſucceſſores præfati, vel vice eorum alii ad hoc idonei infra unius anni ſpatium a dato præſentium computandum, ſuper fundandis & dotandis Collegiis, acquirendisque & adſignandis redditibus hujusmodi, ſi interim quo ad hoc promiſſiones ipſæ effectui mancipatæ non extiterint, ſicuti Epiſcopo prædicto rationabiliter congruere videbitur, coram illo cautionem præſtare idoneam, & quam primum commode poterunt earundem prædictarum literarum recepta notitia ſuis ſumptibus & expenſis oportunas ad comprehendendum hujusmodi promiſſionum effectum patentes auctenticasque literas, debitis communitas ſigillis, ad opus ſtudii & univerſitatis eorundem procurare, ac confici facere & requiſiti illas ipſi univerſitati tradere, ac deliberare debeant, atque teneantur, alioquin hujusmodi præſentes literæ nullius exiſtant roboris vel momenti, non obſtantibus conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis ac aliis contrariis quibuscunque.*

§. 9. Sunt vero antiqua ſtipendia Academiæ Rotztoch. 800. aurei Rhenenſes, qui à Senatu Academiæ tributi, facente ipſo Senatu in Tractatione, quam Principes cum Senatu anno 1551. de Academia reſtauranda inſtituerunt, de qua ſupra Cap. IV. His 800. aureis Rhenenſibus acceſſit Principum largitio, ac Prælatorum contributio. Audiamus *Cranzium*, hic *Metropol. l. 11. c. 22.* inquit: *Satis erat ab initio bona proviſio pro Regentibus, cum Fiſcus civitatis ſtipendia largiretur nimirum Principum largitione, & Prælatorum contributione ſecuta.* Et *Wandaliæ l. 10. c. 30.* dicit: *Principes ipſi* JOHANNES & ALBERTUS, *Eccleſias permiſere Magiſtris diſtribuendas; Senatus Urbis conſtituit annua ſtipendia legentibus, multi ex vicinis contulere non pauca in dotem ejusdem palladii privilegiati.* Sed ea non diu permanſit ordinatio, hacce enim dote inprimis 800. aureis Rhenenſibus Academia orbata, poſt reditum nimirum Gryphiswaldio. Audiamus iterum *Cranzium: Proximo ejus urbis malo tumultu cum Procoſſ. pellerentur, cum publico conſilio, & intus novi Magiſtratus crearentur, coacti ſunt cenſuris cedere, qui in eodem Palladio præſidebant, exulibus ad Concilium Baſilienſe profugientibus; ſe ſe tamen in Gripeswaldum contulerunt, & nimirum ægre redire anhelabant feſtinantes. Quod ſi diem ſuæ vocationis exſpectaſſent, magnis utique conditionibus invitati rediiſſent. Nunc invitante nemine, ipſi miſere pulſabant ad reditum, qua de re cogebantur ab aliis accipere conditiones, qui poterant ipſi aliis præfiniviſſe. Pacti igitur ſunt Rotztochienſes, ærario exhauſto, ſalariis promiſſis vacare ad annos, ut fertur CC. tum obligationem reviviſcere. Sed quid erit illi ſeculo! illi vero, qui miſere feſtinabant redire, accipiebant conditionem, majora promiſſuri, ut reditum mererentur. Qui facies hominibus otioſis, hoc ſolum negotio occupatis, ut literis invigilent, habent mores ſuos, habent conſuetudines, quibus contenti levi pendunt coetera. Itaque pacto de non petendo interveniente, revertuntur. Ex illo die ſatis tenuiter viros præſtantes apud ſe habent, qui meliores cernit rerum conditiones, abiens amplectitur, inde JCtos apud ſe diu retinere viros præſertim graves & memorabiles non poſſunt. De reliquo ſatis bene inſtituti ad omnia præſertim quæ Philoſophiæ ſunt & naturali & divinæ pertinentiæ.* Hactenus *Cranzius*. Quando reliqua dos interierit, & ex qua cauſa non adeo conſtat.

Metrop lib. 11. cap. 22.

Media aliud-que recens.

§. 10. Perſpiciens itaque inopiam Academiæ ingenioſiſſimus atque religioſiſſimus Princeps MAGNUS Dux Megapolenſis, ſuatu nonnullorum Eccleſiaſticorum Rotztochii *parochialem D. Jacobi in Collegiatam* inauguravit *Eccleſiam* ampliſſimisque reditibus auxit non ſolum ad divinum cultum propagandum, ſed & Academiæ ſtabilimentum, ut quidam Profeſſorum iisdem reditibus viverent, nec ob egeſtatem aut ſtudia deſererent, aut alio migrarent, quos reditus *ſtipendia media* appellamus. Illisque de jure etiam adnumeramus *Quatuor Canonicatus in Eccleſia* S. Jacobi abs Academiæ Rotztochianæ Profeſſoribus anno 1494. fundatos. Cum autem plurima pars DNN. Profeſſorum egeret, nec haberet, unde viveret, ſenſim Academia tam a docentibus quam diſcentibus deſerta. Hoc tandem ſentiens HENRICUS, MAGNI Filius una cum Nepote ſuo JOHANNE ALBERTO anno 1551. cum Senatu Rotztochienſi tractationem de Academia reparanda inſtituit, ac in ea Academiæ quotannis mille aureos attribuit, Senatus annuos 500. unde emergit *ſtipendium recens*. Hi mille aurei Sereniſſ. Ducum tandem in 3500. excrevere, de quibus cum *recentiſſima ſtipendia*, & adhuc DNN. Profeſſores illius gaudeant, aliquanto prolixius.

Stipendium recentiſſimum Academiæ.

§. 11. Docentes ſunt in duplici reſpectu pro diverſitate DNN. Profeſſorum ac Collegiorum. Cum enim hæc Academia & a Principibus & Senatu erecta, pars DNN. Profeſſorum a Sereniſſimis Ducibus, pars ab ampliſſ. Senatu alitur. Sereniſſimi Principes, utpote JOHANNES ALBERTUS & ULRICUS Fratres Duces Megapolitani, (ut ex Syngrapha ſuper hanc rem ab ipſis An. 1557. d. 8. April. feria quinta poſt Dom. Judica præſentibus Conciliariis ſuis *Georg Moltzan* Freyherrn auff Wartenberg und Pentzelin, *Heinrich Hanen* zu Pletze, *Dietrichen Molzans* zum Grubenhagen, *Churt von der Luje* zu Pantzaw, *Chriſtopher Linſtouw* zu Lutkendorff, *Chriſtopher* und *Werner Hanen* zu Baſedaun, *Hartwig von Bulaw* zu Pakrente, *Hanß Sperlings* zu Rüting, *Johann von Lücka und Gisler Gieslers* beyde der Rechten Licentiaten erecta & ſubſcriptionibus manuum illuſtriſſ. ac appenſione ſigillorum ſuorum corroborata, patet) ſuis Profeſſoribus ſeu Collegio Ducali conſenſu omnium ordinum Megapolenſium munificentiſſi-

me de novo legarunt annuorum redituum ex certis præfecturis Megapoleos, jam olim ad pias cauſas deſtinatos (ſiquidem Monachi in Coenobiis iiſce reditibus tempore papatus ad luxuriam & laſciviam uſi) 3500. florenos. *Et ut hanc ſummam ſingulis annis incorrupte ex præfecturis adſignatis acciperent Profeſſores, & in omne ævum, donec Academia duraret* (quæ ut ad extremum diem floreat, vigeatque, animitus precamur) *numerarentur*, ſancte pro ſe & poſteris ſuis in Epiſtola allegata promiſerunt his verbis: *Wir unſere Erben und Nachfolgende Hertzogen zu Mecklenburg wollen und ſollen auch ſchuldig und verpflichtet ſeyn Sie* (intellige Profeſſores) *bey allen ſolchen auff kommen und itzlichen Stücken, inſonderheit wider mænniglich zu ſchützen, zu verthædigen und zu handhaben. Und da ſie einiges Stücks oder Einkommens an obgemelter* Summa, *es wære gleich wenig oder viel, mit Rechte verluſtig oder entſetzet wurden, ſo ſollen Wir und Unſere Erben daſſelbe, ſo der* Univerſitæt *abgangen iſt, mit andern gewiſſen jærlichen Einkommen wiederum zu erſtatten ſchuldig ſeyn. Solches jedes und alles ordnen Wir in krafft und Macht diſes offenen Brieffes. Sagen zu und verſprechen auch daſſelbe ſtet und feſt und unverbrüchlich zu halten treulich und ungefærlich.* Pro hac ergo liberaliſſima munificentia Sereniſſ. Principum in Academiam collata, Senatus ac cives Rotztochienſes Illuſtriſſ. Ducibus per Epiſtolam anno 1563. 11. Maji ſubmiſſas egerunt gratias.

Principum liberalitas erga Academ inpr. Ducis Ulrici facta eius viſitatione.

§. 12. Nec in hoc quievit munificentia Sereniſſ. Principum, ſed cum Illuſtr. Duces JOHANNES ALBERTUS & ULRICUS Fratres Conſiſtorium Ducale in urbe Rotztochio anno 1571. 8. Febr. conſtituerent, DNN. *adſeſſoribus Conſiſtorii, qui plerique Profeſſores Theologiæ, ac Jurisprudentiæ, loco ſalarii legarunt omnes reditus, jura ac privilegia, quibus hactenus Canonici ad D. Jacobi uſi ea tamen lege, ut Ruſtici ſervitia æqualia Conſiſtorio & Concilio Univerſitatis ad neceſſariam ſuſtentationem, Collegiorum ac ædificiorum Academiæ & præterea Oeconomo, Quæſtori ad exigendos ex præfecturis reditus Academiæ præſtarent.* Quemadmodum & publicis laudibus prædicanda Principum liberalitas erga quosdam Profeſſores. Cum enim *David Chytræus, Simon Pauli, Paulus Tarnovius, Eilhardus Lubinus, Lucas Bacmeiſterus jun.* gradu Doct. Theologiæ eſſent ornandi, prioribus duobus Dux *Joh. Albertus* & *Ulricus* poſterioribus Dux *Carolus* ſumptus ſuppeditavit. Optime enim ſapientiſſimi ac doctiſſimi Principes intellexerunt, doctrinam coeleſtem liberalia ſtudia eorumque Doctores & Profeſſores communibus ſumptibus ali debere, ad eorumque ſuſtentationem Reges atque Principes conferre debere exemplo *Regum in populo Dei, Neronis*, ac aliorum. Legimus de *Alexandro M.* cum juſſiſſet quæſtorem *Anaxarcho* Philoſopho dare, quantumque poſtularet, cumque Quæſtor audita poſtulatione perturbatus *Alexandro* indicaſſet, Philoſophum petere 100. Talenta, *recte* inquit, *facit, ſciens ſe amicum habere, qui tantum dare poſſit & velit.* Laudem namque ſibi hanc præcipuam eſſe *Alexander* voluit, quod à nullo liberalitate præſertim erga literatos (*) eſſet ſuperatus, quod ipſum etiam erga Præceptorem ſuum Ariſtotelem teſtatus eſt. De Seneca optimo illo ac eruditiſſimo *Neronis* Præceptore memoriæ eſt proditum, quod ex illa potiſſimum *Neronis* inſtitutione *ter millies ſeſtertium* acquiſiverit. De Imperatore *Hadriano* Hiſtoriæ referunt, *quod multas pecunias, frumentum annuum, & totam Cophaleniam Athenienſium Scholæ ſit largitus.* De *Veſpaſiano* Imperatore relatum legimus, *hanc primum è Fiſco Latinis Græcisque Rhetoribus annua centena conſtituiſſe.* Tales *Hadriani* tales *Veſpaſiani* fuere JOHANNES ALBERTUS & ULRICUS, Fratres, Duces Megapolitani, qui honorificentiſſimis ſtipendiis ſuos Profeſſores, (ut narravimus,) bearunt. Erſi JOHANNEM ALBERTUM cum Alexandro Neroneque compararemus, non adeo a veritate aberraremus, qui Filiorum ſuorum JOHANNIS & SIGISMUNDI AUGUSTI Præceptores JOHANNEM CASELIUM, at quantum Virum! ac M. HENRICUM SIBERUM regio ſane munere affecit. Imo Illuſtriſſimus Dux ULRICUS, ut Cancellarius Academiæ Magnificentiſſimus & ſingulari in Academiam ſuam amore & benevolentiæ affectu propria in perſona anno 1559. *Viſitationem in Academia* inſtituit, certum ordinem Profeſſorum Ducalium conſtituit, quibus certum Salarium adjudicavit, aliaque, quæ in Academia emendanda erant, emendavit; Ita enim B. noſter Pro-Avus, *Lucas Bacmeiſterus* in quodam MSpto. *Anno 1597. die 31. Julii* (ſcribit) *Illuſtriſſ. Princeps Megapolenſis Dn.* UDALRICUS *per literas ſignificavit Rectori & Concilio Academiæ, Senatui, item urbis Rotztochienſis conſtituiſſe Celſit. Suam ad Dei gloriam & publicam Academiæ ſuæ multorumque vicinorum utilitatem, viſitationem Academiæ una cum Senatu Urbis, qui & ipſe ut compatronus intereſſe ſuum in hoc Academico negotio haberet, auxiliante Deo ſuſcipere, eamque ob cauſam die 21. Septembris, ipſo ſc. Matthæi Apoſtoli hunc Urbem ſuam ingredi. Quia vero peſtilis Lues circa idem tempus in urbe ſuboriebatur, & indies creſcebat, quæ ad 800. homines tum abſumpſit, revocavit Princeps prius inſtitutum, & in aliud tempus commodius & minus periculoſum rejecit. Sequenti anno 1598. iterum indixit Illuſtriſſ. Princeps adventum ſuum ad habendam Academiæ Viſitationem. Verum & tunc iterum Lues quædam inter pueros & infantes in Urbe incidit, ut plurimi morbillis vel ecthymatis, den Pocken, paſſim corriperentur & morerentur. Quæ res tum quoque deterruit Principem & Duciſſam cum Aulicis, ut rurſus ſuſpenderetur Viſitatio. Tandem vero ſub initium anni 1599. iterum de Viſitatione bis jam ſuſpenſa, ſed demum hoc anno futura 20. Martii Illuſtr. Princeps Rectorem ac Concilium Academiæ, item Senatum Urbis monuit. Princeps deinde die 20. Martii una cum conjuge & inſigni comitatu Doberano veniens, Urbem circa 2. pomeridianam ingreſſus eſt, & ab Academia, Senatu urbis & civibus armatis*

(*) Vide Orat. de Reipubl. literar. dignit. ac utilit. ab Auguſto Juniore Duce Brunſvicenſi habita Tubingæ, cum Rectoratum A. 1597. d. 11. Maji deponeret.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

matis instructisque ornatissime, debito honore ac reverentia exceptus est. Visitatione primo Collegii Professorum Ducalium facta, ejusque decreto promulgato 22. Martii ante prandium, & deinde subsecuta Generali Visitatione Academiæ, & hujus quoque Decreto publicato in curia præsentibus omnibus utriusque Collegii Professoribus, & Coss. maximaque Senatus parte, die 24. Martii Sabbathi hora 2. pomeridiana, Illustriss. Princeps statim ex Curia currum conscendit, & Doberanum regressus est. Hæc ille. Quid autem in hac Visitatione peractum, ex Rescripto Principis videndum. Hujus & ULRICI vestigia laudabiliter legerunt nuper CHRISTIANUS LUDOVICUS & GUSTAVUS ADOLPHUS Principes, quos sequitur hodie FRIDERICUS WILHELMUS.

enarus urbis munificentia erga suos Professores.

§. 13. Nec minorem laudem meretur munificentia Amplissimi Senatus Rotztochiensis in Academiam, & suos Professores, qui in *initio Fundationis Academiæ octingentos Rhenanos annuorum redituum Academiæ* largitus est, hi octingenti vero Rhenani anno 1551. propter inopiam Fisci in quingentos Rhenanos mutati, qui adhuc per Dei gratiam durant, & hisce quingentis Rhenanis Senatorii Professores singulis annis fruuntur. Quemadmodum & perpetuis prædicandum vocibus insigne Amplissimi Senatus de Academia judicium, & in eam non nunquam liberalitas, quippe qui interdum publico civitatis sumptu ad exemplum suorum Principum suos Professores, inprimis Theologos infula Doctorali ornari curat, ut KITTELIO, nostro B. Proavo *Lucæ Backmeistero* Sen. Valentino Schachtio aliisque hæc felicitas olim non hodie contigit. Pergite sic vos Ser. Principes, pergite vos Cos. pergite vos Senatores de Ecclesia & Schola vestra mereri præclarissime; agite, perficite, quantum in vobis est, ut decus hoc vestræ Reip. quo eam præ multis aliis coronare Deus voluit, Academia non in flore tantum conservetur, sed indies majora sumat incrementa, ut inde perpetuo tanquam ex equo Trojano prodeant Viri, qui in Ecclesiis & Scholis sincere & diligenter doceant, in Aulis & Curiis prudenter & fideliter consulant. Sic Antecessorum vestrorum merita non æquabitis tantum, sed & superabitis, sic perpetuam honestissimamque vestri nominis memoriam ad posteros usque transmittetis.

Collegii Ducalis reditus.

§. 14. Ut autem L. B. uno intuitu videat, quæ sit Dos & Reditus totius Collegii Ducalis, contrahamus illam & describemus vernacula lingua, prout nobis etiam à quodam Collegii Ducalis membro benevole fuit communicatum, hunc in modum: *Es bestehet der* Dos totius Collegii *in dreien theilen: 1) Seind die Lüneburgischen Sültzgüter und Pommerschen Carteufergüter, welche letztere* anno 1570. *den 17. Jan. von dem* Collegio Ducali *mit* Consens *Hertzog* Johann Albrechten *und* Ulrichen *Hertzogen zu Mecklenburg, an einem* nobilen Bottsloff Rotermunten, *Erbgesessenen zu Boldewitz, und damahligen Zeit Haubtmann zu Ribbenitz, für 4000. fl. verkauffet sein. 2) Sind die Dobranische Rechte 1500. fl. 3) Sind die widerkæufliche Summen 500. fl.* Summa *6000 fl. Wann nun sonst das Fürstliche* Collegium *ihre jährige Hebungen recht bekommet, sol es haben. 1) Auß den Dobranschen, Bükowschen und Schwanschen Dorffschafften jährlich in alles 812. fl. 2. ßl. 1. pf.* porrigunt hodie vix *244. fl. 12. ßl. 2) Aus dem Marienschen und von grossen Stove jährlich 223. fl. 16. ßl.* porrigunt hodie *25. fl. 15. ßl. 3) Aus dem Ampte Güstraune jährlich 48. fl. 23. ßl.* porrigitur *hodie 22. fl. 22. ßl. 6. pf. 4) Aus dem Ampte Ribbenitz jährlich 260. fl.* aliquot abhinc annis nihil dedit. *5) Aus dem Amte Plauwe jährlich 52. fl. 6) Aus dem Ampte Ivenack jährlich 39. fl. 18. ßl.* & hæ Præfecturæ aliquot abhinc annis nihil dedere. Summa *was jährlich das Fürstliche* Collegium *aus dem Ampte haben soll 1434. fl. 59. ßl. 1. pf. An Zinßgeldern: 1) Von der Statt Stralsund von 1666. fl. 16. ßl.* Capital *jährlich auf* St. Johannis, *Zinsen 61. fl. 16. ßl. 2) Von der Statt Wißmar von 3000. fl.* Capital *jährlich auf* Antonii *Zinsen 120. fl. 3) Von Hertzog Hanß* Albrecht *zu Mecklenburg von 2000. Rthl.* Capital *den Thaler zu 32. ßl. gerechnet auf* Antonii *jährlich zu zinsen 165. fl. 4)* Ab eodem Serenissimo in eodem Termino *von 600. fl.* Capital *Zinsen 30. fl. 5) Von der Statt Rotztock von 6100. fl.* Capital *auff* Antonii *jährliche Zinsen 305. fl. 6) Noch von der Statt Rotztock wegen 2103. Rthl. 7. fl.* Capital *geben jährlich Zinse, weil der thl. zu 32. ßl. gerechnet, nur 140. fl. 7) Von Georg von der Lühe zu Liepen von 500. fl.* Capital *auff* Invocavit *und Pfingsten Zinse 28. fl. 8)* Major *Baltzer zu Louve zu grossen Stieten 500. fl.* Capital *jährlich auff* Antonii *Zinsen 30. fl. 9) Von den Lüneburgischen Sültzgütern jährlich in alles auf* Lucien, *Lichtmessen und Johannis zusammen 1451. fl.* Summa *der Zinßgelder, welche jährlich das Fürstliche* Collegium *hebet 2330. fl. 16. ßl.* Summa Summarum *aller Einkünffte der* Professorum Ducalium *9764. fl. 75 ßl. 1. pf.* Et hæc est summa Dotis seu omnium Redituum *Collegii Ducalis Professorum Ducalium* Academiæ Rotztochiensis, quam si adhuc integre, & annuatim acciperet, haberet quilibet eorum, de quo aliqualiter cum suis vivere posset. Ast cum ne quarta pars quidem hodie amplius imo post mortem Professoris vix Hæredibus porrigatur, quidam eorum ægre admodum vivunt, *vitamque extremam* ut cum *Mantuano* loquar,) *per omnia ducunt.* Optandum certe esset, imo utinam! ut dos illa pristinum suum vigorem tandem aliquando iterum obtineat, integreque restituatur, alias *Rosæ Varniacæ* pedetentim penitus defloresçent succo enim nutritio surculo subducto Rosæ non erunt, id quod tamen sanctissima Trias clementissime avertat, animitus optamus.

Legata Professoribus a privatis.

§. 15. Patronorum Academiæ munificentiæ etiam aliorum, accessit largitio, quæ merito & hic publice deprædicanda. Degebant Rotztochii Viri Illustres DN. WILHELMUS & DN. JOHANN. CHRISTOPHORUS, ambo Fratres Germani & Domini Barones de Gehra, cum Illustribus suis Conjugibus. quorum hic JOHANNES sc. CHRISTOPHORUS anno 1654. e vita discessit, Fratremque hæredem ex asse reliquit. Ille WILHELMUS sc. postea anno 1658. obiit, *Plur. Rever. Facultatem Theologicam Acad. Rotztoch. omnium bonorum hæredem in Testamento scripsit.* Constat vero, summam hæreditatis supereße *30000. Imperiales*, quæ liberalitas æternis laudibus

Legatum Gehranum, Facultati Theologicæ dicatum.

bus evehenda, atque apprecandum piæ animæ, ut illi in omnem æternitatem bene sit; sed ferunt, hanc tantam dotem *30000. Imperialium* mox proh! anno sequenti 1659. (causa quidem non latet, sed cum jam dudum obierit Dux *Christianus Ludovicus*, qui summam hanc ob quasdam Literas ad B. suum Dn. Parentem, educationem ipsius concernentes, (erat enim Princeps Juvenis supra modum effrenus a B. Dn D. *Dorschæo* olim datas, vi ac minus Theologo illo celeberrimo, ut Seniori Theologo & Testamenti Inspectori, expressit, sicque simul Facultati Theologicæ surripuit, illius rei historiam qu. in transitu hic adducere placuit) ad paucitatem redactam & ferme interiisse, ita, ut nec paucitas quidem illa soluta. Plur. Rev. vero Facultas Theol. in grati animi tesseram hisce modo prædictis defunctis Baronibus e Collegio albo Exequias solenni pompa in æde D. Jacobo sacra paravit. Nec reticenda liberalitas B. Dn. D. *Henrici Mülleri* S. Theol. D. ejusque Profess. Senatorii Past. Mariani & Superintend. nec non Facult. Theolog. Senior. Hic in sui memoriam *Pl. Rev. Facultati Theol.* anno 1675. in *Testamento legavit centum imperiales*, quorum usuris adhuc fruitur. Quid dicamus de liberalitate Dn. M. *Johann. Ottonis Burchardi* Parchimens. Mecklenburg. apud Gottenburgenses Ecclesiæ Germanicæ Pastoris primarii, Amici & Fratris nostri in Christo colendi. Hic in testimonium grati erga Academiam Rotztoch. & Facultates Theologicam & Philosophicam animi, anno 1698. *dono dedit Facultati Theol. centum Imperiales totidemque Facultati Philosophicæ* ea intentione, ut *usuris* gaudeant *Facultatum* illarum *Seniores*. Cumque *ducenti hi Imperiales* non statim usuras ferrent, ipse Dn. *Burchardi* pro pietate sua dimidium anni usuras Senioribus Facult. tunc Theolog. & Philosoph. in moneta bona transmisit. Hisce donationibus accessit & alia anno 1699. a Nobili quodam facta, qui *Facultati Juridicæ* dedit *ducentos Imperiales* eo, quod ex sententia, quam tulerat Facultas illa, magnam ipse pecuniæ summam accepisset.

Müllerianum.

Burchardianum.

Nobilis cuiusdam Facultati Jurid. dicatum.

§. 16. Vidimus *stipendia* docentium, videamus & *discentium*. Non enim cuivis studioso Juveni hæc felicitas contigit, ut Parentes ipsi necessarios sumptus, quos studia requirunt, suppeditare possint. Historiæ & experientia testantur, quod sæpius ex casa & tugurio prodierit insignis Theologus, excellens JCtus, & Cancellarius Regis vel Principis, experientissimus Medicus ac subtilis Philosophus: Verum enim est effatum Lutheri: *Gemeiner Leute Kinder müssen doch die Welt regieren*. Ideo JOHANNES ALBERTUS ex Præfectura Dobberanensi, singulis annis circa festum Michaelis ad sustentationem pauperum studiosorum donavit Academiæ *drey Last Rocken und 19. Drombt Gærsten*. ULRICUS circa idem tempus ex Præfectura Cygnensi *drey Last Rocken und drey Last Maltz oder 19. Drombt Gærsten*. Quibus accessit beneficentia nobilissimæ fœminæ Oelgardis *Pentzen*, Hartwichi Passovii quondam Consiliarii Gustroviensis relictæ viduæ, quæ *communi mensæ* s. ad sustentationem pauperum studiosorum legavit *1000. Imperiales*. Nec facere possumus, quin

Discentium Stipendia inpr. mensa communis.

Donatio Principum.

Fœminæ nobilissimæ.

simul Reverendissimi & Illustrissimi Principis & Domini, Dn. *Eberhardi* Episcopi Lubecensis & Amplissimi *Senatus Brunswicensis* & *Lunæburgensis* munificentiam & liberalitatem h. l. publice prædicemus, quod suis quoque Eleemosynis piis hanc Mensam communem juvarint, & ut diutius sustentari possit, se ad aliquot annos certam pecuniæ summam Academiæ suppeditaturos, datis literis anno 1564. promiserunt. Præterea communis mensa alia adhuc gaudet dote, videl. *2450. florenis*, qui apud Senatum Rotztochiensem depositi, sub qua summa sine dubio & 25. fl. annui Reditus abs *Joachimo Hossici* nio ad Mensæ communis sustentationem fundati nec non Eleemosynæ ex Testamento paterno à D. *Michaele Rhedero* Syndico Hamburg. & *Erico Soltzio* communis Mensæ usibus destinatæ, comprehenduntur; Reliqua dos incendio isto magno anno 1677. 11. Aug. in urbe Rotztochio exorto, periit. Excitet porro Deus benefactores, ut idem numerus studiosorum, qui olim in communi mensa, porro sustentari possit.

Eberhardi Episcopi Lubecens. it. Senatus Brunswic. & Lüneburg.

Inspectores communis mensæ duo.

§. 17. Habet coeteroqui *communis mensa semper duos Inspectores* ex Professorum numero, alterum Ducalem alterumque Senatorium, qui integrum plane septennium hoc officium continuantes, id agunt, ut omnia fiant ordine ac decenter, & victum studiosi accipiant, ad quod posterius tamen *œconomi* ope utuntur. Ita enim antiquitus constitutum, ut duos habeat communis Mensa inspectores: Cum enim Academia propter pestem horribiliter in urbe grassantem, & communis mensa anno 1565. æstivo tempore dissipata esset, ac subsequenti mense Octobri Bellum & Collegii Philosophici conflagratio die Nicolai gravissimas clades Reipubl. & Academiæ intulisset, tandem mitigatis aliquantum his malis, & coeunte rursus aliquo Scholasticorum coetu, & lectionibus iterum inchoatis, etiam de mensa communi instauranda deliberatum 12. Decembris & constitutum est in frequenti Academiæ Concilio, præsentibus etiam aliis Professoribus, qui non sunt Membra Concilii, Rectore M. CONRADO PEGELIO. Atque huic negotio tunc duo ex Consiliariis Academiæ præpositi sunt Lic. BARTHOLOMÆUS CLINGIUS, & D. LUCAS BACMEISTERUS Sen. Igitur Dom. Cantate s. 12 die Maji anni 1566. restituta est *mensa pauperum studiosorum in Monasterio D. Johannis*, eo in loco, quem Amplissimus Senatus Academiæ attribuerat, cui hodie præsunt *D. Joh. Nicolaus Quistorpius* & *D. Joh. Joach. Schopffer*.

Menſæ communis administratio.

§. 18. Nec hic prætereunda est largitio quorundam piorum opulentorum Virorum, qui indigentium studiosorum inopiam sublevarunt. Et quidem 1. legavit MAURITIUS WITTE olim collegiatus Rotztoch. & Canonicus Lubec. egenis studiosis duo beneficia, quorum summam apud Senatum Luneburgensem deposuit; Alterum beneficium comprehendit summam 600. Marck. Lubec. Alterum 400 Marck. Lubec. pro studioso Theologiæ ob Professorum supinam negligentiam plane omissa, ut docent Litteræ Testamentariæ. *Daniel Zölner*, Cancellarius Megapolit. legavit 1000. florenos; semel B. *Kirchmanno* Lubicæ, nomine R. Concilii hinc ablegato, soluti

Legata quædam Studiosis dicata.

Wittenianum deperditum.

Zolnerianum.

ſoluti ſunt, à cæteris autem hactenus neglecti. III. *David Baſſewiz*, legavit 1000. florenos pro 2. ſtudioſis Theologiæ natione Megapolitanis. Sed hoc legatum etiam ex negligentia proh! interiit, quamvis de ultimi recuperatione adhuc aliqua ſpes relicta. IV. Eſt Beneficium *Rubei Leonis*, ad cujus inprimis reparationem, & aliorum ædificiorum ſtructuram moriens Academiæ legavit 400. Marck. Sundenſes *Jacobus* Rave. V. *Mauritii Witten* duplex ſtipendium apud Senatum Hamburg. depoſitum, cujus ſumma *600. Marck. Lubec.* Legatarii ſunt ſtudioſi Theologiæ, terminus ſeptem anni. Jus nominandi alternat inter Rev. Concilium & Cameram Hamburg. VI. *Joachimus Holſtein* hæreditarius *in Anckershagen* legavit *1000. florenos*, uſuræ illorum ſunt 50. floreni, quorum media pars communi menſæ, altera ſtudioſo Theologiæ & quidem natione Megapolitano ad quinquennium tribuitur. VII. *Joachimus von der Lübe* præfectus prætorii apud Ducem Mecklenburgicum, & Præfectum Dobbertinenſem legavit *1000. florenos*, de quibus uſuræ reditibus ſtudioſis Theologiæ natione Mecklenburgicis conferendæ. VIII. Datur ſtipendium B. M. *Hermanni Krauſen vel Criſpini* Paſtoris Dobberanenſis, cujus ſumma *1200. floreni* pro ſtudioſo Theologiæ, uſuræ 60. fl. hac lege, quod ſi quis ex Familia *Criſpiana* Rotztochii literis operam daret, coeteris anteferretur. IX. legavit B. M. *Andreas Weslingius* Hebrææ linguæ Prof. 1200. fl. quorum uſuræ 60. fl. quæ diſtribuendæ inter tres ſtudioſos Theologiæ, qui inprimis Hebrææ linguæ operam dant, ad triennium. X. eſt legatum B. D. *Erneſti Cothmanni*, Cancellarii Megapolitani, cujus ſumma *1200. fl.* uſuræ 60. fl. quæ conferendæ duobus ſtudioſis, alteri ſtudioſo Theologiæ, alteri ſtudioſo Juris, & quidem natione Weſtphalis alternatim ad quinquennium. XI. exſtat B. *Nicolai Doſſen* Med. D. Legatum, cujus ſumma *200 fl.* pro ſtudioſo Medicinæ natione Rotztoch. XII. Legavit B. *Henricus Camerarius* JCtus *500. florenos*. XIII. denique Chiliarcha *Poley* inſigne beneficium in Teſtamento ſuo ſtudioſis legavit. Quæ poſteriora decem ſtipendia in viridi uſu adhuc ſunt. Fuit & quidam M. *Elers*, Rotztoccenſis, vicarius Lubicenſis, qui Lectoribus in Theologia Rotztochii legavit annuatim XXV. marcar. Lubic. nec non Dn. *Gotſcalcus Hoppenſtange*, Senator Rotztochii etiam aliquid ex Teſtamento reliquit Academiæ, nobis famam hactenus ignotum an adhuc perdurent. Excitet porro Deus opulentos, qui ſuccurrant inopiæ ſtudioſæ juventutis indigentis, ne propter indigentiam cogantur ſtudia deſerere, ſed magis incitentur ad ea gnaviter pertexenda, quo ſemper in promptu ſint, qui cum fructu Eccleſiæ & Reipl. inſervire queant, ſiquidem Cancellarii & Conſiliarii Regum & Principum, idemque Doctores Theologiæ & Superintendentes, ut plurimum ex humili genere orti. Satis de Dote ac Donationibus Academiæ Rotztoch. nos dixiſſe putamus, ex quibus quivis facile intelliget, quantis gaudeat ea reditibus. Jam ulterius progrediendum, ſit ergo.

CAPUT. VII.

De legibus, ſtatutis, variisque Edictis Academiæ.

SUMMARIA.

§. 1. Legum in Academiis neceſſitas.
§. 2. Legum Academicarum diviſio.
§. 3. Leges totius Academiæ & communis Menſæ.
§. 4. Vitia ſtudioſorum in genere deſcribuntur.
§. 5. Pennaliſmus Grammatice & Logice deſcriptus.
§. 6. Pennaliſmus ſæpius oppugnatus, tandem relegatus.
§. 7. Ebrietas ſtudioſorum alterum vitium tangitur.
§. 8. Duella inſtituere & Debita facere prohibentur.
§. 9. Indecorus habitus ac veſtitus ſtudioſorum taxatur.
§. 10. Rector & Concilium Academiæ certas ſibi ipſi Leges præſcripſit.
§. 11. Adducitur Catalogus variarum Legum ac Statutorum in Academia ſancitarum.

Legum neceſſitas & officium Magiſtratus in Acad.

§. 1. *Eſt prudentis Gubernatoris futura proſpicere*, itaque ſumma ejus cura videtur poſita in Conſtitutione Legum quibus ſtatum Reip. ſuæ velut certis regulis diſponat, jubeat, quæ facienda ſunt, prohibeatque contraria, proponat ſupplicia vitiis, præmia virtutibus, doceat authoritate domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, ſua tueri, ab alienis, mentes manus & oculos abſtinere, ut cives ſint incolumes, vita ſit quieta & tranquilla. Cum igitur Academia Rotztoch. authoritate ſummi Pontificis *Martini V.* jam eſſet introducta, nunquam firma eſſe potuit, niſi etiam Legibus munietur. Quare novus Rector & Senatus Academiæ Rotztoch. de Legibus condendis ſtatim conſilium iniit: norit quippe, quod *Deus eſt in mundo, quod in navi Gubernator, quod in curru Agitator, quod in Choro Præcentor, & Dux in exercitu ac Lex in Communione. Et cum nemo melius de re aliqua poteſt judicare, quam in qua eſt exercitatus:* Sic nemo melius literis operam dantibus poteſt Leges præſcribere, quam qui diu in literis & Academiis regendis verſati. Tales cum erant novus Rector & Senatus, (quippe qui diu jam antea Profeſſores in Academia Lipezenſi & Erfordiana hæſerant) tales Leges ſibi & futuris ſuis Auditoribus præſcripſit, quas profuturas Academiæ judicarunt, hac tamen Lege & omine, ut ſi in ſubſequentibus temporibus illarum obſervatione Univerſitas multum læderetur, ſucceſſoribus, Profeſſoribus liberum foret, quædam mutare, quod *ſtatuta vetera ac nova Academiæ* Rotzoch. teſtantur.

Legum Academicarum diviſio.

§. 2. Habent vero *leges ab obligando nomen*, quia obligant homines, ut quisque faciat ſuum officium. Et *Cicero* (l. 3. de offic.) inquit: *Hoc ſpectant Leges, hoc volunt, incolumem eſſe civium conjunctionem, quam qui dirimunt, eos morte, exilio, vinculis, damno coercent.* Itaque nullus ordo datur, qui non certas habet Leges, quibus homines in officio continentur. Sic Academia Rotztoch: habet ſuas Leges a Rectore, & Concilio propoſitas, ut modo innuimus, quæ & docentes & diſcentes obligant, & officii ſui monent: has omnes & ſingulas a prima Fundatione Academiæ usque ad hoc tempus in obſervationem

Dn. Rectoris, Promotoris, coeterorumque Professorum ac membrorum cujuslibet Facultatis sancitas, hic enarrare non nostri est instituti, nimisque prolixum foret, cum nec omnes etiam nobis sint cognitæ; quæ tamen ad manus sunt, eas fideliter communicabimus. Has autem Leges boni ordinis causa in duas dispescimus Classes, dum in *generales* & *speciales* Leges dividimus. Ad GENERALES LEGES referimus 1) *statuta vetera & nova Academiæ Rotztochiensis* cum adjunctis aliis statutis & juramentis civium Academicorum. 2) *Decreta & statuta quædam Reverendi Concilii sub diversis Rectoribus sancita ab Anno 1563. usque ad annum 1653.* (quæ enim postea concluſa, nos latent) SPECIALES LEGES sunt, 1) *Statuta Facultatis Philosophicæ vetera, renovata & ad usum statumque hodiernum accommodata*, quæ privatos magistros vel heic vel alibi promotos obligant, recusa anno 1684. Decano M. *Christiano Hildebrando*, Log. Prof. publ. Ducali & Facult. Philosoph. Seniore. 2) *omnia Edicta & Programmata*, quæ privata alique de causa conscripta, proposita & in tabula publica affixa sunt. v. g. α) *Programmata Festivalia.* β) *Funebria.* γ) *Adhortatoria* ad Lectiones publicas & privatas diligenter frequentandas, Leges publicas & orationes audiendas, Sectiones cadaverum publicas inspiciendas, & domos Academicas inhabitandas, omnia meteora pie perpendenda. δ) *Dehortatoria*, de Bacchanalibus non celebrandis, & bombardis non gestandis. Has omnes & singulas Leges & Programmata, unam vel alteram earum, & quidem in honorem & venerationem Antiquitatis, à Majoribus olim sancitas, excerpemus ac ordine recensito *in Append. hujus Libri* adducemus. Reliqua quæ adhuc desiderantur, ille, qui in Academia docet, Professorisque munere fungitur, eas ex Archivo Academiæ petere, inque sui usum convertere potest.

Leges totius Academiæ & mensæ communis.

§. 3. Cæterum de Legibus, quæ inprimis Alumnos Academiæ Rotztoch. obligant, & bis quotannis publice præleguntur notari meretur, eas ob temporis angustiam & ne Auditori tædium excitarent, tertia vice contractas, & in Epitome redactas esse, & quidem 1) anno 1563. Rectore *Luca Bacmeistero*, Sen. Theol. D. & Prof. 2) anno 1653. Rectore *Johanne Quistorpio*, Jun. Theol. D. & Prof. & denique 3) anno 1662. Rectore *Augusto Varenio*, itidem Theol. D. & Prof & hoc *Legum Epitome* adhuc hodie valet, ac quotannis die *Renunciationis Rectoris publice in Auditorio majori a communis Mensæ Famulo e Cathedra inferiori Respondentibus aliis propria, prælegitur.* Primam Legum Epitomen conscripsit ac renovavit D. *David Chytræus* stylo meliori & alio ordine mense Dec. anno uti diximus 1563. Rector autem t. t. D. *Lucas Bacmeisterus* Legibus his quasdam addidit, tempori & præsenti Academiæ statui convenientes, ut ipse testatur in MSS. Has autem Leges, quamvis ob venerationem Antiquitatis lubentissime hic recensere voluissemus, nunquam possedimus, interim tamen Leges nobis vetustissimas & Rectore M. Nathane Chytræo 1578. Mense Julio publice prælectas una cum *Programmate Invitatorio* alibi communicabimus.

Hisce Legibus *Academiæ Rotztoch. juramento studiosa juventus*, cum Matriculæ Academiæ inseritur, *se obstringere* cogitur. Utinam omnes ita jurarent, ne perjurii fierent, ne maculam in conscientia sibi inurerent, quæ ut deleatur, in Officio constituti, postmodum omnem lapidem movere coguntur. *Didicisse* enim *fideliter artes, emollit mores, nec sinit esse feros.* (Ovidius lib. 2. de Ponto Elegia 9.) Et qui aliquando Ecclesiæ ac Reipubl. cum laude ac utilitate inservire volunt, hi in Adolescentia statim compositis moribus ac vita decenti esse debent, quo sanctitas & dignitas Ministerii & ordinis politici, quantum in illis est, conservetur, nec ludibrio exponatur. Semper enim studiosa juventus meminisse debet veteris dicti: DIC, CUR HIC, & quod *otium pulvinar Satanæ.* Cum vero studiosa juventus in duplici sit respectu, *pars lautioris fortunæ*, ut de patrimonio suo laute vivere possit, pars *tenuioris fortunæ*, ut aut anxie de suo subsistere queant, aut aliunde subsidia petere, & *communi mensa* uti cogantur. His igitur convictoribus *mensæ communis* Rector & Concilium Academiæ Rotztoch. certas *Leges* præscripsit, ut ad illarum normam vitam componerent. Quæ si observentur à Convictoribus, & gratiam Dei favoremque hominum sibi conciliabunt, ac conscientiam bonam servabunt.

Vitia studiosorum communia.

§. 4. Cum vero *ita cum hominibus comparatum, ut raro servent Leges, sæpius autem violent*, necesse est, ut novis Edictis coerceatur malitia hominum. Inprimis autem *magnam sibi licentiam sumit juventus*, quippe *temeritas florentis ætatis*, ac in vitia sæpissime labitur, quæ etiam communia studiosæ juventuti, ut eheu! quotidiana testatur experientia. Ne igitur studiosa juventus quid designet, quod ordini literato in ignominiam vergat, ac Dei iram provocet, sæpius Leges novis edictis stabilire cogitur Magistratus Academicus, quæ pro diversitate vitiorum varia sunt. Cum enim *pars* studiosorum sit dedita divexationibus, ac emunctioni pecuniæ juniorum, quam *Pennalismum* vocat, *pars* crapulæ & lasciviæ; *pars* iracundiæ ac provocationi ad *Duellum*; *pars* sibi nomina facit, *pars* denique indecoro vestitui seu militari nimium indulget, cuilibet vitio singulare Edictum est oppositum à Rectore & Concilio Academiæ Rotztochiensis. Cumque homines sæpius luxui in vestitu, sponsaliis, nuptiis, aliisque conventibus sint dediti, & hoc vitium certis statutis corrigere Rector & Concilium Academiæ Rotztoch. studuere, ne membra Academiæ luxu rem familiarem perdant.

Pennalismi etymon & descriptio.

§. 5. *Primum* itaque vitium, quo studiosa juventus laboravit, est *Pennalismus*. Quid hoc vocis aut nequitiæ generis? inquis. Nondum, ut ingenue fateamur hoc Vocabulum investigare licuit; si tamen sententiam nostram addemus; aut à *Poena* PENNALISMUS erit deducendus, ita ut primus *Annus Academicus* Novellis studiosis *Annus Poenitentiarius* fuerit, in quo à Veteranis studiosis variis exactionibus, fustigationibus, colaphis & horrendis aliis exercitiis misere agitati; aut etiam rectius PENNALISMUS à *Penna* descendit, quod ille qui *pennalissimum*

lismum sustinet, pennam Scholasticam nondum deposuerit, sed adhuc in exercitio stili, orationes elaborando, varia Epistolarum genera conscribendo vel Chrias exarando, se exercere debeat, quare & talis ut graculus inter Musas accipiendus, quum veri *studiosi*, ut putabant, nomen nondum jure gerere possit, sed adhuc sub pœna pennaria detinendus, i. e. poenis scholasticis seu pueribus adhuc subjaceat, donec tandem pedetentim studiosorum numero associetur. Hæc de PENNALISMO a priori quoad Etymon descripto sufficiant, nunc etiam a posteriori & ex experientia illum describemus. Dicimus ergo *Pennalismus est status, quo studiosi juniores, qui recens ad Academiam accessere, primo anno velut subjectum patiens, & in statu innocentiæ constituti, a Veteranis secundum malum ductum mentis* (impune enim veteranis omnia sibi in juniores licere judicant) *divexantur, in cauponas abducuntur, & alia loca in quibus damnis*, ut Comicus ait, *desudascitur, pecunia emunguntur, quique juniorum sumptibus pergrœcantur & belluantur, & quos mox Pennalismi* s. primo anno elapso & *innocentiæ statu desinente, in statum nocentiæ secum constituunt, ut imposterum aliis illa inferant, quæ paulo ante ab aliis sibi illata pertulerunt.* Hinc patet, quid *Pennalius*, videl. *Homo studiis deditus, qui scorum nondum recte persolvit, neque dum annum Academiæ genio dedit.* Quæris, quid scorus? si græcum Etymon spectes à Σκὼρ (unde & Scoria) stercus significat, & tunc Scorista Scurra seu sterquilinium i. e. homo impurus & impudens vocatur. Sin hebraicum malis, age, hanc veluti novam quandam vocem Babyloniam a primævo Hebræorum labio accersamus. & interpretemur שִׁכּוֹר i. e. ebrius s. temulentus, à Rad. שָׁכַר i. e. inebriavit, vel ebrius fuit. Ex quo intelligitur, quid sit *scorum persolvere*, seu ut loquuntur, *donare*, nimirum, *Bacho seu Diabolo ipsi, cum omnis vitii, tum etiam Crapulæ & Ebrietatis Parenti ac præsidi litare, seque adeo dedere ac consecrare.*

Hinc Pennalius.

Scorum persolvere quid?

Eius turpitudo sæpius oppugnata, tandem oppressa & relegata.

§. 6. Huic pessimo vitæ generi olim vehementer ad insaniam usque studiosa juventus fuit dedita, & hoc malum primum Diaboli instinctu ante seculum, cum disciplina scholastica sensim labascceret, & *Regentiæ* eheu! coeperant exspirare, inter studiosam juventutem serpere inchoavit. Hujus *infantiæ* statim anno 1600. se opposuit quidam Alumnus Academiæ Rotztochiensis ALBERTUS WICHGREVIUS, Hamburgensis, Philosophiæ Magister, ac postmodum Rector Scholæ Prizwaldensis *Cornelio suo relegato, sive Comoedia nova festivissime depingente vitam Pseudostudiosorum, & continente nonnullos ritus Academicos in Germania.* Cumque malum hoc majora sumeret incrementa, *pueritiæ* ejus restitit Rector & Concilium Academiæ Rotztoch. Edicto anno 1614. d. 18. Aug. publicato, sed frustra Edictum hocce fuit promulgatum, igitur ut hæc pestis, quantum posset, ex Collegio studiosorum profligaretur, circa ejus *adolescentiam & juventutem* contra Schoristicas actiones an. 1621. d. 25. Octobr. *Johannes Quistorpius* Senior, quando Rectoratum secundo adsumpsit, detonuit, quemadmodum & anno 1625. die 5. Maji in *Nationales societates*, quæ idem ferme jus cum pennalismo obtinent, cum Rectoratu abiret, *Orationem* habuit. Verum cum ne hisce quidem hoc malum posset extirpari, sed potius altiores egerat radices, & ad ejus qs. *virilem ætatem* perventum erat, Rector & Senatus Universitatis Rotztoch. ut mores studiosorum corrigerentur, anno 1639. Dom. Rogationem severius Edictum promulgavit, quod repetiit anno 1641. 29. Aug. Verum cum nec hocce Edicto malum hoc jam inveteratum plane tolli potuerit, tandem, cum nimis invalesceret *Pennalismus*, non solum ex *Academia Lipsiensi, Wittebergensi, Salana, Julia, Giessena & Altorfina*, sed etiam ex Academia nostra *Rotztoch.* anno 1662. 7. Mart. Rectore *Johanne Bacmeistero* Med. D. & Prof. Patruo nostro desideratissimo, programmate publico prorsus profligata.

§. 7. Collegia nationalia adfinitate tangit *Crapula & Ebrietas, nisi* enim *Collegia nationalia & societates existerent non tantopere Ebrietati studiosa juventus indulgeret.* Ebrietas autem secundum Grammaticos à BRIA, quod dolium vini plenum veteribus erat, vel à Græco βρυεῖν, quod latine scatere seu plenum esse redditur, nomen accepit. Unde postea factum, ut cum plenum & madidum hominem indicare vellent, eundem *ebrium* appellarent. *Est* vero *Ebrietas vitium, quo quis ultra mensuram tantum potus vini, cerevisiæ, aut alterius rei inebriantis adsumit, ut lingua titubet, pedes vacillent, manus tremant, facies sit furibunda ac phrenetico similis, frons rugosa, Curidusque vultus.* Contra hoc peccatum ac voluntariam insaniam studiosæ juventutis, duas invectivas in Academia Rotztoch. habuit *Johannes Cothmannus* Theologus alteram in actu promotionis Doctoralis, cum sc. DN. D. *Abrahamo Calovio* olim in Academia Wittebergensi Professori Theologo primario. & Præceptori nostro summa observantia post busta colendo, *Privilegia & insignia Doctoralia* tribueret anno 1637. 22. Jun. alteram: 30. April. anno 1639. cum *Fascium Academicorum onus* ipsi imponeretur, in qua posteriori demonstrat, *crapulam esse peccatum universale omnibus Decalogi Præceptis repugnans.* Et Ebrietatem vitiorum omnium Matrem esse, vel inde patet, quod, experientia teste *Ebrietas nihil moderabile suadeat*, & in ea Ἀσωτία, ut Spiritus S. docet, regnet, quippe ex *ea oriuntur non solum fornicationes, stupra, adulteria, sed & cædes, homicidia ac duella* s. Μονομαχίαι, cum videl. *ad singulare certamen & pugnam putativum hostem provocamus, & injuriam vel contumeliam illatam armis vindicamus.* Hæc *duella* sunt prorsus illicita, quod probat *Liebenthalius Colleg. polit. Exercitat. 14.* qui consulatur.

Ebrietatis vitium descr. itemque duella.

(Ephes. 5.)

§. 8. Cum autem in Republ. *Duella* non sint toleranda, juste & pie fecere Imperatores, Reges Electores, Principes ac Resp. quod Duellis publicis Mandatis & Edictis non solum se opposuere sed & acriter duellantes puniunt, & supplicio afficiunt. Ne ergo Rector & Concilium Academiæ Rotztoch. iram Dei in se derivet, homicidiis ac duellis publ. Edictis sæpius occurrit. Producemus ex insigni copia Edictorum contra duellantes tantum novissimum anno 1681. 10. Ju-

Duella æristoque alieni contractio vetita.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

lii à Rectore & Senatu Academiæ Rotztoch. publicatum. *Nec juventus ſolum prona eſt ad rixas & iram, ſed & prodiga æris*, ut recte hinc cecinerit *Horatius*:

Imberbis juvenis tandem cuſtode remoto,
Gaudet equis canibusq; & aprici gramine campi:
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper: (pi,
Utilium tardus proviſor, prodigus æris.

Ignorat enim Juventus, quanto cum labore & ſudore comparentur nummi, & quicquid ad victum & amictum pertinet. Si ſciret, non adeo abliguriret, & dilapidaret bona, ſed obſervaret, quod *non minor eſt virtus, quam quærere parta tueri* & magnum *Vectigal parſimonia*. Cum vero aureos montes ſibi de bonis paternis pollicentur, libere vivunt, æreque alieno ſe obruunt. Hoc ut impediret Rector & Senatus Academiæ Rotztoch. publico Edicto inſtitores & oenopolas monuit, ut abſtinerent, ne poſthac ſtudentium fidei ultra *viginti florenorum* merces exponant. Verba ſtatuti anno 1578. 12. Nov. Rectore *Petro Memmio* Med. D. primitus publicati, & anno 1655. 9. April. Rect. *Hermanno Lembken* J. U. D. renovati hæ ſunt: *Si Inſtitores ultra* VIGINTI FLORENORUM, *Aurifabri, Stamarii, Oenopolæ, Caupones, Sartores, Sutores aut hujus generis homines alii, ſupra decem ejusdem monetæ florenorum merces, vinum, cereviſiam, aut quidvis aliud, in hac Academia ſtudentium fidei poſthac exponant, actio contra ſtudioſos in tali cauſa a Magnifico Rectore minime admittenda, ſed rejicienda eſt ad judicem iſtius loci; ubi ſtudioſorum Parentes aut fundi exiſtunt.* Hoc ſtatutum Senatui oppidano inſinuatum, ut indicarent civibus ſuis.

Indecorus habitus & veſtitus ſtudioſorum reprehenſus.

§. 9. Vidimus Pennaliſmum abrogatum, penſitavimus peſſimum Scholaſticorum vitium Ebrietatem, luſtravimus quoque proſcriptionem Duelli, præterea indicavimus, quam paterne monuerit Rector & Senatus Academiæ Rotztoch. ut caverent ſibi ſtudioſi a Nominibus, reſtat, ut *de indecoro habitu ac veſtitu ſtudioſorum* quædam adjiciamus, quippe cui nimis dediti, ut, ſi ex veſtitu illos judicare velles, non literatos, ſed aulicos, ſed homines militares eſſe jurares, quippe non gladiis ſolum ſe alligarunt, ſed & vel omnes criſtas capiti imponunt; *quædam* veſtitu plane inſolenti utitur, *pauciſſima* tandem *pars* habitu decenti eſt amicta, ut propterea Illuſtriſſimus *quondam* Princeps ULDARICUS Dux Megapolenſis jam ante ſeculum ſc. an. 1598. motus ſit *Edictum contra indecorum habitum ſtudioſorum*, ſupra jam *§. 3. N. XIII.* allegatum, publicare, quod repetiit Rector & Concilium Academiæ Rotztoch. anno 1656.

Rector & concilium Acad. ſibi ipſi certas præſcripſit leges.

§. 10. Et ut concludamus hoc caput de *Legibus, Edictis & Statutis Academiæ Rotztoch.* adhuc notamus *Rectorem & Concilium Academiæ Rotztoch.* certas ſibi ipſi Leges præſcripſiſſe, ut quisque fideliter munera Officii docendo ac diſputando obiret, publicatæ hæ primitus a. 1604. 24. Octobr. repetita publicatio 1605. 25. Aug. tertium editæ 1615. Rectore *Eilhard. Lubino*, quartum promulgatæ 1662. Rectore *Johann. Quiſtorpio* juniore & demum renovatæ an. 1675. ipſis Calendis Januar. Rectore *Johann. Jacobo Döbelio* Med. D. & P. Præterea ut Rector & Concilium ſuorum civium, non tantum diſcentium, ſed & omnium docentium Profeſſorum ſc. Doctorum ac Magiſtrorum privatorum, eorumque conjugum ad liberorum luxum in veſtitu, ſponſaliis, nuptiis aliisque conventibus corrigeret, certa publicavit Edicta, ſub titulo: Rectoris *und E. Ehrw.* Concilii revidirte *Kleider-Verlehnis-Hochzeit-Kind-Tauff*-Rectorats-*und* Promotions-*Ordnung*. Roſt. 1625. in 4to.

Recenſio variarum legum ac ſtatutorum Academ.

§. 11. Antea autem quam hoc caput de Legibus Academiæ Rotztocnienſis concludamus, ſecundum promiſſum noſtrum adhuc adjicimus, quasdam *Leges Statuta & Programmata*, diverſis annis diverſisque Rectoribus ſancitas, & quidem ordine ſupra a nobis promiſſo. Prodeant ergo LEGES GENERALES, & quidem (a) STATUTA VETERA ATQUE NOVA ACADEMIÆ ROTZTOCHIENSIS. Ita dicta, quod quædam ſtatim ſub initio fundationis Academiæ anno ſc. 1419. quædam autem poſt Reformationem Academiæ a Ducibus factam 1564. ſancita & promulgata. His adhuc ſub claſſe *Legum Generalium* adnectendæ ſunt (b): *Decreta & ſtatuta quædam Reverendi Concilii ſub diverſis Rectoribus ab anno 1563. ad annum usque 1653. ſancita*, hiſtoriam horum temporum non parum enodantia, quæ tandem excipiunt LEGES SPECIALES, & quidem 1) *ſtatuta Facultatis Philoſophicæ vetera, renovata, & ad uſum ſtatumque hodiernum accommodata*, quæ privatos Magiſtros, vel heic vel alibi promotos obligant, recuſa anno 1684. Decano M. *Chriſtiano Hiltebrando*, Log. Prof. publ. Ducali & Facultatis Philoſophicæ Seniore; ad quorum Claſſem 2) annumeramus *omnia Edicta & Programmata*, quæ privata aliqua de cauſa conſcripta, propoſita, & in Tabula publica affixa, ut ſunt α) *omnia Programmata Feſtivalia*; quorum è numero vetuſtiora in honorem antiquitatis nonnulla alibi dabimus. β) *Programmata Funèbria*, de quibus iterum unum alterumque ex optimis & antiquioribus communicari poterit. Sequuntur his γ) *omnia Programmata adhortatoria*, cumque hæc pro diverſitate materiæ & rerum occurrentium, varia ſint, ſeorſim ſingula eorum a nobis erunt conſideranda, produceremus ergo facile in medium omnium, I. Duo EXEMPLARIA PROGRAMMATIS INVITATORII SEU ADHORTATORII AD AUDIENDA ET VIDENDA SOLEMNIA USITATA CIRCA CREATIONEM NOVI RECTORIS MAGNIFICI. II. *Admonitionem* de Fine STUDIORUM ET MEDIIS AD EUM ASSEQUENDUM *recta ducentibus a* RECTORE *Academiæ Dav. Chytræo an. 1585. calendis Maji propoſita.* III. Programmata ad *audiendas Leges publicas.* IV. Duo Programmata *ad audiendas orationes publicas.* V. Programma *ad Anatomiam publicam inſpiciendam ſcriptum a Chytræo a. 1578.* VI. Programma ad *Eclipſin Lunæ pie perpendendam ſcriptum ab Academiæ Rectore Luca Bacmeiſtero a. 1573.* VII. Admonitionem ad *Domos Academicas inhabitandas*, ſcriptum a Duce Curlandiæ Wilhelmo, Acad. Rectore an. 1591. quæ omnia ſub Programmatibus adhortatoriis comprehenduntur, quorum tandem Agmen claudant δ) *Debortatoria* Programmata

mata e. c. alterum de Bacchanalibus non celebrandis a. 1598. alterum vero *de* BOMBARDIS NON GESTANDIS a. 1592.

CAPUT. VIII.

De Professorum Academiæ Rotztoch. numero, eorumque distinctione ac Electione.

SUMMARIA.

§. 1. Professorum numerus ac divisio.
§. 2. Professores Ducales.
§. 3. Professores Senatorii.
§. 4. Electio Professorum quomodo fiat.

Professorum numerus & distinctio.

§. 1. Professores numero sunt quatuor & viginti, quorum *sex Theologi, sex JCti, tres Medici ac novem Philosophi*, quanquam reductio quædam Philosophorum in Visitatione illa Academiæ anno 1599. ab Illustrissimo Duce ULRICO instituta, facta, ita, ut numerus Philosophorum ad octonarium reductus, & decedente *Ignatio Hanniele*, tum Historiarum Professore, *Historiarum Professio Institutionum Professori injuncta & commendata.* Hi ratione Patronorum distinguuntur in Ducales & Senatorios. *Ducales* dicuntur, quia a Sereniss. Ducibus Megapolitanis constituuntur, dependent, ac ab illis aluntur. *Senatorii* dicuntur, quia ab Amplissimo Senatu Rotztoch. constituuntur, dependent, ac à civium communione aluntur. Hi iterum *duo faciunt Collegia*, *Ducale sc. ac Senatorium*, quæ unum Academiæ corpus designant, ac junctis viribus & communicatis consiliis communem utilitatem, sic procurant, ut Ducale non Senatorii neque Senatorium Ducalis Collegii utilitati ac dignitati officiat. Denique *ratione Assessoratus Concilii* distinguuntur in *Conciliares ac Extra-Conciliares*, *Conciliares sunt Adsessores Concilii*, ac numero sunt 18. videlicet *quatuor Theologi*, duo Ducales ac duo Senatorii, *quatuor JCti*, duo Ducales ac duo Senatorii: *Duo Medici* unus Ducalis ac unus Senatorius. *Philosophi octo*, quatuor Ducales ac totidem Senatorii, qui sessionem in loco Concilii alternant, ut primo loco ac versus dextram sedeat *Ducalis Theologus*, e regione versus sinistram Theologus Senatorius, secundo loco *Theologus Ducalis*, Aulæ Gustrovienſis e regione iterum Senatorius, tertio loco *JCtus Ducalis*, e regione JCtus *Senatorius*, ac sic deinceps, quo ordine etiam sententiam dicunt, quemadmodum A. 1563. d. 11. Maji per transactionem constitutum, ex hisce Assessoribus Concilii singulis semestribus, videlicet tempore verno die Sancti Tiburtii, tempore Autumnali die Sancti Dionysii, secundum ordinem Facultatum Rector constituitur, de quo suo loco dicendum, *Extra-Conciliares sunt*, qui non sunt Adsessores Concilii, nec ad quos Rectoralis dignitas devolvitur, interim tamen eadem Dignitate immunitate ac Privilegiis cum Conciliaribus gaudent, & ad Ducale Collegium solum spectant.

Professores sunt Ducales & Senatorii, ac duo faciunt Collegia.

Professores Ducales Theologi.

§. 2. Collegium Ducale, sive Professores, qui à Ducibus Illustriss. aluntur sunt numero XV. videl. *quatuor Theologi*, qui olim à tempore Reformationis *Lutheri* extitere religiosissimi, ut *Johannes Aurifaber*, *Henricus Smedenstede*, *David Chytræus*, *Simon Pauli*, *Johannes Frederus*, *Paulus & Johannes Tarnovii*, *Eilhardus Lubinus*, *Lucas Bacmeisterus*, junior, *Valentinus Lægdæus*, *Johannes Cothmannus*, *Johannes Georgius Dorscheus*, *Hermannus Schuckmann*, *Joh. Christophorus Ottonis*, *Lucas Bacmeisterus junioris Filius*, *Joh. Frider. König*, aliique & modo esse desiere Vir vere *Augustus Varenius* & *Michael Siricius*, *Justus Christophorus Schomerus*, jam existunt *Andreas Daniel Habichhorstius* & *Johannes Fechtius*, item *Joh. Petrus Grünenbergius* utinam diu superstint! Quatuor gaudet COLLEGIUM DUCALE JCTIS, qui olim fuere prudentissimi, *Johannes Bouckius*, *Fridericus Hein*, *Laurentius Niebuhr*, *Johannes Albinus*, *Michaël Graß*, *Barthol. Klinge*, *Jacobus Bordingus junior*, *Ernestus Cothmannus*, *Joachimus Schonermarck*, *Hajo a Nessa*, *Laurentius Stephani*, *Henricus Schuckman*, *Henricus Rabu*, *Albertus Willebrand* Sen. *Henricus Rudolphus Redeker*, *Jacobus Sebastianus Laurenbergius*, *Christianus Woldenbergius*, *Andreas Amselius*, *Johannes Festing*, *Albertus Wilbrand*, junior, aliique & jam vivunt *Johannes Sibrand. Johann. Klein*, *Johann. Joach. Schöpffer*, *Caspar Matth. Müller*. JCTI.

MEDICI DUO sunt in Ducali Collegio, quum olim experientissimi fuere, *Jacobus Bordingius*, Senior, Atavus noster, *Gerhardus Nennius*, *Henricus Brucæus*, *Levinus Bathus*, *Joh. Bacmeisterus*, Lucæ Senior Fil. *Wilhelmus Laurenbergius*, *Simon Pauli*, Theologi Nepos, *Jacobus Fabricius*, *Stephanus Schultetus*, *Caspar March*, & Patruus noster dilectus *Johannes Bacmeisterus* Matth. Filius ac *Sebast. Würdig*, & jam vitam degunt *Joh. Ernestus Scaperus* ac *Georg Detharding*. Medici.

Philosophi.

Philosophos habet Collegium ducale quinque quorum *Hebræi* extitere *Nicolaus Goniæus*, *Jacobus Bacmeisterus*, *Lucæ* Senior Filius primogen. *Marcus Hassæus*, *Stephanus Hein*, *Augustus Varenius*, nuper Theologus, *Henricus Dringenberg*, *Jacobus Burgman* jam Græcus Senatorius hodieque *Albertus Joachim* de *Krakewiz*. *Oratores* olim *Arnoldus Burenius*, *Johannes Caselius*, *Johannes Simonius*, Laurentius Bodocki, Michael Paneratius ac nuper Andreas Daniel Habichhorst, qui modo Theologus Senior, cui successit Augustus Varenius junior jam Secretarius Cameralis Ducalis Suerinensis, hodie *Christianus Henricus Tielcke*. POETÆ *Johannes Bocerus*, *Nathan Chytræus*, *Davidis* Theologi Germanus, sed in religione inconstans, *Johannes Kirchmannus*, *Petrus Laurenbergius*, *Andreas Tscherning*, *Daniel Georg Morhorff*, *Joh. Bernhard Zinzerling*, *Jacobus Hieronymus Lochnerus*, *Johannes Paschius* & nuper *Enochus Suantenius*. HISTORICI *Albertus Canzius*, *Nicolaus Marschalcus*, Thurius, *Nicolaus Baumannus*, *Ignatius Hanniel*, *Christoph. & Zacharias Sturzii*, *Albertus Heine*. Hæc historiarum Professio, ut supra innuimus, inter Philosophos jam esse desiit, & *Historiarum Professio Institutionum Professioni* fuit *adjuncta*, quippe hi posteriores Juris Professores extitere. LOGICI *Matthias Flaccius*, *Martinus Praschius* P. L. *Petrus Sassius*, *Caspar Mauritius*, postmodum Theologus, *Christianus Arndius*, *Matthias Wasmuth*, *Zacharias Grapius*, & hodie *Christianus Hiltebrand*. Hi & alii olim & jam Sereniss. Ducum Megapolitanorum Professores Theologiæ,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Jurisprudentiæ, Medicinæ ac Artium, quorum memoriam nulla unquam ætas obliterabit.

Professores Senatorii, Theologi.

§. 3. COLLEGIUM SENATORIUM sive Professores, qui ab Amplss. Senatu Rotztoch. aluntur, sunt novem, videlicet DUO THEOLOGI, qui olim devotissimi *Johannes Draconites*, *M. Andreas Martini*, *Johannes Kittelius*, *Tilemannus Hesbusius*, noster Proavus *Lucas Bacmeisterus*, Senior, *Lic. Strevius*, *Valentinus Schachtius*, *David Lobechius*, *Paulus Patrejus*, *Christianus Sledanus*, *Johannes Affelmannus*, *Andreas Grosbenning*, *Stephanus Klotz*, *Elias Taddel*, *Joh. Quistorpius*, Sen. *Joh. Kleinius*, *Samuel Bohl*, *Caspar Mauritius*, *Joh. Quistorpius*, Junior, *Henricus Müller*, *Michael Cobabus*, *Franciscus Wolffius* & hodie *Joh. Nicol. Quistorpius*. Habet & Collegium Senatorium DUOS ICTOS, qui olim justissimi *Johannes Strubius*, *Johannes Oldendorpius*, *Laurentius Kirchhoff*, *Antonius Freudemann*, *Adamus Traziger*, *Matthæus Rösler*, *Johannes Borchhold*, *Henricus Camerarius*, *Martinus Chemnitius*, *Martini* Theologi filius, *Thomas Lindenmann*, *Marcus Luskow*, *Joh. Sibrand*, *Nicolaus Schüzw*, *Joachimus Schnobel*, *Hermannus Lembke*, *Georgius Radovius* & *Jacobus Lembke*, prioris *Hermanni* filius; & jam Jura profitentur *Matth. Stein* & *Joh. Barnsdorff.* MEDICUM unum tantum alit Senatus qui olim sagacissimi, *Petrus Memmius*, *Johannes Tunnichæus*, *Henricus Pauli*, *Joham. Abasverus*, *Joachimus Stockmann*, *Joh. Jacob Döbel*, & hodie Medicinam docet *Bernhardus Barnsdorf.* PHILOSOPHOS habet Senatus QUATUOR, quorum GRÆCI *uterque Joh. Posselius* senior ac junior, *Johannes Huswedel*, *Bernhardus Dattel*, *Christianus Kortbold*, *Joh. Manzelius*, *Gottofredus Weiss*, & hodie Græca docet *Joh. Burgmann.* PHYSICI, *Josephus Wirtzelius*, *Erasmus Stockmann*, *Joh. Sleckerus*, *Joachimus Lütkemann*, *Gottlob Friderich Seeligmannus*, *Bernhardus Gosmann*, *Joachimus Lindemann*, & hodie Physicam & Methaphysicam profitetur *Zacharias Grapius* junior. MORALISTÆ. *Nicolaus Willebraad*, jam dictus, *Joh. Huswedel*, *Henricus Dringeberg* & alii. MATHMATICI, *Henricus Welpius*, *Henricus Brucæus*, *Georgius Dase*, *Joachimus Jungius*, *Michael Cobabus* postea Theologus *Hermannus Becker* ac hodie *Petrus Becker* prioris filius, qui Ducalibus Professoribus nihil doctrina ac laude cedunt, quorumque omnium tam Senatorium quam Ducalium Professum

ICTI.

Medici.

Philosophi.

-- -- discipuli docti pura per urbes
Sparguntur veluti pullulat ampla seges,
Qua gradimur, fructum domentaq; certa laboris
Publica virorum signa videre licet.

Atque sic Academia Rotztoch. gaudet Viris eruditissimis, iisque in magna copia, ut quasdam superet Academias, coeteris nihil cedat: id enim agunt Sereniſſimi Duces Megapolitani, id amplissimus Senatus ut quam Academiam in DEI gloriam ac publicum commodum olim erexere & magnis sumptibus hodie alunt semper in flore conservent, ac magna Doctorum Virorum in ea sit proventus, quo ex ea semper prodeant, qui cum fructu Ecclesiæ & laude Reipubl. ac Scholis præesse possunt.

§. 4. Satis de Professorum numero in genere ac in specie, in qualiber Facultate, itemque eorum distinctione dixisse putamus: Paucis adhuc de electione. Cum Professorum aliquis vel Naturæ debitum solvit, vel alio vocatur, si ex Collegio Ducali, illud certum quoddam Subjectum Illustrissimis Principibus offert, & in locum vacantem substitui submisse petit, nec quisquam ordini Professorum adscribitur, nisi secundum statuta & conventa prius à Collegio sit nominatus ac judicium de eo latum. Eadem ratio Professorum Senatoriorum. Brevi, *Præsentatio ac judicium de eligendis penes Professores, vocatio & confirmatio penes Duces & Senatum.* Sed hodie novi Professores Ducales à Collegio Ducali raro nominantur: Principes ipsi nominant, vocant & confirmant solvo tamen jure Collegii. Laudes eorum peculiari Capiti reservabimus, interim ad alia sumus progessuri, sit igitur.

Electionis Professorum ratio.

CAPUT. IX.

De Rectoris coeterorumque Professorum Dignitate immunitate ac jurisdictione.

SUMMARIA.

§. 1. Rectoris Academiæ dignitas.
§. 2. Officium.
§. 3. Rectores non Professores quinam, deque Pro-Rectorum Dignitate.
§. 4. Rectoralis in Academiis dignitas est ambulatoria & quare.
§. 5. Dignitas Professorum in Academia.
§. 6. Ex Professorum ordine Procancellarius & Decanus eligitur.
§. 7. Decanus Facultatis Juridicæ, eo ipso dum Decanus, etiam Comes est Palatinus.
§. 8. Academicorum Immunitates Pontificiorum, Imperatorum ac JCtorum sententiis demonstrantur.
§. 9. Professorum omnium civium Academiæ Rotztochiensis immunitates personales.
§. 10. Immunitates Reales.
§. 11. Horum immunitates a variis impugnantur iterumque defenduntur.
§. 12. Academia liberatur inprimis a Tributis & Stipendiis militi præsidiario solvendis.
§. 13. Privilegia Studiosorum.
§. 14. Jurisdictione Academiæ Rotztochiensis in genere.
§. 15. - - - - in Personas.
§. 16. - - - - in Res.
§. 17. Quæstio ardua de civili & criminali Academiæ jurisdictione deciditur.

Rectoris Academici dignitas.

§. 1. RECTOR *a regendo nomen habet*, & est *Rectoris Dignitas plane regia*, ornatus namque sceptris, stipatus satellitibus, munitus sigillo, ac confirmatus Legibus & statutis. *Sceptra* Dignitatis regiæ signum esse, tam ex sacris quam ex profanis constat scriptoribus. BINIS vero SCEPTRIS ornatur Academiæ Rector, ac illi præferuntur, ut eorum altero bonos sibi defendendos, altero improbos coercendos esse meminerint. Cumque Principi ac summo Viro non competat incessus solitarius, ac ut ipse etiam quæque servitia expediat, Veteres Rectori Academiæ

Sceptra.

demiæ adjudicare certos SERVOS qui & Rectori Magnifico quotidie apparerent, & adventantes ex Inferioribus Scholis Juvenes, priusquam in studiosorum Album reciperentur, certis quibusdam ritibus de magnis rebus admonentibus exciperent, & sic eos Musarum sacris initiarent. Hos Ministros veteri vocabulo BIDELLOS, qv. *bis* & δελω i. e. *duos Servos* vel PEDELLOS, qv. *pede Servos* i. e. *Cursores* vulgo vocant, qui semper Rectorem comitentur, ut major inde ipsi Autoritas existat, atque ipsius mandata exsequantur. Et quia Regis est, *diplomata & Edicta* publicare, eaque *sigillo* munire, Pontifices ac Imperatores Academiæ Rectori eandem libertatem ac potestatem concessere, ac SIGILLUM de manu in manum quasi tradidere, quo sua Edicta possit communire, & Veritati, ubi opus erit testimonium perhibere, atque sibi absenti tanquam præsenti fidem conciliare. Denique ut Regi incumbit in inauguratione sua se obstringere Legibus & statutis Regni, secundum quæ ac populum reget: sic Rectoris Academiæ potestas suis est circumscripta finibus, intra quas veluti metus se ipsum & subditos suos continere cogitur. Quare certæ ei LEGES in publica inauguratione repræsentantur, quibus & ipse sedulo cum primis obtemperet, & obedientiam iis præstandam alios, in primis tractabiles, amicis cohortationibus instiget, contumaciores vero sine προσωποληψία severe impellat.

§. 2. Constitutus in sua dignitate *Rector, supremam Academiæ habet inspectionem, ejusque Dignitatem jura ac statuta fideliter tuetur, recepit in Academiam & in Album studiosorum refert studiosos ex aliis Academiis, & Adolescentes ex Scholis particularibus accedentes, qui diligentiam & obedientiam sancte loco juramenti manuum obligatione vel corporali juramento ad obedientiam se obstringunt, studiosos regit, controversias causasque eorundem audit, dirimitque, studia literarum sedulo promovet & omnia pro authoritate sua, exceptis arduis in negotiis administrat. Quibus incidentibus Rector Academiæ Rotztoch. Concilium, (quod ex octodecim constat Professorum numero) cogit. In eo ipso Rector præsidet, & auditur quilibet suo ordine a coeteris sine interpellatione, & valet demum non a dicentis gravitate, sed cum sententiæ dictio cuique libera, ponderetur rationum & numero suffragiorum.* PLUS enim VIDENT OCULI QUAM OCULUS, & *M. Antonius Imperator* dicere solitus, ÆQUIUS ESSE, PLURIUM FIDA CONSILIA SEQUI, QUAM SUAM UNIUS VOLUNTATEM LIBERE COMPROBARE.

§. 3. Diximus capite superiori *ex Professorum numero, qui sunt Adsessores Concilii Rectorem eligi,* hoc fit *ordinarie, extraordinarie etiam rectoralis dignitas ad Principem, Comitem vel Baronem, qui in Academia literis operam dat defertur,* quemadmodum inter Rectores Acad. Rotztoch. enicuere *Episcopus unus Duces septem, Comites duo, L. Baro unus,* de quibus suo loco dicendum. Cum Princeps vel Comes Rector constituitur, adjungitur illi Pro-Rector, qui vices ejus obeat, ac gubernationis Scholasticæ labores sustineat. *Hic Pro-Rector iisdem gaudet immunitatibus, quibus alii proprie dicti Rectores.* Eligitur & constituitur quoque Pro-Rector vel ab ipsa universitate propter mortem & discessum Rectoris, & huic debetur idem privilegium, eadem immunitas, idem honos eadem præeminentia, quæ Rectori, vel designatur ab absente Rectore.

Ordinarie ex Professorum numero creatur, interdum alias dignitate eminens, cui tum adjungitur Pro-Rector.

Post semestre spatium alius eligitur, eiusque ratio.

§. 4. *Est autem Rectoralis dignitas ambulatoria, nam singulis semestribus novus Rector secundum ordinem Facultatum constituitur: in nulla enim Academia Magistratus iste est perpetuus, sed vel annuus, vel semestris.* Nam 1. cum Academia sit omnium ordinum alumna, prudenter judicarunt Majores, eam per vices ab omnibus ordinibus esse administrandam. 2. Si tantum onus uni semper incumberet, lectiones is, Disputationes & alia exercitia Academica negligere necessum haberet, atque sic officio sibi commisso debito modo præesse non posset. 3. Professores omnes unici Academici corporis sunt membra, sunt *Collegæ inde dicti, quod ad idem munus publice docendi sint collecti, & quod publice docendi potestatem æqualiter habeant*, concordiam vero colant, quæ inter unius corporis debet esse membra, & ad dictam æqualitatem conservandam cum primis facit, si Recturæ Academicæ onus per vices transferatur, imponatur & sustineatur. 4. Si hæc Reipubl. Scholasticæ administratio est Dignitas & honos, cur hic vel ille, qui publica docendi potestate omnium Professorum suffragio est dignus judicatus, excludendus? Ut 5. nil dicam, quam periculosum foret, si uni alicui administrandi potestas perpetuo committeretur, quas rationes adducit *Joh. Gisenius de vita Academ. part. 2. Disp. 5.*

Professoris etymon. & dignitas.

§. 5. Cæterorum *Professorum qui à profitendo sive palam fatendo nomen habent, & ob excellentem eruditionem legitime ad id vocati, ut publice docerent, legendo & disputando juventutem informent, bono exemplo præluceant, totiusque Academici corporis salutem studiose quærant,* dignitas est satis ampla. Hi enim, ut *consiliarii Regis Rectori suo adsident*, junctisque viribus ac consiliis dignitatem Academiæ tuentur, ac salutem civium suorum quærunt, horum vero tanta erga Dnn. Professores observantia ac respectus, qualis inter imperantes & parentes esse convenit. Ad dignitatem quoque Dnn. Professorum spectat, quod, licet Amplissimus Senatus Rotztoch. alter Academiæ sit Patronus, sive *Com-Patronus*, hunc honorem Academiæ Senatui tribuat, ut in publicis congressibus, quanquam alternative Professor & Senator incedant, tamen semper Professor, siquidem gradu aliquo in superioribus Facultatibus sit ornatus, latus dextrum Senatoris cingat, alias enim, si tantum Magisterii gradu ornatus *hodie non olim* sinistrum claudit, ut silentii velo involvamus, *Adsessores consistorii Ducalis* (quales secundum pactum inter Illustriss. Principes *Christianum Ludovicum* & *Gustavum Adolphum* de anno 1669. 3. Februar. erectum, sub tit. *Vætterlicher Vergleich* &c. quatuor Theologi & totidem ICTI, ordinarie vero tantum duo Theologi totidemque ICTI) dignitate ipsos coss. Rotztoch. superare, qui honor secundum *Cothmannum Resp. 28. n. 5.* etiam Theologis omnibus & JCTIS debetur.

§. 6. Præterea dignitatem Dnn. Professorum auget, quod CANCELLARIUS ACADEMIÆ MAGNI-

Cancellarius Acad. persona illustris.

MAGNIFICENTISSIMUS (qui juxta constitutionem Martini V. in Bulla Fundationis Acad. Rotztoch. olim fuit Episcopus Sverinensis, hodie vero Dux Mecklenburgicus & Princeps Sverinensis, quippe illi per *transactionem Osnabrugensem* Episcopatus Sverinensis adjudicatus) cum ipse publicis promotionibus interesse nequit, semper suum officium cuidam Professori & quidem in qualibet Facultate pro canditatorum qualitate (prout quidem hi procancellarii a Facultate, quæ actum promotionis adornat à Dn. Cancellario nominantur, & quidem secundum ordinem quo recepti sunt in Facultatem sive Ducales sint sive Senatorii) demandet, ita tamen hic Pro-Cancellariatus noviter receptos in Facultatem (uti & in Decanatu fit) semel prætereat. Ac cum quatuor & disciplinarum diversitate esse putantur ordines, seu Facultates, quælibet etiam habet suum *Decanum* qui *testimonia doctrinæ, Baccalaureatus, Magisterii, Licentiatus ac Doctoratus, iis quorum eruditio & vitæ honestas Facultati fuit probata, confert.* Imo quoque ad Dignitatem & Præstantiam Professorum quam maxime hoc pertinet, ut recusante etiam Episcopo, ipsi tamen autoritate valeant & Facultate, Gradus in Promotionibus Publicos conferendi cuicunque velint, quam quidem Facultatem Academia Rotztochiensis anno 1486. a Papa *Innocentio* per propriam Bullam impetravit.

Pro-Cancellarius & Decanus ex Professoribus creantur.

§. 7. Nec hic reticendum, ad dignitatem quoque Dnn. Professorum, inprimis ICTORUM spectare, quod *Decanus Facultatis Juridicæ, eo ipso dum Decanus, etiam Comes Palatinus*, quam dignitatem Ampliſſimus ICTORUM ordo JACOBO BORDINGIO jun. acceptum fert. Audiamus hac de re M. *Kirchmannum*, hic in oratione sua de *Jacobo Bordingo*, postquam benivolum *Bordingi* affectum in Acad. Rotztoch. & omnes literatos enarrasset, ita pergit scribere: *Hoc ille animo erga eos, qui bonas literas vel aliquam Philosophiæ partem explicarent, semper affectus fuit: Sed nec aliarum disciplinarum magistris suo officio defuit, inprimis autem Collegio* ICTORUM, *quorum Decanus, quod Palatii comitiva insignis jus habet & potestatem creandi Notarios, faciendique alia, quæ summi Principes Palatii comitibus concedere solent, id Bordingi opera factum, qui Dignitatem hanc a* RUDOLPHO *Cæsare in Comitiis Augustanis sibi oblatam submisse deprecatus, ut Decanus Collegii* ICTORUM *ea ornaretur, impetravit.* Magnum hoc Bordingi fuit beneficium, cuius memoriam nulla unquam oblivio delebit. Ex quibus quanta Rectoris & cæterorum Professorum dignitas sit, sufficientissime cognoscitur. A Dignitate ad *immunitates* & *privilegia* transimus.

Decanus in ordine JCtorum simul Comitis Palatini dignitate gaudet.

§. 8. Academicos & Clericos partes Reipubl. esse, nemo sanus inficias ibit; est enim *Ecclesia in Republ. non contra*, atque præterea Scripturæ canon: *Omnis anima potestati supereminentiori sit subjecta*, etiam ad Clericos & Academicos spectat, quod præceptum suo exemplo *Paulus* comprobavit, dum a sententia *Festi* ad ipsum Cæsarem, ut Magistratum legitimum provocavit, sic *Christus* Salvator noster a *Pilato* se judicari passus, potestatemque coelitus ei datam professus est. Et *Mosi* in Levitas ac Sacerdotes potestas data. *David* & Prophetis & sacerdotibus præfuit. Et *Salomon* Rex *Abjatharum* Pontificem non modo sacerdotio exuit, sed morte condemnavit, licet gratiam ei fecerit propter merita, quibus Parenti se devinxerat. Nec colendus solum Magistratus, sed & ei vectigal persolvendum ab omni homine, cujuscunque sit ordinis vel conditionis, quod ipse Christus præstitit, qui didrachma persolvit. Verum quicquid horum sit, quæ specioſe dicuntur, non tamen sunt tanti ponderis, ut negantis sententiæ argumenta & rationes, quibus hæc fulcitur vincant ac superent. Ad prius enim respondemus: *Clericos & Academicos*, qui sub eundem veniunt censum, *ratione personæ non officii subesse Magistratui civili.* Ad posterius dicimus: *Nulla est consequentia: Sacerdotes fuere subjecti secularibus Magistratu, ergo ab oneribus non fuere immunes.* Contrarium potius evincunt exempla *Gen. 47.* & *Esræ 7.* quod exemptionis jus post Imperatores Christiani confirmarunt, ut mox dicemus. Itaque si *fundamentum, quod in omnibus rebus potissimum, sine quo corruunt omnia, quæ superinducuntur*, onerum & contributionum indicendarum attendimus, *onera* hæc *ab Academicis exigi haud posse, dicendum omnino erit. Est autem illud ipsum jurisdictio ordinaria. Quo sequitur, non nisi subditos oneribus hisce gravari posse. Academicos autem Magistratibus loci ejus, ubi Academia sita est, subjectos non esse, extra dubium positum est.* Quemadmodum enim jure divino, qui sacris vacant, ut Dei peculium, oneribus & jurisdictioni Magistratus secularis non erant expositi, sic qui in Academiis vivunt, sacram tractant scripturam, & liberalibus artibus studiisque vacant, ac studiosæ juventuti inserviunt, nec aliunde quæstum quærunt, merito summoque jure ab oneribus & jurisdictione seculari exempti esse debent. Hinc *Urbanus* Pontifex bona Clericorum imperialibus exactionibus subjicienda non esse rescripsit. *Nam* inquit, *cum famis tempore cunctorum Ægyptiorum terram sibi emeret Pharao, atque sub eadem fame suæ servituti cuncta subjiceret, sacerdotibus tamen ita necessaria subministravit, ut nec possessionibus nec liberalitate denudarentur, Domino ex tunc pronunciante, sacerdotes in omni gente liberos esse oportere.* Hæc URBANUS. Hanc autem immunitatem Imperat. *Constantium* & *Constantem* ut & *Ludovicum* Imperatorem Ecclesiasticis & Clericis postea concessisse testatur dictus Pontifex, cui adstipulatur *Innocentius* Papa, tradens, Coss. *& Rectores civitatum, vel alios, qui Ecclesias vel Ecclesiasticos viros & sic Academicos talliis sive collectis & exactionibus aliis adgravare nituntur, Excommunicationis poenam incurrere.* Sed valeant Pontifices, ne quis nobis objiciat, hisce potestatem Leges contendi non competere; itaque audiamus constitutiones Cæsarum. Divi CONSTANTINI constitutio his verbis concepta: *Medicos, Grammaticos, & alios Professores literarum & Dd Legum, cum uxoribus & liberis, nec non & rebus, quas in suis civitatibus possident, ab omni functione & omnibus muneribus civilibus vel publicis immunes esse præcipimus, & neque in Provinciis hospites recipere, nec ullo munere fungi, nec ad judicium deduci, nec eximi, vel*

1. Reg. 2.

Rom. 13. Matth. 17.

Academicorum immunitates vindicatæ.

Rom. 13.

Act. 25.

Joh. 19.

vel injuriam pati, si quis cor vexaverit, poena arbitrio judicis plectatur. MERCEDES ETIAM IIS ET SALARIA REDDI JUBEMUS, QUO FACILIUS LIBERALIBUS STUDIIS ET MEMORATIS ARTIBUS MULTOS INSTITUANT. Eodem modo & Laudatissimus iste Imperator FRIDERICUS Primus cognomento BARBAROSSA, privilegia sane longe optima & maxime salutaria studiosis, quorum scientia totum illuminari mundum dicit, indulsit, nobili illa & perquam eleganter concepta authentica *habita* Cod. ne *filius pro Patre: Quis enim*, inquit, *eorum* (studiosos nimirum intelligens) *non misereatur, qui amore scientiæ facti exules, de divitibus pauperes, semet ipsos exinaniunt, vitam suam multis periculis exponunt, & a vilissimis sæpe hominibus* (quod graviter ferendum est) *corporales injurias sine causa perferunt? Hac igitur generali & perpetuum valitura Lege decernimus, ut nullus de cætero tam audax inveniatur, qui aliquam Scholaribus injuriam inferre præsumat, nec ob alterius cujuscunque Provinciæ delictum sive debitum* (*quod aliquando ex perversa consuetudine factum audivimus*) *aliquot damnum eis inferat. Scituris hujusmodi sacræ constitutionis temeratoribus, & etiam ipsis locorum Rectoribus, qui hoc vindicare neglexerint, restitutionem rerum ablatarum ab omnibus exigendam in duplum, notaque infamiæ eis ipso jure irroganda, dignitate sua se carituros in perpetuum. Verum tamen si litem ei quispiam super aliquo negotio movere voluerit, hujus rei optione data Scholaribus eos coram Domino vel Magistro suo, vel ipsius civitatis Episcopo* (*quibus hanc jurisdictionem dedimus,*) *conveniat. Qui vero ad alium judicem eos trahere tentaverit, etiamsi causa justissima fuerit, tali conamine cadat.* Hujus Legis s. constitutionis imperialis verum & genuinum sensum scire qui desiderat, consulat Cl. *Liebenthalium Disp. II. de Privilegiis studiosorum.* Ex quibus verbis Imperatoris non solum a correlatis, sed & a minori ad majus concludimus: si studiosi vigore constitutionis Imperatoris ob omni onere & contributione sunt immunes, quanto magis Professores ab hisce exemptos & liberos esse decet, sed verum est prius, ergo posterius. Idem Imperator in constitutione, quæ in *Auth.* item *nulla c. de Episc. & Cler.* extat, *sub poena tripli & imperialis Banni vetat, ne communitates, personæ publicæ vel privatæ collectas, exactiones, angarias, parangarias Ecclesiis vel pii locis aut Ecclesiasticis personis imponant.* Quid, quod HONORIUS & THEODOSIUS Impp. *Professores ab omnibus functionibus, omnibusque muneribus publicis immunes esse volunt.* Quam sententiam quoque *Accursius* defendit, scribens: *Professores nulla adhibita distinctione immunes esse ab omnibus muneribus, sive ea sint personalia, sive patrimonialia.* Ex quibus satis superque patet, Academicos oneribus æque ut cives haud gravandos esse, sed eos regulariter esse immunes.

Professorum omniumque civium Rotzoch. Acad immunitates erlonales.

§. 9. Confirmata sententia de immunitate Professorum a thesi ad hypothesin descendimus, dispicientes, quibus immunitatibus Professores Academiæ Rotztoch. gaudeant. Hæ immunitates respiciunt vel personas vel bona. *Personæ* Professorum Academiæ Rotztoch. sunt à Magistratu ejus loci, ubi vivunt, jurisdictione liberi & immunes, ita enim *Martinus V.* Pontifex in Bulla fundationis Acad. Rotztoch. *illi tamen ex membris & servitoribus prædictis, qui, quod absit, in furto vel homicidio aut aliquo crimine capitali & ignominioso deprehensi fuerint, si clericali debere reperiantur privilegio confoveri, Episcopi Sverinensis pro tempore existentis hujusmodi. Si vero laici exstiterint, temporali cohercitionibus & judiciis subjaceant, debitam pro patratis acrimoniam perpessuri.* Bullæ *Martini* respondet Confirmatio *Ferdinandi I.* Imperatoris. Postquam enim Imperator de jurisdictione Rectoris egerat, subjungit, *eximentes nihilominus Doctores* & Scholares Universitatis prænominata à jurisdictione & superioritate cujuscunque potestatis aut judicis ordinarii sive cujuscunque alterius, præterquam à nostri & præfatorum Ducum ac *Successorum eorundem.* Bullæ ac confirmationi adstipulatur *Formula Concord.* anno 1563. 11. Maji inter Concilium Universitatis & Senatum oppidanum erecta his verbis: *Dieweil aber auch alle* Professores Academiæ, tempore erectionis ejusdem *und sonsten hernacher in den alten Jahren gemeiniglich geistliche Personen, und hinwiderum keiner andern den der geistlichen Obrichkeit* jurisdiction *unterwürffig gewesen, und derselben Personen in der Zahl wenig sind, dergleichen auch die Prediger oder zum Predig-Ampt* ordinirte, *oder andere geistliche* Prælaten, *als Thumbherrn, so etwan wegen ihrer Mißhandlung mit Leibes-Straffe zu belegen sein möchten, billig unter dem Wort* Clerici *begriffen werden: So ist demnach der* Professorum *halber diese endliche Vergleichung getroffen, daß die* publici Professores *in Fællen wie jetz gedacht, zu Ehren dem Christl. Hochwürdigen Predigampte und dem Ehrenstand, so ein jeder* graduirter Professor *mit seinem getreuen Fleiß und studieren, durch mittel ordentl.* Promotion *bekommen und erlanget, dem Herrn Bischoff oder* Administratorum, *dem alten Gebrauch nach zu straffen sollen überantwortet werden.* Hactenus Formula Concordiæ. Quid, quod *Imperator* RUDOLPHUS II. Rectorem, omnes Professores & cives Academiæ Rotztoch. cum omnibus bonis in sui tutelam recepit, attestante ipsius *der* UNIVERSITÆT ZU ROSTOCK UND DERO GLIEDMASSEN ERTHEILETEN SCHUTZ UND SCHIHIRM BRIEFF, quæ ita sonat: *Wir* Rudolph *der ander von Gottes Gnaden erwehlter Römischer Kayser, zu allen Zeiten mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Böhaim, Dalmatien, Croatien und Slavonien König. Ertzhertzog zu Oesterreich &c. Bekennen öffentlich mit disen Brieff, und thuen kund allermænniglich, daß Wir die ehrsamen, gelährten, unsere liebe andächtige, und des Heil. Reichs getreuen,* N. Rectorn und gemeine Universitæt zu Rotztoch, so jetzo dasalbst sein, und künfftiger Zeit dahin kommen möchten, sampt allen derselben zugehörigen Personen, Haab und Güter, auch allem deme, das ihnen zu versprechen stehet, *auß etlichen uns fürbrachten, rechtmässigen Ursachen,* in unser, und des Heil. Reichs besonder Gnad, Verspruch, Schutz und Schirm *auffgenommen und empfangen haben.*

Nehmen und empfahen ſie auch alſo, in unſern, und des Reichs ſondern Verſpruch, ſchutz, ſchirm, und geleit, auß Römiſcher Kayſerl. Macht, Vollkommenheit, hiemit wiſſendlich in krafft der Brieffe, und mainen, ſetzen und wollen, das nun hinfüro an die gedachte Univerſitæt zu Roſtock ſampt allen derſelben zugehörigen Perſohnen, Haab und Güter, *auch allem deme, das ihnen, wie oben vermeldet, zu verſprechen ſtehet*, in unſern und des Heil. Reichs beſondern Verſpruch, ſchutz, ſchirm und geleid ſein, auch alle und jegliche gnade, freyheit, privilegien, Vortheil, recht, und gerechtigkeit haben und ſich deren an allen enden und Orten ihrer Nohtdurfft und gelegenheit nach, freuen, gebrauchen und genieſſen ſollen und mögen, *als andere ſo in unſerm Verſpruch, ſchutz, ſchirm, und geleit ſein, ſolches alles haben, und ſich deſſen gebrauchen und genieſſen, von allermænniglich unverhindert. Doch ſollen Sie einem jeden, ſo rechtmæſſige ſpruch, und forderungen zu ihnen zu haben vermeinet, umb derſelben willen an allen Orten und enden, da ſichs gebühret, rechtens ſtat thuen, und deme nicht vor ſein. Und gebieten darauf, allen und jeden Churfürſten, Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen* Prælaten, *Grafen, Freyherrn, Rittern, Knechten, Landvögten, Hauptleuten, Vitzdömben, Vögten, Pflegern, Vorweſern, Ambtleuten, Schuldtheiſen, Burgemeiſtern, Richtern, Räbten, Burgern, Gemeinden, und ſonſt allen andern, unſern und des Reichs unterthanen, und getreuen, was Würden, Standes oder Weſens die ſein*, inſonderheit aber auch Burgermeiſter und Raht der Statt Roſtock *ernſtlich und feſtiglich, mit diſem Brieff, und wollen das Sie vorernandte* Rectorn, und gemain Univerſitæt zu Roſtock ſambt allen derſelben zugehörigen Perſonen, Haab und Güter, *auch allem dem was ihnen zu verſprechen ſtehet, bey ſolchen* unſern Kayſerlichen Schutz, Schirm und Geleit, unverhindert, und ohne irrung bleiben, deſſen geruhiglich gebrauchen und genieſſen laſſen, die Profeſſores und andere der Univerſitæt zugehörige, an althergebrachten immunitæten, Præeminentien Ehr, Würde und Freyheiten, mit nichten turbiren, vielweniger derſelben thætlich entſetzen, oder dawider anfechten, tringen, bekümmern, vergewaltigen, oder beſchweren, noch das jemandes andern zu thuen geſtatten, in keine Weiſe noch Wege, als lieb einem jeden ſey, unſere und des Reichs, ſchwere ungnade und ſtraffe, und dazu an Pöen nehmlich fünffzig Marck löttiges Goldes *zu vermeiden die ein jeder ſo offt er freventlich hierwider thæte, umbs halb in unſer, und des Reichs kammer, und den andern halben theil offt gedachter* Univerſitæt *zu Roſtoch, unnachlæſſig zu bezahlen, verfallen ſein ſolle. Mit urkund dies Briefes, beſiegelt mit unſern Kayſerlichen anhangenden* inſiegel, *Geben auf unſern Königlichen Schloß zu Prag den 17. Tag des Monats* Martii, *nach Chriſti unſers lieben Herrn und Seeligmachers Geburt, Sechzehen hundert und im Sechſten unſerer Reiche des Römiſchen im ein und treiſſig ſten, des Hungariſchen im vier und dreiſſigſten, und des Boheimiſchen auch in ein und dreiſſig ſten Jahren.*

Rudolff mpp. moradul. Dr.

(L.S.) ad mandatum ſacræ Cæſareæ Majeſtatis proprium.

An. Hannewaldt, mpp.

Hoc diploma Cæſareum primario Cos. Rotztoch. Dn. *Henrico Stallmeiſtern* J. U. D. per *M. Johan. Holſtein* præſentibus teſtibus 4. April. 1607. in ædibus dict. Cos. inſinuatum. Quid jam clarius & diſtinctius hoc reſcripto Cæſaris pro immunitate & privilegiis Dn. Rectoris, Profeſſorum & ſtudioſorum Academiæ Rotztoch. dici poteſt, ut, quod probare intendimus, cum ratione inſanire videatur, qui affirmare vult, Profeſſores Academiæ Rotztoch Magiſtratui ejus loci, in quo degunt, ſubeſſe.

§. 10. A perſonis ad *bona* tranſeamus; horum eadem ratio, cum enim bona & res ſint acceſſoria perſonarum, eisque cohæreant; nec res & perſonæ, utpote cohærentes inter ſe, diverſo jure cenſendæ ſunt. Ut itaque perſonæ Profeſſorum Academiæ Rotztoch. ſunt exemptæ a jurisdictione civili, ſic & illorum bona ſub nullum cenſum cadunt, ſive ille indictum tributum, ſive vectigal, ſive aliud quodcunque, ita enim Bulla *Martini V. Omnes inſuper & ſinguli Magiſtri, Doctores & Scholares oppidum ipſum ſtudii cauſa pro tempore accedentes, vel ab inde poſtquam ſtudio ibidem inſtiterint, hujusmodi ſecedentes ipſorumque nuncii Servitores per eorundem Ducum dominia, terras atque diſtrictus, ſine datii, paſſagii, gabellæ, telonii aut alterius exactionis ſolutione cujuslibet liberum evolatum, ſecurumque tranſitum & conductum habere debeant.* Et paulo poſt: *Singuli autem hujusmodi cauſa ſtudii pro tempore conſtituti inibi, quæcunque ſua res & bona ſecum apportandi, ſive ibidem vendendi liberam habeant poteſtatem, cæterisque privilegiis, libertatibus, immunitatibusque & exemptionibus quibuslibet aliorum generalium ſtudiorum, quantum in Ducibus prædictis & eorum ſubditis fuerit, gaudeant & utantur &c.* Et iterum: *Quodque omnes & ſinguli Docentes, legentes & audientes inibi libertatibus, immunitatibusque & indulgentiis quibusvis Doctoribus, Magiſtris, Legentibus & Scholaribus Coloniæ & in Viennenſi, Lipzenſi, Patavienſis & Merſeburgenſis Dioeceſis oppidis ſtudii cauſa commorantibus per ſedem prædictam & alias qualitercunque conceſſis gaudeant, in omnibus pariter & utantur.* Immunitates reales.

§. 11. Atqui tamen huic immunitati non ſolum quoad *perſonas* ſed quoad illorum etiam *Bona* Academiæ Rotztochienſi ejusque membris a Papa *Martino V.* in ipſa Fundationis Bulla conceſſæ, ſtatim ſe oppoſuere quidam Archi - Epiſcopi, Epiſcopi, Eccleſiarum Prælati, Clerici ac Eccleſiaſticæ Perſonæ, tam religioſæ quam ſeculares, Duces item Marchiones, Comites, Barones, Nobiles, Milites & Laici, nec non ipſe inprimis Senatus Populusque Rotztochienſis, qui *Rectorum cæterumque Profeſſorum ac Civium Bona communia ac propria, Caſtra, villas, terras, Domos & alia loca indebite occuparunt, ſeu occupatis auxilium, conſilium, favorem præſtiterunt, ſicque Academiæ illiusque membris, ſuper prædictis caſtris, villis &* Impugnatæ quidem illæ ſed ſtrenue defenſæ.

& locis aliis, Terris, Domibus, Poſſeſſionibus, juribus & jurisdictionibus, fructibus & cenſibus, reditibus & proventibus eorundem, & multis aliis bonis mobilibus & immobilibus, ſpiritualibus & temporalibus, ac aliis rebus ad Academicos jure Fundationis ac Dotationis pertinentibus, multiplices moleſtias & injurias, & jacturas intulere. Hinc motus ſtatim dictus *Martinus V.* Papa, datam ſuam Academiæ Bullam (quæ Fundatio fuit uti notum eſt, Academiæ Rotztochianæ) nova aliqua alia anno 1430. magis explicare, illuſtrare, ac contra ipſius hoſtes & potentiſſimos Violatores Academiam autoritate Apoſtolica tueri ac defendere. *Conſervatores* itaque ac *Judices Bonorum Univerſitatis hujus Rotztochianæ conſtituit Abbatem Monaſterii Dobberanenſis, & B. Mariæ Hamburgenſis, Colbergenſis, Zwerinenſis, Bremenſis ac Caminenſis Dioeceſis Eccleſiarum Decanos;* Secutus hac in re, atque *Martini V.* ſententiam nova Bulla confirmavit *Calixtus III.* Papa, ſimulque in ſuis anno 1457. ad dictum Abbatem & Decanos datis Litteris, *Stendalienſis etiam ac Halberſtadenſis Eccleſiæ Decanos, cum reliquis, nominavit judices & Conſervatores, Jurium, Rerum, Bonorum, Libertatum & Privilegiorum Magiſtratus Academici ejusque civilem;* quam dein nova *confirmatione* ulterius corroboravit, ac quocunque etiam loco Academia Rotztochienſis transferretur, in perpetuum *Bulla ſua Papali* de anno 1486. prorogavit, extendit ac firmavit *Papa Innocentius VIII.* Quibus denique Bullis omnibus Papalibus cum obtemperare nollent Senatus populusque Rotztochienſis, tenore harum Litterarum Papalium & conſtitutus a *Nicolao* Abbate Dobberanenſi coeterisque Decanis, Judex ac ſubconſervator Academiæ Rotztochienſis, Eccleſiæ Bremenſis Decanus, *Fridericus Brenmers* anno 1524. *literas inhibitorias peremptorias ſub Excommunicationis & mille florenorum Rhenenſium poenis* ad Senatum Urbis Rotztochienſis dedit. Quæ quidem Bullæ Papales, (prout in Archivis Academiæ Rotztoch. cum Litteris inſertis inhibitoriis adhuc hodie inveniuntur,) pro *Immunitate Perſonarum & Bonorum Academiæ ejusque membrorum ſingulorum* ſat graviter pugnant, & contra ejus Obtrectatores ac Violatores acriter fulminant. Ne quis autem exiſtimet, ita ſorte ſolum ſentire ac voluiſſe Pontificios, & qui ab illis dependent, Epiſcopos, Abbates, Decanos, &c. eandem quoque fovet, ac tenet ſententiam, ſevereque præcipit, *Confirmatio* FERDINANDI I. Imperatoris Acad. clementiſſime an. 1560. datum inter alia ita pergit: *Præterea, ut ipſa univerſitas dignis fulcita privilegiis, nulli alteri quantumvis vetuſtæ & celebratæ Univerſitati poſt ponatur. Volumus & ordinamus per præſentes, quod prænominata Univerſitas, nec non Doctores & Scholares ibidem aliquam dignitatem ſeu gradum adſumentes gaudeant ac potiantur, uti, frui, gaudere & potiri poſſint omnibus quibuscunque gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, conceſſionibus ac immunitatibus favoribus ac indultis, & aliis quibuscunque, quibus Univerſitas Bononienſis, Senenſis, Patavina, Heruſina, Parienſis, Lipcenſis & alia ſtudia privilegiata ac Doctores & Scholaſtici ſive promoti, aut aliqua Dignitate ſeu gradu inſigniti gaudent & potiuntur, quomodolibet conſuetudine vel de jure, non obſtantibus aliquibus, privilegiis, indultis, prærogativis, gratiis, ſtatutis, ordinationibus, Legibus, conſtitutionibus, reformationibus, exemptionibus aut aliis quibuscunque in contrarium facientibus, quibus omnibus & ſingulis ex certa noſtra ſcientia, animo deliberato, & proprio motu derogamus, & derogatum volumus per præſentes.* Audiamus & *Formulam Concordiæ anno 1563.* 11. Maji erectam, hæc ſe ſubmittit Pontificiæ & Cæſareæ Autoritati dicens: *Zum fünfften der* Profeſſorn Immunität *belangent, iſt einhellentlich vertragen, bewilliget und angenommen, daß alle* Profeſſores *und Glidmaſſen der* Univerſität, *ſo nicht kauffhandel oder andere bürgerliche gewerbe und handthierung durch ſich, oder underſetzte perſonen gebrauchen und üben, aller* Munerum perſonalium, *dergleichen der ſack- und Bier-*Acciſen *gantz und gar frey öhnig und übrig ſein und mit Schoſſen, Landbethe und Hauß Schatz geben, ſollen ſie wegen ihrer anererbten, oder ſonſten durch ehliche heurathen oder kauff-liegende gründe und hæuſer gleich ihren nachbarn und andern Bürgern der gebühr verhalten &c.* Idem repetit *Formula Concord. anno 1577. erecta.* Ubi etiam notandum: ſi qui Profeſſores dantur, qui vel ipſi Mercaturam exercent vel per alios exercendum curant, hi ab oneribus civilibus non ſunt exempti, ſed tributum ſolvere coguntur, juxta §. Formulæ Concordiæ: *Da aber etliche* Profeſſores *allerhand handlung dazu ihre hæuſer anfænglich erbauet und gewidmet, für ſich ſelbſt, oder durch die ihren üben und treiben wollen; ſo ſollen dieſelbe zu allen bürgerlichen* Oneribus *ihren Nachbarn gleich ſo in dergleichen hæuſern wohnen, verpflichtet v. verbunden ſeyn.* Præterea non Profeſſores tantum, qui nullam exercent mercaturam, immunes ab omnibus oneribus ſed & ipſorum uxores, viduæ & domeſtici, niſi caſu neceſſitatis, tum aliquid dare coguntur juxta §. *Formulæ Concordiæ anno 1577.* erectæ: *Alſo iſt auch zum ſiebenden abgeredt und bewilliget worden, daß die* Profeſſores *und alle andere glidmaſſen der Univerſitæt, ſambt deren weibern, wittwen und hauſsgeſinde mit dem kopffgelde keineswegens beleget werden ſollen, in feindlichen Nothfællen aber der gemeinen Stadt Roſtock &c.*

§. 12. Hanc theſin a Senatu Rotztochienſi poſitam & approbatam, ſequentibus temporibus ipſe impugnavit, ac anno 1573. ab Academia reiteratis vicibus deſideravit, ut excubias præſtaret &c. quibus deſideratis illicitis Academia peculiari ſcripto, ſeu Epiſtola die 13. Junii ad Senatum Populumque Rotztoch. a Rectore *Davide Chytræo* data tunc ſe oppoſuit, ſuasque immunitates defendit. Verum cum paucis annis interjectis Poſtulata illa ſua reiteraret Magiſtratus Urbis Rotztochii, & annis inprimis 1632. ad 1639. poſt recuperatam iterum a veris Ducibus ac Dominis Provinciam Mecklenburgenſem, vi atque armata manu, tributum Dnn. Profeſſoribus ac cæteris membris Academiæ Rotztoch. *extra ſummum neceſſitatis caſum*, imperarent, ut ſti-

Academia inprimis libera a tributis & ſtipendiis militi præſidiario ſolvendis.

pendia militi præſidiario ſolverent. Academia primum de hac ſibi ſuæque Academiæ, illata injuria non ſolum cum Ducibus Mecklenburgenſ. *Adolpho Friderico* & *Johanne Alberto*, ſed & cum ſtatibus provincialibus *Mecklenb.* conqueſtus eſt, qui minis non ſolum, ſed & dictata ſat gravi mulcta Senatus Urbani in Academia tyrannidi ac inſaniæ reſiſtere adlaborarunt anxie; vide Literas Principum inhibitorias ad Senatum oppidanum *wegen der* Academicorum *Wacht vnd graben gehen, wegen der aufgebürdeten monahtlichen Soldaten-Geller*, adnexa poena duplicata & replicata; & fecit tum quidem Academia ultra debitum ac ſuaſu ſolum & rogatu Ducis *Adolphi Friderici* aliquid de ſuis ad militem præſidiarium alendum collegit, aſt cum collectam illam vi & qv. ex debito ulterius ab Academicis exprimere vellet Senatus Urbis, per literas anno 1637. die 7. Januar. Guſtrovii datas illius in Academiam imperium inhibuit laudatus Dux ac Princeps Mecklenburg. Dn. *Adolphus Fridericus* in Literis *der* Univerſitæt *ohne Erl ubniß keine* Contribution *weiter anzuſetzen*, attamen cum nondum quieſcerent pertinaces ac immorigeri illi Senatores hanc rem Rector & Concilium ad Cæſaream Majeſtatem detulit, atque indicavit, hoc modo illorum immunitarem & privilegia violari, quare *Cæſarea Majeſtas ad Coss. & Senatum Rotztoch. citationem & inhibitionem, cum mandato attentatorum revocatorio, caſſatorio, & inhibitorio ſine clauſula* miſit his verbis: *Wir* Ferdinand *der dritte von Gottes Gnaden, erwæhlter Römiſcher kayſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Boheimb, Dalmatien, Croatien, und Slavonien König, Ertzhertzog zu Oeſterreich &c. entbieten unſern und des Reichs lieben getreuen* N. N. *Burgermeiſter und Rath der Stadt Roſtock, unſer Gnade, und alles gutes, liebe getreue. Sich befindet die* Univerſitæt *zu Roſtock, ob einer, Nahmens, eure Burgermeiſter und Raht der Stadt Roſtock, von euch am fünfften* Septembris *nechſt hin* inſinuirter, *ohn verſehenen, niemahln erhörter* Aſſignation *krafft deren den* Profeſſoribus, *und* membris *woll vermelter* Univerſitæt, *eine ſonderbahre monatliche Soldatenſteur*, contra notoriſſimam Academicam immunitatem, & jurata concordata anno 1563. inita, *gleich andern gemeinen Bürgern zu entrichten gantz unverantwortlich und widerrechtlich aufgetrungen, zum höchſten beſchwert, hat demnach, in gewiſſen Sorgen ſtehend, ferners beſchweret zu werden, am ſiebenden* ejusdem *hernacher allendhalben* ſtylo veteri, *alſo* intra legitimum decendium, *darob an unſer kayſerlich Cammergericht*, tanquam tribunal immediate ſuperius, *ſchrifftlich* coram Notario & teſtibus, *durch ihren* pro tempore Rectorem, *und* Profeſſorem ordinarium, *den Ehrſamen, gelahrten, unſern und des Reich lieben getreuen*, Henricum Rayn. *dero Rechten* Doctorem, provociret *und* appelliret, *mehren inhalts fürbrachten* inſtrumenti Appellationis Lit. A. (cujus tamen literarum copiam non poſſidemus). *Ob woll nun* ſupplici*rende Univerſitæt, anders nicht vermeinet, noch zu recht vermeinen können, dann ihr Bürgermeiſter und Raht, werden zu folge, alſolcher wollfürgenommener* Appellation, *ſo keinen* privilegio *zu wider, ſondern gemeinen Rechten und Cammergerichtes-Ordnung allerdings gemäß ſein, bevorab zu ſchuldigſten Reſpect unſer kayſerliche hoheit in dieſer weit auſſehenden Sache, euch nicht weiters vergreiffen, und zum wenigſten, deroſelben ihren gantz ohnverhinderlichen freyen Lauff, auch ſie* Imploranten, *in dem Stand, darin ſie* tempore interpoſitionis *geweſen, laſſen, und der Oberrichterlichen Sprüche wie ſichs gebühret, erwarten, ſo wæhret dennoch am zwölfften mehr beſagten Monats* Septembr. *Ihr* beklagter Raht, eigen und gewaltthætlich, mit bewæhrter Hand in der Academicorum Hauſs und Wohnung, de facto eingefallen, dieſelbe gantz unverantwortlich ſpoliret, und weit über die vermeinte aſſignationem, mit Abnehmung ihrer mobilium, gefæhrlicher Weiſs gepfændet, und auff beſchehenes, der Reſtitution halben, rechtmæſſiges, wohlmeinendes Erinnern, durch den an itzo werthabenden Bürgermeiſter, ſchlechtlich abgewieſen. *Wann aber diſes nicht allein gemeinen beſchriebenen geiſt- und weltlichen Rechten*, quibus intra fatale Appellationis nihil attentandum aut innovandum eſſe, præcipiatur, *auch hochverpönten des heyl. Reichs Satz und Ordnungen, darin dergleichen gewaltſame Eingriffe ſtræfflich verbotten, ſondern neben dem* ſpeciatim, *ihr der Roſtockſchen* Academiæ Bullæ Fundationis *kayſerliche* Confirmation *Schutz und Schirmbrieffen eydlich bethewrten Erb-Vertragen, und in die drey hundert Jahr woll herbrachten, ruhig eingehabten* Privilegien, Beneficien *und* Immunitæten, *krafft deren*, die zu klagender Univerſitæt gehörige membra, tam quoad Profeſſores, quam bona mobilia, ab hujusmodi oneribus notorie befreyet, *und* Euch dem Raht zu Roſtock im geringſten nicht unterworffen wæren (*geſtaltſam ſolches, da nöthig hernechſt weitlæufftiger* demonſtriret, *und beleget werden könne*) ediametraliter *zu widern lauffe, alſo* tanquam attentatum nullo modo juſtificabile, *auch* ſcandaloſæ, peſſimæque conſequentiæ, *durch gebührende in den Rechten zugelaſſene* executiva remedia, *und* mandata ſine clauſula, cum de facto factum, de facto etiam ſit revocandum, caſſiret, nulliret, *und der vorige* ſtatus redintegriret *werden könne und möge, dazu die Cammergerichtliche* Jurisdiction *ſo wohl* ex cauſæ continentia, quam tit. 23. Ordin. p. 2. *ſattſahm begründet erſcheine. Solchem nach, umb dieſe unſer kayſerliche Ladung und* Inhibition, *wie nicht weniger* mandatum attentatorum, revocatorium, caſſatorium, & inhibitorium, *an und wider Euch* reſpective *zu urtheilen, unterthænig anruffen und bitten laſſen, auch erlanget, daß ſolche* Proces *heute* dato *nachfolgender geſtalt erkandt, und die* Fatalia *auß bewegenden Urſachen, auff drey Monat erſtrecket worden ſein.* Hierauff ſo gebieten Wir Euch, von Römiſcher Kayſerlicher Macht und bey Pöen zehen Marck lötiges Goldes, *halb in unſer Kayſerl. Cammer, und zum andern halben Theil*, implori*renden ohn nachlæſſig zu bezahlen, hiermit ernſtlich*, und wollen, daſs ihr, *den næchſten nach überantwort, oder verkündigen deſſen*, ohne Verzug, Einred oder Vorwand, die ob lauts geklagte Gewalthat,

walthat, und frevendlich abgenommene Mobilien, Güter, sampt Kosten und Schaden, also bald restituiret, alles in vorigen Stand setzet, supplicirender Universitæt anverwandte Personen mit dergleichen unerhörter Procedur keines wegens weiter überfallet, sondern in ihrer, von so langer Zeit ruhig eingehabter Possession vel quasi, quorumcunque privilegiorum, & immunitatum, ruhiglich lasset, und euer vermeinter prætensionum erörterung an gehörigen Orten suchet, und daselbsten Rechtlichen Ausschlages erwartet, wie nicht weniger in diser Sache, alldieweil dieselbe für uns, und gedachten unserem Cammergericht, in unendschiedenen Rechten schwebet, derselben anhængenden Sachen, oder den Appellanten zum Nachtheil und unser kayserlichen Obrigkeit zu Veracht, ferner nicht verfahret, procediret, erkennet, handelt, oder fürnehmet, selbst oder durch andere in keinerley weiss noch wege, *deme allen also gehorsamlich nachkommet, als lieb euch sein mag, angedrohete Poën zu vermeiden. Wir heischen und laden euch auch, von berührter unser kayserlichen Macht, auch Gericht und rechtswegen, hiemit, auf den sechs und dreyssigsten tag, demnechsten nach überantwort, oder Verkündung dieses, denen wir Euch zwölff für den Ersten, zwölff für den Andern, zwölff für den dritten, letzten, und endlichen Rechtstag setzen, benennen,* peremptorie, *oder ob derselbe kein Gerichtstag sein würde, den nechsten Gerichtstag darnach, selbst, oder durch einen vollmæchtigen Anwalden an demselben unserm kayserlichen Cammer-Gericht, zu erscheinen, und zwar anfænglich klagen der Universitæt, ob verstandener* Appellation *halber, in Rechten gebührlich zu antworten, dabeneben aber glaubliche Anzeig, undt Beweis zu thun, des obigen unsern kayserlichen Gebott, aller seines Einhalts, gehorsahmlich gelebet sey, oder wo nicht, und demselben über Zuversicht zu wieder gehandelt werden solte, alsdann zu sehen und hören, auch umb eures Ungehorsahmes willen in vorgemelte Poëen gefallen seyn mit Urthel und Recht, sprechen, erkennen, und erklæren, oder aber bestændige, erhebliche, Einreden, ob ihr einige hættet, warum solche Erklærung nicht geschehen solte, fürzubringen und endlichen Entscheides darüber zu gewarten. Wann ihr kommet, und erscheinet, alsdan, also, oder nicht, so wird doch nichts destoweniger, auf des gehorsamen Theils, oder seines Anwaldes anruffen, und ersodern, hierinnen im Rechte, mit gemelter Erkæntniss, Erklærung und anderm gehandelt und* procediret, *wie sich das seiner Ordnung nach gebühret, darnach wisset euch zu richten. Gegeben in unser und des heil. Reichs Stadt Speyer, den zwölfften tag Monats* Februarii *nach Christi unsers lieben Herrn geburt im Sechszehen hundert neun und dreyssigsten, unserer Reiche, des Römischen, im dritten, des Hungarischen, im vierzehenden, und des Böhmischen, im zwölfften Jahren.*

Ad mandatum Domini Electi
Imperatoris proprium.
Joes Schaumberg leg. *Verwalter* subs.
(L. S.) *Philippus Antonius Emmerich.*
Dr. Judicii imperialis cameræ
Protonotarius.

Hæc *Cæsaris Ferdinandi III.* citatio & inhibitio cum mandato attentatorum revocatorio &c. anno 1639. 19. Martii Styl. vet. in consessu Senatus Rotztochiensis à *Christophoro Heintzio* Publ. & in Camera imperiali immatriculato Notario insinuata & exhibita. Durante interim hac lite in Aula Cæsarea Duces etiam Mecklenburgenses, quæ sui erant officii fideliter præstitere. Vide & *die Befehl und* inhibitiones DN. ADOLPHI FRIDERICI & DN. GUSTAVI ADOLPHI *an die Statt Rostock von allen* attentatis & exactionibus *wider die Universitæt abzustehen* pendente appellatione in Camera Imperiali.

Privilegia studiosorum communia.

§. 13. Antequam autem thesin de immunitatibus Dn. Professorum Academiæ Rotztoch. concludamus, placet quædam *de privilegiis studiosorum ex Petri Gregorii Tholozani tractatu de Republ.* Lib. 18. cap. 7. adjicere: *Primum* inquit, *ipsa studia digna sunt privilegio quia singulari etiam dono Dei fuerunt hominibus vel revelata, vel excitata, & quibus rationis & mentis imago divina apparet, & tanquam domina actionum corporalium & societatis humanæ regendæ magistra, cæteris ignorantiæ tenebris excutientibus & errantibus præsidet, & eos juxta rationis leges dirigit, ita res ipsæ nobilitant Possessorem. Habita ratione etiam personarum, merito concessa sunt studiorum discipulis & magistris privilegia, quia causa studiorum peregrinantur. Jam vero peregrini digni sunt speciali cura & privilegio ex Lege divina & humana, cum enim, ut ait Plato, amicis cognatisque careant, majorem apud Deum hominesque merentur misericordiam. Sunt peregrini Scholastici, sunt & pauperes & utroque nomine privilegiati: quamvis enim Facultatibus interdum abundent in patria, tamen tum peregrinantur, sæpe inopiam experiuntur, sunt & labores pene importabiles, in discendis & docendis literis, quæ ad rem publ. tractandam pertinent, & multa tulit fecitque puer, sudavit & alsit. Abstinuit Venere, Bacho, vigiliis plurimis conficitur, animi meditatione agitatur, series laborum debilitat, & ante tempus cogit esse senem, generat assiduitas pituitam, fluxiones, oculorum passiones, melancholiam, aliaque his similia vel majora incommoda, quæ certe privilegiis præter ordinem aliorumque causam ornanda sunt, cum ad finem utilitatis publicæ pertineant. Accedit dura à Parentibus studiorum causa separatio, ab amicis & consanguineis absentia, carissimæ patriæ relictæ temporale exilium, inter homines ignotos conversatio, ut si in morbum inciderint, nullum fere habeant, cui possint se tuto committere, si clade aliqua afficiantur, si jacturam viatici patiantur, si in via in latrones incidant, spolientur aut vulnerentur, nullum aut raro aliquem inveniant, qui opem adferre velit, & in summa omnes miserias experiantur, quas peregrinantes incogniti & alienigenæ pati coguntur. Hinc privilegia plura merito à summis Pontificibus studiis generalibus, quas Academias vocant, concessa sunt, & pariter à Principibus, quæ habet* OLDENDORPIUS *de jure singulari cap. 10. & Rebuffus tractatu de privilegiis Scholasticorum*, ubi enumerat usque ad 180. *privilegia.* Constitutiones CONSTANTINI & FRIDERICI I. *Cæsarum*

de privilegiis Scholaſticorum, jam ſuperius adductæ, ut hic iterum recenſere non ſit opus ne actum agamus. Dolendum vero, tantam tamen eſſe hominum malitiam, ut privilegia Cæſarum & Principum infringere non erubeſcant, ſed ſemper irrito conatu. Legimus enim apud eundem *Tolozanum* l. c. cum *Legatus Apoſtolicæ ſedis, tempore Innocentii VIII. exigeret decimas Eccleſiarum, & à Doctoribus, & Magiſtris, & Scholaſticis in ſtudio generali Pariſiorum peteret: interceſſit univerſitas, & provocavit ſcripto ſummum Pontificem, & in appellatione propoſuit, ex privilegio Philippi V. Regis conceſſo Magiſtris, Doctoribus & Scholaribus ſtudii Univerſitatis Pariſienſis, non teneri eosdem ad mutuum pro bellis, vel ad ſubſidia pro bello impoſita vel imponenda. Quodque Johannes Rex alius, cum pro eodem redimendo à captivitate, qua tenebatur, ab Anglo fuiſſent impoſita & poſtulata ſubſidia à regnicolis, & decima præſtanda ſuper tota Eccleſia Gallicana, conceſſit tamen prædictis Magiſtris, Doctoribus & Scholaſticis Univerſitatis Pariſienſis, exemptionem & immunitatem à ſolutione horum ſubſidiorum, & decimæ. Conſequenter autem Carolus V. prædictos Magiſtros Doctores & Scholares, in dicta univerſitate ſtudentes, à cunctis præſtationibus pro recuperatione ſui Regni indictis, exemptos & immunes eſſe voluit.* Plura addere exempla pugnantia pro immunitate Scholaſticorum nolumus cum adducta ſufficere putamus. (*) *Illud* autem *ſingulare, quod gravati vel oppreſſi ſcholaſtici immediate appellare poſſint ad tribunal Imperatoris aut Principis, qui eos omnino in protectionem ſuam recipit, & ab injuriis pollicitus eſt eos vindicare*, quanquam à ſententia lata in favorem ſcholaſticorum, ſi pro privilegiis dicta ſit exequendis, non liceat appellare. Relictis autem immunitatibus Scholaſticorum & Dom. Profeſſorum Acad. Rotztoch. paucis de eorum jurisdictione.

Jurisdictio Academ. Roſtoch. in genere.

§. 14. Ut nulla datur Respublica, quæ non ſuis nitatur juribus, & jurisdictionem exerceat: Sic Reſpubl. literaria Rotztoch. & ſua jura habet, & jurisdictionem exercet. De jure Acad. Rotztoch. jam ſuperius ſc. *cap. 7.* actum, ubi varias penſitavimus *Leges Acad. Rotztoch. Eſt* enim *jus nihil aliud, quam quod vel natura, vel civitas, aut populus vel gens, vel conſuetudo jubet*, habentque ſe *Jus* & *Lex* tanquam *latius* & *anguſtius*, *jus* enim *generale* eſt, *Lex juris ſpecies*, & jus *ad non ſcripta etiam pertinet, Lex tantum ad jus ſcriptum.* Ne ergo crambem bis coctam apponamus, non amplius de juribus, ſed jurisdictione Academiæ Rotztoch. agemus. *Eſt* vero *jurisdictio facultas ac poteſtas juris dicendi, & jus dicere, eſt præeſſe juridicendo, & Legibus gubernare atque juſtitiam adminiſtrare.* Utroque gaudet Academia Rotztoch. non enim ſolum Rector & Concilium jus dicunt, ſed & juſtitiam adminiſtrant. Ita enim de priori *confirmatio* FERDINANDI I. Imperat. *Cæterum, quo præfata Univerſitas ſive Gymnaſium ſuis gubernatum Magiſtratibus ſolidiori & firmiori ſiſtat fundamento, damus & concedimus Doctoribus & ſcholaribus in dicta univerſitate exiſtentibus, aut futuris & conceſſu præfatorum Ducum, aut ſucceſſorum eorundem autoritatem & poteſtatem condendi & faciendi ſtatuta & Ordinationes juxta conſuetudinem cæterarum univerſitatum.* Hæc licet non explicite legantur in Bulla MARTINI V. tamen κατα διάνοιαν inſunt, dum enim MARTINUS V. vult, *quod Rector Univerſitatis ſine impedimentis quibusvis libere plenarieque* jurisdictionem, correctionem & emendationem ſuper omnia membra univerſitatis exercere debeat, poteſtatem faciendi ſtatuta non excludit, ſed includit, nullus enim Magiſtratus, jurisdictionem in ſubditos exercet ſuos, niſi ſecundum Leges, quas vel ipſe condidit, vel ab alio conditas tamen approbavit & emendavit. Hoc itaque perſpiciens Ampliſſ. Senatus Rotztoch. *in Formula Concordiæ* annno 1563. cum Rectore & Concilio erecta illis poteſtatem faciendi ſtatuta concedit his verbis: *Nachdem auch billich, das dem Ehrw.* concilio *ſeine vorige macht und freyheit, nohtwendige* ſtatuta *zu machen, oder die alte zu* emendiren *gelaſſen werde,* (addit tamen aliquam cautelam) *und ſich aber künfftiglich zutragen möchte, daß* ſtatuta, *die dem Raht und der gemeine Bürgerſchafft der Statt Roſtock mit angiengen und derſelben* per directum vel indirectum præjudiciren *oder nachtheilig ſeyn möchten, durch das Ehrw.* Concilium *und* Rectorem Academiæ *müſſen geſetzet gemacht und geordnet werden, in ſolchen fällen ſollen ſolche* ſtatuta *mit Vorwiſſen des Rahts gemacht werden, und ohn das nichtig und von keinen würden ſein.* De poſteriori ſcil. de juſtitiæ adminiſtratione etiam plana res eſt, quippe ea tam clare & perſpicue in Bulla MARTINI V. Confirmatione FERDINANDI I. Imperatoris & *Form. Concord.* Rectori & Concilio Acad. Rotztoch. adjudicatur, ut nihil clarius ac apertius dici ſcribique poſſit ſui tamen circumſcripta modis & reſpicit vel perſonas vel res.

In perſonas.

§. 15. *Perſonæ* ſuper quas jurisdictio exercenda, ſunt omnia membra univerſitatis, quæ qualia ſint, infra & ſuo loco dicemus, ne hiſce hic nos detineamus, modo Privilegia adducemus. Bulla MARTINI V. hæc habet: *Rector Univerſitatis ſtudii hujusmodi pro tempore exiſtens ſuper „omnia membra Univerſitatis ejusdem & illorum „ſervitores exerceat jurisdictionem.* Et paulo „poſt: *Rurſus quoque promiſſionum earundem „ſuadente vigore omnium & ſingularum cauſarum „& negotiorum cognitio atque deciſio, membro„rum quoque & Servitorum eorundem ſive Clerici „vel Laici fuerint correctio & punitio ac omnimo„da ſuper illis jurisdictio ad Rectorem, & non ad „Duces, Proconſules vel Coss. ſupradictos ſive „ipſorum, quorum videlicet Ditioni dictum oppi„dum ſubeſſe cenſebitur, pro tempore Ducum mibi „ſucceſſores, aut aliquem ex eis ipſorumve officia„les, pertinere omnimode dinoſcantur, præfatis „Ducibus ſucceſſoribusque nec non Proconſulibus, „Conſulibus & officialibus cum modificatione in„fra ſcripta de cauſis & negotiis cognoſcendi, ſi„ve illas derimendi, aut membra & Servitores „bujusmodi, vel ex illis aliquem pro criminibus „&

(*) Qua de re inprimis conſulantur JCti, nec non Cl. *Itterus de Honor. Academicis Cap. XI. §. 10. XII. §. 1 — 7.* junctо *Cap. XIII. de Jur. de Privil. Doctor. Quoad Actiones.*

„*& excessibus eisdem aut alias quomodolibet corri-*
„*gendi, mulctandi vel puniendi, seu aliquam in*
„*eos superioritatem vel jurisdictionem exercendi*
„*facultate & autoritate penitus interdictis.* Idem
„habet confirmatio FERDINANDI I. Imperatoris:
„*Dantes & concedentes autoritate nostra Cæsarea*
„*Rectoribus sic per eos eligendis & creandis fa-*
„*cultatem & jurisdictionem in scholasticos, nec*
„*non citandi, audiendi, judicandi, exsequendi,*
„*puniendi, & omnes alios actus judicis ordinarii*
„*exercendi.* Hisce consentit Formula Concordiæ:
„*Zum vierten ist bewilliget und angenommen wor-*
„*den, daß der* Rector Academiæ *über die Studen-*
„*ten und Gliedmassen der* Universität IN CIVILI-
„BUS plenariam jurisdictionem *üben und gebrau-*
„*chen &c.*

In res.

§. 16. Res super quas jurisdictio exercenda, sunt vel CIVILES, & delicta leviora, vel CRIMINALES & delicta atrociora. *In civilibus & levioribus* delictis Rectori & Concilio plenaria jurisdictio competit, ita enim Bulla MARTINI V. „*Rursus quoque promissionum earundem, suaden-*
„*te vigore & omnium singularum causarum &*
„*negotiorum cognitio atque decisio, membrorum*
„*quoque & servitorum eorundem sive Clerici vel*
„*Laici fuerint, de levibus utpote pro capillatione,*
„*offensione cum palma pugno vel citra membri mu-*
„*tilationem etiam sanguinis effusione secuta simili-*
„*busque criminibus & excessibus, correctio & punitio*
„*ac omnimoda super illis jurisdictio ad Rectorem*
„*& non ad Duces, Proconsules vel Coss. &c.* Quid *confirmatio Imperat. & Form. Concord.* Rectori & Concilio jurisdictionis concedat, jam adduximus nec de levioribus delictis dijudicandis Rectori & Concilio unquam controversia mota, igitur *ad graviora & atrociora delicta* ex Rectore & Concilio dijudicanda properamus. In hisce Pontifex Rectori ac Concilio, utpote ordinario Magistratui, injuriam facere videtur, dum ad leviora delicta dijudicanda Rectori ac Concilio privilegium impertitus quidem, a gravioribus excludat. Idem & faciunt *Wernerus & Cunradus* Episcopi Suevienses in suis hac de re Anno 1468. & 1493. supra jam allegatis Bullis electis; melius Imperator, *hic enim in confirmatione sua Rectori jurisdictionem in Scholasticos, nec non citandi, audiendi, judicandi, exsequendi, puniendi, & omnes alios actus judicis ordinarii in civilibus & criminalibus exercendi & jus reddendi concedit. Res tota decisa in Form. Concord.* quæ habet. In criminal- und peinlichen Sachen aber soll der Rath zu Rostock sambtl. haben den angriff, *die Erkændniß aber und* Decision in causis criminalibus, *soll das Ehrnw. Concilium, und der Rath zu Rostock sambtl. haben,* und über die Missethaten der Straffwürdigen Studenten in gewöhnlicher Radthstuben des Ehrenw. Concilii zugleich decidiren und erkennen.

Qv. de civili & criminali Academiæ jurisdictione solura.

§. 17. Ex quibus patet, *Rectorem & Concilium a dijudicandis atrocioribus delictis & criminalibus, ut ordinarium Magistratum non excludi.* Ubi tamen notandum, etsi prehensio Magistratui oppidano in *Form. Concord.* adjudicetur, non tamen *simpliciter*, sed sub certa conditione intelligendum est, *nimirum ut fiat præscio & consentiente Rectore*, juxta Formulam Concord. *Nachdem auch bey disem Punct die* Jurisdiction *in der* Universitæt *betreffend, der Artickul von Angriff und Gefængniß, und welcher maß derselbe Angriff von E. Rath bescheidentlich soll* exerciret, *und gebrauchet werden, zu dem auch der Gefängniß halber nach Gelegenheit der Personen und Ubertrettung billig ein Unterschied gemacht und gehalten wird, als ist demnach behandelt, bewilligt und angenommen worden, daß die Studenten, so sich unter einander, oder andern auf der Gassen oder in Häusern bey nächtlicher weile hauen, schlagen, den* Professorn *oder Bürgern die Fenster auswerffen, Häuser stürmen, und sonst Muthwillen treiben, und dieselbe auf frischer That ergriffen, oder hernach erfahren werden, wo der oder die gewesen, sollen dieselben* bey Nacht *durch die Stadtwæchtere in den* Carcerem *unter dem Rathhauß der Finckenhauer genand, dergleichen auch* bey Tag, JEDOCH MIT VORWISSEN, UND NICHT OHNE ERLAUBNIS DES RECTORIS ACADEMIÆ, *eingeführet werden.* (conf. Bullam inter Academiam & Senatum urbis de *Carceris loco* à WERNERO Episcopo Suerinensi erectam an. 1471.) Et quamvis jussus & consensus expressus Rectoris in atrocioribus criminibus non exspectetur, ne sc. delinquens per fugam elabatur, tamen re ipsa & rei effectu considerato, prehensio omni casu utriusque Magistratus nomine fieri solet, cum Academia æque lictores ac Senatus oppidanus habet, & Magister vigilum juramento etiam Rectori obstrictus sit, ut ad mandatum cum lictoribus delinquentes apprehendat. *Unde ipsa transactio de criminosis per Senatum oppidanum prehendendis Principum Illustriss. & Academiæ voluntate an. 1563. inita est instar cujusdam jussus & consensus.* Hinc multa etiam quam ex delictis criminalibus studiosorum accipiunt, inter Academiam & Senatum urbis æqualiter dividitur, vide *Vertrag zwischen ein Ehrnw.* Concilium *und E. E. Raht wegen der Straffgelder ex delictis criminalibus Stud.* Sed hæc pluribus persequi nobis non convenit, relinquimus hæc JCtis, cum ad illorum forum proprie spectet, quorum scripta consulenda, inprimis cel. *Matth.* STEPHANI JCtus Pomer. in peculiari Tractatu *de Jurisdictione Lib. III. Part. II. per tot. ubi de Academiis.* Verbo *præhensio est dicaria* judice *Petro Denaisio*, Cameræ Imperialis Adsessore dignissimo. Et *capturam, torturam, & extremam manuariam executionem auxiliari quidem oppidana fieri manu, sed tamen utriusque Magistratus nomine expediri probat Ernestus Cothmannus.* Denique ex Responso Facultatis juridicæ concludimus: Si Magister Academicus, qui criminales causas remittere necesse habet, non tenetur pati, ut secularis judex confestim injiciat manus in studiosum delinquentem, eundemque eximat jurisdictioni Academicæ, sed Rector Academiæ consultationem necessariam præmittens, tradere criminosum debet, multo minus is Magistratus Academicus id concedere debet, qui in criminalibus est judex, prout Academia Rotztoch. in criminalibus à judicando removetur. Sed verum est prius, ergo & posterius. Hæc de jurisdictio-

risdictione, ad coetera nobis festinandum, sit igitur.

CAPUT X.

De Rectoris Electione, juramento, ambulatoria Dignitate ejusque Adsessore &c.

SUMMARIA.

§. 1. Modus eligendi Rectorem in Academia Rotztoch. antiquus.
§. 2 - - - - - hodiernus.
§. 3. Juramentum Rectori electo præstandum.
§. 4. Rectoralis dignitas secundum statuta est ambulatoria.
§. 5. Promotor quis, quidque ejus officium?
§. 6. Cautela circa Electionem Promotori observanda.

Modus eligendi Rectorem Academ. Rotztoch. antiquus.

§. 1. A prima Fundatione Academia Rotztoch. liberam habuit potestatem eligendi Rectorem, verum Electio primis temporibus non secundum ordinem Facultatum, sed secundum opinionem miro modo peracta, & optimus in Rectorem electus: sic enim sonant *statuta vetera* Academiæ Rotztoch. de electione Rectoris: „*Modus eligendi Rectorem Universitatis talis est. Tres „Electores Rectoris per sortem ex stipendiatis „eligantur, qui sub eorum juramentis eligent in „Rectorem ex cæteris Stipendiatis, prout eis vi„sum erit meliorem, ante extinctionem s. consum„ptionem unius parvæ candelæ cereæ ad longitu„dinem indicis accensæ ipsis pro termino præfixæ, „sub poena privationis sui stipendii per medium „annum ita tamen, quod nihilominus suas exer„ceant regentias legendo non obstante solarii pri„vatione. Modus sortiendi sit iste, Rector Uni„versitatis facit apportari quendam librum plu„rium foliorum, in quo sæpius inspiciat, donec „cæteris sufficiat de concilio Universitatis, & in „electo folio secundum ordinem, quem Consiliarii „elegerunt, Rector antiquus habebit literam in „superiori linea prima secundum ordinem electum. „Immediatus post eum literam ejusdem ordinis in „secunda linea, si non fuerit eadem cum litera „Rectoris antiqui, alias ibit ad literam sequen„tem in eadem linea tamdiu, quo usque inveniat „literam aliam, & ita per totum in lineis proce„detur usque ad ultimam inclusive, & ita quoli„bet de Concilio Universitatis certam literam „Alphabeti, habente, illi tres, qui literas secun„dum ordinem Alphabeti priores per præmissa„rum sortem habuerint, erunt novi Rectoris Uni„versitatis Electores & præmisso juramento de eli„gendo idoneum ad electionem procedere debent.* Juramentorum vero Electorum Rectoris Universitatis hoc est: *Ego N. juro, quod ad officium Rectoratus eligam, quem ad hujusmodi officium secundum meam conscientiam pro posse & nosse judico meliorem, idoneum, omni amore, odio & privato favore exclusis, sic me Deus adjuvet & Sanctorum Evangeliorum conditores S. & Sancta Evangelia!* quæ verba addita sunt manu *Leonis* qui & in initio Libri veterum Legum Academiæ (ut illud hic recenseamus) hæc scripsit:

Rectores habent quatuor attendere
- Conservare præhabita, ne pereant. } divinare
- Gubernare præsentia, ut subsistant, } divinare
- Augmentare publica, quatenus crescant, } atque lucubrare.
- Vigilare, ne adversa contingant. } atque lucubrare.

§. 2. Modus vero hic adductus eligendi Rectorem sub restaurationem Academiæ abrogatus, & Rectoralis dignitas ad omnes Concilii Adsessores est devolutus, ut mox dicemus, nec quisquam excluditur nisi sontica subsit causa. Eleganter de hac re scribit Taubmannus in suo Hercule Academico. *Omnium dignitatum & munerum a summo ad infimum æque habiles & capaces judicati sumus omnes, cur non & varia aut faciamus, aut patiamur. Si Rectura onus est debes subire hoc onus, si honos est, itidem tibi debetur. In communi navi non solum spectatores sumus, sed quandoque, ubi opus, ad clavum sedeamus, remos agitemus, etiam sentinam exantlemus.* Et *D. Gisenius, in vita Academica* inquit: *Si hæc Reipubl. Scholasticæ administratio est Dignitas, & bonos, cur hic vel ille, qui publica docendi potestate omnium Professorum suffragio est dignus judicatus, eo est privandus, & aliorum ludibrio exponendus. Qui habilis & capax est judicatus Professoriæ Dignitatis, cur non sit capax hujus vel annui vel semestris honoris?* Conf. supra ad §. 4. *Cap. IX.* adducta; Ex hoc fundamento rectoralis Dignitas omnibus Consiliaribus i. e. Assessoribus Concilii, confertur; Et hæc electio Rectoris libere ab Adsessoribus Concilii instituitur, quam facultatem libere eligendi Rectorem etiam FERDINANDUS Imperator in confirmatione sua Academiæ Rotztoch. concessit his verbis: *Coeterum quo præfata Universitas sive Gymnasium suis gubernatum Magistratibus solidiori & firmiori sistat fundamento, damus & concedimus Doctoribus & Scholaribus in dicta Universitate existentibus aut futuris, & concessu præfatorum Ducum ac Successorum eorundem autoritatem & potestatem condendi & faciendi statuta & ordinationes juxta consuetudinem cæterarum Universitatum, nec non creandi & eligendi Rectorem scholarum, ac Syndicos, sive alios quoscunque officiales Universitatis, pro ut ipsis visum fuerit expedire & esse oportunum.* Privilegium Imperatoris approbat *Formula Concordiæ* hac tamen cum cautela, ut id fiat, secundum ordinem facultatum & Ducali Senatorius Professor succedat, verba ita sonant: *Zum dritten ist auch behandelt, bewilliget und angenommen worden,* DASS DER RECTOR ACADEMIÆ NACH ORDNUNG DER FACULTÆTEN ALS NEMLICH NACH EINEN FÜRSTL. PROFESSORN, EINER DES RATHS ALSO HERWIDERUMB NACH EINEM DES RATHS EIN FÜRSTL. PROFESSOR VON EHRW. CONCILIO ERWEHLET WERDE. Ubi & notandum: Cum duo tantum Medici sint in Concilio, non toties Medicus eligitur in Rectorem, quoties vel Theologus vel JCtus, sed cum ordo Medicum tangit, Ducali Medico surrogatur Philosophus Senatorius, & tum electio Rectoris

Modus hodiernus.

à Theo-

à Theologo iterum incipit, cumque ordo ad Medicum iterum devolvitur, tempore æstivo eligitur Philosophus Ducalis, cui succedit Medicus Senatorius atque hoc modo electio Rectoris iterum in circulum reducta, ut à Theologo tertium sumat initium & sic deinceps.

Juramentum Rectori electo præstandum.

§. 3. Electo Rectore ac in officio constituendo & confirmando juramento se obstringere cogitur quod tale olim fuit. *Ego N. Rector Universitatis studii Rostockiensis promitto & juro, dictam Universitatem & statuta ejus efficaciter exsequendo, pro posse & nosse in juribus & libertatibus suis conservare, ipsiusque Universitatis & Consulum communitatis oppidi Rostochiensis utilitatem & honorem procurare, durante officii mei Rectoratu absque dolo & fraude. Et quod infra octo dies post diem publicationis novi Rectoris exclusive immediate computando mei officii reddam rationem cum effectu. Et quod per mensem proxime sequentem non recedam à loco Rostochiensi nisi super hoc per Concilium Universitatis mecum fuerit dispensatum, sic me Deus adjuvet.*

Hodie juramentum Rectori præstandum aliter conceptum est.

Rectoralis dignitas secundum statuta est amibulatoria.

§. 4. Præstito juramento Rector plenariam habet potestatem in studiosos, eos regendi, citandi, audiendi, judicandi, exsequendi, puniendi & omnes alios actus judicis ordinarii in civilibus & criminalibus exercendi & jus reddendi. Præterea studia literarum sedulo promovet, sed (uti supra §. 4. *Cap. IX.* jam diximus) πολίτευμα, illius ultra semestre spatium non durat, sed tempore verno videl. die *Tiburtii*, qui incidit in XIV. diem Aprilis, & tempore autumnali videlicet die Dyonisii, qui incidit in IX. diem Octob. semper novus eligitur Rector, ita enim constitutum in *Formula Concord. Es sollen auch hinfort an keinem* Rectori *sein* Rectorat, *wie bisshero ein Mißbrauch gewesen* prorogiret, *oder auf eine längere Zeit, als ein halbes Jahr erstrecket werden in keinem Weg.* Licet vero Rector Academiæ Rotztoch. plenaria gaudeat potestate in omnes studiosos, non tamen in omnibus casibus ac semper solus judicium administrat. Si quæ *leviora* delicta, solus dijudicat, si *gravia* in consilium quendam Dnn. Collegarum suorum, quem *Promotorem* vocant, adhibet; Si *gravissima* totum convocat Academiæ consilium.

Promotor quis, eiusque officium.

§. 5. *Est* vero *Promotor persona, ex numero Professorum Conciliarium, quæ ipso electionis Rectoris die Rectori adjungitur ut tanquam Ephorus & Ergodioctes non tantum in jurisdictione Scholastica Rectori adsit, verum in omnes etiam Reipubl. Academiæ partes aciem oculorum intendat, &, quid perperam, quid negligenter tam à docentibus quam discentibus fiat sedulo observet, & re cum Rectore communicata, corrigere & abolere queat*, & hic Promotor Rectori adjungitur secundum Academiæ statutum, quod ita sonat: *Volumus & statuimus, quod tempore Electionis Rectoris statim in eadem convocatione fiat electio Promotoris, aut determinetur, & exprimatur, qui sit, & debeat esse Promotor per instantem medium annum, qui etiam in congregatione Universitatis facta, ad audiendum renunciari novum Rectorem post novi Rectoris renunciationem coram omnibus suppositis pronuncietur.* Statutum Academiæ vetus approbat *Formula Concordiæ*, his verbis. *Zum dritten ist auch behandelt, bewilliget und angenommen worden, daß wann solche Wahl deß* Rectoris *geschicht, daß er alsdann zur selbigen Zeit, und* in *einer Stunde, oder* in continenti *auch ein* Promotor Academiæ generalis eligiret *und den neuen* Rectorem *als ein* Adsessor *in fürfallenden Sachen da deß gantzen* Concilii *Gegenwärtigkeit nach Ordnung der alten Statuten, nicht von nöthen, zugeordnet werden solle.*

Cautio promotori circa electionem observanda.

§. 6. Ubi in Electione Promotoris & hæc cautela observanda, quod Ducali Theologo Medico & Philosopho semper Senatorius JCtus, ut Promotor adjungatur, ac Senatorio Theologo, Medico ac Philosopho, Ducalis JCtus. Ita enim convenit in *Form. Concord. anno 1563.* inita: *und wo ein fürstl. Professor Theologus, Medicus oder Artist Rector, der Promotor jederzeit ein Jurist deß Raths erwehlet, und also herwiderum.* Hic Promotor, cum Rector introducitur, etiam Rectori stipulata manu fidelitatem promittit. Si quæ graviora, quæ Rector Promotorque decidere nequeunt, Rector cogit totum Concilium, omnium sententias audit & colligit, ac secundum pondera rationum tandem sententiam dicit ac promulgat. Si quando tamen accidat ut atrociora quædam delicta ac capitalia a studiosis perpetrentur, Rector non solum cogit Concilium, sed & duos Coss. urbis Seniores ad se in locum concilii vocat, ut unanimiter IN JUDICIO, quod vocant MIXTO facinus ponderent, ac sententiam dicant. Hisce ponderatis ad alia properamus. Plura qui de Rectorum Academicorum Electione, Dignitate, præeminentia, jurisdictione, nec non Promotoris officio, scire desiderat, adeat sæpius laudatum *Matth. Stephani Lib. III. de Jurisdict. Part. II. Cap. XI.*

CAPUT. XI.

De ritibus, qui usurpantur in introductione Rectoris.

SUMMARIA.

§. 1. Ritus adhibiti in depositione Rectoratus.
§. 2. - - - - in susceptione Rectoratus.
§. 3. Renunciationi Rectoris Legati semper interfunt.

Ritus in deponendo Rectoratu.

§. 1. Cum novus Rector introducendus, is, qui hactenus Academiæ sceptra gessit, introductionem Novi Rectoris publico programmate intimat, ac postridie cum coeteris Dnn. Professoribus electoque Rectore *in area Collegii albi* se primum sistit, inde *itur ad Collegium magnum*, ac sceptra præferuntur. Quamprimum Rector, qui sceptra vult deponere, Auditorium magnum ingreditur, concentus instituitur musicus, Rector interim supremam cathedram adscendit, ac finita Musica perorare incipit, habetque orationem vel tempori vel professioni suæ convenientem, vel de alia materia, quam sibi elegit. Hanc cum pertractavit, dat in mandatis *famulo communis mensæ* stanti in inferiori cathedra, ut recitet Leges. Interea ministri Acad. carmina gratulatoria distribuunt, legibus lectis iterum incipit Rector perorare, monet Dnn. Studiosos, ut Leges observent, atque causam indicat, quare hanc congregationem instituerit, videlicet, *se velle deponere sceptra, alterique tradere*, gratias publice agit Promotori, qui Consiliarii loco a latere semper in Rectoratu fuit, mox novum hunc

Rectorem publice proclamat, atque novi Rectoris renunciationem felicem & fauſtam Academiæ omnibus atque ipſi eſſe animitus precatur. Præterea hortatur ſtudioſos juvenes, ut huic Rectori & reliquis Profeſſoribus debitam obedientiam & reverentiam præſtent. Hiſce peractis novum rogat Rectorem, ut in Cathedram adſcendat, atque Magiſtratum ſcholaſticum legitime ſibi impoſitum ſuſcipiat ac uſitato prius juramento, ad cuſtodiam Legum & ad Academiæ Dignitatem & ſalutem ſumma fide & conſtantia tuendam atque ornandam ſe obliget & obſtringat. Præſtito a novo Rectore juramento, illi traduntur inſignia ſapientiſſimo conſilio huic Magiſtratui a Majoribus attributa, quæ *autoritatem* dignitatem & officium ſuum demonſtrant. Et quidem Rector, *qui ſceptra* deponit, primum ea novo tradit Rectori, ſceptra. Ut ſignificet, autoritatem & Majeſtatem imperii divinitus illi eſſe conceſſam, qua ſubditos ſuæ jurisdictioni ſubjectos juſte regat, & altero ſceptro bonos tueatur, atque honore afficiat, altero vero improbos & contumaces ſevere reprimat & puniat. Deinde novo Rectori *porrigit matriculam Academiæ* in qua Nomina eorum conſignata, qui ad jurisdictionem Academiæ pertinent; Hæc tenere Rectorem, & cives ſuos noſſe oportet, ut venuſtiſſime dicitur à Poëta: *Principis eſt virtus maxima noſſe ſuos.* Tertium novo Rectori *offeruntur libri ſtatutorum continentes Academiæ ſtatuta antiqua & nova,* & in his deſcriptionem omnium officiorum ſui muneris in gubernatione ſtudiorum & diſciplinæ, qui hac lege Rectori traduntur, ut velut normam omnium conſiliorum & actionum in hoc Magiſtratu ſemper in conſpectu habeat & cogitet, ſe ἔμψυχον δίκαιον, & harum Legum cuſtodem fidum & exſecutorem ſeverum eſſe oportere. Tum novo Rectori *exhibet ſigillum cuſtodiendum,* quod veritatis & juſtitiæ ac fidei confirmandæ cauſa mandatis publicis & literis addi ſolet, ut ſciat, in tota gubernatione ſua & in literis ac mandatis Academiæ nomine edendis, juſtitiam & veritatem ſibi præcipue eſſe colendam. Denique novo Rectori *tradit arcam,* in qua literæ Academiæ aliaque monumenta & ſcripta ad uſus Academiæ pertinentia aſſervantur. Quibus peractis *addit* Rector, qui deponit ſceptra, *votum,* ac novo Rectori fauſta quæque precatur, atque ſic ex Cathedra deſcendit.

Sceptra.

Matricula.

Libri ſtatutorum.

Sigillum.

Arca.

Votum.

Ritus in ſuſcipiendo Rectoratu.

§. 2. Inſtituto itaque iterum concentu muſico eoque finito novus Rector Oratorem agit, ac primo publice indicat, quis ipſi per ſequens ſemeſtre ſpatium *Promotor adjunctus,* hunc peramanter invitat, ut pro more ſolito non gravatim cathedram accedat, & porrecta dextra ipſi promittat, ſe Promotoris officio fideliter fungi & autoritatem Legum & conſervationem diſciplinæ ac ſtudiorum una cum Rectore tueri velle. Dimiſſo Promotore Rector *curſores* ſive miniſtros Academiæ ad ſe vocat, ut ſub juramento (quo Academiæ peculiariter obligati ſunt) promittant, ſe in ſuo etiam officio fideles eſſe & debitam fidem atque diligentiam in obeundis negotiis ſibi commendatis, & ad cuſtodiam Legum ad dignitatem atque utilitatem Academiæ pertinentibus, erga Rectorem quoque & Promotorem obedientiam & obſervantiam præſtare velle. Poſt factam promiſſionem à Curſoribus ſtipulata manu redduntur illis à Rectore ſceptra, qui Orationem pertexit, ac certum Thema quod elegit, pertractat. Hoc abſoluto παραινέσει ad ſtudioſos juvenes inſtituit, ut vera pietate, modeſtia vitæ, ac diligentia in diſcendo, ſui officii quoque memores ſint, ac Magiſtratui & Præceptoribus reverenter pareant. Tandem orationem ſuam voto pro ſalute Academiæ concludit, ac a Dnn. Collegiis omnibusque Auditoribus officioſe petit, ut pro uſitato ac laudabili Academiæ more in vicinum D. Jacobi Templum ſecum concedere non graventur, ibique preces ad Deum fundere cum pro Academiæ Eccleſiæ & Reipubl. Rotztoch. pace & ſalute, tum pro Magiſtratus ſui felici auſpicio, progreſſu & exitu. Antequam vero ad templum Jacobæum itur, actus in Auditorio Muſica clauditur, quæ in templo iterum incipit, cum Rector cum comitatu ſuo id ingreſſus. In templo precatur Rector & Collegæ illius circa Altare, (ſub Papatu Miſſa eſt celebrata ac finitis precibus cum Dnn. Collegis & reliquo comitatu, (cum ſceptra iterum præferuntur), & ex templo *Aream Collegii albi* intrat, ubi in area Collegii Dnn. ſuis Collegis aliisque gratias agit, quibus totus Actus introductionis Rectoris hodie finitur. Olim namque non ſolum Rector à Dnn. Collegis aliisque Doctoribus domum deductus, ſed & Rector ſuos & Collegas aliosque Doctores magnifice ac ſplendide excepit.

§. 3. Unicum adhuc in introductione Rectoris notandum, intereſt, cum Rector introducitur, adhuc Legatus Principum ex Domin. Profeſſorum numero conſtituitur, Legatus Illuſtr. Principum ac Legatus Ampliſſimi Senatus, Rotztoch, Legatus Principum ex Dominorum Profeſſorum numero conſtituitur, Legatus Senatus ex Senatorio ordine, qui Legati per Bidellos & duos juniores Doctores ex domibus ſuis in Auditorium deducuntur. Interſunt vero Legati Illuſtriſſ. Principum ac Ampliſſ. Senatus Actui introductionis Rectoris, ideo, quia Illuſtriſſ. Principes Academiæ Patroni, Ampliſſ. Senatus Compatronus, ac videant omnia fieri ordine ac decenter, imo præſentia ſua comprobent, tales actus ſibi placere approbare.

Ritus in renunciando eodem, cui legati interſunt.

CAPUT. XII.

De Fundatoribus, Ampliatoribus, Reſtauratoribus, Dotatoribus & Conſervatoribus Acad. Rotztoch.

SUMMARIA.

§. 1. Tabula Genealogica Ducum Mecklenburg. à tempore Academiæ fundatæ ad præſens temp9.

§. 2. Fundatores Academiæ Johannes & Albertus, nec non Senatus Urbis Rotztoch.

§. 3. Ampliatores Academiæ Magnus & Balthaſar.

§. 4. Reſtauratores Academiæ Henricus Pacificus, Magnus, Joh. Albertus, Ulricus.

§. 5. Dotatores Academiæ Johannes item Albertus & Ulricus.

§. 6. Conſervatores Academiæ, Carolus, Adolphus, Fridericus, Joh. Albert. Chriſtianus Ludovicus, Guſtavus Adolphus & Fridericus Wilhelmus.

§. 1. An-

Genealogia Ducum Mecklenb. a tempore Academiæ fundatæ ad præsens tempus.

§. 1. Antequam ad specialem Rectorum enumerationem accedamus, *historiam Fundatorum, Ampliatorum, Restauratorum, Dotatorum, Conservatorum ac Cancellariorum Acad. Rotztoch.* hic pressius aliquantulum ex historiarum monumentis recensebimus. Et quidem hoc capite de Fundatoribus, Ampliatoribus, Restauratoribus, Dotatoribus & Conservatoribus agemus. Cui præmittimus majoris explicationis & dilucidationis gratia *Genealogiam omnium Ducum Megapolensium à Fundatoribus Academiæ Rotztochiensis usque ad hæc tempora* (vid. Lit. c.)

Fundatores Johannes & Albertus Duces Megapolitani itemque senatus Rotztoch.

§. 2. Fundatores ergo Academiæ Rotztoch. (ut supra cap. 2. indicavimus,) sunt JOHANNES & ALBERTUS, Duces Megapolitani. Est vero JOHANNES alter Fundatorum Acad. Rotztoch. Ducis MAGNI I. Aquis grani an. 1384. mortui ex ELISABETHA Pomeraniæ Ducis Filia, Filius, ALBERTI I. à CAROLO IV. anno 1348. cum Fratre JOHANNE *Duces Imperii* creati Nepos, HENRICI Leonis, qui recepit Rotztochium anno 1319. ac condidit Coenobium Ribnicense, Pronepos, Henrici Hierosolymitani Abnepos, & Johannis Theologi Atnepos. Hic à Suecis, post captivitatem ALBERTI Patrui sui, Regis Sueciæ, Rex electus, ac regio diademate coronatus, verum regimen imperii nunquam suscepit, sed contentus avitis ditionibus in Megapoli permansit. Ipso ad gubernacula Reipubl. sedente, seditio in urbe Wismaria orta inter cives & senatum, ac senatus a civibus ab officio remotus. Hanc seditionem ambo Principes Patrueles JOHANNES & ALBERTUS quorum laudes & res gestæ plerumque communes, magna cum prudentia sedarunt, Wismariam enim profecti, seditiosos cives supplices in gratiam receperunt, abdicatum Senatum pristinæ dignitati restituerunt, atque à seditiosis civibus certa pecuniæ summa Principibus pro nequitia soluta. Bella *Johannes* gessit cum Marchione Brandeburgico, ut Agnatos suos *Johannem* Stargardiæ Dominum, ejusque filium, quos Marchio captivos tenebat, liberaret, quos etiam, cum vi nihil efficere posset, non parva auri mole pro ambobus numerata, in libertatem restituit, ac Dynastiam Stargardiensem illis iterum acquisivit. Anno 1419. una cum Patruele ALBERTO urgentibus urbibus Wandalicis Rotztochii Academiam fundavit hoc modo: *Permisit Ecclesias Magistris distribuendas: Senatus urbis constituit annua stipendia legentibus: multi ex vicinis contulere non pauca in dotem ejusdem Palladii privilegiati, referente Alberto Kranzio Wandal. lib. 10. c. 30. Constituta Academia Rotztochii, cui Principum largitio, & Prælatorum contributio accedebat, testante iterum Cranzio Metrop. lib. 11. c. 22. Johannes* non amplius diu vixit, sed juxta relationem *Nicolai Marescalci in Annalibus Herulorum ac Vandalorum lib. 7. c. 5.* anno 1422. esse desiit. Duxit primo *Juditham filiam Ottonis, Comitis de Hoja*, ex qua *Magnum* suscepit, qui brevi in fata concessit, Suerini tumulatus est. Deinde matrimonio sibi junxit *Catharinam Ducis inferioris Saxoniæ filiam*, ex qua ipsi nati HENRICUS *Crassus*, vocatus MAGNUS ejus nominis II. & JOHANNES. Fuit coeteroquin hic *Johannes*, ut memoriæ prodidit Nicolaus Marescalcus, *corpore procero, forma pereleganti, animo invicto. Janus Bocerus de originibus & rebus gestis Ducum Megapol. lib. 3.* sic ejus laudes depingit:

Hic quoque dum Patruo justus succederet hæres,
Suecorum lectus Rex Diadema tulit.
MARGARIS *ast animos Regina secuta viriles,*
Dum sibi dum generi consulit usque suo.
Dum titulis gaudet, regnique cupidine capta,
Plebis & insipidæ nixa favore fuit.
Spretus JOHANNES, *sed sceptris dignior istis,*
In patria placida sorte manebat humo.
Huic animi dotes, & formam corporis aptam,
Dignaque fors tanto Principe dona tulit.
Irruit armipotens validos nec segnis in hostes,
Agmine Marchiacos depopulatus agros.
Tum, quando levibus fallax victoria pennis,
Cui penitus palmam nescia ferret, erat.
Ille sed emicuit superato victor ab hoste,
Et tulit innumeris vincula dira viris,
Quos simul ingenti mulctatos ære remisit,
Et docuit placidas continuisse manus.
Pax pia cum viguit, sacras hic exstruit ædes.
Et reficit cultu diruta templa pio.
Stauravitque suum Musis decus, omne per ævum,
Illius hæ memores nomen in astra ferent.
Hic ubi Varnovius patriis celeberrimus oris,
Rostochii gelidis moenia stringit aquis.
Ad flavas cujus felix Academia ripas,
Illius auspiciis condita rite fuit.
Inclyta quæ totum sua pignora misit in orbem,
Ereptum Musis restituitque decus
Jam quoque doctiloquos gremio conservat alumnos,
Inque fovet laudem Teutonis ora tuam.
Sit felix foveatque diu, sic magnus Apollo,
Sic ego, sic mecum Musica turba rogat.

Johannes Simonio tale JOHANNI erexit Epitaphium:

Rugica me peperit Princeps: pietatis alumnus
Audio: justitiæ lux, probitatis amor.
Me Duce Rostochium Phoebeas surgit in arces,
Et circum serpit Palladis ora Rosa.
Suecus me Regem sibi vult; mors prævenit: orbem
Linguo, & cælorum templa pius subeo.

Alter Fundatorum Academiæ Rostoch. ALBERTUS, est *Alberti Regis Sueciæ* per septennium à *Margarita Daniæ Regina* captivi detenti, ac à nobilibus Fœminis Megapolitanis ornatu suo muliebri e captivitate liberati, (cujus cap. 3. à nobis facta mentio) Filius. Hic una *cum patruele Johanne* Reipubl. præfuit, & mortuo patruele, totius Ducatus Megapolitani gubernationem in se suscepit, siquidem *Johannis* filii nondum pubertatis annos attigerant. Verum per exiguum tempus duravit hoc illius πολίτευμα, eodem enim quo patruelis *Johannes* anno vitam cum morte commutavit. Elegit sibi conjugem nomine *Margaritam*, *Burggravii Noribergensis filiam*, ex qua nullos suscepit liberos. De his duobus patruelibus, eorumque fundatione Acad. Rost. hæc habet *Nathan Chytræus* quodam in loco:

Cum jam mille forent anni post tempora Christi
Lapsaque cum lustris totidemque secla quaternis,
Me jussere virens hoc inhabitare rosetum
Inclytus ALBERTO *dux cum patruele* JOHANNES,
Qui ditionis opes hujus cum laude regebant.

Quorum qui prior eſt JOHANNES *nomine,* Magni
Filius, - - Et poſt pauca: - -
Alter at Albertus *princeps laudabilis, ortus*
Alberto *genitore fuit, qui Martius heros*
Gotthorum Sueonumque gerens regalia forti
Sceptra manu patrias tandem regreſſus in oras
Finiit ærumnas miſeræ per funera vitæ.

Hiſce Illuſtriſſimis Principibus *conſenſu illorum* ſe adjunxit in fundanda Academia *Ampliſſ. Roztochienſium Senatus*, & ut primitus Principes liberali largitione Academiam affecerunt, quam Prælatorum contributio ſecuta: *Sic Senatus Rotztoch. Academiæ primitus 800. aureos Rhenenſes ſingulis annis tribuit*, hinc & Senatus Rotztoch. compatronus Academiæ ſalutatur, *quanquam ſub ſequentibus temporibus interdum ſua in Academiam poteſtate eſt abuſus, ut paſſim ſuperius demonſtravimus, cum debuiſſet conſiderare, ſummam in Academiam poteſtatem habere Principes, imprimis Epiſcopum Suerinenſem ſ. Cancellarium, ac ex gratia habere jus compatronatus, quippe urbs Roztochium ſubjecta Principibus Megapolitanis.*

Ampliatores, Magnus Dux Megapol. & frater eius Balthaſar.

§. 3. Sed tranſeant hæc: properamus *ad Ampliatores* Acad. Rotztoch. Hi ſunt Dn. MAGNUS, cum Dn. Fratre BALTHASARE, Epiſcopo Suerinenſi, ambo Duces Megapolitani, Filii HENRICI Craſſi Nepotes *Johannis*, Univerſitatis Rotztoch. fundatoris. *Balthaſaris* hiſtoriam ſequenti capite reſervamus: De *Magno* hic agemus brevibus. MAGNUS cura Illuſtriſſ. Parentis ad omnes Principe dignas virtutes educatus & inſtructus, ut prudens in circumſpiciendo, vigilans in procurando, dexter in exſequendo factus. Cum ergo miſeram Academiæ Rotztoch. cerneret faciem, quod ea plane omnibus reditibus eſſet orbata, nihil prius neque antiquius habuit, quam ut eam, quo potuerit modo, ſublevaret, itaque cum Dn. Fratre *Balthaſare* conſilium iniit, ut oppidum Rotztochium, jam publico literarum inſigne Gymnaſio, etiam *Eccleſiaſtico Collegio* perornaret, non, quemadmodum id cives Rotztochienſes interpretabantur, quaſi frenum aſſuetæ libertati injicere vellet, ſed ut DEI gloriam promoveret, & Academiæ ſalutem quæreret, quo eo melius ſe in ea Docentes poſſent ſuſtentare. Sed quamvis pium fuit Principis intentum, ſucceſſus tamen minus tranquillus, ut ſupra demonſtravimus. Dynaſtiam Stargardienſem anno 1471. recuperavit. Religionis fuit ſtudioſiſſimus, nam bis Romam cum multis proceribus adiit, & *Roztochii ad D. Jacobi Eccleſiam collegiatam* erexit. A. 1487. judæos in monte ſtellarum ob malitiam in conſecratam hoſtiam perpetratam vivos Vulcano obtulit & cremavit, inſontes vero e tota Megapolitana ditione cum uxoribus & liberis anno 1492. ejecit. Ridicula ſunt, quæ de illo recenſet Autor Chronicorum Slav. his verbis: A. 1482. Dux Magnapolenſis Magnus, neſcio quo ſpiritu ductus, uſurpavit officium barbi tonſorum, præſcindens multorum capillos; quod & ſui attentare cum exteris volentes, ſæpius ſauciati & aliquando occiſi ſunt; pacis fuit amantiſſimus, & non niſi injuria laceſſitus bella in Roztoch. movit. Affabilis, jucundus & perhumanus exſtitit. Duxit uxorem *Sophiam* Ducis Pomeraniæ ERICI filiam, ex qua plurimos ſuſcepit liberos. Obiit poſt facinora egregie multa anno Chriſti 1503. X. Calend. Decembr. tumulatus Doberani cujus ſepulchrum *Udalricus Ulſenius Friſius* ſequenti carmine illuſtravit:

Megapolenſis eram Dux magnus, nomine MAGNUS,
Cæſaribus gratus, Principibusque viris.
Pronus Apoſtolica Papæ bis cernor in aula,
Auſtriacus fovit Cæſar uterque meos.
Perpetuam dedit ille roſam, ſacra bractea regum
His mihi feudorum gratia bina fuit.
Ætherea patriam Solymæ peregrinus adivi,
Militiam Domini ſancta per arva petens.
Gaudebunt atavi titulis, tellure nepotes,
Proxima cura ſubit, relligionis honos.
Auximus iis fines, ſed ſtemmate junximus illis,
Noſtra reformatis ſtat pia turba choris.
Rotztochiumque ferox domui tibi dive Jacobe,
Sanguine cum proprio Canonicos ſtatuens.
Quod populi Verpos, Chriſti bona Sacramenta
Stellarum montis *ſecta tremenda ferit.*
Hei pietas dum magna paro, majora relinquo,
Injecere manus maxima facta mihi.
Nam dum ſæva lues toto graſſatur in orbe
Lichnica, cruſtoſis ulcera ſtigmatibus:
Nulla meos potuit virtus ſuperare dolores
Quin perii mortem nulla medela levat.
Ebeu magna cadunt, parvum eſt quodcunque videmq,
Jamque Ducis MAGNI *nomina ſola manent*
Pectoribus loquor hæc doctis, in docta rogabunt
Sit mea cum patribus mens bene grata DEO.

Cranzius in exſequiis ejus funebrem habuit Orationem, *Bocerus* tale illi dat elogium:

Si te Magne *canam, majori carmine Muſæ,*
Eſt opus, eſto leves in mea vota DEÆ.
Auſpice nam vobis hoc ingens gloria crevit,
Vernovius gelidas hic ubi vovit aquas,
Ejus & æternam virtus celeberrima famam,
Et ſera meruit poſteritate legi.
Ille Pater patriæ, nulli virtute ſecundus
Quos tulit aut gignet Teutonis ora Duces
Ardua Magnopolis quem laude ſub ætheræ tollit,
Illius & meritis facta ſuperba viget.
MAGNUS *avis, atavisque potens, quem Regia virtq*
Stemmate regali nomen habere probat
Primus hic a vero virtutum præmia fonte,
Æterna ſuperum de pietate tulit.
Atque locum, rutuli ſummus quo Rector Olympi
Emendaturus crimina noſtra ſtetit:
Impiger a patria ſociis comitantibus arce
Ille per immenſas puppe petebat aquas.
Dum rediit regni laceras ſuſcepit habenas,
Et male concuſſas reſtituebat opes.
Ejus nec vero ſemota modeſtia calle,
Invexit patrio priſtina jura ſolo.
Illius & fines titulis majoribus auxit,
Omnia, nec ficto nomine MAGNUS *erat.*
Judicioque potens, & longo doctior uſu,
Sæpius Imperii grande ſubibat onus.
Et Friderico *tibi dum magna negotia tractas.*
Auxilio præſto, conſilioque fuit.
Maximus *occiduis hunc Æmilianus in oris,*
Conſpicuum ſummo donat honore Ducem.
Dum ſimul imperii laceras defendit habenas,
Inque decus vigilat Teutona terra tuum.

Bis

Bis petit Æneadum juſtis rationibus urbem
Præſule de ſummo donaque ſumma tulit.
Solaque quæ gelidis Jerichuntis creſcit in agris
In patriam rediens pertulit ille roſam.
Huic nemo vixit patriis humanior oris,
Aut magis æterna relligionis amans.
Pronior inque piæ vernantia tempora pacis,
Æternum meruit, Marte ſilente, decus.
Atque laceſſitus nunquam niſi bella gerebat
Nullius ac autor ſeditionis erat.
Dira ſed infeſtis latronibus intulit arma,
Ejecitque ſuo tam fera monſtra ſolo.
Accola iWasnovii gelidis ſæviſſimis undis.
Huic quoque molitus triſtia bella fuit,
Hanc ubi vindicibus cinxit legionibus urbem,
Immiti Princeps vulnere læſus erat.
Poſt tamen edomitam vicit, pacemque coegit
Poſcere, & evicti reddere jura ſoli
Et varios plebis faſtus, triſtemque furorem.
Mox ſub victrices compulit ire manus.
Collegioque ſacros, doctis ſolatia Muſis.
Ingenti reditus dexteritate dedit.
Hic Jacobe tuo quo ſtructum nomine templum,
Atque ſtat in cultus ara dicata tuos.
Mons ubi ſtellarum fumoſis undique tectis,
Septus ab acclivi tendit in aſtra jugo.
Improba Judææ compeſcens crimina ſectæ,
Præciſos rapuit poena ſevera viros.
Illius thalami conſors, generoſa Sophia,
E Pomeraniaco ſtemmate nata fuit,
Æquavit priſcas etiam quæ foemina laudes
Laodamia tuas, Penelopeque tuas.
Utque Deum precibus magni coluere parentes.
Inque ſuos, meritis clarus uterque fuit.
Sic etiam magno ſoboles excrevit honore,
Imperii ſummos progenuitque Duces.
MAGNUS *& excelſos vidit de prole nepotes*
Qui vincunt meritis tempora noſtra ſuis,
Unus ab his nuper tranquilla morte quievit,
Æqualis nemo cui pietate fuit.
Hic Fridericus *erat, Germanæ gloria gentis,*
Virtutis Saxo floſque decusque tuæ.
Qui claros quamvis tulit Electoris honores.
Sors tamen invictum preſſit acerba virum.
Captus & ætherei defendens dogmata verbi,
Sex annos patria pulſus & orbe fuit.
ALtera apud Cattos, ſed adhuc ſub ſceptra guber-
Otia depreſſo Marte Philippus *agit.* (nans.
At bona poſteritas Magni *non facta ſilebit,*
Donec erit tellus, ſydera donec erunt.
Cujus erat virtus ſublimibus ardua rebus,
Cognita fortunæ, difficilisque labor.
Occubuit fatis, cano venerabilis ævo,
Corripit ut patrios improba peſtis agros.
Illum vicinæ, deflevit patria tellus,
Tum vere patriæ, quæ fuit orba patri.
Mille ſacerdotes, Regumque Ducumque catervæ,
Exequias cineri perſoluere pias.
Donec inexpletum terras circumfluet æquor.
Dux clarum nomen Magnus *in orbe feret.*

Johannes Simonius tale Epitaphium Magno ere-
Ingenio atque animo magnus, ſanctasq; ſaluto (xit:
Terras, inque uno ſtat mea cura Deo:
Rotztochii is loqvitur Luna, æternumque loquetur,
Stargardum ULRICI *morte mihi adjicitur.*

Relligio: ſtudium recti: clementia: ſanctus
In doctos ardor: gloria ſola mea eſt.

§. 4. Ampliatores excipiunt *Reſtauratores*, hi ſunt HENRICUS *pacificus*, modo laudati *Magni* filius, cum Filio *Magno*, Epiſcopo Suerinenſi, qui-bus decedentibus, ſucceſſere JOHANNES ALBERTUS & ULRICUS Fratres, *Alberti* Filii & *Magni* Nepotes, HENRICI *Craſſi* vero Pronepotes, Principes ſupra laudem poſiti, quorum memoria apud Academiam Rotztoch. non interibit, donec Academia Rotztoch. erit. HENRICUS *pacificus* natus Suerini 1479. 5. Nonar. Maji. Ducatum Megapolitanum cum Fratre ALBERTO feliciter primum gubernavit, multasque res domi & foris præclare geſſit. Deinde *ſolus blasphemos & idololatricos cultus Pontificiorum ex ditione ſua abrogavit, ac doctrinam piam & in ſacris literis fundatam introduxit, ordinemque Ceremoniarum piarum, & a fecibus papiſticis purgatarum libro certo comprehenſum edi, ac in Eccleſiis ſervari juſſit.* Cumque Academia Rotztoch. ad incitas eſſet redacta, ſic, ut in ea ferme neque docentes, neque diſcentes cernerentur, male id habuit ſummo Viro *Arnoldo Burenio*, tum Informatori Principis *Magni*. Hic illuſtrem diſcipulum *Magnum* impulit, ut inſtigaret Patrem *Henricum*, quo Academiæ curam ſuſciperet, atque agonizanti ſuccurreret, quod & fecit. Nam conſenſu Ducis HENRICI, cujus ſingularis in Deum erat pietas, cura ſcholarum ſollicita, ac pacis ſtudium indefeſſum, *Burenius* Aula deſcendit in Academ. Rotztochienſem, ac primum privatas aperuit ſcholas, ſuaque diligentia alios tum docentes, tum diſcentes allexit, ut ſupra *Capit. 4.* demonſtravimus & HENRICUS Dux tum Theologos, tum JCtos, tum Medicos hinc & inde in Academiam ſuam oblato honeſto Stipendio accerſivit. Cum autem ætas HENRICI ad Senium vergeret, & ob obitum Illuſtriſſ. Filii *Magni*, Principis eruditiſſimi, vires corporis indies deficerent, ac mortem anno Regiminis 50. ætatis 73. anno vero Chriſti 1552. accelerarent, ceptam telam HENRICI ejus ex Fratre ALBERTO Nepotes JOHANNES ALBERTUS & ULRICUS pertexere, atque per Deputatos cum Senatu Rotztoch. egere, ut libertatem Acad. Rotztoch. *partim vi partim aſtu* ereptam reſtituerent; quantum vero laboris hoc opus Principibus creavit, ſupra *cap. 4.* indicavimus, quo benevolum Lectorem remittimus.

Reſtauratores Duces Megapolitani Henricus Pacificus.

Magnus.

Natus vero JOHANNES ALBERTUS Anno 1525. 22. Sept. & Patri *Alberto* in gubernatione ſucceſſit, atque cum Dn. Patruo *Henrico* Clavum Reipubl. tenuit. Decedente Patruo *Henrico*, ſolus Ducatum per aliquot annos regere intendit, verum ſe oppoſuit Frater ULRICUS, & quæ contentio inter Fratres nitio ſat gravis videbatur, mox amice & placide ſopita, atque ita inter Fratres Principes convenit, ut *Johannes Albertus* Aulæ ſedem *Suerinum*, *Ulricus* vero *Guſtrovium* occuparet. Adoleſcens in literis bene enutritus, in quibus tantos progreſſus fecit, ut ſumma cum laude in Academia Francofordiana ad Viadrum, ſupremum Academiæ Magiſtratum geſſerit. In teſtimonium ſuæ erga Muſas beneficentiæ, in aula ſua *Tilemannum Stellam* mathematicum inſignem

Johannes Albertus.

aluit, & Suerini ludum illustrem aperuit, accitis viris doctis è Misnia, eique præfecit *Marcum Dabercusium*, gnarum utriusque linguæ, solertem interpretem veterum, industrium Formatorem & stili & morum pueritiæ. Et quod fecisse CAROLUM *Magnum* accepimus, cum Lutetiæ aliquando in mores atque studia juventutis inquireret, ubi eam regiam vocem edidit: *se non minus humillimum ornaturum, quam nobilissimum, præstantem sapientia*: id æmulatus JOHANNES ALBERTUS, descendit in illum, fortunatis plerisque spretum atque invisum locum, & in quisivit in profectus discentium, nec quemquam indonatum dimisit, de quo spem integritatis & doctrinæ conciperet. Quanta cum cura Academiam Rotztoch. collapsam restaurarit, jam diximus; eam restauratam interdum invisit, atque calcar ad diligentiam tum docentibus tum discentibus addidit. Cum Fratre ULRICO *Ecclesiasticum & Provinciale judicia* instauravit in illo Ecclesiis & causis matrimonialibus, in hoc vero tanquam in instructo Arcopago, justitiæ, utpote nervo & fulcro Reipubl. consulens. Cum Rotztochiensibus ob contumaciam una cum DN. Fratre ULRICO grave bellum gessit, quod tamen dissidium interceßione Cæsareæ Maj. & quorundam Principum sic dissolutum, ut Rotztochiensibus pristina libertas sit restituta, atque ira Principum in summam clementiam versa. Literarum & Literatorum fuit amantissimus, quorum amicitiam ambiit atque exambiit, ac a Literatis in magno pretio habitus, quippe modo *Philippus* ille *Melanchthon*, Germaniæ communis Præceptor, modo *Joachimus Camerarius* vir gravissimus, & Germanorum longe doctissimus, modo *Georgius Fabricius*, cujus polita doctrina extra Germaniam celebrata, modo *Johannes Sturmius*, vir eloquentissimus, modo *Johannes Caselius*, Literatorum Phænix literis hunc Principem salutarunt, ac cum illo locuti sunt. Nec solum Germani, verum etiam Itali hujus Ducis *Johannis Alberti* doctrinam & sapientiam admirati. Nam maximi eum fecit vindex latinarum literarum *Paulus Manutius* Romæ, antiquitatis solertissimus indagator *Carolus Sigonius* Bononiæ, veteribus Philosophis annumerandus nobilis Etruscus, *Petrus Victorius* Florentiæ. Sed quorsum dilabimur, non nostri instituti est integram historiam hujus laudatissimi Principis conficere, vix enim volumine comprehenderetur, sufficit virtutes ejus tetigisse. Anno 1558. 5. Calend. Mart. cum ANNA SOPHIA ALBERTI Ducis Borussiæ Filia Wismariæ præsente socero aliisque Principibus, & Regum Daniæ & Poloniæ Legatis, nuptias celebravit, ex qua conjuge suscepit tres filios, *Albertum*, qui infans obiit, *Johannem & Sigismundum Augustum*, a quo JOHANNE jam *florens Illustrissima Familia Megapolitana* descendit. Decessit Princeps inclytus, pius, prudens, doctus, post multa egregia ac præclara facinora anno 1570. pridie nonarum Febr. Humatus Suerini. Jussu ULRICI Fratris laudavit illum in funere, *Johannes Caselius*. ULRICUS natus anno 1527. 10. Calend. Maji. Decedente Patruo HENRICO, una cum Fratre JOHANNE ALBERTO Ducatui Megapolitano præfuit, ac summa cum laude gubernavit. Laudes enim JOHANNIS ALBERTI Fratris, ULRICO ut plurimum etiam competunt. Nam cum Dn. JOH. ALBERTO Fratre *Acad. Rotztoch. restauravit, ac judicium Ecclesiasticum & Provinciale constituit*: In eo tamen inferior Fratre, quod licet literas dedicerat ULRICUS, non tamen tantos in illos progressus fecerit, ac Frater *Johann. Albertus*, pietate vero & justitia, si non major Fratre, tamen nulla parte minor. Mortuo Fratre *Johanne Alberto*, cum Dn. Fratris Filii minorennes essent, solus rempubl. administravit tanta cum laude, ut merito *Princeps Pius, Pacificus, Prudens, Munificus, ac Pater patriæ* salutari posset. *Ordinationem Ecclesiasticam*, quam cum Dn. Fratre publicarat, revidendum curavit. Academiam Rotztoch. quam cum Dn. Fratre restaurarat ac dotarat, visitavit, ac ut *Episcopus Suerinenses*, emendanda in ea correxit. Quam sancte Deum coluerit, vel inde constat, quod *Templum Cathedrale Gustrovinum*, ante complures annos ferme desertum & horrei horridi instar, curribus tantum reponendis, aliisque impedimentis destinatum, ipsius summa cura & munificentia probe sit expolitum, & cum aliis monumentis, tum *Illustrissimorum Ducum Megapolensium Genealogia* arte facta decoratum. Præterea Articulos Fidei ex devotione consignavit, qui postmodum editi sub titulo *Haubtstück Christlicher Lehre*. Hujus prudentiæ, justitiæ ac pietati tribuendum, quod DEus ipsum ad summos Principum honores evexerit, quippe ab Imperatore & Statibus Imperii, *Circuli inferioris Saxoniæ Archichiliarcha* constitutus, quam dignitatem summa cum laude gessit. Deinde ex pietate & prudentia ULRICI promanavit, quod ipse una cum AUGUSTO Electore Saxoniæ & GULIELMO Landgravio Hassiæ, a Rege Daniæ *Friderico secundo* Arbiter honorarius constitutus ad componendam veterem controversiam, quæ Daniæ Regibus cum Holsatiæ Comitibus & Ducibus, jam tum ab annis 476. & amplus fuit, & ad FRIDERICUM II. *De jure Regni in Ducatum Slesvicensem* propagata. Ejus igitur & Electoris & Landgravii ope post varias consultationes res eo deducta, ut *Johann & Adolphus* Duces Holsatiæ & Slesvick, Othoniæ in frequentibus comitiis anno 1580. 3. Maji accepta solenni feudorum ritu, Ducatus Slesvicensis investitura, *sponsponderint, se atque suos Successores Duces Slesvicenses in fide* FRIDERICI *& successorum Daniæ Regum constantes mansuros*. Tum ipsius pietati imputandum, quod Deus ipsi vitam longævam, diuturnam gubernationem, ac Generum Regem, & Nepotes Regis largitus sit, siquidem ex conjuge sua *Elisabetha* FRIDERICI I. Regis Daniæ Filia unicam filiam suscepit, quæ Regi Daniæ, FRIDERICO II. Conjugio sociata ac multorum liberorum Mater facta. Obiit anno 1603. 14. Mart. magnum sui desiderium post se relinquens. Humatus Gustrovii. Laudavit illum in funere, jussu Fratris CAROLI *David Lobechius*; Habuit concionem funebrem noster Proavus *Lucas Bacmeisterus* Senior, qui sequentia quoque simul in MSCto annotavit. *Anno 1603. cum die 14. Martii pie placideque obiisset Illustrissimus Princeps Megapolensis Dux* ULRICUS

Et Ulricus.

senex

senex *76. annorum, Gustrovii, cum Gubernationi præfuisset annis 49. verus Ecclesiarum & Scholarum Nutricius, illique in Gubernatione totius ditionis successisset Frater Dux* CAROLUS, *postquam defunctus Princeps 14. Aprilis Pompa insigni & tali Principe digna Gustrovii sepultus esset; Senatus Rotztochiensis ad testificationem publici luctus & reverentiæ erga sublatum morte optimum Principem, initio probibuit organicibus, ne pulsarent in Templis organa. Interdixit etiam, ne publici processus nuptiales ad templa haberentur, neve mulieres aut virgines ornamentis aureis vel argenteis consuetis uterentur aliquamdiu, ad declarandum publicum luctum, donec Senatus aliud decrevisset. Significatum id fuit publice ex cathedris Templorum Parochialium 20. Martii.* Hæc *Bacmeisterus.* Ex quo, quam carus ULRICUS Senatui Urbis Rotztochii,& totæ civitati imo universæ provinciæ Megapolensi fuerit, satis superque apparet. HENRICO *Pacifico* tale elogium erexit *Janus Bocerus.*

Utilior Princeps Henricus ad ocia pacis
Quam vera Vesani Martis ad arma fuit:
Attamen, ut Patrios defendere cogitur agros,
Audaci gessit bella secunda manu.
Agmina collatis stravit Luconia signis,
Vertit & in tristes tecta, domosque rogos.
Dum Parchentinis & prælia miscuit agris,
Agricolæ versas ingemuere casas
Strenuus & primæ miles sub flore juventæ,
Dives tuo fuerat Carole *notus avo.*
Mox ubi claudebant violentum vincula Janum,
Et viguit Patrio falciger orbe Deus.
Pacifer *hic dictus, Patrias feliciter Urbes,*
Ac usus magna dexteritate, regit.
Quicquid & armorum longo conciderat usu,
Erigit & solito rursus honore novat.
Et claris Patrias ornavit moribus urbes
Ejecitque suo dogmata falsa solo.
Dumque supervacuas non suevit perdere sumptus
Ampla, satis censu divite, regna tulit,
Nec cultu nimium nitida vel veste superba
Ejus frugalis, aula decensque fuit.
Ursula *Marchiadum præstans huic sanguine con-*
Dotibus innumeris prædita, nupta fuit. (jux,
Inclyta quæ cunctas superavit fœmina laudes
Et soror eximio præsule digna fuit.
Præsule cui celebres tribuit Germania laudes,
Publica dum mollis commoda pacis agit;
Quem Mogus dudum crudeli funere raptum,
Ingemuit mœstis obstupefactus aquis.
Occubuit cano præstans HENRICUS *in ævo,*
Deflet adhuc illum patria terra Ducem.

Arnoldus Burenius laudavit hunc HENRICUM, ut & *David Chytræus.* Huic etiam HENRICO *Johannes Albertus* in Templo Suerinensi sequens Epitaphium erexit:

DEO OPT. MAX.

Optimo Principi HENRICO *Magni* Filio, Duci Megapol. veræ religinis, sanctæ justitiæ & diuturnæ pacis custodi, *Johann Albertus,* Dux Megapol. Patruo suo charissimo ac bene merito, memoriæ posuit.

V. A. LXXIII. D. 5.
obiit Suer. VIII. Id. Febr. Anno MD. LII.

Henrico *prognatus avo* Magnoque *parente,*
Hic situs HENRICUS *condita membra tegit*
Qui bonitate sua, & meritis linguaque senili,
Nestor erat patriæ duxque paterque suæ.
Nestore quin melior pietate, & pacis amore,
Nunc ergo æternæ gaudia pacis habet.

Johannem Albertum laudavit non solum in funere ut diximus, *Johannes Caselius,* verum idem *Caselius* anno 1605. ad Illustriss. Principes Dn. *Adolphum Fridericum* & Dn. *Johannem Albertum,* Duces Megapolit. *Johannis* Filios, *Johannis Alberti* Nepotes, Laudationem pleniorem misit. Præterea *Nathan Chytræus* nomine Academiæ Rotztoch. memoriæ *Johann Alberti* Ducis Megapolitani lachrymas effusit, qui idem *Nathan Chytræus* sequens Epitaphium *Johann. Alberto* erexit:

Nulli animis, nulli ingenio, nulli arte secundus,
Justitia multis & pietate prior,
Mente gravis, vultu facilis, dextraque benignus
Munifica, veri plenus amore Dei,
Musarum columen, Legum defensor & æqui,
Et commune sua pro bonitate bonum,
Hic situs est Dux Johannes Albertus, *amavit*
Quem veluti carum Vandala terra patrem.
Qui ludis, templisque fuit profugisque patronus,
Vivere qui longo tempore dignus erat:
Multo aliis citius tumulis infertur avitis,
Ne potuit decimam claudere olympiadem.
Disce hinc quam rapido Regum quoque gloria cursu
Effluat, & vitæ spem melioris habe.

Janus Bocerus, Poëta elegantissimus, qui suos *tres libros de Origine & rebus gestis Ducum Megapolensium* huic Duci *Johanni Alberto* inscripsit, in fine operis sui *Johannem Albertum* vocat *studiorum Mecænatem optimum,* & postquam descripserat acta juvenilis ætatis sic pergit:

Ac ego vaticinor, nec abominor esse futurum,
Sentiat hunc verum patria terra patrem.
Jam quoque qui Patriam tanta virtute gubernat,
Innumeri quanta non potuere Duces.
Nec divina sui moderatio pectoris, ullas
Virtutis partes, justitiæve fugit.
Sublimes animos, & celsa sub æthera tollit,
Sortis & instabiles despicit ille vices.
Et recte patriis (livor licet audiat) oris
Consulit, & lætæ tempora pacis amat.
Et colit Aonides, colit & Permessidos amnes,
Sic licet antiquis Regibus ortus avis.
Hoc magis ingenuo Musarum doctior usu,
E Ducibus nostro tempore, nemo fuit.
Aut ita qui superum sacros provexit honores,
Aut ita qui studiis incubuisse velit.
Clarus ab Hetruscis Mecænas Regibus ortus,
Non tantum studiis contulit ipse piis.
Testantur Musæ, testatur patria tellus,
Clarior invectæ nuper honore Scholæ,
Cincta paludosis qua splendens eminet undis,
Arxque Suerinæas celsa tuetur opes.
Vernoviusque senex, ejus non facta silebit,
Dum patrios leni murmure stringet agros.
Ipse quod Aonias crebro cantare sorores
Cernit, & in ripis ludere sæpe suis.
Illius hoc virtus & gloria præstitit ingens,
Ille tulit doctis ocia grata viris.

Illi

Illi quæ memores referent & nomina Musæ,
Quod si nostra taceat, secla futura canent.
Forsan & adveniens olim sincerior ætas
Dicet; Hic æternum vivere, dignus erat &c.
Joham. Simonis sic Ducem *Johannem Albertum* loquentem introducit:
Ille ego, sum pullus qui dictus Martis & Artis,
Et genus atque orbem dotibus orno meis
Sub me Religio Schola, Templa, Academia vitæ
Redduntur: Phœbus me Duce lætus ovat.
Inclytus Uldricus *me frater consilio & re*
Adjuvat, ingenio consilioque potens.
Suerini in Templo sequens de *Johanne Alberto* legitur Epitaphium.

MEMORIÆ JOH. ALBERTI DUCIS. Megapol. Principis litterati,& litteratorum Fautoris.

Inclyta Johannes Albertus *gloria secli*
Conditur hic, præstans Dux, Patriæque Pater.
Non fuit hoc melior Princeps nec doctior ævo:
Nec patriis terris qui bona plura dedit.
Illustrem Verbi lucem, qua sidera adimus,
Primus hic in tota gente vigere jubet.
Idola evertit Latii pius impia Papæ,
Complexus certo dogmata recta Libro.
Fortia & arma capit sociis cum Saxone & Hesso,
Per quæ libertas, paxque, salusque redit.
Christo cum Musis hic primus in urbe Rosarum
Instaurat, patriæ cor, oculumque Scholam.
His etiam è terris fugiens Astræa retenta,
Anno dat quovis publica jura quater.
Rite suas dirimi causas Ecclesia gaudet,
Inspiciuntque sacros pectora fida greges.
Clemens, munificus, verax, bonus, integer, æquus,
Sobrius ac vere religiosus erat.
Regibus & summis tota meritisque fideque
Carus in Europa, Principibusque viris.
Ante Dei faciem nunc fulget sideris instar,
Sicut in his terris fulsit imago Dei.
Grata cui tribuat meritas Ecclesia laudes,
Verus & illustri luce vigebit honos.

Optimo Principi *D. Johanni Alberto*, *Alberti* Filio, Duci Megapol. veræ Relig. & doctæ Humanit. studiosiss. *Johannes* Dux Megapol. Flius Parenti chariss. lacrumis memoriæ posuit.

Ulricum laudavit in funere ut supra innuimus, *David Lobechius*, ac præterea laudes hujus Principis *Ulrici* in Academia Tubingensi enarravit *Samuel Banfovius* Rotztoch. J. U. D. & supremi Dicasterii Tubingensis in Würtembergia Adsessor. Imo Academia Rotztoch. huic suo Duci & nutritio benignissimo, ut *anniversariæ parentationes* haberentur, per *viginti annos* instituit. Soepius laudatus *Bocerus* de hoc *Uldarico* sic canit:

Acer Udalricus *patriis Antistes in oris,*
Eximet & nullo te pia Musa die.
Tantus amor patriæ, laudumque probanda cupido,
Æternæ verax, justitiæque fides.
Clara tuis major se virtus exerit annis,
Indicat & generis stemmata celsa tui.
Ipsaque vis animi pulchro cum corpore certat,
Ac ingens juveni spirat ab ore decus.
Lætaque vernantis sequeris tum tempora pacis,
Dum timet hostiles patria terra globos.
Attamen admonitum (melius licet omnia noris)
Inclyte te Princeps nostra Thalia cupit.
Inspice quam tristi lacrimans plebs Musica vultu,
Pressa jacet tanti Præsulis ante pedes.
Si Consanguinei laudes imitabere Magni
Auxilio surget protinus illa tuo,
Sique quid exemplis incumbis, respice Fratrem,
Quo non majus habet patria terra decus.
Haud aliter, Præsul, veræ tibi gaudia vitæ,
Æternumque dies nomen in orbe dabit.

Johann. Simonius sic *Udalricum* loquentem præsentat:

Me Rex Dano Avum: Rex Scotus, Saxo; & Anglo
Guelphus & Holsatus Prosocerum indigetant.
Jura, Scholas, vidi florere & relligionem:
Me Cæsar magni fecit & imperium.
Gloria summa! sed hæc mea maxuma gloria Christum
Quod colui; in vera quod moriorque fide.

Johannes Posselius junior in *Parentatione anniversaria* huic Duci *Uldarico* facta, ejus progeniem sic effert:

Cimbricus hoc Rex gaudet Avo, & Dux Uldaricus
(*) *Magnanimus, nostræ firma columna Scholæ:*
Hunc & Rex Anglus, Saxo hunc septemvir, eundem
Prosocerum Holsato, Dux quoque Guelpho habet.

§. 5. Qui vero Restauratores, iidem & *Dotatores* Academiæ Rotztoch. videl. JOHANNES ALBERTUS & ULRICUS excepto HENRICO, qui prius obiit, quam res Academiæ a Principibus cum Senatu Rotztoch. compositæ. Cum enim *Senatus Rotztoch. Academiam non tantum libertate, sed & annuis redditibus*, ut supra indicavimus, *privarat*, JOH. ALBERTO & ULRICO Fratribus, Ducibus Megapolitanis unica cura solicitudoque fuit, ut Academiæ & pristinam libertatem, & reditus annuos restituerint. Itaque nihil prius nihil antiquius habuere, quam ut Academia pristinam libertatem & reditus annuos adipisceretur. Cumque Senatus Rotztoch. singulis annis Academiæ *800. florenos Rhenenses* tribuisset, quibus postmodum Academiam privavit, ursere Principes, ut Senatus Academiæ 800. florenos restitueret. Verum cum inopiam summam ærarii objiceret Senatus, tandem eo res redacta, ut Senatus *singulis annis Academiæ 500. florenos Rhenenses solvere in se receperit*, Principes vero JOH. ALBERTUS & ULRICUS Fratres Academiæ legarunt *3500. florenos annuorum redituum ex Monasteriorum prædiis*, quæ tempore Papatus Monachi occuparunt. *Cum* enim *multorum Collegiorum & Monasteriorum opes injuste possessi & devorati a fucis, ignavis & indoctis & hostibus Evangelii, æquum erat, ut à gubernatoribus ad conservationem studiorum doctrinæ, ad danda stipendia docentibus in Scholis, & ad præbendum mediocrem victum pauperibus scholasticis transferrentur.* Hanc suam dotationem laudatissimi Principes Syngrapha confirmarunt, subscriptione manuum suarum & Statuum pro se & posteris suis, itemque appensione sigillorum. Nec solum curam habuere docentium in Academia, verum & discentium, inprimis pauperum studiosorum, atque in ea *mensam communem*, ut vocant, erexere, ad cujus sustentationem singulis annis circa festum Michaelis ex Præfectura Cygnensi

Dotatores Acad. Rotztoch. Johannes Albertus & Ulricus.

(*) Per *Uldaricum* intelligit *Uldaricum*, Hæredem Norwegiæ, Episcopum Suerinensem & Cancellarium Acad. Rotztoch.

Cygnenſi legavit *Johann. Albertus* tres coros ſiliginis, *drey Laſt Rocken & tres coros Bynes*, ULRICUS itidem legavit ex *Præfectura Dobberanenſi tres coros ſiliginis, & tres coros bynes ſive hordei*, quod frumentum adhuc hodie ut plurimum præbetur.

Conſervatores Academ. Rotztoch. I. Carolus.

§. 6. Sed pergendum nobis ad *conſervatores Academiæ Rotztoch.* hi ſunt cæteri Duces Megapolitani una cum Senatu Rotztoch. Duces Conſervatores Acad. Rotztoch. Primo eſt CAROLUS, Succeſſor Fratris ULRICI, quem modo noſtra laudavit oratio. Hic natus in itinere, cum ipſius Mater ANNA, JOACHIMI I. Elector. Brandeburg. Filia, Grabovio Neoſtadium proficiſceretur anno 1540. profeſto Michaelis. Cum fratre *Chriſtophoro* ad pietatem virtutes ac liberales artes à Præceptore *Wolffgango Leopoldo* fideliter informatus. In adoleſcentia vixit in Aula Electoris Brandeburgici, ac intimam familiaritatem cum JOACHIMO FRIDERICO March. Brandeburg. (qui poſtmodum Archiepiſcopus Hallenſis conſtitutus,) coluit. Anno 1572. in Belgium profectus Hennegaviæ ad Bergas contra immane illud crudelitatis Hiſpanicæ portentum, Ducem *Albanum* militans, *Wilhelmi* Principis Uraniæ caſtra ſecutus eſt. Anno 1575. ope Fratris *Chriſtophori* Coadjutor Epiſcopatus Ratzeburg. vocatus, & cum ex militia in patriam reverſus, præfecturas Mirovianam & Brodenſem nactus eſt, in quibus adminiſtrandis, ita, ut Principem decet bonum, ſeſe geſſit. Epiſcopatum Ratzeburg. morte *Chriſtophori* Germani, Ducis Megapolitani vacuum, anno 1592. adiit. Tandem decedente Fratre UDALRICO in gubernatione Ducatus Megapolenſis illi anno 1603. ſucceſſit, cui ſaltem ſeptem annos magna cum laude præfuit, ac Academiam Rotztoch. ſumma cura fovit. *Princeps pius, religioſus, & in audiendo verbo DEI ſedulus, admiranda naturæ bonitate præditus, inſigni clementia præclare excellens, injuriarum patientiſſimus, proventuum & ſumptuum Ducalium annuorum calculator ſagaciſſimus. Fiſcum poſt omnia ponens, & ab exactionibus publicis pauperum animum & voluntatem alieniſſimam poſſidens. Simplicitatis antiquæ retentisſimus, pacis ſtudioſiſſimus, pompis cum oſtentatione conjunctis infenſisſimus*, moriturus velut *Cyrus* apud *Xenophontem* corpus ſuum in aureo vel argenteo, vel quo ſimili vaſe aſſervari vetuit, ſed ſolo linteo indutum, in ligneum capulum recondi juſſit. Diem clauſit Guſtrovii anno 1610. 22. Julii, ibidemque humatus quieſcit. In funere hujus Principis Concionem habuit *Lucas Bacmeiſterus* junior, *Bocerus* ſic de *Carolo* ſcribit:

Tu quoque qui Polabis modo flores Præſul in oris,
Creſce tuæ gentis, Carole *creſce decus.*
Jamque vigens felix ſemper tua tranſeat ætas,
Fortuna nullas impediente vias.
Et claras dotes, & pulcri corporis artus,
Ornes ingenii nobilitate tui.
Cumque tuis Proavis, magnum ſuper æthera notus,
Extollas ſtirpis ſplendida facta tuæ.
Sic tibi præ reliquis, quem ſors conceſſit honorem,
Illæſus cunctos flet, vigeatque dies.

Johannes Simonius CAROLUM ſic loquentem introducit:

Relligio: Pietas: Leges: Pax: Templa: Lycea:
Mores ingenii; moenia: rus & agri
A Fratre ULRICO *mihi ſalva relicta ſuere,*
Omnia divino munere, Jova, tuo.
O tantis fratem qui donis, Chriſte, beaſti,
Imperio augeſcant fac bona tanta meo.

Hunc CAROLUM ſequuntur ADOLPHUS FRIDERICUS & JOHANN ALBERTUS Fratres *Johannis* Filii, ac JOHAN. ALBERTI, cujus ſuperius facta mentio, Nepotes. Hi, ut literati Principes, qui olim in Academia Lipſienſi ſub Palladis ſigno militarunt, in eam curam incubuere, ut *privilegia & Dos Academiæ* ſarta tecta conſervarentur. Natus vero ADOLPHUS FRIDERICUS Suerini 1588. ad diem 5. id. Decemb. Patre orbatus infans, una cum *Johanne Alberto*, & ſorore *Anna Sophia*, in Patrui *Sigismundi Auguſti*, & Patrui magni, UDALRICI, Ducum Megapolenſium tutelam & curam tranſiit, qui tutorio nomine, ditionem à patre relictam, dum fata permiſere, adminiſtrarunt. His defunctis, *Carolus*, *Udalrici* Germanus, jure agnationis, curam in ſe ſuſcepit, quam usque dum laudabiliter geſſit, donec ea & morte tutoris, & pubertate Pupilli exſpiravit. *Adolphus* hic *Fridericus*, ingenti flagrans amore literarum, brevi tantum in iis profecit, ut eruditione alios ſuæ ætatis, ſi non ſuperaret, certe tamen æquipararet. Anno ætatis ſexto & decimo, una cum fratre *Johanne Alberto* in Academiam Lipſienſem ablegatus eſt, adhibitis viris, pietate, nobilitate generis, & eruditionis laude maxime conſpicuis, *Joachimo a Baſſewitzen*, Aulæ præfecto, & *Hiobo Magdeburgio*, morum & ſtudiorum gubernatore. Haud ita diu hic ſubſiſtens, publico ac ſolenni ritu Faſces Academiæ ipſi ſunt traditi, quos non ſine ſplendore ſummo ſuſcepit & eximia laude aliquandiu geſſit. Hinc ad Academiam Argentoratenſem cum Fratre profectus eſt: Deinde optimam Germaniæ aliquam & Galliæ partem perluſtrans, & præcipuas urbes, & celeberrimas civitates viſitans, in Patriam ad matrem Illuſtriſſimam reverſus eſt. Anno 1611. Menſe Julio, præſtito ante biennium a Rotztochienſibus homagio, inter Fratres indictus eſt conventus, in quo de totali provinciæ Megapolenſis diviſione actum eſt. Sorte vero quam ruſticus in Villa Varenholzenſi, præfecturæ Cygnenſis diſpertivit, obvenit *Adolpho Friderico ditio Suerinenſis*, *Johanni autem Alberto Guſtrovienſis*. Anno 1617. Diſſenſiones inter Illuſtriſſimos Fratres coortæ, interpoſitione Provincialium & Procerum hujus Ducatus fraternæ ſunt ſopitæ. Anno 1622. Matrimoniali vinculo ſibi aſſociavit *Annam Mariam*, ENNONIS Comitis Friſiæ filiam, quæ octo liberorum illum fecit parentem, quatuor filiorum totidemque filiarum. Hac ex hac vita demigrante, ad ſecunda vota tranſiit, ac matrimoniale foedus iniit cum *Maria Catharina* JULII ERNESTI Ducis Lüneburg. Filia, quæ illum etiam multa prole exhilaravit. Multas adverſitates hic optimus Princeps ſuſtinuit, nam una cum fratre *Johanne Alberto* ac univerſa Megapolenſi familia cauſa plane inaudita,

Adolphus Fridericus.

dita, e Ducatu hæreditario pulsus est, ac Ditio ejus & subditi donati sunt *Alberto* Duci Fridlandensi, sed ope & auxilio potentissimi Regis Sueciæ GUSTAVI ADOLPHI pulsis e Megapoli Cæsareanis, in avitum, patriumque solum restitutus, factum id anno 1631. Mense Julio. Ab eo tempore usque ad extremum vitæ halitum in pace patrium Ducatum rexit. *Insigni pietate erga Deum, ejusque verbum purum ac sincerum, eximio amore ac clementia in subditos, & singulari prudentia cæterisque virtutibus heroicis Principe dignis ornatus fuit.* Tandem vitæ satur obiit 1658. cum ingenti subditorum suorum moerore & desiderio. Hujus Frater JOHNNES ALBERTUS natus 1590. defuncto patruo Magno *Carolo* cum Germano *Adolpho Friderico* gubernationem Ducatus Megapolensis simul suscepit, provincia ante sorte, quæ ipsi *ditionem Gustroviensem* attribuit, dispartita. In Juventute tam a Matre Illustrissima quam ab iis, qui curam ejus agerent, *in vera & ortodoxa religione institutus, postea instinctu quorundam nobilium, quorum fere omnium exitus fuit tragicus & lamentabilis, ab ea secessionem fecit, & ad illam, quam communi sermone* REFORMATAM *vocamus, transiit, subditis tamen veræ doctrinæ ac religionis liberum relinquens exercitium.* Domo & Regione avita a Cæsare incognita causa pulsus, subsidio Regis Sueciæ GUSTAVI ADOLPHI eam recuperavit. Rotztochium a Cæsareanis probe munitum, commeatu, præsidio, aliisque rebus bello necessariis firmatum, conjunctis viribus cum auxiliaribus Suecicis obsedit, inque deditionem redegit. Wismariam deinde aggressus post aliquot hebdomadum obsidionem, eam quoque cepit & expugnavit. Recuperato itaque Ducatu cumque Cæsare in gratiam pristinam redacto, militiæ valedixit atque ut regionem & subditos a totali interitu liberaret, curam eorum egit paternam. Anno millesimo sexcentesimo octavo cum Matre Illustrissima vidua in Sueciam trajecit, ibidemque *Margaretam Elisabetham,* CHRISTOPHORI Ducis Megapolitani filiam unicam orbam, matrimoniali vinculo associavit sibi, Stockholmiæ nuptiis celebratis sat magnificis. Maritus eodem anno e Suecia rediens, Gustrovium sedem Ducum Magapolensium occupavit. Defuncto post *Carolo* Avi Germano qui Provinciam Megapolensem tutorio nomine administrarat, Ducatu inter Illustrissimos Fratres sorte partito, ipse *Johannes Albertus* uti jam diximus Gubernationem Dioeceseos Gustroviensis suscepit. *Margareta* vero *Elisabeta* parentem ipsum fecit quatuor liberorum; qua conjuge defuncta, ad secunda vota transiens, *Elisabetam,* MAURITII, Hassiæ Landgravii Filiam in uxorem duxit, quæ autem sterilis fuit. Hac ex hac miseriarum valle emigrante, tertiam vitæ sociam sibi elegit, videl. *Eleonoram Mariam,* CHRISTIANI Ducis Ascaniorum Filiam, quæ ipsum quinque liberis exhilaravit. *Fuit Princeps inclytus, prudens, fortis & dum vitam ageret, Pater patriæ verus,* non sine anxio ac summo suorum atque cunctorum subditorum desiderio, planctu ac dolore anno 1636. mundo valedixit, relicto Filio unico GUSTAVO ADOLPHO, ac duabus Filiabus. His duobus Illustribus Fratribus cum adhuc juvenes Principes essent, olim sic accinuit *Johann. Simonius:*

Salvete illustres animæ par nobile Fratrum
Salvete, o JANI *magna propago patris!*
Omnis in ambobus patriæ stat cura salusque,
Pro vobis fiunt nocte dieque preces.
Sic vos in laudesque DEI, patriæque salutem
Crescite! Sic vigeat pax, Themis & Pietas.

Hos excepit CHRISTIANUS LUDOVICUS ac GUSTAVUS ADOLPHUS. CHRISTIANUS LUDOVICUS *Adolphi Friderici,* quem modo nostra laudavit oratio, filius primogenitus, vitæ hujus usuram nactus anno 1623. Ab illustrissimis Parentibus in vera Dei agnitione, virtutibus Principe dignis ac liberalibus artibus per viros nobiles ac eruditos in pueritia ac adolescentia bene enutritus, & quidem in literis tantum profecit ut merito docti & literati Principis laudem consecutus, quare & literatos fovit, ac Academiam Rotztochiensem magno in pretio habuit. Inprimis Matheſi delectatus, ac sæpius, cum in vicinia Urbis Rotztochii, videl. Doberani, hæreret, & modo hunc, modo illum Professorem ad se accersendum curaret, ex illis quæsivit: num studiosi juvenes etiam Matheſin excolerent? Respondentibus Professoribus, non adeo illis arridere Matheſin, dixit: *Juventutem ignorare, quanta in Matheſi lateat sapientia.* Ad clavum Reipubl. sedere cæpit post obitum Parentis *Adolphi Friderici* anno 1658. & magna cum laude ditionem gubernavit, *nulli gravis, omnibus suavis, justitiamque virtutum principem commendatissimam sibi habuit; in religione* vero *inconstans exstitit, & licet in orthodoxa religione probe imbutus, tamen Pontificiam amplexus,* quod factum anno 1663. occasione Conjugii. Cum enim *Christiano Ludovico* non belle cum illustriss. conjuge sua conveniret, nec cum ea posset iniri in gratiam, & perpetuæ inter Conjuges essent rixæ, meditatus est divortium. Quod cum à *Consistorio* impetrare non valeret, Pontificis Romani opem imploravit, & ea invocata, ut solet injustissimus ille Judex, à vinculo conjugii dissolutus, & ut aliam uxorem sibi eligeret, potestatem nactus. Tum in Galliam abiit Anno 1663. ibi vitæ sociam quæsivit ac invenit, unde postea maximum vitæ tempus in Gallia degit, interdum tantum patriam regionem lustrans, atque quomodo se res patriæ haberent, investigans, &, si quæ injuste facta, acriter puniens, juste facta remunerans. In eo etiam minime laudandus, quod Dn. Parentem, (qui Eum nimis duriter ac severius, ut putabat, educaverat) propterea terræ mandare haud concesserit, *propter quod simul & ob inæquissimam prioris Conjugis dimissionem,* (quod omnes Reges ac Principes bene notent, qui Prostibulas magis, quam castissimas suas ac sæpissime pulcherrimas conjuges amant, quasi vero Rustico Lex VI. Decalogi à DEO esset præscripta: Scortatores namque & Adulteri, sive Principes sint, sive Rustici, sive quicunque alii; si non in hac vita, tamen eo certius & gravius in altera vita DEUM exactissimum ac severissimum habebunt Judicem) *DEUM justum habuit vindicem, semper*

Johannes Albertus II.

Christianus Ludovicus.

ſemper enim poſtea per vitam omnem Patriæ terræ exul, inque propria ſua Ditione qv. inſtabilis ac profugus fuit, ut ne quidem etiam per noctem in Ducali ſua ſede ſubſiſtere potuerit. Licet autem hic Princeps à religione defecerit, in religione tamen nihil mutavit, ſed ſubditis ſuis facultatem exercendi religionem orthodoxam conceſſit, & quod mirandum, cum in patria verſaretur ditione, ſubinde conciones noſtratium in publico cætu auſcultavit, & verbi divini Miniſtros ad prandium vel cœnam vocavit, ac cum illis ſuaviter ſermones de variis rebus, inprimis ſacris & Eccleſiaſticis ceſſit, imo anquiſivit de bonis Eccleſiaſticis& reditibus, num imminuerentur vel augerentur, & acciperent olim adjudicata. In pueritia ſua Epiſcopus Suerinenſis deſignatus, quam *Epiſcopalem dignitatem* poſtea cuidam viro Nobili & inſigni eruditione prædito, *Caſparo von Heerſtraten* Antwerpiæ degenti ex ſingulari gratia & vel ideo etiam quia Epiſcopus apud Pontificios non poteſt eſſe uxoratus, ceſſit, de qua re pluribus in ſequenti capite agemus. Obiit in Brabantia anno 1692. ac in Ditionem ſuam deductus ſimul cum Patre ſepultus eſt, magnum ſui deſiderium Succeſſori autem *ſeptem Auri tomas* (ut ferunt) poſt ſe relinquens. Sequitur GUSTAVUS ADOLPHUS *Johannis Alberti*, cujus laudes modo depinximus, Filius. Is in hanc lucem ingreſſus anno 1633. 26. Febr. Parente infans orbatus, ſub tutela legitima patrui, Illuſtriſſimi Dn. *Adolphi Friderici*, qui tutorio nomine ditionem Guſtrovienſem adminiſtrabat, vitam pupillarem egit, atque ipſius ductu & cura in pietate, religione ſincera, virtutibus Principem maxime ornantibus, ac literis per viros nobilitate inſignes & eruditione conſpicuos in juventute una cum Filiis Illuſtriſſimis *Adolphi Friderici* fideliter imbutus, ut non ſolum in literis & linguis verſatiſſimus, ſed & Theologica ſcientia, quam per totam vitam ſancte coluit, ut ex *Profeſſo Theologus jure ſalutari poſſet*, quod de illo ipſius concionatores Aulici ſæpe prædicarunt. In infantia ſc. anno 1636. 17. Octob: decedente AUGUSTO Luneburgenſium Duce, unanimi Capitularium conſenſu atque ſuffragio, *Epiſcopus Ratzeburgenſis* poſtulatus, atque ſolenniter proclamatus eſt. *Hunc Epiſcopatum per inſtrumentum pacis Oſnabrugenſis amiſit*, ipſiusque Patruo *Adolpho Friderico* donatus, quod ſummæ rationis & æquitatis fuit, ut propter abalienatam *civitatem portumque Wiſmarienſem*, quem hactenus *Adolphus Fridericus* poſſederat, & conveniens ſatisfactio offerretur & præſtaretur. Ad compenſandam vero amiſſionem *Epiſcopatus Ratzeburg. Duci Guſtrovienſi Guſtavo Adolpho* per inſtrumentum pacis Oſnabrug. *duo beneficia Eccleſiaſtica*, ſive *canonicatus*, ſi tales Magdeburgi & Halberſtadii vacare contingeret, promiſſi. Præterea *familiæ Megapolitanæ pro certa portione reditus ex prætenſis duobus Eccleſiæ Argentoratenſis Canonicatibus obventuri addicebantur. Et ne quid valori ſatisfactionis deeſſet, duæ præfecturæ ſacræ, id eſt, commendæ Hieroſolymitani ordinis Equitum D. Johannis, eæque in Ducatu Megapolitano ſitæ, aſſignabantur. Ita ut altera earum* MIROW *Sueri-*

nenſi, altera NEMEROW *Guſtrovienſi in perpetuum attributa eſſet maneretque.* Quam vero excellens literarum amator, atque inſignis literatorum Fautor exſtiterit, vel inde conſtat, quod cum in juventute in Academia Argentoratenſi ſtudiorum gratia commoraretur, tanto amore flagrarit erga magni nominis Theologum *Johannem Georgium Dorſcheum*, ut multis perſuaſionibus ac pollicitationibus hunc virum Argentorato Rotztochium ad *Profeſſionem Theologiæ* ſecum abduxerit, ac poſtmodum liberaliter admodum cum Dn. Patruo Illuſtriſſimo aluerit. Quam propenſiſſimo fuerit affectu erga B. vere *Auguſtum Varenium*, *Michaelem* illum *Siricium*, & adhuc viventem, utinam diu! *Johannem Fechtium*, at quantum virum! quantisque beneficiis hos mactarit, non enarrare valemus, & riget penna deſcribere. Unicum adhuc notamus: Interdum ad hos viros literas exaravit, illis varios & graves caſus reſolvendos propoſuit, quid, quod ſemel Auditor *Fechtii* in auditorio Rotztochii diſputantis exſtitit. Brevi: *Pius, religioſus, auditor verbi divini ſedulus, & obſervator Sabbathi rigoroſiſſimus, ut graviter animadverterit in eos, qui Sabbathum profanarent. Malevolos ſeveris poenis coercuit, probos beneficiis affecit, orphanorum & Viduarum defenſor, & verus Pater patriæ exſtitit.* Conjugem elegit anno 1655. *Magdalenam Sybillam, Friderici* Ducis Holſatiæ filiam, quæ multa prole illum beavit. Magnum vulnus accepit ex obitu unice relicti Filii *Caroli*, futuri ſui Succeſſoris, quod ſanavit DEUS nuptiis filiæ LOYSÆ, quæ Sereniſſ. ac Potentiſſimo FRIDERICO IV. Daniæ & Norwegiæ Regi conjugio ſociata. Obiit fide plenus anno 1695 cum ingenti ſubditorum luctu & deſiderio, ſcripſit Librum cujus titulus: *Geiſtliche Reim-Gedichte, deren hundert Heroiſche und hundert Geſænge, nebſt einem Anhange von allerhand Teutſch und Lateiniſchen geiſtlichen Betrachtungen, Guſt. 1699.* Huc ſuccedit hodie FRIDERICUS WILHELMUS, FRIDERICI, Principis pii, formoſi, multisque virtutibus exornati filius, ac *Adolphi Friderici* Nepos, qui auram vitalem hauſit 1675. & *ut pater prudens Princeps*, belle callens, quanti interſit reipubl. habere Magiſtratum in pietate & artibus bene excultum; ſic prima ipſius & præcipua cura fuit, quam diu vitam ageret, ut hic Filius ſuus, qui aliquando ad Clavum Reipubl. ſeſſurus ſit, omnibus artibus, inprimis *pietate*, bene imbueretur. Itaque Filium nobilibus & doctis viris expoliendum tradidit. Poſt placidum Parentis ex hac vita diſceſſum *Fridericus Wilhelmus* Matris Illuſtriſſ. cura porro in virtutibus quæ Principem maxime commendant, excultus, nec multo poſt, juſſu Patrui *Chriſtiani Ludovici* Suerinum vocatus, cui in regimine anno 1692. Succeſſor datus, ac jam ditionem ſuam gubernat, juſtitiam exercet, literatos amore proſequitur, atque Academiæ Rotztoch. curam gerit. Is, *per quem Principes regnant, & potentes decernunt juſtitiam*, det, ut diu hic Princeps perennet! Is, cujus eſt conſilium & æquitas, cujus eſt prudentia & fortitudo, exornet hunc Principem *Davidis pietate, Salomonis ſapientia, Joſophati Juſtitia, Hiskiæ*

Fridericus Wilhelmus.

Proverb. 8.

ac Josiæ zelo, quo sub Ejus regimine in Megapoli Rerumpubl. Ecclesiarum & Scholarum, inprimis universalis Scholæ Rotztoch. cujus *Cancellarius* est, salus majus incrementum sumat, & subditi quietam ac pacatam vitam traducere possint. Is, qui vocavit *Moysen*, ut esset Dux Populi sui, qui primitus ordinavit Magistratum, ac ubique constituit, protegat sub umbra alarum hujus *Friderici Wilhelmi* Fratres Illustriss. ac ejus Dn. Patruum Ducem ADOLPHUM FRIDERICUM, Principem & pietate & justitia & frugalitate maxime conspicuum, qui & B. Dn. Patruelis atque Soceri *Gustavi Adolphi* imo B. Dn. Parentis *Adolphi Friderici* virtutibus quam proxime accedit, easque strenue æmulatur, cum sobole sua illustrissima, adeoque totam illustrissimam Familiam Megapolitanam, arceat ab ea omne malum, ac conservet eam, quo floreat usque ad interitum mundi & semper quis sedeat ex hoc stemmate, qui clavum Reipubl. teneat, faxit hoc Rex Regum & Dominus Dominantium. Jam tandem deflectit se oratio nostra ad *Cancellarios Academ. Rotztochienses*, ac Librum hunc I. claudet.

CAPUT XIII.

De Cancellariatu & Cancellariis Acad. Rotztoch.

SUMMARIA.

§. 1. Cancellarii qui olim & unde dicti?
§. 2. Cancellarii Academiæ eorumque officium.
§. 3. Cancellarius Academ. Rotztochiensis quis?
§. 4. Circa Cancellariatum Academiæ varia notanda.
§. 5. Academiæ Cancellarius I.
§. 6. - - - II.
§. 7. - - - III.
§. 8. - - - IV.
§. 9. - - - V.
§. 10. - - - VI.
§. 11. - - - VII.
§. 12. - - - VIII.
§. 13. - - - IX.
§. 14. - - - X.
§. 15. - - - XI.
§. 16. - - - XII.
§. 17. - - - XIII.
§. 18. - - - XIV.
§. 19. - - - XV. & XVI.
§. 20. - - - XVII.

Cancellarii qui olim & unde dicti?

§. 1. Cancellarii alii in aulis, sunt Principum & Regum: Alii Academiarum. Non hic quæstionem illam nunc meam facio, an *cancellarii* nomen olim unquam fuerit in usu, siquidem prolixe hac de re jam olim disputarunt magna Eruditorum Lumina *Casaubonus* & *Salmasius ad Vopisc. Carinum c. 16. pag. 986.* Edition. Schrevelian. de An. 1661. Lugd. Batav. in 8. impressæ, nec non de *Cancellariis & Archicancellariis* ex professo egere *Bernhardus a Mallinkrot*, *Franciscus Duschesne*, & *Franciscus Lanovius*. Conf. & *Kirchneri Morviller*, *s. de Officio & Dignit. Cancell. Lib. 1. c. 4. n. 58. seqq.* Sufficiat autem nunc demonstrare, *illorum* munus hodie esse sublimius & majus, quam *olim apud Romanos*. Fuerunt enim isti *Scribæ Principum*, *qui eorum opera in conficiendis, examinandis vel subscribendis diplomatibus usi sunt*. Audiamus quid *D. Matth. Stephani* dicat: *Cancellarium interpretatus est scribam sive Notarium* ACCURSIUS, *qui preces supplicesque libellos, omniaque scripta, quibus Princeps subscribere nolebat, cancellarii cancellabant, i. e. ductis cancellatim lineis vitiabant, & inducebant fortasse ex Notariorum numero.* Atqui hi omnes (à septis in Tribunalibus, quibus arcebantur turbæ, *cancellis* dicti, imo cum fores veterum omnes cancellatæ fuerint, ex lignis reticulatim compositis textæ, qui ad eos cancellos stabant ostiarii, *Cancellarii* dicebantur, ut velarii, ad vela stantes, quibus fores obtendebantur, custodiarii, scriniarii, arcarii &c.) admissione & aditus ad Principem vel Judices curabant, responsa eorum exsequebantur, & totius secreti curam gerebant. Nam & expediendis Judicum iussis, Edictis & Epistolis dictandis, signandisque, relationibus formandis, & responsis portandis operam dabant, & sic iidem plane cum Secretariis erant, vid. cel. Dn. *Strauchius Dissertat. Exotic. II. §. 8. p. 53.* Jam vero *Cancellarii* si non proximi a Rege & Principe, tamen in magna dignitate sunt constituti, *a latere Principis sunt, ad secretiora consilia adhibentur, & judicio præsunt, ac jus dicunt.* Sic enim quidam magni nominis Cancellarius ad Dominum suum scribit:

Complures ego jam tecum, illustrissime Princeps,
Ut tua me voluit bonitas & prona voluntas,
Vixi annos, præstoque fui sceptris ferendis
Consiliisque tuis.

D. Jacobus Bordingius in Epithalamio ad Ducem Megapolens. sem UDALRICUM *ad secundas nuptias transeuntem.*

§. 2. *Academiarum Cancellarii* olim, ut & adhuc quarundam vetustissimarum Academiarum, qualis nostra Rotztochiensis, *sunt Episcopi. Academiæ enim Germaniæ Episcopatibus sunt incorporatæ*, inde placuit providæ Antiquitati, ut Episcopi in Academiis suæ dioecesi insitis, vel in vicinis, essent Cancellarii. Belle admodum hac de re *D. Matth. Stephani: Non solum*, inquit, *pro exercenda seculari jurisdictione constituuntur Cancellarii in Aulis Principum, sed & Cancellarii quoque in aliquibus Ecclesiis Collegiatis, maxime in urbe ubi est Academia, cujus dicitur Cancellarius. Est vero Cancellarii Academici officium, non solum jurisdictionem per viam appellationis in Academiam exercere, eam protegere & defendere ab injuria, si ei quæ inferatur, cum ille pro custodienda legis actione & jurisdictione supremus Magistratus litterarum constitutus sit, sed etiam dignitatum titulos in eos, qui palmam studiorum meruerunt, puta Doctoratus, Licentiatus & Magisterii, per deputatos, si ab illo petantur, conferre.*

Lib. III. de Jurisdiction. Part. II. De Academ. Cap. XIV. N. 3.

Cancellarii Acad. officium.

§. 3. Talis Cancellarius Academiæ Rotztoch. & quidem *perpetuus est Episcopus Suerinensis*, sic enim *Martinus V.* in Bulla Fundationis Academiæ Rotztoch. *Singuli vero qui cursu feliciter consummato in ea facultate qua hujusmodi inbæsere studio, bravium obtinere meruerint, sibique etiam pro aliorum rudimento docendi licentiam ac Doctoratus sive Magisterii honorem petierint, sit. elargiri per ipsorum imbi Doctores sive Magistros* EPISCOPO SUERINENSI, QUEM CANCELLARIUM STUDII IN OPPIDO HUIUSMODI ESSE PERPETUO VOLUMUS, CONSTITUIMUS PARITER ET ORDINAMUS *præsententur &c.* Et in subsequentibus: *Illi tamen ex membris & servitoribus prædictis, qui, quod absit, in furto &*

Episcopus Suerinensis est perpetuus Acad. Rotztochiensis Cancellarius.

Cancellarius Academiæ Rotztochiensis.

Cancellarii Romanorum.

& homicidio aut aliquo crimine capitali & ignominioso deprehensi fuerint, si clericali debere reperiantur privilegio confoveri, EPISCOPI SUERINENSIS *pro tempore existentis hujusmodi cohercitionibus & judiciis subjaceant.* Ex quibus vel puer cognoscere potest, *Episcopum Suerinensem*, ut diximus, *non solum perpetuum esse Cancellarium Acad. Rotztoch. sed & dare licentiam creandi Doctores, Licentiatos & Magistros, atque habere jus in Academiam Rotztoch. ad quem appellat Academia, quamque protegere & defendere ab injuria illata cogitur*, quod præter Bullam varii casus passim in superioribus annotati confirmant. Rationem autem, unde forte arduum illud plenumque invidia *Cancellarii Munus Episcopis*, in quorum Dioecesibus Academiæ sitæ erant, aliisque e majorum Gentium Clericis, qui præ aliis judicabantur idonei, a Pontificibus olim fuerit commissum, probabilem quandam nec contemnendam etiam reddit Cl. *Itterus de Gradibus Academicis, Cap. V. §. 6. p. 121.*

Notanda circa Cancellar. Acad. Rotztoch.

§. 4. Imprimis vero *circa Cancellarium Acad. Rotztochien. notandum:* I. *Quod Episcopus Suerinensis Academ. Rotztoch. etiam quatenus in se est, instituerit, fundarit & erexerit*, docente *Cranzio lib. II. Saxon. c. 3.* II. *Quod Duces Mecklenburgici Episcopo Suerinensi cautionem præstiterint, quod Academiam sufficientibus reditibus beare vellent*, uti demonstrat *Ern. Cothmannus resp. Acad. 33.* III. *Quod Episcopus Suerinensis Facultatem Teolog. in Academ. Rotztoch. fundarit, instituerit & erexerit*, docente *Cothmanno resp. 1. n. 4.* cum enim anno 1432. Mense Febr. Facultas Theologiæ esset introducenda, Duces Megapolitani *Henricus & Johannes* cum Episcopo Suerinensi *Hermanno* studium & Facultatem Theologiæ Autore *Eugenio* Pontifice, *soli* instituerunt & erexerunt. IV. *Quod Episcopi Suerinenses Academiæ Rotztoch. jurisdictionem, privilegia, indulta, beneficia, libertates & immunitates contulerint*, ut *Warnerus* Episcopus Suerinensis anno 1457. 1468. A. 1471. itemque *Conradus* anno 1493. &1494. V. *Quod Episcopus Suerinensis Academiæ Rotztochiensi suum sacellum quod habuit Rotztochii donarit, ut vice Auditorii usurparet. Sic Collegium Philosophicum olim Sacellum fuit Episcopi Suerinensis.* VI. *Quod Prælati in Megapoli* (qui omnes tunc temporis Episcopo Suerinensi fuere subjecti, & præscio isto, ejusque consensu & mandato omnia fecere) *insigne quid ad Dotem Academiæ contulere.* VII. *Quod Episcopus Suerinensis ordinarius Magistratus & Judex sit Academiæ Rotztochiensis.* VIII. *Quod appellationes ad Episcopum Suerinensem jure devolvantur.* IX. *Quod Episcopo Suerinensi competat Academiam tueri contra omnem illatam injuriam.* X. *Quod soli Episcopo Suerinensi competat reformare Acad. Rotztoch. & visitare.* XI. *Quod Episcopum Suerinensem deceat inquirere in reditus Acad. Rotztoch. an etiam decrementum sumant.* XII. Notandum, *quod* ACAD. ROTZTOCH. *tam à Principum quam Senatus Jurisdictione plane exepta,* AC NEMINI PRÆTER EPISCOPO SUERINENSI SUBJECTA, *nec solum tempore Papatus in Bulla erectionis, sed etiam tempore mutatæ religionis secundum pacem Religionis, & concessum Principum & Senatus Rotztoch. & Transactiones*, quod & demonstrat ULRICUS Hæres Norwegiæ &c. Episcopus Suerinensis *in Epistola quadam ad Rectorem & Concilium Academ. Rotztoch. 23. Julii 1621.* Denique circa Cancellariatum notandum, *quod*, cum *per Pacem Osnabrügensem* Episcopatus Suerinensis dignitatem Principis Ecclesiastici jure seculi mutarit, atque *hodie* Dux Mecklenburg. Suerinensis Episcopatum Suerinensem, ut Patrimonium possideat, etiam *Princeps Suerinensis omnia jura Episcopatus Suerinensis adeoque Cancellariatum Academiæ Rotztochiensis solus habeat.* Sed age, videamus, qui nam Cancellarii Academiæ Rotztochiensis exstiterint.

§. 5. *Primus Cancellarius Academiæ Rotztoch.* à MARTINO V. Pontifice Romano constitutus est HENRICUS cognomine *Wangelin*, tum Episcopus Suerinensis. Hic ob rerum prudentiam & vitæ integritatem XXII. Episcopus Suerinensis in Vandalia constitutus fuit, eo tempore, cum *concilium universale Constantiæ* celebraretur, cumque sub ejus administratione Principes Megapolenses à *Martino V.* Pontifice Rotztochii Academiam impetrarent, atque eam multis Privilegiis exornarent, *Henricus* Cancellarius designatus; ut itaque officio satisfaceret, is pro sua diligentia omnia disposuit, Professores conduxit, atque nihil, quod ad ejus Academiæ honorem pertinebat, prætermittit. Hinc factum, ut ipse ob literarum studia iis in locis feliciter promota, magnam apud posteritatem virtutis autoritatem nactus sit, testante *Alberto Crantzio in Metropoli* ac *Henr. Bantaleone part. 2. Prosopograph.* Præfuit Episcopatui annis X. *Cancellarius I.*

§. 6. *Wangelinum* in Episcopatu Suerinensi, atque adeo Cancellariatum Academ. Rotztoch. excepit HERMANNUS COPPE, qui multis virtutibus insignis fuit, hinc ad Episcopatum evectus, quem magno animo suscepit, & summa cum laude diu administravit. Cum enim Ecclesiæ prædia Antecessorum fastu jamdudum essent abalienata, ipse eadem magna solertia redemit, ac Episcopatum plurimum illustravit. Eo tempore diuturnum bellum erat inter *Ericum* Danorum Regem, atque Duces Slevicenses & Holsatiæ comites: Similiter inter WILHELMUM Ducem & Bremensem Archi-Episcopum. Verum *Hermannus* in ea difficultate suam ditionem pacifice administravit, atque sua prudentia inter dissidentes pacem componere laboravit. Acad. Rotztoch. quoque magnam curam gessit, cumque ea *Facultate Theologica* egeret, illam indultu EUGENII Pontificis Rotztochii instituit, ut supra innuimus. Hinc factum, ut apud omnes in magna autoritate exstiterit, ut testatur *Crantzius in Metrop. Lib. II. c. 33.* ac *Pantaleon* loc. cit. *Cancellarius II.*

§. 7. *Hermannum Coppe* in Episcopatu Suerinensi secutus NICOLAUS BÖTKER, vir insignis, præfuitque annis tredecim summa cum laude, tum ambiens quietem, renunciavit, Episcopatum, & concessit in urbem Lubicam, ibique *Cancellarius III.*

privatus vixit aliquot annis, & requievit in Domino, in eadem Ecclesia tumulatus, teste iterum Lib. II. c 43. *Crantzio in Metropoli.*

Cancellarius IV.

§. 8. Suerinensem Ecclesiam, festinans ad quietem cum dimitteret *Nicolaus*, præficitur illi D. *Gottfridus* de LANGE Luneburgensis, sed brevis fuit ipsius Episcopatus, vix enim anno expleto concessit in fata 1441. ut refert *Crantzius*.

In Metrop. l. II. c. 51.

Cancellarius V.

§. 9. Post brevem *Gotfridi* Pontificatum, successit Episcopus WERNERUS WOLMERS, Hamburgensis, ejus Ecclesiæ Canonicus, vir præstans, industrius, ac in Romana curia diu versatus. Hic magna cum laude præfuit Ecclesiæ suæ, multa exstruens in arcibus Ecclesiæ. Parsimoniæ fuit studiosissimus, nullis enim magnis impendiis Ecclesiam gravavit, providus in omni opere, & ubique modestiam servavit. Academiæ quoque Rotztoch. singularis Fautor fuit, ejusque privilegia, ut supra diximus, renovavit.

Crantzius in Metropoli l. 12. c. 5.

Cancellarius VI.

§. 10. *Wernero* surrogatus illustris Dominus BALTHASAR, Dux Magnopolensis. Hic *Balthasar* fuit *Henrici*, cognomine *pinguis* filius, *Johannis* fundatoris Acad. Rotztoch. Nepos. In juventute literis operam dedit, ac studiorum gratia in Acad. Rotztoch. commoratus, ubi & tribus vicibus videl. 1467. 1470. & 1473. Rectorem Academiæ egit, deinde *Suerini Episcopus* electus, ac ad Hildesiensem Ecclesiam quoque vocatus. Cumque Hildesiensi Præsulatu turpiter esset privatus, injuriam armis ultus est. Sed cum finem belli non prospiceret, arma deposuit, Palæstinam petiit, & in patriam rediens, *Margaritam* ERICI II. Pomeraniæ Ducis filiam, postquam etiam Suerinensem Episcopatum resignasset, sibi matrimonio junxit. Habuit fratrem MAGNUM Fundatorem Templi Cathedralis Rotztochii ad D. Jacobum, quo cum conjunctissime vixit. Et quia *Balthasar* paucis contentus, & studio venandi deditus erat, *Magno* Fratri Reipubl. gu-
1507. bernationem sponte cessit. Mortuus angina teste *Nicolao Marscalco* sine liberis, ac Doberani tumulatus. *Joban. Bocerus lib. 3. de origine & rebus gestis Ducum Megapolensium* tale ipsi dat Elogium:

Hic sacer Antistes vernantibus incipit annis
Otia Pieridum castraque docta sequi.
Fata negant, duris dum fervet Patria bellis,
Invitus rapidi Martis ad arma venit.
Asseruitque tuas bello Dux inclyte Partes,
Cum tibi Rotztochium Magne *rebelle fuit.*
Gignit ubi largas Urbs Hildesbemia messes,
Electus, pacto foedere, præsul erat.
Hoc tamen (indignum) doluit privatus honore,
Fortior ac illud Præsul ovile tulit.
Nec mora, se duris ulciscens fortiter armis,
Marte triennali Saxona rura premit.
Dumque suos Proavos omni virtute sequendos
Marte, toga, meritis, religione, putat.
Impiger ad Solymas etiam proficiscitur urbes,
Auratus celeri puppe revectus eques
Nec piger effreno sua duxit tempora luxu,
Sæpeque venari maximus ardor erat.
Italis & tellus, Romam dum tendit in urbem,
Mansueti cernens ora modesta senis
Sit quicunque refert, clara virtute verendus,
Ortus & à magnis ille videtur avis.
Auginæ vitio patriis correptus in agris,
Cum summo gemitu tristitiaque cadit.
Illius at nullo virtus casura sub ævo,
Nominis & merita laude manebit honos.

Cancellarius VII.

§. 11. Postquam Suerinensem Ecclesiam dimisit Dux *Balthasar*, excepit eam gubernandam Nicolaus PENTZE ex ministerialibus terræ natus, electus à Capitulo, vir grandævus, & regendis Monasteriis in illum diem exercitatus, vocatus ad hoc ministerium Ecclesiæ, jam ære aliquanto gravatum alieno, quod nummatus, bene & locuples crederetur. Sed non is erat apud virum, qui putabatur thesaurus; unde Ecclesiam gubernavit triennio tranquille, neque diminuens, neque augens illius proventus. *Crantzius l. c. cap. 16.* Moritur 1482. post initium Maji, claudicans quidem, sed multa prudentia in temporalibus refulgens. Fuit enim de sanguine militari. *Autor Chronic. Slavicorum.*

Cancellarius VIII.

§. 12. Suerinensem Ecclesiam brevi *Nicolai* Pontificatu viduatam, regendam accepit CONRADUS LOSTEN. Wismaria & patritia familia ortus, Patre *Petro Lostio*, Patritio Wismariensi, & *Margareta*, Filia *Conradi Pegelii*, natus, studio bonarum literarum & Legum Consilio Patrui *Nicolai*, Canonici Lubicensis & Suerinensis opulenti à prima ætate adhibitus, & *J. U. D.* creatus, sub *Balthasare*, Duce Megapolitano & *Nicolao Pentz* Episcopis, *Tribseensem* in Pomerania *Archidiaconatum* administravit. Inde 1482. *Episcopus Suerini* electus & consecratus, vir bene nummatus, annis multis gravatus; Cum non diu crederetur superfuturus, præfuit in annum vigesimum, nam Anno 1503. obiit. Fuit *Magno* Duci Megapolitano σύγχοινος & familiaris, cum quo, ut supra diximus, bona quidem intentione, ad majus *incrementum Academiæ*, ad D. Jacobum Rotztochii erexit *Collegium Canonicum*, sed infelici cum successu, cum Senatus & cives Rotztochienses insidias libertati suæ, prætextu Religionis, à Principibus strui existimarent. Consulatur de hoc negotio *Crantzius in Metrop. lib. 12. c. 18. & Vandal. lib. 14. cap. 8.* & sequ. conf. *Petri Lindebergii Chron. Rostoch. lib. 3. c. 12. Et David Chytræi Saxon. lib. 3.* Quantopere & hic *Conradus* pro *libertate, & jurisdictione & immunitate Academiæ* decertarit, jam diximus, nec repetemus, ne acta agamus. Mortuus est in Domino pridie natalis Christi 1503.

Cancellarius IX.

§. 13. *Lostium* excepit JOHANNES THUEN, ex familia Equestri Megapolitana, in finibus Pomeraniæ, non procul à Ribnicio prædia habente, ortus, die 25. Augusti 1504. electus Collegarum suffragiis superato æmulo & competitore *Reimaro Han* Archidiacono Warnensi. Hic propter integritatem, virtutem & fidem Principibus Magnopolensibus *Balthasari* & hujus ex fratre Nepoti *Henrico* semper fuit commendatissimus. In conciliis & cætibus, quos Principes agebant, frequens: Multa per illum Principes memorati egerunt; *singularis zelator Reformationum in monasteriis virorum ac mulierum, præprimis laboravit, ut suum Clerum ad continentiam redigeret*, verum duos solummodo annos Ecclesiæ illi præsedit. Videatur *Crantzius* in *Append. Metrop.* ac *Chytræus lib. 4. Saxon.*

§. 14.

§. 14. E vita migrante *Johanne Thuen* in locum ejus, cum ſesquiannum jam ſedes vacaſſet, electus inſignis vir PETRUS WOLECOVIUS non Sundii, ut *Chytræus in Chron. Saxon. lib. 5. pag. 396.* exiſtimat, ſed Colbergæ natus, venit ſtudiorum cauſa Rotztochium 1474. Rectore M. *Petro Bentz* J. D. Philoſophiæ ita operam navavit, ut *gradu Magiſterii* ſumma cum laude (forte & Rotztochii) fuerit ornatus. Poſtea Theologiæ ſtudio magna cum ſedulitate operam dedit, tantosque in illo fecit profectus, ut Romam profectus, diu ibi in curia vixerit, ac *literarum Apoſtolicarum Scriptor & Abbreviator* fuerit. Magna quoque ſua virtute & induſtria Romæ perfecit, ut multorum officiorum eſſet gubernator. Non parvo inde ære annuo dives. Magnas in ſua Provincia & multas tenuit dignitates, nec amiſit ſuſcepto Pontificatu. Epiſcopatum electus aſſumere non dubitavit ne videretur Eccleſiam commodi ſui gratia contempſiſſe; ſed fertur inde fluctuaſſe, ſi abſens, quam præſens, illi fructum inferre poſſet majorem. Fecit quod omnes faciundum putavere: Adeſſe maluit Eccleſiæ. Venit honeſto comitatu, dignanter a Principibus excipitur. Apud Eccleſiam manens, multorum Magnatum & Prælatorum Romæ per literas dirigit negotia, exactiſſime ſciens & tenens, ſtylum Romanæ Curiæ in expeditionibus cauſarum, ſcribit *Crantzius in Append. Metropol.* Cæterum ob fidem & induſtriam dilectus ac gratus, imo familiaris fuit JULIO II. Pontifici, uti ipſe Papa in literis ad eum datis, teſtatur, ſimulque in illis indulgentias porrigentibus Eccleſiæ Suerinenſis fabricæ manus adjutrices pollicetur. *Chytræus* l. c. addit *Wolcovium* ingenio, induſtria & rerum Romanarum uſu ſinguiari præditum fuiſſe, quare & magna apud Principes & cæteros, ob virtutem, prudentiam, fidem, in rebus agendis dexteritatem, ac felicitatem gratia & autoritate floruerit. Sed hic ſummus vir tantum per octennium Eccleſiæ præfuit.

Cancellarius X.

§. 15. Decedente *Wolcovio* MAGNUS, Illuſtriſſ. Principis Megapolitani HENRICI *Pacifici* Filius, natus Stargardiæ, anno 1509. 4. Calend. Julii, puer ſeptem annorum poſtulatus eſt *Epiſcopus Suerinenſis*, ſed propter minorennitatem Parens *Henricus* adminiſtrationem Epiſcopatus ad annum *Magni* XXIII. in ſe recepit. Majorennis factus, MAGNUS, ipſe adminiſtrationem Epiſcopatus aggreſſus. Fuit Princeps vere Magnus, ſupra laudem poſitus ac egregie doctus, nam latinam & græcam linguam exacte calluit, uſus in juventute Præceptoribus *Conrado Pegelio* & *Arnoldo Burenio*, poſtmodum Profeſſoribus Academ. Rotztoch. qui poſterior & laudes Epiſcopi *Magni* in Funere ejus enarravit. Hic *Magnus* circiter centum Epiſtolas in adoleſcentia ad Ducem & quondam Formatorem ſtudiorum ſuorum *Conradum Pegelium* latino calamo exaravit, & ſummo amore Academ. Rotztoch. amplexus cumque ſuo tempore ferme collapſa eſſet, in id totus fuit, ut priſtinum vigorem adipiſceretur; quare Illuſtriſſ. Parentem HENRICUM inſtigavit, ut una ſecum Reſtaurationem Academiæ ſuſciperet, de qua ſuperius dictum. Pietate, Doctrina & religionis ſtudio multo fuit ſuperior JOHANNE illo *Theologo*, qui decimo loco in familia eum anteceſſit, & Pariſiis *inſignibus Doctorum Theologiæ* ornatus eſſe ſcribitur. Illuſtriſſimos ſuos Parentes ſummo amore & honore proſecutus eſt, nam Filio mortuo, Dn. Parens non ſine ſummo animi dolore conqueſtus eſt: *Se amiſiſſe Filium, a quo nulla re unquam eſſet offenſus.* Juſtitiam clementia temperatam mirifice adminiſtravit. Duxit uxorem ELISABETHAM, FRIDERICI I. Daniæ Regis, & *Sophiæ* Pomeranicæ Filiam, cum ageret annum ætatis XXXV. nuptiis Chilonii celebratis. Conjugium hoc pacatum & tranquillum, ſed ſterile fuit, & infæcundum atque in ſeptimum tantummodo annum productum, tum morte diſſolutum, videl. anno 1550. X. Calend. Febr. ac Doberani tumulatus eſt. *Johannes Bocerus lib. 3. de origine & rebus geſtis Ducum Megapolenſium* vocat hunc *Principem ſui ævi doctiſſimum* & tale ipſi dat elogium:

Dav. Chytræo in Saxonia lib. II.

Addite Theſpiades feralí munere buſto,
Aonias violas, Aoniasque roſas.
Hic ſacer Antiſtes, veſtri decus ordinis ultam,
Et recubat patrii gloria prima ſoli.
Vos primum gelida coluit Dux iſte ſub arcto,
Ingenioque gravi contulit omne decus.
Vos unus meritis, & magna vexit honore,
Spes ingens, veſtri præſidiumque Chori.
Ergo nec immemores, venturis demite ſeclis,
Laudibus & tantum ferte ſub aſtra Ducem.
Inclyta cui virtus, nullis delebile ſeclis,
Et pietas toto nomen in orbe tulit.
Ille ſuo major ſuccrevit tempore Præſul,
Deditus ingenuis artibus ille fuit.
Sic unquam nemo ſtudiis addictus honeſtis,
Pieria tantum cæpit ab arce decus.
Quicquid habet Sophiæ cultis Gens Itala libris,
Calluit illuſtris, Græcia quicquid habet.
Nec rudis æthereæ Princeps fuit iſte Matheſis,
Et cæli varias noverat ille plagas.
Et vigili cauſas ſcrutatus mente latentes,
Naturæ prægnans, inſpiciebat opus.
Civiles etiam tractavit idoneus artes,
Et fuit ingenio judicioque potens.
Quin etiam potuit Latio ſermone diſertus,
Imperii ſummos ſæpe movere Duces.
Illius, ah, frater ceu pulcros corporis artus,
Munere naturæ nil renuentis habet.
Sic utinam vivax ſolerti mente vigeret,
Flecteret & ſenſus recta Minerva rudes.
At quæ ſors dedit, feliciter exigat annos,
Nempe manent magnos & ſua fata Duces.
In Patria Magnus *dum primis concidit annis,*
Incuſans triplices flevit Apollo DEAS,
Et charis, & doctæ flentes exangue ſorores,
Funus Acydaliis involuere roſis.
Pegaſcique ſacros addebant fontis odores,
Livori rabiem denegat ille liquor.

De hoc *Magno* ſequens quoque Doberani in Templo conſpicitur Epitaphium.

IN MEMORIAM SEMPITERNAM INCLYTO HEROI, DOCTISSIMO, OPTIMOQVE PRINCIPI ET DOMINO DN. MAGNO, DUCI MEGAPOLENSI, HENRICI FILIO, ET SVERINENSI EPISCOPO, QVI ANNO DOMINI M. D. L. Calend. Febr. Butzovii pie obdormivit.

EPITA-

EPITAPHIUM.

Doctrina proavis, nulli virtute secundus,
Et Megales poleos Dux tumulo hoc tegitur.
Nomine MAGNUS *erat, re major at ille futurus,*
Improba mors saltem si voluisset, erat.
Acer in asserto constans & pectore verbo,
Et vere viguit religionis apex.
Et pudor & probitas & dulcis gratia morum,
Certatim donis hunc poliere suis.
Eloquio Nestor, *felicis acumine mentis,*
Dulichio *valuit non minus ille sene.*
Imperii proceres facundæ munere linguæ,
Aures & mulsit Carole dive *tuas.*
Judicium, pietas, & rebus in omnibus ardens.
Virtus, & Patriæ constituebat amor.
Illius ex alto Cimbrorum sanguine conjux,
Edita, Friderici *Filia Regis erat.*
Quæ Magnum *veluti generosum portica Brutum*
Humectans lacrumis Elisabetha *suis.*
Condidit huc vita functum cinerique quotannis,
Ut bene sit, votis officiosa rogat.
Illius occasu quantum Meglaburgica damni
Stirps tulit, extincti candida fama docet.
Extremum moriens solum te Christe vocabat,
Cujus in optata jam cubat ille sinu.

Elisabetha, inclyti Danorum Regis *Friderici*, piæ memoriæ, Filia, Conjugi suo dilectissimo optimeque merito, in spem futuræ resurrectionis, plena lacrumorum, posuit.

Cancellarius XII.

§. 16. Episcopo *Magno* ad jubilantes migrante, ULRICUS Dux Megapolitanus *Alberti* Filius *Johannis Alberti* Germanus & Ducis *Magni* Antecessoris sui Patruelis successit. Electus an. 1550. cujus vitam, licet superiori capite enarraverimus, tamen hic addimus. Cum Episcopus Suerinensis constitutus, id negotii etiam sibi datum existimavit, ut Academiam Rotztochiensem, cujus *Cancellarius*, tum agonizantem in vitam quasi revocaret. Igitur cum Fratre Dn. *Johanne Alberto* junctis viribus *restaurationem Academiæ* aggressus, nec quievit, quin cæptam telam ad optatum finem perduceret. Quanto vero cum labore hoc salutare opus restaurationis Academiæ peractum, recensuimus *cap. 4.* quo remittimus lectorem. Cum vero *res etiam optime constitutæ in deterius vergere soleant, nisi accurata habeatur inspectio*, ULRICUS hic Academiæ curam non deposuit, sed eam semper paterne fovit, quam sæpissime quomodo res Academicæ se haberent, inquisivit, & ut *Cancellarius Academiæ* ipse 19. Martii 1599. urbem suam Rotztochium invisendi gratia Academiam ingressus, quem jussu Magnifici Rectoris oratione Panegyrica excepit *Johannes Simonius*, Oratoriæ Professor, nec prius ex urbe Rotztochio discessit, quin omnes nævos ex Academia tolleret, illique novum nitorem redderet, de quo & *Cap. V.* egimus; omnia enim, quæ in visitatione illa peracta, & ab Episcopo ULRICO concluſa, hic recensere, non nostri est instituti, cum acta visitationis in Archivo Academiæ exstent, quare transimus ad ejus Successorem.

Cancellarius XIII.

§. 17. Excipit hunc ULRICUS Regis Daniæ FRIDERICI II. Filius, ULRICI modo dicti Ducis Megapolitani Nepos, qui natus Hafniæ 1578. 30. Debembr. ex hujus recens nati facie statim quasi lumen aliquod veræ generositatis benignitatisque emicuit, quare Pater *Fridericus* hunc ULDARICUM juxta cum Fratre CHRISTIANO IV. futuro Rege, regie & liberaliter educandum curavit. Cui provinciæ præfecerat Sereniſſimus atque Sapientiſſimus Pater, eximios viros, *Henricum Ramelium* & *Johannem Michaelium* in quorum hoc modestia cum doctrina certabat, in illo neutrius harum experte, divina eloquentia cum usu rerum maximo: Qui uterque ille supremus morum vitæ Inspector, hic doctrinarum regiarum Magister suum certatim in instituendo quoque *Udalrico* faciebant officium. A morte Patris FRIDERICI II. anno quarto, anno recuperatæ salutis 1592. ULDARICUS Princeps venit in Academ Rotztoch studiorum gratia, commissus Generoso & Nobiliſſimo Clariſſimisque Viris *Apicio Grünberg* morum & aulæ Præfecto, & M. *Henrico Gerlachio* Præceptori, postmodum Academ. Rotztoch. Professori. Cum in Academ. Rotztoch. degeret, non Murciæ operam dabat, sed literis, ut omnibus studiosis facem pietatis modestiæ & diligentiæ præferret, imo in literis tantos progressus fecit, ut toti mundo inclaruerit, ac *Doctissimus Princeps* ab omnibus prædicaretur. Hujus studium & insignes virtutes cernens Senatus Academicus, ULRICUM eo ipso anno vocavit & constituit Academ. Rectorem. cui provinciæ summa cum laude præfuit. Docentes in universitate clementia maxima prosecutus, quorum etiam unum aut plures ut plurimum mensæ suæ, ut cum ipsis de rebus gravibus conferendi occasio esset, adjungi volebat. Ad *Episcopatus Suerinensis gubernationem* pene puer postulatus, mortuo vero Avo divo ULRICO Duce Megapolitano illum administrandum adiit, tantaque cum laude Spartam ornavit, ut *veri Episcopi* nomen adeptus. Et licet ipse publice Sermones ad populum non habuerit, *tamen cœtui piorum de peritis religionis interpretibus, iisdemque piis & sedulis atque ut omnia fierent ordine & decenter in Ecclesia, nec cultui Divino quicquam decederet, prospexit, atque sedulo cavit, ne quod foedum pollutumque irreperet.* Rempubl. prudenter & summa cum fide administravit, in qua regenda & sæpe Reverendi Capitali Suerinensis consilia audivit, nec adspernatus est monita salutaria suorum consiliariorum. Amavit vehementer, & paterno plane animo suos subditos amplexus est. Itaque nihil avare, nihil quod sibi utile esse posset, nihil quod sordidum esset, in eos commisit. Et cum Episcopus Suerinensis, ut diximus, esset, cui *Episcopo in Academiam Rotztoch. jus & secundæ instantiæ & Cancellariatus, & protegendi defendendique Academiam ab injuria, si quæ ei inferatur, competit;* hanc Academiam Principali favore semper complexus est, ejus jura tutatus, eique promtissimam & clementissimam suam voluntatem semper declaravit. Præterea summo studio cavit, ne in ipsius ut *Cancellarii Academiæ* autoritatem quicquam peccaretur, ut patet ex *Epistola ad Rectorem & Concilium Academiæ Rotztoch. 23. Julii 1621.* data. Hic & pietate aliisque virtutibus, quas modo enumeravimus, coruscans Princeps anno 1624.

1624. 27. Mart. inter preces ad Jesum crucifixum directas, placide obdormivit. Laudavit hunc Principem jussu Reverendi senatus Universitatis Rotztoch. *Johannes Simonius* Rector, Professor.

Cancellarius XIV.

§. 18. ULRICO hoc demortuo, Episcopatus Suerinensis ad ADOLPHUM FRIDERICUM Ducem Megapolitanum devolutus. Hic Episcopatus uti & Ratzeburg. per *instrumentum Pacis Osnaburg.* Dignitatem Principis Ecclesiastici Jure seculi mutavit, atque in patrimonium *Adolpho Friderico* Principi Suerinensi, omnibus ejus successoribus addictus, unde non solum *Adolphus Fridericus* sed & omnes ejus successores *perpetui Acad. Rotztoch. Cancellarii* audiunt. Cum vero *Adolphi Friderici* vitam & laudes superiori capite delineavimus, nihil de illo addimus sed indicamus porro, Parenti in Cancellariatu Academiæ successisse Filium:

Cancellarius XV.

§. 19. CHRISTIANUM LUDOVICUM duplici jure, nam non solum in pueritia, ut superiori capite innuimus, *Episcopus Suerinensis* declaratus, verum cum dignitas Principis Ecclesiastici cum Politica permutaretur, & Episcopatum Suerinensem ut patrimonium possideret, eo ipso etiam titulo *Cancellariatus Academiæ Rotztoch.* gaudet. Sed hujus quoque vitam brevissimis lineis supra depinximus, ut pro instituto nostro nihil nobis addendum, præter hoc quod *Episcopatum suum Suerinensem seu Episcopalem dignitatem Sereniss.* CHRISTIANUS LUDOVICUS *& nobilitate generis & eruditione præstanti Viro Dn.* GASPARO VAN HEERSTRATEN, *Flandro, cesserit atque donarit*; ut autem ea cessio atque donatio majus pondus haberet, procuravit Dn. *Heerstraten* a Pontifice Romano confirmationem seu Bullam super eam, quam sibi & Comiti suo Viro consultiss. Dn. *Postel.* Hamburg. J. U. Lic. 1683. monstrasse, ac legendum tradidisse, cum in peregrinatione Antwerpiæ Dn. *Heerstraten* invisissent, testatur Pl. Rev. ac rara eruditione pollens vir Dn. *M. Jacobus a Mellen* Agnatus noster perquam dilectus ac Frater in Christo conjunctissimus. Quo autem tempore ista cessio facta, nos latet, sufficit *Heerstratum* fuisse *Episcopum Suerinensem* adeoque *Cancellarium Academiæ Rotztoch. ordine XVI.*

Cancellarius XVI. & Cancellarius XVII.

§. 20. Hodie Cancellarius Academiæ Rotztoch. Magnificentiss. Illustriss. Princeps *Fridericus Wilhelmus*, quippe *Episcopatum Suerinensem ut Patrimonium ac hæreditarium Principatum* possidet, atque jura Academiæ Rotztoch. ut Cancellarium decet, egregie tuetur, ac contra omnes injurias defendit, ejusque salutem summo studio quærit: Atque sic quidem cum *Cancellariis* sit quoque Libri I. finis.

LIBER II. CAP. I.

De Membris Academiæ Rotztochiensis eorumque Immunitatibus.

SUMMARIA.

§. 1. Cognitio Membrorum omnium s. Civium Academiæ est necessaria.

§. 2. Membra Academiæ sunt vel docentes vel discentes.

§. 3. Præter Professores & Studiosos immatriculatos dantur etiam alii Academiæ Cives s. Membra.

§. 4. Magistri chorcæ, pilæ lusoriæ & Gymnasiarchæ.

§. 5. Quinam pro veris Academiæ Membris non censendi.

§. 6. Immunitates Civium Academicorum quoad Personas.

§. 7. - - quoad illorum Bona & Res.

Ratio dicendorum.

§. 1. Cum de Professorum Academiæ Rotztochiensis Dignitatibus, Immunitatibus ac Jurisdictione egerimus; res nunc efflagitat, ut de coeteris Membris Academiæ Rotztochiensis eorumque Immunitatibus, pauca etiam in præsenti capite adjiciamus, siquidem magni interest nosse, quæ Membra Academiæ alicujus, quæ non, hac enim distinctione recte percepta, multæ simul etiam controversiæ dissolvuntur, quæ interdum ratione Immunitatum, poenarum erogandarum in delinquentes &c. suboriri solent.

Membra Academ. Professores & Studiosi.

§. 2. *Docentes* s. *Professores* Membra vera alicujus Academiæ esse, nemo nisi insipiens, inficias ibit; *Docentes* vero *respiciunt Discentes*, nam inter illos est Relatio, ac habent se ut Relata ac Correlata. Igitur *discentium censu veniunt* Adolescentes sive Juvenes, *a Parentibus vel cognatis in Regias Scholas eum in finem missi, ut Pietati ac Sobrietati litent, studiis invigilent, Artes ac Scientias addiscant, quo aliquando cum fructu Ecclesiæ ac Reipubl. in DEI laudem inservire possint, quique prævio Juramento a Rectore in Matriculam Academiæ recepti*; vocantur alias unico vocabulo *Studiosi* sive *Academici*. Faciunt itaque hæc quatuor Academicum, sive Academiæ Membrum: 1) Ut nomen suum det Rectori. 2 In Matriculam Academiæ à Rectore recipiatur. 3) Juramento s. quod nunc potissimum in Academiis præsertim in Junioribus Adolescentulis valet, manu dextra porrecta, Academiæ se obstringat. 4) Pietati ac Literis operam det; hæc si non concurrant, non veri Academici nomen quis gerit, quicquid etiam quis blateret. Olim quidem & in nostra præsertim Academia Rotztochiensi, nemo recipiebatur in Numerum studiosorum ab Academiæ Rectore Magnifico, nisi prius Depositionis Ritum a Depositore sustinuisset, atque a Decano t. t. Facultatis Philosophicæ propterea Signum s. Testimonium Facultatis suæ Sigillo ac propria nominis subscriptione corroboratum, produxisset. Verum hic Ritus plus quam puerilis jam dudum in Academia Rotztochiana exoluit, uti suo loco dicemus.

Alii Academiæ cives.

§. 3. Præter Professores atque Studiosos s. Docentes & Discentes dantur & alia Academiæ Rotztochiensis Membra, videl. *Notarius Concilii. Secretarius* aliis in Academiis dictus, *ambo Cursores* s. *Pedelli*, omnes *verbi Divini Ministri. Scholæ Trivialis Joanneæ Collegæ, ejus Alumni, uxores Concionatorum ac Scholæ Collegarum viduæ atque tota Familia.* Sic enim *Formula Concordiæ anno 1577. 19. Octobr.* erecta habet: *Erstlich ist vertragen und beygelegt worden, daß alle* Docentes, Legentes, *und alle* Audientes, *so albie immatriculiret, ohn allen Unterscheid, ob sie einen* Gradum *oder keinen* Gradum *haben, oder albier oder anderswo* promoviret *sind, wie den auch der*

Notarius Concilii *und beide* Curſores, *ſampt allen Predigern, Schuelmeiſtern, und Schuelgeſellen, ſo gleichfals allhie immatriculiret, zuſampt derſelbigen allen Hauſsfrauen, Wittwen und Geſinde* pro Membris Academiæ *billig zu halten.* Nec hiſce perſonis circumſcripta Academiæ Rotztochienſ. Membra ſed & ad alias Perſonas ſe quoque extendunt, videl. ad omnes, qui *mitra Doctorali vel Magiſtrali in Rotztochienſi vel aliis Academiis inſigniti, privatim Rotztochii docent, nec mercaturæ aliisque civilibus negotiis ſe immiſcent,* ut illis vitam ſuſtentent. Prætera etiam *Academiæ Typographus* Membrum Academiæ Rotztoch. cenſetur: qua de re iterum *Formula Concordiæ anno 1577. 19. Octobr.* erecta, *ſ. zum vierten*, ferme in medio: *Es iſt bewilliget, beliebet und angenommen, das die obberührten graduirte Perſohnen die ſich Bürgerlicher Handthirung und Gewerb enthalten, ſie ſind gleich allhie oder anderswo* promoviret, *wie dan auch obgedachter* Typographus, *des Herrn* Rectoris *und nicht eines Erbahren Rahts Jurisdiction ſampt den Ihrigen unterworffen ſein.*

Magiſtri choreæ & exercitiorum reliquorum.

§. 4. Hic quæritur: An etiam Magiſtri choreæ, pilæ luſoriæ, ludi tudicularii (Jeu de billard) & Gymnaſiarcha ſ. ludi Gymnici Magiſter, nec nonEquitationum & Linguarum Italicæ, Gallicæ &c. Magiſtri pro Membris Academiæ etiam ſint habendi? Reſpondemus. Avorum noſtrorum temporibus Ars ſaltatoria ac pugillatoria, aliæque corporum non ſolum Exercitationes, ſed & Animorum ſimul Recreationes inter Literatos Academiæ noſtræ Rotztochienſis non erant in uſu, altum enim de illis tam in *ſtatutis Academiæ veteribus ac novis*, quam etiam in ſæpius allegata *Formula Concordiæ* eſt ſilentium. Aſt quis neſcit, *Gymnaſium*, quod nunc *Ludum Literarium* ac *Scholam illuſtrem* dicimus Locum apud Græcos fuiſſe, ubi ſe exercebant Athletæ, ἀπὸ τῦ γυμνάζειν, ab exercendo dictum. Illa enim loca ampliſſima & ædificia ingentia, quibus Curſores, Luctatores, Pugiles & cæteri id genus Athletæ exercebantur, peculiari nomine à veteribus Græcis, *Gymnaſia* & *Paleſtræ* ἀπὸ τῆς πάλης, à Lucta, dictæ ſunt, Ludi vero ipſi *Gymnici.* Sub *Athletarum* autem nomine quod ab ἀθλέω, h. e. *certo*, derivatur, non ſoli *Luctatores* ſ. *Pugiles* veniebant, ſed comprehendebat etiam hæc vox generaliter omnes Agoniſtas & Gymnicos, *Dyſcobolos* ſcil. qui diſcum in ſublime jaculabantur; *Salticos*, qui ſaltus & pernicitate & velocitate certabant; *ſtadiodromos*, qui ſtadium percurrebant; *Pancratiaſtas*, qui lucta & pugilatu pugnabant; *Pentathlos* denique, qui quinque generibus agonum valebant. Et hujus quidem Gymnaſii veteris diſpoſitionem concinne tanquam in pictura exhibuit *Theodorus Zwingerus in Theatro Vitæ Humanæ Libro 1.* ubi de *Ludis Circenſibus p. 67.* cui præclari illi *Agoniſticon Libri* Juris Conſultiſſimi viri ac Præſidis Toloſani, *Petri Fabri*, nec non de *Arte Gymnaſtica Libri VI.* in quibus exercitationum omnium vetuſtarum genera, loca, modi, facultates, & quicquid denique ad corporis humani exercitationes pertinet diligenter explicatur, à Polyhiſtore ac Medico longe doctiſſimo *Hieronymo Mercuriali* conſcripti, uberiorem inſtructionem reddere poſſunt hiſtoriæ ac rei Medicæ ſedulam operam navantibus ſtudioſis. Ab exercitatione itaque iſta Athletæ γυμναστικοὶ appellati ſunt *Hippocrati* noſtro *Lib. 1. Aphoriſm. III.* Iſta vero ἡ γυμναστικὴ ſeu γυμνασία, quæ mediocris eſt ac moderata, parit ἐυεξίαν laudabilem; hoc eſt *bonum Habitum*, *bonam Naturam*, ut cum *Parmerone* ſervo apud *Terentium in Eunucho ſuo Act. II. Scen. III.* loquar, Sanitatem ſcil. in optimo Gradu, in optime conſtituto corpore ſe totalem ſanitatem & abſolutam, *enbonpoint* Galli dicunt; talem enim exercitationem pro corporis ſanitate *Plato*, *Ariſtoteles* & ipſe *Galenus* ſaluberrimam longeque neceſſariam eſſe judicarunt. conf. *Plutarchum de Puerorum Educatione.* Ex quibus Auctoribus cognoſcere licet, *Gymnaſticen* propterea etiam potiſſimum à Græcis inventam eſſe, (quam deinde etiam inſtituere Romani) ut ſanitatem exercitatione conſervarent, eamque poſtea cum Medicina, tanquam Partem ſanitatem exercitatione conſervantem, primitus conjunxit *Herodicus Selebryanus*, unde cum de *Gymnaſtica* loquuntur Medici, eam intelligunt, *quæ modum in exercitatione adhibet, & ſcopum habet exercitium corporis quantum confert ad tuendam valetudinem: Exercitatio namque moderata ſalubrem habitum ingenerat & ſpiritibus & corporibus*; prout recte ſcribit doctiſſimus *Hippocratis* noſtri Explanator *Joh. Conradus Dietericus in Jatreo Hippocratico pag. m. 328.* in explicatione verbi γυμνάζω. Hinc eſt, quod *Apollinis* etiam oraculo *mortalium omnium ſapientiſſimus* judicatus, quique æqualitatem in omni vita ſua ſervavit *Socrates* ille Philoſophus Athenienſis ingenioſiſſimus, corporis exercitatione moderata ſuæ conſuluerit ſanitati, & præclaro propterea ſemper fruebatur habitu. ἐπεμελεῖτο καὶ σωμασκίας, καὶ ἦν Ἐυεκλὴς ut de eo ſcribit *Diogenes Laertius* in ejus vita. Recte itaque agunt, imo ſanitati ſuæ quam maxime conſulunt, qui in Academiis inter ſtudia ſeria verſantur ſtudioſi Adoleſcentes, ſi quod decet, aſſiduitate ſtudiorum animos feſſos ac labefactos, iterum reparent atque redintegrent mollibus non ſolum deambulationibus, ſed etiam exercitiis pilæ, pugilatu, choreis, ſaltationibus, aliisque corporis & animi recreationibus ac ludis ſuo ordini decentibus. His vero Excercitationibus licitis tempus illud quod prandium vel coenam paulo antecedit, impendere, longe congruum ac utiliſſimum eſſe, & veterum & neotericorum Medicorum caterva uno ore ſuadent ac præcipiunt; idque ex ſententia, veluti per dictaturam Magni noſtri *Hippocratis*, qui *Libr. VI. Epidem. Sect. IV. th. 28.* in fine hoc axioma plane egregium ac Medicinæ Parente digniſſimum ponit: πόνοι σιτίων ἡγείσθωσαν, *Cibos laborem præcedere oportet, quoniam*, πρὸς ὑγειάν, *ad ſanitatem facit*, quæ ultima ex exemplaribus quibusdam aptis haud immerito ſuæ verſioni addidit *Marcus Fabius Calvus* non in omnibus alias feliciſſimus *Hippocratis* noſtri interpres; ubi ex mente *Erotiani* & doctorum Interpretum, per πόνον, Laborem, ſeu motum & exercitium convenientem & moderatam cujusque corporis exercitationem, ut cum *Galeno*

Galeno Libr. V. Salubr. loquar, *Hippocrates* intelligit, ſed tamen & vehementem motum non penitus excludit, prouti nempe Corporis in homine habitudo ac robor exercitationem vehementiorem requirit atque expoſcit) non enim omnibus hominibus exerceri utile eſt, quum calidis naturis quies magis competat veluti idem *Hippocrates* hoc *Libro & Sect. ead. th. 13.* ait: ἐνθέρμῳ φύσει ψύξος, πολὺν ὕδως ἐλαυνέειν, h. e. *calidæ naturæ frigiditas, potus aquæ, quieſcere.* (quietem agere competit) qua propter etiam hoc conſiderandum eſt, quod aliqui omnem motum congruum corpori, quod movetur, exercitium vocant: alii contra, velut diximus, eum ſolum qui vehemens eſt, nam & ſecundum hanc rationem, juxta juſteriorem exercitii ſignificationem non omnes Homines exercitio opus habent, verum juxta priorem, omnes exerceri oportet conſueto maxime exercitio: à quo etiam tunc deſiſtendum eſt, quum quis aut dolere aut delaſſari coeperit, velut *Hippocrates* ait *2. Aphor. 48.* ſed & his, qui famem tolerant ob inopiam, aut ultro, aut coacti à cibis abſtinent exerceri non expedit, juxta *Hippocratem 2. Aphor. 16.* Ita recte hunc locum Hippocratis explicat Academiæ etiam Rotztochienſis aliquando Medicus doctiſſimus *Joh. Comarius Lib. 1. de Peſte Cap. XIII.*) Ita quoque τὸ πόνος pro exercitatione & agonia Corporis ſumitur apud *Plutarchum de Educat. Libror.* ubi integro Capite tractat de Corporis cum Gymnaſtica. Hæc autem Exercitia recte inſtitui debent ante epulas, ut eo melius non ſolum ſuperfluitates excrementitiæ in ventriculo & inteſtinis ex præcedenti paſtu relictæ digerantur ac diſſipentur, ſed etiam calor nativus reddatur exercitatior ad recipiendum inſtantem cibum, & cibi quoque quædam aviditas (*Appetitum alimentarium naturalem* medici vocant) præexcitetur. Vid. omnino *Sponius in Aphoriſmis novis. Sect. IV. Aph. 77.* ubi hunc locum Hippocratis egregie explicat. Idem vult *Galenus Lib. 1.* περὶ εὐχυμίας καὶ λαχχυμίας, ubi inter alia ſententiam *Hippocratis* ſic confirmat: *quemadmodum exercitatio* (προγυμνάσιον) *quæ cibos præcedit, ſummum eſt ad ſanitatem bonum, ita omnis motio à cibis valde eſt noxia.* Et *Celſus Lib. 1. cap. 2.* hunc etiam Locum *Hippocratis* de Exercitatione innuit his verbis: *Prima a. ejus curatio Exercitatio eſt, quæ ſemper antecedere cibum debet.* Attamen poſt cibum venter plenus non ad ſtudia ſemper admittendus eſt, ne Humorum crudorum copia accumuletur, unde ſcabies, morbus ordini Scholaſtico, & qui præterea Artem exercere debent ſedentariam, admodum familiaris, pedes Oedomatoſi, & alia accerſantur, hinc pomeridianum tempus ſic inſtituendum eſt, ut ſaturati ventriculi prius concoctio promoveatur ea enim nondum peracta, neque exercitatio ulla, præſertim vehemens, ſuſcipienda, neque ad ſtudia eſt revertendum. Videatur *Quercetanus in Diætetico Polybiſt. Sect. 2. Cap. 11.* qui non tantum varias exercitiorum differentias & utilitates proponit *pag. 270.* ſed & ante Cibum, ſive mane ſive veſperi, corpus eſſe exercendum probat auctoritate etiam *Æginetæ* ac *Oribaſii, p. 310.* Junge huic *Galeni* ὑγιεινῶν *Libros*, nec non ejusd. περὶ τῆ διὰ μικρᾶς σφαίρας γυμνασίε, ſ. *de parvæ Pilæ Exercitio*; in quibus paſſim multis docet, quemadmodum hujusmodi exercitationibus ſit utendum valetudinis gratia; ex quibus etiam ſimul diſcimus, quæ fuerint veterum Gymnaſiorum inſtituta & exercitia. Quæ cum ita ſint, recte hinc ac ſapienter admodum faciunt potentiſſimi Reges, Principes, aliique Imperii ſtatus, quod more laudabili veterum ſapientum Græcorum, ac adminiſtrandi prudentia inſignium Romanorum, in conditis ac erectis ſuis *Scholis Regiis*, quas *Academias* vocamus, *Scholis* itemque *Equeſtribus (Ritter-Schulen)* præſertim, nec non *illuſtribus Lyceis*, hodie uno verbo *Gymnaſia* dictis, ſimul quoque in illis etiam conſtituerunt non Profeſſores ſolum Linguarum Gallicæ & Italicæ, ſed etiam illos Magiſtros qui commode ſaltando, equitando, Pilis expulſim & ſphæris eburneis in abaco ludendo, pugulatu item ſtudioſam Juventutem variis modis exercere atque inſtituere valent. Quia itaque in Academiis ſalario publico gaudentes iſti Linguarum Magiſtri atque Exercitatores vulgo *Sprach- und Exercitien Meiſter*, juſſu Superiorum ac Fundatorum Academiarum ſtudioſorum inprimis Corpora, ſuis Artibus exercent, eorum artus ad commodam & erectam poſitionem, celerem item flexionem aptos & ſtrictos reddere diſcunt, ſanitatem ſimul eorum unicuique convenientibus injunctis motionibus ac exercitationibus ſuis quotidianis conſervant, animos quoque illorum aſſiduitate ſtudiorum quaſi obtuſos, deſeſſos ac labefactatos, his iterum refocillant, reparant atque exhilarant, nec non commodis etiam moribus inſtruunt, ſicque eosdem quoad Externa ita præparant atque exornant, ut eo melius in Aulis Principum & Magnatum ubi hæ artes atque exercitationes Corporis, potiſſimum valent, ac perneceſſariæ ſunt, cum laude atque exiſtimatione magna vivere poſſint: propterea etiam hi Viri, *niſi rem Cauponariam ſimul exerceant, ac alias res Civiles tractent*, (id quod ſæpius adducta *Formula Concordiæ* non permittit) pro veris Academiæ Membris utique ſunt cenſendi, iisdemque Privilegiis atque Immunitatibus ac reliqui Academici, jure meritoque gaudere debent. Coeterum qui de variis hujus Corporis Exercitiis, ac Locis, *Ephebero*, ſc. *Xyſto*, *Sphæriſterio*, *Trigone*, in quibus iſtæ Corporis Exercitationes peractæ fuerunt, omnes in uſum ac ſanitatem ſtudioſæ ſuæ Juventutis a Græcis primum inſtitutis, a Romanis poſtea eandem ob cauſam etiam receptis, & in noſtris nunc quoque Academiis, Scholisque inprimis Equeſtribus introductis, ſcire aliquid ulterius geſtit, evolvat præ coeteris curioſiſſimi *Friderici Lucæ Europæiſchen Helicon. Part. I. Cap. VIII. p. m. 46. ſeq.*

§. 5. Hactenus de iis, qui vera Membra Academiæ Rotztochienſis ſunt, abundantiſſime diximus; pergendum nunc ad illos, qui Civis Academici nomen & immunitates iterum amiſerunt. Itaque pro veris Academiæ Rotztochienſis Membris non cenſentur 1) *Studioſi*, quis ſtudiis vel ultimum vale dixere, vel per quadriennium Lectionibus Academicis non interfuere, vel ad Notariatus officium animum applicavere. Sic enim

De iis qui non ſunt cives Acad.

Formula Concordiæ ſoepius laudata: Zum andern die Studioſi aber, welche *Ihre Studia gantz angeben, keine Lectiones in fünff Jahren gehöret*, oder zu dem Ende nicht hören, daſs ſie bey den Studiis zu bleiben gemeinet, vielweniger Publice noch Privatim leſen, ſondern *ſich als Notarien gebrauchen laſſen, und davon, oder ſonſten wo anders von Ihren Unterhalt haben, ſollen für keine Gliedmaſſen der Univerſitæt* gehalten werden. Deſumpta hæc *Formulæ Concordiæ* Verba videntur ex commentariis Interpretum ſuper D. FRIDERICI Sanctione, qui ita ſcribunt: *Si quis quinquennio abfuerit, creditur animum redeundi depoſuiſſe, & quod multo mirabilius, ſi exacto hoc ſpatio revertatur, tenetur ad onera, quæ primo venientes de more Academiarum ſubeunt.* Deinde II) *Doctores, Licentiati atque Philoſophiæ Magiſtri*, qui poſtquam literis nuntium remiſere, *artem coquendi cereviſiam* per ſuos exercent, vel ipſi *mercaturam* faciunt, non pro Membris Academiæ Rotztochienſis habentur. Audiamus iterum *Formulam Concordiæ* §. zum vierten in fine. Da Sie aber ſich der Praxis daneben nicht gebrauchen, ſondern ſich *gantz und gar zur Bürgerlichen Nahrung und Handthierung begeben würden, und davon Ihren gantzen Unterhalt hætten*, ſollen Sie *gleich andern Bürgern E. Erbahren Rahts Jurisdiction in Civilibus & Criminalibus gantz unterworffen*, und *ſo wohl quoad Jurisdictionem als Immunitates den Bürgern durchaus gleich ſein.* Satis de Membris Academiæ Rotztochienſis, qui plura ſcire avet, legat *Formulas Concordiæ* his Commentariis noſtris jam ſupra *Lib. 1. Cap. 4. §. 9. in Fine, Lit. Q. 1. & Cap. 5. §. 4. Lit. Q. 2.* inſertas. Paucis adhuc de *Immunitatibus Civium Academicorum* agemus.

Immunitates Academicorum perſonales.

§. 6. Gaudent *ſtudioſi & cætera Academiæ Rotztochienſis Membra* paulo ante adducta, *iisdem Privilegiis*, quibus *Profeſſores*. Illorum namque Perſonæ & Domeſtici non ſubjacent Civili Magiſtratui, ſed Rectori caeterisque Adſeſſoribus Concilii Academici; ita enim Bulla MARTINI V. *Rector Univerſitatis ſtudii hujusmodi pro tempore exiſtens, ſuper omnia Membra Univerſitatis ejusdem & illorum Servitores* tam in Civilibus quam Criminalibus & aliis quibuslibet cauſis, negotiis, & exceſſibus ſine impedimentis quibusvis libere plenarieque exerceat Jurisdictionem. Et paulo poſt: *Rurſus quoque promiſſionum earundem ſuadente vigore omnium & ſingularum cauſarum & negotiorum cognitio atque deciſio, Membrorum quoque & Servitorum eorundem ſive Clerici vel Laici fuerint, de levibus utpote pro capillatione & offenſione cum palma vel pugno, citra membri mutilationem etiam ſanguinis effuſione ſecuta, ſimilibusque criminibus & exceſſibus, correctio & punitio, ac omnimoda ſuper Illis Jurisdictio ad Rectorem, & non ad Duces, Pro-Conſules vel Conſules ſupra dictos - vel Jurisdictionem exercendi facultate & autoritate penitus interdictis.* Bullæ *Martini* reſpondet *Formula Concordiæ* Anno 1563. erecta: *Zum vierten iſt bewilliget und angenommen worden, daſs der* Rector Academiæ *über die Studenten und Gliedmaſſen der Univerſitæt* in Civilibus & levioribus delictis plenariam Jurisdictionem *üben und gebrauchen &c.* Et hujus Rectoris Jurisdictione quoque gaudent ſtudioſorum cognati, Parentes, Fratres, Sorores, imo etiam eorundem Tutores, dum illos viſitant, ad octo uſque dies, pro Loci ſc. illius conſuetudine, teſte *Carpzovio Lib. VI. Reſp. Jur. Elector. Tit. 10. Reſp. 119. n. 19.*

Ex reales.

§. 7. *Res & Bona* Illorum etiam non ſubjacent Magiſtratui Civili nec ſub ullum cenſum cadunt, ſive ſit tributum, ſive vectigal, ſive aliud quodcunque. Ita enim Bulla MARTINI V. *omnes inſuper & ſinguli Magiſtri, Doctores & Scholares oppidum ipſum ſtudii cauſa pro tempore accedentes vel ab inde poſtquam ſtudio ibidem inſtiterint hujusmodi ſecedentes ipſorumque Nuncii & Servitores per eorundem ducum dominia, terras atque diſtrictus, ſine datii, paſſagii, gabellæ, thelonii aut alterius exactionis ſolutione cujuslibet liberum, evolatum, ſecurumque tranſitum & conductum habere debeant.* Et paulo poſt: *Singuli autem hujusmodi cauſa ſtudii pro tempore conſtituti inibi, quæcunque ſua, res & bona ſecum apportandi & ea pro voluntate libito deportandi, ſive ibidem vendendi liberam habeant poteſtatem, cæterisque Privilegiis, libertatibus, immunitatibus & exemptionibus quibuslibet aliorum generalium ſtudiorum, quantum in Ducibus prædictis & eorum ſubditis fuerit, gaudeant & utantur.* Idem affirmat *Formula Concordiæ* anno 1563. erecta: *Zum fünffien: Der Profeſſoren Immunitæt belangend, iſt einhelliglich vertragen, bewilliget und angenommen, daſs alle Profeſſores und Gliedmaſſen der Univerſitæt, ſo nicht Kauff-Handel, und andere Bürgerliche Gewerbe und Handthierung, durch ſich, oder unterſetzte Perſohnen gebrauchen und üben,* aller Munerum perſonalium, desgleichen der Sack und Bier Acciſen *gantz und gar frey, ohnig und übrig ſein.* Repetit hoc *Formula Concordiæ II.* anno 1577. erecta: *Zum ſechſten; alſs auch in Zweiffel gezogen worden, ob allein die Profeſſoren oder aller Gliedmaſſen der Univerſitæt, keine außgenommen, des Bier acciſen frey ſein, und unter dem Sack auch Maltz-Acciſen verſtanden, und den Profeſſorn und andern Gliedmaſſen der Univerſitæt nicht allein zu ihrer und ihrer Hæuſer, ſondern auch der Profeſſorn und anderer Gliedmaſſen der Univerſitæt, ſo bey Ihnen in koſt gehen, nohtdurfft zu brauen, wie dan auch zu der Behueff zu mültzen freygelaſſen werden ſolle? iſt abgeredet, bewilliget und angenommen, daſs hinfort alle Profeſſorn, und obberührte andere Gliedmaſſen der Univerſitæt, die keine kauffhandele oder andere Bürgerliche Handthierung und Gewerbe, durch ſich die ihren oder andere unterſetzte Perſohnen gebrauchen, und üben,* der Bier, Sack, Maltz, und aller andern Acciſen, ſo jetzt auffgeſetzt oder künfftiglich in der Stadt Roſtock auffgeſetzt werden mögen, wie die auch nahmen haben möchten, *durchaus frey ſein. &c.* Item pergit *Formula Concordiæ* modo laudata: *Zum Siebenden, iſt abgeredet und bewilliget worden, daſs die Profeſſorn und alle andere Gliedmaſſen der Univerſitæt, ſampt deren Weibern, Wittwen und Hauſsgeſinde mit dem Kopffgelde keines weges beleget werden ſollen.* Cætera, quæ de Immunitatibus Membrorum Academiæ Rotztochienſis adduci poſſent, & brevitatis cauſa hic omittimus,

timus, legantur in ipsa *Concordiæ Formula*. Conf. de studiosorum & aliorum Membrorum Academiæ Privilegiis atque Immunitatibus pluribus *Thomas Lansius de Academiis Lib. præsertim 50. Conring. Dissertat. Acad. VI. Gisbert. Voetius Politiæ Ecclesiast. Part. 2. Lib. 3. Tract. 4. Cap. 3. Beckmann. de Studiosor. Privileg. & alii innumeri.*

LIB. II. CAP. II.

De Honoribus Academicis ac Ritibus in collatione Graduum usitatus.

SUMMARIA.

§. 1. Honorum Academicorum prima origo & gradus eorumque definitio.
§. 2. Honorum Academicorum numerus, ut & de Baccalaurei nomine.
§. 3. Magisterii gradus ejusque nominis Etymon.
§. 4. Licentiæ gradus, ac hujus nominis Etymon, nec non de Doctoratu, quarto Academico gradu.
§. 5. Decanorum omnium facultatum, a Cancellario Academiæ perpetuo Duce sc. Suevin. usi ad denominato a Facultatibus Pro-Cancellario conferendam Licentiam creandi in suis facultatibus Magistros Licentiatos & Doctores submissa petitio.
§. 6. Locus creandi Magistros & Doctores, cum versibus instar precum ante actum Doctoralem in omnibus facultatibus a puero publice recitandis.
§. 7. Ritus ante renunciationem & Juramentorum in omnibus Facultatibus consuetorum præstationem usitati.
§. 8. Ritus post renunciationem in Magistros, Licentiatos & Doctores usitati.

Origo honorum Academicorum,

§. 1. Habent Labores sua præmia. Nemo acriter certat nisi coronetur: Sic nullus strenue in stadio studiorum decurrit, nisi Brabæion honoris adipiscatur. Itaque gravissimo majorum judicio & consilio honores & gradus Academici sunt instituti, ut amor literarum nihil remitteret, sed indies magis magisque dignitatum pabulo aleretur, nam *M. Tullio* teste: *Honos alit artes jacentque ea semper quæ contemnuntur.* Et Poëta canit:

Artes nutrit bonos excelsæque indolis esca
Est Gloria.

Ubi vero & quo tempore *honorum Academicorum Tituli* sunt inventi non adeo constat. Communis auctorum Sententia eos refert ad *Lotharii Saxonis* Romani Imperatoris tempora, quem consuetudinem creandorum Doctorum Licentiatorum & Magistrorum in usum reduxisse, & certas quasdam promotionum solennitates adinvenisse scribunt atque dicunt, *Bononiæ* primum coepisse, ubi *Irnerium* Cancellarium suum *Bulgarum*, *Hugolinum*, *Martinum*, aliosque ejus ætatis JCtos præcipuos *Doctoralibus Honoribus* insigniri voluerit, quæ promotionum solennia, dein in Concilio Viennensi sub *Clemente V.* circa annum Christi 1310. habito, approbata legimus in synodo aut: Constantiensi de abusu promotionum tollendo salutaris constitutio facta est, qua cavetur: *ne quis ad honorum titulos admittatur, nisi Idoneus moribus & scientia fuerit approbatus, sub poena privilegiorum Academiæ concessorum.* Deinde mos hic translatus in Academiam Parisiensem in qua *Petrus Lombardus primus Theologiæ Doctor* salutatus. Conf. *Middendorpius de Academiis L. 1. c. 13. & Dresserus Millenar. 6.* Prima autem illorum origo forte deducenda esse ab Atheniensis Scholæ Gradibus s. præmii honoribus usitatis Scholasticis, quorum primus erat Δοκιμὴ in Parisiensi olim Academia *Tentativa* dictus, qui nunc *Baccalaureatus* audit, eorumque Canditatorum Eruditio a Professoribus privatim in Examinibus, publice autem in habenda disputatione & lectione tentabatur. Alter Athenienſium Candidatis suis collatus gradus Τιμὴ dicebatur, qui nunc est *gradus Licentiæ.* Ultimus denique Gradus τελεὴ, Perfectio Magistri s. Φιλοσοφικὸν δόγμα erat, iste namque gradu hoc ornatus, Pallium induebat *Sophisticum* τὴν τῦ τριβῶνος ἄξιαν. Variis autem modis Candidati olim tentabantur: *Boëthius* vel quicunque verus de *Disciplina Scholarium* Libri Auctor, IV. genera Probationum seu Eruditionis tentamina ponit; *Auditionem* sc. *Determinationem*, *Exercitationem* & *Promotionem.* Determinatio Explicatio erat Terminorum Dialecticorum Propositionum & Syllogismorum quos bene callens disputando exercebatur & sic tanquam promovebatur. Quæris autem, *quid sunt Honores Academici?* Respondemus, *sunt promotiones, quæ gradatim & eruditionis ac doctrinæ progressu conferuntur.* Seu: *Honores Academici non tam in titulo aut nomine quam in testimonio eruditionis & virtutis publico consistunt.* Hinc *Gerson de Promotione Doctorali ejusque requisitis* ita scribit: *In promotione Doctorali 1. Honores decernuntur iis, qui studio Theologico operam indefessam navaverunt, ut alii quoque ad similem diligentiam excitentur. 2. Publicum pietatis, eruditionis & scientiæ Theologicæ illis confertur Testimonium, ut Ecclesia norit, quibus tuto ministerium & Regimen Ecclesiæ committi possit. 3. Licentia illis datur in Scholis & Academiis non solum legendi, disputandi, profitendi, docendi in facultate Theologica, sed veritatem Scripturæ quoque publicis Scriptis defendendi & errores taxandi. 4. Obligantur etiam hac promotione, ut dona sua magis magisque exsuscitent, & Ecclesiæ præ aliis, qui honoribus & titulis istiusmodi minime ornati sunt, in propagatione veritatis, & extirpatione hæresium inserviant.* Et *in Constitutione Ecclesiastica Saxonica part. 1. gener. de Ordinatione* hæc habentur verba: *Die publicæ Promotiones bey den hohen Schulen sein nichts anders dem öffentliche Testimonia und Zeugnisse dabey die frommen und fleissige Studiosi von den andern unterschieden, auch die Herschafft jederzeit wissen möge, wie ein jeder seiner Geschicklichkeit halben, in der Regierung, Kirchen oder Schulen, nützlich zu gebrauchen.* Conf. *Balduini Institutio Ministrorum Verbi pag. 90. & 91.* Idem Judicium esto de *JCtis & Medicis.* Facessat igitur opinio Anabaptistarum & modernorum Pietistarum, qui *Gradus Honorum* contemnunt: Posse vero Christianum salva conscientia ad honores adspirare probavit variis rationibus Excell. Politicus *Christ. Liebenthal, Collegio Ethico* Exercit. 10. Et *Lutherus* cum *Carolostadius* promoveret duos Doctores *Johannem Westermannum*

num & Gotscalcum Crapium atque palam in actu solenni testaretur, *se posthac ne ullam in quemvis gradum subvecturum*, dixit: *Sacrilegas has esse voces.*

Gradus honorum Acad. IV.

§. 2. Sunt vero *Gradus Honorum Academicorum numero IV.* qui etiam in Academia Roztoch. a prima fundatione vigent, videl. *Baccalaureatus Magisterii Licentiæ & Doctoratus. Primus seu infimus Gradus Honorum Academicorum* est Baccalaureatus. *Est* vere *Baccalaureus* (teste *Pontano*) *qui confecto Liberalium Scientiarum tyrocinio publicum progressus sui testimonium, hocque ipsum nomen in concessu & frequentia est consecutus:* Unde denominatio *Baccalaurei*, variant Auctores; quidam a *Bacca Lauri*, alii a *baculo* non ulli a *batula.* Eorum originem *Franciscus Junius* Lib. de *Academia*, & qui cum illo sentit, *Georgius Hornius Lib. VII. Historiar. Philosoph.* ad usque tempora *Caroli M.* Imperatoris Romano-Germanici I. extendunt, & *Batallareos* a *bataille* quæ vox *prælium* significat, olim dictos fuisse asserit. Sicuti enim in bello Tyrones qui Bacillis exercebantur, *Betalarii* & *Baccalaurei* dicebantur, ita postea & illis, qui in Minervæ Castris primum eruditionis Exercitium sustinuerant, *Baccalaurei* dicti sunt, eosque jam *Seculo X.* incepisse, *Gabr. Naudæus* de *Antiquitat. Scholæ Medicæ Paris. statuit.* Sed nostri non est instituti, ea indagare, quærat qui vult, *Middendorpium* de *Acad. Petrum Gregorium Tolerzanum* de *Republ. Dresserum in Millenar. 6. Ludovicum Vivem in Dialogo*, qui inscribitur, *Schola*; *Alteserram Lib. II. de Comitibus Provinciæ cap. 8.* nec non *Claudium Falcetum Libro de Origine Equit. c. 1.* ubi ille, qui apud Opifices Magistri fiunt, *Bacholarii* dicuntur, ut taceam Hispanos, qui quencunque Adolescentem ac Juvenem *Bacillier* vocant. Creantur vero Baccalaurei in Acad. Roztoch. non solum in Philosophia, sed & in superioribus Facultatibus in primis in Theologia, quod statutum nuperrime renovatum.

Baccalaurei nomen.

Magisterii gradus & etymon.

§. 3. *Secundus honorum Academicorum gradus est Magisterii* sive Doctoratus in Philosophia. *Est* vero *Magister*, cui *cognitis artibus & scientiis Philosophicis, rite, recte ac solenni ceremonia hoc nomen est impertitum.* Unde denominatio *Magistri*, iterum variant Auctores. Solum hac de re *Becmannum* allego, cujus verba *Libro de originibus Latinæ Linguæ p. m. 639. seqq.* sic sonant: MAGISTER *nonnulli, quod sit* Τρισμέγιστος, *qu. quidam*: a magis & ter: *Nonnulli* a magis *ut* Ter *sit terminalis appendix: Sitque ille, qui* magis *possit quam alii: vel qui* magis *quam ceteri diligentiam, & curam iis, quibus præest, debet. Nonnulli a* magistrare. *Omnes si obloqui fas sit, scire magis quam vere.* Magus, μάγος, Μαγίσως: sicut: πολυίσως: *aut quia* Magister *imitetur* Magos: *ut non deminuatio artis; sed majorum imitatio indicetur. Sapientium est imitari: Et Aristoteles artem imitari naturam non semel docuit. Ergo* Magister *a* Magus. *Et hæc vox Persica. Interim alii originem quærunt ab Hebræo* מעון, *quod est* robur: *ut* Magus *sit aliis superior, qui aliis præstat doctrina, virtute & dignitate. Communiter faciunt ab Hebr.* מהגים magim *i. e.* σοφοὶ θεωρητικοὶ, *sapientes, meditabundi, in rerum cognitione occupati. A radice* הגה *quod est* ἐμελετησε, *in animo volutavit, meditatus est.* Magus *igitur nihil aliud est, quam sapiens, vel mysteriorum gnarus & sollicitus. Et sapientes suos vocabant ita Persæ*, Magos: *quos Ægyptii appellabant* Sacerdotes. *Quod cum ita sit*, Magister *erit prima sua notione nomen sapientiæ, aut studii occultioris & divini. Postea alio conversum est, ut sit præfectus, moderator. Festus*, magistrare est *regere, temperare, moderari. Hoc enim a sapientia. Ab illo verbo est* Magistratus, i. e. *moderator sapiens. Atque hæc sententia ut suis nititur rationibus non contemnendis: Ita etiam ante hæc mihi placuit. Sed hodieque magis placet; si* Magister *ducatur simpliciori via a Latino* Magus *pro* Magnus. *Et quidem initio* magus, (*pro quo hodie* magnus *dicimus*) *fuisse in usu: testatur τὸ* magis & mage: *nec non origo. Etenim* Magus *oritur recta a μέγας, quod idem significat. Ut ergo a manus* manister *prius deinde* Minister: *Ita a* Magus Magister. *Ut ita* Magister *sit, qui magna virtute, auctoritate & dignitate præest aliis. Ad summam a* Magus Magister: *abhinc* magistrare: *a magistratum* venit Magistratus. *Quæ omnia magnam dignitatem & juxta sapientiam innuunt.* Hactenus *Becmannus.* Sed cum magis ridicula quam vera Etymologia vocabuli *Magistri* indicatur, mittimus hanc lubentes atque notamus: Titulum *Magisterii* olim fuisse summum ut edicta Academiæ Lipsiensis Rozstoch. & Witeberg. indicant.

Licentiæ & Doctoratus gradus ac etyma.

§. 4. *Tertius honorum Academicorum Gradus* est *Licentiæ*, qui Gradus est supremo s. Doctoratui proximus, cujus quoque nomen pervetustum est, nam vel *Nonius*, *Petrus Blesensis* & *Matthæus Parisiensis* jam usi sunt verbo *Licentiare.* Appellabantur autem olim Licentiati, qui ab *Episcopo*, qui & simul *Cancellarius Academiæ Parisiensis* fuit, non amplius disputandi aut Scholas s. Lectiones Magistrorum frequentandi Licentiam nacti erant, sed isti nunc alios quoque instituere aut docere poterant, atque a Magistris sola susceptione Paludamenti distinguebantur, de quibus omnibus ac singulis Academicorum Gradibus evolvi omnino potest *Bulæus tom. II. hist. Acad. Paris. ejusque* annexa *Dissert. VII.* Hodie illi *Licentiati* audiunt, qui post habitam Disputationem Inauguralem *Licentiam nacti ad gradum Doctoratus conscendendi*: seu: *qui ritu solenni & publice sunt renunciati, atque Titulum illum accepere. Quartus & supremus honorum Academicorum Gradus est Doctoratus*, qui est modo enumeratorum *Honorum apex & vertex*, atque literatis in tribus superioribus Facultatibus videl. Theologia, Jurisprudentia & Medicina confertur. Ubi tamen notandum, quod nulli literato in Academiis præprimis Roztoch. tribuitur Titulus Doctoris in Theologia, nisi per aliquot annos se studio Theologico totum devoverit, & certæ functioni sit præfectus: Sic enim inter alia *statuta Facultatis Theolog. in Academia Roztoch.* sonant: *Nemini conferantur Gradus & insignia Doctorum in Theologia, nisi qui assidue audiverit, & diligenter didicerit doctrinam de Deo, integrum sexennium in aliqua Aca-*

Academia consensum Doctrinæ, quæ in nostris sonat Ecclesiis, amplectente. Et iterum Lege XX. *Nemo ornetur gradu Doctorum aut Licentiatorum in Theologia, qui certæ functioni non est præfectus vel præfuit antea.* Sed dicis: Aliqui tamen in Academia Roztoch. sunt Doctores Theologiæ salutati qui tamen non certæ functioni præfuere. Respondemus; Respicitur vel ad *Wolffgangum Peristerum* vel *Abrahamum Calovium.* Nulla autem regula tam firma quæ non patiatur exceptionem, & circumstantiæ variant rem. De *Peristero* notum est, sustinuisse machinationes Calvinianorum, atque Roztochii insignem suam Eruditionem legendo & disputando toti Academiæ probasse. *Calovius* vero fuit Alumnus Electoris Brandenburgici, qui æque suam eruditionem legendo & disputando Academiæ Roztoch. probavit atque exhibuit Facultati Theologicæ literas Sereniss. Electoris Brandenburg. quibus promisit *Calovio* officium Theologiæ Doctori conveniens, quemadmodum paulo post *Theol. Prof. Regiomontanus* renunciatus.

Licentia creandi gradum Decanis confertur a Procancellario.

§. 5. Sed properandum nobis ad Ritus, in collatione Honorum in Academia Rozstoch. usitatos. Cum renunciandi Rectores sive in Theologia sive in Jurisprudentia, sive in Medicina, sive in Philosophia, significatur id prius Cancellario Academiæ Magnificentissimo, atque ab illo submisse petitur, ut det Collegio licentiam potestatemque decernendi ac deferendi summos sive in Theologia, sive Jurisprudentia &c. honores suasque vices cuidam ex Collegio, quem ordo hujus muneris tangit, gratiosissime committat & mandet, qui *Pro-Cancellarius* nominatur. Damus Formulam qua Vice-Cancellarii confirmatio ex aula Suerinensi petitur & impetratur, usitata, hodiernum retinetur. *Illustrissime ac Celsissime Princeps ac Domine Domine Clementissime. A Collegio nostro Medico Gradum in Medicina summum nuper expetierunt Viri Juvenes eleganti eruditione & modestia N. N. & N.N. Nos autem postquam in Examinibus cum privatim tum publice cum ipsis satis accurate institutis, eos in bonis artibus ac linguis atque in primis in cognitione Medicinæ bene versatos insignesque in ea progressus fecisse deprehendimus, non potuimus honesto ipsorum petito deesse, sed dignos judicavimus, quibus Doctoris Titulus, Gradus atque Privilegia conferantur. Eique rei ac solennitati jam certum diem destinavimus. Cum autem Licentia conferendi Gradum ac Doctoralem Dignitatem a Magnificentissimo Universitatis Cancellario impetrare fas sit, ac necesse, hoc ipsum nostrum Propositum Illustrissimam vestram Celsitudinem celare non potuimus nec debuimus. Vestram igitur Illustrissimam & Magnificentissimam Celsitudinem reverenter & submisse rogamus, ut Collegio nostro Licentiam potestatemque decernendi ac deferendi summos in Medicina honores supra his Candidatis clementissime concedat speciatim vero vices suas Doctori N. N. gratiosissime committat & mandet, quem ordo hujus muneris jam tangit, ut quemadmodum consuevit Decano nostro in publico & festivo promotionis actu dictam paulo ante potestatem tradat ac largiatur. Hoc Celsitudinis vestræ beneficium uti nostro ordini atque Candidatis gratissimum erit, ita nos perpetua illud tuebimur memoria, & sedulam navabimus operam ut debita ac devota subjectione quantum nostra tenuitas permittit, compensare possimus. Hac autem vice ut saltem grati animi signum ostendamus, mittimus munusculum, quod antiqua mittere jubet consuetudo, Celsitudinem vestram submisse rogantes, ut istud, licet sit exile, clementissima mente accipere atque nostrum Collegium Medicum ejusque Professores, adeoque Academiam hanc universam & Candidatos nostros de melori nota sibi benignissime commendatos habere non dedignetur. Deus Opt. Max. Illustrissime Princeps, Cancellarie Magnificentissime, Te Ecclesiæ, Provinciæ & Academiæ in felici Regimine sanum, salvum & incolumen conservet. Dabantur Rozstochii.*

Magnificentissimam & Illustrissimam Celsitudinem vestram reverenter & submisse colentes Decanus Senior coeterique Doctores & Professores Facultatis Medicæ in Academia Rozstochiensi.

Hæc est formula illa, qua Pro-Cancellarii confirmatio ex Aula Sverinensi a Facultate Medica petitur & impetratur. Munuscula autem illa a longo tempore usitata, quæ pro impetranda Licentia creandi Doctores transmittuntur, sunt sequentia: Principi mittuntur Libræ duæ Sacchari incrustati seu confecti, quinque mensuræ seu pottæ vini clareti; in Cancellariam autem Joachimicus mittitur. Nunc adjiciamus etiam formulam, qua Pro-Cancellarius a Duce Suerinensi a Facultate Theologica olim & nunc expetitur, quæ hæc est: *Illustrissime Princeps, Domine Clementissime. Petiit a Collegio nostro Gradum superiorem in Theologia Vir quidam nobilitate, eruditione, pietate & donis in docendo præstans. Cumque tam in privato examine quam in publ. Disputatione deprehensum sit, recte eum intelligere Doctrinam coelestem, ejus fontes ac fundamenta in scriptis Propheticis & Apostolicis diligenter scrutari, scire etiam controversiarum præsentium momenta, ideoque ad docendam Ecclesiam Dei, cui jam præfectus est, idoneum esse ac simul morum totiusque vitæ integritate munus suum ornet, judicamus merito & honeste gradum petitum illi decerni ac tribui posse. Idque facere constituimus Deo bene juvante & Celsitudine vestra clementer approbante ad diem &c. Qua igitur decet submissione ac reverentia a Celsitudine vestra & nostro & hujus Candidati nomine petimus, ut Celsitudo vestra tanquam Cancellarius hujus Academiæ suæ dignissimus Licentiam sicut vocant, seu Facultatem accipiendi gradum Doctoris in Theologia ipsi clementissime tribuat & vices suas hac in parte benignissime demandet Reverendo & Clarissimo Viro Dn. D. N. N. Collegæ nostro quem ordo tangit, atque ita pios & honestissimos conatus dicti Candidati solita Clementia & erga studia doctrinæ coelestis, aliarumque optimarum artium adeoque totam hanc Academiam suam propensione adjuvet & promoveat. Hoc officium & Deo, ad cujus Gloriam spectat, gratum erit, & nos una cum Candidato preces nostras omniaque obsequia ac humillima officia Celsitudini vestræ vicissim pollicemur. Mittimus etiam*

Celsi-

Celsitudini vestræ cum debita subjectione exigua illa, quæ pro more recepto & antiquo mitti solent, honoraria, duos Cantaros Melicrati, duas Libras Sacchari aromatici & talerum Celsitudinis vestræ Cancellariæ, quam tenuem significationem subjectissimæ gratitudinis & officii Candidati ut Celsitudo vestra æqui bonique consulat, & clementissimo animo acceptum non aspernetur demisse oramus. Bene feliciterque valeat Celsitudo Vestra, & nos una cum Candidato sibi clementer commendatos habeat. Datæ in Urbe Celsitudinis vestræ Rozstochio. C. V.

Subjectissime colentes Decanus & Collegium Doctorum Theologiæ in Cels. V. Academia Rozstoch.

Addimus & Formulam Responsionis a Cancellario Academiæ factam ad petitum Facultatis Theologicæ. *Digna profecto admiratione & prædicatione res est Viri Reverendi & Clarissimi, sincere nobis dilecti, non modo inter cives & plebejos, verum etiam inter patricios & Nobiles, quorum ingenium alias ut plurimum est, aut equos alere aut canes ad venandum, aut castra vel aulas sectari, reperiri tamen, qui relictis & abjuratis istis præsentis seculi negotiis animum ad Sacro sanctæ Theologiæ studium applicent, atque in eo operam tam strenue navent, ut non tantum alios de Religione Christiana publice docere, sed etiam totius alicujus ditionis Ecclesiarum gubernationem recte & utiliter gerere & administrare possint, quod sane opus & beneficium esse Filii Dei, sedentis ad dexteram patris omnipotentis & dantis dona hominibus atque subinde operarios fideles in messem suam extrudentis, citra omnem dubitationis aleam statuendum est. Horum in numero cum sit Reverendus & nobilis Vir Juvenis N. N. cui petenti ob singularem eruditionem cum morum gravitate & vitæ integritate conjunctam, a Facultate vestra Theologica honorem & gradum Doctoris in Theologia præhabitis tam publicis quam privatis examinibus decretum esse eundemque ipsi ad certum diem adhibitis, debitis solennitatibus publ. collatum iri affirmatis, ac proinde desideratis, ut tibi tanquam in præsentiarum Decano ad id autoritatem nostram præstemus, merito honestissimi tui voti te compotem facimus, & licentiam ac potestatem creandi & publice renunciandi Candidatum Sacro sanctæ Theologiæ Doctorem pro jure & officio nostro Episcopali vigore hujus nostri rescripti clementer tibi concedimus, atque in ea parte vices nostras Reverendo & Clarissimo Viro N. N. committimus & demandamus. Orantes Filium Dei ut Ecclesiam & Academiam in hisce Regionibus puram & putam, & nos omnes in semitis mandatorum suorum clementer custodiat & conservet. Denique munera Doctoralia quæ pro more nobis missistis fuerunt nobis non ingrata & vobis totique Collegio vestro studium, favorem, & gratiam nostram vicissim clementer deferimus ac pollicemur. Datum in arce nostra Episcopali Büzovii.*

Indigitatur Bartholdus de Krakowiz, Nobilis Rugianus, tunc Theologiæ Facultatis Candidatus.

Locus creationis.

§. 6. Creantur autem Doctores in tribus superioribus Facultatibus in æde D. Mariæ sacra, Magistri vero in Auditorio Academiæ magno. Ante renunciationem Doctorum vel Magistrorum fit conventus in area Collegii Philosophici; inde itur vel ad ædem sacram vel Auditorium magnum, sceptra per Bidellos præferuntur, campana pulsatur, & Buccinatores ac Tubicines chorum ducunt. Ipsi actui renunciationis Doctoris vel Magistri interest Legatus Sereniss. Principum, qui ex numero DNN. Professorum constituitur, ac Legatus Amplissimi Senatus Rozstoch. qui ex Ampliss. Senatus Collegio. Actus vero Doctoralis incipit a precibus, quos puer recitat, & hic recensebimus:

Alme Deus Trino qui in Numine Numen es unum,
Omnipotens rerum genitor cui Pontus & Aether,
Tartaraque & picti famulantur sidera Coeli,
Aeternas agimus toto tibi pectore grates,
Quod jam bis centum clemens servaris in annos
Eusebiæ, Themidi, Sophiæ, Divæque Hygieiæ,
Ad Varni hos Roseos latices in littore Balthæ,
Hospitium studiis longe & late unde profundis
Larga dona manu, quibus omnia commoda vitæ (bes,
Consistunt, queis stant regna, Imperia oppida & ur-
Atque adeo e terris queis panditur arduus æther,
Inter & hæc artis Medicæ præclustre Lyeum,
Atque Sacerdotes Panaceæ almæque Salutis,
Morborum humani qui corporis agmina pellunt.
Tu porro alme Deus, sacra hæc Tua Templa tuere.
Præsidio subnixa Tuo solius & illa
Quæ bonus hactenus incrementa uberrima donas,
Inque dies cumulas quibus hæc Academia rursum
Jam Roseum generosa suum caput altior effert,
Perpetua esse velis. Tu discentum atque docentum
Auspicio rege felici studia atque labores,
Ut dum mortali hoc sudant in pulvere Circi
Plurima grata tibi dicant faciantque beatum
In Coelo, patriaque uti possint, tangere metam.
Hos quoque Cultores Phoebi blandæque Salutis
Queis Amarantheam lauri de fronde Corollam
Alma parat pietas, & juncta Hygieia benigna
Auspicio, ductuque Tuo porro usque guberna
Plurima grata Tibi ut faciant multisque salutem
Ut reparare queant, longamque extendere vitam
Sit Tibi Majestas & honos & gloria soli
In terra, in Coelis, æternis dedita seclis.

Et hæc *Preces in Promotionibus Doctorum Medicinæ* a Puero recitantur, quorum Versuum Auctor est *Eilhardus Lubinus*, Poeseos Professor primum famigeratissimus, postea & Theologiæ Professor celeberrimus. Dabimus nunc etiam *Formulam Precationum in Promotionibus Doctorum in Theologia* recitandarum, quam conscripsit atque in actu Promotionis D. Theologiæ die ult. Jul. Anno MDC. primum recitavit *Johannes Frederus*. Sic autem incipit:

Nate Dei vero verum de lumine lumen,
Præses Doctrinæ, studiorum maxime Rector
Qui Puer in medio Doctorum Doctor ad aras
Et delubra sedens vatum monumenta recludis,
Irradians obscura ipso admirante Senatu
Nil puerile sonans adeo puerilibus annis:
Hic etiam in medio te scimus adesse theatro,
Vivificæ auctorem lucis, qua sidera adimus,
Exiguoque velut coetu existente piorum.
Tum quoque servasti populum tua sacra fatentem,
Cum sublata forent pia sancti lumina coetus,
Offerret facies cum se tristissima rerum
Agmine Pontificum, & Nili dominante tyranno,
Et Lamyro grassante truci, Parthoque Syroque:

Jam

Jam quoque (dum magno terrarum tractus in orbe,
Parvus & exilis, tibi qui sacer esse videtur,
Præcipuum nobis dum lumen flemus ademtum,
Quod non Judicii linguæ imprimis disertæ,
Quod non Doctrinæ quod non virtutis egenum
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo,
Dum Cadman agitat Clarias discordia mentes
Dum falsum vero anteferunt miscentq; Sophistæ)
Coetum aliquem servas recte tua sacra professum
Tu Patris eloquium, splendor, sapientia, Virtus,
Tu Sol justitiæ, dux morum, norma salutis,
Unice flos veri, via vitæ, fonsque bonorum.
Dona quidem tribuis mundo quæ splendida fulgent,
Fulget splendidius reliquis sed id omnibus unum,
Hinc quod ad æterni nos ducit gaudia regni
Ullo non alio, quam sancti munere verbi.
Verbi igitur donas Doctores pectora quorum
Eruditi pietas graviumque scientia rerum,
Ut doceant populos de Religione suique
Sint oculi coetus & recta & prava videntes
Non in pauperibus modo sed locupletibus æque
Ne plane pereant, sed restituantur Olympo.
Talia dona decet nos certe agnoscere gratos
Et pariter, vitæ rerum quibus indiget usus,
Quæ tua fine carens tribuit Clementia nobis,
Omnibus his addens vitam post fata beatam
Tua nihil est melius, nihil est præstantius usquam:
Sit Tibi summo bonos, tibi laus tibi Gloria Christe,
Gratia summa Tibi, cum Patre & Flamine sancto,
Optime Servator tua nos domicilia serva
Nobiscumque mane tam tristi in Cardine secli
Nos rege nosque doce, vires tu suffice nobis.
In nobis habita, niteat Lux pura salutis,
Nestoreos vivat patriæ pater inclytus annos,
Et crescat patriæ nova Lux, nova gloria gentis,
Urbs hæc & reliquæ vigeant feliciter oræ,
Quæ te suscipiunt, instauratique subinde
Munia lætantur professorum oracula Coeli.
Tu procerum Juris, medicæque opis acta guberna,
Atque bonas quæ sunt decus, artes, nobile Mundi.
Optima pars & flos mundi est tibi sacra Juventus,
O fortunatam tibi si pia, sedula vivat.
Cerea tu sancto forma spiramine corda.
Grata futura tuæ paulo post organa laudis,
Vinea magna tua est, messem ne desere Jesu,
Hunc & jam Mysten Doctoris honore sacrandum
Suscipe, susceptumque juva, clemensque secunda:
Qui typus in vera pietate, fideque fidelium
Eniteat, cujus quoque conservatio suavis
Sanctaque sit Nemesis mens veri & conscia recti,
Fervida vota, pudor castus, dilectio flagrans.
Ut tua fama, tuum nomen, tua gloria crescat.

Anectemus his etiam preces, quæ Promotionibus Magistrorum a Puero etiam præmittuntur:

Christe Deus, fons Doctrinæ, sapientia Mundi
Unica, sidereo profers qui mitis olympo
Notitiam Patris æterni, vitamque perennem:
Solus & ingenuas, Patronus amabilis, artes,
Cumque Scholis urbis & templa domusque tueris.
Quis tibi pro summis dignas persolvere grates
Muneribus queat? inter nos quod lumina verbi,
Quæ tua jussa colant, & te reverenter adorent.
Agmine conservas summi quibus atria Coeli
Donabis miseræ post dura pericula vitæ:
Quod Linguas, artesque sacras, Ecclesia quarum
Auxilio viget instauras: & in Urbe Rosarum
Hospitium studiis gratum concedis, ut olim
Thesbitæ, cum tota fame Judæa periret,
Littore Sidonio sedem victumque dedisti.
Et quamvis varias mereantur crimina poenas,
Quod dextræ tamen alma tuæ nos protegit umbra,
Vincit & innumeros hominum tua gratia lapsus.
O soboles Patris æterni, dulcissime Jesu,
Tu rege coelesti mortalia pectora motu,
Ut tibi pro tantis præconia debita donis
Perpetuo dicant. Studiorum protege lucem
Accensam, rectæ, quæ norma & regula vitæ est,
Munus & ex ipso venit admirabile Coelo.
Dirige Curriculum mortalis flebile vitæ,
Luce Deus verboque tuo, tibi dicere grata,
Et facere, æthereo ut pleni possimus amore,
Et superi tecum fastigia scandere coeli.
Hos etiam Juvenes caste tua jussa sequentes,
Sacra Magisterii *quibus imponenda corona est,*
Cum Sophiæ studiis solerti mente vacarint:
Tu rege promisso divini numine flatus,
Ut tua nobis cum celebrent benefacta, tibique
Grata per immensum fiant quam plurima Mundum.

§. 7. Peractis sic Precibus, Cerei accenduntur, quibus ardentibus *fulgor & excellentia dignitatis Doctoralis demonstratur, quæ in obscuro latere nequit, sed indies redditur magis conspicua ut propterea conandum novello Doctori, ac tantum eruditione & doctrina, verum etiam vitæ & morum integritate aliis præluceat.* Adhæc Dn. Decanus habet Orationem de materia quadam, loco, tempori ac actui convenientem, hac absoluta convertit se ad Dnn. Candidatos, & postquam eos in pulvinos holosericos, ut in genua procumbant, vocavit, Cursori cuidam illis clara voce recitare & prælegere injungit, sequens Juramentum. quod omnium Facultatum Baccalaureis commune est. Sic autem sonat Juramentum hoc Baccalaureandorum: *Vos Domini Baccalaureandi, antequam promoveamini, jurabitis, quod hunc Gradum non amplius resumere velitis. Etiam jurabitis, quod bonum Universitatis Rostock. pro posse & nosse promovere velitis ad quemcumque statum perveneritis.* Hoc Juramento prælecto, Pedellus porrigit sceptrum Candidatis, cui digitos indices & infames uti vocant, imponunt, addita ab unoquoque voce: *Sic me Deus adjuvet.* Juramento hoc solenniter peracto singuli Candidati Pedello donant Aureum Nummum, pro quo gesticulatorum more exsilit, dicens: *Videte, Videte Dnn. Auditores Doctissimi Dnn. Candidati dedere mihi aureos; Deus det vobis mille, sicut illi.* His dictis statim Decanus Candidatos in Baccalaureos pronunciat, hoc modo: *Ego publica Collegii N. voce vos creo & promoveo Baccalaureos & vos omnes & singulos honestissimo gradu Baccalaureorum ornatos esse publice renuncio in nomine Patris & Filii & Spiritus S. Amen.* Hoc facto Decanus Licentiandos Dn. Pro-Cancellario præsentat, ab eoque petit, *ut pro auctoritate & potestate hoc tempore ipsi a Cancellario Academiæ Magnificentiss: concessa, nomine & loco Celsitud. ipsius facultatem & licentiam accipiendi gradum & insignia Doctoris tribuat.* Adhæc Pro-Cancellarius perorare incipit, certumque Thema pertractat; hoc ad finem perducto coguntur Licentiandi jurare, juxta

Ritus antecedentes renuntiationem.

formam, quam publicus Academiæ Minister proponit. & quidem *Licentiandis & Doctorandis in Theologia* sequens Juramentum prælegitur: *Reverendi & Clarissimi Dnn. Licentiandi (Dnn. Doctorandi) promittant Deo & huic Academiæ, quod velint sinceram Doctrinam Ecclesiæ Dei, comprehensam in monumentis Propheticorum & Apostolicorum scriptorum fideliter benedicente & gubernante Deo profiteri & custodire; Et Confessionem Augustæ exhibitam Imperatori* CAROLO V. *Anno Domini 1530. & Formulam Concordiæ atque consensum Ecclesiæ recte sentientis & docentis tueri, & omnes corruptelas pugnantes cum verbo Dei aversari, & vitare: Commoda Academiæ & Ecclesiæ Rostochianæ pro virili juvare & promovere, & in tota vita, quæ tum Deus juverit, cavere omnia scandala, quæ nomen Domini & dignitem verbi divini deformant. Licentiandis & Doctorandis in utroque Jure* tale. *Clarissimi Dnn. Promovendi, jurabitis tangentes sceptrum Academiæ, quod Justitiæ & æquitatis sacerdotes esse, & pro posse & nosse ad quemcunque statum perveneritis, commodum & utilitatem Academiæ Rostoch. promovere, & hunc Gradum, quo ornamini in alia Academia nunquam repetere, & denique omnia quæ Gradum vestrum deformant, studiose cavere velitis. Licentiandis & Doctorandis in Medicina,* hanc Juramenti Formulam proponit Academiæ Minister. *Clarissimi Dnn. Doctorandi, antequam promoveamini, promittere debetis Deo & huic Academiæ, quod velitis commoda Academiæ Rostoch. pro virili juvare & promovere. Et in tota vita, quantum Deus juverit, cavere omnia scandala, quæ Nomen Domini & Dignitatem Gradus vestri deformant.* Huic juramento adjungit Decanus: *Jurejurando etiam promittetis, juxta Hippocratis & veterum Medicorum consuetudinem. Primo vos nec prece, nec pretio nec studio cuiquam venenum, aut aliquid noxium humanæ vitæ propinaturum, aut etiam ad hanc rem consilium daturum. Secundo, vos abstinere velle ab omnibus actionibus illis, quarum nec rationem nec usum habetis. Tertio neque vos velle aliquid eorum revelare, quæ possint in detrimentum aut dedecus ægrorantis cedere.* Denique *Magistrandi* sic jurare coguntur. *Eximii Dnn. Licentiati Philosophiæ, antequam promoveamini ad Gradum Magisterii, jurare debetis, quod commoda Academiæ & Ecclesiæ Rostochianæ pro virili juvare & promovere velitis, & in tota vita, quantum Deus juverit, cavere omnia scandala, quæ nomen Domini & Dignitatem Ministerii verbi divini ac gradus vestri deformant.* Juramento singulis prælecto, omnes uno ore; *Sic me Deus adjuvet*, concludere illud debent; & tum Licentiandi a Pro-Cancellario Licentiati renunciantur hoc modo: *Ego igitur quod faustum & felix sit, pro ea auctoritate, qua nomine Magnificentiss. Academiæ hujus Cancellarii fungor, his viris eruditis confero Licentiam petendi gradum Doctorum, ac creo & pronuncio te N. te N. Theol. Licentiatos (juris Licentiatos &c.) in Nomine Patris & Filii & Spiritus S. & oro Filium Det ut vos clementer regat, & actiones & labores vestros fortunet, ut DEO grata atque Ecclesiæ (Reipubl.) salutaria plurima & faciatis & doceatis.* Hisce peractis confertur Licentiatis gradus Doctoris a Decano hoc modo: *Quod igitur felix & faustum Ecclesiæ, (Reip.) esse velit Deus æternus Pater Domini nostri Jesu Christi. Ego auctoritate publica qua in præsentia fungor, communi nostræ Ecclesiæ (Reip.) & Collegii Theol. (Juridici &c.) nomine te N. te N. creo & promoveo. S.S. Theologiæ Doctores (Juris utriusque Doctores) & vos honestissimo gradu Doctorum ornatos esse de sententia & judicio totius Collegii nostri publice renuncio, in nomine Dei Patris & Filii & Spiritus S. quem toto pectore oro, ut vestrum docendi Ministerium & totius vitæ cursum clementer regat, fortunet & adjuvet, ut vasa misericordiæ utiliter servientia Deo & Ecclesiæ (Reipubl.) maneatis.*

§. 8. Post collationem seu Proclamationem Doctoratus adduntur insuper quidam *Ritus*, in oculos incurrentes, non ut Ludi Scenici aut Theatrici, nec tantum ut renunciationem reddant conspectiorem, & dignitatem ordinis Doctorum & Reverentiam Auditorum erga docentes augeant; sed præcipue ut sint *signa vocationis eorum, quibus publicum docendi, disputandi, & sive Libros Sacros, sive Leges, sive Hippocratis sive Aristotelis & aliorum Philosophorum scripta enarrandi munus commendatur, ut conspectis hisce ritibus, tota Ecclesia, Politica & Schola, de eorum vocatione & doctrina ac moribus toti Presbyterio* JCTORUM *Medicorum ac Philosophorum ordini probatis certa sit.* Et quidem *primo* novelli Doctores vel Magistri a Decano, seu Promotore *in superiorem Cathedram* vocantur, ejusque tenendæ jus atque potestatem in Ecclesia Republ. & Academia docendi & interpretandi Libros sacros, vel Leges vel Hippocratem, Aristotelem aliosque Philosophos disputandi, & aliis doctrinæ testimonium tribuendi, hoc ritu illis traditur. Hoc peracto porrigitur novellis Doctoribus vel Magistris *Liber apertus & clausus. Si novellus Doctor Theologus*, traduntur illi *Sacra Biblia aperta*, eoque docetur, non propria somnia, sed secundum Legem & Testimonia debere doctrinam suam in Ecclesia proponere. Si JCTUS, proponitur illi *Jus civile*, quo monetur secundum Leges præscriptas omnia debere decidere &c. Datur & novellis Doctoribus, *Liber clausus*, ut moneatur Theologus Sacra Biblia non tantum in his chartis legi, sed intimis penetralibus cordis tenacissime & firmissime concludi. Idem Judicium esto de JCTO, Medico ac Philosopho. *Tertio* imponitur novellis Doctoribus vel Magistris a Decano *Pileus, sive Biretum coccini coloris*, quod vetus insigne docentium, eoque ceu Symbolo quodam in libertatem auream liberali, quod ajunt, manu asseruntur, assertique vindicantur. Nam & olim apud Romanos libertatis insigne erat tegmen capitis, Pileus, ut *Quintilianus* testatur, *Biretum* antiqui vocabant *quasi bis rectum*, Symbolum, ut arbitramur duarum rerum præcipuarum, quæ in optimo Doctore desiderantur, *probitatis* nimirum *morum & doctrinæ*. Eo autem caput, ceu mentis & rationis sedes potissimum exornatur, quippe qua una ad Theologiæ, Jurisprudentiæ, Medicinæ ac Philosophiæ & veræ sapientiæ cognitionem, quis

Ritus post renuntiationem.

I. Vocatio in superiorem Cathedram.

II. Liber apertus & clausus.

III. Pileus, seu Biretum.

quis promoveri poteſt, ex quo dignitas quo-
IV. Annulus. que refulget maxima. *Quarto* Decanus *annulo* digitos novellorum Doctorum vel Magiſtrorum exornat quod ingenuitatis & fidei ac dignitatis inſigne, & ſi Theologus, de retinenda puritate veræ & ſinceræ de Deo Doctrinæ, quam auro obryzo Scriptura confert, admonetur, illique fidelitas in toto Miniſterio Eccleſiæ, Sponſæ Filii Dei commendatur. Si vero JCtus vel Medicus &c. hoc ornamento illi commendatur, ſibi deſponderi Jurisprudentiam, Medicinam, Philoſophiam ut ea tanquam ſponſa unice amabili delectetur, & ſtudioſe ut Maritum decet, de-
V. Amplexus & oſculum. fendat, nec unquam deſerat. *Quinto* additur *Amplexus & Oſculum*, quod ſignum Pacis & concordiæ, quam novellus Doctor fovere debet in Eccleſia & Republ. contra vero deteſtari lites & jurgia. Hiſce peractis gratulatur Decanus novellis Doctoribus de Honoribus collatis illisque precatur, ut ſint perennes, Deusque illorum actionibus benedicere, omnium ſtudia promovere, ac Eccleſias & Scholas conſervare non dedignetur. Stantibus in Cathedra novellis Doctoribus puer ille, qui ordine primus, proponit quæſtionem ſuæ Facultati & ordini convenientem, ad quam reſpondere, eamque reſolvere ſtatim præſente frequenti auditorio tenetur. Quæſtione reſoluta ultimus ordine Doctor vel Magiſter gratiarum actionem inſtituit, & tum Deo tum Principi tum Collegio tum auditorio gratias agit, ac pro conſervatione Eccleſiæ, Academiæ ac Reipubl. ad Deum preces fundit. His omnibus abſolutis itur vel ad Domum Dn. Decani, vel alterius ubi convivium præparatum; quo excipiuntur omnes Dnn. Profeſſores, privati Doctores, Miniſterium aliique invitati, ac laute tractantur. Sublata menſa, vel jam tollenda Dn. Decanus inſtituit gratiarum actionem ad Dn. Rectorem, Dnn. Legatos, Dnn. Profeſſores, & præſentes convivas: Reſponder Magnif. Dn. Rector, votoque concludit Actum, quamvis per aliquod temporis ſpatium adhuc convivæ confabulationibus vel aliis rebus ſe exhilarent & concentus audiant iisque ſe oblectent, donec quisque Domum ſuam repetat.

LIB. II. CAPUT III.

De Regentiis ſ veteri Diſciplina Academiæ Rotztochienſis.

Cur veteres olim in Academiis inſtituerint regentias

§. 1 Veteres accuratam habuere rationem Juventutis. Optime enim novere, quam pretioſum depoſitum ſint Liberi; hi niſi recte educentur & coerceantur, ut Labruſca ſuccreſcunt, qui poſtmodum neque DEO, neque proximo inſervire poſſunt, ſed inutilia manent terræ pondera. Ut enim *Caſtor* & *Pollux* ſalutaria apud Ethnicos Numina navigantibus fuere, ſi gemini apparerent; contra ſi alter abeſſet, infelix omen inde præſagirent: Sic ubi *Diſciplina* & *Doctrina* junctæ ſunt, Juventus belle formatur, alterutra vero ſi deeſt, inprimis *Diſciplina*, effrenis fit, nam teſte Comico: *Deteriores omnes ſumus licentia*, & ut idem inquit: *Minima illa licentia profectò evadet in aliquod magnum malum.* Natura omnes ſumus proclives ad malum, præſertim juventus: *Juvenis* enim *cereus in vitium flecti*, ac vitia virtutes eſſe ſibi perſuadet. Sic voluptatem corporis animi recreationem, commeſſationem & compotationem converſationem jucundam, ac nocturnas graſſationes, clamores & boatus hilaritatem nominat; ſed hæc ſunt inſultus Diaboli μυσωπέχνα, qui h. m. homines à tramite virtutis ſeducit in rere omnium vitiorum. Ne ergo hoc accidat, pia & ſapiens Antiquitas in Academiis, & in hac noſtra Rotztochienſi, ſtatim poſt Fundationem, *Regentias* erexit, h. e. *conſtituit Ephorias, & certo ſtudioſorum numero certum præfecit ex Profeſſorum, inprimis Philoſophorum Collegio Moderatorem*, (quod tamen non ſemper fuit obſervatum, nam Regentiarum Inſpectores potiſſimum fuere *Seniores e Magiſtrorum ordine*, quos alibi locorum *Adjunctos Philoſophiæ*, Tybingæ *Repetentes* vocant) *qui accurate in mores & ſtudia illorum inſpiceret, easdemque cum illis ædes incolent.* Et hæc cauſa eſt, quod tot Collegia & Domos Academia Rozſtochienſis habeat, quas recenſuimus ſuperius *Lib. I. Capite VI. de Dote & Donationibus Academiæ Rotztoch. §. 1.* Hæ autem Domus in certas cellulas diſtributæ fuerunt, ut eſſent domicilia ſtudioſæ Juventutis, ne vagaretur per totam urbem. Cum enim ſtudioſa juventus per omnes vicos civitatis ſparſa, magnam habet peccandi illecebram, objicitur illi varia malorum eſca, & plurima invitamenta libidinum ſentit; quo igitur expers iſtius mali ſit, tutius eſt, ut ſtudioſa Juventus in Scholæ ædes commigret, quod & adhuc ſuramentum ſtudioſorum Academiæ Rotztochienſis requirit, dum immatriculandus ſic jurare ſeu ſtipulata manu promittere cogitur: *Promitto, me inhabitaturum ſive Academiæ, ſive Profeſſorum aliorumve Academicorum domos, niſi ob juſtas cauſas per Rectorem mecum fuerit diſpenſatum.*

Numerus Domuum veterum regentialium Rostochienſium.

§. 2. Ut autem planius ſententiam noſtram de *Regentiis ſeu Veteri Diſciplina* exponamus ſciendum, quod olim in Academia Rhoſtochienſi fuerint *VIII. Collegia ſeu Domus Academiæ* Regentiales in quibus bonarum Artium ſtudioſi habitarunt, inprimis Juniores, qui noviter Academiam hanc acceſſere, nam Senioribus ſtudioſis qui ſe & ſua ſtudia regere potuere, liberum fuit, vel apud Profeſſorem vel civem quendam domicilium capere. Primum autem habitaculum novellorum ſtudioſorum fuit *Collegium Facultatis Artium* ſ. *Philoſophicum Album* dictum, ſecundum *Porta Coeli*, tertium *Domus Aquilæ*, die *Arendsburg*, quartum *Domus Silvani* ſ. *Coleri*, quintum *Domus Mediæ Lunæ* ſive *S. Olai*, ſextum *Collegium Rubei Leonis*, ſeptimum *Domus Unicornis*, octavum *Collegium D. Michaelis* ſeu *Fratrum Pædagogium*, quod ultimum hodie, ut & ſupra innuimus, cum quorundam incuria igne abſumptum, in *Armamentarium urbis* verſum eſt. Has Domos *Regentias* vocavere veteres, *a regendo ita dictas, ut in iis variis in Artibus & Linguis exercerentur ac regerentur novelli ſtudioſi*; ita enim voluere veteres, ut in ſingulis Regentiis habitarent ſtudioſi, qui eadem & certa ſtudia, ſive ſtyli, ſive Græcæ, ſive Hebraïcæ Linguæ, ſive Philoſophiæ, ſive Matheſeos & catecheſin tractarent. His ſtudioſis adjunxere & præficere certos Profeſſores & Inſpectores privatos, qui ſtudia

Alumnorum ſuorum ſuo conſilio, diligentia & fidelitate regerent, & accuratam rationem illorum vitæ & morum haberent, quo in caſtitate, ſobrietate & labore, aliisque DEO placentibus virtutibus retinerentur. Non autem in hunc finem inſtitutæ Regentiæ, ut incolæ Regentiarum vitarent conventus publicos Eruditorum, vel publicas Lectiones; minime gentium, ſed ut privati Inſpectores diſcentibus certam methodum tractandi ſtudia præſcriberent, iisque indicarent, quas publicas Lectiones, ſuo profectui proficuas viſitare deberent. Nec ſtudioſi Regentiarum novis privatis Lectionibus onerati, ſed quæ publice audivere, certis horis & diebus cum illis repetiere Inſpectores Regentiarum, atque exercitia ex illis propoſuere absque ullo lucro & præmio. Inde autem tantum commodum in ſtudioſos emerſit, ut facile potuerint conjicere, cum primum coelo Academico ſe commiſerint, quid primum, ſecundum vel tertium ipſis diſcendum. Et hoc modo ſtudioſa Juventus praxin publicarum Lectionum habuit, ut illas intelligere potuerit, nec neceſſe habuerit querelas inſtituere; *ſe tradita non percepiſſe, & tantummodo fragmenta artium reperiſſe.* Ac tali modo factum, ut brevi tantos in ſtudiis progreſſus facere valuerint, quantos absque manuductore aliquot annorum ſpatio, & absque magnis ſumptibus vix facere illis licuerit.

Viſitatio annua á deputatis inſtituta.

§. 3. Has autem Regentias ſeu Academiæ Domos ſubinde in anno luſtravit Rector & alii Profeſſores Academiæ, ac examina Artium & Scientiarum cum ſtudioſis inſtituere, ut explorarent profectus eorum, defectum monſtrarent, & calcar adderent ad majorem diligentiam, illosque declamando ac diſputando exercerent, quo ad ſolidam eruditionem pervenirent, nec ſuperficialiter ſtudia tractarent. Et hoc fecere Rector & Profeſſores *absque ulla ἐμπορία, ut teſtarentur* (verba ſunt magni *Chytræi* in Programmate quodam *de Regentiarum conſtitutione* Calend. Aug. 1563. publice affixo) *difficilem & laborioſam λειτουργίαν eſſe Profeſſorum militiam Scholaſticam.*

Exactiſſima obſervata diſciplina.

§. 4. Regentiarum incolæ modeſtam & ſtudioſis dignam gerere debuerunt vitam, nam nocturno tempore non licuit illis libere per vicos vagari, vel cauponas aut alia loca ſuſpecta viſitare; in introitu enim domus famulus conſtitutus, qui obſervavit exeuntes, & quamdiu abfuere. Inſpector Regentiarum interdum anquiſivit, an etiam Alumni eo in loco fuiſſent, quem exeuntes indicaſſent, atque veſperi hora nona introitus ſ. Janua Regentiarum fuit clauſa, nec quisquam intromiſſus, qui poſt auditam nonam Regentias accederet, & mulctam ſolvere coactus fuit, qui ebrius in Regentiam reverteretur.

Origo Regentium in Academiis.

§. 5. Origo Regentiarum ejusque conſtitutio (ut hoc obiter quoque attingamus) deducenda eſſe videtur e Patrum Scholis. In primitiva enim Eccleſia, ſtatim poſt Apoſtolorum tempora (uti innuit magnus *Chemnitius*, in Concione ſua quam habuit in inauguratione Academiæ Juliæ) Patres pueros ingenuos bonæque indolis ad ſe in domos ſuas recepere, eosque in omnibus artibus & Linguis privatim ſedulo informarunt ac educarunt, donec fundamentis probe jactis eos ex Scholis eduxerint, certoque muneri præfecerint. Et adhunc etiam Modum Reges ac Principes Regentias in Academiis ſuis introduxerunt, ut eo melius ſtudioſi ſolidam eruditionem in Academiis ſibi procurare & vere docti Viri evadere poſſent.

Diſciplina regentialis Roſtochii inprimis vigens tempore Pegelii & Burenii.

§. 6. Quanquam autem ſtatim poſt Fundationem Academiæ Rotztochienſis Diſciplina Regentialis fuit introducta, ut *Statuta Vetera Academiæ Rotztochienſis* teſtantur, quæ *cap. IX. de officio Rectorum Regentiarum* agunt: inprimis tamen viguit hæc Diſciplina Temporibus *Conradi Pegelii*, qui LX. annos Academiæ Rotztochienſis Profeſſor fuit, & anno 1508. in Collegio *Portæ Coeli*, primum Juventutis ſtudia & mores, fideliter & feliciter inſtituere & gubernare cœpit. *Pegelium* 1530. excepit *Arnoldus Burenius*, at quantus Vir! de quo *Philippus Melanchthon* vere dixit: *Ubi Arnoldus ibi Schola*, qv. diceret, nunquam Scholam bene conſtitutam & florentem ei loco defuturam, in quo *Arnoldus* vivere, docere & diſciplinæ præeſſe inſtituiſſet. Quemadmodum autem *Pegelius* in Collegio *Portæ Coeli*; ſic *Burenius* in Collegio *Aquilæ* ſtudia & mores Juventutis ſumma cura gubernavit. Sic enim de *Burenio* ſcribit Nathan Chytræus: *Et ut res eo felicius ſuccederet, neve vel otii ignavi, vel compotationum vel malorum ſodalitiorum occaſiones haberent, ipſe Diſcipulis ſuis dies noctesque tanquam cuſtos & exactor operarum incorruptiſſimus, perpetuo aderat; & quod boni Patris familias eſſe Ariſtoteles in oeconomicis dicit, ipſe primus omnium mane ſurgebat, poſtremus veſperi cubitumibat. Primo diluculo, ſigno dato, ad ordinarios ſtudiorum labores ſimul omnes excitabat: ſomnolentis deinde & ignavis moleſtus eſſe non deſinebat, priusquam ad officium eos compuliſſet. Non raro etiam, quando vel Lectiones repetendæ, vel ſtylus exercendus eſſet, fores Collegii Aquilæ ita claudere ſolebat, ut exitus inde nemini pateret, atque ita evagandi & diſcurrendi licentia omnibus adimeretur. Poſt caenam, non quod jam fere faciunt, in multam noctem poculis indulgere, aut cauponas inviſere ſuas ſinebat, ſed eos mature domi eſſe jubebat, & ut ſcire poſſet, quos ſibi optemperantes, quos immorigeros haberet, ſemper, ſine ulla exceptione, duobus menſibus æſtivis Junio & Julio, hora nona, reliquis vero omnibus, ſive æſtivi ſive hiberni eſſent, in puncto octavæ fores Collegii ſui occludebat, ac tum oſtiatim circumiens, in ſingulos nominatim inquirebat, abſentesque accurate obſervabat, cenſuræ & objurgationi poſtridianæ certiſſimæ ſubjiciendos.* Hactenus de Diſciplina *Burenii Nathan Chytræus.* Hanc Diſciplinam *Burenii* quidam Sycophantæ illuderunt, & non veram & liberam Academiam, ſed bacchantium ergaſtulum & carnificinam vocitarunt. His ſe oppoſuit peculiari oratione *Burenius* anno 1555. quæ extat, in qua demonſtravit *Regentiarum neceſſitatem ac utilitatem, & quod veteres re diligenter deliberata, eas erexerint.*

Continuata ſevere a David Chytræo eiusque collegis.

§. 7. *Burenium* in inſpectione Regentiarum ſecuti *M. Andreas Eggerdes*, M. *Henricus Arſenius*, M. *Joh. Poſſelius*, Sen. aliique. Et ſedulo cavit *David Chytræus* cum Collegis D. *Simone*

mone Pauli, Luca Bacmeiſtero, Sen. Theologis, *Friderico Hein, Bartholomæo Clingio & Johanne Borchold,* JCtis, ne Regentiæ, ſeu diſciplina illa ſcholaſtica interiret. In hunc finem D. *David Chytræus,* Academiæ Rector anno 1563. Cal. Aug. programma affixit, quo indicavit, ſe & ſuos Collegas velle ſingulis Academiæ collegiis proponere Ephoros, qui Adoleſcentibus diſcendi cupidis, certam & ſalutarem recte diſcendi viam ac ordinem oſtendant; quod cum paucis admodum notum, adſcribemus.

RECTOR ACADEMIÆ DAVID CHYTRÆUS.

Graviſſima eſt, & attenta conſideratione ac memoria omnium ſtudioſorum digniſſima, Plutarchi ſententia: ἄξιον ἐστι μόνους ἐλευθέρους νομίζειν, οἱ θείῳ ἡγεμόνι τῷ λόγῳ ἕπονται. Μόνοι γὰρ, ἃ δεῖ, βούλεσθαι μαθόντες, ὡς βούλονται ζῶσι. Ταυτόν δ' ἐστι τὸ θεῷ ἕπεσθαι καὶ τὸ πείθεσθαι λόγῳ, e. i. *Juſtum eſt ſolos eos exiſtimare liberos eſſe, qui divinam ducem, rectam rationem, ſeu legem Dei, in omnibus vitæ actionibus ſequuntur. Hi enim ſoli vivunt ut volunt, qui ea, quæ oportet, (h. eſt, recta, juſta & legibus Dei conſentanea) velle didicerunt. Eſt igitur vera* LIBERTAS, *ſponte & libero ac hilari animo, recte facere, & Deo ac Legibus Dei, & Magiſtratuum, ac Præceptorum monitis, libenter & non coacte, obedire. Non eſt licentia faciendi quicquid libet, ſeu* ἀναρχία, *quæ contemptis Magiſtratuum, Parentum, Præceptorum & omnium legum honeſtarum vinculis, pro ſua libidine, omnibus cupiditatibus frenos ſolute laxat, ut in ſapientiſſima* Plutarchi *ſententia jam recitata dicitur & nota eſt* Craſſi *vox à* Cicerone *laudata:* Legum ſervi ſumus, ut liberi eſſe poſſimus. *Ut autem* Artes, *quas in Scholis diſcimus & profitemur,* Liberales *vocantur: ita omnes bonarum artium* STUDIOSOS *decet, non ſervilibus ingeniis, quæ minis & carceribus in officio retineri & cogi oportet, præditos, ſed vere* LIBEROS *& ingenuos eſſe, qui ſua ſponte, læto ac alacri animo, & diligentiam in diſcendo, ac omnibus ſtudiorum partibus, de conſilio fidi & uſu periti Præceptoris ſedulo obeundis, adhibeant, & mores ſuos honeſte & caſte juxta Legum normam regant. Nam generoſa & liberalia ingenia, non invita aut coacta, ſed ſumma cum voluptate & ardenti impetu ad diſcendum & obedientiam Legibus & Præceptoribus præſtandam, ſua ſponte feruntur. Tales eſſe multos in hac Schola liberalibus ac modeſtis ingeniis præditos, & vere* ἐλευθέρους, καὶ ἀεὶ βουλομένους, *non dubitamus. Hi cum intelligant, veriſſimum eſſe, quod* Menander *dixit:* Νέος γὰρ ὢν, ἐδόκουν μὲν, ἐφρόνουν δ' ἐυδὲν, *& in junioribus, in hac ætatis & judicii imbecillitate, ducibus ac gubernatoribus ſtudiorum fidis & uſi peritis opus eſſe: haud dubie gratiſſimis animis paternam hanc Senatus Academiæ, de Juventutis ſtudiis & moribus feliciter provehendis, ſollicitudinem amplectentur. Decrevimus enim, Deo juvante,* SEX DOMOS *ſeu* COLLEGIA ACADEMIÆ, *in quibus bonarum artium ſtudioſi habitant, primo* COLLEGIUM FACULTATIS ARTIUM, *deinde* PORTAM COELI, *poſtea* AQUILÆ DOMUM, *& vicinam,* SYLVANI SEDEM, *tum* UNICORNEM, *poſtremo* D. MICHAELIS SEU FRATRUM PÆDAGOGIUM, *cras hora octava inviſere: & ſingulis Inſpectores præficere, qui ſuo conſilio, induſtria & fide, ſtudia diſcentium, & exercitia ſtyli, memoriæ, pronunciationis, diſputationum, examinum, & ſimilia, adjuvent & gubernent: Et veræ pietatis, modeſtiæ, diligentiæ, ſobrietatis, & cæterarum virtutum DEO placentium cuſtodes &* EXEMPLA *ſint. Nam ut Plato graviſſime dixit:* Παιδεία νέων διαφέρουσά ἐστιν, ἵνα τὸ νοθεύειν πολλὰ, ἀλλ' ἅπερ ἂν ἄλλον νοθεύων ἕποι τις, φαίνεσθαι τοῦτο αὐτὸν δοριῶνα διὰ βίου. *Non commoda vel mercedes ullas ab auditoribus hoc nomine petimus. Nec* ἐμπορίαν, *ſed difficilem & laborioſam* λευτεργίαν *eſſe hanc noſtram militiam Scholaſticam ſentimus, nec potentiam nobis ullam quærimus. Sed hoc unum agimus, ut ſtudioſi propter DEI gloriam, & ſuam ac Eccleſiæ ſalutem, diligenter & certo ordine ac modo, quem fidi ſtudiorum gubernatores petentibus monſtrabunt, artes vitæ utiles diſcant, & modeſte ac pie diſcant, & veram ac ſolidam eruditionem & virtutem expetant, qua inſtructi, DEO & Reipublicæ utiliter ſervire & magno uſui & ornamento eſſe queant. Præponemus igitur ſingulis Academiæ Collegiis* ἐφόρους *ſeu Inſpectores, qui fraterna fide & humanitate, adoleſcentibus diſcendi cupidis, certam & ſalutarem recte diſcendi viam ac ordinem oſtendant, & quas Lectiones publicas, ſuo profectui convenientes, audire debeant, amice monebunt. Nec novis eos Lectionibus privatis onerabunt: Sed ſingulis hebdomadis, die Mercurii & Sabbati, certis horis Methodos & ſummas præcipuarum artium, in Lectionibus publicis propoſitas, ordine in Examine repetent. Ad quod etiam Magiſtros & alios Seniores interdum accedere optarim, non ut in ipſos inquiratur, verum ut exemplo ſuo adoleſcentiores invitent. Proponent & ſcribendi argumenta adultioribus, ſingulis hebdomadis: ſcripta adoleſcentum corrigent. Et ſingulis diebus Sabbati, per vices, alias Diſputationem, alias Oratiunculam brevem haberi curabunt. Ac ut a nocturnis diſcurſationibus & periculis vitæ ac famæ ſtudioſi arceantur, veſperi Hora nona domos claudent. Hanc optatam, & ſine ulla diſcentium ſumptu, publicæ tantum utilitatis juvandæ cauſa, a Præceptoribus ſponte ſuſceptam recte inſtituendi ac feliciter promovendi ſtudia & mores adoleſcentum, curam & ſollicitudinem, non dubitamus, bonis & generoſis mentibus gratiſſimam fore, easque libenti & alacri animo inſignem hanc felicitatem amplexuras, eaque uſuras eſſe. Cætera illiberalia & ſervilia ingenia, quæ barbarica feritate & contumacia, DEUM, Leges, ſtudia doctrinæ, & diſciplinam divinitus mandatam contemnunt, aliis paulo poſt ſeverius cohercenda & cogenda relinquimus. Nam, invitum qui ſervat, item facit occidenti. Et, invitas canes, qui venatum ducit, nihil agit. Quare his ſuæ ſtultitiæ & poenæ divinæ relictis, bona & liberalia ingenia recte erudire & provehere noſtra fide & diligentia conabimur. Hortor itaque omnes ſtudioſos Auditores noſtros, ut cras, Hora octava, ſinguli in ſuis Domibus præſto ſint, & Inſpectores ac Gubernatores ſtudiorum, de Senatus Academiæ judicio, ipſis adjungendos, reverenter excipiant: eorumque conſilia & admonitiones de ſtudiis & reliquæ vitæ rationibus recte & laudabiliter*

Lib. II. de Leg. p. 548.

biliter instituendis, lato & alacri animo sequantur. Datum, Calend. Augusti Anno 1563. Hactenus Programma. Ex quo Regentiarum constitutionem accuratam satis superque cognoscere possumus.

Officium Professorum Regentialium.

§. 8. Examina autem in istis Regentiis, ut diximus, fuisse a Professoribus instituta, iterum constat ex Programmate illo, quod affixit idem Rector D. *Chytræus* eodem anno, Idibus Octobris, interque *Scripta Publica Academiæ Roztochiensis* asservatur. Porro quod Disputationes attinet & Declamationes, illas in singulis Regentiis viguisse, vel inde conjicere licet, nam anno 1572. 11. Junii Rectore D. *Bartholomæo Clingio* decretum in Concilio Academiæ Rotztochiensis fuit; *ut in singulis Regentiis semel in anno disputetur, & exercitia Declamationum in iis instituantur.* Moderatores denique Regentiarum accuratam semper in Regentiales inspectionem habuerunt, ita, ut si diligentiam in studiis suis non adhibuissent maximam, Concilio & Rectori id significarint, uti fecit Anno 1563. die 21. Dec. M. *Johannes Posselius*, Sen. Prof. Pædagogiæ, qui Rectore *Luca Bacmeistero*, Sen. aliquot ex suis discipulis propter negligentiam in studiis & styli exercitio accusavit. Etenim uti superius jam dictum fuit, *Inspectorum Regentialium officium fuit, post Catechesin, inprimis exercitium styli & studia humanitatis cum Regentialibus tractare:* Ita enim sonat Constitutio a Reverendo Concilio approbata & eodem Rectore *Bacmeistero* 1564. 26. Januar. publicata: *Curent Professores Facultatis Artium, inprimis Ephori Regentialium, ut semper aliquid in Cicerone proponatur, & maxime, ut sit unus, qui in Orationibus Ciceronis modum Imitationis in Elocutione & Dispositione diligenter & fideliter monstret.* Similiter de Disciplina in Regentiis servanda moniti sunt Moderatores, ut delinquentes carcere vel mulcta puniant. Imo eodem adhuc Rectore *Luca Bacmeistero* die 28. Martii in Concilio *de Disciplina Regentiali actum fuit; placuit tum omnibus ejus curam rursus sedulam suscipi, & servari debere ea, quæ proxima æstate constituta essent.* (sc. Rectore *Dav. Chytræo*, cujus Programma eadem de causa affixum, supra recitavimus) *Ac in proximo Conventu D. Davidi Chytræo breviter capita quædam conscripta adferre injunctum fuit, quæ ad totam eam rem facere viderentur. Ea deliberata postea Regentialibus debere proponi & injungi*; quod & factum eodem anno 1564. 25. Octobr. Rectore *Johanne Boukio*, J. U. D. ut nemo ignorantiam prætendere posset.

Leges Professoribus præscriptæ.

§. 9. Ut autem omnibus constet, quibus Legibus Regentiales fuere obstricti, has legendum hic exhibemus:

Formæ constitutæ honestæ & æquabilis Disciplinæ in omnibus Regentiis seu Domibus Academiæ Anno M. D. LXIIII. 25. Octobr.

I. Cum Professoribus singulis, quibus hactenus disciplinæ gubernatio commissa fuit, per negotia non liceat hoc munus ex dignitate Academiæ administrare, Juvenibus quidem Magistris in quorundam locum substitutis inspectio & gubernatio Domuum Academiæ hoc anno 1564. commissa est, & primo Collegii Facultati Artium M. Levino Batto; *Portæ Codi seu Pædogogii,* M. Joh. Posselio: *Domus Koleri,* M. Nathani Chytræo: *Arcis Aquilæ, M.* Laurentio Widemanno: *Domus Unicornis,* M. Stephano: *Rubei Leonis Inspectionem D. D.* David Chytræus *in gratiam pauperum eam Domum inhabitantium, in se recepit; Monasterii Fratrum cura atque administratio M.* Petro Hagemeistero *& M.* Gerardo Fabro *a Senatu urbis commissa est. II. His vel illis in posterum substituendis pro laboribus singulis annis tertia locarii pars ex domibus sibi commissis, mercedis loco attribui debet. III. Præcipuæ partes officii horum Magistrorum sunt: 1. Vesperi hora nona claudere fores. 2. Non nunquam ingredi habitationes, & videre, an domi sint discipuli, quid agant, an ignis rationem habeant, unde, quod Deus clementer avertat, incendium oriri posset. 3. Usitatis diebus proponere materiam scribendi & disputandi & suo quisque ordine curare, ut singulis mensibus oratio aliqua latina aut græca publice recitetur. 4. Omnes ut disputationibus & examinibus intersint curabunt; si qui autem natu majores inter alios scripta offerre nolunt, ii privatim exhibebunt, vel publice declamabunt. 5. Non ferent in ædibus suis dyscoloum aliquem, qui & ipse nihil agat, & alios suo exemplo offendat. 6. Non solum Discipulos monebunt, ut in faciendis officiis vocationis diligentiam & assiduitatem præstent: sed ipsi etiam pietatis, modestiæ, temperantiæ, denique omnium virtutum exemplo auditoribus prælucebunt. 7. Licebit etiam Regentialibus in negligentiores mulctam aliquam pecuniariam constituere, quæ tamen qualibet vice solidum Lubecanum non excedat, & ut hæc pecunia, vel in necessarios ædium usus conferatur, vel distribuatur pauperibus Scholasticis diligentioribus. 8. Singulis semestribus colligatur locarium ex habitationibus, & reddatur ratio Inspectoribus. 9. Novitii, quoties aliqui accedunt in habitationes introducantur, & diligenter omnibus rebus, ut fenestris, fornacula, janua, parietibus &c. inspectis, cura habitationis ipsis commendetur, ut si quid fractum, ab ipsis reficiatur. 10. Nec iniquum est paulo post constituta disciplina ab illis, qui solvendo sunt, quatuor aureos pro Disciplina exigere: Cum meminerimus olim a ditioribus septem aureos exigi solere. 11. Non licet ulli in cubiculis maxime vero in loco superiori secare ligna, nec exercere intempestivam Musicam, nec instituere compotationes. 12. Quantum fieri potest, pueri petulantes, dissoluti & malitiosi, studiosis inservientes ex ædibus arceantur, possunt illi qui opulentiores sunt, pauperis alicujus studiosi opera uti. IV. Duo erunt generales omnium Regentiarum Inspectores: ad quos etiam Præceptores gravamina, quæ in gubernatione occurrunt, deferent. V. Demandabitur hoc officium de Sententia Senatus Academiæ singulis semestribus alicui Professori superiorum trium Facultatum, & Decano Facultatis Artium pro tempore. VI. Semper post novi Rectoris renunciationem convocandi sunt & Regentiales, ac interrogandi, an diutius munere gubernandi fungi velint, ut tempore de aliis idoneis personis, si opus sit ipsis substituendis, cogitari possit. VII. Interest Academiæ, neminem Scholasticorum extra Scholæ ædes habitare, nisi Magisterii gradu ornatus sit,*

sit, vel locum in Regentia aliqua habere non possit. VIII. Cum etiam Disciplinæ conservatio ad communem totius Academiæ dignitatem & utilitatem pertineat, & ipsius Academiæ nervus sit, Academiæ Rector, quoties aliquem relaturus est in numerum studiosorum, mandare debet in inscribendo, ut migret in aliquam scholæ domum, & deligat sibi privatum Præceptorem ex Regentialibus Academiæ. IX. Nemo Regentialium vel reliquorum Magistrorum, qui non sunt Professores publici, aliquid vel publice vel privatim proponet enarrandum sine venia Senatus Academiæ. X. Quodsi alius quispiam, qui non fuerit in numero Professorum aliquid enarrare voluerit, publice id & permissu Decani, & diebus extraordinariis, quibus usitate publice legi non solet, fiat. XI. Si quis tamen Professorum vel peregre proficiscereter, vel negligentia quadam affectata lectionem sum omitteret, licebit alteri cuidam eadem hora, vel eandem vel aliam utilem lectionem proponere, sciente tamen Decano. XII. Debent etiam Regentiales fideliter hortari Discipulos, ut audiant lectiones suo ingenio, & progressui accommodatas, nec ferre ut sine discrimine quemvis prælegentem audiant, & onerent se multitudine & varietate Lectionum. Hæ fuere Leges Professorum Regentialium, ex quibus singulis enumeratis, vel puer cognoscere potest, veteribus nihil prius, nihil antiquius fuisse, quam rectam Juventutis educationem: Bene enim intellexere, *Academiis duo præcipua & summa inter homines officia commendata esse; Propagationem sc. Doctrinæ generi humano necessariam; & conservationem honestæ disciplinæ.* Non enim Academiæ debent esse Palestræ nequitiæ sed officinæ Spiritus S. in quibus vera de Christo Doctrina, artes & scientiæ, pietas, obedientia, temperantia, castitas, labor, &c. vigeant ac floreant.

De domo Sylvani sive Coleri.

§. 10. De Domibus & Habitaculis studiosorum quoque hic ageremus, quales fuerint & quomodo ad Academiam pervenerint; sed cum eas jam supra *Lib. I. Cap. VI. De Dote & Donationibus* recensuimus, lubenti animo eas hic præterimus, saltem de *Domo Sylvani* seu ut postea nomen a venditore altero accepit, *Coleri*, quædam adhuc monebimus. *Coleri Domus* dicta fuit a *Johanne* illo *Collero*, cujus ex testamento ea in honorem & commodum Academiæ fuit ædificata. Natus fuit ille JOHANNES CÖLLERUS, in celebri & veteri oppido Stadhagen, in ditione Comitum Illustrium Schowenburgensium, anno 1476. Patrem salutat *Hans Köler*, Cos. dicti oppidi, Matrem vero *Geskam Polemans*. Avum habuit *Henricum Köler*, Proavum *Hermannum Köler*, Atavum nominat *Gadelbusch Köler*, Tritavum vero numerat *Hermannum Kölerum*. Ab his Majoribus cum belle educatus esset noster, studiis humanioribus & philosophicis primum operam dedit, unde & in Academia sine dubio Rotztoch. *Magister Philosophiæ* cum laude fuit creatus; deinde Jurisprudentiæ unice incubuit, tantosque in illa fecit progressus, ut *Protonotarius ac Consiliarius* celeberrimus in incluta civitate Lüneburg. tandem fuerit constitutus, simulque *Canonicus Verdensis & Bardevicensis*, demum & *Præpositus Ecclesiæ ad S. Johannem Lüneburgi* factus est, *Vir in omni disciplinarum genere exercitatissimus*, de quo *Henricus Brömsius*, Eques auratus, & Imperatoris *Caroli V.* Consiliarius, simulque Lubecensis Reipubl. Cos. in scripto aliquo elogium sat egregium annotavit. Postquam enim eum nominasset *perspicacem & exercitatum hominem*, subjungit: *Vir erat, dum viveret, utilis, laboriosus, eloquens, prudens, Juris peritus multiscius. Omnia, quæ de Republica urbis Lunaris fiebant, sua industria administrabat.* Et hic *Vir Reverendus, spectabilis, præstans sapientia, Legum cognitione, doctrina & virtute*, vitam tandem cum morte commutavit Lüneburgi 1536. ætat. 70. cujus imago spectatur in Templo D. *Mariæ* Virginis, Epitaphiumque ipsi erexit *Lucas Lossius* in sua *Lüneburga pag. 35.* Hic moriens in testamento suo *pauperibus multa legavit, inprimis illis qui studiis operam dant, nec habent, unde se in Academiis sustentare possint.* Eam etiam in rem ut jam dictum fuit, *Rotztochii Domum suis sumptibus ædificari curavit*, quam *in usum Regentialium Academiæ concessit, sed ita concessit, ut hanc inhabitandi ejusque usumfructum capiendi potestatem quidem haberet Academia, suprema autem inspectio ejus sit penes suam familiam Köleriana.* Hujus *Coleri* nostri voluntatem ultimam, Frater ejus germanus, ejusque ex asse hæres, *Henricus Colerus*, Senator Lubecensis egregie meritus, ac veræ doctrinæ Evangelii in urbe Lubeca Propugnator ac Propagator laboriosissimus item & accerrimus, statim in effectum deduxit, ac de suis (erat enim *Vir valde beneficus, ac vere Pauperum Pater*, qui Pauperibus pene innumera legavit) multa adjecit, unde Domus hæc postea *Collegium Colerianum* fuit vocitatum. Hujus Domus seu Collegii vi Testamenti, administrationem, post ejus mortem (qui incidit in annum 1563) in se suscepit Filius ejus relictus *D. Athonnus Colerus*, primum quidem Illustrissimi Ducis Prussiæ *Alberti I.* Vice-Cancellarius charissimus & celeberrimus, sed ut erat pacis amantissimus, & incorruptam amabat *Lutheranam Religionem*, quæ tum ob errores *Osiandristicas* in Prussia valde obscurabatur; ille sponte vitam aulicam simul & Prussiam reliquit, ac in Patriam suam Lubecam reversus, quod supererat vitæ, in honestissimo litterarum otio transegit, donec tandem ibi anno 1589. ultimum suæ vitæ diem clauserit. Cum hoc autem *Antonio Colero* anno 1564. die 9. Febr. Rectore *Luca Bacmeistero* egit Academia Roztochiensis, ut *permittat aliquid juris Academiæ, quantum ad Regentiales attineret in eam collocandos, ut disciplina esset æquabilis.* Hanc petitionem honestam & laudabilem *Kölerus* Academiæ benevole concessit. *Satis enim constat* (verba sunt B. nostri Atavi D. *Lucæ Bacmeisteri*, Sen. in quodam MSpto) *Domum istam ejusque incolas cum* ANTONIUS COLERUS *Lubecensis Dominus ejus esset, a Rectore ac Senatu Academiæ interdum visitatos & qui ei præficiebatur a* COLERO, *consensu Rectoris & Concilii præfectos fuisse. Non autem petenti concilio, vendere Domum Academiæ voluit* COLERUS. *Postea nescio quo autore, vendidit eam D.* BERNHARDO QUECO, *J. U. D. & privato Practico Rectore & Concilio prorsus insciis, qui si rectius factum illud tum forte considerassent,*

derassent, rescindere contractum jure protimiseos potuissent meo judicio. Jam hominis privati Domus facta est, nec quicquam amplius Juris aut commodi inde habet Academia. Hactenus ille. Hæc de *Domo Coleri*, quantum nobis de ea constat, dicta sunto, de reliquis Domibus seu Collegiis Academiæ, nihil, quam quæ jam supra diximus, amplius addere possumus.

De domorum residentialium Rostoch. abrogatione.

§. 11. Restat, ut paucis adhuc dicamus de tempore, quando Regentiæ in Academia desiere. Sed hic hæret aqua, quod dicitur, & Oedipo opus, qui annum nobis explicet illum, quo Regentiæ illæ abrogatæ & disciplina illa veterum, æternis laudibus deprædicanda, in Academia Roztochiensi in desuetudinem abierit; cum veterum tamen Professorum Regentialium vel morte vel abitu disciplinam hanc quoque labascere cepisse, imo cum Seculi XVI. decursu & fine, ex Professorum quorundam vel negligentia vel conniventia, plane Regentias abolitas esse certum est. Fidem nobis ea de re faciunt verba Autoris Chron. Roztoch. *Petri Lindenbergii*, quæ habet *Lib. V. Cap. VIII.* in quo cum ordine *Collegia & Domos Academiæ* recensuisset, tandem addit: *In hisce collegiis superioribus annis, studiosi omnes, qui per ætatem & judicii inopiam ipsi regere sua studia & mores non possent, habitare, & nocturno præsertim tempore domi se continere cogebantur, qui NB. nunc per urbem habitant dispersi.* Ergo jam anno 1596. (hoc enim in anno scripsit ac edidit quoad partem, totum enim ut ederet, mors ejus impedivit, Chronicon suum *Lindenbergius*) ruere aliqualiter incepit Disciplina Regentialis Roztochii: Superfuisse tamen adhuc de disciplina Regentiali veterum, rudera quædam anno 1598. ex *Programmate* quodam a Rectore tunc Magnif. *Luca Bacmeistero*, Sen. eod. anno Cal. Maji affixo, edidicimus: Postquam autem de *Philosophici & aliorum collegiorum, seu, quod idem est, Domuum Regentialium reparatione*, (quæ tum fiebat) studiosos Juvenes certiores fecisset, *hanc in commodiorem Incolarum usum supellectilem lignea, ut scamnis, sellis, mensis & spondis iterum instructas esse, ideoque ut eas iterum inhabitent, & inhabitatas ex iis clam haud discedant, nisi prius Inspectoribus se discessuros significaverint, & locarium exsolverint*, graviter simul studiosos admonuisset; tandem de *Collegiis privatis* in Regentiis habendis addit: *Inspectores Collegiorum de Exercitiis suis privatis, quæ in utilitatem & profectum Incolarum & aliorum, quise illis adjungere volent, suscepturi sunt, ipsi suo tempore significabunt. Vicissim speramus, vere studiosos Juvenes, qui cultiores ingenio & doctrina evadere, & utiliter aliquando, Deo, Ecclesiæ, & Reipubl. servire cupiunt, sibi ipsis in hac optata discendi ac proficiendi occasione non defuturos esse.* Sed eodem statim anno magis ac magis invaluit inhonesta illa ac detestanda studiosorum licentia, ita ut ipse Princeps ac Cancellarius Academiæ Magnificentissimus Dn. ULRICUS, motus fuerit, anno 1599. in persona *Visitationem*, anno 1597. jam indictam, sed ob pestilentialem luem sævissimam tamdiu protractam, in Academia Rostochiensi instituere, quam & feliciter eodem anno die 24. Martii peregit, in qua severe admodum quorundam Professorum in docendo, & malitiam atque licentiam coercendo negligentiam summam accusat, simulque graviter eos admonet, ut Regentias seu veterem illam Disciplinam Academicam in æternum commodum & utilitatem longe saluberrimam Academiæ Roztochiensis iterum introducere, summa ope niterentur, uti pluribus hac de re testatur *Rescriptum* illud Academiæ a Duce datum, quod inseruimus supra Lib. 1. *Cap. VI.* ubi de *Dote & Donationibus* egimus. Et hujus quidem laudabilissimæ Disciplinæ Academicæ contemptum jam dudum antea conquestus est, felicissimus illæ Græcæ Literaturæ in Academia Rostochiensi Restaurator, Magnus ille *Johannes Posselius* Senior in *oratione sua de Urbe Rotztochio* perdocte conscripta. Postquam enim ille laudadissimus Autor Domus Academiæ, seu Octo illa collegia, superius à nobis adducta, recensuisset, atque in illis Collegiis *Majores omnes illos studiosos, qui per ætatem & judicii inopiam ipsi regere sua studia & mores non potuere, habitasse; & præceptorum, qui singulis Domibus præfecti essent, doctrina institui & auctoritate regi, ac in officio contineri, & nocturno præsertim tempore domi contineri, voluisse, (cum vel verissima sint verba Menandri:* Νέος γὰρ ὢν, ἐδόκουν μὲν, ἐφρόνουν δὲ οὐδέν Cum Juvenis essem, videbar mihi præclare sapere, sed nihil sapiebam.) asseruisset, sequenter statim adnectit quærelas: *Ita nunc plerique Juvenes puerili quadam & stulta subnixi arrogantiâ, & inani libertatis nomine inflati, pulcherrimum ducunt, temere in studiis, ut libet & sine certo ordine vagari, defugere omnia Præceptorum colloquia & examina, nullius se subjicere censuræ, nullius parere autoritati, nullos pati disciplinæ frenos, omnibus polluere se impuris voluptatibus. Verum, hi paulo post hanc stolidam animi elationem & licentiam suis studiis, famæ & sæpe etiam corporum incolumitati certum exitium afferentem, deplorabunt. Alii vero, qui spretis voluptatibus & otio inerti, ordinem discendi à Præceptoribus propositum sedulo sequuntur, & suam in studiis assiduitatem in moribus modestiam, & in omni officio diligentiam præceptoribo probabunt, fructus paulo post percipient doctrinæ & virtutis amplissimos, ut eleganter & vere à* Musonio *dictum est:* Αὖ τὸ πεάξῆε καλὸν μετᾶ πόνις; ὁ μὲν πόνος οἴχεται, τὸ δὲ καλὸν μένει, ἄν τι ποίησῆς ἀσχομετα ἡδονῆς; τὸ μὲν ἡδὺ οἴχεται, τὸ δὲ αἰχρὸν μένει. Hæc ille.

Earum loco Pennalismus ab ipsis studiosis introductus.

§. 12. Ast, sicuti fieri solet, ut libertatem semel adeptam, ægre amittamus, (omnes enim profecto liberi libentius sumus, quam servimus; & nulla dulcis est infantiæ disciplina) quemadmodum etiam legem semel explosam, vix ac ne vix quidem introducere iterum valeamus: ita & Professores Roztochienses Disciplinam veterum semel neglectam, reassumere vel restituere eam iterum nunquam potuere, quia enim Professores ex lenitate quadam vel etiam negligentia minime laudanda Disciplinam in Juniores & Novellos studiosos exercere deposuerant, seu ut leniter sonat, intermiserant, Seniores studiosi quilibet in adventantes ex sua gente dominium seu Disciplinam hanc reassumebant, Libros habebant, in quibus tanquam in Matricula annotabant nomina suæ nationis, si qui noviter ad-

adveniebant; eligebant & singuli Seniores quosdam, quos *Fiscales* appellabant, qui veluti Promotores, Senioribus assidebant, mulctam Juniorum colligebant, inque Fiscum deportabant. Hoc Dominium Seniorum in Juniores studiosos tandem pedetentim in tyrannidem illam quam *Pennalismum* vocabant, versa est. Hic enim hic ille fuit infaustus annuus novellorum studiosorum status, qui totum terrarum orbem peragrans, senibus infinita peperit dolorum examina, Juvenibus creavit infortunia, quorum species & formas nulla potest enumeratio definire. Hæc malorum omnium pestis, & quasi Academica illa Hydra Lernea, quos semel occupavit, cujuscunque etiam vel ætatis vel conditionis, tam arcte tenuit, ut perpetuas & juges calamitates sustinere, adeoque lacrumabilem vitam in extrema sorte ducere coacti fuere. Harum molestiarum fontem & fomitem phrasi comica & mediocri Orationis filo in Academia Roztochiensi in Comoedia sua quam *Cornelium Relegatum* inscripsit, primus omnium adumbrare anno jam 1600. incepit, M. *Albertus Wichgrevius*, Hamburgensis, P. Laur. tum designatus Rector Scholæ Pritzwaldensis, postea autem Ecclesiæ Allermodiensis ad Albim Pastor meritissimus. Opposuerunt se & ipsi Professores publicatis variis Edictis ac Programmatibus, quæ supra *Lib. I. Cap. VII. De Legibus statutis variisque Edictis* jam recensuimus, quo Lectorem remittimus.

Resilentialis veteris disciplinæ reintroducendæ commendatio & utilitas.

§. 13. Optandum sane, imo peropus est, ut talis disciplina, qualis veterum fuerit, adhuc Roztochii & aliis in Academiis vigeret, & Regentiæ iterum restaurarentur, tunc cyclopicæ vitæ nonnullorum pseudo-studiosorum occurreretur. tunc doctiores etiam in omni Facultate haberemus viros. Quid enim nobis dedit Theologos illos consummatissimos: *Lutherum*, *Brentium*, *Andræam*, *Morlinum*, *Chytræum*, *Heshusium*, *Chemnitium*, *Rungios*, aliosque? Regentiæ, in quibus educati & in omni litteratura fundamentaliter instituti fuere. Quis produxit nobis superioris Seculi JCtos incomparabiles; *Oldendorpium*, *Wesenbecium*, *Kirchovium*, *Borcholdum*, *Gabrielem* illum *Mudæum*, *Beustium*, & innumeros alios? Solæ Regentiæ. Unde stupendam hanc in arte Medica scientiam sibi acquisiverunt, *Leonhardus* ille *Fuchsius*, *Janus Cornarius*, *Loenicerus*, *Bartholinus*, *Velschius*, *Wormius*, *Jacobus Bordingus*, *Gerhardus Nennius*, & alii? Non nisi ex Regentiis, quæ tum variis in Academiis florebant. Acutissimos denique illos Philosophos *Melanchthonem*, *Camerarium*, *Rhodomannum*, *Matthiam Flacium*, *Possellos*, *Nathanem Chytræum*, *Schickardum*, *Trostium*, *Pegelios*, *Casselium*, *Kirchmannum*, *Marthinum*, *Bocerum*, *Jungium*, & quis enumerare potest omnes Oratores eloquentissimos, Philosophos acutissimos, Philologos accuratissimos, Poetas suavissimos Mathematicos subtilissimos, ac Physicos sagacissimos? eos omnes Seculum superius non vidisset, & in hodiernum usque diem adhuc in admirationem venissent, nisi in Regentiarum Domibus adolevissent. Manet unicuique sua laus & gloria perennis. *Habet hæc ætas, habet, inquam, suos Tullios, habet suos Livios, habet suos Vergilios, habet suos Demosthenes; ut Solones, ut Hippocrates, ut Chrysostomos taceam: sed Theologos tales consummatissimos; JCtos tales consultissimos; tales Medicos exercitatissimos & experientissimos, tales denique Philosophos, in omni litteratura ita solide doctos; quales Regentiarum temporibus innumeri vixere; nostra ætas pauciissimos imo pene nullos habet.* Nostrum quidem Seculum multis Doctoribus & Magistris splendet, ut nullus fere angulus sit, nullus Pagus sit s. Parochia in quo si non Doctor, tamen Magister inveniatur, multis etiam titulis, Magnificis, summe Reverendis, Consultissimis, Experientissimis, Excellentissimis, ferax est; sed quemadmodum in Proverbio dicitur; *Plures Thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos:* ita etium Tituli illi, *Doctor* & *Magister*, doctum hominem non faciunt, sed tantum exornant, multæ siquidem Academiæ pecuniam accipiunt, & asinos remittunt onustis titulis in Patriam. Et quid de plerisque nostris studiosis dicamus? Ut infantes Scholas triviales frequentant, & ætate adhuc Pueri Academias ingrediuntur nulla fundamenta certa & firma linguarum & artium secum apportantes; indocti accedunt, indocti iterum abeunt, nec sciunt, quid sit homo vere & solide doctus. Aut enim annos suos Academicos terunt, ludendo, confabulando, perbacchando, virgines visitando, & alio modo pecuniam liguriendo: aut si qui adhuc studiis incumbunt, extra ordinem & confuse omnia peragunt, quæ tractant; Manuductore enim certo & fideli Præceptore destituti, omnia quæ affiguntur Collegia frequentant, non intelligentes aut perpendentes, an necessaria ea illis jam sint aut etiam minus necessaria. Quia autem, qui ubique est, *Senecæ* effato, nusquam est; ita & illi tralatitiam sibi accumulant scientiam, confusam & minus solidam, ut de omnibus aliquid de toto nihil intelligant, quæ solida hodie audit eruditio. Quare si hodie iterum in Academiis introducerentur Regentiæ, & veterum illa Disciplina scholastica, cultiores in Academiis haberemus studiosos, doctiores Doctores atq; Magistros, denique in omnibus Facultatibus viros solide eruditos. Sed vanæ querelæ cum ὁ κόσμος ὅλος ἐπὶ πονηρῷ κεῖται & ἀνάρχιος est. Plura qui de *Utilitate & Necessitate Regentiarum*, & *quibus mediis iterum restaurandæ* scire desiderat, adeat D. *Meifartum* in suo Tractatu: *Von den eingeschlichenen Barbareyen auff Universitæten*; & *D. Volschovium* in Tractatu, quem *Aureum Seculum* vocat. Sequitur nunc.

LIB. II. CAPUT IV.

De Ritu Depositionis in Academia Rotztochiensi & aliis usitato.

Depositio quid?

§. 1. De Ritu Depositionis acturi, ante omnia prius solliciti sumus de vocabulo, quid sit, & unde veniat *Depositio*. Lexicographos si quærimus, *Depositionis* vocabulum a *Deponendo* nomen habet, estque vi vocis nihil aliud, quam oneris vel sarcinæ cujusdam sepositio, abjectio & liberatio, *da einer sich einer schweren Last und Bürde erleichtert und dieselbe von sich ableget oder wegwirfft*. Unde nunc, quid sit *Depositio scholastica*

laſtica facile eluceſcit, nimirum; *eſt ritus, quo Juniores Adoleſcentes in congregationes Univerſitatum adventantes, puerilibus vexationibus moleſtiæ & ærumnarum deinceps ſubeundarum admonentur, ac prævio prius examine perceptæ ſcientiæ & morum atque ſubſecuta abſolutione, ordine ſtudioſorum quibusdam ceremoniis adhibitis in nomine Trinitatis palam initiantur & aggregantur,* quam Definitionem nobis ſuppetit *Geſenius Part. II. Diſp. 5. vitæ Academicæ pag. 112.* Breviter: *Eſt Actio quædam Scholaſtica, qua novitii ſtudioſi, per certos quosdam ſcurriles ritus, ab omni ruſticitate & inhoneſtis moribus debortantur, & ad cultiorem vitam poſtea agendam inaugurantur, ac ſtudioſæ ſocietati ſimul aſſociantur.*

Depoſitio ſcholaſtica ritus antiquiſſimus.

§. 2. Originem hujus Ritus Scholaſtici quod attinet, hic mos deponendi ſtudioſos e Scholis ad Academias accedentes, non nudius tertius demum in Scholis Univerſalibus obtinuit, ſed per multa jam Secula in iis viguit & introductus fuit, ſiquidem de *Baſilio Magno*, celeberrimo illo Epiſcopo Cæſarienſi in Cappadocia, omnium eloquentiſſimo, refert *Gregorius Nazianzenus* cognomine *Theologus*, in *oratione funebri* quam de eo habuit, quod *Baſilius*, cum ex Patria aliisque Scholis, in quibus fundamenta ſcientiarum probe imbiberat, Athenas ſtudiorum continuandorum cauſa ſeſe contuliſſet, ob eximiam eruditionem & longas atque difficiles peregrinationes, quas ſuſtinuerat, a diſciplina Scholaſtica & Depoſitionis Ritu ibi ſolito, fuerit liberatus & abſolutus: Ex quibus ſat ſuperque apparet, *Depoſitionem ſcholaſticam* Ritum antiquiſſimum eſſe & vetuſtiſſimum, ſiquidem *S. Baſilius* anno circiter 320. poſt Chriſtum natum Athenis litteris operam dedit, & *Nazianzenus* in laudatione de *Baſilio* teſtatur, morem iſtum deponendi ſc. ſtudioſos Adoleſcentes in Academia Athenienſi ea ætate jam ante annos 1250. fuiſſe acceptum.

Eſt inventum Athenienſis Academiæ.

§. 3. Quanam autem in Academia & a quibus potiſſimum hominibus *Depoſitio* hæc *Scholaſtica* introducta fuerit, diverſæ admodum inter doctos adhuc agitantur ſententiæ. Nobis arridet *Giſenii* ſententia, qui *Part. II. vitæ Academ. Diſp. V. §. 21.* cum plurimis Hiſtoricis cenſet, morem illum inveteratum, vexandi nimirum eos, qui recenter ad Academias confluunt, *ab Athenienſibus eſſe primum inventum, inſtitutum, atque in reliquas Europæ Academias propagatum:* In hac enim Academia fuit acceptum, ut novitii prius explorarentur, in ingenium ipſorum & mores inquireretur, quam in diſciplinam reciperentur. Ritum autem illum quem adhibuerunt Athenienſes accurate nobis deſcribit *Greg. Nazianzenus* in *Monodia* his verbis: *Hic ego rem novam veluti jentaculum curioſis interponendo, parumper digrediar. Athenis Juvenes circa ſuos ſophiſtas inſaniunt. Res quidem abſurda ſimul & inepta. Nam pars nulla eſt Athenis nec in tota Græcia quam non ipſi præoccupent, & ubi exploratores non habeant: ut eos, qui ad diſcendum veniunt, ad proprios deducant Magiſtros. Quando itaque aliquem ſunt nacti, ſive voluntarium ſeu invitum, hunc retinent. Ridiculum ſane, quomodo eum exagitant aut deludunt. Primum veniens ab aliquo deducentium hoſpitio recipitur, qui maxime in Sophiſtica præcellere videatur, ut Magiſtris lucrum adferant: quamobrem ab ipſis magnopere diliguntur, quod hujusmodi Diſcipuli quæſtuarii ac illis novos adducentes juvenes loco magnæ mercedis habentur. Hunc itaque hoſpitio ſemel acceptum, ut ejus faſtum & arrogantiam ſi quam fortaſſe habet, extinguant, & humanum ac facilem reddant, verbis provocare ac plane interrogare per contentionem quidam audacter & incompoſite: nonnulli vero cum dialectica ac ratione ſolent. Quod ſane factum iis, qui rem hanc & conſuetudinem neſciunt, metum incutit: iis vero qui norunt, jucundum ac ludi inſtar. Oſtentatio quidem ſola timorem habere videtur, res vero minime. Poſt hæc in Balneum per forum eum ducunt. Adpropinquantes more furentium ſaltant ac clamant. Vox hæc eſt:* Balneum prohibetis nec nos recipitis: *ſimulque portas calcibus confringunt, ut vox ac ſonitus hoſpitem eo deductum perterreat, & ex hoc ſane appareat, an is intrepidus & firmus, an mollis & inconſtans exiſtat. Deinde in balneum introducunt, & ab omni liberant metu, & in reliquum tempus ut unum ex eis habent. His demum nugis illa Juventus oblectatur.* Hæc ille.

Inprimis Pythagoricorum philoſophorum.

§. 4. Pythagoricos autem Philoſophos nugas has ſcolaſticas primum inveniſſe ac introduxiſſe, quis negabit? teſtantur enim paſſim Hiſtorici & Viri eruditi, veteres hos Philoſophos eorum, quos in ſuam diſciplinam receperunt, ingenium, naturam, indolem & mores diligenter prius exploraſſe. Audiamus hac de re *Gellium Lib. I. Noct. Attic. cap. 9.* ſic ſcribentem. *Ordo* inquit, *atque ratio Pythagoræ, ac deinceps familiæ ſucceſſionis ejus recipiendi, inſtituendique diſcipulos hujuscemodi fuiſſe traditur. Jam a principio adoleſcentes, qui ſeſe ad diſcendum obtulerant,* ἐΦυσιογνομένες. *Id verbum ſignificat mores naturasque hominum, conteſtatione quadam de oris, & vultus ingenio, deque totius corporis filo atque habitu, ſciſcitari eum, qui exploratus ab eo idoneusque fuerat, recipi in diſciplinam ſtatim jubebat, & tempus certum tacere, non omnes idem, ſed aliud aliis tempus pro æſtimato captu ſolertiæ. &c.*

Modus deponendi pro Academiarum diverſitate variat.

§. 3. Satis de Inventoribus Ritus hujus Depoſitionis ſc. Scholaſticæ; de modo etiam ut agamus neceſſe eſt, cumque de Modo iſto, quem olim in deponendo novello ſtudioſo Athenis adhibuerunt, ſupra jam diximus, diſſimilitudinem tantum hic addimus, quam pro Academiarum multitudine ac diverſitate, diverſam quoque eſſe obſervamus, id quod multis oſtendit *Cl. Goclenius in Lexico Philoſophico Lit. D.* Ut multa paucis dicamus, *Depoſitor*, Bidellus ſ. Miniſter publicus Academiæ, qui *Deponentem* ſeu novellum ſtudioſum variis vexationibus exercet, *larvata veſte, Geſticulatorum inſtar incedit, allatis multis* inſtrumentis, *dolabro, cornubus bubalinis, pectine, ſerra, ſecuri, bipenni, dentibus ſuillis*, & ſi quæ ſunt alia puerilia ſeu potius ſcurrilia ornamenta quibus novelli ſtudioſi excipiuntur & exornantur. *Jacobus Pontanus*, Jeſuita doctiſſimus *Vol. 1. Progymnaſm. 84.* multis verbis Ritum & Modum vexationis & irritationis ſeu Depoſitionum Scholaſticarum ordine enarrat, quomodo a Bidello vocatus ſit exceptus, quam horri-

horribilia sit passus. *Pro DEUM immortalem,* inquit, *si hoc modo accipiantur omnes, satius est, me judice, mulionem aut bubulcum, quam studiosum creari: Me sicut præstantem feram elegerant, quam aliis prope dimissis persequerentur canibus suis venatores. -- Ut primum ingredior, quidam me Archibeanum salutare, alii sannis excipere, non nulli medium digitum ostendere, omnes denique me circum volare & vellicare, ut aves noctuam. Ibi tum cor meum in pectus emicare præ terrore, & animus impleri curis anxiis, cogebar humi extensus immotusque supinus jacere. Instrumentis fabrilibus, serra, securi, bipenni, dolabra pulchre & ad amussim ceu trabs aliqua ædificio constituendo accommodatus sum. Liberalissime pulsata crura, brachia, latera: quid multis morer? totum corpus. Quamobrem si me graciliorem intueris, quam heri & nudius tertius, nihil mirum: multum materiæ in sarmentis de me resectis perdidi. Raserunt boni tonsores barbam meam, cum imberbis adhuc sim, penitus laverunt caput frigida, quam ego ipse culina, in cuprea & surdida trulla efferre compellebar. Equa protervissimus unus, cum mihi ad faciem iret, semper faciem meam manu sua aspergebat, & genu impacto me protrudebat. Posthæc pectebar tam subtili pectine, ut rastrum putarem. De linteo quo sum extersus, quid ego memorem? quandoquidem ex lixivio & pectine coniici potest ejus livor & mollitudo. Etiam cubitales pueri me subsannabant, carpebantque manibus mentum meum sine intermissione: quæ vocantur* PARTICIPIA. *Ego medullitus trascebar & ex animo obsecrabam, ne putarent me pro cibo habere sic verberari, mitius agerent, hominem esse me, non belluam. At illi nequissimi, quo id magis faciebam, eo me insistebant probris vexare cupidius: dicta in me falsa, & scurrilia ingerebant, recentioribusque participiis implebant. Videbar agnus in gregem luporum devenisse, usque adeo raptatus, protrusus & contusus sum. Quin etiam (infandum) pro tantis injuriis & ignominiis, tanquam benemeritis, nescio quantum argenti solvere necesse habui, gratias agere, & sacramentum conceptis verbis dicere, non me ultorem aliquando fore. Quod nisi dixissem tenere me vix possem, quin aliquibus in me exagitando diligentioribus mutuam pro beneficiis gratiam referrem. Nunquam aliquid animo neque est neque fuit ægrius. Adponebant insuper atramentarium torno factum, cum calamis & charta: jubebant pingere literas. Ego vasculum aperire cum vellem, non poteram: epistomium quippe non erat inditum, quod amoveretur; sed erat totum opus solidum, & ut dicebam, tornatile. Hic prosiliens quidam, digitosque meos bacillo contundens: pro superi, inquit, beatus iste necdum atramentarium aperire didicit. Omnes cachinnum tollere, ut libenter homini caput commitigassem fuste aliquo, aut saltem eo pugno percussissem: valde profecto mihi manus pruriebant. Et quod restat superiore vel intolerabilius. Furcifer quidam me imprudente injecit in saccum meum, quem vesti interius assutum, & ad femora dependentem gesto, Epistolion velut a Matre missum, quod coram omnibus extractum recitavit. DEUS bone, quam effuso & immodesto cum risu tam suo quam aliorum quotquot aderant. Mater lamentabatur absentiam meam, & muliebriter, i. e. ineptissime blandiebatur, commemorans quantis cum doloribus peperisset, quam studiose mammam dedisset, quam crebro osculata esset pulcherrimum infantem, quanta me denique cura eduxisset, & quam ardenter me ab ineunte pueritia velut corculum suum dilexisset, qui ipsi fuissem ocellus aureus, bædillus, agnellus, passerculus, & dulci melle dulcior. Tum adiiciebat, se somnum capere non posse, & vim lachrymarum profundere in dies singulos propter cruciamenta, quibus me audisset oportere afflictari in depositione ista. Hæc omnia irrisores illi excogitaverant & scripserant. Toto tempore nihil fuit ipsis jucundius. Ut risu pene corruebant? ut mihi epistolam obtrudebant? ut pugnos impingebant? ut magis magisque participiis me cumulabant? propemodum totus effectus sum unum quoddam participium certe plus satis illusum est mihi. Mori me malim, quam ut hæc patiar denuo. Larvæ, insaniæ, & intemperiæ miserum in me stimulabant. Si scissem hæc futura, abiissem ubi sunt Academiæ, in quibus nihil istorum fieri perhibent. Si aliorum initiationi interfuero, malo meo doctus sum, quo me pacto erga eos vicissim geram.* Hactenus dictus *Pontanus.*

§. 6. Idem fere Mos, idemque Depositionis Scholasticæ Ritus etiam Rotztochii, & aliis in Academiis Germanicis, Lipsiensi, Wittebergensi, Jenensi, &c. observatur: Et Ritum præprimis Depositionis in Academia Rotztochiensi hactenus receptum, egregie satis depinxit M. *Albertus Wichgrevius,* tunc *Magister legens* Rotztochii, in *Commœdia* sua, *Cornelius relegatus* dictus, in qua vitam Pseudostudiosorum describit, & ibidem publice in Foro Latino 1600 proposuit, ubi in *Actus II, Scena II,* colloquentes introducit Bidellum, seu Depositorem, & Deponentem seu novellum studiosum, recensetque quomodo & quam misere studiosus ille novellus a Depositore fuerit tractatus. Ita autem olim Depositio Scholastica in Academia Rotztochiensi fuit peracta: Quoties quis ex Scholis trivialibus in Academiam hanc advenerit, statim se recipere necesse habuit ad seniorem Ministrorum Academiæ publicorum, qui a deponendi officio etiam *Depositor* vocatur, ab eoque petiit, ut adventum suum significet Decano t. t. Facultatis Artium, qui diem dicat, qua, vel in Depositoris, vel ipsius Decani, (in qua potissimum hic Ritus absolvebatur) vel etiam Professoris cujusdam alius, qui adventitii Gentilis vel cognatus esset, Domo ille, Depositionem sustinere & studiosorum postea societati adscribi possit. Die & loco certo indito, ac concione jam congregata, Depositor veste variis coloribus tincta vel consuta indutus, cum sacculo variis instrumentis ad hunc actum usitatis, & supra jam allegatis, statim adfuit, & habita primus oratiuncula quadam statui suo & actui accommodata, incepit percontari Deponendum, quis sit & quid velit? responsione accepta, *se Beanum esse, Asinum sc. nescientem Vitam studiosorum, ideoque ab eo petere, ut cornibus suis privetur*; tunc Depositor illum ex sacculo suo

Ritus deponendi olim adventantes studiosos in Acad. Rostochiensi.

Monili exornavit, h. e. *lorum ei* injecit; capiti ejus imposuit *pileum, cauda vulpina* exornatum, induit & ei *Synthesi, seu veste versicolori brevi*, qua Romani in Saturnalibus uti solebant. Ita autem instructus Deponendus *pene bubulo* bene hinc inde fuit actus & fustigatus ad fletum usque. Post *cantiunculam fictam* incepit ac præcinuit, quam clara voce continuare ac subsequi coactus fuit Deponendus. Hinc ex crumena seu sacculo suo produxit *Epistolam Amatoriam*, quam Deponendum ad Amasiam suam olim dedisse fingit Depositor, quam prælegit, & ideo *colaphos* illi multos infregit & bene verberavit misellum Adolescentulum. His peractis procubuit Deponendus, & *caput ejus aqua lavatum*, ac *tergum belle dolatum*. Sed nec in hoc quievit Depositoris vesania, sed *os* quoque *aperire* coactus fuit Deponendus, *intrusus* enim ipsi *in os fuit Dens Arcadicus*, quem statim *manubrio reciproco* quasi *evulsit*, & ut spiritus animales iterum redirent, ac si qui adhuc restarent humores noxii, *Saccharum* (intellige *Sal*,) illi dedit depositor, tandem *scapulis, natibus, aliisque membris misselli dolabro quam dure contusis*, abs teterrima hac vexatione Scholastica, Depositione puta, feliciter fuit liberatus novellus studiosus, & *soluta Marca Lübecensi gratias* simul *agere depositori* debuit, quod Studiosum eum feciisset. Peracta sic lavatione & scurrili hac vexatione, Depositus deductus fuit ad Decanum t. t. Facultatis Philosophicæ, coram quo procubuit ad genua, primum ab eo de Patria & Parentibus, tum de Præceptoribus, quos & ubi habuisset, de Auctoribus & libris in Scholis pertractatis, quid cum quoad *Etymologiam*, (quam Notationem *Cicero* interpretatur, eo, quod notam facit rem de qua prædicatur) tum quoad *Orthographiam*, seu recte scribendi scientiam, tum denique quoad *Antiquitatem historicam*, notatu dignum in iis attenderit, accurate satis interrogatus ac examinatus: Porro *Sal Sapientiæ* ab eo accepit, in cuspide Linguæ, his pene verbis: *Accipe Sal Sapientiæ ad Discretionem in Spiritu Sapientiæ boni & mali, ne per Diabolum conculceris.* Deus & *Vinum Lætitiæ* in capitis sui vertice infudit, in nomine Patris, Filii & Spiritus S. quibus & aliis etiam in Academiis additur *oleum in pectore & dorso*, hac nempe formula: *Lætare Johannes, ut sis in perpetua DEI misericordia &.* Ita ergo novellus studiosus solenniter velut studiis consecratus & a reatu Barbariæ *(Beanismum* vulgo vocant) perfusione Vini, quæ *Balneum Atticum* & *Oleum Romanum* repræsentavit, &c. Diplomate etiam accepto, fuit absolutus, nihilque amplius superfuit, quam Rectorem Academiæ Magnificum ut adierit, & ab Eo in album studiosorum etiam referretur. Et hæc fuit Depositionis Ritus, hæc fuit Vexatio Scholastica.

Multivarius finis & usus rituum depositionis.

§. 7. Quæris causam, quid sibi velit, & qua ratione aut quem in finem a Majoribus nostris Mos & Ritus ille Depositionis & scurrilis pene Vexationis adventitiorum studiosorum in Academiis introductus fuerit, non inanis ea fuit & futilis, sed gravissima & haud contemnenda illorum ratio. Uti enim Hieroglyphicæ litteræ apud Ægyptios non nudos animalium aut aliarum rerum notæ aut figuræ erant, sed primi Ægyptii, (viro Politicotato *Corn. Tacito* teste) per figuras animalium sensus mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriæ humanæ saxis impressa repræsentabant, unde & literarum inventores perhibentur; sic etiam maxime pia Antiquitas sub Schemate hoc & puerili exagitatione novellorum studiosorum depingere voluit *molestias & ærumnas per totum vitæ curriculum deinceps sustinendas, ideo se minime efferant, sed discant, quod in alienis ædibus oporteat eos esse surdos, cæcos & mutos.* Qua de re etiam *Middendorffius Lib. I. de Acad. cap. 16.* eleganter scribit: *Quibus ceremoniis novitii admonentur, ut aures, oculos, sensus purgatos adferant, morumque asperitatem, & cornua arrogantiæ atque manis perswasionis, quibus vitiis ea ætas fere madet, deponant, & ante barbam patulis auribus veram eruditionem, expurgato animo, & humili corde audire discant.* Idem fere etiam de Depositione Scholastica sentit Megalandor noster *Lutherus*, cujus verba honoris causa hic inserimus: *Est hæc præsens larva & Depositio, mi Puer, nihil, quam mitium tantum earum Depositionum, quæ restabunt tibi per omnem vitam. Hic unus miser homo imponit tibi ad dimidiam horam Cornua, videt te: sed crede mihi, longe majora venient. Proximus erit Depositor, Præceptor seu Magister, qui te deponet quotidie, & quod in moribus, & religione aggreste erit, resecabit, non profecto uno ictu aut castigatione, sed crebris & multis, donec dolatum te paululum tradet Pastori seu concionatori. Is etiam quantum poterit, conabitur, ut ex impio te reddat & retineat pium. Hos sequetur ipse Magistratus & Rector, qui si nequam esse coeperis, durius etiam te tractabunt. His primis itaque Depositionibus superatis, & aliquantulum exercitatus, ad majora venies, h. e. vel duces uxorem, quæ te perpetuo suis deponet modis, donec te mansvetiorem reddat. Ne dicam hic interim, quantum Depositionum senties, si pertractus fueris ad summa officia, vel ad administrationem Republ. vel Ecclesiæ. DEUS bone, quantum difficultatum & miseriarum (quæ omnia putabis Depositionis partem esse) hic tibi exorbendum est? Hic tibi Rustici, Nobiles, Cives, imo servi & Ministri tui plus satis magnum numerum cornuum imponent. Quare mi Adolescens putato ea, quæ nunc vides & sentis, esse tantum præludia illorum, quæ tibi restabunt superanda per omnem usque vitam. His itaque jam ab incunte ætate assvesce, ut æquiore animo ad majora adhibitus, curas & remoras ferre queas. Multum enim est, a teneris assvescere, & conflictari cum talibus monstris: ut Herculem puerum ferunt in cunis angues solitum esse suffocare. Alterum est etiam, quod te admoneam, ut cogites, in quem statum te nunc DEUS vocarit, nempe studiosorum. Itaque cogita, quod cum a nobis exieris, occurrent tibi Scholasticorum seu studentium multi: Sed horum alii sunt nequam, immorigeri, negligentes, lusores, lurcones, heluones, impii etiam, quos nolo secteris. Quodsi feceris, eris & tu bonus, & pius,*

Ex colloquiis Mensalibus cap. 37. pag. m. 459.

pius, & ſcias, conſuetudinem cum pravis & nequam hominibus reddere pravos. Nam conſuetudo in utramque partem multum poteſt, ut inquit Ovidius: Multaque corporibus tranſitione nocent. Hactenus *Lutherus.*

Hodie depoſitio Scholaſticæ in deſuetudinem abiit.

§. 8. Et hæc etiam de Depoſitionis Scholaſticæ Fine laudabili quoque dixiſſe ſufficiant; reſtat, ut adhuc paucis attingam aliqualem illius Depoſitionis deſuetudinem. Olim quidem ita rigoroſe illa conſuetudo in Academiis fere omnibus fuit obſervata, ut qui per Depoſitionem ſcholaſticam prius initiatus non eſſet, non poſſet a Rectore in Matriculam Academiæ referri. Supra laudatus *Giſenius* l. ſæpius jam adducto meminit quorundam Magiſtrorum, qui ſtudiorum excolendorum cauſa in Academiam Rintelenſem ſe contulerunt, quia autem Depoſitionem nondum ſuſtinuiſſent, a ſtudioſis antiquis ibi ferri non potuere, quin prius depoſitionis actui ſeſe modeſte ſubmiſiſſent. Adducit Doctorandos, qui Gradum ſupremum petiere, ſed non prius admiſſi ſunt, quam has vexationes Scholaſticas humillime admiſerunt. Imo novit Autor citatus celeberrimum quendam Theologum & Profeſſorem, cui ſæpius moleſtiæ plurimæ ab importunis & protervis ſtudioſis creatæ ſunt, eo quod in Adoleſcentia ἐρεθχελίαν, h. e. jocoſam hanc irritationem & vexationem neglexiſſet. Quid? quod ex *Lanſii Mantiſſ. Conſult. 678.* in *Memor. Eccleſiaſtic. Secul. XVII. Lib. I. Cap. VII.* de HELIA PUTSCHIO adducit profundæ eruditionis Theologus Würtembergicus *Andreas Carolus* Abbas Monaſterii S. Georgiani, exemplum certe notabile eſt: Ille enim doctiſſimus *Puſchius*, qui Lugduni Batavorum non tantum familiaritate *Scaligeri, Douſæ* & aliorum ibi virorum illuſtrium, ſed etiam editis præſtantibus acris ingenii monumentis, celebritatem jam fuerat conſecutus; cum inde Lipſiam veniſſet, & eo loci vulgaretur, quod *Academico Ritu* initiatus ille nunquam fuiſſet, ab æmulis & rigidis conſuetudinis exactoribus *ad perpeſſionem ſolitarum vexatiunculārum illuſionumque adactus eſt;* tanquam absque hiſce hactenus ſtudioſi nomen nec profiteri debuiſſet, nec tueri debuiſſet. Tanta ſc. eſt vis vetuſtatis, ut *Chryſoſtomus* cenſuerit, *in humanis rebus nil tam firmum eſſe, quam veteris conſuetudinis tyrannidem. Quid* enim *non valet inveterata conſuetudo, quæ ubi ſemel radices in animis hominum jam egerit, ægre iterum dimittitur aut aboleri poteſt.* Attamen Ritus ille Depoſitionis Scholaſticæ in quorundam potentiſſimorum populoſorum Academiis plane abrogatus: hodie etiam, quantum ſcimus, in omnibus Academiis proſcripto ex iis Pennaliſmo ita mitigatus fuit, ut, qui ex ſcholis trivialibus ad Academias accedunt Juvenes, in pueritia ſua per Depoſitionem ſcholaſticam nondum initiati, illi pro prætio unius Imperialis a Decano t. t. Facultatis Philoſophicæ Diploma, ac ſi Depoſitionem ipſam ſuſtinuiſſent, accipere poſſint, ſicque liberi poſtea ſunt a puerilibus omnibus vexationibus, & ſchoriſticis exagitationibus. Parentes autem, quibus adhuc puerilis illa vexatio arridet, Filios ſuos nondum ex Ephebis exceſſos, ad Academias ducunt, illosque Depoſitoris manibus ſubmittunt, ut Depoſitionem Scholaſticam ſuſtineant, & ſcurrilibus illis vexationibus bene fatigentur.

Diploma depoſitionis olim à Facultate Philoſophica datum hodieque retentum abrogata licet depoſitione.

§. 9. Sed finem nunc faceremus hujus capitis, (ſatis enim jam de *Origine, Inventoribus, Modo & Fine Depoſitionis Scholaſticæ* dixiſſe putamus) niſi adhuc copiam Diplomatis de Depoſitione facta teſtimonium ferentis, hic quoque ſimul annectere & inſerere vellemus. Depoſitione ſiquidem peracta, Depoſitus in rei geſtæ firmiorem fidem, a Decano t. t. Philoſophicæ Facultatis, (quemadmodum & ſupra jam diximus) Diploma ſub ſigillo Facultatis Philoſophicæ & propriæ Decani manus inſcriptione accipit, pro quo unum Imperialem ſolvere cogitur ſtudioſus, & eſt Diploma hoc ſequens:

ANNO A NATO JESU CHRISTO
DEO ET HOMINE NOSTRO
SALVATORE - - MENSE - - DIE - -
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS MAGNIFICO RECTORE DN. N. N. &c. & *Clariſſimo ac Spectabili Facultatis Philoſophicæ* DECANO, *DN. N. N. &c. per Depoſitionis ritum, examen & abſolutionem, Muſarum ſacris in Univerſitate Roſtochienſi initiatus eſt bonarum artium & linguarum ſtudioſus Adoleſcens N. N. Quod publico Facultatis artium ſigillo idem Decanus teſtatur.*

Hæc eſt Formula illa abſolutoria, quæ data eſt olim Depoſitis: ſimile etiam teſtimonium ob pecuniam quoque adhuc *hodie accipiunt* omnes novelli ſtudioſi, quamvis nunquam antea fuere depoſiti. Sed miſſis his omnibus pergimus ad Caput ſubſequens ultimum: ſit ergo:

LIB. II. CAPUT V. ET ULTIMUM.

Sectio I. De memorabilibus, quæ in urbe Rozſtoch. acciderunt. Seculo I. ab U.C.

Ingreſſus de exantlato hactenus labore operis.

§. 1. Sed vela tandem contrahimus, & navim noſtram ducimus in portum, ſatis ſiquidem hactenus in turbulento, procelloſo, ac obſcuro mari hinc inde fuit agitata ac pene defatigata: Ita autem appellamus Hiſtoriam hanc noſtram, quam de Academia Rotztochienſi conſcripſimus, hæc enim navis illa eſt, quæ in obſcuriſſimis illis & Cyclopicis tenebris denſioribus & ignotiſſimis Papatus temporibus per cucullatos illos Piratas & quaſi Harpyias voraces & horrendas, haud ſine labore Herculeo paucis tantum mercibus acceptis pernavigata, in lucidiorem quidem terram curſu petiit, ventisque vocatis, quaſi in Polum Antarcticum navigavit, ubi luce Evangelii de Chriſto quidem omnia repleta erant, ſed in vaſtam & deſolatam terram quaſi in deſertam Arabiam incidit. Urbs ſiquidem Rotzſtochienſis viris doctis & litteratis plane erat orbata, imo ad incitas penitus fuiſſet redacta, niſi paucorum Virorum ope iterum reædificata ac reſtaurata fuiſſet; hinc navis pauciſſimis tantum mercibus augeri, ſeu Hiſtoria noſtra Viris celeberrimis & præſtantiſſimis multis accumulari & exornari, & merces ſuas etiam diu illibatas ſervare haud potuit; inteſtina enim diſſidia, bella, peſtis, & ſi quæ alia mala, Navim noſtram tanquam ſcopuli periculoſiſimi & tempeſtates graviſſimæ penitus exonerarunt, & quaſi in fundum immerſerunt. Sed liberata tandem fuit ex omnibus malis Urbs & Academia Rotztochienſis, & ſerenior

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ætas illi affulſit, ut Docti hinc inde collecti, Doctrina & omnis Ars in hunc diem ibi maximo cum applauſu floreat ac perduret. Et ſic Navis noſtra, quæ quaſi convulſa mare hauriebat, poſtquam iterum ſtipata eſſet, relicta deſolata ac deſerta Arabia, in felicem & omni re affluentem velificavit Arabiam, & celeberrimam bonarum artium mercaturam in ea invenit, ex qua tandem deportavit magnum theſaurum, ita, ut bene onuſta, poſt difficillimum & 540. annorum itineris decurſum paſſis velis & ſpumantibus undis, in oſtio noſtro Travæ terram tandem legit, ubi anchoris probe ſtabilita, merces ſuas quales quales curioſo & erudito orbi, imprimis elegantioris Litteraturæ cultoribus ac Antiquitatum rerum Rotztochienſium, multorumque Doctorum Virorum vitarum Indagatoribus ſagaciſſimis, venum exponit.

Summa præſentis capitis.

§. 2. Solent autem illi, qui in longinquis terris & ignotis Regionibus peregrinantur, ſi quid memorabile ibi audiunt, vident, in cippis & alibi legunt, diligenter annotare; ita & nos, in horrendo illo Oceano Germanico inprimis mare Balthico Navicula noſtra ad littora veterum Obotritorum, Henetorum ſeu Vandalorum Regum appulſa, quæ in vetuſtiſſima *Pribislai II.* ſede ac Urbe *Rotzſtock*, (*Lacinium* & *Laciburgium* olim dicta,) in Templis, Domibus, Plateis, itemque de Coss. ac Senatoribus, aliisque viris doctiſſimis, nobilibus, ac generoſiſſimis ibi mortuis, caſus tragicos variasque rerum mutationes, notatu digna invenimus, ea huc annuatim ultimo collegimus, & quaſi in Puppi navis noſtræ impoſuimus, quæ nunc ſub nomine *Memorabilia Urbis & Academiæ Rotzſtochienſis*, venundata exponimus. Age ergo conſiderabimus primum, quas merces annus poſt Ch. n. 1160. ad 1170. ſeu Primordia Urbis Rotzſtochienſis ejusque primum Decennium nobis dedit & cæteras etiam deinde de anno in annum numerabimus.

Annus 1160 - 1170.

Memorabilia primi poſt urbem conditam Decennii.

§. 3. Anno hoc Urbs Rotzſtochienſis vulgo Rotzſtock, verum ſuum initium ſumpſit: quamvis enim jam anno 329. poſt Ch. natum a *Viſimaro*, Herulorum ac Vandalorum Rege XII. in eo loco, ubi adhuc per DEI gratiam viſitur, primitus condita fuerit, hæc tamen non Urbis ſed Vici tantum nomen tunc meruit, ſiquidem inſtar pagi & Viculi Piſcatorii ad Varnum amnem condi incepta, & poſtea circa annum circiter 1030. a Vandalorum ac Herulorum Rege XXXI. *Godeſcalco*, ex vico in oppidulum converſa; ſed *Pribislaus II.* Obetritarum, Herulorum, Vagirorum, Circipoenorum, Polaborum, Ciſſinorum, Vandalorumque Rex XL. & ultimus, Vicum hunc & Arcem ſeu oppidulum, eo quondam in colle, in quo nunc D. Petri templum manet, ex vicinæ & deſolatæ Urbis Keſſini (terræ Laciniæ Metropolis) ruderibus, muro cinxit, foſſis munitavit inque Urbis formam inſtauravit. Inſuper quoque etiam Rotzſtock chriſtiana Religione, honeſtis legibus & Legum cuſtodibus, ſancto nimirum Senatu, civitatem perfecit. Et hæc Urbs adhuc hodie *vetus* dicitur. Permiſerat autem eo tempore *Pribislaus* Rex Fratrueli ſuo *Nicoloto III.* (qui & *Nicolaus* dicitur) *Wertislai* Fratris ſui, ab *Henrico Leone* ante urbem Malchovium anno 1164. una cum *Pritzbüren* & *Gammen* in arbore ſuſpendio affecti, Filio, Terram Kiſſinorum, qui cum ſuſpectam haberet fidem Procerum, qui Arcem Roſtockcii illo in colle, quo nunc D. Petri manet Baſilica, tenebant, diverſo & ipſe Fortalitium erexit, in altero colle, (*Media Urbs* hodie dicitur) qui vetus ſervans nomen, etiam nunc *Borchwall*, i. e. Arcis vallum nuncupatur; ut malignantes facile comprimeret, & ſub jugo cohiberet. Ita hoc tempore Principes ſ. Reges duo *Pribislaus* & *Nicolaus* Rozſtockium regunt. Cum autem utrinque de rebus ſæpe non magni momenti inter præfectos oriretur contentio, tandem utraque Arx exuberante paſſim Chriſtiana Religione, illa *Pribislai* Arx in D. Petri & Pauli memoriam, hæc *Nicoloti* in Genetricis DEI B. Mariæ honorem ſunt converſæ. Tunc *Pribislaus* præſertim in exornanda urbe alacriter pergit, ex Kiſſini deſolati ruderibus & cadavere muros ædesque conficit, templa condit, Urbemque Civibus Vandalicis auget. Sed hoc oppidulum Rex Daniæ *Canutus* ſemel devaſtaverat antea & habitatorum metu deſertum incenderat, quod tamen poſtea pace facta ſuis ſumptibus iterum reædificavit *Pribislaus*.

Item Annorum 1171. ad 1179.

§. 4. Rotztochienſes primo ſuo Fundatore ac Domino hoc anno ad tempus orbantur: *Pribislaus* enim cum *Henrico Leone* Saxoniæ Duce ex hoſte jam factus amiciſſimus, *Conrado* Epiſcopo Lubecenſi, *Henrico* Abbate de Brunſwico *Bertoldo* Abbate de Lüneburgo, *Guncelino* Comite Suerinenſi, & *Sifrido* Comite de Blanckenberg, & aliis quamplurimis tam Nobilibus quam Miniſterialibus, devotionis gratia longam in *terram ſanctam* peregrinationem ſuſcipit, ac conjugi ſuæ II. *Voislavæ* Regis Noricorum *Buremini* Filiæ, (a qua ad fidem chriſtianam converſus erat) & Fratrueli ſuo *Nicoloto III.* interea dominium ac regimen in Urbem Rotzſtock & terram Megolopyrgenſem committit, quam peregrinationem pluribus deſcribit *Cranzius in Saxon. Lib. VI. Cap. 29. ſeqq.* Domum feliciter anno ſequenti 1172. reverſus, nihil habuit antiquius, quam Urbem Rotzſtochienſem inceptam conficere; ſed intervenit eodem adhuc anno Mors chariſſimæ conjugis, quam jamjam nominavimus, cujus obitus multum impedivit Regem, quo minus ædificationem Urbis Rotzſtochienſis feliciter ad finem perducere haud potuit. Sed hic luctus in gaudium commutatus fuit, anno enim 1173. duxit III. uxorem *Methildam* Filiam *Caſimiri II.* Ducis Poloniæ & *Methildæ* Filiæ *Henrici Leonis* Ducis Saxoniæ, ſeu, ut alii volunt, *Boleslai Criſpi* Ducis item Poloniæ Filiam. Ipſe autem Rex ac Dominus Rotztochienſis *Pribislaus*, dum ludo ſeu certamine equeſtri Lüneburgi intereſt, equo cadit, fracta cervice diu ſpirans, anno 1178. ſecundum *Lindenbergium* 1179. ſecundum *Kranzium*, vel, ut *Mareſcalcus Thurius* habet, 1215. imo, ſecundum *Calovium in Chronico Ducum Megalopyrgenſium Germanico*, 1216. exſpiravit, quo de tamen pluribus in *Mareſcalco* noſtro *Redivivo* dicemus. Reliquit *Pribislaus* conjugem, *Methildam* Filiam, & unicum Filium ex *Voislava*, BUREVINUM. ad quem

quem Rotzſtockium cum Terra Kiſſinorum jure ſucceſſionis iterum pervenit.

§. 5. Poſt mortem *Pribislai* Proceres & reliqui Vandali a fide fere deficiunt, facta incurſione Monaſterium Doberanum tanquam fidei propugnaculum, ferro ac flammis invadunt, & Religioſorum multos trucidant locumque per annos VII. reddunt deſertum, reſtitutis inter mala hæc peribulis & idolis. Hanc inſolentiam ſuorum ulturus *Nicolotus Pribislai* Fratruelis & Rotzſtochii nunc Dominus, cum civibus ſuis & aliis ſuis ſubditis arma colligit, & rebellibus occurrit. Sed pro multitudine hoſtium, agmen ejus intercipitur, & pene ad internecionem cæditur, vix ipſo Domino in urbem dilabente. Occubuit tamen tandem in proelio Daslenſi in Dioceſi Hildeſemenſi contra comitem *Adolphum de Daſſel* ad locum qui *Warskowe* dicitur, cum 87. Paredris & primi ordinis Viris anno 1179 ſecundum *Marſcalcum*, 1184. ſecundum *Lindenbergium*, *Cranzius autem* anno 1195. hoc factum eſſe adfirmat *Lib. VI. Wandal. Cap. 38.* Vir prudens & bonus, qui meliore dignus erat fortuna, quem totum luxit Wandalia, & cujus mortem acriter vindicavit cum ſuis *Henricus Burevinus*, *Pribislai* Filius, quo cum tamen antea anno ſc. 1183. de Regione & Urbe Rotzſtockio graviter concertarat, dum alter alterius ditionem rapinis, incendio, excurſionibus miſere vaſtarat ac depopulatus erat: Unde non minimum novella urbs in ſuo tyrocinio acceperat detrimentum; ſed litem hanc *Canutus* Rex Daniæ feliciſſime compoſuit, ut *Nicolotus* Rotzſtockium cum diſtrictu Kiſſinorum pro ſe ſuisque venturis poſthumis & *Henricus Burevinus* Megapolim cum ditione Obetritarum acceperit. Sed cum *Nicolotus* ex conjuge ſua *Anna*, Marchionis Brandenburgenſis *Alberti II.* Filia, nullam prolem produxiſſet, ſicque ἄπαις in proelio uti jam dictum, Daſſelenſi occubuiſſet, *Burevinus* totam ditionem iterum jure hæreditatis accepit, eamque cum Fratre ſuo germano *Nicoloto IV.* ita diviſit, ut *Nicolotus* Megapolin cum territorio Obetritarum gubernet, *Burevinus* autem Rotzſtockium cum Provincia Kiſſinorum recipiat. Sub hoc autem Domino Rotztockium feliciter crevit ac civibus multiplicatum fuit, in tranquillo enim ſtatu manſit ad annum 1209. de quo nunc dicemus.

§. 6. Circa hoc tempus *Waldemarus II.* Rex Daniæ Obotritos ſuæ voluit parere ditioni, ſubjectamque accepit Obotritarum & Kiſſinorum, quæ nunc tota eſt Magnopolis, terram, ſicque etiam Urbem Rotzſtok, cum Principes ejus *Henricus Burevinus I.* & *Nicolotus IV.* Dominum illum ſuum recognoſcerent. At non diu duravit Tribunitia hæc poteſtas Daniæ Regis in Terram Magnopolitanam, & urbem Rotzſtochienſem; cum Saxonicis enim Populis qui advenerant, abigerunt Principes ex toto ſuo Territorio Danos, qua occaſione Urbs Rotzſtock, Saxones multos exemplo aliarum tunc civitatum Wandaliæ Lubecæ, Demyni, &c. Colonos accepit; quamvis enim fundus Urbis Rotzſtockii eſſet Wandalicus, omne tamen nomen Wandalicum ita habuerunt advenæ Saxones exoſum, ut non paterentur in ſuis Collegiis & Societatibus quemvis eſſe, qui non eſſet ortus Parentibus Teutonicis, idque ſacramentis extorquebant ab his, quos ſuſcepere. Titulus autem Gentis Wandalicæ remanſit apud Principes, qui in Ditionibus ſuis remanſere, & morientes proxima ſucceſſione illum transmiſerunt ad Duces Magnopolenſes: manſit quoque Nobilitas in paternis Prædiis & poſſeſſionibus, ſed Ruſtica Plebs effugiens durum jugum, imminuta eſt; transfugio deſerens agros, & abſcondens in externis Gentibus Originem, uti *Kranzius* ſcribit *Lib. VII. Wandal. cap. 10.*

§. 7. Circa hæc quoque tempora, cum Saxones coloni Rotztochium inhabitarent, & chriſtianam Religionem magis ac magis in eo plantarent, *Pribislai* Conditoris civitatis Rotztochienſis Arcem in colle veteris Urbis primo exſtructam, in Templum ſ. Domum in qua ſacra peragerent, transmutarunt, eamque in memoriam *D. Petri & Pauli* Apoſtolorum, *D. Petri & Pauli Templum* nominarunt, quod nomen in hodiernum uſque diem retinet, ſpectat ortum ſolſtitialem, & *omnium in urbe Rotztochio primum & antiquiſſimum Templum eſt*, de cujus Turri annotat *Lindenbergius Chron. Roſt. Lib. 5. Cap. 6.* miram & miſeram ſemper ejus fuiſſe fortunam; quinquies enim aut ſexies fulmine a coelo tacta & lacerata fuit; dein iterum reædificata, anno 1211. a ſeditioſis civibus plane demolita fuit, & ejus ex lateribus & lignis, caſtellum Warnemündenſe iterum reconcinnarunt, uti infra ſuo tempore dicturi ſumus. Poſt hujus iterum reædificationem ſplendidiſſimam anno 1543. igne coeleſti denuo una cum campanis miſerandum in modum tota fuit conflagrata, cujus conflagrationem & reſtaurationem indicat ſequens lapidis inſcriptio, quæ in hoc templo ſub turri inſculpta ſic ſonat: *Anno 1543. am Tage S. Gallen iſt die herliche Spitze dieſer Kirchen durch Gottes Straff und Himmels Feuer abgebrandt, auch die Klocke zerſchmeltzt, und anno 1575. wiederumb gebauet. Gott erhalte.* Tandem tamen ventus violentiſſimus, antequam triton recte imponeretur, magno cum ſtrepitu & crepitu turrim hanc iterum dejecit anno 1575. die 13. Sept ſed eam iterum in hac forma, in qua adhuc per DEI gratiam, utinam diu! viſitur, arte ſua anno 1583. civitati reſtituit præſtantiſſimus Ædificator *Hanſs Schomacker*, de quo ſequentia penicillo in ſuperficie templi ſcripta legimus: *Anno 1575. den 13. Tag Sept. vam Friedage up den Sünabend in de Nacht twiſſchen 12. und 1. iſs de Thorn diſſer Kercken dörch einen ſtarcken Südweſten Wind mehr den de Helffte affgeweiet, und en Stück vant Wölffte mit herunder gefallen, welckes den groten ſchaden gedahn; de thorn iſt anno 1577. dat Wölffede is anno 1583. den 15. Maji Gottlof wedderüm nie gebuet. Meiſter Hanſs Schomacker.*

Templum D. Petri & Pauli omnium vetuſtiſſimum eiusque turris varia fata.

§. 8. Amandum igitur & præprimis magnificiendum a Rotztochienſibus eſt hoc *Templum Petrinum*, non ideo ſolum, quod primum fuerit & antiquiſſimum, in quo de DEo triuno ſermo ad Populum habitus fuerit, ſed potiſſimum propterea, quod *primum in eo ſonuerit vera de Chriſto & haud infucata Evangelica Annunciatio*, M. enim *Joachimus Slüterus* primus doctrinæ Lutheranæ

Primam in hoc templo puram Evangelii prædicationem habuit Sluterus.

theranæ, i. e. veræ christianæ in hac Urbe Evangelista, anno 1523. publice in D. Petri Templo, & mox ob auditorum frequentiam in ejusdem coemiterio sub viridi & late patenti tilia, Pontificios errores taxando sincerius docere, multosque ab humanarum traditionum superstitionibus ad veros DEI cultus deducere incepit, cujus vitam supra copiosius descripsimus, ejusque Cippi inscriptionem ibi quoque adscripsimus; hic autem non præterimus alterum ejusdem Epitaphium seu Monumentum in muro coemiterium ambeunte versus Portam Petrinam ad orientem lapidi insculptam, quod sequentia repræsentat verba:

Alß man zahlt 1523. Jahr,
M. Joachimus Schlüter (ist wahr)
Angefangen erstlich Gottes wort
Zu predigen, an diesem Ohrt,
Biß in daß 1532. Jahr.
Da Er dan ohn schuld schändlich zwar,
Von den Papisten ward vergeben,
Und hat müssen lassen sein Leben.
Gestorben um Pfingstfeiertag,
Christi Stim wartet ohn alle Klag.
R. S. Fecit 1598.

Catalogus Ministrorum Ecclesiæ hujus templi a tempore Reformationis.

§. 9. Sed neque hic etiam reticenda sunt reliqua, quæ memoratu digna in hoc Templo vidimus ac legimus. In suggestu inscripta sunt hæc: *Dieser Stul ist gesetzt und verfertiget worden anno 1588. zu der Zeit seind dieser Kirchen gewesen Prediger* M. Johannes Hollenhagen, M. Oswaldus Scledanus. *Anno 1630. ist diß Cohr erbauet, und sein Prediger gewesen* M. Henricus von der Weyde, *P. und* Elias Tadthel. Visitur præterea in hoc Templo *Johannis Friderici Ducis Saxoniæ effigies*, cum hac subscriptione: JOHANNES FRIDERICUS *Dux Saxoniæ, pius & amator verbi DEI, anno 1605.* Reliquorum *Johannis Kentzleri, M. Protasii Beselini & Petri Roloffii* Epitaphia supra in unius cujusque vita jam adduximus, nihil ergo amplius superest, nisi ut adhuc *Catalogum omnium Concionatorum Ecclesiasticorum*, qui in hoc Templo puram post Reformationem *Lutheri* Doctrinam de Christo publice summa cum laude ad nostra usque tempora proposuerunt ac docuerunt, inseramus, sunt autem sequentes:

M. JOACHIMUS SCHLÜTERUS, *Dömitiensis. Past.*
PASCHASIUS GRUEL, *Leontinus. Diac.*
M. JOACHIMUS SCHROEDER, *Ribnicensis. Past.*
JOHANNES GOSSE, *Rostochiensis. Diac.*
NICOLAUS RÜGEWOLT. } *Diac.*
DOMINICUS N. }
JACOBUS METZMACHER, *Witstochiensis. Diac.*
M. GELMERUS NEMORIMONTIUS, *Amsphordiensis. Past.*
M. JOHANNES HOLLENHAGEN, *Hervordiensis. Past.*
OSWALDUS SLEDE, *Rostochiensis. Diac.*
M. DAVID LOBECHIUS, *Hamburgensis. Diac.*
ANDREAS DUNCKERUS, *Sternebergensis. Diac. & Past.*
M. MICHAEL LANGIUS, *Gnoiensis. Diac.*
M. CHRISTIANUS MICHAEL, *Svetensis Marchicus. Diac.*
JOACHIMUS ENGELBERTUS, *Gryphiswaldensis Pomeranus, Diac.*
M. HENRICUS VON DER WYDE, *Rostochiensis. Past.*
JONAS RICHTERUS, *Rostoch. Diac.*
ELIAS TADDEL, *Rostochiensis. Diacon. & Past.*
M. JOHANNES KAEUTZELER, *Rostochiensis. Diac. & Past.*
JOACHIMUS LINDEMANNUS, *Rostochiensis. Diac.*
M. PROTASIUS BESELIN, *Rostochiensis. Diacon. & Past.*
M. DAVID HARBERDING, *Rostoch. Diac.*
D. ZACHARIAS GRAPIUS, *Rostoch. Past.*
PETRUS ROLOFFSEN, *Gustrov. Past.*
M. GEORGIUS NIEHENCK, *Lüneburgensis. Diac. & Past.*
CAROLUS AUGUSTUS A BÜLOW. *Nobil. Meckelb. Diac. & Past.*
M. JOHANNES ZEIDLER, *Gnöjensis, Diac.*

§. 10. Liber sic factus *Burevinus* cum Fratre suo *Nicolato* IV, nihil magis in votis habuit, manibus pedibusque obnixe operam dedit, ut Patriam Urbem Rotztochium muro insigni circumdatam & Varno fluenti circumductam, ampliorem & elegantiorem faceret. In cujus Urbis emolumentum ipse anno 1218 plurima ei concessit, inter alia *Juris Lubecensis usum, eoque utendi libertatem, nec non omnium vectigalium immunitatem & exemptionem.* His & aliis Privilegiis acceptis, paucorum annorum interstitio, ita Urbs Emporio celebri, exoticorum mercimoniis, mercatorum frequentia, & civium multitudine excrevit, ut necessum fuerit, alteram Partem, quæ hodiæ *Nova Urbs* appellatur, adiicere & coædificare. Et hic *Burevinus* I, in omnibus Litteris & Pactis *Principem seu Dominum Sclaviæ vel Megapolensem* se nominavit, postque multa opera & facinora præclare patrata excessit e vita hac terrestri in æternam & cælestem anno 1225 secundum *Clytræum* & *Lindenbergium*, secundum *Calovium* autem & *Marescalcum* 1227. Ergo Rotztochienses *II. Dominum ac Principum* suum lugent, nunc quidem, sed statim dignissimo in regimine successore ac Nutritore Magnificentissimo accepto, iterum ex animo gaudent & lætantur. Fuit autem is *Burevini* I. Filius *Burevinus* II. De cujus liberalitate & munificentia in Urbem Rotztoch Annus 1226 & sequens nos edocebit.

Memorabilia annorum 1218 ad 1225.

§. 11. *Henricus Burevinus* II factus Herulorum Princeps Parentis charissimi vestigiis laudatissimis insistens, novellam Urbem Rotztochium ope, opera, auxilio & consilio salutariter ac summopere juvit, ut amplificaretur, ædificiorum splendore, quo Cives in Urbis parte altera invicem certare videbantur, exornaretur, sed non diu in emolumentum Rotztochiensium vixit, obiit enim anno 1228. Reliquit IV filios inter quos *Burevinus* III Dynastiam Rotztochiensem forte iterum accepit, de quo nunc quantum quidem ad scopum nostrum, paucula dicemus.

a. 1226. ad 1228.

§. 12. *Burevinus* III post mortem Parentis sui cum Fratribus tribus divisit Terram Magnopolitanam, & *Johannes* quidem *Theologus* & *Pribislaus*

An. 1229. ad 1277.

bislaus Terram proprie dictam Magnopolitanam, *Nicolaus* autem & *Burevinus* Terram Rotztochiensem accepere, quam ob causam in omnibus scriptis & literis publicis sequentem Titulum assumpserunt: *Johannes & Pribislaus de Magnopoli, Nicolaus & Henricus de Rotzstock Fratres & Domini. Burevinus* ergo *Rotzstochii Dominus* factus, in eo semper fuit, ut Urbem Rotzstochiensem magis ac magis Patris & Avi exemplo augesceret & ditaret; Anno enim 1240 vel ante, *Rotzstochiensibus Sylvam, die Rostogker Heide, pro 450 Marc. divendidit, illisque simul jure donationis in Flumine Varni a Ponte Petrino ad oppidum Warnemünde & extra Portum in Mare usque, quamprocul in illud cymbis suis Piscatores propter procellas navigare possunt, liberum Piscatus exercitium concessit*, testante id Epistola venditoria & donatoria de Anno 1252, 8, Cal. Apr. Rotzstochiensibus data. Adhæc hic *Burevinus* duo oppida (Veterem & Novam Urbem) Varnæ Brachio & Magistratibus antea disjuncta, in unum Reibublicæ Corpus anno 1262 Natali Urbis 102 & Jubilæo fere II. coagmentavit: Condiderat autem & instituerat hic Dominus Rotzstochii 1256. *Cœnobium & Templum S. Apostolo Johanni sacratum*, quod Cœnobium antequam diruueretur (verba sunt B. nostri Atavi D. *Lucæ Bacmeisteri* Senior. in *Narrat. Historic. MSpta de initio & progressu Lutheranismi in Urbe Rotzstock.*) „de quo suo tempore di„scturi sumus, multis & pulcherrimis ædificiis „concameratis & columnis lapideis fulcitis con„stabat. Et unum inprimis amplum & insigne „ædificium fuit, frontispicio suo obversum Pla„teæ lapideæ & contiguum Templo, in cujus „inferiori parte Monachi confitentes soliti fue„rant audire & absolvere, unde dicebatur: *Das „Beichthaus*. In superiori contignatione Biblio„theca erat, (de qua jam alibi. Fuit & Sacel„lum in illo cœnobio, cujus usus in Papatu fuit, „ut in eo solennibus nonnullis Festis Missæ ce„lebrarentur, propterea ibidem Ara versus „ortum posita erat, ubi nunc infumibulum & „fornax est: Erat & circuitus in eo editior, in quo consistere soliti fuerunt Prior & cæteri digniores inter Monachos, quorum aliqui etiam Doctores Theologiæ erant, quando Missæ habebantur. In aliis vero Sellis inferioribus consederunt vel pauci alii ex Monachis, vel etiam nonnulli ex Senatu aut civibus primariis, ut Missas audirent. Et hoc sacellum hodie in Consistorii & Ministerii Locum conversum est, de de quo postea: Cœnobium autem *Burevinus Dominicanis Monachis*, (in *Dominici Hispani* enim honorem illud condiderat) qui & *Prædicantes* dicti sunt, inhabitandum attribuit, qui in eo habitarunt, Viri eruditi & facundi, non eruditione solum, sed & laboribus concionandi cæteris Monachis antecellentes. Sed hic celeberrimus Heros *Burevinus* in ætate profecta cæcus factus est, quare Filii ipsius *Henricus* & *Ericus* eum derisere, seu potius ut *Marescalcus* testatur, *ipsi Filii Patrum nobili impietate persequentes, luminibus eum privarunt*, sed poenam dederunt sui nefandi flagitii, mortui enim sunt sine prole & ante Patrem; Pater autem *Burevinus* animam efflavit anno 1277, non autem, ut *Kranzius* & *Marescalcus*, 1260.

Civitatum Anseaticarum societas & numerus.

§. 13. Antea autem, quam spatium hoc XLVII. annorum (tamdiu enim regnavit *Henricus Burevinus* III, Terrarum Rotzstockii Dynasta) concludamus, notanter hic adducimus *Anseaticarum Civitatum Societatem* & quæ sub eo comprehensæ fuerunt Urbes LXXXIII. Etenim cum civitates Cimbricæ Lubecca ac Hamburga, vicinæque Vandalicæ Rotzstochium, Wismaria, Sundium, &c. civibus, opibus ac mercimoniis indies augerentur, anno 1260 (hic enim multis rationibus etiam id demonstrante celeb. *Conringio*, verissimus annus est conditi *Fœderis Hanseatici*, non autem uti *Johannes Angelus a Werdenhagen* vult, A. 1194, nec etiam uti *Chytræus* & *Thuanus* 1200, vel *Dancwerthius* 1241) convenere primum civitates Wandalicæ LXXXIII, ac Fœdere certo *contra Principum vicinorum injurias, & ad tuendam commerciorum libertatem ac privilegia*, in Wexterarum Gentium Emporiis Lubecca, Colonia, Brunsuiga & Dantisco olim sibi indulta, primitus coire inter se coepere, paulatim autem multitudine Sociarum Civitatum, Privilegiis Principum, potentia & opibus ita crevit, ut post annum 1300 magnis etiam metuenda Principibus esset. Dictum autem est Fœdus hocce Anseaticum *oder, der Anseatische Bund* a civitatibus illis, qui Fœdus hoc primum instituere, quarum primariæ maritimæ erant, *es waren An-See-Stædte, die an der See lagen:* sive, ut alii malunt, a veteri Germanorum vocabulo *Hansa*, quod potentem & opibus valentem Virum denotat, qui enim cæteris omni rerum affluentia, vi atque potentia antecellunt, adhuc hodie audiunt *die grossen Hansen*. Harum autem Urbium numerus fuit plus minus LXXXIII, quas honoris causa hic adducemus. 1) *Lubecca.* 2) *Brema.* 3) *Rotzstochium.* 4) *Sundium.* 5) *Wismaria.* 6) *Thorna.* 7) *Elbingia.* 8) *Dantiscum.* 9) *Regiomontum.* 10) *Braunsberga.* 11) *Riga.* 12) *Derbatum.* 13) *Revalia.* 14) *Stetinum.* 15) *Stadium.* 16) *Ulzenia.* 17) *Buxtehuda.* 18) *Stargardia.* 19) *Anclamum.* 20) *Golnovia.* 21) *Chilonium.* 22) *Hamburga.* 23) *Luneburga.* 24) *Gryphiswaldia.* 25) *Colberga.* 26) *Colonia.* 27) *Ostabrugga.* 28) *Susalum.* 29) *Minda.* 30) *Hervordia.* 31) *Padeborna.* 32) *Lemgovia.* 33) *Tremonia.* 34) *Monasterium.* 35) *Neomagus.* 36) *Daventria.* 37) *Zutphania.* 38) *Swolla.* 39) *Hardewicum.* 40) *Groninga.* 41 *Vesalia.* 42) *Dussburgum.* 43) *Elburga.* 44) *Stavaria.* 45 *Rüræmunda.* 46) *Arenacum.* 47) *Campi.* 48) *Bolswerda.* 49) *Lippia.* 50) *Omna.* 51) *Hamma.* 52) *Emmerica.* 53) *Warburga.* 54) *Bilefelda.* 55) *Wenlo.* 56) *Brunsuiga.* 57) *Magdeburga.* 58) *Hala.* 59) *Stendalia.* 60) *Salisquella.* 61) *Berlinum.* 62) *Halberstadium.* 63) *Hildesium.* 64) *Goslaria.* 65 *Embecca.* 66) *Gottingia.* 67) *Hannovera.* 68) *Hamelia.* 69) *Quedlinburga.* 70) *Aschersiebia.* 71) *Northeimia.* 72) *Helmstadia.* 73) *Wisbui.* 74) *Wratislavia.* 75) *Cracovia.* 76) *Francfordia* ad Oderam. 77) *Brandeburgum.* 78) *Cosfelt.* 79) *Stolpe.* 80) *Rügewold.* 81) *Seebusen.* 82) *Osterborch.*

borch. 83) *Werben.* Hæ ſunt LXXXIII illæ civitates, quæ Foedus hoc Anſeaticum inter ſe inierunt, inter quas LUBECA *caput omnium confoederatarum civitatum* fuit conſtitutum, quæ convocare reliquas & conventus conſcribere potuit, quando voluit; ſequitur *Dantiſcum*, quæ *Civitatum* omnium *Orator* erat; porro *Brunſwicum Curator* conſtitutus, *Colonia* autem *Quæſtorem* agebat. Et hæ civitates IV. habuere *Emporia ſeu Collegia* vulgo, *Comptoire*, *Brüggis* in Flandria, *Lugduni* in Anglia, *Stilhardt oder Stahlhoff* dictum: *Neuguardiæ* in Ruſſia, & *Bergis* in Norwagia. Convenere autem, ut ex *Cranzio* apparet ex omnibus Hanſeæ Civitatibus certi Oratores Lubeccæ a. 1418. ibique multa ad negotiationes & mercaturas pertinentia conſtituerunt ſalutaria; *de Navibus deque Negotiationibus & Navigantibus, de communicandis Privilegiis, aut denegandis, de aliis rebus, quæ intercurrunt negotiis mercatorum:* Eaque diligenter ſunt redacta in Scripturam, ſub titulo: *Han-See-Schluß, de anno 1418.* Poſtea autem anno 1591. in conventu Lübeccenſi plenius conſcriptum eſt, & LIX. Articulis comprehenſum *Jus Civitatum Hanſeaticarum Nauticum atque Maritimum, (der Hanſee-Stædte Schifford nung und Seerecht)* quod anno ſequenti 1592. ibid. excuſum. A. demum 1614. a Legatis Civitatum, Lubeccæ iterum congregatis, denuo reviſum, paſſim auctum & ordine priori mutato, in certos Titulos digeſtum, recencentiſſima ejus Editio eſt de Anno 1688. Bremæ Idiomate Germanico impreſſa. Sed de his confoederatis 83. Civitatibus hodie vix VII. ſuperſunt, nonnullæ enim ob graviſſimas cauſas ante multos annos ex Anſæ foedere ſunt ejectæ nonnullæ autem Principum ſuorum inſolitis oneribus graviter afflictæ, ipſæmet illi renunciarunt; de quo Foedere Hanſeatico ſic olim tunc quidem jocularis ſed nunc ex eventu vere vaticinatus eſt Senator quidam Lubeccenſis, cujus verba ex *Chronico quodam MSto Lübeccenſi* hæc fuere: In colloquio Haſſnienſi anno 1572. habito, fragte einmahl eine gelahrte Perſohn einem Rahtmann von Lübeck, ſo ein Bergerfahrer war, was daſs bedeutete, daſs die Becker in Lübeck das Brott *drey ecket* backeten? Reſp. *Daß Brodt an ſich ſelbſt bedeutet die gantze Hänſe, die ſoll verſtöhret werden; die drey Spitzen aber, bedeuten die 3. Stædte: Lübeck, Hamburg und Brehmen, die werden noch zuſammen halten, die andern aber werden ſich balde abſondern, deßwegen ſolten die Becker das Brodt ſo backen.* Et certe uti dixit, ita hodie etiam factum, hocque vaticinium vere impletum eſt.

Coenobium Virginum veſtalium S. Crucis fundatur.

§. 14. Præteriiſſemus pene *Coenobii* ſ. *Monaſterii S. Crucis* Fundationem. *Margareta* enim Daniæ Regina, *Burevini III.* Uxoris Germana, quæ cum in viduitate ſua DEO diu ſerviebat, pietatis ergo (uti tunc ferebant tempora) Romam ad Papam ſe contulerat; ſed domum reverſa cum in procelloſo mari diu hinc inde agitaretur & graviter de vita ſua periclitaretur, Rotzſtockii tandem appulſa, ubi in honorem Dominicæ Crucis ex voto hic depoſitæ, *Monaſterium Virginum Veſtalium* ad DEUM converſarum 1270. extruxit, & *S. Crucis Coenobium* dixit, prouti ſubſcriptio Hiſtoriolæ de periculo Reginæ in mari depictæ in Coenobii templo his verbis teſtatur: Anno MCCLXX. *iß dit Kloſter tho Gades ehr geſtifftet van* Margreten *Königin von Dennemarcken tho ehre Gedæchtniß tho blieben bet tho ewigen Tiden, Gott bewahre et vor allen Ungelück.* Mortua autem eſt hæc Regina Rotzſtockii anno eodem 1270. de quo teſtatur Epitaphium ipſi in templo hujus coenobii erectum, ſic autem ibi: *Biddet Gnade alle tid vor diſſe Königin ut Dennemarck de dit Kloſter geſtifftet hefft, tho de ehre des billigen Chrütztes, dat er de leve Gott gnedig und barnhertzig ſy, Ere Jahre tidß is S. Martens Abendß, do ſe ſtarff. anno 1270.* De cæteris in hoc Templo Epitaphiis ſuo tempore dicemus.

De familiis quibusdam hoc tempore Roſtochii inclarescentibus.

§. 15. Sed dum in annos 1260 ad 1277 incidimus præterire hic non poſſumus *quasdam Familias, quæ intra hæc tempora in Urbe Rotzſtock potiſſimum inclaruere* de quibus quædam ex Cl. *Lindenbergio* nunc afferemus. Prima autem Familia quæ qu. Arbor Rotzſtochii 1260 frondeſcere cæpit eſt *der München.* Ex hac Proſapia quidam *Johannes München* dictus cum civitas nova veteri adiiceretur 1260, Conſulatum geſſit, de quo & Platea illa in Nova Urbe, *die München-Straſſe* nomen ſuum accepit, vel quod primus in ea domum excitaverit; vel quod primus eam cum Gentilibus incoluerit. Sequitur Familia *der Coſſfelder*, & primum ex ea innotuit *Gerlacus Coſſfeld* qui anno 1262, cos. Rotzſtochii egit, & Plateam illam, *die Coſſfelder-Straſſe* de ſuo nomine dixit. Deinde *Andræas & Albertus Koſſfeld* anno 1270 Magiſtratum geſſere. His adjungimus Familiam celebrem *der von Wokrenten*, cujus ſtirpis anno 1262 *Rinerus Wokrente* Proconſulem egit, a quo Platea illa *die Wokrente-Straſſe* nomen indepta eſt. Ita autem Familia hæc inclaruit ac Rotzſtochii progerminata fuit, ut *ſocietatem propriam* ex ſua ſtirpe collegerit, & Domum unam habuerit, in qua convenere, unde adhuc hodie Domus hæc in dicta Platea vocatur, *der Wokrenten Gelach*, nunc autem cereviſia in ea divenditur. Fuit & hoc tempore *Leonum Familia, der Lawen* Rotzſtochii celebris, ex hac ſiquidem Familia *Hermannus Löwe* anno 1262 Magiſtratum geſſit, de cujus Nepotibus & conſanguineis, & quomodo *Leonum* nomen in *Wedigianum* abierit, ſuo loco & anno dicemus. Duas adhuc adiicimus Familias nobiles ac celeberrimas, quæ his temporibus Rotzſtochii emergere cepere; Altera eſt *der Witten.* Ex hac Gente *Petrus Witte* ex ſterquilinio & boum editu ad magnos honoris gradus anno 1262 emerſit, factusque eſt Principis Conſiliarius, cujus Filius *Hermannus Witte* anno 1277 Rotzſtochii Senator electus eſt: Altera autem Familia dicta fuit *der Kröpelner*, quæ tam amplas tamque copioſas radices Rotzſtochii agere incepit, ut Porta illa & Platea, qua Rotzſtochio Wiſmariam & Lübecam itur, ex hac ſtirpe *die Kröpelinſche Straſſe und das Kröpeliener-Thor* nomen ſuum deportaverit; & probalile eſt, hanc Familiam condidiſſe etiam pagum illum ſatis notiſſimum, in eodem itinere jacentem & tria milliaria Rotzſtochio diſtantem, qui adhuc hodie dicitur, *das Dorf Kröpelin.* Ex hac autem Gente primus,

primus, qui inclaruit, fuit *Conradus Kröpelin*, qui anno 1277 Senatorem Rotzſtochii egit. De cæteris poſtea.

Sectio II. De Memorabilibus Rotzſtochienſibus Seculi II. poſt U.C.

Tranſitio ad alia.

§. 1. Ordinis jam poſtulat ratio, ut enumeratis hactenus Memorabilibus, quæ Seculo I. & quot excurrit, poſt Urbem conditam, a primo ejus Fundatore ac Domino *Pribislao* ad *Burevini* ejusdem nominis III, mortem Rotzſtochii accidere; ad ejus itaque nunc Filium ac in adminiſtranda Terra ac Urbe Rotzſtock Succeſſorem *Waldemarum* & reliquos Principes ac Dominos properemus, & quæ ſub horum regimine Rotzſtockii geſta ſunt, Annalibus noſtris Rotzſtockienſibus inferamus: Sit ergo.

Memorabilia Annorum 1278. ad 1287.

§. 2. Defuncto *Burevino* III, *Waldemarus* regimen & Dominium in Urbem & Terram Rotzſtock obtinuit, qui habitare & dominari quiete & tranquille in ſuo Rotzſtockio potuiſſet, niſi Purpuratis ſuis nimium indulſiſſet, hinc enim ſuo tempore multa prœlia inteſtina ſtrage ſanguinaria, quibus cum poſſet, nihil repugnavit, Rotzſtockii excitata fuerunt, nec quicquam præterea memorabile geſſit, niſi, quod *Arces duas in utraque fluvii ripa non procul ab Urbe ſitas, civitati Rotzſtock indulſerit, ac totius Varnæ Uſum liberum illis conceſſerit.* Vixit autem in annum uſque 1282 ſecundum plerosque; ſecundum *Cranzium* autem, 1281 obiit, ſed *Albinus* annum 1287 ponit.

Familiæ quædam celebriores.

§. 3. Tempore *Waldemari* Clavum Reipubl. Rotzſtockienſis 1280, tenuerunt duo præſtantiſſimi & ditiſſimi Viri *Simon* & *Henricus*, ex celeberrima Familia, quam ſupra deſcripſimus, *der von München*; eodemque ſimul anno Magiſtratum geſſit *Volmarus Coſsfeld*, ex celebratiſſima quoque jam allegata Familia, quo tempore & anno quoque inclareſcere Rotzſtockii cepit peculiaris Stirps *der von Lageſtraden*, & peculiarem ex ſua gente in nova Urbe Plateam inhabitavit, quæ nomen ſuum ex hac Familia induit, *die Lageſtraten*. Primus autem qui ex hac gente prodiit anno 1280, fuit *Luthertus Lageſtraden*: inter cives autem tum vixit *Henricus Woßrente*, cujus Familiam jam ſupra deſcripſimus. Ex celeberrima Leonum Familia *der Löwen* anno 1280, *Gerhardus*, anno autem 1282, *Reinerus Löwe* Senatoris officio perfuncti ſunt; Anno ſequenti 1283 *Everhardus Nachtrave* Magiſtratum adminiſtravit; *Henricus* autem *Kröpelin* anno 1280 Senatorem jam egit.

Monaſterium S. Michaelis conditum.

§. 4. Sub Regimine *Waldemari* conditum quoque & extructum eſſe *Monaſterium Fratrum Minorum S. Michaelis*, vulgo, *das Fratern-Kloſter*; (ab ipſis Fratribus Senibus proprio ſumptu & labore) litterarum monumentis prodidit *Cranzius*. Fuit hoc Monaſterium ſatis ſplendide & eleganter ædificatum, habuit enim Templum, habuit Sacellum, quod eo in loco, ubi nunc *Hortus Medicus*, ſtabat, in eisque ſeptem Altaria erant poſita, coram quibus Miſſam celebrare ſolebant Monachi Fratres: Id tamen Vulcani violentia plane deſtructa fuit de quo poſtea.

Templum B. Mariæ ſacrum quadrum.

§. 5. Hoc etiam tempore circa finem labentis hujus Seculi, cum in amplianda & ædificanda Nova Urbe cives Rotztoccenſes occupati eſſent, de Religione & cultu divino in ea introducendo & plantando etiam cogitare ceperunt. Sed Domo peculiari opus erat, in qua Ferias ſuas imperativas, conceptivas, immobiles, Sacra anniverſaria, imo omnes ſuas ſacras ceremonias inſtituere & conſervare poſſent. Elegerunt ergo ad uſum ſacrum Fortalitium hoc ſeu Arcem, quam *Nicolotus* III *Pribislai* Rotzſtockii conditoris Fratruelis, in altero illo colle (Arcis Vallum ſeu *Borchwall* adhuc hodie dicitur) pro ſua defenſione olim erexerat, non, quod fundamentum ædificii ſacri ſatis ſolidum in ea haberent, & ut imitarentur *Veteris Urbis* Incolas, qui etiam ex Arce *Pribislai* Rotzſtockii conditoris, *Templum* ſuum *Petrinum* condiderant; ſed hanc potiſſimum ob cauſam in eo loco exſtruere voluere Templum ſ. Ædem ſacram, quia Arx illa, ex qua nunc Templum factum eſt, fere in meditullio Urbis & loco omnium commodiſſimo ſita erat, ad quod Templum poſtea ex tota civitate, jam in unum collecta, Cives qu. confluere & ſacris in eo peragendo eo melius intereſſe poſſent. Indigitarunt autem hoc novum Templum, *Templum D. Mariæ*, in honorem Genetricis DEI B. *Mariæ*, (cujus nomen etiam admoneat, non ad alios uſus prophanos, aut ritus ſuperſtitioſos, abutendum eſſe Templo, ſed Populum in eo, de vera agnitione & invocatione DEI, & æterna hominum ſalute, fideliter docendum eſſe. Nam Eruditi tradunt, nomen MARIAM ſignificare *Doctricem Populi*; verba ſunt *Poſſelii* Sen. *orat. de Urbe Rotzſtockio*) quam ſuperſtitioſis his & denſiſſimis Papatus temporibus tunc magni faciebant & adorabant Rotzſtockienſes, ut mox dicemus. Sunt autem vetuſtiſſimæ in hoc Templo Lapidum & Cipporum Inſcriptiones de anno 1310, 1316, 1322 &c. ex quibus colligit *Lindebergius Chron. Roſt. Lib. V. cap. 6.* Templum hoc una cum *Urbe Nova*, aut paulo poſt initium ſuum ſumpſiſſe.

Deſtructum reædificatur magnificentius.

§. 6. Sed Seculum jam tranſierat poſt conditum Templum, & Civium numerus magis & magis Rotzſtockii accreſcebat; remanſerat autem hactenus, & qu. imis infixa medullis hæſerat in quorundam adhuc animis umbra & ceremoniæ quædam ex Idoli cultu ſeu Religione: igitur & ampliandum erat hoc Templum & ob omni falſo & ethnico cultu penitus purgandum. Itaque juſſu Senatus & inſtigante Clero anno 1398, deſtruxerunt hoc Templum, & eo iterum in loco ad eam, quæ nunc conſpicitur, magnificentiam iterum fuit perductum & dilatatum. Pulcherrimo autem ſuo in urbis meditullio ſitu & ſplendida ſtructuræ majeſtate ita ſe in Crucis † formam decuſſat diſpanditque, ut procul intuentibus Religionem incutiat. Deſtructionem & reædificationem hujus Templi anno 1398 ſuſceptam & peractam eſſe, vetuſta vetuſti cujusdam lapidis ad Portam Templi Meridionalem verſus Grapheum ad latus dextrum introeuntibus, Inſcriptio & verſus ſatis obſcuri tam legendi quam intelligendi, ſatis ſuperque atteſtantur, qui ex *Lindenbergio* adducti & explicati ſic ſonant:

Octo Serpentes (octo anni) *caudam de more trahentes,*

Qui triplo fune (M. i. e. 1000.) *jungunt tria babata* (CCC, i. e. 300) *Lunæ*,
Primo (primæ sc. litteræ) *dando crucem* (i. e. XC) *girantes prodere lucem*,
Gregorii Festo, signant quo tempore mæsto, (i. e. tempore jejunii)
Gregorius fregit Templum (id est, Gregorii festo destrui inceptum)
Gregor. hocque relegit (i. e. eodem die inceptum est reædificari).
Quem paris exemplum vitæ Virgo (i. e. Maria quæ Christum paris) *sibi Templum*
Es fer ut sint audita in se nostra petita, (i. e. fac, ut in illo audiantur)
Consilio rationis, dustria, (i. e. industria) *Rosa merendo*
Esse sui memores, sua det bravium capiendo. (i. e. Maria fac, ut urbs nostra Rosarum, si a Te exaudita & adjuvata fuerit, Tuæ etiam memor sit, & ad hujus Templi ædificationem etiam aliquid de suis largiter contribuat).

§. 7. Quamquam autem novissimum hoc Templum ab omni ethnico cultu purgaverant, Papisticas tamen, blasphemas, confictas, imo impias & detestandas suas superstitiones in illud iterum introduxerunt. Fecerunt enim *Idolum ligneum, imaginem B. Mariæ* repræsentans, *super* cujus *sinum Simulacrum Christi e cruce depositum* posuerunt: hanc Statuam collocarunt in hoc Templo post chorum in Sacello illo clatrato, in quo adhuc hodie visitur, & *Mariam a Latere* (*Marien thor Latinge*) nominarunt, qua de mentiebatur Cucullatorum cohors, ut qui ejus opem implorarent, animæ & corporis salutem ab ea acciperent. Credebat hoc dementata stolidaque Plebs, sine fide, sine Verbo DEI in tenebris ambulans, dum e longinquis Europæ terris & summi & infimi confertim ad hoc Idolum confluebant, ampliſſima donaria adportantes, ut animæ & corporis salutem illic acciperent. Habuerunt autem certam Precationum Formulam qui Templo præfecti erant Sacrificuli, quam majusculis monachalibus litteris in ipso Sacello precantibus præscripserunt, hoc modo:

O Maria dyn vulles Manenschyn,
Der Sünder nacht erlüchtet syn,
Gyff dat wy armen Dener dyn,
In ewige fröwde mit dy syn. Amen.
Maria bringe uns tho den Fröwden klar,
Dat wy schowen apenbar,
An högesten Ehren mit Christo.

Idolum ligneum imaginem B Mariæ repræsentans, Mariam a latere dictum & superstitiose in templo Mariæ cultum.

Accidit autem petentibus, uti optabant: quia enim nimis credituli erant laici illi simplicissimi, ex justa DEI permissione a Diabolo & fraudulosis Monachis adventantes in errore & superstitione sua novis subinde confictis miraculis magis & magis sunt confirmati, multi enim fanatici, maniaci, ægri, claudique, relictis suspensisque ad columnam proximam & baculum ferreum huic infixum, quibus advenerant, scipionibus vestibusque, pristinam salutem hic recuperarunt, multique alii, permutantes aurum pro plumbo liberalem omnis culpæ condonationem (sic credebant) acceperunt, lætique domum rediere. Imo tanto in honore & pretio hoc Idolum ab omnibus habitum, ut qui superiori Seculo illud non inviserat, & dono salutarat, in Deos impius videbatur. O sancta simplicitas: Et de hac detestanda & plus quam diabolica superstitione fidem quoque nos facit Lapis quidam muro Ædis hujus Marianæ versus Grapheum ad sinistram portæ meridionalis partem, Templum introeuntibus, in quo monachalibus litteris lectu difficillimis incisa leguntur sequentia verba: *Witlick sy allen Christenen Lüden, de de Hülpe und Trost in eren Nöden und Sundheit in eren Kranckheiden begheren, dat Gott vermiddelst siner Könynglicken Moder Marien, sundt der Tydt, dat ere Bilde der Lösinge eres Kindes Jhesu Christi vamme Krüce in desse Kercken quam, vele groter Wundertekene gedan hefft, und noch deit alle Dage in denghenen, de sick hier gelavet hebben, in eren Nöden. Wehr byr syne Almissen tho gifft, de hefft LXXII. Werve, C. Dage Afflates, und LV. Karenen.* NB. Carana waren Busse 40. Tæge, oder wen die Sünde gar grob, war 3. monaht lang in Brodt und Wasser zu fasten. *Martinus Koch köstl. Ablaß Büchl. p. 30. 31.* edit. 4. an. 1698. in 12. Quid autem *Werve* fuere, hactenus invenire non potuimus). Hoc ergo Idolum Marianum & jam allegatæ Litteræ indulgentiales ita ditarunt templum hoc, ut splendidam hanc structuram, de qua supra diximus, acceperit. His accedunt etiam Pontificum quorundam indulgentiæ, quæ Magnificentiam & Divitias hujus Templi quam maxime auxerunt, quemadmodum adhuc in columnis, una in qua suggestus ædificatus est, & altera e regione posita sequenti, insculptas litteras indulgentiales Papæ *Bonifacii VIIII.* vetustissimis monachalibus litteris expressas, cernimus, quas huic templo anno 1398. clementissime indulsit, ex quibus unam (altera enim ob suggestus introitum legi haud potuit) Indulgentiam fideliter hic communicamus. Sic autem ibi in dicto Lapide legitur: *Paves* BONIFACIUS DE NEGEDE, *hefft gegeven an dem elfften Jahr na, alse be Paveſt geworden was, tho deme Bunde, und tho deder Bewahrung desses gegenwardigen Gadeßhuses; (an welckeme alse man segt, de Königinne der hemlischen mit velen Wunderwarcken) allen wahren Rübüden und böthender Christglovigen Lüden, de ere hülplicken Handrekinge beveder dohn, tho entholdigung dessen selven Gadeßhuses, an ißlicken Hochtiden unser leven Fruwen, und an ißlicken Feredagen den Hochtiden unser leven Fruwen, Jahrlicken sünder middel folgende, also danck, gnade und flicht hir tho wesende, alse dar iß tho Venedige in S. Marcus Karcken an den Dage der Hemmelfart Jesu Christi, dat iß van pine und van schreck utgenamen, de sacke dar me den Stol tho Rom plichtlicken ümbnieden sekal, tho ewigen tiden wahrende.*

§. 8. Sed omnes hæ Papales nugæ profligatis superstitionibus Patrum nostrorum memoria inclarescente Luce Evangelii jam per DEI gratiam disparuerunt, nihil ergo amplius restat, ut allegatis suo tempore & loco Epitaphiis, quæ hoc in templo conspiciuntur *Catalogum Ministrorum* tantum adjiciamus, qui *post Reformationem Lutheranæ Religionis* puram Evangelii Doctrinam *in Templo hoc Mariano* prædicarunt ac propagarunt. Sunt autem sequentes:

Catalogus Ministrorum Ecclesiæ ad templum Mariæ dicatum.

VALEN-

VALENTINUS CURTIUS, *Lebusensis*, *Past.*
MATTHÆUS AQUILA, *Archi-Diaconus, & post* Techens *Pastor.*
PETRUS HAKENDALE, *Diaconus.*
M. HENRICUS TECHENS, *Boitzenburgensis*, *Past.*
MARTINUS PAROW, } *Diaconi.*
Dn. WOLFF MARCHITA, }
JOHANNES BRUMMER, *Diac.*
M. JOHANNES SCREIGELIUS, *Pastor.*
M. MATTHÆUS FLEGIUS, *Femariensis Diac. & Archi-Diac.*
JOHANNES CRISPINUS, *Archi-Diac.*
D. JOHANNES KITTELIUS, *Juterboccensis, Superintendens II. spurius.*
M. ANDRÆAS MARTINI, *Rostoch. Past.*
M. BARTHOLDUS DETHARDINGUS, *Hervordiensis. Diac.*
D. LUCAS RACMEISTERUS, *Lüneburgensis, Pastor & Superintend. II. legitimus.*
M. LUCAS BANDOVIUS, *Witstochiensis. Archi-Diac.*
M. CHRISTIANUS COLTZOVIUS, *Rostochiens.* } *Diaconi.*
M. LAMBERTUS CALENIUS, *Lüneburgensis,* }
M. JOHANNES STOLTEFOTT, *Lubecensis, Archi - Diac.*
M. OSWALDUS SLEDANUS, *Rostochiensis. Archi-Diac. post Past. & Superint. III. legit.*
M. PAULUS PETREJUS, *Rostochiensis. Diac. & Archi-Diac.*
CONSTANTINUS FIDLERUS, *Dantiscanus, Diac. Archi-Diac. Past. & Superint. VI. legit.*
HERMANNUS SCHLORFF, *Rostoch. Diac. & Archi - Diac.*
M. DAVID TUNDERUS, *Rostoch. Diac.*
M. JOHANNES QUISTORPIUS, *Rostoch. Archi-Diac. Past. & Superint. VII. legit.*
JOHANNES CORFINIUS, *Rostoch. Archi-Diac. & Past.*
L. NICOLAUS RIDEMANNUS, *Chilon-Holsatus. Diac.*
D. CASPARUS MAURITIUS, *Tunderensis. Archidiac. Past. & Superint. IX. legit.*
D. HENRICUS MÜLLER, *Rostoch. Archi-Diac. Pastor & Superint. XI. legit.*
JOACHIMUS LINDEMANNUS, *Rostoch. Archi - Diac.*
M. GEORGIUS DAMM, *Rostoch. Diac.*
M. LUDOVICUS BARCLAJUS, *Rostoch. Diac. & Archi-Diac.*
M. MATTHÆUS LAURENTIUS, *Rostoch. Diac.*
D. BERNHARDUS MÜLLER, *Rostoch. Diaconus.*
D. FRANCISCUS WOLFIUS, *Stralsundensis. Past. & R. M. Direct.*
M. GEORGIUS NIEHENCK, *Lüneburg. Past.*
D. JOACHIMUS LINDEMAN, *Rostochiensis, Archi - Diac.*
JOHANNES SENSTIUS, *Neobrandenburgensis, Archi - Diac.*
M. JOHANNES JOACHIMUS WEIDNER, *Rostochiensis, Diac.*

Rostochienses cum Domino Nicolao tributarii fiunt Marchioni Brandenb.

§. 9. Accedimus ad *Nicoloti* s. *Nicolai*, cognomento *Pueri* de *Rotztock* regimen, qui, quod omnia pueriliter perageret, & purpuratis simul suis nimium indulgeret, remque a majoribus ampliter acceptam dispendio brevi amitteret, ideo cognomentum hoc indeptus est, diu siquidem Puer agebat sub Tutoribus; & pueriliter quoque inter conjugia variabat, ex tribus enim sponsis, Filia comitis de Lindow; *Agneta*, *Alberti* Marchionis Filia, (*pulchra compensatio*, verba sunt *Cranzii*: *olim Marchio vetuit Filiam* Bernhardi *Ducis Saxoniæ dare Wandalorum Principi, quem ille* canem *vocitabat; unde etiam multa tum provenere mala, quod diximus supra suo loco: nunc rebus conversis, Princeps Wandalus contemnit Filiam Marchionis*) & Filia *Margareta* Ducis Stetinensis & Pomeraniæ *Bugislavi*; solam tertiam accepit conjugem, quæ illi, ac terræ suæ fuit multorum causa laborum. Sed & ibi pueriliter rem gerebat, quia cum se subjecisset *Erico* Danorum Regi ad protectionem, postea pueriliter recessit ab eo, bellum intentans infeliciter in eum, cum suis Rostochiensibus quemadmodum idem *Cranzius* scribit. Sed quid fit? *Albertus* Dux Brandeburgensis, cum repudiatam a *Nicolao* Domino de Rotzstock videret filiam suam, ignominiam hanc ulturus, exercitum ducit in territorium Rotzstochiense sat magnum circa annum 1290. ibique ferro ac igne omnia depopulatur. Bellum sil us ejus *Johannes* cum Wandalis continuat strenue & cum illis luctatur assidue. Ingressus autem Principatum, qui nunc dicitur *Stargardiæ*, opportuno loco firmavit Arcem, quam Gentis vocabulo *Lubitze* appellavit ab Arce & oppido: in hac autem molitione idem *Johannes* finiit vitam suam, & Germanus ejus *Otto* rem a Fratre inchoatam consummavit, qui cum bellum hoc in Wandalos perseveranter ageret, Arcemque a Fratre inchoatam perfecisset, domum reversus, diem suum & ille obiit. Rotzstochienses quidem cum Domino suo ejusque socero *Bogislao* Duce Stetinensi occurrunt Marcomannis, sed infeliciter pugnant, terga dant & multos ex suis amittunt: tantisper autem hostes Marcomanni in Rotzstochienses igne ferroque passim populabundi debachantur, quoad Urbis Viri primores ære injuriam redimere sunt coacti, agris singulis soli totius Laciburginiani argenti pondo singulis mulctatis. Nec Stetini Princeps impune illatam injuriam evasit, nam commisso bello gravi vulnere in calva accepto, in medio ipso proelio captus, non est ante dimissus, quam pari agrorum mulcta iras Marcomannorum justas expiaret.

Familia nova *Eselfoter* inclarescens.

§. 10. Ergo Rotzstockienses cum Domino suo *Nicolao* Marchioni Brandeburgensi *tributarii* facti sunt, quo tempore nova quædam familia iterum Rotzstochii inclarescere cepit *die Eselfoter* dicta, quæ ita se expandit, ut totam Plateam inhabitaverit, & de nomine suo, *die Eselfoter Strasse* dixerit. Primus autem ex hac Familia in Annalibus Rotzstochiensibus anno 1289. occurrit *Hildebrandus Eselfoter*, qui Camerarii munere functus est: anno autem 1288. *Conradus Lawe* Senatorem egit. Sed dum de Familiis jam agimus, unam adhuc inferimus stirpem, quam ab anno 1287. proterivimus. illa est *der Wilden*, de qua Gente ejusque insignibus *Cl.* LINDENBERGIUS sequentes adducit rhythmos Germanicos:

Unse Vöroldern hödden de zegen,
W'y sin Gott loff höger gedegen,

Hetheñ mit Thonamen de Wilden,
Und föbren enen Ruck in Schilden.

Wismaria autem hujus sanguinis primos oriundos, ibidem primitus Familiam constituisse, *Lindebergius* ex constanti fama affirmare videtur, dein autem quidam ex iis Lubecam & quidam Rotzstockium processerunt, & constituta in utraque urbe familia ad divitiarum fastigia ascenderunt: nec dubium est, civitatis Rotzstockiensis Senatorem ac Bibliopolam hodiernum, Dn. *Joachimum Wildium*, ex hac quoque celeberrima ac vetustissima familia prodiisse, siquidem Majores ejus omnes Megapolenses fuere. Primus autem, ex hac Familia anno 1287. Rotzstockii floruit, fuit *Hermannus Wilde*. De reliquis postea & suo tempore agemus.

Bellum Principum Rugiani & Stetinensis cum Vandaliæ Principibus Parricidis.

§. 11. Interim tum hæc & cæteræ Familiæ Rotzstockiii florent, Anno 1294. Principes Wandaliæ, cum Rugianis & Stetinensis Principibus conveniunt hanc ob causam. *Henricus* II, Wandaliæ Dominus, *Nicolai* Filius, *Burevini* II Nepos, (qui se *Dominum de Rotzstock* ideo dixit, quod *Nicolai* Pueri de Rotzstock Tutor fuisset.) Princeps modestus & integer, cum Filios insolentiores haberet, *Henricum* atque *Nicolaum*, eosque crebrius super insolentia increparet, nec permitteret usibus eorum plenos sumptus stringeratque frena libidinis, ut paternis monitis ad frugaliorem vitam redirent: Improbi autem Juvenes pessimo consilio Patrem in venatione agentem, sumptis armis oppresserunt, quo maturius ad Principatum rerumque administrationem pervenirent: sperarentque rem atrocissimam aut occuli posse, aut casibus venationis, qui varii sunt imputari. Sed vicini Principes rem exemplo & facinore perniciosissimam, non passi transire inultam. Sed Principes aggressi sunt eosque terra ejecerunt: & *Nicolaus* inprimis *Johannis* primogenitus, Parricidarum Patruelis justissimus erat vindex de nece Patrui, occupat quas potuit munitiones parricidarum, Zwaen, Lawe, Warne, cum se illi, ut poterant, tuerentur. Moritur in eo luctamine *Nicolaus* alter ex Parricidis: *Henricus* Magnopolensis se rebus immiscuit, ut terris velut ad prædam expositis, partem detraheret. Interveniunt itaque anno 1294 Tractatus Rotzstockii, opera *Wislai* Rugiani Principis & *Bugislai* Stetinensis Ducis. Cum Parricida reposceret sua, *Nicolaus* indignum diceret successione Parricidam, & in hac contentione disceditur. *Nicolaus* clausa licet civitate elabitur, & Noctu pervenit in Gustrow. Sequitur eum Rugianus Princeps, pacis sequester, & velut hostis ab *Nicolao* capitur. Congrediuntur inde *Nicolaus* & *Henricus* Magnopolensis, luctati de ditione parricidæ: Prælio victor *Nicolaus*, multos capit; inde circumfert exercitum *Nicolaus*. *Henricus* Magnopolensis jam visus est tueri partes *Henrici* Parricidæ, non tamen oblitus suorum commodorum, vicissim & ille multa occupat; oppidum Warne duo *Henrici* occuparunt, fraude clerici, qui clavium formas cera expressas, tradidit illis. *Nicolaus* per lacum ex Rabele & Plawe & Russus a terra oppugnans recepit oppidum, captis qui inerant Præsidio. Pacantur deinde res inter *Nicolaum* & *Henricum* Magnopolensem. Parricida autem, ut dignum fuit, in tenuitate sine prole permansit. Hæc quæ adduximus, passim ex *Cranzio* desumpta sunt, qui hanc historiam solus annotavit.

Urbs Rostochium Danico Regis tutelæ subiicitur.

§. 12. Sed ad Rotzstockienses nostros revertamur. Illi jam Tributarii fuerant Duci *Ottoni* Marchioni Brandenburgensi per VIII ferme annos, sed Tributorum tandem pertæsi, consilium agitare incipiunt, Marcomannorum jugum de collo suo tandem abiicere. Et jam Rotzstochiana Respublica duorum consulum *Alberti Snakenbergii* & *Nicolai Rensovii* tumultuaria animadversione & ut semel est turbata, plebis multitudini occasionem peroportune tribuit omnia per summam violentiam agendi. Quos enim COSS. in custodiam publicam initio conjecere, quos male accepere Cives, & Equites insuper duos *Fridericum* & *Johannem de Mulctis* Domini & Reguli sui *Nicolai* Purpuratos seu Consiliarios, *Henrici Leonis* Principis Megapolæi hostes infestissimos, COSS. nuper suasu expulsos, intra ipsam Urbem reduxere, consiliorumque suorum omnium participes fecere, in suam totiusque Reipublicæ perniciem: Illorum namque & COSS. jam nominatorum instinctu, Cives Urbem ipsam, ne a Marchionibus denuo infestarentur, subigerenturque, vel *Nicoloto*, qui unica tantum Filia nullis autem Filiis gaudebat, vita defuncto, ad *Henricum Leonem*, cujus impotentem suspectabant dominatum, pervenirent; *Erico* IX. Danorum Regi per summam invidiam ne dicam stultitiam (verba sunt *Mareschalci*) dedidere, fore arbitrati, ut libertatem ita suam sub hero potentiore eodemque rege melius tutarentur; qui rex rem tantam non leui pendit, sed exercitum misit per mare, quem opposuit Marchioni; cum quo aliquot etiam excursionibus prælatum est. Sed *Waldemarus* Marchio Brandeburgensis *Johannis* & *Ottonis* germanus & in regimine successor potentiores Rotzstochienses ope Daniæ Regis cernens anno 1310. cum Rege Daniæ. Ribbenitiæ convenit, amicitiamque & fœdus ab *Ottone* fratre inchoatam impleuit ac iniit: itaque Rotzstochienses cum suo principatu & urbe in Regis Daniæ subiectione soli permansere, ita quidem, ut defensor urbis & privilegiorum suorum adversus Marchitas esset. Venere autem Rotzstochienses in Regis Daniæ tutelam non ut Chytræus vult, 1314. sed anno 1300, vel etiam jam sub finem anni 1299.

Ericus R. Dan. ante portam lapideam cum XX. Germaniæ Principibus celebrat ludum.

§. 13. Sed Rotzstochienses non diu paruere Regi Daniæ, sed post annos X. iterum ab eo deficiunt. Anno enim 1311. *Ericus* Rex Daniæ in urbe Rotzstochio sibi sacramento fidei obstricto ludos solennes indixerat; ad quam festivitatem viginti Germaniæ Principes convocaverat. Accedunt Principes cum Rege Daniæ anno sequenti 1312. paucis post solstitium æstivum diebus cum solemni frequentia, comitatu amplissimo atque magnifico. Venerunt quoque agmina nonnulla ad splendorem ludi augendam accita. Sed cives Rotzstockienses non tam ostendandæ pompæ & solennitatis id fieri gratia, sed potius, quomodo libertate civitates maritimas & anseaticas exuere possent, accef-

accessisse Regem cum Principibus videntes, neque Regem a mari neque Marchionem Brandeburgensem cum aliis Principibus a terra urbem ingredi sinere volebant; quod vererentur, opprimi suam libertatem, in vicino urbi loco ante portam lapideam (rosarium vocant, i. e. *den Rosen-Garten*) tetenderunt, ibique curiam instruit, cum, quod ipse Rex Daniæ urbem sibi subditam tam magno Principum nobilitatis conventu premere nollet, tum, quod celebrare spectaculum in tentoriis, quam in fumosis urbibus, magnificentius duceret. Aderant petauristæ, jaculatores, quinquertiones seu pentathli, palestritæ, thymelici, dromones sine numero. Aderant tubicines, litui, tympanotribæ, choraules, cytharoedi, calastri, psaltriæ, schoenobatæ, præstigiatores, blenni, mori, colaces, lamyri, pantomini, gelatopæi, parasitorum turba innumera & eruscatores plurimi. Censa eo spectaculo in meditullio athletarum paria 1640. qui omnes epulo lautissime mensem integrum ibidem sunt excepti. Pandesiis his & acratoposiis solutis Rex & Principes de ulciscenda Rotzstochiensium contumelia, qui urbem Regi ac domino suo non patefecissent, & Wismariensium petulantia, qui *Henrico Leoni* principi suo facultatem in urbe nuptias celebrandi negarant, punienda consultare incipiunt. Sententia unanimi consensu rogata est, bello castigandos & subigendos esse; ad quod quisque suam operam & opem *Henrico Leoni* offert.

Rostochienses una cum civit. fœderatis bellum gerunt adv. Regem Dan. & Principes.

§. 14. Civitates de Principum decreto edoctæ antevertere volentes classe armata insulas Daniæ rapinis ac incendiis vastant, ut Regem domi distineant & portus suos tueantur. Deinde cum *Henricus Leo* Wismarienses terra marique obsideret, fœderatæ civitates Lubeca, Sundium, & præ ceteris Rotzstochium suam perinde causam arbitrantes vicinum incendium, illum abigunt & in fugam convertunt. Rex hac de re certior redditus missis literis Rotzstochienses, qui insuper *Henrici Leonis* curiam in urbe Wismaria destruxerant, hostilia inchoavit navium detentu & bonorum omnium, quæ in Daniæ regno habent, asservatione efficere tentat, ut obsessos relinquant, & Leoni, quem ipse Rotzstochii vicarium statuerat, tutori pareant, eique aditus facultatem & omnium inibi rerum copiam faciant. Sed nihilominus Rotzstochienses vicinis Wismarienfibus tulerunt suppetias. Qua de re incensus ira Ericus Rex Daniæ missis diffidationum literis hostilia omnia urbi obnunciat & *Henrico Leoni* bello subigendam commendat, qui magnis indignationum flammis conceptis cum XXII. Principibus, qui etiam longinqui venerant, Rotzstochienfibus bellum facit & *Henrico Leoni*, eos ut subigat, classem suam commendati, qui commeatum civib9 intercluſurus Varnæmundam castra movet, ibique ostium maris veteribus navigiis & saxis grandibus immersis occludere pertentat, & ad tuenda præsidia militibus impositis exercitum reducit: Marchio autem Brandeburgensis cum ceteris Principibus propius Rostochienses perurgebant. Tantum.

Elenchus Documentorum præcipuorum quæ citantur in Antiquitatibus Rostochiensibus.

1. BULLA FUNDATIONIS *Academiæ a. 1419.* 2. Bulla *Eugenii IV.* Pontificis qua *Facultati Theologicæ in Academia Rostoch. locus* etiam conceditur. 3. *Bulla Concilii Basilienſis* qua Profess. jubentur ex Rostoch. excommunicat. alio discedere. 4. Literæ de *reditibus seu salario* Academiæ *post reditum Gryphiswaldia* A. MCCCCXLIV. *a Senatu urbis* assignato. 5. Innocentii VIII. Pontificis *specialis Academiæ* concessio, de *non* amplius *emigrando* ex urbe Rostock. 6. *Privilegium* Ferdinandi I. Imperator. s. confirmatio Academiæ. 7. Transactio *oder Vertrag zwischen den Hertzogen zu Mecklenburg und der Stadt Rostock die Universität belangend*, a. 1563. 11. Maji *aufgerichtet*, FORMULA CONCORDIÆ prima *genandt*. 8. *Ander Vertrag zwischen der Universität in Rostock und dem Rath daselbsten* A. 1577. 19. Octobr. *getroffen*, Formula Concord. II. *genandt*. 9. WERNERI & CONRADI Episcoporum Swerinensium *Bullæ de Jurisdictione Academiæ*. 10. Consilium Facultatis Juridicæ Colonienſis in causa Castritiana. 11. Duo Programmata quibus & a toto Concilio Academico & a Facultate Juridica in specie *suspendendus Castritius* studiosis aliisque Academiæ civibus significatur. 12. SCRIPTA ACADEMIÆ tempore Ducum Mecklenburgensium a *Wallensteinio* expulsorum hinc inde missa. 13. Copia Banni sic dicti Ministerialis *wider das Pennal-und National-Wesen*. 14. In Sachen Rectoris & Concilii der Universität Rostock contra Burgermeister und Rath den *Angriff der Academischen Mit-Glieder* in criminalibus betreffend Decretum Ducum Mecklenb. a Facultate Jurid. Academ. Marpurgensis approbatum. 15. Programma post sceptra difracta A. 1675. affixum. 16. De Domo seu Collegio MESSOLENII Litteræ venditoris. Item 17. De Domo AQVILÆ s. *Arns-Burg*. 18. De Domo UNICORNU Literæ venditoris. 19. De Domo RUBEI LEONIS Literæ Academiæ. 20. De Domo SENIORIS THEOLOGI Literæ Testamenti. 21. Testamentum Pauli Calenii Rostoch. 22. Statuta de *provisione & inspectione Bibliothecæ* Universitatis Rostoch. condita A. 1650. 23. Fundatio IV. Canonicatuum in Ecclesia S. Jacobi ab Universitate 1494. constituta. 24. Dotatio Ducalis Collegii a Principibus Mecklenburg. 25. *Der Gemeine und gantzen Bürgerschafft Danckſagungs-Schreiben vor die Begabung der Universität.* 26. Ducis Ulrici Literæ ad Senatum Rostoch. *wegen der Visitation der Universität vorzunehmen.* A. 1597. 27. *Abscheid der Fürstlichen Professoren in der Visitation* A. 1599. *gegeben nebst dem General-Visitations-Abscheid.* 28. Stipendium WITTENIANUM. I. deperditum. II. reservatum. 29. Stipendium HOLSTEINIANUM. 30. Stipendium LUHIANUM. 31. Stipendium WESLINGIANUM. 32. Stipendium COTHMANNIANUM. 33. Stipendium DOSSENIANUM. 34. Leges Academiæ vetustiores & recentissimæ. 35. Leges *communis mensæ* Acad. Rostoch. 36. Edictum I. Academiæ de a. 1614. contra *Pennalismum* affixum. 37. Edictum II. de A. 1639 & 1641. ejusd.

Materiæ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Materiæ. 38. PENNALISMI ex Acad. relegatio. 1662. 39. Edictum contra DUELLUM. de a. 1681. 40. Leges Rectoris & Concilii sibi ipsi præscriptæ. 41. *Statuta vetera ac nova* Acad. Rostochiensis. 42. Decreta & Statuta quædam Rev. Concilii sub diversis Rectoribus ab. A. 1563. ad a. 1653. sancita. 43. Statuta Philosophicæ Facultatis vetera renovata & ad usum statutumque hodiernum accommodata. 44. PROGRAMMA FESTIVALE in Natalitiis CHRISTI. 45. PROGRAMMA FUNEBRE in Hen. Gulzovii obitum Petr. Landesbergii Senat. 46. PROGRAMMA in Renunciatione novi Rectoris. 47. Admonitio de fine STUDIORUM & MEDIIS ad eum assequendum recta ducentibus. 48. PROGRAMMA ad Leges publicas audiendas, item: ad audiendam Orationem de Mysterio incarnationis duarum in CHRISTO naturarum &c. 49. PROGRAMMA ad Carmen de Descensu CHRISTI ad Inferos ejusque Resurrectione & ascensione ad cœlos; item D. Chrytræi de Anatomia publica sedulo frequentanda; it. de Lunæ Ecclipsi consideranda. 50. PROGRAMMA de Domuum Academiæ inhabitatione & inspectione affixum; de Bacchanaliis non celebrandis: de bombardis &c. non gestandis. 51. Facultas conferendi licentiam in promotionibus Episcopo recusante ab Innocentio VIII. Academiæ A. 1486. firmata. 52. Bullæ Papales MARTINI. V. & INNOCENTII VIII. quibus Conservatores & JUDICES bonorum *Universitati* constituuntur &c. 53. Litteræ Academiæ ad Senatum urbis pro *defensione immunitatis vom Wachen und Wallgehen.* 54. Littera ad Ducem ADOLPH. FRIDR. *de postulatis Centesimis:* Et *ad* JO. ALBERT. *de cod. postulato.* Litteræ ad Proceres & Senatores Provinciar. Megapol. de ead. re. 56. Litteræ (I) Inhibitoriæ Duc. Mecklenb. ad Senatum oppidanum, *wegen der* Academicorum *Wacht und Graben geben* cum pœna annexa. Litteræ (II) eorundem cum pœna duplicata pro Academia *wegen der aufgebürdeten Monathlichen Soldaten-Gelder, und darauf angestellten Militarischen* Execution; Litteræ (:III:) ejusdem Commatis cum replicata pœna. Litteræ (IV) DUCIS ADOLPH. FRIDERICI *der Universität ohne Erlaubnus keine* Contribution *weiters auszusetzen.* 57. Bulla inter Academiam & Senatum Urbis, de Carceris publici loco a WERNERO Episcopo Suerinensi erecta A. 1471. 58. *Vertrag zwischen E. Ehrwürdigen* Concilio *und E. E. Rath der Stadt Rostock, wegen der Straf-Gelder* ex delictis criminalibus Studiosorum.

XXVII.

MEGAPOLEOS LITERATÆ H. E. HISTORIÆ LITTERARIÆ MEGAPOLENSIS SPECIATIM ROSTOCHIENSIS PRODROMVS, IN QVO AGITVR DE RECTORIBVS ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS (AB EJVS INCVNABVLIS A. 1419. VSQVE AD A. 1700.) SECVNDVM ANNORVM SERIEM ITA DISTINCTIS, VT MVLTORVM SERENISSIMORVM, ILLVSTRISSIMORVM, GENEROSORVM ET PRÆCLARORVM VIRORVM TAM MATRICVLÆ INSCRIPTORVM, QVAM ALIORVM ETIAM BIOGRAPHIÆ VARIAQVE HISTORIARVM MOMENTA ET MEMORANDA LITTERARIA ADFERANTVR. OPVS NON SOLVM RES MECKLENBVRGICAS ET ROSTOCHIENSES LITTERARIAS SED ET INFERIORIS *SAXONIÆ* TAM CIVILEM QVAM ECCLESIASTICAM HISTORIAM COPIOSE EXPLANANS HINCQVE *HISTORIÆ* LITTERARIÆ CVLTORIBVS PERQVAM NECESSARIVM ET JVCVNDVM, EX VARIIS AVCTORVM SCRIPTIS, BIBLIOTHECIS ET ARCHIVIS SVMMO STVDIO COLLECTVM A *SEBASTIANO BACMEISTERO* ECCLESIÆ TRAVÆMVNDENSIS PROPE LVBECAM DIACONO, POST IPSIVS OBITVM AVCTVM ATQVE EMENDATVM AB AVCTORIS FILIO *JOANNE BABMEISTERO*, MED. D. ET P. P. IN ACAD. TVBING. CONSILIARIO ET ARCHIATRO BADODVRLACENSI ET PAPPENHEIMENSI AC PHYSICO VRBIS TVBINGÆ ORDINARIO.

CAPUT. I.

De Academiæ Rostochiensis Rectoribus Seculi XV. ab a. 1419. inspersis clarorum Virorum & inscriptorum vitis variisque historiarum argumentis.

SUMMARIA.

§. 1. *Instituti ratio.*
§. 2. *Primus Academiæ Rector.*
§. 3. *II. & III. &* de Ranzoviis.
§. 4. *IV. cum annexa historia de* Jacobo Kramero *Hæretico Magdeburgensi.*
§. 5. *V. VI. & VII. Rector, aliaque historica.*
§. 6. *VIII. & IX. deque* Friderico Strenuo *Academiæ Lipsiensis fundatore.*
§. 7. *X. & XI. deque* Joh. Zischa.
§. 8. *XII. & XIII. cum Vita* Conradi Pegelii *Familiæ Fundatoris.*
§. 9. *XIV. XV. XVI. & XVII. deque bello Flensburgensi.*
§. 10. *XIIX. XIX. XX. & XXI. nec non* Johannæ d'Orleans *historia.*
§. 11. *XXII. & XXIII. Rector.*
§. 12. XXIV. & XXV. *una cum Vita* Martini V. *Papæ.*
§. 13. XXVI. & XXVII. *simul ac quædam de* Eugenio IV. *Papa.*
§. 14. XXIIX. & XXIX. *deque Familia* Reventlowiana.
§. 15. XXX. & XXXI. *deque* Matthia Doringio *Theologo.*
§. 16. XXXII. XXXIII. XXXIV. & XXXV. *deque* Paulo de S. Maria & *Academiæ Exilio II. Gryphiswaldiam.*
§. 17. XXXVI. & XXXVII. *deque* Sigismundo *Imperatore & rebus Lubeccensibus.*
§. 18. XXXVIII. & XXXIX. *deque* Sigismundi *Successore* Petro Payne & Nicolao Sachovio.
§. 19. XL. & XLI. *deque morte* Alberti II. *Cæsaris ac Papa* Felice V.

§. 20.

§. 20. XLII. *ad* XLIX. *deque peste gravissima, Comite* Mauritio *Oldenburg. & Artis Typographicæ Inventoribus.*

§. 21. L. LI. LII. & LIII. *deque* Joh. Capistrano, *Gallis, Armenicis,* Johanne Legobio, & Friderico *Comite de* Bichlingen *Archi-Episcopo Magdeburgensi.*

§. 22. LIV. & LV. *deque Nuptiis infelicissimis in Qualen & inundatione Dordracensi.*

§. 23. LVI. & LVII. *deque* Eugenii IV. *Papæ Vita.*

§. 24. LIIX. LIX. LX. & LXI. *Rector, deque Ducatu Lüzelburgensi* Joh. de Westernach, Arnoldo Westphal, & Henrico Castorp. *Cos. Lubec.*

§. 25. LXII. LXIII. LXIV. & LXV. *deque horrendissima peste.*

§. 26. LXVI. LXVII. LXVIII. & LXIX. *deque* Thalheymio *Comitatu Lüzelsteinensi & expugnatione Urbis Constantinopolitanæ.*

§. 27. LXX. & LXXI. *Rector, deque* Bartoldo von Landesberg.

§. 28. LXXII. & LXXIII. *R. deque* Nicolao V. *Papa, & Plagio Principum Saxoniæ.*

§. 29. LXXIV. & LXXV. *R. deque Lic.* Bertholdo Karckhofio, Alphonso Tostato, *Academiæ Gryphiswaldensis erectione, ejusque primo R.* Henrico Rubenaw.

§. 30. LXXVI. & LXXVII. *R.*

§. 31. LXXIIX. LXXIX. LXXX. & LXXXI. *R. deque* Pio II. *Papa.*

§. 32. LXXXII. & LXXXIII. *R. deque Piratis a Lubecensibus captis, aliisque.*

§. 33. LXXXIV. & LXXXV. *R.*

§. 34. LXXXVI. & LXXXVII. *R. deque aliis variis.*

§. 35. LXXXVIII. & LXXXIX. *R. deque peste gravissima, morte Ducis* Bernhardi &c.

§. 36. XC. & XCI. *R. deque* Martino Kauth, Nicolao Cusino, &c.

§. 37. XCII. & XCIII. *R. deque* Johanne Rode & Laurentio Valla.

§. 38. XCIV. & XCV. *R. deque variis rebus Lubicensibus.*

§. 39. XCVI. & XCVII. *R. deque Filio doctissimo septenni aliisque.*

§. 40. XCIIX. & XCIX. *R. deque Navi Lubicensi in mari perdita, aliisque.*

§. 41. C. & CI. *R. deque rebus quibusdam Lubicensibus.*

§. 42. CII. & CIII. *R. deque* Stephano Brulifer, Laurentio Miniatensi & Theodoro Gaza.

§. 43. CIV. & CV. *R. deque* Paulo II. *Papa.*

§. 44. CVI. & CVII. *R. deque Cometa, & Filia Cæsaris Constantinopolitana.*

§. 45. CIIX. & CIX. *R. deque Cometa.*

§. 46. CX. & CXI. *R. deque rebus quibusdam foederatarum civitatum, &c.*

§. 47. CXII. & CXIII. *R. deque variis rebus aliis.*

§. 48. CXIV. & CXV. *R. deque quodam Tympanista Propheta,* Joh. Campani *Monachorum Eulogio &c.*

§. 49. CXVI. & CXVII. *R. deque Academiæ Tubing. Erectione ejusque primo Rectore* Joh. Nauclero.

§. 50. CXIIX CXIX. CXX. & CXXI. *R. deque Officio Prædicaturæ Argentinensi aliisque.*

§. 51. CXXII. CXXIII. CXXIV. & CXXV. *R. deque Comite Wirtemberg.* Udalrico & Mahometh. II. *Turca.*

§. 52. CXXVI. & CXXVII. *R. deque Academiæ Moguntinæ erectione,* Henrico Bergmeier & Hemmingo Gadde.

§. 53. CXXIIX. & CXXIX. *R. deque Caritate annonæ in civitatibus maritimis, latronibus circa Lubicam,* Ludovico XI. *Rege Galliæ,* & Martino Luthero.

§. 54. CXXX. CXXXI. CXXXII. & CXXXIII. *R. deque peste &* Josquino, *Gröningensi.*

§. 55. CXXXIV. & CXXXV. *R. deque* Maximiliano I. *morbo scorbuto &* Georg. Trapezontio.

§. 56. CXXXVI. & CXXXVII. *R. deque Exilio II. fugaque Academiæ Lubicam ob bellum.*

§. 57. CXXXIIX. *R. deque congregatione Civitatum Hanseaticarum Lubicæ.*

§. 58. CXXXIX. & CXL. *R. deque* Thomæ Grote, Theodorico Andes, Nicasio & Joh. Wesselio, *Groningensi.*

§. 59. CXLI. & CXLII. *R. deque Archi-Episcopo* Ernesto, Flavio Melfensi, Henrico Bebelio & *tempestate inaudita Constantinopoli.*

§. 60. CXLIII. & CXLIV. *R. deque* Johanne Tegeler, *Conventu civitatum Antwerpiæ,* Johanne Rota, Alexandro Hegio & Rodolpho Agricola.

§. 61. CXLV. & CXLVI. *R. deque novæ terrarum Plagæ inventoribus, occupatione regni Granatensis & Judæorum ex Hispania expulsione.*

§. 62. CXLVII. & CXLIIX. *R. deque* Erico *Duce Megapolensi &* Friderico III. *Imperatore.*

§. 63. CXLIX. & CL. *R. deque* Hermolao Barbaro, Angelo Politiano, Joh. Pico Mirandolano, Joh. Tisserano, Petro Mendoza, Dionysio Ruremontano, *aliisque.*

§. 64. CLI. & CLII. *R. deque Comitiis Wormatiensibus,* Eberhardo *Wirtembergensi ibi creato Principe, aliisque.*

§. 65. CLIII. & CLIV. *R. deque* Eberhardi *Ducis Wirtembergensis morte.*

§. 66. CLV. & CLVI. *R. deque* Bartholdo Kirchhof, Cos. Joh. de Lapide, Gabriele Bid *aliisque.*

§. 67. CLVII. & CLVIII. *R. de Emporio Nougardiæ &* Hieronymo Savanorola *exusto.*

§. 68. CLIX. & CLX. *R. deque Luna in duas partes divisa, Monstro humano,* Paulo Scriptoris & Tilemanno Spangenbergio.

§. 69. CLXI. & CLXII. *R. deque Regis Daniæ clade a Dithmarsis accepta, Nativitate* Caroli V. Tilemanno Minorita *Monacho,* Sebastiano *Profess. Theolog. Erfurtensi &* Jacobo Bruno *Ulmensi Astronomo.*

§. 1. In Antiquitatum Rostochiensium duobus libris generatim *Originem Urbis & Academiæ Rostochiensis indagavimus,* & vel *Docentium* vel *Discentium* in ea *Jura, Immunitates & Privilegia,* ex nullo animi affectu ducti, (minime enim talia conveniunt Historico, nam ut recte monet cl. *Elias Reusnerus* in Præfat. Isagog: Histor. De re aliqua seu gente commentaturus, *nihil falsi dicere; nihil veri dissimulare; sed sine suspicione vel gratiæ vel simultatis omnia scribere debet.)* verum ex ipsius potius rei veritate, quam nec ipsa adversa pars in dubium vocari poterit, contra ejusdem violatores cœtusque Scholastici oso-

Institutum de historia Literaria Academiæ Rostoch. ab anno natali 1419. usque ad a. 1709.

res modeſte quidem, ſed maſcule, ſed firmiter (ut credimus) enodavimus, probavimus ac defendimus, ubi & ſimul *Fundatorum*, *Ampliatorum*, *Reſtauratorum*, *Dotatorum*, *Conſervatorum* & *Cancellariorum Academiæ Roſtochienſis*, Jurium ac Privilegiorum *hujus Academiæ Conditorum atque Defenſorum* mentio hiſtorica jure meritoque fuerit iniicienda. Ut autem quilibet cognoſcat, quinam ſint illi *Docentes*, & vel maxima pars, *Docentium* etiam, pro quorum Immunitatibus in dictis commentariis noſtris tam acriter pugnavimus; In hoc *Libro Prodromo de Rectoribus Academiæ* ab a. 1419. usque ad a. 1700. forteque IV. adhuc inſequentibus Libris vel Speciminibus ſecundum IV. Facultates elaboratis, tanquam ſpecialibus de Academia Rotzſtochienſi partibus hiſtoricis omnes ac ſingulos quotquot unquam in illa & vel nobis hactenus cogniti, docuerunt, inque ea promoti ſunt, &c. *Profeſſores*, *Doctores*, *Licentiatos* atque *Magiſtros*, ita adducemus, ut non Nomina ſolum Illorum, ſed & *Vitæ* ſed & *Ingentorum Eorum Monumenta*, Orbi erudito innoteſcant, noſtræque adeo tractationes inſtar Compendii hiſtoriæ univerſalis literariæ Roſtochienſis eſſe poſſint.

§. 2. Poſtquam itaque in duobus *Libris Antiquit. Roſtochienſium de Perſona*, *Poteſtate*, *Officio*, *Electione*, *Juramento*, *ambulatoria dignitate*, *Aſſeſſore*, *ritu introductorio* RECTORIS ACADEMIÆ ROTZSTOCH. *generatim* ac uti credimus, plene & cumulate diſſeruimus; in præſenti nunc *ſpeciatim* adducemus NOMINA RECTORUM *Illius Academiæ*, *qui ſecundum annorum ſæcula faſces Rectorales* in Ea tenuere. Et quidem ante omnia notamus, inter Rectores *Academiæ* Rotzſtochienſis emicuiſſe EPISCOPUM *unum*, DUCES *ſeptem*, COMMITES *duos*, & *unum Liberum Imperii Romano-Germanici Baronem*, ac *octo inſuper Rectores*, *vitam prius*, *quam ſceptra depoſuiſſe*. PRIMUS autem, cum Academia illa Rotzſtochienſis primum a. CIↃCCCCXIX. erigeretur, Rector electus, eſt PETRUS STEINBEKE, Magiſter in Artibus, & S. Theol. Baccal. formatus. Hic ex Academia Erfurtenſi Rotzſtochium adveniens, per Reverendiſſimos videl. venerandum in Chriſto patrem & Dominum Dn. HENRICUM cognomine WANGELIN, Epiſcopum Suerinenſem ſupra laudatum; Dn. HERMANNUM, Abbatem de Dobran, Magiſtrum JOHANNEM MEINESTI, Archi-Diaconum Rotzſtochienſem *Nicolaum Turchowen*, Plebanum ſ. Paſtorem Eccleſiæ B. Mariæ in Rotzſtock, & Dn. *Henricum Kazowen* Pro-Cos. ſolenni pompa ac univerſæ urbis gaudio die quidem XII. menſis Novembris, introductus & conſtitutus eſt, ut *Academiam regeret*, *Ejusque Jura ac Privilegia* a Papa *Martino* V. & jamjam adducto, *Epiſcopo Suerinenſi*, *Academiæ perpetuo* conſtituto *Cancellario*, benigniſſime conceſſa, *ſarta tecta conſervaret*: Præſtito autem coram adductis V. Viris ſolenni Juramento, *Novus ille ac primus Academiæ Rector*, in Matriculam Academicam ab Eo tunc inceptam, nomina ſtudioſorum retulit CLX. ex quibus quidam *Bertholdus Wegener*, cum ſe graduatum eſſe dixiſſet, ſed falſo, poſtea in plena Univerſitatis congregatione rejectus, & nomen ejus iterum fuit deletum. En Novum noſtrum Rectorem, Legum Academicarum, Morumque Civium ſuorum ſ. ſtudioſorum obſervatorem accuratiſſimum ac executorem rigoroſiſſimum!

Speciatim adornata ſecundum ſeriem Rectorum.

I. Rector Petrus Steinbeck.

§. 3. Poſtquam autem *Steinbeckius*, ſecundum condita tum primum Academiæ Rotzſtochienſis Statuta, more etiam in plerisque & laudatiſſimis Academiis recepto, per ſemeſtre ſpatium hybernum Rectoratum ſuum ſumma cum laude, Academiæque incremento ac commodo geſſiſſet, nec non initium ſimul ſeculi I. Academiæ Roſtoch. poſuiſſet, ille depoſitis publice ſceptris ea Succeſſori ſuo a Patribus Academiæ conſcriptis recepto tunc more per Sortem electo, in manus iterum tradidit die quidem 16. April. ao. CIↃ CCCCXX. Fuit autem ille II. Academiæ Rector æſtivalis: WERNERUS BREKEWOLD Juris Canon. Lic. & Ordinarius in Novis Juribus, ſub cujus Rectoratu nomina Academiæ dederunt CCXXVII. Studioſi, quidam autem tunc *Winadus Bedinckhuſen* propter delicta & inobedientiam excluſus & nomen deletum: *Breckewoldum* poſtea ao. eodem die 9. Octobr. in regimine hybernali ſecutus eſt III. Academiæ Rector DITERICUS ZUKOW Erford. Mag. Art. & Jur. Can. Baccalaureus; & inſcripti tunc ſunt ab Eo Studioſi CI. quos inter fuit *Nicolaus Ranzow*, ortus ex illuſtri ac vetuſtiſſima præ ceteris *Holſatorum Equitum Familia Ranzoviana*, cujus memoria & res geſtæ non operis hujus ſed Voluminis integri eſſent, ſi dignitate, quam mereretur tractari deberet; ao. namquam ab hinc plus quam quingenteſimo celebrem hanc *Ranzoviorum Familiam* in Holſatiæ Oris fuiſſe, ex *Petri Albini Elect. Chriſtiani Hiſtoriographi*, *ſcriptis* addiſcimus, quam a *Wipertо* II. Comite Groizcenſi, nec non Marchione Luſatiæ deductam eſſe affirmat, cujus Majores ex Cimbrica Cherſoneſo orti Lisnicenſes prius dicti ſunt: *Secundum Lexicon univerſale hiſtoricum Baſileenſe* autem *part. III. p. 20. ſeqq.* a quodam *Cunone* nomine, *Ranzoviorum* familia deducenda venit, qui Avus fuit *Herlibonis* II. & cum filia quadam Regis Norwegiæ genuit Filium *Wolfgangum*, (qui ob ductam Conjugem Regis Daniæ, Regnum quidem Danorum regere incepit, ſed tamen illud ad Filios transmittere haud valuit, quorum in numero *Vipertus* I. inclaruit fortiſſimus heros,) & *Vipertum* illum II. de quo *Albinus* l. c. ſcribit, reliquit. Hic pro terra ſua *Regio Balſamorum* dicta, a Marchione Brandeburgenſi Arcem *Groitz an der Elſter* accepit, cui poſtea ob merita ao. 1076. Marchionatus Miſniæ adminiſtratio a Rege Bohemiæ *Uratislavio* commiſſa fuit, nec non a Cæſare Henrico IV. cui contra *Gregorium* VII. Papam & *Rudolphum* injuſte Cæſarem electum, fideliter adſtiterat, *Burggravius Leiſnicenſis* conſtitutus fuit; dein etiam ex triennali carcere ope filii ſui iterum liberatus, ac Cæſari *Henrico* V. reconciliatus, *Marggraviatum Luſatiæ* etiam accepit. Et hic quidem *Wipertus* II. Conjugem habuit *Juditham*, Regis Bohemiæ *Uratislavi* filiam, ex qua præter filium *Vipertum* III. ſuum, quod jam dixi ex triennali captivitate, in qua a Comite Mansfeldenſi *Hojero* detentus, liberatorem, cujus tamen familia in Prima Linea expiravit; vidit etiam *Henricum* I. Marggravium Lausnicenſem & Burggravium Leisnicenſem feliciſſimum,

II. Wernerus Brekewold.

III. Diterico Zukow.

diuturnæ

diuturnæ ſuæ poſteritatis Fundatorem feliciſſimum, qui Filium Henricum II; hic Henricum III, & *Ottonem* I. produxit, cujus *Henrici* poſteritas in ultimo tandem Burggravio Leisnicenſi *Hugone*, ao. 1538. defecit. *Otto* I. vero omni hæreditate paterna privatus, Præfectus belli, quod in Transalbinis regionibus gerebatur, conſtitutus eſt, ſicque jure poſtliminii veteres Avorum ſedes in Cimbria ſ. Holſatia iterum recuperans *Arcis Ranzoviæ* a ſe ibidem ao. 1140. conditæ, quæque a *Ranzoviis* adduc dum poſſidetur, generoſiſſimam hanc atque illuſtriſſimam *Ranzoviorum Familiam* nomine, tunc inſtauravit. *Vipertus* autem II. *Ottonis* illius Avus ex milite tandem Monachus factus eſt, atque in Cœnobio, Pegavio in urbe, a ſe fundato, diem ſuum obiit ſupremum ao. 1124. vid. Illuſtr. *Zieglerus im Schauplatz der Zeit*, ad diem 22. Maji, N. II. Interim *Otto I.* anno adhuc 1186. inclareſcens ſi *Bucelino in Stemmatographia Germanica part. III. p. 148. & Lexico univerſali cit. hiſtorico Baſileenſi*, fides habenda, genuit Filium *Schalkonem I.* de *Ranizove*, qui claruit 12..0, & pater *Schalkonis* II. *de Ranizove* extitit. Hic diu ap. Gentiles ſuos Leisnicii Burgravios, dein etiam in Aule *Rudolphi* I. Imperatoris Romano-Germanici commoratus eſt. Floruit 1280. & inter alios reliquit Filium *Ottonem* II. qui Filium *Ottonem* III. & *Cajum* I. genuit, *Otto* autem III. produxit Filium *Ottonem* IV. Dominum *in Kaltzau, Rantzow, Pancke.* aliorumque in Comitatu Oldenburgenſi locorum. Hic præter *Breidonem* etiam Filium habuit *Scakonem III Ranzovium*, Equitem Auratum & Ordinis Draconici Patrem noſtri, de quo hic agimus *Nicolai Ranzovii*, qui belli dux generoſiſſimus, atque de Duce *Adolpho* Slesvicenſi optime meritus. Vemerenſem Inſulam expugnavit: Dominus fuit Hæreditarius *in Selſ u. Cammerbagen. Pancker, Putloſu, Helmsdorff. Lorsdorp, Raſtorp, Liggen, Brodau und Quarenbeck.* Plura de *Ranzoviorum familia* non addo; interim cui voluppe eſt, evolvat *Jonæ ab Edvervelt* Libellum *de Holſatia ejusque ſtatu atque ordinibus diverſis*, ubi in primis de *Familia Ranzoviana* pluribus egit. Conf *Petri Lindebergii Hypotypoſin Arcium, Palatiorum, Librorum, Pyramidum, Obeliſcorum, Cipporum &c.* ab *Henrico Ranzovio* conditorum; nec non ejusd. *Epithaphia Ranzoviana*. Hic vero de quo nunc agitur, *Nicolaus Ranzovius*, fuit jam Med. D. cum inſcriberetur, & poſtquam forte ut *Ordinarius Profeſſor* in Academiam illam Rotzſtochianam vocatus, *Ducibus Megalopyrgenſibus a conſiliis Medicis* extitiſſet, poſtea in Aulam Regis Danorum *Chriſtiani* I. conceſſit, cujus *conſiliarius* factus, moriturus Prezenzi Monaſterio militare munus XXI. Equos donavit; de cujus vero Conjuge nihil conſtat. Atque ab hoc *Nicolao Rantzovio* Domini de Quarnebeck & Tundern originem ducunt. Hæc de *Ranzovio*. Sequitur nunc in Hiſtoria noſtra Rectorum Academiæ Rotzſtochienſis:

IV. Jo. Voſſ. §. 4. Abdicato Rectoratu ſuo juſto tempore Dn. *Zukow*, illud per ætatem ſequentem anno cIↃcccxxi. d. 14. Apr. iterum in ſe ſuſcepit *Joh. Voss* M. A. & J. U. Baccal. & nomina ſtudioſorum inſcriptorum numeravit CXLI. Quo eo-

dem anno, vel etiam jam ante, *M. Petrus Rumeland* concionator quidam Magdeburgi Hæreticum quendam nomine *Jacobum Kramer* publice in novo ſic dicto foro, præſente Archiepiscopo & multa turba, convicit ac morte damnavit, ut vivus poſtea ibi combureretur. Erat autem miſer ille homuncio natione Verdenſis, officio quidem Diaconus, barbam tamen & capillos ſuos ad Humeros usque aluerat. *Negaverat ille SS. Trinitatem, nec Filium Dei in tempore ex Maria Virgine natum, paſſum ac cruci affixum eſſe credidit; nulli inſuper Religioni nec Legi de Deo traditæ addictus, neque etiam Mariam Virginem honore ullo cum Pontificiis afficiens; ipſum Filium Dei eſſe, Deum Jacobi Patriarchæ Iſacidis filii progenere humano paſſum & mortuum eſſe, ſe plebi venditavit.* vid. M. *Joh. Pomarius in der Sæchſiſchen Chronick p. m. 460.*

§. 5. Pergimus ad V. Academiæ Rectorem HERMANNUM de Hamme Art. Mag. & Decret. Baccalaureum, qui per hyemem a die 9. Octobr. Academiam regere incepit, inque Academiæ album retulit LXVII. Circa hoc etiam tempus in Italia inter Eruditos floruit *Flavius Blondus*, natione Forolivienſis, inſignis hiſtoricus & multorum Pontificiorum Romanorum Secretarius. Scripſit in primis *Hiſtoriam Romanam*, in qua multa Eccleſiaſtica continentur ab anno Domini 407. ad usque annum 1400. Obiit diem ſupremum Romæ die 4. Jun. 1463. æt. 75. Sequenti ao. cIↃcccxxii. die XIV. Apr. VI. Academiæ Rector conſtitutus eſt: LUDOLPHUS *Gruwel*, J. U. Baccal. qui inſcripſit LXXIII. & inter hos aliquot Magiſtros Pariſienſes, ita enim tunc inclaruit nova Academia Rotzſtochiana, ut ne Galli etiam abhorruerint, illam accedere & Profeſſorum Lectiones frequentare. e quorum Pariſienſium Magiſtrorum numero quidam M. *Johann Stabius* forte unus idemque eſt, qui in Serie Phyſicorum & ſub Phyſicorum Hamburgenſium ap. clar *Johann Albert. Fabricium Memoriarum Hamburgenſium Vol. 2. pag. 1043.* ad annum 1431. ſub nomine *Johannis Stabyen* occurrit) eod. anno a Decano tunc Facultatis *Henrico Toke*, ad Facultatem receptus eſt, ut Matricula Facultat. Philoſ. atteſtatur. *Gruelio* autem in Rectoratu hyemali ſucceſſit die 9. Octobr. VII. Academiæ Rector BORCHARDUS PLOTZE, Art. Mag. & Jur. Canon. Baccal. qui XXI. tantum Studioſos Matriculæ Academiæ inſeruit. Hoc anno Academia Lovanienſis in Brabantia etiam fundata eſt, (quamquam id factum eſſe an. 1426. a *Johanne* Burgundiæ Duce, *Chron. Carionis* aſſerat) & in omnibus Facultatibus (excepta Theologica, quam poſtea etiam in ea uti & Rotzſtochii inſtituit *Eugenius IV.* Papa) vocati & conſtitui ſunt Viri in omni ſcientiarum genere egregie docti.

V Herm. de Hamme.

VI. Ludolph. Gruwel.

VII Borchard Plotze.

§. 6. Anno cIↃcccxxiii. die quidem 14. April. per ætatem IIX. Academiæ Rector ſecunda vice iterum electus eſt DITERICUS ZUKOW, Mag. in Art. & Jur. Canon. Licent. qui Matriculæ Academicæ inſeruit LXII. Circa hoc Tempus & paulo ante nempe die 6. Januar. *Sigismundus* Imperator *Friderico* cognomine *ſtrenuo*, Marchioni Miſniæ, excellenti inter ceteros prudentia, virtute & potentia Principi, pro navata hactenus

VIII. Diter. Zukow.

ctenus & deinceps præstanda opera in bellicis Bohemicis, contulit *Ducatum Saxoniæ cum Electoratu*, quod ita contigit; Cum *Albertus* (postremus ex *Bernhardi* posteris, qui Ducis Saxoniæ titulum ac dignitatem primus ap. *Fridericum I.* Barbarossam, Imperatorem virtute sua meruerat) Saxoniæ hactenus Dux & Elector, animi causa cum conjuge & Gynæceo venatum abiisset in *Saltus Lochavios*, inque rustici casam diverterit, ortum est nocturnum incendium, & canis latratu a somno & igne liberatus, vix nudus cum suis evasit: Hinc morbum statim ex terrore contraxit, & paucos post dies diem suum obiit supremum, anno quidem 1422. Wittebergæ in cœnobio sepultus cum hac Epigraphe:

Fast schwere Krieg mein Bruder hät,
Die er sieglich vollführen thät,
Doch hat das Land genommen ab
Daß ich selb vierdt leb kleiner hab.
Zu Lochaw bracht mich Feuer noth
Gähling erschreckens in den Tod,
Und starb ohn Erben all zu hand
Ans Reich fiel da das Sachsen Land.

Hanc itaque occasionem arripiens Elector Brandeburgicus *Fridericus*, Ditionem Ducum Saxoniæ Electorum, cujus caput est Witteberga, nomine Imperatoris occupavit, quam urbem impositio præsidio ita munivit, ut esset & maneret in fide & patrocinio Imperatoris, qui successionem *Alberti* negabat Fratri *Erico* Lauenburg. propter quædam in ipsum contumaciter admissa delicta, mutavitque titulum Ducis Saxoniæ in *Ducem Lüneburgensem*. Ergo hic prætermissus, atque Electoratus cum Ducatu Saxonico collatus est (ut supra jam diximus) *Friderico* Marchioni Misniæ, hac tamen cum conditione, ut Brandenburgico pro sumtibus ab eo in occupatam Imperatoris nomine Regionem insumtis, solveret 28000. marcarum argenti. Atque hic est ille *Fridericus* Elector qui ex ruinosa Scholæ Pragensis desolutione *Academiam Lipsiensem* condidit. Etenim *Germanica natio*, quæ secundum Matriculam Academiæ de ad 1407. ad 44000. excreverat, cum ex Decreto Regis *Wenzeslai* anno 1409. die 27. Septembr. tria sua vota in Electione novi Rectoris iterum recuperare haud posset, 40000. Praga discessere an. 1409. quorum e numero ad 2000. & supra etiam cum Professore suo *Joh. Hofmanno* Schwidnicensi Silesio postea 1413. Episcopo Misnienssi Lipsiam confluxissent. *Fridericus* Elector omnes humaniter excepit, statimque animum ad erigendam Academiam suasu in primis *Vincentii Grüneri* Zwickavienssis Viri Doctissimi Scholæque tunc trivialis Lipsiæ Collegæ postea novæ Academiæ Prof. Theologiæ I. & Primarii adjecit, cui Privilegia a nuper creato Pontifice *Alexandro I.* impetravit, sicque præsente *Friderico* & Fratre suo *Wilhelmo* Academia Lipsiensis adhuc eodem ao. die autem 2. Decembr. fundata & introducta, ejusque primus Rector electus est *Joh. Otto* Münsterb. Silesius, S.S. Theol. Doctor & Prof. vid. pluribus Ill. *Zieglerus im Schauplatz der Zeit N. II. p. 1412.* ad diem 2. Dec. Redeo ad IX.
X. Jo. Voss. Academiæ Rectorem, qui fuit iterata vice & quidem per hyemem die 9. Octobr. in hac dignitate constitutus, JOHANNEM VOSSIUM J. U. D. inscripsit autem Academicos L.

§. 7. An. CIↃCCCCXXIV. penult. Apr. per æstatem Rector Academiæ X. constitutus fuit HENRICUS TOKE, Theolog. Baccalaureus formatus, qui in Matriculam Academiæ retulit CXXX. Cum autem per hyemem die 9. Octobr. secutus est XI. Academiæ Rector, tertia quidem vice M. DIETERICUS ZUKOW, Decret. Licent. inscripsitque tantum LXII. Hoc anno Ducis *Erici* Saxo-Lauenburgensis Filius, *Magnus* XXXIX. Episcopus Hildesienssis electus est & regnavit 28. annos. Hussitarum quoque Dux *Johannes Trosnovicensis a Calice*, ita dictus ab arce *Calich* in finibus Misniæ a se condita, proprie *Johannes a Trocz* nova e pago, Dominis a Rosenberg postea subjecta germ. *Trautenau* ortus, (*Zisca*, h. e. coecus appellatus, eo quod fortiter in obsidione oppidi Rabi ao. 1421. pugnans, sagitta ictus, alterum quoque oculum, quo uno Coeli lumen videbat, amiserit; cumque inde Pragam ad Medicos vectus, ex vulnere quidem curatus vitam retinuerit visu tamen in postremum plane privatus fuit, neque tamen propterea a bello & militia destitit, sed coecus etiam multas victorias deportavit.) Vir strenuus & rei militaris peritissimus, nobili loco ortus & in aula Bohemica *Wenceslai* Regia educatus, cum pacem cum Imperatore *Sigismundo* inire properaret, (qui, eo quod omnia ipsi ex sententia cederent, gubernationem totius regni & militiæ etiam præfecturam cum ingenti vi auri ei obtulerat, si in verba sua jurare adigeret civitates peste extinctus est die 11. Octobr. Czaslaviæ in templo prope altare parvum, cujus sepulchro gravis ferrea clava, (quæ & longe post Imperatori *Ferdinando I.* Vienna tendenti in via autem tunc Czaslaviæ pernoctanti, cum consueto modo orandi causa templum ingressus, tantum terrorem incussit, ut templo statim egrediens dixerit: *Pfui! die todte Bestie erschrecket auch nach 100. Jahren die Lebendigen*, sicque multa jam nocte per milliare unum adhuc Kuttenbergiam properaverit,) suspensa visitur. Moriens jussit cadaveri suo pellem detrahi, & ex ea tympanum fieri, fugituros enim hostes, quam primum illud Tympanum sonaret. Visa etiam est hoc anno die quidem 26. Jun. magna & horrenda Solis obscuratio. Vid. pluribus *Chron. Saxon. Pomarii p. 465. Mich. Beuterus in Chron. select. p. m. 622.* Annum *Ziscbæ* emortualem in annum 1428. differt adducitque Epitaphium ipsi ab Avunculo suo *Georgio Ziscba* erecto sequens: *Johannes Ziscba, nulli Imperatorum, Ducumve, rei militaris peritia inferior, superbiæ simul & avaritiæ Clericorum severus ultor, patriæque acerrimus propugnator hic jaceo. Quod* Appius Claudius *coecus bene consulendo, & M.* Furius Camillus *strenue agendo suis Romanis præbuere; hoc ipsum meis Bohemis præstiti, fortunæ belli nunquam defui, neque illa mihi, omnem importunitatem rerum bene agendarum, etiam coecus prævidi, signis collatis undecies semper victor depugnavi. Visus mihi sum miserorum & esurientium justissimam causam, adversus delicatos, pingues & saginatos sacerdotes egregie egisse, & ob hoc Dei auxilium*

X Henr. Toke.

XI. Dir. Zukow.

xilium senſiſſe. Niſi illorum invidia obſtaret, inter illuſtres Viros numerari procul dubio meruiſſem: tamen oſſa mea hoc ſacrato loco cubant etiam inſalutato Papa invitoque. Conf. *Naucleri Chronograph. Vol. II. Generat. 48. p. 1053.* add. *Ziegleri Schauplatz der Zeit.* Part. II. n. III. ad diem 11. Octobr. p. 1226.

XII. Herm. de Hamme. §. 8. Anno CIↃCCCCXXV. die quidem 14. Apr. Academiæ Rector electus eſt per ætatem iterata vice HERMANNUS de HAMME, M Art. & Baccal. in Decret. Cives tunc Academiæ facti ſunt LXXXIX. inter quos etiam notatur quidam *Conradus Pegel*, qui Wiſmariæ, ex qua natus, ſuum etiam domicilium habuit, ibidem felici cum ſucceſſu propagavit celeberrimam illam *Pegeliorum Familiam*, reliquit namque Filium *Bernhardum* Senatorem, a quo *Conradus Pegelius* Prof. poſtea Academiæ hujus longæ celeberrimus. Habuit etiam hic *Conradus* Filiam *Margarethan*, quæ *Petro Loſtio*, Patricio Wiſmarienſi matrimonio juncta fuit, peperitque *Conradum Loſtium* Epiſcopum Suerinenſem ordine XXIX. & Cancellarium Academiæ hujus VIII. cujus vitam *Cap. II. Lib. II. §. 12.* jam deſcripſimus. Obiit autem hic *Conradus Pegel* Wiſmariæ, a quo in Eccleſiis Urbis Viſmariæ aliquot etiam beneficia fundata extant. teſte *Chytræo in Saxon. Libr. I. p. 47. Hermanno de Hamme* poſt ſemeſtre ſpatium
XIII. Jo. Voſſ. in Rectoratu hyemali die 9 Octobr. tertia jam vice inſecutus XIII. in ordine Academiæ Rector JOHANNES VOSS, J U D. & inſcripſit LXVI. quo anno circa tempus Nicolai ob æſtum intenſum inſolitumque jam cyani flores piſa & fabæ apparuere nec non Perſici arboris efflorescentes viſæ ſunt.

XIV. Nic. Theodoric. de Amſterdam. §. 9. Accedimus annum CIↃ CCCCXXVI. ejus Rectores Academiæ Rotzſtoch. XIV. & XV. conſideramus, quorum æſtivalis die 14. Apr. electus, fuit NICOLAUS THEODORICUS de Amſterdam M. in Art. & Matriculæ Academicæ inſeruit CLVIII. Hybernalis a. Rector die 9.
XV. Tidemannus Joannis. Octobr. introductus eſt TIDEMANNUS JOHANNIS in Leg. Licent. inſcripſitque LXIX. Maximam hoc anno iterum Stragem Germanorum Exercitus accepit ab Huſſitis & periere tunc ad 5000. ſeu, ut alii volunt 12000. hominum, quam cladem pluribus deſcribit *Pomarius Chron. Sax. p. m. 466* Conf. *Naucleru Chronogr. Vol. II. General. XLVIII. p. 1053.* De hac pugna expugnataque poſtea Auſtia ſ. *Auſſig*, olim hi verſus conditi ſunt:

Die Zeit deß Krieges vor Auſſig,
Hat man geſchrieben diſs Geſchick,
Ein Ring von einer Tiſchen,
Vier Oehr von einer Flaſchen,
Ein Sæul von einem Thor,
Und drithalb Anders Creutz davor.

i. e. CIↃ CCCCXXVI.

XVI. Alb. Schröderer. Ao. CIↃ CCCCXXVII. die 14. Apr. XVI. Academiæ Rotztoch. Rectorem accepit ALBERTUM *Schröderer* Art. & Med. D. qui Matriculam Academicam numero LXXXVII. Studioſorum auxit; ſed per hyemem die 9. Octobr. introductus eſt
XVII. Jo. Holt. XVII. Acad Rector, M. JOH. HOLT, S. Theol. Prof. ſaltim inſcripſit LV. Hoc anno graviſſimum bellum exarſit inter *Ericum* Daniæ Regem & Ducem Slesvicenſem *Henricum*, cui Duci quoque ſe aſſociarunt Civitates Vandalicæ, qui oppugnarunt civitatem Flensburgenſem in Holſatia, quidam autem ex civitate Hamburg. (ut habet ſæpius laud. *Chron. Saxon. Pomer. p. m. 468.*) in vigiliis Aſcenſionis Domini excitavit in caſtris tumultum, ut ſe ipſos perimerent, & tunc quoque periit ipſe Dux Sleſuicenſis *Henricus*: Seditionum vero Auctor capite poſtea truncatus eſt, quæ vis multas poſtea in civitatibus Lubica, Hamburgo, Viſimaria, aliisque maritimis Hanſeaticis, dedit turbas, quas, prouti geſtæ ſunt, ex *Chron. Lubicenſi MSpto* huc quoque breviter inſeremus. An. MCCCCXVII. *diſcordia fuit inter Regem Daniæ Ericum & Ducem Sleſuicenſem ac Flensburgenſ. de Principatibus; & civitates maritimæ Ducibus adjumento fuerunt contra Regem. Poſtquam vero hoc Rex intellexit, dedit literas ad ſubditos Urbis Lubicæ & ad reliquos populos civitatum & ſenatum accuſavit, quaſi contra antiqua privilegia agerent ad proprium ſuum damnum. Unde vulgus inſtigatum eſt, reſiſtere Magiſtratui ſuo. Quia vero Urbs Lubica per priorem ſeditionem multum damni perpeſſa fuerat, cives nihil moverunt. Wiſmariæ vero magna inde orta eſt ſeditio, & LX. conſtituti cives apprehenderunt Cos. Dn. Joh. Bandſcovium & alium quendam Senatorem,* (Lindeberg. Chron. Roſt. L. 3. c. 3. dicitur Henricus ab Haren) *eosque decollarunt. Mors vero Cos. per filium ipſius poſtea vindicata eſt, & Wiſmarienſes eo coacti ſunt, ut lapidem quendam in foro medio erigerent, in ſignum innocentiæ Conſ. Roſtochii ſimiliter ex literis regis magna eſt ſeditio orta, ſic, ut Coss. quoque ad tempus ex urbe ſeceſſerint* (hanc ſeditionem pluribus deſcribemus cap. ult. Lib. VI.) *Hamburgi quoque vulgus contra Senatum magno impetu inſtigatum eſt, & ſexaginta cives quoque quosdam ex Senatu comprehenderunt, & Senatorem quendam* Johannem Clezen *decollarunt. Sundenſes fere ea de cauſa totum Senatum civitatis interfecerunt. Sic Literæ Regis ſubditos contra Magiſtratum in omnibus civitatibus excitaverant. In hoc autem bello civitates maritimæ non magnam fortunam habuerunt; nam ſe ipſos maximo detrimento affecerunt: longum enim fuit bellum, & omnes Hanſeaticæ civitates Germaniæ ideo convenerunt, & Legationem miſerunt ad Regem Daniæ, ſed id infructuoſum fuit: & res tandem primo inter Daniæ Regem & civitates Wardeburgi compoſita eſt.* Plura qui de hoc bello, ſeditioſis in primis Civitatibus ſcire deſiderat adeat in primis *Petri Lindebergium in Chron. Rotzſtoch. L. 3. c. 2. 3. &c.* Redimus iterum ad Muſas noſtras Varniacos atque in:

§. 10. Conſideramus Academiæ illius Capita XIIX. Dr. ſeu Rectores, qui ordine ſequuntur; ubi anno Zukow. CIↃCCCCXXIIX. die 11 Apr. per ætatem quarta jam vice XIIX. Academiæ RECTOR ſalutatus eſt M. DIETERICUS ZUKOW, & inſcripſit novos Cives LXVII: hunc autem immediate per XIX. Jo. Voſſ. hyemem ſecutus eſt Rector Academiæ XIX. die quidem S. Galli etiam quarta vice conſtitutus JOHANNES VOSS J. U. D. Hujus autem inſcriptorum numerus tunc fuit XCI. propter abſentiam

sentiam vel in Aula vel alibi (ut facile fieri potuit seditiosis hic in Urbe temporibus) Vice-Rectores nominantur DIETERICUS ZUKOW, & postea JOHANNES HOLT S. Theol. D. & Prof. qui deinde etiam anno sequenti CIↃCCCCXXIX.
XX. Jo. Holt. die 14. Apr. verus ac legitimus XX. Academiæ Rector secundo electus, in Matriculam autem Academiæ retulit LXII. Hunc per hyemem die S. Galli excepit ARNOLDUS de TRUCHT vel
XXI. Arn. de Trucht. TRICHT, Artium & Med. D. XXI. Academiæ Rector, inscripsit tantum XXX. Studiosos. Tempora nos ducunt ad Virginem bellicosissimam *Johannam la Pucelle d' Orleans* vulgo dictam; recte enim tunc acclamari poterat Gallis ac olim Ennius apud *Ciceron. Lib. I. Offic.*

Vos etenim Juvenes animum geritis muliebrem
Illa Virago Viri.

Carolus namque VII. Rex Galliæ, infelici hactenus cum successu contra Anglos bellaverat, ut vel maximam etiam partem regni sui amisisset, & ipsi Aureliani, quasi in agone jam essent constituti, ecce surrexit illa *Johanna* Plebeja ex Lotharingia, octodecim annorum puella, ex pago *Damremy* prope Vaucouleur terræ *Barrois*, nata ibi patre rustico *Jaques d' Arc*, matre autem *Isablau*, quæ anno 1428. ad Regem Galliæ venit, asserens, *se missam a Deo, ut per ipsam dictum Regnum, quo Rex erat fere destitutus, ad ejus obedientiam reducatur.* Erat raso capite ad modum Viri, & volens ad tumultus bellicos exire, vestibus & armis virilibus induebatur, rediens autem de bello, habitum muliebrem reassumsit. Rex primum quidem non credidit, sed a Theologis quoque suis persuasus Mareschalcum & nonnullos alios sibi adjunxit, cum puella illa Anglicos ab obsidione Aurelianensi non solum repulit, & quendam magnum Angliæ Capitaneum occidit, sed & Gergeum cepit, Anglos trucidavit, Soisson Castrum, Tiemi & alia loca usque ad S. Dionysium in Francia per Anglos occupata, ad obedientiam iterum reduxit. Anno tamen 1430. obsesso compendio capta est puella per quendam Picardum *Vendosme*, adductaque fuit ad Ducem Burgundiæ a partibus Anglorum stantem, qui misit illam Duci Betfordensi Anglorum Duci, Angli autem eam postea Rothomagni in foro igni tradiderunt, æt. 20. d. 30. Maji 1431. *Vid. Naucler. Vol. II. Chronogr. Gener. 48. p. 1054.* Conf. omnino *Ill. Zieglerus Schauplatz der Zeit ad diem 30. Maji. No. IV.*

§. 11. Anno CIↃCCCCXXX. die quidem 14.
XXII. Diet. Zukow. April. novus iterum Academiæ Rector, quinta jam vice iterum electus est DIETERICUS ZUKOW, qui inscripsit Studiosos LII. cui postea per tempus hybernum in Rectoratu die Dionysii successit M. BERNHARDUS BODDEKER, Lic. in
XXIII. Bernh. Boddeker. Medic. tantum in Matriculam Academicam retulit XLVII. quorum inter inscriptos fuit *Kükebu Delenbiker*, Rostoch. Prænomen certe curiosissimum nec ubivis obvium.

§. 12. Anno CIↃCCCCXXXII. die quidem Ge-
XXIV. Ludolph. Ebkestorp. orgii Dn. LUDOLPHUS EBKESTORP Jur. Canon. Licent. primum Academiam regere in se suscepit, tenuitque Sceptra justo tempore, inscriptisque Studiosis LXXX. die Dionysii illa quinto tradidit M. JOHANNI VOSS. de Monasterio, qui per hyemalem Rectoratum suum tantum L. XXV. Jo. Voss. in Matriculam Academiæ retulit. Moritur hoc anno quidem die 20. Febr. Romæ Papa cujus auctoritate primum confirmata, introducta, Privilegiisque (uti Libr. I. audivimus) dotata est Academia hæc Rotzstochiana, cujus nomen, quoniam die *Martini* Electio ejus erat, peracta fuit *Martynus V.* de cujus vita ac moribus ex fide dignis historicis hic aliquid paulo penitius adducemus. Otto hic Columna, (ita enim verum illius nomen est, qui e familia Columnensium ortus) natus est Romæ 1368. Patre *Agapeto*, Principe Romanensi, qui cum a teneris annis cura parentum moribus ac literis imbutus, juri Pontificio Perusii operam dedit, tantumque in illo profecit, ut Juris Canonici Doctor cum laude fuerit salutatus. Ab eo tempore in Aula Pontificis Romani semper vixit factusque est primum Papæ *Urbani VI. Referentarius*, ut vocant, *intimus*, postea autem ab INNOCENTIO IV. (ut vult *Naucler. in Chronic. p. 1050.*) *Diaconus Cardinalis S. Georgii* in Velabro constitutus est, donec tandem post multas turbas anno 1414. in concilio illo famosissimo Constantiensi, auctoritate publica patrum tum congregatorum, die quidem 26. Julii *Papa* S. *Caput Ecclesiæ Romanæ* eligeretur. Papa sic electus, cum in dicto Concilio *Reformationem atque emendationem in statu Ecclesiastico* a Cæsare & patribus certo intendi cognosceret, quam & impedire non poterat, clam cum multis invito Cæsare & Concilio congregato discessit Constantia, atque per Sabaudiam iter faciens, Mediolanum pervenit, ac a *Philippo Maria* Duce perbenigne fuit susceptus, Mantuam deinde, Ferrariam ac demum per Flaminiam iter faciens, Florentiam invisit, & rebus cum *Brachio Montinio* ceterisque Ferrariensibus compositis, (qui & Bononiam rebellem in *Martyni* potestatem brevi iterum redigere) Romam tandem in Vaticanum rediit, Pontificorum propriam sedem vetusque Domicilium: De hoc Papa tunc cecinere Ferrarienses:

Papa Martino
Signore de Piombino,
Conte di Urbino
Non vale un lupino;
ha! ha! ha!
Braccio nostro padre valente;
Rompe ogni gente,
ha! ha! ha!

Ejus humilitatem ac justitiam miris encomiis extollit *Nauclerus* l. c. quod nempe Patrocinium suum omnibus præstiterit, ac communi utilitati consulens, nullum verbum tam crebro ipsi exciderit, quam *justitiæ* nomen; cujus tamen humilitatem ne ipsi quidem prudentiores Pontificii (ut credo) in eo approbarunt, quod in literis suis instructoriis ut vocant per Legatum suum *Petrum Fonsiccium* S. Angeli Cardinalem Hispanum, Doctissimum Virum, Constantinopolim ad Orientalem Imperatorem (*qui certis conditionibus quod fidem in sententiam Latinæ S. Romanæ Ecclesiæ venire desiderabat*) datis, se vocat *sanctissimum & beatissimum habens coeleste arbitrium Dominum, in terris Successorem Petri, Christi. Domini, Dominum universi, Patrem Regum & orbis denique Lumen!* At hæc sit humilitas illius, qui

Servus

Servus Servorum, & Christi in his terris Vicarius esse vult, judicent sanjores. Recte hac de re doctiss. *Polydor. Vergilius Lib. VIII. de Rer. Inventoribus Cap. II. Est sacerdoti*, inquit, *in primis nihil fere convenientius humanitate, nihil aptius comitate, nihil summissione decentius dicente Servatore: Discite a me, quia mitis sum & humili corde, & alibi: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Contra nihil alienius ipsa superbia, qua multi sæpe inflati, ac simul arrogantia doctrinave aut generis claritate elati, tum se Sacerdotes, tum Pontifices præbere, tum ordinis decus rite servare sibi persuadent, cum præ se cunctos mortales despiciant, asserentes sic dignitatem, quam obtinent, poscere, ac ne quaquam audientes ipsum Dominum tantæ insolentiæ exitum ita prædicentem:* Qui autem se exaltaverit humiliabitur, & qui se humiliaverit, exaltabitur. *Hujus Servatoris Vaticinationis præceptique simul* D. Gregorius *bene memor, ut cunctis mansuetudinis exemplum ederet, cum literas dictaret, sic semper incipiebat:* Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei, *qui & facto æque idem præstitit; sexcentas enim a Longobardis passus est injurias, contra quos tamen non arma movit, aut aliunde quæsivit, sed sola patientia & humanitate dimicavit. Hoc certe pauci illorum qui successere, sunt æmulati; illud vero cuncti insigniter usurparunt, quamvis in ea eminentia constituti forte essent, qui non facile ab aliis se Servos appellari paterentur.* Hæc Vergilius. Sed hic *Martinus V.* (qui & simul nummorum cupidissimus fuit & infensissimus Germanorum hostis, quos omnes ranam esse, se autem ciconiam, ut uno haustu eos devorare posset, sive, ut *Nicolaus de Biberach, Libro, quem occultum vocat, tradit, ut Tota Germania unum stagnum esset*, optaverit) tandem Apoplexia correptus, die 20. Febr. Romæ moritur æt. an. 63. Pontificatus sui ad 13. mens. 3. diebus 12. in Basilica Constantiniana ante capita Apostolorum sepultus, cujus Epitaphium idem *Nicol. de Biberach recitat:*

Hic jacet ante Chorum submersor Teutonicorum,
Pastor Martinus, extra qui totus ovinus,
At Lupus introrsus, cui nulla redemtio prorsus
Sit, sed ad inferna detrusus ab arce superna.

§. 13. Sequitur annus CIↃCCCCXXXII. & cum eo novi iterum Academiæ & æstivalis & hybernalis Rectores, ubi die Tiburtii, qui tum incidit in Feriam secundam post Palmarum, electus, & in die Vitalis, quæ est 28. Apr. incidens tunc in Feriam secundam post octavas Paschæ publicatus est (dies enim publicationi deputatus, vid dies Georgii in hebdomada paschali accidit, quo tempore secundum *statuta vetera Academiæ Lege I.* Introductio suscipi non potest) XXVI. Henr. Bekelin. HENRICUS BEKELIN Jur. Civil. Licent. inscripsitque XCIII. studiosos, cujus etiam sub regimine *Facultas Theologica* primum fundata ac introducta est in Academia per propriam Bullam Papæ *Eugenii IV. Martini* Successoris, quam supra *Lib. I. c. 3. §. 2.* cum jam inseruimus, hic non repetemus, tantum addimus; inceptum fuisse hoc etiam ao. a Papa *Martino* jam indictum atque ad illud destinatum Legatum *Julianum Cæsarium* Cardinalem S. Angeli, famosissimum illud *Basilense Concilium*, quod licet invitus, approbare debuit *Eugenius Papa*, ille enim infringi in eo autoritatem Pontificis cum videret: in Sessione enim II. sequentia a Concilio concluſa sunt: *Declaramus, quod ipsa Synodus in Spir. S. legitime congregata, generale concilium faciens, & Ecclesiam militantem repræsentans, potestatem immediatam a Christo habeat, cui quilibet cujuscunque status vel dignitatis, etiamsi Papalis existat, obedire tenetur in his, quæ pertinent ad fidem, & extirpationem dicti Schismatis & ad generalem Reformationem Ecclesiæ Dei in capite & in membris*, revocato Legato suo, fingens, *Basileam hæreticis nimium esse oppletam, minimeque ob bella in vicinia gesta tutam*, ad Bononienses Concilium transferre nitebatur, sed Imperator aliique Principes & Prælati (qui tum ex omnibus gentibus Hispanis, Gallis, Germanis, Pannoniis Basileæ continue confluebant) noluere, potius Sess. 3. d. 29. Apr. hoc anno *Eugenium per viscera Misericordiæ Christi* literis rogarunt, ne ipse nunc in Spiritu Dei congregatum Concilium dissolveret, sed vel ipse, aut per Legatum idoneum ad id constitutum, inceptum Concilium continuaret. Verum cum nec bis vel ter monitum Papam hunc immorigerum in viam rectam reducere valerent Patres, auctoritate Concilii jusserunt eum, ut *Basileam idoneum a Martino pro Concilio locum delectum, una cum Cardinalibus proficisceretur, alias se in eum acturos, ut in prævaricatorem & contumacem.* Quo mandato accepto, mitius se gessit *Eugenius*, ac anno seq. 1433 d. 3. Aug. *Basilense Concilium* literis apostolicis confirmavit, facta cuique adeundi copia. Videatur præter *Aen. Sylv. peul. in Libro. Lairitius in des Pæpstl. Ehre und Macht Wachsthum. L. II. c. 8. §. 8.* Cætera quæ de *Eugenii* vita adhuc addenda restant, differemus in annum ejus emortualem 1447. Interim nunc quoque addimus Academiæ Rozstochianæ hoc anno die 9. Octobr. electum Rectorem hybernalem TIDEMANNUM JOHANNIS J. U. D. & Prof qui secunda nunc vice Academiæ Sceptra tenuit, retulitque in Academiæ Matriculam Studiosos XLIX. XXVII. Tidemann. Joannis.

§. 14. An. CIↃCCCCXXXIII. die quidem 14 Apr. M. BERNHARDUS BODDEKER Med. Lic. secundo Rector Academiæ constitus est, cujus in absentia (forte in aula apud Principem cujus Medicus erat ejus partes interim sustinuit supra laudatus *Tidemannus Johannis*, inscripsitque XCIII. Hujus in locum per hyemem succesit HENRICUS BEKELIN, in LL. Licent. & in Jur. Canon. Baccal. & die Dionysii fuit introductus, Matriculam autem auxit CIII. studiosis, quorum inter inscriptos fuit *M. Nicolaus Reventlow*, Cancellarius Principum Megalburg. Licent. Jur. Canon. qui forte tunc ex Ducum mandato Rozstochium venit, ut rem inter exauthoratos Coss. & cives iterum componeret, quamquam nihil apud infrenum populum obtinere potuit, ut suo loco audiemus. Sine dubio autem hic *Reventlow* ortus est ex antiquissima illa jam Seculo XII. ac celebratissima olim Equestri nunc Comitum familia Holsatico-Dithmarsica *Reventlowia* & *Walstorpica* ita dicta a sede sua nobili in Wagria sita Walsdorp, binæ enim ex una eademque stirpe XXIIX Bernh. Boddeker. XXIX. Henr. Bekelin.

ſtirpe producta eſſe videntur, quod vel ex inſignium ſimilitudine vel majorum etiam relatione conſtat.) Meminit Abbas Stadenſis *Albertus* an. 1112. in hac terra ſc. Holſatia reſiiiſſe *Walſtorpium*, & 1315. jam occurrit *Hartwicus Reventlowius*, qui Comitem Holſatiæ & Wagriæ Segeberg *Adolphum* una cum filio occidit propter ſtupratam filiam & fratrem decollatum, cujus caput illi dono miſerat, propter quod factum poſtea *Reventlovius* ipſe iter ſacrum Romam inſtituit, atque a Papa abſolutionem impetravit. Fuit & D. *Hartwicus Reventlovius* Eq. Auratus, qui floruit An. 1402. & literas diviſionum inter *Henricum* Epiſcopum Oſnabrugenſem Comitem Holſatiæ, Storm, Schawenburgiique & *Eliſabetham* Principem Sleſw. & Holſat. nat. Brunſvicenſ. obſignavit: hic ſine dubio noſtri Parens fuit. Ex Dithmarſia autem, ubi orta eſt hæc *familia Reventloviana*, ſedesque ſuos habuit, expulſa fuit. Interfecerunt enim Dithmarſi Henricum *Reventlowium* cum Servo anno Chr. 1460. propter pratum, quod unaquæque pars ſuum eſſe contendebat. Vid. pluribus de hac familia *Jonas ab Elvervelt de Holſatia ejusque ſtatu atque ordinibus diverſis*.

§. 15. Anno CIↃCCCCXXXIV. d. 21. Apr. Rectoratum in Academia iterum ex ſorte obtinuit M. LUDOLPHUS SATORIS DE EBKESTORP, & inſcripſit CXXIX. Hunc per ſequentem hyemem die 9. Octobr. in Rectoratu ſecutus eſt tertia quidem vice Rector BERNHARDUS BODDEKER de HAGEN ſ. HATZEN A. L. M. in Med. Lic. & J. Canon. Baccal. atque Academicæ Matriculæ inſeruit LIIX, inter quos fuere D. *Matthias Doring*, Prof. Theol. Miniſter generalis Fratrum Minorum totius Saxon. & *D. Joh. Bremer*, Prof. Th. in Academia Erfurtenſi, cujus forte vitam communicabit *Olearius*, Auctor clariſſ. *Syntagmat. Rerum Thuringicarum*, part. quidem III. quam dudum jam promiſit, mecum autem quos ab eo ex Erfurtenſibus Profeſſoribus deſideravi, communicare hactenus noluit (nihil enim ad humaniſſimas meas reſpondit). Ad *Matthiam* autem *Döring* quod attinet, celebris ille ſuo tempore & doctiſſimus fuit Theologus, & (ni fallor) etiam in Academia Erfurtenſi vixit. Tanta autem tunc fuit in Auctoritate apud omnes, ut nullus habitus fuerit Theologorum conventus, nullum de Religione inſtitutum colloquium, cui ipſe ſi non interfuerit, ſententiam tamen transmiſerit. Ita anno 1458. Brunſuigæ fuit ap. Conventum capitulum annale tunc a Franciſcanis Monachis ibi inſtitutum, quo tempore & in ordinem illum receptus eſt Nobilis Vir *Riddag von Wenden* cujus ipſi hac de re traditas literas confirmatorias, recenſet cl. *Meibomius in Chron. Riddagshuſ. T. III. R. G. p. 378*. Nimis autem ſuperſtitioſis inhæſit Monachorum figmentis, quod vel ex ipſa celebri idololatria commentitii Cruoris Chriſti (in conſecrata ut dicebant, hoſtia, de quo tamen adhuc diſputatur, an illæ maculæ eſſent ex Chriſti cruore, & an omnino conſecrata etiam eſſet hoſtia, quæ vel omnia ficta eſſe, evidentibus tum plurimis rationibus & argumentis inſolubilibus contra ipſum *Döringium* & *Canneman* (quorum tunc conſiliis Epiſcopus Havelberg: & Marchio *Fridericus* Brandeb. utebantur) pluribus demonſtravit D. *Henricus Toke*, ut infra in ejus vita audiemus in oppido Wiſſnac Halberſtadenſis Diœceſis apparet. Atque hic quidem *Döringius* cum Collega *Bremero*, propterea Rotzſtochium advenere, ut Patrem *Helmicum de Ganderſen* tunc *Theologiæ Doctorem* crearent, cum ante biennium Theologi Academiæ in certum ordinem ſ. Facultatem primum erant a Papa *Eugenio IV.* introducti.

XXX. Ludolph. de Ebkeſtorp.

XXXI. Bernh. Boddeker.

§. 16. Anno CIↃCCCCXXXV. die 14. Apr. Rectoratum accepit NICOLAUS WENTORP in LL. Licent. qui uno Menſe Majo inſcripſit XLVIII. in univerſum LXXXVII. Hunc excepit die Galli tertia vice Rector conſtitutus HENRICUS BEKCLIN J. U. D. & inſcripti ab eo ſunt LIV. Studioſi. Inclaruit etiam hoc anno profundæ eruditionis, Hebraicæque Linguæ ſcientiſſimus Vir PAULUS BURGENSIS, cogn. de CARTHAGENA ſ. DE MARIA, Burgi in Regno Veteris Caſtiliæ ex Judæis Parentibus natus & educatus ſuæ nationis doctiſſimus, qui lectione *ſummæ Theologiæ* D. *Thomæ Aquinatis* converſus, atque in baptismate nomen *Pauli de S. Maria* aſſumſit, primum poſt mortem uxoris ſuæ Judæa factus *Archi-Diaconus Trevimenſis*, poſtea *Epiſcopus Carthaginenſis*, & tandem *Epiſcopus Burgenſis* in Hiſpania, nec non *Archi-Cancellarius Regnorum Caſtiliæ & Legionis*, qui notas ad *Nicolai Lyrani Homilias ſuper S. Biblia* edidit, & hoc etiam anno publicavit Librum *Scrutinium Scripturarum* dictum in II. Libros diviſum publicatum a *Chriſtoph. Sanctorio Monacho S. Auguſtini* auctum & emendatum una cum vita Auctoris 1591. in quo argumentis indubitatis ac firmiſſimis demonſtrat contra Judæos, *Jeſum Chriſtum verum eſſe promiſſum Meſſiam* ac *Mundi Dominum*. Erat autem ille hoc tempore anno octuageſimo ſecundo ætatis; mortus eſt *Patriarcha Aquilegenſis* die 29. Aug. 1435. Poſtquam ſequenti ao. CIↃCCCCXXXVI. conſueto: tempore Rectoratum ſuum deponeret, illum per legitimam electionem in ſe iterum die Georgii recepit HELMOLDUS de ULTZEN, Artium & Med. D. cujus in Rectoratu Univerſitas ab actibus publicis propter peſtem eſt ſuſpenſa, retulit tamen in Academiam & adjacentes regiones, ſed bellum etiam inteſtinum (quod ſuo tempore adducemus) miſere etiam Academiam & urbem in primis divexavit. Cum enim ejecti Coſſ. jus ſuum in Concilio tunc Baſileæ congregato per *Balduinum Archimandritam* tum S. Michaelis, Ordinis Benedictini in Lüneburgo, e terra Lüneburgenſi Equeſtris Ordinis Virum & Decretorum D. (qui eodem adhuc anno Archiepiſcopus Bremenſis ordine XLI. electus fuit) perſequerentur, res eo redacta eſt, ut adulterini conſulares cum Urbe a Synodo Baſilienſi & Imperatore poſtea *Sigismundo* proſcripti & Anathemate percuſſi, Academiæ e contra Profeſſores & Sacrificuli omnes hinc alibi ſe conferre per literas juſſi fuere, uti jam ſupra *c. 3. §. 2. L. 1.* cum adjuncta Bulla Concilii pluribus deſcripſimus: Hinc ergo factum, & turbulentis hiſce temporibus (ubi quid agerent aut quo ſe conferrent Profeſſores ipſi neſcirent) præter conſuetudinem ab Academia ſtatutam, dicto D. HELMOLDO *de Ulzen* per ſemeſtre hybernum

XXXII. Nic. Wentorp.

XXXIII. Paul. Burgenſis.

XXXIV. Helmold. de Ultzen.

XXXV. idem

hybernum Rectoratus fuit continuatus, quo in officio tunc in primis graviſſimo inſcripſit cives XXXIII. Eo autem adhuc Rectore (ut habet Matricula Academiæ) Menſe Martio anni ſequentis translata eſt Academia Grypswaldium juſſu Concilii Baſilienſis, cum propter Seditiones civitas Rotzſtochienſis excommunicata eſſet: (*vid. Cranz. L. II. c. 32. Wandal.*) Ab eo igitur tempore Rectores Grypswaldi electi ſunt ad annum ſc. 1443. quo rediere Rotzſtochium. Interim adhuc notamus natum fuiſſe hoc anno die 6. Jun. celebratiſſimum Aſtronomum *Johannem Müllerum* de Regiomonte, in oppido Franconiæ, ſub nomine *Johannis Germani ſ. Franci* natum qui Præceptorem habuit in Aſtronomicis Viennæ *Georgium Peurbachium*, ad quem 1452. profectus eſt. Mortuus tandem eſt Romæ non ao. 1467. ſed 1476. die 6 Jul. æt. 41. vel veneno a *Trapezuntii* filiis ipſi quod mendos Parentis detexerat, parato, vel ſecundum *Jovium* in peſte illa tunc graſſante. *Naucl. l. c. p. 1106.* eum vocat *Philoſophum Lingua tam Græca quam Latina doctum, ob Aſtronomiam aliasque Mathematicas diſciplinas in Germania, Pannonia & Romæ multo in pretio habitum atque peſte tandem Romæ mortuum eſſe 1583, aſſerit. Vid. Lexion. univerſ. hiſtor. Baſil. part. IV. p. 40. & 41.*

§. 17. Sed redeundum iterum ad Rectores noſtros Roſtochienſes, qui nunc Griphiswaldii, quo confugerat Academia intra ſequens ſexennium proclamati ſunt, ubi An. CIↃCCCCXXXVII. die S. Georgii ſecunda vice in Rectorem per ætatem introductus fuit Dn. NICOL. WENDORP. J. Can. Baccal. & in L. L. Licent. & inſcripſit Studioſos XCIII. quem dein juſto tempore S. Galli in hyemali Rectoratu, ex unanimi Patrum conſcriptorum Academiæ conſenſu & voto ſecutus eſt quarta ſua vice Dn. BERNHARD. BODDEKER DE HAGEN A. L. M. in Med. Lic. in Theologia ſimul & Jur. Canon. Baccalaureus, annotavit autem tantum in Matricula Academ. Studioſos adventantes XLV. Hic etiam annus nobis quoque in memoriam revocat mortem placidam ac quietam piiſſimi quidem minus tamen in bello & conjugio felicis Imperat. Romano-Germanici SIGISMUNDI, cujus egregiam corporis formam, in ſermone conjunctam cum gravitate venuſtatem, excellens ingenium & animum magnum atque heroicum, ita ut omnes ſui ſeculi Principes indolis præſtantia, pietate, ſapientia, induſtria, patientia laborum, munificentia, candore aliisque egregiis virtutibus ſuperaverit, Hiſtorici fere omnes, quotquot de eo unquam aliquid literarum monumentis prodidere, unanimi voce ac calamo deſcribunt atque extollunt, qui nocteque dieque magis de Eccleſia quam propria ſalute ſollicitus, aliquando Presburgi in Ungaria die jam illuceſcente, per quietem quidem audivit vocem dicentis: *Sigismunde ſurge, ſiſte te & confitere Deo, para viam & locum ordinibus divinis. Scriptæ enim leges omnes vacillant in juſtitia & æquitate, hæc ad ordinem tu revocabis, & in integrum reformabis juſtitiæque reſtitues & præparabis viam illi, qui poſt te nomine Fridericus Langenaugius, h. e. gnavus Friderici Angelus (volunt enim hoc li-*

XXXVI. Nic. Wendorp.

XXXVII. Bernh. Boddeker.

teræ) venturus eſt: h. e. ſub Friderico *Saxone fidelis miſſus* Lutherus, *cui fungendum erit ſacerdotii munere, & per eum multa Deus operabitur: ille Regni inſignia ſuo nitori reſtituet, & inſignia ſua feret ſecus Imperium ad lævam, & cruce media notata erunt: in metu quidem regnabit, nemo vero quicquam contra eum valebit; per eum confirmabuntur leges ſanctæ Dei, & virtutes acquirent: illi obſequenter parebunt Magnates & Urbes, tunc omne ſuccumbet iniquum. Multis ipſum Deus explorabit tentationibus & incommodis: antiquam vero ſemper defendet conſtantiæ virtutem fortis & tenax pii propoſiti heros: per ipſum Deus veritatem mundo ſerenam reddet: plenus enim eſt in juſtitia & improbitate.* Hanc piiſſimo Imperatori divinitus factam revelationem, ejusque hinc ſuſceptam Reformationem ſummatim adducit diligentiſſimus *Wolffius Lect. memorabil. Tom. I. Centenar. XV. p. 809. ſqq.* Ridicula autem ſunt, quæ de doctiſſimi alias & VI. Linguarum peritiſſimi Cæſaris in Grammaticis errore commiſſo narrat *Cruſius noſter Anal. Suev. Lib. VI. part. III. c. X.* Cum enim *Sigismundus* Imperator An 1414. Concilium Conſtantienſe celebraret, ad patres veniens dixit: *Date operam ut illa nefandiſſima ſchiſma eradicetur. Tum reſpondit quidam: Sereniſſime Cæſar, Schiſma eſt generis neutri. Quis hoc dicit?* quærit Cæſar. Reſpondet alter: *Alexander Gallus.* Cæſar rurſus: *Et quis eſt ille Alexander?* Reſponſum eſt: *Monachus.* Retulit *Sigismundus: Et nos Rex Romanorum, ideoque majoris auctoritatis, nonne poſſumus inſtituere novam Grammaticam?* Mortem ſuam optimus Cæſar ipſe prædixit aut potius prævidit. Cum enim ille an 1437. Ulmam Sueviæ veniſſet, piſces ibi in Danubio capti ſunt, qui in Ungaria naſci ſolent Ulmæ ante hac incogniti. Quos cum ipſe videret: *Hi ſunt,* inquit, *nobilis regni Ungariæ Incolæ, qui nobis catervatim occurrendo, nos in regnum noſtrum reverſuros nunciant. Redeamus ergo, eam reviſentes.* Cum diſceſſiſſet, piſces diſparuerunt. Ipſe ergo primum per Moraviam progrediens Pragæ in Bohemia lethaliter ægrotare coepit, ubi rebus compoſitis, cum ſeditionem a Conjuge ſua libidinoſiſſima *Barbara* ſpe ſucceſſionis excitatam, haud fruſtra timeret, ſubito lectica vectus, in Ungariam properavit: aſt in itinere die 9. Decembr. in oppido Snaymæ (Znoymæ) Olmacenſis dioeceſis obiit; hinc mortuus poſtea a genero ſuo ſucceſſore una cum captiva uxore relicta in Ungariam delatus, in civitate Warandino ultra Budam, in Tumba a ſe dudum præparata eſt ſepultus. *Cruſ. L. c. cap. XLIII. p. 367. ex Felice Malleolo.* Epitaphium ibi viſitur ſequens:

Cæſar & imperium, tuus en ego Roma ſacratum
Rexi non enſe ſed pietatis ope.
Pontificem ſummum feci ſpretis tribus unum
Luſtravi Mundum ſchiſma negando malum.

Sed miſſis exteris, de noſtris nunc magis ſolliciti rebus *ex Chron. Lubicenſi* annotamus, poſtquam Londini in Anglia mercatoribus Germanis, foederatis ſcil. Hanſeaticis, antiqua ſua privilegia non eſſent ſervata, & magnum quoque ſinguli paterentur detrimentum, Lubicenſes, Dantiſca-

nos & Hamburgenſes miſiſſe legationem in Angliam, ut cum Rege agerent, qui cum longo tempore Legatos neque admittere neque eorum poſtulatis ſatisfacere vellet, tandem Cardinalis quidam Regem ac Regni Senatum graviter admonuit, unde breviter res compoſita & antiqua Privilegia ſervata ſunt: Quo etiam tempore in Dithmarſia magna orta eſt interna ſeditio, quæ fere ad interitum totius regiminis ceſſiſſet, niſi Lubicenſes una cum Hamburgenſibus omnem diſcordiam Regionis compoſuiſſent.

XXXIIX. Henr. Bekelin.

§. 18. Pergimus ad Rectores Rozſtochienſes conſideraturi anni CIↃCCCCXXXIIX. Academiæ Rectores, quorum æſtivalis adhuc Gryphiswaldiæ in exilio electus fuit HENRICUS BEKELIN, J. U. D. quarta jam vice Rector, & in Academiæ matriculam retulit LXXXII. Hybernalis autem Rector ibi tertia vice conſtitutus eſt M. NICOL. WENDORP, Jur. Canon. Baccal. & in LL. Lic. inſcripſitque ſtudioſos XXI. Hoc etiam anno ex Teſtamento *Sigismundi* Imperator Romanus iterum electus eſt ac proclamatus fuit *Albertus II. Archidux Auſtriæ*, Gener defuncti Cæſaris, die quidem 20. Maji, & ter coronatus eſt hoc anno, primo ſiquidem Calend. Januar. impoſita eſt ei corona Regni Hungariæ; Dein die 6. Maji renunciatus eſt Rex Bohemiæ: Ultimam autem coronam imperialem jam deſcriptam quaſi coactus accepit cum adjecto Vaticinio minime etiam fruſtraneo: *O quam mirabilem & certe haud diu duraturam fortunam! Tres coronæ in uno anno!* Princeps alias minime deformis, liberalitate & eximia animi magnitudine clarus, quique cæteris rebus ſtudium Religionis longe antepoſuit: Jam inde ſiquidem a pueris, a Præceptoribus ſuis *Andræa Blanco* poſtea Cancellario ſuo & clariſſimo Equite *Ramberto de Walſche*, in vera religione (uti tunc a Wiclephitis & poſtea Huſſitis dicebatur) in rebus politicis, egregiis virtutibus ſtudiisque equeſtribus bene & cum cura erat innutritus, his accedebat corporis proceritas, ut ex Ephebis vix egreſſus ea, jam omnes æquales ſuos ſuperaverit & robore. Et quemadmodum ipſe probe omni literatura fuerat imbutus; ita etiam doctos in pretio habuit, cumque iis libenter eſt converſatus. Talis autem ſuo tempore Cæſar abs omnibus habitus fuit, ut *Baptiſta Ignatio* teſte, nemo unquam majori ſpe ad imperium pervenerit; & ſane conceptam animis hominum opinionem haud fruſtratus eſſet, ſi diutius vitam ſuam laudabilem duxiſſet, de cujus tamen obitu ſuo loco pluribus dicemus. Cæterum, qui in denſiſſimis illis Papatus temporibus lucem tamen Evangelicam non acquiſivit ſolum, ſed etiam invenit, hincque papiſticos errores verbis ac ſcriptis impugnavit, inter alios tunc quoque inclaruit *Petrus Payne* natione Anglus & Wiclephiticæ doctrinæ (a B. *Huſſio* & *Hieronymo Pragenſi* ad mortem uſque diu defenſæ) addictus, quia vero papiſticos errores reprehendiſſet, patria profugere coactus eſt, ac in Bohemiam, terram tunc commorandi tutiſſimam, ſe contulit. Fuit poſtea (notante *Wolffio Lection. Memorab. Centen. XV.*) unus Legatorum ad Concilium Baſileenſe miſſorum. Edidit libellum de *prædeſtinatione & libero Arbitrio: de civili ſ. temporali dominio Cleri: Contra Ceremoniarum abuſiones & ſuperſtitiones: pro utraque Sacramenti ſpecie & concilium eſſe ſupra Papam.* Sic nunquam defuere Veritatis Evangelicæ propugnatores. In patria inſuper Eccleſia Lubicenſi Epiſcopus hoc anno creatus eſt ordine XXI. *Nicol. Sachovius* & Lubicæ natus, Vir pius & ſapiens, qui multum boni tum Canonicatui, tum quoque Urbi fecit, rexit autem Eccleſiam annos X.

§. 19. Redimus igitur ad Academica, notamusque, anno hoc, qui ſequitur CIↃCCCCXXXIX. die quidem Georgii, turbulentis his temporibus adhuc Gryphiswaldiæ in Exilio Academiæ caput ſupremum iterum jam quinta vice electum fuiſſe M. BERNHARDUM BODDEKERUM, in Med. Lic. in S. Theol. & Jur. Canon. Baccal. qui permanens Rector per totum annum, tantum inſcripſit Studioſos XLVII. Hoc etiam anno contra Turcas feliciter pugnavit is, quem paulo ante deſcripſimus, ALBERTUS II. Cæſar, eumque quidem longe a finibus Hungariæ in Thraciam repulit, ſed cum exercitus ejus dyſenteria affligeretur, & ipſe inſolito calore vexatus, pepones nimium aſſumeret, in eandem ventris ſolutionem incidit, cumque amore conjugis ſuæ gravidæ, ſpe etiam ſanitatis certiſſimæ, ſi modo Auſtriam iterum vidiſſet, ductus, contra Medicorum conſenſum Purparatorumque dehortationes, nimium quantum tamen Viennam properaſſet, in itinere tamen, cum jam Strigonii ſacro viatico eſſet munitus, obſignatoque Teſtamento, in *Villa*, quæ *Longa* dicitur, 6. Calend. Nov. e vita diſceſſit, cum imperaſſet annum unum, menſ. 8. & dies 27. ætat. ſuæ XLV. *Bonfinius in Annal. Turcicis* exiſtimat, hunc Cæſarem Budæ in reditu ex Pavonis venenati eſu vitam amiſiſſe, & propterea jamjam morientem dixiſſe: *Allmæchtiger Gott, verzeihe es denen welche an meinem Tod urſach ſind, denen es auch ich um deinet willen von Hertzen verzeihe, und bitte du wolleſt dich meiner erbarmen.* A *Velio* tali Epitaphio exornatus:

XL. & XLI. Bernh. Boddeker.

Auſtriacum decus & ſpem læti proh dolor! orbis
Ante diem ALBERTUM *tormina ſæva necant,*

Henricus autem *Mutius* tale Encomium *Alberto* Imperatori tribuit: *Illi omnia erant, quæ ad bonum Imperatorem pertinent, animus erga Rempubl. bonus: Peritia multarum rerum; Facultas qua poterat, & fortitudo animi & corporis, quæ audebat exequi negotia Reipubl. neceſſaria.* Plura *vide ap. Ill. Zieglerum Schauplatz der Zeit d. 27. Octobr. N. III. & ab eo cit. Auctor. Amadæus* etiam primus Dux Allobrogum (ſic olim dicti, qui nunc circa Rhodanum Sabaudienſes appellantur) hoc anno in Baſilienſi Concilio, *Eugenio IV.* publicis decretis abrogato, ſuffragio XXVI. Electorum ad Pontificatum provehitur, & FELIX V. appellari voluit. Erat is uxoratus & duorum filiorum pater, cumque annos circiter XL. in florentiſſimo principatu vixerat, inde humanarum rerum pertæſus, vitam Eremiticam elegit, acceptoque pallio Eremitico, magnum ſanctitatis nomen indeptus eſt. Tum ad honoris hujus culmen adſpirans, Baſilæam cum filiis duobus profectus eſt, depoſitisque pallio & barba, ſeculari ſe reddidit religioni, &, ſi vera ſunt, quæ

quæ ex *Æneæ Sylvio* annotavit *Naucler. generat. XVIII.* Ut vero pro Pontifice agnoſceretur ille, *Friderico III. Regi* Romanorum una cum filia ipſi elocanda, dotis nomine auri nummum ducenta millia obtulit; illud tamen de eo veriſſimum eſt, quod de Munificentia ejus in pauperes annotavit *Wolffius Lection. memorab. l. c. p. 808.* quæ tanta fuit, ut ab oratoribus rogatus, ſi quos haberet canes venaticos ut eis oſtenderet, viſa altero die ingenti Mendicorum multitudine una diſcumbentium, *hi ſunt*, inquit, *canes mei, quos alo quotidie, quibus ſpero me coeleſtem gloriam venaturum.* Seſſit autem hic *Felix V.* in ſede Romana annos X.

§. 20. Annus erat poſt Chr. n. CIↃ CCCCXL. cum HENRICUS BEKELIN J. U. D. & Prof. quintum Academiæ nondum Gryphiswaldia reverſæ Rector per ſemeſtre hybernum conſtitueretur, ſed is, quot inſcripſerit, præter unum non recitatur: Et deſunt etiam in Matricula Acad. Roziſtoch. Rector æſtivus anni 1440. & poſtea Rectores annorum duorum, usque ad tempus æſtivum anni 1443. quo in Rectorem poſt remigrationem Gryphiswaldia Rotztochium iterum electus fuit, undecima quidem vice HENRICUS BEKELIN, J. U. D. & Prof. Publ. de his temporibus annotavit *Cranzius Wandal. Lib. 12. c. 9.* An. 1439. rurſus quieviſſe ſeditiones in Civitate Rozſtochienſi, & tum quoque Profeſſores egiſſe cum civibus, ut redirent Rozſtochium. Ita transactiones & reſtitutio Academiæ biennium potuit impedire, ne novus Rector eſſet, aut multi Studioſ. Rozſtochium venirent. Hinc forte factum, quod BEKELINUS, teſtante & *B. Joh. Bernhardo Zinzerlingo in faſtis ſuis Rectoralibus Laciburgicis*, per totum triennium permanſerit Rector. Adi ſupra *Lib. 1. c. 2. & 3.-5.* Accedit & alia ratio nempe peſtis, vel ſi quis alius fuit morbus contagioſus, ao. ſuperiori 1439. jam exortus, vulgo *das groſſe Sterben.* Qui enim hoc genere morbi correpti homines, tres dies atque noctes interrupta ſerie ſomno qu. ſepulti jacuere, ſed poſtquam evigilarunt, ſtatim morte agonizabant, & ita multi e patribus in Concilio Baſilienſi periere. Vid. pluribus *Aenas Sylvius* (poſtea *Papa Pius II.*) Libro hac de re peculiari edito. Omnes itaque illæ adductæ rationes *Bekelini* noſtri Rectoratum ſupra modum in annum usque tertium prorogarunt. Poſt reverſionem autem Academiæ in loco veteri Rozſtock, tantus factus eſt quotidie Studioſorum confluxus, ut eodem nunc *Bekelinio* Rectore, uno menſe Junio inſcripti ſint 132. uno vero die 4. Junii 76. in univerſum tempore Rectoratus ſemeſtralis 277. Studioſi, & inter hos etiam MAURITIUS Comes de Oldenburg & Delmenhorſt, hujus nominis IV. Comitis *Dieterici* & *Alheidis* Comitis de Delmenhorſt Ottonis natæ, Sororis autem Nicolai Archiepiſcopi Bremenſis XL filius. Hic non tantum ſtudioſorum cauſa in Academiam Roztoch. venit, ſed & inde in Erfurtenſem, ac tandem Pariſienſem abiit, tantosque in literis fecit progreſſus, ut in Baccalaureum Juris ſit promotus. Duxit poſtea uxorem *Catharinam*, Filiam *Ottonis* Comitis de *Hoja* an. 1458. Hinc caſtra ſecutus eſt, ac graviſſimum cum fratre ſuo *Gerhardo* & aliis bellum geſſit, teſtante *Anonymo in Chron. Raſtedenſi* & *Pomario Sachſen-Coronik. p. 513.* Obiit autem hic *Mauritius* an. 1464. in Vigilia Laurentii, peſte quidem, & ſepultus eſt in Huda, quem & ſtatim mortua ſecuta eſt Conjux *Catharina.* Conf. omnino *Joh. Schiphowerus in Chron. Archi-Comitum Oldenb. c. XIV.* apud *Meibomium Tom. II. Script. Rer. Germ.* nec non *Herman. Hamelman. Chron. Oldenburg. p. m. c. 6.* Sed dum in annum 1440. incidimus, nullo ſilentio prætereundum ingens donum & ſingulare Dei beneficium, quo *Friderico III. Imp.* regnante inventa Arte impreſſoria ſ. Typographica, ſtanneis formulis Libros excudendi, primum Germania noſtra beata fuit, *quod inventum neſcio an unum ſupra reliquas nationes ingenium Germanicum vel elegantia ſua vel utilitate efferat, ut recte pronunciat Naucleru ſ generat. XLIX. p. 1071.* Hujus autem utiliſſimæ & fere divinæ Artis inventor fuit *Joh. Guttenbergius*, Argent. Equeſtris ordinis Vir, de quo ſic *Wimphelingius Equit. Rer. Germ. c. 65.* Circa annum ſcribit 1440. magnum quoddam ac pene divinum beneficium collatum eſt univerſo terrarum orbi a JOH. GUTTENBERG, Argent. novo ſcribendi genere reperto. Is enim primus artem impreſſoriam vel excuſoriam in Urbe Argentoratenſi invenit. Unde Moguntiam veniens eandem feliciter (ſed magnis ſumptibus) *Johannem Fauſtum & Joh. Genßfleiſch* aliosque manus adjutrices ei ſimul ferentes complevit. Poſtea auxit eam JOHANNES MENZS Argentinæ (quem excepit *Adolphus Ruſchius* & *Adolphus Martinus Flachius*) item *Sixtus Ruſinger* Argentinenſis, qui eandem traduxit Neapolim in Italiam (quanquam ſunt, qui *Petr. Schæferum* Germsheimenſem, primum fuiſſe Artis hujus inventæ propagatorem exiſtimant). Notum hinc eſt diſtichon illud:

Exhibuit nobis, quæ impreſſos ære libellos,
Sub proavo Ars nota eſt Carole facta tuo.

Primo ſc. *Friderici III.* (ut audivimus) anno. Et hujus divinæ artis nomine eruditiſſimus ſub tempore in Italia habitus *Philippus Beroaldus* totam Germaniam celebravit hoc Phalœcio:

O Germania muneris repertrix:
Quo nihil utilius dedit Vetuſtas;
Libros, ſcribere quæ doces premendo.

Poëta autem ejus ſeculi Teutonicus *Sebaſtianus Brand* ap. *Conrad: Peutingerum Sermon. convival. p. m. 40.*

Nuper ab ingenio Rhenanæ gentis & arte
Librorum emerſit copia larga nimis:
Et qui divitibus vix Regi obvenerat olim,
Nunc Liber in tenui cernitur eſſe caſa.
Grata diis primum, mox Impreſſoribus æqua
Gratia, quorum opera hæc prima reperta via eſt.
Quæ doctos latuit Græcos, Italosque peritos,
Ars nova, Germano venit ab ingenio.

Quodſi ergo frugum ac vini aliarumque rerum vitæ ſalutarium Inventoribus grata vetuſtas divinos honores exhibuit: profecto hujus quoque divinæ & utiliſſimæ artis Typographicæ Auctoris nunquam intermorituram memoriam merito in Germania conſervamus. Sed de his jam

XLII. XLIII. XLIV. XLV. XLVI. XLVII Henr. Bekelin.

XLIX. idem.

satis dictum. Qui præterea h. t. in primis inclaruere *Johann Gattus*, Siculus, & *Jac. de Gruitrode*, Cartusiensis, legi in primis poterit *Wolfius Lection. memorab. cent. XV. p. 823.* Nos potius hic annotamus Rectorem Academiæ nostræ Rotzstoch. h. t. hyemalem die Dionysii electum, qui fuit ARNOLDUS WESTFAEL, Decret. D. Prof. & in Leg. Lic. inscripti autem tunc ab eo fuere Studiosi CX.

XLIX. Arn. Westfael.

§. 21. Anno CIↃCCCCXLIV. die Georgii publicatus est Rector M. HENRICUS NETTELHORST, Theolog. Baccal. formatus. Inscripti tunc CLXIV. Hunc postea per hyemem, die S. Galli iterum in Rectoratu quarta vice secutus est, NICOL. WENTORP, J. Can. Baccal. & in LL. Lic. & inscripsit XCIIX, cujus etiam in Rectoratu quidam *Johannes* de *Malmogia* exclusus est propter inobedientiam & nomen ejus deletum. Floruit etiam hoc ao. quidam Monachus Silesius *Johann Capistranus* dictus, notus in primis ex vaticinii XX. annis ante Chr. nat. lapidi impressi & Venetias postea anno 1495. ex urbe Altina allati de Romani Imperii & Anti-Christi ruina, ipsius studio seu revelatione potius primum detecta & explicata, qua de re in primis consulendus est sæpius laudatus *Wolffius l. c. p. 824.* seqq. Conf. de eo pluribus *Pomarius in Sachsen Chronik ad ann. 1453. p. 506.* seqq. nec non Beuterus *part. IV. der außerlesenen Chronik p. 636.* item: *Nauclerus l. c. p. 1083. & 84.* De Gallis autem vulgo tum dictis Armenicis *oder der armen Gecken, die man nannte die Schinder*, Germaniam magna multitudine invadentibus, & in primis, suasu *Eugenii* Papæ, ut dissiparent Concilium Basileensem, agrum devastantibus legi meretur *Nauclerus generat. XLIX. p. 1072.* nec non *Michael Beuterus part. IV. der außerlesenen Chronick p. m. 626.* sqq. Nos interim de Academiæ Rotzstochiensis statu solliciti, annotamus, anno sequenti CIↃCCCCXLV. Rectorem iterum die 24. Apr. electum fuisse, duodecima jam vice, D. HENRICUM BEKELIN, qui in matricul. Acad. retulit CXVIII. Justo autem deinde tempore die sc. S. Galli successorem in Rectoratu accepit M. NICOL. WENDORP J. Can. Baccal. & in LL. Lic. jam quinquies Rectorem, auxitque Academiæ Matriculam LI. Studiosis. Innotuit etiam in primis h. t. quidam *Johann Segobius* (ut eum nominat *Nauclerus Vol. II. Chronogr. p. 1062.*) sive *Segoviensis*, homo Hispanus, Theologus certe suo tempore piissimus, qui pro pauperibus audiendis in Concilio Basiliensi dimicavit accerrime, nec non *pro utraque Sacramenti specie Laicis iterum administranda.* Fuit insuper moribus & doctrina illustris, qui *Felice* V. Pontifice Cardinalatus præeminentiam acceperat, & deinde unioni consentiens, a *Nicolao* Pontifice dimisso Cardinalatus titulo, Cæsareensis Ecclesiæ præfectus fuit constitutus Monasterio contentus modico. Hic postea vocatis ex Hispania Legis Arabicæ Magistris, Alcoranum *Mahumeti* in nostram Linguam de novo convertit, & mendacia ejus vivis rationibus & argumentis explosit. *Nauclerus l. c.* est & hoc anno novus Archiepiscopus Magdeburgensis ordine XXXIX. electus, *Fridericus* Comes *de Bichlingen*, demortui *Güntheri* Archiepiscopi Aulæ præfectus ac

L. Henr. Nettelhorst.

LI. Nic. Wentorp.

LII. Henr. Bekelin.

LIII. Nic. Wendorp.

consiliarius intimus, qui quamvis non profunde doctus, piissime tamen vixit, multaque apud Moniales & Monachos præsertim in moribus reformavit. Regnavit XX. annos.

§. 22. Annus numeratur post Chr. natum CIↃCCCCXLVI. quo sceptrum Academiæ Rotzstoch. primum tenuit M. JOH. STAMMEL, LL. Baccal. die 26. Apr. introductus Rector, quamvis jam die 19. Apr. erat electus, & nomen ipsi tunc dederunt C. Studiosi. Eo a. justo tempore Rectoratu deposito, Academiam iterum regere suscepit M. HENRICUS VON DEM WERDERE sub cujus Rectoratu quidam *Johann. Brand* propter inobedientiam exclusus est; inscripsit autem XLVIII, quo anno vel etiam paulo ante, in pago quodam Holsatiæ *Qualen* nuptiæ celebratæ sunt, ad quos etiam invitati accessere multi e prope adjacente civitate Lubecc cives utriusque Sexus Viri ac fœminæ. Cum sub tegmine hujus domus subito ignis exoriretur, qui tam densum excitavit fumum, ut nemo alterum hinc inde cognosceret, statim etiam tegmen decidit, & cum furere ignis, tum etiam mole oppressi necatique tunc sunt centum & octuagiuta homines, sponsus autem & sponsa denudati e fenestra prosilientes vix ignis vim aufugere. Idem fere eodem ao. accidit Dordraci; ex maris namque inundatione noctu die 17. Apr. instante Dominica Palmarum, subito exorta, dilaceratis vallis, supra centum millia hominum utriusque sexus, diversæque ætatis aut conditionis cum tota supellectile ne quidem viso periculo miserrime perierunt.

LIV. Jo. Stammel.

LV. Henr. von dem Werder.

§. 23. Sequitur annus CIↃCCCCXLVII. & cum illo novus iterum Academiæ Rector HENRICUS BEKELIN, J. U. D. decima & tertia jam vice hoc onere gravatus, & inscripsit Studiosos LXXXVII. Hunc postea die Galli iterum excepit sexies Rector M. NICOL. WENDORP, J. U. D. & Prof. qui tantum XL. studiosos annotavit. Mortuus etiam est hoc anno *Eugenius* IV. Papa, cujus jam supra facta est mentio & quamvis a *Nauclero l. c. p. 1073.* vocetur *vir ingenio & gestis rebus insignis*; tamen a patribus Concilii Basileensis in Spiritu S. ibi congregatis, publicis in literis 7. Cal. Julii A. C. 1434. datis & quidem in sess. 34. Actor. Concilii damnatur *tanquam contumax & præceptis Ecclesiæ universalis inobediens, in aperta rebellione persistens, pacis & unitatis Ecclesiæ Dei perturbator notarius, universalis Ecclesiæ Scandalizator, insignis Simoniacus, perjurus incorrigibilis, Schismaticus, a fide devius, pertinax hæreticus, Dilapidator Jurium & bonorum Ecclesiæ, inutilis & damnosus in administratione Romani Pontificatus.* Et quia *Eugenius* contra preces & monita Concilii universalis tamen illud multis artibus & vi aperta evertere studuit, hinc auctoritate sua dictum Concilium eum etiam pontificatu tandem privavit ac prohibuit in literis supra allegatis Synodus omnibus *sub pœnis Schismatis & hæresis obedire aut favere Pontifici notorio Schismatico, perjuro & hæretico.* Erat alias hic Eugenius natione Italus, Patria Venetus, natus ibi patre *Angelo* Anno 1388. primum Canonicus regularis, ordinis Cœlestini, dein Episcopus Senensis hinc ad Cardinalatum

LVI. Henr. Bekelin.

LVII. Nic. Wendorp.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

latum S. Clementis evectus & denique 1431. Pontifex Maximus sub nomine *Eugenii IV.* innotuit, cum antea diceretur *Gabriel Condelmarius*. Obiit hic Papa d. 23. Febr. æt. 64. Pontificatus XVI. Sed hic non immerito de nominum mutatione ap. Pontifices unde orta fuerit, quæstio venit paucis enodanda. Rationem hujus observantiæ & originis reddit non minus lepidam quam & cogitanter veram, doctissimus *Polydorus Vergil. Lib. IV. de Rer. Invent. c. X. Primus bonos*, scribit, *Romano Pontifici habetur, ut si minus pulcro honestetur nomine, ei statim creato liceat illud mutare, v.g. non extra jocum dictum sit: Si homo maleficus antea forte fuerit, ut* BONIFACIUS *appelletur. Si timidus,* LEO. *Si rusticus,* URBANUS: *Si improbus,* INNOCENTIUS. *Si verox,* CLEMENS: *Si male audierit,* BENEDICTUS, *ut saltim nomine Pontifex ornamento sit dignitati. Ejus rei autem Auctor fuisse dicitur* SERGIUS II. *cui cum* OS PORCI *diceretur, ad obscoenam nominis vocem tollendam, datum est, ut aliud sibi nomen optaret. Et illud ajunt ex imitatione Christi esse factum, qui* SIMONI BAR JONÆ *nomen* PETRUM *indidisset. Manavit dein mos ad posteros, ut qui Pontifices crearentur, omisso priore nomine, eligerent sibi unum aliquod ex Pontificum, qui antea fuissent, nominibus.* Hæc ille, *Petri* tamen nomen ob summam Reverentiam & magnum in eo latitans Mysterium, ut fingunt, nemo Pontificiorum assumere solet. Deinde etiam falso sibi persuadent, ut qui nomen suum post electionem non mutaverit, illum non diu supervivere, quemadmodum scil. *Clementem* V. *Hadrianum* VI. & *Marcellum* II. Pontifices exempli loco adducunt, ast si septuaginta aut octuaginta annorum quis Papa creatur, tunc per se impossibile est, tamdiu hunc ac tricenarium ac quadragenarium Virum regnare posse. Plura non addimus, videri tamen potest hac de re omnino *Lairizius in des Pæbstl. Ehre und Wachsthum L. II. c. 2. §. 6.* Cæterum Epitaphium huic *Eugenio* IV. erectum, adducit *Wolffius l. c. p. 807.* his quidem verbis:

Eugenius jacet hic quartus, cor nobile, cujus
Testes sunt vitæ splendida facta suæ.
Istius ante sacros se præbuit, alter ab ortu,
Alter ab occasu, Cæsar uterque pedes.
Alter ut accipiat fidei documenta Latinæ,
Alter ut aurato cingat honore caput.

Accedimus ad annum CIↃCCCCXLIIX. quo Rectore æstivali secunda jam vice electo, M. sc. JOH. STAMMEL, J. U. Baccal. in Album Academiæ relati sunt XCVIII. & inter hos *Wedigo* Dominus de *Potliz*. Huic *Stammelio* die Dionysii in Rectoratu secutus est semel tantum hoc honore ornatus M. JOH. DE NOVA DOMO, Theol. S. Baccal. inscripsit XXXIIIX. Hoc anno Ducatus Luzelburgensis ad Domum Burgundicam vi belli pervenit, hoc quando factum, *Michael Beuterus part. IV. der außerlesenen Chronick p. 632. & 33.* legendus. Apparuit etiam magna Solis obscuratio die 29. Aug. Adducit & antecessorem suum *Johannem de Westernach* præpositum Ecclesiæ collegiatæ S. Crucis *in Stutgarten* Constantiensis Diœcesis, *Nauclerus l. c. p. 1074.* qui jussu Illustrium fratrum *Ludovici* & *Udalrici* Comitum Wirtembergæ & Montispeligardi, impetraverat Privilegium a *Nicolao* V. Pontifice, *quod ipsi Comites ac subditi libere tempore quadragesimali uti possint lacticiniis, durante carentia olivarum ac piscium*: quod quidem cum impugnaverit M. *Johann. Sperlin*, Medic. & Theol. D. & præpositus *in Herrenberg*, male fuisse narratum prætendens; bene tamen omnia ab Episcopo Constantiens. examinata, tandem fuit admissum. Sed missis aliis consideramus Rectores Acad. Rostoch. anni sequentis CIↃCCCCXLIX. quorum æstivalis fuit HENRICUS SCHAVEBERG Art. & Med. D. & Prof. P. die Georgii publicatus, inscripsitque LXIII. Hybernalis autem erat iterum HENRICUS BEKELIN J. U. D. & Prof. jam quarta & decima vice Rector, qui tantum LVI Studiosos annotavit; quo anno eitiam in Episcopum Lubicensem XXII. electus fuit ARNOLDUS WESTPHALE, Lubecc. D. Juris & antea in Acad. Rotzstoch. Prof. cujus vitam *Libr. V. c. 1. in classe II. Profess. Juris* describemus. Præterea etiam hoc tempore Urbs Lubica in bona fuit pace, singulariterque divitiis accrevit, nam præcipue hoc tempore prudens ac pacificus Magistratus ipsi fuit, etsi quidem quoque sæpe causa pugnandi erat, tamen pax bona secuta est. Et præcipue hic laude dignus est Dn. HENRICUS CASTORPIUS, h. t. qui fuit Cos. Nam quoties discordes res fuerunt, quæ facile occasionem pugnandi præbere potuerunt, fuit hujus Cos. proverbium: *Cessemus nam facile est vexillum ligulo baculo connectere, sed multo constat labore ac sumtu resolvere vinculum.* Dixit quoque *Lubicam esse Emporium, ac ædificatam ad negotiationem, ideo pacem ipsi utilem & non bellum.* Hæc præstantis fuere Cos. verba, qui tantum utilitatem civium quæsivit, licet interdum ap. vulgus non magnam gratiam meritus sit. Delectatus quoque est hic Cos. artibus liberalibus & præcipue Musica, cujus etiam auspicio *Sacellum Cantorum* in templo S. Mariæ inceptum fuit.

§. 25. Sed redeundum iterum in viam ad Rectores sc. Academiæ nostræ Rotzstoch. ubi anno CIↃCCCCL. in Rectorem iterum jam septima vice electus dieque Georgii publicatus fuit NICOLAUS WENDORP, J. U. D. & Prof. & inscripsit CIV. Huic die Galli successit M. HENRICUS *van dem Werdere*, Decret. Baccal. secundo jam Rector. inscripti tunc fuere LXVII. Quo anno etiam horrenda lues per totum fere terrarum orbem grassari incepit, adeo quidem crudeliter sæviens, ut *plus quam tertiam partem hominum in mundo periisse* certo crederetur, nullus siquidem tunc erat ab hoc morborum crudelissimo tutus, & quocunque se verteret homo, pestis illum insequebatur, quam potissimum etiam ob causam NICOL. V. Papa Jubilæum celebravit Romæ, ad quod propter indulgentias ex omni terra magna quoque accessit hominum multitudo, & multi illorum in via non solum propter pestilentiam interiere, sed & Romæ, ubi in ponte Tyberino (S. Angeli) cum Templum S. Petri ingrederentur, ab egredientibus ex eo, 200. homines vel calcatione vel pressura perierunt, vel in flumen detrusi & præcipitati sunt. Alii dicunt, 400. homines periisse & simul obtritos equos tres & mulam.

LIX. Jo. Stammel.

LIX. Jo. de Nova Domo.

LX. Henr. Schaveberg

LXI. Henr. Bekelin.

LXII. Nic. Wendorp.

LXIII. Henr. van dem Werdere.

mulam. *Pomarius in der Sæchſiſchen Chronick p. 498. Platina*, aliique. Cæterum ut ad Academica revertar, Rotzſtochii anno ſequenti CIↃCCCCLI. die Tiburtii electus & 3. Maji publicatus eſt novus Academiæ Rector M. JOHANN STAMMEL, J. Canon. Lic. tertia quidem vice Rector, qui inſcripſit LXXIV; ſed qui illum in Rectoratu hybernali excepit M. BORCHARDUS PLOTZE, Theol. D. & Prof. ſecunda nunc vice Rector tantum XVII. in Matricula Academica annotavit.

LXIV. Joh. Stammel.

LXV. Borch. Plotze.

§. 26. Anno CIↃCCCCLII. die Georgii M. HENRICUS BEKELIN, J. U. D. & Prof quinta & decima vice Acad. Rector electus eſt, & inſcripſit LXXXIIX. quem per hyemem die Galli ſecutus eſt in Rectoratu octava jam vice M. NICOL. WENDORP, LL. Doct. & in Decret. Lic. inſcripti autem tunc fuere XLIII. Hoc tempore inclaruit etiam quidam Theol. D. & Prof. Erfurtenſis *Thalheymius*, cujus Epiſtola ad *Conradum* Epiſcopum Moguntinum ex Erfordia anno 1452. ſcripta, extat, in qua conqueritur de Vitiis Romanæ Curiæ, eaque dicit eſſe reformanda. *Vid. Wolff. l. c. p. 834.* Quomodo præterea etiam hoc anno Comitatus Lüzelſteinenſis ab Electore Palatino Philippo dictis Comitibus vi belli ademptus ad Palatinatum perpetuo pervenerit, de eo videndus eſt *Beuterus l. ſupra c. p. 634 & 35.* Nos interim annotamus Rectores anno CIↃCCCCLIII. HENRICUM BEKELIN J. U. D. & Prof. jam decima ſexta vice Rectorem, qui Academiæ Matriculæ inſeruit C. Studioſos (ex quibus quidam ex tunc inſcriptis NICOL. SCHULTE, poſtea anno 1460. publice fuit excluſus, vel ex Academia & urbe relegatus) & M. LAMBERTUS WIETINGHOFF, in Decret. Lic. per ſemeſtre hybernum Rector primum electus, inſcripſit autem LXIX. Hoc etiam anno vel anno priori ut *Cruſius ex Gerhar. Mercatoris Chronologia* probatiſſimis argumentis demonſtrare conatur *Lib. IV. part. III. Annal. Suevic. c. X. IV.* Calend. Junias, Conſtantinopolis civitas Orientis Imperii caput & ſedes, omnium in genere humano Regina, Columen & unicum Græcæ Sapientiæ Domicilium, a *Mahumete* cogn. *Magno* Turcarum Rege VIII. ultra LIV. dies obſeſſa, tandem vi expugnata eſt, quo uno toti Chriſtianæ Reip. nihil accidere poterat calamitoſius, nihil triſtius. Cauſa præcipua excidii diſſenſiones domeſticæ erant & luxus. Secundaria autem Error de proceſſione Spiritus S. erat, quod Eccleſia Græca Spiritum S. neque a Filio quam a patre procedere negaret; quem quidem errorem in Florentina Synodo Patriarcha ipſe Conſtantinopolitanus & reliqui Græci cum ipſorum Imperatore correxerat; Sed poſteri poſtea eum iterum arripuerunt. Unde per divinæ Juſtitiæ miraculum (ut habet *Wolff. lect. memorab. Centen. XV. p. 834.*) Conſtantinopolis in Turcarum manus ipſis diebus Pentecoſtes (tertia ſc. feria Pentecoſtali) perveniſſe dicitur. Vid. *Meisnerus de Proceſſ. Spirit. S.* De ipſius a. Urbis immaniſſima Turcarum expugnatione præter *Naucler. Vol. II. generat. XLIX. p. 1079.* ſeqq. & *Mich. Beuterus l. c. p. 635. & 36.* evolvendus, præceteris Illuſtr. *Zieglerus in Schauplatz der Zeit p. 624.* ſqq. & ab eo citati Auctores omnes.

LXVI. Henr. Bekelin.

LXVII. Nic. Wendorp.

LXVIII. Henricus Bekelin.

LXIX. Lamb. Wietinghof.

§. 27. Succedit ao. CIↃ CCCCLIV. Dn. *Witinghofio* in Rectoratu ult. Apr. quarta jam vice M. JOHANNES STAMMEL, Decret. Lic. qui uno menſe Majo inſcripſit Studioſos LVI. in universum CXXI. & quidem inter Majo menſe inſcriptos numeratur etiam *Bartholdus von Landesberg*, natus ex familia nobili comitatus *Schawenburgenſis der von Landesberg in Wormſtal.* Hic poſtea ao. 1458. Decano M. *Joh. Stammelio* in *Magiſtrum Philoſophiæ* promotus, dein a Decanatu Eccleſiæ Verdenſis ad Epiſcopatum ejusdem Eccleſiæ an. 1470. evectus, die 18. Maji a *Paulo II.* Papa confirmatus, ſimulque prædeceſſoris ſui auctoritate *J. U. D. & in Decret. Lic.* fuit creatus. Eodem anno in die Simonis & Judæ Apoſtolorum in civitatem & Eccleſiam Verdenſem honorifice ſuſceptus, admiſſus & inthronizatus (ſic loquitur *Cranzius*) eſt, regimen etiam & adminiſtrationem Eccleſiæ, quam jam duobus proximis annis, ut Commiſſarius Dn. *Johannis* Prædeceſſoris exercuerat, tunc vel verus paſtor devote & humiliter inchoavit, pacem bonam Eccleſiæ cum Deo adjutorio procurando. Idem Dn. *Bartholdus* poſuit primum lapidem in fulcienda parte occidentali Eccleſiæ Verdenſis: Adauxit proventus Menſæ Epiſcopalis CC flor. annuis apud Senatum Lüneburg. Arcem quoque Rodenborg. robuſtiſſimo aggere communivit, & foſſatis pene inſuperabilibus tinxit ſimul & portam novam munitiſſimo opere, quæ duxit in oppidum exædificavit, intus quoque firmavit ædes & ornavit. Cum ſic *Bertholdus* Epiſcopatum Verdenſem ordine XLVII. Epiſcopus, pie, ſapienter, juſte & feliciter regere coepiſſet per X. annos; propter eximiam virtutis, induſtriæ, humanitatis & prudentiæ laudem, ab *Hildeſienſi* etiam Collegio *Epiſcopus* expetitus, & amplæ illi ac potenti eo tempore Dioeceſi gubernandæ (cum Anteceſſor ejus ultro depoſuiſſet Epiſcopatum) an. 1481. ordine XLII. præfectus eſt, ubi cum nova rerum venalium vectigalia inſtituere & civibus imponere moliretur, communitas civium libertatem ſuam ab Epiſcopo diminui ac infringi conquerens, eique tantum Juris poteſtatisque in ſe eſſe pernegans, arma capiunt, bellumque ultra biennium adverſus eum geſſere; tandem a *Bugislao*, Duce Pomeraniæ pax reddita, ſalva Civitatis libertate & Privilegio, qua de re pluribus agit *Chytræus in Chron. Saxon. L. 1. p. m. 63.* nec non *Pomarius in der Sæchſiſchen Chronick p. 534. ſqq.* Hac calamitoſi belli mole anno exeunte 1486. levatus *Bartholdus*, toto deinceps gubernationis tempore pacem coluit, & feminibus cauſisque omnium diſcordiarum & contentionum præciſis, ſubditorum ac vicinorum benivolentiam & amorem ſibi promoveri omnibus humanitatis, clementiæ, moderationis & juſtitiæ officiis ſtuduit, & principatum opima pace, omnibusque bonis ac ornamentis civilibus florentem moriens reliquit. *Cranzius in Metrop. Lib. XII. c. XVII.* hæc de eo addit: *Vir erat* LANDESBERG *magnis naturæ dotibus præditus, procera longitudine, excelſaque ſtatura, humanitate pleno vultu ſingulari ingenio, dexteritate pollebat eloquentiæ, & principibus & vicinis urbibus charus. Vixit ad annum 1502. in Vigilia Dominicæ Aſcenſionis deficiens in arce Rodenborg,*

LXX. Joh Stammel

borg, tumulatus in Ecclesia Verdensi. Idem *l. c.* ipsi sequens erexit Epitaphium: *Memoriæ dignissimi Præsulis Domini* BERTHOLDI *de* LANDESBERG, *militari genere nati, optimis moribus & literis imbuti, quem Rege digna proceritas, egregius animus, singulare ingenium, eloquentia non vulgaris, virtus eximia, exquisita in cunctis eminentia, Antecessori suo commendabat, ut illum adoptaret in Ecclesia Verdensi Filium, Papa consecrari jussit Episcopum. Sed majori dignum loco abripuit Hildesiensis Ecclesia, cui cum summa laude præfuit annis XXII. priorem retinens commendatam, quam ante solam annis X. gubernavit: hoc sacrum ponitur. Chytræus l. supra c. vocat hunc Bartholdum:* Virum heroica animi & corporis majestate, & præstanti ingenio & eloquentia, cum amore Justitiæ, pietatis & literarum conjuncto, & humanitate singulari excellentem, qui ex Verdensis Ecclesiæ Decano, de Collegio & cæterorum ordinum consensu ad dignitatem Episcopalem evectus. Hæc de *Landesbergio.* Interim etiam inter inscriptos hoc anno occurrit etiam quidam *Lucas Lossius,* Colonienſis, de quo tamen nihil amplius notabile occurrit. Ergo postquam laudatus *Stommelius* Rectoratum suum æstivalem cum laude gessisset, justo tempore per sequens

LXXI. Henr. Bekelin. hyemem ei in hac dignitate successit M. HENRICUS BEKELIN jam decima septima & ultima vice Rector & inscripsit tantum LXX. studiosos.

LXXII. Henr. van der Werder. §. 28. Ao. CIↃ CCCC LV. d. 21. Apr. M. HENRICUS *van der* WERDER J. Can. Baccal. nunc tertia vice Rector Acad. Rostoch. iterum electus & publicatus fuit, inscripti tunc sunt CI. Studiosi: Hunc autem in Rectoratu hyemali excepit jam

LXXIII. Nic. Wentorp. novies Rector, M NICOLAUS WENTORP LL. D. & Prof qui tantum LIV. inscriptorum nomina in Matricula Acad. annotavit. Hoc anno die 25. Martii *Nicolaus V.* Pontifex *sive tædio animi,* (sunt verba *Naucleri l. c. p. 1081.*) quo maxime cruciabatur post captam Constantinopolim, sive *febri & podagra,* qua potissimum vexabatur, Pontificatus sui ao. IIX. moritur. Pontifex hic, quod Pontificatum non appetivit, sed delatum invitus susscepit (nam a Collegio Cardinalium ut solet fieri sorte Papa electus, tanto se Magistratu indignum arbitratus, rogavit Cardinales omnes supplici voce, ut alium constituerent Pontificem, & Ecclesiæ Dei maturius consulerent. Verum a Cardinale Tarentino admonitus, ne cursum Spir. S. impediret, collum tandem tanto oneri subjecit. Interrogatus dein Cardinalis Portugal. e conclavi prodiens de nomine creati Pontificis; *Non nos Nicolaum* respondit, *sed Deus Pontificem designavit,* & a liberalitate & bonarum literarum instauratione perpetuam laudem meruit. Nam literatos & *officiis & beneficiis mirifice juvit, eos præmiis ad componendum & ad vertendos Græcos Auctores in Latinum ita perpulit, ut Literæ Græcæ & Latinæ, quæ sexcentis jam annis in situ & tenebris jacuerant, demum splendorem aliquem adeptæ sint,* ut habet *Naucler. l. c. p. 1073.* Tot enim a doctissimis Viris ei inscripta esse volumina, quot neque suorum Antecessorum, neque Imperatorum cujuspiam nomini dicata comperire licet. Bibliothecam Vaticanam Romæ auxit, veteribus ac novis codicibus ornatissimam, in qua circiter tria millia Librorum Volumina condidit. Humili alias loco & familia natus erat, Matre quidem *Andreola,* Patre autem *Bartholomæo* Medico, a quo dictus erat *Thomas Lucanus Sarzana de Luna.* Bononiæ Theolog. Doctor creatus, ubi & Episcopus postea constitutus: Papa certe supra modum doctissimus, superbiæ vero & truculentiæ nimium quantum deditus. Vid. *Zieglerus Schauplatz der Zeit ad diem 24. Martii. N. II. p. 316.* Hoc etiam anno inauditum hactenus plagium in duos Fratres Principes Saxoniæ, *Ernestum* & *Albertum* commisit *Conradus de Kauffung* nobilis Saxo, Electoris Saxoniæ *Friderici II.* quondam Aulæ Mareschallus, bellicæ rei peritissimus. Erat is Electoris in bello contra *Wilhelmum* Fratrem gesto Equitum Magister, ubi cum infeliciter pugnasset, ipse cum Collega suo *Nicolao Pflugio* captus. Et *Pflugius* quidem ab Electore ipso certo pecuniæ pretio soluto iterum fuit liberatus; sed *Kauffung* se ipsum 4000. florenis liberum reddere cogebatur, cujus quidem summæ solutionem, postquam semper frustra Electorem exposceret, detestandam hanc vindictam & scelus pulcerrimum excogitavit. Arx est in Misnia in alto monte & in abruptis undique rupibus sita, Altiburgum inde dicta, ad radices montis oppidum egregium munitum & populo plenum: ea in arce duo illi supra nominati Adolescentes Principes a Morum directore Comite de *Barby* educabantur. *Conradus* ergo absente Electore ap. Lipezienses die 7. Julii noctu ex Bohemia celeri cursu cum complicibus suis illuc contendit, & admotis scalis non prodente pædagogo, (ut vult *Naucler. l. c. p. 1098.* & *Münsterus in Cosmographia L. V. c. 383 p. 1153. & 1154. edit in fol.* Basileæ 1628. impressæ) sed coquo potius aulico *Schwalbe* dicto, natione Bohemo (quo cum sentiebat *Conradus*) Arcem ingressus, dormientes adolescentulos e lecto surripuit & funibus colligatos, mortem si mutirent minatus, sic abducere secum per Sylvam Harcyniam in Bohemiam voluit. Hac tamen in Sylva junior Princeps *Albertus* (quem ipse *Conradus* captivum tenebat) labore & fame deficiens, cibum simul & quietem anxie desiderabat, cujus precibus commotus prædo, equo descendit, & fraga porrigit Principi. Interim advenit ex latratu Canis sui huc ductus Carbonarius qui tandem etiam cum aliis sociis suis liberavit hunc Principem, & prædonem *Conradum* contra captum adduxit ad Præsulem Grünenheimensem, qui postea a præfecto Zwickavienſi Fribergum missus, ubi die 14. Jul. audacissimi sceleris sui capite poenas solvit. Totam autem hujus furti historiam copiose accurateque descriptam sistit laud *Zieglerus l. c. die 8. Jul. n. IV. p. 800. & 837.* nec non *Pomarius l. c. p. 498. sqq.* conf. etiam omnino differt: historica de *Conrado Kauffungo Raptore Principum* a *M. Petro Kunzio,* Sacerdote postea in vallo Burgelensi, Wittemb. 1712. edita, qui etiam Vir doctissimus atque in Antiquitatibus historicis, in primis patriis Saxonicis versatissimus in alio quodam egregio conscripto opere & Jenæ an. 1729. edito, in quo *historiam Ἀναθημάτων sacram & profanam sigillatim vestium*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtium in templis publice ſuſpenſarum explicat, & antiquitatum Ritus e veteris Saxoniæ Monumentis illuſtrat, ſ. quidem XII. p. 10. ad hiſtoriam hanc Plagii hujus hactenus inauditi quoque addit, quod poſt feliciter iterum receptos filios ſuos Principes, Serenisſimus par Parentum, Saxoniæ nimirum Elector, *Fridericus Placidus*, una cum Conjuge ſua *Margaretha* in *Vicum Ebersdorffienſem*, vix dimidio lapide Chemnicio diſtantem pietatis ergo ſe contulerint, ut ſc. pro miraculoſa filiorum, a *Kauffungo* raptorum, liberatione, divæ Virgini Mariæ vota publica nuncuparet, atque ex more illius ævi, in perpetuam rei memoriam, tum *Carbonarii* liberatoris, cucullum, tum *Erneſti* atque *Alberti*, Principum *Veſtes*, ceu *donaria*, in æde S. publice ſuſpendi curaret; cujus facti veritatem doctiſſimus *Kunzius* ibidem *in notis lit. D verbis Georgii Fabricii Org. Saxon. Lib. VII. fol. 773. confirmat: Lacernæ & Tunicæ Principum* ait, *quibus induti fuerant, B. Virgini ſuſpenſæ ſunt Ebersdorffii, dimidio a Chemnicio milliario, quæ hunc in diem ibi viſuntur.* Immo rem geſtam paulo prolixius a *Petro Albino in Chron. Miſniæ tit. XX. fol. 274.* deſcriptam in vernacula ſic exprimit: *Derer jungen Herren Klaider ſo ſie dazumahl angehabt, auch deß Köhlers Kittel oder Kohlkappe ſind in der Kirche zu Ebersdorff auffgehenget, u. noch heutigs Tags zu ſehen. Darinn die Eltern, als ſie, wie droben geſagt, daſelbſt der Jungfrau Maria, für Erhaltung ihrer Söhne, gedancket, bald hernach einem halben Dohn, wie es etliche nennen, in die Kirche, da zuvor eine Wahlfahrt geweſen, zum ewigen Gedæchtniß und Gott zur Danckſagung, auch unſerer lieben Frauen Ehren, ſollen geſtifftet haben. Bey derſelben auffgehængten Kleidern, ſtehen dieſe Verſe, ſo Cyranus ſoll gemacht haben, welche von mir An. 1561. ſind abgeſchrieben worden:*

CONRADUS KAUFFUNG *animo truculentus & aſper*
Misnenſis petiit ditia rura Soli;
Ingreſſus celſam collectis fraudibus arcem,
Quæ jam Altenburgi nomina clara tenet.

Illuſtris rapuit FRIDERICI *pignora cara,*
Quorum veſtes hic aſpice quisquis ades.

Has pater, ut pueri fuerant ex hoſte recepti,
Obtulit in Templo Virgo, MARIA, *tibi.*

Das eine Röcklein hat 3. Farben: auf der rechten Seite vornen an iſt in die længe über ein Strich, von leicht fümler Farbe: auf der lincken Seite vornen an iſt ein grüner Strich, mitten ein rother und biß an die Falten wieder ein grüner. Die Falten aber hinten ſind halb grün und halb fümler. iſt alles Landtuch. Das andere Röcklein iſt auf der rechten Seiten gantz von roth Tuch, die lincke iſt vorn ſchwartz, mitten weiß und darneben wieder ſchwartz. Dieſes iſt gantz und gar zerhauen, wie man ſie vorzeiten über den Harniſch zu führen gepfleget. Sind ſonſten am Halſe weit und außgeſchnitten, und jedes anderthalb kurtze Ehlen und ein ſechzehen Theil der Ehlen lang. Dieſer Geſtalt ſeyn ſolche Kleider anno 1531. noch geweſen und auf Bitte Paul Grefer von einem Chemnitzer abgemeſſen und verzeichnet worden. Hæc *Kunzius ex Albino*, qui Vir venerandus ib. etiam ex *Anton. Wekio in deſcr. Dreſd. p. 11. Tit. 1.* adducit, quod hæ Principum veſtes, tum temporis vetuſtate tum tinearum injuriis attritæ atque obſitæ, recentiori ævo, juſſu ſuperiorum de parietibus Templi deſumtæ earumque in locum aliæ ejusdem formæ & coloris ſuſpenſæ fuerint.

§. 29. Sequitur annus CIↃCCCCLVI. quo die Tiburtii iterum novus Rector publicatus fuit M. JOH. STAMMEL in Decret. Lic. quarta nunc vice Rector, & inſcripſit LXVII. interque illos quidam occurrit Lic. *Bartholdus Kerckhoff.* Ortus hic fuit ex celebri & antiqua Kirchoviorum Familia, quæ aliquot ſeculis in urbe Rotzſtoch floruit Viris magni nominis auctoritatis, judicii, laudis & honoris apud intelligentes cives, propter præclara in Remp. merita & officia, quibus nomina ſua longa annorum ſerie ad poſteritatem clariſſima, multis virtutum ſuarum decoris ornata, transmiſerunt. Nam *Bartholdus* hujus Parens, anno 1390. Cos. prudentiſſimus fuit: Noſter *Bartholdus Kerckhofius*, poſtquam in Jure utroque Lic. (forte etiam Rotzſtochii) creatus, itidem anno 1487. Coſ. Primarius de patria optime meritus electus fuit, & bonum civitatis, ſalutem ac commoda civium pro virili bona fide procuravit. Verum hic, non culpa ſua, ſed pietate & amore in Deum vero, quod conſenſerat in inaugurationem *Templi D. Jacobo Sacri* ad Collegiatam Eccleſiam, furore plebis contra innocentem excandeſcente, ſolum aliquandiu vertere fuit coactus. Præcedente etiam anno obiit Epiſcopus Abulenſis *Alphonſus Toſtatus*, ætatis ſuæ XL, qui vaſtos in ſcripturas Commentarios reliquit. Erat vir excellentis ingenii & admirandæ memoriæ, divinæ etiam ſapientiæ & antiquitatis peritiſſimus De hoc dici ſolebat:

LXXIV. Jo. Stammel.

Hic ſtupor eſt Mundi, qui ſcibile diſcutit omne.
Et *tanta*, inquit nonnemo, ejus ſunt Volumina, ut *ſive a primo natalis die numerando terna folia attribuas, plura ſcripſiſſe comperies. Königius Biblioth. vet. & nov. p. 815; Stammelio* interea, (ut ad Rotzſtochienſia iterum revertamur) juſto quidem tempore die S. Galli in Rectoratu ſucceſſit, M. LAMBERTUS WITINGHOF, in Decret. Lic. ſecundo nunc Rector, & in Academiæ Matriculam retulit XLVI. Sequenti die, nempe 17. Octobr. Academia Gryphiswaldenſis in Pomerania a Wartislao IX. Pomeranorum duce (qui in Concilio Conſtantienſi, quid literæ profint intellexerat, cum vel nemo Principum totius Germaniæ Linguam Latinam intelligeret, de quo publice tunc Sigismundus Imperator in Concilio conquærebatur) conſilio *Henrici Rubenovii*, Coſ. Gryphiswald. olim *Erici* Ducis Pomeraniæ tunc etiam Regis Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ Cancellarii, poſt primi Academiæ Rectoris, fundata & a *Friderico* III. Imperatore, & Pontifice *Calixto* III. confirmata fuit. *Ex Academia namque Rozſtochienſi* (verba ſunt *Matth. Stephani Ict. Pomerani Lib. III. p. 11. c. 1. de Juriſdict. Acad.*) *velut colonia deducta eſt Academia noſtra Gryphiswaldenſis poſtmodum a* PHILIPPO *Duce Pomeraniæ nonnihil reſtaurata. Eſtque hæc univerſitas ſ. Academia & Schola publica, fundata jure Univerſitatis, cum ampliſſimis privilegiis, adeoque cum omnimoda juriſdictione, & mero mixtoque imperio, quæ die Lucæ*

LXXV. Laml. Witinghof.

cum

cum magna solemnitate, præsente Illustriss: Principe Duce WARTISLAO, *itemque Reverendo Episcopo Caminensi nec non Prælatorum Diœcesis, Nobilium & Procerum Pomeraniæ, ac Magistratus populique Civitatis ejusdem corona nobilissima & frequentissima, introducta, investita & inthronizata est.* Hæc ille. Cæterum de hoc *Rubenovio* quædam huc ex *Craneri Chron. Pomeran. Lib. II. c. 31.* annotamus. Fuit nempe ut diximus *Henricus Rubenovius* J. U. D. Universitatis Gryphisw. (ejus ductu ab Illustr. Principe Duce *Wartislao* IX. apertæ) Primus Rector, homo ditissimus, qui Academiæ legavit 3000. Marcas it. 8 bona Ecclesiastica 3000 Marcarum & Bibliothecam ejus pretio 1000. flor. Ast hic Magnificus Vir Anno 1462. in Curia occisus fuit per sceleratissimos homines *Claus Gurmam & Dummerow.* Sepultus *in der grauen Closter-Kirchen* prope Altare cum hac Cippi subscriptione: *Hic jacet egregius Vir* HENRICUS RUBENOW, *Legum Doctor eximius, Decretorum Baccalaureus, Pro-Consulque & Syndicus hujus Oppidi; nec non Consiliarius Ducis* WARTISLAI *ac fidelis procurator hujus Monasterii. Hic jacet Uxor ejus* CATHARINA, *Filia Domini Johannis* Hilgemans, *Pro-Consulis hujus oppidi & procuratoris hujus conventus.* Schedula ejus: *Memini nostri, qua manus Domini tetigit nos.* Schedula Uxoris: *Miserere nostri propter misericordiam Christi.* In lapide quodam in eodem templo sic legitur: *Up Nie Jahrs Avende deß letzten Tags des Jahrs der Geborth Christi MCDLII. ward erschlagen Hinrich Rubenow; Doctor in beiden Rechten, und Borgermeister hir.*

Occisi temere Deus alme mei miserere,
Ignoscas miseris qui pupugere reis.

LXXVI. Henr. Schone.

§. 30. Annus erat post Chr. n. CIↃ CCCCLVII. cum unanimi patrum Academiæ conscriptorum consensu M. HENRICUS SCHONE Theol. Baccal. & Prof. ejusdem Facultatis publ. Academiæ caput s. Rector die S. Tiburtii eligeretur, in quo suo Rectoratu I. CIII. Studiosos Juvenes inscripsit, ex quibus præ ceteris postea inclaruit

LXXVII. Wilh. Westphal.

WILHELMUS WESTPHAL, Lubec. de quo tamen infra in Classe II. JCtorum dicemus. Successit tamen Dn. *Schone* in Rectoratu hyemal. M. NICOL. GARDEN, Decret. D. & Professor. Inscripsit LIV.

LXXIX. Jo. Stammel.

§. 31. Anno CIↃ CCCCLIIX. die Tiburtii sexta jam vice Academ. Rector iterum constitutus est M. JOH. STAMMEL, in Decret. Lic. qui civibus academicis adscripsit CII. Hoc Rectoratu suo deposito, illum iterum jam tertia vice excepit M. LAMBERTUS WITINGHOFF in Decret. Lic. sed inscripsit tantum LXIIX. Hoc ao. die 19. Aug. *Aeneas Sylvius*, Pontifex Maximus sub nomine Pii II. creatus fuit. Patre natus *Sylvio*, Matre autem *Victoria Fortequere* anno 1405. d. 19. Octobr. Corsiniani terrarum Sinensium oppido. Vir magna doctrina ac eruditione præditus, qui gradus honoris sui ipse memorat *Epist. 201.* Primum namque scriba in Concilio Basilensi fuit ap. Cardinales *Capranicium & Albergottum:* postea *Friderici* III. Imperatoris Consiliarius, a quo & *laurea poëtica* donatus. Inde Episcopus Sienensis & tandem ex Cardinale Pontifex, qui cum quædam suppressisset & damnasset Pontifex, quæ privatus scripserat hoc scommate a quodam notatus fuit. *Quod Aeneas probavit, Pius damnavit.* Auctor dicitur esse Distichi quod in vulgus notum est:

Non audet Stygius Pluto tentare, quod audet
Effrenis Monachus, plenaque fraudis anus.

LXXIX. Lambert. Witinghof.

Moritur Anconæ Diarrhœa gravissima, die 16. Aug. 1464. qui cum Romam huc proficisceretur, sic illi retrovidens valedixit: *Vale, Roma, nunquam amplius vivum me visura!* scripsit multa, inter alios etiam *Libros II. de Concilio Basileensi* satis pie & aperte, in quibus illorum Patrum sententiam laudat, quod Papam Concilio subesse voluerint; Sed postea Papa factus hos libros suppressit & sententiam illam damnavit, immo in Epistola quadam ad Moguntinum Capitulum (cujus Archiepiscopum & Electorem *Dietherum* postea anno 1462. injuste ab officio removerat. Vid. *Beuter. Chron. Select. l. c. p. 642.*) non erubuit scribere: *Quod verum quoque contra Papam dicere, sit contra Juramentum Episcoporum.* Quomodo Argentinæ adulterium commisserit cum muliere Hispanica, ipse pluribus enarrat, factum hoc suum quo minime culpandum defendit in *Epist. 15. ad Parentem* missa, in qua Nothum hunc suum ipsi de meliori commendat, adducta a *Wolff. l. c. p. 850.* ubi & *p. 853.* Ejus Epitaphium recenset & est sequens:

Frigida membra PII *retinet Lapis iste Loquacis,*
Qui pacem moriens attulit Italiæ.
Summe Deus, quantum mortalibus alme dedisti?
Fulmine cum tetigit hoc caput ægra manus.
Vendiderat pretio gentes & crimina multa,
Virtutis specie gesserat iste PIUS.
Impius hic fuerat, quamvis sub nomine pulcro.
Crediderit falsis posse juvare fidem.
Nunc fidi Comites, sceleratque turba clientum
Ingemuere PIUM. *nam scelus orbis erat.*
Impius hic situs est, crudelis, raptor, iniquus,
AENEAS, *fatuæ quem genuere Senæ.*

Sed misso nunc Papa, Rectores, Anni sequentis CIↃ CCCC LIX. in Academia nostra Rozstoch. creatos, notamus, cujus æstivalis jam decima vice, Rector fuit M. NICOL. WENDORP, LL. D. & Prof. & inscripsit LVI. Hybernalis e contra Rector quarta nunc vice erat die Galli publicatus M. HENRICUS *van dem* WERDERR, in Decret. Baccal. Inscripti tunc LXIII, & inter hos Bernhardus, Comes Holsatiæ, Stormariæ, Wagriæ & Schowenburg, canonicus Hildeshemensis, qui an fuerit ille, cujus in *Stemmatogr. Germaniæ. Tom. III. part. III. p. 71. Gabriel Bucelinus* meminit.

LXXX. Nic. Wendorp.

LXXXI. Henr van dem Werder.

§. 32. Accedimus ad annum æræ Christianæ CIↃ CCCC LX. cujus Rector æstivalis die Georgii electus fuit jam septima vice Rector JOHANNES STAMMEL, Decret. D. & in Sacr. LL. Baccal. & art. Mag. & inscripsit CII. cui postea in hybernali Rectoratu quarta quidem vice iterum successor datus fuit M. LAMBERTUS WITINGHOFF, Decret. D. & Prof. retulitque in matriculam nomina studiosorum XLVI. Eodem hoc anno a Lubicensibus capti sunt XXXV. piratæ, qui

LXXXII. Jo. Stammel.

LXXXIII. Lamb. Witinghof.

decollati; graſſata etiam tunc eſt peſtilentia per univerſum fere terrarum orbem crudeliter, cui in primis in Germania inferiori, conjuncta ſimul maxima erat frumentorum caritas. E literatis hoc anno inclareſcere coepit *Elendus* hiſtoricus, qui Librum ſub Titulo, *Theologiæ Germanicæ* ſcripſit. *Henricus Harphius* etiam vixit, qui *Theologiam Myſticam* edidit; nec non *Johannes Hagen*, Monachus poſtea Carthuſianus Erfordiæ, quo de ſuo loco *Sectione IV.* de creatis in Academia Rozſtochienſi Baccalaureis atque Magiſtris in Philoſophia. Prodiit etiam hoc tempore Liber non admodum prolixus, *Defenſorium Eccleſiæ ſ. Speculi Hierarchiæ Eccleſiaſticæ faſciculus*, contra mendicantes Monachos ſcriptus, ſuppreſſoque Autoris nomine, cujus capitum argumenta exhibet ſæpius laudatus *Hieron. Wolff. Lect. memorab. centen. XV. p. 871.* qui & ibidem *Epitaphium vetuſtiſſimum myſticum* adducit ſequens:

Quid agam, requiris?
TABESCO.
Scire, quis ſim, cupis?
FUI.
Vitæ quæ fuerint condimenta rogas?
LABOR.
DOLOR.
Luctus.
Servire ſuperbis Dominis.
Jugum ferre ſuperſtitionis.
Quos habui caros ſepelire.
Patriæ videre excidium.
Nam uxoris moleſtias nunquam ſenſi.

De *Georgio* interim *Caſtrioto* cogn. *Scanderberg*, Duce Epyrotarum & Albaniæ potentiſſimo ac plane invictiſſimo, his temporibus in primis celebri, qui innumera bella adverſus Amurathem & Mahumetem Turcarum Imperatores cum maxima ſemper Turcarum ſtrage geſſit, legendus in primis, illius vitam Libris XIII. in lingua latina deſcribens, *Marinus Barlebius* Scodrenſis, poſtea a *Joh. Piniciano* in germanicam tranverſo linguam: conf. doctiſſimi Hiſpani *Vaſcodia Stanco de Rebus Turcicis ab Henrico Müllero in germanicam linguam 1563.* translatum *librum, part. I. c. XV.* Bellum, quod hoc anno feria ſexta poſt Domin: Eſto mihi, indixit *Friderico*, Comiti Palatino Rheni ac Bavariæ Duci, illuſtris Comes *Udalricus* Wirtembergenſis ob retentam ipſi dotem Conjugis ſuæ *Margarethæ*, relictæ viduæ *Ludovici Palatini* Rheni, & Ducis *Amadæi* Sabaudiæ filiæ; evolvendus in primis eſt *Joh. Nauclerus noſter Vol. II. Chronogr. generat. XLIX. p. 1091.*

§. 33. Sequitur annus CIↃCCCCLXI. quo die Tiburtii Sceptra Academiæ per inſequentem æſtatem ab anteceſſore ſuo, nona nunc quidem & ultima vice iterum in manus accepit M. NICOL. WENDORP, LL. D. & Prof. qui Matriculæ Academ. inſeruit LXXIV. ſtudioſos; hunc autem in Rectoratu hybernali die Galli iterum excepit jam octies Rector, M. JOH. STAMMEL, in Decret. D. & Prof. qui Academ. Matriculam auxit ſaltem XLII. inſcriptorum nominibus.

LXXXIV. Nic. Wendorp.

LXXXV. Jo. Stammel.

§. 34. Annus CIↃCCCCLXII. die quidem Tiburtii Rector æſtivalis jam quinta vice denominatus eſt M. LAMBERTUS WITINGHOF, Decret. D. & Prof. qui inſcriptorum numero addidit CII. Huic die S. Galii, in Regimine Rectorali per hyemem inſtantem iterum ſucceſſit M. THOMAS STAMMEL, A. L. M. & LL. Baccal. inſcripſit ille in univerſum LX. & inter hos *Nicolaum Lomve* de *Borſtfeld*, pago ſ. prædio non longe Rotzſtochio (ſi recte adhuc meminimus) ſito, ortum ex celeberrima & antiquiſſima illa *Leonum familia*, quæ cum urbis fere Rotzſtochienſis exordio initium quoque ſuum ſumſit, poſtea tamen in *Wedigianam* Stirpem tranſiit, uti pluribus edocet *Lindebergius in Chron. Rotzſtoch. Lib. V. c. IV.* inſcriptus & tunc fuit *Johann Bergmann*, Rotzſtoch. poſtea *LL. D. & Prof. Philoſ.* per multus annos in patria, de quo ſuo loco. Occurrit & quidam inter inſcriptos *Johann Lange*, Lubicenſi, quo de additum eſt, famam fuiſſe anno 1497. quod eſſet Soldanus Babyloniorum. Hoc anno, (ut ad exteros quoque accedamus) *Dietherus* Archiepiſcopus Moguntinus injuſte a Papa *Pio* V. ab officio remotus fuit, ob rationes quidem varias, ſed nullius ponderis, adductas a *Naucl. l. c.* junctо *Beutero part. IV. der außerleſenen Chronick p. 642.* Sed hæc quidem *Dietheri de Iſenburg* remotio, maximas dedit in Germania turbas, bellumque excitavit graviſſimum, *Diethero* namque ſe aſſociarunt *Philippus* Elector Palatinus Rheni, *Ludovicus* Dux Bavariæ re & nomine *dives* dictus, & *Ludovicus*, Haſſiæ Landgravius: Verum contra illos tunc iterum aſſurgebant plusquam XVIII. quos tamen omnes feliciter ſuperavit laudatus *Fridericus*; *Ludovicus* namque *Niger* Bavariæ Dux, *Johannes Nix* Epiſcopus Metenſis, *Carolus* Marchio Badenſis, & *Ulricus* Comes Wirtembergenſis, ut adhuc aliquid gloriæ ſuæ adiicerent, (quamvis jam de pace inter illos ageretur) terras Palatini undique ingredi ac vaſtari concludunt, atque ad illud poſtea exſequendum Epiſcopus *Johannes*, *Carolus* frater ejus & Comes Ulricus haud longe ab oppido *Bruchſal* in campeſtribus ad S. Helenam caſtra metantur, & equeſtribus vix 600. peditibus vero 1000. multo licet minoribus copiis, quam conventum erat, vaſtare undique incipiunt agrum Heidelbergenſem, & ipſias etiam fruges in agris adurunt, vicosque incendunt. *Fridericus* hac re cognita, undique corraſit militem, cui & oportune ſupervenere longis itineribus auxiliares copiæ, quas Præſul ducebat *Dietherus*, quibus adunatis in Sylva dicta *Pronholtz*, ante pagum *Seckenheim* ad Nicrum diſtans *milliare ab urbe* Heidelberga, quam tunc obſidebant hoſtes illius, ſe abſcondidit, Duces tres nominatos cum copiis ſuis prætereuntes, intra Rhenum & Nicrum a tergo viriliter & magno animo invadunt, duos ſtatim nobiliſſimos *Comites de Helffenſtorie & Salm*, cum nonullis equeſtris ordinis progugnatoribus in prima acie occidunt, capti etiam poſtea ſunt ſupra nominati tres illi Duces, Epiſcopus Metenſis, *Carolus* Marchio Badenſis & Comes *Udalricus* Wirtembergicus, & cum his tota eorum nobilitas ſupra quingenti, qui omnes ab Electore *Friderico* cum Triumpho in Arcem Heidelbergenſem ducti, ibi ad annum prope ſervati

LXXXVI. Lamb. Witinghof.

LXXXVII. Thom. Stammel.

ſunt,

sunt, donec tandem legibus quas Victor voluit, acceptis, solutisque a singulis maxima pecuniæ summa liberi iterum facti sunt. Illustr. Dn. *Zieglerus im tæglichen Schauplatz der Zeit ad diem 29. Jun. N. III. p. 759.* addit: *Es habe der Pfaltzgraf* Friederich, *die 3. benambte gefangene Fürsten fürstlich gehalten, und selbige noch gleich den ersten Abend Ihrer Gefangenschafft an seine Tafel gezogen, daran Er sie zwar fürstlich bewirthen, Ihnen aber kein Brod vorlegen lassen. Als sie nun solches letzlich foderten, liess Ihnen der Pfaltzgraf zuentbieten:* Weil sie das Korn auf dem Felde verderbet, und die Mühlen abgebrannt hætten, so kœnnte man kein Brod haben. *Also mussten diese Herrn ohne Brod zu Bette gehen, und diese Lehre mitnehmen:* Dass man die Feldfrüchte im Kriege schonen sollte, weil man nicht weiss, wenn man sie selber bedarf. *Auf dem Platz dieser Niederlage bey dem Dorf* Seckenheim *stehen hiervon diese Worte in ein steinernes Creutz eingehauen:* Als man zæhlte nach Gottes Geburt 1462. Jahr auf St. Paulus Gedæchtniss-Tag, sind auf diese Wahlstadt durch Hertzog *Friedrichen,* Pfaltzgrafen beym Rhein, und Churfürsten, niedergeworffen worden Herr *Jörg,* Bischoff zu Metz, Marggraf *Carl* von Baaden und Graf *Ulrich* von Würtemberg, mit einer merck lichen Zahl ihrer Diener, Grafen, Herrn, Ritter, und Knechten, und denselben, die in solchem Geschæfft tod blieben sind, wolle Gott barmhertzig seyn! *Hactenus Zieglerus* Conf. præter auctores a *Zieglero* allegatos, etiam *Mich. Beutherus. ausserlesene Chronick part. IV. p. 643. sqq.* Ceterum quomodo hoc etiam anno paulo post victoriam *Friderici,* Civitatem Moguntiam clam atque per proditionem Civium *Orwini* & *Dudonis* noctu quidem post Festum Simonis & Judæ occupaverit *Adolphus Comes de Nassau* noviter electus Episcopus Moguntinus, pluribus enarrat *Naucl. l. c. p. 1092. & 93.* & *Beuterus l. c. p. 646.* Nota est etiam hoc anno puerorum in Gallia singularis pietas aut potius superstitio, qui uno quasi agmine peregrinationem religiosam ad S. Michael instituere, a qua etiam nullis precibus ac minis suorum parentum & aliorum abduci potuerunt.

LXXXIIX. Henr. von dem Werder.

§. 35. Pergimus ad annum CIↃCCCCLXIII. cujus Rector Acad. æstivalis die Georgii tunc electus est quinta vice M. HENRICUS VAN DEM WERDER, & Matriculæ Acad. tunc inserti sunt CXIV. & inter hos *Albertus Cranzius* Hamburgensis celebris postea in Academia historicus, JCtus & Theologus, ut infra in *Classe I. Theologorum* audiemus. Hybernalis autem jam novies Rector

LXXXIX. Jo. Stammel.

die Galli successit JOHANNES STAMMEL, Decret. D. & Prof. sed inscripsit tantum LIX. Hoc etiam anno pestis gravissima iterum sæviit Brunsuigæ, Hannoveræ, Hildesiæ, Magdeburgi & Halberstadii, ex qua etiam periit Dux *Bernhardus* Pacificus, Dux Leuenburgensis, sepultus in templo Cathedrali Ratzeburgi, ubi in superiore parte columnæ chori insignia ejus cum pileo Electorali insculpta visuntur una cum verbis sequentibus: *Na Christi Borth MCCCCLXIII. den Sonnabend vor St. Mariæ Magdalenen starv der Dorchlüchtige und Hochgebohrne Fürst und Herr, Herr* Berent: *Hertzog tho Sassen, Engern und Westphalen, dess Hiligen Römischen Rieckes Churfürst und Ertz-Marschall, dem Gott gnædig sey: De was des Durchlüchtigen und Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn* Johann, *Hertzogs tho Sassen Vader.* Obsessus etiam est hoc anno Imperator *Fridericus* in Arce sua Viennensi a propriis civibus suis, eo quod VI. Senatorum captivitati tradiderat, quibus auxilio Frater Dux *Albertus* erat, & oppugnabatur bombardis & omni genere tormentorum; liberatus iterum est a Rege Bohemiæ *Georgio*, cujus auxilium imploraverat, ita tamen, ut neque periret, neque vinceret.

§. 36. Cum Dn. STAMMEL Anno CIↃCCCCLXIV. Rectoratum suum hyemalem deponeret, illud in se iterum jam sexta vice, die quidem Georgii per instantem æstatem devolvi passus est M. LAMBERTUS WITINGHOFF, Decret. D. & Prof. qui propter pestem hoc anno Rotzstochii grassantem tantum matriculam auxit XXXI. nominibus, quem per hyemem die quidem S. Galli iterum secunda vice successit HENRICUS SCHONE, SS. Theol. D. & Prof. & cum pestis iterum remitteret in Acad. Matriculam retulit, Studiosos XL, quorum inter numerum occurrit *Martinus Kauth*, Colberga-Pomeranus, qui postea Caminensis Episcopus factus est ordine XXVII. vulgo dictus *Martinus a Colberg.* Obiit 1522. a *Chytreo Chron. Saxon. L. I. p. 9. & 10.* vocatur *Martinus Carith*, Patricius Colbergensis Theol. D. & obitum ejus ponit in annum 1520. qui Episcopus factus est anno 1500. quintus Academiæ Gryphiswald. Cancellarius. Hoc anno etiam moritur die quidem 11. Aug. NICOL CUSANUS S.S. Theol. & J. U. D. Germanus, ætatis suæ 63. Vir certe doctissimus & Cardinalis ad vincula Petri eminentissimus, qui anno 1451. legatione functus est Summi Pontificis per Germaniam; qui diu in illis Provinciis versatus, multa religiose constituit in Provinciis, interque salutaria multa etiam hoc, ne *venerabilis Eucharistia in publicum deferretur, quia ejus usus a cœlesti Magistro institutus esset ad esum, non ad ostentationem*, ut refert *Cranzius in Vandal. Lib. XI. c. 39.* Pervenit autem Magdeburgum & Hildesiam, non ultra quod concitus in Italiam revocaretur. Cum veniset ad Ecclesiam suam Brixinensem in Alpibus (cujus Episcopus simul erat) atque in illa reformare vellet pro arbitrio ac veteri Pontificum Jure, non est passus hoc *Sigismundus* Dux Austriæ, tale in Germanicis Ecclesiis exercere dominium a Cardinalibus, ac illi habent in Abbatios & Monasteria Italiæ, Galliarum, Hispaniæ, & Angliæ, in quibus Provinciis non autem in Germania Cardinales creantur. Hinc grave inter illum Cardinalem & Ducem ortum est dissidium, ut uterque suum gladium in alterum stringeret. Vicit tamen *Sigismundus*, & captus est Cardinalis ac custodiæ manciparur. Hic vir multa scripsit, in quibus nævos ac errores Romanæ Ecclesiæ acriter depinxit ac palam fecit, & quamvis in iis primum quidem errores & crimina Papæ detexerit, postea Cardinalis factus eundem tueri cœpit. Vid. *Wolff. l. c. p. 872. & 73.* Est & quidam *Johannes Capgrave* in Cantiorum comitatu natus

XC. Lambert. Witinghof.

XCI. Henr. Schone.

hoc anno Lynnæ Nordovolgiæ oppido domortuus,& inter Auguſtinianos ſepultus, qui adverſus *Prælatorum* petulantiam, atque in primis tyrannides detonare ſolitus fuit, quos *patriæ prædones* appellavit, *ac malos operarios, quibus veritas fuit oneri, jus contemtui, crudelitas autem delectationi.* Ita enim in Libro, *ſtella clericorum cuilibet clerico ſumme neceſſaria*, qui adhuc in in ſtructiſſim a illa BibliothecaGuelferbytana aſſervatur, ſub finem hi leguntur verſus egregii:

Prælati temere credunt ſibi cuncta licere,
Credidit & Caiphas omne nefas ſibi fas.
Væ miſero mundo, væ primo, væque ſecundo,
Væ per Pontificum dedecus horrificum.
Pontifices muti de jure ſuo male tuti,
Quamvis multi non audent cornibus uti.

§. 37. Dn. D. *Schone* in Rectoratu æſtivali iterum die Georgii anno CIↃCCCCLXV, ſucceſſor datus eſt JOH. STAMMEL, Decret. D. & Prof. jam decies Rector, qui collegit nomina inſcriptorum LXXV. & inter hos etiam *Johannem Rode*, Bremenſem, humiliori quidem loco, ex honeſta civitatis Bremenſis familia ortum, minime tamen animo plebejo, ſed ſumma animi moderatione ac prudentia præditum, qui in aula Romana, ſub *Alexandro* VI. aliquot annos verſatus erat, Vir certe prudentiſſimus, multis Principibus ob virtutem & induſtriam notus & carus, & magnis opibus ac divitiis circumfluens. Hic, antequam in Epiſcopum eligeretur, Præpoſitus fuit non ſolum Bremenſis, ſed & Canonicus Hamburgenſis; ad Epiſcopalem autem dignitatem qu. coactus eſt anno 1496. ordine XXXIX Epiſcopus. Incidit in turbulenta tempora. Vid. *Cranzius in Metropol. Lib. XII. c. 23. 25. & 30.* jungatur *Chytræ. Chron. Saxon. L. II. p. 65. & 66.* Præfuit Epiſcopatui per annos XI. mortuus namque eſt 1511. Ceterum ut ad Rotzſtochienſia iterum revertamur, *Stammelium* in hyemali Rectoratu iterum excepit qui ſeptimo nunc Rector fuit

XCII Johann Stammel.

XCIII Lamb. Witinghof. LAMBERTUS WITINGHOF Decret. D. & Prof. inſcripſit tantum XLIX. Ex literatis hoc quoque ao. Romæ die 1. Aug. mortuus eſt Vir ad amuſſim doctiſſimus Nobilis Pomeranus & Canonicus Lateranus *Laurentius Valla.*

§. 38. Poſt D. *Witinghoff* ſequitur anni CIↃ CCCCLVI. die quidem Georgii Rector æſtivalis M. ALBERTUS GOJER, (non HOYER ut vult *Zinzerl. in faſtis Rectoralibus*) Med. D. & Prof. Ordin. & inſcripti ab eo numerantur CVI. Sed hybernus Rector die Galli publicatus eſt, MTHOMAS STAMMEL, A. L. M & LL. Baccal. ſecundus jam Rector, tantum LXIV. inſcripſit. Hoc anno, (ut habet *Chron. Lubecenſ. MStum*) mercati ſunt Lubicenſes Præpoſituram Rizerovium cum omnibus cohærentibus, a Nobili quodam *Johanne Rizerovio*, quia Saxones gravi ipſum affecerant damno Eod. etiam ao. Lubicam venit Marchio *Fridericus*, & Dux Saxoniæ *Johannes*, hoc fine, ut viderent *oppignorationem Mollovii*, quam Lubicenſes habebant oppignoratam a Duce *Erico* Saxo-Lauenburgenſi jam inde a multis annis, ut ipſis ſolveretur, curarent: Literæ vero Marchioni ſolum oſtenſæ ſunt, &, quia magnam pecuniæ ſummam intellexit, qua fuit oppignorata, admonuit *Johannem* Saxo-Lauenburgenſem, qui oppidum illud iterum repetebat, ne poſtularet amplius Mollovium. Atque hinc enata eſt illa controverſia de hoc oppido, quæ adhuc dum jam inde a multis annis in aula Cæſarea inter domum hodie Luneburgenſem & Lubicenſes agitatur. Hoc etiam ao. die S. Michaelis electus eſt Epiſcopus XXIII. Lubicenſis, & nunc tandem ſoluta iterum Lubicenſibus illa pecuniæ ſumma, quam *Erico* Duci Saxoniæ (qui Raceburgi ao. 1401. obiit ſepultus in Capella *an dem ſo genandten Krithoffe*, teſtante Cippo ejus) pro oppignoratione Oppidi Mollovii dederant, Oppidum hoc iterum dominio Luneburgenſium adjudicatus fuit *Albertus Crummendick*, Nobilis Holſatus, qui ædificari curavit magnam ligneam crucem in templo Cathedrali, & ipſe hanc poſtea conſecravit, nova quoque Breviaria imprimere fecit, ut officio ſuo ſatisfaceret. Vitam ejus prolixe deſcripſit Continuator Chronici ſui de Epiſcopis Lubicenſibus conſcripti. Hoc etiam ao. venti certe graviſſimi ac inſolentiores totam fere Europam perflarunt, quibus inſecuta eſt maxima aquarum inundatio, & per inſequentem hyemem frigus intenſiſſimum, quo & nive ineluctabili, magna ubique tunc periit hominum & pecudum multitudo. Eſt & *Georgius* ille *Caſtriotus* Epirotarum Rex, ætatis ſuæ 36. Regni vero 24. die 27. Jan. demortuus, cujus equs, cui inſedit, antequam inſanire incepit, nec ullum ad ſe propius admiſit, & poſtea etiam periit.

§. 39. Cum annus rediret in faſtis CIↃCCCCLXVII. die S. Georgii Rectoratum æſtivalem jam tertia vice iterum accepit M. HENRICUS SCHONE, S. Theol. D. & Prof. Publ. (ita namque ſcriptum reperitur) qui in Album Acad retulit LXXII. & inter hos BALTHASAREM, Ducem Megapolenſem. His quoque temporibus pauper quidam Vir Baſilea venit, habens filium annorum 6. & duorum menſium natum, nomine *Theodoricum* qui de omnibus rebus poterat quam optime diſſerere, ſupra ætatem moratus, & Latinæ Linguæ ac patriæ gnarus, ut omnes hinc in ſui admirationem rapuerit. *Philippus* quoque Burgundiæ Dux cogn. *Bonus*, *Johannis* imperterriti & *Margarethæ* Duciſſæ Bavariæ Filius Divione die 29. vel 30. Jun. an. 1396 natus Brüggæ in Flandria die 15. Jul. ætatis LXXII. vitam ſuam clauſit, & Divione terræ mandatus eſt, Princeps ſuo tempore præ ceteris in armis verſatus, ac potentiſſimus, prudens & a ſuis valdopere amore proſecutus, qui *Carolum* Ducem bellicoſiſſimum, unicum ex aſſe hæredem ac filium ditiſſimum ſucceſſorem reliquit. In Rectoratu autem Academico hoc anno per hyemem die S. Galli unanimi patrum conſcriptorum Academiæ voto ſucceſſit Rector Academ. Magnificentiſſimus (cujus paulo ante meminimus) Dn. BALTHASAR II. Dux Megalopol. Comes Zwerin. Princeps Slaviæ, Rozſtock & Stargardiæ terrarum Dominus, de quo in Matriculo Univerſitatis hæc notata leguntur: Anno Domini MCCCCLXVII. in die S. Dionyſii poſtulatus eſt in Rectorem Univerſitatis illuſtris Princeps & Dominus Dn. BALTHASAR Dux Magnopol. Comes Zwerin. Princeps Slaviæ Rozſtock & Stargardiæ terrarum Dominus Hic, quia poſtea an. 1474. in *Epiſcopum Suerinenſem ordine XXVI.* ſecundum M. *Bernhard. Hederici in Chron. Suerin.* ſecundum alios autem XXVIII. electus

XCIV. Alb. Goyer.

XCV. Thom. Stammel.

XCVI. Henr. Schone.

XCVII. Balthaſar II. Megapol.

electus fuit, sicque etiam *Cancellarius Academiæ Rozstoch.* fuit VI. de eo *Lib. II. c. 13. p. 10.* jam diximus, tantum hic addimus, locum, ubi vixerit ac mortuus est, qui fuit urbs Wismaria. Ceterum in Rectoratu hoc suo I. Acad. Dux *Balthasar* inscripsit studiosorum nomina LXIII. Mentionem quoque hoc ao. injicit *Hier. Wolff. Lection: memor. Centen. XV. p. 877.* JCti cujusdam eximii *Johannis* de *S. Romano*, his quidem verbis: *Ad subvertendam & tollendam Sanctionem Pragmaticam* (quæ & qualis illa fuerit, ipse Wolffius ex *Roberti Gaguini Annal. Franc. Lib. X. ad annum 1494. p. 918. sqq.* adducit) *plurimum laboris & artis seu dolorum insumserunt Papæ, præsertim vero Pius II. qui tamen morte præventus fuit, & post eum* Paulus II. *Hic enim ubi vidit*, Johannem Balve, *Episcopum Eureſſensem magna in existimatione esse, & valere plurimum apud Regem Galliæ* Ludovicum, *promisit ei galerum Cardinalitium & purpuram, si* PRAGMATICAM *abrogaturus esset* SANCTIONEM: *Ope igitur & consilio hujus Episcopi illico regium per Galliam divulgatur mandatum de abolitione* Pragmaticæ Sanctionis. *Rei autem hujus iniquitate motus* Johannes de Sancto Romano, *Vir Juris & Historiarum peritissimus, Procurator universi Regni generalis, justus & æquus opponit se, & dicit:* Nec posse, nec debere illud fieri vel concedi plurimis quidem ex causis: neque salva conscientia se hoc mandatum approbare posse; ideoque se potius vitæ jacturam facturum, quam huic tam iniquo subscripturum consilio: cedere enim hoc in damnum ipsi Regi & omni Regno. *Universitas igitur Parisiensis ab ejus quoque partibus stabat, & provocabant a Papa ad futurum Concilium. Factum intellexit Rex, & tacito approbavit suffragio & consensu (sc. hæ sunt technæ aulicæ) verum tamen quo satisfieret Papæ votis,* Romanum *JCtum prius tamen egregio honorario clam donatum abire jussit officio.* Hactenus *Wolffius*, qui & simul *Hermannum* quendam *Rhied* de *Reen* adducit, qui *tractatum de vita & honestate Clericorum tunc quoque edidit.*

§. 40. Ducem *Balthasarem* in regimine Acad. an. CIↃ CCCC LXIIX. die 28. Apr. excepit XCIIX. Joh. Hahne. M. JOH. HAHNE, S. Theol. Baccal. ejusdemque Facultatis Prof. Ordin. Inscriptorum tunc numerus fuit CXXX. Hunc in hyemali Rectoratu die S. Galli octava jam vice, iterum secutus XCIX. Lamb. Witinghof. est LAMBERTUS WITINGHOFF, Decret. D. & Prof. & inscripti ab eo LXIII. Hoc anno nocte S. Elisabethæ, navis quædam Lubicensis in scopulis Suecis, vulgo *die Scheren*, periit, in qua præter alias merces, multum panni fuit, in eaque omnes mercatores, mulieres, & nautæ perierunt, quorum CC. fuerunt; quæ navis Lubica Rivaliam navigare voluit. Hoc autem damnum occasionem præbuit, ut decretum sit, ne quis *post Martini cum mercibus ex Dravena in Livoniam navigaret.* Verum hoc salutare ac vere Christianum decretum propter mercatorum insatiabilem avaritiam & detestandum lucrum multorum millium quotannis fere jactura, hodie amplius proh! non servatur. Eodem etiam anno gravissimum bellum exarsit inter civitatem Leodium & *Carolum* Burgundiæ Ducem, qui occupavit tandem illam urbem sat magnam & opulentissimam die Apostolorum Simonis & Judæ, &, ut multi volunt, ex proditione fabrorum orichalci, quos tamen omnes postea capite truncare jussit: Adeo vero crudeliter in illa sæviit, ut, referente quidem *Gaguino, virginibus vis & religiosis mors illata, neque indulgentia ulla militum in pueros fuerit; quin etiam ast stupratas virgines, crudeles satellites jugularunt; Sacerdotes eadem hora rem divinam in templis facientes, gladiis necarunt, nec satiatus est inhumanus hostis tam multa cæde: prædas ex omni civitate, & ex templis sacrilegia fecit, incensa postea urbe & muris disruptis, quorum minis fossas æquavit.* Privavit etiam *Carolus* urbem insignum amissæ libertatis, *statua sua ærea* quam in foro habuerat, *Peronam* dicta, eamque transtulit in urbem Flandriæ Bruggam ante Domum Mercatoriam *die Börse*, quam tamen post mortem *Caroli* iterum reddidit Leodiis *Maximilianus I.* Imperator. Vid. pluribus *Naucler. l. c. p. 1096. & 97. Mich. Beuter.* hoc bellum quoque describens in *Chron. sæpius cit. p. 647. & 48.* sequentia quoque de urbe Leodio annectit: *Lüttig die Stadt ist an einem gelegenen Ort gebauet, mit hüpschen Häusern gar herrlich zugericht, in deren Stadt bey 32. Pfarrkirchen sind 8. Stifft, sie vermag bey XXM. streithare Bürger. Allerding wohlfeil und grosse Reichthum was in der Stadt. Zu Lüttich ist vorzeiten, neml. im Jahr* DCCCCLXXIII. *ein so ernstlich und nambafft* Studium *in guten Künsten gewesen, das man liest, wie auff eine Zeit IX. Königs Kinder, XXIV. Hertzogen Kinder, XXIX. Graffen Kinder, ohnzahlbare Freyherrn und fürnehmer Edelleut Kinder, da gestudiert haben, die auß dem* Patrimonio S. Lamberti *erhalten worden. Und war deß Bischoffs und Canonik Amt, die Heil. Schrifft und gute Künst zu lehren und außlegen. Gott der Allmæchtige gebe, das Stifft und Clöster* σεμνοῖα *werden, das ist, Ort ehrsamer, gelehrter und lehrhaffter Leute werden, damit die arm Kirch an tauglichen Predigern und Schulmeistern nicht gantz beraubet, und daß den Chor-Rock geben, das solchs das Pantzer nicht auffresse.* Hæc ille.

§. 41. Redimus ad Rectores Rozstoch. cujus Academiæ CIↃCCCCLXIX. die Georgii Rector æstivalis constitutus est M. JOH. BREMERMAN, in C. Joh. Bremermann. LL. Baccal. & Prof. a quo civibus Academiæ annumerati sunt LXXXVII. Hunc per hyemem die Galli secutus est Rector M. CONRADUS SCHETZEL, S. Theol. Baccal. inscripti tunc LXXIII. CI Conradus Schetzel. Hoc anno aggressi sunt Lubicenses negotium controversum inter Regem Daniæ *Christiernum*, & Senatum Regni Suetiæ, ut illud componerent, sed nihil effecerunt. Quo etiam tempore Lubicenses cum Rege *Christierno* egerunt de damno, quo ipsi in Mari affecti fuerant, ut id compensaretur; Inde urbi Lubica a Rege Daniæ urbs Kilonium tradita ac oppignorata est, hac tamen conditione, ut *Johanni Ranzovio*, 500000. marcas in Kilonii Arcem ab ipso datas, redderent. Et sic Kilonienses in præsentia Regis Senatui Lubicensi Homagium præstiterunt.

§. 42. Pergimus ad annum CIↃCCCCLXX. cujus ultimo die Apr. Rector Academ. Magnificus per

CII. Petr. Pentz.

ætatem constitutus fuit M. PETR. PENTZ, Decret. D. & Prof. sub cujus regimine cives Academ. facti sunt CXIII. Postea hic Rector die 27. Sept. Sceptro Academ. per hyemem tenenda secunda jam vice tradidit Rectori Magnificentiss. Dn. BALTHASARI, Duci Megapol. &c. De cujus secundo Rectoratu sic scribit Matricula: Anno Domini MCCCCLXX. ipso die sanctorum Cosin. & Damiani postulatus est in Rectorem Universitatis Illustris Princeps & Dominus Dn. BALTHASAR Dux Magnopol. Comes Zwerin. & Slaviæ Princeps Rozstock & Stargardiæ terrarum Dominus. Qui saltem XLVII. inscripsit. Hoc tempore multi viri inclaruerunt, inter quos *Stephanus Brulifer* præ ceteris adduci meretur. Is Vir, notante *Illyrico Catal. Test. verit.* exque eo sæpius citato *Wolff. l. c. p. 884.* in Schola Parisiensi gradum in Theologia summum acceperat, ibique etiam publice Professoratum obiit summa fide atque industria, præsertim autem in magna auditorum frequentia subsequentes articulos defendit & propugnavit: *Doctrinam, quæ meritis hominum justificationem adscribit, mendacem immo diabolicam esse, cum agnus immaculatus pro nobis satisfecerit, Johanne* clamante: *Ecce agnus Dei &c.* Item: *Ecclesiæ non esse potestatem statuendi & præcipiendi quicquam sub poena peccati mortalis, & ita, ut conscientias vel liget vel conturbet.* Item: *Ei nullam facultatem nisi tuenda sacramenta a Christo traditam, & saltem eorum Ministram institutam esse. Nullas ceremonias pro articulis Fidei habendas. Supra Sententias Bonaventuræ* scribens, diserte his verbis dicit: *Nec Papam, nec Concilium, nec ullum plane hominem posse quicquam præcipere sub poena mortalis peccati, quod ante a Deo præceptum non esset.* Sed ob hanc suam, veritati quamvis consonam, Doctrinam prius hic Theologus Parisiensium Tyrannidem expertus est, ut Moguntiam concedere debuerit, verum nec ibi quoque, cum plures Articulos Doctrinæ papisticæ contrarios in disputationem vocaret, sine gravissimo vitæ periculo atque a persecutionibus liber vivere potuit. Floruit etiam hoc tempore *Laurentius Miniatensis* Poëta suo tempore haud incelebris, qui doctissimi *Pontani* Præceptor extitit, is instaurationem aliquando Religionis puræ ac in verbo Dei fundatæ, sequentibus inter alia versibus prædixit:

Illa autem nostris jamjam ventura sub annis
Est melior, nostræ legis vix pauca refringet,
Aspera quæ nimium, sacris & dura ferendis:
Et genus omne mali tollet, pomposque Sacrorum:
Ac Regem dabit innocuum, qui terminet orbem:
Et reget imperii populos, gentemque rebellem
Imperio subdet toti & dominabitur orbi.

Inclaruit & *Theodorus Gaza* Thessalonicensis, is, qui non sine immenso labore, diligentia & sumtibus *omnia Aristotelis opera græca* latinitate feliciter & docte donavit, quæ Papæ inscribens, cum ab illo muneris loco tantum XII. Ducatos accepisset, detestatus vilitatem, turpemque Papæ ingratitudinem, projecit eos in Tyberim & ultimam de iisdem partem igni tradidit, uti refert *Rebwizius.*

§. 43. Liberatus iterum Rectorali onere Dux *Balthasar*, illud iterum secunda jam vice die quidem 11. Apr. anni CIↃCCCCLXXI. per ætatem devolutum est in M. ALBERTUM GOJER, quem *Zinzerling. Horzer*, alii, sed male Boyar, vocant, in Medicina D. & Prof. a quo in numerum civium Academ. recepti sunt CXXXIII. quem per hyemem sequitur quarta jam vice Rector HENRICUS SCHONE, S. Theol. D. & Prof. qui collegit nomina inscriptorum XCIX. in parte Mensis Apr. usque ad 20. diem L. & inter hos *Joachimum Papeke*, qui postea per plures annos Academiæ præfuit, procul suo tempore dicturi sumus. Hoc etiam anno die 25. Jul. Romæ obiit Papa *Paulus II.* apoplexia secunda hora noctis, solus in cubiculo, nemie vidente, Pontificatus sui an. VI. mense X. Natus est Venetiis ex gente Patricia, patre quidem *Nicolao*, Matre autem *Bolyxena*, Sorore *Eugenii* IV. Papæ, qui antequam Papa creatur, *Petrus Barbus* dicebatur. Omnia officia ejus tempore venalia, ofor literarum erat ita maximus, ut omnes illos Ethnicos Auctores classicos legentes, hæreticos pronunciaret, suadens simul populo Romano, ne præter legere ac scribere nihil aliquid præterea liberis suis addiscere permitterent, ut illum inde *Genebrardus* jure meritoque *Virtutis & Literarum inimicum* vocarit. *Adire hominem die dormientem ac noctu vigilantem, attrectanten gemmas & margaritas difficile erat*, inquit *Platina.* Summus interea extitit potator, ac formosarum Virginum amator ardentissimus, cujus libidinum exquisitissimam his quidem versibus prodidit nitidissimus Poëta *Johannes Pannonius:*

CIV. Alb. Goyer.

Pontificis PAULI *testes ne Roma requiras,*
Filia quam genuit, sat docet esse marem.
Sanctum non possum, possum Te dicere Patrem,
Cum video natam Paule Secunde Tuam.

Vid. *Zieglerus Schauplatz der Zeit ad diem 25. Jul. n. IV. p. 884.*

CV. Henr. Schone.

§. 44. Sequitur annus CIↃCCCCLXXII. cujus æstivalis Rector jam nona vice die quidem 21. Apr. constitutus fuit LAMBERTUS WITINGHOFF, Decret. D. & Prof. in quo Rectoratu suo cum discederet (sine omni dubio Lubicam ad Syndicatum, ubi tamen postea, attestante *Catalogo Coss. & Senator. Lubicens. MSSto*, in Consulem electus fuit anno 1514 in vespera S. Magdalenæ, vitamque tandem cum morte ibid. cummutavit 1529.) Rectoratus ejus in paulo ante se abdicantem D. *Schone* iterum devolutus est, qui cum illud onus justo tempore die S. Galli per hyemem ferendum, secunda jam vice humeris M. JOHANNIS HAHNEN S. Theol. Licentiatus & Prof. imponeret, numerum inscriptorum ad LXXVI. auxerat: *Habnius* autem CIII. Matriculæ inseruit. Cometa hoc anno in principio circa Festum S. Agnetis apparuit, igni rutilans, crinibus longis nigrisque, in occidentalem vergens plagam, duravitque diebus 80. Eod. etiam anno Lubicam venit Filia Cæsaris Constantinopolitani & Travenmündæ navim ascendit, Rivaliam in Livoniam venit, deinde in Russiam, ad Magnum Principem Moscoviæ, cui desponsata erat.

CVI. Lamb. Witinghof.

CVII. Jo. Hahne.

§. 45. Annus

§. 45. Anno CIↃCCCCLXXIII. die S. Tiburtii per unanimia Patrum conscriptorum vota sibi jam tertia vice Sceptra Acad. tradi passus est,
CIX. Balthasar D. Meckl. Dn. BALTHASAR, Dux Megapol. De cujus tertio Rectoratu sequentia in Matricula leguntur Anno Domini 1473. in die S. Tiburtii postulatus est in Rectorem Universitatis Ill. Princeps & Dn. Dn. Balthasar Dux Magnop. Comes Swerinen. Slaviæ Princeps Rostock & Stargardiæ terrarum Dominus & in die Jovis mensis Apr. vicesima nona publicatus. Cui bini tunc adjuncti Pro-Rectores, M. *Henricus Oldestadt*, & eo forte demortuo, successit *Dn. Schone.* Numerus inscriptorum ad CXIV. increvit. Electus autem nunc
CIX. Henr. Schone. quarta vice iterum ordinarius per hyemem Rector idem D. HENRICUS SCHONE S. Paginæ D. & Prof. sed tunc tantum inscripsit LI. Cometæ superiori anno in Cœlo apparenti hoc ao. insecuta est incomparabilis siccitas, bella cruentissima in Ungaria, Polonia minore, Bohemia, Germania, Burgundia & Gallia, nec non pestilentia pluribus in locis evenere truculentissima, de quibus videre est M. *Joh. Pomarius* in additam: *Der alten Sæchsischen Chronick, p. 521. seqq.*

§. 46. Accedimus ad annum CIↃCCCCLXXIV.
CX. Petr. Pentz. cujus Rector æstivalis die 21. Apr. jam altera vice iterum constitutus M. PETRUS PENTZ, Jur. Can. D. & Prof. a quo tunc inscripti fuere CXVI. & inter hos etiam PETR. WOLKOW, Collbergensis, qui cum postea secundum Hedericum in *Chron. Suerin. Episcopus Suerinensis ordine XXX. Cancellarius* autem X. *Acad. Rotzstoch.* constitutus fuerit, supra jam de eo *L. II. cap. II. §. 14.* diximus. *Penzium* postea die Galli in Rectorali dignitate secunda vice insecutus est per hye-
CXI. Jo. Bremerman. mem Rector. M. JOH. BREMERMANN LL. Baccal. qui in Matriculam Acad. retulit. CXI. & exclusus etiam tunc est *Everhardus Langedam*, Francus, propter convitia in Rectorem projecta, cum & renunciasset coram Concilio. Anno hoc tandem compositum est bellum, quod ad tempus inter Regem Angliæ & maritimas s. Hanseaticas Civitates fuerat, & constans pax facta est, & antiqua privilegia Urbibus de novo confirmata a Rege *Edwardo* fuere: Quo ao. etiam Urbs Lubica fœdus iniit cum Hamburgensibus, Lüneburgensibus, & Episcopo Bremensi, contra Comitem Oldenburgensem Gerhardum, sed rem quamvis componerent Episcopi Ossenburgensis cum Verdensi, & Comite Teclenburgensi ac Hoja, tamen *Gerhardus* pactum non servavit. Eodem quoque anno Romam profectus est Rex *Christiernus*, solvendi voti gratia, atque in itinere convenit Cæsarem *Fridericum* III. a quo Dithmarsia donatus est, sed Dithmarsi noluere se subjugare Dano.

§. 47. *Bremermannum* anno sequenti
CXII. Conr. Schetzel. CIↃCCCCLXXV. die 21. Apr. secunda vice excepit Rector æstivalis M. CONRADUS SCHETZEL, Theol. Baccal. sub quo & præcedente inscripti uno mense Apr. LXXVII. in universum CXVI. inter quos tum quoque fuit Doctor Juris Can. & Prof. designatus *Otto Ernst* Embeccensis. Successit in Rectoratu hybernali die Galli M. JOHAN-
CXIII. Joh. Lessmann. NES LESSMANN, Theol. Baccal. inscriptorum autem ab eo numerus non annotatus. Hoc anno adhuc aliquibus in locis duravit pestis illa immanissima, superiori anno orta, & insecuti sunt venti insoliti, hyems asperrima, quæ multos absumsit homines. Eod. etiam anno die 25. Martii, *Simon*, Puer Tridentinus a Judæis mactatus est: Cædis auctores variis cruciatibus necati sunt. Innumera quoque multitudo locustarum Ungariam & Poloniam mense Augusti pervolavit, agminatim quidem, ac si exercitus esset, earumque numerus in longitudine tria milliaria & in latitudine unum & dimidium milliare explevit: omnes digiti unius magnitudinem æquarunt, & capita habuerunt vespertilionibus similia.

§. 48. Post *Lesmannum* ao. CIↃCCCCLXXVI. die 22. April. Fasces Rectorales sexta jam vice tenendi oblati sunt M. HENRICO SCHONE, S. CXIV. Henr. Schone. Theol. D. & Prof. in cujus Rectoratu ab eo annotati fuerunt CXVI. Studiosi tunc primum adventes, sub quibus quidam inscriptus est *Henricus Rutenberg*, Soltwedelensis, qui postea renunciavit & exclusus est, & postremo propter maleficia ante civitatem Soltwedel in quatuor partes dissectus, & rotis impositus est. Inscriptus est *Hermannus Gropeling*, Bremensis, postea Doctor & Vir præstans. Item, *Gerhardus Friedh.* Lubecensis qui postea Academiæ præfuit, quo de infra in *Classe Theologorum.* Tandem etiam inter inscriptos notatur quidam *Martinus Storrebeker*, Mældorpiensis ex Dithmarsia. Post *Schonium* hybernalis Rector iterum constitutus est M. OTTO CXV. Otto ERNST, Decret. D. & Prof. inscripsit autem tantum LI. Hic quoque inserimus *Eulogium Monachorum ex Johann. Campani Episcopi Aretini L. IV. Ep. 12. op. cl. Wolff. l. sæpius c. p. 891.* & hoc est: *Quisquis Monachus idem & Diabolus est. Omnia tentat, ubique pungit, ubique insidiatur denique mejere ubi nequit, ibi cacat. Et cum mulus esse desinit, fit pessimus. Monacho contaminatius nihil est. Pro veste picem induit, non cucullum. Illinit sese, implicat, conglutinat, insectatur nec unquam abit, nisi cum litura & juxta hoc Tetrastichon:*

Hoc solum Monachus nimirum a Dæmone distat,
Quod quicquid vafer hic suggerit, ille facit:
At si juncta dolus anus adjuvet, & colat astu,
Audebunt Erebi depopulare domum.

§. 49. Ad annum nunc venimus post Chr. n. CIↃCCCCLXXVII. qui nobis in memoriam revocat nativitatem aut si mavis, fundationem Academiæ nostræ Illustrissimæ EBERHARDINÆ Tubingensis (cujus nos quoque nunc membrum, & divina benignitas & sereniſſimi nostri Nutritii Clementia esse voluit) qua in civitate I. Non. Jul. approbante hoc majorem in modum Matre *Mechtilde*, Archi-Ducissæ Austriæ, & patruo *Ulrico*, Comite Würtembergensi, inclytus Comes *Eberhardus Barbatus* de *Würtemberg* & Montispeligard. Sen. auctoritate Apostolica *Universitatem studii generalis*, tanquam *fontem* quendam *vitæ* feliciter fundavit & erexit, ut semper haberet ipse Copiam Eruditorum Virorum: quos honorabat & iis impense delectabatur. Hunc enim *sibi thesaurum* (verba sunt *Crusii nostri Annal. Suev. Lib. VII. part. III. c. XIII. p. 449.*) *ac toti posteritati ad honorem Dei, ad utilitatem Ecclesiæ & Reip. ad ornamentum, celebritatemque ditionis suæ, fore maximum existimabat. Parochialem etiam Ecclesiam S. Georgii* (dignitatem e Sindelphinga

phinga Tubingam transferens) *in collegiatam elevavit, idoneis Canonicis & Præpoſito conſtantem. Contra ſeculares Canonicos conſtituit (weltl. Chor-Herrn) Syndelphingæ, permiſſu* SIXTI Papæ & Imper. FRIDERICI. Privilegia dedit Univerſitati, ſcripto comprehenſa an. 1477. die S. Dionyſii, quæ populo quotannis in Sangeorgiano templo die Dominica S. Georgium ſequente, ab Archigrammateo recitantur, ut ſciatur ab omnibus, nulla re ſtudioſæ Juventuti nocendum, ſed ejus commoda promovenda eſſe. Hæc *Cruſius*, qui etiam ſimul ibid. alicubi de hac inſtitutione Academiæ germanicis verbis ſic legiſſe affirmat: An. 1477. *Iſt die hohe Schul zu Tübingen durch Graff Eberhard den Bartmann geſtifft, und durch Gabriel Bibel, einem Kappelians Münch gepflantzt. Calendis autem Octobris ejusd. anni Profeſſor omnium Facultatum Juvenes primas lectiones dederunt, Conſilium primum in die Dionyſii anni illius in Univerſitate habitum, notante* ex oratione *Theodorici Schnepfii* Theologi Chriſtoph. *Beſoldo tom. 1. oper. polit. diſp. de Jure Acad. c. 1. p. 128.* Et primus quidem Academiæ noſtræ Tubing. Rector Magnificus (a *Beſoldo quoque l. c. adductus*) fuit *Joh.* NAUCLERUS, Decret. D. alias *Vergenhans* dictus, natus patre *Johanne Verg.* vel *Nauclero*, Viro Equeſtris Ordinis, qui monumenta probitatis ſuæ ap. *Ludovicum* Comitem Würtemb. Uraci egregia reliquit, cumque Fundatoris Academiæ & primi poſtea Ducis Würtemberg, *Eberhardi I.* Præceptor in ſua Juventute datus erat, ut primas ipſi literas traderet, (quamvis a Tutoribus & Conſiliariis Ducatus tunc *prohibitus fuerit ne eum Latinum faceret*, prout ipſe conqueritur pluribus *Vol. II. Chronogr. gener. L. p. 1114.*) ita ſemper a Duce per vitam ſuam adamatus fuit, ut poſt erectam ut diximus Academiam hic Tubingæ, Nauclerum non primum ſolum illius *Rectorem Magnificum* conſtituerit, ſed etiam, poſtquam ſecundus inſcriptorum a *Nauclero*, primus autem Eccleſiæ Collegiatæ Præpoſitus, beatiſſimæ Virginis Mariæ & S. Georgii Martyris atque Cancellarius Apoſtolicus, Univerſitatis Tubingenſis *Johannes Tægen Cancellariatum* Academicum cum morte deponeret, ejus in locum illum iterum confirmavit *Præpoſitum & Cancellarium Academiæ ſecundum.* Memorabile eſt, quod de clementiſſima Eberhardi Ducis erga *Nauclerum* hunc propenſione narrat cl. JCtus *Schneidewinus* orat. de EBERHARDO *Duce Würtemb. Wittebergæ* in Academia Saxonica an. 1552. habita, ap. *Beſoldum l. c. p. 87.* his quidem verbis: *Plerumque cum Tubinga fuit* (ſc. Dux Eberhardus) *dimiſit Comitatum in Arcem. Ipſe divertit ad Naucleri Domum exiguam, ſed vicinam Templo. Fuit enim hujus Viri & eximia eruditio, & ſumma integritas & ut* CAPNIO *de eo prædicabat, in judicando ſingularis rectitudo. Ibi cum ante lucem ſurgerent, dicta precatione, poſtea tribuebantur tres horæ deliberationibus, & aderant ſcribæ; quibus mandata dabantur de formandis Reſponſionibus, deinde ibant in Templum. Poſt ſacrum uſitata hora prandebant ſimul in illa ipſa* NAUCLERI *domo, & vocabantur duo aut tres alii, tum Doctores, tum Viri nobiles. Nec apparatus ſplendidior erat, quam ſolent ibi mediocrium civium prandia eſſe. Sed colloquia tantis Viris digna, erant plena Sapientiæ de Eccleſia, de Doctrina divina, de gubernatione publica, de præſentibus periculis.* Hæc ibi. Noſter itaque NAUCLERUS PRIMUS ACADEMIÆ hujus *Eberhardinæ* uti jam jam ſæpius diximus, *Rector*, ita initium fecit Matriculæ Academicæ: *Ne perſonarum hujus Scholæ, varios per eventus tranſeat memoria*, Nos *Johannes Verpenhans Decret. D. Rector primævus Almæ Univerſitatis Tubingenſ. (Conſtantienſis Dioeceſ. Provinciæ Moguntinæ) anno a nativitate Domini 1477. die feſta S. & viviſicæ Crucis, anno inditionis decimo, atque ſexto ao. Pontificatus Sixti IV. ao. vero invictiſſimi Principis & Domini Dn.* Friderici I. *Roman. Imper. ſemper Auguſti, vigeſimo quinto: nomina Matrici noſtræ incorporare cepimus. Sunt autem hi: Vid. Cruſ. l. c. p. 450.* Ceterum hujus *Naucleri* effigies conſpicitur in loco Senatus Academiæ noſtræ cum hac ſubſcriptione. JOH. NAUCLERUS ad Autographum Anni 1477. NATUS PATRE COGNOMINE ET EQUITE 1450. JURIS DOCTOR ET EPHORUS DUCIS EBERHARDI 1460. ECCLESIÆ STUTTGARDIANÆ PRÆPOSITUS 1477. PRÆPOSITUS TUBINGENSIS, DECRETALIUM DOCTOR, PRIMUS UNIVERSITATIS RECTOR, ET DENIQUE SECUNDUS CANCELLARIUS. Ad cujus etiam effigiem quidam ita ſcripſit:

Hac Juſtingenſis NAUCLERUS *fronte* JOHANNES
Fœmineæ vultu, Vir ſpecioſus erat.
Ille Tubingenſis fuit Urbis in ordine primus
Præpoſitus templi, Fons & Origo Scholæ.

Verum hæc de initiis Academiæ noſtræ Illuſtriſſimæ Tubingenſis hactenus MCCCCLXXVII. Plura de Academiæ hujus fundatione ac Privilegiis vide ap. *Beſoldum l. c. & magnif. D. Schwederum noſtrum Introd. Jur. Publ. part. ſpec. Sect. I. c. 6. §§. 2. & 6.* Nos in primis de hiſtoria Rectorum Academ. Roſtoch. nunc quidem ſolliciti, annotamus, hoc anno CIↃCCCCLXXVII. die quidem 22. Apr. per ætatem Rectorem Magnificum jam tertia vice electum fuiſſe JOHANNEM BREMERMAN, S. LL. Baccal. a quo inſcripti ſunt CXXII. & inter hos *Liborius Meyer* Lubic. U. J. Lic. & Prof. vocatus, qui ſequenti ſtatim ao. Academiæ Rector declaratus fuit, & diu poſtea Academiæ ſumma cum laude ac emolumento doctrina ſua inſerviit, uti infra in *Claſſe II.* JCtorum audiemus. *Bremermanno* deinde die S. Galli in Rectoratu ſucceſſit M. NICOL. CRUSE Decret. D. & Prof. qui tantum LXXXII. inſcripſit. CXVII. Jo. Bremermann. CXVII. Nic. Cruſe.

§. 50 Succedit paulo ante adductus M. LIBORIUS MEYER, J. U. Lic. Hic CIↃ CCCC LXXVIII. die 21. Apr. Rector Academ. æſtivalis conſtitutus eſt, & inſcripſit tunc XCII. & inter hos *Henningus Schowerte* & *Andr. Becker*; qui poſteagubernationi Academiæ præfuerunt. Huic a die S. Galli ſucceſſor in Rectoratu per hyemem gerendo, datus eſt M. HENRICUS VALCKE, in Utroque Jure Baccal. Cui tantum LIX. nomina ſua dedere. Hoc etiam ao. Argentinæ *Officium Prædicaturæ* inſtitutum eſt in Summo Templo *Ruperto* Duce Bavariæ Epiſcopo Argentoratenſi, & CXIIX. Liborius Meyer.

& *Johanne* Comite Helffenſteinenſi Decano. Ad hoc officium felicius inſtituendum, Conſul quidam Argentinenſis (*Ammeiſter*) *Petrus Schott* ſupra 700 florenos de propriis contulit, effecitque ſuo labore totusque in eo fuit, ut celebris tunc Theologus, Vir doctus ac vere pius *Johannes Geyler* de *Kayſersberg*, Theol. D. huic muneri præficeretur, cui etiam XXX. annos utiliter præfuit, vivendo & docendo, multa enim in Eccleſia reformavit, & ſuperſtitiones in Eccleſia inveteratas taxavit, qui tandem die 10. Martii 1509. ætat. LXV. demortuus eſt, Imperatori Maximiliano I. percarus: Fideliſſimum quoque eo tempore habuit Paraſtatam Concionatorem ſc. *Joh. Creuzerum*, qui ambo dies noctesque ſtudioſe operam dederunt, Deo populum ſanctum ipſique placentem ſiſtere. Hic autem *Kayſerbergius* Librum conſcripſit, *Formica* inſcriptum, qui poſt mortem Ejus prodiit *Argentinæ 1517.* atque adhuc dum in celeberrima illa Bibliotheca Guelferbytana aſſervatur, in quo *fol. 21. ſeqq.* ſequens diſtichon legitur: Quicquid agit mundus Monachus vult eſſe Secundus. Et de Religioſis viris ibidem ita ſcribit: *Es ſollen Cloſter-Leute andere Menſchen ſaltzen mit guten Lehren und Exempeln; Aber Sie ſind warlich* Saltz. *Superbi*, *Avari*, *Luxurioſi*. Die erſten drey Buchſtaben machen *Sal*, daſs ſind Sie, mit Sünd alſo verſaltzen mit den Dreyen Stücken, mit *Hoffart* mit *Geitz*, mit *Unkeuſchheit*, daſs man ihnen nicht mehr kan zu Hülffe kommen. Hæc ille. Hoc etiam anno *Academia Hafnienſis in Dania* a CHRISTIANO I. Rege Daniæ fundari cœpta: a JOHANNE I. ejus Filio, auctoritate *Sixti* IV. introducta: ſed bello collapſa anno 1535. a CHRISTIANO III. accerſito Witteberga D. *Joh. Bugenhagio* inſtaurata; & tandem a FRIDERICO II. ejus Filio multis reditibus aucta fuit. Vid *Vindingii Regia Acad. Hafnienſ.* Sed addimus adhuc hujus decennii ultimos Rectores Acad. Rotzſtoch. quorum æſtivus fuit anno hoc CIↃCCCCLXXIX. die 21. Apr. CXX. Conr. Schezel. electus jam tertia vice, M. CONRADUS SCHEZEL, S. Theol. Baccal. formatus, & inſcripſit CXIX. poſt quem hybernus Rector jam ſeptima vice die S. Galli proclamatus fuit M. HENRICUS SCHONE, S. Theol. D. & Prof. qui tantum LXXXI. nomina inſcriptorum annotavit: Hic etiam annus nobis quoque in Memoriam revocat injuſtæ damnationis M. *Johannis Weſſelii* Grieningenſis, Theolog. D. & Concionatoris Wormatiæ, qui, invitus quidem, ne iterum excommunicaretur & Epiſcopatu ſuo privaretur, a *Diethero*, Archi-Epiſcopo Moguntino iterum reelecto, ad revocationem ſuorum dogmatum pertractus fuit, & Libri ejus igni concremati ſunt ipſe autem *Weſſelius* ad peccata ſua luenda (ita exiſtimabant impii & injuſti Damnatores cum Papa) in Auguſtinianorum Monaſterium detruſus eſt, ubi mœrore obiit, uti ſuo loco dicemus. Scriptor interim, qui hiſtoriam condemnationis D. *Joh. Weſſelii* conſcripſit, narrat, eam condemnationem vehementer diſplicuiſſe duobus doctiſſimis Theologis, qui delegati Brunſuigo & Argentina ad inquiſitionem *Weſſelii* graviſſimam Wormatiam miſſi *M. Engelmo* de Brunſvig, & *Johanni Kayſersbergio*. Et *Engelmus* in primis partes *Weſſelii* geſſit, eumque ab accuſatione liberavit, affirmans, *plerosque ejus articulos defendi poſſe, & tantum invidia* Monachorum oppreſſum fuiſſe judicavit. Erat namque *Engelmus* doctiſſimus, ſincerus ac celeberrimus ſuo tempore Theologus. Cetera de *Weſſelio* ad annum ejus emortualem adducemus. Hoc quoque anno ſecundum *Illuſtr. Dn. de Puffendorf in der continuirten Einleitung zur Hiſtorie p. 226.* ab Archiepiſcopo Upſalienſi *Jacobo*, Academia Upſaliæ conſenſu Pontificis fundata, licet priora illius auſpicia jam ad Seculi XIV. initia refereat *Johann. Schefferus in Chron. de Archi-Epiſcopis Upſal. p. 128.*

§. 51. Sequitur annus CIↃCCCCLXXX. cujus die 21. Apr. ſecunda nunc vice Rector Acad. Rotzſtoch. iterum electus eſt M. JOHANNES LESSMANN; S. Theol. Baccal. & Prof. & inſcriptorum numeravit XCVI. cui dein die S. Galli ſucceſſor datus eſt M. LUBERTUS SEDELER, LL. Lic. & Prof. a quo tantum LIIX. inſcripti ſunt, & inter hos etiam D. *Johann Milke*, Juris Prof. ordinarius in Academia vocatus. Hoc anno Cal. Septembr. mortuus eſt *Udalricus* Comes Würtemberg. & Montispel. cognom. *bene amatus*, quem *Nauel. l. c. p. 1103.* inter alia ita laudat: *Vir fuit beneficentia & placabilitate inſignis, adeo humanus, affabilis, pius & clemens, ut unice diligeretur ab omnibus; ſtatum tenuit honorificum, cujus curia nobilibus & bonis Viris erat repleta; in converſatione erat apertus, comitateque jucundus, in quo nihil fucatum, nihil ſubdolum, ut raro locum ſuæ ditionis ingreſſus fuerit, in quo clementiæ ſuæ aut largitatis ſigna non reliquerit. Unde factum eſt, quod in omni loco, in quem venturus erat, expectabatur cum gaudio: Advenienſ vero venerabatur, invocabatur, ut parens, revereberatur ut Dominus, quem non tam ſupra ſe, quam pro ſe eſſe ſciebant. Et quia viderunt eum religionem colere, ut qui haud aliter quam quisque privatus frequentabat Eccleſias, divinis libenter intererat, ſermones Verbi Dei ſedulo audiebat, judicabant eum Principem eſſe Catholicum & Deum habentem propitium, perſuaſum erat omnibus, ut de illius veluti de propria ſalute curarent. Sæpe incedebat ſolus, quia timere non habuit, innocentia comitatus, delectabatur apprime venationibus, majorem tamen voluptatem viſus eſt habere, quoties de venatu captis aliquos potuit participes facere. Superſedeo dicere plura quæ vidi & audivi, ne videar oleum velle vendere. Sed qui novit hominem, ſcit me adulatum non eſſe. Vitia aliqua habuit, verum humana, in quot men vehementer reprehendi meruit, quod multa pœnitenda, ſuorum ſano conſilio præterito, admiſit. Erat incircumſpectior, quam tanto Principi conveniebat, ad futura; Unde facile ab his, quos ſibi putabat amicos, ſub colore utilitatis alicujus aut gloriæ conſequendæ implicabatur, e quo ſe poſtea explicare non potuit, erat enim tenax promiſſi. Sane tria illa bella publica quæ geſſit ærarium ejus ita exhauſerunt, ut ære alieno preſſus contra genium ſuum ſeverior, & ad rem attentior poſtea fuerit, quodſi bella non geſtaſſet, inter feliciſſimos Principes connumerandus eſſet.* Hæc & alia plura CXXII. Joh. Leſſmann. CXXIII. Lubertus Sedeler.

Naucler. l. c. Nos interim adhuc Rectores Acad. Rotzstoch. anni sequentis CIↃCCCCLXXXI. annotamus, cujus æstivalis die Tiburt. Rector electus est M. HENRICUS MORIN Decret. D. & Prof. inscripsitque CXI. Hybernalis autem die Galli successit, jam octies Rector M. HENRICUS SCHONE S. Theol. D. & Prof. qui tantum Academicos fecit LIX. Hoc anno die 3. Maji obiit *Mahometh* II. Turcarum Rex IX. & I. Eorum Imperator, totius Regni Græciæ Domitor, cujus vitam pluribus descripsit *Vasco di Stanco Libro peculiari de Rebus Turcicis* olim conscripto, sed a *Müllero* postea in Germanicam Linguam transverso editoque Frf anno 1563. in *fol. part. II. a cap. I. ad IV.* cujus etiam vitam his versibus absolvit Illustr. D. *Zieglerus im tæglichen Schauplatz der Zeit ad diem 3. Majii. p. 501.* (gang,

Hier ruht der Christen Pest, der Griechen Unter-
Der halb Europam fast, gantz Asien bezwang,
Doch als der tolle Hund am meisten wollte rasen,
So mußt er seinen Geist mit Weh und Ach ausblasen.

CXXIV. Henr. Morinus

CXXV Henr. Schone.

§. 52. Redimus ad Rectores nostros Rozstoch. qui anno CIↃCCCCLXXXII. Sceptra Academica tenuerunt. Et æstivus quidem die 23. Apr. proclamatus Rector fuit M. JOHANNES MILKE Decret. D. & Prof. qui in matricula Academica tunc consignavit CXIII. inter quos extitit *Nicolaus Lave*, Stetinensis, qui postea multis annis Academiam gubernavit teste Abavo meo D. *Luca Bacmeistero* in MSto, nec non *Zinzerlingio* in Fastis Rectoralibus Laciburgicis, quo de in *Classe II. JCtorum* dicemus. Hoc tempore etiam Academia Moguntina a Dithero Isenburg. Archi-Episcopo Mogunt. erecta fuit. Hyemalis vero Rector die Galli successit M. ALBERTUS KRANTZ S. Th. Form. & Decret. Baccal. a quo inscripti fuere XCVI. & inter hos *Henricus Bergmeier*, Hamburg. qui postea anno 1510 (secundum *Chytræum*, secundum abavum autem nostrum 1511.) electus est in Episcopum Raceburg. fuitque primus post mutationem habitus ordine XXVII. Hic humili loco in urbe Hamburga natus est, & ex infimarum scribarum loco, sola virtutis & industriæ commendatione ad *Cancellarii munus* apud *Magnum* Ducem Saxo-Lauenb. & inde ad *Episcopi & Principis Imperii fastigium* evectus, Imperatori etiam *Maximiliano I.* ac vicinis Regibus & Principibus propter sapientiam, & in rebus agendis dexteritatem ac judicii rectitudinem & eloquentiam notus & carus: Soli vero Principi *Magno* Patrono ac Domino olim suo invisus fuit, quod Ecclesiæ ac Collegii Jura & prædia adversus illum jure meritoque tueretur, & ob direpta Episcopi prædia, & vi extortam ab Episcopo Juris sui renunciationem Pontificis diras, & postea etiam Tribunalis Cæsarei præscriptionem in eum concitasset, testante *Chytræo in Chron. Saxon. Lib. VI. p. 194.* Quomodo autem *Dissensiones illæ ac lites de libertatibus ac Juribus Collegii & Servitutibus, quas prædiis Ecclesiasticis, exigendo contributiones & hospitii sumtus, Dux imponebat*, tandem per Commissarium Pontificis *Johannem* Episcopum Lubicensem, adhibitis *Henrico* & *Alberto* Ducibus Mecklenb. & Archiepiscopi Bremensis ac Ducis Luneburg. Consiliariis, feliciter composita fuerit an. 1519. die 26. Octobr. ita ut & *Magnus* Dux absolutionem corrumpens iterum impetraverit, atque ab excommunicatione & maledictione sua in quartam generationem liberatus fuerit, &c. de iis pluribus videre est idem *Chytræus loc. c. Lib. VII. p. 221. 22. & 23.* Tandem hic Episcopus Raceburg. *Henricus*, cum multorum Regum ac Principum Legatis de *Christierni* Exulis Daniæ Regis restitutione frustra quamvis Lubicæ tractantibus, mense Majo, anni 1524. simul adesset, atque aliquando cum *Alberto* Duce Megapol. coenaret, noster *Henricus* in hospitium rediens, paralysi sinistri Lateris subito correptus fuit, totamque æstatem decumbens, die postea 2. Octobr. eod. anno Lubicæ decessit, & d. 11. Octobr. Schonbergæ conditus est, postquam Episcopatui suo per XIV. a. cum laude præfuisset. Hoc quoque anno (quod testatur noster abavus D. *Lucas Bacmeisterus* seu in *programmat.* quodam *funebri an. 1563. die 20. Dec. affixo*) cum Rectore *Cranzio*, in Urbis Rozstoch. Academia familiariter vixit *Hemmingus Gaddi* Eques S. Nobilis Ostogothus, qui propter ingenium excellens & eloquentiam admirandam, *Stenonis Sturii* an. 1471. a Carolo Rege per Testamentum constituti, (erat siquidem *Gustavi* Filius ex *Caroli* Regis Sorore *Brigitta* natus Gryphisholmiæ) Regni Sueciæ Gubernatoris ac Defensoris fortissimi contra *Christiani I.* ejusque Filii *Johannis I.* Daniæ Regum tyrannicam oppressionem, anno 1490 *Legatus* missus est Romam ad Papam, ut *Stenonem* iterum a Banno liberaret. Cumque *Gadde*, non arte solum sed & Marte valeret, fidelissimus semper *Stenonis* socius & commilito fuit, cum quo, *Bengt Kyning*, & aliis multis, an. 1501. coram Stockholmia a Rege *Johanne I.* Daniæ non solum sed & Sueciæ Rege, exactissimam & inviolabilem *Pacti Calmarienses* conservationem postularunt: Ast cum illi propterea a Rege eluderentur, postulata sua admodum justa, quæque etiam juramento confirmaverat Rex, armis conservare anniſi sunt, eod. adhuc anno Regi bellum indixerunt, multis moti rationibus, adductis ab Illustr. Dn. de *Pufendorff in der continuirten Einleitung zu der Historie der vornehmsten Reiche und Staaten von Europa. §. 55. p. m. 245. sqq.* juncto *Chytræo in Chron. Saxon. Lib. 5.* statim ab initio *p. 137.* Occuparunt itaque III. Octobr. eod. adhuc anno Stockholmiam, & anno seq. 1502. ejus arcem, in qua per totam hyemem obsessam tenuerant Reginam, quæ ad illius tandem deditionem die 27. Maji coacta, cum suis domesticis liberum accepit reditum in Daniam anno sequenti 1503. quo etiam anno paulo ante nativitatem Christi Joncöpingæ obiit *Steno Sture* Regni hactenus gubernator potentissimus, qui patriam quassatam intestinis dissensionibus & externis bellis, magna felicitate sapientia & moderatione per 33. annos gubernaverat & defenderat. Mortuus autem est haud sine suspicione veneni ipsi in Coena a *Mereta*, vidua *Cnut Alfsons*, nunc autem iterum *Suantoni Sturio Nicolai* (*Suante Nilß Sten Sture*) desponsata, parato. Cum sic *Suanto Nicolai* ineunte anno 1504. Regni hactenus Marescallus, in regni gubernatione successor iterum a Suecis designatus esset, cum eo libertatem patriæ contra injustas Danorum oppressiones fortiter quoque consilio & armis propugnavit

CXXVI. Jo. Milke.

CXXVII. Henr. Bergmeier.

pugnavit noſter *Hemmingus Gadde*, cujus opera virtuteque bellica Urbs Calmaria Danis iterum erepta & Inſula Elandia recuperata fuit; Urbem autem hanc, qui arcem adhuc in ſua poteſtate habebat, ſequenti ſtatim anno iterum ſub poteſtatem ſuam cum redegiſſet Rex Daniæ *Johannes*, Sueci conjunctis cum Lubicenſibus armis anno 1510. cum novem navigiis, quibus *Steno Chriſtiani* & *Hemmingus* noſter *Gaddeus* iterum præerant, & duodecim Lubicenſium navigiis militaribus, Calmarienſem urbem & Arcem iterum recuperaverunt, *Gaddus* autem noſter Lalandiæ & aliis quibusdam Inſulis direptis una cum comite ſuo *Chriſtiani* exeunte Auguſto in Lubicenſium Portum Travenemundam, patriam noſtram pervenit, ipſeque per totam hyemem ibid. ſubſtitit, qui jam ab anno 1505 *Epiſcopus Lincopienſis* in locum *Jacobi* Cardinalis S. Clementis Arborenſis huic Dioeceſi a Papa *Julio II.* præfecti, nunc depoſiti (ſive *Henrici de Vonga*, uti eum vocat Cl. *Mollerus in Hypommemat.* ad *Joh. Scheffer. Sueciam Literatam p. 358.* qui jam circa annum 1500. annuente *Stenone Sturio*, Regni Suetici Gubernatore, ut æri DC. Ducatorum alieno diſſolvendo par eſſet, quod ipſius cauſæ per annos XX. adverſus *Johannem I.* & *Chriſtiernum II.* Daniæ Reges patrocinatus, Romæ contraxerat, hunc Epiſcopatum in compenſationem acceperat; conſtitutus fuerat, non curans nec timens injuſtas propterea in eum ejusque ſocios inſtinctu Regis Daniæ a Papa *Julio II.* excitatas inhibitiones primum, tandemque etiam in illum totiusque Imperii Suecici Proceres evomitas ac detonatas excommunicationis Bullas nonniſi bullatas, cujus atque ejus Anteceſſoris *Alexandri VI.* Papæ, licet hujus initio Mathematicus fuerit ipſo *Meſſenio in Chron. Epiſcoporum Sueciæ p. 64.* teſte, confirmationem obtinere nunquam potuit. Quamvis autem a Papa *Julio*, eo quod uti diximus, *Jacobo* Cardinali S. Clementis Arborenſi, a ſe Dioeceſi huic præfecto, cedere nollet, reditusque annuos Epiſcopatus ipſi ſubtraheret, ao. 1506. Kal. Febr. cum patronis & aſſeclis ſuis propterea excommunicatus eſſet, & ſpreto hoc ſacro fulmine nihilominus dignitatem iſtam ſibi vindicaret; tamen cum tota Diœceſis ſimul cum eo anathematizata eſſet, iſtaque propterea adverſus *Gaddeum* noſtrum inſurgeret, in ejus hinc locum *Guſtavus Trollius* Epiſcopus ſurrogatus eſt. Interea temporis *Suanto Stur*, qui Regnum Sueciæ, externis & internis bellis mirum quantum oppreſſum, maximo cum vitæ ſuæ periculo per octo fere annos rexerat, ſub finem anni 1512. Aroſiæ vitam cum morte commutavit, quem anno ſeq. 1513. die 20. Febr. Alburgæ in Jutia, anno Regni 32. æt. autem LVIII. ſecutus eſt Rex Daniæ *Johannes* I. cui Filius ipſius *Chriſtianus* (*Chriſtiernus* II.) a Senatu Regni ſucceſſor datus eſt: *Sturioni* a. in Suecia poſt longam diſceptationem, Filius ipſius *Steno Stur*, Jun. ita volentibus Senatoribus Regni, Gubernator iterum ſucceſſit; qui cum multa hactenus a *Guſtavo Trollio*, noviter ſimul electo Archi-Epiſcopo Upſalienſi, patriæ illo proditore, omniumque poſtea calamitatum ac crudelitatis a Rege Daniæ Stockholmiæ ſuſceptæ Auctore & ſuaſore, ſuſtinuiſſet, graviſſima ſc. vitæ pericula Regnique pene everſionem, pacem tandem exoptans non bellum, cum *Chriſtierno* Dano de Regno Suecico ipſi tradendo, & quietem hinc tandem ſi poſſet perpetuam Sueciæ ſuæ reddendam, agere incepit; Cujus juſſu ad Regis ſecuritatem ipſi obſides miſit ſex ex Nobilitate præcipua Suecica, quos ipſe nominaverat, delectos in claſſem: *Guſtavum* ſc. *Erici* Filium, mirabili Dei providentia ope Lubicenſium poſtea Regem Sueciæ Auguſtiſſimum, *Laurentium Siggonis*, poſtea Regni Mareſchalcum; *Georgium Siggonis*; *Olaum Ryning*; *Benedictum Nicolai* & noſtrum *Hemmingum Gaddum* Lincopienſem Epiſcopum. Verum hi Viri ſimul ac navem regiam aſcenderunt, contra datam fidem, ex obſidibus ſtatim captivi facti ſunt, confeſtim in Daniam una cum Rege deportati & duriſſima captivitate variis in locis retenti ſunt: Factum hoc anno 1518. Hanc itaque ſuorum inſontem captivitatem ulturi iterum Sueci, Gubernatore ſuo & Ductore *Stenone*, copias Danorum *Ottone Crumpio* Duce ad Weſtgothiæ oppidum Bogeſund occurrunt & anno 1520. die 20. Jan. commiſſo acri & atroci cum Danis proelio, dum primas in acie partes viriliter agit, a Stipatore quodam hoſti proditus *Steno* in glacie prope oppidum tormenti manualis ictu in femore graviter ſauciatus atque in rheda poſitus Stregneniam ex prælio in locum tutiorem delaturus & hinc Stockholmiam verſus vectus, cum non longe ab urbe abeſſet poſtridie Cal. Febr. expiravit, quo Ducis ſui caſu Sueci conterriti & diſſipati, undique a Danis in fugam verſi ſunt. Hinc Sueci tandem capite ſuo & Gubernatore orbato, clementiſſimis *Chriſtierni* Daniæ Regis literis aliisque ejus quamvis non ſervatis, oblatis privilegiis innumeris, moti, unanimiter Regem *Chriſtiernum* receperunt, illique ſe cum toto Regno ſubjugerunt. Et ipſe quidem Rex *Chriſtiernus* initio ſuis verbis & regia dignitate ac honore interpoſita accepta ab Archiepiſcopo *Guſtavo Trollio* etiam Euchariſtia jurejurando promiſit, ſe omnes transactionis articulos (adductos a *Chytræo Lib. IX p. 260.*) omnibus modis inviolatos ſervaturum; cujus rei ut documentum præberet, magnum ruſticorum numerum aliquoties in caſtra vocari curavit, quibus non tantum per alios, verum ipſe quam ſæpiſſime blandiſſimis verbis Regiam Clementiam & benignitatem plus quam paternam (*er wolte ihrer und aller Einwohner von Schweden, nicht ein König ſondern ein Vater ſeyn, Puffendorf. l. c. pag. 268.*) detulit, ac dimiſſos ſale inſuper donavit: Geſta hæc ſunt Upſaliæ eod. anno 1520. die 5. Sept. Deinde etiam literis ſupra modum clementiſſimis omnes Regni Sueciæ Proceres ad Coronationem ſuam die 4. Nov. Stockholmiæ celebrandam vocat & invitat, & *Hemmingum* noſtrum *Gaddum* jam libertate (ut videbatur) iterum donatum cum copiis quibusdam in Finlandiam mittit, qui Aboam, Wiburgum & Raſeburgum etiam imperio iſtius *Chriſtierni* Regis ſubjecit. Verum poſt tres dies Coronationis Stockholmiæ peractis, prodere nunc animum ſuum alienum & plus quam Turcicam tyrannidem erga demortui *Sturonis* cadaver familiam univerſam

ſam omnesque Regni Sueciæ Proceres ac cives fere ſingulos cepit, ex quibus una die 8. Nov. quatuor & nonaginta variis ſupplicii generibus necari juſſit, cujus ſuum crudele & horrendum facinus præter *Chytræum l. c. p. 263. & 64. Pufendorf. l. c. p. 270. ſeqq.* pluribus deſcribit Illuſt. Dn. *Zieglerus Schauplatz der Zeit ad diem 8. Novembr. N. III. p. 1331. ſeqq.* Ita autem non Stockholmiæ ſolum, ſed ſimili etiam ſævitia in Finlandia permultos tam ex Nobilibus quam ex Vulgo, Rex minime *Chriſtianus*, ſed truculentiſſimus Barbarus, capite truncari mandavit, inter quos etiam fuit *Hemmingus Gaddus* noſter optime quamvis de ſe ob felicem Regis juſſu expeditionem in illa provincia ſuſceptam hactenus meritum. Factum hoc eſt anno 1520. M. Decembris in Finlandia. Merito autem ob militiam ſuam hic *Gaddus Epiſopus miles plus ſago quam pedo addictus audit Meſſenio in Chron. Epiſcop. Suec. c. VII.* ſimulque *Virum æterna memoria dignum, oratorem iterum vehementiſſimum & quovis ſcientiarum genere politiſſimum* vocat, *cujus Viri ſcripta recenſet Joh. Schefferus in Suecia literat: p. 15. & 16. adde* etiam *Molleri ad eum hypomnemati p. 358. ſeqq.* Atque hæc quidem de fortiſſimi hujus Equitis Suecici ac per paucos ſaltem annos Epiſcopi etiam Lincopienſis, Viri *ſummi Ingenii, eximiæ eruditionis*, atque *admirandæ eloquentiæ, Hemmingi noſtri Gaddi* totius vitæ ſuæ quamvis laudabiliſſimæ, exitu tamen tragico & commiſeratione digniſſimo, nunc quoque dixiſſe ſufficiant.

§. 53. *Crantzio* an. CIↃCCCCLXXXIII. die 11. Apr in Rectoratu Academiæ Rozſtoch. per æſtatem gerendum ſecunda jam vice iterum ſucceſſit CXXIIX. Lubert. Sedeler. M. LUBERTUS SEDELER, LL. D. & Prof. & inſcripſit XCIX. quo tempore in civitatibus maritimis & præcipue Lubicæ & Hamburgi magna caritas annonæ fuit, nam ditiores mercatores frumentum ad ſe mercati ſunt, & in Hollandiam miſerunt: Unde magna diſcordia & in civitatibus orta eſt, & Hamburgi magna ſeditio fuit. Et ſuperiori quoque anno conjunxerant ſe quidam Latrones & Lubicenſes damno affecerunt, & pecus Mollovienſium abegerunt. Hos poſtea Lubicenſes perſecuti ſunt. & Nobilem quendam nomine *Luſſovium* in ædibus ſuis captivum cœperunt, quod Latrones hoſpitio ſuſcepiſſet, unde magna diſcordia orta eſt, nam Dux Mecklenburg. *Magnus* id pro magna vi in ſua regione facta, habuit, & ideo multi conventus magno ſumtu facti ſunt, & tandem Friburgi res compoſita eſt & *Luſſovius* poſt annum liberatus jurare debuit, ac ſponſores de non ulciſcendo dare coactus eſt. Moritur etiam hoc anno die 30. Aug. *Ludovicus XI.* Rex Galliæ, callidus, malitioſus, ſui arbitrii vindictæ item cupidiſſimus Princeps, qui abjecto jugo Magnatum ac Imperii Procerum diſſipataque qua vi qua etiam aſtutia Liga illorum *la Ligue du bien publiq* dicta, primus, qui *Monarchiæ Gallicæ fundator ac ſtabilitor* fuit. Oſor inſimul literarum adeo maximus exſtitit, ut nollet filium ſuum *Carolum* plus diſcere Latinæ Linguæ, quam illa quinque verba: *Qui neſcit diſſimulare neſcit regnare*, cujus rationem detexit *Laterus Lib. 2. c. 1. conf.* etiam *Genebrardus in Chron.* Mortem valdopere timuit, ut vel nominatam exhorreſceret, propterea etiam miniſtros verbi divini præ ceteris amavit, quia horum precibus vitam longævam a Deo impetrari credebat, Medicum etiam *Jacobum Coterium* moroſum, ſuperbum ac impudentiſſimum virum in aula ſua aluit, dato illi menſtruali ſtipendio decem millia florenorum, cujus autem nec ars ſalutaris nec Eremitæ cujusdam ſingulari quadam pietate ac ſanctimonia vitæ inclareſcentis, preces, nec virginum quarundam Veſtalium convocatarum, ad Deum quotidie pro ſalute animæ & corporis Regis miſſa pia vota, (quibus tamen inhibuit Rex, ne ſimul pro animæ ſed tantum pro ipſius corporis diuturna conſervatione Deum precibus ſollicitarent, (*denn man müſſe Gott und ſeinen Heiligen mit allzu überhäufften Bitten nicht beſchwerlich ſeyn. Sie ſollten nur allein vor ſeinen Leib ſorg fältig ſeyn*) nec virga Aaronis Roma a Papa impetrata; nec denique *Caroli M.* victrix gladius e Coelo, ut credunt, acceptus, Domus, in quam illæ agonizantis Regis vitam ultra 60. annos ulterius producere haud valuere. Sed dicendum iterum de Rectoribus Rozſtoch. ubi poſt Sedelerum die S. Galli eodem adhuc an. & quidem per hyemem Rector Academiæ ſecunda vice iterum ele- CXXIX. Henricus Morin. ctus eſt M. HENRICUS MORIN Decret. D. & Prof. qui LXII. tantum Cives Matricula Academiæ inſeruit, quo jam Rectore die 10. Nov. hora ante mediam noctem XI. Islebii natus Megalander noſter *Lutherus*, quo Luciferum quem Φωσφόρον Græci nominant, multo auguſtiorem & lucidiorem apparuiſſe Mundo, quam ullo vel ante vel poſt tempore, Aſtronomi iſtius temporis annotant. Pater ejus fuit *Johannes Luther*, Metallarius tunc Mansfeldenſis ex pago *Mobren* non procul Smalkaldia ortus, Mater autem *Margareta Lindemannin*, quæ hoc die Mansfeldia mercatum Islebiam iens doloribus puerperii oppreſſa, Filium hunc ſuum eod. adhuc die ut diximus ibidem in lucem edidit, quem poſtridie ejus diei, die quidem S Martini baptizatum *Martinum* quoque ideo dici voluit. Et memorabile eſt, hujus divini Eccleſiæ Reformatoris *Lutheri* nomen & formam jam ante *trecentos & tredecim* annos lapidi cuidam cujusdam Eccleſiæ in Ducatu Carinthiæ inſculptum fuiſſe, de quo audiemus *Theophraſt. Paracelſum in Chron. Carinthiæ* ſic commentantem: FRIDERICUS I. BARBAROSSA *Imperator an. 1170. in Ducatu Carinthiæ ædificavit Templum, cui nomen ad Ingingam. Ut vero de miraculo quodam vobis dicam: Idem* Barbaroſſa Magnus *Templum illud quibusdam ſtatuis decoravit lapideis multifariis. Earum quædam* (Auctore ſine dubio docto quodam & futurorum, ac quod aliquando Eccleſia reformanda foret, haud ignaro, ſcribit *Wolff. lect. memorab. centen. XII. p. 393.*) *repræſentavit Monachum cingulo præcinctum diſcooperto capite, ut Monachus conſuevit eſſe: Supra caput illius autem ſcriptum erat literis majuſculis ſic:* LUTHERUS. *Hoc tamen ex parte injuria tempeſtatum & antiquitatis vix amplius agnoſci poteſt, niſi oculis acute intuearis & diligenter luſtres. Quid vero portentat, conjicere facile eſt cuilibet.* Hæc *Paracelſus*. Ceterum hujus Viri bellicoſi ac Herois incomparabilis, Vitam, cui Chriſtus

amor

amor, Christus timor, omnia Christus, & cui ceu Duci suo, strenue gladio Spiritus militavit, præter *Melanchthonem* & *Matthesium*, quoqe descripserunt *Sleidanus Lib. XVI. & Illustr. Seckendorfius* in *Comment. Apol. Histor. de Lutheranismo* passim, compendiosus autem repræsentatur ab Illustr. Dn. *Zieglero l. sæpius cit. ad diem 18. Febr. p. 156. sqq.* cum clausula sequenti ligata oratione addita:

Hier ruhet Mönch und Held, der Papst und Feind besieget,
Der Rom und Babylon, und Anti-Christ entdecket
Durch den deß Herrn Geist ein Ziel dem Papste stecket,
Er lebet, ob er stirbt, und sieget, wann er lieget.

Tandem totam hujus Divi *Lutheri* personam veramque effigiem, (cum mortuus Isfeldia per urbem Hallensem Wittebergam ad sepulturam suam ibidem in Arcis Templo ipsi ab Electore Saxoniæ paratam duceretur) ex cera sellæ insidens delineatam, Bibliotheca ad forum publica Hallens. Magdeburg. sistit, ubi nos Academiam ibid. celeberrimam anno 1705 invisentes & instructissimam istius librorum supellectilem inspicientes simul quoque invenimus manuque tetigimus.

CXXX. Balth. Jenderick. §. 54. Sequitur annus CIↃCCCCLXXXIV. cujus die 27. Apr. æstivalis Rector Acad. Rotzstoch. proclamatus fuit M. BALTHASAR JENDERICK, Decret. Baccal. qui uno mense Majo LXIIX. in universum CXV. in Academiæ Matriculam retulit in cujus locum die Galli secunda vice per hyemem Rector successit M. HENRICUS VALKE in utroque jure Baccal. a quo inscripti XCIX. idque propter pestem, quæ tunc ubique fere sæviit, præsertim in Ducatu Brunsuicensi. Sequenti anno die 21. Apr CIↃCCCCLXXXV. Rectorem suum Academia Rotzstoch. nona jam vice iterum veneratus est M. HENRICUM SCHONE S. Theol. D. & Prof. & Academiam tunc LVI. studiosis auxit. Huic vero D. SCHONE die 14. Octobr. Rectoratus per hyemem continuatus est, tum exemplo valde raro bis tantum supra anno 1436. & 1440. in Rectoratu D. *Helmoldi de Ulzen* & *Henrici Bekelinii* accidit. Inscripti tunc LXXVI. & inter hos *Bartholdus Möller*, Hamb. qui postea gubernationi Academiæ præfuit, quo de in *Classe I. Theologorum* dicemus. Et tempore pestis aliquantum Rotzstochii, sed in aliis urbibus horribiliter sæviit. Inclaruit etiam eod. anno *Josquinus* Griningensis, qui Discipulus fuit *Agricolæ*, de quo testatur illum sæpe numero cum *Wesselio* Theologo disseruisse & disputasse ut plurimum ex *Epistolis Pauli* de Justificatione hominis Peccatoris coram Deo, ubi ne Jota quidem ullius meriti bonis operibus adscripserint, omnesque ex animo, non sine lacrymis solitos esse detestari Missam, & cætera innumerabilia deplorasse, uti testatur *Wolff. lect. memor. centen. XV. p. 905.*

CXXXI. Henricus Valke.

CXXXII. Henr. Schone.

CXXXIII. id.

§. 55. Cum Dn. *Schonius* Rectoratum annuum deponeret ao. CIↃCCCCLXXXVI. die 21. Apr. secunda vice Rectoratum iterum accepit LIBORIUS MEIER J. U. D. & annotavit LXVI. inscriptorum nomina. Quo anno die 20. Jan. MAXIMILIANUS I. Austriæ Archi-Dux cum Genitore *Friderico* Romanorum Imperatore Francofurtum se contulit, ubi die 16. Febr. ab Imperii Romani Electoribus in Basilica S. Bartholomæi felici auspicio Romanorum Rex electus, & postea die 10. Apr. in civitate Aquensi cum ingenti pompa Corona *Caroli M.* alioque ornatu Norimberga accepto, coronatus fuit. Princeps fuit *Nauclero* teste *l. c. p. 1108.* summa virtute, rei militaris scientia insignis, in quo relucebat justitiæ fervor ac zelus, singularis benignitas atque clementia cum vitæ ac morum observantia, quibus regiis virtutibus ornatus, ex regia Domo nulla ex parte Majorum suorum laudibus inferior evasit. Ipse vitam suam & res gestas peculiari libro rythmice conscripsit. Cujus titulum fecit *Theuerdanck*, estque liber valde curiosus nec ubivis obvius. Eod. denique anno die Galli Rector Academiæ hyemalis electus ARNOLDUS SEGEBERG, LL. D. & Prof. a quo inscripti fuere tantum XXXVI. idque adhuc propter pestem, in primis autem morbum, nondum hactenus satis cognitum, (quamvis jam sub nomine *magnorum Lienum* ap. *Hippocratem* jam occurrat, de qua legi meretur *Ronsseus* de *magn. Lien. Hippocr. celeb.* quondam hujus Academiæ Medicus D. *Mezgerus* Disp. de *Scorbuto*, quibus conferri potest si pl. Disputatio nostra *inaug. Historiam Lienosi* sistens, sub Excell. olim *Camerario* Senior. defensa (nunc autem Germaniæ inferioris & Belgii Populis Endemium, *Scorbutum* dictum, qui plures tunc consumsit homines antequam Hippocratici filii versipellem hunc Protheum satius indagare atque exactius cognoscere potuerint. Hoc etiam anno Romæ obiit *Georgius Trapezuntius*, Cretensis, qui ao. 1396. in lucem editus, *Eugenii* Pontificis temporibus Romam venit, ubi postea *Nicolai V.* Scriba Pontificius factus est. Multa e Græcis transtulit nec pauca ipse Latine composuit. Scripsit etiam Commentariolum, in quo asserebat *Johannem Evangelistam* nondum esse mortuum. *Platoni* iniquior fuit, nec laudem ejus ferre potuit *Aristoteli* contra unice deditus. Ad extremum *Trapezuntius* literarum prorsus oblitus est. De quo *Erasmus* in *Ciceronimo p. 160. G. Trapezuntium*, inquit, *fateor Virum egregie doctum deque re literaria pulcre meritum, qui se ad Ciceronis dictionem effingendam studio composuisse videtur.*

CXXXV. Arn. Segeberg.

§. 56. Anno hoc CIↃCCCCLXXXVII. ultim. Mart. electus, & die Georgii, h. e. 23. Apr publicatus est Rector Academiæ Lubicæ M. ARNOLDUS BODENGEN, hoc siquidem ao. ob erectionem die 14. Jan. Templi Jacobæi in Collegiatam Ecclesiam a Ducibus Megapol. *Magno* & *Balthasare* fratribus Germanis institutam, seditio postridie die Dominica orta est a furente plebe, qua novus Præpositus & Principum quondam Consiliarius *Thomas Rhode*, in putridum lacum ante Mediæ Lunæ Collegium & balneatorum plateam descendentem protrusus & moltorum ictuum turba misere tandem est confectus. Decanum quoque novum *Henricum Penze*, Virum grandævum & Principis etiam olim Consiliarium ex S. Spiritus xenodochio, inter anus frustra se occultantem, in turrim meretricibus alias dicatam, in custodiam abduxerunt, & Principes ipsi cum Comitatu suo furentis plebis manibus

CXXXVI. Arnoldus Bodengen.

CXXXIV. Liborius Meier.

vix evaſere, uti pluribus *Lib. VII. c. u.* & ultim. de memorabilibus Academiæ & Urbis Rozſtoch. dicemus. Eam autem ob cauſam non ſolum bellum quinquennale inter Duces & urbem exortum, & excommunicationes & variæ aliæ ſententiæ & Cenſuræ Eccleſiaſticæ in dictos oppidanos (vi ſc. literarum Papalium ab *Innocentio* VIII. Papa anno jam 1485. 5 Calend. Decembr. Pontificatus anno primo Romæ, *Johanni Barkentinio*, Epiſcopo Raceburg. tanquam executori hujus Rei, coram daturum, ne templi Cathedralis erectionem ullo modo Principibus inhibeant, ſed potius in omnibus illis obſequantur) promulgatæ. ipſaque urbs Eccleſiaſtico Interdicto ſuppoſita fuit; ſed propterea etiam Profeſſoribus Academiæ *Apoſtolica auctoritate etiam ſub variis & formidabilibus* (uti verba habent *Bullæ* Papalis *Academiæ de non amplius emigrando ex Urbe*, vel *aliunde etiam transferre Academiam quocunque velint* eod. hoc anno de die 13. Apr. Roma transmiſſæ atque in Appendice *L. I.* ad *cap. 3. ſſ. 5. Lit. O.* ſupra jam inſertæ) poenis & cenſuris mandatum fuit, *ne ulterius in Univerſitate* (Rozſtochienſi) *legerent, aut aliquos ſcholaſticos Actus exercerent, & cum iisdem oppidanis non participarent.* Academia itaque Rozſtochienſis Mandatis Apoſtolicis obtemperans ab urbe Rozſtochio non absque magnis incommodis, damnis & detrimentis cum omnibus & ſingulis ſuæ Jurisdictioni ſubjectis ad Urbium Hanſeaticarum ac Wandalicarum caput *Lubicam* ſe contulit, ubi abs Magnifico Urbis Senatu & populo ſummo honore ac gaudio excepta, maximisque tunc favoribus æviternum commemorandis, affecta fuit. Evadere namque ſimul Academici tumultus tunc Civium in Urbe Rozſtock geſtiebant, qua de re *Cranzius*, illorum, quæ acciderunt, oculatus ſimul teſtis, ita ſcribit *Lib. XIV. Wandal. c. XIV. Univerſitas Doctorum, Magiſtrorum & Scholarium aliquandiu ſe ab oppido retraxit, dum obſideretur, dumque ibi militares verſarentur, ſed poſtea cum res in treugis eſſet, locum ſuum repetentes, redierunt.* Atque hæc quidem ratio fuit, cur tam ſero, & quidem Lubicæ Dn. *Bodenſen* Rector Academiæ proclamatus fuerit, in quo etiam ſuo æſtivali regimine etiam IV. tantum in Matricula Academiæ tunc conſignati ſunt. Continuatus autem BODENSENIO Rectoratus ſuus per hyemem a die Dionyſii Lubicæ fuit, ita ut per integrum annum & ultra manſerit Rector; inſcripti tunc ab eo XL.

CXXXVII. idem.

§. 57. Anno ſequenti CIↃCCCCLXXXIIX. Electio novi Rectoris Academiæ (cum reditum in patriam ad veteres Muſas Varniacas hactenus fruſtra ſperarent Academici) a tempore ordinario S. Galli die, in 5. diem Nov. adeoque per tres fere ſeptimanas protracta & dilata fuit, quo nep. die Lubicæ per hyemem Rector electus & publicatus fuit LAMBERTUS VRYLING Med. D. & Prof. qui tantum VIII. inſcripſit. Hoc & jam ſuperiori anno fuerunt Hanſeaticæ Civitates Lubicæ congregatæ, & præſertim *de diſtributione pecuniæ collectæ Londini in Anglia ad compenſandum dammum, quod tempore belli paſſæ fuerunt, egerunt.* Miſit quoque tunc Cæſar *Maximilianus* Legatum ſuum huc ad Hanſeaticas Civitates de Emporio Bruggii anno 1262. primum inſtituto, iterum erigendo, quod labefactari ac everti hoc anno rurſum coeperat, & civitates quidem id uno ore decreverunt, ſed Flemmingii id non ſervarunt, nam Cæſarem *Maximilianum* ipſum ceperunt, & captum tenuerunt, qui tamen juramento dato de non vindicando, liber iterum factus eſt, eod. adhuc anno. Sed hanc ignominiam filio ſuo exhibitam, bello ulturus parens ipſius, *Fridericus Cæſar*, in quo Bruggenſium portus obſtructus, & Emporium ibidem Hanſeaticum Antwerpiam translatum eſt.

CXXXIIX. Lamb. Vryling.

§. 58. Conſiderabimus nunc an. CIↃCCCCLXXXIX. Academiæ Rozſtoch. Rectores adhuc Lubicæ creatos, quorum æſtivus die Tiburtii proclamatus fuit M. JOH. BERGMAN SS. Th. LL. Baccal. & LXVI. tunc Matriculæ Academicæ inſeruit. Hunc die Galli excepit Rector hyemalis, ſecunda jam vice, M. BALTHASAR JENDERICK, Decret. Baccal. à quo L. inſcripti ſunt. Hoc anno defuncto Epiſcopo *Alberto Krummendick* paulo ante Martini Feſtum, 24. Epiſcopus iterum electus eſt Dn. *Thomas Grote*, qui nihil effecit, nec in conſpectum populi venit, ideoque ille *Hüdewinckell* vocatus eſt, nec diu etiam vixit, ibid. antea Canonicus. Poſtea vero electus eſt Epiſcopus an. 1500. *Theodorus Arndes* Hamburgi natus, de quo tamen nihil memorabile occurrit, niſi quod *Friderico* Holſatiæ Duci, Feudum Ducatus Holſatiæ ſolenni ritu Chiloniæ in foro, Imperii nomine contulerit. Floruit & *Nicaſius* quidam Werdæ Brabantiæ natus cœcus, qui ea dexteritate literas addidicerat, ut Lovanii primum hoc ao. *Magiſter* declaratus ſit *Liberalium Artium*; poſtea ex Papæ poteſtate *Sacerdos* & *Licentiatus Theologiæ*, tandem Coloniæ ab Univerſitate *Jurisprudentiæ Pontificiæ* ſ. quod idem eſt *Juris Canonici* vel *Decretalium Doctor, & Profeſſor* conſtitutus eſt. Docuit a. diu cœcus in Scholis & Eccleſiis cum maxima auditorum admiratione, qui in hac Profeſſione tam exquiſitus fuit, ut memoria tenens univerſum Corpus Canonicum, id ordine recitare atque allegare ad miraculum usque ſcite & ingenioſe potuerit, unde ubique illius nomen inclaruit. Hic quoque annus nobis in memoriam recurrit tempus emortuale *Johannis Weſſelii* Gansfortii. Gröningenſis, alias *Baſilius* dicti, qui natus eſt anno 1419. quem nonnulli ob ſummam ejus eruditionem *Lucem Mundi*, alii, quia in omnibus fere Pontifici S. Romanæ Eccleſiæ contradicebat, *Magiſtrum contradictionum* appellarunt. Trium autem Linguarum Græcæ, Latinæ, & Hebraicæ peritiſſimus fuit, cumque aliquando a *Sixto* IV. Pontifice beneficium petere juberetur, *Græca & Hebraica Biblia ſibi e Vaticana Bibliotheca dari* petiit. Mirante Pontifice & dicente: *Stulte, quare non petis Epiſcopatum aut ſimile quidpiam?* Reſpondebat *Weſſelius: Quia iis non indigeo. Ariſtotelem* inſuper *Platoni* longe antepoſuit. Venit aliquando celebris Doctor Pariſienſis Adwerdiam, & præſente *Weſſelio* in menſa multa interrogare cœpit. Hic autem nihil reſpondit, quare credidit Pariſinus Doctor, nihil illum intelligere, quod non reſponderet. Verum finito prandio dixit *Weſſelius: Nunc ſi placet oppone.* Oppoſuit

CXXXIX. Jo. Bergmann.

CXL. Albert. Jenderick.

fuit ille multa, & noſter talia illi dedit reſponſa, ut Doctor ille de Menſa deſiliret, & abjecto bireto ſuo, genibusque procumbens, admirabundus diceret: *Aut Tu alter es Alanus* (qui de *Inſulis* vel *Inſulanus* dictus, *Teutonicus* fuit, & anno Chriſti 1294. obiit, atque ob omnium diſciplinarum notitiam *Doctoris Univerſalis* titulum promeruit. Eum dormientem omnium mortalium quamvis deformiſſimum, *Margaretha* Galliæ Regis *Ludovici* XI. Conjux ſuauiſſime oſculata eſt teſtante *Belleforeſto*, nec non *Swert. in Athen. Belgiæ p. 111.*) aut *Angelus de Cœlo, aut aliud, quod dicere nolo: Benedictus Deus! non ſum fraudatus deſiderio meo; non fruſtra Te quæſivi.* Ceterum in Religione Pontificia multa improbavit ſcriptis & ore, quæ adducit *Wolff. lection. memorab. Centen. XV. p. 874.* & 75. propter quod graviſſimam inquiſitionem ab impiis Monachis mandato Papæ ſuſtinere coactus fuit, in qua, ut ſupra jam diximus, injuſte damnatus ab officio ſacro depoſitus, & in Auguſtinianorum Monaſterium detruſus fuit, ubi tandem mœrore obiit hoc anno, atque ita ipſemet ille bonus Vir expertus eſt ſatis, ſicut ante dicere ſolebat, quam *difficile ſit Chriſtianum eſſe.* Scripſit multa, ſed plurima illorum a Monachis exuſta ſunt, nonnulla tamen ignis furorem adhuc evaſerunt, quæ Erfordiæ hodie inveniri poſſunt, ut *tractatus de oratione*, de *Euchariſtiæ Sacramento, purgatorio* & *Indulgentis &c.* & Groningæ poſtea prodierunt 1614. in 4to. Vide præter *Königium* (ex quo vel omnia de *Weſſelio* adducta deſumſimus) in *Bibl. Vet. & Nov. p. 331.* etiam *Lutherum Tom. II. Epiſt. Latin. Olearium in Abaco p. 270.* nec non Auctor *Vitar. Profeſſor. Groningens. p. 12. ſeqq.* cujus ibidem ſequens viſitur Epitaphium:

Pallida WESSELI *ſaxum hoc tegit oſſa Magiſtri,*
Philoſophos inter qui Leo fortis erat.
Illum Lingua triplex, Hebræa, Peliſga, Latina,
Inclyta Doctorum ſcandere pulpta dedit:
Agrippina & Pariſium duo Regna Minervæ,
Senſere Ingenii vimque decuſque ſui:
At Laus una Viro, quia totum ſcibile ſcivit,
Et vitio infectis malleus ipſe fuit:
Arx Friſiæ cineres, Germania tollit honores;
Dic, ferat Omnipotens, Lector amice, animam.

§. 59. Sed addimus adhuc anni CIↃCCCCXC. Rectores quorum die 4. Maji. Rector Academiæ æſtivalis ſecunda jam vice electus & ſequenti die publicatus fuit M. JOHANNES BERGMANN LL. Baccal. qui in Academiæ Matriculam retulit XXIIX. Quem dein die 16. Octobr. iterum ſucceſſit, & 19. ejusdem renunciatus fuit, jam quarta vice Rector, M. ARNOLDUS BODENSEN, & inſcripſit tantum XXII. Hoc tempore inclaruit *Erneſtus* Archi-Epiſcopus Magedeburgenſis, qui tandem 1513. die S. Stephani pie obiit Halis in arce ſua ab ipſo primum anno 1484. cum elegantiſſimo Templo de ſuis ædificari cœpta, pie obiit, cujus cor in ipſo jam dicto Templo Halis aſſervatum, reliqua viſcera cum corpore Magdeburgum delata, quæ ſub Aula in inteſtinorum ſic dicto ſacello, corpus a. in Cathedrali ibidem Templo ejusque delubro ſub turribus in tumulo Orichalco ultra 1500. flor. pretio æſtimato, deliteſcunt, in quo quidem ſequentia marginibus inſculpta leguntur: *Qualiscunque me arte Artificis manus elaboravere, terra tamen terram, & quod* ERNESTI *ex Ducibus Saxoniæ Magdeburgenſis Archi-Præſulis Germaniæ primatis, ac Halberſtadenſis Adminiſtratoris, reliquum eſt, tego. Ipſe me vivus poſuit, & ex ære, ut poſteris pietatis & amoris ſui memoriam relinqueret quam longiſſimam, vixit annis 49 menſe uno, diebus 10. præſedit Eccleſiæ Magdeburgenſi annis 37. menſibus novem diebus duobus, & Halberſtadenſi annis 33. die tertia menſis Auguſti, cujus anima in refrigerio Lucis ac pacis requieſcat. Amen.* Et in Tabula plumbea pectori impoſita ſequentia extant: ERNESTUS *Eccleſiæ Magdeburgenſis Archi-Epiſcopus, Primas Germaniæ & Halberſtadenſis Adminiſtrator, Dux Saxoniæ, Landgravius Thuringiæ, & Marchio Miſniæ anno Domini 1476. ætatis ſuæ anno 12. poſtulatus: Obiit Halis in Arce D. Mauritii die Mercurii 3. Auguſti anno 1513.* De hoc autem Archiepiſcopo præter *Pomarium in continuat. Chronic. vet. Saxon. p. 555.* etiam *D. Clemens Schaw* hujus tum Archi-Epiſcopi Capellanus, poſt autem Eccleſiæ Islebienſis Diaconus atteſtatur, *ſe aſſitiſſe Ei una cum duobus Franciſcanis, in Solinis morienti quorum alter ad Archiepiſcopum* dixerit: Eſto bono animo inclyte Princeps: nos omnia non tantum noſtra ſed & totius Minoritarum ordinis bona opera tuæ celſitudini communicabimus: Non eſt dubium, quin illis acceptis coram Dei conſiſtas Tribunali juſtus & beatus. *Reſpondiſſe vero Archi-Epiſcopum: Nein ich trauwe nicht ich begehre eure Werck nirgend zu: Meines Herrn und Heylandes Jeſu Chriſti Werck müſſens allein thun, darauf verlaße ich mich.* Quibus dictis pie & placide in Chriſto obiit. Fuit alioquin & in Politica gubernatione juſtus & frugi ac non dilapidator redituum & vexator miſerorum. Hoc quoque anno *Flavius Melfenſis* in Regno Neapolitano reperit aciculam ſive Indicem, ſive Boſſulum Marinum, cujus cuſpis Magnete tingitur, ut perpetuo proſpectet ad aquilonarem Polum polaremque Stellam, & doceat, quo in loco verſeris in mari, & quo ſit flectendum. Præſtans hoc & neceſſarium inventum Deus Novi Orbis apertioni præmiſſit, ſine quo navigatio illa fieri haud potuiſſet, quæ biennio poſt ſuſcepta fuit de quo ſuo loco. Hoc etiam ao. hic Tubingæ inclaruit, literas humaniores ac poëſin docuit *Henricus Bebelius*, Juſtingenſis, qui inter alia *Librum* de *potentia & amplitudine Imperii Germanici*, de *Imperatoris & Imperii Germanici præ aliis excellentia* compoſuit. Uterque *Liber Vol. I. Script. German. Simonis Schardii* inſertus eſt. Ejus tempore tanta adhuc Linguæ Græcæ apud nonullos ignorantia erat, ut multi neſcierint: Eleiſon (ἐλέησον) trium an quatuor Syllabarum eſſet, qua de re ipſe *Bebelius Johannem Capnionem* per literas conſulere non erubuit. Vid. *Zeill p. 2. & p. 11. de Script. hiſtor.* Scripſit etiam *triumphum Veneris* Carmine. *Eod. quoque anno die 12. Menſis Jul. tempeſtas ingens prius inaudita,* (ſecundum *Nauclerum l. c. p. 1109.*) *in urbe Conſtantinopolitana admodum deſæviit. Superiorum enim trium ſiderum ignes, qui decidui ad terras, fulminum nomen habent, contago*

CXLI. Joh. Bergmann.

CXLII. Arn. Bodenſen.

tagio nimii humoris hoc modo in eam regionem delapsi sunt: primo ingentia tonitrua audita, exin fulmina ardentia visa, & longiore tractu fulgetra, octingentos domos ignis rerum edax consumsit, & hominum tria millia, ut nec lignum nec forma ædificiorum remanserit, columnæ antiquæ, imaginem CONSTANTINI *habentis, partem ejecit.*

§. 60. Properamus nunc ad ultimum seculi XV. Decennium, eorumque qui adhuc restant Academiæ Rozstoch. Rectores considerabimus. Anno itaque CIↃCCCCXCI. facta legitima die 20. Apr. electione, die ejusd. 26 secunda jam vice Rector Academiæ publicatus est D. ARNOLDUS SEGEBERG, LL. D. & Prof. a quo XCV. inscripti sunt, & inter hos *Johannes Tegeler* Canonicus Suerinensis & Cancellarius Principum Megapol. *Magni II.* & *Balthasaris* Decanusque ordine II. Collegiatæ Ecclesiæ ad S. Jacobum. *Segebergum* autem per hyemem insecutus est Rector die S. Galli M. JOHANNES EBERBACH, Med. D. & Prof. & inscripti sunt LXXVI. Quo anno magnus fuit conventus Antwerpiæ inter Britannos & Hanseaticas civitates, sed nihil actum vel decretum est, nam Britanni omne damnum, quod a Danis in mari passi fuerant, Civitatibus voluerunt adscribere, ac dixerunt: *Occulta Civitatum conspiratione per Danos id fieri.* Et sic civitates per suspicionem multis incommodis affectæ sunt, Urbique Lubicæ tunc contigit secundum proverbium quod dici solet: *Aliquid mali propter vicinum malum.* Floruit etiam hoc tempore *Johannes Rota*, Vratislavienſis, de quo *annales Silesiæ* attestantur, Episcopum illum in patria fuisse, atque in tota Silesia emendasse & aboleviſſe multos superfluos & impios ritus in Ecclesia, templis & processionibus; cantum etiam nimium abstulit. Eo quoque tempore *Alexander Hegius*, Daventriensis, & *Rudolphus Agricola* taxarunt abusus in Religione, ut hic quidem, Ecclesiæ tenebras deploraverit ac profanationem in Missis, & coelibatum reprehenderit.

CXLIII. Arn. Segeberg.

CXLIV. Jo Eberbach.

§. 61. Anno CIↃCCCCXCII. postquam Lubeca Roztochium iterum remigrarunt Ademici, die 28. Apr. electus & die 5. Maji publicatus fuit Rector Academiæ Magnificus M. JACOBUS HORSTMAN, in S. Theol. Baccal. formatus & Prof. ac uno mense Majo inscripti XCVI. in universum CLI. & pecunia pro inscriptione numerata tum fuit 2. Marcæ Sundenses. Quo anno etiam *Bethameor* primas Insulas Fortunatas; Lusitani Hesperides ultra viride Promotorium, sed *Christophorus Columbus* Homo Ligur cum *Amenso vel Vesputio* hos superantes a Rege *Ferdinando* ejusque Conjuge *Elisabetha*, Castilia cum quibusdam navibus ablegati *novas insulas*, *Hispaniolam & Cubam*, & post eum *Ferdinandus Cortheſius* invenit *Mexicanam* & alias, de quibus singularem Librum conscripsit *Verazanius Florentinus*. *Vascus* autem *Nunius* ausus fuit *Isthmum* transcendere. Viri certe omnes maxima laude & admiratione digniſſimi. Hoc etiam anno, ab eodem Hispaniarum Rege *Ferdinando* Granatæ Regnum, quod jam octingentis ferme annis Maurorum Legibus & moribus obtemperabat cum maxima Christiani nominis ignominia, iterum fuit recuperatum,

CXLV. Jac. Horstmann.

& *Meles* Rex Maurus genere & Religione Mahumetanus, annuis proventibus in ultimam Hispaniam longe a Bethica provincia s. quod idem est Granata, relegatus est. De Granatensis autem Regni origine & progressu, evolvi præ ceteris meretur *Cl. Joban. Andr. Bosii notitia Imperii Hispanici Sect. I. c. II. §. 9.* & *Sect. II. c. II. §. 29.* In hoc etiam anno expulsi sunt in Hispania centum & viginti quatuor millia familiarum Judaicarum idque secundum *Naucl. l. c. p. mo.* edicto Regis dato, ne aurum vel gemmas e Regno tollerent, sed commutatione bonorum suorum merces & alias res, utpote pannum, vinum & hujusmodi secundum debitam æstimationem abducere possent, ubi quilibet Judæus transfretando coactus est Regi solvere duos ducatos, promulgatumque quoque fuit, quod si quis Judæus non abiisset in termino eis præfixo, is corpus & bona perderet. Itaque duæ galeæ neglexerunt abire ad constitutum, ideo omnes & singuli venditi sunt, & in servitutem redacti, in itinere vero abeuntium triginta millia pestilentia absumsit. Sed addimus adhuc Rectorem hujus anni hybernalem, cujus electio incidit in 6. diem Octobr. quique jam tertio Rector fuit M. BALTHASAR JENDERICK, Decret. Baccal. & inscripsit tunc LXI.

CXCVI. Balt Jenderick.

§. 62. *Jendericum* anno CIↃCCCCXCIII. in Rectoratu succeſſit jam tertia vice Rector, M. LIBORIUS MEYER, in utroque Jure D. & Prof. qui die 15 Apr electus & 22. ejusd. publicatus fuit, inscriptitque in universum C. quem dein S. Galli die excepit, etiam tertia vice Rector M. ARNOLDUS SEGEBERG, LL D. & Prof. qui in Academiæ Matriculam retulit CIII. & inter hos *Ericum* Ducem Megapol. Filius hic fuit Ducis *Magni*, natus e *Sophia* Filia *Erici*, Sidinorum Ducis, qui a prima sua juventute studiis consecratus, Rozstochium tanquam ad mercaturam bonarum artium a Dn. Parente missus est, in qua Magistratum Scholasticum illum gerere voluit, ut *hoc judicio & exemplo Principis admoniti etiam scholastici* (verba sunt magni Chytræi Chron. Sax. L. I. p. 44.) *magis amandas & colendas esse Reipubl. causa literas, & diligentius obtemperandum, & morum modestia in Principibus amorem erga honestas disciplinas augendum esse cogitarent.* Postea etiam hic Princeps *Ericus* Bononiæ literis operam dedit. Verum hic florentissimus Princeps, ex Comitiis Constantiensibus reversus, fato misero, adolescens adhuc elatus, anno 1505. postridie Idus Januarias, mentagra primum correptus (ut habet *Mareschalcus in Annal. Herul. ac Vandal. Lib. VII. c. X.* & ult.) in phthisin dein lapsus, ingenio prudentiaque clarus, & ingenti erga universos comitate, cujus quoque sepulcro idem Mareschalcus addidit Epitaphium sequens:

CXCVII. Liborius Meyer.

Me Juvenem diræ crudeli funere Parcæ
Abstulerunt, tantum sunt morbi talia curæ
Nam neq; quod dulces per Romula rura Camoenas
Quæsci profuerat, nec quæ sine fine religi
Pompilii veneranda Numæ monumenta, nec illa
Quæ sunt innumeris civilia jura rubricis
Prodita, nec mille qui me manserе triumphi.
Eheu qui demens Coelestia Numina lusi.

Quem

Quem non Religio, Genitor quam vovit uterque,
Sed neque Sacrorum fasces potuere repositi
Ducere, prob turba male persuadente sinistra,
At quid fera queror? manes causantis egenis
Altitono præstat votis placare secundis.

Mortuus quoque est hoc anno die 29. Aug. *Fridericus III.* Imperator, quo nullus a *Cæsare Augusto Octaviano* Romani Imperii Sceptra diutius tenuit, nam LIII. annis mensibus 5. imperavit. Natus anno 1415. die 21. Sept. Patre *Ernesto*, qui primum Archi - Dux Austriæ vocari voluit, matre autem *Cimburga* vel *Kimburg*, Principissa Massovienſi, tantæ quidem & vix credibilis fortitudinis, ut uno digito clavum parieti figere, & nucem avellanam effringere voluerit. *Alberto* Rege Rom. defuncto, ob singularem quam habuit corporis pulcritudinem & proceritatem, anno 1440. communi voto Cæsar electus est, Coronamque Regni Germanici ap. Aquensem civitatem summo honore susceptt Romæ a Papa cum Conjuge sua *Barbara* coronatus, juramentum Romanis Regibus hactenus insolitum præstare Pontifici debuit sequens: *Ego* Fridericus *Rex Romanorum, adjuvante Deo futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atque juro Deo & beato Petro: me de cetero Protectorem & Defensorem fore Summi Pontificis & S. Romanæ Ecclesiæ* in omnibus necessitatibus: ejus custodiendo & conservando possessiones, honores & jura, ac jus quantum divino fultus adjutorio fuero, secundum scire & posse meum, recta & pura fide: *Sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia*; testante *Henrico Mutio Lib. 29. de Rit. Rom. Eccles.* Quamquam autem hic Princeps Latinæ Linguæ callentissimus erat, osor tamen fuit artis oratoriæ & poëseos. Ceterum fuerunt in eo secundum *Aeneam Sylvium* multa laude digna, animus sedatus & tranquillus, ingenium perspicax, memoria tenacior, religionis zelus, ingens cupiditas pacis & otii, singularem virtutem in quovis homine diligebat, dignam præmio ducebat, ædificavit splendide, hortos tamen, herbas & gemmas plus æquo, atque ut Cæsarem decet, admirabatur, & in rebus gerendis tardior ac remissior visus fuit. Tenacem plerique accusaverunt & ad rem nimis intentum. S. Biblia, sicuti *Alphonsus* Rex Arragoniæ fecit, XIV. vicibus legit ac relegit nec sua profudit, nec aliena diripiebat, verbis insuper & factis temperans habitus, circa cultum corporis & victum, nec parcus nec sumtuosus fuit, vini vero parcissimus, quo extra Coenam rarissime est usus, in Coena vero levissimum bibit, & id aqua perdomitum. *Leonoræ Augustæ*, refert *Aeneas Sylvius*, quæ paterna in domo nunquam Vinum gustasset, suadebant Medici, in Germania Regione frigida, si Mater fieri vellet, Vinum biberet: quod cum accepisset FRIDERICUS, *Abi*, inquit, *Aenea, atque Imperatrici dicito, sterilem me conjugem quam vinosam malle: proinde me si amat, vinum oderit*, ad hæc *Eleonora* libenter paruit. *Injustos* ac *impios Advocatos* odio plus quam Vatiniano semper prosecutus est, quos nullibi servari voluit, esse enim *Foederatores juris & æquitatis* dixit. Refert idem *Sylvius*, nunquam Cæsarem hunc jurasse, nisi cum in civitate Aquensi ap. Belgas, & cum Romæ coronatus esset, idque juramentum constantissime tenuit, cum enim jurejurando promisisset, quæ bona possideret, ab Imperio se nullatenus alienaturum, & modo hoc modo illud ex eo peteretur, maluit avarus negando, quam concedendo perjurus videri. Tandem hic *Fridericus* Cæsar aliquando interrogatus, quid homini optimum contingere posset, respondisse fertur, *bonus in hac vita exitus*, quod & sibi contigit, nam in bona senectute annos natus LXXIIX. dysenteria obiit, quem morbum sibi ex nimio peporum esu, quibus multum aquæ superbibit, contraxerat.

§. 63. Post *Segebergium* anno CIↃCCCCXCIV. die 15. Apr. electus & 21. publicatus fuit M. JOHANNES KROGER (non *Krogbeer*) qui nomina inscripto-rum collegit CXXI. Hybernalis autem die 27. Sept. electus & die Galli publicatus fuit M. JOACHIMUS PAPEKE, Decret. Lic. a quo inscripti LIII. Hoc anno multi docti Viri obiere: *Hermolaus Barbarus* Venetus & Patriarcha Aquilens. qui a popularibus suis Venetis cum *Mulario* exilio damnati sunt, quod cum Legationem apud Pontifices Roman. obirent, in *Collegium Cardinalium* cooptari se passi fuerunt injussi. *Angelus Politianus* Vir doctissimus atque Orator excellentissimus Florentiæ moritur, quem non multo post ibid. morte insecutus est *Johannes Picus*, Comes *Mirandolanus*, sui certe seculi Miraculum, qui tamen vix triginta duos ætatis annos superaverat, ille peculiari scripto *Hieronymum Savanarolam* contra Papam defendit, & in Apologia aperte fatetur: *Ecclesia non consuevit nec potest damnare quoad animam, sed tantum in Doctrina.* Mysterium, quare Christus Israelitas oves, Apostolos Piscatores, se ipsum autem pastorem missum ad quærendas oves, appellarit, idem in Heptasto explicat. Vixit etiam hoc tempore *Johannes Tisseranus* Monachus Minorita qui *auctor* fuit *ordinis meretricii*, in quem recipiebantur publicæ meretrices effoetæ, quæ Veneri inservire amplius non possent. Egregius certe & sacer ordo si Diis placet, quem hic Religiosus instituit. Ejusdem etiam farinæ homo fuit, qui sub Pontifice *Alexandro VI.* his temporibus vixisse fertur *Petrus Mendoza* Hispanus, Cardinalis Valentinienſis dictus: Is non Meretricum agmine, ac sub Rege *Ferdinando*, Regina ipsa satiatus, petiit atque obtinuit ab eod. Sanctissimo (uti vocari vult Pontifex Romanus) Christi vicario & S. Apostoli Petri successore, ut & suo Filio Notho, Zanetensi Marchione, in Sacro Coelibatu, tanquam amata sponsa uteretur. Talis sc. ut plurimum est Pontificiorum Coelibatus, per totum orbem ob fictam Castitatem sic satis jactatus. Longe melius fuit, sanctiusque vixit hoc quoque anno *Dionysius Ruremontanus*, Carthusianus prior, qui in Libro, quem *speculum Prælatorum* inscripsit præter multa alia utilia, hanc quoque auream atque cuicunque Ecclesiæ Ministro quotidie ruminandam sententiam ibid. reliquit: *Sacerdotes*, ait, *debent esse sine macula, casti, mundi, sine vitiis: bene enim loqui & male vivere nihil aliud est, quam sua voce semet ipsum damnare.* De monstris adhuc addimus, quæ hoc anno in mundum edita sunt; & quidem foemina quædam die 22. Octobr. Cracoviæ in

Jo. L. Joach. Papeke.

Villa ſuburbana, *Nigra* dicta, monſtrum edidit, cætera quidem humana figura, ſed collo & auribus leporinis, & pro ſtomacho uno grandiore inteſtino totum ventrem occupante: diducto longe Rictu ſpirans: Nec non paulo ante hæc quædam mulier Cracoviæ in vico ad Spir. S. enixa eſt in lucem infantem mortuum & ſerpentem vivum, qui infantis dorſum penitus fere depaverat & excaverat. Eod. quoque an. LXXII. Hanſeaticarum civitatum Legati Lubicæ congregati fuerunt.

§. 64. Anni nunc ſequentis CIↃCCCCXCV. Rectores Academiæ conſiderabimus, quorum æſtivalis jam tertia vice Rector, die Tiburtii electus & 28. ejusd. menſ. April. publicatus fuit Rector M. JOHANNES BERGMANN, LL. Bac. qui tantum XLVIII. inſcripſit, idque propter peſtem hoc & ſuperiori an. Rozſtochii graſſantem. Hujus poſtea per hyemem ſucceſſor una animi patrum Academiæ conſcriptorum voto datus eſt die Galli M. GERHARDUS VRIELDE, Theol. D. & Prof. & matriculam Acad. LXXI. auxit. Hoc an. Comitia Imperii publica inſtituit Cæſar *Maximilianus I.* in Vangionum terra & urbe illius *Borbetomago* antiquitus, ſuccedentibus temporibus *Ruſiniana* dicta, quæ autem jam inde ab Hunnorum incurſionibus, non à fabuloſis vermibus, ſed ab efferatis & crudelibus nationibus, Barbarorumque ob agri illius fertilitatem ſæpius reiteratas incurſiones adhuc hodie *Wormatia* audit (vid. *Car. Cluſii deſcript. Galliæ Belgicæ p. 19. ſqq.* nec non *Lehmanni Chron. Spirenſe Lib. I. c. 1. & 2.*) in quibus 1. de Turca reſiſtendo. 2. *Carolo* Regi Galliæ ex Italia expellendo, & tandem 3. Camerali Judicio inſtituendo cum Imperii Germanici Proceribus deliberatum fuit, ad quem Imperii conventum ſolennem *Eberhardus* Comes illuſtris & excelſus Wirtembergiæ & Montispel. *Senior* dictus humaniſſimis literis ab Imperatore (cui chariſſimus erat ob ſapientiam ſummam & quidem ita, ut cum Imperator *Aurei Velleris ſocietatem* præclaram qu. Concilium quoddam heroum, primus inſtitueret, notante *Theod. Snepfio in Orat. de Eberhardo* ap. *Beſoldum l. ſupra c. p. 126.* An. MCCCCXCII. hunc quoque *Eberhardum* Comitem cujus ſapientiam & virtutis præſtantiam in graviſſimis cum eo agitatis Imperii deliberationibus jam ſæpius expertus erat, ut ampliſſimo huic Ordini digniſſimus eſſet, in communitatem illius foederis quoque aſſumſerit, vocatus magna Nobilium comitatu caterva advenit, quum invictiſſimus Rex Romanorum ſumma cum veneratione ſuſcepit, ejusque ſapientiſſimorum conſiliorum illo quoque tempore expertus eſt egregium fructum. Tunc autem potiſſimum ſui etiam cauſa Wormatiam ad Comitia Imperii profectus eſt *Eberhardus*, ut qui paulo ante Ducatus ſui qu. omnia membra in unum a ſe feliciter corpus collectam conjunctionem & unitatem redierat eamque pactionibus quibusdam atque legibus tamquam nervis devincierat, actionum harum ſuarum qu. operibus Cæſar quoque approbationem atque auctoritatem & velut extremam manum adderet, quam & facile tunc non voluntate ſolum ab eo impetravit, ſed inſuper etiam voluit, ut tantus heros inter ſummos Principes numeraretur. *Cognita* enim magis ac magis Comitis *probitate & animi celſitudine* (loquor verbis *Naucleri noſtri p. 1114.*) & quod *Majores ſui plerosque Principes potentia multis temporibus antecelluiſſent, ipſum* (Eberhardum) *motu proprio & ſolenni pompa 21. die menſis Julii ad hoc indicta, ex Comite Ducem* (iisdem in Comitiis) *creavit tituloque* ducali *auctis armis in Wirtemberg & Teck propria manu inſignivit, adhibitis debitis ſolennitatibus & conſuetis, præſentibus totius conventus Principibus habituatis, nec non Regum, Ducum, aliorumque Principum plurimorum, communitatum quoque oratoribus, concionem miniſice decorantibus & propterea precantibus.* Memorabile autem eſt, quod de novi nunc Ducis Virtembergici *Eberhardi* I. ſumma populi ſui erga ipſum benevolentia adducit celeberrim. JCtus Saxonicus *Johann. Schneidewein in orat. de hoc Eberhardo* Duce ap. eund. *Beſold. l. c. p. 89.* Etenim in eo ipſo conventu Wormatienſi, cum Saxoniæ Duces vocaſſent ad Cœnam Duces Bavariæ, Palatinos & ipſum *Eberhardum* noſtrum, ſinguli autem tunc ſuarum regionum ornamenta prædicarent, alii venas metallicas, alii urbes, frumenta, vinum alii, tacitus ſemper *Eberhardus* noſter auditor ſedit. Tandem *Albertus* Saxoniæ Dux, *cur non jubemus*, inquit, *etiam Ducem Wirtembergenſem de ſua patria loqui?* tunc ille modeſte: *Scio*, ait, *veſtras familias potentia, auctoritate & opibus antecellere, nec vobiscum certare poſſum, ſed contentus ſum meo, & ſcio, me Deo gratitudinem debere. At unum hoc prædicare me non ſolum poſſe exiſtimo, ſecurus in medio æſtu in campo, & ſolus in gremio cujuslibet meorum civium dormire poſſum.* Hæc de *Eberhardo.* Eodem fere tempore durante conventu, prope Wormatiam ad dextram Rheni partem in villa *Birſtadt*, mulier quædam monſtrum enixa eſt quarto Idus Septembr. erant enim puellæ corporibus integræ, ſed in vertice frontetenus inſeparabiliter connexæ, & ſe mutuo inſpicientes. Edidiſſe quoque fertur, addit *Naucl. l. c. ap.* Rotvilam oppidum Sueviæ mulierem duos pueros quatuor manus & duo capita habentes, ſed pedes duntaxat duos. Addimus adhuc de Luthero, qui annorum XIV. puer hoc anno Magdeburgenſem Scholam frequentare incepit, & ob nimiam paupertatem victum tunc canendo ante ædes civium quæſivit.

§. 65. Succedit annus CIↃCCCCXCVI. cujus Rector Academiæ æſtivalis die 21. Apr. jam quinta vice conſtitutus eſt M. ARNOLDUS BODENSEN, Theol. Baccal. Numerus ab eo tunc inſcriptorum numeratur XCIII. *Bodenſen* autem Rectoratu depoſito, qui 11. Octobr. per hyemem iterum electus eſt Rector die 18. ejusdem præſentatus eſt M. HEMMINGUS SCHOWARTEN S. Theol. Baccal. perperam a. b. *Zinzerlingio infaſtis Rectoral.* HIERONYMUS dictus, qui tantum in Rectoratu ſuo annotavit LXXXIX. Hoc anno quinto Cal. Maji ad meliora abiit, ſuperiori anno adductus Princeps omnibus numeris abſolutiſſimus EBERHARDUS I. qui quod a multo tempore barbam aleret, *Barbatus* cognomine dictus eſt, primus ille Auctor & fundator Scholæ noſtræ

CLI. Jo. Bergmann.

CLII. Gerh. Vrielde.

CLIII. Arn. Bodenſen.

CLIV. Hemmingus Schowarten.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noſtræ univerſalis ſ. Academiæ Tubingenſis, qui quamvis eſſet puer indolis eximiæ, tamen prohibitus fuit, illi primas literas tradens *Naucle-rus* a Tutoribus Ejus, *ne eum Latinum faceret, ſatis eſſe ducentibus, ſi vernaculam Linguam legere didiciſſet & ſcribere:* idque non quidem improbitate ſed imperitia accidit hominum fortiſſimorum quidem illorum, ſed qui ut Lacedæmonii quondam aut Cretenſes, nihil vel noſſent vel ſpectarent quam bellicam laudem, uti vult cl. *Joach. Camerarius* Orat. de *Eberhardo ap. Beſoldum l. c. p. 97.* Ipſe vero Princeps Vir factus nihil in vita moleſtius tulit neque indignius, & ſæpiſſime auditus eſt, hanc infelicitatem ſuam graviter deplorare, ſapienter addens: *Nemini magis opus eſſe cognitione doctrinæ & linguarum, quam Principi,* ſicuti hoc pluribus recenſet *Chytræus in literis* ad *Erneſtum Wolffgangum Dn. Joh. & Henricum Comites in Stolberg, Puperforth & Wertheim,* datis, quorum avus *Bodo* in Aula avunculi, noſtri *Eberhardi,* erat educatus. Hic autem *Eberhardus* quamvis in juventute ſua luxurioſe ac laſcive vixerit, tamen poſtea ad ſe rediens omnia in melius mutavit, *cæpit reſipiſcere & mores mutare* ut ſcribit *Naucl. l. c. p. 115.* Rediens domum e terra ſancta ſtatim Uxorem duxit Mantuani Principis Filiam natam Matre Germanica. filia Marchionis Brandeburgenſis, quæ ei filiam tantum unicam produxit; & quanquam poſtea non peperit, tamen ſemper cum ea amanter vixit, & affirmabat D. *Wendelinus Steinbach,* Theol. Prof. & Duci familiariſſimus, *fidem & Caſtitatem conjugalem nunquam ab Eo violatam fuiſſe,* ſed uti addit *Naucl. l. c. adeo in alterum mutatus eſt poſtea Virum, ut ſicuti priore ætate nemo illo inſolentior fuit, ita virili toga induta nemo caſtigatior ac ſeverior inventus eſt: Libidines & Luxus priores frugalitate & vitæ gravitate facile compenſavit.* Singulariter quoque in hoc ab eodem laudatur quod *aulicos ſuos rariſſime mutavit, nec niſi longa conſuetudine probatis, conſilia ſua credere voluit.* Et *quia promiſſa ſuis fideliter ſervavit, Viros multa rerum ſuarum experientia ſibi fide & probitate devinctos, circa ſe habuit, qui etſi pauca de gratia expectarent, nemo tamen illum mutare quæſivit. Duo præcipua Principis officia eſſe dixit: Primum adjungere ſe ad Imperatorem & ad Imperii Senatum, & cum his velle tueri patriæ communem ſalutem ut in animantibus ſingula membra toti corpori opem ferre conantur.* Deinde *conſulere & ſaluti ſubditorum.* De morte ejus adhuc addimus quædam ex *Schneidewinii oratione ſupra cit. Cumque ingreſſus eſſet,* inquit, *annum alterum & quinquageſimum, veſica ſauciata a calculo aliquandiu ægrotavit, & morbi ſævitia tandem extinctus eſt* (ſc. *in Arce ſua Tübingen* ipſa die S. Matthiæ quæ fuit ſexto Cal. Martii, hora poſt meridiem circiter quinta). *Sed digna eſt memoria narratio de ejus agone. Triduo viſus eſt ipſe ſecum valde luctari, tantumque certamen fuit, ut loqui non poſſet. Amici tamen interrogant,* an ſumtione corporis Domini confirmari velit? *nutu reſpondit, ſe velle. Cumque reverenter ſumſiſſet, hic tanquam eluctatus ex morte, erexit ſe in lecto, & clara voce Deo gratias egit, remiſſionem omnium peccatorum & donationem ſalutis æternæ propter Filium petivit, & ſe Deo commendavit,* inquiens: Scio Domine Jeſu Chriſte, Fili Dei, Te velle, ut Tibi credamus. Cum igitur hæc tua Vox ſit: *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, ego vos reficiam;* Te invoco, Tibi me commendo, & a Te peto, & expecto ſalutem æternam, & errata mea in gubernatione & alios lapſus mihi remittito. *Poſtea triduo placide cum amicis collocutus eſt, & de quibusdam rebus mandata dedit. Adfuit morienti* Wendelinus Theol. D. *Vir ſanatus, quem audio, hanc hiſtoriam tamquam ſingulare exemplum ſæpe recitare ſolitum eſſe. Videmus autem ſigna Animi vere & a Deo illuſtrati, quare judicandum eſt hanc ejus mortem, vere fuiſſe iter ad cœleſtem Eccleſiam.* Hæc ille. Reliqua de *Eberhardo* illo petantur ex auctoribus ſæpius allegatis, nos interim concludimus verſu *Naucleri* l. c.

Hoc vivo ſtetit hoc cecidit Germania lapſo.

§. 66. Accedimus ad annum CIↃ CCCC XCVII. ubi æſtivalis Rector occurrit, quarta jam vice hoc onere gravatus M. BALTHASAR JENDERIK Decret. Lic. qui 18. Apr. electus, & 21. ejusd. publicatus fuit, a quo in Academiæ matriculam relati ſunt LXVI. cui die S. Galli ſucceſſor datus eſt, quater ſimul ac jam Rector M. LIBORIUS MEYER, J. U. D. & Prof. inſcripſit LVI. inter quos numeratur *Bartholdus Kirchhoff,* patre ejusdem nominis & Cos. ibid. natus, qui poſtea Cos. quoque ut Pater & Avus in patria urbe factus eſt An. 1525. cujus Filii duo (quos ex uxore ſua *Margaretha Kellermanniana* an. 1514. domum ducta, ex VI. Filiis & VII. Filiabus productos præſertim adoleſcere atque inclareſcere vidit) *Lambertus & Laurentius,* iſti Reip. & Academiæ fidelem utilemque operam præſtiterunt, ut ſuo loco dicemus. Fuit primum hic *Kirchhofius,* quia in papatu natus & educatus erat, *Sluteri* purioris Doctrinæ Evangelicæ Rozſtochii Reductoris adverſarius acerrimus; poſtea in vera Evangelii doctrina quoque innutritus, pie & placide Chriſti unici Mundi Redemptoris merito ſolum innixus obiit ao. 1546. Hoc ao. die 16. Febr. Brettæ in inferiori Palatinatu hanc lucem ingreſſus eſt *Philippus Melanchthon,* communis poſtea Germaniæ Præceptor, cujus domus in qua primum ulnis exceptus, ſequentem ſimul ſiſtit Inſcriptionem: *Dei pietate natus eſt in hac domo doctiſſimus Dn.* PHILIPPUS MELANCHTHON *d. 12. Febr. ao.* MCCCCXCVII. teſtante *doctiſſ. Lauterbachio in eruditiſſimo ſuo, de vita, fama & fatis Valerii Herbergeri ſcripto Lib. I. c. 1. §. 2.* Eod. ao. die Veneris poſt exaltationis Crucis feſtum periit navis quædam Lubicenſis, cujus nauta *Gerhardus Avendörp* nominatus eſt, una cum multis aliis navibus, & in navi illa multæ merces fuerunt, & magnus Lubicenſium puerorum ac adoleſcentium numerus, quorum quidam Neugardiæ in Ruſſia per biennium capti fuerunt, & nunc prius liberati, Rivaliæ læti navim aſcenderunt, tale infortunium nullo modo ſperantes. Superiori autem ao. quod jam prætereramus, quædam mulier nomine *Aemilia,* nupſit civi cuidam Ebulano; at poſt duodecimum matrimonii annum mutata eſt in Virum, & de-

CLV. Balth. Jenderik.

CLVI. Libor Meyer.

inceps *Aemilius* dicta fuit, & Viris conversata artes viriles in patria exercuit, uxoremque propriam restituta dote, jussu *Ferdinandi* Siciliarum Regis duxit. Hoc tempore quoque hic Tubingæ inclaruere Theologiæ Professores M. *Johann de Lapide*, Lapidanus, de *Pirre, von Stein* etiam dictus. Monachus Carthusianus Germanus, primum in Academia Parisiensi, dein vero ex eadem in recens ab *Eberhardo Barbato* I. Würtenbergiæ Duce eo evocatus ut & ordinarius Theolog. Professor & Ecclesiæ Collegiatæ S. Georgii & S. Martini Martyrum plebanus esset, Urbemque hanc atque novissimam nostram Academiam tunc anno 1478. ingressus est, Rectore Academiæ hujus II. spectabili Viro & Artium Liberalium Magistro *Conrado Veßler*, in artibus Collegiato, intitulatus (sic enim tunc loquebantur) eodem anno Rectoratum hyemalem in ea gessit, ex qua tamen brevi post Basilæam abiit ad Canonicatum ibid. & officium prædicatoris, tandemque Monachus Carthusianus mortuus est 1494. Hic *doctrinam de realibus*, ex Academia Parisiensi primum Basilæam & dein in hanc nostram Academiam introduxit: *Gabriel* quoque *Biel* Spirensis, Monachus, Caputiatorum primum Concionator ad S. Martinum Moguntiæ, translatus hinc S. Theol. Licent. Würbembergiam in Oppidum Urach Præpositus (cujus simul instinctu Academia hæc plantata fuit) deinde Ordinarius Theol. Professor in hac Academia vocatus, anno 1484. Rectore hyemali (XIV.) *Conrado Bæmlin*, Decano Ecclesiæ Collegiatæ hujus loci, primum inscriptus est, qui dein anno seq. 1486. & 1489. bis Rectorem hic egit. Theologus fuit & sententiarum explanator celeberr. multis editis scriptis illustris, qui in *Missa corpus Christi esse negavit*, in Comment. sup. Canon. Missæ. *Indulgentias* iterum *papales non prodesse animabus purgatorii papistici* multis quidem argumentis primum firmavit, sed *Sixti* IV. & *Innocentii* IIX. Pontificiorum Bullis hac de re visis & auditis metu Romanarum harum bestiarum dementatus retractavit, quæ prius in hac Schola docuerat & scripserat pro negativa ut tradit *Carol. Molin. in Orat. de Theol. Dignit.* Valetudine tandem corporis & annorum numerositate pressus in Ordine *Fratrum de communi vita* vel in *communi viventium* (*der Kappeliens - Mönche*) vitam sudam finiit 1494. teste pluribus *Mosero nostro* celeb. *dec. 1. vitæ Prof. Tubing. Theol. ord. N. 11. ubi etiam N. 1. de Lapidano* agit.

§. 67. Anni præsentis CIↃCCCCXCVIII. Rectores fuerunt, æstivalis quidem die 10. Apr. electus,

CVII. Gerh. Vrielde. & postridie publicatus GERARDUS VRIELDE S. Th. D. & Prof. ordin. jam secunda vice sceptra Academica gerens, qui CXXXI. inscriptis Matricul. Academ. adauxit. Hybernalis autem Rector die Galli introductus fuit quater jam Rector M.

CLIX. Joh. Bergmann. JOHANNES BERGMANN, LL. Baccal. sub quo tantum LXXXII. nomina sua Academiæ dederunt, inter quos etiam fuit PETRUS BOYE, Dithmariensis, qui postea multis annis Academiæ præfuit docendo & regendo, ut suo loco dicemus. Hoc anno fuerunt Hanseaticæ Civitates Lubicæ congregatæ, & præcipue tunc temporis de *Emporio Nougardiæ* erigendo actum est, quod ab anno 1494. ib. expiraverat: quia vero Princeps *Magnus* Moscoviæ Mercatores detinuerat ac ceperat, qui nunc prius anno superiori liberati, omnes ut diximus, in mari misere perierant. Sed de mercibus circa trium circiter millium auro pondo a civitatibus fœderatis ne teruncium quidem restituerat, ideo miserunt Civitates Hanseaticæ Legationem suam in Livoniam hoc fine, ut cum Russis agerent: postquam vero in limite Russos convenerunt, fuit Princeps Russiæ admodum bene instructus ut Germani fidem ipsi habere non potuerint, ideo nihil effecerunt, sed reversi sunt. Atque hic hoc Emporium *Contor* vulgo dictum, quod circa 300. a Hanseæ Teutonicæ Mercatoribus frequentatum *Novogardiæ in Russia* erat, *Johanne* Moscoviæ Duce, *Basilii* Patre, primum interire incepit, & nunc tandem prorsus expiravit, quæ discordia ac demum interitus Emporii istius non solum ex multis peccatis contra Deum ac superbia & petulantia, quam mercatores exercuerunt; sed & præsertim inde accidit, quod Rivalienses Russum quendam Nobilem, quem in Sodomitica libidine publice invenerant, igni tradiderant. Quamquam autem Hanseæ Civitates, ex illo etiam Emporio Tyrannide Mosci ejecti, numquam deinceps Novogardiam frequentarint, *duas* tamen *domos*, seu *curias amplas*, quarum altera *Teutonum*, altera *Gottorum* dicitur, adhuc in potestate sua retinent. Deinceps igitur Revaliæ hoc *Emporium s. commercia Russica* ultra annos 50. præcipue floruit ac vendi solita fuere, & inde russus Nervam delatum est; vid. *Clytræi Chron. Saxon. Lib. XXIII. p. 676. seqq.* Hoc quoque anno Florentiæ exustus est celeberrimus quidam Concionator *Hieronymus Savanarola*, Monachus Dominicanus, cum aliquot sociis, Vir eruditione ac pietate insignis, qui *de Articulo gratuitæ Justificationis* per *fidem in Christum* recte sensit, ut apparet ex ejus *commentariis in Psalm. LI.* Humanas traditiones elevavit. *Communionem sub utraque specie* defendit, *Indulgentias damnavit, Papæ, Cardinalium, aliorumque spiritualium turpem sceleratamque vitam & officii neglectionem, gravissime pro concione & ubique accusavit.* Negavit quoque *Primatum Papæ;* docuit, *Claves Ecclesiæ toti, non uni Petro, traditas.* Adhæc, *Papam nec vitam nec doctrinam Christi retinere, quia plus suis Indulgentiis & traditiunculis, quam Christi merito tribuat, ideoque Eum esse Antichristum.* Asseruit quoque, *Papæ excommunicationem curandam non esse; Eum enim qui Papæ impias excommunicationes timeat & fugiat, in Dei excommunicationem incidere.* Proverbium insuper hujus erat:

Quattuor ista: Timor, Mundus, Dilectio, Rancor,
Sæpe solent hominum rectos pervertere sensus.

Sub hujus Viri Effigie sequentes versus impressi leguntur:

HIERONYMUS SAVANAROLA FLORENT.
Dum fera flamma tuos HIERONYME, *pascitur artus,*
Religio sanctas dilaniata comas. (*tus,*
Flevit, & ò! dixit, crudeles parcite flammæ
Parcite. sunt isto viscera nostra Rogo.

§. 68. Annus hic præsens CIↃCCCCXCIX. sistit nobis Illustrissimum & Celsissimum (ut tunc vocari

vocari solebant) Principem Academiæ Rostoch.
CLIX. Ericus III. Dux Meckl. Rectorem Magnificentissimum, ERICUM, Ducem Megapol. ejus nominis III. cui die 13. April. unanimi voto & applausu electo, die 22. hujus Sceptra Academiæ in publico conventu tradita fuere, de quo hæc in Matriculam relata leguntur: *Ao. Domini* MCCCCXCIX. *Mens. April. die XIII. postulatus est in Rectorem Universitatis Illustris Princeps & Dominus Dn.* ERICUS *Dux Magnopl. Slaviæ Princeps, Comes Zwerin. Rostock. & Stargardiæ terrarum Dominus & XXII. die ejusdem mensis publicatus, cujus sub regimine tunc inscripti CXXII. quos inter occurrit* LUCAS RONNEBECKE, *postea in Academia docendo celebris.* Huic vero Duci ERICO, postea die Galli sicque per hyemem quoque continuatus est Rectoratus, ita enim matricula: Ao. Domini MCCCCXCIX. die Mercurii nona mensis Octobris continuatus est in Rectorem Illustris Princeps
CLX. idem. Dn. ERICUS Dux Magnopol. &c. & die mensis ejusdem publicatus: & annotari tunc inscriptorum nomina curavit, LXI. ac inter hos *Andræam Becker*, Magdeburgens. J. U. D. & Prof. designatum suo loco infra notandum. Cæterum hoc anno fer. VI. in vigilia S. Viti circa occasum Lunæ, Luna fuit primum mutata in nigredinem, postea per medium in duas partes divisa, quasi essent duæ Lunæ, quarum una saltavit contra aliam retrograde & ex adverso contra aliam, & fuerunt rubricatæ. Tandem uniuntur e converso, & dant occasum, ut una Luna. Multæ autem illis & subsequentibus temporibus factæ confœderationes, tam in Suevia quam alibi, id quod Lunæ forte divisio insolita præfiguravit. Ita quoque V. Calend Decembr. in oppido Rein ad ripam Lici fluminis mulier quædam monstrum peperit, corpus una compago fuit, pectoris una & dorsi, venter unus, duo capita, quatuor manus, quaternis pedibus, duæ pudendæ, & ventre sub uno totidem clunes. Hic Tubingæ in Academia tunc in primis inclaruit Ordinis Minoritarum Guardianus atque Lector in Mathematicis scientiis, quas egregie tenebat, *Paulus* ille *Scriptoris, Wilensis* Suevus, qui cum *Scotum* summa cum approbatione & miraculo eruditorum publice in Academia explicaret, ex exteris, discipulos tunc habuit *Thom m Widenbachium*, Helvetium Bielensem, *Suicerum* vulgo dictum, postea ibid. Theol. D. Evangelicum *Paulum Wolfium*, Schütteranum tunc Monachum, postea Argentorati Evangelium cum laude docentem, & *Joh. Mantelium* Augustinianum in Tigurina postea ditione Evangelicum etiam Prædicatorem; hic Tubingæ autem Auditores habuit Augustinianos, Discipulos & subditos *Johannis Staupicii*, Provincialis per universam Germaniam, ac inter reliquos *Conradum Pellicanum*, Rubeaquensem celebrem postea in Helvetiis Theologum Reformatum, qui de eo sic scribit in Præfatione *Commentariis suis Biblicis* præfixa. *Unus* Paulus Scriptoris *cognomento*, inquit, *Vir fuit magno ingenio, exacto judicio, insigni eruditione, peritia coelestium verum haud vulgari: quibus rebus junxerat parem innocentiam vitæ: Quo sane Viro nihil unquam habuit præstantius Ordo Minorum, Artes liberales & Mathematicas omnes absque Præceptoris opera didicerat. Scholasticam Theologiam ut vocant, juxta placita Scoti & Ockam, multis docuit annis summa cum approbatione & miraculo eruditorum. Videns quoque Doctrinam Christianam, maxime autem Theologiam Scholasticam depravatam opinionibus, non potuit sincerus & pius dissimulare sententiam suam, quin studio veritatis permotus, quæstiones quasdam Theologicas disputandi gratia non raro protulit, privatim etiam amiculis communicans, quæ hodie* Lutheranæ *dicerentur. Sic, cum illa veritas, ut fit, odium peperisset in Exilium propulsus est. Quo perlato triennio revocatus diem suum clausit in Domino,* (quamquam *Wolff. Lect. memorab. Centen. XV. p. 945.* Kaysersbergæ illum obiisse recte scribit, ibi namque in ambitu Monasterii Kaysersbergensis anno 1504. sepultus est.) *Is Præceptor meus colendissimus, cum intellexisset, me flagrare incredibili desiderio hebraicarum literarum, annos tunc natum fere viginti, ultro currentem magis incitavit, ac quibus rationibus potuit, industriam meam adjuvit, grandeque volumen propheticum* hebraice MSptum *propriis humeris, pedes Moguntio Tubingam usque ad me pertulit, cui nullum hujus generis Elementum adhuc erat notum. Deinde in Clientelam suam me penitus recipiens, contra calumnias, quæ multa jam tunc mihi ab otiosis inferebantur ob illa studia, sedulo prout licuit, me defendit, nomine per Germaniam illis literis, quem ego scirem, tunc vacante, præter incomparabilem illum Virum* Johannem Reuchlinum *ap. Vangiones Imperialibus negotis detentum.* Hæc ille. Hauserat autem saniorem hanc suam doctrinam Theologicam hic *Paulus Scriptoris* ex Præceptore suo *Stephano Brulifero* in Schola Parisiensi Doctore, (cujus jam supra a nobis mentio facta est illius siquidem Præceptoris Articulos omnes apprehendit & secutus est. Ac cum hic Tubingæ, ut diximus, ex *Pellicano*, Scotum perlegeret, (cujus *in primum sententiarum librum explanatio* excusa fuit Tubingæ 1498. quo & tempore hic primum Ars Typographica per *Johann. Ottmarum* introducta erat teste non solum *Crusio Annal. Suev. IX. c. 8.* sed & *Annal. Accad. MSSt.* nec non *Annal. Oppid. Magistr. Tubing.*) *Transsubstantiationem negavit*, asserens, *omnia Dei verbo, ceu Lydio Lapide probanda, cetera cuncta erronea esse.* Et hic item solitus fuit prædicere *Mutationem Religionis.* Ceterum *de Johannis Spangenbergii* Theologi Patre *Tilemanno*, qui hoc anno diem suum clausit extremum, & moriens multa vera ac pia de Religionis in primis papisticæ mutatione instanti vaticinatus est, evolvendus omnino laud. *Wolff. l. c. p. 947.*

§. 69. Sed ad finem tandem properamus, & cum ultimo hoc *Seculi* hujus *XV.* an. CIↃIↃ. Rectores adhuc ultimos consideramus, quorum æstivalis die 28. Apr. publicatus fuit M. ALBERTUS CLXI Alber WINCKEL in Medicinis D. & Prof. a quo tunc Winckel. CXXXVII. inscripti sunt, ac inter hos & *Lambertus Tackel*, Lüneburg. postea in Academia celebris: Huic die Galli unanimi Patrum conscriptorum Academiæ voto & voluntate, secunda jam vice per hyemem successor datus est M. JOACHIMUS

CLXII Joach. Papke. CHIMUS PAPKE, Decret. Lic. & Prof. Hic Seculum XV. clauſit, & XVI. iterum incepit, ac ſimul inſcripſit LII. Hoc anno die 17. Febr. factum eſt proelium in Dithmarſia cum Rege Daniæ, & multi Nobiles, tum Dani cum Holſati extincti ſunt. Vid. *Chytræus Chron. Saxon. Lib. IV. p. 128.* Eod. etiam anno ac menſe die 25. Feria quidem tertia natus eſt Gandavi *Carolus, Philippi* ex *Johanna* Filius *Maximiliani I.* ex Filio Nepos, qui poſtea Hiſpaniarum Rex ac Germanorum Imperator invictiſſimus factus eſt. Fuit quoque hoc tempore in Monaſterio Groningæ quidam Monachus, Minorita, grandis admodum natu, nomine *Tilemannus.* Is cuidam Civi, nomine *Hanns Ludeke*, in Confeſſione conquerenti *ſuam conſcientiam neſcio quibus hominum traditionibus implicatam teneri*, reſpondit: *Multa eſſe, quæ de ea materia dici oporteret, ſed non eſſe liberum. Maximum enim eſſe periculum veritatem dicenti. Sed tamen eum breviter jam ſic rem accipere debere: Chriſtum pro nobis eſſe mortuum, Eum ſolum eſſe noſtrum ſervatorem, in Eum ſolum fidendum, reliqua omnia, ut indulgentias & ſimilia, eſſe meras nugas, ideoque non curandas.* Similiter etiam Erfurth. tunc Canonicus quidam vixit, Theologiæ Doctor & Concionator in ſummo templo D. Virginis. *Sebaſtianus* nomine, qui multum ſolitus eſt *inſectari inſcitiam, ignaviam & turpitudines Cleri, & Indulgentias aliasque Romanæ Eccleſiæ erroneas ſententias damnavit, crebroque ſolitus eſſe prædicere Correctionem ſeu Reformationem Religionis & Eccleſiæ*; propterea etiam in ſummum Senatus & Sacerdotum odium incidit, (cum alioquin a ſtudioſis & civibus libenter audiretur & diligeretur) ab eisque in Exilium actus eſt. Exulavit hinc aliquandiu Magdeburgi, ſed denuo Erfordiam reverſus, ibi tandem obiit. Idem *de reformanda anno 1520. Romana Eccleſia, totoque illius Clericatu cum Papa*, Vaticinium hoc quoque anno edidit *Jacobus Prunus* Ulmenſis Aſtronomus. Atque ſic quoque ſit hujus *Seculi* XV. finis.

CAPUT II.

DE RECTORIBUS ACADEMIÆ ROTZTOCHIENSIS SECULI XVI. *cum annexo ſingulis inſcriptorum numero, quorundam etiam nominibus & vitis, variisque aliis monumentis hiſtoricis ſimul adductis.*

SUMMARIA.

§. 1. Connexio cum Prioribus.

§. 2. RECTORES *Anni 1561. nec non de* Conrado Summerhard, *& crucibus ſanguineis in homines e coelo decidentibus.*

§. 3. RECTORES *Anni 1502. deque Academiæ Wittebergenſis, & Coenobii S. Annæ Lubicæ fundationibus, ejusque Reipubl. cum Rege Daniæ diſcordia, nec non de famoſiſſimo Eremita Helvetio* Nicolao Underwaldenſi.

§. 4. RECTORES *Anni 1503. obitus* Magni *Ducis Mecklenb.* Conradi Loſtii *Epiſcop. Suerin. &* Joh. Dalbergii, *Epiſc. Wormat.* Lutheri *Magiſterium; Urbis Hardewici exuſtio, deque æſtate ferventiſſima, & ſecuto cauſo, nec non redemtione Reginæ Daniæ per Lubicenſes effecta.*

§. 5. RECTORES *Anni 1504. & 1505. deque privilegio Lubicenſi de non appellando; Nativitate Mattheſii, Monachatu Lutheri; nec non bello Megapolitano cum Lubicenſibus.*

§. 6. RECTORES *Anni 1506. deque quibusdam inſcriptis, Academiæ Francofurt. fundatione aliisque.*

§. 7. RECTORES *Anni 1507. deque* Hieron. Wizendorfii, *aliisque inſcriptis, nec non articulis pacti Segebergenſis, a Lubicenſibus cum Daniæ Rege initi &c.*

§. 8. RECTORES *Anni 1508. deque bello Lubicenſi Danico, aliisque.*

§. 9. RECTORES *Anni 1509. deque* Friderico Henninges, *& bello Danico Lubicenſi.*

§. 10. RECTORES *Anni 1510. deque eodem bello continuato, hominibus ſylveſtribus ex Inſula Nova.*

§. 11. RECTORES *Anni 1511. deque* Joachimo & Marco Louſchoriis, *nec non expeditionibus Lubicenſium contra Danos.*

§. 12. RECTORES *Anni 1512. deque memorabili ad Ravennam pugna, morte* Jacobi ab Embs, *Papæ* Julii II. *in Deum blaſphemia*, Johanne Syringo *Theol. Magdeburg.* Andrea Prole, *Lipſienſi*, Lutheri *Doctoratu, & pace Lubicenſium cum Danis.*

§. 13. RECTORES *Anni 1513. deque* Olao Magni, *bello Mediolanenſi*, Georgio Tanſtetter, *Mathematico*, Poncheto, *Archiepiſc. Turonenſi.*

§. 14. RECTORES *Anni 1514. deque* Henr. Tœbing, Laurentio von Ochtring, Melanchthonis *Magiſterio*, Joh. Grevenſtein, *Doct.* Fleckio *& Ruſticorum Rebellione.*

§. 15. RECTORES *An. 1515. & 1516. deque Indulgentiarum Emiſſario* Joh. Angelo Arcimboldo, *Navi oneraria Suecica a Danis capta, & Ludolpho Caſtrisk, Paſtore Magdeburg.*

§. 16. RECTORES *Anni 1517. deque divino Reformationis negotio per* Lutherum *facto, viſione mirabili Ducum Saxoniæ, aliisque rebus Lubicenſibus a Danicis.*

§. 17. RECTORES *Anni 1518. deque* Lutheri *de Indulgentiis ad Papam ſcripto, Maximiliani I. in* Lutherum *propenſione, ac rebus Danicis.*

§. 18. RECTORES *Anni 1519. deque morte* Maximiliani I. *electione* Caroli V. *aliisque rebus Lubico-Dano-Suecicis.*

§. 19. RECTORES *Anni 1520. deque rebus Lubico-Dano-Suecicis*, Dionyſio Lager, *translatione Bibliorum Germanica, aliisque libris a* Luthero *tunc editis, nec non Juris Canonici abeo facta combuſtione, Judicioque* Joh. Cellarii *de* Luthero *egregio.*

§. 20. RECTORES *Anni 1521. deque rebus Lubico-Danicis, Comitiis Wormatienſibus* Lutheri *cauſa inſtitutis, ejusque a Cæſare Proſcriptione, in Pathmo captivitate ſalutari; Libris ſuis Wormatiæ & Antwerpiæ combuſtis, conjugio* Bartholomæi Bernhardi, *ridicula hiſtoria Wormatia geſta, &* Petro Paulo Pariſio, *JCto.*

§. 21. RECTORES *Anni 1522. deque rebus Danicis*, Matthæi Schieneri, Henr. Phœnici *&c. de* Lutheri *judiciis.*

§. 22. RECTORES *Anni 1523. deque* Henr. Bockholdt,

holdt, *Monstris*, Hadriano Papa, *ac Evangelii in Suecia introductione.*

§. 23. RECTORES *Anni 1524. deque Rege Danorum* Friderico I. *Rege Sueciæ* Gustavo I. Georgio *Episcopo Sambiensi.* Wenceslao Rosdialovino, Thoma Monetario, & Joh. Staupitio.

§. 24. RECTORES *Anni 1525. deque* Zeverino Norbue, Nicolao Kniphovio, & Lutheri *Conjugio.*

§. 25. RECTORES *Anni 1526. de Academiæ Marburgensis erectione, primis in Hadelia Evangelii concionatoribus* Andrea Garding & Joh. v. Duventer.

§. 26. RECTORES *Anni 1527. deque Cometa in Coelo viso, & Roma a* Borbonio *expugnata.*

§. 27. RECTORES *Anni 1528. deque Lubicensium in religione reformatione, & avaro Cancellario Gallico a Rege suo thonna auri callide privato.*

§. 28. RECTORES *Anni 1529. deque morbo sudorifero, & rebus Lubicensibus religionem inprimis concernentibus, item Urbe Vienna a Turca obsessa.*

§. 29. RECTORES *Anni 1530. deque* Gothardo von Höveben, *Academiæ Rostochiensis vastitate, Augustana Confessione exhibita, Apologia, Foedere Schmalcaldico, aliisque rebus Lubicensibus, inprimis ad religionem pertinentibus.*

§. 30. RECTORES *Anni 1531. deque morte* Zwinglii, Oecolampadii, Oltermeyeri, *ac rebus Lubicensibus ac Danicis.*

§. 31. RECTORES *Anni 1532. deque* Matthæo Mollero, Bernhardo & Joachimo Groniis, Michaele & Ewaldo Boldewanis, *ac morte* Joachimi Sluteri, *rebusque Lubicensibus.*

§. 32. RECTORES *Anni 1533. deque* Henningo Beselin, Valentino Gerdes &c.

§. 33. RECTORES *Anni 1534. deque rebus Lubico-Danicis, & Anabaptistarum secta.*

§. 34. RECTORES *Anni 1535. deque Episcopis Lubicensibus, aliisque Urbis rebus* Wollenweberi & Meyeri *suppliciis* Rischen & Mori *morte violenta, nec non conventu Theologorum sex Vandalicarum civitatum.*

§. 35. RECTORES *Anni 1536. deque Archidiaconatu, Stipendio Theologico Tubingensi,* Antonio Sixto, *Rebus Lubico-Danicis, ac morte* Erasmi Roterodami.

§. 36. RECTORES *Anni 1537. deque Articulis ac Foedere Schmalcaldico,* Johannis *Ducis Saxoniæ morte, Rasura Monachorum ad Venerem ut videbatur, proficua, ac* Christiani III. *D. R. Coronatione.*

§. 37. RECTORES *Anni 1538. deque* Georgio Cracovio, Lamberto Kirchhofio, & Brandano Schmidio.

§. 38. RECTORES *Anni 1539. deque* Henrico Gladovio, Thomaque Zegero.

§. 39. RECTORES *Anni 1540. & 1541. deque vini & frumenti ubertate, Colloquio Wormatio-Ratisbonensi, morte* Urbani Regii, Capitoni s. Grynæi, Ambsdorffii, Bodensteinii, Theophrasti Paracelsi, *Academia Francof. condita, &* Sigismundo Justello *Monacho.*

§. 40. RECTORES *Anni 1542. deque monstro Bilsensi, lupis Constantinopolit. locustarum multitudine ac peste insigni.*

§. 41. RECTORES *Anni 1543. & 1544. deque* Cornelio von Ambsfort, *morte* Copernici, *Academiæ Regiomontanæ erectione, ac multis portentosis.*

§. 42. RECTORES *Annorum 1545. & 1546. deque morte* Hieron. Gemusæi, Valerii Cordi, Martini Lutheri, *ac Pisce monstroso.*

§. 43. RECTORES *Anni 1547. deque captivitate Electoris Saxoniæ* Joh. Friderici, *aliisque hoc die factis prodigiis.*

§. 44. RECTORES *Anni 1548. deque Libro* INTERIM, *Academiæ Jenensis fundatione,* Erhardo Schnepffio, *Luna mirabili, miserrimo Ecclesiæ statu, Dolio magno vinario Tubingensi,* Francisci Spiræ *desperatione &* Herm. Bonni *obitu.*

§. 45. RECTORES *Ann. 1549. & 1550. deque* Gotfrido Varaglio, *lacertis & viperis in Pannonia,* M. Petro Vincentio, *& Episcopo Lubicensi* Jodoco Hulfilter.

§. 46. RECTORES *Annorum 1551. & 1552. deque* Francisco Stancaro, Andrea Oliandro, *ejusque hæresi aliisque.*

§. 47. RECTORES *Ann. 1553. & 1554. deque morte* Mauritii *Electoris Saxoniæ,* Theodorico a Rhoden, *Episcopo Lubicensi, Agenda Ecclesiastica Megapolitana, & obitu* Johannis Friderici *Electoris captivi.*

§. 48. RECTORES *Annorum 1555. & 1556. deque stupendo facto* Nebræ *in Thuringia, monstroso Equo in Marchia, obitu* Olympiæ Fulviæ Moratæ, Andrea a Barby, *Episcopo Lubicensi, Decreto Augustano de pace religionis; morte* Bernhardi Wigbold, & Valentini Fridlandi Trocendorffi Latonii *desperatione &c.*

§. 49. RECTORES *Ann. 1557. & 1558. deque Cometa* Caroli V. *mortis prodromo, rythmis de reconciliatione cum Ecclesia Romana,* Caroli V. *obitu.*

§. 50. RECTORES *Ann. 1559. & 1560. deque Electoris Palatini Legato in Comitiis Augustanis,* Joh. Tidemanno, *Episcopo Lubicensi, confirmatione Academiæ ab Imperatore &* Melanchthonis *morte.*

§. 51. RECTORES *Ann. 1561. & 1562. deque conventu Neoburgi ad Salam,* Eberhardo ab Holle, *Episcopo Lubicensi, morte* Schwenckfeldii, & Maximiliani II. *coronatione &c.*

§. 52. RECTORES *An. 1563. deque Academiæ felici transactione, deque Lucæ Bacmeisteri Sen. Professione Theologica ac Rectoratu.*

§. 53. RECTORES *Ann. 1564. & 1565. deque Lubicensium cum Suecis pugna navali, peste ac obsidione urbis Rozstoch. aliisque.*

§. 54. RECTORES *Ann. 1566. & 1567. deque Collegii Philosophici reædificatione, & quorundam doctorum virorum suppliciis.*

§. 55. RECTORES *Ann. 1568. 1569. & 1570. de* Martini Chemnitii *Theologi Doctoratu,* Christophori *Ducis Wurtembergici &* Joh. Brentii *obitu.*

§. 56. RECTORES *Ann. 1571. & 1572. deque victoria navali contra Turcas, Consistorio Ducali Rozsto-*

Rozſtochii, Papæ Pii V. *morte,* Laniena Pariſienſi, Welleri & Pfeffingeri morte.

§. 57. RECTORES *Ann. 1573. & 1574. deque abitu Rectoris in Stiriæ Ducatum, Annonæ caritate magna, Wilhelmo Duce Brunſvic. & Lüneb.*

§. 58. RECTORES *Ann. 1575. & 1576. deque Academia Altorfina, Julia,* Alberto Clampio, Cornelio Martini, & Joh. Potinio.

§. 59. RECTORES *Ann. 1577. 1578. 1579. & 1580. deque Cometa, abitu* Bacmeiſteri *in Auſtriam, Lue Epidemica Europæ &c.*

§. 60. RECTORES *Ann. 1581. deque Formulæ Concordiæ opere.*

§. 61. RECTORES *Ann. 1582. & 1583. deque Calendario Gregoriano, morte* Urſini & Grempii.

§. 62. RECTORES *Ann. 1584. deque* Franciſci Valeſii *morte, latrone* Wilhelmi *Principis Uraniæ & obitu* Caſparis Wildii.

§. 63. RECTORES *Ann. 1585. & 1586. deque rebus Belgicis, Gallicis,* Auguſti *Electoris Sax. Epiſcopo Lubicenſi,* Primo Trubero & Theodoro Snepffio.

§. 64. RECTORES *Ann. 1587. deque* Maria, *Scotiæ Regina; halecibus characterizatis,* & Jacobi Schegkii *morte.*

§. 65. RECTORES *Ann. 1588. deque Numiſmatibus Belgicis & ſingularibus.*

§. 66. RECTORES *Ann. 1589. & 1590. deque* Alberto Grawero, Barth. *Batto.*

§. 67. RECTORES *An. 1591. & 1592. deque* Wilhelmo *Curlandiæ Duce aliisque.*

§. 68. RECTORES *Ann. 1593. deque* Auguſto, *Duce Brunſvic. & Lüneb.*

§. 69. RECTORES *Annorum 1594. 1595. 1596. & 1597. deque Ova mirabili, peſte, aliisque.*

§. 70. RECTORES *Annorum 1598. 1599. & 1600. deque* Oxenſtiern, *magno lete,* Auguſtino Brunnio.

§. 1. Pertractavimus hactenus per ſingulas annorum periodos Seculi XV. in quo orta eſt Academia Rozſtochienſis, ejusdem RECTORES omnes, CLXII. numero æquantes, a quibus & 12160. nomina in Matricula Academiæ annotata fuerunt: Pergimus nunc ad ſubſequens XVI. Seculum, atque eadem Methodo atque ordine hactenus recepto Nomina quoque Rectorum hujus Centenarii conſideramus, quotquot illi Matriculæ Academicæ inſeruerunt, ſimul ac, quicquid ubique locorum ſub cujuscunque regimine annuatim notatu dignum occurrerit, nunc etiam eis adjungemus.

I. RECTOR. ANDREAS BECKER.

§. 2. Primus itaque qui Anno CIↃIↃI. die 19. April. Rector Academiæ per æſtatem electus, & poſtridie publicatus fuit ANDREAS BECKER dicitur, Art. & U. J. D. & Prof. cujus ſub regimine nomina Academiæ dederunt CXXXVII. & inter hos etiam *Martinus Gloden*, Ruppinenſis, J. U. D. & Prof. deſignatus, de quo in *Claſſe II. JCtorum* quædam dicemus. Hunc per hyemem die Galli inſecutus eſt in Rectoratu paulo ante

II. MARTINUS GLODEN.

inſcriptus MARTINUS GLODEN, U. J. D. & Prof. qui annotavit tantum XCIII. Hoc anno vel ſecundum Annal. Acad. MSt. 1504. circa feſtum Martini in Monaſterio Schüterenſi peſte tunc graſſante correptum fuiſſe ſcribunt *Conradum Sumerhardt* Suevum, in pago *Summenhardt* horæ unius ſpatio ab oppido Würtembergico Calva ſito, natum, in Academia Theologiæ Doctorem & Profeſſorem longe celeberrimum, qui anno 1478. (teſte Matricula Academiæ) Rectore I. Academiæ ſpectabili, Viro Artium Liberalium Mag. *Conrado Weslero*, in Artibus Collegiato, hic primum inſcriptus eſt, poſtquam antea *Magiſter artium* Pariſiis creatus fuiſſet. Initio Profeſſor Philoſophiæ hic conſtituitur, qua in dignitate vivens, anno 1484. Calend. Maji Rectorem Academiæ (XIII.) egit; poſtea autem Ao. 1491. Theologorum ſubſellia occupavit, eodemque ſtatim anno Kal. Maji Rector iterum Academiæ (XXVII.) electus fuit. Fuit autem hic *Sommerhard* celebris ſuo tempore in hac Academia Profeſſor & Theologus, nam *Monarcham & Phoenicem Theologorum* eum vocarunt idque non immerito; nam recte de omnibus Fidei Chriſtianæ Articulis ſentiebat, ac publice in Academia errores Papiſticos taxavit. *Hoc enim ſingulariter habet Univerſitas hæc præ reliquis omnibus in papatu tunc quidem florentibus, quod etiam antequam Lutherus Pontificiresiſteret, ſemper hic purior viguit Doctrina, nec ſuperſtitionibus aliisque erroribus prorſus fuit coinquinata:* Uti vere ſcribit de Tybingenſi noſtra Academia *Jacobus Ehingerus*, Juris Cultor haud indoctus *in orat. de Laudibus Illuſtris Acad. Tubing. ap. Beſold. de Jur. Acad. pag. 165. §. 34.* quam ſaniorem ſuam ac puram Theologiam ſine dubio hauſit ex ore Præceptoris ſui *Stephani Brutiferi*, ſummi certe in Academia Pariſienſi Theologiæ Profeſſoris. Edidit autem hic *Sommerhard* utiliſſimum tractatum ſæpius jam recuſum, *de contractibus licitis & illicitis: Commentaria quoque in Summam Phyſicæ Alberti Magni*, quibus ſequens ſolutum Epigramma (ita vocat) præmiſit *Jacobus Wimphelingius*, integerrimæ etiam, *eloquio Chytræi Chron. Saxon. p. 91. L. III.* vitæ Theologus, & nullius honeſtæ diſciplinæ rudis: *Quia te Deus erudivit*, ſcribit, *& de Lege ſua docuit Conrade ſuaviſſime, beatum te dubitet nemo. Non enim luſiſti Literis ad pompam, vel ad opes famulantibus: ſed Divine ſapientiæ, ſed Scientiæ, Pietatis, Concordiæ, & Charitatis, qua ſola beamur*: Teſtatur item *Melchior Adami in vita Sumerhardi*, nec non *Matthefius in vita Lutheri* Conc. XII; *Johannem* illum *Staupitium* Ordinis ſui Auguſtiniani Decus & vicarium longe incomparabilem Priorem tunc Cœnobii olim hic Auguſtiniani (quod nunc ſtipendium Ducale Theologicum ducitur) hunc *Sumerhardum* Tybingæ in Academia docentem etiam audiviſſe, ac ſæpe in memoriam ſibi revocaſſe, atque ad alios in congreſſibus familiari ſermone uſurpaſſe verba, quæ Sumerhardus noſter non ſine animi cordolio protulit olim: *Quis me miſerum tandem liberabit ab illa rixoſa Theologia?* Solus namque ille ſemper Scripturæ Sacræ auctoritati ac lectioni quotidianæ acriter inhæſit, qui ideo *in funebri ſua Oratione Eberhardo Duci ac Fundatori Academiæ habita, in Canone Vet. & N. T. ſito, ut in fonte, omnem literariam Sapientiam reſidere* faſſus eſt, inſuper & ſine omni dubio *incomparabili etiam* (de quo idem ipſe hoc adducit) cum laudato Principe

ſuo

ſuo *Eberhardo deſiderio ſemper arſit, ut eo viveret: quoadusque univerſale Concilium ad reformationem Eccleſiæ fieret in membris atque Capite:* quam opinionem noſtram minime fictam ac falſam eſſe, ſatis ſuperque confirmat *Libellus* ejus *ad Monachos* ſcriptus, in quo nihil aliud tractat, niſi ut demonſtret, *multa in iſto hominum genere deſiderari in primis autem, quod non diligenter invigilent Literis Sacris, & ſint Idolatræ, ſervientes ventri, non Deo.* &c. Exſtat & *ejusdem tractatus bipartitus*, in quo LII. & ultra ex Scriptura S. teſtimoniis indubitatis probavit, *quod Deus homo fieri voluerit, quodque Meſſias etiam Deus eſſe debuerit.* Præceptorem hunc etiam ſuum fuiſſe gloriatus *Conradus Pellicanus in Præfatione Commentariis ſuis Biblicis præfixa*, his quidem verbis: Conradus Summerhardus *Theologorum Decus & Scholæ Tubingenſis tunc Columna. Is mihi ob hæc ſtudia (hebraica ſc.) familiarior factus, omnibus modis adjuvit conatus meos. Nam volumen Hebraicum, Moſaicæ Legis ex publica Bibliotheca mihi utendum tradidit: & cujusdam Petri Nigri* contra Judæos diſputationem, *ex qua prima didici Elementa & legendi facultatem.* Atque hæc de Summerhardo dixiſſe ſufficiant, plura petantur *ex Pantaleon Part. III. Proſopogr. p. 28. & Melch. Adami in vita Ejus, nec non Excellentiſſimi Moſeri noſtri Decad. l. vit. Profeſſ. Tubingenſium ordinis Theologici N. III. p. 35. ad 41.* Hoc etiam anno in Suevia & alibi locorum Germaniæ cruces in homines cecidere, nec non Lanceæ, characteribus quibusdam inſignitæ, prorſus ſanguineæ, & circulo ſ. corona concluſæ viridi, ambiente totum caput, & addit Uſpergens. in Pamlip. ſigna fuiſſe velut ſpineam Chriſti coronam, & clavorum Chriſti figuram referentia, de qua re Leodienſis Epiſcopus *Johannes de Home* Cæſari *Maximiliano* tunc pluribus ſcripſit, teſtante *Nauclero Chronogr. Gener. LI. p. 1121.* Conf. *Wolff.* hæc ſigna de inſtante Reformatione Eccleſiæ poſt XVII. a. ſuſcepta pie & docte explicantem *Lect. Memorab. Centen. XV. p. 989.*

§. 3. Succedit iterum & tertia quidem jam vice anni nunc ſequentis CIↃIↃII. Magnificentiſſimus Academiæ Rector, (qui die 15. Apr. electus & 21. ejusd. a. publicatus fuit) ERICUS, Dux Megapolenſis; Ita enim ſonant verba Matriculæ. Anno Domini MCCCCC. ſecundo die Veneris V. menſis Aprilis eſt poſtulatus in Rectorem Univerſitatis Illuſtris Princeps & Dominus ERICUS Dux Magnopolens. & XXI. die menſis ejusdem publicatus, cujus ſub imperio Academico inſcripti fuerunt LXXVIII. Huic poſt ſemeſtre ſpatium perſubſequens tempus hyemale Succeſſor ab Academiæ Patribus datus eſt die 13. Octobr. quique poſtea 20. ejusd. die publicatus ARNOLDUS BODENSEN Mag. jam ſexto Rector, & inſcripſit ſaltem XLII. quo Rectore die 18. Octobr. Wittebergæ ad Albim a Friderico Saxoniæ Duce ac Imperii Electore *Academia erecta* eſt, ac ſolenni ritu introducta die *Lucæ Evangeliſtæ* ſacro. Rector Academiæ Primus *Martinus Pollichius* Mellerſtadio-Francus fuit, Artium, Medicinæ & poſtmodum etiam S. Theologiæ Doctor ac Electoris Medicus, qui & cum *Johanne Stau-*

III. ERICUS III. D. Megap.

IV. ARNOLDUS BODENSEN.

pitio in primis hoc negotium, ut Academia erigeretur, urſit, de quo negotio Academico inprimis evolvi meretur *Chytræus Lib. V. p. 146. & 147. Mellerſtadii* autem vitam accurate deſcriptam ſiſtit curioſiſſimus M. *Joh. Barthol. Lenzius in Serie Profeſſorum natione Francorum, qui Wittenbergam illuſtrarunt*, edita in Acad. Witteb. anno 1702. N. I. de hujus Academiæ Fundatione tunc concionem habens Lipſiæ D. *Fleck*, ita inter alia de illa vaticinatus eſt: *Es würde alle Welt von dieſem Weiſſenberg Weisheit holen:* ſive ut *Chytræus verba expreſſit p. 146. L. V. Chron. Saxon. Ex hoc candido ſapientiæ monte flumina ſapientiæ & vitæ in univerſum mundum redundatura eſſe.* Hic autem D. *Fleccus* Prior fuit Cœnobii Steinlauſſig ad Muldam fl. prope oppidum Bitterfeld, aliquoties in ſuis ſcriptis a *Luthero* laudatus. Hoc etiam anno ſenatores quidam ac cives Lubicenſes aream quandam apud templum S. Ægidii ſitam mercati ſunt, & ibi cum conſenſu totius Senatus *Cœnobium S. Annæ* ædificarunt, præcipue hoc fine, ut civium liberi in hoc Cœnobio intra muros educarentur ac docerentur, nam Dux Megapolitanus MAGNUS ſuperiori anno reformationem cœnobiorum Virginum inſtituerat Renenſis nempe & Sarentinenſis, noluitque ut amplius puellæ Lubicenſes in illis educarentur ac inſtituerentur. Vocatæ autem in novum hoc *Cœnobium S. Annæ* ex regione Brunſuicenſi Lubicam fuerunt Moniales Regulares, quas magna pompa in illud introduxit Epiſcopus. Atque hoc laudabile civium inſtitutum adhuc hodie in eo obtinet, ut viri ſimul ac fœminæ pauperes & decrepiti in eo ſimul vivant, quibus XII. civium numero præfecti jus dicunt, Expenſa & Accepta illius Cœnobialis Domus exacte ferunt, atque præter peculiares, quos in illa habent Præceptores, ſex quoque e ſtudioſorum numero alunt S. Miniſterii Candidatos, qui ſingulis diebus Dominicis alternatim verba e Suggeſtu Sacro ad inquilinos hujus Cœnobii facere debent. Digniſſima certe res & æternum prædicanda Patriæ noſtræ in alendis egenis & miſeris conſtitutio; tot enim in ſe florentes habet Pauperum Domos, quot numerantur in Anno dies. Superiori anno etiam urbs Lubica cum Rege *Johanne* fuit in magna diſcordia, Rex enim *Johannes* parum urbi Lubicæ favit, mercesque civium illius detinuit ac mari naves eorum infeſtavit, quia Lubicenſes ipſi tunc ſuſpecti erant, quaſi inobedientiam Suecorum confirmarent & approbarent, ideoque noluit Lubicenſibus promiſſa Privilegia ſervare. Quia vero Interregnum Sueciæ Reginam Daniæ captam tunc tenebant, miſit Rex *Johannes* Lubicam Legatos, & illis nunciavit: ſe cogi, contra Suecos apertum bellum ſuſcipere; ideo deſiderare Regem, ut abſtinerent a Suecis, nec illis aliquid apportarent. Aſt cum Lubicenſes ad id non ſtatim conſenſum dare potuerint, propterea, quod bona ſua ibi multa in Suecia haberent, reverſi ſunt Legati Regis, & Res in bellum evaſit, hinc Lubicenſes etiam Milites & Nautas conduxerunt, & Naves contra Danos pararunt. Rem aggreſſus quidem eſt probus ac pacificus Princeps, Dux Holſatiæ, *Fridericus*, Frater Regis

gis Daniæ, ac cum præcipuis illius Regionis Lubicam venit, quia vero plenum mandatum Regis non habuit, infructuosa fuit Actio. Ita mortuus quoque est hoc anno famosissimus Eremita Helvetius *Nicolaus Underwaldensis, der Bruder Claus von Underwalden*, dictus, is uxorem & liberos deserens, quos habebat V. filios & totidem filias, ob frugem melioris vitæ in solitudinem se contulit, & in ea XXI. annos absque cibo & potu vixit, vir corpore aridus & exhaustus, sola cute nervisque & ossibus vix hærens. Hic homo vitæ sanctimonia valde fuit insignis, de reconditis Sacrorum Mysteriis multum disputabat, cum tamen nullum unquam in ea re studium posuisset, & plane illiteratus esset. Lætus semper conspiciebatur, ad pœnitentiam omnes Helvetios, sed ad concordiam inprimis deinde ad ἀδωροδοκιαν, utque externorum Principum fœdera vitarent, sedulo hortabatur. Diebus festis suo in templo Laplensi conveniebat, eosque non modo voce, sed & exemplo ad pietatem accendebat. Inter preces quotidianas hac formula ceu Epiphonemate solebat uti: *Herr nimm mich mir, und gib mich dir*: Illud quoque libere profitebatur, longe gratius sibi fuisse, quod Divino auxilio charissimam Uxorem relinquere, quam quod cibo & potu abstinere omni potuerit. Oculi ejus terribili splendore fulgebant, arteriæ & venæ jugulares inter loquendum ita intumescebant, ut spiritu non sanguine repletæ viderentur. Nemo quoque hunc mœstum vidit, sed semper alacrem & lætum. Tandem hic rarissimi exempli Vir hoc 1502. anno placidissime expiravit. *Strumphius in Chron. Helv. & Nauclerus Chronogr. Generat. 50. p. 1103.*

§. 4. Redimus ad Rotzstochiensia, cujus Academiæ Rectores Anno CIↃIↃIII, renunciati fuere, æstivalis quidem die 2. April. electus, & 22. ejusd. publicatus tertia vice GERHARDUS VRIELDE, S. Theol. D. & Prof. qui inscripsit CXXII, quo tempore præter 2. marcas Sundenses Fisco numeratas pro inscriptione, 3. marcas Sundenses numerarunt inscribendi cursoribus: Per hyemem autem Rector secunda jam vice, die 9. Oct. electus & 18. publicatus est M. HENRICUS SCHOWERTE, Theol. Baccal. & retulit in Academiæ Matriculam LXII. Hoc anno obiit MAGNUS, Dux Megap. fundator templi Cathedralis Rotzstochii ad D. Jacobum, cui die 24. Dec. quoque insecutus est *Conradus Lostius*, Episc. Suerinensis, quo anno etiam *Johann Dalburgius* Episcopus Wormatiensis, suo tempore Episcoporum doctissimus, linguæ Hebraicæ, Græcæ & Latinæ callentissimus, e vita emigravit, cujus eloquentiam Romæ in Consistorio sub Pontifice *Innocentio VIII.* Parisiis autem tempore *Ludovici* XI. Regis sæpius perorantis Latine, non Germani solum sed & Itali & Galli admirati sunt. Musagetes quoad vixit, sine pari, qui Præceptorem in Græcis Literis habuit *Rudolphum Agricolam*. *Martinus* quoque *Lutherus* etiam hoc anno Erfurti in Magistrum promotus est. Eodem simul anno *Hardevicum* urbs nobilis & olim Hanseatica egregie communita & robustissima arce nunc instructa in Ducatu Geldriæ, suborto in illa incendio, trium horarum spatio in cineres redacta est, superstitibus quatuor solummodo ædibus, & supra mille quingentos mortales eadem flamma extinctis, ut habet Chron. Colonienſe. Hyemem quoque asperrimam secuta est æstas ferventissima, ita ut multis locis sylvæ exardescerent, & prata exarescerent, ab initio enim mensis Aprilis ad usque finem Julii ne gutta quidem pluviæ cecidit, hinc maxima secuta est annonæ caritas, & præter plurimos suum greges multis in locis vel tertia quoque pars hominum variis idque inauditis plane morborum generibus periere: Quibusdam febris ardentissima, causus medicis dictus, tanto quidem cum impetu invasit, ut ardore illos statim consumi videretur, alii tam exquisitissimo capitis dolore oppressi fuere, ut mente hinc capti jacerent: allii contra ex gravissima tussi hæmoptici facti, alii asthmatici, alii denique ob internam putredinem & inde ortum oris fœtorem gravissimum olfactatu fuere intolerabiles. Lubicam præterea hoc anno venit Cardinalis quidam *Reimundus* de mandato Regis *Johannis* Danorum, tentavitus pacem inter Regem & urbem conciliare; propterea ille *Fridericum* Holsatiæ Ducem, & *Magnum*, Megapoleos Ducem illuc convocat, quibus & Regis Legati se quoque adjunxere; cum quibus post multa colloquia habita & querelas ab utraque parte prolatas, res ita composita est, ut quia a Suecis plane abstinere nollent Lubicenses, Legatos tamen quosdam ex senatu in Sueciam mitterent, qui Reginam Daniæ captam liberarent, ac Suecos simul adhortarentur, ut futuro die Laurentii Sundii cum Rege agerent, ad componendam pacem. Debere etiam ablatas naves Regi reddere cum mercibus in illis acceptis, ac omne damnum compensare, de qua re in Holsatia constituto tempore agi, contra antiqua Privilegia Urbi Lubicæ in Dania servari, & pecuniam Lubicæ debitam solvi debere. Sponsores hinc facti sunt Dux Holsatiæ, Episcopus Lubicensis ac Slesuicensis & alii Equites aurati ac Nobiles. Tandem debitum solutum est, postquam Sponsores a Lubicensibus admoniti, ut servarent, quod promisissent, propterea etiam tunc Urbi Lubicæ Arx *Tritov* a Rege Daniæ oppignorata est. Ipse interim Cardinalis *Reimundus* in Area cathedrali missam celebravit, ac de mandato Pontificis Romani multum pecuniæ in Germania hoc fine collegit, quod Papa exercitum colligere vellet contra Turcam, sed Sanctissimus ille Nundinator promissa, ut solet, non servavit. Lubicenses autem, quamvis per Legatos suos liberationem Reginæ a Suecis obtinuerant, cui Hafniam deducenti obviam missus est junior Dominus a Rege Patre suo, ad excipiendum Matrem, Legatos tamen Lubicenses ferre noluit Rex, unde facile coniici poterat, quam gratiam Lubicenses apud Regem meriti fuerint, quod cum Suecis magno labore & sumtu egissent, & Reginam liberassent, atque ad Regem reduxissent.

§. 5. Successit *Schowerto* in Rectoratu quinta nunc vice Anno CIↃIↃIV. die 15. Apr. BALTHASAR JENDERICK, Decret. Lic. qui inscripsit CXXIX. Hunc die Galli insecutus est M. NICOLAUS LOUWE, in Decret. D. a quo inscripti sunt CVI. Quo anno donatus est Senatus Lubi-

V. GERH. URIELDE.

VI. HENRIC. SCHOWERTE.

VII. BALT JENDERICK.

VIII. NIC LOUWE.

Lubicensis a Rege Romano hoc privilegio, ne quis ex senatu illorum appellaret, nisi res plus *quadraginta aureis Lubicensibus* valeret. Eod. anno die 24. Jun. Rochlicii in lucem editus est M. *Johannes Matthesius*, Minister postea Ecclesiæ in Valle Joachimica & *Lutheri* animarum mystes; qui hoc anno Erfurdi *Monachus Augustinianus* factus. Sequenti anno CIↃIↃV. die Tiburtii electus, & 21. Apr. publicatus fuit jam quinto Rector M. JOHANNES BERGMANN, LL. D. qui annotavit CV. Illum excepit die X. Oct. electus M. BARTHOLDVS MOLLER, Theol. Baccal. qui saltem LXXIX. inscripsit, inter quos occurrit quidam *Lambertus Kerckhoff* Rozstoch. Cos. frater, ut videtur, teste *Chron. Lubic. MSpto.* Hoc anno bellum Megapolitanum cum Urbe Lubica exortum est hoc modo. Curarunt scilicet Lubicenses aquam Dassovium per piscatores ac ministros lustrari, ad conservanda antiqua privilegia: Sed his restiterant Nobiles Megapolitani in vicinia habitantes *Berkentini*, qui vi ministris Lubicensibus id noluerunt permittere, & quosdam verberarunt, quosdam captivos duxerunt, & illis vulnera inflixerunt, sic, ut unus illorum quoque sit exstinctus; vim etiam his, qui in navibus fuerunt, intulerunt. Postquam vero rumor in urbem venit, exiverunt cives ad defendendum suos vi, ac avertendum hanc apertam injuriam contra antiqua promissa privilegia, sicque *Berkentinos* persecuti sunt, & ædes ipsorum incenderunt, quanquam scire id non potuerint, per quem factum sit? Senatus enim Lubicensis civibus suis præceperat, ne quis incendio in Megapolitana regione aliquid perderet. Postea conquestus est Senatus Lubicensis per literas Principibus Megapolitanis, Duci *Balthasaro & Henrico* de vi *Berkentinorum*; quia vero hi Duces Megapolitani incendium, quo Lubicenses in regione sua ipsis nocuissent, ægre ferebant: permiserunt, quod mercator proficiscens, a *Berkentinis* & sociis illorum damno affectus & detentus sit. Hinc cum platea publica periculosa fieret, & multum damni non solum urbi Lubicæ verum etiam cæteris urbibus maritimis accideret, rem Lüneburgenses aggressi sunt, & operam dederunt, ut Wismariæ hac de re conventus fierer, per Principem Electorem Marchionem Brandenburgensem *Joachimum*, Ducem Saxoniæ *Magnum*, & alios Dominos ac Principes vel plures vel minores; & post multas actiones commissa est res Duci Saxoniæ *Magno* & Lüneburgensibus, ut constituto tempore cum Principibus Megapolitanis de hac causa Lubicensium agerent. Quanquam autem multi propterea instituti fuere conventus, omnes tamen fuere infructuosi, ut vel tandem etiam Lubicenses palam protestari coacti fuerint, se vel jure vel per amicabilem compositionem cum Principibus Megapolitanis agere velle: & sic Lubicenses cum vicinis suis Principibus Megapolitanis publicum bellum susceperunt, quamvis hoc bellum absque magno urbis detrimento non fuerit gestum, & ex vili quodam initio originem traxerit; quod difficulter tandem iterum compositum est. Per hoc autem exemplum omnes civitates admonendæ sunt, ne facile vim infe-

IX. JOHANNES BERGMANN.

X. BARTHOLDUS MOLLER.

rant apertam aliis Principibus & Dominis, præcipue vicinis, & si etiam injuria affectæ fuerint: nam privatam injuriam a magnis personis acceptam, vi publica iterum avertere, raro feliciter succedit, præcipue contra majores magistratus. Nam in hoc bello multi alii Principes ac Domini cum Principibus Megapolitanis contra Lubicenses se conjuxerunt, & præcipue misit Dux Brunsvicensis *Henricus* Urbi Lubicæ literas, quibus illi bellum indixit; similiter quoque Brandenburgensis Marchio arma cepit contra Lubicenses, cujus belli initium factum est, anno ut mox audiemus, sequenti 1506. Hactenus *Chron. Lubicens. MSpt.*

§. 6. Sequitur annus CIↃIↃVI. ubi primum Rector Academiæ æstivalis occurrit M. CASPAR HOJER LL. D. & Prof. a quo uno mense Majo inscripti sunt LXXXVI. in universum CLXII. & inter hos *Gottschalcus Hoypenstange*, qui in Senatum cooptatus est anno 1534. & moriens quædam de suis per Testamentum Academiæ legavit. Est & tunc inscriptus *Conradus Wilde*, Lüneb. quam noster abavus D. *Lucas Bacmeister*, in MSpt. novisse affirmat. Hybernalis autem Rector sexta jam vice hoc anno die quidem Dionysii electus est M. JOHANNES BERGMANN, LL.D. qui matriculam Academicam tantum LXV. auxit, quorum in numero occurrit quidam *Johannes de Campis*, Theol. Doctor. qui an sit Campensis ille Transisalanus, cujus *Paraphrasis in Psalmos*, *Grammatica Hebræa*, *Commentarius in Epistolam ad Romanos* Venet. 1534 editus, extant, an potius ex vetustissima Campensium, quæ Hamburgi diu floruit, familia ortus, non adeo constat. Hoc etiam anno *Academia Francofordiæ ad Viadrum*, in Marchia Brandenburgensi a *Joachimo I.* Electore jussu Patris Johannis I. (vid. *Ziegleri tægl. Schauplatz der Zeit ad diem 27. Apr. N. III.*) fundata est & solenni quidem ritu, (quo de *Inauguratio & urbis Francofurtanæ Gymnasique Literarii introductionis Descriptio.* 1507. ib. edit. & *Joh. Christ. Beckmanni Memoranda Francof.* evolvi merentur) die 27. Apr introducta, cujus Professores primi potissimum ex Academia Lipczensi accersiti sunt, ex quibus Rector Academiæ primus *Conradus Wimpina* Theologus, ex Fagis Franconiæ oppido oriundus electus est, infensissimus *Lutheri* voce & calamo hostis, qui Leges & statuta Academiæ primum scripsit, & tantus statim studiosorum in illam fuit affluxus, ut in primo hoc semestri Rectoratu ultra mille Nomina studiosorum in Matricula Academiæ nova ab ipso *Wimpina* relata fuerint. Illa ipsa autem Academia, cum post motas a *Luthero* de religionis Doctrina controversias plane deserta ac vastata fuisset, *Joachimi II.* Electoris Brandenburgensis auctoritate & mandato, per *Georgium Sabinum*, incomparabilem Poëtam, Oratorem & Historicum, Collegasque illi adjunctos, anno 1541. coepta est iterum instaurari, edito publice studiorum & Lectionum ordine & Programmatibus eruditis. Hoc etiam anno circa Nativitatis Christi festum, initio anni, ignis in quantitate Dolii cecidit e Coelo ad montem patibuli Civitatis Hoxensis. Desuper cecidit Vir magnus, niger, extensis brachiis ad

XI. CASPAR HOJER.

XII. JOHANNES BERGMANN.

ignem, & combuſtus fuit: poſt cecidit ſtella ignita quaſi ſuper Prætorium, & verſa cecidit ad montem Plaſſenbergk, & citra montem caſtri in Culmbach. Eodem anno a Buſcoducenſibus novum tormentorum genus inventum eſt, quod *Mortarium* vocabant, in obſidione arcis Proyæ, quæ ſita proxime Moſam interGoricum & Buſcum ducis oppida, opere & natura fuit munitiſſima. Hic iſtis inſtrumentis pila & graviſſimas ſaxonum moles in altum ejiciebant, hinc cum deciderent, paucis diebus Arcis tecta omnia, ac deinde tabulata corruebant, ut ſcribit *Continuator Paraleipona. Abbat. Uſpergenſ. p. m. 463.* Edit. de anno 1537. in Fol. Argentinæ impreſſo. Sed de bello Lubicenſium cum Duce Mecklenb. & aliis incepto, nunc quoque dicemus ex *Chron. Lubic. MSpto.* Illi ſiquidem 12. die Auguſti hujus anni exiverunt cum exercitu, & habuerunt 3000. peditum ac 500. equites, & Travemündæ Privaleum, (quam inſulam peculiari Privilegio urbi Lubicæ conceſſit *Fridericus II.* Imper. A. 1226. in quo hæc inſula (eo enim in loco ubi nunc vadum eſt, & terram Mecklenburgicam attingit, ductum Travæ in mare fuiſſe a fide dignis hominibus accepimus) Priwole nominatur. Vid. *Meibomii introd. in hiſt. infer. Saxon. p. 81.* trajecerunt, hocque die in Megapolitana Regione XXX. pagos & quasdam Nobilium ædes incendio perdiderunt. E contra 22. die Aug. veſperi S. Bartholomæi in Slutovium oppidulum dimidium inter Lubicam & Travenmunde ſitum irruperunt Principes Megapolitani & Dux Brunſvicenſis, ac Slutovium & pagum Weslo exuſſerunt: magis quam viginti equi tunc perierunt, qui in ſylva quadam apud Slutovium ſita telis perditi ſunt. Poſtea 29. Sept. oppugnarunt idem Principes urbem Mollovium, & viginti quatuor dies eam obſidione cinxerunt, ſed nihil effecerunt, ſimiliter quoque Belendorfium oppugnarunt, ſed poſt multa damna, quæ perpeſſi fuerunt, re infecta diſceſſerunt. Tandem tamen hoc bellum poſt biennium fuit compoſitum, & pax conſtituta eſt inter urbem Lubicam & Principes Megapolenſes anno 1508. die S. Jacobi, ut qui damno affectus eſſet, id boni conſuleret, & Lubicenſes ſimul omnia antiqua privilegia & immunitates retinuerunt. Incepto autem bello Megapolitano de conſtanti prius pace cum Rege Daniæ *Johanne* ineunda actum eſt Segebergi, ac hujus pacti Receſſus ſequenti anno 1507. erectus eſt, ut mox audiemus. Interim quoque hoc anno moritur Epiſcopus Lubicenſis *Theodorus Arends*, cujus in locum iterum electus eſt Dn. *Wilhelmus Weſtphalus*, de quo infra *in Claſſe II. JCtorum* audiemus.

§. 7. Hoc anno nunc ſubſequente CIↃIↃVII. die Tiburtii quarta vice Rector iterum electus
XIII. GERH. VRIELDE. eſt Academiæ æſtivalis M. GERHARDUS VRIELDE, S. Theol. D. & Prof. qui fecit Academiæ membra CXXXV. Hunc die Dionyſii ſecutus eſt jam ſe-
XIV. NICOL. LOUWE. cundo Rector M. NICOLAUS LOUWE, Decret. D. & Prof. a quo inſcripti tunc ſunt tres Lüneburgenſes, videl. *Hieron. Wizendorff*, ex antiquiſſima adhuc ibidem inclareſcente *Wizendorffiorum familia* ortus, Patre quidem *Johanne*, Senatore in Patria, qui eodem hoc anno, quo filius hic Rozſtochium conceſſerat, demortuus eſt. Noſter dein *Hieron.* poſt abſoluta Academica ſtudia, quibus etiam in Academia Wittebergenſi invigilavit, in qua à *Luthero & Melanchthone* puriori ac veræ religioni innutritus, eam poſtea per totam ſuam vitam unice fovit ac defendit, id quod manifeſte prodidit in prima illa Luneburgi purioris Doctrinæ per *Fridericum Henninges* & *Henr. Ottonem* in Templo Nicolaitano ſuſcepta Evangelii prædicatione, & Coenæ Domini ſub utraque ſpecie facta diſtributione, qui ad hoc divinum reformationis opus felici cum ſucceſſu peragendum hunc *Hieronymum Wizendorpium* (jam aliquot abhinc annis conſtitutum Patriæ Senatorem) præcipuum in Senatu veræ religionis amore, & gravitate ac zelo præſtantem Patronum tunc habuerunt, Civium namque pietate ac ſincera doctrina ardentium preces aſſiduas ita tandem adimplevit, *M. Stephanus Kempius*, ad primam Eccleſiarum conſtitutionem ſeu Reformationem Hamburgæ an. 1532. evocatus fuerit, qui prima ſic ordinis Eccleſiæ Lüneburgenſis fundamenta jecit, quem ſequenti ſtatim anno tanquam *primus Ordinarius poſt reformationem Eccleſiarum Miniſter* excepit *Urbanus Regius*, aliique. Et quidem, paulo poſt *Urbani Regii* adventum noſter *Hieronymus Wizendorp* Conſul creatus eſt, eoque Auctore, (teſtante *in Chron. Saxon. L. XIII. p. 379.* graviſſimo Hiſtorico *David Chytræo*) *ea gubernationis Eccleſiaſticæ ac Politicæ Forma fuit conſtituta, ut cives ſumma voluntate acquieſcentes, conventus deinceps ſuos intermitterent*; *Magna enim* (pergit Hiſtoricus) *hujus viri Auctoritas non in Patria ſolum Republica, ſed vicinis etiam civitatibus fuit, ac difficillimo illo cribrationis Eccleſiarum noſtrarum tempore, cum Carolus V. Victor, in Comitiis anni 1548.* Librum Interim *Eccleſiis obtruderet, Auctor conſilii fuit, ut trium civitatum confeſſio, ingenue & aperte errores illius refutans, ederetur. Quod* Καθόρθωμα *totius hujus inferioris Saxoniæ Eccleſiis tum ſalutare fuit.* Hactenus *Chytræus.* Sed hic tandem pius eximius ac præſtans Vir per XXIII. a. Patriæ ſuæ Cos. immortaliter meritus, cum Eccleſiæ, Patriæ Reipubl. imo univerſæ viciniæ multa ſemper ſalutaria ac longe utiliſſima præſtitiſſet officia, in Coeleſtem Patriam evocatus eſt an. 1556. Alter inſcriptorum Lüneburgenſium eſt *Ludolphus Semmelbecker*, in Patria poſtea Senator & vir præclariſſimus, qui obiit 1559. de quibus pluribus cl. Rerum Lüneburgenſ. Hiſtoricus *Joh. Henr. Büttnerus in Tabulis Genealogicis Patriciorum Lüneburgenſium Tab. II. Nnn. & Tab. I. Oooo.* Tertius denique inſcriptorum, qui & Lüneburgenſis, *Johannes Kruſe*, itidem Senator in Patria, cujus Soror *Metta Kruſen*, Uxor fuit *Johannis von Ellingen*, Civis Lüneburg. cum qua genuit Filiam ejusdem nominis *Mettam* ſive *Mechtildam*, civi primum Lüneburgenſi *Johanni ſ. Hans Möring* conjugii vinculo ſociatam, quæ cum hoc ſuo marito Fundatrix facta eſt *Stipendii* haud incelebris Lüneburgenſis hic dicti *Möringiani*, pro utraque & paterna & materna ſua Familia fundati, quorum primus Stipendiarius fuit conſtitus Abavus meus Paternus *Lucas Bacmeiſte-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

meiſterus Sen. poſtea Theol. D. & Prof. & Superintend. Rozſtoch. laudatæ Fundatricis ex Avunculi ſui *Egbardi Kruſen von Dormack*, ex Filiæ *Mettæ*, uxoris *Matthæi Lubbingii*, Civis itidem & Patricii Lüneburg. ex Filia *Anna*, Nepos. Occurrit & inter inſcriptos quidam *Timon Blome*, qui poſtea Abbas factus eſt Monaſterii in Hiddenſe. In univerſum autem, quamdiu Rector fuit *Nicolaus Leo*, inſcripſit novos LX. Academiæ Cives. Cæterum adhuc addimus præcipuos Pacti Receſſus, hoc anno die Mercurii poſt viſitat. Mariæ inter Lubicenſes & Regem Daniæ Segebergi initi, ſunt autem ſequentes: 1) *Lubicenſes ac cæteras civitates debere a Suecia abſtinere vel apportando, vel abducendo, ne inobedientia Suecorum hinc confirmaretur.* 2) *Ne Nautæ Lubicenſes & aliarum civitatum in portu ullo opes deportatas e Suecia ſuſciperent, & ſi quis in hac re eſſet ſuſpectus, ut velut inobediens, poena afficeretur.* (NB. Hic Articulus urbi Lubicæ & cæteris civitatibus fuit admodum perniciosus, ita ut ex eo magna poſtea diſcordia orta fuerit inter Regem & urbem Lubicam). 3) *Quod Lubicenſes in commodum Regis vellent detinere omnes opes Suecas & Succos ipſos, qui in ſuam civitatem, portus, fluvios ac regionem poſthac venturi eſſent; ſimiliter is quoque in cæteris urbibus confoederatis obſervaretur, donec Suecia ad obedientiam redigeretur.* 4) *Lubicenſes Nautas & aliarum civitatum, qui veniunt ad regios in mari, debere velum libenter dimittere, & literas ſuas maritimas oſtendere, & perſpici permittere, an habeant opes Suecas, quæ ſi apud illos non inveniantur, nullum damnum a Regiis illos timere debere; Ac ſic Regem velle duas naves Haſſiæ detentas cum Mercibus adhuc præſentibus, Lubicenſibus reddere, quo ſimul & omnem diſcordiam inter Regem & urbem Lubicam componi debere, ſine tamen detrimento Juris Regis Daniæ.* Hi ſunt Receſſus præcipui Articuli tunc inter Lubicenſes & Daniæ Regem erecti, qui quam male & per breve ſaltem tempus hoc Pactum a Dano ſervatum fuerit, ſuo tempore candide & prouti ſe habuit, ex *Chron. Lubic. MSto* adducemus. Hoc anno Mediolanenſis quædam prope portam Comenſem puerum ſtrangulavit & devoravit. Cum ſuper ſceleris immanitate torqueretur, *ab ipſis Diis inferis ſibi perſuaſum* ajebat, *ſi trimum vel quadrimum puerum immolaſſet, omnia, quæcunque vellet, conſecuturam.* Proinde graviſſimum de ea ſupplicium ſumtum eſt, rotarumque radiis cancellatim inflexam, ægreque colliſis oſſibus defractam, mors lenta ſævaque confecit, uti refert ex *Artuni Hiſt. Mediolanenſi* Clariſſ. *Wolff. Lect. Memorab. Cent. XVI. Vol II. p. 12.* Idem *Wolff.* ad hunc annum *ex Antonio Bonivenio de Abditis cap. 68.* rariſſimæ non minus quam curioſæ caſtitatis exemplum adducit de Monacho quodam quem curavit, qui ob zelum caſtitatis, ſed tamen ut ipſe ſcripſit, indiſcretum, ac minime ſecundum Dei rationabile obſequium Colem ſibi, & quidem Pubetenus prorſus abſciderat, ex quo cum ſanguis copioſus effueret, ac propterea medicamenta omnia vinceret & exſuperaret, arduum ſane & laborioſum fuit ejusmodi profluvium ſiſtere atque inhibere. Oportuit enim ſingulas venas, quæ ſanguinem fundebant apprehendere atque ita deligare, ut ora præcluſa coirent; quo facto reliquum curæ genus haud admodum difficile fuit, donec vulnus rite curatum penitus ſaneſceret.

§. 8. Redimus ad Rozſtochienſia, cujus Academiæ Rector Anno CIↃIↃVIII. die Tiburtii per ætatem electus eſt jam quinquies hoc onere gravatus, M. GERHARDUS VRIELDE, S. Th. D. & Prof. qui uno menſe Majo XCIV. in univerſum autem CXCI. inſcriptorum nomina annotavit, & inter hos *Wolffgangum*, Comitem de Eberſtein & Neugardten, cujus Familia omnium in Europa fere antiquiſſima, longe ante *Caroli M.* tempora inclaruiſſe, exque illa in vetuſtiſſimo Saxoniæ *Wittekindi* Regno quosdam horum Comitum jam Tetrarchas extitiſſe ſcribunt: Et quidem *Lexici Hiſtorici Univerſalis Baſileenſis Collectores Part. II. p. 116.* Originem *Comitum ab Eberſtein* veram & quoad immediatam ſucceſſionem ab *Eberhardo Comite ab Eberſtein* deducunt, qui fuit unus e XII. Filiis Guelphorum, ſc. *Iſenbardi & Irmentrudis* Filius. Hunc ſedem ſuam Hegoriæ (in tractu Sueviæ VI. milliarium in longitudine & latitudine intra Rhenum, Danubium & Acronium lacum ſito frumento ac vino fertili, multis inſuper Arcibus excelſis totius Sueviæ quaſi propugnaculis abundante, ſub quo etiam comprehenditur Landgraviatus Auſtriæ, Nellenburg & Thengen, præſertim Arx Würtembergica hactenus inexpugnabilis jugi montis petroſi ac prærupti poſita Hohentwiela) & inprimis Hohentwilæ habuiſſe, ac Conjugem ſuam amaſſe *Hedwigam*, Filiam *Henrici I. Aucupis* cogn. Imperatoris Romano-Germanici, iidem *Collectores* ſcribunt, quam tamen *Hugoni, M. Hugonis Capeti* Patri denuptam fuiſſe *Gundlingius in Henrico Aucupe* ſuo, nec non *in Collegio MSpt. der Einleitung zur Reichs-Hiſtorie Period. IV. th. 146. & 212. 13.* indubitatis hiſtoriæ argumentis demonſtrat. Ita etiam, quod de *Eberhardi* Filio III. *Ludovico I.* Comite de Eberſtein, duxiſſe illum Conjugem Imperatoris *Ottonis* M. Filiam *Luitgardam*, Familiamque ſuam circa Viſurgin Fluvium propagaſſe, ex *Ritterbuſio* iidem *Collectores Lexici Hiſtorici* ibidem adducunt: ſed tamen hanc ſuam Filiam *Conrado Rufo, ſeu Sapienti*, dicto, Comiti in Franconia in Uxorem dediſſe Imperatorem, & ſimul cum illa Dotis loco, Lotharingiæ Ducatum, idem *Gundlingius l. c. th. 209.* aſſerit. Quicquid vero ſit de ejus cum Filia Imperatoris *Ottonis* M. Conjugio, certum tamen eſt, hujus *Ludovici* Comitis Trinepotis Filium *Ottonem* I. eo quod Pater *Theodoricus*, rectius ab aliis *Conradus* dictus, a Feudorum Domino *Alberto* Duce Brunſvicenſi, quem bello invaſerat, captus & pedibus ſuſpenſus, necatus fuerat, una cum reliquis tribus fratribus ſuis confugiſſe in Pomeraniæ Ducatum ad Avunculum ibidem ſuum *Hermannum*, *Comitem a Gleichen* Epiſcopum Caminenſem, qui *Ottoni*, tanquam primogenito, *Neugartenſem Ditionem*, Comitatum in Pomerania ulteriore ejusque Ducatu Stargardienſi ſitum oppidulum Neugarten cum Arce ac Præfectura, item Arces Maſſau, Quarckenburg, & Vierof, cum Pagis quibusdam ſub ſe continen-

GERHARDUS VRIELDE.

tem, tanquam in Feudum Episcopatus sui perpetuo concessit & attribuit; reliquos autem Fratres suos *Wislaum*, *Bernhardum* & *Mauritium* Collegii sui Canonicos fecit. Ab hoc itaque *Ottone* I. Comite illo Eberstеinensi, *Neugartenses in Pomerania Comites* deinceps propagati sunt, teste etiam *Chytræo Chr. Sax. L. I. p. 9. & 10.* utpote cujus Posteri postea *Comites de Eberstein & Neugarten* denominati sunt. Mortuus est *Otto* I. anno 1279. relinquens III. Filios, quorum Primogenitus *Otto* II. cum Conjuge sua *Anna Sophia*, Comitissa *a Gleichen* genuit unam Filiam & duos Filios, ex quibus *Ludovicus* sub finem Seculi XIV. vivens, ex altera sua Conjuge, *Anna Elisabetha Comitissa de Manderscheid* genuit unicam Filiam unumque Filium *Ludovicum* II. qui quidem an. 1479. postulatus *Episcopus Caminensis* factus, sed resignavit iterum Episcopatum, ac anno 1480. Conjugem duxit *Waldburgam*, Comitissam *de Hohenstein*, ex qua natus est noster *Wolffgangus*, cujus tandem Familia cum *Casimiro* ultimo *Comite ab Eberstein* (quem *Collectores Lexici Historic. Universal. l. c. Ludovicum Christophorum* vocant, ac a. 1663. demortuum esse scribunt) a. 1660. expiravit, Titulusque ad *Comites de Wolckenstein* postea transiit. Noster Wolffgang9 Comes studiorum causa ex Academia Gryphica Pomeranorum hanc Varniacam etiam ingressus, cujus etiam sceptra sequenti anno 1509. uti paulo ante 1507. Gryphiswaldiæ, tenuit, & tandem *Præpositus Caminensis* mortuus est. Hoc etiam anno Frater *Martinus Lutherus* ad Profess. Theologicam suasu inprimis D. *Joh. Staupicii* in Academiam Wittebergensem vocatus est. Coeterum nostro *Gerhardo Vrielde* adhuc Rectore in patria ipsius Lubica, nocte diei Lunæ, in Festo Paschatis, *Templum Marianum* exustum est, ac eodem adhuc anno rursus in hanc formam, in qua nunc conspicitur, reædificatum, ac ære Cyprio tectum fuit: quod si Deus autem clementissime non avertisset, hoc incendium ad maximam totius urbis calamitatem & interitum cessisset. Recruduit etiam hoc anno novum Urbi Lubicæ bellum cum Rege Daniæ. Quanquam enim *Pactum Segeburgense*, de quo superiori anno diximus, Nikopingii quoque per *Recessum* erectum & confirmatum fuerat, tamen Rex omnes Articulos nihili fecit, nam naves Lubicenses ubique & detineri & auferri curavit; inde Mercator occasionem cepit, vi per mare navigare contra voluntatem Regis, neque servare ea, quæ Civitates Regi in Recessu promiserant, etsi quidem ad vitandum majus damnum Senatus hoc Mercatoris propositum libenter impedivisset. Hoc itaque anno miserunt Mercatores Lubicenses quinque naves Rivaliam, quæ salvis mercimoniis domum redierunt; verum cum sequenti anno 1509. octo naves instructas iterum Rivaliam mitterent, occasionem inde sumsit Rex vi magna Lubicensibus resistendi, ac 24. naves cum 4000. militibus paravit, quæ in Travennam venerunt ad impediendum omnem apportationem & abductionem e contra Lubicenses tunc detinuerunt omnes Danos hoc tempore illis præsentes, quod Rex iterum ulturus, Mercatores Lubicenses omnibus bonis in toto suo Regno privavit: cumque octo diebus præterlapsis Lubicensium naves Rivalia redirent, navale prælium cum Regiis inierunt, inter Dassem & Varnovium, & Lubicensibus tunc navis vectoria ablata est, reliquæ septem in Travenæ portum feliciter navigarunt. Sed addimus adhuc hujus anni hybernum Rectorem Academiæ Rozstochiensis M. PETRUM BOYEN, XVI. M. PETR. BOYE. Decret. Licent. qui tantum LXXIII. inscripsit.

§. 9. Ordo nos deducit ad annum CIↃIↃIX, cujus semestris æstivus Rector die Tiburtii electus, & 21. Apr. publicatus fuit, is, de quo paulo ante locuti sumus, *Wolffgangus* Comes de Eberstein, Dominus Terræ Neugardiæ: cujus electionem sequentibus verbis Matricula consignavit: Anno Domini millesimo quingentesimo nono XIIII. mense Aprilis fuit postulatus in Rectorem Universitatis Generosus & Gratiosus Dominus Dn. Wolffgangus, Dei Gratia Comes de Eberstein, terræ Neugardiæ Dominus æstivalem, & die XXI. ejusdem publicatus. Numerus inscriptorum tunc fuit CLIII inter quos præsertim occurrunt hic nominandi *Detlmarus Kenkel*, Brem. qui postea Cos. ejus Reipubl. fuit clarissimus, eruditione sapientia & virtute præstantissimus Vir, cujus Filius *Tilemannus Kenkel* Poëta nitidissimus ao. 1562. studiorum causa Rozstochii quoque commoratus est. Vid. *Scripta Acad. Rozstoch. ab anno 1560. usque 1567.* per *Joh. Posselium*, *Sen. collecta.* Alter tunc inscriptorum est *Fridericus Henninbes* Luneburg. qui Decano M. *Bartholdo Millero* Theolog. Doct. ao. 1513. ibidem in Magistrum Philosophiæ creatus est. Hic primum fuit Pastor ad D. Petri Hamburgensis Ecclesiæ, acerrimus tum propugnator Religionis Patriæ, scil. Papisticæ, & quidem D. *Bartholdo Millero*, Theol. D. & Cathedr. Eccl. Concionatori, D. *Wendio*, *Nicolao Burstorpio*, aliisque capita aliquot suorum Dogmatum adversus recentes puræ & salutiferæ doctrinæ Evangelii Propagatores, M. *Ordonem* sc. *Stifelium*, Pastorem S. Catharinæ; M. *Stephanum Kempium*, Franciscanum antea, & ingenio ac facundia animique magnitudine *Ordonem* longe superantem, nunc autem ad D. Mariæ Magdalenæ Ecclesiasten; *Johannem* itidem *Zegenbagium*, ad D. Nicolai, nec non *Johannem Frizium*, Lubeca ad D. Jacobi Pastorem noviter vocatum, coram senatu & civibus in curia, mense Apr. 1527. tueri injunctis, fideliter tunc quoque adstitit. Verum cum erroneas has suas opiniones nullo modo e S. Scriptura probare possent, omnes hi impii & erronei clamatores Papistici urbe exire jussi sunt. Et *Bertholdus* quidem *Möllerus*, quia cum assecles suis veram de Deo doctrinam nullo modo propemodum supprimere, iterum, ejusque concionatoribus resistere amplius valeret, triduo post sponte, ex qua venerat, Academiam Rozstochianam iterum rediit, quem & noster *Fridericus Hemmingius* tunc quoque insecutus est. Postquam autem ipse noster *Hemmingius* ex ore Slüteri Rozstochii puriorem quoque de Deo Doctrinam, eamque in verbo Dei mure aheneo firmiorem fundatam hausisset, anno quidem 1529. Hamburgo, qua se iterum contulerat, a conterraneis suis civibus Lüneburgum vocatus est, ibique XVII. Wolffg. Comes de Eberstein.

primam

primam Pontificiæ Religionis emendationem in se suscepit, & purioris Doctrinæ semina spargere, ipsaque Dominica Invocavit Coenam Domini sub utraque specie porrigere in Templo D. Nicolao sacro primum coepit cum Collega *Henrico Ottone;* qua de re M. *Thomas Mawerus*, Tribulensis, *Silesius*, celeberrimus sui temporis Poëta ac Rector ad S. Michaëlis Lüneburgi *L. I. Poëmatum in Præfatione ad Senatum Lüneburg. inter alia, dum de Urbe Lüneburga egit, ita canit:*

Inde repurgati cum lux sanctissima verbis,
Fulgeret scriptis sparsa LUTHERE *tuis.*
Mox Antichristi cultus exosa nefandos,
Amplexa est verbum maxime Christe Tuum.
Quod primum HENNINGES *docuit* FRIDERICUS & HENRICUS *concors additus* OTTO *fide.* (*illi*

Clarius autem hoc profert *Mawer*i Socer *Lucas* ille *Lossius*, sydus olim radiantissimum scholæ Johanneæ Lüneburgensis, in sua *Lüneburga p. 45.*

Tempore quo tradi coepere, hæc dogmata Christi,
Præsulis a Latii foedis erroribus, Urbe
Expurgata Patris divino munere summi
Quatuor hic (*sc.* HENNING *habuit senio & pietate*
Collegas fidos, sacri verbique Ministros. (*verendos*
Hos inter Primus viguit de LAMPADE *dictus*
Doctus JOHANNES, *præstans pietate fideque.*
Doctus & HARDVICUS, MONTIS *de nomine*
querci (*Ketenberg*)
Qui Patria cunctis Phoebea charus in urbe
Atque fuit nobis dulci conjunctus amore.
Ordine quem sequitur, magna pietate, GERHARDUS HERBERTINCK, *Pylios dignus qui vivat in annos.*
Hos sequitur CASPAR, *canis, Romsbagius ubique*
Cunctis eloquio, Marsis qui venit ab arvis.

His ergo IV. Collegis stipatus *Hennigius*, constanter & absque omni impedimento, frementibus quamvis Cucullatis, atque inprimis *Colero*, Præposito ad D. Johannem, coram tamen eamque in Scriptis Prophetarum atque Apostolorum firmiter fundatam Evangelii Doctrinam palam docuit ac propagavit; verum uti iterum laudatus *Lossius l. c. p. 39.*

Urbs equidem quamvis Christi jam Dogmata
Phœbes
Cæperat amplecti, summo ast Doctore carebat.

Itaque Dux Lüneburgensium *Ernestus*, Primus Gentis suæ Lutheranæ Religioni addictus Princeps, *Urbanum Regium*, Augusta ex Comitiis recens adductum, anno 1531. in eam urbem allegat, ut certum ordinem Ministrorum Ecclesiæ ibi institueret, Ordinationem Ecclesiasticam a *Stephano Rempio* paulo ante 1530. conscriptam, servaret, & si opus esset augeret etiam. Atque sic *Urbanus Regius* ad tempus Superintendentiam in Urbe & Ecclesia Lüneburgensi (hanc Spartam ipsi tunc ultro cedente *Henrico Radenbrockio*, ultimo Abbate Cœnobii secularisati Scharnbeck, jam anno 1530. *primo* in Urbe *constituto Episcopo & Superintendente Ordinario*) suæ Patriæ Lüneburgæ administravit, Ecclesiasticoque Ordini opera sua atque Doctrina in tertium usque annum præfuit, id quod eleganter More suo sic decantavit prælaudatus *Mawerus l. c.*

URBANUM *& celebrem* REGALI NOMINE *secum*
Vindelica rediens duxit ab urbe domum.
Ut vetus ad veram pietatem Dogma reformans
Traderet bis pure Cœlica verba locis.
Hanc quoque quem Princeps studio Pietatis in
Urbem (*Lüneburgam*)
Mittit, ut inceptum rite reformet opus.
Qui memor officii veros pietatis ad usus
Quicquid erat sancto munere constituit.

Et *Lucas Lossius* l. c. rem eandem sic profert:

Princeps eximio Pietatis motus amore,
Et studio Christi spargendi Dogmata late,
URBANUM *Phœbes Doctorem mittit in Urbem,*
Constituat Cœtus & in hac etiam ille piorum,
Ordinet, & vero confirmet Dogmate Christi.
Quod facit is magna cura, pietate, fideque.
Vera docens, falsos cultos, & Dogmata falsa
Exstirpans, non ulla novans, faciensve tumultu,
Omnia consilio peragit, nil plebis ad æstus
Mutans, aut tribuens cuiquam, non civica tollens
Jura, pedem in templo ponens, non atque Senatum.

Sed hic *Urbanus Regius* per annos duos Lüneburgi non substitit, rediit enim anno 1533. ellam ad Principem, factus *Superintendens totius Ducatus Lüneburgensis*, quo in officio etiam obiit 1541. Post ejus autem Lüneburga discessum, Superintendentiam post mortem *Primi Henrici Radenbrockii* anno 1536. accepit *M. Paulus de Rheda vel Rhoda*, Quedlinburgi in Hercynia natus, non autem Stetini, ut *Hammelmannus Part. 2. Historia Ecclesiasticæ renati in Urbe Goslariensi Evangelii p. 871.* & de *Reformatione Urbis Lüneburgensis p. 901.* nec non *Lossius in Epitaphiis, & in Indice Lüneburgensi*, multo minus ex Suevia ortus, *uti Leznerus in historia Monast. Urbis Goslar.* scribunt: Primum Pastor Jüterboccensis; deinde ab anno 1523. ad 1530. Stetinum vocatus, ubi Evangelium de Christo introduxit ac summa cum gloria propagavit; anno 1531. Goslariam abiit, factus ibi *secundus* a D. *Johanne Amando* vereri Collega Pomeranico *Superintendens Ecclesiarum Lutheranus.* Sed cum ipse ibi apud Senatum auctionem stipendii pro Collegis suis & reliquis tunc Ecclesiæ Ministris impetrare non posset, post annum 1533. hinc discessit, rediitque ad Sterinenses, quorum *Primus generalis Superintendens* a Duce *Barnimo* anno 1535. constitutus fuit. Hanc vero stationem iterum reliquit, atque ex commendatione *Lutheri*, & inprimis D. *Urbani Regii* Lüneburgum se contulit ad capessendum ibidem *Superintendentis munus;* eo advenit Anno 1537. circa Festum Pentecostes. Ast vero cum post triennium anno 1540. Sedinum a Principe *Bogislao* tertia vice revocaretur, (ubi tandem 1563. die 12. Jan. cum quadraginta fere annos fideliter & feliciter Ecclesiam illam Doctrina & consilio rexisset, pie & placide ad Cœlestis Ecclesiæ societatem translatus est) Senatus de Consilio *Urbani Regii*, Syndicum suum Urbis, novissime Rotzstochio acceptum, *Christophorum Hegendorffinum* (quo *de Lib. V. cap. I. in Class. II. JCtorum* pluribus dicendi erit occasio) illi substituit *III. Ecclesiarum Lüneburgensium Præsulem vel Superintendentem;* qui cum per sex tantum menses hoc munus sacrum obierat, ipse ex vita morte placida

da

da migravit. Tandem itaque Munus hoc Episcopale in *Fridericum noſtrum Henninges* devolutum eſt, poſtquam in X. usque annum verbum Dei, in Prophetarum & Apoſtolorum ſcriptis traditum, pure & incorrupte *Primus* detexiſſet ac prædicaſſet, is itaque anno 1540. Senatus populique Lüneburgenſis cum conſenſu ac voto unanimi *Superintendens Lüneburgenſis Ordine IV.* fuit conſtitutus & introductus, quam quidem Spartam ſumma cum diligentia ac fide, usque ad annum 1563. geſſit. Audiamus hac de re iterum *Mawerum l. c.*

A Duce quo rurſus revocato (Urbano Regio) *præco ſupremus*
Paulus, *in hac verbi Rhodius Urbe fiat.*
Quem ſequitur celebris toto Hegendorfius *orbe,*
Qui prius iſtius Syndicus Urbis erat.
Munere quo veræ pietatis amore relicto
Inſpector rexit Sacra Miniſterii.
Fit Superintendens poſt quem FRIDERICUS *ibidem*
Primus Evangelicas cum docuiſſet opes.

Loſſius autem ita expreſſit:

Annis abhinc actis binis a Principe claro
Urbanus *ceſſit Cellam revocatus ad Urbem. Et poſtea*
Rhodius *hunc ſequitur, magna pietate Magiſter,*
Paulus, *quem celebris nobis Pomerania miſit.*
Stettinæ hunc Princeps noſtra poſt avocat urbe:
Cognitus hunc ſequitur toti Hegendorfius *orbi etc.*
Quartus amans Pacis ſequitur FRIEDERICUS *in urbe,*
Doctrina Henninges *ſenio & pietate verendus,*
Pacis amans, claro dictus de nomine Pacis,
Præſide quo tenuit ſanctam hæc Eccleſia Pacem,
Annos per multos, ſincere & Dogmata Chriſti,
Hunc etiam nuper Doctorem Eccleſia tantum
Amiſit.

Tandem tamen HENNINGIUS noſtor, poſtquam ad ſummum Senium perveniſſet, placide in Domino obdormivit, die Nicolai anno 1563. cujus in honorem ſæpius citatus *Loſſius* ſequens ſcripſit Epitaphium, quod in *Lüneburga ſua p. 44.* occurrit & hoc eſt.

EPITAPHIUM SEV EPICEDION.

Viri Reverendi, Doctrina, Judicio, Auctoritate, Virtute, Pietate, & Sapientia præſtantis Dn. FRIEDERICI HENNINGES, *Superintendentis Eccleſiæ Lüneburgenſis, qui Eccleſiam hanc in ſumma tranquillitate docuit & gubernavit annis XXXIII. obiit anno* CIↃIↃLXIII. *5. Dec.*

Hæc humus eximii FRIDERICI *membra Magiſtri,*
HENNINGES, *vitæ reſtituenda fovet.*
Qui Superintendens hic rexit pace beata
Cœtus, & ſonuit dogmata vera Dei.
Vir Pietate gravis, doctus, venerandus, & annis,
Eloquio præſtans, judicioque vigens.
Candidus & prudens, faſtuque alienus ab omni,
Paſtoris Chriſti vera hic imago fuit.
Munere Divino non eſt Eccleſia quoquam
Noſtra ſub hoc motu dilacerata novo.
Nam ſonuit conſtans ſincere dogmate ſemper
De meritis Chriſti, cultibus atque piis.
Auctor erat pacis Cives interque Senatum,
Sedulus in cunctis munia juſta gerens.
Pectora Collegis tenuit ſociata benigne,
Almæ ſic ſemper pacis amator erat.
Dogmate ne falſo quisquam vaſtaret ovile
Hic Chriſti, cavit ſedulitate pia.
Doctorum altricem multum teneræque juventæ
Conſilio juvit, præſidioque Scholam.
Sex ubi luſtra pius Chriſtum docuiſſet, & annos
Ternos, qui Pylios vivere dignus erat:
Hunc quoque auctorum victrix mors invida tollit,
Clarum tam mentis, tam pietate virum.
Corporis eſt ſublata viri præſentis imago,
Fama ſed abſentis non moritura viget.
Quem docuit ſemper, Chriſtum in ſua fata vocabat,
Spicula non ſenſit mortuis hic ulla trucis.
Somnus erat placidus, non mors, ubi ceſſit ad Aſtra,
Spiritus in Cœlis gaudia læta capit.

Reliquit *Henningius* noſter Filium *M. Hieronym. Henninges*, in Patria ad D. Johannis Ædem Paſtorem optime meritum, Auctor faſtiſſimi & rariſſimi operis, *Theatrum Genealogicum* inſcripti, quod IV. Tomis comprehenſum primum prodiit Magdeb. 1598.

Hæc de *Primo Lüneburgenſis Eccleſiæ poſt Reformationem Miniſtro & Superintendente* IV. FRIDERICO HENNINGIO, cujus vitam, quia in tempora Reformationis in urbe Lüneburga ſuſceptæ incidebat, ideo paulo prolixius nunc deſcripſimus, ut totum ſimul reformationis negotium in urbe & Eccleſiis Lüneburgenſibus, quando & a quibus peractum, incidenter hic ſimul, & quaſi in compendio inferamus. De *bello Danico - Lubicenſi* ex Chron. Lubic. MSpto pergimus nunc dicere; ubi hoc anno Sueci Legationem ſuam Hafniam miſerunt, & iisdem quidem conditionibus cum Rege de pace tractarunt, ut Sueci tributum aliquod Regi darent. Verum cum Regis interim Naves in Vinlandia appulerant, & regionem illam bonis ſpoliaverant, occaſio hinc Suecis præbita eſt, non ſervandi ea, quæ Regi promiſerant. Hoc itaque autumno Lubicenſes octodecim Naves vectorias pararunt, tormentis bellicis bene inſtructas, quarum maxima pars noviter exſtructa erat, oneratæ frumento, ſale & aliis mercibus, quibus Sueci opus habuerunt, & cum iis in Sueciam navigarunt Stockholmiam, ſicque Suecos adjuvarunt & ſibi conciliarunt. Quinta vero Septimana poſt Michëlis, cum domum vellent repetere, tempeſtate multum damni perpeſſæ ſunt, nam 5. naves ex iis perierunt, inter quas una fuit, *Balhorn* dicta, habens 300. pondo, nova navis, cujus prima hæc navigatio fuit, & plus quam 500. homines his in navibus ſubmerſi ſunt: quædam etiam ex illis Navibus Dantiſci appulerunt, ibique per hyemem ſubſiſtere coactæ ſunt; quædam quoque magno cum periculo domum redierunt, ut ita ex itinere claſſico hoc Urbs Lubica multum damni paſſa ſit. Interea dum hoc damnum Urbi Lubicæ contigit, Rex Daniæ XXX. Scaphas militibus inſtructas Travenmündam miſit, ad eam occupandam. Deus vero ſine dubio hoc inſtitutum prohibuit; Naves enim Danicæ in ſinum Neoſtadianorum terram legerunt, ad pagum Haffkrogam, & milites Travenmündam præterierunt, & viginti Lübicenſium pagos incenderunt, poſtea Oldeslovii per tres hebdomadas ſe detinuerunt cum magno detrimento: interea autem temporis Travenmündenſes octo ſcaphis & quibusdam Equitibus exiverunt, & omnes Danicas ſcaphas abſtulerunt, quas ex parte

parte exusserunt: Neostadii quosdam quoque milites abduxerunt captivos, & plus quam centum Boves & Vaccas rursus abstulerunt, ac Travenmundam depulerunt. Hactenus de bello hoc anno inter Lubicenses & Daniæ Regem continuato. Addimus adhuc hyemalem hujus Anni Academiæ Rozstochiensis Rectorem, qui die S. Galli introductus est, M. JEBERTUM GROZE, (aliis JEBERTUM GROTHE) Decret. D. & Prof. a quo inscripti LXXIX.

VIII. JEBERTUS GROTE.

§. 10. Hoc præsenti nunc anno CIↃIↃX. absolvemus primum Seculi XVI. Decennium, in eoque considerabimus Academiæ Rozstochiensis Rectores, quorum ille, qui per æstatem sceptra Academica jam tertia vice tenuit, M. NICOLAUS LEO, Decret. D. d. 13. Apr. electus, & 20. publicatus fuit, cujus sub regimine Academico LXXVII. Matriculæ Academicæ inserti sunt, cui dein die S. Galli successit per hyemem Academiæ caput, M. HENRICUS GRUSELMANN, S. Theol. Baccal. atque is saltem XLIX. inscripsit, & inter hos *Nicolaum Marschalk*, Juris utriusque D. postea in Academia celebrem, de quo suo loco dicemus. Hoc anno post pascha (ut de *bello Lubicensi Danico* iterum nunc dicere pergamus) Lubicenses cum cæteris civitatibus Rozstochio, Wismaria, Sundio ac Lüneburgo Regi Daniæ bellum denuo conjunctim indixerunt. Hamburgenses vero licet simili modo se cum cæteris civitatibus conjunxerant, tamen hoc tempore noluerunt bellum quoque contra Danum suscipere; Primum itaque Lubicenses sex navibus Prætoriis exiverunt, & in quasdam Regis naves inciderunt, apud Gesnern, quæ in Orsundium aufugerunt, post quam quædam Lubicensium cum iis pugnaverant, ita quidem ut in navi Regis, *Cygnus* dicta, XL. homines telis interfecti fuerint, tandem tamen Regis naves fugam susceperunt usque Hasniam, & Lubicensium Naves in Beltam navigarunt, & regionem ferme dimidiam exusserunt, sicque in Travennam reversæ sunt. Post quatuordecim vero dies egressi iterum sunt Lubicenses cum decem & quatuor navibus, & in festo Pentecostes Regionem Mönam occuparunt, ac multos Pagos incenderunt. Rustici vero aufugerunt in urbem vocatam *Stecke*, quæ in hac regione est, quo recepit se Capitaneus Lubicensis *Stolterbole* cum exercitu in fossam usque oppidulo sub tormentum bellicam, hoc quidem fine, ut oppidulum vi occuparent, sed quia Milites eum sequi nolebant, nec se simul sub tormentum recipere, *Stolterbole* cum multis aliis, qui in fossa fuerunt, telis interfectus est: Milites contra in terra incendiis grassati sunt, & navim rursum ascenderunt, & isthinc in Orsundium Helschenoram navigarunt, ibique tredecim naves abstulerunt, & cum spoliis in Travennam reversi sunt, ubi per sex hebdomadas substiterunt, multumque petulantiæ contra Senatum exercuerunt; noluere namque prius in mare reverti, quam Senatus illis supra mercedem libera quoque spolia promitteret. Et licet hoc ipsis promissum sit, tamen in hoc bello semper se perfide contra Urbem Lubicam gessere. Triginta vero naves cum speculatoriis fuerunt (inter quas Sundenses tres suarum numerarunt) qui Bornholmium navigarunt, atque ibi exactionem instituerunt. Sed Bornholmenses id ipsis negarunt, ut Lubicenses vi regionem illam ingressi sint, incenderint, & quinquaginta viros interfecerint, totamque Regionem incendio perdiderint, tantum autem butyri, ovium & boum ex ea abstulerunt, quantum opus habuere. Deinde in Calmersundium navigarunt, & in parte Blessingii multum damni dederunt. Et quia Sueci Arcem Calmern jam occupaverant, quidam Sueci cum Lubicensibus in Beltam navigarunt, & Lalandiam ferme totam exusserunt ac spoliarunt: in animo quidem etiam tunc habuerunt, in Fiuniam quoque tunc proficisci, nam Lubicensis Senatus ipsis tunc adjumento misit mille milites cum victu & potu, sed capitanei militum tum perfide egerunt, qui Travennam repetere volebant, hinc blanditiis exercitum ita abduxerunt ut nec pecunia nec bonis verbis in terram Fiuniorum potuerint deduci. Tandem ante Michaelis Festum iterum Lubicenses octo naves pararunt, hoc fine ut Suecos Dominos domum reducerent, quod factum est quoque. Postquam vero Bornholmium venerunt, & Sueci Domini jam ab ipsis dimissi erant, incidunt in octo Regis Daniæ naves, quas pugna vicerunt, ut in Gotlandiam aufugerint, ibique navem naufragio perdiderint: Sicque ideo Regis naves impeditæ fuerunt, ut Bornholmio in Oelandia de proventu se prospicere haud potuerint, Lubicensium autem naves tempore Martini domum iterum redierunt. Cæterum hoc anno Mulier mendica ante urbem Dantiscum uno quidem partu novem infantes in mundum edidit, quorum quinque masculini, quatuor autem foeminei sexus erant, omnes sacro baptismati intincti, & horum quidem quatuor in quintam usque septimanam in vivis fuere, postea tamen morte bene placida, ad illum, qui dederat, Deum T. O. M. iterum rediere. De septem interim hominibus sylvestribus, qui hoc tempore e terra Nova Rothomagum cum Cymba, vestimentis & armis eorum adducti sunt, refert *Continuator Paraleip. Abbat. Usperg. p. 463. Eos fuliginei fuisse coloris, grossis labris stigmata in facie gerentes, ab aure ad medium mentum instar lividæ venulæ per maxillas deducta, crine nigro & grosso, ut equina juba, barbam per totam vitam nullam habuere, nec pubem, nec ullum in toto corpore pilum, præter capillos & supercilia: baltheum gesserunt, in quo bursula quædam fuit ad tegenda verenda. Idioma autem omnes labris formant, nulla religio, cymba eorum corticea, quam homo una manu evehat in humeros, arma eorum arcus lati, chordæ ex intestinis aut nervis animalium. Sagittæ cannæ saxo aut osse piscis acuminatæ. Cibus eorum carnes tostæ, potus aqua. Panis & vini & pecuniarum nullus omnino usus. Nudi incedunt, aut vestiti pellibus animalium, ursorum, cervorum, vitulorum marinorum & similium.* Hæc ille.

X. NIC. LEO.

X. HENR. GRUSELMANN.

§. 11. Cum Annus CIↃIↃXI. ejusque dies 14. April. in fastis rediret, ad Clavum Reipublicæ Academicæ Rotzstochii ex libera & recepta Senatus Academici electione jam septima quidem vice, iterum admotus fuit M. JOHANNES BERGMANN

XXI. JOH. BERGMANN.

MANN S. LL. D. qui cives Academicos novos fecit CXX. quorum ſub numero etiam occurrunt *Joachimus*, & ejus Frater *Marcus*, *die von Bußſchou*, Patricii Rotzſtochienſes. De illo quidem *Lib. V. C. I. in Claſſe IV. Sect. I. Profeſſorum Artium ſ. Latinæ Linguæ*, dicemus: *Marcus* autem *Luſchovius*, poſtquam primis annis ſtudiis Philoſophicis inſudaſſet, propterea etiam *Magiſterii gradu* in Academia Patria Decano eodem *Johanne Bergmanno* anno 1515. exornatus fuiſſet, totum ſe Jurisprudentiæ mancipavit, in qua ſacratiſſima ſcientia ita profecit, ut non conſultiſſimus ſolum JCtus & ab anno quidem 1534. Reipublicæ Patriæ Senator extiterit; verum etiam ob ſingularem prudentiam & juris cognitionem, ſingularem, a vicinis quoque Principibus ac Rebuspublicis in graviſſimis negotiis ſæpe conſilium ipſius fuerit requiſitum. Scripſit inter alia ingenii monumenta, etiam pererudita *Juris Reſponſa* quorum unum adducit Cel. *Kirchhovius* Civis ejus *in Reſponſ. Jur. Vol. I. Conſ. XXXIII.* repetitum iterum *Vol. II. Conſ. I. L.* de Quæſtione: *An Legata ad pias cauſas pro ratione temporum ac neceſſitate in alios æque uſus, vel etiam magis pios converti poſſint. Et Monaſterio vel Eccleſia funditus deſtructa, & alio in loco cum conſenſu Epiſcopi reædificata, cum novi fundi novæque dotis aſſignatione, utrum talis ſecundus conſtructor Jus Patronatus acquirat, & cui Patrono tempore neceſſitatis ſubvenire, ac collectionem pecuniæ contribuere teneatur?*. Hoc & reliqua Conſilia magni ſemper æſtimaſſe magnum illum *Davidem Chytræum* relatum legimus alibi. Reliquit autem hic *Marcus* Senator eximius Filium ejusdem Nominis, qui poſtea *Juris Profeſſor in Academia Patria* factus eſt famoſiſſimus, de quo ſuo loco. Succeſſit autem *Bergmanno* (ut ad Rectores iterum revertamur) in Rectoratu per hyemem gerendo, die Galli M. BARTHOLDUS MOLLER, S. Theol. D. ſecunda quidem vice, & inſcripſit quidem tunc LVI. Quo eodem anno in Quadrageſim. *Conradus Rex* (*König*) civis Lubicenſis quasdam exploratorias naves paravit, cum adjutoribus ſuis, & ter in belthum navigarunt, ubi quadraginta naves & ſcaphas Danis abſtulerunt, quas partim exuſſerunt, partim plenas opibus domum ſecum duxerunt. Eodem ſimul anno venerunt ante Pentecoſtes feſtum viginti naves regiæ ante Travemam, hoc fine, ut illud oppidum occuparent, & ſpoliarent, ſed impediti ſunt, ut nihil efficere potuerint, ideoque Viſmariam navigarunt, & ibi in portu quatuordecim naves magnas & parvas abſtulerunt, & quasdam ædes usque ad portam civitatis exuſſerunt. Dein navigarunt ante Warnovium, ubi cum igne terram depopulari inceperunt. exiverunt Rotzſtochienſes magna vi, ut ſtatim in naves ſecedere coacti fuerint Dani, qui iſthinc in Rugiam navigarunt, & Jasmundii terram legerunt, ibique omnes Sundenſium pagos exuſſerunt. Sundenſes vero cum tormentis bellicis, & octingentis peditibus exiverunt, ac quibusdam etiam Equitibus, hac quidem ſpe, ut Satrapa iſtius Regionis per ruſticos ipſis auxilium præſtaret; quia vero Satrapa jam antea aufugerat, Sundenſes ab exercitu Danorum in fugam converſi ſunt, & tormenta illis ablata, ac decem viri capti, quidam autem interfecti ſunt, cæteri in Scaphas redierunt, & in fretum navigarunt: ſequenti tertio die Regis naves in Oelandiam ad hanc ſpoliandam navigarunt, ſed Ruſtici ſe congregarunt, & milites Regis in fugam converterunt, ſicque rurſum Hafniam cum navibus abnavigarunt. Dum ſic Regis naves Sundenſes & Wiſmarienſes tanto damno afficerant, pararunt Lubicenſes XVI. naves, & die Annæ ex Travenna navigarunt, & Sundenſes cum ſuis navibus Jasmundii ad octiduum expectarunt: iis autem non advenientibus Lubicenſes ſoli iſthinc Bornholmium navigarunt ibique centum boves, ducentas oves, & tria pondera butyri e Regione abſtulerunt. Ibi quoque cum Lubicenſes Sundenſium naves ad octiduum fruſtra expectaſſent, venerunt ad illos ſeptendecim Regiæ naves veſpere quidem S. Laurentii, & pugnam inter ſe habuerunt usque ad noctem, Lubicenſes autem victoriam reportarunt, & unam ex navibus Regis abſtulerunt, in qua ſexaginta viri & Nobiles capti ſunt, cæteræ autem Regis naves aufugerunt, & naves diſperſæ ſunt, ab utraque autem parte multi occiſi ſunt. Pro victoria contra Danos Senatus Lubicenſis quotannis die Laurentii Miſſam celebrari curavit in Templo Mariano, in ſignum gratiarum actionis ad Deum. Quia vero eodem tempore Lubicenſes etiam Hollandos hoſtes habuerunt, Lubicenſes Bornholmio Heilam navigarunt, ubi Hollandos expectarunt, & inter Reſchovedam & Heilam ducentas & quinquaginta naves Hollandicas invenerunt, inter quas quatuor tantum ad bellum erant inſtructæ & ad reliquas comitandas miſſæ. Lubicenſes vero inter has naves navigarunt, ac omnes in fugam converterunt, ex quibus quasdam abſtulerunt, & militibus compleverunt, quasdam quoque exuſſerunt, ſicque Hollandi omnes fere naves reliquerunt. Pugna autem hæc facta eſt die Dom. poſt Laurentii feſtum. Interim naves Regis Bornholmium redierunt, ad quas quoque, ſpe quidem Lubicenſes quoque adhuc iſthic commorari, Sundenſium naves tres tunc quoque venerunt; ideo tunc duæ Sundenſium ab exercitu Regis detentæ ſunt, tertia autem, in qua illorum Domini fuerunt, adhuc aufugit. Eo quoque tempore advenerunt quatuor naves orlog. quæ ab Hollandis aufugerant, & Danis nuncium attulerunt, Hollandos Heilæ a Lubicenſibus ſuperatos eſſe, & multas illis naves abſtuliſſe: qua clade Hollandorum accepta conſtituerunt Dani omnia ſpolia & gloriam Lubicenſibus iterum eripere, & ſi quidem vitam quoque amittere deberent omnes. Duabus hinc atque viginti navibus adhuc confirmati omnes Reſchovedam navigarunt veſpere quidem Aſſumtionis Mariæ. Poſtquam autem Lubicenſes adventum Danorum intellexiſſent, undecim navibus paratis Danis occurrunt obviam & per totum diem cum exercitu Regis pugnarunt, usque ad noctem, ac tandem Regis naves fugam ſuſceperunt & aufugerunt, Lubicenſes contra victoriam deportarunt, & octodecim navibus captis, multisque Spoliis onuſti in Travenmundam redierunt. Atque hæc quidem ſunt præcipua facta, quæ acciderunt in bello cum Rege *Johanne*: Et ubique notandum

tandum est, licet Lubicensibus sæpius in hoc bello magna fortuna affulserit, raro tamen ipsis bene omnia atque ex sententia hinc evenisse, semper enim majus damnum quam commodum perpessi sunt, idque a Capitaneis & militibus suis propriis, qui juramentum, quo se Urbi Lubicæ sancte obstrinxerunt semper negligentes, perfide egerunt, & magis curarunt Spolia & commodum suum, quam obedientiam & fidem præstare Dominis suis Lubicensibus, qui in navibus simul fuerant, in iis præsertim rebus, quæ maxime ad urbis Lubicæ gloriam & commodum pertinerent. De *Johanne* quoque Rege Daniæ observamus, quamvis ille fortis & semper fortunatus belli Princeps in mari in primis fuerit, in bellis tamen cum Lubicensibus gestis, quoad maximam partem infelicissime præliatus est, semperque ex animo doluit, quod ad bellum cum Lubicensibus & cæteris civitatibus maritimis unquam pervenisset, & ferunt quoque, Regem quoque hoc toto belli tempore raro alacri animo fuisse. Id autem certo credendum, quoad urbs Lubica fuit, tam longum ac acre bellum inter urbem & Danorum Reges nunquam gestum esse, ac eo quidem tempore cum Rege illo *Johanne*. Hæc quidem ex *Chron. Saxon. Lubic. MSpto.*

§. 12. Transimus ad annum CIↃIↃXII, quo tempore die 21. Apr. sexta quidem vice Rector Academiæ Rotzstochiensis iterum electus fuit M. GERHARDUS VRIELDE, S. Theol. D. & Prof. Ord. qui in album Academiæ retulit CXIX. Quo anno notante *Bucelino in Annal. German. p. 130.* memorabilis illa pugna ad Ravennam die 11. Apr. (alii d. 27. Martii ipso S. Paschatis die pugnam hanc factam esse volunt) peracta est, in qua *Julii II.* Pontificis & Hispanorum copiæ a *Ludovico* Galliarum Rege ejusque confoederatis magnam stragem acceperunt, cæsis e *Julii* exercitu sedecim millibus, quo ipso conflictu Jacobus ab *Embs* nobilissimus Heros & Dux militiæ cecidit, rebus maximis in eodem Ravennate prælio gestis celeber, de quo ita *Huttenus*:

XXIII. CERH. VRIELDE.

Postquam omnes Italorum Urbes, Patriæq; potentes
Implerat fama nominis, occubuit
Pugnavit toties, nunquam non vicit in armis,
Hoc quoque, quo cecidit, tempore victor erat.

Cæterum eo tempore, cum hoc nuncium de clade sui exercitus deferretur ad Papam, sedebat ad ignem camini cujusdam, legens in quodam Libro Precum, audito autem hoc malo, quod contra se Dominus fecisset, indignante animo librum in Hammam abjecit, inque Deum blasphemans dixit: *Sit ergo Gallus in omnium Diabolorum nomine*; alii dicunt: Eum conjecto in ignem Volumine addidisse: *Precetur igitur porro diabolus.* Et facile hoc credere est, de hoc Christi in terris, ut esse contendebat, *Vicario*, cui ex *Popone de Lapide*, *Hedione* & aliis Auctoribus fide dignissimis notum est, eum Pontificem impiissimum fuisse, Militem magis quam Clericum, nihil omnino curans Religionem, qui sæpius ire in castra & ad milites ac armamentaria consueverat, quam ad templa: dixisse fertur *se Librum S. Pauli clausurum & usurum gladio Petri.* Sive ut *Arnoldus Ferronus* Gallus scriptor narrat, Claves Petri ad expeditionem in Gallos iturus projecit in Tyberim, cum addito dicto, quod sequenti Disticho exprimit *Gilbertus Ducherius in Epigrammatibus*:

Quum Petri nihil efficiant ad Prælia Claves,
Auxilio Pauli forsitan Ensis *erit.*

Præcipue autem Ganeonibus & illis delectabatur, qui crapulæ & gulæ exercitiis maxime dediti erant. Vid. de hoc Papa pluribus *Fr. Guicciard. Histor. Ital. Lib. X. & Budæus Lib. V. de Asse apud Wolff. Lect. memorab. Tom. II. Cent. XVI. p. 53.* Eodem tempore quoque Magdeburgi admodum pie & religiose vixit Theol. Doctor, summi templi Canonicus & Concionator, nomine *Johannes Syringus*, qui ultra XXX. annos in Ecclesia ibidem docuit, quo de multi testantur, eum crebro solitum etiam in concionibus dicere, *daß der Pfaffen Thun nicht recht wære, Sie müßten fallen.* Hic etiam passim in suis Theologicis Libris in margine descripsit, si quando in textu sententia aliqua minus vera occurreret: *ita nunc quidem hodie sentit communiter Ecclesia, verum contrarium ex Scriptura probari potest.* Huic morienti adfuit ejus ex fratre nepos *D. Johannes Syringus*, JCtus clarissimus, qui diserte affirmat, illum ante integrum quatriduum diem & horam mortis suæ prædixisse, quo toto tempore diligenter se promissionibus divinis de gratuita misericordia per Christum, neglectis omnibus humanis meritis & præsidiis, sit consolatus, atque ita tandem eum ter repetito dicto: *In manus tuas commendo spiritum meum Domine*, læto ac constanti animo expirasse. *Vid. Wolfii. Lect. Memorab. Tom. II. Centen. XVI. p. 29. & 30. qui Autor clarissimus p. 32.* ibidem multa quoque singularia de *D. Andrea Prole*, Lipsiensi, ac Augustinianorum Provinciali, viro certe doctissimo & magno animo ac zelo prædito, (quem jam decrepitum admodum Juvenis Magdeburgi vidit & audivit Megalander noster *Lutherus*) adducit. Rozstochio interim (ne hybernalem Rectorem quoque prætereamus) Rector in locum *D. Vrielden*, jam quidem tertia vice die quidem S. Galli constitutus iterum fuit M. BARTHOLDUS MÖLLER, S. Theol. D. & annotavit inscriptos CI. Hac hyeme, cum Roma rediret Wittebergam *Lutherus* noster, ille ætatis suæ 29. die quidem 13. Decembr. *S. Theologiæ Doctor* creatus est, instinctu ac suasu Electoris Saxoniæ, Ordinis que Augustini, & Academiæ ibidem, quorum omnium voluntatem cum D. *Staupitius* ei, ut Doctoratum assumeret, declararet, vehementer recusavit & petiit, ut aptior eligeretur, cui *Staupitius* subridens respondit: *Apparet præ foribus esse, quod Deus in Cœlo & terra multa negotia sit tractaturus, ad quæ doctorum hominum opera utetur, ideoque & tuo Deus labore utetur*, notante eod. *Wolff. l. c. ex Matthesio.* Eodem etiam anno diuturnum hoc ac gravissimum bellum inter Daniæ Regem & urbem Lubicam, quod in superioribus paulo prolixius descripsimus, tandem feliciter compositum fuit, & actio pacis Flensburgi instituta est, in qua Lubicenses omnia antiqua Privilegia retinuerunt. Postea Regem *Johannem* Filium suum fideliter ac sedulo admonuisse fertur, ac suasisse ipsi, ut pacem cum Lubicensibus & cæteris civitatibus in vici-

XXIV. BARTHOLD. MÖLLER.

nia Regni Daniæ ſitis, ſervaret conſtantiſſime. Et certe longe utilius fuiſſet Urbi Lubicæ & reliquis maritimis civitatibus, ſi poſthac diutius vixiſſet Rex ille Daniæ *Johannes*, ſed paulo poſt anno ſcilicet ſequenti XIII. ille Altenburgi in Judlandia vitam cum morte commutavit, cui ſtatim Filius ipſius *Chriſtiernus* in Regimine Rex ſucceſſit, qui paternis monitis minime obſervans, poſtquam ad Imperium peruenit, non ſolum cum Lubicenſibus & cæteris maritimis, verum etiam cum propriis ſuis ſubditis diſcordiam excitavit, idque conſilio cujusdam Fœminæ Hollandicæ, nomine *Sigeberges*, cujus impuriſſimæ Conſilia Rex in omnibus rebus ſecutus eſt, donec ab omnibus ſuis ſubditis derelictus, e regione tandem ejectus fuerit, ac in Carcere miſere perierit, ut ſuo tempore audiemus. Tantum autem in Aulis Principum ac Regum valent Concubinæ, ſive ut vero nomine exprimam, Meretrices, ubi ſemel ab illis admiſſæ & toleratæ fuerint, quod vel unicum ſapientiſſimi omnium Regis *Salomonis* exemplum ſatis luculenter legenti comprobatum dabit.

§. 13. Accedimus ad Anni CIↃIↃXIII. Rectores Academiæ Rotzſtochienſis, quorum æſtivalis fuit die Tiburtii introductus LUCAS RONNEBECKE, Decret. D. & Prof. a quo in Academiæ Matriculam relati fuere CXXXI. & inter hos quidem *Olaus Magni*, Lincopienſis Sueco-Gothus, Filius *Magni Petri*, Cognomento *Store*, quod Latine *magnum* ſonat, de cujus Patria & gente ita olim ſenſit noſter Abavus *Lucas Bacmeiſterus*, ſen. *in programm. funebri cujusdam Suevi anno 1563. affixo, apud Poſſelium in de Academia Rotzſtochienſi ſcriptis Part. II. p. 268.* Dicit autem ille: *Plerique Auctores Veteres, qui de Gothicis rebus ſcripſerunt, ex Arctoa hac mundi parte Gothos educunt: Quæ ſola Gothiæ nomen, & diſtinctas Oſtgothiæ & Weſtgothiæ regiones ampliſſimo Suecorum Regno noſtra ætate ſubjectas retinet. Ac eandem Gentem fuiſſe Getas & Gothos non dubium eſt. Sicut hodierna die, Gothi in Regno Suecorum, ſua lingua ſe Gætas appellant, accepto fortaſſis nomine a Geber, nepote Sem, qui prima ſtirps Getarum fuiſſe putatur.* (An vere Gentes ita inter ſe confundi poſſint propter nominis alluſionem, cognoſcant eruditiores ex *Beati Rhenani Diſſert. Epiſt. de originibus Gothicis, p. m. 90. ſeqq.*) *Hos δικαιοτάτους καὶ ἀνδρειοτάτους vetuſtiſſimus & graviſſimus Autor Herodotus nominat: Et eximiam fuiſſe & eſſe Geticæ ſeu Gothicæ gentis Juſtitiam & fortitudinem, non modo exteri Gothorum Reges, qui in Pannoniis, Italia, & Hiſpaniis regna ampliſſima conſtituerunt, verum etiam hujus Arctoæ Gothicæ Principes laudatiſſimi demonſtrant.* Et poſtquam illud exemplis *Erici, Olai, Caroli Regum atque Stenonis* Pro-Regis comprobaſſet, tandem adhuc addit: *Emanavit ex Doctrina S. Patrum ad Ethnicos etiam Doctrina de immortalitate Hominum; & Veteres* Getas a Zamol. *ita eruditos eſſe legimus*, quod non exſtinguerentur morte, *ἀλλ' ἥξουσι εἰς χῶρον τὸν τοῦ ἀεὶ περιόντες, ἔνθα τὰ πάντα ἀγαθά* Sed venient in illum locum, ubi ſemper perſiſtentes habebunt omnia bona. (Inde *τοὺς οἱ ἀθανατίζοντες appellati ſunt*. Hæc ille. Hic autem *Olaus Magni* is fuit, qui ſecundum *Schefferum in Suecia Literata p. 26. Tabulam terrarum ſeptentrionalium & rerum Mirabilium in eis ac oceano vicinis de Gentium ſeptentrionalium variis conditionibus, ſtatibus & moribus Libros XXI. cum figuris, nec non Epitomen Relevationum S. Brigittæ duplicem* ſcripſit, primum Præpoſitus in Patria Stregnenſis, ac poſtea ſub auſpiciis Religionis Lutheranæ in Suetia anno 1527. cum fratre ſuo *Johanne*, Archi-Epiſcopo Upſalienſi Suetiæ & Gothiæ Primate, Romam aufugit: quo demortuo ille a *Paulo* III. Pontifice die 16 Octobr. anno 1544. ipſius in Archi-Epiſcopatu Upſalienſi ſucceſſor, ſed titulo tenus ſaltem eſt deſignatus, & Romæ ad annum uſque fatalem incognitum, in S. Brigittæ xenodochio, ſuſtentatus, in æde autem Vaticana ad latus Bedæ alterum ſepultus. Teſtante *Meſſenio Chr. Epiſcop-Suec. Cap. 5. & ex eo Möllerus in Hyponmem: ad Schefferi Sueciam Litteratam p. 368.* ubi multa plura de eo adducit Auctorum teſtimonia. Adde quoque *Mamburgium Lutheran. L. I. Sect. 57.* Hoc etiam tempore bellum Mediolanenſe, quod Gallus ope Venetorum, juratorum nuperrime hoſtium ſuſcepit, ope atque imperterrita animi magnitudine Helvetiorum Germanicorum militum die 6. Jun. feliciter peractum eſt, dum numeroſiſſimum & rebus omnibus inſtructiſſimum Gallorum exercitum, non ſolum prope Navariam aggreſſi, ſed etiam decem millia eorum necarunt. Inclaruit etiam his temporibus *Georgius Sanſteter*, egregius Mathematicus, qui *Maximiliano I.* Imperatori, propter ſolis Eclipſin, quæ ante mortem ipſius accidit anno 1518. ſeptimo die Junii, mortem ſex annis ante, quam ei contigit, prædixit cum ille Januarii die 12. obiit. Vixit & alius *Ponchetus*, Archiepiſcopus Turonenſis, qui primus Galliæ Regi Auctor fuit, ut ad pios cremandos quæſitores inſtitueret; verum is febri ardentiſſima primum ita uſtus fuit, ut exteriora membra illi putreſcerent, nec calor iſte, membris articulatim diſſectis, ſedari potuerit, ſed uſtorem tandem combuſſit, notante *Wolff. l. c. p. 72.* Antequam autem hanc periodum abſolvamus, notamus adhuc hybernalem Academiæ Rozſtochienſis Rectorem, qui die 10. Octobr. *Könnebekio* in Rectoratu ſecunda vice ſucceſſit, eſt autem is M. JEBERTUS GROTHE, Decret. D. & inſcripſit Studioſos LXXXVI.

XXV. LUCAS RONNEBECKE.

XXVI. JEBERTUS GROTHE.

§. 14. Anno hoc qui ſequitur, CIↃIↃXIV. die 20. Apr. Rector Academiæ Rozſtochienſis denuo conſtitutus eſt M. JOHANNES BERGMANN, S. LL. D. qui annotavit novos Studioſos CLIX. inter cæteros quoque *Henricum Töbing*, Lüneburg. poſtea Cos. in ea Urbe, de quo ita canit ſupra laudatus *Mawerus Poëmat. Lib. I. in Præf.* *Quos inter* (ſc. Cos.) *retinet hoc tempore partes*

HENRICUS *Patriæ Conſul in Urbe Töbing.*
Cujus in egregia præcellens forma ſtatura
Heroum monſtrat cum gravitate genus.
Quam varios animi Sapientia dotibus ornet
Virtutum reliquo concomitante choro.

Fuit autem hæc *Töbingorum Familia* una ex antiquiſſimis Patriciorum Lüneburgi, cujus Majores

XXVII. JOH. BERGMANN.

res fere omnes ad clavum Reipublicæ in illa civitate ſederunt, ſicuti noſtri *Henrici* Avus ſine dubio fuit *Ludolphus* ille *Töbing*, Senator Lüneburgenſis, qui anno 1428. vivis excedens Teſtamentum condidit, in quo *certos reditus ſalinares inter liberos ſuos, eorumque Deſcendentes univerſos ſecundum Capita quotannis & perpetuo diſtribui juſſit*, quam quidem illius Diſpoſitionem ultimam adducit agnatus noſter admodum colendus *Dn. Jacobus a Melle in Notitia Majorum ſuorum p. 125-127.* quo in loco ſimul de *Ludolphi* majoribus agit, ejusque Parentem fuiſſe ſcribit *Meinonem Töbing*, Matrem autem *Tiburgam*, ſeu *Tibbreken von Alverdingen:* Avum numerat *Ludolphum Töbing*, qui *Mottam ſeu Mechtildam von Alverdingen Hartvici* Filiam, uxorem habuit, Proavum veneratus eſt *Brunonem Töbing*, Thori autem ſociam elegit hic LUDOVICUS *Johannis von Allenbourg* Senatoris Lüneburgenſis anno 1388. demortui, exque *Margareta Buckenmanni* natam filiam *Gertrudem* ſive *Geſecken*, qua cum genuit Filium *Johannem*, noſtri HENRICI Parentem, Filias autem quinque *Margaretham*, *Tiburgam*, (*Tibbeken*) *Gertrudem* (*Geſeken*) *Rebeccam* (*Gebrecken*) & *Mechtbilden.* (*Mettecken*) *Hæc ex Mellenio noſtro l. c.* Una autem cum *Töbingio* noſtro ſimul tunc Matriculæ Academicæ inſertus fuit illius Conterraneus *Henricus Ottonis*, qui poſtea in Patria Civitate Lüneburgo concionator extitit ſtatim poſt reformationem, & quidem ad D. *Johannis* Ædem, primus Archi-Diaconus, unaque cum *Friderico Henninges* primo illo paſtore Nicolaitano Evangelico ſupra laudato, (cujus fideliſſimus fuit Paraſtata) Coenam Domini ſub utraque ſpecie porrigere in eodem Templo primum coepit. Cæterum die 10. Octobr. eodem anno per hybernum tempus novus iterum in Academia Roſtochienſi Rector Magnificus ſecunda quidem vice electus fuit PETRUS BOYE, Decret. D. qui in toto ſuo Rectoratu numerum inſcriptorum tantum LXXVIII. auxit, inter quos quidam occurrit *Laurentius von Oechtring*, Lüneburg. poſtea Cancellarius Epiſcopi Curlandiæ. Vir inſignis & dives. Hoc anno die 25. Jan. ætat. ſuæ 17. *Magiſterii gradum* in noſtra hic Alma Eberhardina meruit, omnis Literaturæ per Germaniam poſtea verus Inſtaurator *Philippus Melanchthon.* Inclaruit etiam hoc anno *Johannes Grevenſtein*, vir pius & doctus, *Lutheri* in pueritia olim Præceptor, a quo ſæpiſſime acceperat, Concilium Conſtantienſe absque habito judicio & legitima defenſione, ad ſupplicium innocentem hominem, *Johannem Huſſum* abripuiſſe factum hoc anno 1415. d. 6. Jul. Conſtantiæ. Eodem quoque anno *D. Fleckius* Monachus Steinlauſienſis, prope Bitterfeld inprimis inclaruit, cujus jam ſupra ad annum 1502. mentio a nobis facta eſt. Is nunquam miſſam celebrare voluit, cumque in Refectorio primum *Propoſitiones Lutheri de Indulgentiis* vidiſſet, ipſe cum alioqui ſilentium de more præſtandum eſſet, præ gaudio ridens ac geſtiens (erat autem grandi & pleno corpore) dixit; *Ha, ha, ha, Er iſt kommen, ders Euch* (Monachos ſcilicet & ſacrificulos) *thun wird*, uti refert Lutherus *in præfat. Alcorani Minoritarum*, additque: *Ich habe Flecken lieb, quia fuit homo plenus conſolatione; verba ejus erant plane conſolatoria; ſcripſit ad me ſtatim, cum edidiſſem meas propoſitiones, optimam epiſtolam, ich wolt zehen Gülden darumb geben, daß ich ſie noch hette. Erat autem ferme hæc ſententia:* Venerabilis Domine D. pergite & urgete pedes veſtros, & mihi diſplicuerunt hi abuſus Papiſtici &c. Idem etiam de *Lutheri Theſibus* dixit: *O quanti referret, adhuc unum talem Monachum habere, ut dignis modis Papam exciperemus: diu ſatis redemtionem Iſrael ex captivitate Babylonis expectavimus.* Hoc denique etiam anno periculoſa illa Ruſticorum rebellio in Ducatu noſtro Würtembergico exorta eſt, dicta *der arme Chuontz* inde quod multis inſolitis atque non perferendis publicis exactionibus a Duce opprimeretur terra, nec non pondera ac menſuræ diminuerentur, cujus potiſſimum Auctor & ſeditioſæ cohortis Dux fuit Agricola *Conradus vulgo Chuontz* dictus, qui tandem omnes capto jam ab illis oppido munitiſſimo Schorndorff, per Equitatus Ducis iterum oppreſſi ſunt.

XXVIII. PETRUS BOYE.

§. 15. Sed properamus ad Anni CIↃIↃXV. Rectores Academiæ Varniacæ, cujus per æſtatem die 14. Apr. unanimo Patrum Conſcriptorum Academiæ voto caput præfectus fuit M. REMBERTUS HILDESHEIM, Medicinæ D. & Prof. Publ. Ordin. a quo Matriculæ tunc inſerti ſunt CXXVI. Hunc quarta jam vice die 10. Octobr. in Rectoratu ſecutus eſt NICOLAUS LEO, Decret. D. & Prof. ſub quo tantum inſcripti numerantur LXXI. ſequenti anno CIↃIↃXVI. die 14. Apr. faſces in ſe primum ſuſcepit per æſtatem gerendos M. EBERHARDUS DIGMANN, Decret. Licent. qui annotavit inſcriptos ab eo CXIII. Sub hujus Rectoratu in urbes maritimas & inprimis Lubicam venit Legatus *Leonis* Papæ *Johannes Angelus Arcimboldus*, cum Indulgentiis Romanis & magna ibi pompa ac proceſſione introductus eſt, crucemque indulgentiarum erexit. Incredibile autem eſt, quantum pecuniæ Lubica & e cæteris civitatibus maritimis, poſtea etiam ex Dania & Suecia ſecum abduxerit hic Legatus Romam: Siquidem ex Daniæ, Norvegiæ & Suetiæ Regnis ultra decies centena millia Ducatorum (*über eine Million Ducaten*) accepit, atteſtante *Ill Pufendorfio in der continuirten Einleitung zu der Hiſtorie §. 57. p. 263.* Lubicæ autem hic legatus hyalothecam cum abacibus & vaſis menſalibus Principe dignis, argentea item ahena, & frixoria Principibus tunc nondum uſitatis, ædificari ac parari ſibi curavit. Cæterum habebat hic Legatus ſecum Lubicæ itineris Comitem nomine *Antonium de Wale*, Civem Colonienſem, qui pecuniam Indulgentiarum heluonibus deputavit, & tandem in ædibus cujusdam meretricis noctu comprehenſus ac interfectus fuit, ejusque corpus in puteum poſtea abjectum. Eodem etiam anno proxima nocte ante Martini feſtum Travemundæ in portu hybernare volebat navis oneraria Suecica, centum & viginti ponderis merces vehens, quæ onerata erat panno, armis & ſale. Nauta autem tunc in oppido fuit, & qui in navi relicti erant Miniſtri ejus, nihil tunc adverſi quid metuentes, quieti ſe dederant eo,

XXIX. REMBERTUS HILDESHEIM.

XXX. NIC. LEO.

XXXI. EBERH. DIGMANN.

quod firmam hactenus inter se pacem colerent Rex Daniæ & Urbs Lubica: Verum primo vix somno oppressi, subito, idque astu adnavigavit navis quædam vectoria Danorum, & omnibus Nautis captis, Sueciam hanc navem onerariam e portu Lubicensium Hafniam secum abduxit. Hanc ob causam postea Lubicensis Senatus Magnificus ad Regem Daniæ *Christiernum* Protonotarium suum M. *Johannem Rhoden* Hafniam ablegavit, qui tandem effecit, ut ea, quæ Lubicensium in navi illa Suecorum capta fuerant, ipsis iterum sine damno restituerentur, & quæ jam ablatæ erant merces, illæ proximis nundinis in Holsatia redderentur, contra Naves cum cæteris Bonis Suecorum Hafniæ detentæ sunt. Ex inde vero, cum Rex Daniæ promissis suis non staret, novum iterum bellum inter Regem Daniæ & *Dn. Stenium*, Gubernatorem Sueciæ exarsit, nam Sueci postea id quod Regi promiserant, tributum annuum amplius dare renuerunt, unde postea omnis discordia & bellum publicum originem traxit. Inclaruit etiam hoc tempore *Ludolphus Castrick* Pastor ad D. Michaelem in Suburbio Magdeburgæ, qui sæpe ante Prædicationem *Lutheri*, qui & post id tempus vixit, solitus est illic, & in publicis concionibus reprehendere Papæ indulgentias: hortari contra cœpit omnes, ut a Christo petant indulgentias, seu Peccatorum Remissiones. Prædixit etiam hic Vir pius, imminentem Ecclesiæ Dei Reformationem, qua errores hi & alii brevi expurgarentur, & removerentur, qui forte ipse is Minister fuit, cujus mentionem injicit Dn. *Pomarius in der continuirten Sæchsischen Chronick. p. 565. & 66.* Addimus nunc quoque hujus Anni 1516. Rectorem Academiæ Rozstochiensis hybernalem, qui die Galli, quarta jam vice Academiæ præesse cœpit, BARTHOLDUM MÖLLERUM, S. Theol. D. a quo inscripti tantum LXIII.

XXXII. BARTHOLDUS MÖLLER.

§. 16. Annus hic, qui nunc sequitur, CIↃIↃXVII, præ cæteris memorabilis est ob divinum illud Reformationis negotium, quod per contemtum ac pauperem Augustinianum Monachum *Martinum illum Lutherum* primum aperto suscipi voluit Deus Ter. O. M. Hujus quoque *Lutheri* susceptam in Ecclesia Reformationem annos jam centum prædixerat JOHANNES HUSS, Bohemus, qui cum Collega suo *Hieronymo Pragensi* eo quod nisi ex Scriptura Sacra convictus, Doctrinam suam de Cœna Domini & aliis Fidei Articulis in istis S. Paginis fundatam recantare nollent, in Concilio tunc ab Anno 1414. ad 1418. Constantiæ habito, a Patribus insontes atque invicti, damnati, ac invito licet Cæsare *Sigismundo*, qui illis liberam adeundi & abeundi licentiam, salvum Conductum vocant, propria manu sua obsignatam fidem dederat, ibidem ante urbem tanquam pertinaces, Hæretici, magna tamen atque incredibili animi constantia ad rogum quasi ad epulas properantes, & in medio flammarum adhuc hymnos in Laudem Dei cantantes, publice ante urbem dictam exusti sunt, unde Versus:

Constantem inconstans CONSTANTIA *sustulis* HUSSUM.

Et quidem *Hussius* die 5. Jul. 1415. *Hieronymus* autem *Pragensis* anno 1416. rogo impositus est. *Hussius* autem ante exustionem hanc suam, digito quasi jam *Lutherum* commonstrans, ad populum dixit: *Jetzt bratet ihr eine Gans, über hundert Jahr aber wird ein Schwann kommen, den werdet ihr ungebraten lassen.* Huß enim in Lingua Bohemica, *Anser*, & *Luther* in eadem Lingua *Cygnus* dicitur. *M. Johann. Pomarius in Addition: & Continuatione der alten Sæchsischen Kronick, pag. m. 453. & 567. Beckenmayers curieuser Antiquarius. p. 538.* Hic M. *Johannes* cognomine *Mutuatus* dictus, nomen suum accepit a Pago Bohemiæ HUSS, in quo ignobili loco humili de stirpe natus ac educatus fuit, vir tamen acutissimi ingenii, Linguæ volubilis, ac *Johannis Wiclefi*, Angli (viri doctissimi, Oxonii in Academia viventis ac publice docentis, sub cujus effigie seqq. insculpta leguntur:

JOHANNES WICLEFUS, ANGLUS.
Quanta fuit rabies odiique potentia vestri,
Pontifices olim Carnificesque truces?
Ossa inhumata diu vobis invisa virorum
Sanctorum, requie non potuere frui)

de Articulis fidei Doctrinæ pertinaciter admodum addictus, teste *Æneæ Sylvio Histor. Bohemiæ cap. 33.* Hujus autem *Johannis Hussi* effigiei æri a suis in Doctrina assectis incisæ sequentes versus insculpti leguntur:

JOHANNES HUSSUS BOHEMUS.
Cæsaris huic violata fides, damnatus inique est
Vir pius & veræ religionis amans.
Nonne (inquit) lapsos post centum jugiter annos
Danda Deo ratio est impia turba Tibi?

Sed ad Lutherum iterum revertor. Postquam enim æstivalem Rectoratum hoc anno die quidem Georgii denuo in se suscepisset LUCAS RONNENBECKE, Dec. D. & cives ab eo facti essent CXXX. sub Rectoratu hybernali (qui illum die S. Galli in Academia, cujus hactenus historiam colligimus, Varniaca, prima quidem vice excepit M. EGBERTI HARLEM, S. Theol. Baccal. & Collegiati (quæ vox hic primum usurpatur) paulo ante adductus Reverendus Pater *Martinus Lutherus*, Theologiæ jam Doctor & Professor in Academia Levcorea publicus, divino Zelo plenus, insulsi illius *Johannis Tezelii*, Pirnensis Misniaci ac Monachi Franciscani, Indulgentiarum Scutarii ac Aeruscatoris Pontificii impias nugas ac mendacia plane detestanda primus omnium detexit, dum illius Indulgentias seu gratiarum sacrarum valorem, auctoritate Papali haud sine inexplebili pecuniæ summa Germaniæ offerentis, publice impugnare, atque Thesibus suis in Vigilia omnium Sanctorum valvis Templi Arcis affixis e verbo Dei refutare, palam occeperit (vid. *Strauch. Dissert. Exoticar. V. th. 9. 10. 21. 22. adde & Feustkingii de Bartholomæo Bernhardi Dissertationem*, in qua §. 11-15. verissimis argumentis demonstrat, *hunc Bernhardi*, Moderatore tamen ipso *Luthero* primum thesibus suis Anno 1516. *de viribus & voluntate hominis sine gratia* publice in Academia ventilasse, & Papæ contradixisse, qui dies hinc 31. Octobr. in primis candido calculo in fastis Ecclesiasticis erit omnino distinguendus, ipse autem hic annus haud sine admirabili quodam & notatu dignissimo vaticinio in versiculo illo latitat, ubi

XXXIII. LUCAS RÖNNEBECKE.

XXXIV. EGBERTUS HARLEM.

ubi Ecclesia in laudem Altissimi exclamat: tIbI CherVbIn & CeraphIn InCessabILI VoCe pro CLaMant. Et quidem præter Somnium illud, quod noctu ante quam Theses has suas publice affigeret *Lutherus*, de penna cujusdam Monachi, quam ex alis centenarii cujusdam Anseris Bohemici acceperat ille, eaque ab arce Wittenbergensi triplicem Coronam Papæ Romæ tetigerat, habuerat *Fridericus* vere Sapiens ille Saxoniæ Elector, adductum pluribus *a Schlegelio in vita Spalatini §. 17.* Admodum memorabilis est visio illa, quæ inclytis his tribus Saxoniæ Principibus *Friderico* illi Electori, *Johanni* & hujus Filio *Johanni Friderico* eodem hoc anno contigit, cum in nocte Festi Nativitatis Christi Vinariæ ex Monasterio post mediam noctem iviissent cum multis Ministris, super Arcem ibidem in fundo & sereno cœlo sanguinei coloris crucem conspexerunt quæ lucide & proprie coruscabat. Quo Deus illis significare voluit, jam instare tempus, in quo sincera de Cruce & merito Christi Doctrina, contra incestam Papæ Doctrinam iterum sit prædicanda, ob quam Evangelicam prædicationem Saxoniæ Domus, & tota pariter Germania persecutionem crucem & calamitates sustentura sit, sicuti ex effectu sic vere judicavit *Wolff. Lect. memorab. Centen. XVI. Tom. II. p. 77.* Interim de toto hoc reformationis negotio, & quomodo etiam postea totam Monarchiam Papalem, quam primum non intendebat, scriptis suis impugnare ac destruere occeperit *Lutherus*, præter laudat. *Pomarium in Continuat. Saxon. Chron. p. 562. seqq. Sleidan. L. I. Commentar. de stat. Religion. Joach. Camerarium in vita Melanchthon. p. 28. seqq.* nec non cl. *Thuanum* cordat. illum historicum *Lib. I. p. 13. seqq.* evolvendus *omnino ordinis sui Decus incomparabile, imo omnis Eruditionis Compendium Illustr. Dn. a Seckendorff in Comment. aureo cariore de Reformatione Religionis seu Histor. Lutheranismi Lib. I.* Hoc quoque Anno Lubicæ in Festo Trinitatis congregatæ fuerunt Hanseaticæ civitates, de Emporiis & cæteris privilegiis tractantes. Multæ quidem tunc secretarios suos ad Conventum illum miserant, sed ad actionem non sunt admissi: cumque tunc quoque multi e Civitatibus fœderatis emansissent, seque propter viæ periculum excusassent, conventus ille proximum in annum dilatus fuit. Eodem hoc anno omni opera quoque annisus est Rex *Christiernus* Danorum, ut omnis negotiatio e Mari Balthico Hafniam transferretur, quo consilio urbem Lubicam & reliquas Civitates Germaniæ fœdere invicem sibi associatas, perdere earumque potestatem Regibus ac Principibus ipsis formidolosam plane infringere cogitabat Danus, idque Hollandis Mercatoribus tunc valde placuit, quia Rex ipsis magna Hafniæ Privilegia concedere promiserat, sicut & Russis. Verum uti recte de Doctorum Scriptis sententiosissimus *Seneca*: *Qui ubiquam est, nusquam est:* ita quoque tunc contigit Regi Daniæ, nam qui eodem tempore varia tunc cogitabat negotia expediunda, & præcipue contra Suecos bellum, hæc de Monopolio Hafniæ erigendo Tractatio Regno suo magis bello illo Suecico proficua, tunc iterum fuit sepositа ac plane intermissa. Incepit autem Rex *Christiernus* hoc bellum contra Suecos ob causam supra jam indicatam, postulavitque a Lubicensibus, ut a Suecis abstinerent, & quia eodem tempore discordia quædam interna se obtulerat in Suecia, occasione hac arrepta, Naves quasdam cum rusticis Juticis & militibus in Sueciam tunc misit Rex *Christiernus*, ut si quo possent, subvenirent Archi-Episcopo *Gustavo Trollio*, illumque in Arce sua Stecka a Gubernatore Sueciæ *Stenone Sturio* obsessum iterum liberarent, qui cum Holmiæ appropinquarent, a Gubernatore in fugam versi, irriti rediere in Daniam. Dein Rex *Christiernus* Regios suos in mari aluit, ut Suecis bona auferrent, & hoc modo multi alii ex aliis Civitatibus damno affecti sunt: & Lubicenses etiam eodem tempore 4. naves magnas onustas mercibus Rivaliam miserant, quasdam etiam Rigam, valdopere autem hinc soliciti erant Mercatores, ne naves sub specie bonæ fidei auferrentur, sed Deus aliter vertit: Naves siquidem omnes novis mercibus iterum onustæ circa omnium Sanctorum Diem domum rediere, quo tempore tanta erat hyemis asperitas, ut a Travæ ostio Lubicam usque glaciem securibus frangere coacti fuerint. Quia vero Danis hoc tempore navigatio interdicta erat, omnes merces apud se retinentes magnum pecuniæ defectum perpessi sunt, ideoque egit Senatus circa Martini festum Hafniæ cum Rege Daniæ, & navigatio libera Lubicam concessa est, hinc Travenmundam intra biduum plusquam centum Scaphæ Germanicæ cum multis bonis advenerunt, quas fracta glacie magno quoque labore introduxere. Circa idem tempus Dithmarsi quoque in armis fuere, nam cum Regi non bene successisset cum Suecis, timuerunt, ne Rex Regionem ipsorum occuparet, id quod etiam in animo habebat, si ipsi id contigisset: Vid. *Chron. Lubicens. MSpt*: Cæterum annotamus adhuc sub M. Egberti Harlemi hybernali Rectoratu inscriptos, quorum numerus saltem ad LXXII. accrevit.

§. 17. Succedit Annus CIↃIↃXVIII, cujus per æstatem die Georgii novus Academiæ Rector tunc fuit electus & introductus M. JOACHIMUS WOLTERSDORP, Jur. U. Lic. qui inscripsit XCIII. & inter hos die quidem 9. Jul. *Joachimum* illum *Slüterum*, Domitiensem, qui primus puram Evangelii Doctrinam Rostochii pro cathedra Ecclesiastica proposuit, quo de integrum ommentarium idiomate quidem inferioris Saxoniæ conscripsit ac edidit ibidem anno 1393. *Nicolaus Gryse* & nos quoque quædam de eo spicilegia collegimus *Libro V. cap. II. de Ministris Ecclesiæ Rozstochiensis* indeque Lectorem remittemus. *Wotterstorpio* dein ordinario quidem tempore die Galli successor a Senatu Academico iterum datus, secunda jam vice Rector M. LUCAS RÖNNEBECKE Decret. D. qui annotavit noviter advenientes L. Quo anno *de Indulgentiis ad Leonem X. Pontificem Maximum* scribere incepit *Lutherus* hoc titulo: *Beatissimo Patri Leoni Decimo Pont. Max. frater Martinus Lutherus Augustinianus, æternam salutem* &c. cujus *summaria* cum *Protestatione* illius adducit *Continuator Chronici Abbatis Uspergensis ad hunc annum*

XXXV. JOACHIM. WOLTERSDORP.

XXXVI. LUCAS RÖNNEBECKE.

annum p. m. 470. & 71. ubi simul Acta *inter Ipsum* LUTHERUM *& S. Sixti Cardinalem,* THOMAM *scilicet* CAJETANUM *Augustæ in Comitiis ab ipso Cæsare Maximiliano ultimo celebratis,* habita, longo ordine recensentur. In his autem Imperii Comitiis laudatissimus Imperator D. *Luthero* admodum favit & bene cupiit, cumque eum conspiceret, compellavit Ipsum, ac demulsis ejus humeris, ad Circumstantes in hæc verba erupit: *Hem prob Deum, sinite nobis, quæso, hunc Monachum mures capere, testante Casparo Hed. in Histor. Ecclesiast.* In iisdem quoque Imperii Comitiis idem magnanimus Cæsar D. *Degenhardum Pfeffingerum* Electoris Saxoniæ *Johannis Friderici* Legatum jussit hoc mandati referre: ut scilicet *hunc Monachum (Lutherum) tutaretur & bene haberet ac tractaret, ipsis enim breve ejus operam valde necessariam futuram esse contra injurias & conatus Romanensium;* uti notat *Hondorpius.* Legerat enim Imperator *Lutheri* Disputationem contra æruscatorem illum ac Indulgentiarum venditorem *Tezelium*, Monachum Concionatorem ordinis Dominicani Francoforthi ad Oderam, quem ob adulterii crimen Oenoponti morti dudum tradidisset ipse, nisi pro condemnato intercessisset Elector Saxoniæ, ut in perpetuo carcere viveret; deinde autem supplex id obtinuerat, ut more istius superstiosi Seculi Romam ad Pontificem se conferret, ab eoque indulgentiam peccatorum suorum impetraret. Hoc etiam anno ante Festum Simonis & Judæ misit Rex *Christiernus* Episcopum suum Lubicam, qui desideravit a Lubicensibus, ut per biennium a Suecis abstinerent, nec ipsi adducerent aut abducerent aliquid, hoc enim velle Regem quocunque tempore cum gratia iterum cognoscere. Qua de causa Vandalicæ civitates per literas convocatæ sunt Lubicam, cumque accederent, conquesti sunt Regiis Legatis, Regem suum promissa & assignata privilegia nunquam servare, contra civitates ubique damno afficere, & præcipue Lubicenses de ablatis ipsis quatuor navibus graviter conquerebantur, quam querelam Sundenses etiam repetebant; quare Civitatibus valde molestum esse addebant, diutius a Suecis abstinere cum suo detrimento, cum per biennium parum commodi ac vel nullam negotiationem cum Suecis exercuerint, tamen in Gratiam Regis ad futurum usque festum Pentecostes a Suecis abstinere se velle promiserunt. Postea Rex *Christiernus* fortissimo exercitu instructus in Sueciam trajecit die quidem Petri & Pauli, sed commeatu destitutus, pax inter ipsum & Dn. *Stenonem* constituta est, ut ab utraque parte obsides constituerentur, ac mitterentur. Verum Suecorum obsides ad Regem in castra venientes, sub veræ amicitiæ prætextu capti Hafniam abducti sunt, cum Regis e contra obsides statim revocarentur. Inter hos autem Suecorum Nobiles seu Equites auratos pro obsidibus datos repertus quoque fuit *Gustavus Erici*, qui postea Rex in Suecia potentissimus a Lubicensibus solenni Legatione introductus ac constitutus fuit. Interea temporis die S. Nicolai remisit Rex *Christiernus* Lubicensibus quatuor illas Naves, quas in æstate detinuerat; & in Navi illa Rigensi supra cæteras merces quinquaginta pondo ceræ, & quindecim vasa mercibus plena repertæ sunt, pro vectigali autem Rex triginta aureos sibi sumsit.

§. 18. Annus hic CIↃIↃXIX. nobis in memoriam revocat ultimum & supremum *Divi Maximiliani I.* annum Cæsaris vere maximi & fortissimi, quem vivendo explevit die 12. Jan. Welsæ, ætat. LIX. Imper. XXXII. de cujus morte, cum de Novi Imperatoris Electione verba in Senatu Archiepiscopus Moguntinus faceret, inque personam *Caroli* Hispaniarum Regis incideret, vir quidam prudens hanc sententiam tulit: *Hoc mihi venit in mentem, si quando Cæsar iratus veniat in Germaniam, & Hispanos adducat, libertati nostræ magnum fore periculum: Cogito etiam posse fieri, ut Imperii dignitatem hanc vix egre nobis aliquando restituent Hispani. Etsi Mediolanum vi recuperarent, futurum, ut sibi retineant. Præterea, quæ de Religione, Indulgentiis, item de Pontificis potestate natæ sunt Disputationes, videntur nunc quidem esse sanabiles, sed paulo post magnam secum trahent ruinam & Ecclesiæ mutationem;* quæ verba satis ingeniose ac prudenter dicta ex Actis Imperii adducit *Wolff. Lection. memorab. Centen. XVI. Tom. II. p. 114.* Hac itaque Sententia lata, cum Imperii supremus honor ad *Fridericum* Saxoniæ Electorem, Collegarum suffragiis deferretur, is autem (qua erat sapientia admirabili & animo generoso præditus, imo Germanorum Principum suo tempore alter Nestor) magno & excelso animo recusaret, nec *quemquam alium tanti nominis oneri sustinendo parem sibi videri, quam* CAROLUM constanter diceret: CAROLUS hinc V. Rex Hispaniarum summæ expectationis Princeps, *Imperator* nominatus est. Et quidem illud Germani hominis animo æternaque memoria dignum est, quod *Erasmus Lil. XIII. Epist. IV.* de *Friderico* hoc Electore Saxoniæ, *sapiens* cognomine, refert, etiam jam recusato Imperii Culmine cum Legati *Caroli* XXX. florenorum millia ipsi offerrent, recusasse, exoratumque, ut decem millia saltem in aulicam suam familiam dispertienda annueret; *accipiant si velint*, respondisse, *atqui qui vel unum acceperit aureum, neminem postridie in Aula sua mansurum.* Atque hic sapiens Elector reversus ex renuntiatione in hospitium sapientissime ac vere dixit: *Gott hat uns einen Kayser gegeben zu Gnaden und Ungnaden. Mercurinus* etiam *Gattinaria*, Cancellarius Caroli, *Georgio Pontano* Saxonis Cancellario postea dixit: *Benefeciisse Principes Germaniæ, quod Carolum Imperatorem elegerint. Experturos enim, quod sit SAPIENS ET BONUS,* notante *Chytræo Chron. Saxon. Lib. VIII. in Princ. p. 232.* Eodem anno fuit *Thomas Wulæus*, Cardinalis in Anglia apud Regem in magna auctoritate, qui Mercatori Germanico Lubicensi, aliarumque Civitatum negotiationibus valde molestus atque inclemens fuit. In Quadragesim. quoque ejusdem Anni tanta Aquarum inundatio ex Dravena fluvio Lubicæ exorta est, ut Prata Pistorum omnia abrepta fuerint, & Cellis ad Dravenam sitis ex inundatione damnum sat gravissimum accidit. Præterea hoc Anno Rex *Christier-*

Chriſtiernus ad ſex Vandalicas Civitates Doctorem quendam miſit, ac denuo poſtulavit, ut Lubicenſes & cæteræ civitates hac æſtate a Suecis abſtinerent. Regem enim poſtea Civitatibus permiſſurum, ut omnes merces tuto ex Livonia domum reducerent. Qua quidem in re Civitates ſe quidem rurſus morigeras præſtiterunt erga Regem Daniæ, ſed hac conditione, ut ſequenti æſtate libere in Sueciam navigare ipſis liceret. Aſt cum ſequenti Anno Stockholmium in Suecia a Rege nondum erat ſubjugatum, navigatio illa progreſſum ſuum non ſortita eſt. Habuit autem hoc belli Suecici tempore Rex *Chriſtiernus* Archithalaſſum ſeu ſupremum maris Capitaneum *Severinum Norbue* dictum, cui quoque Gothlandiam tradiderat, qui innumeris damnis urbem Lubicam & omnes Civitates maritimas affecit, tamque audaciſſimus Pirata Maris Balthici accolis fuit, ut in pœnam Civitatum maritimarum propter illarum peccata a Deo excitatum fuiſſe videatur. Ultimo die Sept. *Guſtavus Erici* ex captivitate ſua Danica Lubicam venit cum Nobili quodam Sueco, ex Sorore Uxoris *Steinii* nato, ibidemque ad tempus apud Coſ. *Nicolaum Brömſen* abſconditus latuit, quem quidem Rex *Chriſtiernus* per literas a Senatu iterum ſibi extradi deſiderarat, & ipſe *Ericus Erici* ſeu *Baner* (cui in cuſtodiam ſub pœna 6000. Imperialium ſi illum amitteret, traditus erat a Rege, *Guſtavus*) Eques in Dania auratus Lubicam adveniens illum quoque a Senatu repetebat; tamen Lubicenſes eum apud ſe retinuerunt, neque ex Urbe dimittere voluerunt, quem dein navibus ſuis in Sueciam reduxerunt, qui cum ex præcipua in Suecia familia productus eſſet, neque ineptus ad imperium crederetur, primum quidem Gubernator Regni conſtitutus, poſtea autem in primis ope Lubicenſium, *potentiſſimus Rex Sueciorum* creatus & coronatus fuit. Interea dum hæc agerentur, Rex *Chriſtiernus* hoc autumno Lubicenſium & aliarum Civitatum Mercatores Schonii detineri curat, & merces magno vectigali opprimit, poſtulatque pro quolibet pondo halecum duos aureos: Et quidem tunc cæteri quoque nundinatores de mercibus ſuis ſoliciti fuerunt, nam ab omnibus, qui negotiabantur, vigeſimum nummum poſtulabat, Præfectoque Lubicenſi cum cæteris a Civitatibus miſſis (conquerenti Regi de onere hoc intolerabili, ſimulque nomine Fœderatorum annuncianti, hoc vectigal contra promiſſa Privilegia pugnare) nihil aliud, niſi, *quod tempora præſentia non aliter ferrent*, reſponſum fuit; cujus quidem inſoliti vectigalis & injuſti Regis propoſiti, Fœminam Regis impudicam *Sigebergam* cauſam fuiſſe fertur. (*Denn eine Hure, ſie ſeye auch ſo vornehm als ſie immer wolle, ſtifftet niemahls etwas gutes an, ſondern bleibet der Igel Tochter ſo lange ſie lebet.*) Quia vero Urbs Lubica & cæteræ ejus confœderatæ exinde ſatis ſuperque intelligerent, Regem Daniæ non niſi interitum Civitatum maritimarum quærere, omnis hinc diſcordia & bellum quod non diu poſt contra Danos inceptum eſt, ortum ſuum primum traxit: quo quidem tempore ſex Gallorum naves in Balthicum mare adveniebant, & Regis Daniæ bonis ſubditos omnibus ſpoliarunt, eo quod promiſſam ſolutionem a Rege *Chriſtierno* non accepiſſent. Ex Lubicenſium vero navibus Norwegia venientibus unam detinuerunt, cum omnibus mercibus, pretio ſedecim marcarum Lubicenſium millia æquantibus, cujus damni ſummam repeterent iterum Lubicenſes a Danis Galli volebant, verum Senatus Lubicenſis hac de re per Legatum ſuum egit cum Rege Galliarum. Menſe dein Octobr. Lubicæ congregati fuerunt ſex Vandalicarum Civitatum Legati, tractantes de gravaminibus mercatoris Schonii, contra antiqua privilegia promiſſa acceptis, & decretum eſt, ne in poſterum adducerentur in Daniam, vel lupulus, vel ſal, vel cereviſia, vel aliæ merces, quod tamen ſtatutum non ab omnibus æque ſervatum fuit, quisque enim in hac re ſuum quæſivit commodum. Poſtea die Omnium Sanctorum excuſavit Rex ſe *Chriſtiernus* per Literas apud Senatum Lubicenſem, *ſe magna moleſtia incitatum fuiſſe ad augendum Schonii vectigal, velle ſe igitur damnum alio quodam tempore Lubicenſibus compenſare, hocque in poſterum non amplius ab iis exigi debere.* Verum hæc Regis excuſatio eludendi magis Lubicenſes & fallax potius, quam ſincera amicitiam colendi cauſa Lubicam tranſcripta fuit, ſtatim ſiquidem die Martini Dani apud Sundium Navem Lubicenſem Riga cum multis mercibus venientem iterum abſtulerunt, quam Hafniam abduxerunt, & Rex ipſe ad contemplandum illam navem ingreſſus eſt. *Chron. Lubic. MSpt.* Cæterum hoc anno CIↃIↃXIX. in Academia noſtra Rotzſtochienſi Magiſtratum Academicum quinta jam vice per æſtatem geſſit BARTHOLDUS MÖLLER, Theol. D. & ejusdem Facultatis & Eccleſiæ Collegiatæ Decanus, a quo inſcripti XCIII. Huic poſtridie Dionyſii iterum reelecto, Rectoratus per totum ſic annum fuit continuatus, & inſcripſit tunc L. Atque ſub Rectore hoc JUBILÆUM I. ACADEMIÆ ſolenni modo fuit celebratum, quippe *Seculum* I. abſolutum, & *ſecundum* feliciter incepit, quorum tamen tunc a Profeſſoribus habitæ *Orationes & Programmata* non amplius occurrunt. In religionis denique negotio quid pertractatum fuerit, præter ſæpius laudatum *Pomarium in Chron. Saxon. p. 570.* compendioſe omnia adducit *Continuator Chron. Uſpergenſis a p. 373. ad 377. Adi quoque ex pluribus Strauchium Diſſert. exot. VI.* Hoc etiam anno prodiit liber, Rozſtochii impreſſus ſub titulo: *Ordinarius inclytæ Eccleſiæ Suerinenſis innovatus & in multis purgate auctus cum ſtatutis ſynodalibus ac ſimilibus in eruditionem additis.* Qui liber in bibliotheca Guelpherbytana aſſervatur. In hoc ſequentes verſus leguntur:

XXXVII. BARTHOLD. MÖLLER.

XXXVIII. Idem.

Felix Plebanus, felix Parochia, ſub qua
Nec Naamina (Leproſus) Abraham (Judæus) Sem
Neque vivit Helias (Monachus). (Præfectus)

§. 19. Anno qui nunc ſequitur CIↃIↃXX. circa Trium Regum magna copia inſtructus Rex *Chriſtiernus* in Sueciam profectus eſt, quo in bello Crus Gubernatoris *Steinii* ſagitta ita vulneratum fuit, ut animam hinc inde efflaverit, cui dein die S. Blaſii Dn. *Ihner Jörſen* in Gubernatione ſucceſſit. Miſit dein Rex *Chriſtiernus* Legationem ſuam ad Principes & Electores & Burgundenſes,

denſes, cum quibus de Lubicenſibus conqueſtus eſt, quod timeat illos, cupivitque, ut per Cæſaream Majeſtatem Lubicenſibus vetaretur, ne Regnum Daniæ damno afficerent. Verum his ſaltem prævenire voluit Lubicenſibus Rex fraudulentiſſimus, & exornare rem ſuam, quos ipſe ſemper injuria multoties affecerat iniquiſſima. Hanc autem ob cauſam die Martis poſt Reminiſcere in Quadrageſima egit Dux Holſatiæ *Fridericus* Reinfeldii in coenobio per legatos ſuos cum Lubicenſibus, ut Regio ſua tuta eſſet, quoniam prudentiſſime judicaret, hanc querelam injuſtiſſimam Regis Daniæ ad publicum bellum cum Lubicenſibus evaſuram eſſe, qui Rex *Chriſtiernus* magis blanditiis more ſuo falſiſſimis, quam armis ſuis, Sueciam interim ejusque Metropolim Stockholmiam occupaverat, ubi die ſolis poſt omnium Sanctorum feſtum coronam regni accepit ac homagium. *Chron. Lubic. MS.* Rozſtochii Caput Academiæ per ſemeſtre æſtivum die Tiburtii conſtitutus fuit JODOCUS STAGGE, S. Theol. Baccal. & Collegiatus, qui in album Academicum annotavit LXXXVIII. & inter hos *Georgium Sibutum*, Poëtam Laureatum ejusque Artis Profeſſorem vocatum, quo de Libro V. cap. I. *in Claſſis IV. Sect. V. §. 4.* quædam dicemus. Die S. Galli per hyemem tertia jam vice Rector eligitur PETRUS BOYE, Decret. D. & in Decreto ordinarius Lector; inſcripti LII. & inter hos *Dionyſius Sayer*, poſtea Conſul Wiſmarienſis, Vir eruditus, magnæque auctoritatis, qui cum quodam ſuo Collega Senatore a Wiſmarienſibus anno 1563. Rozſtochium ablegatus fuit ad componendas rixas ſat graves inter Senatum & Cives, id quod etiam ſua prudentia ac induſtria ad optatum finem deduxit. Ad ſacram denique hiſtoriam quod attinet, prodiit hoc in vulgus divinum illud *Lutheri* opus nempe ex hebr. Bibliorum in linguam Germanicam translatio. Res certe miraculoſa, unus Monachus Saxo, qui hactenus per totam ſuam vitam inter privatos & in abdito vixerat, ita eleganti aulico ſtilo convertit ſacrum Codicem, ut etiam homini in Cancellariatus officio poſito vix poſſibile fuiſſet pulcriorem ſtili elegantiam invenire. Edidit præterea quoque hoc a. Lutherus aureum ſuum in *Epiſtolam ad Galathas Commentarium; in ſeptem Pſalmos poenitentiales brevem Diſſertationem: Reſolutionem ſuper Propoſitione ſua XIII. de Poteſtate Papæ: Aſſertionem omnium Articulorum per bullam Leonis X. damnatorum, ad Fabianum Felicem Equitem Germanum: Ad Nobilitatem Germaniæ contra tres Muros Papiſtarum. De libertate Chriſtiana ad Leonem X. De bonis operibus ad Johannem* Saxoniæ Ducem; de cujus viri ſcriptis ac perſona tunc Lipſia ad quendam perſcripſit *Johannes Cellarius: Veriſſime dico, quod Martinus noſter ea fide ſacram ſcripturam tractet, qua palmam omnibus adverſariis, Italis Græcis & Hebræis, longe præripiat; Et dico amplius. Martinus Evangelicam veritatem magis amat ac omnes adverſarii. Scripta ejus mihi ita placent, quæ diligenter hactenus evolvi, ut ab illis haud ullus Papa me, non Cardinalis, aut Monachus, quantumlibet atrox ſit, avellere poſſit.* Egregia Confeſſio ac Judicium. Denique etiam hoc ipſo anno, eo quod ejus libros publice cremari juſſiſſet, illumque nondum convictum & inſontem, tamen publice proſcripſiſſet *Leo* Papa, eodem modo *Lutherus* convocata omni multitudine Scholaſtica, & magna doctorum hominum comitante turba, *Jus Pontificium & illud nuper contra eum evulgatum Pontificis Decretum* die 10. Decembr. Wittebergæ ante portam (*für dem Elſterthor auff einer breiten grünen Wieſen* palam incendit ac cremavit, additis verbis *Samſonis Judicor. Cap. XV. v. II.*

XXXIX. JODOCUS STAGGE.

XL. PETRUS BOYE.

§. 20. Redimus ad Rozſtochienſia, cujus Academiæ Anno CIↃIↃXXI. die 13. Apr. Rector denuo electus eſt JOACHIMUS WOLTERSDORP, J. U. D. & Codicis Ordinarius, qui LXIV. inſcripſit. Huic die S. Galli Succeſſor a Concilio Academico datus eſt iterum EGBERTUS HARLEM, S. Theol. Baccal. & Collegiatus, a quo annotati ſaltem LVI. Quo quidem anno inuſitato iterum vectigali Germanicum Mercatorem oneravit Rex *Chriſtiernus*, neque promiſſa privilegia Civitatibus foederatis ſervavit, & præterea quasdam Naves Dantiſcanas cum Panno detineri curavit. Sueci etiam paulo poſt ab ipſo defecerunt propter plus quam Turcicam ſuam tyrannidem, quam in Regno cum Nobilibus Regni exercuerat. Et Lubicenſes cæteræque Civitates maritimæ propter vim atque injuriam, quam quotidie illis exhibuerat, ſe tunc ſimul contra Regem *Chriſtiernum* conjunxerant, navibusque ſuis die Veneris poſt Aſcenſionem Chriſti e Dravena abnavigarunt ad adjuvandam Sueciam, quo tempore Dn. *Guſtavum Erici* ſecum etiam in Regionem ſuam patriam abduxerant. Eodem anno veſperi S. Johannis Baptiſtæ oppidum Travenmunda uſque ad domum Præfecti plane exuſtum eſt, quo incendio etiam quinque naves ad pugnam paratæ perierunt, quod incendium eo tempore magno damno fuit Urbi Lubicæ. Wiſmariæ etiam inuſitata annonæ vilitas exorta eſt, dum omne frumentum e Megapolitana Regione in uſus aliorum mercati ſunt, & in Auſtralem plagam miſerunt, quod in exitium ferme univerſæ Reipubl. vergit, unde magna diſcordia inter populum & Senatum exorta eſt. Factum hoc die Lunæ poſt Corporis Chriſti. *Ex Chron. Lubic. MSpt.* Cæterum hoc quoque anno Comitia Wormatiæ celebravit Cæſar Romanus, ubi publica pax per Germaniam decreta eſt, ad quæ *Lutherus* publica etiam fide citatus venit, de qua fide publica illi danda apud Principes cum ageretur, & placuiſſet dandam illi eſſe (*referente Jacobo Kirſchero*, Illuſtriſſimi Principis Philippi Marchionis Badenſis Cancellario, qui cum Principe tum Concioni intererat, cum de vocando Luthero rogarentur ſententiæ) Illuſtriſſimus Princeps *Philippus* Landgravius tum adhuc quidem adoleſcens cum rogaretur, reſpondit: *Non modo dandam, ſed ſervandam quoque eſſe fidem.* Accepto itaque ſic ſalvo conducto a Cæſare *Lutherus*, ipſe qua erat ſimplicitate & ignorantia politicorum negotiorum & proceſſuum, ex ſpiritus magnitudine & conſcientiæ bonæ ſolatio, hoc renunciat, & ſic pene ſe ipſum in diſcrimen conjeciſſet, niſi ipſe *D. Hieronymus Schurffius* (quem Illuſtriſſimus Saxoniæ Dux Elector *Johannes Fridericus* illi adjunxerat) non ſolum hoc arte iterum diluiſſet, & excuſaſſet, qui & *Eccii* & alias fraudes ita quoque avertit, ut *Lutherus*

JOACH. WOLTERSDORP.

EGBERT. HARLEM.

therus ſalvus inde iterum revolarit. Pontificii autem cum audirent, *Lutherum* in itinere eſſe, quem exemplo Joh. *Huſſi* territum, non compariturum ſperaverant, cauſæ ſuæ metuentes efficiunt, ut Cæſar *Glapeonem Gallum* Concionatorem ſuum & *Paulum Armbsdorfium* Cubicularium, ad *Franciſcum Siccingium*, Germanici exercitus Principem ablegaret, petens, *ut is Lutherum in Arcem ſuam Ebernburg ſuſcipiat, eſſe enim tot & tanta negotia præ foribus, ut commode non poſſit audiri Lutherus Wormatiæ, quem in Arce Ebernburg cauſam ſuam dicere velit, quo miſſurus ſit Cæſar viros eruditos & præcipuos delectos ex Ordinibus Imperii.* Siccingius conditionem accepit, & ad *Lutherum* mittit *Martinum Bucerum*, ſignificantem ei voluntatem Cæſaris. Sed *Lutherus* hoc audito: *Verbum Dei*, inquit *injuriam patitur, & ego qui vocatus ſum literis eo me conferam.* Fuerunt ſiquidem plerique in ea opinione, ſubornatam eſſe iſtam ad Siccingium legationem artibus Pontificiorum quorundam ſine Cæſaris juſſu, volentium impedire adventum *Eliæ hujus Germanici*, & prægravare Lutherum, quaſi ſponte & de conſilio ſuo noluiſſet Wormatiam ex metu ingredi & Cenſuram de ſe refugiſſet. Cumque alii eſſent, qui bono animo dehortabantur Lutherum ne adverſariis confideret, vel Wormatiam veniret, iis intrepido animo reſpondit: *Hæc eſt dies quam fecit Dominus, vocatus ego venio, vocatus ingrediar in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, etiam ſi ſcirem, tot eſſe Diabolos Wormatiæ, quod ſunt tegulæ in ædium Tectis*, ſicque in itinere compoſuit cantilenam Germanicam: *Eine veſte Burg iſt unſer Gott.* Venit ergo Wormatiam 16. die Aprilis, ubi cum ingrederetur, & ad eum videndum tota fere civitas accurreret, accidit, ut Ducis Bavariæ hiſtrio Aulicus, *Coelæus*, vel juſſus ab aliis, vel quod veriſimilius eſt, fatidico quodam, qui ei tribuitur, Spiritu, obviam venerit Luthero, manu geſtans crucem, cujus in funeribus uſus eſt, & alta voce canens: *Adveniſti deſiderabilis, quem expectabamus in tenebris.* Wormatiæ auditus *Lutherus*, cum revocare niſi convictus erroris nollet, dimiſſus quidem bona in pace, ſed ſtatim tamen inſtinctu Adverſariorum a Cæſare, ut ante a Papa, proſcribitur, atque ut Auctor ſchiſmatis ac manifeſtarius ac pertinax Hæreticus damnatus, mandaturque omnibus, gravi poena denunciata, ut pro tali agnoſcant, & poſt 21. dies, quos ad reditum conceſſerat *Luthero*, quisque det operam, ut illum capiat, captum in poteſtatem Cæſaris perducat. *Strauch. diſſert. exotic. VI. §. 19.* Quod intelligens Elector Saxoniæ, Lutherum clam in via capi, atque in Arcem fere inexpugnabilem *Wartenburg* abduci juſſit, ubi (quam Patmum ſuam vocabat) ibique ſub equeſtri Ornatu ac Nobilis Georgii (Juncker Georg) nomine vivebat) *Videantur Doctiſſ. Chriſt. Franciſci Paulini Annal. Iſenac. §. 137. ſeqq.* omnibus inſciis, nec magicis etiam artibus ab adverſariis cognoſcibilis, per decem fere Menſes (juſſu Electoris interim omnibus ad vitam victumque neceſſariis bene proſpectus ab octo illis, quibus cognita erat Lutheri *ſalutaris* illa captivitas) ad annum uſque 1522. d. 6. Mart. (quo die Wittebergam ſalvus rediit) delituit, cujus poſtea libri, uti antea Romæ, inſtinctu Cardinalium *Marini Caraccioli & Hieronymi Alexandri*, (qui digreſſis magna ex parte Principibus in angulo quodam Cæſaris edictum contra *Lutheri* dogma cuderant) ante Palatium Cæſaris a Lictoribus & Siccariis, præeunte & præcinente Monacho, qui Jeſus dicebatur, in ignem projecti, flammisque exuſti ſunt. Cumque ad hoc ſpectaculum ipſi Legati ſublimes ad feneſtram conſiſterent, oculosque ſuos utcunque paſcerent, Alexander ad ſodalem inquit: *Eja mi* CARACCIOLA *ſi nihil adeo præclare his Comitiis effecimus, tamen certum eſt, nos hoc edicto magnam in Germania Lanienam concitaſſe, qua Alemanni ipſi in ſua viſcera ſævientes, propediem in proprio ſanguine ſuffocabuntur.* Quod temere emiſſum & irrevocabile verbum, quidam qui poſt ipſos hærebat, auribus arripuit & propalavit, unde moniti Legati, præ timore non audebant amplius de die in publicum incedere, ſed continentes ſeſe intra Palatium Cæſaris, cum illo tandem ſecundo Rheno Moguntiam navigarunt, qua in urbe, nec non Antwerpiæ cum ſimilem in modum cum *Lutheri* libris procederent, die menſis Julii 13. Prætor Civitatis ſubridendo *Alexandro* in frontem dixit: *Conſilium impiorum tu quæſo non adjuves.* Plebejus tunc quidam interrogavit, *quid opus eſſet accenſa tæda & carnifice, cum alioquin ignis adeſſet*, reſpondit alius: *quia verba Domini comburerentur, iſtum honorem haberi.* Et ſummi tunc non modo viri, verum etiam infima plebs dicebant: *Longe melius videri, ſi ligna iſta, quibus Lutheri ſcripta comburebantur ad Sodamitas Romanenſes uno in Rogo excremandos reſervarentur.* Interim ut de *Libris* quoque *Lutheri* hoc anno editis catalogum inferam, prodiere ex Patmo ſua ejus *de notis Monaſticis*, & *de abroganda Miſſa*, *de Confeſſione ad Franciſcum a Sickingen*, *Sermones innumeri de Matrimonio*; *de Mammona*: *in Pſalmos 118. 67. 36. ſuper Magnificat*; *Quod Cor Regis in manu Dei ſit, quod Angeli ſint & Dii, boni Principes, Leones, Dracones & Feræ*; *Mali. Enarrationes Epiſtolarum & Evangeliorum* ad Illuſtr. Principem *Fridericum* Electorem. *De captivitate Babylonica*: *Eccleſiæ Præludium cum ejaculatione hac*: LÆTA LIBERTAS. Tandem adhuc notamus Præpoſitum Kembergenſem Dn. *Bartholomæum Bernhardi* ipſo menſis die, qui in Faſtis D. Bartholomæo ſacer eſt, primum omnium Clericorum, *re anxie conſiderata & cum Melanchthone deliberata* (*Lutherus* ſiquidem tunc latitabat in Patmo ſua) *neglecto Coelibatus voto contra Dei atque mariti ſui Cæleſtis voluntatem præſtito, Connubio fidem adſtrinxiſſe, atque Conſenſu Eccleſiæ ſuæ perpetuam vitæ ſociam & adminiſtram, non carnalibus illectum deſideriis, ſed puriſſimo in matrimonium affectu, ſibi elegiſſe. Feuſtkingius in peculiari de eo diſſertatione §. 18. 19.* Sed antequam hanc materiam de *Luthero* & Comitiis Wormatienſibus abrumpamus, addenda adhuc quoque eſt jocoſa ac lepida hiſtoria, quam ſæpius in Rhetoricis Lectionibus recitaſſe *Melanchthonem* affirmat *Chytræus Chron. Saxon. L. VIII. p. 254.* & ipſe poſtea *Chriſtianus*

ſtianus III. Rex Daniæ aliquoties ſic amicis recitavit. Scil. Rex ille Daniæ *Chriſtianus* eo tempore erat Adoleſcens XVIII. Annorum in Comitatu Avunculi ſui *Joachimi* I. Electoris Brandenburgenſis, Wormatiam profectus, in Monaſterio Franciſcano, ubi hoſpitium Cæſar habebat, Monachum Chordigerum ex ſuggeſtu longiore, tabulis non admodum arcte conglutinatis exſtructo, præſente Cæſare concionantem die Paraſceves audivit. Cumque caſu ſub ſuggeſtu conſtitiſſet, & Monachus ineptiſſime geſticulans, & hinc inde in tabulato diſcurrens, nunc erecto in altum, nunc deorſum inclinato corpore oraret, & funem, quo cinctus erat, inter aſſeres ſubinde demitteret: animadvertens id Princeps Adoleſcens nodum in fune nexuit, quo ille alligatus, & magno impetu ſurſum erigere ſe fruſtra niſus, ſtrepitum in populo excitavit, cujus cauſa cognita, *Carolus* inquiri auctorem juſſit: quem Lutheranum aliquem eſſe ſuſpicabatur. Tandem cum adoleſcentem Holſatiæ Principem ita luſiſſe reſciſſet, res tota in riſum verſa eſt. Inclaruit etiam hoc tempore *Petrus Paulus Pariſius*, ex nobili & antiqua *Pariſiorum Conſentinorum* Proſapia oriundus, cui maxima eruditionis Laus a Doctis tribuitur, unde & Juris Pontificii Cæſareique ſuo Seculo peritiſſimus vocatus; & natalitia etiam ſua virtute & doctrina in tantum auxit, ut anno 1539. in ampliſſimum *Cardinalium Collegium* cooptatus fuerit, nec minus otium, quod & erat a Jurisdictione, quod a litibus recedebat tempus, ne pars vitæ vacaret ulla aut periret, iis impendit ſtudiis, quæ eum fuiſſe, aliquando *maxima cum laude* poſteris teſtarentur; exinde ſi quidem ejusdem *Conſiliorum & Reſponſorum*, Bononiæ & Paduæ abſolutorum *IV. Volumina* orta ſunt, quæ propter multijugam materiarum quotidianarum enodationem utiliſſima & noſtro Seculo accommodatiſſima iterum recuſit Francof. fol. 1590. *Sigismundus Feyerabend, Bibliopola*. Ipſe autem *Pariſius* conſulentibus *ſingulas Reſponſorum chartas aureo vendere conſuevit*, cujus avaritiæ adhuc dum multos ſui ſimiles JCtos reliquit. Vid. Guido Pancirollus in Jure-Conſultis. Fuit etiam Epiſcopus de Nuſco & Anglone in Regno Neapoli ſimulque Legatus a Papa *Paulo* III. ad Concilium Tridentinum ablegatus, ante tamen habitam primam ſeſſionem demortuus eſt die 11. Maji 1545. æt. 72. Hoc ipſo etiam anno 1521. ſubito expiravit *Leo X.* Pontifex Romanus, de quo quidam ſequens diſtichon ſat lepidum conſcripſit:

Sacra ſub extrema, ſi forte requiritis, hora
Cur LEO *non potuit ſumere? vendiderat.*

Itaque quoque qui ultra Seculum ſuum, in quo vixit, ſapuit, Nobilis ille Francus Dn. *Henricus ab Hutten*, annum illum MCCCCLX. P. quo porta quædam Urbis Mediolanenſis poſita fuit, erga familiares ſuos de *Leone* illo Papa ita ingenioſe interpretatus eſt.

MVLtI CoeCI Cardinales Crearunt Coecum
Leonem X. Papam.

§. 21. Sed in viam iterum redimus conſiderantes Rectores Academiæ Rotzſtochienſis Anni CIↃIↃXXII. & æſtivalis quidem die Tiburtii iterum eſt electus, M. EBERHARDUS DIGMANN, XLIII. EBERH. DICKMANN. Collegiatus, Jur. utr. Baccal. & Decret. Licent. qui numeravit inſcriptos LXXVIII. Hybernalis autem die Galli introductus eſt, quarta jam vice Rector, M. PETRUS BOYE, Decret. D. Zuerinenſis & Rotzſtochenſis Eccleſiarum Canonicus, & in eadem Zuerinenſi Warnenſis Archi-Diaconus, qui ſaltem XXXI. inſcripſit. XLIV. PETR. BOYE. Hoc anno die 3. Auguſti Lubicenſium naves, tredecim magnæ & quatuor exploratoriæ absque ſcaphis e Dravena adverſus Regem *Chriſtiernum* navigarunt, quibus Sueciæ naves ſe quoque aſſociarunt numero decem & ſeptem, nec non Sundenſium quoque naves, quæ omnes Bornholmium navigantes Arcem ceperunt, Dantiſcanorum vero naves tamdiu ante Dravenam ſubſtiterunt. Videns itaque abalienatos in dies ſuorum a ſe animos, hoſtium numerum adverſus ſe pugnantes *Chriſtiernus* Rex, deſerens Regnum Daniæ, una cum Regina in Belgium ſe contulit, ideoque rogarunt Daniæ Regni Proceres Ducem Holſatiæ *Fridericum*, Patruum *Chriſtierni*, ut imperium ſuſciperet, de cujus expeditione poſtea dicemus. *Matthæus* ab aliis cognom. *Lange*, rectius autem *Schyner*, ſeu *Schienerus*, doctus Epiſcopus & Cardinalis Schunenſis (*von Sjonod Sitten in der Walliſer Lande* ex eadem terra, Mullibachii *in den Gombſer Zehenden*, natus) hoc anno in primis inclareſcere coepit, qui ubi primo intuito nonnulla de *Lutheri* ſcriptis hinc inde legiſſet, addidit: *o Luthere, Luthere, tu ſane ſecundum nomen tuum Lautherus es & Limpidus*. Idem etiam cuidam, qui ſe mox bona nova de victoria *Eccii* contra *Lutherum* Lipſiæ diſputantis allaturum eſſe promittebat, expedite reſpondit: *Diſputet Eccius de quo voluerit; Lutherus nihil niſi veritatem ſcribit*: Mortuus eſt Romæ anno 1523. in ipſo adhuc Conclavi, ubi cum Collegis ſuis Cardinalibus tunc congregatus fuerat, ad eligendum Pontificem novum Romanum *Hadrianum* poſtea VI. Papam. Edidit etiam hoc anno Scriptum *Henricus Phœnicus*, in quo ſingulare *Luthero* teſtimonium perhibet his verbis: *Bonus ille pius & Chriſtianus homo Martinus Lutherus ſumma ope nititur, ut nos e captivitate Babylonica rapiat: at nos coeci ſumus, & in carcere cum voluptate permanere volumus, cum potius Deo gratias agere deberemus, ut qui nobis hunc, velut Eliam quendam miſerit, in anguſtiis noſtris: orare deberemus indeſinenter pro tanti viri vita, ſed nedum hoc agimus; illum etiam interficere cupimus, & ecce ſalus noſtra præ foribus eſt, aſt nos oſtio peſſulum obdimus &c.* Egregia & candida Adverſariorum de *Luthero* confeſſio. Eodem etiam Anno Sacrificulus quidam in Bohemia ad Lutherum ſcripſit: *Magna me tenet admiratio mi Martine, quod cum cæteri omnes, ut videri volunt, doctiſſimi taceant, tu Solus ad prædicandum palam ſurrexeris: haud in animum inductis tot criminationibus & exſecrationibus, quibus iſthac tua Doctrina obnoxius es. Et tu ſolus e Germania prodiiſti, qui ſimplicem Chriſti mentem, non adulteratam traditionibus humanis & opinionibus, ut ajunt, bonis inquinatam, proponeres: Te profecto Vigilem Populi ſui Deus conſtituit, quem ſcio,*

scio, non mercenaria fraude, quæ necessaria sunt ad salutem, docturum esse.

§. 22. Succedit Annus CIↃIↃXXIII, ubi æstivalis Academiæ Rotzstochiensis Rector iterum occurrit NICOLAUS LOUWE, *Decret. D. & in Antiquis Juribus ordinarius*, qui tunc inscripsit XXIX. Hunc die 10. Octobr. in Rectoratu iterum excepit THEODORUS, Episcopus Sebastensis (in Armenia Episcopus autem sine Episcopatu titulotenus saltem) *Diœcesis Suerinensis in Pontificalibus Vicarius*, de quo ita Matricula: Anno Domini MDXXIII. die vero decima Octobris fuit postulatus in Rectorem Universitatis, Reverendus Pater ac Dominus Dn. THEODORICUS Epispcopus Sebasten & Diœcesi. Zuerinensis in Pontificalibus Vicarius, & XVII. die mensis ejusdem publicatus. Hic XXII. nomina saltem in Matricula Academica sub suo Regimine annotavit, & tunc quoque inscriptus est *Johannes Dreves*, postea Senator Rostochii anno 1544. electus. Quo anno defuncto Episcopo *Johanne Grymboldt*, Episcopus Lubicensis iterum creatus est D. *Henricus Bockholdt*, Præpositus Canonicorum, Hamburgi natus, in utroque jure Doctor, qui per multos pene annos Romæ *in Judicio Rotæ* vixerat, sub cujus regimine, octavo scil. Episcopatus Anno, frementibus quamvis ejus Canonicis, ubique Lubicæ illiusque districtu, Missæ ac Ceremoniæ Pontificiorum penitus abrogatæ, & Lutherana e contra Religio introducta ac propaguta fuit. Hoc etiam Anno Lüneburgi non procul ab Hamburgo monstrum e Scrofa natum est, cujus caput hominis erat facies, longum porrectum nasum habens, in vertice glabrum & depile, instar Monachi rasi, & coronam, velut in Monachis conspicitur, collumque gruis: brachia, femora, pedes, manusque prorsus humanas habebat, distentum & rotundum ventrem, brachiis erat alatum, & plumis femora vestita fuerunt. Eodem quoque Anno Porco Sacerdos Halæ in Saxonia ipso die Paschatis, natus est, & circa Autumnum in Regno Granatæ, magnus Castrorum & Civitatum numerus terra absorptus est: ac Neapoli in D. Galli festo tanta Cœli tempestate sævitum, ut castella, Arces ac ingentia hinc inde ædificia rupta fuerint. Comitia præterea Imperii hoc quoque anno initium suum Norimbergæ cepere, in quibus quid de Religione actum fuerit, per plures paginas e multis adducit *Wolff. l. c. p. 189. sqq.* & tunc etiam magis innotuit religiosissimus ille, si Diis placet, Canon Papisticus ab *eod. Wolff. p. 183.* notatus: *Freßts, Sauffts, Hurts, Bubts, thuts was ihr wollt; Allein werdts nur nicht Lutherisch.* Incidit hoc simul anno mors *Hadriani* VI. Papæ, qui natione Germanus, Patria Ultrajectinus, textoris sericorum pannorum filius, solum eruditione sua eximia gradum sibi ad majora fecit. Ante enim Pontificatum primum Lovanicensis Academiæ erat Cancellarius, & Collegii ibidem ad D. Petrum Decanus, *Caroli* Augusti Præceptor & Alumnus, inde Dertusensis in Hispania Episcopus, dein Cardinalis & Regis *Caroli* in Hispania Vicarius, demum ejusdem beneficio Pontifex Maximus, tenuit autem Pontificatum saltem annum unum, menses 8. dies 6. Pontificum omnium fuit candidissimus, quippe qui ingenuo pudore Romanæ Ecclesiæ vitia ac corruptelas agnovit, illarumque emendationem serio meditatus est, perficere vero intentata haud potuit, nam altero statim Pontificatus sui anno vel curis, vel veneno potius ipsi a *Johanne Baptista de Macerata* propinato, ut creditur, exstinctus est, cujus tempore Medicus quidam fuit Græculus, Demetrius Spartanus nomine, qui quatuor millia ducatorum petiit, pollicitus se pestem Romæ, tunc horribiliter grassantem, prohibiturum. Is autem magica arte per Taurum effodit fontem, e quo si quis biberet, immunis esset. Hic Medicus tandem combustus, Libri autem ejus allati *Hadriano* Pontifici, & inter secretissimas ejus chartas post mortem ejus inventi. *Hadriani* autem Pontificatus insignis fuit 1) Peste in urbe Roma supra centum millia hominum absumente. 2) Rhodi expugnatione a Turca, cujus captæ culpam non levem impingit, quo *de bello tres elegantissimos Libros* conscripsit *Jacobus Fontanus* cum Epistola exhortatoria *Philippi Melanchthonis* ad Archi-Episcopum Moguntinum, ut *deliberent non modo de bello Turcico, sed etiam de sanandis Ecclesiasticis dissensionibus.* 3) Bello pernicioſissimo inter *Carolum* Cæsarem & *Franciscum* Galliæ Regem. In Suecia hoc ipso anno Lutherana religio, sive pura Evangelii doctrina primum inclaruit, dum *Laurentius Andreæ*, Stegoburgo-Suecus, jussu Regis sui ut Presbyter Stregnensis, & Cancellarius seu Secretarius ipsius ad exemplum *Lutheri* in Sueciam Linguam *Biblia Sacra* transtulerit, initio facto a N. T. notante incomparabili *Seckendorffio Histor. Lutheran. L. 1. §. 149. Addit. II.* Hujus quoque *Laurentii* Concivis, a quo ad Religionem Lutheranam perductus erat, *Olaus Petri* nomine, eod. hoc anno 1523. publice id postulantibus qui aderant Ordinibus, Suecica quidem in Lingua acriter se Upsaliæ opposuit *Petro Gallo*, Theologiæ Professori, qui Pontificiorum Dogmata propugnabat, quorum utriusque argumenta postmodum scriptis mandata & publicata fuere. Fuit autem hic *Olaus Petri, Matthiæ*, Episcopi, Stregenensis, Cancellarius, Wittebergæ primum genuinus *Lutheri* Discipulus, a quo incorruptam de Deo Doctrinam Sacris Literis comprehensam addiscens, eam etiam primus omnium in Sueciam secum adduxit, ac imperterrito animo Spiritus S. annuente gratia feliciter etiam propagavit, cum & ipsius Regis Sueciæ *Gustavi Erici*, in illa Religione informator extiterit. Holmiæ tandem anno 1529. Pastor factus, Manuale Sacrum Lingua Patria edidit, Missæ præsertim sive Cœnæ Dominicæ celebrationem in eo præscripsit, atque Articulum de Justificatione egregie explicavit. Ceterum, quomodo Rotzstochii non solum per *Sluterum*, Magdeburgi, Halberstadii, Hamburgi inque multis aliis Germaniæ Urbibus ac Regionibus mendacia ac falsa Pontificiorum Dogmata detecta, illisque in locis pura Evangelii doctrina introducta iterum fuerit, præter innumeros alios, *Pomarius in Continuat. Chron. Saxon. a pag. 577. ad 586.* compendiaria autem via, *Nicolaus Gryse in de Vita, Doctrina ac Morte Primi Concionatoris*

XLV. NIC. LOWE.

XLVI. THEODORICUS EPISCOP.

cionatoris Evangelici Rozſtochienſis M. Joachimi Sluteri ad Annum præſentem MDXXIII. illud adducunt.

XLVII. EGBERT. HARLEM. §. 23. Pergimus ad Anni CIↃIↃXXIV. potiſſimum geſta, & initio quidem notamus Rectores tunc Academiæ Roſtochienſis, quorum æſtivus fuit Tiburtii die tertia jam vice proclamatus M. EGBERTUS HARLEM, ſeu EGBERTUS HERLINUS, S. Theologiæ Baccalaureus & Collegiatus, qui XXIX. annotavit inſcriptos. Hybernalis autem die Dionyſii conſtitutus eſt Rector quarta quidem vice D. LUCAS RONNEBECKE, & in Academiæ Matriculam retulit XV. Quo anno, uti ſupra innuimus, Dux *Fridericus* in Quadrageſima ex Holſatia magna vi trans Belthum in Daniam profectus, Hafniam occupavit, ad quam occupandam Lubicenſes duo millia militum & ducentos Equites novo Regi in Auxilium miſerant, & quasdam etiam Naves, traditaque eſt Regi *Friderico* Hafnia in Feſto Epiphanias. Interim in hyeme magnum exercitum collegit, Rex *Chriſtiernus* dethroniſatus, auxilio Principis Electoris, Marchionis Brandenburgenſis, aliorumque Dominorum & Principum, inque animo habuit Urbem Lubicam occupare, & deinde per Holſatiam proficiſci ad occupandam vi Daniam. Aſt dum copiæ adfuerunt, & usque ad Albim pervenerunt, ſubito mirabili Dei providencia totus exercitus repulſus eſt. Ita Vires humanæ nihil valent efficere ſine Dei ſingulari Gratia ac Fortuna. Solitus autem eſt bonus ac pacificus Rex *Fridericus* de hoc & huic ſimili infortunio Regni Daniæ dicere: *Se agnituruum eſſe Deum pro Rege, qui pro ſe pugnet, haud enim ſibi eſſe ignotum, cum a Deo ad imperium pervenerit, ab Eodem etiam in Imperio ſervatum iri contra omnem boſtium potentiam.* Et quidem Rex ille *Friderico* non ſolum in Holſatia, ſed etiam in Dania Evangelium ſincere prædicari curavit contra abuſus ceremoniarum Pontificiarum, quod quidem Epiſcopis Regionis illius non parum diſplicuit. Tunc autem incepit Evangelium in Civitatibus maritimis prædicari ac in Megapolitana Regione, ut ſupra jam diximus, ſimiliter quoque in Livoniis Civitatibus factum eſt. Hamburgenſes (de quorum ibi facta in Urbe & Eccleſia per *Ordonem Stifelium & Stephanum Kampium* reformatione, infra *Lib. VI. C. I. Claſſ. IV. Sect. I. de creatis in Academia Rozſtochienſi Philoſophiæ Magiſtris*, in vitam quidem *Stephani Kampii* paulo prolixius differemus) tunc Witteberga communem Saxoniæ inferioris Apoſtolum aut ſi mavis Reformatorem *Johannem* illum *Bugenhagium* evocarunt, ad inſtituendos ipſius Eccleſiæ ritus, quo omnia inter ſe conſentirent, & vulgo non præberetur occaſio reſiſtendi Senatui in hac re. Similiter quoque Lüneburgenſes prudenter in Reformationis negotio egerunt, ne ſubditis ſuis inobedientiæ occaſio præberetur, uti ſupra *Sect. I. hujus Capitis §. 9.* in vita *Friderici Henninges* prolixius jam diximus. Eodem quoque tempore Fridericus Rex Daniæ Evangelium Odeslavii prædicari curavit, quo multi tunc Cives & incolæ Lubicenſes profecti, conciones audiverunt, & ſacramentum ſub utraque ſpecie acceperunt, id quod tamen acriter illis inhibuerat Senatus Lubicenſis. Deinde & quidam concionatores in ipſa Urbe Lubica incipientes arguere abuſus Pontificiorum, & ſolum Chriſtum docentes, Capituli calumnia ab officiis remoti & urbe ejecti ſunt, prout ſuo loco infra pluribus dicemus. Urbs interim Lubica & Regnum Daniæ ſub hujus Regis *Friderici* Imperio ubique pacem habuit, & Civitatibus maritimis omnia antiqua Privilegia ſarta tectaque conſervata ſunt. Hoc ſimul anno die quidem Johannis Stockholmium, totius Sueciæ Metropolis Legatis Lubicenſibus Dn. *Berhardo Bombover & Hermanno Plönjes* Coſſ. nomine Urbis Lubicæ traditum eſt, cujus claves dein legati illi rurſus *Guſtavo Erici* reſtituerunt, eumque *Regem Sueciæ* crearunt. *Ex Chron. Lubic. MSto.* Eodem anno Dn. *Georgius* Epiſcopus Sambienſis ſacrificulo ſuo in mandatis dedit, ut quam primum Germanicam *Lutheri* Bibliorum Verſionem ſibi, Poſtillam & alia opuſcula ſedulo conquireret, iisque diligenter, ut ad rem maxime conducibilibus, uteretur. Eodem tempore etiam Dn. *Wenceslaus Rosdialovinus* Præpoſitus Pragenſis aperte de Luthero dixit: *Spiritum Chriſti per eum in Eccleſia operari*, & in literis ad illum datis: *Quod in Bohemia Johannes Huſſius*, ſcribit, *id es Tu, Martine in Saxonia. Perge modo in Domino: ne nimium fidas hominibus: ne metuas, ſi Te feriant Anathemate; quod accidit Apoſtolis & ipſi Chriſto, ne mireris id Tibi quoque accidere.* Celebris etiam eſt hic annus ob motus Agricolarum, cujus deteſtandæ ſeditionis caput & Auctor potiſſimum *Thomas Monetarius*, Stolbergenſis, Mulhuſanorum Concionator, de quo, unde ceperit, per quos creverit, quibus de cauſis, quot ſodalitia habuerit in agro Rhenenſi & alibi, qua ſeveritate Magiſtratus in eos animadvertere coactus, & Germania ruſticorum cædibus polluta fuerit, præter *Chytræum in Chronic. Saxon. Lib. XI. p. 331. & 32. Pomarium in Continuatione der alten Sächſiſchen Chronick a pag. 591. ad 620. integros quatuor Libros* conſcripſit D. *Nicolaus Gerbelius*, Pforzenſ. Capituli Argentor. Secretarius, Vir doctiſſimus & facundiſſimus. Inter demortuos denique hoc anno quoque occurrit *Johannes Staupitius*, e nobili Staupitiorum in Miſnia Familia ortus, una cum D. *Mellerſtadio* Academiæ Wittenbergenſis in Saxonia (cujus ille Privilegia a *Julio II.* Pontifice data, Roma detulit) conſtitutæ Auctor. Theologiæ non ſolum Doctor, ſed & Auguſtinianorum per Germaniam Vicarius Generalis, primum Tubingæ in Academia & Coenobio ibidem Auguſtinianorum (quod nunc Ducales Stipendiarii Theologico ſtudio conſecrati inhabitant) Prioratum geſſit, dein in Aulam Electoris Saxoniæ *Friderici Sapientis*, ab illo in noviſſima ejus ſuaſu fundata Academia Leucoræa *Theologiæ Profeſſor Primarius, ejusdemque facultatis primus Decanus* conſtitutus fuit, quo in officio Profeſſorio cum laude ſumma degens, poſt initium Academiæ anno ſexto ſcil. 1508. ille *Martinum Lutherum* Auguſtinianum Erphordia evocavit, ſibique & aliis Profeſſoribus in Theologica Facultate adjunxit, & quoad vixit, *Martini* Doctrinam ſemper probavit

bavit, quidam aſt quoad eundem ad impugnandas indulgentias incitaverit, falſo dicitur, qua de re præ cæteris evolvendus Illuſtr. Dn. *a Seckendorff Hiſtoria Lutheraniſmi Indic. I.* Cum aliquando huic *Staupitio* diu multumque mirari ſubiret, qui fieret, quod res longe maxima conficeretur ab humillima perſona, fertur tandem ad Lutherum dixiſſe: *Euge, mi Martine, hoc mihi plurimum arridet, quod non in tui gratiam, ſed honorem Dei, cui nimium dari non poteſt, omnia tua ſtudia dirigis.* Vir fuit maxime ſemper auctoritatis, cumque anno 1519. Comitiis Auguſtæ florentibus, Pontificius ille Legatus, *Thomas Cajetanus*, plurimum urgeret *Staupitium*, ut ad Palinodiam canendam ſummo ſtudio *Lutherum* invitaret, reſpondit Staupitius: *Hoc ipſo oleum & operam in Luthero perdam, nam me longe doctior in ſacris literis eſt.* Idem hujusmodi verbis Auguſtæ Vindelicorum Lutherum allocutus eſt: *Memento, mi Martine, ne tantam rem negligenter agas, quam in nomine Jeſu Chriſti inceperis.* Poſtremo hic *Staupitius* ex Wittenbergenſi in Salisburgenſem Academiam ſe contulit, ibidemque Epiſcopi Vicarius, & Abbas D. Petri Ordinis Benedictini conſtitutus eſt, ubi tandem die 28. Decembr. vitam cum morte commutavit. Reliquit Libros III. 1) *de Amore Dei.* 2) *de Fide Chriſtiana.* 3) *de imitanda morte Chriſti.* Prodiit etiam hoc anno ſcriptum ſub titulo: *Anzeig, wie die gefallene Chriſtenheit wiederbracht möge werden in ihren erſten Stand, in welchen ſie von Chriſto und ſeinen Apoſteln erſtlich gepflantzet und auffgebauet iſt. Vor 100. Jahren beſchrieben, und jetzt allererſt zu Roſtock in dem Lande zu Mecklenburg gefunden, und durch den Druck an Tage gegeben. Das* Concilium *zu Baſel und die Böhmen betreffend, von* Martino Reinhardt *Predigern zu Jena an Antonium Dücher, Hieronym. Ebner,* & Willibullum *Pirckheimer.* Liber adhuc Guelpherbyt. in Bibliotheca aſſervatur.

§. 24. Properamus ad anno CIↃIↃXXV. potiſſimum geſta, & primum quidem de Rectoribus Academiæ Rozſtochienſis agemus, cujus æſtivalis
XLIX. NIC. LEO. die 8. Apr. ſextum iterum electus eſt D. NICOLAUS LEO, qui inſcripſit XI. Hybernalem autem Rectoratum die 1. Octobr. accepit M. JOHAN-
L. JOH. CRUSE. NES KRUSE, Collegiatus, ille tantum IV. annotavit inſcriptos & inter eos *Janum Cornarium*, Cygneum, Med. Licent. ejusd. Facultatis Profeſſorem deſignatum, quo de Lib. V. c. I. *in Claſſe III. Medicorum* dicemus. Hoc anno Lubicenſes cum Conjunctis ſuis Gottlandiam & arcem Wisbue (quam Severinus Norbue poſt diſceſſum Regis *Chriſtierni* iterum occupaverat atque in mari multos adverſæ partis damno affecerat) iterum recuperarunt, quia autem Lubicenſes hanc arcem duriter occupaverant, egit Rex *Fridericus* interea cum Senatu Lubicenſi, ut Regionem Gottlandiam & arcem Wisbue per quadriennium poſſiderent, Severinus autem *Norbue*, ex nobili Norwegiæ Regni familia ortus, (qui cum adhuc Gottlandiam teneret, in omnis generis mercatores piraticam exercuerat, affirmans ſuam eſſe vitam mercatorum merces evolvere, atque odorem ex aromatum ſacculis ſpirantem naribus haurire, prædam autem omnem ad Urbem Wisböenſem devehebat, partemque mediam inter Milites, reliquum ſibi tribuebat, cumque maxime Lubicenſibus infeſtus eſſet, Lubicenſes moti hinc, per Legatum ſuum *Hermannum Iſraëlem, Guſtavum* Sueciæ Regem adverſus eum excitant: *Chytræus Chron. Saxon. Libr. XI. p. 317.* quamvis arcis ac præfecturæ Zelesburgenſis poſſeſſionem ſub juramento fidelitatis a Rege *Friderico* iterum acceperit, tamen per aliquot ſaltem menſes arci illi præfuit, nam in totius Nobilitatis vicinæ odium, Regis autem in ſuſpicionem incurrit, cum ad *Chriſtiernum* expulſum iterum ſubinde reſpectaret; hinc deſerta provincia, ille in Moſcoviam primum pervenit, ubi a *Baſilio* Magno Duce captus, *Caroli V.* interceſſione iterum liberatus eſt. Quare ipſe *Chriſtiernum* exulem denuo ſequens, & *Carolo* V. aliquantiſper militans, tandem in obſidione Florentiæ anno 1530. periit, cui Epitaphium ſequens *Cornelius Scepperus* ſcripſit adductum *a Chytræo l. c. p. 218.*

Oceanum boſtili toties qui ſanguine tinxit,
Agelidæ Thyles littore ad uſque Cronum,
Quem non immerito Slavi, Suedique, Gothique,
Vandaliæque Urbes extimuere Ducem,
NORBIUS *Hetruſco jacet hic* SEVERINUS *in Antro,*
A Florentina miſſus in Aſtra pila.
Barbarus ille nequit captivum extinguere Moſcus,
Mergere non mediis Ennoſigæus aquis.
Debuit in Latio, velut orbis in Arce, perire,
Tanta viri ut virtus undique nota foret.

Eodem anno Danus quidam Malmogienſis Scanus, *Nicolaus Kniphovius* nomine, ſummus navium piraticarum adverſus Danos & eorum ſocios Præfectus, qui cum nomine Regis *Chriſtierni* in Norvegiam ad eam Provinciam occupandam navigare vellet, & ſine diſcrimine omnes Saxonicarum urbium naves deprædaretur, ab Hamburgenſibus tandem in Orientali Amaſis Oſtio cum 163. ſociis oppreſſus & captus, cum aliis circiter LX. piratis Hamburgi ſupplicio afficitur, eorumque capita præciſa palis ad Albim infiguntur. Hic annus nobis quoque præ cæteris in memoriam revocat matrimonium Megalandri noſtri *Lutheri*, quod ipſe cum nobili quadam virgine *Catharina von Born ſeu Bohren, Leſslin* dicta, die 27. Junii Wittebergæ contraxit, *de quo tamen etiam tum fuerunt* (verba ſunt B. noſtri Abavi *Lucæ Bacmeiſteri*, Senioris & Theologi ac Superintendentis Rotzſtochienſis *in Narratione hiſtorica MSpta de initio & progreſſu Lutheraniſmi in urbe Rotzſtochio) varia doctorum & ſapientum judicia.* Res ita ſe habeto: Die 11. Junii hujus anni 1525. *Lutherus* nihil tale expectantibus amicis, improviſo plane conſilio & motu cum *Catharina Bohria* ſponſalia celebravit, mira itaque hac de re agitatæ inter homines fuere ſententiæ. Quidam *cum Eraſmo Roterodamo Epiſtola MSpta* quam Schultetus allegat) ad familiarem quendam Cardinalis Campegii ſentiebant, LUTHERUM *duxiſſe uxorem ex clara Familia Bornæ, puellam eleganti forma, natam annos XXVI. ſed indotatam, & quæ pridem deſierat eſſe Veſtalis, poſt auſpicatas tamen nuptias, pauculis diebus poſt, decantatum Hymenæum, novam Nuptam peperiſſe:* quem tamen errorem

(ſi

(si modo vera sunt, quæ de illo adducuntur) anno sequenti *in Epistola ad Franciscum Sylvium.* Id. Mart. data ita correxit *(Lib. XVII. Epist. XXII.) De conjugio Lutheri certum est, de partu maturo Sponsæ varius erat rumor, nunc tamen gravida esse dicitur, hincque tamen subito properasse Lutherum ad nuptias, adversarii divulgarunt.* Occasionem autem illam & veram de Nuptiis *Lutheri* relationem ex quodam *Ambsdorffii* MSpto adducit Abrahamus Schultetus, insignis e Reformatis scriptor: *Ecce autem* inquit, *dum* Lutherus *de* Catharina a Bora, *Virgine Vestali,* D. Glacio, *Pastori Orlamundico collocanda, deliberat, venit* Catharina *ad* Nicolaum Amsdorffium, *conqueriturque se de Consilio* Lutheri D. Glacio *contra voluntatem suam nuptiis locundam: scire se,* Lutherum *familiarissime uti* Ambsdorffio; *itaque rogare, ad quævis alia consilia* Lutherum *vocet: Vellet* Lutherus, *vellet* Ambsdorffius, *se paratam cum alterutro honestum inire matrimonium, cum* D. Glacio *nullo modo. Hoc ubi* Lutherus *intellexit, audissetque ex* D. Hieronymi Schurffii *ore:* Si Monachus iste uxorem duceret, risuros mundum universum & Diabolum ipsum; facturumque ipsum irritas actiones suas universas; *ut ægre faceret mundo & Diabolo, ut parenti etiam hoc suadenti gratificaretur, Catharinam sibi uxorem ducendam censuit.* Nobilis autem & egena fuit, veritaque, ne si recusato, qui illi offerebatur, *Glacio* superba haberetur, & *Lutheri & Ambsdorffii* benevolentia excideret, quorum favore & liberalitate sustentabatur, necessitate itaque ad ingenuam illam Professionem adacta fuit, fortasse etiam rumoribus mota, de quibus ipse *Lutherus epistolis ad Rhuelium & Spalatinum* conqueritur, dum *ad Rhuelium* ita: *Ecce quia sic insaniunt, ita me paravi, ut ante mortem meam in statu quo creatus sum a Deo inveniar, & quantum potero, nihil ex priori vita mea Papistica retineam. Furant itaque tanto acrius, & hæc ultima & valedictoria erunt. Mens enim mihi præsagit, me a Deo ad gratiam suam evocatum iri. Itaque postulante Patre meo, Conjugium inii, & ut linguas maledicorum & impedimenta vitarem, Congressum nuptialem properanter institui, (en vera ratio subitanei Conjugii) decrevi autem die Martis (27. Junii) proxima post festum Johannis modicum aliquod epulum dare, & deductionem in domum celebrare. &c.* Ad *Spalatinum* autem sic scribit: *Os obstruxi infamantibus me cum Catharina Borana mi Spalatine, si processerit, ut epulum paretur pro testimonio Conjugii mei istius, te non modo adesse oportebit, verum etiam cooperari si quid ferinæ necessarium fuerit. Tu interim nobis benedicito, & bene precare. Sic me vilem & contemtum his nuptiis feci, ut angelos ridere, & omnes dæmones flere sperem. Nec dum mundus & sapientes agnoscunt opus Dei pium & sacrum, & in me uno faciunt id impium & diabolicum; quo nomine magis placet, meo conjugio illorum judicium damnari & offendi, quotquot ingnorantiam Dei habere pergunt.* Imo ad *Ambsdorffium* hæc invenio: *Vera est fama, me esse cum Catharina subito copulatum, ante quam ora cogerer audire tumultuosa in me sicut solet fieri. Spero enim me breve tempus adhuc victurum, & hoc novissimum obsequium Parenti meo postulanti, nolui denegare spe prolis, simul ut confirmem facto, quæ docui; tamen multos invenio Pusillanimos in tanta luce Evangelii. Sic Deus voluit & fecit, ego enim nec amo, nec æstuo, sed diligo Uxorem.* Per hos itaque *Pusillanimos* sine dubio *Lutherus* tunc *Philippum Melanchthonem* intellexit, illam namque Pusillanimitatem satis superque prodit Philippus *Epistola ad Camerarium* hac de re Græce scripta, non quidem propterea, quod *Lutheri* nuptias damnaret, sed quia occasionem dari cerneret, inimicis malevolis, acerbius insectandi & liberius maledicendi ex temporis præsertim Consideratione. Quæ quidem omnibus nota *Philippi* timiditas in causa potissimum fuit, cur a *Luthero* ad consilium & solemnia desponsationis non fuerit adhibitus, quem propterea etiam ob liberiorem victus rationem l. c. taxat *Melanchthon.* Vide *Epistolam totam.* Quanquam autem non negemus, *Lutherum* non ita inculpatum per totam vitam suam vixisse, ut non aliqua in re præsertim ob nimiam animi sui vehementiam, animadversionem aut correctionem mereatur, (id quoque ipse B. Vir sæpius confessus, atque ut homo errare nihil a se alienum esse putavit) in eo tamen jure meritoque defendendus est, quia nunquam credibile aut memorabile, imo & Politicis & Physicis rationibus contradicit, ut qui per quadraginta duos annos caste & absque impudicitiæ labe vixit, ille nunc tandem carnis stimulo ductus, matrimonium hoc suum ingravescente jam ætate propterea cum *Catharina* sua contraxerit, sed causæ potius veræ ac infallibiles illæ fuere, quas supra de eo ex Epistolis ad *Rhuelium, Spalatinum & Ambsdorffium* adduximus. Rumores autem tunc varios & calumnias Adversariorum plusquam diabolicas ille tunc potissimum ob animum semper liberum ac licitum in se derivavit, quod cum optime cuperet Virgini, *suam* semper vocare solitus fuerit *Catharinam,* sicuti *in literis ad Rhuelium* d. 5. Maji datis: CATHARINAM MEAM scribit, *uxorem ducam, antequam moriar, si pergere eos* (intelligit factiosos Rusticos, quos *novos Dominos ac Latrones* antea vocaverat) *intellexero.* Atque hæc quidem de *Lutheri* Conjugio. Scire autem plura qui desiderat, adeat Illust. *Seckendorffii Lutheranis. L. I. Addit. I. §. 150. & Lib. II. §. 5. seqq.* ubi ad *Varillasii & Maimburgii* impudentissimas calumnias solide respondet. Donum interim Nuptiale, quod tunc a Magistratu Urbano accepit *Lutherus,* his quidem verbis ex Libro Civitatis adducit curiosissimus multæque Lectionis Vir *Samuel Fridericus Lauterbach,* in de vita fama & fatis *Valerii Herbergeri* doctissimo scripto *suo L. I. C. 7. §. 4.* Doctori Martino 20. fl. *Schreckenberger von wegen des Rechts und gemeiner Stadt, da er sein ehlich Beylager und Wirthschafft gehalten, gespendet.*

§. 25. Accedimus ad Annum CIↃIↃXXVI. cujus tunc Rector Academiæ æstivalis jam tertia vice die Tiburtii proclamatus fuit EVERHARDUS DICKMANN, Decretorum Licent. qui tantum V. inscripsit. Hunc die Galli excepit jam altera

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

LII. JODOC. STAGGE.

tera vice Rector M. JODOCVS STAGGE, S. Theol. Baccal. formatus, qui nullos habet Rectoratui suo adscriptos, tanta tunc erat Academiæ ob Religionis dissidium desolatio, quod jam I. libro C. III. §. 7. ex *Lindenbergio* & aliis pluribus adduximus. Conditur hoc anno die 1. Jul. secundum *Calvisium Chronol. p. 919. & Reusnerum Isag. Historic. part. I. p. 170.* (alii cum *Chytræo Chron. Saxon. Lib. XII. p. 346. & 347. & Wilhelmo Dilichio Hessischer Chronick Part. I. p. 100.* fundationem sequenti anno 1527. d. 30. Maji susceptam fuisse volunt) *Academia Marpurgensis*, a *Philippo* Hassiæ Landgravio cognomine *Magnanimo*, de cujus fundatione & primis ejus Professoribus legendus est laudatus *Chytræus L. XII.* statim in principio. Add: *Joh. Hartmanni Kornmanni Hypotyposis Pallior. Academiæ Marpurgensis* nec non *Frid. Lucæ Europæischer Helicon Part. IV. c. VI. n. XI.* Eodem quoque anno die 29. Septembr. ipso Michaelis Festo *Andreas Gardingk*, Pastor *zu Oldenbrocke*, in Hadelia, primam missam Germanicam celebravit, & Sacramentum sub utraque specie primum publice dispertiit, quo tempore tunc quoque Pastor Evangelicus in Metropoli Otterndorffii constitutus fuit *Johannes von Daventer*, qui dein anno 1565. d. 1. Octobr. Ministerii annorum XXXIX. peste obiit. *Ex Chron. quodam Hadelensi MSpto.*

§. 26. Abdicato Rectoratu suo Dn. *Staggio*, Rectoralis illa Dignitas cum onere anno, qui nunc sequitur, CIↃIↃXXVII. die 24. Apr. quinto

LIII. LUCAS RONNEBECKE.

iterum in D. LUCAM RONNEBECKE, devoluta est, inscripti tunc sunt X. Huic dein die Dionysii Rectoratus iterum fuit continuatus ob Academiæ desolationem & Professorum defectum, retulit autem per totam hyemem in Academiæ Matriculam tantum V. inter hos *Stephanum Schone*, Med. D. & Profess. designatum, quo de Lib. V. C. II. *in Classe III. Medicorum.* Hoc eodem anno die II. Augusti, primum in Coelo summo mane apparuit Cometa, circiter horam quartam, in universa Europa fere conspicuus, qui contra aliorum Cometarum Naturam manum quandam præfiguravit gladium protendentem, & minas vibrantem, augurium sine dubio fuit ingentis cladis, quam abhinc biennio fat magnam Christiani a Turcis accepere, ingenti profusa sanguinis copia: Roma quoque eodem anno per exercitum imperatoris *Caroli V.*, auspiciis *Caroli Borbonii* Ducis expugnata fuit, & omnes tunc sedis Apostolicæ Patres cum ipso Papa *Clemente VII.* a furente milite misere & turpiter tractati sunt, qua incredibilis illa expugnatio, quomodo contigit, compendiosam quidem sed veram narrationem Paralipomen. suis a pag. 487. ad 491. *inseruit Auctor Continuat. Chron. Ussperg.* Adi & *Beutheri ausserlesene Chronick. Part. V. p. 730. seqq.*

§. 27. Accedimus ad Rönnenbeckii Successorem, qui Anno CIↃIↃXXVIII. die 24. Apr. Rector iterum Academiæ Magnificus jam quarta vice electus est M. EGBERTUS HARLEM, S. Theol. Baccal. & Collegiatus, & XII. tunc inscripsit. Qui illum per semestre hybernum in Rectoratu excepit, non annotatur quidem, sed videtur tamen M. EGBERTUS integro anno Rector man-

sisse. Hoc quidem Anno conquestus est Senatus Lubicensis, Civibus suis de Debitis & Damnis, in quæ Urbs Lubica per magna & longa bella incidisset, imposuerunt igitur populo novas pecuniæ exactiones, & decretum tunc est, ut triginta cives e Populo electi una cum Senatu expensas & reditus pecuniæ ad annum unum curarent. *Ex Chron. Lub. MSto.* Quid autem hoc anno in Religionis negotio Lubicæ gestum fuerit, ex *Reimanni Kocks* Templi Petrini ibid. Ecclesiastæ, *Chron. MSpto Germanico* sequentia inserimus. *Es hatten von* anno 1523. *biß in das* 1528. *Jahr viele Sæchßische Stædte das Evangelium angenommen, alß Bremen, die bey nah die erste gewesen*, anno 1523. *Stralsund*, anno 1525. *Rostock, Braunßweich, Hamburg &c. allein die Lubschen Herrn haben der Papistischen Lehre fest angehangen, dann die Pfaffen und Mönchen, welcher mæchtig viel in Lübeck waren, rieffen und schrien heimlich und offenbahr*, welche grosse und greüliche Ketzerey des Lutters wäre &c. *derohalben die Herrn von Lübeck wehreten, so fleissig sie kenneten, daß die Lehre in die Stadt nicht kæme. Et hat ein Buchhændler von* Lutheri Postill *etzliche* Exemplaria *in die Stadt gebracht, dieselbe sind auff Anforderung der Mönche ihm genommen, der* Censur *des Capittels und der Mönchen übergeben, die gesagt, daß Ketzerey darinn enthalten; darauff sie auff dem Marckt durch den Scharffrichter verbrandt. Allein durch dieses Vornehmen sind die Bürger in einen Argwohn gerathen, und haben sich von Hamburg, Braunschweig &c. Bücher lassen bringen. So sind auch zwey Prediger zu Lübeck gewesen, alß* M. Andreas Wilmes, Pastor *zu St. Ottilien, und* Theologus *in Dom, und* Hr. Johann Walhoff, Cappelan *zu Marien Kirchen, diese haben das Evangelium angefangen zu predigen, allein die Pfaffen konnten nicht ruhen, biß ihnen das Predigen ward verbotten, da zogen mit Hr. Michels Freüd zur Stadt hinauß. König* Friederich *hat zu Oldeslo einen Prediger gesetzet, dahin sind heuffig die Bürger geloffen, etzliche sind nach Wißmar gereyßet, Gottes Wort zu hören, daß ein jedweder Verlangen nach das Evangelium getragen. Es ist auch zu Lübeck gewesen einer von Stade mit Nahmen* Johannes Osenbrugge, *welcher in gefængliche Hafft ist genommen worden, daß er heimlich etzlichen Bürgern hatte geprediget, und haben sich 400. Bürger versammlet, welche vor den Rathe getretten, mit flehentlicher Bitte*, Johannes Osenbrug *loß zu lassen, weil sie sahen, wo es hinauß wolte: alß ist er loß gelassen, doch mit dem Bescheide, daß er alsobald aus der Statt weiche, und nicht predigte, und ist ein Wagen bestellet gewesen, damit er nach Travenmünd fahren müssen, wie auch ein Schiff, in welches er getretten, und nach Riga gesegelt ist, der Schiffer hat gebeissen* Coesten Düvel, *da die Pfaffen dem gemeinen Mann eingebildet, der Teuffel hætte den Kætzer weggeführet. Also ist das Spiel in der Statt angegangen, woraus in folgenden Jahren ein gross Rumor in der Statt entstanden ist.* Hæc ille. De Reformatione interim hoc quoque anno in urbe Brunswiga susceptа

præter *Chytræum in Chron. Saxon. Lib. XII. p. 347. & 48.* videndus quoque *Pomarius in Continuatione der Sæchsischen Chronick p. 613.* Accidit etiam hoc anno sequens ridicula in Gallia historia: Rex Galliæ cum opus haberet aliqua pecunia, & illam adeo repentè non posset corradere, excogitavit tale Stratagema. Habebat Cancellarium, qui erat Cardinalis, ad hunc fecit Rex fictas literas exarari, quasi Papa esset mortuus. Cardinalis fieri cupiens Papa rogat Regem, ut se ad illam dignitatem promovere velit; Rex pecunia ad corrumpendos alios Cardinales opus esse dixit, & quidem ad minimum thonna auri. Cancellarius alioquin avarus valde, tamen illam pecuniam solvit; Rex accepta pecunia literas scribi fecit, Papam convaluisse, quo stratagemate Rex ab avaro Cardinale emunxit pecuniam. *Ex Chronico quodam MSpto apud Wolff. Lect. memorab. Centenar. XVI. Tom. II. p. 302.*

luit, semper dicens: *Wann er auch noch so viel gefordert würde, wollte er doch nicht kommen, dann er hætte mit den Predigern nichts zu schaffen.* Hinc Ministerium tres ex civibus ad eum misit, ut ad pietatem & obedientiam erga Ministerium, atque ut Meretricem a se dimittat, eum hortarentur, sed noluit. Ablegati ad eum postea duo ex Ministris Ecclesiæ, qui inquirerent, an Ministerio se subjicere & dimittere scortum ex ædibus velit nec ne? quod si negaret facturum se, nomine Ministerii significarent, velle eum publice Ecclesiæ indicare: responsum tulerunt; *agnoscere quidem peccatum suum & illud emendare velle, sed ita non statim nunc ferre rationes ejus, ut concubinam dimittere, & conjugem ducere possit, idque multis causis adductus non tamen amplius se velle cum ea rem habere.* Addidit simul: *Rem ad Politicum Magistratum pertinere, velle se eam ad Principem deferre, minatus etiam, ut nihil tentaret Ministerium.* Tertia vice VI. ad *Michaelem Boldewanum* tam ex Senatorio quam Civium ordine ablegarunt, ut responderet eis, an Ministerio se subjicere & vitam turpem emendare ac scortum dimittere velit? Quod si recuset, indicent, *Ministerium cogi ad officium suum in publica excommunicatione quamprimum faciendum, quod tamen libentius intermittere ipsique parcere cuperet.* Illi statim eum convenientes, responsum retulerunt, *se cogitasse de dimittendo scorto, & petiisse, ut ipsi parceretur, publica nominatione, sed quia id impetrare non potuerit, non posse se nunc Ministerii voluntatem exsequi nisi ea conditione, ut receptus in gratiam a Ministerio non nominetur publice: alioqui vero se non curare Ministerii Excommunicationem, nec potestatem excommunicandi illi adhuc concessam esse. Primum ergo coram Senatu eum accusent, & ibi rem tractent &c.* aliaque etiam gravia convitia in quosdam ex Ministerio conjecit. Hoc responso a delegatis accepto, petiit Ministerium, ut reliquis etiam Civibus & Senatui totam suam lenitatem ostenderent, & ipsius quoque *Boldewani* obstinatam malitiam. Convenit ergo postea hac de re iterum Ministerium, & concluderunt, ut adhuc *Boldewani* excommunicatio differatur, certis de causis maxime, ut spatium deliberandi ipsi daretur, si vel sua propria conscientia vel aliorum monitionibus adhuc moveri possit. Cum autem hic Concionatorum Conventus inchoaretur, forte Lic. *Strevius*, Theolog. Prof. & Archi-Diaconus ad S. Jacobum cum Dn. *Jacobo Metzmacker* ejusdem Templi Diacono, obviam habuit *Boldewanum*, qui graviter *Strevium* alloquens minatus est, *er wollte ihm die Nasen einmahl entzwey schlagen, daß das Blut herunter lauffen sollte.* Id significavit Ministerium Senatui, ejus hac de re auxilium expetens, quod & promisit. Tandem post multivariam Ministrorum Ecclesiæ, civium & quorundam etiam Senatorum publicam & privatam, sed semper frustraneam admonitionem, *Michael Boldewan* secundum mandatum & præscriptum Christi, & Apostolorum, ex concluso totius Reverendi Ministerii Rostochiensis Anno CIↃIↃLXV. die 20. Maji in Templo Mariano (cujus Parochiæ erat addictus) *a D. Luca Bacmeistero* Sen. SS. Theol. D. & Prof. ac Pastore Mariano, Abavo nostro, ipsa Dominica Cantate post concionem (in qua de officio Spiritus S. in consolando & arguendo dictum erat) *publice excommunicatus fuit*). Aderat tunc in Templo Consiliarius Ducis JOHANNIS ALBERTI *Rotermund* cum *D. Laurentio Kirchhovio*, qui post finita sacra abs Abavo nostro per Ministrum formam publicatæ Excommunicationis expetiit, quam & quia vir erat summæ apud Principem Auctoritatis, & res erat publice facta, accepit, quod exemplar apud se tunc retinuit Consiliarius. Sed cum Excommunicatio sit actio in Ecclesia nostra admodum rarissima, (cum Principes & Magistratus Politicus contra Christi & Apostolorum mandatum Ecclesiæ primitivæ constanter observatam consuetudinem, (jure an injuria alii videant) clavem ligantem sibi de facto arrogarunt) formulam Excommunicationis *Boldewani* hisce nostris Commentariis quoque inserere placuit, quæ de verbo ad verbum sic sonat, (vid. Append. Docum. Lit. A.) Hac excommunicationis formula publice prælecta *Boldewanus* vi ac potestate sanctissimi Ministerii ab ipso Christo sibi concessa, diaboli mancipium factus est ob culpam, qui Dei noluit esse per gratiam; qui vero hinc tandem ad se iterum redire & poenitentiam agere debuerat, *Boldewanus* tanquam ab inferno incensus, magis ac magis in Reverendum Ministerium ac Senatum invectus est. Aliquanto post Excommunicationem *Boldewanus* impetum fecit in Dn. *Thomam Johannis* ad D. Georgii Pastorem in porta lapidea (*Steinthor*) & præsentibus aliis duobus minatus ipsi fuit, *er wollte ihn jetzund recht wieder bannen.* Idem etiam fere accidit Dn. *Jacobo Metzmacher* ad D. Jacobum Diacono; Eodem tempore Senatus, petente id Ministerio, Ministrum publicum (*den Gerichtsdiener*) cum duobus Civibus & Notario ad *Boldewanum* ea de re allegavit, qui totius Senatus nomine ei injungeret, *ne ullum ex Ministris verbi divini dictis aut factis læderet, si vero quid actionis cum Ministerio suscipere vellet, id jure faceret non vi, alioquin Senatum id facturum, was sie zu Rechte verantworten könten.* Responsum tulit: *Es hætten ihn die Pfaffen gebannet, da hætten sie keine Ursache zu, sie sollten sich nach dem Lüneburgischen Mandat* (Mandatum hoc Lüneburgense ex cerebro Politicorum enatum, *clavem ligantem* sive uti in Papali Schola rectius loqui amant, *Bannum*, in usum adhibere plane interdicebat, quo de & Abavus noster in concione quadam Catechetica die 23. Maji ejusdem anni habita, es wære diss ein gottloss Mandat, welches auff die arme Prediger alss lange Spiessen gerichtet wære, dadurch man dem Heiligen Geist sein Ammt einhalten, und den Predigern das Maul stopffen wollte, die es gemacht hætten, wæren so gut, alss die sich damit vertheidigen wollten. Es hætten noch dero Lœbliche Landes Fürsten, noch E.E. Rath dieser Statt es nie an das Predigammt gemuthet, solches Mandat anzunehmen, desshalben wollte das Ministerium Rozstochiense auch damit nicht verbunden seyn, sondern sich nach

nach dem Mandat Gottes halten *ſie ſollten ſeine Püffe warten, er wollte ihrer wiederum warten, es möchte ein Rath darinnen thun, was ſie nicht laſſen wollte,* & præterea multa alia foeda & horrenda addiderat. Miniſterium intelligens, quo in gravi propter *Boldewanum* ſit periculo, cautionem de non offendendo *Boldewano* apud Senatum expetunt, aut ipſe coërceatur, *daß er ſelbſt Bürge würde und in Verhafft gebracht werde,* vel ſi omnino ipſis periculum timendum ſit, manſuros eos domi, & officia Miniſterii aliquandiu intermiſſuros; ſi velit contendere *Boldewanus*, Miniſterium coram legitimo Iudice conveniat, quem nunquam defugere velit. Aſt Senatus multo triſtior tunc erat Miniſterio, cum & ipſe *Boldewanus* in Concione publica & Senatus & Plebis, Cos. *Pauelſen* dicentem, *non totam plebem, ſed LX. eſſe coram Imperatore a Senatu accuſatos,* in os mendacii arguerat, & præterea *Spurium, einen loſen Huren-Sohn* nominaverat, attamen promiſit, *velle ſe Miniſterium quantum poſſet defendere*, vocatque ſtatim XV. ex Civibus præſentibus, in quorum præſentia Miniſterium querelam repetiit; ſed illi renunciant per *Joachimum Eggers & Jürgen Tönnen: Sie hætten mit den Pfaffen nichts zu thun, ſondern mit dem Rath zu handeln, wollte man ihnen was, ſo ſollte man ſie an einen andern Ort beſcheiden.* Sic diſceſſit Miniſterium, cumque exiret, illi, quos jamjam nominavimus, ſtabant in veſtibulo Graphæi, & torve Miniſtros Eccleſiæ aſpicientes, velut Diaboli, ne quidem aperto capite ullam Miniſterio reverentiam exhibebant. Antea vero cum propoſito ſuo negotio Senatui exiret ex Graphæo in Templum Miniſterium, forte *Boldewanus* inter alios Cives in veſtibulo ſtabat, horribiliter ſingulos Eccleſiæ Miniſtros intuens, ibi M. *Caſparo Leunculo*, Diacono Jacobæo eum diutius intuenti commotus dixit: *Wie ſiehеſt du mich an, haſt du mich nicht ehe geſehen?* Reſpondit *Caſparus* breviter. *Michaël thut Buſſe.* Ibi *Jürgen Tönner* amarulentiſſimo ſarcasmo ad *Caſparum* inquit: *Herr Caſpar, redet ihr mit Boldewan, ſo ſeyd ihr* im Bann. Ad quæ Caſparus: *Tönner thut ihr auch nur Buſſe.* Hic multi cachinni in *Caſparum* & reliquos Concionatores oriebantur, & aliqui ore geſtum ſubſannantis ita clare edebant, ut qui jam in Templo ex Miniſtris Eccleſiæ erant, id exaudirent. Poſtea inſequens *Tönnen* cum M. *Caſparo* colloquebatur, & cum a Senatu revocati, ex templo in Graphæum irent Miniſteriales, juxta eos ibat, & graves voces edebat: *Man werde der Pfaffen Trotzen nicht leyden, man müſte dannoch ſo mit einem armen Kerle nicht verfahren, oder man würde was anders darinne thun.* Cumque Licent. *Strevius* Archidiaconus Jacobæus & alii quidam eum reprehenderent, gravius inflammabatur, & Convitiis Concionatores proſcindebat usque in Graphæum, proinde ac *Simei* juxta *Davidem* ambulans, eum laceſſebat. Hæc die 23. Maji acta ſunt cum gravi Contumelia Miniſterii. Poſtero die fœde & malitioſe de Miniſterio & Miniſtris locutus erat coram Senatu *Boldewanus*, allegarat edictum Lüneburgenſe, *non legitime proceſſum eſſe* dixerat, *ſe non velle Miniſterium lædere, ſed cum percuteret aliquem ex illis, non Miniſtrum Verbi, ſed Nebulonem percutere. Habere Miniſterium ſua Conventicula, quæ ſeditionum & tumultuum eſſent ſeminaria, da man Auffruhr und Blutvergieſſen ſtiffte.* Miniſterium, ut graviſſimam hanc illatam injuriam quibus modis poſſet, a ſe derivaret, die 25. Maji in Locum ſui Confeſſus Coronam LX. Civium convocat, illisque proponit tam verba *Boldewani* in Miniſterium foediſſima, quam & Converſationem cum eo, quod tamen contra publicum Miniſterii ſit Mandatum, *quid, quod & quidam ipſorum iſtius Impii cauſam etiam agerent, & Miniſterium accuſarent quaſi Excommunicatio nullius eſſet roboris, quod die proximo Dominico ij in Graphæo ita contumelioſe acceptum eſſet Miniſterium, quemadmodum nunquam antea, & quod ibidem ipſis præſentibus & nihil contra dicentibus* Boldewanus *turpiſſima convitia in Miniſterium evomuerat, honeſtos Miniſterii Conventus* Conventicula *nominaret, Lüneburgenſe Mandatum ipſis inculcet, minetur verbera, necem & omnia triſtia Concionatoribus. Hæc omnia talia eſſe, quæ ipſorum animum prodant, a Miniſterio & pietate longe eſſe alienum, hinc ut ipſorum voluntas & animus innoteſcat, hæc Miniſterium proponere.* Illi quidem poſt ſesqui horam in deliberatione conſumti, tandem circiter L. revertentes, per *Valentinum Nigeman* moram longiorem propter negotii gravitatem primum excuſarunt, deinde proteſtati ſunt, quod ſua reſponſione & tota hac actione non vellent *injuria aliqua officere Miniſterium, die Sünde nicht vertheidigen, Gottes Wort nicht hindern, oder jemand injuriiret haben, ſoll auch ihnen nichts anders nachgedeutet werden, ſondern ſie begehren daß Gottes Ehre gefördert, die betrübten und verwirreten Gewiſſen getröſtet, Sünde geſtraffet, Aergerniß gewehret, Friede erbauet und gepflantzet, auch erhalten werden möchte.* Sed cum D. *Lucas Bacmeiſterus* nomine Miniſterii regereret: *Ignominiam Miniſterio in Graphæo exhibitam manifeſtam eſſe, & quosdam aſſiſtentes riſu, qui a quibusdam fiebat, excepiſſe,* & duos ſimul expreſſe nominaret, *Joachimum Eggerdes* & *Georgium Tönnen*, quorum geſtus & ſermones præ aliis notati fuerunt, utpote qui reſponſum dederant per Senatorem in Graphæo, cum petiiſſet Miniſterium ipſorum colloquium, *ſie hætten mit den Pfaffen nichts zu ſchaffen dasmahl, ſondern mit dem Rath, Joachimus Eggerdes* graviſſime commotus negavit, *ſe quicquam Contumeliæ Miniſterio intuliſſe, und wer das ſagte, er wære Backmeiſter oder wer er wære, der ſollte ihm daſſelbe nachreden als ein Schelm und Böſewicht.* Alii aliter fremuere: *Tönnen ſe ignorare*, ajebat, *quod factum eſſet, ſed ſe nominari præ aliis, id ſibi moleſtum eſſe*; addebat & hæc: *Watt iy vorhebben, dat ſchall Juw nicht Rede geſetten warden: Dat gelovet man.* Alii quidam: *Man hætte wohl anders mit* D. Tilemanno Heshuſio *und* Petro Eggers *ümmer gegangen, ob die jetzigen Prediger nichts leyden kœnnten.* Noſter Abavus *Lucas Backmeiſterus* eo quod gravi injuria affectus eſſet (quamvis ad totum Miniſterium res hæc ſpectaret) tamen expreſſe oſtendebat, *ſe propter nominis*

minis sui honorem convitium a se removere velle, & testes verborum *Joachimi* vocabat omnes Cives præsentes, ut cum res ferret, sibi testimonium rei actæ præberent. Oriebatur interim gravissima contentio, multis tueri volentibus *Boldewanum* exemplis aliorum, & opponentibus se quibusdam ex Ministerio. Tandem tamen, cum *Otto Smitt & Henricus Berndes* sub discessum Civium rem componi peterent, & *Eggerdes* cum *Tönnen* sibi ignosci solicitarent, reverentiamque ac obedientiam Ministerio promitterent, res composita est. Sed ad *Boldewanum*. Hic sequenti Anno CIↃIↃLXVI. gravissime, imo lethaliter ægrotare cœpit, cumque ultimum vitæ suæ terminum imminere persentisceret, Mystam Auricularem suum cum quibusdam ex Ministerio ad se vocari jussit, coram quibus grande suum Commissum serio & cum lacrymis confessus est, propter Deum petens, ut durissima *Clavi Ligante* resoluta, leniissima *Clavi Solvente* tandem iterum bearetur. Ministerium, animitus & anxie cum Deo & Ecclesia iterum in gratiam redire volentem *Boldewanum* animadvertens, illius a Confessionibus Ministro in Mandatis dedit, ut imposita manu, auctoritate a Christo Ministris Ecclesiæ concessa illum a peccatis etiam suis sat gravissimis tandem liberaret, quod & fecit, atque in signum veræ cum Deo reconciliationis cœlesti Viatico ipsi prospexit, dum verum Corpus ac verum Sanguinem Dn. nostri Jesu Christi sub consecrato pane & vino sacramentaliter edendum & bibendum ei porrexerit, quo divino ac salutari cibo ac potu summa cum devotione & gaudio assumto *Boldewanus* non diu amplius supervixit, novo enim cum Anno novam iniit vitam, sub precibus enim ac lacrymis suorum vitam cum morte commutavit, post cujus decessum statim, uti moriens experierat, de ejus cum Ministerio & Ecclesia reconciliatione publice e Cathedra Ecclesiastica per *Lucam Bacmeisterum* sequens iterum facta est *Denunciatio*. (*Vid. Append. Document. Lit. A. 2.*) Atque hæc quidem de *Michaële Boldewano*, Patritio illo Rotzstochiensi, ex *Diario MSpto B.* nostri Atavi passim collecta, hactenus. De *Ewaldo* autem *Boldewano Michaëlis* fratre, hæc invenimus annotata, quod cum virilem vitam attigisset, factus fuerit Civis Nundinarius *ein Kramer*, unaque cum *Matthæo Fischer*, Aurifabro, *Jürgen Gerhsan*, Pistore, & *Petro Marrettig*, Tonsore, anno 1579. multas turbas in Urbe & Ecclesia Rotzstochiensi excitaverit, ob doctrinam *Beati* de Consecratione & Administratione S. Cœnæ, quam recoquebant, quæ tamen lis feliciter iterum composita fuit, Ministeri Actis id testantibus. Cætera de eo latent. Interim (ut de Exteris quoque aliquid addamus) hoc anno totum Imperium Romanum contra Turcam in armis fuit, & Lubicenses ad hoc bellum quoque 600. milites miserunt, quorum capitum Magister (Capitain) erat *Marcus Meyer*, Faber antea ferrarius Hamburgi habitans, quo aliquot annos militiam fuerat secutus. Postquam vero exercitus contra Turcam defecit, rediit iterum Lubicam *Meyerus*, ibique duxit viduam paulo ante demortui, ut supra jam diximus, Cos. *Lunthen*, sed contra consensum cognatorum ejus. Postea in bello Hollandico Præfectus Classis Lubicensis constitutus est, & accidit interea, quod naves quædam Lubicensium in Britanniam venirent, tunc ipse *Meyerus* a Rege Britanniæ Eques auratus creatus, qui Lubicam postea rediens, una cum *Georgio Wullenwevero* imperare ausus est, confecitque id potissimum, quod urbs Lubica ad publicum bellum cum Duce Holsatico pervenerit, & credibile etiam est, hunc *Meyerum* magna ex parte *Wullenweverum* seduxisse & persuasisse ei, res multas ac urbi pernicioſissimas incipere, quæ alias non essent factæ, uti suo loco patebit. Prodiit etiam hoc Anno *Mandatum Cæsareum Generale, in quo pax communis præcepta est tam in rebus ad rempbl. quam ad religionem etiam pertinentibus usque ad futurum Concilium*, quod quidem Mandatum a Rege quoque Romanorum *Ferdinando* confirmatum fuit.

§. 32. Incipit autem Annus CIↃIↃXXXIII. LXV. IDEM. cujus æstivalis Academiæ Rotzstochiensis Rector iterum fuit M. NICOLAUS LEO, Decret. D. inscripti tunc ab eo sunt XXIV. & inter hos *Henningius Besselin*, natus in ipsa urbe Rozstochio, omnium Megapolitanarum primaria, ex Familiis antiquis & Parentibus Patriciis, qui in Senatorum ordinem cooptatus est, anno 1560. multa autem cum Collegis suis in hoc suo munere a turbulentis civibus pertulit, si quidem in tristissimas illas Reipublicæ tempestates incidit, ubi carcerem, vigilias, famem ac sitim, imo vitæ periculum subire debuit, *Vir* alias *pius*, *pacificus & de Patria sua meritissimus Senator*. Hoc etiam tempore mense Junio *Johannes Bugenhagen*, *Caspar Cruciger*, & *Johannes Æpinus*, Wittenbergæ infula Doctorali sunt redimiti, cui renunciationi & Disputationi inaugurali interfuere Elector Saxoniæ *Johannes Fridericus*, Electoris Frater *Johannes Ernestus*, Dux Lüneburg. *Franciscus* Dux Mecleburg. *Magnus* & Dux Brunsuicensis *Ernestus*. Rozstochii dein in Academia Rector iterum per hyemem mansit D. NICOLAUS LEO, & inscripti tunc fuere XVI. quo- LXVI. IDEM. rum in numero inveniuntur *Christophorus & Casparus Schönecke*, Filii Cancellarii Principum *Henrici & Alberti* Megalopyrg. *Caspari Schonaichii*, Nobilis Silesii, quo de *Chytræus Chron. Saxon. Libr. XIV. p. 424.* annotat; cum *Henricus* Dux Megapolitanus, Saxoniæ Electoris *Johann. Friderici* Avunculus, omnino Schmalcaldiam ad fœdoris societatem cum cæteris ineundam, proficisci firmiter constituisset, Cancellarius ille *Schonaich* (ita Dialecto Saxoniæ superioris nomen illius pronunciando, qui alias *Schœnecke* dicitur) perpetuo eum a fœdere dehortatus, tandem constituta jam profectionis die, ac Equum conscensuro Principi persuadet, ut iter illud intermittat; Quod Cancellarii Consilium postea Bello Germanico infeliciter cadente, toti Ditioni Megapolitanæ fuit salutare. Hæc *Chytræus*. Fuit autem multos annos Principum Cancellarius, cujus filius nunc inscriptus *Casparus*, Catholicæ religioni addictus, postea in Conventu Principum Protestantium Neoburgi anno 1561. de religione congregatorum *Zachariæ Delphini* & *Francisci Commenduni* a Pontifice ad illos ablegatorum, Interpres fuit, cum quibus dein per Saxoniam, Lubicam profectus est, in Daniam ad Regem

gem tendentes, sed non admissi sunt, affirmante eodem *Chytræo Lib. XX. p. 589.* *Valentinus Gerdes* tunc quoque inscriptus est, ex antiquissima Rozstochii GERDESIORUM familia prognatus, cujus Parens sine dubio fuit *Henricus* ille *Gerdes*, qui anno 1513. in Senatum lectus, anno autem 1521. Consulari dignitate auctus, *Vir saluti publicæ & adservandæ, & quotidie in majus provehendæ natus datusque*, uti describitur tunc a Rectore Academiæ D. *Michaele Colabo* in *funebri Programmate Mariæ Hedwigis Gerdes*, Dominæ Cœnobii S. Crucis, a. 1673. affixo. Noster autem *Valentinus* tantos in utroque jure fecit progressus, ut in ea U. J. D. fuerit salutatus, postea autem Patriæ Reipublicæ his donis suis inserviens, anno 1555. Senatorio ordini adscriptus est, qui moriens nomen *præclare meriti Senatoris* promeruit; Tandem etiam nomen suum Rectori Academiæ hoc tempore dedit *Rudolphus Macke*, Vir patricia non saltem dignitate, sed vitæ cumprimis morumque integritate clarissimus, qui dein civicam vitam electus, emendis vendendisque pannis mercaturam summa cum industria fecit, cujus Parens *Johannes Macken* Civis quoque Rozstochiensis & Pannivendus (*Gewandschneider*) honestissimus uxorem habuit Amplissimi Consulis Rozstochiensis *Hermanni Tybis* Filiam, *Annam Tubessen*, natam ex *Catharina*, ex nobili a *Roglitzen* Bohemorum Familia orta. Matrimonii autem Sociam noster *Rudolphus* sibi elegit *Annam Rudels*, Consultissimi JCti *Johannis Rudelii* J. U. D. & Reipublicæ Lubicensis, ut & cæterarum Civitatum Anseaticarum Syndici bene meritissimi, qui in tam flagranti Cæsaris Gratia hæsit, ut & equestrem dignitatem atque insignia commeritus referret. Ex hac sua Costa noster genuit *Johannem*, Civem & negotiatorem maxime honestum & antiqua Generis nobilitate censendum, qui ex uxore sua *Anna Havers* genuit iterum Rudolphum quendam, Senatorem Urbis Rozstochiensis gravissimum, anno 1657. demortuum. Hoc quoque anno die 21. Febr. *Ludovicus Taschenmacher*, *Georgius Wollenweber*, *Hanß Seegenstacke*, *Wilhelm Danneman*, & *Hanß von Elpen*, Senatores in turbulento illo Reipublicæ statu Lubicæ electi sunt, quos post quatuor hebdomadas die 8. Martii excepere sequentes novi Senatores *Evert Stortelberg*, *Tile Tegelmeyer* & *Albert Klever*, ex quibus hi duo *Georgius Wollenweber* & *Ludovius Taschenmacher* Consules statim facti sunt. Fuit autem *Georgius Wollenweber* natura non importunus Vir, si opportunitate bene usus fuisset; nam præcipua & maxima ejus vitia fuerunt, quod inconitans in proposito fuerit, & omnibus facile crediderit, omnes Senatores parvi fecerit, & pro arbitrio suo omnia efficere voluerit, magisque *Marco Meyero* obsecutus sit quam iis, quæ a toto Senatu utilia censebantur, ex quo tandem in gravem poenam incidit. Eodem anno paulo post Pentecostes decollatus Lubicæ fuit facinorosus quidam, quia vero carnifex in cædendo primo forte erravit, seditio in populo orta est, & quinque tunc Carnifices periere; Eodem vero tempore Equo in Portam Holsaticam Hamburgo Lubicam venit magna pompa *Marcus Meyerus*, cui Capitaneus Urbis cum omnibus Equitibus obviam erat profectus, tunc autem Sponsus erat. Septimo die Julii & sequenti tempore visus est Lubicæ Cometa cum longa cauda, posteaque eodem anno obiit laudabilis & pacificus Dominus *Fridericus* Danorum Rex; de cujus Cadavere notant Auctores, quod cum corpus ipsius nondum esset sepultum, balsamo ac linteæ cera illito inque Stragulo pice oblito pro more custoditum, Corpus ejus mortuum sanguinem sadavit, ita quidem magna in copia, ut Stragulo vasa, in quæ sanguis incideret, supponere debuerint. Quo sanguinis profluvio, quod præter naturam ita accidit, significare sine dubio Deus voluit, horribilem illam poenam & cruentale illud bellum, quod paulo post in Regno Daniæ subsecutum est, post hujus siquidem Regis obitum omne infortunium bellum ac discordia in circum jacente Regione, & præcipue Lubicæ orta est. Postea eodem anno paraverunt se Lubicenses contra Hollandos, idque propter inconsuetam navigationem Hollandorum per fretum, in perniciem Urbis Lubicæ aliarumque Civitatum. Lubicenses vero hac in re per *Georgium Wollenweberum* auxilium a Senatu Regni contra Hollandos Hafniæ postularunt secundum promissionem: sed omnium sumtuum, quos Lubicenses antea Danorum causa fecerant, illi erant obliti; nam Senatus Regni post longas actiones tandem respondit, id mortuo nunc *Friderico* Rege non amplius fieri posse. Maxima autem tunc Procerum Regni cura erat, quomodo post Regis obitum omnes Concionatores Evangelicos a demortuo constitutos interficere aut e Regno iterum ejicere possent. Interim tamen post denegatum a Danis auxilium Lubicenses quasdam naves contra Hollandos pararunt, quarum Archi Thalassius iterum *Marcus Meyerus* constitutus fuit, & quædam tunc ex navibus in Albim prope Hamburgum appulere, ibique hyemarunt.

§. 33. Anno CIↃIↃXXXIV. in Fastis redeunte, D. NICOLAUS LEO, iterum ad clavum Reipublicæ Academicæ Rozstochii sedere debuit partim quidem ex voluntate Senatus urbis, partim autem ex Professorum defectu, ut supra dictum est, & tunc per aetatem inscripsit XII. inter hos etiam *Andream Martini*, Rozstochiensem, Theologiæ denique in Patria Academia Professorem & Pastorem Marianum, quo de pluribus *Lib. V. C. III. Classe I. Professorum Theologiæ §. 10. Sect. I.* nec non *in Classe IV. Sect. V. Cap. II. §. 3.* Mansit autem hic D. NICOLAUS iterum per hyemem Rector Academiæ, & tunc X. annotavit. Hoc anno secundum *Chronicon Lubicense MSpt.* sæpius jam allegatum, post purificationis Mariæ Rex Sueciæ Mercatorem quendam Lubicensem & corpore & opibus detinuit, prætendens, Lubicenses sibi pecuniam debere. In bello autem, quod contra Hollandos a Lubicensibus gestum est, interposuere se Hamburgenses, & promiserunt actionem inter Lubicam & Hollandos, & tandem quoque eo res devenit, ut hoc anno in Quadragesima Conventus Hamburgi fuerit constitutus. *Georgius Wollenweber* & *Marcus Meyer* tunc armis induti ad Conventum hunc venerunt, tubicines secum habentes, quod tamen inusitatum hactenus

LXVII. IDEM.

LXVIII. IDEM.

ctenus fuit, & Senatui etiam parum placuit. Postquam autem res incepta erat, & ex sententia *Wollenweberi* minime cesserat, subito cum *Marco Meyero* Lubicam rediit, indeque accidit, quod populus in unum convenerit, ac præcipui quidam Civium ex urbe secesserint, quidam in stabulum publicum (*Marstall*) abducti, sed paulo post rursum dimissi sint, quibusdam etiam ex Senatoribus, quos *Wollenweber* suspectos habuit, domi exulare jussit: quia enim nempe Cives admirabantur, Consulem *Georgium Wollenweberum* tam ridicule domum rediisse, petierunt a Senatu, ut ratio ab ipso poscceretur, & si necessitas postularet, instaretur: hanc ob causam Consul ille Cives suspectos habuit, quasi vitæ suæ insidias struerent. Consultius autem tunc fuisset, si hæc Civium postulatio intermissa fuisset, communis pacis causa, cum res hinc omnes in pejus magis mutarit. Tandem tamen in Conventu illo Hamburgensi id effectum est, ut per quadriennium pax constans inter Urbem Lubicam & Hollandos constituta sit usque ad aliam actionem post exitum quatuor annorum. Misit quoque Regia Majestas Britanniæ legatum quendam Lubicam hoc anno, nec non in alias quasdam urbes de foedere quodam contra Pontificem Romanum ineundo, & Lubicenses quoque paulo post legatos suos in Britanniam miserunt, tunc Angliæ Rex Urbem Lubicam mutua pecuniæ summa donavit, in auxilium incepti belli contra Regnum Daniæ: Siquidem ante Pentecostes festum Comes Oldenburgensis *Christophorus* trans Albim venerat cum quatuor mille militibus in Holsatiam, & nemini Lubicensium hoc iter notum fuit, præter *Georgium Wollenweberum* & *Marcum Meyerum*. Licet vero per jam nominatos, omnes res cum Comite deliberatæ fuerint, literas tamen Comes ad Senatum & Cives Urbis Lubicæ dedit, auxiliumque ab ipsis contra Danos ad redimendum *Christiernum* Regem petiit, & facile tunc quidem promissionem auxilii impetravit contra Danos, eo quod Senatus Regni Daniæ promissionem auxilii contra Hollandos Lubicensibus non servaverat. Et quidem *Georgius Wollenweber* & *Marcus Meyerus* ubique apud vulgus Evangelii defensionem prætexuerunt, ne impii Episcopi in Dania victoriam obtinerent, inde enim eo perventurum tandem esse dixerunt, ut urbs Lubica & aliæ Civitates Evangelio spoliarentur. Impossibile autem fuit bellum hoc bene succedisse, cum verbo Dei tanquam operculo vitiorum in hoc bello uterentur. *Christophorus* itaque Comes & *Marcus Meyerus* in hoc itinere primum Arcem Tritovium & postea Arcem Episcopi Otynum occuparunt improviso per subitam fraudulentiam, ignorante Senatu Lubicensi. Communis igitur pax urendo & spoliando in Holsatia violata est per Comitem *Christophorum* & Lubicenses, & postea prius Duci Holsatiæ bellum indixerunt, qui brevi tempore ad resistendum se paravit, arcemque Othynum statim recuperavit, ubi quidam militum Comitis in prælio cæsi sunt. Postea Comes *Christophorus* cum exercitu Dravenmundæ navem ascendit, & in Seelandiam improviso appulit, quam Regionem incendio perdidit, Hafnienses nomine autem capti Regis *Christierni* urbem & arcem ipsi tradiderunt. Postea d. 21. Jun. Dux Holsatiæ Travenmundam occupavit, eamque vallo cinxit, & Mugenburga (vallum longe editius in medio Castri) tunc quoque munita est, post octavum autem diem Augusti iterum abierunt Holsati & Dravenmundam deseruerunt, quia Lubicenses magna vi ad eam recuperandam in motu erant. XVIII. die Aug. occupare quidem Holsati Mollovium voluere sed nihil effecerunt, atque in Coenobio in sylva S. Mariæ sito, castra posuerunt, quod Coenobium postea destruxerunt, ac inde ultimo die Augusti abierunt, & 3. Septembris ad Stockelstorpium prope Lubicam castra metati sunt quo pago relicto, Premesmolam venerunt, ibique pontem trans Dravenam struxerunt, unde postea 10. Oct. ad Dravenam exercitum ducentes, cum Lubicensibus pugnarunt, centumque & sexaginta Lubicensium perierunt, quorum quidam capti quidam quoque cæsi sunt. Pons igitur tunc trans Dravenam ædificatus est ex nimia Lubicensium negligentia, & quod nimium imperito viro *Marco Meyero* confiderent, ipse enim publice ausus erat dicere, *impossibile esse, ut Holsati trans Dravenam venirent*. Quanquam autem XII. die Octobr. Lubicenses statim scapham cum tormentis bellicis & LX. militibus instructam per Thravam fluvium miserint, ut Pontem ab Holsatis ædificatum iterum destruerent, tamen Holsati vi scapham cum tormentis bellicis ceperunt, & LX. illi milites in ea quoque occisi sunt. Postea XVI. Octobr. Holsati iterum apud Pagum Slutop Lubicensibus octo naves cum tormentis bellicis abstulerunt, & qui tunc in turri fuerunt Cives Lubicenses aufugerunt, & turrim ipsi incendio perdiderunt. Tandem tamen circa Martini festum, cum Vandalicarum Civitatam legati, & Dux Mecklenburgensis *Henricus* Lubicæ adessent, cum Principibus Holsatiæ in Pago Stockelstorp actum est, & pax inter illos & Lubicam Civitatem tunc inita fuit, ut de Dania cuilibet liberum esset tentare, quod voluerit. Hæc autem pax Lubicæ proclamata est die 18. Novembr. tuncque CLXIV. Cives de regimine suo cesserunt, ac omnem potestatem agendi in rebus omnibus rursum Senatui tradiderunt, quo eodem etiam tempore Priores Senatores, quorum in superiori §. mentio facta, e Senatu ejecti revocati sunt a Senatu & Legatis Vandalicis. Constituta Pace inter Urbem Lubicam & Holsatiam *Marcus Meyer* & *Georgius Wollenweber* in Daniam profecti sunt agentes cum Comite Oldenburgensi de Regno recuperando. *Marcus Meyerus* in Regione Schonia Arcem Wardeborch in finibus Sueciæ sitam, astutia occupavit, eamque ad tempus quoddam retinuit. Ast vero cum maxima pars Senatus Regni Daniæ a Dn. *Christiano* Duce Holsatiæ auxilium postularet contra Comitem Oldenburgensem & Lubicenses, eumque Regem creassent, Rex designatus *Christianus* III. Juttlandiam occupavit, postea trans Beltum cum exercitu venit, & oppidum Asniz in Funia occupavit, inque campo cum militibus & equitibus Oldenburgensibus ac Lubicensibus pugnam instituit, in qua pugna ille eo tempore Palmam reportavit, factumque est hoc Prælium XI. die Junii, & tunc quidem præter

præter alios cæsi sunt *Johannes ab Hoja*, & Comes quidam Tecklenburgensis ex Westphalia, eodemque tempore ceperunt Holsati naves Lubicensium, quæ in bello prope Funiam fuerunt, & Cives, qui aufugientes naves Lubicenses reliquerant, Lubicæ ad tempus quoddam custoditi fuerunt in carcere. Quo *Christiani* Regis exemplo, ut recte monet *Auctor Chronici Lubicensis*, addiscimus, *in potestate humanæ voluntatis non esse positum, Magistratum nostro arbitrio eligere, sed cui Deus bene cupiat, hunc solum Dominum & Regem creari, nec mundum etiam universum id probibere posse, si quem Deus eligit.* De ipso interim Rege *Christiano* III. ejus morte bene placida & certe mirabili alibi jam prolixius diximus. Hoc etiam anno Secta Anabaptistarum Monasterium Urbem Westphaliæ fere primariam veneno suo gravissime invasit, unde Primarii Civium ex urbe secesserunt, ac Senatus depositus est, omnesque opes communi utilitati inserviere. Tum Regem Anabaptistæ crearunt *Johannem* a *Leiden* Sartorem, Episcopus vero auxilio Principum & Civitatum Imperii Romani stipatus, urbem obsidione durissima cinxit, tandemque occupavit, & major tunc pars Anabaptistarum occisa est, quæ expugnatio facta est die Veneris ante festum Johannis Baptistæ. Isto autem tempore Magistratus in omnibus Civitatibus maritimis valde solicitus fuit, & timuit, ab Anabaptistis, quia corruptus tunc ubique in omnibus Civitatibus erat Reipublicæ status. Hinc Lubicensis Senatus una cum reliquis Vandalicis Civitatibus Mandatum cudit, quod typis etiam expressum edidit contra Anabaptistas, idque sæpius e suggestis proclamari curavit, ipsi etiam Concionatores magna diligentia populum de seditiosa illa doctrina cane & angue pejus fugienda, admonuerunt. Itaque Dei auxilio impeditum est ut non potuerit doctrina Anabaptistarum maritimas istas Civitates invadere. Hæc omnia ex *Chron. Lubic. MSpto.*

§. 34. Sequitur Annus CIↃIↃXXV. ubi iterum fasces Rectorales in sæpius laudatum Dn.
XIX, IDEM. NICOLAUM LEONEM devoluti fuerunt, qui tunc inscripsit XIX. & inter hos *Johannem Pellemontanum*, Belgam, quo de suo loco. Per
XX, IDEM. hyemem autem D. NICOLAO Rectoratus iterum continuatus fuit, inscriptorumque numerus tunc fuit XIV. Obiit hoc anno secundum *Chronicon Lubicense MSptum* Episcopus Lubicensis *Henricus Bockholt* Hamburg. postridie Judica, & Episcopus iterum creatus est D. *Detlevus Reventlovius*, Nobilis Holsatus & Cancellarius Regis Daniæ *Friderici*, & fuit Vir bonus ac pius, jussitque prædicari Evangelium in Capitulo, sed eodem adhuc ao. Slesvici e vita migravit, posteaque iterum electus est, Episcopus Dn. *Balthasarus Ranzovius*. Hac etiam æstate, pergit *Auctor Chronici Lubicensis MSpti*, omnium civitatum Hanseaticarum Legati Lubicæ congregati fuerunt, qui variis de rebus, præcipue vero, ut Respublica Lubicensis recte institueretur, & pax atque concordia ubique foveretur, egerunt. Missum tunc quoque est Lubicam e Camera Imperiali Executoriale prioris Mandati, in quo denuo Imperator serio præcepit, ut ab omnibus Reipublicæ mutationibus desisterent. Itaque omnes novi Senatores petierunt veniam, & officio suo se abdicarunt, posteaque 26. Augusti *Georgius Wollenweber* Consul e Senatu quoque discessit, & quo omnes res tanto melius essent compositæ, obsignavit & promisit Senatus Lubicensis *Georgio Wollenwebero* arcem Bergerdorff cum omnibus ad eam pertinentibus per sex annos. Tunc etiam decretum est, ut Dn. *Nicolaus Bræmsius*, Eques ac Consul per Legatum quendam in urbem iterum revocaretur, ad occupandum iterum locum suum, & rediit die 28. Augusti. Recessus autem & Pactum inter Senatum & Cives factum est de *constanti pace & concordia*, cujus præcipuus Articulus fuit *de sincera Evangelii Doctrina ut verus usus sacramentorum secundum Christi mandatum in Urbe Lubica servaretur*, & postea *ut omnis discordia Senatus contra Cives, & Civium adversus Senatum, componeretur & condonaretur, & nusquam illius discordiæ amplius memores essent, quemadmodum id coram Deo confiteri vellent.* Itaque Senatui omnis potentia ac dignitas rursum attributa fuit die 26. Augusti. Non multo post profectus est *Georgius Wollenwever*, negotiorum suorum causa Hamburgum, indeque ad Capitulum Bremense. Licet vero in hoc itinere a Cognatis suis admonitus fuerit, ut caveret, & suarum rerum curam haberet, tamen id non curavit, & sic Rodenburgi in Capitulo Bremensi ab Episcopo tunc *Christophoro* Duce simul Brunsvicensi, captus est, ibique ajunt, tormentis affectus, & de Civibus quibusdam Lubicensibus est confessus, cujus confessio a Duce Brunsvicensi *Henrico* scripta ad Senatum Lubicensem missa fuit, anno 1536. quæ Civitati a Senatu nunciata est die 11. Martii, tuncque septem præcipuorum Civium ex urbe clam discessere, quidam a Senatu custoditi & postea dimissi sunt, nam articuli, quos *Wullenwever* de Civibus confessus est, tam graves fuere, ut quisque Cives esse innocentes, facile inde intelligere potuerit. Postea hic *Wollenwever* Rodenburga ex Capitulo Bremensi in Regionem Brunsvicensem ab Episcopo ad Fratrem suum *Henricum* Ducem Regentem diductus, & Sternburgo in Carcerem conjectus est, posteaque anno 1537. ante urbem Wolffenbüttel decollatus, in quatuor deinde partes dissectus, ac in rotam positus est die Lunæ ante Michaëlis festum, qui erat 24. Septembris, cum præter alios, etiam Lubicensis Senatus misso Secretario illum accusasset: *quod Bellum non necessarium ex mera petulantia adversus vicinum* Christianum *Ducem Holsatiæ excitasset, quod mota seditione Veterem Senatum Lubicæ abrogasset, & se intrusisset; quod Templa & Monasteria in Urbe & toto territorio spoliasset, & quotquot ejus libidini adversarentur, expulisset; quod tandem Lubica discedens, excidium Civitati concitatis adversus eam civibus minatus fuisset.* Hic itaque exitus fuit *Hominis inquieti & πολυπεράγμονος*, prætextu Evangelii gubernationem invadentis, & multa non necessaria ac injusta propriæ sapientiæ & virium fiducia moventis, uti scribit *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XIV. p. 416.* Idem sequenti quidem anno supplicii genus digne promeruit Wollenweberi fidelissimus Parastata, *Marcus* ille *Meyerus*, ille siquidem post expugnationem Molmogiæ

mogiæ Wardbergam seu Wardeborch *Trudoni Ulfstand, Georgii* filio qui nomine Senatus Regni Daniæ Arcem illam tenebat, custodiendum transmissus est, apud hunc liberaliter habitus, gratiam hanc hospiti retulit, ut absente aliquando ex arce *Trudone*, curruptis pecunia & promissis, aliquot illius Ministris, Arcem Wardberg proditione occuparet, atque ejus Conjugem & sex Libros captos, ex *Ayglii Brae* aliorumque Nobilium & vicinorum bona, belli metu illuc deposita in suam potestatem redigeret. Cum autem impotentius in Cives & vicinos grassaretur, Cives Imperii ejus pertæsi, Suecis oppidum nomine *Christiani* Regis electi dedunt. Ipse autem *Meyerus* in castra Holsatorum ad Hafniam ductus die 31. Maji, ibique lata sententia ad mortem condemnatus, & in quatuor partes divisus est rotæque impositus, quale etiam supplicii genus quoque accidit Dano cuidam Sacerdoti, ac fratri ipsius *Gerhardo Meyero*. *Chytræus loc. cit. p. 415.* nec non *Chron. Lubic. MSptum.* Duo etiam hoc anno celeberrimi Theologi Anglicani *Johannes Fisherus*, Episcopus Riffensis, Presbyter Cardinalis, & incomparabilis ille Theologus, Philosophus, Orator, Historicus, Poëta & Regis *Henrici* IIX. Cancellarius, *Thomas Morus*, eo quod Regis sui divortium probare nollent ac Pontifici addicti essent, Mense Julio Londini publice securi percussi sunt. Et quidem Moro sequens Epitaphium a *Johanne Secundo* Hagiensi conscriptum est:

Quis jacet hic? truncus, cujus caput ense recisum est.
Quæ nat in tetro sanguine? Canities.
Hinc iste ille THOMAS MORUS: *sic fata rependit*
Tristia multa bonis, & bona multa malis.
Quæ circumsistunt Divæ lugubre Cadaver?
Diva tenax veri, sancta fides, Nemesis,
Quarum prima fuit causa, & fuit altera mortis,
Ultrix injusta tertia cædis erit.

De hujus autem *Thomæ Mori* morte exstat narratio luculenta *Nicolai Schombergii*, Cardinalis Capuani, in Libro Italico, cujus Actor est *Zilletus*, eique titulum fecit Lettre de Principe &c. Conventus quoque Theologorum ex VI. Vandalicis Civitatibus, Lubica, Brema, Hamburgo, Rozstochio, Sundio & Lünebnrgo, hoc anno fuit. Habita Hamburgi, *contra Anabaptistas, nec non de Religione Lutherana perpetuo servanda*, hicque Articulis nomine Theologorum Civitatum se subscripsere, qui conventui interfuerunt, *Hermannus Bonnus*, Superintendens Lubicensis, *Johannes Amsterdammus*, Pastor Bremensis, *Johannes Æpinus*, Superintendens Hamburgensis, *Henricus Fechens*, Pastor Marianus Rozstoch. *Johannes Knipstro*, Superint. Sundensis, & *Henricus Ratebrochus*, Pastor Lüneburg. Vid. *Gryse in Historia vitæ doctrinæ ac obitus M. Slüteri ad hunc annum*; hoc ao. etiam prodiit liber cujus titulus: *Etzliche Articul, so von den Papisten jetzt neulich verfælscht und böslich gerühmet wieder uns Lutherische, sammt einem Brieff D. Martini Lutheri* ad *Brixium Thenwerde* & Fratres Ecclesiæ Lusatensis Ministros *Witteberg.* editus.

§. 35. Rectoratum hactenus in Academia Rozstochiensi per integrum sexennium ob docentium, ut sæpius jam diximus, penuriam gesserat NICOLAUS LEO, Decretorum D. atque in antiquis juribus ordinarius Professor, eundemque etiam porro gesturus fuisset, nisi morte, quæ ipsi contigit hoc an. 1536. in Rectoratu suo hyemali XVIII. ab hoc onere esset liberatus. Quare unanimi Patrum Academiæ Conscriptorum Consensu Anno qui nunc sequitur CIↃIↃXXXVI. Feria quidem secunda post Quasimodogeniti, Rector Academiæ Magnificus iterum electus ac octiduo post proclamatus est M. PETRUS BOYE, S. Theol. & Decret D. Suerini & Rozstoch. Canonicus Archi-Diaconus Warensis in Ecclesia seu Districtu Zverinensi, simulque Vicissitudinarius seu Pastor Templi Cathedralis Jacobæi, qui in hoc Rectoratu suo primo æstivo tantum XVI. inscripsit. Notamus autem hic simul obiter de titulo Archi-Diaconi ex *B. Quistorpii Disputatione de Diaconis, ff. 23.* quod nempe *Archi-Diaconus* sit *Vicarius Episcopi ex veteris Ecclesiæ decretis, qui absente Episcopo visitare possit tertio quoque anno Dioecesin. Et talem* addit *Quistorpius* l. c. *Episcopi Suerinensis Vicarium*, Archi-Diaconum Jacobæum in Ecclesia & Academia Rozstochiensi *quondam fuisse, probabiliter ex vetustis Codicibus constat.* Die Dionysii M. PETRO BOYE, Rectoratus per hyemem est continuatus, & inscripti tunc fuerunt XIV. Hoc anno a Duce *Ulrico* Würtembergico Monachi ordinis S. Augustini e Coenobio suo Tubingensi ejecti sunt, eorumque domicilium *Theologiæ studiosis qui ex ærario Ducali aluntur*, inhabitandum concessum est: nunc Ducale stipendium, seu Seminarium Theologicum dicitur, cujus Coenobii Frontispicio sequens versus aureis literis inscriptus legitur:

Claustrum hoc cum Patria statque caditque sua.

Vixit etiam hoc anno Weiblingæ in Ducatu Würtembergico *Antonius Sixtus*, Pictor, magna proceritate corporis a natura ditatus, qui una vice quatuor libras carnis comedere, novem autem mensuras vini ebibere valuit. Hamburgi tempore Bacchanaliorum Pax inter Regem Daniæ & urbem Lubicam de Regno Daniæ tandem quoque composita est, & Sundenses huic Paci se quoque includerunt, Rozstochienses vero & Wismarienses in pernicicm & damnum suum fat graviissimum adhuc bellum continuarunt; nam Princeps eorum Dux *Albertus* fuit una cum Comite *Christophoro* in urbe Hafnia. Quanquam autem Lubicenses quendam Hafniam miserint, ut annunciarent Duci Megapolensi *Alberto*, & Comiti *Christophoro* constitutam Pacem, atque simul monerent eos, ut urbem Hafniam creato Regi *Christiano* Duci Holsatiæ traderent; illi tamen hac in re consentire noluerunt, ideo dimiserunt Lubicenses exercitum suum. Hafnienses vero id nihil curarunt, nec Regi urbem tradere voluerunt, donec omnem victum consumserint, & tanta fames populi in urbe esset, ut canes & feles coxerint ac devorarint, unde tandem coacti, urbem electo Regi tradiderunt. Postquam itaque Rex *Christianus* Dux Holsatiæ urbem Hafniam & totum Regnum Daniæ imperio suo subjecisset, proposuit sibi ubivis communes leges unamque religionem constituere, hinc prima ejus cura fuit, ut in toto Regno verbum Dei sincere prædicaretur, & omnis abusus Pontificius

LXXI. PETRUS BOYE.

LXXII. IDEM

e Cano-

e Canonicorum coetu & templis abrogaretur. Cumque ipse clandestinas machinationes ac Episcoporum foedera occulta probe animadverteret, omnes septem Regni Episcopos captivos detineri curavit, eosque a Canonicatu ac potestate amovit, ne ab illorum potestate ulla amplius nova seditio in Regno timeretur. Vocavit quoque laudatissimus ille Rex in Daniam Doctores, & alios quosdam literis quam optime tinctos, ad restaurandam iterum bello vel plane collapsam Academiam Hafnienſem, eosque annuis reditibus abundantissime dotavit. Vitam denique etiam hoc anno V. Idus Jul. cum morte Basileæ commutavit eruditorum suo tempore ornamentum summum *Erasmus* ille *Roterodamus*, qui cum articulari morbo aliquandiu conflictatus, tandem viribus paulatim deficientibus, ferme mensem integrum dysenteria quoque gravissima laborasset, ante finem vitæ clara Christianæ patientiæ & animi religiosi documenta edidit, quibus in Christum se spem omnem suam figere testatum dedit, assidue exclamans: *O Jesu misericordia, Domine libera me, Domine fac finem, Domine miserere mei!* & Germanica lingua: *Liever Gott.* Vid. *Masius Commentar. ad Boeclerii de rebus Seculi XVI. Librum memorialem p. 449.* & ab eo citati Auctores omnes. Huic Viro eruditissimo sequens Epitaphium erexit *Andreas Alciatus*:

Conditur hic magnus Batavorum gloria ERASMUS,
Sic modico tantus Vir loculo esse potest.
Cujus fama frequens totum circumvolat orbem,
Qui celebris fertur docta per ora Virum.
Translati Auctores, proverbia tanta operum vis
Verum & victurum semper ERASMON *habent.*

Edita etiam hoc anno Moguntiæ fuerunt *Michaelis Verini* Hispani Poëtæ & Juvenis doctissimi, *Distycha de moribus* ad *Paulum Saxiam Roncilionem* suum olim Grammaticæ Præceptorem. De quo Juvene qui 18. annos natus fatis concessit *Angelus Politianus* ita scripsit:

VERINUS MICHAEL *florentibus occidit annis*
Moribus ambiguum major an ingenio.
Distycha composuit docto mittenda Parenti,
Quæ claudunt gyro grandia sensu brevi.
Sola Venus poterat lento succurrere morbo:
Ne se pollueret maluit ille mori.
Hic jacet heu! Patri dolor & decus, unde Juventa,
Exemplum, Vates materiam capiant.

§. 36. Post M. *Petrum Boyen* Rectoratum anno CIↃIↃXXXVII. iterum feria quidem 2. post Quasimodogeniti accepit M. EGBERTUS HARLEM, S. Theol. Baccal formatus, & Prof. Theol. Ordin. qui tunc in Academiæ Matriculam retulit XI. Huic Rectori postea per hyemem Rectoratus continuatus est, & tunc VIII. tantum inscripsit; quo tempore Schmalcaldiæ Principes Protestantes cum aliis Imperii Statibus & Theologis Evangelicis Mense Martio de Religione convenere, ubi *Articuli* sic dicti *Schmalcaldici* tunc a *Lutbero* conscripti, ab eo & aliis Theologis multis subscripti ac editi fuerunt, ad quem Conventum Cæsar *Carolus V.* Vice-Cancellarium suum D. *Matthiam Helden* quoque ablegaverat, ex quo etiam

LXXIII. EGBERT. HARLEM.

LXXIV. Idem.

Tom. III. de Westph. Monum. ined. Rer. Ger.

postea *foedus* illud *Schmalcaldicum* toti Germaniæ formidabile & pernicioſum enatum est, de quo præter *Sleidanum & Hottingerum*, evolvendus quoque *Chytræus Chron. Saxon. L. XIV. p. 423.* Antinonii etiam hoc anno exorti. Dresdæ hoc anno 11. Jan. obiit Dux Saxoniæ *Johannes*, filius Ducis *Georgii*, qui quodam tempore per *Lucam Kranach*, Pictorem referri jussit MARTINO LUTHERO: *se compertum habere, quod* LUTHERUS *in suis scriptis multas moveret de suo Parente querelas propter difficultates quaspiam; verum sic habere debere* LUTHERUM, *Principem* JOHANNEM, *si rerum summa ad ipsum foret deventura, longe alium ipsi futurum esse hostem; se namque fore chalybeum, ubi parens ejus fuerit ferreus.* LUTHERUS contra ridens hanc vecordiam dixit. *Dux* JOHANNES *videat & cogitet, quomodo feliciter & bene queat mori*, & addidit: *Se minas ejus non metuere; constare namque sibi, quod obitum Parentis sui non esset visurus.* Igitur Dux *Johannes* accepto hoc *Lutheri*, ad minas ejus intentatas & impropitium nuncium ex Pictore responso, perturbatus mente, & melancholia correptus, & tristitia, brevi post indignatam expiravit animam. *Wolff. Lect. memorab. Centen. XVI. p. 419.* ubi simul de Rasura Monachorum & Sacerdotum, ejusque magno quod subesset ad Venerem excitandum Mysterio affirmat, sequentem lepidam historiam adducit. *Mulier quædam Maritum suum apud Judicem impotentiæ accusaverat. Sciens autem Judex, Mulierem hanc adulteram esse & cum Monacho rem habere, Maritumque ejus falso accusari, statuit, ut & Maritus tondeatur, Coronamque Capiti suo radat, & cum Conjuge dormiat, quod tamen consilium clam Marito indicatur. Obtemperat ille Judici, & Mulier attactu coronæ Monachum sibi adesse credens & condormire, laudat Mariti potentiam. Tandem a Marito cognoscens, quis esset, totum hoc tonsuræ adscripsit: quod etiam ille affirmavit dicens:* poros capitis crine obstrictos exhalare superfluitates non sinere; necesse igitur esse, ut coitus impediatur; abrasis igitur pilis contrarium ei fieri persuasit, exemplum Monachorum reliquorumque sacerdotum adducens, qui omnium essent potentissimi, juxta Proverbium: *Qui non potest indulgere Veneri, radatur:* In Daniæ Metropoli Hafnia ipso die suo natali *Christianus* Dux Holsatiæ per D. *Johannem Bugenhagium* Witteberga ad reformandas Ecclesias Danicas evocatum precibus ac ritibus sacris adhibitis *Rex Danorum* coronatur. Lubicæ autem nosocomium prope portam arcis ædificatum fuit. Hoc anno prodierunt Basileæ M. *Hieronymi Vidæ* Cremonensis Poëtæ & Albæ Episcopi opera quæ quidem extant omnia cum Præf. *Joannis Oporini* ad *Lucam Poliarum Philippi* Basilienſis Cancellarium adjectis versibus seqq. de Vida:

(Christum
Quam bene, *Vida*, vides, celebras quod carmine
Quod colis aſt sanctos quam male, *Vida*, vides.

Prodiit insuper hoc anno Bulla Pauli III. Romanorum Pontificis ad Clerum citatio generalis per omnes partes mundi missa. Consilium Collegii cujusdam demandata dimissio ac concu-

binarum folliciti 1537. Qua de re quidam hos lepidos verſus compoſuit:

Qui nova bona vult audire,
Quæ valde prodeſt cuncta ſcire
Sacrifices & Moniales,
Monachos & omnes tales
Qui caſtitatem voverunt,
Sed caſte nunquam vixerunt,
Hi debent omnes huc venire
Et aures ambas aperire.

LXXV. M. CONRADUS PEGEL.

§. 37. Sequitur Annus CIↃIↃXXXVIII. ubi feria quidem II. poſt Quaſimodogeniti Rector Academiæ Rozſtochienſis electus fuit M. CONRADUS PEGEL, qui inſcripſit tunc viros tres poſtea clariſſimos *Georgium* ſcil. *Cracow*, Stetinenſem; *Lambertum Kirchhoff*, Rozſtochienſem, *Brandanum Schmiedt*, Wiſmarienſem. Ipſe Stetini ut diximus Pomeranorum anno 1525. die 12. Apr. hora 7. matutina natus, poſtquam variis in Academiis magnum ſibi in Sacratiſſima Jurisſcientia eruditionis cumulum comparaſſet, tandem Wittebergæ in Saxoniis J. U. D. & Profeſſor publicus conſtitutus eſt. Ubi cum obſequentem ſibi ac fidum in Danica Cauſa, in Aula Cæſaris *Maximiliani I.* anno 1565. fuiſſe, Elector Saxoniæ *Auguſtus* comperiſſet, ſuaſu Conjugis ſuæ, Daniæ Regis Sororis, in remoti atque in domo ſua captivi D. *Ulrici Mordiſti* locum, tunc *Aulæ Cancellarius* iterum ſubſtitutus fuit, qui primus ad ſublimiorem gratiæ, dignitatis, ac potentiæ gradum, unde lapſu graviore rueret, adhuc *Cracovio* fuit: is ſiquidem proter male adminiſtratum ſuum officium ſin Carcerem Lipſienſem concluſus, ibique diu detentus, tandem ex impatientia cultro pectori adhibito, vitæ finem quæſivit, ſed tamen ex eo vulnere non mortuus eſt, poſt aliquot autem dies ad ſe veniens & ſerio peccata confeſſus, vitam cum morte commutavit anno 1575. notante D. *Luca Oſiandro Epit. Hiſtor. Eccleſ. Centen. XV. Lib. III. C. 74.* Ille ex celeberrima ac vetuſtiſſima *Kirchhoviorum familia* productus, iis quidem Parentibus & Majoribus alio Libro pluribus in vita Fratris ejus D. *Laurentii*, J. U. D. & Profeſſ. Ord. adducendis, poſtquam in jure utroque magnum ſcientiæ penum ſibi cumulaſſet, ut *Juris* etiam *Utriusque Doctor* proclamatus, tandem in Patria Anno 1560. *Politicæ Reipublicæ Senator* præfectus eſt, atque præclaris ſuis Conſiliis ita Civitatem Patriam ſibi devinxit, ut ejus memoriam nulla unquam deletura ſit oblivio, tandem poſt exanthlatos labores ac moleſtias complures obiit anno 1577. cum ex Conjuge ſua *Anna*, Facultatis Philoſophicæ Senioris M. *Joach. Luſcovii* Filia, numeroſam eamque feliciſſimam poſt ſe reliquiſſet utriusque ſexus prolem, cum quibus tamen ſine liberis demortuis in ultimo Filio *Lamberto* tota demortua eſt *Kirchhoviorum vetuſtiſſima familia*. Tandem hic ultimus inſcriptorum *Brandanus Schmid* fuit antiquæ & præcipuæ SCHMEDIORUM familiæ Auctor ac primus quaſi fundator, quæ tum Wiſmariæ, tum in incluta Rozſtochienſium Civitate longa annorum ſerie multisque nominibus commendata floruit; ex qua viri clariſſimi & ampliſſimi quam plurimi provenerunt, quibus utriusque Reipublicæ gubernacula in Conſulari & Senatoria dignitate regenda commiſſa ſunt, & ita rexerunt, ut maximam inde nominis gloriam & inſignem virtutis Laudem ſint conſecuti, ſiquidem noſter *Brandanus Schmid*, in Urbe Viſmaria XL. Annos conſulares faſces magna cum laude & integerrima fide tenuit, & ampliſſimam Familiam Deique beneficio florentem in utraque Urbe propagavit: graviſſimas autem ob cauſas illa dignitate Conſulari (forte ob turbulentum Wiſmarienſis Reipubl. ſtatum) ſe abdicavit, atque in urbem Rozſtock lares transportavit, cui ex hac vita ad Coeleſtis Eccleſiæ ſocietatem evocato exuviæ in Templo D. Mariæ poſt Chorum condita ſunt, in Monumento ſibi & Uxori ſuæ *Agnethæ*, Viri Senatorii ordinis *Henrici Dreves*, filiæ proprio ære ibidem comparato, Epitaphium vero literis obſcurioribus inciſum eſt ſequens:

Conjugii Exemplum caſti BRANDANUS & AGNE,
Corporis exuvias hic poſuere ſui,
Quadraginta annos tuis Wiſmaria, Conſul,
Civibus, ut juſta præfuit ille fide.

Atque hi quidem viri ſunt, qui in Rectoratu æſtivo M. CONRADI PEGELII tunc inſcripti fuerunt: Manſit autem hic M. CONRADUS iterum Rector Academiæ per ſubſequentem hyemem, & toto anno inſcripſit ſummatim XLV. Prodierunt etiam hoc anno Frfurt. in folio *Luciani Samoſatenſis* opera quæ quidem extant omnia cum græco ſermone in latinum translata per Melanchthonem, in quibus ſequentes verſus leguntur: LXXVI. IDEM.

Lucianus in ſuum ipſius Librum.

Lucianus ſcripſi hæc antiquaque ſtultaque doctus, (ſapit.
Id quoque enim ſtultum eſt quod tibi valde
Nil homini certum eſt, nec voto vivitur uno,
Sed rideas, eadem hic elevat, ille probat.

§. 38. Succedit feria II. poſt Quaſimodogeniti Anno CIↃIↃXXXIX. novus iterum Academiæ Rector M. ANDREAS EGGERDS, a quo accrescente indies Studioſorum numero, in Academiæ Matriculam relati fuere LX. & inter hos *Bernhardus Menſing*, Lubicenſ. poſtea in *Acad. Dialectices Profeſſor*, quo de in *Libro ſeq. V. Claſſis IV. Sect. VII. c. 1. §. 2.* pluribus. Item *Henricus Gladow*, hic ſine dubio Rozſtochii natus, ita in Jure profecit, ut in eo gradum ſummam, quem *Doctoratum* vocant, promeritus ſit, poſtea Senator anno 1582. electus, uxorem duxit *Eliſabetham*, Ampliſſ. Reipublicæ Rozſtoch. Conſulis *Johannis ab Hervorden* Filiam, ex qua produxit *Vincentium Gladovium*, itidem Reipublicæ Oppidanæ Rozſtochienſis Senatorem præcipuum, & filiam *Annam*, primum Civis *Henrici Wellen*, dein Secretario Reipublicæ Oppidanæ D. *Alberti Dizels* uxorem. Huic autem M. ANDREÆ EGGERDES Rectoratus iterum etiam per hyemem fuit prorogatus, tuncque ab eo inſcripti fuere XLII. inter quos fuit *Chriſtophorus Hegendorfinus*, D. Juris & Profeſſor in Academiam tunc vocatus, de quo *Libr. V. in Claſſe II. Jctorum Cap. II.* Item *Thomas Zegerus*, Med. D. qui natione Clivenſis, Anno 1526. in tunc fundata Academia nova Marpurgenſi primus conſtitutus eſt *Mathematum Profeſſor*; dein anno 1532. *Ham-*

LXXVII. ANDREAS EGGERDS.

LXXVIII. IDEM.

Hamburgenſis Reipublicæ Phyſicus factus eſt ordine XIII. poſt Reformationem, ut tradit *Fabricius Vol. II. Memor. Hamburg. p. 1043.* Tandem in ſuperiori Anno 1538. a *Coriſtiano* III. Rege Daniæ iterum inſtauratam Academiam Hafnienſem *Profeſſor Medicinæ Ordinarius* vocatus, Urbem & Academiam Rozſtochienſem hoc anno pertranſiit, inſcriptusque fuit. Hafniæ autem, non diu ſupervixit, moritur enim ibidem anno 1544. Tertius denique inſcriptorum eſt *Henricus Waren*, Filius Conſulis Rozſtochienſis. Poſtea in Academia illa Patria Mathematum inferiorum Profeſſor eod. *Lib. V. Claſſe IV. Philoſophor. Sect. X. Cap. I. §. 6.* a nobis adducendus, hoc ao. etiam in lucem editum fuit *Pauli Lawenrodis* carmen *de Legis translatione & gratia per Chriſti fidem juſtificante* ad Heliopolitanos majorum Kalendarum Dominos, in quo Diſtichon ſequens intercalare legitur: Sola poteſt ſincera fides nos juſtificare. Unica cœlorum janua firma fides.

§. 39. Poſt *Eggerdes* Anno CIↃIↃXL. Suprema Academiæ Rozſtochienſis Præfectura ab Academiæ tunc Proceribus die 12. Apr. conceſſa eſt LXXIX. LAMB. TACKEL. M. LAMBERTO TACKELN, LL. Baccal. cui dein etiam per hyemem Rectoratus eſt continuatus, & toto anno inſcripti XXXIX. quo anno & jam præterito tanta vini & frumenti ubique ubertas LXX. IDEM. extitit, quanta poſt hominum memoriam nunquam antea, in Würtemberga in primis noſtra, ita ut dolia etiam deficerent, & extra oppida Domus Vinariæ (*Weinkæſten*) pro vino aſſervando ædificarentur, & quamvis tum multæ ex nimio æſtu aridæ fierent uvæ, tamen recentes circa tempora S. Bartholomæi primum collectæ, aridæ autem in viti relictæ ex una vel altera pluvia iterum intumefactæ ac vinoſæ redditæ poſtea quoque decerptæ fuerunt, teſtante *Narciſſo Schwelin in der Würtembergiſchen kleinen Chronick p. 159. & 160.* adde *Pomarium in Continuat. Chron. Vet. Saxon. p. m. 647.* Sequenti Anno CIↃIↃXLI. die Tiburtii Rectoratum iterum ac- LXXXI. PE. cepit D. PETRUS BOYE, qui tunc inſcripſit TRUS BOYE. LVI. & inter hos *Jodocum Muen* J. U. D. & *Laurentium Sibenecker*, J. U. L. ambos Conſiliarios Principis Megapol. ſuo loco infra adducen- LXXXII IDEM dos. D. PETRO BOYEN dein quidem die Urſulæ Rectoratus eſt continuatus, ſed ſequenti ſtatim anno adhuc Rector obiit menſe Februario, poſtquam Matriculam Academiæ XI. Inſcriptis auxiſſet. Hoc anno abſoluta prodierunt *Lutheri* Biblia Germanica, Colloquium etiam Wormatiæ inter D. *Johannen Eck*, Pontificium & *Philippum Melanchthonem* noſtrarum Partium *de Religione* habitum eſt quidem, d. 13. Jan. ſed ſtatim per Literas Cæſareas Ratisbonam translatum eſt, ubi Collocutores e Pontificiis nominati fuere D. *Julius Pflug*, D. *Johannes Eck*, & *Johannes Gröpper*; e Proteſtantibus autem advenere *Philippus Melanchthon*, *Martinus Bucerus*, & *Piſtorius*; Præſides hujus Colloquii fuere Comes Palatinus Rheni & *Granvellanus*; initium Colloquii factum eſt die 27. April. atque ad Menſem usque Maji fere protractum, cumque in quibusdam fidei Articulis ferme inter ſe conveniſſent, in quibusdam autem plane non, totum rei negotium ad Generale usque Concilium remiſſum eſt. Interim moriuntur hoc anno Viri & Theologi perceleberrimi, *Urbanus Regius* d. 23. Maji *inſigni pietate & Doctrina Theologus*, ut eum vocat *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XV. p. 435.* Cellæ Saxonum, de quo in primis erudita Diſſertatio incomparabilis Ulmenſium Theologi D. *Eliæ Wejelii*, exſtat. Argentinæ *Wolfgangus Fabricius* Capito in tribus facultatibus (ut vocant) Doctor, quo de Conſummatiſſimus quondam Theologus Rozſtoch. *Fechtius in Apparatu ad Supplem. Hiſtor. Eccleſiaſt. Sect. XVI.* Baſileæ die 1. Auguſti *Simon Grynæus*, vir ſecundum laudatum *Chytræum l. c.* ſolide in tribus Linguis & univerſa Philoſophia citra ſupercilium eruditus. *Nicolaus von Ambsdorff*, de quo præter *Freherum Theatr. Vir. Illuſtr. P. I. Sect. III. p. 112.* legendus *Illuſtr. Seckendorff Indic. I. Hiſtor. Lutheran.* inquietus ille Theologus, *Alphabetum a Melanchthone*, *der* A. B. C. Doctor dictus, alias Doctiſſimus Vir, *Andreas Bodenſtein*, Carlſtadio-Francus, de quo præ cæteris M. *Joh. Bartholdus Lenzius in Serie Profeſſorum Wittenbergenſium natione Francorum N. II.* nec non *Philippus Aureolus Theophraſtus Bombaſt ab Hohenheim*, dictus *Paracelſus*, ex Eremo Helvetiorum nobili familia oriundus, utriusque Medicinæ Doctor, Philoſophus Paradoxus, Myſteriarcha, Muſarum Mechanicarum Trismegiſtus, Juvaniæ ſeu Salisburgi die 24. Septembr. inter vivos eſſe deſiit, cujus Epitaphium ibidem in Noſocomio apud S. Sebaſtianum, ad Templi murum erectum lapidique inſcriptum tale legitur, *Conditur hic* PHILIPPUS THEOPHRASTUS, *inſignis Medicinæ Doctor: qui dira illa vulnera*, Lepram, Podagram, Hydropiſin, *aliaque inſanabilia corporis contagia mirifica arte ſuſtulit, ac bona ſua in pauperes dividenda, collocandaque honoravit.* Vid. de eo præter multos *Conrigius in Introd. Medic.* paſſim, & ad illam *Schelhammer in Additamentis.* *Uvas* quoque *barbatas* in Germania prope Alberſchwiler non longe a Landavio oppido in vindemia inventas, depictas ſiſtit *Wolff.* l. ſæpius cit. *p. 483.* Hoc denique Anno Academia Francofordenſis ad Viadrum, poſt motus a *Luthero* de Doctrina Religionis Controverſias deſerta & vaſtata, *Joachimi* II. Electoris Brandenburg. auctoritate & mandato per *Georgium Sabinum* Wittenberga evocatum, *primumque Rectorem* electum cum aliis ſibi adjunctis, iterum inſtaurata feliciter fuit. Sed addimus mirabilem & ridiculam hiſtoriam, quæ hoc anno ſub *Wolffgango Mario* Abbate Aldersbacenſi accidit: Monachus ſiquidem Juvenis XVI. Annorum nomine *Sigismundus Juſtellus* Monaſterienſis, audiens in Colloquio Monaſtico a Dn. Abbate Monachos ad caſtitatem exhortantes *Origenem* veterum Theologum ſibi ipſi religionis ergo, teſticulos exſecuiſſe: ipſe etiam idem ſibi facere nocte quadam non dubitavit. Expectans ergo diem lotioni aſſignatum, in balneis ſe prius eleganter lavit, poſtea noctu ad ædiculam corporis Dominici genua flectens, & precibus ibi ad Deum præmiſſis, in cubiculum inde reverſus, reliquit dormientibus ſolus vigil, animi propoſitum magnanimiter aggreſſus eſt. Cumque ad eum decumbentem paulo poſt

Nobiles ex Bavarica Aula Mulierculæ accessissent, pudore suffusus est admodum. Correptus etiam ab Abbate, post pauculos menses ex Cœnobio profugit. In eum D. *Bartholomæus* Abbas ejusdem monasterii tale lusit Tetrastichon:

Sigismundus variis noster celebrabitur oris,
Exsecuit proprios qui sibi testiculos.
Est aliquid Regnum cælorum quærere sed sic
Cælorum quæram non ego regna mihi.

Hæc *Wolff. Lect. Memorab. & Recondit. Centenar. XVI. p. 576. ex Bruschio.*

§. 40. Pergimus iterum ad Rozstochienſia, cujus Academiæ anno qui sequitur CIↃIↃXLII. statim post defunctum ut diximus, Rectorem D. *Petrum Boyen*, Gubernator iterum mense Martio constitutus fuit M. ANDREAS EGGERDS, qui tunc inscripsit *Joh. Possellium*, Sen. postea Prof. Græcæ Linguæ, quo de *Libr. V. Class. IV. Sect. III. Professorum Græcæ Linguæ §. 2.* item *Gisbertum Longolium*, Art. & Med. D. tum vocatum, ut fieret in sua arte Professor; it. *Johannem Strubium*, LL. Licent. & Juris Professorem vocatum; Item *Joh. Noviomagum*, M. Art. tum Prof. Math. vocatum & Rectorem Scholæ Trivialis, it. *Georgium Curionem*, Med. D. & Prof. vocatum, de quibus omnibus etiam infra suis locis agemus. Huic autem M. ANDREÆ Rectoratus per hyemem hoc anno fuit continuatus, cujus sub Regimine nomina Academiæ dederunt *Henricus Schmedenstede*, Lüneburgens. Theol. D. & Professor vocatus, item *Johannes Boucke* Hamburg. post Juris Doctor & Professor in Academia celeberrimus, de quibus *in Classe I. & II. de Theologis & JCtis Lib. V.* Hoc etiam anno in Bilsen Bohemiæ oppido natus est Infans similis imagini Christi crucifixi, aut pendentis in cruce: qui collum contortum & in latus reflexum habuit, quemadmodum pingitur imago Filii Dei de cruce ablati, ut difficulter ipsi propter obliquitatem cibus ingeri potuerit: Crura etiam inflexa & transversa habuit, quæ etsi pluries sejungerentur, & distenderentur, sua sponte tamen iterum coierunt & ad priorem figuram sunt relapsa. Constantinopoli hoc etiam & superiori anno plurimi fuerunt lupi, qui magna dederunt multis Civibus damna, ut vix quisquam exire domo vel redire incolumis potuerit, quare Turcicus Imperator moenia fortalitia & valla viris munivit, ipse autem sequenti die cum omnibus suis Ducibus & Magnatibus ac satrapis omnibus, peditibus & equitibus summo mane urbem totam ordinatim cinxit, & ultimo lupos numero plus minus ducentos in quendam angulum moeniorum compegit; postea *Waschа Musta* distributo in ampliores series Milite suo, volebat capere in corona lupos, qui cum præsens animadverterent mortis discrimen, uno impetu saltu moenibus superatis, urbe excesserunt, & postea nec in civitate, nec in finitimis locis ullus amplius fuit conspectus. In Littuania, Polonia, Silesia, Austria, Misnia & Marchia tanta cicadarum fuit copia, ut in unius fere cubiti altitudinem passim stratæ per campos exsurrexerint. Multigenorum erant colorum, virides, flavæ, cæruleæ, albæ, grisæ & atræ, & in tergo gerebant quandam speciem cuculli Monachalis cum quatuor alis. Hæ Locustæ d. 29. Aug. tanto numero Wratislaviam urbem transvolarunt, ut coeli conspectum hominibus adimerent, & res e terra natas prorsus depascerent. Prodromi sine dubio fuerunt hæ locustæ spiritualium illarum locustarum (*vid. Apocal. c. 9.*) h. e. Jesuitarum, quorum cohors anno sequenti 1543. certo Canone a Papa approbata, (illorum autem originem & nominis etymon suis simul inseruit doctissimus Collector Wolff. l. c. p. 478. ad 482.) ex Montanis Tridentinis, loco execrati illius Concilii, oriundi tunc tanta incrementa sumere, & omnem terrarum orbem miranda velocitate miseris modis tractare & possidere violenter coeperunt, prout hanc interpretationem suis *de Mirabilius Mundi* adjecit *Andr. Angelus.* Hæ autem locustæ frigore consumtæ venenosum post se reliquere foetorem, ut multi hinc perierint homines, siquidem solum Eslingæ tunc 3500. peste obierunt homines, & Viennæ in Austria per æstatem ad mensem usque Decembris 80000. a lue pestilentiali abrepti sunt.

LXXXI. ANDR. EGGERDS.

LXXXII. Idem.

§. 41. Anno hoc CIↃIↃXLIII. adhuc Rector Academiæ Rozstochienſis permansit M. ANDREAS EGGERDS, & toto Rectoratus tempore inscripsit CXIX. inter quos hoc anno etiam numeratur *Caspar Paselick*, Rozstochiensis, quo de *Lib. V. C. VIII. de viris claris natione Rozstochiensibus.* In hujus autem Eggerdis locum die 9. Octobr. iterum electus est Rector hybernus M. JOHANN. BRUNGHORST, Noviomagus, a quo tunc inscripti sunt D. *Joachimus Mellis*, Noviomagus, Medicus, suo loco adducendus, & *Cornelius von Amssfort*, Belga, qui sequenti anno sc. 1544. 8. Calend. Decembr. Decano *Christiano Torchilli* Morsiano, Med. D. & Prof. nec non J. U. Baccal. in noviter restituta Academia Danorum Hafniensi in Medicina *supremum Gradum*, quem Doctoratum vocant, accepit, & postea ob stupendam suam in arte nostra scientiam Reg. Majest. Danicæ *Christiani III. Medicus Cubicularius* constitutus est. Continuatus autem huic M. JOHANNI BRUNGHORST fuit Rectoratus per sequentem ætatem anni CIↃIↃXLIV. & inscripti tunc toto Rectoratus tempore ab eo fuere XCV. Postea hunc per hyemem die 9. Octobr. iterum excepit Rector Academiæ JOHANNES STRUBIUS, Daventriensis, J. U. L. & Prof. sub quo tunc inscriptus est *Laurentius Kirchhoff*; postea J. U. D. & Prof. suo loco *in Classe II. JCtorum* inferendus. Notamus autem adhuc demortuum esse Torunii anno 1543. die 19. Febr. *Nicolaum illum Copernicum*, magnum suo tempore Mathematicum, & dogmatis sui (*terram* scilicet *moveri, & solem contra in mundi centro quiescere*) auctorem celebratissimum, cujus Philosophiam & vitam *Gassendus* peculiari in libro adducit. Sequenti anno 1544. Academia nova in urbis Borussiæ Regio Monte die 17. Augusti solenni ritu introducta est per *Albertum I.* Borussiæ Ducem, & *Rectorem Primum* constituit D. *Georgium Sabinum*, Brandenburgensem. In Germania & aliis Europæ Regionibus tunc quoque multa occurrere portentosa. Nempe in Saxonia mense Februario infans natus est horrendo aspectu, corpore quidem integro & bene compacto, sed contusis, laceratis atque laxatis membris omnibus, excepto capite oblongo ac quasi

LXXXV. Idem.

LXXXVI. JOH. BRUNGHORST.

LXXXVII. Idem.

quasi pileo Turcico insignito. Alius anno 1543. in die Conversionis Pauli *zu Vinsterswerck* in Belgico agro (alii Coraviæ in Polonia) in lucem protrusus est infans ex honesto & nobili conjugio ortus, teter admodum & horribilis aspectu, flammeis oculis & radiantibus, ore naribusque bovinis, cornu figura exsertis ac prominentibus, dorso pilis caninis hispido, simiarum faciebus in pectore extantibus, qua mammarum locus, oculis felicem subtus umbilicum hypogastrio affixis, tetris ac minacibus canum capitibus ad utrumque cubitum, & pedis utriusque patellam antrorsum spectantibus, τεγανόπους & τεγανόχειρες, figura pedum Cygni, cauda rursum reflexa & recurva, longitudine ulnæ dimidiæ; editus autem in lucem quatuor horas vixisse, & tandem his emissis vocibus, *vigilate, Dominus Deus vester adventat*, expirasse dicitur, quod monstrum pluribus descriptum sistit doctissimus suo tempore Medicus ac Historicus Wittenbergensis *Caspar Peucerus de Teratoscop. Munsterus in Cosmographia Libr. VI. c. 25. p. 1411.* Elegantissimo autem Carmine *Caspar Brusch*us. Alia prodigia ac ominosa hoc anno visa ac prognata merito nunc brevitatis ergo præterimus.

§. 42. Redeunte in fastis Anno CIↃIↃXLV. JOHANNES STRUBIUS, iterum Rector per æstatem constitutus, toto Rectoratus sui An. XLIX. inscripsit. Die autem 9. Octobr. onus Rectorale in se devolvi passus est M. PETRUS STRATAGEUS, alias CAPITANEUS, Middelburg. Art. & Medic. D. ac Professor Publicus, quo anno die 29. Januar. præstantissimus Medicus & Philosophus, Mulhusæ in Alsatia anno 1505. natus *Hieronymus* scil. *Gemusæus*, Discipulus *Glareani*, quique Strabonis Epitomen vertit ac alia plura scripta edidit, mortuus est. Quo eodem etiam anno *Valerius Cordus*, Simesusius, *Euricii* Poëtæ filius, præstanti ingenio & naturæ cognitione excellens cujus in *Dioscoridem Annotationes* eruditissimæ extant, Juvenis Romæ die 25. Septembr. decessit. Captivitatem Episcopi Lubicensis *Balthasaris Ranzovii* hoc anno per *Martinum a Waldenfels* factam, adducit *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XVI. p. 470.* Sequenti anno CIↃIↃXLVI. Rectoratus æstivalis in Academia Rostochiensi M. PETRO STRATAGEO, Med. D. & Prof. fuit continuatus, & in Rectoratu suo annuo inscripsit LXII. Quo Rectore die 28. Febr. qui erat Concordiæ & Constantiæ sacer, hora 3. matutina Megalander nolter *Lutherus* ab ipso Deo ad reducendum e tenebris purum de Filio suo unico mundi salvatore, *Jesu Christo* Evangelium excitatus, in Patria sua Islebia pie obiit, & quatriduo post Wittenbergæ in Templo Arci contiguo humatus, concordiam & constantiam docentium in Ecclesiis, confessionem ipsius secuti, secum quoque non e Germania solum sed toto e mundo abduxit. Eo enim vix demortuo, statim secutum est bellum Cæsaris adversus *Johannem Fridericum* Ducem Saxoniæ Electorem Philippum Hassiæ Landgravium, aliosque foederis Schmalcaldici Socios confoederatos. Hujus *Lutheri* Sepulcrum cum post Wittenbergensem Urbem captam quoque inviseret *Carolus V.* Romanorum Imperator, atque admoneretur a quibusdam suorum, ut hæretici illius pestiferi ossa effossa combueret, *sinite illum in pace quiescere*, inquit Laudabilissimus Cæsar, *non enim cum mortuis, sed cum vivis milito. Synodus* etiam *Tridentina*, seu potius anno jam præterlapso, iterum initium sumsit, qua de re præter *Chytræum*, *Suavem*, & *Seckendorffium*, evolvendus quoque Consummatissimus JCtus *Johannes Strauchius dissert. exotic. dissert. VIII. th. VI. sqq.* In Dania interim hoc quoque anno non procul ab Hafnia captus est Piscis marinus, capite humano, sed instar Mauri subnigro, qui vestitu suo Monachum exprimebat. Cucullo namque vestitus erat circa collum, ac habitu punctis quibusdam intertextis loco brachiorum ac manuum pinnæ nationi accommodatæ erant; Inferior autem Pars Cauda scilicet in piscem desinebat, longitudine trium ulnarum, 3 post capturam suam vixit dies, atque miraculi loco ad Daniæ Regem missus fuit. Adhuc adducimus semestrem Academiæ Rozstochiensis Rectorem, qui die 9. Octobr. per hyemem Rector hoc anno electus ac introductus iterum fuit, estque XCII. CONR. PEGEL. M. CONRADUS PEGEL, Wismar.

§. 43. Succedit Annus CIↃIↃXLVII. cujus per æstatem sic volente Amplissimo Senatu Academico, iterum Rector mansit, paulo ante dictus M. CONRADUS PEGEL, qui toto Rectoratus XCIII. Idem. suo anno inscripsit CLXIII. quorum in numero multi Luneburgenses fuerunt, inprimis quidam *Joachimus Grimpeswoldt*, quo de *Libr. V. in Classe II. JCtorum* dicemus. Excepit hunc in Rectoratu hybernali die 13. Octobr. electus Dn. ADAMUS TRATZIGER, LL. D. & Prof. XCIV. ADAM. TRATZIGER. qui tempore miserrima tunc fuit rerum in Germania facies, cum enim in alterum jam bellum Schmalcaldense duraret, piissimus Elector *Johannes Fridericus* Dux Saxoniæ ante Mylburgum in castris quarto & vigesio die Apr. ipso quidem Dominica Misericordias Domini obrutus & captus fuit, & quidem, ut fama fert, proditione, quod Elector optimus cum persensisset, dixit: *Beatior ego sum Christo, Christus enim unum solummodo proditorem secum accumbentem habuit, ego plurimos meæ mensæ mecum assidentes habui.* Hujus autem Electoris captivitatem *Carolum V.* Imperatorem sæpenumero doluisse ac poenituisse perhibet *Thomas Stybarus in Historia de vita* JOH. FRIDERICI *Electoris Saxon.* quod se instigari & exacerbari adversus omni laude dignissimum hunc Electorem passus fuerit. Etenim cum Imperialem abdicasset Magistratum suum, ejusque administrationem Fratri suo *Ferdinando I.* commisisset in Hispaniam concessit, & in Regia sua juxta Monasterium quoddam vitam consumsit reliquam, ibi tunc omnes suas res gestas in mappis depingi, quarum viginti aut plures fuere, curasse ajunt quas mappas in Monasterio parietibus cricuitus affigi fecit. In istum autem Circuitum Monasterii illius sæpe se, ac si exspatiaretur, deportari jussit, & ibidem præ mappis pictis consedit, secumque ipse recoluit, quid in expeditionibus, obsessionibus, aciebus, & alibi acciderit, quos Duces Belli, quos Centuriones, quos Equitum Magistros habuerit, qua usus sit

fortuna, quibus ſucceſſibus & infortuniis; ubi autem devenit ad eas mappas, in quibus Schmalcaldenſe bellum, & captivitas laudatiſſimi Electoris *Johannis Friderici* Ducis Saxoniæ ante Mylburgum, depicta erat, ingemens ac ſuſpirans dixit: *Hunc ſi reliquiſſem, qualis fuerat, manſiſſem & ego qualis eram.* Neque etiam hæc fruſtra dixit: Nam ex eo, quo Dux hic laudatiſſimus captus eſt, parum victoriæ ac fortunæ ab hoſtibus reportavit. Cognitu autem jucunda ſunt, quæ de eodem Electore idem *Stybarus l. c.* enarrat: Cum *Johannes* ille *Fridericus* adhuc Juvenis anno 1530. una cum Domino ſuo Parente Comitiis Auguſtanis interfuiſſet, diſputabant Sacerdotes de Sacramento, nempe de verbis Chriſti: *Bibite ex hoc omnes:* Et cum D. *Eccius* mordicus ſuam opinionem defenderet: *Chriſtum ſolummodo initiatis Sacerdotibus, non autem Laicis utramque Speciem conceſſiſſe:* tunc e Principibus quidam Primarius vocabulum illud OMNES naribus ejus admovit, quo obtinere volebat, Chriſtum omnibus ſuis diſcipulis utramque Speciem inſtituiſſe, velut & Eccleſia Corinthiaca Cœna Domini poſtmodum uſa eſt; *Eccius* tamen vocabulum OMNES ad unctos ſaltem ſacerdotes detorſit: tum *Johannes Fridericus* incipit: *Scio ego, quod vocabulum* OMNES *plures quam Sacerdotes concernat, & ſi ſoli Sacerdotes hoc vocabulo comprehenduntur, alibi ſic etiam habetur:* Mundi eſtis, ſed non OMNES; *ſequitur ergo, & hoc ſolum Sacerdotes concernere, ideoque eos eſſe nequam, Nebulones & nefarios concluditur.* Qua judicioſa reſponſione Sacrificorum plus quam aſininam ruditatem confudit, & eorum ſtoliditatem omnibus deridendam propinavit. Iisdem in Comitiis cum inter ſequeſtros Articulos *de Invocatione Sanctorum* ageretur: D. *Eccius* dictum *Geneſis 48.* protulit, ubi *Jacob* de *Ephraim* & *Manaſſe* inquit: *Et invocetur nomen meum ſuper pueros iſtos:* Ad quod cum poſt multa verba M. *Philippi* forte D. *Johannes Brenzius* dixiſſet: *Nihil in Sacris Literis de Invocatione Sanctorum extare*, prorumpit D. *Cochlæus*, rei ſuccurrere volens, tanquam profundæ Cogitationis vir dixit: *Quod in Veteri Teſtamento Sancti non invocati fuerint, id in cauſa eſſe, quod Sancti tunc temporis nondum in Cœlo, ſed in veſtibulo inferni fuerint.* Tum Princeps *Johannes Fridericus* retia contrahens, & utrumque *Cochlæum* & *Eccium* vanitatis convincens, *Eccio* dixit: *En tibi perbelle defenſum tuum Dictum, quod e V. T. de* Jacobo *protuliſti.* Interim eodem die, quo captus eſt hic piiſſimus Elector, non tantum in Saxonia, Thuringia & Miſnia, ſed etiam in Helvetia ſol non triſti ſolum modo, ſed ſanguinolento plane vultu ad quatuor fere integras horas magno cum multorum ſtupore viſus eſt, cumque propter ſtragem & captivitatem hujus Conſtantiſſimi in Fide Herois Canonici Zeizenſes Miſenæ ſupra modum jubilarent ac plauderent, inque Templum concurrerent, hymnumque, *Te Deum laudamus*, uno ore boarent, Deus juſtiſſimus Vindex in malignorum & perverſorum illorum hominum ἐπιχαιρεκακείαν exemplum ſtatuit, manifeſtoque ſigno, ſe abominari pravorum gaudia, declaravit. Actutum enim Templum illud de Cœlo fulmine tactum fuit, & incendio correptum, ac omnia deſuper ædificia in cinerem redacta ſunt; campanæ & organa Muſicalia liquefcentia perierunt, & incendium illud a quarta pomeridiana ad ſextam matutinam alterius diei horam continue duravit, uti teſtatur ſupra jam citatus *Stybarus l. all.* Alia Portentoſa, Miranda ac Prodigioſa, quæ poſt Cladem hujus Electoris in Saxonia, Helvetia, Auguſtæ Vindelicorum, imo in ipſa Italia acciderunt, ex probatiſſimis Auctoribus adducit *Wolff. Lect. memorab. Centenar. XVI. Tom. II. p. 514. 515. 517.* Interim Viri Principes ac Literati alii, qui hoc anno obierunt, adducuntur a *Pomario in Contin. der alten Sæchſiſchen Chronick. p. m. 667.* nec non *a Maſio Commentar. ad Bœckleri Seculum* diverſis in locis.

§. 44. Redimus ad Rozſtochienſia, cujus Academiæ Anno, qui ſequitur CIↃIↃXLVIII. Rector iterum electus eſt per ſemeſtre æſtivum ADAMVS TRATZIGER, Jur. Utr. D. & Prof. & Syndicus ſimul Reipublicæ Rozſtochienſis, inſcripſitque toto Rectoratus tempore CXL. Huic dein per inſtans hybernum die 9. Octobr. ſucceſſor iterum a Senatu Academiæ datus eſt in Regimine M. ANDREAS EGGERDS, Collegiatus. Quo Anno Academia Jenenſis ſeu Salana in Thuringia a *Johanne Friderico* I. Electore Saxoniæ, die 25. Jan. alii die 19. Mart. ponunt, primum fundata fuit: nam cum ipſe Cæſar *Carolus* V. in ipſis hoc anno Auguſtæ Vindelicorum habitis Comitiis per *Julium Pflugium*, Epiſcopum Neoburgenſem *Michaëlem Helding um* Mogunt. ſuffraganeum, quem *Sidonium* vulgo nominabant, (eo quod fictitius Sidonis Epiſcopus a PP. creatus eſſet, qui & dein commendatione Imperatoris Mersburgenſis Epiſcopus creatus eſt) & *Johannem Islebium*, Electorem Brand. Concionatorem Librum conſcribi curaſſet, quem INTERIM vulgo nominabant, *Articulos de Doctrina & Ritibus Eccleſiaſticis usque ad Concilium generale ſervandis continentem*, illumque Id. Maji tandem promulgaſſet, & recipi ab utraque parte mandaſſet, (quem cum alii rejicerent, alii impugnarent, nonnulli autem approbarent, *Certamen* hinc *Interemiſticum* ſeu *Adiaphoriſticum* exortum eſt, de quo omnium optime magnus Lipſienſium Theologus, D. *Adamus Rechenbergius in pecul. Diſſert. hiſtorica de* INTERIM *Auguſtano Lipſ. anno 1683.* habita) adde & Librum per *Joachimum Lowen* editum, cujus titulus: *Bekæntniſſe und Erklærung up dat Interim dorch de Erbarn Stede Lübeck, Hamborch, Lüneborch &c. Superintendenten, Paſtorn und Predigern tho Chriſtlyker und nöthiger Unterricht geſtellet.* Scripti vero Auctor fuit *Johannes Æpinus*, Superintendens Hamburgenſis, docto, pio ac gravi ſcripto ad Cæſarem dato (quod inſerit *Chytræus Chron. Lib. XVI. p. 489. ſeqq.*) ſe huic ſphingi Auguſtanæ oppoſuit, ſimulque ſententiam ac confeſſionem ſuam ſimpliciter ac modeſte expoſuit captivus Dux atque Elector Saxoniæ *Johannes Fridericus*, utque optimus ille Princeps veram religionem a B. *Luthero* inſtauratam eo melius ac fideliter conſervaret, & in relictis ſibi a Cæſare Ditionibus ad Poſteros conſtanter propa-

XCV. IDEM.

XCVI. AND EGGERDS.

propagaret, ea propter etiam ex Carcere ſuo Academiam Jenæ tunc condi juſſit, cujus Academiæ in primis fundamenta inter alios tres, (*quorum ſinguli*, judice magno etiam *Chytræo l. c. Lib. XIX. p. 557. ſingulas Academias ornare poterant*) *Victorinum* nempe ac *Johann Strigelium*, illum Theologum & Philoſophum hunc Poëtam incomparabilem, primum poſuit *Erhardus* ille *Schnepfius*, Heilbronnæ ad Neccarum ao. 1495. natus *Theologus*, uti iterum *Chytræus l. c. gravis ac eloquentiſſimus in Templo ac Schola* πολλῶν ϑυτάξιος ἑλλων, qui primum Greichgoæ, Guttenbergæ, Wimpinæ, docuit, dein Landgravio Haſſiæ in novam ſuam Academiam Marpurgenſem erigendam potentia Naſſoviæ Comite *Philippo* in Weilburg, conceſſus, & poſtea *Ulrico* Würtembergenſi Duci in Patriam an. 1534. redeunte adjunctus eſt, cujus totum Ducatum reformavit, ac Tubingæ etiam in Academia docuit, usque ad præſentem hunc Annum, quo ob mutationem religionis ſub Cæſare factam, Celebrationem ſcil. Miſſæ, & Libri *Interim* obtruſionem, Jenam, uti dictum, vocatus abiit. Quanquam autem eodem hoc anno ſummus ille Theologus in Academiam Rozſtochianam a Ducibus Mecklenburgenſibus jam, jam reſtaurandam etiam ſollicitaretur (Conf. L. I. Cap. IV. §. 3. Hiſtoriæ hujus noſtræ) tamen Jenæ ad vitæ ſuæ finem permanſit, poſtquam ibi decennium Sacra publice profeſſus eſſet. Obiit autem die 1. Novembr. 1558. ætat. ſuæ LXIII. de quo ejus ibidem Collega M. *Johannes Strigelius* ita cecinit:

Occubuit Sancti CONSTANTIA *morte* LUTHERI,
Deficiens obiit moriente MELANCHTHONE *candor*,
Atque omnis perit tecum Concordia SNEPFI.

Eodem anno Roſenfeldæ, in Ducatus Würtembergenſis haud ignobili oppido, die quidem 23. Julii, primum luna jam plena, contra naturam tunc temporis ſanguineo colore, & in eadem brachii ſubnigri cum manu expenſa imago viſa eſt. Quæ cum jam naturalem ſplendorem recepiſſet, iterum cum trabibus ſubnigris tribus, per transverſum recta quaſi linea deductis, eſt conſpecta. Deinde his omnibus evaneſcentibus, tertio Crux Burgundica, nigra, ac poſtremo ſupra lunam, ex utraque ejus parte duæ aliæ Lunæ, ſed multo minores apparuerunt. Etiam eodem fere tempore Brettæ in Thuringia conſpectæ ſunt in ære *Johannis Friderici* Electoris Principis Ducis Saxoniæ captivi, & B. *Martini Lutheri* effigies. Miſerrima autem tunc ubique in Germania erat rerum Eccleſiaſticarum præſertim facies, qui enim Librum INTERIM aſſumere & ſubſcribere renuebant Eccleſiæ Dei Miniſtri, omnes expellebantur, multi captivi abducti, uti Ulmæ contigit Lic. *Martino Frechto*, & aliis IV. ejus Collegis, qui Carenis ferreis alligati hinc inde quaſi in triumphum ab Hiſpaniarum Capitaneo *Madronio* per VII. menſes circumducti, tandem intercedente Cæſaris Filio *Philippo* Hiſpaniarum Rege, Ulmam adveniente, die 3. Martii iterum liberati; nec minus etiam tunc Halæ in Suevia *Johannes* ille *Brentius* in magno vitæ diſcrimine ab Hiſpanis poſitus fuit, ex quo vix vivus evaſit. Interim hoc anno hic Tubingæ Dux *Ulricus* Wirtembergiæ Dominus Dolium majus, quod adhuc dum in Cella Arcis noſtræ aſſervatur, fabricari juſſit, cujus longitudo quatuor & viginti, altitudo tredecim & dimidius, operculi autem ſedecim cum dimidio, pedes numerati ſunt, continetque in ſe quingentas & ſeptuaginta duas Metretas vini, ſecundum menſuram Würtembergicam aut Eslingenſem; & Doliarius tunc pro ejus fabricatione accepit centum & quinquaginta florenas, cum veſte aulica fimbriis exornata. *Franciſcus Spira* Italus, e vico Citadella ortus, ob revocatam iterum Evangelicam veritatem, quam ſemel agnoverat, Venetiis tandem, conſcientia tactus, perditus ac deſperatus ad Orcum tendit, cujus triſtiſſimo exemplo motus, ſemel agnitam veritatem conſtanter confeſſus, hincque Cardinalitio orbatus, ad nos Tubingam venit, *Petrus Paulus Vergerius*, Epiſcopus juſtino Politanus, in Iſtria & Pontificius quondam per Germaniam Legatus, ubi & pie tandem obiit, uti ſuo loco dicemus. *Hermannus* item *Bonnus* Quakeburgo Weſtphalus, ex Scholæ Lubicenſis poſt Reformationem II. Rectore, Eccleſiarum iſtius Civitatis I. Superintendens, ſumme meritus, etiam hoc anno die 12. Febr. ætatis ſuæ XLIV. mortalitatis ſuæ oculos clauſit, qui *a Melanchthone in Epiſt. dedicator. Chron. Carion. præmiſſa*, ita laudibus decantatur: *Excelluit ingenio, eruditione, conſilio & virtute* Hermannus Bonnus, *qui in incluta Urbe Lubeca & Doctrinæ ſtudia rexit, & Evangelium docuit.* Noſter Abavus *Lucas Bacmeiſterus* Senior *in Hiſtoria MSta de initio & progreſſu Lutheraniſmi in Urbe Rozſtochio*, vocat illum *Theologum Doctiſſimum & Celeberrimum. Conradus* autem *in Proſopographiæ Melicæ Millen. I. p. 15.* ita de Bonno canit:

BONNUS *erat bonus ante, bonus virtute fideque,*
Hinc Decus audit adhuc, clara Lubeca, Tuum.

Confer & de eo verſus *Henrici Sibæi*, Olphemii, ſuo loco de eo ſub finem vitæ *Hermanni Buſchii* adducendi. Luber hic quoque ſimul inſerere verſus ſive Carmen elegans in quo virtutes boni Magiſtratus egregie expreſſit ille ipſe *Hermannus Bonnus* hoc ſequ:

Hæc ſunt, quæ faciunt præclarum nomina Regem,
Rex Pater eſſe ſuis debet placidusque benignus,
Mitis & humanus, manſuetus, providus, æquus,
Magnanimus, liber, nec lucri turpis avarus,
Non ſinat affectus dominari ſed rationes.
Omnia conſilio peraget, nec ſpurca voluptas
Principis egregium pectus vitiabit honeſti.
Præterea juſtus, prudens, fortisque futuri,
Sollicite populi commiſſa negotia curet.
Vindictæ fugiens & plurima diſſimulabit.
Qui tenet imperium, lenis bellator & audax.
Sed qui bellandi cauſam non præbeat ullam.
Pacis amans, ſemper pacis defenſor & auctor.
Defendet miſeros caſtigabitque rebelles.
Corriget & mores populi vitiisque reſiſtet,
Semina, conſtituens legum monumenta bonarum.
Principis hæc refert meminiſſe vocabula ſemper
Ut ſciat imperium cum Majeſtate rueri.

§. 45. Sed properamus ad annum CIↃIↃXLIX. quo ſceptra Academiæ cum Regimine iterum capeſſit

XCVII. ANDREAS EGGERDS.

pessit M. ANDREAS EGGERDS, tunc nec non in superiori suo Rectoratu ab eo inscripti fuerunt tantum XXX. Eidem autem postea die 9. Oct. per semestre hybernum Rectoratus quoque est

XCVIII. IDEM

continuatus inscriptique XX. Quo tempore *Ordo Capucinorum apud Pontificios* primum ortus est. Auctore quidem *Gotfrido Waraglio, Buscano Pedemontano*, ordinis sui Generali. Ille *Cardinalem Carrafam*, Papæ legatum secutus est in Gallias, abhinc Genevam venit. Ibi cum ex verbo Dei a superstitionibus & meritis hominum ad unicum Jesu Christi Salvatoris meritum esse confugiendum, agnovisset, institutum suum Monasticum toto Corde detestatus est. Reversus igitur ad suos, ob veritatis confessionem captus, & Taurinum, quod tum Galliæ Rex tenebat, ductus, ante arcis portam, penultima Decembris 1557. in vera fide persistens, crematus est. In Pannonia etiam hoc anno cum viperæ ac lacertæ in hominum corporibus nascerentur, magna hominum copia, cum remedium deesset, cruciatibus ac doloribus multis extincta est. Quidam demum ad solem expositi, serpentes calorem naturalem sentientes, evomuerunt ac liberati sunt. Inventa est etiam magna hinc inde serpentum copia in ædibus qui cum fustibus ac flammis interficerentur ab incolis, serpentum unus aliorum nomine, voce humana, apertisque verbis dixisse fertur: *Nihil efficietis contra ultionem divinam pugnantes*, prout *Cl. Wolffius l. c. p. 561.* annotat. Sequenti an. CIↃIↃL. die 14. Apr. denuo Rector Academiæ Rozstochiensis electus est

XCIX. CONR. PEGEL.

M. CONRADUS PEGEL, Collegiatus, qui Matriculam Academiæ LVII. auxit, inter quos occurrunt *Matthæus Röseler*, Lucanus, postea Juris in Acad. Prof. *Johannes Auri faber*, Theol. D. & Professor, suis locis inserendi, & M. *Petrus Vincentius*, qui Vratislaviæ in Silesia anno 1522. natus, primum Gymnasii Noribergensis Laurentiani ab anno 1541. Professor fuit; hinc biennio elapso in Academiam Gryphicam anno 1543. vocatus Professorium munus aggressus est ubi cum per novem annos summa cum laude in Academia docuisset, anno 1552 ab Amplissimo Lubicensium Senatu ad officium Rectoris in Lyceo illo celebri fuit expetitus, quam Spartam cum accepisset, d. 4. Novembr. ejusd. anni a Syndico Urbis V. post Reformationem Rector institutus, ubi die 8. ejusdem mensis *Carmen de Urbe Lubica* publice recitavit. Postea autem, quam aliquot annos Scholam Lubicensem summa cum laude rexisset, una cum Magnifico Viro *Hermanno Falcone*, J. U. D. & Consule Lubicensium legato splendidissimo in Angliam profectus est, quorum ita Poëta tum Rozstochiensium elegantissimus *Janus Bocerus egregio Carmine prosecutus est Eleg. Lib. VII.* Ast nec Lubicæ ob nominis celebritatem diu consistere potuit *Vincentius* noster, sed propter summam quoque ejus in literis scientiam in Academiam Wittebergensem apud Saxones anno 1557. accersitus abiit, ibique Professor Philosophiæ fuit constitutus; cumque anno 1565. auspiciis *Maximiliani II.* Imperatoris literatissimi Senatus Gorlicensis in Minorum Fratrum Monasterio Gymnasium aperiret, *Vincentius* per novem hactenus annos Academiæ Wittebergensis Professor *Primus* Gymnasii illius *Rector* die 22. Junii solenniter introductus est, testante pluribus *Parte I. der Schul - Historie* Doctissimi *Dn. Ludovici*. Tandem tamen *quinquennio post Elisabethanæ in Patria Schola Moderator ac Scholarum Inspector publicus* fuit declaratus, in qua ultima statione sua Scholastica adhuc vivens, cum in Austriam ad reformandas Ecclesias suas ab ordinibus revocaretur & prouti scribit *in Itinerario suo MSto*, nec non in literis ad D. David. Chytr. & D. Simonem Pauli d. 22. & 24. Febr. ejusd. anni Hornæ in Austria datis, ex podagra in lecto tunc quidem perpetuo decumbentem anno 1580. die 2. Februar. eum in itinere hoc suo vidit & convenit B. noster Abavus D. *Lucas Bacmeisterus*, Sen. qui lætatus vel de conspectu ac colloquio veteris amici, multa secum contulit *de vocatione & profectione sua in Austriam, in primis autem de negotio Concordiæ Ecclesiasticæ, deque Formula ipsa, de qua in illis & his locis* (addo verba Abavi nostri ex literis) *varia sunt Judicia, cum plerique nec viderint Formulam, nec rem ipsam de qua agitur recte intelligant. Multi enim in ea sunt sententia, ut* & Petrus Vincentius, *& alii, quibuscum Vratislaviæ sermo mihi fuit, novam edi in Formula illa Confessionem de omnibus Articulis doctrinæ & misceri condemnationes speciales* D. Philippi *& aliorum &c. Cumque tunc Vincentius discernenda esse* πολέμικα *scripta Lutheri a dialecticis* esse diceret; reprehendit hanc distinctionem, qui tunc simul aderat Ungarus vir nobilis & Episcopus quondam *Andreas Duditius*, nunc ducta Conjuge in Moravia nostram Religionem amplexus & Vratislaviæ domicilium habens: *Non*, inquit, *est discrimen, sive enim doceas, sive pugnes, idem est idemque confiteri debes.* Sed ad *Vincentium*. Hunc *Schola seu Gymnasium S. Mariæ Magdalenæ Templo vicina* (a quo & nomen habet) quoque *inspectorem* accepit, Auctorque exstitit *Constitutionum Scholasticarum* eo anno publicatarum, qui laboriosissimus vir ipsis Kalendis Octobris anno 1581. pie tandem ibidem in Patria obiit, ætatis suæ LXI. Illum supra laudatus *Bocerus* perdocta elegia celebravit, in qua *optimi Præceptoris* laudibus eum ornat, & *Poëtam Doctissimum* vocat. *Epitaphium* autem ejus, quod Gorlicii ostenditur, allatumque *a Dn. Christiano Gabriele Funccio in descriptione ædis Petro-Paulinæ Gorlicensis p. 50.* supra laudatæ quoque *Historiæ Rectorum & Gymnasiorum Scholarumque celebrium* inseruit vir ἱστορικώτατος Dn. *Ludovici p. 101.* & sequens est:

Supra Effigiem:
PETRUS VINCENTIUS,
Uratislav.
Philosop. & Poëta excellentissimus,
& orator eloquentissimus,
ad Imperat. Regi & Principi missus:
AUGUSTI GYMNASII,
in Coenobio hujus Urbis apertæ,
RECTOR PRIMUS *& felicissimus,*
de Rep. Gorl. optime promeritus,
auspicatissimi Laboris præmium

a mem.

a mem. & literata posteritate hoc Monumentum retulit

Anno Christi M. D. XVIII.

Vita sine Literis mors est, & vivi hominis Sepultura.

INFRA EFFIGIEM.

Talem me PETRUS VINCENTIUS *ore ferebam,*
Bis septena mihi cum Trieteris erat.
Tu reliquum vitæ cursum, bone CHRISTE *guberna.*
Ut sint ætatis prospera fata meæ.
Donec, deposito mortali corpore, sursum,
Te Duce, per Coeli Nubila vivus eam 1536.
Natus an. Christi M. D. XXI.
Acad. Gryphiswald. Professor Publicus,
Scholæ Lubicens. Rect. an. M. D. LV.
Prof. publ. Witteberg. A. M. D. LVII.
Scholæ Gorl. Rector an. M. D. LXV. per quinquennium.
Inde ad Inspectionem Scholarum in Patria vocatus:
Doctor in Scholis diversis per A. XXXVI.
Obiit an. M. D. LXXXI. D. I. Oct.
An. Ætat. LXII.

SCRIPTA.

Elegia de Origine, Incrementis & Laudibus inclytæ Urbis Lubicæ ad S. P. Q. Lubicensem, sub auspicia muneris Scholastici die 8. Nov. Anno 1552. quæ notis, a D. *Davide Chytræo* illustrata, eodem Anno Rozstochii in Lucem edita fuerunt. IV. to.

Carmen Precationem continens pueritiæ Christianæ contra Concilium Tridentinum.

Enchiridion observatæ Latinitatis elegantioris in *Orat. Philipp. I. Ciceronis.*

Hæc de *Vincentio:* Addimus adhuc hujus Anni Rectorem hybernalem Academiæ Rozstochiensis, qui die 9. Octobr. iterum constitutus est
C. Idem. M. CONRADUS PEGEL, inscripsit tunc XXVII. & inter hos *Jacobum Bordingium*, Atavum nostrum Paternum Maternæ Lineæ, Medic. D. & vocatum Professorem, item *Davidem Chytræum* tum Artium Magistr. dein Theologiæ Doctorem &Professorem incomparabilem, inscriptum mense April. 1551. de quibus suis locis infra paulo prolixius differemus. Lubicensi interim Ecclesiæ post *Balthasarum Ranzovium* in Carcere demortuum, hoc anno a Collegio, cujus Præpositus absens erat, Episcopus iterum præfectus & confirmatus a Papa statim fuit *Jodocus Hulfilter*, Osnabrugensis (ex tenui & humili loco Patre quidem paupere Pileario, qui in Scholis Monasterienſi & Daventrienſi mendicando victum aliquandiu quæsivit natus) Roma degens ac multarum Ecclesiarum Beneficiis fruens, sed priusquam Roma discederet, repente extinctus est, nec Dioecesin suam Episcopus unquam vidit. Vid. *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XVII. p. 497.*

§. 46. Novum nunc iterum Academiæ Decennium hoc CIↃIↃLI. Anno attingimus, quo
Cl. Idem. tempore Caput Academiæ Rozstochiensis, die 14. Apr. denuo eligitur M. CONRADUS PEGEL, Collegiatus, inscripsitque in æstivali hoc Rectoratu suo LX. & inter hos *Georgium Reich*, Saganensem Silesium, postea Concionatorem ad D. Nicolai ibidem & *Wolffgangum Peristerum*, Borussum: In hyemali autem Rectoratu, quo iterum PEGELIUS Rector fuit, annotavit tantum XXIV. & inter hos *Johannem Draconitem*, Carolo-Stadio Francum, Theologiæ Doctorem, sed de hoc & supra recensitis suis locis dicturi sumus. Hic autem Annus est, quo Duces Magnapolitani coeperunt restaurare Academiam hanc suam Rozstochiensem, a Senatu Oppidano diu hactenus oppressam, quæ qualis fuerit Tractatio instituta, *Lib. I. Cap. IV.* satis copiose adduximus. Prodiit etiam hoc anno Bruxellis *Forma Inquisitionis Hispanicæ*, una cum *Quæstionibus*, de quibus inquisitores in inferiori Germania Christianos examinarunt, suis inseruit Doctissimus *Wolff. Lect. memorab. & recondit. Centen. XVI. p. 617. seqq.* Quomodo etiam hoc anno & superiori suscepta ac peracta sit diuturna ac gravis Urbis Magdeburgensis obsessio, præter *Chytræum Chron. Saxon. Lib. XVII. p. 499. 505.* omnium accuratissime descripsit *Pomarius in Continuatione der Sæchsischen Cronick p. 672-703.* Hoc item anno *Franciscus Stancarus*, Mantuanus, Hebraicæ Linguæ in Academia Regiomontana Professor constitutus, qui cum *Andreæ Osiandro* se opponeret, ac doceret, *quod Christus noster sit tantum secundum humanam naturam*; inde pulsus, in Poloniam venit, ac Calvinianorum coetui se adjunxit, ubi tandem obiit 1574.

CII. Idem.

Sequenti anno CIↃIↃLII. die 14. Apr. ANTONIUS FREUDEMANN, Hallensis, J. U. D. & Prof. Rector Academiæ Rozstoch. iterum electus est, inscripsit per ætatem CLIV. & inter hos *Simonem Pauli*, Suerinensem, postea Theologiæ D. Professorem ac Superintend. I. post reformationem in Urbe Rozstochio. Mansit autem hic FREUDEMANNUS Rector Academiæ per totum annum, inque hyemali suo Rectoratu LXXI. annotavit, inter quos fuit *Philippus, Jacobi Bordingi* Medici Filius primogenitus, die 27. Jan. 1553. inscriptus. Moritur etiam hoc anno die 17. Octobris Regiomonti in Academia *Andreas Osiander*, Gunzenhusæ anno 1498. natus, in Franconia, eruditissimus quidem in omni genere Linguarum Vir, sed gravium tamen in *Articulo de Justificatione* contentionum Auctor, docuit enim non solum, sed etiam scriptis publice defendere sategit, *hominem non quidem Christi merito, quod fide ad nos applicamus, sed essentiali quoque Justitia, quæ est ipse Deus, justificari, quando is in credentibus habitat, & ad recte agendum eos impellit.* Quæ erronea hujus Viri sententia, quam nec ipse Filius ejus *Lucas Osiander* approbat, cum recoqui iterum ac propugnari a quibusdam nostratium (ac si hac sua sententia haud fucatam pietatem ac vitam Christiano dignissimam atque in Praxi quotidie exercendam hominibus inculcare tantum voluisset) hodie occeperit, non possumus non, quod hac de re suo tempore jam judicaverit B. noster Abavus D. *Lucas Bacmeisterus*, Senior, ipsius ad D. *Davidem Chytræum* Collegam suum missam Epistolam Actis nostris Philippianis insertam hic iterum repetamus, & quæ hæc est: „Le-
„gi & consideravi ea, qua potui, diligentia, inter

CIII. ANT. FREUDEMANN.

CIV. Idem.

„plurima Ministerii mei & aliorum negotiorum, „quæ me proximis diebus obruerunt, impedi- „menta, *Libellum Osiandri*, plenum acerbissimis „convitiis & sarcasmis, & de re ipsa Portentis „verborum. Legeram & ante *Confessionem Osi- „andri*, & *Philippi*, aliorumque Scripta contra „*Osiandrum*, cum Wittebergæ pleraque ederen- „tur. Ea nunc hunc libellum perlegens in me- „moriam revocavi. Non existimo autem jam „dubitare nos debere de ea Doctrina, quam tot „annos constanter professi sumus, & propugna- „vimus contra *Osiandrum* & alias corruptelas „per INTERIM introductas, & quæ repetita „& subscripta est nuper in LIBRO CONCOR- „DIÆ. Atqui eo remitti posset Amicus ille No- „ribergensis, qui si in simplicitate ea perseve- „raverit, quod *Christus Filius Dei & hominis „perfectam Obedientiam Legi & Patri suo præ- „stans, crucifixus & mortuus propter peccata no- „stra, & resuscitatus propter justificationem no- „stram, sit nostra justitia coram Deo, qua pecca- „tum in nobis tegitur & remittitur, & accepta- „mur ad vitam æternam, quam Justitiam sola „Fides apprehendit, & propterea imputatur ad Ju- „stitiam. Rom. IV, 5. 1. Cor. I.* rectissime meo „judicio Conscientiæ suæ consuleret. Nus- „quam memini, me legisse in Scriptura, *quod „essentiali Divinæ naturæ in Christo justitia justi- „ficemur*, etiamsi in *Jeremia* dicatur, *quod Chri- „stus* JEHOVA *sit nostra Justitia*. Idem enim „paulo ante dicitur *Germen Davidis*. Et sicut „Attributa huic Germini addita, *quod justus Rex, „sapiens & Salvator erit*, etiam ad JEHOVA „referenda sunt; ita Justitia nostra, quæ præ- „dicatur de JEHOVA, etiam ad priorem *Ger- „minis* appellationem pertinet. Alioqui distra- „ctio fieret Naturarum & officiorum quæ utrique „naturæ communia sunt. Et quod hic *Jeremias* „dicit, JEHOVA *vocari Justitiam nostram*, id „*Esaias Servo Dei percusso, a Deo vulnerato & „attrito propter iniquitates* nostras tribuit, cum „in Persona Patris loquitur: *Notitia sui justifi- „cabit ipse* SERVUS MEUS JUSTUS *multos*, „quod dictum scelerate depravat *Osiander*. Et „Paulus *Christum crucifixum, qui simul est Dei „potentia & sapientia, nobis factum esse a Deo „justitiam* ait. Ita Scriptura se ipsam interpre- „tatur, nec ad solam Divinam Naturam in Chri- „sto Justitiam nostram refert, ut *Osiander*. Ne- „que etiam illud in Scriptura reperiri arbitror, „quod *Inhabitatio Dei in Cordibus Credentium „& diligentium Christum, sit nostra Justitia*, sed „potius effectus est justitiæ & acceptationis, ut „patet *ex Joh. 14. 2. Cor. 6. Ephes. 3.* Certitudi- „nem Sententiæ *Osiandri* nullam video, quia de- „torquet multa Scripturæ dicta, infert Scripturæ „suam mentem, non retinens mentem Spiritus „Sancti aperte revelatam in ipso contextu, con- „fundit discrimina Personarum Divinitatis, cum „*non tantum Christum esse nostram Justitiam, „sed etiam Patrem & Spiritum S.* sæpe affirmat, „quia *Essentialis Christi Justitia sit communis „Patri & Spiritui S.* Loquitur interdum *de im- „putatione ejusdem Justitiæ essentialis, cum alibi „prorsus neget imputativam Justitiam, & statuit „tantum veram & realem, quæ est Dei inhabita- „tio & Essentialis Justificatio:* nihil Consolatio- „nis afflictis & contritis spiritu præbet, sed gran- „dia & turmida loquitur, quæ vel in dubitatio- „nes & desperationem vel in præsumtionem & „securitatem mentes inducant. Qualitatem seu „Novitatem in nobis creatam non esse Justitiam, „ipse etiam *Osiander* negat, qui *nullas Dei ope- „rationes nec meritum, beneficia & opera Christi „vult esse nostram Justitiam, sed tantum ipsum „Deum operantem fructus Justitiæ. Paulus* in „iis Locis, ubi quasi sedem & fundamentum „ponit Doctrinæ de Justificatione, non facit „mentionem renovationis seu qualitatum nova- „rum in nobis, imo omnia legis opera rejicit, „quæ non nisi a renovata mente præstari pos- „sunt, ut solam Gratiam Dei & meritum Christi „stabiliat. Postea peculiariter agit de Renova- „tione aut novitate per Spiritum S. effecta, in „Justificatis ejusque fructibus. *Donum per „Gratiam Rom. 5.* intelligo proprie de dono Ju- „stitiæ, quæ propter obedientiam Christi multis „ex Gratia Dei datur, quando Credentibus in „Christum remittit & non imputat Deus pecca- „ta, & renovat damnationem, ac recipit nos „in vitam, sicut Paulus ibidem se ipsum inter- „pretatur. Retineo ergo unitatem Ecclesiarum „nostrarum sententiam repetitam in LIBRO „CONCORDIÆ, & in ea acquiesco, juxta quam „sive dicatur: *Christum esse nostram Justitiam*, „ut supra annotavi, *sive obedientia Christi, sive „remissio peccatorum & Imputatio Justitiæ Chri- „sti*, omnia eodem redeunt. Et ex mea & ex „aliorum conscientia didici, non posse veram & „certam consolationem esse in aliis istis opinio- „nibus, qua cor contritum & humiliatum erigatur. „Nec ullum exemplum extat in Scriptura, quod „lapsi & peccatores ad inhabitationem Dei vel es- „sentialem Dei Justitiam (quæ est ignis consu- „mens) vel ad considerationem novarum qualita- „tum respexerint; sed solam Dei misericordiam & „Redemtorem Christum fide apprehenderunt, „propter quem peccata sua tegi, ablui, remitti, „& judicium removeri petiverunt, & sic rece- „pti ac justificati sunt.„ His vale, die 30. Julii Anno 1583. Hactenus Abavus noster. Interim hic *Osiander* fuit alias Vir profundissimæ eru- ditionis, ac Theologus eloquentissimus, a quo potissimum Reformatio Ecclesiarum Noribergen- sium suscepta fuit, ita per omnem vitam labo- riosus ac studiis invigilans, ut nunquam ante horam duodecimam noctis cœnaverit ac vix per quatuor horas quieti se dederit, unde quasi sym- boli loco Musei etiam januæ superscripsit: Amice, quisquis es, aut paucis dic, aut abi. Sed ex hoc suo intempestivo studio sibi tandem hydropem contraxit, ex quo & obiit anno & die supra jam dicto, Celeberrimæ in Ducato nostro Würtem- bergico adhuc durantis *Osiandrinæ* familiæ Fun- dator ac Auctor felicissimus, de cujus mirabili quadam ac pene singulari in Paroxismis febri- libus, cum adhuc Adolescens quartana labora- ret, falsa semper oblata imaginatione, evol- vendus omnino celeberrimi Italorum Medici *Hieronymi Cardani de Subtilitate Lib. XVIII. p. m. 671.* De vita autem ejus ac moribus agit

Joachi-

Joachimus Camerarius in vita Melanchthonis p. 297. In ejus effigie sequentia inscripta leguntur:

Quinquaginta meos numerans jam grandior annos
Andreas tali vultu Osiander eram.

Andreas Osiander S. S. Theol. D. & Prof. in Acad. Regiomontana Borussorum Sereniss. Marchioni Brandeb. D. Alberto a Consiliis secretioribus. Natus Norimbergæ anno 1498. d. 19. Dec. denat. Regiomont. anno 1552. d. 16. Nov.

Offeremus Deo

1. Nos ipsos. Rom. 12. 2. Sacrificium laudis, Psalm 50. 3. Preces. Psalm 140. 4. Dona & munera Matth. 5.

Pax aurea Religionis, TRANSACTIO PASSAVIENSIS etiam hoc anno condita, ac Saxo & Hassus e diuturno Carcere a Cæsare liberi redditi sunt.

§. 47. Succedit in Rectoratu Academico Rozstochii anno CIↃIↃLIII. die 21. Apr. D. JOHANNES DRACONITES, Carolostadius, Christi Jesu Confessor, & eidem in sequentem annum Rectoratus est continuatus, inscripsitque toto Rectoratu CXVIII. Hoc anno Elector Saxoniæ, Dux *Mauritius* periit in prælio in Arcis Lüneburgicis prope pagum Sivershausen, ictu bellici tormenti, quem in latere dextro a proprio servo, ut ferunt, acceperat, tertia quidem post pugnam die, in qua etiam *Carolus* & *Philippus* Duces Brunsvicenses, *Henrici* Filii, & Dux Lüneburgensis, *Fridericus* interierunt, cujus truculentissimi belli, a Marchione Brandenburgensi Henrico gesti initium progressum ac exitum, una cum Epitaphio Electori illi *Mauritio* a fratre & successore in Regnis ac Electoratu *Augusto* Fribergæ in Templo Cathedrali erecto, copiose descripsit *Pomarius in Continuatione der Sæchsischen Chronick p. m. 706-714. seqq.* Portenta autem tantæ calamitatis fuere multa; in Saxonia in quodam saltu locoque, quo postridie die 9. Jul. funestum commissum fuit prælium, aliquot diebus ante magni strepitus, fremitus, turbæ, clamores, ploratus, cursitationes ac miseri boatus auditi fuerunt. Pridie autem illius die impetuosus ventorum turbo duo tabernacula Ducis *Mauritii* dissipavit, & humi fudit, unum in quo habitum fecerat convivium, alterum, in quo culina fuit, reliquis autem tentoriis nihil adversi accidit; Canum rabies, qua ad mortem usque certarunt, sanguineæ in herbis & arboribus guttæ, hominum & equorum in illo campo, in quo conflictus fuit, nocte intempesta auditi clamores, ejulatus item nocturni in oppidis. In Arce Berlini de statua *Mauritii*, nulla vi adhibita delapsum est caput. Ipse quoque Viro cuidam optimo in flagrante domo per quietem visus fuit. De *Theodorico a Rheden*, Meppensi, Juris Canonici D. & multarum in Germania Ecclesiarum Canonico, hoc anno Episcopatum Lubicensem adepto, sed partim ob redituum tenuitatem, partim etiam ob oculorum coecitatem illum iterum resignante, vid. *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XVIII. p. 520.* Sequenti anno CIↃIↃLIV. die 22. Apr. MATTHÆUS RÖSSELER, Lucanus, Art. & Medic. D. Rectoratum in Academia Rozstochiensi accepit, & tunc inscripsit XLII. inter quos fuit *Bartholomæus Clinge*, Confluentinus, postea Juris Professor, suo tempore adducendus. Mansit autem RÖSSELERUS Rector per totum annum, auxitque per hyemem Matriculam XXXVII. Conficitur hoc anno *Ecclesiastica Agenda Megapolitana a Philippo Melanchthone*, testantibus *Timotheo Kirchero, Nicolao Selneccero, & Martino Chemnitio in Historia Articuli X. A. C.* quæ postmodum jussu Ducis *Ulrici*, Ducis Megalb. a *Davide Chytræo* plenius explicata, ut hodie extat, & die 3. Mart. vitam cum morte bene placida ac quieta commutavit optimus ac constantissimus Princeps ac Elector Saxoniæ *Johannes Fridericus*, cui defuncto Vimariæ sequens Elogium positum est: JOHANNES FRIDERICUS *Dei benignitate, Electus Martyr Jesu Christi, Dux Confessorum fidei, Princeps afflictorum, Comes Veritatis, signifer S. Crucis, hæres vitæ æternæ, migravit ex hac miserrima vita in coelestem Patriam Vimariæ, anno reparatæ salutis 1554. tertio die Martii.* Præsagium mortis suæ ipse animadvertit pius Elector in ultima venatione habita, dum omnes illum feræ fugerunt, neque pro Domino suo ulterius agnoscere voluerunt.

§. 48. Anno nunc subsequente CIↃIↃLV. die 29. Apr. M. BERNHARDUS MENSING, Lubicensis & Collegiatus, Rector Academiæ Rozstochiensis eligitur, a quo inscripti fuerunt LX. Hunc per hyemem die Dionysii in Rectoratu excepit M. ANDREAS MARTINUS, Rozstochiensis Collegiatus, inscripsitque XLIV. Quo anno XII. quidem Julii Nebræ in Thuringia hoc stupendum factum accidit. Conjux Sutoris cujusdam habitantis ibidem triduum ingenti dolore fuit, partus labores, ut tres etiam obstetrices adhibere fuerit necesse, tandem foetum mortuum enixa est. In ipso autem enisu atque contentione, dum foetus dimidio corpore exiisset alvo materno, ingens fragor seu sonitus terribilis, qualis est bombardæ auditus est in alvo parturientis, & flammæ ignis maximi cum infante erupuerunt, eique is in natibus bullas amplas inussit obstetrici *Catharinæ Hegenwaldis* genas adussit, flammæque in toto vaporario dissipatæ sunt, sulphureo odore implentes totam domum. In Marchia item non procul a Regiomonte monstrosus equus natus est, undique lacerata cute, caligis dependentibus & thorace scissis inductus, notante hæc & plura alia *Jobo Fincelio in suis post renatum Evangelium miraculis descriptis.* Obiit etiam hoc anno die 26. Octobr. Heidelbergæ doctissima Itala, græcis latinisque literis egregie exculta foemina, *Olympia Fulvia Morata, Andreæ Grüntleri* Medici Germani Uxor, cujus vitam ac scripta adducit *Melch. Adami in vita Philos. Germ.* Lubicensis tandem Ecclesiæ Episcopus iterum præficitur *Andreas a Barby*, Consiliarius Regis Daniæ *Christiani III.* hujus meminit *Chytræus Chron. Saxon. L. XVIII. p. 533.* In Comitiis Augustæ Rhetorum *Decretum quoque de pace Religionis promulgatum fuit*, in quo promittunt, Cæsar, Rex Ferdinandus, Electores, Principes & cæteri Ordines se nulli Statui Imperii propter A. C. vim illaturos, vel alia ratione contra ipsius conscientiam & voluntatem ab hac A. C. Religione in ipsorum Ducatibus, territoriis ac Dominiis avocare ac depellere velle. Nec controversam

CV. JOH. DRACONITES.
CVI. Idem.
CVII. MATTH. RÖSSELER.
CVIII. Idem.
CIX. BERNH. MENSING.
X. ANDR. MARTINUS.

versam religionem aliter quam piis, amicis ac pacificis rationibus per Generale vel Nationale Concilium Colloquia vel Transactiones, Conventuum Imperialium, ad uniformem & Christianam Concordiam redigi debere. Vicissim Status Confessioni Augustanæ addicti, Pontificios pari ratione in sua religione & bonis ac reditibus imperturbatos relinquent &c. Vid. *Chytræus Chron. Saxon. ad hunc annum.* Sequenti anno CIↃIↃLVI. die 14. Apr. M. CONRADUS PEGEL, Wismar. denuo Rector Academiæ Rostochiensis electus est, a quo inscripti LXI. & inter hos *Georgius Venetus*, ac *Tilemannus Heshusius*, Theol. DD. & Professores suis locis inserendi. Quo etiam Rectore die 20. Apr. Rostochii mortuus est *Bernhardus Wigbold*, Groningensis, J. U. D. & Consiliarius Regis Daniæ, Vir ingenio & eruditione præstans. Incomparabilis etiam suo tempore Scholæ Goldbergensis Rector, *Valentinus Friedlandus*, *Trocendorfius* eod. mens. die 26. Apr. apoplexia inter ipsa muneris sui opera Psalmum XXIII. explicans, subito correptus extinctus est, cujus vitam & scripta summo studio descripsit nunquam satis laudandus *Dn. Ludovici Part. I. der Schul-Historie p. 107. seqq.* Post *Pegelium* die 9. Octobr. Rector iterum eligitur hybernus JOHANNES DRACONITES D. inscripti tunc fuerunt XXIV. quo tempore varia minacia ostenta ac horribilia signa in Hungaria, Marchia & alibi acciderunt, quæ ex *Fincelio l. c.* adducit cl. *Wolff. Lect. memorab. & recondit. Centen. XVI. p. 666. seqq.* Quomodo etiam *Latomus* hæreticæ pravitatis Inquisitor in desperatione gravissima obierit, & sacerdos quidam prope urbem Monasterium gravidam uxorem misere trucidaverit, ex eodem repetit *Wolff. l. c. p. 667. & 706.*

CXI. CONR. PEGEL.

CXII JOH. DRACONITES.

§. 49. Pergimus ad annum CIↃIↃLVII. quo die 14. Apr. MATTHÆUS RÖSSELER Med. D. & Prof. Rector Academiæ Rostochiensis iterum constituitur, ac inscripsit LXXII. Hic dein die 9. Oct. de novo in Rectorem electus est ac 23. Novembr. *LL. Licent.* factus, & simul nuptias celebravit, prouti in ejus vita pluribus adducemus. Inscripti autem tunc fuere ab eo XXXVII. & inter hos *Janus Bocerus*, Westphalus, Poëta Laureatus, postea ibidem Poëseos Professor famosissimus, cujus vitam & scripta Lib. V. infra *Classe IV. Sect. V. Cap. II. §. 4.* describemus. Eodem *Röselero* adhuc Rectore, JOHANN ALBERTUS & ULRICUS, Duces Megapolenses, legarunt Academiæ Rostochiensi 3500. florenos annuorum redituum, ut *superiori Lib. II. C. VII. §. 2.* ipsis *Literis Obligationis Principum* insertis pluribus testatum fecimus. Cometa etiam hoc anno deterrimus radios instar scoparum spargens visus est, quem cum *Carolus* Imperator primum videret; *his*, inquit, *indiciis me mea fata vocant*, uti etiam factum fuit sequenti anno: hoc item tempore, cùm in Colloquio Wormatiensi Conciliatio Ecclesiæ frustra quæreretur, quidam hujus Impossibilitatem probans sequentes versus haud invenustos tunc composuit:

CXIII. MATTHÆUS RÖSSELER.

CXIV. Idem.

Ja wann der Teuffel morgen stürb,
Und ein Wolff zum Schaff und Lamm würd:
So wird der Pabst und Luther einß,
Der beyden geschicht gewißlich keins.
Noch will man viel davon tractiren,
Das ist, Geld, Müh und Zeit verliehren.
Bleibt Christus Wort mit Ehren bestahn,
So muß der Pabst zu trümmern gehn.
Kein Mittel ist zu finden hie,
Was thun wir dann mit unserer Müh.

Addimus adhuc sequentis Anni CIↃIↃLVIII. Academiæ Rostochiensis Rectores, cujus æstivalis die 14. Apr. electus est GUILIELMUS NOVESIANUS, J. U. D. atque Syndicus urbis, & tunc inscripti LX. Hybernalis autem die Dionysii denuo constitutus est M. BERNHARDUS MENSING Lubic. Cæsar autem incomparabilis *Carolus* V. abdicato se ultro sub initium hujus Anni toto Imperio ac Regnis suis, comitatus Sororibus *Leonora* Gallica & *Maria* Ungarica Reginis, Vlissingam Selandiæ secundo vento se contulit, & post paucos dies Hispaniam trajecit, ubi in Monasterio D. Justi, octo a Placentia leucis, in finibus Castiliæ, Eeciæ & Lusitaniæ proxime Scarandilam oppidum sito, reliquum vitæ tempus in quiete ac pietate summa inter continuas fere preces consumsit, ubi tandem ad lentam tabem acuta febri accedente, in Christum unicum Redemtorem ac Servatorem mundi fiduciam solum ac firmiter ponens, die 21. Septembr. placide exspiravit, cum paulo ante a Viro gravi, pio ac præclare erudito Peccatorum suorum Confessore Dn. *Constantino* adhuc Evchariſtiam sub utraque accepisset, ac imaginem Christi crucifixi in manu tenens, ingemuisset: *In me manes, dulcissime Servator, ego in Te maneam.* Plura de hoc optimo ac sempiterna memoria digno Imperatore notabilia adducit *Chytræus* in vita ipsius *Chron. Saxon. Lib. XV. a pag. 559. ad 573.* inserta, qui & l. c. p. 541. de hujus Cæsaris vitæ commutatione inaudita Epigramma ipso Judice non insicitum a quodam simul inspergit, dignum, ut a nobis quoque hic iterum repetatur:

CXV. GUIL. NOVESIANUS.

CXVI. BERNH. MENSING.

Cæsar eram: Theatinus ero. Do robur & arma
PETRO, *ut sit Cæsar, qui Theatinus erat.*
Imperii Tibi Frater onus, Tibi regna PHILIPPE
Linquo; Subjectis damna, jugum & gemitus.

§. 50. M. BERNHARDO MENSING Anno CIↃIↃLIX. Rectoratus est continuatus in quo superiori Rectoratu suo tantum XCIII. annotavit inscriptos. Eodem Anno die 14. Nov. huic Mensingo in Rectoratu Successor datus est M. ANDREAS MARTINUS, Collegiatus & Pastor ad D. Jacobum. Hoc anno cum Comitia agerentur Augustæ a Rege *Ferdinando* I. noviter electo Imperatore, pax in iis sancita est Religionis, exsequiæque factæ sunt *Carolo* V. & utrique Reginæ *Mariæ* Ungaricæ atque Anglicæ. Ad has autem exsequias non ingressi sunt Protestantium Legati, præter Electoris Palatini Legatum, qui tamen oblatam a Cardinale Augustano, qui Missam celebraverat, sacram Patinam noluit osculari, & ideo ille iratus exclamavit: *Si non vis benedictionem, habeas tibi maledictionem in æternum*, ut scribit *Abraham Bucholzerus in Chronicis*, & ex eo *Bucelinus in Germania Topo-Chrono-Stemmato-Graphica Sacra*

CXVII. BERNH. MENSING.

CXVIII. ANDR. MAR

Sacra & Profana, & quidem *in Annalibus Germaniæ p. 137.* ad hunc annum, *ubi Pacem de more dedisse Cardinalem, quam subterfugit Legatus*, scribit. Eodem etiam Anno Lubicensis Diœceseos administrationem post Cancellarii Danici obitum *Johannes Tidemannus* ex oppido Comitum Schawenburgensium Stathagen, cum Romæ antea septennium vixisset, & diu jam Lubicensis Collegii Decanus antea fuisset, iterum adeptus est. Sed ante exactum biennium d. 17. April. 1561. decedens, insigni pietatis exemplo, bona sua pauperibus, Utinensibus 4000. Lubicensibus 5000. marcarum, & aliis alia testamento legavit, uti tradit *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XX. p. 580.* Prodigiosam interim & nullo ævo auditam de Pseudo-*Martino Gallo* Historiam, quæ hoc tempore in Diœcesi Regiensi accidit, evolve, ac admirare summam hominis astutiam, apud *Wolff. Lect. Memorab. & Recondit. Centur. XVI. p. 762. seqq.* Anno qui sequitur CIↃIↃLX. M. ANDREÆ in Aprili Rectoratus est continuatus, inscripsit toto Anno CXV.

CXV. IDEM. & inter hos *Johannem Kellermannum* Rozstoch. nostrum Abavum Paternum Maternæ Lineæ postmodum Consulem ibidem, quo de in *Cap. IV. Lib. V. de Viris claris Natione Rozstochiensibus*; *Johannem Kittelium* & *Valentinum Schachtium*, Stargard. Pomer. Theol. D. & Prof. de quibus omnibus suis in locis. Confirmavit etiam hoc Anno peculiari mandato omnia Academiæ Rozstochiensis hactenus concessa Privilegia *Ferdinandus* I. Imperator Romanus, cujus Copias *Lib. I. ad Cap. IV. §. 6. sub Lit. P. in appendice Documentorum jam* adduximus. *Philippus* etiam *Melanchthon*, Brettanus, communis Germaniæ Præceptor ac fidelissimus *Lutheri* in reformandis Ecclesiis Parastata, moritur hoc anno Wittebergæ d. 19. April ætat. LXIII. Addimus adhuc Rectorem hujus Anni bybernum die 9. Oct.

CXX. MATTHÆUS RÖSELER. electum MATTHÆUM ROSSELER, Med. D. D. LL. Licent. & Prof. Juris, item Syndicum Reipubl. Rozstochiensis.

§. 51. De sexto nunc Seculi XVI. Decennio commentari incipimus, cujus in primis Rozstochiensis Academiæ Rectores, dein quid ubique locorum notatu dignum accidit, ordine commemorabimus.

CXXI. IDEM. MATTHEO itaque RŒSELERO Anno hoc CIↃIↃLXI. Rectoratus suus per hanc ætatem iterum fuit continuatus, ubi toto Anno Rectoratus inscripsit CLII. Postea per instans hyemale tempus electus & 24. Octobr. renun-

CXXII. LAURENT. KIRCHHOFF. ciatus est die Dionysii LAURENTIUS KIRCHHOFF J. U. D. Rector iterum Rozstockii in Academia, & tunc annotavit inscriptos XXXVI. Hoc ineunte anno magnus Principum Augustanæ Confessionis Doctrinam profitentium Conventus Neoburgi ad ripam Salæ celebratus fuit, ad quem cum Cæsarianis, Legati etiam Pontificis accurrerunt, & ad Tridentinum Concilium invitarunt, ludentibus tamen spem omnem & operam Acatholicis, *nihil sibi cum Pontifice negotii*, asserentibus. Quid autem de Religione tunc a Principibus conclusum fuerit, pluribus exponit *Chytræus Lib. XX. Chron. S. p. 585. seqq. Ebernhardus* etiam ex nobili vet. Saxoniæ Familia *ab Holle* natus, Lüneburgi ad D. Michaëlis Abbas, intercessione *Friderici* Daniæ Regis, & *Adolphi* Holsatiæ Ducis, Episcopus Lubicæ (& postea quoque Verdensis) vivente adhuc *Johanne Sudemanno*, sed intra secundum mensem defuncto, designatus est, quo de pluribus idem *Chytræus l. c. p. 590. 639. 647. & 830.* Moritur etiam in Suevia *Caspar Schwenckfeldius*, nobilis Silesius, Hæresiarcha versutissimus, qui singularia in Theologia Dogmata fovit, & Argentorati Doctrinam *Lutheri*, scriptis publicis impugnavit. Ejus Symbolum fuit: *Nil Christo triste recepto*, die 20. Dec. ætat. 71. Sequenti Anno CIↃIↃLXII. die Tiburtii D. LAURENTIO KIRCHHOFFIO continuatus est Rectoratus, inscripti CLX. & inter hos M. LUCAS BACKMEISTERUS, Lüneburgensis, noster Abavus, qui paulo ante Pascha Rozstochium venit, ex Dania ad Theologicam Professionem & Pastoratum Marianum vocatus, uti pluribus in ejus vita suo loco dicemus. Die Dionysii cum circa illud tempus actiones & deliberationes de statu Academiæ inter Illustrissimos Principes Magnapolenses & Senatum Rozstochiensem incidissent, ulterius in Rectoratu continuatus est idem D. LAURENTIUS, inscriptique ad finem Rectoratus in Mense Junio protracti LXXXVI. Quo anno die 30. Novembr. *Maximilianus* II. *Ferdinandi* Imperatoris filius solenni ritu, Rex Romanorum creatus fuit, de qua solennitate, ac tota piissimi ac nunquam satis laudandi hujus Cæsaris vita, peculiari in scripto jam alibi diximus. Moritur etiam hoc anno D. *Johannes Carnarius*, præstantissimus apud Ducem Holsatiæ *Adolphum* Medicus, quem *Virum excellenti eruditione, pietate & vitæ honestate* fuisse, Abavus noster D. *Lucas Backmeisterus* Senior *in Diario MSto* affirmat; Mortuus autem est florenti adhuc ætate, circa annum ætatis 40.

CXXIII. IDEM.

CXXIV. IDEM.

§. 52. Accedimus ad anni CIↃIↃLXIII. in Academia Rozstochiensi electos Rectores, cum enim fervente hactenus seditione inter Senatum populumque Rozstochiensem, disceptatio illa de Academia inter Illustrissimos Principes Dn. JOHANNEM ALBERTUM & Dn. ULRICUM, ac eorum Professores, & Senatum ac communitatem Rozstochiensem d. 11. Maji tandem feliciter composita esset, ita ut postea etiam d. 3. Junii ex utriusque partis Professoribus *Unum Concilii Corpus* constitueretur, eodem adhuc die Rector electus est Academiæ Magnificus DAVID CHYTRÆUS, Theol. D. & Prof. Primarius, qui tunc LXVIII. inscripsit, & in his multos præstantes Viros, qui tum Legati Regum & Principum Rozstochii erant ad componendum bellum inter Daniæ & Sueciæ Reges, quorum nomina ipse *Chytræus* adducit *Lib. XXI. Chron. Saxon. p. 621.* Instituta tunc quoque est *Mensa Communis in usum pauperum studiosorum*, die 18. Jul. Hanc autem *Chytræi*, tanquam Ducalis Professoris in Rectorem Academiæ Electionem urserant Literæ Principum, quæ die XIII. Aprilis hoc anno Rozstochium allatæ erant, quibus mandatum fuit; *ne alium Rectorem, quam ex numero Professorum, qui stipendio Principum aluntur, eligi permitterent Professores Principum; aut certe non sine communi consensu quemquam eligi paterentur, neve is, qui tunc erat Rector, diutius ma-*

CXXV. DAVID CHYTRÆUS.

neret; ſicut ſemeſtri uno diutius, quam debebat fieri, propter pendentem Academiæ litem, Magiſtratum illum geſſerat, ſed novus crearetur. Quodſi vero aliter fieret, Conſul eos nomine Principis proteſtari debere, quod alium ex ſuo numero Rectorem eligere vellent, atque id juſſu Principis coram omnibus ſtudioſis publice ſignificare ac teſtatum facere. Atque hæc omnia per D. *Simonem Pauli* & Lic. *Bocerum* Rectori ac Profeſſori Senatorio D. *Kirchbovio* fuere ſignificata, adhibitis Notario & teſtibus. Rector reſpondit, *ſe rem quamprimum ad Concilium deferre velle, petere vero, ut ſi quas haberent Literas a Principe eas exhiberent.* Cumque ſe non præſto habere dicerent, juſſit eos Rector ad ſequentis diei horam 3 pomeridianam ad Concilium adferre literas. Sequenti itaque die, qui erat 14. Apr. LX. Cives & alii multi ex præcipuis Civibus convocati fuerunt a Senatu, quibus propoſitum fuit Principum de Rectore & toto Academiæ negotio Poſtulatum, ac tum conſtitutum, ut poſt meridiem hora 3. quatuor Cives una cum Concilio audirent coram Poſtulata Principis, & literas Principis inſpicerent, quod factum eſt. Et tum reſponſum: Velle Concilium & alios ei adjunctos ſequenti hora 8. certi quicquam ad Profeſſores referre. Veniente ergo die 15. Apr. D. *Simon Pauli* vehementiſſimam Orationem in Senatum habuit in ipſo Concilii Conſeſſu, & inter alia addidit: *nolle nec Principes, nec ſe, qui Principibus eſſent addicti, oppreſſionem Senatus ferre, & ſi quid mali deinceps re non compoſita oriretur, ejus cauſam ſibi imputandam non eſſe &c.* Huic orationi a Conſulibus & Civibus per *D. Röſelerum* ſatis graviter reſponſum fuit, ac tandem in eam ſententiam itum: *Nolle Concilium alium eligere Rectorem, niſi re compoſita, & componi totam rem in proxima ſeptimana, Conventu civium habito, debere.* Verum hæc ipſa Senatus reſponſio in multas ſeptimanas producta eſt, Senatum hanc nimiam procraſtinationem in LX. Cives, illi contra culpam in Senatum retundentes, uti in literis ſuis ad Ducem *Ulricum* die 2. Maji de Academiæ negotio excuſatoriis datis, quibus & ſuos quoque Profeſſores Principum adjunxerant, pluribus probare voluerunt, quemadmodum hæc omnia & ſingula accurate in Diario ſuo MSpto annotavit Abavus noſter *Lucas Bacmeiſterus* Senior. Tandem die 11. Maji (uti jam ſupra diximus) Profeſſores Principum ad Senatum & Plebem in Templum D. Mariæ vocati, acceſſerunt, & tum Academiæ Actio tota, ſicut inter utriusque Partes Deputatos confecta fuerat, a Plebe approbata eſt una cum juramento Rectoris, quod Academiæ, Principibus, Senatui ac Civitati faciendum eſſet, cum qua transactione, quam *Formulam Concordiæ* poſtea vocarunt, *D. David Chytræus* die 12. Maji Guſtrovium ad illuſtriſſimos Principes profectus eſt, ad illius confirmationem & obſignationem impetrandam, rediitque die 15. Maji ex aula feliciter, ac Ducis *Joh. Alberti* aſſenſum in Cauſa Academiæ impetravit, nam Dux *Ulricus* tunc ad Regem Daniæ in Holſatiam fuerat profectus. Atque hæc quidem tranſactio eſt *Formula* illa *Concordiæ I.* cujus copiam *Lib. I. ad Cap. IV. §. 9.* *in Appendice ſub Lit. Q. 1.* jam adduximus, unde etiam petatur. Antea autem quam hæc transactio ſingulorum ſubſcriptionibus confirmata ac edita eſſet, ad reviſendum in Aulas Ducibus transmiſſa prius fuit, quam certis conditionibus ſe accipere velle reſponderunt. (Vid. *Abſchied der beyden Herren Herren Hertzogen zu Mecklenburg der entworffenen und* ad ratificandum *überſchickten* Formulæ Concordiæ *oder Vertrags der Univerſität und des Raths und deſſen Beſchluß betreffendt.* Lib. I. Cap. IV. § 7. jam adductam, appendici Documentorum ſub ſigno* inſertam.) Poſt litem itaque Academiam inter & Rempublicam Roſtochienſem conſcripta & approbata tunc Formula illa Concordiæ feliciter compoſitam, in majorem rei geſtæ fidem ac eorum quæ ſcripta eſſent, conſervationem perpetuam, ab utraque parte Profeſſorum & Senatus Urbis, ſe huic transactioni ſubſcripſere ſequentes: *Uff* Ratification *Unſer gnædigen Fürſten und Herren der Hertzogen zu Mecklenburg &c.*

David Chytræus Theol. Doct. (L.S.)	Simon Pauli D. (L.S.)	Joh. Beukij Juris Doct. (L.S.)	Johannes Bocerus U. J. L. (L. S.)
Ick Hinrick Goldeniz Bormeſter hebbe verſegelt up Ratification der ehrliebenden Borgerſchop. (L S.)		Ich Matthæus Roſeler L. uff Ratification der Bürger. (L.S.)	Albrecht Dobbin. (L.S.) Franz Quant. (L.S.)
Johannes Poſſelius Vice-Rector Acad. Roſtochienſis. (L. S)		Conradus Pegel. M. (L. S.)	Bernhardus Menſingus. (L S.)


De hac autem ſubſcriptione notamus, factam eam jam eſſe anno ſuperiore die quidem 23. Decembr. poſtquam omnes Actionis illius Articulos die jam 17. ejusdem Menſis conſcripſiſſent, poſt quorum omnium ſigillis utriusque partis confirmatam ac conſignatam ſubſcriptionem, eodem adhuc die D. *Chytræus*, D. *Bouckius* atque Licent. *Bocerus* ad Ducem *Ulricum* ſunt profecti, ad impetrandam dimiſſionem Coſ. *Thomæ Gerdes*, D. *Kommeri*, & aliorum, qui Guſtrovii Academiæ cauſa adhuc detinebantur: ita enim inter ſe convenerant Senatus & Principum Profeſſores in clauſula Transactioni adjecta: *In Fall aber der Beſtrickten und* Arreſt *Erledigung und D.* Kittels *Ausſöhnung, daß er zu Roſtock in des Raths Dienſtbeſtellung bleiben möge, bey V. G. Fürſten und Herrn nicht wäre zu erhalten, hat der Rath davon offentlich bedinget, und proteſtiret; bedinget hiemit zum ziehrlichſten und feuerlichſten, daß der Rath alsdann dieſen Vertrag zu halten, viel weniger zu vollziehen wollen noch ſollen verpflichtet und obligieret ſeyn.* Actum ut infra: In meo autem exemplari MSpto ſequentia quoque invenio adſcripta: *Obgeſchriebener* Notul *des Vertrags und* Concordien *in Sachen der Univerſität iſt auff* Ratification *Hochged. V. g. Landes-Fürſten und Herrn und dann Eines Ehrbaren Raths und Gemeiner Bürgerſchafft die Statt Roſtoch begriffen umb der zwey* Exemplar, *davon das eine beym ehrbaren Rath, das andere bey den Fürſtl.*

Pro-

adduximus, unde
quam hæc trans-
ibus confirmata
in Aulas Ducibus
rtis conditionibus
t. (Vid. *Abſchied*
zogen zu Meckle-
atificandum iber-
oder Vertrags der
deſſen Beſchluſſe-
m adductam, ap-
no* inſertam. Folt
& Rempublicam
approbata tunc
r compoſitam, in
rum quæ ſcripta
am, ab utraque
is, ſe hujc trans-
Uff Ratification
en der Hertzo-

ukio Johannes
oct. Bocerus
.) U. J. L.
(L. S.)
hæus Albrecht
L. uff Dobbin.
ion (L.S.)
er. Franz
Quant.
(L.S.)
s Bernhardus
d. Meningus.
(L.S.)
otamus, factam
die quidem 23
onis illius Arti-
lis conſcripſif-
illis utriusque
am ſubſcriptio-
traus, D. *Bou-*
Ducem *Uticum*
dimiſſionem Cof.
& aliorum, qui
uc detinebantur:
Senatus & frie-
Transactioni ab
ickten und durch
ſolution, dieſer
beſtellung bleiben
ſern nicht wäre
on offentlich be-
get kamen zum
ſs der Rath ab-
eviel weniger zu
richtet und ab-
In meo autem
noque invento
l des Vertrags
Univerſitat iſt
Landes-Fürſten
ren Rahts und
Roſtock begrif-
ewen das eine
y den Fürſtl.
Pro.

ad T. III. p. 1192.



David Chytræus
Mencingius. Theol. D. et Profeſſor. Primar.
et fere ſemiſecularis Roſtoch.
Theologus ſummus. Hiſtoricus et Philoſophus inſignis
Natus Ao. 1530. d. 26. Februar.
Denatus Ao. 1600. d. 25. Jun. ætat. 71.

I. M. B. ſc. F. F.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Professoren *durch des Raths und gemeldter Fürstl.* Professorn *des alten* Concilii *auff nachfolgende* Conditiones *unterschrieben, und versiegelt, alss nehmlich, dass die Fürstlichen* Professores *bey mehr Hochged. U. G. Fürsten und Herrn durch ihre unterthænige demüthige Vorbitte und* Interceſſion *unterthænig zu erhalten verhoffen, dass I. F. G. und sonderlich U. G. Hertzog Ulrich &c. die noch arrestirte Güter der Bürger und Einwohner dieser Statt und dann die drey zu Gustrow angehaltene Raths-Personen und Gesandten ohne Entgeltnuss losßgeben, und I. Fürstl. G. alle biss daher dieser Universitæt Sachen halben wieder den Rath gefassete Ungnade gnædiglich fallen lassen mögen:* Und wann er die Fürstlichen Professores unter Hochged. U. G. Herrn Hertzog Ulrichs Handzeichen und Pittschafft eine gnædige Obligation-Schrifft I. F. G. dem Rath zu Rostoch überantworten, des Innhalts, dass S. F. G. nach ingrossirtem und vom alten Concilio Universitatis und dem Rath versiegelten, und gæntzlich vollenzogenem solchem Vortrage, die arrestirte Güther und angehaltene Personen, alsbald und ohne Entgeltnuss des Arrests und Hafftung gnædiglich relaxiren wollen; hat sich E. E. Rath herwiederum verpflichtet die Notul gæntzlich und allermassen wie sich gebühret zu vollenziehen. *Es wollen auch die Fürstlichen* Professores *mit allem getreuen Fleiss, wie man sich dessen zu ihnen alss ehrlichen Leuten gæntzlich und unzweiffelhafftig versehen soll, darob und daran seyn, damit* D. Kittel *wiederum von J. F. G. Fürsten und Herrn Hertzog Ulrichen &c. zu Gnaden auffgenommen werde.* Datum *Rostoch den* 17. Decembr. Anno *nach Christi Geburth* 1562. Hactenus Exemplar meum MSt. Ad quæ Verba Lineis notata, D. D. *Chytræus* hac sua manu in margine adscripsit: *Diese* Obligation *unter beyder F. G. Siegel ist dem Rath vor 10. Wochen zugestellet worden: aber Sie habens, als fromme Leut gegen die Bürger nicht mit einem Wort gedacht, und viel ein andern Bericht gethan, als sich die Sach in Wahrheit verhælt.* Nihilominus tamen, cum omnes rixæ ac lites inter Academiam & Senatum nec non Duces ipsos Mecklenburgenses amice tandem componerentur, ac omnes partes læsæ *Formulam* illam sic dictam *Concordiæ* in omnibus approbarent, illique subscriberent, statim ipso die Pacificationis Cives Rozstochienses Principes Mecklenburgenses hujus rei per Literas certiores fecerunt, simul & pro tum liberalissima ac benignissima Academiæ Dotatione sua submissi gratias egerunt, cujus copias *jam Lib. II. ad Cap. III. §. u. sub Liter. M. in Appendice* insertas, hic non repetimus. Verum enim vero nondum acquiescere his omnibus volebant Senatus Populusque Rozstochiensis, sed Ducis etiam *Ulrici* consensum in hac re desiderabant (sicuti jam supra diximus) cum Captivorum & bonorum Civium dimissione; cujus & Fratris *Joh. Alberti*, non consensum tantum in formula negotii Academici, sed etiam utriusque Principis obsignationem qua totam Actionem confirmabant, domum reversus die 27. Maji secum tandem attulit D. *David Chytræus*; quare cum sequenti die 28. Maji Professores Principum hac de re cum Senatu agerent, *ut & ipse ac Cives Actionem Academiæ obsignarent*; Senatus & LX. Cives instarent, *sibi prius Principum literas tradi, quibus remitterentur bona Civium arrestata absque Compensatione, item obligatorias Literas Consulis* D. Thomæ Gerdes & *Senatoris* D. Laurentii Breiden, *item* D. Kommeri, (notamus autem, potuisse illos jam anno superiori die 24. Decembr. ex Ducissæ, D. *Chytræi*, D. *Bouckii*, ac Lic. *Boceri* interceſſione, qui propterea in Aulam profecti erant, liberos iterum fieri, nisi itineri jam accincti, forte adveniens tunc Ducis Johannis Alberti Tabellarius literas ad Fratrem *Uricum* attulisset) ejus non solum in Ditionem Megalburgensem ex Comitiis reditum significantes, sed etiam desiderantes, *Rozstochienses si nondum essent dimissi, adhuc detineri usque ad suum adventum aut mutuum inter se Fraternum Colloquium*; rursus itaque tunc jussi sunt in hospitio manere, & de novo manus stipulationem præstare coacti, quamvis D. *Kommer* tum dimissus fuerit. Sed hæc de allatis Ducis *Joh. Alberti* liberis tantum Techna *D. Boukii* fuit; cum enim ante hujus ac duorum ejus collegarum adventum dimissionem impetrassent captivi, ad certum tempus: *D. Boukius* ægre ferens, se nec adjuvante nec præsciente illud factum esse, effecit, ut rursus obstringerentur, dicens: *Intelligere tamen debere Rozstochienses, & se alicujus in Aula auctoritatis esse, quamobrem & se de talibus conveniri debere.* Uti ex ore *D. Davidis Chytræi* in suo *Diario MSpto* annotavit noster Abavus *D. Lucas Bacmeisterus* (e contra Professores Principum nec literas eas tum haberent, nec reddere etiam ex mandato Principis *Ulrici* ante confectam totam actionem; & institutam re ipsa conjunctionem possent, nihil tum a Senatu & Civibus impetrare potuerunt, quamvis plurimum in eo laborarent, & suam fidem atque obligationem promitterent. Sequenti die 29. Maji in Vigilia Pentecostes, post longam actionem inter Professores Principum & Senatum eo res deducta est, ut Senatus & quidam ex Civibus Actionem obsignarunt, cum obligassent se Professores Senatui ita, ut a Principe *Ulrico* literas istas omnes quamprimum peterent, (quod & factum est nomine Collegii per Doctorem *Simonem Pauli*, & *Lic. Clingium*, qui die 31. Maji Gustrovium profecti, eas sequenti die reversi, a Duce Ulrico attulerunt) & cum eas præsentes haberent, tum Senatui traderent, cum in Concilium Academiæ collocati, & tota Actio perfecta esset. Si vero Literas eas aut non impetrarent, aut non traderent bona fide, ut tum e Concilio rursus removererentur & pristinum Locum obtinerent. Tanti laboris ac difficultatis habuit hæc cum Senatu Urbis Actio Academica, antequam salutarem nacta fuerit eventum, ac pristinum Academia vigorem & statum suum, quæ omnia paulo altius quasi ab ultima antiquitate hic quoque repetenda esse necessario duximus. Præterlapso itaque statuto Rectoratus sui æstivalis tempore Dn. *Davidi Chytræo*, die 2. Octobr. electus, & die Lucæ seu 18. Octobr. renunciatus iterum fuit Rector hyemalis noster Abavus M. LUCAS

BACMEI-

CXXVI. LUCAS BACMEISTERUS, Lüneburg. Theologiæ Prof. Senatorius, de qua Electione ac Renunciatione sua ipse B. Vir sic scribit in Diario quodam MSpto: *Die 2. Octobr. hora 9. Concilium Academiæ convenit, Propositum inter alia Academiæ negotia etiam de Electione Novi Rectoris tum faciendi fuit, eo quod in proxima septimana, in quam dies Dionysii, quo juxta antiquum morem electio ea fieri deberet, incideret, quidam ex Consiliariis & fortasse ipse Rector, peregre ituri essent; Etsi autem Academiæ valde profuturum judicabamus, ut D. David* (Chytræus) *Rectoris munere etiam sequente semestri fungeretur, tamen aliis etiam causis gravibus consideratis, & præcipue* Concordiæ formula *sic habente & jubente, visum fuit, tum novum Rectorem eligere, qui constituto die vel Galli, vel si ita magis placeret, die Lucæ renunciaretur. Igitur communibus votis ac suffragiis omnium qui adfuerunt consentientibus, ego electus sum, cui electioni etsi repugnarem, tamen Voluntati totius Concilii tandem obtemperandum fuit, & major publicæ utilitatis quam privatæ molestiæ ratio habenda. Precor igitur æternum Deum, ut me in difficillimo isto munere suo Spiritu regat & confirmet, vires corporis & animi largiatur, ut ipsius gloriam, ac totius Academiæ salutem in hoc meo Magistratu provehan, & multis mihique Salutaria faciam per Christum. Amen. Die 18. Octobr.* Lunæ die Lucæ, quod felix & faustum sit, *publica* Renunciatio Rectoratus mei *facta est intra 8. & 9. in frequenti omnium Professorum & Studiosorum Cœtu. Post Renunciationem Professores omnes me in ædes meas deduxerunt, ubi prandio eos excepi, cui etiam duo Consules Dn.* Johannes von Hervorden, *& Dn.* Henricus Goldenifs *interfuerunt. Omnia in eo læta fuerunt. Deus & novum Magistratum & sequens vitæ Curriculum mihi lætum & salutare faciat. Nam simul & Natalem meum hoc die celebravi.* Hæc ille. Habuit autem tunc Rector Abavus noster *Orationem de dulcissima Imagine Filii Dei amissi & postea reperti in Templo inter Doctores in eo Loco, ubi Scholastica exercitia audiendo, interrogando, & respondendo habebantur;* quæ cum aliis adhuc ineditis penes me est. Postea in ipso hoc Rectoratu suo disputavit Rector pro Licentia anno quidem 1564. die 22. Apr. & 4. Maji in *Doctorem* promotus est, uti *Lib. VI. Cap. I. de iis qui in qualibet Facultate ex Academia Rozstochiensi prodierunt seu creati Doctores & Magistri,* suo loco paulo plenius dicemus. In hoc autem suo Rectoratu Primo inscripsit LXV. Sed addimus adhuc de hujus Abavi nostri in Concilium Academiæ receptione, prouti de illa sua manu in *Diario* sæpius citato *MSpto* sequentem in modum commemorat; *Ego,* inquit, *hoc die (3. Junii 4) hora II. vocatus fui in officinam Scribarum. Propositum mihi fuit a Senatu & LX. Civibus, transactum esse Dei beneficio Academiæ negotium,* & Concilium ex Principum & Senatus Professoribus conjungi debere *hora 3. pomeridiana, ideoque cum & ego munere docendi nomine Senatus & Civitatis in Academia fungerer, velle Senatum & Cives me quoque Concilio Academiæ interesse, & publicam Scholæ & Reipublicæ utilitatem meo loco adjuvare, utque id oneris non gravate susciperem, petebant:* Respondi: *Etsi Ecclesiastica Functio mihi satis difficilis & gravis incumberet, & intelligerem, me vix illi nedum etiam alteri, quod nunc mihi imponeretur, parem esse, tamen cum hactenus in Academia docuissem ea, qua potui, fide & diligentia, & in Professorum numerum constitutus essem, nolle me meo loco deesse publicæ utilitati, petere vero me hæc duo a Senatu & Civibus,* primum *ut cum susciperent vocandi & retinendi viros eruditione & auctoritate præstantes, qui vel pares vel non multo inferiores essent iis, qui Principum stipendio aluntur: cumque nunc D.* Rittelius *sit discessurus, prospiciendum esse, ut alium Theologum habeat Senatus, qui ei succedat, me enim unum Loco Theologico non sufficere. Reliquos quos habeant Viros doctos & honestos, non a se alienent, sed omni benevolentia, honestis stipendiis & officiis retineri studeant.* Secundo, *cum etiam sæpe quædam incidant, & fortasse incidere possent, in quibus per invidos aut æmulos periculum mihi meisque Collegis, excitari posset, præsertim cum quædam dicerentur vel agerentur, quæ pro commodo Reipublicæ, cum illud aliunde impeteretur, fierent, & tamen nobis ea agenda essent, quæ ad salutem & utilitatem publicam pertinere existimaremus, cupere, daß auch ein Rath und die Bürger über ihre Diener getreulich hälten wollen, alioquin me nolle Concilio Academiæ interesse. (Nam exemplum D.* Rittelii *me multosque alios terruit) Postremo Gratiarum Actionem ad Deum & precationem pro felici auspicio horum negotiorum addidi. Responsum est mihi a Consule nomine Senatus & Civium; Sibi gratam esse voluntatem meam promtam ad publicam Scholæ & Reipubl. utilitatem adjuvandam. Velle se quoque semper id dare operam, ut homines eruditione & auctoritate præstantes in Academia pro sua Parte habeant. Velle se etiam tueri suos Professores & Ministros in omnibus honestis & piis consiliis ac conatibus pro sua virili, imo mit Leib und Gut. Atque ita petitioni ipsorum assensus sum. Hæc Bacmeisterus.*

§. 53. Anno CIↃIↃLXIV. die 5. Aprilis in Loco Concili de novi Rectoris Academiæ Rozstochiensis Electione actum est; cum enim proxima septimana, in quam dies Tiburtii incidit, quo usitate fiat electio (verba sunt B. nostri Abavi in Diario MSpt.) Juris Consulti abfuturi sint omnes fere in conventu Wismarienfi, visum est, eam jam fieri, & postea etiam suo tempore deliberari, ut quia quotannis hi Conventus fiant, alius electionis dies constituatur. Electus est autem omnium suffragio & consensu D. JOHANNES BOUKIUS, Hamburg. J.U.D. Consiliarius Principis Megapolitani UDALRICI, cujus renunciatio dein publice facta est die 27. April. & Promotor ei additus M. *Johannes Posselius.* Postea Rector Convivio omnes excepit. In hoc suo Rectoratu æstivo Rector LXV. inscripsit. Hoc Rectore cum bella inter se gererent Daniæ & Suecorum Reges, & Lubicenses a Parte Danorum starent (ad quæ componenda multi Imperatoris, Regum, Electorum, Principum ac Civitatum legati quoque Rozstochii tunc commorabantur) navale

CXXVII. JOHANNES BOUKIUS.

Prælium

Prælium inter Classem Regis Daniæ & Sueciæ ac Lubicensium habitum est d. 30. & 31. Maji ad Insulam Bornsholmiam, cumque Danica Classis discederet, soli Lubicenses persistebant ad sequentem usque diem, quo ita eis fortuna favebat, ut Suecorum navem Prætoriam, quæ superbum nomen *Martis* vel *Mackeloß*, quod similis illi nulla extaret, habuit, una cum Præfecto *Jacobo Bagge* ceperint, quæ navis ducenta tormenta vehebat, quæ tamen omnia, nave in mediis undis conflagrante, in profundum maris desederunt. Ammiraldus, sive Archithalassus & alii Duces Classici, Capitanei vulgo dicti, tunc quoque a Lubicensibus capti sunt, quorum una etiam navis submersa est. Atrox id prælium fuit, aliquot centeni periisse in navi Suecica occupata a Lubicensibus (ut de damno, quod aliquot centum millia florenorum pretio æstimatum est nihil dicam, vid. *Beutherum Part. V. sub finem der Außerlesenen Chronick, p. 825.*) ferro & igne ferebantur. Sub hujus etiam *Bukii* Rectoratu die 15. Maji paulo post VIII. matutinam placide expiravit M. *Matthæus Judex*, exul hactenus Jenensis, qui V. Nonas Majas sive IV. Maji Rostochium venerat, ut cum aliis Viris Theologis & Politicis publicum Promotionis Actum Doctorum in Theologia creatorum M. *Lucæ Bacmeisteri* Sen. Abavi mei, M. *Wolffgangi Peristeri*, & M. *Josiæ Reichii*, Theologiæ Licentiati, nec non V. Baccalaureorum in Theologia simul proclamatorum sua quoque præsentia ornaret. Hic sequenti statim die 5. Maji gravi morbo correptus, periculose in ædibus Dn. *Casparis Leunculi* ægrotare coepit, totum se ad migrationem in Coelestem Academiam & Patriam composuit, ac animum piis Colloquiis & sermonibus erigens, Coenæ Dominicæ usum toti morbi tempori b s adjunxit, præsentique ac læto animo exitum ex hac vita exspectavit, & morbi insultavit, quæ tandem, uti jam dixi, post decimum morbi diem die 5. Maji, oculis in Coelum sublatis insecuta est placidissima ac quieta mors, funusque ei factum est die 16. Maji, in Templo, quod D. Jacobo sacrum est, in celebri & solenni frequentia, ac pompa funebri, præsentibus etiam Socero ejus ac D. *Wigando* Wismaria sepultus liberis sumti bus, cui D. *Simon Pauli* concionem funebrem habuit ex *Apocal. Cap. XXI.* Fuit autem hic *Matthæus Judex* natione Misnicus, Dippolswaldiæ natus, minime vero Magdeburgi, uti perperam scribit *Joh. Christianus Olearius Rer. Thuring. Synt. pag. 211.* Magdeburg. primum ad D. Ulricum Pastor, ubi anno 1550. cum Collegis & Collaboratoribus potioribus *Matthæo Flacio Illyrico*, *Johanne Wigando*, *Basilio Fabro*, & *Andrea Corvino*, Centurias ita dictas Magdeburgicas, sive *Historiam Ecclesiasticam* inde a nato Christo ad sua usque tempora concinnavit. Vid. *Majus in Commentar. ad Joh. Henr. Boecleri de rebus Secul. XVI. post Cb. N. Librum memorialem p. 478.* Exinde 1560. *Judex* Jenam vocatus est, ibidem XI. a fundatione Academiæ Theologiæ Professor constitutus, Collegas in Facultate habuit D. *Simonem Musæum*, *Johannem Wigandum*, & *Matthæum Flacium Illyricum*, quibuscum Colloquio Viennensi interfuit. Jenæ autem *Judex* per bien-

nium tantum commoratus est, ob *Syncretismi* namque *Strigeliani* comprobationem anno 1562. cum supra laudatis Collegis suis ejectus, & Magdeburgi Wismariæ cum *Wigando* vixit, donec tandem, uti jam dictum, Rostochii vitam cum morte commutavit Vir propter eruditionem & eximia in Ecclesiam merita condecoratissimus, de quo M. *Adamus Bayer* in Syll. Prof. Jenensium sic olim cecinit:

Theologus verus, Christi fidusque Minister,
Veris Theologis Christophorisque venit
MATTHÆUS JUDEX: *Libri testantur id ejus,*
Qui Coeli & veræ mel pietatis habent.

Eodem anno die 17. Octobris in loco Concilii Academici, quod convenit hora nona, electus est iterum novus Academiæ Rostochiensis per instans hybernum Rector, ac post longam deliberationem absente *D. Kirchhofio* incertum, quo tempore redire ex longissima profectione CXXVIII.
posset, electus est MATTHÆUS ROESELERUS, MATTHÆUS
Med. D. & LL. Licent. cui Promotor additus RÖSELER.
fuit D. *Simon Pauli*, isque absens electus fuit. Rectoris autem istius renunciatio publice facta est die 26. Oct. 4 & habuit is orationem elegantissimam *de Scholastico* bono secundum Methodum dialecticam, & postea omnes Collegas suos in prædio laute tractavit. Inscripsit LV. Sub hoc Rectore adhuc die 18. Apr. anno 1565. post meridiem hora II. Consules IV. introduxerunt Rectorem & IV. Consiliarios ipsi adjunctos *in locum mensæ communis in Templo S. Johannis* a Senatu attributum. Oeconomus juramentum præstitit Rectori, & Senatui in loco Concilii. Eod. a. CIↃIↃLXV. die Tiburtii, qui est 14. Apr. convenit Concilium Academiæ, & novus tum Academiæ Rector iterum electus est GERHARDUS NENNIUS. Sleidanus, Art. & Med. D. & Prof. cujus publica renunciatio facta est die 28. ejusdem mensis, eique Promotor adjunctus est noster Abavus D. *Lucas Bacmeisterus*; post renunciationem novus Rector splendido convivio Professores omnes excepit. Sub hoc Rectore immanis pestis grassata est Rostochii, qua tandem in Julio dissipata fuit Academia; septem Professores, *Joh. Tunnichæus*, Medicus, *Henricus Strevius*, Theol. L. & Profess. Senator. *Janus Bocerus*, P. L. & Poëseos Prof. *Ebernhardus Losmann*, *Joachimus Reimari*, Professores Juris. *Josephus Würzler* Med. Lic. ac Phys. Prof. *Petrus Sasse* filius *Petri*, Cons. Wismarensis, Professor Regentialis, & *Johannes Sommerfelt*, Academiæ Secretarius, mortui sunt cum 48. studiosis, in urbe autem e Civibus 10000. admodum exstincti fuere. Inscripsit usque ad dissipationem Rector LXXVIII. Nam plures circa illud tempus Rostochium confluebant, apparuitque frequentem factum fuisse Coetum Scholasticum, nisi Pestis incidisset. Die dein Dionysii & Galli publicatus est M. CONRADUS PEGEL, Wismar. Academiæ per hyemem CXXX. CONR. PEGEL.
Rector jam decima vice, cum jam aliquantulum Pestis sævitia remisisset, & Coetus Scholasticus paulatim rursus colligeretur, & tunc XXVI. inscripti sunt. Sub hoc Rectore Rostochium obsessum fuit a proprio Principe JOHANNE ALBERTO propter dissensionem intestinam in urbe

inter Cives & Senatum, & Dux post decimum obsidionis diem certis conditionibus in urbem cum parte exercitus intromissus est die 28. Oct. de qua obsidione *Lib. I. C. V. §. 1. & 2.* jam diximus, & ulterius quoque dicendi dabitur occasio inf. *Cap. II. & ultimo Lib. VI.* hujus historiæ, *de urbis & Academiæ memorabilibus.* Magnæ autem tum sunt mutationes secutæ, urbi libertas adepta, arx ædificata, ingentes exactiones impositæ &c. Paulo post die 6. Decembr. *Collegium Philosophicum* conflagravit, oritur autem incendium vesperi circa horam decimam. Die 7. Octobr. *Johannes Mathesius*, Pastor in Valle Joachimica, & *Luthero* olim a Confessionibus, pie obiit, nec non *Nicolaus Ambsdorfius*, Nobilis Mysnicus, Hamburgi decessit: *Petrus Paulus* item *Vergerius*, de quo jam supra diximus, cum per aliquot annos in hac nostra Eberhardina ob Evangelii doctrinam exul vixisset, hoc quoque anno die 4. Octobr. obiit, cui Epitaphium, in hoc nostro Templo, S. Georgio dicato, prope Altare positum est sequens: *Epitaphium Reverendissimi in Christo Patris ac Dn. Dn.* PETRI PAULI VERGERII *olim Episcopi Justinopolitani, Evangelicæ veritatis amore in Exilio mortui, Tubingæ 4. Octobr. An. 65.*

Hac ego sum PETRUS PAULUS, *cognomine gaudens*
VERGERII, *sancta contumulatus humo,*
Qui Justinopoli dicebar Episcopus olim
Legatus fueram Regna per ampla Papæ.
Attamen abjecto nudus, quem quærit honorem
Cum vera amplexus sum Pietate Fidem.
Sic potius volui pius Exul in orbe vagari,
Quam Præsul Patriis impius esse Locis. (bam,
PETRUS *eram primo, quia Te, bone Christe, nega-*
PETRUS *eram pascens post Tibi Christe, gregem.*
PAUL *geram, quia Te contra, bone Christe, fremebam,*
PAULUS *eram, pro Te Christe, ferendo Crucem.*)
VERGERIUS *merito vergens dicebar ad Crucem,*
VERGERIUS *vergens dicar ad Astra Poli.*
Quisquis es, in Christi meritum qui fidis, ad
Accedens nostram talia Vota feras: (urnam
VergerIVs, fVerat qVI CLarVs epIsCopVs
Ex IVstInopoLI VIVat In ArCe poLI, (oLIM.

§. 54. Pergimus ad Annum CIↃIↃLXVI. quo in Academia Rozstochiensi die 18. Apr. electus, die autem 28. ejusdem publice renunciatus fuit Rector SIMON PAULI, Theol. D. & Pastor ad Jacobum, quo Rectore die 12. Augusti inchoata est magnis molestiis & difficultatibus *Domus Collegii ambusti instauratio*, multo splendidior, ac commodior, quam prima ejus structura ante incendium fuerat; ad cujus etiam ædificationem mense Januario Senatus Rozstochiensis sexaginta magnos arborum truncos largitus est, & die 12. Maji, qua instituta *Mensa Communis*, Consiliarii utriusque Principis contulerunt aliquot tegularum millia, & die 26. Julii Dux *Johannes Albertus* 300. florenos & 26. magnos arborum truncos, cujus pecuniæ summam quoque ad ejus ædificationem cum sexaginta arborum truncis die 12. Septembr. clementissime contulit Dux *Udalricus*, & die 27. Sept. ad pertexendam illius inchoatam instaurationem Vir Nobilis *Johannes Holsten*, 100. florenos certis conditionibus Academiæ dedit: Indicabant vero prioris ædificii dispositio, & insignia Nobilis Familiæ *Buloviorum*, quæ parieti seu muro anteriori, in rei memoriam affixa asservantur, *hanc Collegii Domum ante Academiæ Fundationem fuisse sedem & sacellum Episcopi Suerinensis.* Nam quatuor ex *Nobili Buloviorum* familia Suerinenses Episcopi fuerunt, *Gotfridus* sc. *de Bulow*, an. 1291. electus, regnavit annos 23. ob. anno 1314. *Ludolphus Bulow*, 1331. electus, octo annos regnans ob. 1339. cui statim successit ejus frater *Henricus*, & post octo annos decessit 1347. quem tandem 1365. excepit *Fridericus II. Bulow*, qui per decem Annos Episcopatui præfuit, mortuus tandem anno 1375. Ita docente *M. Bernhardo Hederici in Chronico Suerinensi.* Horum enim omnium sepulturæ Suerini conspiciuntur. Verum hæc obiter. Sub hoc autem Rectore *Simone Pauli* (cum coetus docentium & discentium horribili peste, bello, fame, & Domus hujus Collegii incendio dissipatus antea fuisset) Academia Rozstochiensis quasi revivisce coepit, inscripsit enim tunc CI. Antequam autem se abdicavit Magistratu D. *Pauli*, die 26. Octobr. Senatui Academico promittere debuit, se inchoatam Domus Collegii instaurationem & ædificationem pertexere velle, quod & fecit. Postea mense Novembri electus, & die 18. ejusdem mensis renunciatus est Rector Academiæ hybernalis M. JOHANNES POSSELIUS, Parchimensis; hæc electio & renunciatio extracta est longius, quod jam antea justo tempore alius erat electus, (credo M. *Andreas Weslingius*) quem propter incidentes aliquas causas postea Concilium repudiavit, antequam fieret renunciatio. Inscripsit autem Posselius XLII. inter quos *Johannes Borcholt*, Nobilis Patricius Luneburgensis, & J. U. D. ad Syndici munus in Republica & Professoris in Academia huc a Senatu urbis vocatus, de quo suo loco plura. Hoc etiam anno die *Simonis Judæ*, qui erat 28. Octobr. *Funckius*, *Schnell & Horstius*, de his *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XXI. p. 631. & 32.* publice decollati sunt Regiomonti in Prussia, unde versus:

Simonis Judæ Schnell, Funck, Horst, *interiere:*

Et *Funckius* quidem hoc Distichon ante mortem recitavit prudentissimum:

Disce meo exemplo mandato munere fungi,
Et fuge ceu Pestem τὴν πολυπραγμοσύνην.

Sequenti anno CIↃIↃLXVII. die 14. Apr. electus & 26. ejusd. publice renunciatus est iterum Rector Academiæ Rozstochiensis, DAVID CHYTRÆUS, Theol. D. & Prof. Primarius Ducalis, qui Matriculæ Academicæ tunc inseruit LXXXV. & inter hos *Henricum Brucæum*, Medic. D. ejusd. & Sup. Mathemat. Prof. Ducal. vocatum, de quo *in Class. III. Professorum Medicinæ.* Excepit autem tunc Chytræum in Rectoratu hybernali, qui die 15. Octobr. electus, & 27. ejusdem mensis renunciatus fuit LUCAS BACMEISTERUS, Theol. D. Prof. & Pastor ad D. Mariæ, cui Promotor adjunctus est D. *Fridericus Heine.* Inscripsit autem XXXIII. Eo Rectore obiit M. *Conradus Pegelius*, senex idib. Novembr. cum ann. LIX. in Academia ibidem docuisset, & gubernationi ac Consiliis publicis præfuisset, nam Professor Regentialis factus erat

CXXXI. SIM. PAULI.

CXXXII. JOH. POSSELIUS

CXXXIII. DAV. CHYTR.

CXXXIV. LUC. BACM.

certis conditioni-
nant vero prioris
Nobilis Familiæ
muro anteriori, in
ur, *hunc Collegii*
*tionem fuisse fa*ctum
r. Nam quatuor
Suerinenses Epi-
Bulow, an. 1291.
anno 1314. *Ludol-*
annos regnans
ejus frater *Hen-*
it 1347. quem tan-
Bulow, qui per
fuit, mortuus tan-
Bernhardo He-
um enim omnium
r. Verum hæc
e *Simone Pauli*
ntium horribili
jus Collegii in-
cademia Rostho-
inscripsit enim
dicavit Magistra-
natui Academico
n Domus Collegii
a pertexere velle,
Novembri electus,
nciatus est Rector CXXII.
ANNES POSSELIUS, *Rostoch.*
enunciatio extra-
ea justo tempore
dreas Weslingii)
as causas postea
m fieret renun-
lius XLII. inter
Patricius Lüne-
nunus in Repu-
uc a Senatu ur-
ra. Hoc etiam
rat 28. Octobr.
de his *Chytræus*
32. publice de-
ſia, unde versus:
, Horst, *interior*
chon ante mortem

munere fungo
Ἀυτοφαγίαν.
4. Apr. electus &
est iterum Rector CXXIII.
VID CHYTRÆUS, DAN. CHYTR.
calis, qui Matri-
LXXXV. & inter
D. ejusd. & Sup.
n, de quo in Cla-
Excepit autem
ybernali, qui die
m mensis renun- CXVII.
s, Theol. D. Prof. ANN. POS.
or adjunctus est
autem XXXIII.
Pegelius, senex
n Academia ibi-
Consiliis publi-
gentialis lectus
erat



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



erat jam anno Christi 1508. uti suo loco pluribus audiemus. Hoc etiam anno *Wilhelmus Grumbachius*, Nobilis Francus, Proscriptorum a Cæsare Princeps, & *Christianus Brück*, J. U. D. Cancellarius *Johannis Friderici* Ducis Saxoniæ, qui fastu plusquam humano turgens, superioribus annis multos bonos & innocentes viros, & in his pios Ecclesiæ Ministros crudeliter persecutus fuerat, vivi in quatuor partes dissecti, & ad quatuor urbis plagas in viis publicis suspensi sunt. Hafniæ etiam *Justus Jonas* JCtus, Theologi Magni *Justi Jonæ* Filius, & Prof. olim Academiæ Leucoreæ in Saxonia, eo quod conjuratus socius *Grumbachii* fuisset, & profugus hinc Patriæ in juventute sua Patrem suum semper despexit, ac sæpius dicere solitus est: *Me oportebat magni Regis Filium esse, non Theologi;* condignam ergo tulit ille poenam quarti Præcepti: cum in Sueciam scilicet tenderet, in mari captus, ac Hafniæ jussu Electoris Saxoniæ decollatus est, cum paulo ante mortem hoc distichon recitaret:

Quid juvat innumeros scire atque evolvere Casus
Si facienda fugis, si fugienda facis.

Addimus & hoc, Abavum Nostrum, antequam Rectoratum suum deposuit, *orationem* habuisse *de Academiæ Rozstochiensis fundatione, ejusque variis fortunæ vicissitudinibus*, ubi simul *potiores Ritus, qui a Majoribus accepti, usitate in Novi Rectoris designatione & in aliis publicis Academiæ Congressibus seu Actibus usurpari solent, breviter recensuit & explicuit*, quæ cum aliis ejus scriptis apud nos adhuc inedita latet.

CXXXV. THEOD. SIN.

§. 55. *Bacmeisterum* in Rectoratu Academiæ Anno CIↃIↃLXVIII. excepit FRIDERICUS SEIN, J. U. D. & Consil. Illustriss. Principis Megapol. *Johannis Alberti*, a quo die 14. Apr. electus, & 23. ejusdem mensis publice renunciatus fuit, numeravit autem inscriptos LXXIII. sub cujus Rectoratu *Martinus Chemnitius* Ecclesiæ Brunsvicensis Superintendens, ac Theologus celeberrimus, in Academia Rozstochiensi inscriptus, simulque infrequentissima Literatorum corona, & exterorum quoque, qui confluxerant, præsentia, Decano Facultatis Theologicæ *Simone*

CXXXVI. JOH. BORCH. *Pauli*, D. declaratus fuit *Theologiæ Doctor*. Hyemalis autem Rector die 9. Octobr. electus & 18. ejusdem renunciatus est JOHANNES BORCHOLD, Lüneburg. J. U. D. & Prof. Senat. sub quo inscriptus est *Petrus Memmius*, Herendalius Belga, Artis Medicæ Doctor, & ad eam Professionem, & Physici Reipubl. officium receptus a Senatu Rozstochiensi. Ad summum tunc inscripti sunt LXV. Quo anno die 28. Decembr. mortuus est incomparabilis Heros ac Princeps Würtembergicus CHRISTOPHORUS, cujus vitam omnibus numeris condecoratissimam ac laudabilissimam sistit *Narcissus Schwelin in der Würtembergischen kleinen Chronick a pag. 199. ad 291.*

CXXXVII. BRUCÆUS. Sequenti Anno CIↃIↃLXIX. die 10. Maji electus, & 14. ejusd. Mensis renunciatus est novus Academiæ Rozstochiensis Rector HENRICUS BRUCÆUS, Alostensis Belga, Med. & Philos. D. & Prof. ejusdem ac Mathem. Superior. Ducalis, a quo annotati XLVI. & inter hos *Michaël Grassus*, Treptoviensis Pomeranus, postea J. U. D. Professor in Academia & Cancellarius in Aula Mecklenburgensi, suo loco inter Professores Juris laudandus. Post *Brucæum* hybernalis Rector iterum constitutus est die quidem 2. Octobr. electus & 11. ejusd. renunciatus M. JOHANNES POSSELIUS, Græcæ Linguæ Professor, & tunc non nisi XXIII. inscripsit. Floruit hoc quoque tempore *Franciscus Turianus*, Cremonensis, qui fuit insignis Astronomus, ac per instrumenta *Carolo* V. Imperatori octavum Cœli motum ostendit, quo cum & prius collocutus, statim ad Saxonicum bellum profectus est, in quo Saxo fuit captus, uti supra audivimus; idque quasi futuræ victoriæ præscius Cæsar feciisse putatur. Addimus adhuc Anni CIↃIↃLXX. Academiæ Rozstochiensis Rectores, quorum æstivalis Calendis Aprilis electus, & die 7. ejusdem mensis renunciatus fuit D. SIMON PAULI, Sverinens. Theol Prof. Ducalis & Pastor ad D. Jacobi, auxit ille Matriculam XC. quorum in numero *Wilhelmus Laurenbergius*, Salingensis prope Coloniam, postea Medicinæ Professor, suo loco adducendus: Hybernalis autem die 12. Octobr. renunciatus fuit M. VALENTINUS SCHACTIUS, Stargard. Pomeran. Theol. Prof. Senator. qui tantum XXXVII. inscripsit. Hoc anno die 11. Sept. Stuttgardiæ pie ac placide decessit *Johannes Brentius*, Senior, Præpositus Ecclesiarum & totius Würtembergiæ Ducatus, Wilæ in Suevia natus, qui in Salinis Suevicis & post interimistica tempora in hoc Ducatu Würtembergensi puriorem Evangelii Doctrinam sua voce & scriptis sedulo propagavit, ac præsentem Ecclesiarum & Scholarum in Monasteriis Ducatus ordinem constituit, deque tota Christi Ecclesia immortaliter est meritus, ætatis autem erat LXXII cum moreretur, de quo præter *Adami*, *Freberum*, *Crusium* & *Seckendorffium*, peculiarem *de obitu ejus orationem* in nostra hac EBERHARDINA habuit *Jacobus Herbrandus*.

CXXXVIII. JOH. POSSELIUS.

CXXXIX. SIM. PAULI.

CXL. VALENT. SCHACHTIUS.

§. 56. Accedimus nunc ad VII. Seculi XVI. decennium, ubi hoc Anno CIↃIↃLXXI in fastis Rectoralibus Academiæ Rozstochiensis supremum Academiæ istius Caput seu Rector d. 31. Martii electus, & 22. Apr. introductus fuit LAURENTIUS NIEBUR Hamburg. J. U. Lic. & Prof. Juris Ordin. Ducal. annotavit ille in Matriculam LXX. Et in his fuit M. *Marcus Hassæus*, Havelberg. postea Terentiis Pædagogiæ & Ethices Professor in Academia constitutus, quo de *in Classe IV. Sect. II. Cap. I. §. 4. Lib. V.* pluribus. Successit die 15. Octobr. novus iterum electus Academiæ Rector, qui die 17. ejusdem renunciatus est MARCUS LUSCHOVIUS, Rozstochiensis, J. U. D. & Prof. Senatorius, qui tunc XLVIII. inscripsit; quo anno victoria navalis clarissima, per Christianæ Classis fœderatorum Duces *Johannem Austriacum*, *Columnam*, & *Sebastianum Venerium* de Turcis, qui universum Cypri Regnum, Famaugusta Metropoli die 2. Augusti capta, debellarunt in sinu Corinthiaco parta est die 7. Octobr. ubi Turcæ victi ac profligati, prætoria vi expugnata, *Hali Bassa* trucidatus, & aliquot millia captivorum ex Christianis Gentibus, qui remos in Classe Turcica ducebant, liberata sunt: *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XXII. p. 669.* Multæ quoque & magnæ inter Theologos A. C. controversiæ ob editum Catechismum

CXLI. LAUR. NIEBUR.

CXLII. MARC. LUSCHOVIUS.

techiſmum Wittebergenſem ortæ ſunt hoc anno: Rozſtochii etiam tunc expiravit *Collegium Canonicum*, & *Conſiſtorium Ducale* ejus loco iterum conſtitutum, & dignitates ac reditus Canonicorum Conſiſtorialibus ſeu Adſeſſoribus Conſiſtorii a Sereniſſimis Ducibus Mecklenburgenſibus adjudicatæ ſunt. Subſequenti Anno CIↃIↃLXXII. die 11. Aprilis electus & 19. ejusdem introductus

CXLIII. BARTHOL. CLINGIUS.

BARTHOLOMÆUS CLINGIUS, Confluentinus, Art. Mag. & J. U. Licent. Profeſſor Dialectices & Rhetoricæ, qui tum CXLVII. inſcripſit, & inter hos *Matthæum Flacium Illyricum*, poſtea Med. D. & Profeſſ. Ariſtotelicum in Phyſicis factum: Item *Winboldum Siebrand*, Rozſtochienſ. poſtea J. U. D. & Conſiliarum Ducis *Ulrici*, Megapol. *Lib. V. Cap. IV. de viris claris natione Rozſtochienſ.* aſſociandum. *Clingii* autem Succeſſor in Rectoratu hybernali 15. Octobr. electus,

CXLIV. PETR. MEMMIUS.

& 4. Novembr. publice proclamatus fuit PETRUS MEMMIUS, Med. D. & Profeſſor ac Phyſicus Reipublicæ Rozſtochienſis, cujus electio & renunciatio diutius protracta eſt propter abſentiam D. Petri, in Dania, quo una cum Illuſtr. Principe *Ulrico* Megapolenſi, (cujus & poſtea etiam Regis Daniæ *Friderici* II. Archiater erat) qui filiam ſuam unicam *Sophiam* Daniæ Regi *Friderico* II. connubio jungebat, diſceſſerat: In hoc autem Rectoratu Matricula Academica LVI. aucta fuit. Moritur hoc anno Menſe Majo, Papa *Pius* V, quo de quidam ita cecinit:

Papa PIUS QUINTUS *moritur, res mira, tot inter*
Pontifices tantum QUINQUE *fuiſſe* PIOS.

Id quod Dn. M. Joh. *Pomarius in Continuatione Chron. Saxon. p. 745.* ita expreſſit:

Papa PIUS QUINTUS *non re, ſed nomine talis*
Occidit, ea avis eſt rara, ita Papa PIUS.
Nam ſi Pontificum e numero, ſolummodo, tanto
Nomine dicuntur QUINQUE *fuiſſe* PII.
An quoque re vera vitaque probante, tot inter
Pontifices unum vere fuiſſe Pium.

Laniena quoque Pariſienſis Papæ inſtinctu hoc anno die Bartholomæi peracta eſt. Cum enim *Carolus* IX. Rex Galliarum plurimos annos contra Proteſtantes bella geſſiſſet, nec tamen expugnare aut opprimere illos potuiſſet: Pontifex Romanus hoc ei Conſilium dedit: *Stultum eſſe diu belligerari cum iis, qui nullo negotio ſubito queant interimi.* Jubet igitur eum ſimulare ſtudium Pacis, quodque liberam cuique velit relinquere religionem, & tanquam in fœderis perpetui confirmationem deſponſare ſororem ſuam Regi Navarræ, atque ad nuptias invitare omnes Evangelicos, quod ſi vero compareant, celebrare cum ipſis veſperas Bojarianas, & Sicilianas. Obtemperavit igitur Papæ Rex, & ejusmodi Laniena decoratæ ſunt ab ipſis nuptiæ, ut illa nocte & ſubſequentibus aliquot diebus Pariſiis & per totam Galliam multo plures, quam centena millia hominum utriusque ſexus horibili crudelitate fuerint interfecti. De his nuptiis ſeu veſperis *Theodorus Beza* jam ante præfagiit in *Epiſtola p. 68.* dum ita: *Amiſimus Navarrenam, quanti pretii fœminam? & quidem eo tempore, quo maxime juvare nos & potuit & voluit. Apparantur nuptiæ, mihi plane ſuſpectæ, in Salomonis ipſius ſapientiſſimum exemplum intuenti. Ex Wolff. Lect. Memorab. & Recondit: Centenar. XVI. p. 898.* Annum autem & diem Cædis nefandæ indicant hi verſus Numerales:

BartholoMæVs fLet, FranCICVS oCCVbat
AtLas,
GaLLIa nVnC vere Punica fides.

Vid. *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XXIII. p. 683.* Stella etiam hoc anno nova ſub Caſſiopeæ aſteriſmo primum VIII. Novembris conſpecta eſt, quæ cum pectore & Coxa Caſſiopeæ & lucida ſedis quadratum deſignans, immota diutius anno conſtitit. Aſt cum initio Jovem magnitudine & fulgore albicante æquaret, poſtea Martis naturam induens, rubicundior ac igneſcens viſa eſt, donec paulatim attenuata, circa Mariæ Purificationem anni 1574. prorſus extincta eſt. Hæc ſtella cum paulo poſt *Caſpar is* Caſtilionei Amiralii contumelioſiſſimam ac immaniſſimam in Laniena illa Pariſienſ. peractam cædem appareret, a multis Aſtronomis *Stella Amiralia* dicta fuit, quam dein elegantiſſimis verſibus deſcripſit M. *Johannes Pomarius*, *Auctor Continuationis* ſæpius adducti *Chronici Veteris Saxon. p. 747. ſqq.* *Hieronymus Wellerus*, Theol. D. Vir optimus, & per omnem fere vitam tentationibus ſpiritualibus vexatiſſimus & afflictiſſimus Theologus *Luthero* olim ob veræ pietatis Zelum & doctrinæ ac morum ſinceritatem cariſſimus, Fribergæ Myſorum Anno ætat: LXXIII. piis & ad migrationem paratis precibus optatiſſimo mortis genere, Apoplexia in lecto hoc quoque anno exſtinctus eſt die 20. Mart. quem d. 1. Januar. præceſſerat Lipſienſium Primus Superintendens Lutheranus *Johann Pfeffingerus*, Bavarus, primum Presbyter Paſſavienſis, poſt *Lutheri* Diſcipulus & Theol. D. qui Academiam Lipſienſem voce pariter ac ſcriptis per XXXIV. annos fideliter erudiit. Miniſterii erat LV. Superintendentiæ XXXIV. Doctoratus XXX. ætatis autem LXXX. annorum, cum moreretur. Præterea multa etiam ad hunc annum de Societatis Hanſeaticæ Origine, incremento, Emporiis, ac decrementis habet *Chytræus in Chron. Saxon. Lib. XXIII. initio p. 672. ſeqq.* quæ videantur.

§. 57. Succedit Annus poſt Chriſtum natum CIↃIↃLXXIII. quo die 14 Apr. electus ac 21. ejusdem publice introductus fuit Rector DAVID CHYTRÆUS, Theol. D. & Profeſſor primarius Ducalis, qui tunc XLVIII. inſcripſit, & poſtquam pacem inter Duces Mecklenburgenſes & Urbem Rozſtock die quidem Matthæi feliciter compoſuiſſet, (vid. *Auctor in Chron. Saxon. L. XXIII. p. 685. & 686.*) in Ducatum Stiriæ *Carolo* Archi-Duci Auſtriæ ſubjectum, ad Eccleſiæ & Scholæ Provincialium conſtituendæ conſilia vocatus die 19. Septembr. per Virum Nobilem *Bernhardum a Lercher* iter ingreſſus eſt, cujus abſentis vices in Academia geſſit D. SIMON PAULI; Habuit autem orationem Rectoralem D. *Chytræus de Scholarum ſtatim a mundi principio ad ſua usque tempora erectione ac fundatione.* Poſtea per hyemem die 14. Octobr. electus & 22. ejusdem renunciatus eſt Rector Academiæ LUCAS BACMEISTERUS, Theol. D. Prof. Senator & Paſtor ad D. Virginem, qui *orationem* tunc recitavit *introductoriam* tempori convenientem de Dicto Ezechiæ

CXLV. DAVID CHYTRÆUS.

CXLVI. LUCAS BACMEISTERUS.


Johannes Posselius J.F.
Rostochiensis.
Natus est Anno 1565, ad Professionem
Græcæ Linguæ vocatus Anno 1593.
† 1623.

Ath.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ezechiæ Regis: *Sit pax & veritas in diebus meis. 2. Reg. 20. & Esa. 39.* cumque ille Rectoratum justo tempore die scil. Georgii iterum deponeret, postquam LXIII. inscripsisset, *Orationem* tunc *de D. Georgio* habuit, quæ quidem propria Auctoris manu exarata, lucem publicam cum aliis aliquando ut spero videbit: interim quæ tunc temporis apud ingressum Ducum Mecklenburgensium in Urbe Rotzstock notatu dignissima acciderunt, infra suo loco reservabimus. Hoc anno, quæ jam ab anno 1571. inceperat, annonæ caritas, *Magna* hinc dicta, in Ducatu Würtembergico longe durior ac gravior adhuc duravit, ut non amplius ex Alsatia sed ex Franconia frumentum adducerent, quod Magistratui singulis locis traditum, qui dein Panem secundum familiarum numerum in Curia diviserunt, uti testatur *Narcissus Schwelin ad hunc Annum in der kleinen Würtembergischen Chron. p. 301.* Sequenti Anno CIↃIↃLXXIV. die 14. Apr. electus & 24. ejusdem novus iterum renunciatus est Rector Academiæ Rozstochianæ FRIDERICUS HEIM, J. U. D. & Profess. Juris Ordin. Ducalis, qui in æstivali hoc Rectoratu suo LXXXVII. inscriptorum annotavit; Postquam illum in Rectoratu hyemali post legitimam die 9. Octobr. peractam electionem die 28. ejusd. iterum excepit JOHANNES BORCHOLT, J. U. D. Prof. & Syndicus Reipublicæ Rozstochiensis, tuncque XCVIII. inscripsit, inter quos fuit WILHELMUS, Dux Brunsvicensis ac Lüneburgensis, OTTONIS Filius *Ottonis* Nepos, *Ottonis* Abnepos. Mater autem illius fuit *Hedwigis*, Frisiæ Orientalis Comitissa, quæ eum in hunc mundum edidit anno 1564. die 15. Martii. Hic vix XI. ætatis annum supergressus, Rozstochium a Dn. Parente studiorum gratia missus, in ædibus *Johann. Casselii* Professoris habitavit, ejusque Lectiones publicas diligenter audivit. Tres autem ille Orationes diverso tempore in magna Auditorum frequentia memoriter recitavit, & postea anno 1579. Lipsiam se contulit, ubi studiis, Arithmetices præsertim incubuit. Ab anno 1582. ad 1584. in Gallia moratus, linguam adeo perfecte didicit, ut a multis in Gallia natum fuisse haberetur. Anno sequenti Angliam visitavit, Anno 1594. autem & seqq. Germaniam, Curlandiam, Livoniam, Poloniam, Italiam, Hollandiam & Daniam perlustravit, quæque passim notatu digna conspexit, manu propria annotavit. Anno 1599. Hungariam ad Comorram usque peragravit. Anno denique 1603. cum Fratre *Christophoro* ditiones suas gubernare cœpit; Hoc vero anno 1606. die 7. Julii vita defuncto, Regimen solus suscepit. Tandem placide in Christo expiravit, die 30. Martii 1642. ætat. LXXVIX. in Templo Cellensi humatus. *Fuit Speculum Principis Christiani, qui præter alias scientias in Theologia adeo versatus est, ut in diversis Fidei Articulis Tractatus varios Latina & Germanica Lingua manu propria conscriptos reliquerit*, teste *Frehero Theatr. Virorum Erudit. Clar. Part. II. Sect. II. p. 758. seqq.*

CXLVII. RID. HEIM.

CXLVIII. JOH. BORCHOLT.

CXLIX. HENRICUS BRUNSVICENSIS.

§. 58. Anno qui sequitur CIↃIↃLXXV. die 16. Apr. electus 26 ejusdem mensis Rector Academiæ Rozstochiensis renunciatus est HENRICUS BRUNSVICENSIS, Philos. & Med. D. ac Prof. Ducalis, a quo CXVI. inscripti fuerunt. Hybernalis dein Rector die 12. Octobr. electus & 25. ejusd. renunciatus est modo dictus Illustrissimus Princeps ac Dominus Dn. GUILIELMUS, Lüneburgensium & Brunsvicensium Dux, cui Vice-Rector adjunctus M. HENRICUS WARENIUS, Math. Inf. Prof. Publ. Senator. *Henrici* Consulis Filius teste Matricula Academica his verbis: Anno a nato Jesu Christo MDLXXV. XII. Octobr. electus est Rector Academiæ & XXV. Octobr. renunciatus Illustrissimus Dom. GUILIELMUS, Princeps Lüneburgensium & Brunsvicensium Dux, cui Vice-Rector adjunctus est M. HENRICUS WARENIUS Mathematum Professor. In Academiæ autem Matriculam retulit LXXXVI. Hoc anno Academia Altorfensis in Norico, a Norimbergensi Republica instituta & confirmata est a *Rudolpho II.* Imperatore, a quo tamen obtinuit tantum Facultatem creandi Baccalaureos & Magistros in Philosophia, Jus creandorum Doctorum demum anno 1622. a *Ferdinando II.* Cæsare impetravit, & a *Leopoldo I.* anno 1696. modo facultatem creandi Doctores Theologiæ nacta est, referente Magnif. Dn. *Schwedero* nostro *in Introduct. Jur. Publ. Part. Special. Sect. I. Cap. VI. p. m. 242.* Ita etiam hoc anno Francofurti in vivis desiit esse Vir ac Theologus, (si infaustam litem *de Libero Arbitrio* cum *Victorino Strigelio* excitatam excipias) suo tempore profundissimus, inque historia Ecclesiastica ac Hebræa Litteratura versatissimus, *Matthæus* scilicet *Flacius*, Albonensis Illyricus, anno 1520 natus. In cujus ignominiam Witteberga ex officina hæredum *Laurentii Schwenck*, sequentia prodiere ipsi ab adversariis scripta Epitaphia certe maledica ac impia tanto viro longe indigna:

CL. GUILIELMUS, Dux Lüneb. Rectore M. HENRICO WARENIO.

Ad quæstum sacris dum rebus abutitur, ac æs
Ponit, ubi merces Urbs tua Moene colit.
FLACIUS *ille animam, & sua viscera fudit ab alvo,*
ARRIUS *ut nostri temporis alter erat.*
Ergo quem jam salva diu desiderat orca
Accipit, & tellus libera peste vacat.
Ne populi ardentes ad Balthica littora regnent!
Quas nisi Chirurgus, nemo levare potest.

Epitaphium ejusdem:

Clavem Scripturæ fabricaverat FLACIUS *Auctor*
Qua post fata, Deum vult reserare Domos.
Portitor hunc Coeli stygias detrusit ad undas,
Atque ait, hic non est nigra taberna Fabrum,
Ætnam Vulcanus Faber incolit: Ergo recepter
Te fabrum clavis, clavigerumque Patrem.

Scripsit Johannes Major. D.

In obitum *Flacii Illyrici:*

Cui tranquilla quies odio, distractio cordi
Et rixa & fraudes seditioque fuit.
Exstinctus jam peste, piis gaudentibus urna
Hac recubas pestis FLACIUS *ipse prius.*
Vos Coeli Proceres, vos orci claudite valvas
Atque animam vestris hanc prohibete locis.
In stygiam veniens omnem committet Avernum
Turbabit superos, si supera alta petat.

Petrus Capella, Bojemus.

Sequenti Anno CIↃIↃLXXVI. die 14. Apr. electus & 26. ejusdem sceptra Academiæ cum Regimine a Duce *Guilielmo* publice accepit Illustris

CLI. JOH. GUSTAVUS ROSA.

& Generosus Dominus Dn. JOHANNES GUSTAVUS ROSA, Comes in Bosund & Dom. in Lindenholm, ineluti potentissimique Regni Sueciæ, cui tunc adjungitur Vice-Rector SIMON PAULI, Prof. Pastor Jacobæus, & Superintendens. Annotavit autem Rector in Matriculam CLXXI. qua de re ita in Matricula Academica scriptum legitur. Anno a nato Jesu Christo, M. D. LXXVI. die XIV. Apr. Rector Academiæ, eligitur & XXVI. ejusd. mensis publice renunciatur Illustris & Generosus Dn. Dn. JOHANNES GUSTAVUS ROSA, Comes in Bosund, &, Dominus in Lindenholm, inclyti potentissimique Regni Sueciæ. Adjungitur autem ipsi, Vice-Rector *Simon Pauli*, Sverinensis, Theol. D. & Prof. Superintendens & Pastor ad Sanctum Jacobum; Advenerat autem Illustris ille Rector ac Comes Rozstochium anno 1574. mense Octobris suumque nomen Matriculæ dederat Rectore D *Joh Borcholdo*. Non autem diu, imo nequidem ad statutum usque ordinarium tempus hoc suo Rectore gavisa Academia est. Nam in sequenti statim mense Majo abhinc abiit, & Pro-Rectori suo D. *Pauli* magistratum scholasticum ita reliquit, ne ad eum reverteretur, quemadmodum Matriculæ verba habent, manu *Paulina* adscripta, & ex illa Celeberrimus *Æpinus in Schediasmate Historico-Literario-Politico, de Rectoribus Academiæ Rostochianæ Magnificentissimis atque Illustribus, Sect. I. §. 10.* Eodem Anno per semestre hybernum die 19. Octobr. Administrationem Academiæ Rozstochiensis, sic volente Senatus Consulto Academico, qui eum ad eam gerendam die 10. Octobr. jam elegerat, in se suscepit Illustris & Generosus Dominus Dn.

CLII. JOH. CYRIACUS, Lib. Baro in Polheim.

JOHANNES CYRIACUS, Liber Baro in *Polheim & Wartenburg &c.* Austriacus, huic autem tunc adjunctus est Vice-Rector M. VALENTINUS SCHACHTIUS, Theol. Prof. Senator atque Archi-Diaconus ad S. Jacobum, qui tantum LXXII. inscripsit. Omnia hæc Matricula Academiæ his verbis confirmat: Anno a nato Jesu Christo „M. D. LXXVI. die X. Octobris Rector Academiæ eligitur, & XIX. ejusdem Mensis publice „renunciatur Illustris & Generosus Dominus, Dn. „JOHANNES CYRIACUS, Liber Baro in Polhaim & „Wartemburgk, cui adjungitur Pro-Rector M. „*Valentinus Schachtius*, Theol. Prof. Archi Dia„conus ad S. Jacobum. Perillustris autem ille Baro natus est Viennæ in Austria Nonis Aprilibus 1558. Patre *Maximiliano*, qui a teneris annis cum Imperatore Romano-Germanico, idem cum eo nomen *Maximiliani* gerente, educatus ac in literis una imbutus, illius fidelissimus semper Achates ac in Hispaniam Comes fuerat, quem singulari clementia & fide quoad vixit, complexus est Cæsar, unde etiam ipse Imperator laudatissimus hunc suum Filium e Baptismo suscepit. A primis autem ætatis annis noster Baro literis summa cum industria & cura operam dederat, primum quidem in Academia Wittebergensi non solum membrum sed etiam Caput fuit teste B. *Deutschmanno in Pyram. Witteb.* ubi inter Rectores istius Academiæ Magnificentissimos *numero 26.* occurrit, & ipse etiam Baro noster confitetur *in oratione sua inaugurali postridie Lucæ Evangelistæ publice in Auditorio recitata, cum anno hoc 1576. Acad. Rozstochiensis Rector publice renunciaretur, quæ cum illa, quam cum Rectoratum deponeret*, a D. *Davide Chytræo* ambæ ipsi præscriptæ, nec non de *Maximiliano II. Imperatore, Cæsare Augusto, Archi-Duce Austriæ &c. etiam in Academia Rozstochiensi, cum Leges Academiæ d. 25. Januar. an. 1577. publice recitarentur, habita Parentatione etiam a D. Chytræo conscripta, typis exscriptæ in Volumine Orationem D. Chytræi* a Filio unico *Davide* in lucem Hannoviæ 1614. editarum *p. 61. 715. & 730.* occurrunt. Ex Academia autem Leucoræa perillustris noster Baro Austriacus Rectore Magnificentissimo Dn. GUILIELMO Duce Brunsv. Lüneburg. mense Febr. 1576. Rozstochium ingressus est ibique post abdicatum, quod hic adduximus, Rectoris Academiæ munus, non diu amplius substitit. Sed anno 1577. sub Rectoratu hybernali in Patriam iterum abiit, relicto tamen Carmine votivo, quod inscripsit *Apobaterium ad Academiam Rozstochiensem*, Præceptoribus suis valedixit, impressum in 4to. datumque Nonar. Octobr. teste desideratissimo nostro *Schüzio de vita Davidis Chytræi lib. II. p. 554. §. 110.* cujus postea editionem *Poëmatum a se compositorum* commisit etiam curæ *Chytræi* affirmante eodem *Schüzio l. c. §. 114. p. 579.* Ast hic doctissimus & illustris Austriacus atque egregius semper Musarum Patronus in florente adhuc ætate vitam finiit, anno scil. 1582. ætatis annum XXIV. vix egressus. His Rectoribus, videlicet XV. Octobr. ab Illustrissimo Principe ac Domino Dn. JULIO, Duce Brunsw. ac Lüneb. erectum JULEUM, quæ *Elmana* seu *Helmstadiensis* etiam appellitatur Universitas, in quod ex Rozstochiensi Academia avocati *Johannes Borchholdus*, JCtus, ad Juris Ordinariam, *Johannes Caselius*, Oratoriæ & Polit. Prof. *Magnus Pegelius*, Med. D. ac Mathematicus, ad Mathematum, cui ex Helmstadiana discedens, successit iterum ex Rozstochiana *Franciscus Parcovius*, tum Juvenis auctoritate *Borcholdi & Brucæi, Albertus Clampius*, ad Logices, cui ad Juris Professionem evecto, surrogatus iterum ex Academia Rozstochiensi *Cornelius Martini* Belga, *Duncanus Liddelius*, Scotus ad Mathematicam in locum *Parcovii*, quo Medicus factus, *Johannes Potinius*, ad Græcæ Linguæ, quibus accensendus OWENUS GUNHTERUS, Holsatus, olim in Academia Rozstochiensi tunc Jenæ degens, ad Physices professionem expetiti, ita ut sic Helmstadiana Colonia sit Academiæ Rozstochianæ, quæ omnium Facultatum Doctores & Professores illi suppeditavit, nam præter hos etiam, per aliquot menses opera D. *Davidis Chytræi* usa, de qua re ipse agit in *Chron. Saxon. Lib. XXIII. p. 697.* Conf. & *Johannis Casselii laudat. funebr.* JOH. ALBERTI, Ducis & Mecklenb. & ex Borussia sub ipsam fundationem Academiæ *Tilemannus Hesbusius*, qui per biennium Rozstochii etiam Sacra docuit, illuc vocatus, cumque *de Borcholdo, Caselio, Pegelio, Parcovio, Liddelio, Funthero* ac *Hesbusio* suis locis commodior dicendi erit occasio, merito adhuc de ceteris, in quorum mentionem hac occasione incidimus, agamus necesse est. Primus itaque illorum

lorum ALBERTUS CLAMPIUS, Bremæ natus est, jactisque in Schola Patria fundamentis peradolescens cum *Volrado a Lübe*, Nobili Mecklenburgensi in Academiam Rozstochiensem venit, hospitio magni illius *Caselii* usus, informatione autem *Laurentii Kirchhovii*, JCti celeberrimi. Postea Heidelbergam, dein Basileam & tandem per Alpes Batavium se contulit; ex Italia in Patriam rediit, ubi in officio & Senatus & Civitatis fuit aliquandiu, sed a nonnullis pressus, ad veterem Hospitem *Caselium* Rozstochium abiit, cum quo & Helmstadium vocato, illic venit, *Logices Ethicesque* Professionem anno 1590. accepit. Sequenti anno die 23. Mart. Decano D. *Andrea Cludio*, supremum in utroque Jure gradum, quem *Doctoratum* vocant, summo cum applausu promeruit, & anno illo nondum elapso mense quidem Novembri Regulas Juris interpretari jussus est, a quo tempore *Jus* in Academia Julia ex publico Stipendio docuit. Cum autem facundus esset, atque ad quævis negotia expediunda aptissimus ac promtus, in *Senatum Aulæ* lectus est anno quidem 1598. sicque negotia publica totos dies cum industria feliciter tractavit, & Henricopoleos Urbis *primus Rector* constitutus est. In omnibus autem muneribus suis fidelissimum semper se præstitit, quamvis invidia multorum (ut solet) non careret. *Fuit* præterea *Latinarum Græcarumque Litterarum callentissimus, quippe eas a puero pertinaci studio didicerat, ut non æquales modo, sed plerosque doctissimos homines cum illorum benivolentia, certe absque invidia, non minus ubertate, quam copia Romani sermonis superaret. Hinc in Academia Julia disciplinam Logicam, variis sordibus inquinatam, summo studio repurgavit, ut non esset amplius Magistra Contentionis, sed juventuti Dux ad veritatem.* Ast tantus hic Vir ex Apostemate præter spem Anno 1604. die 26. Decembr. tandem evanuit, cum ætatis vix XLIX. annos mens. I. dies XVI. attigisset, vixit in conjugio tranquillo cum *Anna Hillers*, uti tradit *Gebhardus Theodorus Meierus, Theol. Helmstad. in Monumentis Juliis seu Memoria Theologorum ac JCtorum Helmstadiensium*, estque *JCtus ordine XII.* Logicas Clampii Operas excepit *Vir incredibili atque multiplici doctrina minime obscurus* CORNELIUS MARTINI, Antwerpianus Belga, atque quæ *Clampius* recte cœperat, feliciter absolvit: extant in testimonio luculentissima insignia ejus ingenii monumenta, videl. *de Analysi Logica Tractatus, Metaphysica*, quam Auditoribus suis ad Calamum dictitavit, *Disputationes Physicæ, Ethicæ*, aliaque. Fovit Controversiam cum Collega Theologo D. *Daniele Hoffmanno*: *An quod verum in Philosophia, idem etiam verum in Theologia? Hoffmannus* duplicem statuit veritatem: *Cornelius Martini* autem tantum unicam, & quidem recte. Hic *Martini* licet excellens Philosophus, Theologiæ tamen etiam operam dedit, in qua tantum profecit, ut insigne *Theologiæ compendium* conscripserit, quod ab interitu vindicavit *Henricus Julius Scheure*. Hujus interim *Martini* his verbis meminit *Ericus Mauritius de Principio Juris Publici Cap. IV. Sect. II.* CORNELIUS MARTINI, *Antwerpius, Philosophus Maximus, cujus* Compendium Theologiæ, *utinam sine non mutilasset Auctoris mors, quæ quamvis Senem, tamen incredibili plane rei literariæ jactura, eum rebus humanis exemit.* Et cl. Heidmannus *Oratione de sua in Academiam Danorum Soranam migratione*, vocat illum *virum orbi literatorum eruditione sua & virtute pridem commendatum.* Hujus interim *Martini* nostri *de Transmutatione Metalli unius in aliud* sententiam, & quid ipsi propterea rem antea neganti acciderit, vel ipsissimis *Martini* verbis exponit celeberrimus Medicus ac Chymicus *Zwelferus, in Mantiss. Spagyr. f. 328. col. 2.* his quidem verbis: *Tot tamque præstantium Virorum testimoniis exclamat Cornelius Martinus, Antwerpiensis in Anal. Logic. c. 8. inter quos sunt Doctissimi Philosophi, Jure Consulti, Medici, etiam Theologi, nec non Viri Principes, qui Libris editis sancte affirmant, se oculis suis vidisse, & manibus non tantum palpasse, sed & confecisse Transmutationem unius Metalli in aliud, ego fidem derogare nequeo, hoc enim imprudentis esse videretur, non Philosophiæ Studiosi.* Hic Cornelius Martinus (addit Zwelf. l. c.) *cum disputaret in Academia Julia contra* Lapidem, *& negaret eundem plurimis argumentis; e corona Nobilis quidem adstans* Carbones ac Plumbum *sibi afferre jussit, & in præsentia* Cornelii *aliorumque* Tincturam quandam *liquato Metallo injiciens, ejus virtute liquatum* Plumbum *in* Aurum *transtulit, & exclamavit, Aurum adhuc calidum porrigens* Cornelio: Solve mihi hunc Syllogismum: *Unde &* Cornelius *priorem mutavit Sententiam:* Hæc *Zwelferus*: Superest tertius JOHANNES POTINIUS, Verdensis, qui & Alumnus Academiæ Rozstochiensis extitit, atque in Juliam, cum aliis, ut diximus, discessit, primarias tres Linguas bene excoluit, ut *Græcos Scriptores erudite diserteque* potuerit interpretari. Persuasit autem ille teste *Caselio*, studiosæ juventuti, ut Linguas ad optimarum disciplinarum conservationem facientes, colerent potius, quam ut desidiæ se dederent, auscultantes sane hominibus indoctis, qui quæ ipsi non didicerint, nec per ætatem vel ignaviam discere velint, ab iis arcent etiam minores, sive quod suæ existimationi student præter æquum, sive quod hoc quoque boni generi mortalium invident. Huic itaque Viro, qui neque Latinas Literas, neque ullam studii sapientiæ partem ullo tempore neglexerat, *Artis dicendi Provincia* in primis *in Græca Literatura* in Academia Julia data est; exemto autem rebus humanis Cl. plurium etiam exoticarum Linguarum Doctore *Valentino Schindlero*, domi *Hebraice* quoque docuit. Obiit Helmenstadii 1611. initio mensis Junii. Sed revertendum nobis ad *Rectores Academiæ Rozstochiensis*, unde Sermo digressus.

§. 59. Anno itaque CIↃIↃLXXVII. die II. Apr. electus & 20. ejusdem renunciatus est Academiæ Rector æstivalis LAURENTIUS NIEBUR, J. U. D. Prof. Ducalis & Ducis *Ulrici* Consiliarius, qui CXXI. inscripsit; Hunc die 19. Octobr. qui die 12. ejusdem electus erat, in Rectoratu hyemali excepit MARCUS LUSCHOVIUS, J. U. D. Prof. Ordinar. Senat. quo inscripti sunt LVI. Comeita

CLIII. LAUR. NIEBUR.

CLIV. MARCUS LUCSHOVIUS.

ta hoc ipso anno die 11. Novembris in Coeli regione occidua conspectus est, inusitatæ Magnitudinis, longe admodum ac latissimæ caudæ, qui ad diem 12. Januar. sequentis anni observatus est, cujus effectus Veteres versibus concluserunt sequentibus:

Octo mala fulgens Cometa per Aera signat:
Ventus, Sterilitas, Aqua, Pestis dominatur,
Rixa fit & Tremor, moritur Dux, mutatio Regni.

CLV. NATH CHYTRÆUS. Sequenti anno CIↃIↃLXXVIII. die 19. Apr. electus & 22. ejusdem renunciatus est iterum novus Academiæ Rector NATHAN CHYTRÆUS, Mencingius, Art. Magister, Bonarum Literarum & Poëtices Professor Ducalis, & inscripsit CVII. Quo Rectore, cum non solum novæ Academiæ Leges, cum totius Senatus Academici conclusione atque auctoritate conscriptæ promulgarentur, sed & simul Illustrissimi Principis ac Cancellarii Academiæ Ducis ULRICI *de plurimis deponendis Mandatum* die 20. Maji hoc anno datum (*vid. Lib. II. Cap. V. §. 9. N. II. in Append.*) pridie publice fuisset propositum; Duo Fratres *Henricus* & *Eberhardus Mallinckrod* juramento suo etiam Notario & testibus adhibitis solenniter renunciarunt. Eodem anno die 8. Octobr. electus & 16. ejusdem publice declaratus fuit Rector per semestre hybernum

CLVI. PET. MEMMIUS. PETRUS MEMMIUS, Med. D. Prof. & Physicus Urbs, qui tantum XLV. inscripsit. Memmium in Rectoratu æstivali anno CIↃIↃLXXIX. die 19. Apr. excepit

CLVII. BARTHOL. CLINGIUS. BARTHOLOMÆUS CLINGIUS, J. U. L. ac Professor Dialectices & Rhetorices, Duc. loco *Davidis Chytræi* die 17. hujus mensis electi, per valetudinem autem se excusantis, & tunc Matriculæ inserti sunt CXVIII. Cum autem *Clingius* Rectoratum deponeret, die 19. Octobr. Gubernatio Scholastica illa concredita fuit quarta vice

CLVIII. LUC. BACMEISTER. LUCÆ BACMEISTERO, S. Theol. D. & Prof Senator. ac Pastori Mariano, qui tunc *orationem introductoriam* adhuc ineditam habuit de *festo Tabernaculorum ejusque significatione & usu.* Inscripti tunc fuerunt XLVII. Sub hoc autem Rectoratu ipse Rector ab Illustribus Austriæ Ordinibus ad reformandas Ecclesias & Scholas instituendas in Austriam vocatus est, & vices suas Consensu totius Concilii commendavit in Regimine Academico M. JOHANNI POSSELIO, qui statuto tempore Rectoratum ipsius loco deposuit, & tradidit Dn. *Laurentio Kirchhovio*, ut mox audiemus. Iter autem hoc suum Austriacum ingressus est noster Abavus *Lucas Bacmeisterus* anno 1580. die 16. Januar. cum Domino Legato Ordinum Austriæ inferioris viro Nobili *Wolffgango Christophoro von Memmingen*, Dn. in Nusdorff ad Traisam Fluvium & in Comitatum secum assumsit M. *Joachimum Warmerium*, Hamburg. Virum doctum, probum & a multis annis etiam in aula Danica ipsi notum; item Filium suum natu maximum *Jacobum Bacmeisterum*, ex Ludo Illustri Bardesholmensi evocatum, permissione Illustrissimi Principis *Johannis* Senioris Holsatiæ Ducis; & famulum denique Amanuensem suum *Johannem Heholium*, Hessum. De hac autem tota sua Profectione, quæ in ea notatu digna viderit, ipsique acciderint una cum *Colloquiis in institutis Conventibus ac Ecclesiarum visitationibus habitis & conclusis rebus gestis* seu *Actis*, ipse Auctor propria manu omnia accurate conscripsit. Quæ nos accurate descripta ad opus suum, quod jam feliciter sub tit. EVANGELISCHES ÖSTERREICH. Das ist, *Historische Nachricht von den vornehmsten Schicksaalen der Evangelisch - Lutherischen Kirchen in dem Ertz-Hertzogthum Oesterreich*, incepit, eo melius pertexendum omnibusque numeris absolute edendum, cum omnibus suis Documentis authenticis jam per biennium fere fruenda concessimus Viro & Theologo vere pientissimo rerumque Ecclesiasticarum Indagatori sagacissimo ac longe doctissimo Dn. M. *Bernhardo Raupach*, Ecclesiæ Nicolaitanæ Diacono longe dignissimo, Dn. Patrono ac Fautori nostro integerrimo, cui Deus vitam ac valetudinem ad Nestoreos usque annos conservare velit! Hoc etiam anno Lubicæ in Conventu confoederatarum Civitatum *Articuli Hanseaticæ Confoederationis* Auctore Consule Lubicensium Magnifico ac perceleberrimo D. *Hermanno Wecheld* anno 1572. conscripti tunc relecti, approbati ac editi fuerunt, vid. *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XXIV. pag. 710 seqq.* Sed addimus adhuc de Successoribus in Rectoratu *Bacmeisteri*, cujus æstivalis anno CIↃIↃLXXX. die 14. April. electus est

CLIX. LAURENTIUS KIRCHOVIUS. LAURENTIUS KIRCHOVIUS J. U. D. & Prof. ac Consiliarius Ducalis, qui tamen celeberrimus Vir ac JCtus ad miraculum doctissimus lue epidemica seu febri catharrosa quamplurimis Europæis tum fatali, in ipso Rectoratu obiit, ultimo quidem Rectoratus sui die, qui erat 16. Octobr. postquam Academiæ Matriculam ad XC. auxisset. In cujus inopinatam mortem sequens carmen lugubre scripsit *Schlüsselburgius*, tum *Professor Regentiarum Rozstochii in Collegio Unicornis.*

EPITAPHIUM

Clarissimi & optimi Viri, pietate eximia, consilio sapienti, Prudentia perspicaci, eruditione multiplici, & virtute excellenti præstantis D. LAURENTII KIRCHOVII, *Jureconsulti celeberrimi; inclutæ Academiæ Rozstochiensis Professoris & Rectoris Magnifici. Anno novissimi temporis LXXX. XV. Octobr. ex hac vita mortali in Coelestem Patriam per Christum evocati &c.*

Post ter quingentos & octoginta Decembres
Dum λόγος a pura Virgine natus erat:
KIRCHOVIUS *moritur* LAURENTIUS, *Inclytus ille,*
Heu mihi, RECTORIS *dum gerit officium.*
Inclytus ille animi virtutibus: Inclyta cujus
Doctrinam celebrat Rozstochiana Schola
Rectum ipsi ingenium, moresque fuere probati,
Sermonisque ingens Judiciique Decus.
Ingenuus Candor, mens integra, pectus apertum,
Et pudor & Pietas, & sine labe Fides.
Defuncti in Tumulo nunc molliter ossa quiescunt,
Quem letho ante diem mersit acerba lues.
Si tamen ante diem quemquam periisse putandum est
Qui talis tali morte solutus abit.
Spiritus ipsius Coelesti vescitur Aura,
KIRCHOVIUS *volitat docta per ora Virum.*
KIRCHOVIUS *viguit, viget atque vigebit in ævum,*
SCRIPTA *hujus nullo sunt moritura Die.*
Tu, qui tam magnum Doctorem, Christe, dedisti,
Da nobis alium, Te sine nemo dabit.

Lilia

Hujus Pro-Rector JOH. POSSELIUS.

Lilia ubique cadunt, Absynthia tristia florent,
Ergo Tuum serva, Christe benigne, Scholam.

M. Conradus Schlüsselburgius,
Schauwenburgensis, S. Pietatis
ergo moestus P.

Hujus autem tunc Demortui vices commissæ sunt D. SIMONI PAULI, Theolog. Prof. Ducal. ac Superintendenti, qui jam 8. Octobr. per semestre hybernum electo Rectori Academica Sceptra cum Regimine tradidit MARCO LUSCHOVIO, J. U. D. & Professori Publ. Senator: qui tunc LI. inscripsit. De hac autem Lue Epidemica, qua mortuum fuisse Magnum Virum *Kirchovium* paulo ante diximus, sic scribit *Chytræus in Chron. Saxon. Lib. XXV. p. 739.* „Magna hoc anno frugum, vini & fructuum omnis generis fertilitas „fuit, ac in Autumno Rosæ plurimæ in hortis „denuo florebant. Secuta est *Epidemica Lues*, „totam Europam pervagata, *ex catharro præcipiti in pectus delabente, cum febricula conjuncto*: „quæ paulatim progressa, mense Junio Siciliam; „Julio, Romam & vicinæ Italiæ loca, Augusto, „Venetias & Constantinopolim; Septembri, Germaniam & Ungariam; Octobri has Littoris Baltici Urbes: Novembri & Decembri, Daniam „Sueciam & Livoniam infestavit. Mihi etiam, „postquam omnes in Familia ordine decubuissemus, Filiam *Sophiam*, modestam & ingeniosam puellam in ipso ætatis flore, sedecimum „annum vix ingressam, ademit.„ Hæc ille. Clarius hunc explicat, & præsertim quomodo Lues ista in Inferiori Germania grassata sit, adducit sæpius laudatus *Pomarius in Continuatione der Sæchsischen Chronick. p. 788. Den 10. Novembris ist ein sehr schrecklich Chasma und Feuerzeichen gewesen, darauff alsobald eine greuliche allgemeine Kranckheit und Seuche, welche die Medici* Febrim malignam cum catharro seu catharrosam *genennet, erfolget, welche gar geschwind und in grosser Eyle gantz Europam durchflogen, und schier kein Mensch gefunden, der damit nicht wære betretten worden. Die Leute bekamen eine treffliche Hitze, wurden heischer, daß sie kaum lallen konnten, und um die Brust und Hertz hart bedrængt, fielen auch grosse Wehtage mit ein, und folgte ein gantz schwerer Husten, sturben aber darvon, Gott Lob! wenig Leute, der mehrer Theil genæß am vierten Tage, wiewohl sich ihrer viel auch in die acht Tage mit schleppen musten. Wann die Leute daran, wie an einer Pestilentz gestorben, würde es allenthalben an Leuten, die Todten zu begraben, gemangelt haben.* Quomodo tandem hic morbus Epidemicus in Superiori Germania, & in primis apud nos in Suevia se gesserit, exponit ac *Chronico suo minori Würtembergico* simul inseruit *Narcissus Schwelin*, ita enim *p. 310. Im Heumonath dieses Jahrs sein an vielen Orten die Leut am Kopffweh und Hauptflüssen, und allein zu Tübingen im Fürstlichen* Stipendio 7. *Tisch Studenten darnieder gelegen, und die sich des Weins enthalten haben, seind entrunnen. Es galte damahlen daselbsten eine Maß Wein, so das vorige Jahr gewachsen war, wegen seiner Sæure, einen Pfenning.* Sed audiamus etiam *Cl. Matthiæ*, hæc omnia in *Theatro suo historico*, paulo accuratius commentantem hoc modo: „A. C. MDLXXX. Cometa fulsit in Bo„russia, Noribergæ, Gorlicii &c. duravitque per „tres menses, sc. ab Octobri, usque in Januarium „sequentis Anni. *Ex hujus Cometæ inflammatione nec non ex aëris corruptione exortum esse putant Medici & Astrologi morbum Epidemicum, qui hoc anno totum fere terrarum orbem peragravit, & ex oriente ac meridie ad occasum & septentrionem contendit.* Nam mense Julio, Sicilliam; Julio Romam & vicina Italiæ Loca; Augusto, Venetias & Constantinopolim; Septembri, „Hungarium, Superiorem Germaniam, Bohemiam, „(ubi Cæsar *Rudolphus* II. ipse hanc Luem cum „Domesticis aulicis expertus est) & Saxoniam; „Octobri, littoris Balthici urbes; Novembri & „Decembri, Daniam, Sueciam & Poloniam; (ubi „*Stephanus* Rex, qui tunc bellum contra Moscovitas gerebat, multique alii tam equites quam „pedites hac tabe infecti fuere) magna celeritate „infestavit, *ita ut omnes fere homines febri diaria aut tussi ex catharris ad pectus delabentibus passim sint correpti, multi etiam, qui affectos „ante pulmones habebant, exstincti.* Romæ in „fine Julii uno tempore 40000. homines jussu „Pontificis *Gregorii* XIII. numerati sunt, qui hoc „morbo infecti fuere. Lubecæ mense Octobri „sub ipsa incensione Cometæ 8000. nec minori „numero Hamburgi hoc malo infecti fuere: Sic „Bremæ & Brunswigæ ac Lüneburgi infinitus „numerus, inque omnibus Regionibus & Civitatibus in singulis Domibus uno tempore, nemine fere excepto omnes decubuere. Alius autem alio gravius laboravit, pro naturarum diversitate & commoda aut mala Diæta, adhibita. „Hi autem, qui nulla medicina usi sunt, citius ac „felicius cæteris convaluerunt: unde multi in „eam opinionem sunt perducti, ut statuerent, „Medicinam sine favore Cœlesti non solum irritam, sed sæpe etiam noxiam esse: in qua opinione *Hippocratem* & *Galenum* etiam fuisse constat.„ Hactenus *Matthiæ*. Ex his omnibus adductis, qualis hujus Epidemicæ Luis tunc facies fuerit, satis superque eluescit. Conferantur etiam de hoc Morbo Epidemico Europæo *Mart. Meisteri Annales Gorlicenses Tom. I. Script. Rer. Lusit. p. 42.*

CLX. MARC. LUSCHOVIUS.

§. 60. Sed pergimus ad Rectores Academiæ Rozstochiensis, consideraturi etiam, quid in novo hoc decennio ubique locorum notatu dignum evenerit. Et de Rectoribus quidem hoc anno CIↃIↃLXXXI. electis, sciendum ab Academico Senatu d. 16. Apr. elect. & 23. ejusd. introductum fuisse æstivalem Rectorem HENRICUM BRUCÆUM, Med. D. & Prof. Ducalem, qui tunc in Matriculam retulit LXXVIII. Die autem Dionysii, qui fuit 9. Octobr. electus, & octavo die post publice renunciatus est Rector Academiæ hybernus M. JACOBUS PRÆTORIUS, Ethices Prof. Senator. qui tantum XLVII. inscripsit. Salutare opus, ad dirimendas tandem aliquando lites, in nostra Ecclesia Theologicas, inprimis quinque illos articulos, de quibus inter Misnenses & Thuringicos Theologos in Altenburgensi Colloquio conveniri hactenus non poterat, aliquo modo componendos ac conciliandos Formula Concordiæ uno nomine dicta superiori anno publicata, in-

CLXI. HENR. BRUCÆUS.

CLXII. JAC. PRÆTORIUS.

numeras turbas ac varias in Ecclesia nostra distractiones excitavit. Ipse Abavus noster b. m. *D. Lucas Bacmeisterus*, Senior, in literis ad D. *Davidem Chytræum* Hornæ in Austria d. 22. Febr. 1530. datis scribit: se in itinere Vratislaviæ ex Barone Austriaco Dn. *Helmero Jörgern*, Cæsaris Commissario, Viro pio, sapiente & auctoritate summa valente coram intellexisse, *non facile recepturos esse Ordines in Austria* CONCORDIÆ FORMULAM, *cum nec Silesiacæ Ecclesiæ aliæve, in Imperatoris ditionibus ei negotio se hactenus immiscere voluerint, nec* ASSECURATIO *Cæsar. Majest. ut vocant, quæ solam A. C. respicit salva retineri posset, si nova confessio reciperetur. Multi enim*, pergit in literis, *in ea sunt sententia, ut* & Petrus Vincentius *& alii, quibuscum Vratislaviæ mihi sermo fuit, novam edi in* Formula illa *Confessionem de omnibus Articulis doctrinæ, & miscери condemnationes speciales D.* Philippi *& aliorum &c. Neque enim quisquam Vratislaviæ vel alibi in his locis, quantum ego scire potui*, Librum Concordiæ *vidit vel legit. Ego, etsi summam & scopum* FORMULÆ *indicavi, tamen cum ab ea abhorrere videam animos Procerum* (Austriacorum scil.) *si nihil aliud obtineri poterit, saltem hoc agam, ut consensum in tota Doctrina cum cæteris Ecclesiis sinceris hæ Austriacæ foveant & tueantur*. Hæc ibi. Rationem autem, cur Ecclesiæ Silesiacæ Formulam Concordiæ non receperint, aliqualem reddit B. Abavus noster in Epistola ad D. *Simonem Pauli*, die 24 Febr. eodem anno scripta: M. Petrum Vincentium *ex Podagra perpetuo nunc decumbentem inveni, qui lætatus conspectu & colloquio veteris Amici, multa mecum contulit, cum de aliis rebus, tum inprimis de negotio* Concordiæ Ecclesiasticæ, *de quo in his & illis locis varia sunt judicia, cum plerique nec viderint* Formulam, *nec rem ipsam de qua agitur, recte intelligant. Neque enim* Formulæ *exemplum ad Ecclesias illas hactenus missum fuit, sed D.* Jacobus Andreæ *semel tantum ad D.* Heidenreich *ea de re scripsit, cujus literis cum nullæ ab Electore* AUGUSTO *additæ ad Senatum Vratislaviensem fuissent, nec ipse D.* Jacobus *responsum postea peteret, nihil responsum fuisse variis de causis cognovi. Nec facile ut apparet, vel Silesiacæ vel Austriacæ Ecclesiæ ad amplectendam aut subscribendam* Formulam *pertrahi se patientur*. Hactenus *Bacmeisterus*. Hujus itaque *Formulæ Concordiæ* publicatio, majorem discordiam quam Concordiam in Ecclesia nostra excitavit, dum aliqui nostrorum Theologorum *Concordiæ* hujus doctrinam, tanquam *Augustanæ Confessioni* in multis capitibus oppositam publicis scriptis improbarunt. Non dico de libro illo, qui anno 1599. hac de re sub nomine *Friderici Ernesti* Marchionis Badensis, a loco autem ubi excusus, *Stafforticus* dictus, prodiit, quem tamen prolixe ac solide refutarunt Theologi nostri Würtembergenses 1601. De *D. Paulo ab Eitzen*, Generali tunc Ducatus Slesvico-Holsatici Superintendente sciunt omnes acriter illum de subscriptione *Formulæ Concordiæ* cum *Jacobo Andreæ* præcipuo Libri hujus Auctore aliisque Theologis disputasse, dissuasisse etiam Duci suo *Adolpho* hujus Libri in Ecclesias Cimbricas introductionem, & subscriptionem; tum, *quod iis in Doctrina salutis Concordibus, hocque adversus errores Exoticos, quibus nunquam erant turbatæ, remedio haud opus esse poterat. Tum quod tanti momenti negotium in communi omnium Ecclesiarum synodo tractandum, non privato Theologorum arbitrio committendum censeret, & ex diverso agendi modo, plurimas Ecclesiæ atque Reipublicæ turbas imminere præsagiret. Vide illius Librum, cujus titulus: Ursachen, warum die Subscription des Bergischen Buchs billig soll werden abgeschlagen, genommen aus dem ernstlichen Befehl Christi Matth. 7. v. 15. 1. Joh. 4. v. 1. Schlesien 1576.* In hac autem sua de *Formulæ Concordiæ Libro* sententia ipse D. *Eitzius* ad vitæ suæ finem constanter permansit effecitque, ut *Duces Holsato - Gottorpienses* Librum Concordiæ, *cæteris Ecclesiarum suarum symbolis accenseri nondum jusserint*; cum e contra in Holsatia Danica suasu potissimum D. Clozii tum Generalis ibidem Superint. F. C. anno tandem 1647. fuerit recepta, ita ut exinde Ministerii Candidati subscribere illi cogantur. Vid. *Caroli* nostri *Memorabil. Ecclesiast. Secul. XVII. Lib. V. cap. 64.* Ita autem statim ab initio rigorose *Formulæ Concordiæ* Librum Theologi nostri defenderunt, ut *ob denegatam ejus subscriptionem atque approbationem* duo Ecclesiæ Wilnarensis Ministri, alter, qui erat simul Ecclesiæ illius Superattendens M. *Basilius Michaelis*, alter autem Pastor ad Spiritum S. M. *Johannes Isensee*, Brunsvicensis, (de quo Lib. VI. C. I) jussu Episcopi Suerinensis ac Ducis Mecklenburgici Dn. *Ulrici*, a Senatu anno 1578. propterea dimissi & urbe exire jussi sunt, uti testatur M. *Andreas Corvinus*, Dn. Michaelis in Præsulatu Successor in quodam MSpto: Memoratu autem dignissima sunt verba, quæ de *Formula* illa *Concordiæ* paulo ante publicata, ad B. nostrum Abavum D. *Lucam Bacmeisterum* Romæ tunc in Austria commorantem, inter alia anno 1580. scripsit Magnus ille Theologus Rostochiensis *David Chytræus*: *Prorsus frement hostes*, inquit *ab utraque parte: nobis interim frigentibus atque stertentibus. Et magis nunc accommodas materias utrique generi hostium* FORMULA CONCORDIÆ *die 25. Jun. Dresdæ publicata, & 29. Junii in Nundinis Naumburgensibus vendita, suppeditabit.* VERE *enim Pontificii objicient in multis locis, de* LIBERO ARBITRIO, *de* BONIS OPERIBUS, *de* COENA DOMINI *etiam*, a vera sententia Confessionis, *quam Acta demonstrant, discessum, & specioſe* novam Confusionem *pro* Confessione, Principibus & *Populo obtrudi clamitabunt*. Hæc ille. Taceo lubens, quæ discordia inter VI. illos Theologos deputatos, qui *Formulam* illam *Concordiæ* tamen conscripserunt, fuerit, de qua jam laudatus *Chytræus* in literis ad *Ægidium Hunnium* Theologum Wittenbergensem anno 1591. conqueritur, *nihil omnium, quæ a se dicta acta aut scripta in iis de* LIBRO CONCORDIÆ *actionibus fuerint*, Jacobum Andreæ, *Deputatorum Aristarchum probasse, ita ut ne verbum quidem a se scriptum* Libro Concordiæ *insit, ideoque non inter Auctores illius, sed subscriptores recenseri merito possit.*

possit. Verum hæc pro instituto nostro nunc quidem satis. Plura scire qui desiderat, adeat *Gottofredi Arnoldi Kirchen-und Ketzer-Historie* Tom. II. Lib. XVI. passim, qui etiamsi non in omnibus sit omnino sequendus, ita e contra etiam non in omnibus, præsertim in *Formulæ Concordiæ* negotio tam inique ac solet erit castigandus.

CLXIII. SIMON PAULI. §. 61. Redimus ad Varniaca, in qua Academia Anno CIↃIↃLXXXIII. SIMON PAULI, S. Theol. D. Prof. Superintend. ac Pastor ad S. Jacobum, Rector æstivalis die 14. Apr. electus & die Georgii publice renunciatus fuit, inscriptitque CXXXII. Hunc per hyemem die Dionysii electus, & 18. Octobr. publice introductus, excepit iterum Academiæ Rector M. VALENTINUS SCHACHTIUS, Theol. Prof. Senator & Archi-Diaconus Jacobæus, qui tantum LXVIII. inscripsit. *Calendarium Gregorianum* quod hoc anno exiit, multas ubique turbas in Europa excitavit, cujus incorrectam a Papa *Gregorio* XIII. factam correctionem, vir doctissimus *Henricus Butingus in Chronologia*, ex Causis XVII. gravissimis plane rejecit, ubi in XII. inquit: *Si Papa relicto Calendario, in quo nulla salus hominum consistit, Ecclesiæ & Aulæ Romanæ abusus, Hæreses, Idololatrias, Sodomias, Adulteria & Scortationes correxisset, utiliora & magis necessaria egisset. Sed implori oportuit illud Daniel 7. de Antichristo:* Mutabit Leges & Tempora. Hæc *Butingus.* Idem dictum ex *Daniele* adductum in hunc *Gregorium* Papam applicat *Henricus Wolffius in Chronologia de Tempore*, apud *Hieronymum Wolfium Lection. Memorab. & Recondit: Centenar. XVI. p. 944.* ubi quoque Defensores ac Impugnatores hujus *Calendarii Gregoriani* invenies, & quidem inter Impugnatores etiam occurrit *Michaël Mæstlinus*, quondam Academiæ nostræ Tubingensis Professor Mathematicus celebris, qui anno 1583. *Examen* hujus *Calendarii Gregoriani* edidit, ut nihil dicamus de D. *Jacobo Herbrando*, Giengensi, S. S Theol. D. Prof. item ac Cancellario postea Academiæ nostræ, nec non *Martino Cartino*, Schorndorfiensi Suevo, qui an. 1584. Calendarium illud publicis scriptis impugnarunt ac rejecerunt. Consilium autem illud ac sapientissimum Judicium, quod de *Calendario* hoc *Gregoriano* in publicis hoc anno Augustæ Vindelicorum habitis Imperii Comitiis Imperat. *Rudolpho* II. coram dedit Elector Saxoniæ *Augustus*, una cum *diplomate Pontificis*, de consilio illius & emendandi Calendarii tota ratione agente, inveniri licet apud *Chytræum Chron. Saxon. Lib. XXV. p. 761. seqq.* Sequenti Anno CIↃIↃLXXXIII. die 13. Apr. Rector Academiæ per semestre æstivum iterum eligitur, & 23. ejusdem renunciatus est JOHANNES ALBINUS. J. U. D. & Professor Ducalis, & tunc XCV. inscripsit. Hunc in Rectoratu hybernali secutus est HENRICUS CAMERARIUS, J. U. D. & Prof. Senator. qui die 9. Octobr. sicque ipso die Dionysii electus, & 18. ejusdem publice renunciatus est RECTOR, a quo dein inscripti sunt XLI. Moritur hoc anno e reformatis Theologis *Zacharias Ursinus* Uratislavienses, is, quocum Abavus noster *Lucas Bacmeisterus* Sen. Controversias de Cœna Domini habuit, uti pluribus infra in vita ejus dicemus, erat *Melanchthonis* Auditor, & vir in omni disciplinarum genere profundissime doctus, Heidelbergæ primum, post Neostadii docuit, cujus vitam & obitum *Franciscus Junius* peculiari oratione Neostadii persecutus est. E JCtis autem hoc anno demortuus *Ludovicus Grempius*, Stuttgardtia-Suevus, eruditione probitate & candore præstantissimus Vir, ac Reipl. Argentoratensis Syndicus, cujus nomine multis quoque Comitiis interfuit. Hujus viri Liberalitati munificæ, vel maximam partem Bibliothecæ publicæ EBERHARDINÆ nostræ incrementum debemus, mortuus enim universam suam ac diffusissimam Librorum Supellectilem Academiæ nostræ consecravit.

CLXIV. VALENTINUS SCHACHTIUS

CLXV. JOH. ALBINUS.

CLXVI. HENRICUS CAMERARIUS.

§. 62. Succedit Anno CIↃIↃLXXXIV. in Rectoratu æstivali Academiæ Rostochiensis Rector M. JOHANNES FREDERUS, Bonarum Literarum seu Dialectices & Catecheseos Christianæ Professor Publicus Ducalis, qui mense April. electus, & 23. ejusd. mensis publice Academiæ Caput seu Rector declaratus fuit; inseruit autem tum Matriculæ CIV. Eo Rectore, *Franciscus Valesius*, Dux Alonsonius, novus Brabantiæ Gubernator, ac Regis Galliæ Frater, moritur optime mentis compos, sed non sine suspicione veneni in Arce *Chateau Thieri* seu *Theodori Arce*, itinere unius diei cum dimidio Parisiis distante; admittere ad se nec Monachum, nec Confessionarium quemquam voluit, sed omni spe salutis collocata in solo merito Jesu Christi, placide obdormivit, uti *Metteranus in Annalibus Belgicis*, & *Chytræus Chron. Saxon. Lib. XXVI. p. 784.* testantur. Hoc item tempore iterum Latronem quendam Burgundum, natum sex ad Vesontionem milliaribus in oppidulo Villefano *Balthasarem Gerhardum* nomine, ad homicidium *Wilhelmi* Principis Uraniæ quidam Jesuita die quidem 30. Junii seu 10. Julii Gregoriani incitavit, cum hac promissione, *se Deum pro illo precaturum, ipsum vero vitam æternam certo consecuturum, & in Album Sanctorum Martyrum relatum iri.* Igitur Delphis in hospitio suo, Monasterio D. Agathæ, absoluto prandio, circa primam pomeridianam, accubitu surgentem Principem insecutus, & denuo se cum illo loqui & secreta referre velle simulans, tormento manuario incautum Principem necavit; captus autem, & suum confessus homicidium, summo cruciatu & supplicio, proditori debito, periit. Videatur idem *Chytræus l. c. p. 785.* Omnia hæc sub *Frederi* Rectoratu in Belgio gesta sunt, qui cum justo tempore Regimen suum Academicum deponeret, Successorem in illa dignitate ac onere iterum die 20. Octobr. electum accepit, quemque ipse die 19. ejusdem mensis publice introduxit, GUILIELMUM LAURENBERGIUM, Bonar. Art. Mag. & Med. Professor. qui tantum XLIII. inscripsit. Moritur hoc anno *Caspar Wildius*, Spirensis, Consiliarius Würtembergicus, vel ideo adducendus, quia *Auctor* est *Constitutionum Ecclesiasticarum & Scholasticarum, itemque Juris Municipalis Ducatus nostri Würtembergici*, cujus præter *Melchiorem Adami*

CLXVII JOH. FREDERUS.

CLXVIII. GUIL. LAURENBERG.

quoque meminit *Freherus in Theatro suo Vir. Illustr. p. 893.*

CLXIX. DAV. CHYTRÆUS. §. 63. Anno CIↃIↃLXXXV. die 11. Apr. iterum Academiæ Rozstochiensis Rector renunciatus est DAVID CHYTRÆUS, Theolog. D. & Profess. Ducalis, qui tum CXXVI. inscripsit. Quo tempore Respublica illius Urbis & orbis Arctoi & tota etiam Germania Dei beneficio tranquilla fuit excepto Belgico, cujus Turbulenta ante 20. Annos agi cœpta, nunc tandem ad Catastrophen tendere videbatur, cum *Alexander Farnesius*, Parmæ Dux superiori Anno Brugas & Gandavium, & Mense Martio Bruxeliam recepisset, Antwerpiam quoque totum jam annum Scladi Fl. duobus infra Urbem milliaribus ponte juncto obsessam, & fame domitam die 7. Augsti in potestatem redegit, conditionibus multorum expectatione æquioribus. Gallia quoque novo bello ardere cœpit, *Carolo* Cardinale *Barbonio*, *Henrico Guisio*, & aliis confœderatis arma sumentibus, pro Religione Catholica Romana sola in Regno Galliæ deinceps retinenda, & omnibus cæteris sectis funditus exstirpandis. Ac ut *Henricum* Navarræ Regem, Consanguineum Galliæ Regis proximum, sed Hæreticum, jure Successionis in Regno privarent, multaque alia ad Rempublicam pertinentia rectius constituerent, P. P. etiam *Sixtus* V. fulmen excommunicationis in Regem Navarræ & *Condæum* strinxit, eosque inhabiles ad successionem Coronæ Galliæ pronunciavit die 11. Septembris, quare diversa adversus hunc impiissimum Patrem scripta partim Romæ publicis Locis affixa, partim in Gallia evulgata fuerunt, inter quæ celebre inprimis est *Brutum Fulmen*, Auctorem Doctissimum *Hottomannum* agnoscens. Eodem Anno die Dionysii, qui 9. Octobris erat, electus, & 21. ejusdem Rector Academiæ Rozstochiensis per semestre hybernum renunciatus est LUCAS

CLXX. LUC. BACMEISTER. BACMEISTERUS. S. Theol. D. Professor & Pastor Marianus, qui ipso Renunciationis die *Orationem de suo olim Præceptore charissimo, Luca Lossio*, Pro-Rectore Scholæ Johanneæ Luneburgens. habuit, die autem 5. Febr. anno CIↃIↃLXXXVI. ante Lectionem solitam Legum Academiæ istius, *de Legum in Academiis & Utilitate & Necessitate* peroravit: cum ille defunctus Magistratu hoc suo Scholastico esset, die quidem 27. April. eodem Anno *de ritibus solennibus in Academiis Rectoris Introductione usitatis* publice dixit: Inscripsit autem tantum LXXVI. Electus die 14. Aprilis novus Academiæ Rector (cui Abavus noster eodem CIↃIↃLXXXVI. Anno die ejusd. mensis sceptra cum Regimine Scholastico tradidit)

CLXXI. MICH. GRASSUS. MICHAEL GRASSUS, J. U. D. & Prof. Publ. Ducal. Membra Academiæ fecit LXVI. quem in hac Magnifica Dignitate justo tempore per unanimia vota die 12. Octobr. electus, ac 19. ejusd. publice introductus excepit MARCUS LUSCHOVIUS, J.U.D. & Prof. Senator. & LXV. in Matriculam Academiæ retulit. Hoc anno die 11. Febr. fato concessit Elector Saxoniæ *Augustus*, antequam ægrotasset: cum enim mane ante Concionem summa cum attentione audivisset, & ex venatione cum Conjuge in Urbem redierat, in scamno sedens, miro animi deliquio & virium corporis defectu subito abreptus est, ac pridie Idus Martii solenni pompa funebri Fribergæ sepultus, in cujus Laudem hæc scripsit D. *Johannes Major*, Theologus Wittebergensis:

Exul cum pietas aliquam sibi quæreret umbram,
Umbra sub AUGUSTI *tuta reperta fides est,*
Ut quo Rex superum sub nomine venit in orbem,
Nomen idem hanc pulsam forsan ab orbe tegat.

Denique etiam Lubicæ post mortem *Eberhardi* sui Principis sapientis & veræ religionis & literarum juritiæque amantis, hoc anno die 16. Septembr. novus iterum Ecclesiæ suæ Episcopus a Capitulo electus est *Johannes Adolphus*, Ducis Holsatiæ *Adolphi*, Calend. Octobr. ex hac vita postea emigrantis Filius, qui jam superiori anno Bremensis Archi-Episcopus designatus erat. Hyems initio hujus anni sæva & diuturnior solito in Regionibus ad Mare Balthicum fuit, ac fere ad solstitium continuata est: Nonis namque Maji primos Arborum flores ac frondes visi, vitis vero ubique ex gelu periit: exeunte Majo demum ver adultum factum, rursum autem Idibus Novembris frigus iterum intensum cœpit, quod paulo post desæviit, ac secuto Mense inconstantes & perpetuæ acerrimi gelu & subitæ remissionis vices, Catharros graves aliosque morbos genuerunt, uti annotat *Chytræus in Chron. Saxon. Lib. XXVIII. p. 836.* Notamus adhuc demortuum esse hoc anno in Vico nostræ Tubingæ proxime adjacenti Derendingen Theologum quendam, *Doctorem Slavonicum*, vulgo dictum, *Primum Truberum* nomine, qui anno 1508. Rosterlicii Pago Carniolæ tribus milliaribus a Labaco natus, Salisburgi Literarum fundamenta jecit, dein Viennam in Academiam a Parentibus missus, mendicando se sustentavit; *Petri* dein *Bononi* Episcopi Tristani Symphoniacis adjunctus anno 1527. anno vero 1542. primo Pontificiæ Religionis, in qua natus & educatus, Sacerdos factus est Laceæ, & ao. 1547. Canonicus etiam ad S. Martini Festernatis. Cum autem eodem fere tempore Mulierculæ quædam malæ famæ apparitiones quorundam Sanctorum jactitarent, eosque diversis in locis Fama sibi dedicari ex illarum ficta relatione jusserant, & quidem sub comminatione variarum poenarum: Hinc cum vulgus ibi magnas oblationes faceret, illorum Idololatricos Cultus *Truberus* tunc acriter taxavit, unde jussu *Urbani Textoris*, Episcopi Labacensis omnibus suis beneficiis exutus, & Bibliotheca ultra 400. florenos assurgente, spoliatus, ac anno sequenti nova persecutione exorta, Provincia Carniola tota ejectus fuit. Norimbergam ergo primum venit, indeque promotione D. *Urbani Regii*, Rotenburgum ad Tubarim venit, ubi & uxorem duxit, ac Ecclesiæ ibidem Evangelicæ fideliter per IV. Annos inserviit. Dein anno 1552. Ecclesiæ Campensi per octennium salutari Evangelica Doctrina publice innutriit. Anno 1560. ad Patrios lares in Carniolam remigrare quidem voluit, ast cum ob varia impedimenta hunc reditum in Patriam efficere non valeret, a *Christophoro*, piissimo Duce Würtembergico *Pastor Auracensis* constitutus fuit, ubi saltem unum annum substitit, tunc anno 1562. iterum *Labacum* avocatus fuit, quo ex clementissima

tissima Concessione laudatissimi Ducis Würtembergici se contulit, statim tamen ab hostibus Pontificiis calumniis variis impetitus, ita graviter, ut etiam in Aula Imperatoris *Ferdinandi I.* coram Tribunali Episcopi Labacensis comparere debuerit, & magna ibi animi sui fiducia intrepidam fidei suæ Evangelicæ confessionem edidit minime fructuosam, Patria tamen deprecantibus licet Ordinibus Carniolicis, iterum exire jussus est, sicque huc Tubingam reversus, *Ecclesiæ Lauffensi* statim præfectus, post semestris vero temporis spatium, *Derendingam* in vicinia Tubingæ nostræ *Pastoratum Ecclesiæ istius*, translatus est idque potissimum, ut qui artem literis Slavonicis scribendi, nunquam antevisam, nec in literis vel libris unquam hactenus usurpatam primus excogitaverat, Typographiæ hinc Vandalicæ a se propterea institutæ, eo propius adesset. Atque sic adjutus inprimis liberalitate & subsidio *Johannis* Liberi Baronis ab *Ungnad*, Austriaci, nec non ipsius etiam Ducis Würtembergici *Christophori* varios Libros Theologicos primus in Linguam Vandalicam vertit *Biblia S.* præsertim *N. T.* in Bibliotheca Academiæ nostræ publica adhuc hodie extans, *Catechismum Lutheri, Augustanam Confessionem, Examen Philippi Melanchthonis, Locos Communes Theologicos, Ordinationem Ecclesiasticam, Postillam Lutheri:* qua ratione effecit *Truberus*, ut non solum in Ducatu Carniolæ & Carinthiæ, sed & in ipsa Turcia Doctrina Evangelii fuerit propagata. Vixit in officio Pastorali suo Derendingæ in annum usque XX. tunc iterum a. 1567. ab Ordinibus consentiente Archi-Duce in Patriam revocatus, ubi ab Amicis rogatus, ut a Turcis captis in ea Provincia exemplar Alcorani conquireret, ejusque versionem adornaret. Advenit ergo in Carniolam, & examinatis duobus Turcis uno Wascha seu Bassa, & altero sacerdote, exemplum fidei ipsorum conquisivit. Reversus tandem in Ducatum Würtembergicum, placide inter preces Derendingæ expiravit, cum novem tantum diebus decubuisset, die quidem 29. Decembr. anno jam dicto 1586. ætat. 78. Moribundum cum consolaretur Pastorum quidam, & præsentes ad orationem exhortarentur, moribundus noster exclamavit: *Textum! Textum!* Dicta nempe sibi e sacra Scriptura in memoriam revocari desiderans. Concionem funebrem in eum habuit *Jacobus* ille *Andreæ*, Cancellarius Tubingensis nostræ Academiæ ex *2. Timoth. 4.* Hæc ex *Beati Frischlini Memoriæ Theologorum Würtembergensium Part. I. p. 56. seqq. passim.* Epitaphium ejus cum effigie ipso in Templo Pagi vicini Derendingæ erectum hoc est:

VIR *Tumulo hoc sanctus de Slava est Gente sepulto,*
PRIMUS, *qui Christi Præco fidelis erat.*
Imbuit hic PRIMUS *vera Pietate Labacum,*
Expulsus Domini nomine multa tulit:
Rotenburga habuit fidum Tuberana Ministrum,
Campidoni docuit voce sonante Deum.
Auratum capit hinc in Würtembergica terra
Laufaque Doctorem, post Derendinga diu.
Transtulit in Patriam divina volumina Linguam
Sparsit in Eoas Dogmata sancta plagas.
Pauperibus Pater; Hospitibus quoque Portus & Aura:
Vita & Canitie quam venerandus erat.
Pulcre certavit, cursum ratione peregit;
Servavit bene quam debuit, usque fidem.
Magno ergo nunc cum Paulo gerit ille Coronam,
Tempore quæ nullo marceat, ætheream.
Obiit diem suum 29. Jun. Anno 1586.

In Coelestem quoque hoc anno hic Tubingæ Academiam die 9. Novembr. inter horam 6. & 7. pomeridianam emigravit *Theodorus Schnepffius*, de cujus vitæ curriculo pauca hæc damus: Anno 1525. Calendis Novembris immundum hunc Mundum ingressus est Wimpinæ, quasi *Weiberpein*, ob crudelitatem, quam ab Hunnis perpessæ sunt ibidem olim mulieres, Patre *Erhardo* illo *Schnepffio* Theologo, cujam jam supra mentio facta, Matre autem *Margaretha Wurzelmanna*, Consulis ibidem Filia. Fundamenta studiorum suorum jecit Marpurgi, ubi Parens ipsius tunc in Academia vix erecta docebat, Magistro usus Hiliano Limpelfinio, postmodum cum Parentibus Stuttgardtiam venit, ubi sub Moderamine *Alexandri Marcoleonis* formatur, Condiscipulus *Chiliano Voglero, Jacobo Andreæ, Anastasio Demtero* & aliis, suis postea in Academia nostra Collegis conjunctissimis. Ad studia hinc Tubingam anno 1539. ablegatur, *Baccalaureus* creatur 17. Cal. Jul. 1541. *Magister* autem die 6. Aug. 1544. inter XVII. primus factus est. Post paucos Annos *Magister Domus* & *Græcæ* simul *Linguæ Professor* in Academia eligitur, hinc statim anno 1552. sponsalibus die 18. Februar. præmissis, die 2. Martii nuptias contrahit cum Præpositi Ducatus nostri Würtembergici piissimi illius Theologi *Johannis Brenzii* Filia *Barbara*, & quidem in Arce Eminga, quoniam socer illius festinabat iter ad *Concilium Tridentinum*. Postea anno 1553. die 29. Sept. Pastor Derendingensis in vicinia constitutus, ac anno 1554. d. 4. Mart. *de Peccato Originis* Præside *Jacobo Beurlino* Inauguralem defendit Disputationem, & in *Doct. Theologiæ* eodem anno promovet. Sequenti anno 1555. Nürtingensium fit Pastor, & Superintendens. Anno 1557. Calend. Februar. Tubingam in Academiam nostram revocatur ad *Professionem Theologicam*, quo anno ad Colloquium Wormatiense profectus, postremum vidit ibi Patrem *Erhardum* ex Thuringia ibidem quoque appellentem. An. 1566 & 1571. grassante Peste, dum tota Academia Eslingam migraret, solus perseveravit Tybingæ, & incolumis evasit. *Past. & Generalis Superintendens per* 5. Lustra fuit fidelissimus, aliquoties etiam Ærarii Academici Præfectus, seu *Supremus Deputatus*. Integra semper per omnem vitam suam valetudine usus est, & paucis saltem diebus lethaliter decubuit; Moribundus omnem exequialem pompam suis interdixit, modestissime corpus suum sepeliri desiderans, in templo igitur est hoc sine omni magnificentia sepultus, in quo 24. Annos amplius docuerat, concionem habente *D. Jacobo Andreæ, ex II. Timoth. IV.* Conf. *Frischlini Memoria Theologorum Würtembergensium Part. I. p. 89. seqq.* Anno 1572. die 21. Maji amisit Conjugem suam 20. anno Conjugii ex decimo & quin-

to partu. Anno 1573. iterum duxit Uxorem *Juliam*, viduam *Abrahami Sprengeri* Jur. Utr. D. & Consil. Ducalis *Simonis* autem *Engelharti*, D. Procuratoris & Advocati Spirensis in Camera, Filiam. Huic demortuo anno & die quo diximus in Academia parentavit M. *Erhardus Cellius* Poëseos Professor.

§. 64. Sed properamus ad anni CIↃIↃLXXXVII. res gestas describendas, notamusque inprimis, de Academiæ Rostochiensis Rectoribus die scil. 16. Apr. electum & 26 ejusdem publice renunciatum fuisse Academiæ Rectorem æstival. CLXXIII. HENR. BRUCÆUS. HENRICUM BRUCÆUM, Philos. ac Medic. D. ac Professorem, qui tum CXLI. inscripsit. Huic deinper hyemem Successor datus est M. CLXXIV. ERASM. STOCKMANN. ERASMUS STOCKMANN, Phys. atque Metaphys. Prof Senator. qui 18. Octobr. electus, & 29. ejusd. publice introductus est Academiæ Rector, & Cives tunc fecit novos XLVI. Hoc anno a Regni Angliæ Senatu, *Maria* Scotiæ Regina ad mortem condemnata, in Arce Foteringhami securi percussa, supplicio præsenti & forti animo se Catholicam mori testata subiit, cujus vitæ historiam præter *Buchananum*, Historiæ Scotiæ Scriptorem incomparabilem ac felicissimum Poëtam, an. 1582. demortuum latius quoque ejus vitæ exitum *Pomarius* persequitur *Memoria Theologorum Wittemberg. Part. I. p. 89. seqq. in Continuatione der alten Sechsischen Chronick p. 817. seqq.* ubi & pag. 823. sequens quoque de ea adducit Epitaphium:

MARIÆ
SCOTORUM REGINÆ EPITAPHIUM.

Stemmate Cæsareo, & Scotorum, clara Marito
Rege, ac hoc Gnato, qui modo Sceptra tenet.
Illa ego, quæ fata sum Regali stirpe Parentum,
Hoc tumulo parvo contumulata tegor.

Hucque meæ mentis parva imperiosa potestas
Et mea me torsit, prob, temerata fides.
Stemmata nil faciunt, nil prodest Sanguine claro
Censeri, si animum devius error agat.
Disce sequi rectum, justumque: tenentia Colla
Marmora, qui, fato, nostra resecta vides.
Discite Mortales, quibus est res conscia nostri
Consilii, in dubiis esse pericla vitæ.
Atque meo exemplo moniti desistite: nam vos
Certa, sed incerto tempore poena manet.
Bis sapit, alterius qui exemplo motus: & ipso
Sit satis hoc, nostro vos didicisse malo.

Cæterum mirabilis quædam Halecum captura hoc quoque anno die 21. Novembr. in Norvegia contigit, quas multis ignotis literis ac characteribus cuti quasi insculptas, depictas citat *Pomarius* laudatus *l. c. p. 824.* Peculiari autem Libro horum Characterum explicationem aggressus *Ananias Jeraucurius*, quam ea de re lucubrationem suam Regi Danorum *Friderico II.* dedicavit, hoc inscriptam & evulgatam titulo: *Explicatio characterum, qui inventi fuerunt in lateribus duorum Halecum. Auctore* JOHANNE JERAUCURIO, *ad Serenissimum Regem Daniæ.* In hoc Libro suo inter alia ita: *Misit ad me*, scribit, *amicus & familiaris meus figuram duorum Halecum, quæ capta fuerunt a Piscatoribus, unum in Dania majusculum, alterum in Norwegia d. 21. Nov. anno 1587. quo mense solent ipsi Dani ea expiscari, multaque millia capere. Verum eo die capta fuerunt tantum duo in duobus diversis locis. Et ea erant certis characteribus nigris, ad carnem usque profunde adhærentibus insignita, fuerantque ad Regem Daniæ missa. Et is, qui ad me miserat, postulabat, ut hos Characteres ostenderem Viris doctis, & peterem eorum super hac re judicium, simulque meam ad ipsum mitterem sententiam, uti scivet, quid mihi de his Characteribus videretur. Non potest carere prodigio*, scribit laudatus Auctor in Præfatione ad Regem ipsum, *quod pisces characteribus, veluti Dei digito insculptis, insigniti capti fuerint duo in duobus locis, uno eodemque die, & nulli alii capi potuerint eo die, quo ii capti sunt, cum alioqui multa millia capi soleant.* Hæc ille. Obiit etiam hoc anno d. 9. Maji anno ætatis LXXVI. (natus siquidem erat an. 1511.) in Academia hac nostra Tubingensi *Jacobus Schegkius*, Schorndorffensis Suevus, Medicus & Philosophus, DAVIDE CHYTRÆO Judice excellens, quem *φυσικῆς ἀκροάσεως* Aristotelis libros, & *alia interpretantem in hac Academia olim adolescens se audivisse addit Lib. XXVIII. Chron. Saxon. p. 881.* Licet autem hic Vir Professione Medicus fuerit, Philosophiam tamen Medicinæ præposuit, & *Libros XV. de Demonstratione conscripsit. Arrhiani Dissertat. Epicteti in Latinum transtulit, Topica Aristotelis quoque Commentariis illustravit.* Coecitate ad extremum laborare coepit, & cum ophthalmicus quidam oculos illi curare vellet, eum repudiavit addens: *Se multa vidisse, quæ maluisset non videre, optare ad nonnulla etiam surdum fuisse.* Vid. *Thuanus L. 88.*

§. 65. Venit Annus CIↃIↃLXXXVIII. quo die Tiburtii eligitur, & 23 Apr. publice renunciatur Academiæ Rostochiensis Rector Magnificus SIMON PAULI, S. Theol. D. Prof. Ducalis, Superintendens & Pastor Ecclesiæ ad S. Jacobum, qui CXVI. inscripsit; evulgavit is sub auspicium hujus anni, quod hoc loco inseri meretur: CLXXV. SIM. PAULI.

RECTOR ACADEMIÆ IN URBE ROSARUM,
SIMON PAULI, Sacræ Theologæ Doctor & Professor.

Alexander Macedo, qui propter res præclare gestas, *Magni* nomen accepit, & victo *Dario* Persarum Rege totius terrarum orbis Monarcha, Anno a condito mundo 3634. ante natum vero CHRISTUM 328. factus est, Ducem in exercitu suo habuit *Antbyrium* qui mortuo *Alexandro* & dissipato eius imperio totam ditionem Megapolensem & vicinas aliquot regiones occupauit, a quo integram Genealogiæ suæ seriem, illustrissimi nostri Principes Megapolenses texunt, ac historiam non fabulosam esse, non tantum ex *Alexandri Magni* equi celebris *Bucephali* capite, aurea corona in memoriam regiæ dignitatis ornato, quod *Antbyrio* & posteris eius insigne fuit, & adhuc est, apparet, sed etiam aliquot flumina & oppida, quibus a præcipuis regibus nomina indita sunt, ostendunt. A *Wismaro* Rege, initio condita & nominata est urbs Wismaria, quam devastatam Comes Suerinensis *Guncelinus* Anno Christi 1238. instauravit. Nostris temporibus adhuc notus est fluvius Radegast, dictus a Rege *Radegast*, qui bellum gessit cum Romanis.

Et

Et notæ sunt Historiæ *Alrici* & *Genserici*, qui in eadem genealogia ponuntur. Hi ex Hispaniis Sarracenos expulerunt, & inde *Genfericus* Herculeum fretum transiens, Carthaginem cæpit. Inde in Siciliam nauigans Romam expugnauit. Celebratur etiam in Historiis Rex *Aritbbertus*, qui uxorem duxit, sororem Conjugis *Caroli Magni*, ut ipse testatur in commentariis, quos filio *Ludovico* reliquit. Nam scribit *Carolus Magnus* affinitate sibi junctos esse *Herulos*, quo nomine dicti fuerunt hi Reges, & eorum quos rexerunt populi, qui & *Polabi*, *Obetriti*, *Heneti* & tandem *Megapolenses*, ab urbe ampliss. potentissimaque Megapoli, cujus ruinæ non longe a Wismaria adhuc cernuntur, ubi & arx est idem nomen retinens, nominati sunt. Opera vero affinis sui *Aritbberti* Regis Herulorum seu Megapolensium, *Carolus Magnus* molem belli contra Saxones integros annos triginta, donec ad Christi agnitionem converterentur, sustinuit. Hujus Regis *Aritbberti*, post filium *Bilungum* 26. Obetritarum Regem, posteri relicta fide in Christum rursus ad idolorum cultus se converterunt, usque ad *Pribislaum*, conditorem hujus urbis Rostochii, Anno a nato JESU CHRISTO 1160. & Monasterii Doberanensis Anno 1170. Post *Pribislaum* in hac familia præcipue celebres fuerunt *Johannes Theologus*, ejus filius *Henricus Hierosolymitanus*, nepos *Henricus*, cui propter fortitudinem bellicam & generosum excelsumque animum *Leonis* nomen inditum est, & hujus nepotes *Johannes* & *Albertus* primi Duces Megapolenses & Academiæ Rostochiensis cum ampliss. prudentissimoque hujus urbis Senatu, Fundatores, Anno 1419. Patrum nostrorum memoria celebris fuit, Dux *Magnus* conditor Collegii Canonicorum hic Rostochii ad S. Jacobum, qui obiit anno 1503. Nostra adhuc memoria clarissimi fuerunt hujus Filii, *Henricus* patriæ Marte togaque pater, qui decessit Anno 1552. & Dux *Albertus*, de quo *Philippus Melanchton* in publica lectione aliquoties affirmavit, se inter tot millia hominum, quos in tota vita sua conspexisset, non vidisse Heroëm eleganti corporis statura formaque ornatiorem, cujus ex hac vita Anno 1547. evocati, duo filii, illustrissimus Princeps *Johannes Albertus*, & illustrissimus Princeps *Udalricus*, quem patrem patriæ clementissimum, & Ecclesiæ Scholarumque nutricium liberalissimum ut DEUS, Ecclesiæ, Scholis & Patriæ quam diutissime incolumem florentemque conservet, ardentibus eum votis verisque gemitibus precamur, in imperio pares, cum intelligerent maximum Ditionis suæ ornamentum esse hanc Academiam Rostochiensem, nova dotatione, cujus annui reditus aliquot aureorum millia faciunt, eam instaurarunt, atque ad mensæ pauperum, quæ mediocris frequentiæ in omnibus Academiis nervus est, conservationem, aliquot coros frumenti, qui ex Monasterio Doberanensi quotannis huc mittuntur, & in perpetuum mitti debent, liberalissime legarunt *Johannis Alberti* Principis literati, etiam patris Patriæ & Ecclesiæ & Scholarum nutricii benignissimi, piæ & optimæ memoriæ, qui ex hac ærumnosa in Cœlestem vitam evocatus est anno 1576. die Februarii 12. duo filii illustrissimus Princeps *Johannes* & illustrissimus Princeps *Sigismundus Augustus*, hodie post meridiem, hanc urbem ingredientur, ut juramentum fidelitatis, quod usitate *homagium* nuncupant, a subditis accipiant. Non dubium est autem, vere regiam & inclytam illustrissimorum Principum nostrorum Megapolensium familiam antiquissimam, tot seculis propter insignem pietatem singularemque virtutem divinitus esse conservatam, juxta promissionem in lege divina traditam *Exodi 20.* in qua affirmat DEUS, se *posteritati piorum benefacturum esse in mille & plures generationes.* Et notum est dictum *Psalmi 112. Generi rectorum benedicetur*: cum quo congruit dulcissimus *Theocriti* versus *Idyl. 33.* Ευσεβέων παιδέσσι τὰ λώια δυσσεβέων δ' ἔ. *Piorum liberis bene erit, impiorum vero non.* Experientia gentes quoque, ut hic versus monet, didicerunt promissionem divinam de conservatione familiæ piorum non vanam aut irritam sed certam firmamque esse. Qua propter volumus ut studiosi nostri, virtutis doctrinæque studiis ex professo dediti, quos pietatis, modestiæ, temperantiæ, verecundiæ & cæterarum virtutum exemplis alios præire & prælucere decet, nobiscum pro conservatione Familiæ illustrissimorum Principum Megapolensium totis pectoribus DEO gratias agant eumque ardenter precentur, ut deinceps quoque usque ad finem mundi, ne semen ejus deficiat, eam felicem florentemque conservet & custodiat. Severe etiam præcipimus eis ut noctu domi se contineant & a discursationibus grassationibusque nocturnis omnino abstineant, ne in pericula vitæ corporumque tristissima incidant, & studia nostra, totamque Academiam in odium contemptumque Cyclopica vita & malis moribus, adducant. Bonis & liberalibus ingeniis, quæ non formidine pœnæ sed virtutis amore peccare oderunt, non opus est pœnarum denunciatione. Si tamen, quod non speramus, aliqui erunt, qui nec DEI nec illustrissimorum Principum nostrorum nec eorum quos secum adducent, nec aliorum bonorum judicia pertimescentes, nec propriæ conscientiæ salutisque rationem habentes, huic mandato non sunt parituri, horum petulantiam inobedientiamque tanta compescemus severitate, ut disciplinæ legumque nostrarum custodes & executores nos esse, & ipsi & alii intelligant. Rostochii XIIII. Calendas Julias Anno a nato JESU CHRISTO M. D. LXXXVIII. Eodem anno per semestre hybernum die 9. Oct. electus, & 18. ejusd. renunciatus fuit Academiæ Rector M. VALENTINUS SCHACHTIUS, S. Theol. Prof. Senat. & Archi-Diaconus Jacobæus, qui tantum LXXVIII. in Academiæ Matriculam retulit. Quo anno Ordines Belgici Numismata cuderunt, quibus inscripta erat imago Leonis ligati fune ad columnam, in qua erecta Ducis *Albani* consistebat statua cum superscriptione: *Dux Albanus.* In collari autem fasciæ Leonis inscriptum erat: *Inquisitio.* Hanc Musculus quidam abrodendo confecit & dissoluit cum inscriptione: LEONEM LORIS ROSIS MUS LIBERAT. hoc est: *rodendo stricti solvit Mus Vincla Leonis.* In altera facie Nummi

CLXXVI. VAL. SCHACHTIUS.

mi ſtabat Papa & Rex Hiſpaniæ, Leonem annuendo & incitando ad ſe vocantes, & oſtendebatur ei Lorum Collare, ut illud iterum ſibi fineret circumdari: Leo autem renuit, avolatque, his inſcriptis verbis: VINCIRI LEO PERNEGAT. *Hieronym. Wolff. Lect. memorab. & recondit. Centen. XVI. p. 971.* In genere autem de iſto anno CIↃIↃLXXXVIII. Aſtrologorum ſingularia & haud fruſtranea vaticinia annotamus, ſicuti fecit generoſiſſimus Heros ac ſummus Aſtrologus *Henricus Ranzovius* in ſuo *de Annis Climactericis & Imperiorum Periodis* libello. Et jam ſuo tempore *Johannes Regiomontanus* Mathematicus ſummus aliquando ante, quam Romæ anno ætatis ſuæ XLII. 1475 in vivis eſſe deſiit, Prognoſticum ſeu vaticinium in hanc fere ſententiam edidit:

Poſt mille expletos a Partu Virginis annos,
Et poſt quingentos rurſus ab axe datos
Octuageſimus octavus mirabilis annus
Ingruet, & ſecum triſtia fata feret.
Si non hoc anno totus male concidet orbis,
Si non in nihilum terra fretumque ruat;
Cuncta tamen mundi ſurſum ibunt atq; deorſum
Imperia, & luctus undique grandis erit.

Idem quoque repetiit *Johannes Stöfflerus* noſter, magnum quondam Academiæ noſtræ Eberhardinæ lumen, ac inſignis Aſtrologus, & recte vaticinati ſunt omnes, quid enim in Polonia factum, ſciunt omnes, quod Regnum inteſtinis bellis & procellis undique tunc vel pene oppreſſum, quatuor uno eodemque tempore Reges accepit, res, niſi omnes id uno ore confirmarent Hiſtorici, creditu haud poſſibilis. *Sigismundum* ſcilicet Suevum, *Maximilianum* Auſtriacum, *Henricum Valeſium* Gallum, profugum, Regio Poloniæ titulo ad finem vitæ utentem, & tandem *Theodorum Magnum*, Moſcoviæ Ducem. Porro tunc Sueciæ quoque Regnum tumultuum incendiis flagravit, ac arces aliquot bello pridem captat, iterum amiſit. Moſcus mente licet paululum remotior, amiſſa iterum recuperat. Daniam Rege *Friderico II.* demortuo, relictoque undecenni Filio, Inter-Reges quatuor gubernant. Scotiæ Regina, de qua paulo ante diximus, a propria conſanguinea, mulier a muliere, damnatur & ſupremo afficitur ſupplicio. Anglia, fugata Claſſe Hiſpanica, mirabilem victoriam obtinuit. Hiſpania contra claſſem omnibus formidabilem & præpotentem viſam amittit, & variis a Draconis modis infeſtatur. Perſa moritur, Turca infeliciter in Hungaria infeliciter adverſus Chriſtianos militiam exercuit, & Ungari crebris ejusdem incurſionibus moleſtiam perpeſſi. *Maximilianus* Auſtriacus a Polonis fugatus & ab illis captus in cuſtodiam abducitur. Italia a Bannitis plurimum perpeſſa. Germania noſtra veteri Lethargo ſopita, nunc hanc, nunc illam Religionis faciem exoſculata eſt, & quid multis? A ſolis occaſu ad orientem uſque nullus tunc locus a ſingulari aliqua mutatione remanſit liber; omitto portenta hoc anno viſa, multarum ſemper calamitatum Prodromos. Taceo mulierem illam in oppidulo Holſatiæ Apenradio, quæ quinque dierum interſtitio, geminos menſe hujus anni Februario peperit; quinque ſoles in Dithmarſia eodem menſe viſos: Xiphiam, ſive Piſcem Gladium, variis literis & ſignis, crucibus puta, gladiis, vexillis, ligone, pugionibus, capitibus equorum & navigiis inſignitum, Gryphiswaldiæ in Pomeranorum Academia vigeſimo ſecundo Majo captum: Solem Vinariæ vigeſimo ſexto menſe Junii, aëre ſereno repente obſcuratum, totoque eo die cum gladii ſtricti figura in ore conſpectum: Rupem Colmerbergenſem prope Salsfeld prodigioſe ſeſe aperientem, diſruptam. Panes ſecundarios a quodam tenaciſſimo Euclione, cujus genus, nomen & avaritia nobilis reticetur, prope Rhodopolim furno immiſſos, palaque rurſum extractos, ſanguinem miraculoſe lacrymantes, & paulatim in cineres reſolutos: & quæ ſunt hujus generis admiranda alia; de quibus hiſtorici hujus anni paſſim agunt, & nos quoque noſtro ſcopo nunc quidem ſatis diximus.

§. 66. Properamus nunc ad iſta, quæ ad annum CIↃIↃLXXXIX. cum de Rectoribus Varniacis, tum etiam de aliis rebus geſtis ſunt adducenda. Fuit autem æſtivus tum Academiæ Rector die CLXXVI Tiburtii electus, & 30. Apr. publice renunciatus JOH. ALBINU JOHANNES ALBINUS, J. U. D & Prof. Ducalis, qui tantum XCIX. inſcripſit, quos inter fuit *Albertus Grawerus*, primum Scholæ Islebienſis Rector, dein Theologus in Academia Salana celeberrimus, & tandem Superintendens Ducatus Saxo-Vinarienſis, *ex Anti-Lubino, Bello Calvini & Chriſti, Calviſtarum abſurdis abſurdorum abſurdiſſimi Libris de Localitate & Illocalitate Corporis Chriſti, & aliis contra Photinianos, Calvinianos & Jeſuitas ſcriptis, Commentariis in Micheam, & Aug. Conf.* erudito orbi ſat notiſſimus. Vehementis eum atque rixoſi animi fuiſſe, ex ſcriptis illius editis ſat luculenter appareret: Unde etiam in controverſia illa cum *Lubino* agitata, Abavo noſtro *Lucæ Bacmeiſtero*, Sen. in literis ad *Bartholdum Krakovizium*, tum adhuc Theol. Candidatum, Wittebergam an. 1605. hac de re miſſis, *Grawerus, homo novus, turbulentus & rixoſus, diſtractiones quærens*, audit, *& non parum de Theologis Wittebergenſibus miratur, illos tam faciles huic* (Grawero) *animos & aures præbuiſſe, nec prius vel D.* Lubinum, *vel ſe ac ſuos Collegas, qui Theologicis ſtudiis in Academia* (Rozſtochienſi) *præſunt, monuiſſe amice, quid tam in ipſo* (Lubino) *quam in illis* (Theologis Rozſtochienſibus) *deſiderarunt, antequam judicium ſuum de Phoſphoro Lubini* illi turbulento & rixoſo homini *communicarent &c.* Obiit tandem *Grawerus* an. 1617. Inſcriptus tunc quoque fuit *Joachimus Schönermarck*, Rozſtoch. poſtea in Academia Profeſſor Juris præclariſſimus, de quo ſuo loco. Excipit *Albinum* in Rectoratu hybernali HENRICUS CAMERARIUS, CLXXVIII. Philoſ. & J. U. D. & Prof. Ordin. Senator. qui HENR. CAMERARIUS. menſe Octobr. electus, & 23. ejusdem renunciatus eſt. Inſeruit tunc Matriculæ Academicæ XLVII. & inter illos *Bartholomæum Battum* Hamburgenſem, ubi mundum primum vidit An. CIↃIↃLXXI. eo quidem tempore, quo Conventus Dreſdæ habitus, & formula illa Conſeſſus ſcripta, ac quo Franckenthaliæ Theo-

Theologi cum Anabaptistis locuti sunt. Parentes habuit *Johannem Battum*, Medicum Celeberrimum, & *Mariam Krakeriam*, Alosto Flandros, qui anno 1564. per Pontificiam Tyrannidem Antwerpia extorres facti, Hamburgum concesserunt. Primum in Schola Patria eruditus Rectore M. *Guernero Rolofinckio;* dein anno hoc 1589. studiorum gratia in hanc Academiam Varniacam ablegatus est, & studia Philosophica ac Linguas Orientales tractavit, ubi anno 1594. Decano D. *Magno Pegelio*, Magisterii Laurea condecoratus fuit. Postquam Wittenbergam abiit per Triennium studiis Theologicis ibidem incumbens, quæ Rostochii tandem perfecit. Anno 1596. *Logices Professor* a Duce Pomeraniæ *Bogislao XIII.* in Academia Gryphica constitutus fuit. Anno 1597. Uxorem duxit primam *Emerentiam*, Dn. *Joachimi Schwarzii* Senatoris ibidem Filiam. Alteram anno 1623. *Juditham*, Dn. *Johannis Parovii* Mercatoris Stralsundensis Filiam. Anno 1599. in locum *Flegii* Pastor Jacobæus & in Academia Gryphica Theologiæ Professor electus, ibidem eodem anno Theologiæ Doctor a *Friderico Rungio* creatus fuit. Vitam assiduis sacris meditationibus piis & vero Theologo competentibus actionibus consumsit, die autem 2. Augusti An. 1637. hemiplexia ejus dextrum latus tactus, paralysi ab illa Corporis Parte laborare cœpit, tandem 4. Octobr. omnium vitiosarum affectionum maturitas erumpere cœpit: Varii siquidem Morbi, Febris, Calculus, Tussis, facto agmine quasi, corpus ejus oppugnare aggrediebantur, ubi denique die 3. Nov. an. 1639. catharrus suffocativus cor plane obruit. Organo animæ corrupto, ad vitæ terminum placide delatus, somno quasi obdormiscens, dolorum expers, animam Creatori suo redditit, Professor XLIV. Theologus XXXIX. & inter homines homo annorum LXVIII. Laudarunt illum in Academia d. 9. Novembr. *Hermannus Quirinus*, J. U. D. & die 15. Nov. *Nicolaus Vismarus*, Theologus. Edidit hic Theologus præstantissimus *Disputat. III. de æterna Salvandorum prædestinatione; de Sacra Scriptura Disputat. VIII. in August. Confess. Disputat. XXVI. de Possibilitate Apostasiæ Sanctorum, sive amissionis Gratiæ in Electis. Systema Theologiæ XXII. Disputat. inclusum; de Justificatione hominis peccatoris coram Deo, Libros III. Bellarmini de Justificatione Libris oppositos; Orationem de Christo Salvatore contra Faustum Socinum; Vindicias veritatis de Probabilitate, Apostasiæ Sanctorum contra Synodum Dordrechtanam, & in specie Sebastianum Benevellum Theologiæ D. & Professorem Oxoniensem; Commentarios in Epist. ad Galatas, Ephesios, & Philippenses.* Cæterum homicidium illud exsecrabile seu Parricidium potius inauditum, quod ordinis Prædicatorum Monachus *Jacobus Clemens* ex Angeli, ut dicebatur, instinctu in Regem Galliæ *Henricum* III. hoc anno die 1. Aug. Calend. Gregor. perpetravit præter *Chytræum Chron. Saxon. Lib. XXVIII. p. 861.* pluribus describit *l. c. Wolff. Lect. Memorab. & Recondit. Centenar. XVI. p. 977. & 78.* Addimus adhuc Anni CIↃIↃXC. Academiæ Varniacæ Rectores, quorum æstivalis BARTHOLOMÆUS

CLINGIUS, Philos. & U. J. D. & Profess. Dialectices Ducalis, die 13. Apr. electus & 24. ejusd. mensis publice introductus fuit: Numerus autem inscriptorum erat CVI. quo nondum Rectore ineunte Martio, prope Gustrovium in Stagno Urbis, Piscis quidam monstrosus captus est, in cujus Lateribus æra anni 395. literis numeralibus erat perscripta. Hybernalis denique Academiæ Rector die 9. Novembr. electus, & die 29. ejusdem declaratus est WILHELMUS LAURENBERGIUS, Philos. ac Med. D. ac Professor Ord. Senatorius, qui tantum LXXII. in Matricula annotavit, inter quos etiam extitit WILHELMUS, Dux Curlandiæ & Semi-Galliæ cum sequentibus Literis Commendatitiis ad Academiam missus, adductis a venerando olim in studiis Philosophicis ac Principiis Theologicis Præceptore D. *Æpino*, in, *de Rectoribus Academiæ Rostochianæ Magnificentissimis atque Illustribus Schediasmate Historico-Literario Politico Sect. I. ss. 13. p. 14. seqq.* CLINGIUS. CLXXX. WILH. LAURENBERG.

Von Gottes Gnaden Fridrich in Liefland, zu Churlandt und Semgallen Hertzogk. Unsern gnædigen Gruß und geneigten Willen zuvor. Ehrwürdige achtbare und hochgelehrte liebe besondere &c. Alß wir unserer Gebühr nach auff weylandt des Durchleuchtigen Fürsten Herrn Gotthardten, in Liefland, zu Churlandt Semgallen Hertzogs unsers itzo in Gott ruhenden gnædigen und freundlichen lieben Herrn Vatters, Christmildiger Gedæchtniß ernstlich dahin gesehen und getrachtet, wie wir den auch Hochgebohrnen Fürsten, Herrn Wilhelmen, in Liefland zu Churlandt und Semgallen Hertzogen, Unseren freundlichen lieben Bruder, auch auff S. L. eigenes sehnliches Verlangen an berühmte Oerter teutscher Nation Studierens und Erfahrung halber schicken und bestellen möchten haben wir unter andern nicht unbekandten hohen Schulen und Academien nebst allerhand Ursachen und Bedencken, fürnehmlich auch um der unverdæchtigen Einigkeit willen in Unserer wahren Religion der Augspurgischen Confession und fleissiger Bestellung der Profession in allen freyen Künsten eure löbl. Universitæt daselbst zu Rostock erwehlet und Uns gefallen lassen, dahin sich hochgemelte S. L. anfænglich eine zeitlang begeben, und allda ihren Studiis im Nahmen Gottes zu Desselben Ehre, nachzusetzen verhalten solle, in ungezweiffelter guter Zuversicht, gleichwie wohlgemelte Eure Universitæt daselbst an obgeregten Stücken bey uns und mænniglich berühmet ist, daß es auch also gedachter S. L. an treuer Lehre, Ubung und guten Exempeln allda nicht mangeln werde, dadurch dieselbe zuvorderst in wahrer Gottesforcht und dann auch in guten freyen Künsten an Verstande und allen Fürstlichen löblichen Tugenden tæglich wachsen, auffnehmen, und damit Gott zu Lob und gemeinem Nutze, zum Besten gezieret werden möchte, welches wir S. L. von Hertzen brüderlich gönnen, und gewünschet haben wollen. Und ob uns wohl Euer Excellenz Humanitæt und gewöhnliche Leutseeligkeit genugsam versichert, Ihr werdet ohne das hochgedachte S. L. sammt derselben beyhabenden Hofemeister, Præceptorn, Edel-Knaben und gantzem

tzem Geſinde, in Ihrer Ankunfft bey euch gerne auff und annehmen, ſo geſinnen wir doch hiemit ſolchem zu folge gantz gütlich und gnædiglich, ihr wollet auch über das nach aller fürfallenden Gelegenheit euch dieſelbe zu Gonſt und Gewogenheit ins beſte laſſen befohlen ſeyn, und obgeſatztes Ziel fruchtbarlich zu erreichen S. L. ſammt und ſonderlichen möglichen Fürſchub, Anleitung und guten Willen beweiſen helffen, daſs wird euch inſonderheit in dieſen weit abgelegenen Oertern Ruhm und Ehre geben, und wir ſeind es eben hochgemelt S. L. auch vor uns in Gnaden und Gutten um Euch ſamtlich zu erkennen geneigt. Gottes Schutz empfohlen: Datum *Goldingen am 14ten* Sept. anno 90.

Fridericus, manu propria.

Inſcriptio. *Dem Ehrwürdigen, Achtbarn und Hochgelahrten, unſern beſondern lieben Rectorn, Decano und gantzem Senat der löblichen Univerſitæt Rozſtock ſammt und ſonders.*

His itaque literis commendatitiis ab illius Fratre, regnante tunc Duce ad Reverendum Concilium clementiſſime datis propriaque illius Manu ſubſcriptis adveniens Princeps ille *Wilhelmus*, Rector tunc Academiæ Magnificus, Dominus *Wilhelmus Laurenbergius* anno nempe 1590. menſe Novembri, manu ſua nomen illius in Matricula Academica annotavit. *Guilielmus in Livonia, Curlandiæ & Semi-Galliæ Dux Illuſtriſſimi Principis ac Domini Dn. Udalrici Ducis Megapol. ex Sorore* Anna *Nepos.* Cum itaque Academia Rozſtochienſis, quod nulli vel ante vel poſt eum contigit, in continua ſerie huic Principi *Wilhelmo* ter faſces Rectorales tradiderat, hoc erga illum ſubmiſſiſſimæ ſuæ obſervantiæ Univerſitatis teſtimonium Sereniſſima ejus Familia, præſertim vero Sereniſſima ejus mater tanti fecit, ut propterea literis ſingulari plane humanitate refertis Concilio Academico quam clementiſſimas gratias egerit, quas ex ſupra laudati *D. Æpini Schediaſmate p. 16.* hic quoque inſerere placuit.

Von Gottes Gnaden Anna gebohrne Fürſtin zu Mecklenburg &c. in Liefland zu Churlandt und Semgallen Hertzogin &c. Wittwe.

Unſern Gruß und gnædigen Willen zuvor, Ehrwürdige, Achtbare, Erbare, Hoch- und wohlgelehrte liebe beſondere: Weilen wir an den Hochgebohrnen Fürſten, Unſern hertzlieben Sohn, Hertzogen Wilhelmen &c. Unſern Rath und lieben Getreuen, dem Ehrenveſten und Hochgelehrten Nicolaum Claudium, *beyder Rechte Licentiaten, der Oerter abgeſandt, haben wir zugleich nicht unterlaſſen wollen an euch zu ſchreiben, und zu vorderſt gnædige Danckſagung zu thun, daſs ihr ſammt und ſonder nicht allein hochermeldten Unſern hertzlieben Sohn in S. L. erſter Ankunfft in allen Guten und Beſten in die löbliche Univerſitæt uff und angenommen, mittlerweile euch alles gebührlichen Willens und Gewogenheit gegen ihme verhalten, ſondern auch wie wir des weitern berichtet worden, zu der Univerſitæt* Rectorem *erhoben und erkohren, welches alles von Unſs und Unſern gantzen Fürſtlichen Hauſe wohlmeynentlich und danckbarlich vermercket worden, ſagen euch derwegen für alle ſolche bezeigte Gewogenheit gnædigen und groſſen Danck: und geſinnen gantz gnædig und güttlich, ihr wollet ferner in ſolcher guten Gewogenheit gegen hochgedachten unſern lieben Sohn beſtændig verharren, das wollen wir ſammt S. L. und Unſerm gantzen Fürſtlichen Hauſe gegen euch in allen Guten und Gnaden zu jederzeit einzubringen unvergeſſen ſeyn, und thun dieſelbe göttlichen Schutz empfehlen.* Datum *uff Unſerm Schloſſe Mitov den 26ten* Maji Anno LXXXI.

Anna Hertzogin zu Churlandt, unſer eigen Handt.

Inſcriptio. *Dem Ehrwürdigen, Achtbarn, Ehrbaren, Hoch- und wohlgelahrten Unſern lieben beſondern, Herrn* Vice-Rectori, Decano, Doctorn, Magiſtris *und* Profeſſorn *der löblichen Univerſitæt zu Roſtock ſammt und ſonderlich.*

In hoc autem primo Rectoratu ſuo Sereniſſimus Princeps *Wilhelmus* varia edidit Edicta, Programmata alias dicta, tam Feſtivalia, Funebria, quam etiam Academica varia, ſtylo quidem tunc Pro-Rectoris *Chytræi* conſcripta, ſingula tamen Ducis *Wilhelmi* Dei Gratia, in Livonia, Curlandiæ & Semi Galliæ Ducis &c. Rectoris tunc Academiæ Rozſtochienſis nomen proferentia, quæ dein poſt abitum hujus Principis in Patriam Aulam collegit, eique dedicavit *Joh. Simonius*, Eloquent. P. P. hoc quidem titulo: *Illuſtriſſimi Principis & Domini Dom.* WILHELMI *in Livonia, Curlandiæ & Semi-Galliæ Ducis &c. cum Academiæ Rozſtochienſis Rector eſſet:* EDICTA *officii* ratione primo ſemeſtri a Calendis Maji uſque ad diem Lucæ Evangeliſtæ Anno 1591. propoſita Rozſtochii Anno 1593.

§. 67. Ultimum Seculi hujus XVI. Decennium reſtat, quod regendo Academiam Rozſtochienſem, uti jam diximus, anno CIↃIↃXLI. incepit WILHELMUS, D. G. in Livonia, Curlandiæ & Semi-Galliæ Dux, cui Prorector a Senatu Academico adjunctus eſt DAVID CHYTRÆUS, S. Theol. D. & Prof. Primarius Ducalis, a quo tunc CIII. inſcripti ſunt. Hic WILHELMUS Filius fuit D. *Gothardi Kettlers*, Nobilis Weſtphalici ac poſtremi Ordinis Enſiferorum in Livonia Magiſtri, *Primi* autem a *Sigismundo Auguſto* Rege Polaniorum, exeunte 1561. creati *Ducis Curlandiæ*, nec non *Summi* Regiæ Majeſtatis Poloniæ *Locumtenentis & Gubernatoris Livoniæ* (quem die 17. Maji anno 1587. demortuum, Optimum Principem, veræ religionis juſtitiæ & Pacis ſtudio, & ſumma moderatione, clementia & manſuetudine erga Domeſticos & Subditos plane paterna illuſtrem vocat *David Chytræus Chron. Saxon. Libr. XXVIII. p. 837.*) & *Annæ* Ducis Mecklenburgenſis *Alberti* Filia, a quibus in Lucem editus eſt 1574. in Literis ac omnibus Principe dignis virtutibus optime educatus, ut cum fructu ad Scholas Univerſales potuerit ablegari. In hanc ita, ut diximus, Academiam Varniacam, cujus nunc hiſtoriam agimus, miſſus eſt ille a Matre & Fratre Majore *Friderico*, Duce Regente, & Rozſtochii non ſolum per totum hunc præſentem 1591. annum, ſed & ſubſequentem, Magiſtratum Academicum ſupremum geſſit. Dein ex variis peregrinationibus domum rediens una cum Domino Fratre ſuo

CLXXXI. WILH. Cæſ. landiæ & Semigalliæ Dux Pro-Rector. DAV. CHYTRÆO.

suo *Friderico* (a Rege Sueciæ Ditionibus quidem suis expulso, a Polonis tamen iterum restituto anno 1622.) Ducatum suum magna cum prudentia ac laude regere occepit, & familiam suam etiam feliciter per filium unicum Ducem *Jacobum* (cum Frater ipsius supra nominatus ἄπαις decessisset) in hodienum Regentem Ducem *Fridericum Wilhelmum*, Pro-Nepotem suum, propagavit, inque bona senectute cum bene placida ac quieta morte vitam commutavit. Hæc de *Wilhelmo* Duce. Huic autem Duci die Dionysii Rectoratus est continuatus, eique Pro-Rector adjunctus est LUCAS BACMEISTERUS, Sen. S. Theol. D. Profess. Senator. ac Pastor ad D. Virginem, a quo tantum LXXX. inscripti numerantur. Habuit autem tunc ipso die Renunciationis, qui erat 18. Octobr. Orationem suam ipse Pro-Rector *Lucas Bacmeisterus* Sen. de SIMONE PAULI, Superintendente Ecclesiæ, & Professore Theologo Academiæ Rozstochiensis, qui ipso Alexii h. e. 17. die Julii hoc Anno ex Apoplexia obierat. Sequenti Anno CIↃIↃXCII. die 14. Apr. continuatus est iterum Rectoratus Illustrissimo Principi WILHELMO, Curlandiæ & Semi-Galliæ Duci, cui tum adjunctus est Pro-Rector e Senatoribus Academicis MICHAEL GRASSUS. J. U. D. & Profess. Ducalis Publicus: illius autem publica Renunciatio in diem 13. Maji protracta fuit; Refero hac de re ipsius Matriculæ verba, quando prima vice id ita annotatum legere licet: „Anno *MDXCI. electus est „semestris æstivi Rector Illustrissimus Princeps & „Dominus Dn.* WILHELMUS, *Dei Gratia in „Livonia, Curlandiæ & Semi-Galliæ Dux. Et „adjunctus Illmæ Celsni ipsius Vice-Rector D.* „DAVIDES CHYTRÆUS. Altera vice: *Anno M „D. XCI.* die Dionysii IX. Octobris continuatus „est Rectoratus Illmo Principi Dn. WILHELMO, „Curlandiæ & Semi-Galliæ Duci & adjunctus „Celsi. ejus Pro-Rector LUCAS BACMEISTERUS S. Theol. D. & Prof. ac Pastor ad D. Virginem, „facta est *publica renunciatio die XVIII. ejusdem „mensis.* Ultima vice. *Anno Christi M. D. XCII. „die 14. Apr. continuatus est Rectoratus Illustriss „simo Principi* WILHELMO, *Curlandiæ & Semi „Galliæ Duci, & Pro-Rector Celsi. ejus adjun „ctus* MICHAEL GRASSUS, *J. U. D. & Prof. „renunciatio facta est die 13. Maji.*„ In hoc autem æstivali Pro-Rectoris *Michaëlis Grassi* Rectoratu LXXX. noviter adventantes Studiosi Matriculæ Academicæ inserti sunt, & inter hos Dn. ULRICUS, Hæres Norwegiæ Dux Slesvic. & Holsatiæ, qui hoc anno 1592. die 31. Maji, Urbem & Academiam ingressus, jussuque Rectoris Magnificentissimi Ducis *Wilhelmi*, ac totius Corporis Academici, Oratiuncula statim exceptus est a laudato D. *Bacmeistero*, una cum ipsi e Senatoribus adjunctis D. *Marco Luschovio* & D. *Wilhelmo Laurenbergio*. Munusculum tunc fuere *sex Cantheri vini Rhenani*. Eodem statim anno ipse Dux *Ulricus* Rectorales Fasces in Academia tenuit, ac post Avi sui obitum etiam *Episcopus Suerinensis Ordine XXXIII.* secundum *Hedericum in Chron. Suerinensi*, & sic etiam *Cancellarius Academiæ Rozstochiensis XIII.* electus ac introductus fuit, uti id pluribus *Lib. II. C. II. de Cancellariis §. 17.* in ejus vitæ curriculo jam adduximus. Hoc itaque Anno die 10. Octobr. unanimi Patrum Conscriptorum Academiæ consensu electus est Dux ille UDALRICUS, Rector Academiæ Rozstochiensis hybernalis, cujus dein renunciatio publica facta est die 18. ejusdem Mensis, eique tunc Pro-Rector a Senatu adjunctus est MARCUS LUSCHOVIUS, J. U. D. & Prof. Senator. qui tunc in Academiæ Matriculam retulit LXXXIII. Ejus autem Rectoratus sequentibus annotatus legitur in Matricula Academica: *Anno M. D. XCII. X. Octobris electus & renunciatus 18. ejusdem est Rector Illmus Princeps D.* ULRICUS, *hæres Norwegiæ, Dux Slesvici, Holsatiæ &c.* in margine autem reliqua tituli integri adscripta erant: *& Stormariæ, Comes in Oldenborch & Delmenborst Serenissimi Regis Daniæ Christiani IV. Frater. Et adjunctus Illmæ Celsit: ipsius Pro-Rector D. Marcus Luschovius J. U. D.*

§. 68. Incidit Ann. CIↃIↃXCIII. quo die 25. Maji publice iterum renunciatus est Academiæ Rozstochiensis Rector æstivus BARTHOLOMÆUS CLINGIUS, J. U. D. & Profess. Ducalis Dialectices, qui tunc LV. inscripsit. Hunc die 13. Octobr. electus & 22. ejusdem Mensis publice renunciatus, per semestre hybernum in Rectorali Dignitate excepit MAGNUS PEGELIUS, Philos. & Medic. D. Profess. Inferior Mathematum Senator. Numerus inscriptorum tunc fuit LXXIX. inter quos etiam apparet *Augustus* Dux Brunsuicensis ac Lüneburg. qui studiorum causa Rozstochium sub finem Rectoratus *Pegelii* anno 1594. die 12. Apr. venit, exceptusque statim est ab Academia Oratiuncula quadam per Abavum nostrum D. *Lucam Bacmeisterum*, Seniorem. Academiæ his quidem verbis sequentibus a Parente suo commendatus: *Von Gottes Gnaden*, Heinrich der Jünger, *Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg &c. Unsern günstigen und geneigten Willen zuvor. Erbare, Hochgelahrte Liebe besondere, Aus was Ursachen wir Unsern freundlichen lieben Sohn Augustum Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg, in kurtzen nacher Rostock abzufertigen entschlossen, das habet Ihr aus dem an Unsern Rath und Lieben Getreuen D. Camerarium Euren Collegen abgegangenen Schreiben nach der Lenge zu vernehmen: Nun tragen Wir wohl zu Euch das gnædige Vertrauen, Ihr werdet Unsern Sohn daselbst mit allen getreuem Fleiss Euch anbefohlen seyn lassen; Nicht desto weniger aber haben Wir aus væterlicher Fürsorge, Euch sonderlich gnædiglich belangen wollen, Ihr wollet sammt und sonderlich Euch getreulich angelegen seyn lassen, damit Unser Sohn vor allen Dingen in reiner Lehre, guten Sitten und Fürstlichen Tugenden seine* Studia *læblich ferner vollführen mæge. Daran vollbringet Ihr ein nützlich Euch selbst rühmlich Werck. Und Wir seynd es um Euch sæmmtlich und einem jeden insonderheit mit allen Gnaden, damit Wir euch wohl gewogen, zu erkennen geneigt; So wird es auch Unser Sohn, wann Er seine Jahr erreichet, dessen im*

CLXXII. IDEM. Pro-Rectore LUCA BACMEISTERO.

CLXXIII. Idem Pro-Rectore MICHAELE GRASSO.

CLXXIV. ULRICUS, Hæres Norwegiæ &c. Pro-Rectore, MARC. LUSCHOVIO.

CLXXV. BARTH. CLINGIUS.

CLXXVI. MAGNUS PEGELIUS.

Beſten eingedenck ſeyn. Datum *Dannenbergk den 30. Mart. Anno 94.*

H. D. J. H. z. B. u. L. manu propria.

Inſcriptio: *Denen Ehrbahren Hochgelahrten, Unſern Lieben beſondern,* Dechandt, Senior *und andern* Profeſſoribus *der Univerſitæt Roſtock.*

Ut autem hujus Principis *Auguſti* educatio ac informatio rite inſtitueretur, Rectori ac Profeſſoribus cæteris abs Sereniſſimo Principe *Udalrico* Duce Mecklenburgico regenti clementiſſime ſequentibus Literis in mandatis datum fuit, quæ hæ ſunt:

Von Gottes Gnaden Ulrich,
Hertzog zu Mecklenburg &c.

Unſern gnædigen Gruß zuvor, Würdige, Ehrbare, Hoch- und Wohlgelehrte Liebe und echtige und getreue; Uns hat der Hochgebohrne Fürſt Herr Heinrich der Jünger, Hertzog zu Braunſchweig und Lüneburg &c. Unſer freundlicher Lieber Oheim, Schwager, Bruder und Gevatter freundlich zu erkennen gegeben, welcher maſſen S. L. gemeinet, Dero Geliebten Sohn Hertzogen Auguſtum zu Braunſchweig und Lüneburg &c. mit etlichen wenig Perſohnen auff unſere Hohe Schule zu Roſtock weill daſelbſt Gottes Wort, Gott Lob, noch rein und unverfælſchet gelehret und getrieben würde, allda ſeine biß anhero wohl angefangene Studia *ferner nützlicher zu continuiren, abzuſchicken, und uns ferner freundlich erſucht und gebetten, daß wir unß nicht allein Hochermeldtes S. L. Sohns ſelbſt im beſten befohlen ſeyn laſſen, ſondern auch Euch zu guter Auffſicht S. L. fleiſſig recommendiren wollen; wann wir nun Sr. Hertzogs Heinrichs L. nicht allein der nehern Verwandniß nach, in dem, ſondern auch in einem wohl mehreren freundlich zu willfæhren wohl geneigt: Alß begehren wir dann an Euch noch gnædiglich, Ihr wollet dermaſſen fleiſſige Auffſicht auff S. L. haben, damit dieſelbe zuvorderſt in Gottesforchten und reiner unverfælſchter geſunder Lehre aufferzogen werden, und in allen læblichen freyen Künſten und fürſtlichen Tugenden zunehmen mæge, und werdet ihr Unſern zu Euch ſammt und ſonders habenden gnædigen Vertrauen nach, Euch hierinnen um ſo viel mehr willfæhrig erzeigen, weil ſolche S. L. Ankunfft und Anweſenheit gedachter unſer Hohen Schulen an frembden außwærtigen Oertern zu ſo viel græſſern Ruhm gereichet. Daran thut Ihr unß einen beſondern gnædigen und angenehmen Gefallen, und wir ſeind Euch mit Gnaden wohl gewogen,*

Datum *Guſtrov den 9. Apr. Anno 94.*

Ulrich H. z. Mecklenburg. manu propria.

Inſcriptio: *Dem Würdigen, Ehrbarn Hoch- und Wohlgelahrten, Unſern Lieben Andæchtigen und Getreuen* Rectori *und gantzen* Concilio *unſer Univerſitæt zu Roſtock.*

Fauſtum autem hic Princeps habuit natalem Dannenbergæ, Principatus iſtius Metropoli, & Paternæ ſedis Domicilio, IV. Idib. Apr. anno 1579. Pater illi fuit *Henricus* Junior, *Erneſti* Ducis Brunſvicenſis ex *Sophia* Duciſſa Mecklenburgenſi Filius: Mater autem *Urſula*, Ducis Saxoniæ Angriæ & Weſtphaliæ *Franciſci I.* ex *Sybilla*, Saxoniæ Superioris Duce, Filia. In Parentum ſinu Dannenbergæ educatus, primos illos & florentis ætatis annos, non per otium & luxum transmiſit, ſed politioribus ſtudiis conſecratus capaciſſimum ingenium ita ſubegit, ut molliſſimæ inſtar ceræ, divinæ numinis timore pariter ac amore ſigillatus eximiis virtutum donis magis ac magis per ætatis gradus efflorеſceret, in ſtudiorum ſtadio vero Magiſtros omnes fatigaret, a nemine niſi a ſe ipſo victus. Per omnem ſic ætatem, Literarum Sacrarum item ac elegantiarum longe ſtudioſiſſimus, vix quindecennis Patria Aula egreſſus, primum ut diximus, Rozſtochium conceſſit & propter inſignem eruditionem aliasque virtutes Principe dignas, ut & voluntati Patris ipſius Ducis Lüneburgenſis *Henrici* & mandatis etiam Ducis Mecklenburgenſis *Ulrici* Domini ſui longe clementiſſimi ſatisfaceret, cum nullum illuſtrius, quo eundem ornaret, reverentiæ ac honoris ſignum exhibere valeret, qui ſuam erga hunc ſibi tam ſerio graviterque commendatum Principem ſubmiſſiſſimam obſervantiam, ſerviendi promtitudinem, debitumque obſequium declararet, a Patribus Academiæ iſtius C. inſcriptis totius Reipublicæ Academicæ Magiſtratus, quem Rectoratum vocant, illi ſubmiſſe delatus fuit, & quidem a decedente tunc Rectore Academiæ hyberno D. *Magno Pegelio*, teſtante hoc Academiæ Matricula his verbis: *Anno M. D. XCIIII. electus eſt ſemeſtris æſtivi Rector Illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dom.* AUGUSTUS, *Dei Gratia Dux Brunſvigæ & Luneburgi, Illuſtriſſimæ Celſni ipſius Vice-Rector adjunctus D. Johannes Frederus.* Hanc autem ſuum Magiſtratum eleganti Oratione (*in qua, quæ in Gubernatore potiſſimum elucere debent, quibusque id quod in Imperio bene ſit, rectiſſime efficitur, Clementia ſcil. & Severitas* propoſuit) inchoavit, ante legum autem Academicarum Recitationem, Orationem d. 22. Maji habuit, qua *Legum Dignitatem ac Uſum, quam Armorum in Republica majorem eſſe* oſtendit; reſignavit autem Rectoratum hunc ſuum propter diſceſſum ſuum ante conſuetum alias tempus quidem 1594. d. 13. Septembr. declarando publice hanc quæſtionem: An homo ſponte ſit malus? Sequenti anno ſcilicet 1595. Tubingam noſtram ſaluravit, ubi 1596. die Luce Rectoralis dignitas illi quoque humillime commendata, quam ſingulari prudentia ornavit, cum enim Leges 17. Novembr. eſſent recitandæ, præmiſit recitationi *Orationem de Legum præſtantia & utilitate*, & cum Rectoratum deponeret, anno 1597. d. 11. Maji in Aula Nova Academica inſignem orationem recitavit de Reipublicæ Literariæ dignitate ac utilitate. Tandem cum per biennium in Tubingenſi Academia literis operam dediſſet, atque abitum moliretur, conſtituerat recitare orationem *de recta Reipublicæ Literariæ Conſtitutione*; ſed propter triſtiſſimum ac inopinatum Illuſtriſſ. p. m. Principis, Dn. *Henrici*, Ducis Brunſvicenſis & Lüneburgenſis Parentis ſui longe cariſſimi obitum, ejus recitationem intermiſit. Poſt obitum Parentis, qui accidit anno 1598. 17. Jan. Argentinam profectus, ubi nullius Præſidio uſus, publice diſputando ſolidam

lidam & profundam ſuam eruditionem omnibus palam probavit; ſed mox die 3. Martii domum rediit, & adhuc eodem anno in Italiam tendit, inde Romam 1599. & in Siciliam ac Melitam Inſulas trajecit. His luſtratis, iterum domum rediit, anno 1600. Anno 1601. menſe Apr. ſecundum pergit Argentinam atque Tubingam. Non multo poſt triſti nuncio de *Franciſci*, Fratris fortiſſimi Principis obitu percellitur, qui in pervigilio natalium Chriſti ad pontem Renchæ torrentis, ſolito altius intumeſcentis, in ſubjectam voraginem cum equo proturbatur, & vortice hauſtus, occubuerat, cujus manibus ubi Argentinæ digna Principali ſublimitate juſta perſolvit, anno 1602. perluſtrato Belgio, in Angliam trajecit, ibique Coronationi Regis JACOBI interfuit. Inde anno 1603. Galliam Lotharingiamque emenſus, & in Gallia vidit HENRICUM IV. Regem, & LUDOVICUM XIII. Inde per Alſatiam feliciter Patrios lares ſalutavit, ſuumque regimen, poſtquam Ducatum Dannebergenſem Fratri JULIO ERNESTO ceſſerat, anno 1604. Hizigeræ ſuſcepit; ſed non diu ſubſtitit, rediit enim tertium Argentinam, quæ eum biennio ante in ſui Epiſcopatus Collegium allegerat, & poſtquam Stuttgardtiam ſalutaſſet, properavit domum anno 1605. ac Duces Saxo-Angarios inter ſe diſſidentes, placavit. Hoc peracto, animum ad conjugium applicuit, atque anno 1606. CLARAM MARIAM, Illuſtriſſ. Ducis Pomeraniæ BOGISLAI XIII. Filiam, viduam Illuſtriſſ. Ducis Megapolitani SIGISMUNDI AUGUSTI, ſibi tori & curarum ſociam elegit, ex qua 1607. genuinam prolem, ſed anonymam ſuſcepit. Durante hoc conjugio anno 1609. RUDOLPHUM II. Imperatorem, atque CHRISTIANUM II. Electorem Saxoniæ compellavit; & anno 1612. Coronationi *Matthiæ* Imperatoris, nec non Comitiis Ratisbonenſibus 1613. interfuit. Anno 1620. adiit Cæſarem *Matthiam*, & eodem anno Grubenhag reditus impetravit. Biennio abhinc elapſo luxit obitum Uxoris CLARÆ MARIÆ, atque in moeroris ſolamen anno 1623. duxit DOROTHEAM Principis Anhaltini RUDOLPHI Filiam, ex qua propullulantes vidit VI. Liberos, inter quos eminent RUDOLPHUS AUGUSTUS & ANTONIUS ULRICUS, Principes ſupra laudem poſiti. Dum cum hac in ſua vi conjugio vixit, obiit Legationem ad Cæſarem *Ferdinandum II. 1629.* Et *ut rerum omnium viciſſitudo*, ſic & hoc Conjugium non diu duravit, hæc enim ſecunda Conjux cum Prole VII. vitam amiſit die 26. Septembr. 1634 Sequenti anno 1635. ad tertia vota progreſſus, & SOPHIAM ELISABETHAM, Ducis Mecklenburg. *Johannis Alberti* Filiam ſibi aſſociavit, ex qua nati FERDINANDUS ALBERTUS, MARIA ELISABETHA & CHRISTIANUS FRANCISCUS. Cumque Frater illius JULIUS ERNESTUS anno 1636. decederet, die 26. Octobr. ſucceſſit in Ducatum Dannenberg. Sic propter pietatem multis divitiis crevit hic Princeps. Cæterum, ut hoc addamus, *fuit Dux* AUGUSTUS *literis deditiſſimus Princeps, ut Muſas in ipſius animo ſedem fixiſſe juraſſes, tantum enim in literis profecerat, ut ad miraculum uſque doctus haberetur.* Extant hic inſignia illius ingenii monumenta, utpote *Ludus Schacchiæ*, ſerie eruditionis aureum opus Lipſiæ an. 1616. evulgatum, *Cryptographia*, profunda indagine & recondita ſcientia ſcriptum, *ſub Guſtavi Seleni Schemate* utrumque publicatum. *Harmonia Evangelica* ſub titulo: *Brunſwickiſch Evangeliſche Kirchen Harmonie zuſammen getragen von einem Liebhaber ſeines geliebteſten Herrn Jeſu Chriſti, und deſſen heiliges Wort.* Meditationes item Sacræ, ut alios ingenii ejus foetus ſilentii Conopæo involvamus. Quantus Librorum inſuper amator, vel inde conſtat, quod admodum numeroſam Librorum copiam 20000. Voluminum & quidem ſelectiſſimorum Librorum ac optimorum Auctorum compararit, de qua *legi meretur Illuſtris Conringii Epiſtola de Bibliotheca Auguſta, ad Bar. a Bonneburg*, quam quidem Librorum Collectionem coepit anno 1604. anno ætat. 26. cum ob numeroſam & Fratris & Agnatorum Maſculam prolem nondum ſpem in pinguem aliquam poſſionem ſuccedendi haberet, & hanc collectionem continuavit ad ſeram uſque ætatem ſuam. Quantus præterea eruditorum Fautor, eo demonſtravit, *quod ipſe inviſerit Academiam Juliam, ibique convictorium reditibus ampliſſimis adauxerit*, ut plures egeni ſtudioſi poſſent ſuſtentari, ut nil dicamus de Pietate, de qua vel ſola *Harmonia Evangelica* teſtatur, & S. BIBLIA Lingua Vernacula ſua manu deſcripta, & Juſtitia denique, quam in regimine ſuo exercuit, itz quidem, ut Aula ipſius Sacrarium Divinitatis, Tribunal Juſtitiæ, Emporium Eruditionis, Palæſtra virtutum, Elegantiarum Promtuarium, Artium Receptaculum, & Humanitatis Compendium haud immerito fuerit nuncupata, cui nonniſi AUGUSTUS ille cum imperio præeſſe & potuit & debuit. Sed quis omnes Incomparabilis hujus Principis laudes potis eſt enarrare, nullius etenim eſt tantum flumen ingenii, nulla dicendi & ſcribendi tanta vis, tantaque copia, quæ non dicam, exornare, ſed recenſeri tanti Ducis res geſtas poſſit. Igitur hic gradu ſiſtimus, ac indicamus tantum Germanorum Principum laudem anno 1666. die 17. Sept. ætatis LXXXVII. fuiſſe extinctum.

§. 69. Sed recurrimus iterum ad Muſas noſtras Varniacas, quarum ſemeſtris æſtivi Præfectus ſeu Rector Anni CIↃIↃXCIV. electus eſt ipſe Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus Dom. AUGUSTUS, Dux Brunſvigæ & Luneburgæ, cujus vitam paulo ante rudi Minerva aliqualiter deſcripſimus. Ei autem tunc Pro-Rector ab Academia adjunctus eſt JOHANNES FREDERUS, S. Theol. D. a quo inſcripti ſunt CVI. Eodem anno die 9. Oct. electus, & 18 ejusdem renunciatus eſt iterum Academiæ Rector hybernalis, VALENTINUS SCHACHTIUS, S. Theol. D. Prof. Senat. ac Paſtor Jacobæus, inſcripſit tum XLIII. Sequenti Anno CIↃIↃXCV. die 12 Apr. novus iterum Academiæ Rector æſtivus electus eſt JOHANNES ALBINUS, J. U. D. & Prof. Ducalis, quo die 25. ejusd introductus publice fuit, a quo Matriculæ inſerti CXLIV. quem dein per hyemale tempus in Regimine Scholaſtico iterum die 16. Octobr. excepit HENRICUS CAMERARIUS, J. U. D. & Prof. Senat: Auxit autem Matriculam ſolum XXXI. De ovo mirabi-

CLXXXVII. AUGUSTUS Dux Brunſv. Pro-Rector JOH. FREDER.

CLXXXVIII. VAL. SCHACHTIUS.

CLXXXIX. JOH. ALBIN.

CXC. HENR. CAMERARIUS.

rabilibus numerorum figuris, quod Ciconia hoc anno in agro Wolgaſtino Ducis Pomeraniæ menſe Aprili Brieſte, Ditionis Clempenovianæ, peperit, agit *Hieronym. Wolff. Lect. Memorab. & Recondit. Centen. XVI. p. 1024.* Idem etiam l. c. p. 1027. adducit monſtrum horrendum ac maxime prodigioſum, anteriore ſuperioreque parte homini, poſteriore autem inferioreque parte ſerpenti ſimile, caudam tribus ulnis longam habens, quot Patrem proprium, virum impium ac die nocteque ebrium ex juſta Dei vindicta venenoſis ſuis ictibus miſere necavit, & dein etiam eſſe deſiit atque in ipſa Rheni ripa in oppido Baccharach in lucem editum hoc anno fuit. Ad Annum CIↃIↃXCVI. annotamus, die Tiburtii, h. e. 14. Apr. electum, & 23. ejusdem menſis declaratum eſſe publice Academiæ Rozſtochienſis Rectorem M. MARCUM HASSÆUM, Hebrææ Linguæ Prof. Ordin. Ducalem: Inſcripti tunc Cl. & inter hos *Matthias Stephani* Pinzenſis, *Joachimi* frater germanus, ejusdemque poſtea in Academia Gryphiswaldenſi in Facultate Juridica Succeſſor ac JCtus famoſiſſimus. Eodem anno die 9. Octobr. electus, & 19. ejusd. menſis publice renunciatus fuit Academiæ hybernalis Rector HENRICUS PAULI, Med. D. & Prof. Publ. Senator. qui inſcripſit LXIX. Hoc tempore peſtis iterum, uti jam anno 1594. in Ducatu noſtro Wurtembergiæ, & præſertim Tubingæ & Stuttgardtiæ mirum in modum furere incepit, uti hanc pluribus deſcripſimus in Oratione noſtra auſpicatoria de Peſte, quomodo illa Eberhardinam noſtram a prima ejus fundatione diverſis quidem temporibus invaſerit, & quibus remediis illam ſemper iterum per Gratiam Dei e muris noſtris aufugerunt Artis noſtræ ſtatores ac propagatores. Subſequenti Anno CIↃIↃXCVII. Sceptra Academiæ per inſtans ſemeſtre æſtivum tenenda, juſto tempore ac die tradita fuere DAVIDI CHYTRÆO, Theolog. D. & Prof. Primario Ducali, qui XCIII. inſcripſit; cum dies autem 8. Menſis Octobris incideret, ſecundum Academiæ ſtatuta novus iterum Academiæ hyberni ſemeſtris Rector electus, ac die 19. Octobr. publice introductus fuit LUCAS BACMEISTERUS, S. Theol. D. Profeſſ. Senator: Superintendens ac Paſtor Eccleſiæ Rozſtochienſis, a quo tunc L. in Matriculam Academiæ relati fuerunt; introductoriam Orationem Rector habuit *de ſtatu perverſiſſimo ac miſerrimo iſtorum Temporum*; ante legum autem die 22. Febr. 1598. Prælectionem *de legum* Academicarum utilitate, eisque a ſingulis neceſſario præſtanda obedientia quædam dixit, cumque ipſe poſtea eodem anno die 13. Maji Rectoratum ſuum iterum deponeret, de Rectoris in Academiis Dignitate & officio quædam prælibavit.

CXCI. MARC. HASSÆUS.

CXCII. HENR. PAULI.

CXCIII DAV. CHYTRÆUS.

CXCIV. LUC. BACMEISTERUS

§. 70. Bacmeiſtero itaque anno CIↃIↃXCVIII. per ſemeſtre æſtivum die 14. Apr. Succeſſor in Regimine Scholaſtico a Senatu Academico in Academia Varniaca iterum datus fuit JOHANNES ALBINUS, J. U. D. & Prof. Ducalis, nec non Conſiliarius Ducis *Uhrici*, qui inſcriptorum Catalogum ad CXXI. auxit. Poſtea die 14. Oct. onus ac Dignitas Rectoralis devoluta eſt in MARCUM LUSCHOVIUM, J. U. D. & Prof. Senat. qui tantum XLVII. inſcripſit, & inter hos *Axillum Guſtavi Oxenſtern.* Nobilem Suecum, Comitem Sodermoriæ, Regni Sueciæ Cancellarium, & in bello Germanico plenipotentem Legatum, atque Fœderis Evangelici Directorem, cujus vitam deſcripſit *Freherus Theatro Viror. Erudit. Clariſſimor.* Hoc anno in Hollandia procelloſis ventorum turbinibus agitatum mare menſe Februar. ejecit in Littus grande Cete longitudinis 60. pedum, altitudinis 30. Dentes 40. habuit, quorum minimi 3. digitos craſſi erant, cumque moreretur, tantum edidit fragorem, ut quaſi ahenei tormenti maxime diſploſi ſonitus audiretur. Sequenti Anno CIↃIↃXCIX. die Tiburtii per ſemeſtre æſtivum electus, & 23. April. publice renunciatus fuit Academiæ Roſtochienſis Rector GUILIELMUS LAURENBERGIUS, Med. D. & Profeſſ. Ducal. Numerus inſcriptorum tum erat CXXII. Sed qui illum per ſemeſtre hybernum die 9. Octobr. in Rectoratu Academico ſecutus eſt M. JOHANNES POSSELIUS, Jun. Græcæ Linguæ Profeſſ. Senator. tantum LIX. inſcripſit. Hoc tempore *Auguſtinus Brunnius* Annæmontanus inclaruit, qui Librum ſcripſit, quem nominavit *Triadem Electoralem*, in quo inter alia de Joachimo Brandenburgico II. adducit, eum Imperatori contra Turcas adduxiſſe exercitum auxiliarem, MCI. equitum, & peditum 4000. cumque iter ingreſſus fuiſſet, Gallos vix ante biduum natos læta acclamatione totum diem gallinaſſe. Plura de *Brunnio* communicat M. *Dietericus in Diſſert. de Annæberga, Cap. II. Sect. I. §. 16. & Sect. II. §. 9.* Sed claudimus adhuc hunc Paragraphum & Sectionem Seculi hujus XVI. Anni ultimi CIↃIↃC. Academiæ Rozſtochienſis Rectoribus, quorum æſtivus die Tiburtii electus, & die 23. Apr. publice renunciatus fuit JOHANNES FREDERUS, S. Theol. D. Prof. Ducal. & Diœceſeos Rozſtoch. Superintendens, qui CVII. inſcripſit. Per ſemeſtre hybernum autem die 9. Octobr. electus, & 18. ejusd. renunciatus Rector Academiæ Magnificus, VALENTINUS SCHACTIUS, S. Theol. D. Prof. Senator. & Paſtor Jacobæus, a quo LII. inſcripti numerantur. Hic autem Rector cum Seculum XVI. feliciter clauſerit, ac longe feliciori ſydere XVII. iterum inceperit, cum eo quoque huic capiti II. FINEM nunc tandem imponimus.

CXCV. JOH. ALBINUS.

CXCVI. MARCUS LUSCHOVIUS.

CXCVII. GUILIELMUS LAURENBERGIUS.

CXCVIII. JOHANN POSSELIUS.

CXCIX. JOH. FREDERUS.

CC. VALENT. SCHACTIUS.

CAP. III.

DE RECTORIBUS ACADEMIÆ ROTZSTOCHIENSIS SECULI XVII. *eorumque Inſcriptorum numero, cum annexis multis aliis notatu digniſſimis hiſtoriis.*

SUMMARIA.

§. 1. Connexio cum prioribus.

§. 2. Rectores anni CIↃIↃCI. *&* Philippo, *Hærede Norwegiæ, &* Ulrico, *Principe Pomeraniæ, nec non de* Hulderico Schonbergio.

§. 3. Rector anni CIↃIↃCIII. Udalricus *Pomeraniæ Princeps cum Pro-Rectoribus ſuis, deque morte* Udalrici *Ducis Mecklenb. Rectores anni* CIↃIↃCIII. *cum quorundam ab illis inſcriptorum nominibus.*

§. 4. Rectorum annorum CIↃIↃCIV. *&* CIↃIↃCV. *& de Homagio* Carolo *Duci Meclenb. Rozſtoch. præſtito.*

§. 5. Recto-



Joannes Simonius
Buræensis, Rhetorices Professor,
In numerum Docentium A. C. 1594 receptus
Denascitur A. C. 1627. Upsaliæ primus
Professor Sexagenarius.


ΦΕΡΕ ΚΑΙ ΦΕΡΟΥ.

I. NC. SB. sc.

Ii.




Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Joan. Frederus
S.S. Theol. D. Professor
et Superintendens Rostoch.
Natus Hamburgi A. 1544.
Denat. 1664. Aetatis 61.

I. M. B. sc.

K K.



§. 5. *Rectores anni* CIↃIↃCVI. *deque quorundam inscriptorum nominibus, morte* Valentini Schachtii & Justi Lipsii.

§. 6. *Rectores anni* CIↃIↃCVII. *de morte* Pauli Merulæ & *Academiæ Giesens. in Hassia erectione.*

§. 7. *Rectores annorum* CIↃIↃCIIX. & CIↃIↃCIX. *de morte D.* Lucæ Bacmeisteri *Sen.* Ignatii Hanniels & Johannis Holstenii, *nec non de inscriptis tunc* Johanne Jessenio a Jessen & Johanne Christoph. Castritio.

§. 8. *Rectores annorum* CIↃIↃCX. CIↃIↃCXI. & CIↃIↃCXII. *deque* Christophoro Scheinero.

§. 9. *Rectores annorum* CIↃIↃCXIII. & CIↃIↃCXIV. *deque morte* Conrad. Rittershusii, Nicolai Willebrandi & Stephani Gerlachii.

§. 10. *Rectores anni* CIↃIↃCXV. & CIↃIↃCXVI. *Leges de Lectionibus Professorum promulgatæ, de Brunswiga obsessa, deque morte* Jacobi Dordingi, *Junioris.*

§. 11. *Rectores anni* CIↃIↃCXVII. CIↃIↃCXIIX. & CIↃIↃCXIX. *de morte D.* Conradi Schlüsselburgii & Jubilæo Academiæ Rostochiensis II.

§. 12. *Rectores anni* CIↃIↃCXX. CIↃIↃCXXI. CIↃIↃCXXII. & CIↃIↃCXXIII. *deque* Johanne Christophoro a Cochtiz. *Morte Rectoris Academiæ* Eilhardi Lubini, *fundatione Academiæ Rintelensis, morte* Johannis Stolterfothi & Georgii Stampelii; Uldarici *hæredis Norwegiæ & Episcopi Suerinensis*, Johannis *item* Affelmanni & Ernesti Cothmanni.

§. 13. *Rectores anni* CIↃIↃCXXIV. CIↃIↃCXXV. CIↃIↃCXXVI. & CIↃIↃCXXVII. *de* rebus gestis & *publicatis* statutis ac mandatis Academiæ *anno 1624. sub Rectoratu hyemali* Quistorpii; *morte* Joachimi Westphali *Superintend. Urbis Rostock*; Andrea Groshenningio, *Theologo* & Jano Gebhardo, *Philosopho, inscriptis.*

§. 14. *Rectores anni* CIↃIↃCXXIIX. & CIↃIↃCXXIX. *deque miserrimo tunc Academiæ Rostochiensis sub Duce* Wallenstenio *statu, morte* Joh. Tarnovii, *Theol.* & Georgii Rostii.

§. 15. *Rectores anni* CIↃIↃCXXX. CIↃIↃCXXXI. & CIↃIↃCXXXII. *de morte M.* Philippi Jacobi Fabricii *Eloqu. Prof. Jubilæo I. Aug. Conf. nece* Henrici Ludovici ab Hazfeldt, *morte* Johannis Klein, *Theol.* & Joachimi Schönermarck, *Juris Prof. Liberatione Provinciæ a Cæsareanis militibus, morte* Petri Wasmund, *JCti* & Pauli Tarnovii, *Theol.*

§. 16. *Rectores anni* CIↃIↃCXXXIII. CIↃIↃCXXXIV. & CIↃIↃCXXXV. *de morte* Valentini Legbæi *Theol.* Sophiæ *Ducissæ Mecl. Reparatione Sceptrorum Universitatis, & M.* Luca Bacmeistero *inscripto.*

§. 17. *Rectores anni* CIↃIↃCXXXVI. CIↃIↃCXXXVII. CIↃIↃCXXXIIX. & CIↃIↃCXXXIX. *de morte Dn.* Johannis Alberti II. *Ducis Meclen. Doctoratu* Abrahami Calovii *Theol. Morte* Lucæ Bacmeisteri *Jun. Theol.* Johannis Kleinschmid *Juris Prof.* Samuel Bohlii *Theol.* & Petri Laurenbergii *Philos. Prof. deque inscripto* Wolffgango Jacobo *Libero Barone* de Gera *Austriaco.*

§. 18. *Rectores anni* CIↃIↃCXL. CIↃIↃCXLI. CIↃIↃCXLII. CIↃIↃCXLIII. & CIↃIↃCXLIV. *deque declaratione Academiæ Statuti de Successione ab Intestato, Signo Inscriptorum, Societatibus nationalibus, morte Rectoris Academiæ,* Stephani Heinii & Constantini Fidleri *Superint. Urbis Rostoch.*

§. 19. *Rectores anni* CIↃIↃCXLV. & *de morte* Hugonis Grotii.

§. 20. *Rectores anni* CIↃIↃCXLVI. CIↃIↃCXLVII. CIↃIↃCXLIIX. & CIↃIↃCXLIX. *deque aucta supellectili argentea Academiæ, morte* Johannis Quistorpii *Sen.* & *controversia gravissima inter D.* Cothmannum *Theol.* & Joachimum Lütkemannum.

§. 21. *Rectores anni* CIↃIↃCL. CIↃIↃCLI. CIↃIↃCLII. & CIↃIↃCLIII. *deque morte Rectoris Academiæ* Joh. Cothmanni *Theol.* Jacobi Fabricii *Medic.* Danielis Michaelis *Theol. reditu in terras suas Ducales Principis Meclenb. Dn.* Gustavi Adolphi, *edito Electo Academiæ Rostoch. de Carminibus Propemticis, Juramento novi Præfecti Vigilum, Concluso Academiæ de non recipiendis in Matriculam Universitatis, Epitome Legum Universitatis juxta ductum Decalogi concepta.*

§. 22. *Rectores anni* CIↃIↃCLIV. CIↃIↃCLV. & CIↃIↃCLVI. *de Homagio Duci* Gustavo Adolpho *Rostochii præstito; Inscripto* Henrico Eshern, *morte M.* Bernhardi Taddelii *Græcæ Linguæ Prof.* & Henrici Schukmanni *JCti.*

§. 23. *Rectores anni* CIↃIↃCLVII. CIↃIↃCLIIX. CIↃIↃCLIX. & CIↃIↃCLX. *deque morte* Laurenti Stephani *JCti, ejusque dono Academiæ per testamentum legato; M.* Andrea Tscherningio, Joh. Georgio Torschæo *Theol. Dn.* Wilhelmi & Johannis Christophori *Fratrum & Baronum* de Gera.

§. 24. *Rectores anni* CIↃIↃCLXI. CIↃIↃCLXII. CIↃIↃCLXIII. & CIↃIↃCLXIV. *de pennalismo abrogato, Homagio Duci* Christiano *Rostochii præstito, morte D.* Joh. Friderici Königii, *Theol.* Sebastiani Meieri & Christiani Kleinii.

§. 25. *Rectores anni* CIↃIↃCLXV. CIↃIↃCLXVI. CIↃIↃCLXVII. CIↃIↃCLXIIX. & CIↃIↃCLXIX. *de* Sebastiano Bacmeistero *inscripto, Academiæ Kilonienſis in Holsatia fundatione, & morte* Joh. Quistorpii *Rectoris Academiæ.*

§. 26. *Rectores anni* CIↃIↃCLXX. CIↃIↃCLXXI. CIↃIↃCLXXII. CIↃIↃCLXXIII. & CIↃIↃCLXXIV. *de Dono argenteo Academiæ Cos.* Joh. Petræi; *præsentia Ducis* Joh. Georgii *in Convivio Rectorali, it. Turbis ac tumultibus gravissimis ob studiosi* Andr. Risneri *in ædibus Rectoris asservationem.*

§. 27. *Rectores anni* CIↃIↃCLXXV. CIↃIↃCLXXVI. CIↃIↃCLXXVII. CIↃIↃCLXXIIX. & CIↃIↃCLXXIX. *deque morte D.* Henrici Mülleri, *Theol. incendio gravissimo Urbis Rostoch. & præsertim Domus Rectoris Academiæ, Sceptrorum Academicorum a Duce regente* Christiano Ludovico *procurata reparatione, morte item M.* Lucæ Bacmeisteri *Theol.* & Zachariæ Grapii *Logic. Prof.*

§. 28. *Re-*

§. 28. *Rectores anni* CIↃIↃCLXXX. CIↃIↃCLXXXI. CIↃIↃCLXXXII. CIↃIↃCLXXXIII. CIↃIↃCLXXXIV. & CIↃIↃCLXXXV. *deque morte D.* Henrici Rudolphi Redekeri, *JCti*; *novo Prof. Theol.* Justo Christophoro Schomero; *Jubilæo in Academia ob publicatam F. C. edito Mandato contra duellantes ab Academico Senatu; Reparatione Auditorii majoris; Disputatione Comitum Suecorum fratrum* de Löwenhaupt; *Inauguratione auditorii majoris Academiæ; Morte & sepultura solenni* Augusti Varenii, *Theol.* Daniele Paridono Kramern *inscripto. Obitu* Andreæ Amselii, *JCti*; Michaelis Siricii *Theol. necato studioso* Volckmanno, *morte iterum* Michaelis Cobabi *Theol.* & Johannis Bacmeisteri *Medici*, *ultimi ex familia sua in Academia.*

§. 29. *Rectores anni* CIↃIↃCLXXXVI. CIↃIↃCLXXXVII. CIↃIↃCLXXXIIX. CIↃIↃCLXXXIX. & CIↃIↃCXC. *deque abitu* Georgii Radovii & Enochii Suantenii *Lubicam*, Seligmanni *Lipsiam*; *obitu Principis Meclenb.* Caroli *Hæredis Gustrovienſis Lineæ ultimi.*

§. 30. *Rectores anni* CIↃIↃCXCI. CIↃIↃCXCII. CIↃIↃCXCIII. CIↃIↃCXCIV. CIↃIↃCXCV. & CIↃIↃCXCVI. *deque morte* Johannis Festingii *JCti* & Morhofii *Polybistoris*; Christiani Ludovici *Ducis regentis Meclenb.* Jacobi Lembkenii *JCti*, Justi Christophori Schomeri *Theol. Morte item* Gustavi Adolphi *Ducis Gustrovienſis, nec non de composito dissidio inter Academiam & Facultatem ibid. Theol. gravissimisque contra turbis studiosorum cum Cos. Urbis* Schwedero *ob sclopeta explosa e musæis suis inter potandum.*

§. 31. *Rectores anni* CIↃIↃCXCVII. CIↃIↃCXCIIX. CIↃIↃCXCIX. & CIↃIↃCC. *deque inscripto* Hermanno Henrico a Dorn; *Abitu* Francisci Wolffii *Hamburgum*, *morte* Samuelis Starckii *Theol. Disputatione* Caroli Ernesti *L. Baronis a* Schwan *aliisque.*

§. 32. *Epilogus Sectionis III. & totius de Rectoribus Academiæ Magnificis Capitis III. cum computatione omnium hactenus Rectorum ac Inscriptorum studiosorum, adjectoque pro salute Academiæ voto.*

§. 1. Atque nunc quidem Deo feliciter secundante SECULUM Academiæ Rozstochiensis II, ejusque in primis RECTORES numero CC. per annos singulos descripsimus; & quicquid ubique terrarum sub cujuscunque regimine notatu dignum acciderit, cum Inscriptorum Catalogo justo ordine addidimus, quorum numerus 12977. ducto calculo, exæquat. Sine ulteriori itaque mora, III, quod sequitur, seu ultimum Academiæ Rozstoch. SECULUM (XVII. ordine vocatur) nunc quoque graphice depingere aggredimur. *Quot* nempe & *quinam Patrum hujus Academiæ Varniacæ Conscriptorum in præsenti isto Centenario Magistratum Academicum per singulos semestres gesserint, quos numero inscripserint, simul ac quid notatu dignissimum ubique locorum occurrat recepta hactenus methodo percurremus.* Quamvis autem supersedere hoc labore optimo jure possemus, eo quod SECULI *hujus* XVII. ACADEMIÆ ROZSTOCH. MEMORABILIA ex *Matricula Academica antiquissima & verissima, juxta seriem* RECTORUM *hoc seculo solemniter inauguratorum, publico quidem Programmate, brevissimis enarraverit Academiæ ipsius tunc Rector Magnificus Vir summe Reverendus atque famigeratissimus dum viveret Theologus ac Superintendens illius Urbis, Dn. D.* JOH. NICOL. QUISTROPIUS Præceptor quondam Fautor Patronus atque affinis noster etiam post busta quam maxime honorandus, nisi animus esset, accuratam & omnibus numeris quantum unquam fieri poterit, absolutam Academiæ Rozstoch. historiam hoc quidem in Opere erudito orbi proponere, ut necessario hujus quoque præsentis seculi XVII. ceu Academiæ ultimi, gesta, Commentario simul nostro nunc includere debeamus.

§. 2. Incipit autem Seculi hujus XVII. initium ab anno CIↃIↃCI. cujus quidem die 27. Mens. Apr. primus tunc publice renunciatus fuit Academiæ Rozstoch. RECTOR æstivalis Dn. D. BARTHOLOMÆUS CLING, JCtus & Prof. qui CXXXVI. inscripsit. Eodem ao. per hyemem mense Octobr. electus, & 28. ejusdem publice introductus est Academiæ Rector MARTINUS CHEMNITIUS Phil. & J. U. D. & Prof. Senatorius, qui Academiæ Matriculæ inseruit XCV. nomina, inter quæ occurrunt ULDARICUS Dux Stetini, Pomeraniæ, Cassubiorum & Vandalorum, Princeps Rugiæ; m. Febr. inscriptus & paucos post dies etiam receptus est PHILIPPUS, hæres Norwegiæ, Dux Sleswici Holsatiæ &c. Quorum ille Filius fuit *Bogislai* XIII. ex *Clara* Ducis Brunswico-Lüneburg. *Francisci*, filia, anno 1589, die 12 Aug. natus, & postquam literis in Academia illa Rozstochiensi præsertim, operam dedisset sedulam, Episcopus Caminensis electus 1618. Sequ. anno 1619. matrimonio sibi junxit *Hedwigen* Ducis Brunswico-Lüneb. *Henrici Julii*, Filiam, quam Viduam reliquit anno 1622. die 31. Octobr. cum nullos ex ea suscepisset Liberos, quo cum & tota potentissimorum Ducum Pomeraniæ familia, memorabili & tristissimo mortalitatis, summis etiam Principibus exemplo, post tot denique secula prorsus esse desiit. Conf. de ejus vita fatisque cl. *Micrælii Pommerische Chron. Lib. IV. ab ao. 1607. ad annum ejus emortualem 1622.* nec non de Rectoratu ejus annuo in Academia Rozstoch. eximie functo *Johannes Simonius* ipsius tunc Pro-Rector in habita tunc cum Rectoratum deponeret, de *Bono Academ. Oratione fascic. III. Megapol.* inserta, p. 203. sqq. Hic autem PHILIPPUS est *Johannis*, Senior. Hæredis Norwegiæ, ducis Slesvici &c. Filius, ac Nepos *Christiani* III. Regis Daniæ, qui natus 1584. atque ex hæreditate paterna accepit Castrum Glücksburg cum potiore parte Regiunculæ Sundewit. Uxorem postea Duxit *Sophiam Hedwig*, Duciſſam Saxo-Lauenburg. Denatus 1663. Hoc etiam anno Weidæ in Palatinatu natus est quidam *Huldericus Schonbergius* dictus, qui licet cœcus esset, in studiis tamen tantos fecit progressus, ut *Magister Philosophiæ* Lipsiæ renunciaretur. Dicitur, eum non modo Linguarum orientalium fere omnium exquisitissima cognitione inclaruisse, sed & omnem universæ Philoso-

I. BARTHOL. CLING.

II. MART. CHEMNITIUS.

Philoſophiæ complexum ita feliciter animo comprehendiſſe, ut publice de rebus obſtruſiſſimis differentem non absque ſtupore audiverint præſentes; de quo pluribus *Wittenb. memor. Philoſophor. p. 571.* Moritur tandem 1649.

§. 3. Sequenti anno CIↃIↃCII. die Tiburtii, qui erat 14. Apr. electus eſt ſemeſtris æſtivi Rector Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus UDALRICUS Stetinenſium, Pomeranorum, Caſſubiorum & Vandalorum Dux, Princeps Rugiæ, Caicorum Comes, Dynaſta in Louenburg, & Butow, & adjunctus ipſius celſitudini fuit Pro-RECTOR JOHANNES SIMONIUS, Rhetor. Profeſſor; inſcripti tunc LXI. Idem Celſiſſimus Princeps ULRICUS elapſo illo ſemeſtri, in ſubſequens ſtatim denuo electus eſt Rector per inſtans hybernum his indicantibus Matriculæ verbis: *Anno M. D. CII. die Dionyſii 9. Octobr. continuatus eſt Rectoratus Illuſtriſſimo Principi ac Domino, Domino* UDALRICO, *Stetinenſium & Pomeranorum Duci &c. & adjunctus celſitudini ejus* ab Academia Pro-Rector HENRICUS PAULI, Med. D. & Prof. *factaque eſt renunciatio publica die 29. ejusdem menſis*, numerantur a. tunc inſcripti LXVIII. Currente hocce Rectoratu ſcil. ao. 1603. die 14. Martii mane circa tertiam matutinam pie placideque obiit Guſtrovii Illuſtriſſ: Princeps ac Dominus Dn. UDALRICUS, Dux Mecklenb. Cancellarius Academiæ Rozſtock. Magnificentiſſimus, inter manus Filiæ *Sophiæ*, Reginæ Daniæ Viduæ Conjugis ſuæ & neptis *Eliſabethæ*, Conjugis *Henrici Julii*, Ducis Brunſvicenſis, anno æt. LXXVI. Gubernationis XLIX. *Princeps pius, juſtus, ſapiens, pacificus & vere Pater patriæ*; in quem Orationem habuit Latinam *David Lobechius*, Concionem autem Germanicam noſter abavus *Lucas Bacmeiſterus*, Sen. ambo Theol. Doctores, & Profeſſores in Academia Rozſtockienſi; Quo de incomparabili Heroe pluribus jam ſupra diximus, nempe *Libro I. c. XIII. & ult. de Cancellariis §. 4.* nec non in *Mareſchallo* D. Parentis *Redivivo ſ. continuato Lib. IIX. c. V.* Succeſſit autem *Ulrico* in gubernatione Ducatus Frater CAROLUS in adminiſtratione vero Diœceſeos Suerinenſis, ejus Nepos ULDARICUS, Holſatiæ Dux, Filius *Friderici* II. Regis Daniæ. Hunc autem Ducem *Ulricum* anno inſequ. CIↃIↃCIII. die 23. Apr. c. Tiburtii, in Rectoratu Academico iterum excepit, qui 6. Maji publice renunciatus eſt EILHARDUS LUBINUS Poëſeos Prof. ordin. Ducalis, qui in Matriculam Academ. retulit CI. & inter alios menſe Majo *Svantonem Sture* Suecum, Illuſtrem Comitem Stockholmiæ & Weſterwici. Eod. anno die Dionyſii, qui eſt 8. Octobr. electus & die 20. ejusd. menſ. publice introductus eſt Rector hybernus LUCAS BACMEISTERUS Sen. S. Theol. D. Eccleſiæque Rozſtochienſis Superintendens qui *orationem* ſuam *introductoriam* tunc habuit de *hiſtoria Academiæ iſtius & Reipubl. ab anno 1565, ad 1566.* Ante Lectionem Statutorum, quæ incidit in diem 18. Febr. quædam de B. MARTINO LUTHERO dixit, *ejusque ſuſcepto Reformationis Negotio utique divino*; cumque Rectoratum ſequenti anno die 10. Maji iterum deponeret, de *Magiſtratu Academico quæque ad illum pertinent*,

III. UDALRICUS Pom. Princ. Pro-Rectore JOH. SIMONIO.

IV. IDEM Pro-Rectore HENR. PAULI.

V. EILH. LUBINUS.

VI. LUC. BACMEISTERUS.

peroravit; Scripta inter reliqua hujus Viri, penes me hactenus latentia. Inſcripſit autem tunc Rector Studioſos LII. & inter hos *Conſtantinum Fidlerum* Dantiſcanum, poſtmodum Superint. Rozſtoch. quo de *Libro V. c. II.* de *Miniſtris, Eccleſiæ Rozſtoch. Bartholdum Krakewiz* Nobilem Rugianum, poſtmodum Rozſtock. Theologiæ D. creatum, ac citerioris Pomeraniæ Superintend. Gener. ac Profeſſor. Gryphicum incomparalilem infra *inter creatos in omnibus facultatibus Doctores, Licentiatos atque Magiſtros c. l. Lib. VI. Sect. IV.* adducendum: ac *Johannem Tarnovium*, poſtmodum Theol. Doctorem & Profeſſ. in cad. Acad. Varniaca celeberrimum, *inter Profeſſores Theologos Lib. V. C. I. Claſſe. I. Sect. II.* ſuo loco inſerendum. Præterea etiam hoc anno die 4. Apr. in Acad. Wittenbergenſi in Saxoniis, vitam cum morte commutavit Conſummatiſſimus Theologus *Aegidius Hunnius* Winedæ in Suevia natus.

§. 4. Anno CIↃIↃCIV. die 10. Maji Onus Rectoris impoſitum eſt per ſemeſtre æſtivum ERNESTO COTHMANNO, J. U. D. & Profeſſ. ac Cancellario Megapolitano. Numerus inſcriptorum tunc fuit LXIV. Per hyemem eod. ao. die Dionyſii electus, & 16. ejusd. menſis publice renunciatus eſt Academiæ Varniacæ Rector JOHANN. SIBRAND, J. U. D. & Prof. Senatorius, inſcripſit XLIII. inter quos occurrunt *Johannes Quiſtorpius* Senior, poſtea Theolog. D. Profeſſor & Superintendens Rozſtock. *C. I. Claſſ. I. Sect. II. Lib. V.* deſcribendus; & *Johannes Aſſverus* Ampſingius Med. D. & Prof. Senator. vocatus, infra *Lib. V. in Claſſe III. Sect. II. ubi de Medicis*, notandus. Sequenti anno CIↃIↃCV. die 13. Apr. electus & 23. ejusd. menſ. publice renunciatus eſt Academiæ Rector æſtivus WILHELMUS LAURENBERGIUS, Philoſ. & Med. D. & Prof. Ducalis. Cives Academiæ ab eo facti ſunt CXXIV. Quo etiam Rectore Dux *Carolus*, Fratri Duci *Ulrico* in gubernatione ſuccedens, ad accipiendum Homagium Urbem Rozſtochium ingreſſus eſt, quem tunc Rector cum aliis Profeſſoribus peculiari oratione excepit. Eod. anno die 9. Octobr. electus & poſtea 22. ejusd. publ. renunciatus eſt Rector hybernus NICOLAUS WILLEBRAND, Philoſ. & J. U. D. & Moral. Prof. publ. Senator. qui tunc inſcripſit LIV.

VII. ERNEST. COTHMANN.

VIII. JOH. SIBRAND.

IX. WILH. LAURENBERGIUS.

X. NIC. WILBRAND.

§. 5. Pergimus ad annum CIↃIↃCVI. quo die 16. Apr. electus, & 11. Maji publice renunciatus eſt Academiæ Rector PAULUS TARNOVIUS, SS. Theol. D. & Prof. Ducalis ordinarius, quo Rectore inſcripti fuere CXXXI. & inter hos *Johannes Slekerus* Garzenſis Pomeranus, poſtmodum M. & Phyſices Profeſſor: *Joach. Jungius*, Lubicenſ. M. D. primum Giſſæ, dein Rozſtoch. Mathemat. Prof. *Valentinus Legdæus* Sverinenſis, poſtmodum Theol. D. & Prof. de iſto in *Claſſis IV. Sect. IIX. c. 1. §. 7.* de illo in *Claſſis IV. Sect. X. & ult. c. 1. §. 10.* de hoc vero in *Claſſe I.* Theologorum dicemus. Item *Bugislaus Bebre*, Nobil. Pomer. Conſiliarius & Præſes Dicaſterii Megapolit. ac denique *Henricus ab Hatten*, Cancellarius Provincialis in Holſatia. Eod. ao. per hyemem die 10. Octobr. electus, & die Galli publice renunciatus eſt VALENTINUS

XI. PAUL. TARNOVIUS.

XIII. VALENT. SCHACHTIUS.

SCHACHTIUS, S. Theol. D. & Prof. ac Paſtor Jacobæus, qui inſcripſit LXXXIIX, & inter hos *Joh. Georgium ab Arneimb.* Fuit ille hæreditarius in Beizenborg, & poſtea in bello illo triceſimali Germanico-Suecico ſub Duce *Wallenſteinio*, Cæſarei exercitus in Oris Meclenburg. Dux bellicoſiſſimus, ad quem 1627. literas ſupplicatorias nomine Academiæ Rozſtoch. miſit t. Rector *Johannes Quiſtorpius* Sen. in *Libro 1. cap. 5. §. 12. ſub Lit. K.* aliis ſcriptis ſimul inſertas. Paulo autem poſt renunciatum officium Rectoris ſeptimanis, np. die 12. Junii (non autem 12. Jan. ut vult *Quiſtorpius* l. ſupra allegat.) 1607. Vir ille Reverendus & Excellentiſſimus Dn. D. *Valentinus Schachtius*, Vir bonus, ſincerus & candidus, apoplexia forte correptus, pie obdormivit. Moritur & eod. ao. Eruditorum illud miraculum *Juſtus Lipſius*, Iſeæ vico Brabantiæ trium fere milliariorum Bruxell. an. 1547. d. 18. Octobr. natus, qui quod in Religionibus inconſtantiſſimus eſſet, *Lapſius* a Doctis dictus eſt, Jenæ namque Lutheranam, Lugduni Batavorum Reformatam, Lovanii autem Catholicam Religionem profeſſus eſt; vid. *Lex. hiſtor. Baſil. part. III. Lit. L. p. 185.* Erat autem 23. Apr. Gregor. Calend. cum moreretur Lugduni Batavorum. Et quidem de morte *Schachtii* ita olim in Literis ad filium, D. *Matthæum* Proavum noſtrum, Abavus D. *Lucas Bacmeiſterus* de die 12. Jun. *Præter expectationem offert ſe ſcribendi occaſio, ut Tibi ſignificem, hodie hora 2. pomeridiana* Theologum & Virum præſtantiſſimum Dn. D. Valentinum Schachtium *diem ſuum extremum clauſiſſe, placido ex hac vita diſceſſu. Cogita jam mi Fili, quantus ſit in Domo defuncti luctus, quantus ap. omnes alios bonos, quis etiam meus ſit animi dolor*, qui Collegam, Fratrem & Amicum intimum meique amantiſſimum *tam ſubito amiſi. Tertius erat paroxiſmus febrilis, quo laborabat, & hic eum præter ſpem omnium noſtrum ſuſtulit.* Et in alia die 17. Jun. eod. an. ſcripta: Ex *M. Simonio qui nomine Principis ſui Curlandici ad vos* (in Holſatiam, Kilonium ſc.) *proficiſcitur, de lugubri obitu Senioris noſtri* D. Valentini Schachtii *cognoſces, de quo tamen & antea ſcripſi qui incidit 12. Junii. Funus ei valde honorificum eſt factum, ut & dignus erat, die Viti me concionem funebrem habente per Dei gratiam.*

XIII. BARTHOLOMÆUS KLING.

§. 6. CIↃIↃCVII. die 18. Apr. electus, & pridie Calend. Maji D. BARTHOLOMÆUS CLINGIUS J. U. D. & Prof. publice iterum renunciatus eſt Academiæ Rector; Senatus Urbis honoris cauſa (notante abavo noſtro in literis de die 5. Maji, hujus anni ad Proavum noſtrum D. Matthæum) duos Legatos ad Actum miſit, Cos. Dn. *Corvinum* & Dn. *Scharffenberg*. Convivium Rectorale fere magnificum & ſplendidum fuit in omni apparatu. Inſcripſit autem tunc *Clingius* CVIII. Quo Rectore ibidem in vivis eſſe deſiit die quidem 20. Jul. intra 3. & 4. pomeridianam Vir ob virtutem & eruditionem toti mundo notus immortale decus & ornamentum Belgii Patriæ ſuæ, *Paulus* ille *Merula*: qui ante duos propemodum menſes cum Conjuge, Amicos & Adfines ſuos ſalutaturus, Roſtockium adveniens, cum jam reditum ad ſuos meditaretur, *acuto morbo, nempe ſanguinis & atræ bilis vomitu, & dejectionibus ſpontaneis cum febre continua ſuas per intervalla exacerbationes habente* (ſunt verba programmatis) die 14. menſis Julii correptus, ſeptimo ab initio morbi die vitam ſuam clauſit; de cujus pietate in DEUM Abavus noſter D. *Lucas Bacmeiſterus* Senior, in literis ad filium Matthæum noſtrum Proavum atteſtatur; *ſe ipſi aſſidue ſemel atque iterum adfuiſſe, & religioſam pectus ejus admiratione vidiſſe; ſe, & D. Gryphio* (affine ſuo) *monente, Coena Domini uſum eſſe, eam præbente* M. Weſtphalo, *in præſentia Filii ſui* Lucæ Bacmeiſteri *Jun. Theol. edidiſſe piam confeſſionem, qua adſtantibus & toti Miniſterio ſatisfecerit. Mortem non horruiſſe, ſed magna fide Chriſto ſe commendaſſe. Gratum admodum omnibus Academiæ Profeſſoribus fuiſſe. Dolere omnes & ſe inprimis, tam præſtantis Viri immaturum obitum in loco peregrino.* Et in aliis de morte iſtius incomparabilis Viri ad eundem ſequentia ſcripſit: *De gravi morbo Excellentiſſimi Viri* D. Paulæ Merulæ *antea ad Te ſcripſi, jam addo de morte ejus, quæ incidit 20. d. Jul. intra 3. & 4. pomeridianam. Fuit ea pia admodum & placida, præſente* M. Joach. Weſtphalo, *Me, Fratre Tuo* Johanne D. Ignatio Hanniele, & aliis. *Funus ei honorificum eſt factum in Templo S. Jacobi, ubi in ſepulcro* D. Gryphii *eſt conditus, præſente ſatis magna ex omnibus ordinibus frequentia, & concionem funebrem habente* M. Weſtphalo. Dordraci autem in oppido Hollandiæ munitiſſimo fulgidiſſimum hoc totius orbis eruditi lumen primum exortum eſt, ortus ibi Patre inſignis pietatis & auctoritatis Viro & Urbis illius Secretario, *Guilielmo Merula*, Matre autem *Jacoba Hermans* ex præcipuis apud Dordracenos familiis *Omelingorum & Hermannorum* nata. Avum habuit *Paulum Merulam*, cujus frater *Angelus* ille *Merula* fuit, qui ob Chriſtianam Religionem a Deo per D. *Lutherum* & alios repurgatam, & ejus conſtantem Confeſſionem & adſertionem, a Sonnio inquiſitionis Hiſpanicæ apud Belgas ſagaciſſimo cani ac vulture, cum jam annos LXXX. natus eſſet, in carcerem conjectus, poſt integri quinquennii captivitatem tandem combuſtus, glorioſiſſimus & fortiſſimus Chriſti Martyr factus eſt. Noſter *Merula* adoleſcens & mox Juvenis factus per integrum octennium bonarum artium & literarum ac Juris Civilis ſtudiis Aureliis & Genevæ in Galliis magno ſtudio incubuit, & vel univerſam propemodum Galliam peragravit; dein Italiæ potiora loca vidit, ejusque Academias haud ſine magno fructu perluſtravit. In Germania diutius Argentinæ ſubſtitit, & reliquas Germaniæ ſuperioris & Angliæ potiores urbes & partes vidit. Tandem in Academia Belgii Lugdunenſi poſt abitum *Juſti Lipſii*, in ejus locum ſuffectus eſt *Ordinarius Hiſtoriarum Profeſſor*, cui muneri per XV. annos magna cum laude & ingenti auditorum fructu præfuit. Inter alia peculiariter ipſi demandata eſt hiſtoriæ bellicorum in Belgio tumultuum deſcribendæ provincia, opus herculeo labore, induſtria incredibili & diligentia inſuperabili ſuperandum. Nimirum in qua hiſtoria contexenda & concinnanda (uti teſtatur in *Programm. funebri D. Barthol. Clingius*

Acade-


Paulus Tarnovius
Grevesmölensis, natus A. 1562
S. S. Theol. D. et P. Rostoch.
Chytræi Successor A. 1605.
† 1633.
R. M. B. f. Lips

Ll.

Academiæ tunc Rector (ille plusquam quadraginta mille ſchedas, literas, libellos & alia documenta ad hiſtoriam illam pertinentia evolvere & perluſtrare opus habuit. Cui ærumnabili & immortali ævo digno labori, dum ille morte die accubuit, & incubuit, & jam potiori ſua parte ſuperaſſet, nec etiam reliquas officii ſui & ſtudioſorum ſuorum partes neglexiſſet, corporis ſui vires ita attrivit & fregit, ut longiorem vitam attingere haud potuerit. Uxorem duxit *Juditham Buys Gryphiam*, filiam Dn. *Bartholomæi* Gryphii, quondam Ducis Meclenb. *Joh. Alberti* Secretarii, dein poſt pacificationem Gandavenſem in patria Belgio, Rempubl. in numero ordinum Hollandiæ gubernantis, Sororem autem ſupra jam memorati *Joh. Alberti Gryphii* Juris D. & Senatoris Rozſtochienſis Reipubl. Ampliſſimi, ex qua X. liberos ſuſcepit, ex quibus præ ceteris inclaruit *Guilielmus* filius, ab ipſo B. ſuo parente ob igneum ingenium jam ſæpe commendatus. *Vir præterea fuit* notante eod. D. Klingio in programm: cit. (*adeo benivoli, humani & mitis animi, ut non defuerint, qui per jocum affirmarint, in corpore ejus vel non reperiri. Certe vix unguam animo commotus aut iratus fuiſſe a quoquam deprenſus eſt. Pietatem vita & factis exprimere, quam verbis profiteri maluit. Deo totus confidit, quod videri voluit eſſe ſtuduit, omnibus prodeſſe cupivit, nulli nocere, bonos amare, malos tolerare, majoribus cedere, minoribus parcere, pares ferre, rebus ſecundis non tolli, rebus adverſis non premi. Deum illud oravit, quod ſibi expediret, non quod vellet ſuorum ſatagens ab alienis abſtinuit; non credidit, quicquid audiret, non dixit quicquid ſciret, non fecit quicquid poſſet. Malis graſſantibus pati potius quam facere voluit. Humiliora ſectatus graviores lapſus evitavit; honores & dignitates ultro oblatas recuſavit & averſatus eſt. Et ut uno verbo dicam omnia; ille fuit* Merula, *quales plerique videri cupiunt; ille vixit* Merula, *quales optimi mori cupiunt: ille mortuus eſt* Merula, *cum quo ad vitam æternam cum omnibus Chriſti electis e terræ pulvere reſurgere exoptamus: Nimirum qui in agnitione & invocatione ſolius & veri Dei, & ejus quem miſit Jeſu Chriſti, ſalutifero cibo & potu corporis & ſanguinis Chriſti ad vitam æternam paſtus, tanquam in ſomnum reſolutus, placidiſſime obdormivit.* Hactenus *Klingius*. Virum hunc optimum & de Republ. literaria meritiſſimum peculiari quodam Elogio & Encomio in Acad. Rozſtock. ultro parentavit *Joh. Kirchmannus*, Poëſ. ibid. Prof. celeberrimus, cujus elegantiſſima *de Vita & obitu Paul. Merulæ* die 19. Aug. eod. quo obiit anno 1607. publice habita *Oratio* extat. Hujus autem *Merulæ* ſepulcro ſequens Epitaphium legitur inſcriptum:

TIBI
PAULE MERULE,

Qui dum Deus Te Nobis ſuperſtitem volebat, ob ſingularem Tuam eruditionem magnaque & multa in omnes Beneficia Doctiſſimorum audiviſti humaniſſ. humaniſſimorum doctiſſimus, Hoc qualecunque Monumentum Moerens Bene Merito F. P. Q. P. D. J. F. Ex A. A. D. VIII. Cal. Aug. CIↃIↃCXIII.

AVE ET SALVE VIR PAUCIS comparande.

Tom. III. de Weſtph. Monum. ined. Rer. Ger.

Scripto *Merulæ* ſequentia adducit laudatus *Klingius* l. c. Edidit Coſmographiæ generalis & ſpecialis Libros III. qui oſtendunt, quis & cujus eruditionis Vir ille fuerit, & quid in reliquis præſtare potuiſſet, ſi vita & valetudo corporis ſuffeciſſet.

Praxin civilem provincialis Curiæ ap. Batavos:

Ennii antiquiſſimi Poetæ fragmenta cum commentariis.

Angeli Merulæ magni patrui ſui, Fagici hiſtoriam.

Hiſtoriam Eccleſiaſticam & Politic. MCC. annorum; quam ob inopinatam mortem nondum plane pertexuit quamvis illam jam in ſchedis ſuis delineaverit: (reliquos tamen 400. adjecit *Guilielmus Merula*)

Κυνηγετικὰ idiomate Belgico.

Hiſtoriam Gelricam ſ. Flandriæ Deſcriptionem.

Synchroniſmum illorum, quæ proxime elapſo ſeculo in orbe Chriſtiano contigerunt.

Diatribem de Linguæ Gallice Antiquitate, mutatione, dialectis.

Clariſſ. *Paulus Freberus*, qui *Merulæ* etiam vitam *Theatro ſuo virorum eruditione clarorum p. 1504.* inſeruit, ſequentes etiam a *Merula* editos libros adducit:

Orationem poſthumam de natura Reip. Batavicæ. Eutropium.

Vitam Franciſci Junii.

Hæc de *Merula*. Eod. adhuc D. *Bartholomæo Clingio* Rectore, d. 7 Oct. introducta eſt ſolenni pompa *nova Academia Gieſſenſis in Haſſia* quam erexit & dolavit *Ludovicus* Haſſiæ Landgravius Darmſtadenſis, Imperator vero RUDOLPHUS privilegiis omnium facultatum confirmavit, cuius *Facultati Theologicæ* propterea *Gratulatorias literas, nomine Facultatis ſuæ Theologicæ, ex Academia Rozſtochienſi transmiſit* D. Eilhardus Lubinus ſequentes:

GRATULATIO *D. Eilhardi Lubini, nomine Facultatis ſuæ Theologicæ, ad* FACULTATEM THEOLOGICAM *in illuſtri* ACADEMIA GISSENSI, *de nova illorum erecta Academia.*

§. 6. Inter nova illa omnia, quæ longo jam tempore, vel ex aliorum ad nos literis, vel alias ſaudo intelleximus, & audivimus, quæ nobis lætitiam & voluptatem aliquam adferre potuerint, Viri Reverendi & Clariſſimi DN. Amici & Fratres in Chriſto Jeſu cariſſimi, nihil prorſus oblatum eſt, quod æque nos juverit aut oblectaverit, quam quod recens apud Vos in inclyta Urbe Giſſena plantatum illuſtris Scholæ ſurculum indies magis ac magis florere, ac feliciſſimos uberrimisque fructus longe lateque producere, omnium literis ac ſermone intellexerimus. Et quamvis illud cognoſcere longe nobis jucundiſſimum & gratiſſimum fuerit, longe tamen gratius ac jucundius fuit, quod non ita pridem intelleximus, *plena Academiæ Jura ac Privilegia Illuſtri Veſtræ Scholæ ab Auguſtiſſimo Sereniſſimoque Imperatore clementiſſime conceſſa eſſe, ac indulta, & illuſtriſſimum laudatiſſimumque Principem Veſtrum Landgrafium* Ludovicum, *Jura ac Privilegia illa Academica in Scholam illam Veſtram ſolenniter collaturum, & huic ſolennitati publicæ diem ſeptimum futuri menſis Octobr. deſtinaſſe.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gaviſi jure meritoque ſumus, tum Veſtro, tum totius eccleſiæ Dei, nomine, cujus Veſtram Academiam *Columnam, Fulcrii, ac Præſidium minime vulgare*, per Dei gratiam futuram eſſe, ſpem ac fiduciam minime fallacem. Et hujus benevolæ ac amicæ affectionis noſtræ erga Veſtram Academiam, Vosque potiſſimum omnis & ſingulos non potuimus non *ſpecimen aliquod & Documentum edere*, illudque ad ſolennitatem illam Inauguralem ad Vos per DN. D. *Philippum Nicolai* transmittere. Quod quamvis in ſevile, exiguum ac levidenſe fuiſſe cognoſcimus, quia tamen ab adfectu animorum noſtrorum erga Vos benevolentiſſime profectum eſt, minime illud ingratum Vobis fuiſſe indubitata perſuaſione per certo Nobis pollicemur. Accipite ergo hoc amicitiæ ac fraternitatis ſinceriſſime ultro Veſtræ Academiæ, & inprimis Reverendæ Facultati Veſtræ oblatæ τεκμήριον ab illis, qui vobiscum in unitate Fidei, Religionis ac Doctrinæ cœleſtis a Deo per *D. Lutherum* hoc ultimo Mundi Seculo ſuo nitori reſtituræ ac inſtauratæ quotannis & indies creſcere & coaleſcere, vivere & mori cupiunt. Deus æternus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus unius ac ſolius hoc opus eſt, id quod apud vos adeo feliciſſimis auſpiciis operatus eſt, & inchoavit, porro deinceps augeat, fovent & confirmet, & hanc ſuam apud vos Pietatis ac Sapientiæ Officinam adverſus hoſtes ſuos ad finem uſque Seculi clementiſſime conſervet, in qua ipſi plurima grata, & Eccleſiæ ſuæ & Rebusp. ſalutari dicantur pariter ac fiant. Bene ac feliciter valete, & hanc benevoli adfectus noſtri ſignificationem eo, quo a nobis proficiſcitur, animo, accipite, quibus ſtudia & officia noſtra, & cumprimis verum ac minime ſinuitatum amorem & honorem pollicemur ac deferimur. Rozſtockii, pridie Michaelis 1607.

V. R. D. ſtudioſiſſimi

Decanus Senior, & reliqui D. ac Profeſſores Facult. Theol. in Acad. Rozſtoch.

XIV Thomas Lindemannus.

Sed addimus adhuc de Rectore hujus anni hyberno, qui die 9. Octobr. electus & 29. ejusd. menſis publice renunciatus eſt, fuitque ille THOMAS LINDEMANNUS, J. U. D. & Prof. Senat. cujus renunciationem nomine Senatus cohoneſtarunt duo Coſſ. *Corſinius* & *Bartholdus Schmidth* una cum Syndico. Convivium aut. Rector magnificum & ſplendidum præbuit, ſtatim in initio Magiſtratus ſui pluribus & variis negotiis obrutus, contra D. *Clingius* inde vere a Rectoratu ſuo Podagra & Chiragra laboravit, uti filio ſuo D. Matthæo proavo noſtro perſcripſit abavus noſter *Lucas Bacmeiſterus* Sen. Inſcripti aut. tunc a *Lindemanno* fuere LXIX.

§. 7. Annus hic, qui ſequitur CIↃIↃCVIII. Familiæ in primis noſtræ funeſtiſſimus fuit, abſtulit namque e medio mortalium familiæ noſtræ fundatorem ac Statorem feliciſſimum Dn. D. *Lucam Bacmeiſterum* Senior. Abavum noſtrum etiam in cineribus ſuis ſemper deſideratiſſimum, & cujus jam ſæpius in ſuperioribus horum Commentariorum mentionem injecimus, vitam autem ejus infra *Lib. V. c. I. Claſſ. II.* ubi de Theologis Rozſtock. paulo prolixius deſcribemus. Incidit vero hujus Reverendi & excellentiſſimi Viri, Acad. Rozſtock. Profeſſoris præcipui & magni Totius Reip. decoris & ornamenti, nec non Eccleſiæ iſtius Urbis Superintendentis uti in Membranis Academiæ deſcribitur) obitus bene placidus ac piiſſimus in diem 9. Jul. intra 6. & 7. matutinam. Laboraverat ille per octo ſeptimanas graviter ſcorbuto, ad quem cum Aſthma accederet, animam ſuam vitæ pertæſus, Deo creatori reddidit. Funus ei factam eſt honorificum die 13. Jul. concionem funebrem habente M. *Oſwaldo Sledano* ex Dicto *Job. XIX. cap. Scio quod Redemtor meus vivit.* Huic Bacmeiſtero, die 29. Jun. in æternitatem anteceſſerat *Ignatius Hanniel* J. U. D. & Prof. hiſtor. ſuo loco infra deſcribendus. Quibus binis Profeſſoribus celeberrimis ſolenni programmate ex officio juſta perſolvit, qui die 14. Apr. electus, & 13. Maji, publice renunciatus erat Academiæ Rector æſtivalis M. PETRUS SASSIUS, Log. Prof. Ducal. a quo etiam tunc inſcripti numerantur CXLIII. Eod. anno die 12. Octobr. electus & 28. introductus eſt Academiæ per hyemem Rector JOHANNES ASSVERUS, Ampſingius, Tranſiſulanus, Med. D. & Prof. nec non Reip. Rozſtoch. Phyſicus ordinarius, ſub quo in album Academiæ inſcripti LXI. Eo adhuc Rectore die 15. Jan. 1609. M. *Johannes Holſtenius*, Latinæ Linguæ Prof. ordinarius & Acad. Secretarius, obiit, cujus infra pluribus mentio erit facienda. Subſequenti ao. CIↃIↃCIX. die 27. Apr. electio, & die 3. Maji, Renunciatio facta eſt Rectoris Academiæ æſtivalis, EILHARDI LUBINI, S. Theol. D & Prof. publ. Ducalis, inſcripſit CXXXVII. & inter hos Menſ. Junio *Johannem Jeſſenium a Jeſſen* Equitem Ungarum, (alii Bohemum dicunt) natum quidem 1566' occiſum autem 1621. Medicus fuit ſuo tempore eximius, primum Academiæ Leucoreæ & illuſtriſſ. Saxoniæ Ducum Medicus Aulicus & Profeſſor, poſtea aut. teſte *Friderico Luca* Pragæ Collegii Carolini ſ. Academiæ Rector & Cancellarius ſimul ac Imperatoris RUDOLPHI II. & Matthiæ II. Regis Ungariæ jam Archiater, cum inſcriberetur. Perperam autem hunc *Jeſſenium in Chron. Sileſ. p. 610.* inter ſuos Sileſios ponit, ac Breslaviæ illum natum eſſe aſſerit idem *Fridericus Lucæ*. Memorabile eſt, quod *Lætus in compend. hiſtor. Univer. p. 707.* de eo refert. JESSENIUS in reditu ex Ungaria a Cæſarianis 1619. captus, & Viennam deductus eſt, mox permutatione cujusdam Itali dimiſſus, e carcere proditurus parieti inſcripſit literas: J. M. M. M. quos cum interpretari multi incaſſum niterentur, unque *Ferdinandus* tunc Archi-Dux Auſtriæ poſtea Imperator ingreſſus rem tetigit, illas ſic explicans: IMPERATOR MATHIAS MENSE MARTIO MORIETUR; qui nox arrepta creta repoſuit: JESSENIUS MENTIRIS, MALA MORTE MORIERIS. Quod cum *Jeſſenio* relatum eſſet; dixit: „*Ut ego metitus non* „*ſum*, ita Ferdinandus *opem dabit, ne vanus ſit* „*vates*. Contigit utrumque. Cæſar Martio „deceſſit, *Jeſſenius* poſt cladem Bohemorum ac„ceptam & ſubactum ab Auſtriacis Regnum, in „executione Pragenſis ab ipſo *Ferdinando* Cæ„ſare

XV. Peter Saſſius.

XVI. Johan Aſſverus.

XVII. Eilhardi Lubini.

„fare ſupplicio affectus eſt. Edidit autem hic Medicus & orator excellentiſſimus:

Epiſtolam de Sanguine, vena ſecta, dimiſſo, Judicium Pragæ 1618.

Tractatum cujus titulus: Zoroaſtres ſ. Philoſophia de Univerſo. Witteb. 1592.
de oſſibus Witteb. 1601.

Inſtitutiones Chirurgicas ibid. 1601. 8.

Anatomiæ Pragæ anno MDC. abs ſe ſolenniter adminiſtratæ hiſtoria.

Orationem funebrem de vita & morte Illuſtr. & gener. Viri Dn. *Tychonis Brahe* Hamb. eod. anno.

Adverſus Peſtem Conſilium, cum ejusdem de Mithridatio & Theriaca diſputatione. Gieſſæ 1614. &c.

Vid. Mercklini Lindenius Renovatus de Scriptis Medicis p. m. 617.

Divorum Impp. *Ferdinandi* I. & *Maximiliani* II. progeniem Auguſt. Francof. 1613. una cum ejusdem panegyrico ad *Matthiam* Cæſarem, Bohemiæ Regnum capeſſentem. Eod. poſtea anno die 9. Octobr. electus, & 18. ejusd. menſ. publ. renunciatus eſt per ſemeſtre hybernum M. CHRISTINIANUS SLEDANUS, S. S. Theol. Prof. a quo in tabulas publicas relati ſunt XCV. & tunc quoque inſcriptus eſt *Johannes Chriſtoph. Caſtritius*, Ziringenberga-Haſſus, Philoſ. Baccal. Tubingæ creatus, qui ob furta commiſſa, virgis cæſus, ibi publice cum infamia perpetuo ejectus, primum Wittebergam in Saxonia, dein Rozſtockium ſtudiorum cauſa adveniens, bis jam privatim rigoroſe a facultate Philoſoph. pro magiſterii gradu impetrando, cum examinatus eſſet, denique multorum & graviſſimorum furtorum perpetratorum reus factus, hinc comprenſus, in carcere publico conjectus & repugnante licet toto Magiſtratu Academico & ipſis etiam Principibus, Academiæ, Nutriciis, tamen ſic volente & concludente Senatu Urbis Rozſtock. ao. 1611. d. 24. Oct. ipſo die Lunæ qui erat Diſputationi Juridicæ inaugurali (propterea tamen non habitæ & nunquam & in poſterum eo die habendæ) deſtinatus, miſer hic homuncio, patibulo publice affixus eſt. Juvenis alias ſal eruditus, Filius Senis Theologi & Verbi divini Miniſtri quique aliquoties jam orationes ſacras e Cathedra Eccleſiaſtica ad Populum cum applauſu habuerat. Cæterum hujus quoque *Caſtritii* mentionem inxïcit piisſimus Theologus Magdeburgenſis M. *Chriſtianus Scriverus in Gottholds zufælligen Andachten, centur. IV. Meditat. LXXXVII.* his quidem Verbis: „*Ich erinnere mich, das im Jahr Chriſti 16ii. auff „einer berühmten Teutſchen Hohen-Schulen ein „Student ſich auffgehalten, der ſeines vielfæltigen „ſtehlens halber endlich an den Galgen gerathen: „Dieſer hat unter andern ſchlauen Fündlein ſeine „finſtere Diebs-Hændel zu verbergen, ein Licht „gebraucht: Wie aber? Er ſtellte ein gantzes „Licht auf einen Leuchter, und ſetzte es auf den „Tiſch in ſeiner Stuben, und ließ es etliche Stunden in der Nacht brennen; weil nun die Stube „an der Gaſſe war, meyneten die Leute, dieſer „erbahre Student wære ſo emſig bey den Büchern, „das er auch biß Mitternacht und længer ſich „des Schlaffs enthielte, der doch eben da in Finſtern mauſen gieng. Was halff nun dieſem Nacht-„Vogel das brennende und ſcheinende Licht, da „er der Wercke der Finſterniß nachgieng.* Hæc „ille.„

XIX. Christian Sledanus.

§. 8. Recurrente in Faſtis anno CIↃIↃCX. die 3. Maji, Rector Academiæ Rozſtockienſis iterum eligitur ERNESTUS COTHMANNUS, J. U. D. Prof. & Cancell. Megapol. a quo in matriculam relati ſunt CXXI. Poſtea eod. anno d. 9 October per hyemem Rector enunciatus eſt JOHANNES SIBRAND, J. U. D. & Prof. Senat. qui tunc LXII. inſcripſit. Sequenti anno CIↃIↃCXI. unanimi patrum Conſcriptorum cum conſenſu die 13. Apr. electus, & die 25. ejusdem menſis publice renunciatus eſt Academiæ Rector æſtivus GUILIELMUS LAURENBERGIUS Med. D. & Prof. Ducal. qui tunc matriculæ inſeruit CXLVI. Hoc anno *Chriſtophorus Scheinerus*, Mundelheimenſis Suevus, celebris Mathematicus primus phœnomenon de *Maculis Solis* ut ajunt, Ingolſtadii obſervare cepit, edidit enim *Roſam Urſinam* anno 1630. in fol. in qua agit de dictis Maculis, de Cœli incorruptibilitate & aliis hujusmodi curioſis quæſtionibus. Conf. *Algambe p. 77.* & *Placium p. 56.* Eod. anno per hyemem Rector Academiæ Rozſtock. die 9. Octobr. electus & 24. ejusd. menſis publice conſtitutus eſt M. GEORGIUS DASENIUS Stellæmontanus, Mathem. Inf. Prof. Publ. Numerus inſcriptorum fuit CXXVII. Subſequenti anno CIↃIↃCXII. d. quidem 13. Apr. nominatus, & 23. ejusd. introductus eſt novus Academiæ per ſemeſtre æſtivum, Rector, PAULUS TARNOVIUS, S. S. Theol. D. & Prof. Ducalis celeberrimus, a quo inſcripti ſunt CXXVII. Per hyemem autem eod. ad die 9. Octobr. denominatus, & 19. ejusd. menſis publice renunciatus eſt novus Academiæ Rector JOHANNES AFFELMANNUS, ibi S. Theol. D. & Prof. Senat. qui in Tabulas publicas retulit LXXXIIX. Nomina. Hic Tubingæ in Academia hoc anno die 30. Jan. demortuus eſt Academiæ noſtræ Pro-Cancellarius *Stephanus Gerlachius* Theol. D. & Prof. nec non Stipendii Theologici Superintendens ſupremus. Hic autem *Stephanus Gerlachius* natus in pago Knittlingen dictionis Cœnobii Maulbronnenſis anno 1546. die 27. Jan. honeſtis perentibus Patre *Georgio*, Lapicida Knittlingenſi, qui ad anabaptismum deflectens cum duabus filiabus *Sara* & *Margaretha* unoque Filio *Chriſtiano* & altere conjugio procreato Zkoinum in Moraviam ſe contulit, quo eum ex itinere Conſtantinopolitano anno 1578. redux vidit ac ſalutavit, qui tamen ex mœrore paulo poſt Wiſchæ cum Filia Catharina animam expiravit. Primum domi dein in Schola Meckmühlenſi publica bene in literis innutritus. Præceptore Melchiore Heroldo, ex qua tandem Stuttgardiam in Lycæum ibi celebre annorum XII. puer miſſus fuit, Præcepotore in primis uſus *Johanne Wackero*. Poſt biennium inter Alumnos Ducales Gymnaſii Clauſtralis Maulbronnæ 1563. clementiſſimus receptus fuit, conſanguineo ſuo *Johanni Brentio*, Præpoſito poſtea Stuttgardiano de meliori commendatus. A. 1565. die 23. Novembr. Tubingæ albo Academico inſcriptus

XIX. Ernestus Cothmannus.

XX. Johann Sibrand.

XXI. Guil. Laurenbergius.

XXII. Georgius Dasenius.

XXIII. Paulus Tarnovius.

XXIV. Joh. Affelmannus.

ſcriptus inter Studioſos S. Stipendiarios Ducalis Collegii ibid: Theolog. ſat celeberrimi locum invenit, atque ſub ductu in primis *Jacobi Herbrandi* & *Johannis Brentii* ita in ſtudiis profecit, ut poſt acceptum Baccalaureatum, anno 1567. Eslingæ (quo ob peſtem Academiæ Tubingenſis auffugerat,) in *Magiſtrum Philoſophiæ* cum laude creatus fuerit. Anno 1573. Dn. *Johann Davidi* Baroni de *Ungnad* Legato Imperatoris ad portam Ottomanicam *a concionibus ſacris* in itinere adjunctus fuit, ubi per quenquennium commoratus vel ſolus promovit literarum commercium inter *Cruſium* Profeſſorem Tubingenſ. & Patriarchum Eccleſiæ Græcane Conſtantinopoli regnantem. Poſt reditum in patriam Theologiæ Doctor & Profeſſor primum Extraordinarius in Academia Tubingenſi die 23. Nov. anno 1578. factus dein 1586. Ordinarius, ulterius etiam anno 1591. Decanus Templi S. Georgii, ac Stipendii Theologici ibid. Superattendens; vicesque tandem demortui præpoſiti Eccleſiæ & Academiæ Cancellarii *Jacobi Herbrandi* anno 1600. ad 1606. in Eccleſia in Academia geſſit. Ingraveſcente ortate ſua vertigine laboravit ſæpius, unde memoriam plane amittens tandem pie obiit die 30. Jan. 1612. æt. LXVI. Ex ſcriptis: Diarii ſui Turcici ſ. itineris Conſtantinopolitani, Diſputationibus contra Jeſuitas & Calvinianos de Condemnatione Errorum Cœnæ Domini; adverſus Danæum; Epitome hiſtoriæ Eccleſiaſticæ aliisque ubique inclaruit. Hujus Epitaphium in Templo S. Georgii hic Tubingæ conſpicitur ſequens: „STEPHANUS GERLACHIUS eximiæ pietatis, „profundiſſimi ingenii, ſummæ eruditionis & „maximæ auctoritatis Vir, Knittlingæ prope „Maulbronnam 26. Decembr. anno 1541. natus, „in comitatu Cæſarei Legati Geſneroſi Domini „Dn. Davidis de Ungnad, &c. ut miniſter Verbi „Conſtantinopolim profectus, inde anno 78. „in Decembri reverſus 29. Novembr. anno 79. „Theol. D. creatus ejusd. Prof. Extraordinarius, „anno ſequenti vero ordinarius: Sicut & Eccleſiæ Decanus Anno 87. Conſtitutus Ducalis Stipendii Superintendens, anno 90. electus, Rectoratu aliquoties & vice Cancellari atque Academici munere conpluribus annis laudabiliter „perfunctus tandem vitæ & muneris ſui curſu felicitor abſoluto 30. Jan. anno 1612. & ſi completo „ætatis ſuæ Ao. 65. cœleſtem Patriam transmigravit; cui lætam reſurrectionem Deus O. M. benigne concedat Amen!„ In eodem Templo altero in loco ſequentia de eo invenio. „Anno Domini M. D. C. XII. die 30. Jan. *iſt im Herrn ſeelig. entſchlaffen, der Ehrwürdige und Hochgelehrte Herr Stephanus Gerlach, der H. Schrifft* D. *und* Profeſſ. *ſowohl der Kirchen allhie lange Zeit geweſener* Decanus, *welcher Gottes Wort etliche Jahr auch zu Conſtantinopel geprediget, demſelben und alle Chriſtgläubigen wölle der getreue Gott an ſeinem groſſen Tage eine fröliche Aufferſtehung verleihen, Amen!* Conf. de eo ut & de editis ſcriptis ejus pluribus B. *Fiſchlinus* in *memoria Theologorum Wirtembergenſium part. I. ab p. 202. ad 210. incluſ.* Cæterum in effigiem *Gerlachii* ſequentia olim ſcripſit *Johannes Conrad. Brotbeguius* Phil. & Med. D. & Prof. Tubing. Stephanus Gerlachius S. Theologiæ D. & Prof. Tubing. ætat. 56, anno 1602.

Quid Gog, quid Magog faciant, hic vidit & audit
Scripſit & in Charta dixit & in Cathedra.
Et poſtquam occiduum ſolem viditque renatum,
Ecce! Illum rurſus Phoebus uterque videt.

§. 9. Succedit annus CIↃIↃCXIII. quo per æſtatem die 14. Apr. Rector Academiæ Rozſtoch. iterum electus eſt JOACHIMUS SCHONERMARCK, J. U. D. & Prof. qui introducitur Rector die 29. ejusd. menſ inſcripſit aut: tempore Rectoratus CLXXI. Hoc Rectore incomparabilis Vir *Conradus Rittershuſius*, Brunſvicæ anno 1560. die 24. Sept. natus die 24. Maji mortuus eſt, Rozſtockii aut: e Profeſſorum numero Dn. *Nicol. Willebrandus*, J. U. D. & Moral. Prof. coeleſtium numero adſcriptus fuit, quo de *Lib. V. in Claſſ. IV. Sect. IX. c. I.* Profeſſorum Moral. §. 4. dicemus. *Schonermarckium* in Rectoratu hyemali iterum excepit THOMAS LINDEMANN, J. U. D. & Prof. Senat. qui die 9. Octobr. electus, die 28. ejusd. Menſis publice renunciatus fuit Rector, annotavitque LXXI. ſub ſuo Regimine inſcriptos. Sequente anno CIↃIↃCXIV. ſic volente Senatu Academico, die 28. Menſis April. Magiſtratum Academicum ſupremum ſibi imponi paſſus eſt M. MARCUS HASSÆUS, Ling. S. Prof. Publ. Ducal. inter omnes Collegas jam pridem Senior emeritus, qui Matriculam an. CLXXX. auxit, eoque adhuc Rectore die 18. Auguſti, *Edictum contra Pennal-ſium*, a concilio Academiæ publicatum fuit Lib. II. cap. IV. §. 6. num. 4. jam inſertum. Eodem anno, ipſo die Dionyſii, qui erat 9. Octobr. electus, & 20. ejusd. Menſis publice iterum renunciatus eſt Academiæ Rector hyemalis JOHANNES ASSVERUS, Ampſingius Franiſulanus, Med. D. Illuſtriſſ. Principis UDALRICI, Hæredis Norvegiæ, &c. Archiater & Reipubl. Rozſtock. Poliater, qui nomina civium inſcriptorum collegit LXI.

XXV. Joach. Schonermarck.

XXVI. Thomas Lindemann.

XXVII. Marcus Haſſeus.


XXIIX. Johannes Aſſverus Ampſingius.

§. 10. Accedimus ad annum CIↃIↃCXV. cujus Rector æſtivus die 4. Maji renunciatus eſt EILHARDUS LUBINUS, S. Theol. Doct. & Prof. Ducalis, & in matriculam retulit CLXIV. Sub cujus Rectoratu æſtivo ſemeſtri *Leges Academiæ de lectionibus* quibus ſinguli Profeſſores ſingulis ſemeſtribus ad minimum L. Lectiones abſolvere tenentur, de integro omnium conſenſu confirmatæ & publicatæ ſunt, cujus tamen publicatio magnas turbas dedit. Ita enim Catalogus Lectionum hoc ſemeſtri æſtivo a Profeſſoribus proponendarum rurſus publicatus fuit, ac conſtitutum, ut hujusmodi Catalogus ſingulis ſemeſtribus initio Rectoratus cujusque in poſterum publice affigatur. Hoc quoque ſemeſtri ſub initium Auguſti Urbs Brunſviga a ſuo Principe multis millibus militum funeſta obſidione cingi coepit. *Lubino* autem poſt ſemeſtre æſtivum in Rectoratu die Dionyſii ſeu 9. Octobr. ſucceſſit, ac die 29. ejusd. publice renunciatus eſt Rector Academiæ Magnificus M. JOH QUISTORPIUS SS. Theol. Prof. P. Senat. I. qui inſcripſit CXV. Senatorio autem huic Profeſſori ſecundum ſtatuta & formulam ſic dictam Concordiæ in Rectoratu æſtivali anni ſequentis CIↃIↃCXVI. die 17. Maji iterum excepit Profeſſor Ducal. ERNESTUS COTHMANNUS, Juris ille Anteceſſor ſuo tempore longe incompara-

XXIX. Eilh. Lubinus.

XXX Joh. Quiſtorpius.


XXXI. Ern. Cothmannus.



Christianus Stedanus
Rostochiensis Natus 1570. S. Theol. D. et
P.P. Rostoch. 1603. Basilicæ Stevicens.
Pastor primar. A. 1614. † 1646.


J. K. Bernigeroth sc.

Mm.




Joannes Quistorpius
S.S. Theol. D. P. P. Rostochiens. XXIV. An.
XL. Rector. Facult. Senior et Superintendens.
T. 1647. Aetat. 64.

N n.



parabilis, ſub cujus tunc jam tertio Rectoratu inſcripti fuere CXLIV. Hujus autem ſub Rectoratu die quidem 21. Febr. Lubicæ e vivis exceſſit abaviæ meæ paternæ frater germanus, *Jacobus* ille *Bordingus*, JCtus ſummus, natus Hamburgi 1547. die 27. Jan. qui Rozſtochii, Lutetiæ, Lovanii, Heidelbergæ & Lipſiæ Juris ſtudio tanta cum laude & diligentia incubuit, ut vigeſimo ſexto ætatis anno in hac Academia Roſarum, cujus nunc hiſtoriam deſcribimus, anno 1574. die 2. Mart. Decano D. *Johanne Borcholten* & cui promotioni in Templo ipſe etiam Dux Mecklenb. *Johannes Albertus* interfuit, *Licentiati gradum*, ſimulque *profeſſionem Feudalium*, & in aula *Udalrici* Ducis Meclenburg. *Conſiliarii* munus obtinuerit. Exornatus autem poſtea anno 1579. die 13. Aug. ſummis in utroque Jure honoribus Doctoralibus fuit *Bordingus* noſter, Decano *Marco Luſcovio* JCto, cum magno applauſu omnium, præſertim approbatione ſumma Ducis *Udalrici*, qui etiam tum tanti *Bordingum* ſuum fecit, ut ſub tempus inaugurationis publice aureo ipſum torque omnibus inſpectantibus per *Martinum Bolfraſium* tunc primarium ſuum conſiliarium, donandum curarit, teſte *Joh. Kirchmanno* in oratione funebri de eo Lubicæ habita typisque exſcripta, p. 13. Doctoris autem titulo aſſumto, variis cum Duce ſuo *Ulrico* & ejus etiam nomine, itineribus, ad Comitia Auguſtana, (ubi a *Rudolpho* II. Cæſare oblatam ſibi *Comitis Palatini Cæſarei* dignitatem ſubmiſiſſime deprecatus, ut quilibet Decanus Collegii Juris Conſultorum Academiæ Rozſtock. ea ornaretur impetravit) in Daniam, & aliorſum peractis, reſignato publico in Academia Profeſſorio officio, anno 1598. in aulam ipſius Ducis *Uldarici*, ad eminentiſſimum *Cancellarii aulici* officium conceſſit. Vitæ autem aulicæ tandem pertæſus *Bordingus* noſter, ac quietis amans Lubicam conceſſit, ubi tamen iterum anno 1600. die 12. Dec. ad conſularem dignitatem evectus eſt. Conſulare hoc munus per XVI. annos ſumma cum juſtitiæ & integritatis laude geſſit, ac a profano Juris perverſorum vulgo tantopere abhorruit, ut aliquoties profeſſus ſit; *Si ſibi eſſent Liberi, non permiſſurum ſe, ut quisquam eorum ſtudio Juris operam daret, quod hujus ævi Juriſconſultos plerosque non recta ad virtutem & pietatem incedere videret*, teſte *Georgio Schedio* Gymnaſii Guſtrovienſis Rectore in Oratione parentali D. *Lucæ Bacmeiſtero* Jun. habita *p. m. 57.* Improlis tandem, condito prius Teſtamento, in quo multa pro pauperibus ſtudioſis, egentibus agnatis utriusque ſexus & ad pias cauſas legavit, obiit diem ſuum ſupremum *Bordingus* noſter, die ut diximus 21. Febr. ſepultus in templo Mariano, ubi Orientem verſus Epitaphium habet, effigiem ipſius & hæc verba præferens: MAGNIFICUS ET CONSULTISSIMUS VIR JACOBUS BORDINGUS, JURISCONSULTUS, OLIM ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS ANTECESSOR, ET AULÆ MEGAPOLITANÆ CANCELLARIUS, TANDEM HUJUS REIP. PER XVI. ANNOS CONSUL MERITISSIMUS, PIE OBIIT, OMNIUM BONORUM DESIDERIUM POST SE RELINQUENS, AN. MDCXVI. MENS. FEBR. DIE XXI. HORA IX. VESPERTINA, CUM ATTIGISSET AN. ÆTATIS LXX. Atque hæc quidem ex Agnati & Patrini noſtri Paſtoris hodie Mariani & Rev. Miniſterii Lubicenſis Senioris *M. Jacobi a Melle notitia Majorum p. 55. & 56.* Plura de hoc Viro dicemus *Lib. V. cap. I. De Viris claris, qui in qualibet Facultate in Academia Rozſtoch. unquam docuerunt*, Sect. quidem II. de *Prof. Juris Academiæ Rozſtoch.* Sed addo adhuc Academiæ Rozſtoch. Rectorem Magnificum hybernum, qui fuit THOMAS LINDEMANNUS, J. U. D. & Prof. Senator. die XII. Nov. renunciatus, qui ſaltem XLIIX. ſtudioſorum in Academiam adventantium nomina Matriculæ Acad. inſeruit. XXXII. Thomas Lindemannus.

§. II. Sequitur anni CIↃIↃCXVII. Rector æſtivalis, qui die 24. Apr. renunciatus fuit JOHANN. BACMEISTERUS Phil. & Med. D. & Prof. Inſcripſit CCX. Semeſtri autem hyberno Rectoratu functus eſt M. JOHANNES SLECKERUS, Phyſ. Prof. publ. Senat. Inſcriptorum tunc numerus fuit LV. Quo Rectore Jubilæum Reformationis Evangelicæ I. ſolenni feſtivitate in Eccleſia concionibus, in Academia orationibus ac in utraque precibus celebratum fuit. Hoc etiam anno Derendingæ in Pago vicino Tubingæ vitam cum morte commutavit Paſtor iſtius Eccleſiæ *Johannes Theodorus Schnepfius* cujus Epitaphium effigie ipſi ibid. in templo erectum ſic legitur: XXXIII Joh. Bacmeiſter. XXXIV. Joh. Sleckerus.

MEMORIA
JOHANNIS THEODORI SCHNEPFFII, Theodori Filii, Erhardi Nepotis, Viri pietate & doctrina eximii, ſupraque ſeculi ingenium candidi & probi, qui cum Uraci & Tubingæ amplius biennio Diaconi, Derendingæ poſtea totis 25. annis Paſtoris munere ſumma fide & diligentia functus eſt; in ipſa tandem hujus Templi cathedra, inter ſanctiſſimas divini officii occupationes, in media concione matutina 31. Aug. Anno Chriſti CIↃIↃCXVII. anno æt. ejus LIII. defecit. Tactus Catarrho apoplectico, ex quo eod. die hora II. pomeridiana vivere deſiit.

O beatam vitam, quam talis mors conſequitur!
O beatam mortem, quam talis vita anteceſſit.

Kunigundis uxor & *Barbara* Filia, contra votum ſuperſtites, Marito & Patri bene merentiſſimo, hoc monum. poſuer.

Ao. CIↃIↃCXIIX. die 14. Apr. electus & 23. ejusd. menſis publice renunciatus eſt Rector æſtivus PAULUS TARNOVIUS, S.S.Th. D. & Prof. Ordin. Ducalis, ſub cujus regimine inſcripti numerantur CLXXI. Quo decedente die 21. Octobr. renunciatus iterum fuit Rector hybernus JOHANNES AFFELMANNUS S. Theol D. & Prof. Ordin. Senat. qui inſcripſit LVII. Inſequenti an. CIↃIↃCIX. die 14. Apr. electus & 29. ejusd. menſis publice ſalutatus & proclamatus Rector æſtivalis fuit JOACHIMUS (non autem Johannes, uti Quiſtorpius in progr. de *Seculi XVII. memorabilibus* adhunc anſcribit) SCHONERMARCK, J. U. D. & Prof. Ducal. a quo tunc inſcripti fuere CLXXV. Hunc in Rectoratu hybernali eod. anno die 9. Octobr. excepit, qui die tandem XII. Novembr. publice proclamatus fuit Rector Academiæ Magnificus THOMAS LINDEMANNUS J. U. D. & Prof. Senat. qui XLVI. nomina Inſcriptorum in Matriculam tantum retulit. Quo anno die 5. Octobr. ſub Rectoratu adhuc D. *Schönermarckii* e vivis diſceſſit XXXV. Paulus Tarnovius. XXXVI Joh. Affelmannus. XXXVII. Jo. Schonermark

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſceſſit D. *Conradus Schlüſſelburgius* qui Oldendorffii ſ. Altendorfii in oppido Comitatus Schavenburgici ad Viſurgim ſito ac circulo Weſtphalico incorporato, anno 1543. Dominica Miſericordias Domini, Patre *Henrico*, Cive & Præfecto Nobilium Virorum *Amonii a Wettberg* & *Johannis a Langen*, Matre autem *Adelheida Reiteria* in lucem editus fuit, ac præter *paſtoratum Regiomontanum* in Boruſſia, *Profeſſionem Regentialem* Collegii Unicornis in Academia Rozſtoch. *Paſtoratum* hinc *Eccleſiæ Evangelicæ Antwerpiæ*, hinc *Razeburgi ad concionatoris aulici* munus delatus; abhinc *Viſmariam ad Archidiaconatum mox Paſtoratum in Templo Mariano*, ſed poſt quinquennium a. 1590. ad *Superintendentiam Eccleſiæ Cathedralis Razeburgum* reverſus; tandem tamen *Sundii in Superintendentiam* ejusd. Urbis demortuus eſt, Theologus quidem longe doctiſſimus & eloquentiſſimus, nimis tamen rixoſus ac bellicoſus Vir, nec non zeloſus Concionator, id quod ex controverſiis iſtis, quas Wiſmariæ cum Senatu, Razeburgi cum Collega ſuo ac poſtea Socero Paſtore *Georgio Uslero*, & denique Sundi cum Syndico D. *Domanno* & toto fere Miniſterio Eccleſiaſtico ac Senatu urbano habuit ſat graviſſimis & ſcandaloſis, quarum Acta in MSpto poſſideo, ſatis ſuperque apparet; de quo tamen Theologo longe alias profundiſſimo pluribus dicam *Lib.* inſequ. *V. c. 1. de Viris claris, qui in qualibet facultate in Academ. Rozſtoch. unquam docuerunt*, ſ. de *Profeſſoribus omnium facultatum, eorumque Biographia & ſcriptis* & quid. *Claſſe IV.* Sect. I. de *Profeſſoribus Latinæ Linguæ vel Regentiarum. ſſ. 25.* Ut autem ad Academica iterum redeamus; hicce Dies Renunciationis novi Rectoris THOMÆ LINDEMANNI valde ſolennis & feſtus fuit: Eod. namque die ante CC. annos Academia Rozſtoch. felicibus auſpiciis nata, privilegiis ſtabilita, primoque ejusdem Rectore M. *Petro Stenbecke* Magiſtro in Artibus, & S. Theol. Baccal. Sceptra tradita fuerunt. Scripta autem in hoc Jubilæo Academiæ Rozſtoch. II. in Academia tunc a Profeſſoribus omnium facultatum propoſita, typisque anno 1620. ibid. expreſſa, omnia hæc Appendici Documentorum hujus Libri ſuo loco ſimul inſeramus.

§. 12. Anno CIↃIↃCXX. die 14. Apr. electus & 21. ejusd. publice renunciatus eſt Academiæ Rozſtoch. Rector Magnificus æſtivalis JOHANNES LAURENBERGIUS, Phil. & Med. D. & Prof. Poëſ. Ordin. Ducal. inſcripſit CXCVI. Eod. anno per ſemeſtre hybernum, ipſo die Dionyſii, qui erat 9. Octobr. & poſt. 19. Octobr. qui ſceptra teneat, novus Academiæ Rector iterum renunciatus fuit JOHANNES ASSVERUS, Ampſingius Tranſiſulanus, Med. D. & Prof. Senat. ac Reip. Rozſtoch. Phyſicus, quo Rectore tantum in Matriculam relati ſunt LXVI. & inter hos etiam menſe Octobr. inſcriptus eſt *Joh. Chriſtoph. a Cochtiz ſ. Kochtizki* Lib. Baro in Cochtiz & Lublinez in Sileſia, hujus familia ex Bohemia ſe contulit in Sileſiam ibique in Ducatu Oppeln in finibus Poloniæ arcem & oppidum Lubniz cum Dominatu ſitam ære ſibi proprio comparavit, cujus poſtea ibid. nominis ſui ac ſtirpis feliciſſimus propagator *Remcius Kochtizki*, circa annum 1307. ex rebus in militia fortiter geſtis valde inclaruit, relinquens Filium *Hermannum*, Regis Bohemiæ *Ladislai* poſthumi miniſtriſſimum, & filium habuit *Johannem* Præfectum Provinciæ ſ. Capitaneum Ducatuum Oppeln & Ratibor, cujus itidem filius *Johannes* etiam dictus, Cameræ Regiæ in Sileſia Conſiliarius, anno 1587. tanquam Legatus Imperatoris *Rudolphi II.* electioni Regis Polon.æ *Sigismundi III.* interfuit ac anno 1591. in arce ſua Lublinez vitam cum morte commutavit, ex filiis autem ejus *Johannes* quoque dictus (quem noſtrum Rozſtochii hoc anno inſcriptum fuiſſe exiſtimo) poſtea Ducatuum Oppeln & Ratibor in Sileſia Judicii Provincialis Aſſeſſor Regius factus eſt, ac dein in clade illa Cæſareanorum Lignicenſi anno 1634. ab Arnheimio accepta, Cæſareus Centurio, vitam ſuam cum multis aliis amiſit, *Andreas* autem ejus Frater Legationis bellicæ ſub Suevis Conſiliarius anno 1632. inclaruit, teſte Lexico hiſtorico univerſali *Baſileenſi, part. III. p. 39.* ex *Lucæ Chron. Sileſ.* & *Sinapii Schleſiſchen Curioſitæten.* Poſt Aſſverum anno ſequenti CIↃIↃCXXI. die Tiburtii Rector Academ. æſtivalis electus fuit EILHARDUS LUBINUS, S. Theol. D. & Prof. Ducalis, æger & quartana decumbens, cujus in actu renunciationis, qui fuit 26. Apr. ſuſtinuit vices JOHANNES BACMEISTERUS, Phil. & Med. D. & Prof. Ducal. Ordin. Rector vero domi ſuæ juravit in præſentia Prædeceſſoris ſui, Pro-Rectoris ac Secretarii Academiæ. Obiit autem Magnif. Dn. Rector 2. Jun. ejusd. anni, cujus funus 5. ejusd. honorifice factum. Deputati ex IV. facultatibus a lateribus tumbæ funus comitati ſunt. Curſores ſ. Bidelli ſceptra inverſa velo ſerico obducta funeri prætulerunt. In defuncti vero Rectoris locum ſurrogatus eſt a Rev. Concilio ſupra laudatus JOHANNES BACMEISTERUS. Numerus inſcriptorum ſub duobus hiſce Rectoribus fuit CLIII. Sub hujus *Bacmeiſteri* tunc regimine Academico, adhuc dum percelebris *Academia Rintelenſis* in Comitatu Schaumburgenſi ad Viſurgim fluvium intra Hamilam & Mindam ſita, ab *Erneſto* Principe Imperii, Comite Holſatiæ, Schaumburgi & Sternbergæ fundata, multis reditibus dotata ac d. 27. Jul. ſolenni pompa introducta fuit, hodie poteſtati Landgraviæ Haſſiæ Caſſelenſi ſubjecta; vid. *Frider. Lucæ Europæiſcher Helicon Part. IV. c. VI. n. XIIX. p. m. 505. ſeq.* Eod. anno die 9. Octobr. conſtitutus, & 25. ejusd. publice proclamatus eſt Rector Academiæ Magnificus ſemeſtris hybernus JOHANNES QUISTORPIUS, S. S. Theol. D. Prof. Senat. & Archi - Diaconus Templi Mariani. Inſcripſit autem CXLIV. *Quiſtorpio* in Rectoratu Academico per ſemeſtre æſtivum anno ſequenti CIↃIↃCXXII. iterum ſucceſſit (die quidem 14. Apr. electus, ſed 20. tandem die Jun. publice renunciatus) ERNESTUS COTHMANNUS, JCtus & Cancellarius Megapolitanus, qui vices ſuas ob negotia aulica ipſi impoſita D. *Johanni Bacmeiſtero*, Medico, demandavit, a quo inſcripti XCI. Quo anno adhuc ſub Rectoratu hyemali D. *Quiſtorpii*, duo Viri excellentiſſimi ac Theologi in Civitate Lubica longe profundiſſimi M. *Johannes Stolterfothus* Paſtor Marianus & Rev. Miniſterii Senior, ac *Georgius Stampelius*, Eccleſiarum Lubicenſium Superintendens graviſſi-

XXXIX. Joh. Laurenberg.

XL. Joh. Aſſverus.

XLI. Eilh. Lubinus & Joh. Bacmeiſterus.

XLII. Joh. Quiſtorpius

XLIII Ernes Cothmannus & ſubſtitutus Joh Bacmeiſterus Med.

graviſſimus, uno quidem menſe, ille quidem die 4, hic die 19. Febr. pie ac placide expirarunt, cujus vitam copioſe deſcripſit in ſua *Lubeca Lutherano Evangelica ſ. Lubeckiſche Kirchen-Hiſtorie part. IV.* paſſim inprimis aut. *ſ. 16.-21. p. 576-583. & ſ. 37. & 38. p. 609 - 620. Caſparus Henricus Starcke* in diſtrictu Lubicenſi, *zu Sieben Bæumen*, Paſtor optime meritus. *Stolterfothi* autem vitam præter ea, quæ idem *Starckius* de eo ibid. *ſ. 36.* adducit, nobis quoque tanquam Diacono quondam Marino Urbis Rozſtoch. deſcribere incumbit in hiſtoriæ hujus Libro V. c. II. *de Miniſtris verbi divini in Eccleſia ſ. Urbe Rozſtoch.* a *tempore Reformationis* & quid. *Sect. III.* De *Miniſtris Eccleſiæ Urbis Rozſtoch. a tempore Transactionis, ad uſque annum* CIↃIↃCC *incluſive ſ. 13.* Poſt *Cothmannum* eodem anno, qui die 9. Octobr. electus & die tandem 25. publice renunciatus eſt, Rectoratum hybernum iterum tenuit THOMAS LINDEMANNUS, JCtus & Prof. Senator. ac inſcripſit CXXXIV. *Lindemannum* in Rectoratu æſtivali anno CIↃIↃCXXIII. excepit JOH. BACMEISTERUS, Med. & Prof. Ducalis, qui die quidem Tiburtii electus fuit Academiæ Rector. ſub cujus regimine in numerum Civium Academicorum recepti ſunt CLXXI. Eo autem juſto tempore Sceptra Academiæ iterum deponente, eod. anno die 9. Octobr. per ſemeſtre inſtans hybernum Rector Academiæ iterum electus, ac d. 16. ejusd. menſ. publice renunciatus fuit M. JOH. HUSWEDELIUS, tunc Philoſ. Practicæ poſt Græcæ Linguæ Prof. Senator. inſcripſit tantum XCV. Durante *Huswedelii* adhuc regimine Academico (id quod etiam ex Matricula Academica *Programmati* ſuo *de memorabilibus Academ. Rozſtock.* Secul. XVII. inſeruit Rector tunc Academ. Magnificus D. *Joh. Nic. Quiſtorpius*) anno 1624. die 27. Mart. obiit Reverendiſſ. Dn. Epiſcopus Suerinenſis, Celſiſſ. Princeps Dn. *Hulbricus*, Hæres Norwegiæ & Cancellarius Academiæ Magnificentiſſimus. Eum præceſſit *Joh. Affelmannus*, Suſato-Weſtphalus S.S. Theol. D. & Prof. Ducal. Ordin longe celeberrimus die 28. non 24. Febr. (ut Lexicon hiſtoricum univerſale Baſileenſe (multo minus d. 28. Octobr.) ut *Quiſtorpius* in programmat. cit. ſcribit) demortuus; ſecutus eſt *Erneſtus Cothmannus* Cancellarius Guſtrov. Prof. & Synd. Acad. JCtus eminentiſſimus die 13. Apr. denatus; de priore *Cap. II. Lib. II.* ubi de *Cancellariis Academiæ* Magnificentiſſimis; de altero *Cap. I. Lib. V. Sect. I.* de *Profeſſoribus Theologis*; de tertio a. ibid. *Sect. II.* de *Profeſſoribus Juris*, pluribus jam dixi & adhuc dicam.

XLIV. Thom. Lindemann.

XLV. Joh. Bacmeiſter.

XLVI. Joh. Huswedelius.

§. 13. Ao. qui ſequitur CIↃIↃCXXIV. Rector hactenus Academiæ hyemalis M. *Johannes Huswedelius* juſto tempore, habita conſueta oratione Rectoratu ſe abdicavit, ac die 14. Apr. noviter iterum per inſtans ſemeſtre æſtivum electo & 23. ejusd. menſis ſolenniter introducto Rectori Magnifico PAULO TARNOVIO, S.S. Theol. D. & Prof. Ordin. Ducali ſceptra Academica reddidit, qui inſcripſit CXIV. Eod. anno per tempus hybernum die 9. Octobr. electus, & 21. ejusd. menſ. a laudato *Tarnovio* more ſolito publice iterum renunciatus fuit Rector Magnificus JOH. QVISTORPIUS S.S. Theol. D. Prof. Senat. & ad D. Mariam Archi-Diaconus, a quo ſaltem LXXV. inſcripti fuere. Hoc Rectore 1.) Præfectus Vigilum, (vulgo *Barenmeiſter*) in loco concilii die 17. Novembr. Rectori juravit, ſimulque (quod ab Ampliſſimo Urbis Rozſtock. Senatu juſſus erat) ſtipulata manu promiſit, ſe ad Rectoris nutum, ſi quis ex Academiæ membris in Academiæ ſtatuta peccaret, mandata executurum. 2) Edita ſunt Mandata, quibus, quis in veſtitu & nuptiarum apparatu modus tenendus ſit, mandatur. Prodiit ibid. eod. anno typis Joachimi *Fueß*, ſub titulo: Rectoris *und eines Erwürdigen* Concilii revidirte *Kleider-Verlöbnuß-Hochzeit-Kindtauff-*Rectorats-*und* Promotion-*Ordnung* (vid. Append. document.) 3) Novæ Leges Studioſis & reliquis membris præſcriptæ, quæ primum anno 1625. d. 25. Apr. publice prælegi coeptæ ſunt. 4) Statutum novum de Succeſſionibus ab Inteſtato conditum, die tandem 25. Apr. an. 1625. ab Acad. Membris ad locum Concilii citatis approbatum, & in eod. loco die eodem publicatum eſt Supra jam c. IV. Lib. II. §. 11. de Legibus productum. Atque hæc quidem de ſtatutis Academicis ſub hoc Rectore conſcriptis ac publicatis. Notamus adhuc eod. an. *Quiſtorpio* Rectore die ult. Decembr. 1624. terræ mandatum fuiſſe M. *Joach. Weſtphalum* Paſtorem Jacobæum & Superintend. Urbis Rozſtochii, qui Ruri in pago quodam in programmate funebri non nominato, Ducatus Megapolenſis, ex tenuis quidem ſortis ſed honeſtis tamen Parentibus, *Joachimo* Sartore & *Catharina Laurentii* an. 1551. Poſthumus natus fuit, de quo hoc memorabile eſt, quod verbis ipſius demortui Superintendentis in programmat. *Quiſtorpii* adductis an. 1568. a ſuo poſtea Præceptore M. *Nicol. Gonino* tunc adhuc Rectore Scholæ Jacobææ ab arte ſutoria ad ſtudia retractus, ſub hoc præceptore primum legere coeperit anno jam XVII. natus, intra quinquennium tamen tantum in literis profecerit, ut cum fructu anno 1573. in Academia vivere ac lectionibus tam publicis quam privatis Profeſſorum intereſſe poſſet. Reliqua quæ de hoc Superintendente Rozſtoch. adhuc dicenda reſtant, adducemus infra *Lib. V. c. III. & IV.* ubi *de Miniſtris Verbi divini in Eccleſia & urbe*, nec non de *Rectoribus ceterisque collegis Scholæ Trivialii Rozſtoch. copioſe* agemus. Anno ſequenti CIↃIↃCXXV. die 14. Apr. electus, aſt demum die 5. Maji publice in Academia renunciatus fuit novus Academiæ Rector ſemeſtris æſtivus JOACHIMUS SCHÖNERMARCK, J. U. D. & Prof. Ducalis, qui inſcriptos ab eo notavit CCV. Hunc dein in Rectoratu hyberno iterum excepit THOMAS LINDEMANNUS, J. U. D. & Prof. Senat die 9. Octobr. electus, & poſtmodum ſtatuto tempore die 21. ejusd. menſ. publice renunciatus ſub quo inſcripti fuerunt LXXV. B. *Quiſtorpius* in ſæpius jam citato *programmate de Academiæ Rozſtoch. Seculo XVII. ex Matricula Academica recenſitis memorabilibus tantum* LXXIII. numerat, inter quos etiam fuit *Andreas Grosbenning* Loburgo-Magdeburgicus S.S. Theol. Doctor, ab ampliſſ. Senatu Urbis Rozſtock huc vocatus ad Paſtoratum Jacobæum &

XLVII. Paul. Tarnovius.

XLVIII. Joh. Quiſtorpius.

XLIX. Joach. Schonermarck.

L. Thomas Lindemann.

Theologicam in Academia Professionem Ordinar. vix tamen introductus obiit die 27. Decembr. eod. anno, Senatu urbico, Academiæ Compatrono Magnifico sepulturam ei curante, quo de, quantum cognovimus infra *Lib. V. c. I. de Professoribus Rozstock.* & quid. *Classe I.* ubi de *Professoribus Theolog. Rozstoch.* suo tempore pluribus dicamus. Sequenti anno CIↃIↃCXXVI. die Tiburtii sc. 14. Apr. a Rev. Concilio Academico electus quidem erat M. *Stephanus Hein*, Hebrææ Linguæ Prof. Ordin. cujus tamen loco postea die 27. Apr. nescio quam ob causam Rector Academiæ æstivalis renunciatus fuit Proavi nostri Germanus JOHANNES BACMEISTERUS, Phil. & Med. D. & Prof. Ordin. Ducal. qui tunc inscripsit CCLVI. Hunc dein in Rectoratu hyemali excepit, die quidem Dionysii electus sed demum die 23. Octobr. publice renunciatus ac constitutus novus Academiæ Rector JOHANNES ASSVERUS Ampsingius Transisulanus, Med. & Prof. Reip. Rozstoch. Physic. Ordin. qui saltem LIIX. annotavit inscriptos. Insequenti statim anno CIↃIↃCXXVII. die Tiburtii, qui est die 14. Apr. per instans semestre æstivum, novus Academiæ Rector iterum electus, & die postea 26. ejusd. Mensis publice renunciatus est JOHANNES COTHMANNUS S.S. Theol. Lic. & Prof. Ordin. Ducal. qui in Tabulas publicas retulit CXXXIII. Sub hujus Rectoratu Mense Julio, ut delatam sibi a Duce *Joh. Alberto* Gustrovienſi in Academia *Eloquentiæ Professionem ordinariam* occuparet, Rozstochium venit quidem; ast quia a partibus Calvinianorum staret, ab Academico Concilio non admissus, sed solum vertere coactus fuit *Janus Gebhardus* Schwarzhovio-Palatinus, ex commendatione tamen istius Academiæ Groningæ statim *historiarum Professor* non sine laude celeberrimus, de quo tamen infra *Lib. V. c. I. Classe IV. Sect. IV.* de *Professoribus Eloquentiæ Academiæ Rozstoch. §. 5.* pluribus dicam. Tantum hic addo Epicedium, ipsi cum Groningæ III. Octobr. anno CIↃIↃCXXXII. vitam finiret ab Academiæ istius t. t. Rectore *Johanne Freitagio* Med. & Prof. P. scriptum quod hoc est:

LI. Joh. Bacmeister.

LII. Johannes Assverus.

LIII. Joh. Cothmannus.

Ut TACITI *nostrum sapientiæ temperet orbem,*
Castraque JULIADES CÆSAR *& arma regat,*
Cottidieque novos SCIPIONES LIVIUS *edat,*
Fundat & Hannibales Asdrubalesque truces,
Inclyta grandi strepo resonent CICERONE *Lycæa,*
Ejus & ingenti fulmine rostra tonent.
Musæ PLAUTINO *passim sermone loquantur,*
Et MARO *non unus arma virosque canat,*
Pelignos calidos Juvenum modulentur amores
FLACCUS, *& argutæ temperet ora chelys;*
Auctor erat nostris non infelice Minerva,
Historia & numeris, eloquioque potens,
Gloria Athenæi JANUS *non ultima nostri,*
Cui fluxit largus ex Pelicone latex.
Totius & sacri nemoris patuere recessus,
Musarum Charitumque erudiere manus:
Natus ab ingenio claros proferre labores,
Quodque olim celebret Fama, Volumen, Anus;
Seraque posteritas miretur & ultima Thule,
Et gelido in septem vasta trione plaga:
Et Tagus & Ganges legat & glacealis Jerne,
Ninguidaque ad Boream Baltis & ursa colat.
Verum hos fata illi rupere adamantina cursus
Virtutumque jacet omnium acerba cinis.

Hæc de *Gebhardo*: quo eod. etiam anno die 28. Junii Rozstochii quoque in Academia obierat *Azarias Sturzius* J. U. D. & historiarum Prof. publ. longe celeberrimus, nec non Illustriss. Principis Holsatiæ lineæ Sunderbergensis, Consiliarius gravissimus, de quo tamen etiam infra *Sect. VI. de Professor. historiar. cap. II. §. 5.* scribendi erit occasio. Sed addo adhuc qui Cothmanno in Rectoratu hyberno successit, atque die 9. Octobr. electus, die aut. 18. ejusd. Mens. publice renunciatus est Academiæ jam quarta vice Rector Magnificus JOHANNES QUISTORPIUS, S.S. Theol. D. & Prof. Ordin. Senat. qui inscripsit tantum XXIII.

LIV. Joh. Quistorpius.

§. 14. Accedimus nunc ad tempora universæ non solum Germaniæ sat gravissima sed Ducatui inprimis Megapolitano longe tristissima vel vix tolerabilia immo ipsis etiam Ducibus Megapolæis penitus exitiosa. Anno siquidem, ad quem nunc, ordine pervenimus CIↃIↃCXXIIX. postquam die quidem Tiburtii, qui est 14. Apr. electo ast demum die 2. Maji Sceptra Academica publice collata fuissent novo per semestre hoc æstivum Academiæ Rozstochiensis Rectori Magnifico D. PETRO WASMUND, J. U. D. & Prof. Ducal. Ordinario, Cæsaris tunc FERDINANDI II. inclementiori jussu Sereniss. quondam Duces Megapol. Dn. *Adolphus Fridericus* & Dn. *Johannes Albertus* fratres Germani, celebratis hujus anni Paschatos solennibus, ex avitis suis Provinciis tristissimo exemplo remigrarunt; suique ingens desiderium cunctis subditis reliquerunt; quorum loco *Albertus Wenceslaus Eusebius Waldsteinius* Fridelandiæ & Saganiæ Dux in bello illo tunc trigesimali Cæsaris tunc supremus Militiæ Præfectus, & propter omnibus intolerabilem superbiam ac plus quam tyrannicum longeque crudelissimum dominatum suum in Imperii Principes fere omnes *intolerandus Germaniæ dictator* dictus Dux succesſit, qui infinitis exactionibus plerosque incolas in quartum usque annum miserrime divexatos, omnibus fermæ fortunæ bonis exuit, & ad incitas redegit, uti pluribus diximus in *Annalibus Herulorum ac Vandalorum Mareschalci* a B. genitore continuatis a nobis autem tandem absolutis & editis *Lib. VII. C. XI. & XII.* in Vitis *Adolphi Friderici I.* & *Joh. Alberti II.* Ducum Megapol. (natus vero Waldsteinius erat Pragæ in Bohemia anno 1581. d. 14. Sept. Parentibus *Wilhelmo von Waldstein*, Domino de Hermaniz, Matre autem Margaretha von Schnirtziky qui 1634. d. 14. Februar. Egræ, crudeli modo. ut meruerat, a Centurione *Devereux*, instinctu locum tenentis Chiliarchi Legionis Terzkeynensis Egræque supremi Præfecti *Johannis Gordonis* natione Scoti, sub cujus mandato ille centurio stabat bipenni in corde transfossus animam suam infelicem subito efflavit. Quo de multa *Lexicon Historicum Universale Basilcense part. IV. p. 822. sqq.* ibidemque citati Aa: omnes) & hæc quidem potissima tunc

LV. Petrus Wasmund.

ratio



Joannes Cothman
S. S. Theol. Doctor. Natus Herfordiæ in
Westphalia 1586. venit in Acad. Rostoch.
1610. electus Professor 1625 ætatis suæ
29 annorum, depictus Anno 1637.



ratio fuit, ut ob calamitatem Ducatus publicam pauci ſtudiorum cauſa ad Academiam Rozſtoch. ſe contulerint, hincque etiam D. *Waſmundus* in toto ſuo Rectoratu æſtivali XXXVII. tantum inſcripſerit: Attamen in hiſce publicis malis (uti habent Annales Academici annotati) optimatum bellicorum inſperata erga Academicum ordinem benevolentia, quam Profeſſorum tunc in Academia iſta celeberrimus collega D. *Jacobus Fabricius* apud illos ſua ſedulitate in arte Medica primitus obtinuit, & deinde toti etiam Academiæ conciliavit, ac diligentiſſime fovit, ab horridis militum injuriis mediocriter tuti vixerunt & mirabiliter ſervati fuerunt. Confer hic quæ de hoc miſerrimo tunc Academiæ ſtatu jam ſupra in *antiquitatibus* his *Rozſtochienſibus* diximus *Lib. I. C. V. §. 12.* Interim per ſemeſtre hybernum ipſo die Dionyſii novus iterum Academiæ Rector electus & 28. ejusd. menſis publice renunciatus fuit THOMAS LINDEMANNUS, J. U. D. & Prof. Senat. qui XX. inſcripſit, quæ Inſcriptorum paucitas Mavortis tunc in Megapol. ſævitiæ tribuenda. Durante hoc Rectoratu ſc. anno 1629.22. Jan. demortuus eſt *Johannes Tarnovius* Profeſſor Theolog. celebratiſſimus de quo ſuo loco ſc. *Lib. V. c. I. de Profeſſoribus omnium facultatum* hujus hiſtoriæ in primis *Claſſe I. de Profeſſoribus Theologis Academiæ Rozſtoch.* pluribus dicemus. Obiit etiam hoc eodem anno 29. *Georgius Roſtius*, Concionator aulicus Ducisſæ Meclenb. *Sophiæ*, cujus *memoriam Henricus Witte in memoria renovata Theologorum* ab eo edita ſimul etiam conſervavit. Anno CIↃIↃCXXIX. ipſo die Tiburtii electus & 30. Apr. publice renunciatus iterum fuit novus Academiæ Rector æſtivalis JOHANNES BACMEISTERUS Phil. & Med. D. & Prof. Ducalis ac inſcripſit LXXXIV. Hunc eodem anno die 22. Octobr. iterum excepit novus Academiæ Rector hybernus ſalutatus JOACHIMUS STOCKMANNUS Phil. & Med. D. ac Phyſ. Prof. Publ. Senat. qui in numerum civium recepit LI.

LVI. Thom. Lindemannus.

LVII. Joh. Bacmeiſterus.

LIIX. Joach. Stockmann.

§. 15. Ordo nos ducit ad anni CIↃIↃCXXX. novum Academiæ per ſemeſtre æſtivum Rectorem Academiæ Rozſtoch. Magnificum PAULUM TARNOVIUM, S. Theol. D. & Prof. Ducal. Ordin. qui tempore conſueto die Tiburtii nempe 14. Apr. electus, & 23. ejusdem menſis publice renunciatus fuit a quo in matriculam relati ſunt LXXIX. Hoc Rectore die 30. Aug. eod. anno ad plures abiit M. *Philippus Jacobus Fabricius* Rozſtoch. ante bimeſtre ſpatium in Academia ſua patria *Oratoriæ* ſ. *Eloquentiæ Profeſſor* vix introductus, qui & ſimul Orientalium Linguarum peritiſſimus fuit. Juvenis XXIII. ſaltem annorum cum moreretur, quo de infra, *Lib. V. c. 1.* de Profeſſoribus IV. facultatum in primis *Claſſe IV. Sect. IV.* ubi de *Profeſſoribus Eloquentiæ §. 6.* plura dicemus. Eod. etiam adhuc Rectore Magnifico, *Jubilæum I. Auguſt. Confeſſionis*, ante centum annos die 25. Junii in Comitiis Imperii anno 1530. a Cæſare *Carolo* V. Auguſtæ Vindelicorum publice exhibitæ ac prælectæ ſolenni feſtivitate in Eccleſia & Academia Rozſtoch. fuit celebratum. Eod. a. anno per ſemeſtre hybernum Sceptra Academica die 19. Octobr. menſe publice iterum tradita fuerunt JOH. QUISTORPIO, S. S. Theol. D. & Prof. Publ. Senat. qui ſaltem XVII. inſcripſit; multo enim milite præſidiario ad 3000. Rozſtochium erat repletum, igitur abhorrebant Parentes, ut filios ſuos Rozſtochium mitterent. Miſeranda autem hoc Rectore erat tam Academiæ quam Urbis Rozſtochienſis rerum facies, in primis propter necem Chiliarchæ Imperatoris, Dn. *Henrici Ludovici ab Hazfeldt* Dynaſtæ *in Wildenberg, Schœnſtein & Steinhauſen* cui tunc ſuprema inſpectio Urbis Rozſtochii a Duce *Wallenſteinio* erat commiſſa, utpote cujus caput ſui ſingularis amici atque intimioris admiſſionis die 22. Jan anni 1631. intra 8. & 9. matutinam, in cubiculo remotis arbitris ſecuri in hypocauſto forte invento, percuſſerat *Jacobus Varmejerus*, J. U. L. unde magnæ turbæ exortæ, nec Urbs ſolum ſed præſertim Academia Rozſtoch. longe durioribus calamitatibus veſ penitus oppreſſa fuit, de quibus tamen multa in *Lib. I. cap. 5. §§. 12. harum Antiquitatum Rozſtoch.* productis ſimul ex Academiæ Archivo, ſcriptis omnibus calamitoſo hoc tempore a Senatu Academico ad Cæſareæ militiæ præſertim Præfectos exaratis, jam diximus. Anno ſequ. CIↃIↃCXXXI. juſto tempore die 14. Apr. Academia Rozſtochiana unanimi Patrum Academicorum voto atque conſenſu per ſemeſtre æſtivum novum caput ſeu Rectorem iterum accepit, qui & 21. Maji publice renunciatus fuit, ſc. PETRUM WASMUND, J. U. D. & Prof. Ducal. ordin. quo jam electo, ſed nondum introducto Rectore, die 16. Maji, obiit D. *Joach. Schœnermarck*, JCtus Academiæ Anteceſſor excellentiſſimus, cui die 26. Jul. ſucceſſit *Johannes Klein*, Soltquella-Marchicus Theologiæ Prof. Senator: qui nondum virilem ætatem adeptus æt. XXVII. febri continua extinctus eſt, de quibus omnibus *Lib.* ſequ. *V. cap. I.* ſuis locis dicemus. Inſcripſit autem Rector *Wasmundus* LIIX. qui & ſequentia in Matricula Academica annotavit: „Poſtquam „præterita æſtate, maxima hujus Provinciæ „pars a milite Cæſareo, qui eam ſub generalatu „Ducis Fridlandiæ, ultra triennium variis exa„ctionibus & moleſtiſſimis preſſuris mirum in „modum torſerat, liberata fuiſſet, tandem & „Rozſtochium menſe Octobri, Domitium Decem„bri, & Wiſmaria Januario amicabili cum reli„ctis præſidiariis inita transactione, in Illuſtriſſ: „Ducum Megapolenſium, Dn. *Adolphi Friderici* „& Dn. *Johann Alberti* poteſtatem redierunt. „Deus porro adſit, ut ſicuti nos mirabiliter no„ſtris Principibus, noſtrosque Principes nobis „reſtituit, ita & eosdem cum poſteritatis poſte„ritate clementiſſime ſervet, & ſub illorum pa„trocinio Academiæ tutiſſima Halrionia præbeat, „propter unigenitum filium ſuum, cui laus & „honor in ſeculorum omnium perpetuitatem.„ Eod. aut. anno per ſemeſtre hybernum die 9. Oct. novus Academiæ Rector iterum electus, qui tamen die 15. Decembr. tandem publice introductus fuit THOMAS LINDEMANN, J. U. D. & Prof. Senat. qui tamen ſequ. anno die 14. Mart. in Rectoratu ſuo pie obiit, & 19. ejusd. menſis in templo Mariano ſolenniter ſepultus eſt. „Vir, uti „habent verba Matriculæ Academiæ, eruditionis, „facun-

LX. Joh. Quiſtorpius.

LXI. Petrus Waſmund.

LXII. Thomas Lindemann.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

„facundiæ in judicando dexteritatis laude in„signis, & in rebus expediendis felicitate nemi„ni secundus.„ In hujus locum per tantillum temporis Rector Academiæ die 16. Mart. 1632. iterum electus est JOHANNES QISTORPIUS, Theol. Senat. Ab his in Matriculam tunc relati fuerunt XLV. Decedente Rectoratu, qui beato *Lindemanno* substitutus erat, D. *Quistorpio* anno jam dicto CIↃIↃCXXXII. die 9. April. JACOBUS FABRICIUS, Rozstoch. Archiater Megapol. & Medicinæ ac superior. Mathematum jam XX. annis Professor ordinar. in Concilium receptus est, & paulo post die Tiburtii electus, & 26. ejusd. mensis publice declaratus est per semestre æstivum Rector Academiæ Magnificus, sub cujus regimine die 14 Jul. mortuus est D. *Petrus Wasmund*, JCtus, de quo suo loco. Summa autem hoc semestri æstivo inscriptorum fuit CCXCII. *Fabricio* autem per instans semestre hybernum die 9. Octobr. novus Academiæ Rector, qui die tandem 1. Nov. publice renunciatus, datus fuit JOACHIMUS STOKMANN, Phil. & Med. D. ac Phys. Prof. publ. Senat. inscripsit LXXVIII. Sub cujus adhuc regimine Academ. anno 1633. die 6. April. pie ac placide obiit *Paulus Tarnovius*, S. S. Theol. D. & Prof. Primarius Theologus celeberrimus ac die 9. ejusd. mensis honorifice terræ mandatus est ritu, qui senioribus Facultatum debetur, nam ao. 1604. Professio Theologiæ in locum D. *Davidis Chytræi*, ipsi demandata cui XXXVI. ferme annis magna diligentia præfuit; quo de infra *Lib. V. c. I.* suo loco pluribus.

Subst. Joh. Quistorpius.

LXIII. Jac. Fabricius.

LXIV. Joach. Stokmann.

§. 16. Anno CIↃIↃCXXXIII. ipso die Tiburtii electus & 29. Apr. per instans semestre æstivum Rector Academiæ publice declaratus est JOH. COTHMANN, S. Theol. Lic. & Prof. Ducal. ordin. a quo in Tabulas publicas relati sunt CCCIII. Post *Cothmannum* ipso die Dionysii electus & die 17. Octobr. publ. renunciatus est Rector Academiæ semestris hyberni M. STEPHANUS CLOTZ, S. S. Theol. Prof. Senat. & ad D. Jacobi Archi-Diaconus, a quo inscripti CXXI. sub cujus Rectoratu ad finem vergente anno 1634. den 26. Febr. pie defunctus est *Valentinus Legdæus*, D. & Profess. Theol. Ducal. famigeratissimus; quo de infra suo loco dicemus. Sequenti anno CIↃIↃCXXXIV. die Tiburtii 14. Apr. electus & 25. ejusdem mensis publice proclamatus est novus Academiæ æstivalis Rector HENRICUS SCHUCKMANN, J. U. D. & Professor Duc. qui inscripsit CCXXXII. Dicto anno ipso die Dionysii 9. Octobr. & 25. ejusdem mensis declaratus est semestri hyberni Academiæ Rector NICOLAUS SCHÜZE, J. D. & Prof. Senat. sub cujus Rectoratu in Matriculam recepti sunt XLVI. ejusque regimine durante sc. 14. Novembr. (alii 14. Decembr. scribunt) Lubziæ veneranda Heroina Dn. *Sophia* Holsatica, Mater *Adolphi Friderici* & Dn. *Johannis Alberti*, Ducum Megapolensium annum ætatis ingressa LXVI. intra duodecimam & primam noctis, placidissime expiravit, qua de omnium virtutum condecoratissima Principe quædam diximus in *Mareschalco Redivivo* B. Parentis *Lib. IIX. c. IX.* in vita ejusd. Conjugis Ducis *Johannis*. Post *Schüzium* anno CIↃIↃCXXXV. die Tiburtii np. 14. Apr. electus, sed 28 ejusd. publice renunciatus est novus Academiæ Rector æstivi semestris PETRUS LAUREMBERGIUS, Rozstoch. Phil. & Med. D. & Prof. Poës. ordin. Ducal. sub cujus Rectoratu reparata sunt Sceptra Universitatis quorum Coronæ s. Capita Seculorum decursu longaque usurpatione confracta, hinc de novo refusa, auroque Ungarico iterum obducta fuerunt. Inscripti autem ab hoc Rectore fuere CCLXI. inter quos etiam fuit B. meus avus M. *Lucas Bacmeisterus*, qui secundum Autographum B. mei Parentis, natus fuit Lüneburgi ao. æræ Dionys. CIↃIↃCXVII. die 12. Febr. Parente quidem *Matthæo Bacmeistero* Rozstoch. Med. D. Sereniss. *Augusti*, Infer. Saxoniæ, Angriæ & Westphaliæ Ducis Archiatro, Reverendiss. Capituli ad D. Michaelem nec non Reip. Lüneburg. Physico ordin. quo de infra *Lib. V. c. IV. de claris Viris*, *natione Rozstochienſibus*: Matre autem *Sophia* Dn. *Johannis Kellermanni* Cos. Rozstoch. & *Dorotheæ Jüngelings*, filia, de quibus etiam in cap. jam citato dicam. Patrem suum octo annorum puer ex febri maligna amisit, hinc Mater ejus cum relictis Orphanis in Patriam urbem Rozstochium repetiit ad Matrem charissimam XXVIII. annorum viduam & LXXVI. ætatis annum agentem, quam tamen colluctantem cum inveniisset, quo etiam morbo præterlapsis XI. post filiæ adventum diebus extincta est, a fratre unico *Christiano Kellermanno* JCto postea Notario Cæsar. publ. & arario publ. provincialis præfecto una cum liberis in ædes suas receptus fuit, cujus curam domesticam quoad frater vixit (vixit autem ad annum usque 1561.) magna fide ac diligentia peregit, Frater contra ipsius & Mariti & Patris vices abundantissime supplevit, quorum omnium honestam sustentationem non solum in se suscepit, sed etiam pro liberorum Sororis suæ optima educatione curam simul egit plus quam paternam: in primis autem Avunculus jam laudatus omnem lapidem movit, ut Avus noster Filiorum superstitum major natu, qui tamen novem annos nondum expleverat, in pietate bonisque artibus recte educaretur: cumque Mater ipsius ob motus bellicos Rozstochii & in toto Ducatu a Cæsareanis militibus, in primis Pseudo-Duce Meclenburg. *Wallenſtenio* excitatos cum tota familia a. 1629. Lubicam secessisset, Avus tunc noster celeberrimum ibidem Lyceum frequentare coepit, cui tunc præerant viri ad amussim doctissimi M. *Joh. Kirchmannus* Rector, & M. *Stephanus Mejerus* Con-Rector, ejus postea Socer honoratissimus: Post Matris tamen cum hoc suo filio aliisque liberis facto Rozstochium remeatu doctissimorum in posterum Juvenum Informatione ab avunculo suo Kellermanno Avus noster fuit concreditus, inter quos eminuit Dn. *Johannes Nicolai*, ad D. Petri in Civitate Lubica Archi-Diaconus postea meritissimus, quorum ductu tantum profecit, ut dignus judicaretur, qui se coelo Academico committeret. Vix autem expleverat annum ætatis XVII. Avus noster, tum suasu Avunculi sui non semel jam laudati, mense Martio a. 1634. ad Gryphicos ablegatus & in favorem in primis Excellentissimi Viri Dn. D. *Bartholomæi Batti* receptus, Philosophiæ studium publicis & privatis exercitiis

LXV. Joh. Cothmann.

LXVI. Steph. Clotz.

LXVII. Henr. Schuckmann.

LXIIX. Nic. Schüze.

LXIX. Petrus Lauremberg.

citiis continuavit. Ubi cum per annum & alterius fere dimidium commoratus fuisset, circa Autumnum anni 1635. Rozstochium revocatus, studii philosophici cursum absolvere, & linguarum etiam sanctorum Mysteria penetrare ausus est. Sub præsidio enim Dn. M. *Reinboth*, Altenburgensis, postea præpositi Haderslebiensis, Disputationem typis descriptam habuit de *virtutum divisione generali & fortitudine* anno 1636. sub incomparabili illo Hebræo M. *Samuel Boblio* itidem anno 1637. Disputationem *pro formali significatione eruenda in explicatione S. Scripturæ* defendit. Inde ad Theologiam propius admovit animum, & prælectionibus D. *Quistorpii* Sen. aures præbuit sedulas & attentissimas, nec non Collegio ejusd. interfuit disputatorio in F. C. Anno 1638. visum suis & ipsi fuit extra Germaniam movere pedes & regiam Academiam Hafniensem multis nominibus celebratissimam, adire, ubi simul Ephorus Filiorum Nobilium constitutus, Theologo in primis tunc celebratissimo, religiosissimo ac meritissimo Dn. D. *Caspero Erasmo* illo *Brochmanno* perquam familiaris fuit, a quo præclaris etiam testimonialibus instructus, & ut eo in loco in Ecclesia Germanica, quam vocant, Conciones haberet publicas Verbi divini præconibus commendatus fuit. Tandem cum 1641. insignis illius stipendii *Schabbelitani* compos fieret, ad Scholam universalem Wittebergam in Saxonia se contulit, ubi *philosophiæ summum gradum* anno 1642. die 26. Apr. adscendit sub Dn. *Johanne Scharffio* S. S. Theol. Lic. & Profess. extraord. necnon Logicæ & Metaph. ordin. ubi primo inter XXX. Candidatos loco constitutus est, habita prius publica *disputatione de causa corporis naturalis in genere* anno 1642. die 19. Mart. sub præsidio M. *Johann Sperlingii* Phys. Profess. P. Totum se postea Studio Theologiæ consecravit, publicas & privatas lectiones ad pedes Professorum in quintum usque annum sedens excepit, Præceptoribus usus celeberrimis ibid Theologis D. *Jacobo Martini*, *Paulo Röbero*, *Wilhelmo Lysero*, *Johann Hülsemanno*, *Scharfio*, & aliis, & *Lyseri* quidem, tanquam *Stipendii Schabbelitani Inspectoris*, commensalis fuit, sub cujus etiam præsidio tres perdoctas disputationes noster habuit primam quidem in *cap. XI. Epist. ad Hebræos*, die 19. Aug. 1643. Alteram in *cap. II. Joh.* anno 1644. die 7. Sept. & ultimam die 8. Febr. 1645. *in cap. X. ejusd. Evangelistæ Johannis*. Cumque sic Studiis Theologicis summa cura ac diligentia diu noctuque Wittebergæ in Academia invigilaret Avus noster, accidit interea cum Dn. M. Martinus *Strackrianus*, Pastor hactenus & visitator Otterndorffii generalis in Hadelia alibi avocatus fuisset, & Dn. *Cos. Sittmannus* Urbis Otterndorffii cum Ecclesiæ istius Diaconis & Juratis Inspectoribus, nomine civium ad alium Ecclesiæ suæ pastorem & Superintend. inquirendum, se propterea Hamburgum contulissent, ut ibi quoque in hospitio tunc invenerint *Davidem* illum *Gloxinium* J. U. D. S. Cæsar. Majest. Consiliarium intimum, ac Comitem Palatinum, liberæ autem civitatis Imperialis Lubicensis Syndicum tunc primarium ac Consistorii præsidem, quem ob consummatam Juris Scientiam sinceram Germanorum veterum fidem, ac summum etiam animi candorem, Legati, in pacificatione illa Westphalica Monasterii & Osnabruggæ congregati *Virum ferrea manu*, (*den Mann mit der eisern Hand*) vocarunt, negotiorum Urbis suæ causa tunc etiam Hamburgi degentem, ubi cum forte inter prandendum de persona huic officio sacro primario in sua urbe & Ecclesia aliquando præficiendo satis habili & condigno sermonem inter se facerent, *Gloximus* autem affinem suum, Avum nostrum ipsis commendaret, ut ob hujus insignis JCti commendationem factum est domum redeuntes, unanimo voto atque consensu Urbis populique Otterndorffiensis mense Martio, Literis ab Ecclesia Otterndorffiensi in Hadelia ex inclyta Wittebergensi Academia ad pastorale munus sacrum capessendum expetitus fuerit Avus noster B. qui etiam vocationi annuens Razeburgum venit, ac habita oratione coram Serenissimo Principe Augusto, Duce Infer. Saxon. Lauenburg. Aterndorfium missus, ibique etiam habita concione δοκιμαστικῇ legitime ab Ecclesia primum pastor Ottendorffensis die 27. Maji 1645. introductus fuit, dein etiam ex commendatione præsertim Domini *Balthasaris* a *Woleken* Domini de *Teytenwinckel* & *Wesselstorff*, Regionis tunc Hadeliæ Gubernatore ac supremi Judicis Ducis Saxoniæ Inf. qui defunctum nostrum Filii loco habuit, ac fovit, a ministerio Ecclesiastico totius Regionis Hadeliæ anno 1648. mense Septembr. electus ac proclamatus fuit *Superintendens ac Visitator generalis Ducalis Ecclesiarum Hadelericarum* statimque a Duce Saxoniæ Infer. Angriæ & Westphaliæ *Augusto* ad hoc munus literas confirmatorias ut vocant accepit. In hoc suo munere sacro primario cum laude vivens, Avus noster B. oblatas sibi in Urbe patria Lüneburgi nec non in Insula Femaria ad pastoratum vocationes binas modeste recusavit: Pastoratum tamen in Ecclesia D. Petri sacra Urbis Razeburgensis (ob dubiam semper valetudinem Uxoris charissimæ, *Annæ* clariss. atque in Græca præsertim literatura omnium suo tempore in patria eruditissimi Viri Dn. M. *Sebastiani Mejeri*, Rectoris Gymnasii Lubic. ejusque Conjugis *Gertrudis Dobbiniæ*, ex antiquissima & nobilissima *Dobbrinorum*, per *Nicolaum* illum *Dobbin* Nobilem Livonum postea Senatorem Rostoch. a Livonia huc translata familia prognatæ, Domum ductæ) mense Julio 1656. ab hujus Urbis Saxoniæ Inf Ducatus primariæ Amplissimo Senatu sibi legitime literis oblatum, agre quamvis multisque cum lacrymis a suis Hadelensibus ipsi cum familia ad navim usque comitantibus dimissus, accepit, cui pastoratui sequ. an. 1657. adjutus commendatione Cancellarii & Consilii Status Ministris ex singulari clementia Ducis Saxoniæ tunc Inferioris *Henrici Julii Superintendentia specialis cum assessoratu Consistorii* simul quoque accessit. His suis officiis sat gravissimis saltem per V. annos, magna tamen cura ac sedulitate præfuit; ejusdem namque ætatis annos, quos Parens ejus id quod sæpius prædixerat pervixit, tantum attigit, annum se ætatis XLV. nondum expletus, dum ex rupto ab intra circa

meridiem, die ante quo moriretur, in dorso abscessu compositis rebus suis, Fratrique unico *Johanni Bacmeistero* Med. Professori Rozstoch. & aliis amicis noctu ante quietem per literas adhuc valedicens, insequenti mane postquam hora 3. e lecto adhuc assurrexisset, & dein sumto medicamine ad somnum, quod uxori denunciaverat se composuisset, inter preces & pia ad Deum suspiria una cum costa dilectissima in bracchiis ejus simul obdormiens, illa inscia pie ac placide sic expiravit, die quidem 25. Jan. CIↃIↃCLXII. horis matutinis, relictis ex septem Liberis utriusque sexus, quos ex tori socia *Anna Mejeria* supra jam adducta susceperat, tantum filio primogenito *Sebastiano* Parente meo post busta dilectissimo, & filia ordine quarta, *Lucia Gerdrude*, nupta postea M. *Paulo Müllero* Scholæ Sverinensis Rectore, quæ ultra XL. annos una cum unica filia Razeburgi in viduitate vivens tandem febri ardenti cum dyspnoea correpta ætatis suæ fere LXXVII. die 20. Mart. hora I. noctis ao. 1729. ibid. pie obiit. Hæc de Avo meo paterno nunc dixisse sufficiant, cujus effigies in Templo Petrino oppidi Inferioris Saxoniæ primarii sæpius adducti Razeburgensis tria milliaria Lubica distantis, ibid. prope Suggestum versus orientem adhuc hodie conspicitur, cujus Oppidi mœnia sedato bello circum Wakenissa alluuntur qui numerosis fontibus ac limpidissimis rivulis ex circum jacentibus montibus se ibid. effundit eumque ab isto loco ad Urbem usque Lubicam navigabilem efficit, tam ex salubritate Cœli plane singulari quam etiam potissimum ex cerevisia quam ibi coquunt vulgo Rummoldois dicta, potu adeo salutari ut eam potantes raris viscerum obstructionibus aut calculi vitiis affici celeberrimus olim Lubicensis Reip. Proto Medicus, *Paulus Neucranzius* in suo de *purpura* libro longe doctissimo, *cap. XX. p.m. 245.* scriptum reliquerit sat famosissimi ac ubique notissimi. Redeo igitur ad Res Academiæ Rozstoch. cujus tunc anni in quo adhuc versor, CIↃIↃCXXXV. per semestre hybernum, die Dionysii qui erat IX. Octobris electus & 24. ejusd. mensis renunciatus est Rector Magnificus M. GEORGIUS DASENIUS Sternbergensis Megapol. Mathematum Prof. P. Ordin. qui in Matriculam recepit CIV. Quo Rectore præcedente amico colloquio & deliberatione in loco Concilii feliciter inchoata est Tractatio de omnibus simultatibus & Controversiis, qui inter Academiam & Senatum Amplissimum Rozstoch. per multos annos incrementa & vigorem suum habuerant, quorum quædam quoque larga Dei beneficentia (uti habent verba Matriculæ Academ.) felicem Successum consecutæ sunt.

LXX. Georg. Dasenius.

LXXI. Jac. Fabricius.

§. 17. Sequitur annus CIↃIↃCXXXVI. quo die 14. Apr. qui est dies Tiburtii publice Rector Academiæ electus fuit JACOBUS FABRICIUS, Med. D. & Prof. Ordin. Ducal. quia autem peregre absens in Holsatia tunc vixit, publica renunciatio in XIV. Julii fuit dilata, a quo tempore in civium Academicorum numerum ab eodem Rectore recepti fuerunt saltem LVIII. Durante adhuc Rectoratu Academico M. *Dasenii* hoc anno die 23. Apr. post quindecim dierum pertinacem morbum Sereniss. Princeps ac Dominus Dn. *Johannes Albertus* II. Dux Megapol. Gustrovii obiit, postquam vivendo absolvisset annos XLVI. minus XIII. diebus. Dicto anno die Dionysii s. IX. Octobr. Rector Academiæ per semestre hybernum iterum constitutus ac 24. ejusd. publice introductus est JOH. QUISTORPIUS, S. S. Theol. D. & Prof. Senat. Facultatis Senior & Ecclesiastes, qui in Matriculam retulit LXXXII. Successit in Rectoratu *Quistorpio* anno subsequenti CIↃIↃCXXXVII. die quidem ordinario Tiburtii, seu 14. Apr. electus sed 4. demum Maji publice proclamatus HENRICUS RAHNE, J. U. D. & Prof. Ordin. Duc. qui Matriculæ inseruit CCLIII. sub cujus Regimine d. 22. Jun. Decano D. *Quistorpio* Sen. S. Theol. Doctor publice renunciatus fuit, magnus ille Academiæ Wittebergensis in Saxonia postea Theologus ac Pontificiorum Malleus, M. *Abrahamus Calovius* Morunga Borussus, de quo infra *Lib. VI. Cap. I. de creatis in Academia Rosarum Doctoribus atque Magistris*, suo loco pluribus dicam. *Rahnium* postea in Rectoratu hyemali eodem anno die Dionysii excepit JOHANNES KLEINSCHMID, J. U. D. & Prof. Senat. qui XLVIII. saltem inscripsit. Anno qui sequitur CIↃIↃCXXXIIX. die Tiburtii 14. sc. Apr. electus & die 10. Maji renunciatus est denuo Rector HENRICUS RAHNE, J. U. D. & Prof. Ducal. a quo tunc inscripti sunt LVI. Die vero Dionysii 9. sc. Octobr. electus & 28. ejusd. publice per instans semestre hybernum eodem anno iterum renunciatus est novus Academiæ Rector JOH. HUSWEDELIUS Phil. Pract. Prof. Senat. & numerus inscriptorum tunc fuit XXVIII. Sub cujus Rectoratu Gustrovio die 12. Octobr. decessit *Lucas Bacmeisterus* Jun. S. S. Theol. D. ac circulorum Gustroviensis & Rozstoch. Superintendens generalis, olim Academiæ Rozstoch. per XII. annos Theologiæ Prof. Propatruus meus magnus Theologus ex multis contra Calvinianos editis scriptis clarissimus, de quo *Lib. V. C. I. Class. I. de Professoribus Theologis Acad. Rozstoch.* pluribus dicam. Obiit etiam hoc anno die 5. Nov. ex JCtis Rozstochiensibus *Johannes Kleinschmied*, cujus vitam in jam cit. *Libro & Cap. & Classe II. ubi de Professoribus Juris Acad. Rozstoch.* quoque adducam. Post *Huswedelium* anno CIↃIↃCXXXIX. die consueto Tiburtio sacro, Rector Academiæ æstivalis iterum electus & 30. Apr. introductus est JOH. COTHMANNUS, S. S. Theol. D. & Prof. Ducal. qui in tabulas publicas retulit CXI. & inter hos mense Majo *Wolfgangum Jacobum* Liberum Baronem a *Gera* Dominum in *Eschelberg, Liechtenhorn, und Wæxenberg*, ortum sine omni dubio, ex vetustissima Ostro Francorum de *Gera* familia, quæ primum jam ab anno 1471. in Carinthia floruit, cujus dein posteri tempore Imperatoris *Ferdinandi I.* sedem suam in Austria elegerunt, uti infra ad annum 1660. paulo plenius dicam. Durante autem *Cothmanni* Rectoratu, mortui sunt duo celeberrimi Academiæ hujus Professores M. *Samuel Bohl*, S. S. Theol. Prof. & Linguar. Orientalium peritissimus, die quidem 10. Maji, die autem 13. ejusdem mensis *Petrus Laurenbergius* Poës. Prof. dignissimus, Vir eloquentissimus; de Priore *Libro V. C. I. in Classe I. Theologorum*; de altero vero *eod. Lib.*

LXXII. Joh. Quistorpius.

LXXIII. Henricus Rahne.

LXXIV. Joh. Kleinschmid.

LXXV. Henric. Rahne.

LXXVI. Joh. Huswedelius.

LXXVII. Joh. Cothmann.

Lib. in Classe IV. Sect. V. C. II. §. 12. dicam. *Cothmannum* iterum hoc anno in Rectoratu per semestre hybernum excepit die 9 Octobr. JOH. QUISTORPIUS S. S. Theol. D. & Prof. Facult. Senior & Ecclesiastes s. Archi-Diaconus Marianus. Inscripsit LXIV.

XXIIX. Joh. Quistorpius.

§. 18. Incipit annus CIↃIↃCXL. quo die quidem Tiburtii electus & 30. Apr. renunciatus novus Acad. Rector per semestre æstivum iterum fuit HENRICUS SCHUCKMAN, J. U. D. & Prof. Cod. Publ. Ord. Ducal. a quo tunc inscripti fuere CXXVII. Sub cujus Rectoratu Professor Theologiæ in locum incomparabilis *Bohlii* ab ampliss. Urbis Rozstoch. Senatu Academ. Compatrono Magnifico iterum electus ac constitutus fuit *Elias Taddel*, de quo in *Lib. V. C. I. Class. I.* ubi de *Theologiæ Professoribus* agitur, quantum mihi innotuit, dicam. *Schuckmanno* in Rectoratu hyberno eodem anno successit die Dionysii 9. Octobr. electus & 20. ejusd. mens. publice proclamatus NICOLAUS SCHÜZE, J. U. D. & Cod. Prof. Senat. & Sceptra in mensem usque Junii sequ. anni tenuit, quo gubernante cives facti sunt CLIV. Post *Schüzium*, die 25. Jul. anno CIↃIↃCXLI. extraordinarie electus & 30. ejusd. publice renunciatus iterum fuit Academiæ Rector æstivalis JOHANNES COTHMANN, S. S. Theol. D. & Prof. Ducal. & inscripsit LXXII. Quamvis enim extra ordinem hic Rectoratus huic Theologo fuerit collatus; placuit tamen ad evitandam majorem ἀταξίαν, R. Concilio laudatum habere pro ordinario: Unde juxta *Formulam* sic dictam *Concordiæ*, Successor electus est Rector per semestre hybernum Theologus Senatorius octava quidem vice JOH. QUISTORPIUS, S. S. Theol. D. & Facult. Senior qui in matriculam retulit LXVI. Anno CIↃIↃCXLII. die Tiburtii electus & 28. ejusd. mens. Aprilis Rector Academiæ per instans æstivum iterum renunciatus fuit HENRICUS SCHUKMANN. J. U. D. & Cod. Prof. Ducal & inscripsit CXCI. Quo Rectore a Magistratu Academico *Declaratio* facta est *Statuti* de *Successionibus ab intestato* anno 1625. die 25. Apr. conditi supra jam Cap. IV. Lib. II. §. 11. Lit. B. de Legibus variis Academiæ, producta. Eod. etiam Rectore M. *Johanni Huswedelio* centum illi Joachimici, quos anno 1639. pro oppignoratione *Domus Academicæ Unicornum* dictæ, mutuum dederat, iterum fuere soluti, & Domus illa e nexu pignoris die 14. Octobr. 1642. tunc fuit liberata. Eodem anno die Dionysii 9. sc. Oct. per semestre hybernum absens electus, & 27. ejusd. mensis publice renunciatus fuit novus Academiæ Rector JOACHIMUS SCHNOBELIUS J. U. D. & Prof. Senat. & tantum Matriculæ LVIII. inseruit quo tempore ab Academia statutum fuit, ut si qui nomen Academiæ in posterum darent nondum ex Ephebis egressi studiosi adolescentes, fidem Legum Academicarum non juramento sed manu saltem dextra Rectori porrecta promittant hique postea signo † in Matricula annotati fuerunt. Sub hujus etiam *Schnobelii* Rectoratu ex Decreto Rev. Concilii cum Ministerio Sacro illud medium sponte sua tunc offerente actum fuit, ut immorigeri studiosi nolentes relinquere *Societates Nationales* velut in notorio peccato perseverantes ab absolutione & sacra synaxi donec resipiscerent, excluderentur, idque publico Programmate quo illa inobedientia insimul severe perstringebatur, fuit significatum. Sed hæc omnia a pluribus a me jam supra *Lib. I. cap. V. §. 15.* hujus *de Urbe & Academia Rozstoch. historiæ*, adducta fuerunt, ad quem locum Lectorem remitto. In *Schnobelii* autem locum anno CIↃIↃCXLIII. per æstivum semestre Rector successit M. STEPHANUS HEIN, Hebr. Ling. Prof. Ordin. Ducal. qui die 14. Apr. ipso die Tiburtii secundum statuta Academiæ electus, & 4. Maji publice renunciatus fuit. Sed hic Vir doctissimus tenerrimi semper corporis ac infirmæ valetudinis vitam hanc caducam cum immortali commutavit die 2. Jun. eodem adhuc anno asthmate scorbutico, quo ante hac per plures laboraverat annos violentissime correptus: de quo præter *Laurentium a Bodock in Academia sua Varniaca*, ego etiam *Lib. V. Classe IV. Sect. II. §. 5. C. I.* ubi de *Professoribus Hebrææ Linguæ*, pluribus dicendi erit occasio. In hujus autem pie defuncti locum, qui Rectorali pompa electus est, tertio ejusdem mensis die cooptatus est in Rectorem HENRICUS RAHNE, J. U. D. & Prof. Ducal. sub quorum Rectoratibus tunc inscripti fuerunt CLIX. *Rahnio* ordinario Rectori defuncto substituto tempore consueto die Dionysii s. 9. Octobr. unanimi patrum Academiæ consensu & voto per instans semestre hybernum eodem anno Rector datus & die 26. ejusdem mensis publice renunciatus est JOACHIMUS STOCKMANN, Med. D. & Prof. Senat. & inscripsit XLIX. Sequenti autem anno CIↃIↃCXLIV. ipso die Tiburtii electus, & 25. Apr. introductus est per instans semestre æstivum novus iterum Academiæ Rector JOHANNES COTHMANN, S. S. Theol. D. & Prof. Ducal. Ordin. sub cujus regimine numerus inscriptorum Academ. fuit CXXV. Huic per instans semestre hybernum ordinario tempore die Dionysii electus, & 22. Octobr. ab Academia publice substitutus est Rector JOH. QUISTORPIUS, S. S. Theol. D. & Prof. ac Fac. Senior, & notavit LIIX. Sub cujus Rectoratu die 20. Oct. ejus in Superintendentia Ministerii S. Rozstoch. Antecessor, Dn. *Constantinus Fidlerus*, Dantisco-Borussus Pastor Marianus & uti diximus Ecclesiæ Rozstoch. ab anno 1636. Superintendens vitam cum morte commutavit, de quo tamen infra *Lib. sc. V. C. II.* ubi de *Ministris verbi divini in Ecclesia s. Urbe Rozstoch. Sect. III. §. 24.* copiose dicam.

§. 19. Accedimus ad annum CIↃIↃCXLV. cujus die Tiburtii per instans semestre æstivum Rector Academiæ electus & 2. Maji publice renunciatus fuit HENRICUS SCHUCKMANN, J. U. D. & Codic. Prof. Ordin. Ducal. & in matriculam retulit CLXXVI. cujus sub regimine Academico die 20. Augusti in transitu Rozstoch. obiit, Philologus maximus, omnisque eruditionis Compendium *Hugo* ille *Grotius*, de quo quidem cum multi commentati fuerint Viri literati, & præ ceteris *Collectores Lexici Historici Universalis Basileæ conscripti ac editi Part. II. p. 590. & 591.* Ego tamen etiam hic quædam de Eruditorum hoc miraculo adducam. Natus namque

LXXX. Nic. Schüze.

LXXXI. Joh. Cothmann.

LXXXII. Joh. Quistorpius.

LXXXIII. Henr. Schukmann.

XXXIV. Joach Schnobelius.

LXXXV. Steph. Hein.

Henr. Rahne.

LXXXVI. Joach. Stockmann.

LXXXVII. Joh. Coth. mann.

LXXXVIII. Joh. Quistorpius.

LXXXIX. Henr. Schuckmann.

namque fuit Doctorum hic Phosphorus in Urbe Delphis Batavorum anno 1583. die 10. menſis Aprilis ipſo die tunc Paſchatos, Patre *Johanne de Groot*, ex ſplendidiſſima per aliquot ſecula *Grotiorum familia* oriundo, Delphenſis Urbis tunc Conſule ac Academiæ Curatore, ex multis *Lipſii* Epiſtolis ad ipſum datis nec non ex verſibus *Jani Duſæ* poëtæ excellentiſſimi nomini ejus dicatis, celebri. Avum veneratur *Hugonem de Groot*, qui ex illuſtri *Cornettiorum* (*von Cornetz*) gente a Patre, a Matre autem ex *Grotiis* prognatus, decedente anno 1530. ultimo nominis *Grotiani Diederico de Groot* Cos. Delphenſi ſine maſculo hærede, primus ille *Guilielmo Barthefio* teſte in *vitis ſelectorum aliquot Virorum p. 421.* Grotianum nomen in familiam ſuam transtulit, Vir Latinæ, Græcæ & Hebraicæ Literaturæ peritiſſimus. Patruum *Grotius* noſter habuit *Cornelium Grotium*, qui annotante *Ludovico Morerio p. 91. tom. II. Dictionarii hiſtorici*, Jura in Academia Lugduno-Batava magno applauſu docuit. Noſter autem *Grotius* vix annum ætatis VII. aut ſecundum alios IX. attingens, auctore *Clovequio in Vita Prof. Leidenſ.* an. 1591. verſus ſcripſit, & ante XII. ætatis annum dignus habitus, ut in Academiam Lugduno-Batavam 1597. mitteretur, ubi bis de Philoſophicis argumentis diſputavit, nec non cum admiratione in Theologia & Jurisprudentia ſpecimina admirandæ ſuæ eruditionis diſputando aliquoties publice edidit & ductu in primis magni Scaligeri ita philologiam excoluit, ut jam anno ætatis XV. celeberrimum *Martiani Capellæ opus*, notis ſuis doctiſſimis illuſtratum, atque ab innumeris mendis emendatum, in lucem ediderit. Eod. anno ſc. 1597. Comes itineris factus Illuſtriſſimi Viri *Johannis von Oldenbarnefeld* Reip. Hollandiæ Aſſeſſor. & ordin. Hollandiæ Legati ad *Henricum* Magnum Galliæ Regem, ubi non ſolum *Doctor Juris* creatus, ſed etiam a Rege torque aurea effigieque regia donatus. Redux in patriam ſic volente & jubente Patre anno 1599. æt. XVI. *Advocatus Hagenſis* factus ita tamen, ut non obliviſceretur humanioris literaturæ, ſiquidem tunc *Hiſtoriam Belli Belgici* conficere collaboravit. Anno 1607. ex communi Hollandiorum ſuffragio difficillimum in Belgio munus *Advocatus Fiſci* in ſe conferri paſſus eſt & præter cauſas proprie Fiſcales, Criminum quoque cauſas pertractare debuit, cui officio tanta cum laude præfuit, ut annuum ipſi Stipendium præter morem non ſolum fuerit auctum, ſed & ultro, ſi *Bateſio* fides habenda, locus in ſuperiorum Judicum conſeſſu permiſſus, quo tempore ruinam Reipubl. intus a quibusdam minari animadvertens, *Librum de Antiquitate Reip. Batavienſis*, edidit. Anno 1613. ſucceſſit in Syndicatu Roterodamenſi *Eliæ Oldenbarneſeldi*, *Johannis* Fratri, quo tempore etiam ob lites de *Dominio maritimo ac commerciis Indicis* inter Britannos & Belgas, componendas, abs Proceribus Belgii in Angliam miſſus, ubi non ſolum ab omnibus eruditis in primis *Iſaaco Caſaubono*, verum etiam ab ipſo Britanniæ Rege *Jacobo* litteratiſſimo Principe, magno favore exceptus & dimiſſus. Domum reſtam, iterum e carcere deducere, ne ipſius Maritus illis nimium in hærendo, Melancholiam ſibi contraheret. Conceſſo hoc Maritum Ciſtæ includit (qui ut ipſe *Gratius in Sylva ſua ad Theianum carminice conſcripta*, enarrat, præ nimio timore ciſtæ ſe inſerens *Novum Teſtamentum* forte fortuna iſti impoſuit, eoque poſtea inſtar pulvinaris quo caput ſuum inclinaret, uſus eſt) ac per ancillam ex ergaſtulo deportare conatur: Sed ab onere ſuperatæ, militem advocant, qui ingenti ciſtæ pondere nimium gravatus, dicebat: *Hæc ciſta tam onuſta eſt, ac ſi Arminianus ibi ea latitaret. Ad* quæ *Grotii* Uxor: *Nec mirum, ſunt enim Arminianorum Libri;* & quamvis miles hac reſponſione non contentus, reſerationem abs centurionis uxore tamen non impetrat, ſed coactus eſt, occluſam ciſtam in navim transportare, qua feliciter *Grotius* Gorchenum ſ. Gorkumium transportatus eſt, proximum caſtello oppidum, inque domum delatus *Davidis Dæzelarii*. Inde habitum mentita Cæmentarii inſtar primo Walovicum ac inde Antwerpiam ex ipſius *Grotii* narratione cap. XVII. Apologetici ſui, pervenit, ubi ſtatim feſtinanti calamo ad illuſtres Belgii fœderati Ordines ſequentes lineolas exaravit: *Libertatem quæſivi & inveni; Feci autem quod omnes creaturæ facere conſueverunt. Impoſterum nihil adverſus vos tentabo. Valete.* De hac autem miranda *Grotii* libertate, comparationem inter *Grotium* & *Moſen* inſtituens, eleganter olim ſic cecinit doctiſſimus Criticus *Janus Rutgerſius*:

Quam bene conveniunt ſimili duo nomina fato,
Iſacidum Doctor, Grotiadesque meus?

Evaſit

Evasit latitans angusta GROTIUS *arca:*
Servatus texa fiminis ille fuit.
Huic Vabalis placidas substravit fluminis undas:
Hoc Nilus MOSE *fecerat ante Tibi.*
Excipit hunc Celtes, Illum Regina Canapi;
Et Reus hic patriæ est; & fuit ille suæ.
Par quoque principium similis fortuna sequetur:
Nam populo Leges hic dabit; Ille dedit.

Cistæ autem tale Tetrastichon adjecit:

Hæc ea, quæ Domini solita est portare Libellos,
GROTIADÆ *fuerat pondere facta gravis.*
Mutatum neq; sensit onus. Quod enim illa ferebat.
Id quoque sed SPIRANS BIBLIOTHECA *fuit.*

Liber sic factus *Grotius*, Lutetiam Parisiorum contendit, ubi a Rege benevole exceptus & annuo donativo honoratus, ac inter Eruditos furorem, in primis illustris *Claudii Peireskii* Senatoris Aquensis expertus, qui illum sæpius Parisiis visitavit, ac auctor suasorque in primis ipsi fuit ad aureum illud *opus* de *J. B. & P.* conficiendum. Duodecim inter Gallos cum maxima nominis sui gloria vixerat *Grotius*, multaque ipsi interea oblata sunt splendida officia a Duce sc. Holsatiæ, Poloniæ & *Christiano* IV. Daniæ Regibus, quæ tamen omnia modeste declinans, patriæ unice inservire placuit, dulcissimæque conjugis amore ductus eam repetiit, sed a veteribus inimicis, ad summos honores interim evectis, perpetuo exilio Aerum damnatus. Ita ergo perpetuus patriæ Exul *Grotius*, Hamburgum primum se confert, qua vix salutata a Regina Sueciæ *Christina* Consiliarius expetitus, simulque ad Regem Galliæ *Ludovicum* XIII. Legatus, quo munere per XI. annos functus in Sueciam proficiscitur, ac expositis cum gratia Legationis suæ rationibus, dimissionem suam post unam alteramque petitionem ægre & non sine magno labore (uti scribunt Auctores observation: Hallensium) a Regina illa impetravit. Reditum autem novum in patriam dum suasu amicorum & conjugis iterum tentavit, propterea navim, qua Lubicam veheretur, conscenderet ac cœlo sereno & ventis secundis Mari Baltico sese committeret, ex tempestate violentissima per triduum in mari jactatus procellis, navis ejus naufragium patitur, concussaque ac lacerata ad Cassubiæ littora transjicitur. *Grotius* autem exanimis pene a mari relinquitur, qui postea vehiculo rustico corpore animoque languidus, per octiduum vectus, tandem die 17. Aug. Rozstochium pervenit, ubi in *Balemanni* civis honesti ac pii ædibus, lectoque sibi in sponda sat parva & angusta (quam Rozstochii studiorum causa per biennium olim vivens ipse adhuc vidi) apparato, corpus ægrum iterum reficere tentavit ac propterea etiam Medicum tunc Urbis celeberrimum D. *Stockmannum* confestim advocari curavit, qui e pulsu venæ magnam lassitudinem, viresque consumtas imo sudorem lethalem deprehendens, de Vita ejus actum esse statim pronunciavit: hinc motus *Grotius*, Medicum animarum ac Theologum tunc famosissimum D. *Johannem Quistorpium* expetiit. Quid autem cum illo egerit, & quomodo se ad mortem beatam præparaverit *Grotius*, ipse *Quistorpius* per literas postea enarravit magno Academiæ Wittebergensis in Saxoniis Theologo, *Abrahamo* illo *Calovio* his quidem verbis conceptis: „Contendis a me, ut „perscribam, quomodo Mundo huic valed„rus Literatorum Phœnix *Hugo Grotius* se ges„serit; en paucis id habe. Conscenderat ille „Stockholmiæ navim, qua Lubecam ferreretur, „vehementibus per biduum in mari jactatus pro„cellis, naufragium patitur, & æger ad Cassubiæ „Littora appellit. Inde perquam incommodo „curru pluvia tempestate per LX. & plura millia„ria tandem Rozstochium nostrum devolvit. „Divertit ad *Balemannium*, D. *Stockmannum* „Medicum advocari curat, qui ætate, naufragio, „incommodis itineris fractas vires advertens, „vitæ terminum imminere præsagit. Secundo „ab ingressu in hanc Urbem die (qui styli veter. „erat 18. Aug.) me hora 9. vespertina ad se vo„cat. Accessi, propemodum in agone Virum „constitutum offendi: Compellavi & me nihil „maluisse affirmavi, quam ut mihi cum ipso in„columi sermones sociare licuisset. Regerit ille, „*Ita Deo visum fuit.* Pergo ut ad beatam emi„grationem se componat, peccatorem agnoscat, „super commissa doleat, moneo: Cumque inter „loquendum publicani peccatorem se fatentis, „ut Deus sui misereretur precantis meminissem, „respondit: *Ego sum ille Publicanus.* Progre„dior ad Christum, extra quem nulla salus est, „illum remitto; Subjicit ille. *In Christo solo omnis „spes mea reposita est.* Ego clara voce preca„tionem germanicam recitabam: *Herr Jesu „Christ wahr Mensch und Gott &c.* Ille com„plicatis manibus submissa voce me insequeba„tur. Cum finiissem, quæsivi, an me intellexis„set? Respondet: *Probe intellexi.* Pergo illa „recitare ex verbo Dei, quæ jamjam morituris „in memoriam revocare solent: Quæro an me in„telligat? Respondet: *Vocem tuam audio, sed „quæ singula dicis, difficulter intelligo.* Cum „hæc dixisset, plane conticuit, & spiritum brevi „post exhalavit, in puncto duodecimæ noctur„næ. Habes Catastrophen vitæ a *Grotio* sum„mo Viro actæ. Cadaver medicis post com„missum est. Intestina lebeti aheneo imposita, „ut in templi ap. nos primarii Mariæ virgini sa„cri locum honoratissimum reponerentur. a „Templi præfectis facile impetravi. Molliter „cineres cubent. Vale. Dabam Rozstochii „pro pridie Michaëlis Anno 1645.

Tuus

Johannes Quistorpius.

Errant itaque illi certe, qui cum doctissimum Gallum *Lovis Aubery* (Auberius) Libro: *Memoires pour servir a l'histoire d' Hollande & des autres Provinces unies*, *Puffendorffium* & *Beemannum* secuti existimant *Grotium* morientem nulli ferme se Religioni addixisse, sed *tantum se ut Christianum morientem decet admoneri* rogasse: falsa enim omnia sunt, quæ *Auberius* de morte ejus narrat; nullus enim Pontificius, nullus Reformatus, Socinianus aut alius, sed solus Lutheranus Theologus *Quistorpius* morienti adfuit, qui ne quidem scivit, ad quem vocaretur, nisi se ipsum nominasset (immo uti a fide dignis personis Rozstochii accepi a convivio nuptiali tunc

avocatus, cum morienti *Grotio* loqui vix valuit, potius ipſi tanquam Socinianiſmi ſuſpecto, multas inutiles ac litigioſas hac de re diſputationes ac quæſtiones movit, cum tamen ſe veræ Evangelicæ Religioni addictum eſſe atque in ſolius Chriſti merito unice vivere ac mori deſiderare, una voce aperte profiteretur, hinc etiam omnes illas conſolationes, quas *Quiſtorpius Grotio* impertiiſſe ſcribit. Hoſpes ipſius *Balemannus* Vir pius ac in Chriſtianæ Religionis articulis probe fundatus, vel omnes, præſertim cantilenam illam germanicam *Herr Jeſu Chriſt wahr Menſch und Gott*, morienti inſuſurravit, uti ſatis ejus de hac re Epiſtola id aperte teſtatur. Conſentit & celeb. *Guido Patinus Epiſt. VII.* die 24. Oct. 1645. ſcripta, qui *Lutheri* & *Calvini* infenſiſſimus erat hoſtis, *in Urbe Lutherana, inque brachiis Concionatoris Lutherani animam efflavit.* Falſa autem hæc quæ adjicit: *Quidam perhibent, eum Socinianiſmo infectum, e vita migraſſe, talemque in animo fuiſſe quicquid extrinſecus ſimularet.* Veneno quoque eum periiſſe, ipſe *Patinus d. l.* prudenter quoque rejicet. Patruus meus magnus *Johannes Bacmeiſterus* Medic. olim Profeſſor Rozſtochienſis in literis die 10. Aug. 1685. ad parentem meum p. m. miſſis, de *Grotio* ſcribit, eum quoque S. Synaxia præmiſſa Confeſſione e manibus D. *Quiſtorpii* tunc accepiſſe; quæ de re ego tamen ob ſupra adducta valde adhuc dubito, nec ipſe etiam *Quiſtorpius* ſi factum fuiſſet, hoc in ſupra adductis literis ad *Calovium* datis, conticuiſſet. De cadavere autem *Grotii* Medicis commiſſo, ſequentia tanquam autoptes Parenti meo ibid. tranſcripſit: Poſt mortem *iſt er* (ſc. *Grotius*) *von dem ſeel.* D. *Stockmann in mein und deſs Herrn* D. Würdigii, ut tunc temporis ſtudioſis Medicinæ *Gegenwart* exenteriret, *balſamiret und mit einem Wachstuch bekleidet, da dann den Cörper ſeine Leute in einem Sarg mit ſich weggenommen, ſein Hertz ward* a parte *balſamirt und in eine ſilberne Schachtel geleget, welches ſein* Secretarius *auch mit nahm. Die* Inteſtina & reliqua viſcera interna *aber wurden in einen küpffernen Keſſel mit einem Deckelgemacht, gelegt, und auff Johannis Kirchhoff allhie begraben.* Ita quoque de ejus conditura ſcribunt *Auctores obſervat. Hallenſ.* ex quibus etiam potiora mea de *Grotio* adduxi, *Tom. VII. obſervat. XV.* Cadaver balſamo conditum, in Urbem Delphos translatum, ibidemque magna exequiarum pompa proavorum ſepulchro mandatum eſt. Epitaphium ipſi poſitum, ipſe *Grotius* aliquot annis mortem præcedentibus compoſuit, & ex Epiſt. ad Fratrem *Guilielmum* Tom. II. *Epiſtolarum* notum, ſic ſe habet:

GROTIUS *hic* HUGO *eſt Batavum captivus & exul,*
Legatus regni Suedia magna Tui.

In vita incomparabilis *Grotii* gallice deſcripta in *Memoire pour ſervir a l'hiſtoire d'Hollande* a ſupra citat. *Auberio* p. 43. hoc ejus habetur Lingua Epitaphium:

Hier leit de grote GROOT, *de grotſte der geleerde*
Wins over groot verſtand beeſt alle ding doorgrondt,
Syn ungedeelbaer geeſt nyt noot den himmel keerde
Om dat hy't hier beneen niet ruym genoegen fond.

Ita quoque magnus *Daniel Heinſius* in Effigiem *Grotii* hæc ſcripſit:

Depoſitum Coeli, quod jure Batavia mater
Horret, & haud creditſe peperiſſe ſibi.
Talem oculis, talem ore tulit ſe maximus HUGO;
Inſtar, crede, hominis, cetera, crede, Dei.

CASPAR autem BARTHIUS in eandem ſic cecinit:

Qualem iſtum in tabula GROTIUM *depinxit avena*
Pictor, in inveſti corpore talis homo eſt.
Ingenium atque animum, cultos Sophiæ omnibq ar-
Pingere ſi libitum eſt, dic, Deus hic habitat. (mis,

Funus interim viſcerum *Grotii* Rozſtochii, ut jam ex *Quiſtorpii* & *Bacmeiſteri* literis adduxi, terræ mandatorum hoc modo indixit cl. Vir & Logices poſtea in hac Academia Profeſſor *Joſua Arndius*, nomine Rectoris Magnifici:

Audin' furenti, Belga docte, cortina
Teutoque fortis, & Sueo ſacer Marti,
Et vaſte Ibere & Galliæ decus terræ
Superque greſſa culmen terreum Roma!
Corona veſtri capitis HUGO *delapſa eſt.*
HUGO *perambulans poli nitens limen,*
Premensque Atlantis fulcrum ut alter Alcides
Miratur inſuetos in arce fulgores
Pullata pompa Roma ſurge lugubri,
Forique jura, corduba atque Lugdunum
Phœtea ſedes ebreo ruens antri
Tripode, huc adeſte, Spiritus canat veſter
Pectus tumeſcat a furenti cortina
Eatque in altas GROTII *ſui laudes.*
Capeſce plectrum, ſumme Galle SALMASI,
VOSSIQUE *Teuto*, HEINSIQUE *Belgiæ ſplendor*
Phoebæ Cygne, Tuque docte BARLÆE
Quem plectra Coeli (fas ſit) aſtra mirantur.
Indico funus! veſter ingruat leſſus.
Audin' furenti, Belga docte, cortina!

Atque hæc quidem de ſtupendæ ſcientiæ Viro *Grotio* nunc dixiſſe ſufficiant. Doctiſſ. *Joh. Mollerus*, Rector olim Flensburgenſis in Holſatia Danica, in animo habuit *hiſtoriam vitæ & fatorum Hugonis noſtri Grotii* Eruditorum ſecul. noſtri Phoenicis ac Monumentorum illius literariorum prolixam atque accuratam ſeorſim edere adductam propterea a *Collectoribus novar. liter. Maris Balthici ac Septentrionis* ad annum 1699. Menſem Januar. p. m. 26. quæ an typis jam deſcripta ſit, hactenus ignoro. Scripta interim ipſius recenſet *Witte Decad. IV. Memor. Philoſoph. p. 561. ſeqq.* Sed addo adhuc Rectorem ejusdem anni CIↃIↃCXLV. hybernum, qui die conſueto Dionyſii np. 9. Octobr. electus & 20. ejusdem publice introductus eſt NICOLAUM SCHUZ, J. U. D. & Prof. Cod. Senat. & inſcripti ſunt LXXXIV. XC. Nicol. Schütz.

§. 20. Pergimus ad annum CIↃIↃCXLVI. per cujus ſemeſtre æſtivum die Tiburtii electus & 28. Apr. extraordinarie pro Medico Ducali *D. Jacobo Fabricio* Rector Academiæ renunciatus eſt HENRICUS RAHN, J. U. D. & Prof. Ducal. Ordin. a quo in matriculam relati ſunt ſtudioſi advenientes CXIII. Eodem anno per ſemeſtre inſtans hybernum die Dionyſii electus & 20. Octobr. Rector Academiæ proclamatus eſt L. JOHANNES XCI. Henr. Rahn.

LÜTKE-

CII. Joach. Lütkemann. LÜTKEMAN, Theol. Lic. Phyſ. & Metaph. Prof. Senat. ac Eccleſiaſtes Jacobæus, qui notavit XCI. Anno ſequenti CIↃIↃCXLVII. per ſemeſtre æſtivum novus Academiæ Rector, die Tiburtii nempe 14. Apr. iterum electus & 20. Maji demum introductus eſt HERMANNUS SCHUKMAN, S.S. Theol. D. & Prof. Ordin. Ducal. & in Matriculam retulit CXXXII. Hoc quoque anno CIↃIↃCXLVII. aucta eſt ſupellex Academiæ argentea, acceſſione Canthari argentei, partem præſertim inferiorem deaurati. Eodem anno menſe die Dionyſii electus, & pridie Id. Octobr. decima & ultima vice renunciatus fuit Rector ſemeſtris hyberni JOH. QUISTORPIUS, S. Theol. D. Prof ad D. Mariæ Paſtor, Rev. Miniſterii Rozſtoch. Superint. ac facult. Theol. Senior, ac inſcripſit tantum LXXII. Decedente hoc Rectore anno inſtanti CIↃIↃCXLIIX. die Tiburtii novum Academiæ Caput iterum electum, & 27. Apr. introductum fuit HENRICUS RAHN, J. U. D. & Prof. Ordin. Ducal. qui inſcripſit CXCIII. Sub cujus regimine die 2. Maji, Doberani, quo a Duce avocatus erat, pie obiit jamjam nominatus *Johannes* ille *Quiſtorpius* Facult. Theol. Senior, Paſtor Marianus ac Rev. Miniſterii Urbis Rozſtoch. Superattendens, de quo tamen *Lib. ſeq. V. C. I. Claſſ. I. Prof. Theol. Academ. Rozſtoch.* pluribus dicam. Eodem anno die 26. Octobr. per inſtans hybernum tempus ſemeſtre Rectoratum accepit JOACHIMUS SCHNOBELIUS, J. U. D. & Prof. Senat. Ordin. inſcripſitque LXXVII. *Schnobelium* in Rectoratu anno ſequenti CIↃIↃCXLIX. excepit M. ANDREAS TSCHERNING, Poeſ. Prof. Ducal. Ordin. qui die Tiburtii electus, ac ultimo Apr. publice renunciatus fuit per ſemeſtre æſtivum Rector, numerus inſcriptorum tunc fuit CXLVI. Eodem adhuc anno per ſemeſtre hybernum ſceptra tenuit, die Dionyſii electus & 17. Octobr. renunciatus Rector Academiæ Magnificus JOACHIMUS STOCKMANN, Med. D. & Prof. Ordin. Senat. ac notavit cives Academicos noviter adventantes LXXXII. Anno hoc CIↃIↃCXLIX. gravis controverſia inter Theologum D. *Cothmannum* & *Joach. Lütkemannum* Phyſ. ac Metaph. in Acad. Prof. P. agitata eſt: *Num Chriſtus tempore mortis fuerit verus homo?* quod tanquam Phyſ. Prof. *Lütkemannus* negavit, unde creatus eſt ejusd. Liber Academicus, de *vero homine*; quam ſuam ſententiam cum recantare nollet *Lütkemannus*, anno eodem ex Academia hac Rozſtoch. Guelferbytum cum familia diſceſſit, vocatus a Duce tunc Lüneburgenſi ac Brunſvicenſi longe doctiſſimo AUGUSTO, ad *Primarium ſuum in Aula Concionatorem, Ducatus Wolffenbüttelenſis Superint. Generaliſſ. ac Abbatem Coenobii Riddagshuſani*, ubi Vir ille ingenii acutiſſimi poſt ſexennium in flore ætatis tandem obiit 1656. quo de vero pluribus dicam *Lib. V.* hujus *Hiſtoriæ C. I. Claſſ. IV. Sect. II X C. I. §. 8.* de *Prof. Phyſ. ac Metaph. Acad. Rozſtoch.*

CIII Herm. Schuckmann.

XCI. Joh. Quiſtorpius.

XCV. Henr. Rahn.

XCVI. Joh. Schnobelius.

XCVII. Andr. Tſcherning.

XCIIX Joach Stockmann.

§. 21. Accedo nunc ad annum in faſtis publicis occurrentem CIↃIↃCL, ubi die Tiburtii electus ac 26. Apr. publice introductus fuit Academiæ per æſtivum ſemeſtre Rector JOH. COTHMANN, S. Theol. D. & Prof. Ducal. Ordin. ac ſua manu inſcripſit CLXXVII. Idem vero (verba ſunt Rectoris t. Academiæ D. *Joh. Nicolai Quiſtorpii in programmate publico memorabilia Seculi XVII. Academiæ Rozſtoch.* ex Matricula enarrante) depoſito nondum tametſi ad finem tendente Magiſtratu ſuo, die Dominica, quæ erat VI. Octobr. cum ad ſacra pomeridiana in templo peragenda, Miniſtris Academiæ ſtipatus procederet, repentino languore correptus, placide expiravit, & ſolenniter ſepultus eſt X. Oct. In hujus pie defuncti locum triduo poſt, ad breve temporis ſpatium quod reſtabat, a Reverendo Concilio electus & ſurrogatus eſt Rector Univerſitatis HERMANNUS SCHUCKMANN, Theologus, qui notavit XIIX. Cives, ſicque numerus exacto hoc ſemeſtri æſtivo inſcriptorum fuit CXCV. Eodem poſtea anno per inſtans ſemeſtre hybernum die Dionyſii electus & 21 Octobr. Rector Academiæ proclamatus eſt CASPAR MAURITIUS, SS. Theol. D. Prof. Senat. itemque Eccleſiaſtes Marianus, ac in Matriculam retulit LXX. An. CIↃIↃCLI. per ſemeſtre æſtivum die 29. Apr. publice Rector Academiæ iterum ſalutatus eſt HENRICUS RAHN, J. U. D. & Prof. Ducal. Ord. inſcripſit CLXXXVI. Eodem anno per ſemeſtre hybernum die 20. Octobr. Rector Academiæ renunciatus eſt NICOLAUS SCHUTZE, J. U. D. & Prof. Senat. & notavit LXVI. Poſt *Schuzium* anno CIↃIↃCLII. die Tiburtii Rector iterum electus, & die 4. Maji, primo introductus eſt extraordinarie pro Medico Sereniſſ. Principum atque Archiatro Regis Daniæ *Jacobo Fabricio* tunc Hafniæ abſente AUGUSTUS VARENIUS, Phil. & S. Th. D. ac Hebr. Linguæ Prof. Ducal. Ordin. a quo tunc inſcripti ſunt CXC. Sub cujus adhuc regimine Academico die 14. Aug. Hafniæ pie obiit, ille cujus vicem tunc in Academico Magiſtratu geſſit *Varenius* ſc. *Jacobus Fabricius* Med D. ac ſuperior. Mathem. Prof. Ord. Duc. Ducum Megapol. & Daniæ Regum *Chriſtiani* IV. & *Friderici* III. Medicus primus, cujus tamen corpus exanime Rozſtochium transvectum, ibidemque ſepultum eſt die XV. Sept. cujus bene actæ vitæ fabulam in ſequenti hujus *Hiſtoriæ Lib. V. C. I. Claſſ. III. de Prof. Medicis Acad. Rozſt.* enarrabo. Eod. an. die Dionyſii electus, & 25. Oct. publice renunciatus eſt Rector hyberni ſemeſtri JOH. CORFINUS, S. S. Theol. D. Phyſ. ac Metaph. Prof. Publ. Senat. ac Paſtor ad D. Mariæ, ac in matriculam retulit LXIIX. Quo Rectore die 22. Decembr. hora X. matutina obiit *Daniel Michaelis* Theol. Prof. in hac Academia bene meritiſſimus, anno ſaltem ætatis ſuæ XXXI. cujus vitam *Lib. V. C. I. Sect. I. de Prof. Theol.* adducam. Ita etiam menſe Jan. anni ſequ. 1653. Sereniſſ. Princeps Megapolitanus, peregrinatione per Dei gratiam feliciter abſoluta, incolumis in patriam regionem rediit. Poſt *Corfinum* anno CIↃIↃCLIII. die Tiburtii electus & 10. Maji per ſemeſtre æſtivum Rector Academiæ conſtitutus eſt HERMANNUS SCHUCKMANNUS, Theol. D. & Prof. Ord. Ducal. qui inſcripſit CXLII. Eodem anno per ſemeſtre hybernum die Dionyſii electus eſt Academiæ Rector JOH. QUISTORPIUS, Jun. S.S. Theol. D. Prof. Senat. & Paſtor Jacobæus, & in Tabulas publicas Academiæ retulit LXIX.

C. Caſp Mauritius.

CI. Henr. Rahn.

CII. Nicol. Schuze.

CIII. Aug. Varenius.

CIV. Joh. Corfinus.

CV. Herm. Schukmann.

CVI. Joh. Quiſtorpius.

CIX. Joh. Cothmann.

§. 22. Pergo ad annum CIↃIↃCLIV. quo per
CVII. Henr. Schuckmann. semestre æstivum die Tiburtii electus & 2 Maji Rector Academiæ declaratus iterum fuit HENR. SCHUCKMANN, J. U. D. & Cod. Prof. Ordin. Ducal. & inscripsit CLXVI. sub cujus Rectoratu Duci Megapolitano *Gustapho Adolpho* die 29. Aug. Homagium ab Urbe Rostochio consueto more præstitum fuit, uti suo tempore dicam. Eod. anno per semestre hybernum die Dionysii electus, & 29. Octobr. publicè Universitatis Rector
CIIX. Herm. Lembke. salutatus fuit HERMANNUS LEMKE, J. U. D. & Cod. Prof. Senat. & in Matriculam retulit CLXXX. & inter hos etiam *Henricum Eschern* Lubicensem, natum ibid. anno 1635. d. 22. Jun. Patre *Erico Eschern* Cive honesto & matre *Gerdruta Richelia*. Literarum fundamenta jecit in Schola patria Cathedrali, & deinceps in Lyceo ibid. Gymnastico, Rectore tunc M. *Sebastiano Mejero*, Conrectore tunc M. *Henrico Bangerto* (cui præ ceteris charus erat) Sub-Rectore autem *Jacobo Kökerto*, bonis artibus imbutus est. Rostochium ineunte mense Martio anno 1655. ingressus est, ibid. per triennium fere hospitio ac mensa D. *Henrici Mülleri* Professoris Theologi celebratissimi, tunc adhuc Archi-Diaconi Mariani, postea ejusd. Ecclesiæ Pastoris ac Superintend. Ministerii Urbis Rostoch. usus est, Theologos, *Dorschæum*, *Schuckmannum*, *Mauritium*, *Quistorpium* Jun. *Ottonem Varenium*, Philosophos tam privatos quam publicos vero *Helwigium*, *Oldium*, *Jordanum*, *Beckerum*, Doctores nactus est. Anno 1658. suasu M. *Danielis Lipstorpii* Senioris & Pastoris Cathedralis Lubic. patriam repetiit, atque Literis humanioribus instituit *Hermanni Pinciers* Senioris ac Præfecti Capituli Lubicensis filium *Detlevum Henricum Pincier*, Decanum postea Rev. Capituli Uthinensis Secretarium vero Rev. Capituli Lubicens. Lipsiam postea contendit & Jenam, in qua ultima Academia sub præsidio D. *Gerhardi* Junior. qui defuncti Parentis Opus *Bellarminum Orthodoxias* testem inscriptum, tunc recudi faciebat, de *Pontifice Romano* Dissertationem habuit. Domum iterum an. 1660. rediens, *Hermanni a Dorne* Cos. Lubicensis, Trigam filiorum literis domi instituit, ita tamen, ut studium quoque suum Theologicum non neglexerit, & præter *studium homileticum* in quo se sæpius in Cathedra Theologica publice in templo exercuerit, non parum etiam utilitatis cepit ex collegio illo disputatorio, quod horis succisivis cum XII. studiosis instituerat D. *Meno Hannekenius* Superint. Lubicensis celeberr. & in quo Præsidis vices gesserat. Anno dein 1664. m. Febr. in patrio meo solo ad ostium Travæ vulgo *Tarvenmund* in locum M. *Jonæ Emmii* Lubicam translati, *Diaconus Templi S. Laurentio* Martyri olim dicati, constitutus, anno vero 1669. Dominica 8. post Trin. post beatam analysin Avi mei materni M. *Hermanni Reuteri* ex antiquissima *Nobilium de Reuter* e Belgii foederati Comitatu Zutphanensi Ducatui Geldriæ Hollandorum subjecto ante crudelissimam & immanem Hispanorum sub Duce de *Alba* in Belgio contra Protestantes susceptam persecutionem ibid. dudum florente familia producti, in locum ejus *Pastor ejusd. Ecclesiæ* iterum suffectus fuit, quo in officio suo pastorali nexu indissolubili per XXXVI. cum B. aut. Parente nostro per totos XXIIX. annos in collegiali consortio vivens, tandem senio confectus, septuagenario major uno post B. genitoris nostri obitum anno vitam cum morte commutavit, die quid. 22. Apr. an. CIↃIↃCCV. ad quam se diu bene prudenterque præparans crebro dum vixit in ore habuit ac philothecis inscripsit dictum *Davidis Psalm. LXXIII. v. 24. in consilio tuo duces me, & postea in gloriam suscipies*. Vir fuit de patria mea & Eccles. ibid. optime meritus, egregius Biblicus, orator facundissimus, Homileta suavissimus ac nitidissimus Poëta, meus olim in pueritia ac adolescentia in arte præsertim poëtica formator longe fidelissimus. Vixit in triplici conjugio; ex priori enim sua uxore quam anno 1664. die 26. Apr. virginem egregiam duxit, *Dorothea* Scholæ Lubicensis Collegæ *Danielis Lippii* filia anno 1666. die 24. Febr. iterum demortua produxit filiam unicam *Margaretham Gerdrudam* Civi ac mercatori Nicoepingensi in Jutia Septentrionali Dioecesis Alburgensis Regno Daniæ subjectæ Insulæ Dn. *Rodero* denuptam; alteram uxorem anno 1667. die 28. Febr. sibi associavit *Elisaben* Dn. *Joh. Henrichsii* Secretarii Reip. Lubicens. filiam, ex qua suscepit unicam iterum filiam *Christinam Elisaben*, an. 1699. in matrimonium datam *Francisco Bertramo* Schiefenhofelio, Pastori Gnussaviæ in Holsatia; hac autem uxore sua morte iterum anno 1679. d. 23. Sept. a latere ejus divulsa, necessitate & re domestica sic efflagitante, tertiam denique thori sociam ascivit *Catharinam*, Collegæ quondam sui *Johannis Grünewaldii* viduam, *Henrici* vero *Balemanni* JCti Com. Palat. & Protonotarii Lubicensis filiam quam tandem viduam unica quoque filia ab eo dotata reliquit. Hæc de *Henrico Eschero*, cujus vitam *novis Literariis Maris Balthici & Septentrionis*, a collectoribus Lubicensibus Mens. Junio anno CIↃIↃCCVII p. 190. & 191. insertam ignorarunt Auctores *Lexici Historici Universalis Basileensis*. Redimus iterum ad Rectoratum *Lembkenii*, cujus Magistratus supremus Academicus singulari exemplo in Mensem usque Augustum fuit protractus, idque ob interpellationem D. *Laurentii Bodockii*, eamque insecutam Sereniss. Principum severam inhibitionem de introductione electi novi Rectoris D. *Augusti Varenii* suspendenda, a qua inhibitione postquam Celsissimi Principes recessissent, & ut introductio perageretur mandassent, die 28. Aug. anno CIↃIↃCLV. solenniter demum fuit introductus ac Rector proclamatus, prælaudatus AUGUSTUS CIX. Au-
VARENIUS, S. Theol. D. Hebraicarum & Catechet- Varenius.
seos Prof. Ordin. Ducal. qui tunc XL. inscripsit. Sub cujus Regimine Jubilæum ob pacem Religionis celebravit speciali jussu Principum Academia. Rectore autem hoc decedente, die Dionysii s. 9. Octobr. iterum electus & 30. ejusdem mensis publice iterum renunciatus est novus Acad. Rector CX. Joh.
per semestre hybernum JOH. BACMEISTER Bacmeiste
Jun. Med. D. Prof. Senat. & Poliater Rostoch. sub quo tunc cives Academiæ facti sunt LXX. Eo autem adhuc Rectore d. 12. Mart. 1656. apoplexia mortuus est M. *Bernhardus Taddelius* Græcæ Linguæ Prof. Ordin. teste programmate Rectoris in ipsius funere conscripto, nec non *Laurentio Bodo-*

Bodokio in edita *Academia* sua *Varniaca*. Sequenti anno CIↃIↃCLVI. die Tiburtii qui est 14. Apr. electus & 25. ejusdem mensis publice introductus est novus Academiæ Rector JOH. GEORG. DORSCHÆUS S.S. Th. D. & Prof. primarius Ducal. & in matricula consignavit CLXV. Quæ præterea in hoc Rectoratu acta sunt cum studiosis, quod *gladios gestare illis prohibitum* de illis acta Rectoralia Rectoris ipsius *Dorschæi* legantur, quæ typis impressa. In hujus etiam Rectoratu XIII. Calend. Octobr. obiit D. *Henricus Schuckmannus*, JCtus. *Dorschæum* excipit CASPAR MAURITIUS, S.S. Theol. D. Prof. Publ. Senat. & Superintendens Rozstoch. qui Dionysii die electus & XXX. Oct. publice Rector Academiæ per semestre hybernum renunciatus est, inscripsit LXIII.

CXI. Joh. Georg. Dorschæus.

CXII. Casp. Mauritius.

§. 23. Anno CIↃIↃCLVII. die Tiburtii qui est 14. Apr. Rector Academiæ iterum electus & 29. ejusd. mensis renunciatus fuit HENRICUS RHANE, J. U. D. & Profess. Ducal. ordin. & inscripsit CLV. Postea die Dionysii electus & mense eod. Octobr. introductus est per semestre hybernum Academiæ Rector HERMANNUS LEMKE, J. U. D. & Prof. Senat. Ordin. a quo inscripti LXXIII. sub cujus Rectoratu obiit *Laurentius Stephani* J. U. D. Prof. Sen. Consil. Mecklenb. & vice præses Judicii provincialis, ac in Consistorio Ducali assessor; ex cujus ultima voluntate donatum Academiæ supellectili argenteæ accessit splendidissimum malluvium cum aqua manili seu gutturnio & hoc quidem extrinsecus illud vero extrinsecus & intrinsecus deauratum erat, habens 183. uncias s. *Loth*, quod donum a Nobilissimis Hæredibus Rectori per Secretarium Academiæ L. *Andream Amselium* die 28. Apr. anno 1658. oblatum fuit. In Rectoratu æstivali *Lembkio* anno sequenti CIↃIↃCLIX. die Tiburtii successit CASPAR MARCH, Med. D. ejusque super. Mathem. Prof. Publ. Ducal. Ordin. ac matricul. auxit CXLIV. nominibus. Eod. anno die Dionysii per sequens hybernum Rectorem Academia elegit MICHAELEM COBABUM, S. Theol. D. & inf. Mathem. Prof. Ordin. Senat. qui in matriculam retulit XLV. Subsequenti anno CIↃIↃCLIX. pro *Hermanno Schuckmanno*, Theologo die Tiburtii Rector Academiæ æstivalis iterum electus fuit JOH. GEORG. DORSHÆUS, S. Theol. D. & Profess. primarius, & inscripsit CXXXI. sub cujus Rectoratu extremum vitæ diem obiit optimus poëta M. *Andreas Tscherningius*. Eod. anno die Dionysii Rector salutatus est JOH. QUISTORPIUS, Jun. Theol. D. Prof. Publ. & Past. Jacob. qui tantum XXXVI. inscripsit. Sub cujus Rectoratu paucis post depositum Magistratum hebdomadibus die 25. Decembr. pie in Domino obdormivit *Johannes* ille *Georg. Dorschæus* Theologus eminentissimus & Profess. Prim. qui præsente Celsiss. Principe *Gustavo Adolpho*, honorifice in templo Jacobæo postea sepultus est, in cujus funere Concionem habuit L. *Nicolaus Ridemann* Lipsiæ a. in Academia publice eum laudavit L. *Stegerus*. De hoc incomparabili Theologo etiam multa scripsit *Micrælius in Syntagmate Histor. Eccles.* Sed restant adhuc anni CIↃIↃCLX. Academiæ Rozstoch. Rectores, quorum æstivalis Rector die Tiburtii s. 14. Apr. electus fuit ALBERTUS WILLEBRAND, J. U. D. & Profess. Ducal. Numerus receptorum in matriculam tunc fuit L. Quo Rectore IV. scil. die Maji exequiæ celebratæ fuerunt quatuor Illustrium funerum Dn. WILHELMI & Dn. JOHANNIS CHRISTOPHORI fratrum & Baronum de *Gera* eorumque illustrium Conjugum. Ortum suum hi Barones secundum *Gabrielem Bucelinum in Topo-Chrono-Stemmatographia sacra & profana germanica* sua *part. III. pag. 52. nec non part. II. pag. 135.* ducunt a vetustissimis *Geræ Dominis*, quorum primus *Petrus a Gera S. Geram* cum filio *Georgio* Carinthiæ immigravit anno 1471. Filium quoque habuit *Johannem de Gera*, qui cum Conjuge *Margaretha* filia *Georgii Scodlins* vel *Scædels* de *Rosick* & *Margaretha* ab *Edlingen* inter alios quoque genuit *Andream* Dominum de *Gera*, cujus conjux altera *Ottilia* de *Görtschach*, *Pauli* filia, ab eo in matrimonium ducta anno 1518. ipsi peperit filium *Erasmum* de *Gera* Equitem auratum natum 1520. denatum vero 1567. cujus conjux altera *Saxa de Scherfenberg* fuit, ex qua natus *Johannes Christophorus*, qui iterum ex prima sua conjuge *Hestere de Stubenberg* vidit inter alios Liberos etiam *Johannem* illum *Christophorum* & *Wilhelmum* Fratres Germanos, qui amore erga veritatem Evangelicam ducti regnante adhuc Cæsare *Ferdinando II.* exstinctu Cleri Romani gravissimo Catholico-Evangelicorum persecutore solum patrium, h. e. D. Austriam Carinthiam relinquentes, cum familiis & bonis suis in Ducatum Mecklenburg. emigrarunt, in Academica Urbe Rozstochio domicilium fixere, quorum hic *Johannes Christophorus* anno 1654. e vita discessit, fratremque hæredem ex asse reliquit; *Wilhelmus* aut. postea anno 1658. obiit, atque pro amore erga literas & pietate erga Religionem Evangelicam *summe Rever. Facultat. Theol. Academiæ Rozstoch. omnium bonorum hæredem in testamento scripsit*, cujus hæreditatis summa 30000. Imperiales superavit, quam etiam ob dotem Facultas ista Theologica in grati animi tesseram hisce modo dictis Baronibus e Collegio albo exequias solenni pompa in æde D. Jacobo sacra paravit. Istam vero summam XXXM. Imperialium ipsa facultas Theologica mox sequenti anno 1659. iterum amisit, atque ad paucitatem 2000. sc. Thaleros (sicuti ex literis hac de re ad B. Genitorem meum a Seniore tunc Facult. Theol. B. D. *Habichhorstio* olim missis, intellexi) redacta est, quæ tamen paucitas ne quidem Theologis Rozstoch. postea soluta fuit, immo uti idem *Habichhorstius* scribit nec etiam usuras 100. thalerorum ex certo quodam prædio ipsis propterea a Duce *Christiano* adjudicato unquam acceperunt. Causam privatæ ac vi surreptæ hujus hæreditatis valde fructuosæ & optimæ non solum supra *Lib. II. cap. III. §. 15.* hujus de *Academia Rozstoch. historiæ* tetigi sed etiam pluribus adduxi *Lib. VIII. annalium Herulorum ac Vandalorum Mareschalci Thurii* a B. genitore & me continuatorum c. XIII. in Vita *Christiani Ludovici* Ducis Megapol. Redeo iterum ad Rectores ubi eod. anno 1660. die Dionysii vel 9. Octobr. per instans semestre hybernum Rector

CXIII Henr. Rahne.

CXIV. Herm. Lembke.

CXV Casp. March.

CXVI. Mich. Cobabus.

CXVII. Joh. Georg. Dorschæus.

CXIIX Joh. Quistorpius.

CXIX. Alb. Willebrand.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Academiæ Rozſtoch. iterum electus fuit HENRICUS RUDOLPHUS REDEKER, J. U. D. & Profeſſ. P. Senat. & inſcripſit XLIII.

CXX Henr Rud Redeker.

§. 24. Cum ao. hoc, qui nunc ſequitur CIↃIↃCLXI. novum iterum incipit Academiæ Decennium, cujus Rector Academiæ Tiburtii die 5. electus & poſtea introductus eſt LAURENTIUS BODOCK, Phil. J. U. D. Conſil. Meclenb. orator Acad. Rozſtoch. & Facult. Phil. Senior, numerat inſcriptos CXXVI. Huic eod. anno die Dionyſii in Rectoratu hybernali ſucceſſit Rector JOHANN BACMEISTER, Med. D. & Prof. Ordin. Senat. ejusd. Facult. Senior & Poliater. Rozſtoch. Pro-patruus & patrinus meus longe deſideratiſſimus, qui in matriculam retulit XLIX. Cujus adhuc Rectoratu durante, anno ſc. 1662. *Pennaliſmus cum collegiis nationalibus* per D. G. publico programmate nomine Rectoris & Senatus Academici die VII. Martii ſub ſigillo majore Academiæ ex Decreto Reverendi Concilii Academici ex *Athenæo Balthico* eſt proſcriptus, profligatus & ad Garamantas usque relegatus, ſimulque omnibus Fiſcalibus atque Senioribus nationum injunctum, ut libros, ſigilla, Acta nationalia cum ipſis originalibus ſepulcrorum in Templis extraderent: quod etiam ſubſequentibus proxime ſeptimanis fecerunt. Quæ omnia ad Archivum Academiæ delata ſunt, ut ibid. in perpetuam rei memoriam aſſervari poſſint, teſte B. D. *Quiſtorpio* in Programmate publico memorabilia Academiæ Rozſtoch. Seculi XVII. adumbrante ad hunc annum, conf. quæ de hujus Pennaliſmi abrogatione una cum inſerto ſimul hac de re ab Academia affixo programmate paulo plenius in *Lib. I. c. V. §. 20. hujus hiſtoriæ* jam diximus. Tetras autem has actiones Pennaliſticas, Monomachianam invaleſcentem, enſiferorum & ocreatorum Studioſorum Vanitatem, Academia noſtra Tubingenſis ſolenni edicto tabulæ nigræ affixo anno 1647. die 21. Sept. jam abrogaverat, quod hic obiter ex Archivo Academiæ noſtræ annotari ſimul placuit. A. CIↃIↃCLXII. die Tiburtii per ſemeſtre æſtivum Rector Academiæ proclamatus fuit AUGUSTUS VARENIUS, S. S. Theol. D. & Profeſſ. Ducal. ante cujus introductionem die 23. Apr. CHRISTIANO Duci Megapol. Homagium a Senatu & civibus urbis Rozſtoch. in curia præſtitum, quem non ſolum privatim ſed & publice in Auditorio Majori oratione panegyrica interprete *Jacobo Sebaſtiano Laurenbergio* excepit Academia. Ita enim Fiſcus ab Academia pro ſtudioſis pauperibus ordinatus eſt, in quem quilibet ſtudioſorum primum adventantium pro ratione facultatum aliquid conferre tenetur. In Rectoratu autem *Varenii* per ſemeſtre hoc æſtivum inſcripti ſunt LXIIX. Sub cujus regimine Dn. *Caſpar Mauritius* Theol. hactenus Prof. ad D. Mariæ Paſtor & Miniſterii Superintend. hinc Hamburgum diſceſſit ad paſtoratum ibid. Eccleſiæ Jacobææ in locum celebratiſſimi *Schuppii* demortui. Ita etiam *Hermannus Schuckmann* Facult. Theol. Senior, Theologus eruditus & vere pius Guſtrovium abiit, factus ibid. Ducis *Guſtavi Adolphi* Concionator aulicus primarius, nec non celſit: ejus a Confeſſionibus ſacris. Eod. autem anno 1662. die Dionyſii per ſequens hybernum ſemeſtre Sceptra Academica denuo accepit JOH. QUISTORPIUS, S. Theol. D. Prof. P. Senat. & Paſtor Dominicæ & inſcripſit XLII. Sub cujus Rectoratu *Joh. Chriſtophorus Ottonis* Theol. hactenus Prof. Stadam diſceſſit ad paſtoratum. Poſt *Quiſtorpium* inſequenti anno CIↃIↃCLXIII. die 14. Apr. Rector Academiæ æſtivalis iterum electus fuit ALBERTUS WILLEBRAND, J. U. D. & Cod. Prof. Ducal. Ordin. qui matriculam auxit LXVI. nominibus. Eodem autem per inſtans ſemeſtre hybernum die Dionyſii Rector Academiæ primo renunciatus eſt HENRICUS MULLER, Theol. D. Prof. & Paſtor ad D. Mariæ, pro *Hermanno Lemken* J. U. D. Cod. Prof. & Synd. Reip. Rozſtoch. & Matriculæ Academiæ tunc inſcripſit LVI. Excipit hunc anni CIↃIↃCLXIV. Rector æſtivalis die Tiburtii electus CASPAR MARCHIO ſ. *March*, Med. Doct. Superior ſimul Mathematum Prof. Ordin. Ducal. a quo CXIIX. inſcripti ſunt. Sub cujus Rectoratu, teſte programmate in funere ejus ſcripto die 15. Sept. obiit Theol. acutiſſimus & Prof. Primarius, *Dorſchæi* Succeſſor *Joh. Fridericus König*. Ita quoque Lubicæ hoc anno, ſed jam die 12. Febr. ætat. LXX. in vivis eſſe deſiit Proavus meus paternus maternæ Lineæ M. *Sebaſtianus Mejerus* Lubicæ Patre ibi *Sebaſtiano* item *Mejero* Cive & alutarum concinnatore Cordubum *Bereiter*, e Stada urbe orto, Matre vero *Anna Knacken* ex vetuſtiſſima *Knackiorum familia von ſieben Eichen* Saxoniæ inferioris ex hiſtoria Eccleſiaſtica ſat notiſſima fata, anno 1594. d. 24. Febr. intra horam quartam & 5. natus. Primum Guſtroviæ ab anno 1619. per annos XI. Gymnaſii ib. Rector; dein in patriam revocatus an. 1630. primum per anni ſaltem quadrantem die 4. Jan. conſtitutus fuit Athenæi ibid. celebratiſſimi *Sub-Rector*; dein *Con-Rector*, tandem etiam ejusdem Gymnaſii introductus eſt *Rector*, die quidem 24. Jul. 1643. quem honorem, poſt annos viginti & unum cum ipſa demum Morte hoc anno uti ſupra dixi, depoſuit, officii ſui ſcholaſtici in patria 34. ann. Philoſophus, Philologus & Medicus, humanitatis ac græcæ in primis literaturæ ac Poeſeos ejusdem valde peritus, qui Symbolo gaviſus eſt ſequenti Diſticho græco:

Εἰμὶ ἐγὼ πάσων μείων ἐϋεργεσίαν
ἂς ὅλω ἐν βιότῳ, χριςὲ ἔδωκας ἐμοί.

Plura de hoc Viro adducam infra in *cap. de creatis in Academia Rozſtoch. Philoſophiæ Magiſtris.* Interim tamen de eo evolvi meretur Clariſſ. *Ludovici* in *hiſtoria Rectorum Gymnaſiorum Scholarumque celebrium part. I. p. 103. it. in Supplem. part. V. annexi p. 324. & 323. nec non cl. von Seelen in Athen. Lubicenſ. N. 28. in obſervation. ad oration. ejus auſpical. p. 58. ſqq.* Sed addo adhuc Rectorem hujus an. 1664. per ſemeſtre hybernum die Dionyſii electum M. HENRICUM DRINGENBERG, Moral. Prof. Publ. Senat. a quo tantum inſcripti XXXVII. ſub cujus Rectoratu in vivis eſſe deſiit *Chriſtianus Klein* per quadrimeſtre ſaltem ſpatium Juris Prof. Ordin.

§. 25. Anno CIↃIↃCLXV. die Tiburtii qui eſt 14. Apr. electus & 29. ejusd. introductus eſt novus iterum per inſtans ſemeſtre æſtivum Academiæ Rector AUGUSTUS VARENIUS S. S. Theol.

CXXIII. Aug. Varenius.

CXXIV. Joh. Quiſtorpius.

CXXV. Alb. Willebrand.


CXXVI. Henricus Müller.

CXXVII. Caſp. March.

CXXIIX. Henr Dringenberg.

CXXIX. Aug. Varenius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Jo. Georg. Dorscheus
S.S. Theol. D. et per ann. XXVII. Argentorati
VI. Rostoch. Professs. primar. Serenissi. Duc. Mecklenb.
Consil. et Consist. Praeses. Nat. Argentor. A. 1597. d. 12. Maii
Denat. Rost. 1650. d. 25. Decemb.

J. M. Bl. fc.

Pp.



Theol. D. & Prof. Ducal. nec non Consistorii Ducalis Assessor, qui inscripsit LXXXIIX. & inter hos auctorem hujus historiæ, Parentem sc. meum & post mortem æterno colendum, cujus memoria ut sanctissima mihi ita non potest esse, nisi semper suavissima, qui communi hac luce frui cepit Ottendorpii s. Aterndorp, terræ ita dictæ Hadeliæ potestati ac ditioni Ducis Saxoniæ Lauenburgensis olim subjectæ, nunc autem post diuturnam Cæsaream sequestrationem Jurisdictioni Electoris Luneburg. Hanoveriani ac Regi simul Angliæ adjudicatæ, primario oppido, anno quidem 1646. die vero 9. Mensis Augusti Patre quidem ibid. Pastore ac Superintendente dein etiam Ecclesiæ Raceburgensis ad S. Petri Pastore, ejusdemque districtus Superintendente ac Consistorii ibid. Ducal. Assessore, M. illo *Luca Bacmeistero* satus, cujus vitam supra ad annum 1636. §. 17. jam enarravi; Matrem vero veneratus est *Annam Mejeriam*, Rectoris illius Gymnasii Lubicensis *Sebastiani Mejeri*, cujus vitam paulo ante §. 24. adduxi, filiam, quam an. 1667. d. 3. Jun. Rostochii in Academia adhuc vivens morte amisit. Infans ille biennis a Parentibus suis ad Avum jam laudatum maternum visendi gratia, Lubicam traductus est, ibidemque ob ulcus in collo subortum subsistere coactus fuit, cujus dein Avi suam sollicitam educationem atque in artibus & linguis omnique elegantiori literatura fidelissimam institutionem, ultra tria lustra ad mortem usque ipsius placidam & quietam, quæ incidit in annum 1664. die 12. Febr. gavisus est. Post avi hujus sui beatum discessum per temporis aliquot spatium apud Aviam suam commorans informationi tam publicæ quam privatæ M. *Henrici Bangerti*, Rectoris & *Johannis Polzii* Con-Rectoris ejusd. Gymnasii Lubicensis commisit, in poesi quoque manuductione fidelissima usus est Justi Tribbechovii, Scholæ ejusd. Collegæ doctissimi; at vero cum & ipse cl. *Bangertus* anno statim sequenti 1665. die ultimo Junii mortalitatem exueret, Parens meus B. suasu cognatorum suorum Avi in primis ex sorore filii M. *Jacobi Stolterfoth* Pastoris Mariani Lubicæ eodem anno mense Septembr. Rostochium profectus, ibidemque ultra triennium patrui sui honoratissimi *Joh. Bacmeisteri* Med. D. & Prof. Publ. Ord. mensa & domicilio usus est, atque in Theologicis D. *Joh. Quistorpium* Jun. D. *Augustum Varenium* & D. *Michaelem Cobabum*; in Philosophicis L. *Zachariam Grapium* & M. *Hermannum Beckerum*; in Chronol. & opticis laudatum patruum suum *Joh. Bacmeisterum* sedulo audivit. Antea autem quam Rostochio, quod in animo habebat, discesserit, specimen publicum Academicum indefessæ suæ diligentiæ edere constituit, dum *Disputationem* proprio Marte conscripsit ex *Mich. c. V. v. 1.* veram Messiæ exhibitionem & θεανδρωπίαν per ἐργασίαν ἑρμενευτικὴν ἐλεγκτικὴν & πρακτικὴν demonstrantem, quam 4½ plag. constantem sub præsidio D. *Augusti Varenii* anno 1699. die 30 Jan. cum laude publice defendit. Peracta disputatione, Rostochio, Wittebergam eodem anno mense Majo petiit, & D. *Abrahamum Calovium*, D. *Joh. Meisnerum* (cujus super *compendium* ejus *Theologicum* habitum *Collegium Theologicum lectorio-disputatorium* non sine insigni in studio Theologico fructu haud interrupte frequentavit) *Balthasarem Stolbergium* (cujus domesticus fuit, atque in *Collegio* illius *Philologico in Evangelium D. Matthæi* indefessus ejus auditor extitit) & D. *Augustum Pfefferum* Linguæ sanctæ ac ceterarum orientalium Prof. longe famosissimum, Superintend. postea Lubicensis Ditionis longe celeberrimum, sub cujus præsidio anno 1670. d. 13. Apr. disputationem conscripsit ac habuit ex Philologia Sacra, in qua *Illustrium quæstionum Biblico-Philologicarum Septenarium cum coronide Rituum quorundam Ebræorum Trigam* proposuit ex antiquitate Judaica perdocte enodavit. Subsidiis itaque illis ad Academica studia confirmanda perneccessariis partim ob mortem parentum partim vero ob vitrici sui M. *Johannis Detardingii* B. Parentis in Pastoratu Petrino Raceburgi Successoris in Divisione hæreditatis exhibitam fraudem, bonorumque suorum a tutoribus suis peractam malam administrationem propterea nunc destitutus, reditum in patriam hinc meditari coactus, mense Julio 1670. Wittebergam reliquit atque in transitu Lipsiam ac Jenam Academias Saxoniæ etiam percelebres visit, rectoque itinere mense Augusto Razeburgum ad Avunculum suum *Nicolaum Mejerum*, J. U. L. atque in Regimine Ducatus ibid. infer. Saxon. Advocatum pervenit, sicque mense Octobr. alteram suam, in qua educatus ac formatus iterum repetiit Patriam Lubicam, ubi se ad matris suæ ex sorore affinem Dn. *Johannem Hessum*, Notar. Cæsar. Publ. & Cæsariæ Reip. Lubic. adjunctum, recepit, unde non diu post Civis ac mercatoris Lubicensis præcipui *Bernhardi Vetten* Liberorum ipsius Informator domesticus constitutus, a quo & per totum illud quenquennium, quo in Domo ejus vixit, multis innumeris ac plus quam paternis beneficiis mactatus fuit, interea temporis ex B. sui Parentis olim Præceptoris fidelissimi *Johannis Nicolai* Pastoris Petrini, nec non affinis sui plus quam filiali amore ac honore per omnem vitam suam observantissimi M. *Bernhardi Krechtingii* Pastoris postea Mariani & Rev. Ministerii Lubicens. Senioris gravissimi Avunculi mei magni, instinctu, concionando sæpius se exercuit, ac ultra centum & quinquaginta Sermones sacros ad populum publice habuit, donec tandem unanimo voto atque consensu eorum, quibus cura atque inspectio Ecclesiæ Oppidi *Travemundani* commissa est, d. 6. Apr. anno 1676. annum ætatis agens trigesimum, *ejusdem oppidi Ecclesiæ Minister S. Diaconus* electus ac confirmatus fuerit; quo eodem anno die 20. Aug. matrimonio sibi junxit *Elsaben* Pastoris olim Travenmundensis M. *Hermann. Reuteri* relictam filiam, quam tandem nuptiis Lubicæ in ædibus Pastoris *Krechtingii* Sponsæ Avunculi & Educatoris beneficentissimi, d. 4. Dec. eod. anno celebratis, domum duxit, atque ex ea suscepit tres Filios, *Bernhardum*, vix triennem die 14. Dec. 1680. in infantia ex variolis iterum demortuum; me *Johannem* Med. D. & *Lucam Hermannum* veteranum Ministerii Candidatum, unamque filiam *Annam Veronicam* nunc Pastori Retschovienſi in Ducatu

Ducatu Meclenburgenſi M. *Jacobo Dakendorff* conjugii vinculo ſociatam. Vir præterea Parens meus dilectiſſimus fuit antiqua virtute & fide; vitam egit ſine labe, caſtam ſobriam, laborioſam & tranquillam, qui ſanctitate & integritate vitæ conjuncta cum doctrinæ Evangelicæ puritate, omnibus prælucere ſtuduit, neque eorum omnium, quæ in Epiſcopo requirit S. *Paulus* a ſe unquam deſiderari paſſus eſt, quibus in ultimis quoque vitæ ſuæ terminis ſemper ſe B. Vir erexit: *Se nempe nihil eorum, quantum in ipſo fuerit in toto ſuo officio Eccleſiaſtico intermiſiſſe, quod ad emendationem & utilitatem animarum ſuæ curæ concreditarum unquam facere potuerit, hocce etiam placida morte confirmaturum.* Ceterum Parens noſter longe deſideratiſſimus, tenerrimæ ſemper quoad vixit, per totam vitam ſuam valetudinis fuit, hypochondriaco malo, morbo concionatorum a magno illo Jenenſium Medico *Georgio Wolffgango Wedelio* Præceptore olim meo poſt buſta colendiſſimo, jure meritoque dicto, a prima pueritia obnoxius, Cephalæa item graviſſima ac calculo laboravit, nec fere annus ipſi in vita præteriit, in quo tam in vere quam autumno paroxyſmos ſat graviſſimos ac fere lethales febrium tam ardentium quam intermittentium, quotidianarum tertianarum & quartanarum per multas hebdomades ſuſtinere debuerit, ſuis hanc ſæpius confeſſus eſt: *Se ne unius quidem diei per omnem vitam recordari, quo non fuiſſet corporis dolens.* Nihilominus tamen tot & tantas corporis ſui ægritudines æquo ſemper animo ac Chriſtiana patientia ſuſtinuit & pertulit, immo ſi quando per annum non decubuit, (id quod vix per novem continuos annos ipſi in vita ejus virili contigiſſe recordor) toties ſub novi anni auſpicium Matri ac nobis ſuis liberis multo cum gemitu & lacrymis palam confeſſus eſt credere ſe Deum non amplius habere ſibi propitium, eo quod in præterito anno eum non denuo viſitaverit ſua cruce, ipſi morbum conſuetum immiſſerit. Interim vero ægerrimo quamvis corpore tamen quoad potuit officium ſuum Eccleſiaſticum diligenter obiit, ac in labore requiem ſuam quæſivit; vacuum namque ab officio ſuo Miniſteriali ſacro tempus vel patruelem ſuum *Matthæum Diethericum Bacmeiſterum*, Medicinæ poſtea Doctorem & Practicum Lubicenſem haud incelebrem (quem ab anno XII ad XIX. ætatis ſuæ, quo Academiam noſtram Tubingenſe cum fructu viſitare potuit ſecum habuit ac in bonis artibus & linguis probe inſtituit) poſtea & mihi pariter informando, vel hiſtoriæ literariæ etiam impendit; ſiquidem magno labore & diligentia a qua nec ægrotus ſibi temperabat, contexere incepit præſentem hanc quam nunc penitus Deo feliciter annuente abſolvere intendo, Academiæ Rozſtoch. hiſtoriam, nec non *Mareſchalci Thurii Annales Herulorum ac Vandalorum cum continuatione & tabulis genealogicis ad hodiernum Ducem Meclenburg. productos.* Quos annales ego nunc tandem jam ante annum ad finem feliciter perduxi, atque cum aliis ad res Meclenburgicas pertinentibus Scriptis, doctiſſimo non minus quam ſagaciſſimo Rerum patriarum indagatori, celeb. *Weſtphalo* typis inprimere curandos Kilonium transmiſi. Præterea etiam B. meus genitor conſcripſit ac Lubicæ in IV. edidit Epiſtolam ſub titulo: *Septuplex Corona Senectutis; occaſione Jubilæi Nuptialis Reverenda Dignitate, pietate, eruditione, auctoritate, longoque rerum uſu clariſſimi Viri Dn.* M. BERNHARDI KRECHTINGII ad *D. Mariæ in inclyta Lubeca Paſtoris meritiſſimi, Aſſeſſoris Conſiſtorii graviſſ. & Miniſterii Senioris ſpectatiſſimi*, Dn. *Affinis & in Chriſto Patris filiali obſervantia colendi, nexa, pietatis ergo* a Sebaſtiano Bacmeiſtero, *Eccleſiæ ad Oſtium Travæ Verbi divini Miniſtro & anno* CIↃIↃCC. *29. Apr. oblata.* Ultimum tandem B. Viri vitæ exitum quod concernit, per biennium fere, antequam pie deceſſerit, præter anorexiam incorrigibilem, vomitionibus creberrimis matutinis, hæmorrhagiis graviſſimis ſæpius recurrentibus, caloribus ac ſudoribus copioſis colligrativis præſertim nocturnis, ita excruciatus fuit, ut lecto hinc per totum ſemeſtre ſpatium continue affixus, accedente tandem cachexia Scorbutica cum aſthmate Hypochondriaco, vitæ ſuæ die noctis tandem ingreſſum ſæpius anhelaſſet, ea tandem & vita ipſius termino ſimul ingruente a me adhuc Dicti *Jobi cap. XIX.* Scio quod Redemtor meus vivit &c. admonitus, ad quod hilari fronte & voce obtuſa atque languenti reſpondit: *Immo ſcio quod Redemtor meus vivit.* Ego aut. an huic ſuo Redemtori etiam conſtanti fide inhærere velit? regererem; in hac ſententia jam dudum permanſi, clara & concitata voce dixit. Atque ſic porrectis Uxori ſuæ manibus jam rigidis ad ſublevandum ſibi caput atque in ejus amplexibus moreretur ſe ſomno indulgere velle innuens, nobis omnibus valedixit, quo facto caput ſuum inclinans, id quod ſemper in vita a Deo precatus erat, placida atque quieta morte in Jeſu Redemtore ſuo qu. obdormiit, intra horam octavam & novam noctis die 4. Maji 1704. cum vixiſſet annos LIIX demptis XII. hebdomadibus, Miniſterii autem Eccleſiaſtici XXIX. dies XII. Huic demortuo Viro Collega ipſius conjunctiſſimus *Henricus Eſcher* ſequens Epitaphium ſcripſit:

BACMEISTERORUM *proles, caſtiſſima morum Regula, amor Jeſu, melioris formaque Scli,*
NATHANAEL *quidem ſincera dexteritate* (α)
(α) Joh. I. v. 47.
THARSENSIS *ſtudio cunctis prodeſſeque Paulus* (β)
(β) 1. Cor. IX. 22.
ADVERSA & RARA *tolerans patientia* HIOBUS (γ)
(γ) Jac. V. v. 11.
Conditur in tumulo hoc refluentis ad OSTIA TRAVÆ.
Forſam & in FRATRE HOC PATER HAUD PECCAVIT ADAMUS. (δ)
Pax hic, integritas, dum ſancta modeſtia dormit, Non turba hos cineres, vixasque vitaque Viator.

(δ) ALBXANDER ALENSIS ac BONAVENTURA dicere ſolitus: *In hoc fratre Adamus non videtur peccaſſe.* Vid. Dieter. Anal. Evangel. Dom. Judica Obſervat. 2. partis 1. p. 674. Sed redeo iterum ad Academica atque adhuc de Rectoribus Academiæ Rozſtoch. annoto, eod. ſcil. anno 1665. die Dionyſii 1. IX. Octobr. per ſemeſtre hybernum Rectorem electum fuiſſe HENRICUM MÜLLE-

CXXX. Henr. Müller.

MÜLLERUM, S. Theol. D. & Prof. Paſtor. Marianum qui XXXI. inſcripſit, quo Rectore Kilonii in Holſatia Academia a Sereniſſ. Holſatiæ Duce *Chriſtiano Alberto* magna ſolennitate magnisque ſumtibus erecta & introducta fuit, uti ſuo tempore dicam. Anno ſequente CIↃIↃCLXVI. die Tiburtii ſolenniter Rector Univerſitatis per ſemeſtre æſtivum iterum renunciatus eſt HENRICUS RUDOLPHUS REDEKER, J. U. D. Prof. Ducal. & Conſiſtorii Aſſeſſor. Manſit autem hic *Redekerus* Rector Academiæ non ſolum per totum hunc annum ſed etiam ſequente anno CIↃIↃCLXVII. per ſemeſtre æſtivum, atque in tribus his Rectoratibus ſuis inſcripſit CXCV. Cauſa vero cur *Redekero* Rectoratus tam diu fuerit continuatus, hæc fuiſſe ſcribitur, quia *Lembkius* hujus quidem anni die Dionyſii novus quidem Academiæ Rector hybernus electus erat; aſt cum non ſolum Prof. Juris in Academia ſed & Syndicus Reip. Roſtoch. ſimul fuerit, & conditio Electioni adjecta erat, ne durante Rectoratu conſuetum occuparet locum, nihilominus ille Rector electus in Curia tamen contra mandatum Concilii, conſuetum occupare volebat locum: Hinc prælongatus fuit Rectoratus, & per totum ſemeſtre hybernum Rector manſit ſupra laudatus *Redekerus*.

CXXXI. Henr. Rud. Redeker.

CXXXII. Idem.

Anno autem CIↃIↃCLXVII. die Tiburtii Rector quidem Univerſitatis nominatus eſt HENRICUS DRINGENBERG, Philoſ. Opponente autem ſe Ampliſſ. Collegio Senatorio, quod permittere nolebat, ut Rector Ducalis ſequeretur Ducalem; hinc Rectoratus per ſemeſtre hoc æſtivum *Redekero* denuo fuit continuatus: Eo autem tempore præterlapſo per inſtans ſemeſtre hybernum anno CIↃIↃCLXVII. die 9. Octobr. concordibus Dominorum Aſſeſſorum R. Concilii ſuffragiis electus & mox renunciatus eſt Academiæ Rector GEORGIUS RADOVIUS, J. U. D. & Prof. Senat. ſub cujus regimine Academicorum numero acceſſerunt XXIIX. Sequenti anno CIↃIↃCLXIIX. die 14. Apr. Rector iterum æſtivalis renunciatus eſt HENRICUS DRINGENBERG, Hebr. & Cathech. Chriſtianæ Prof. Ducal. Ordin. & inſcripſit LV. Quo Rectore *Joh. Bernh. Zinzerling* J. U. D. & Poeſ. Prof. Ord. ante annum die 1. Aug. Profeſſorio ordini aſſociatus, *Faſtos Rectorales Laciburgicos* edidit. Eodem anno Rectoratum hybernum die 9. Oct. accepit JOH. JACOBUS DÖBELIUS, Med. D. & Poliater Roſtoch. qui in matriculam retulit XXVI. Hunc anno CIↃIↃCLXIX. excepit, cui per ſemeſtre æſtivum Sceptra Academiæ die 14. Apr. concredita fuerunt AUGUSTUS VARENIUS, S. Theol. D. Prof. Ducal. & Conſiſtorii Aſſeſſor, qui notavit in matricula LVI. nomina. Eodem vero anno per ſequens ſemeſtre hybernum die 9. Octobr. electus & 26. ejusd. publice introductus eſt Univerſitatis Rector JOH. QUISTORPIUS, Theol. D. Prof. Senat. & Paſtor Dominicæ, qui autem durante hoc Rectoratu, in flore ætatis annum agens XLIII. die 24. Decembr. mortuus, cujus exanimæ corpus ſolenniter d. 4. Jan. 1670. anno terræ fuit demandatum; in cujus locum die 26. Decembr. dicti anni conſtitutus eſt Rector Academiæ HENRICUS MÜLLERUS Theol. D. & Prof. Senat. ac Paſtor Marianus. Numerus omnium inſcriptorum fuit XXIX.

CXXXIII. Idem.

CXXXIV. Georg. Radovius.

CXXXV. Henr. Dringenberg.

CXXXVI. Joh. Jac. Döbelius.

CXXXVII. Aug. Varenius.

CXXXIIX. Joh. Quiſtorpius.

§. 26. Pergo ad annum CIↃIↃCLXX. quo die 14. Apr. Sceptra Academica per ſemeſtre æſtivum gerenda oblata fuerunt tertia quidem vice ALBERTO WILLEBRAND, J. U. D. & Prof. Ducal. ordinario & inſcripſit XLIII. Eod. autem anno die Dionyſii regimen Academicum ſemeſtris hyberni accepit GEORGIUS RADOVIUS, J. U. D. & Prof. Senat. & matriculæ inſeruit XLV. nomina. Sub cujus Rectoratu ſuppellectili argenteæ Academicæ ex Legato Viri quondam Nobiliſſimi, Conſultiſſimi atque prudentiſſimi Dn. *Johannis Petræi*, Conſulis hujus Reipl. Senior. dexterrimi, *Poculum* & *Salillum* in & extrinſecus inauratum acceſſit cum inſcriptione: H. *Johannes Petræus Cos. Reipubl. Rozſtoch. Senior* Anno 1670. Sequenti anno CIↃIↃCLXXI. ipſo die Tiburtii 14. Apr. electus & 2. Maji introductus eſt Rector Academiæ æſtivalis JOH. BACMEISTERUS M. D. ejus & Super. Mathem. Prof. Ducal. ac Facultatis Senior. Numerus inſcriptorum fuit CXXIII. Renunciationi autem novi Rectoris interfuit Sereniſſ. Princeps ac Dominus Dn. *Johannes Georgius*, Dux Megapolitanus Grabovienſis, permanſit etiam Sereniſſimus ad finem Actus hujus in Auditorio, ac poſtea in ædibus Rectoris Convivio Rectorali etiam intereſſe clementiſſime voluit, ibidemque ad horam VI. veſpertinam cum Dn. Profeſſoribus præſentibus tempus gratioſiſſimis colloquiis tranſegit. Eod. autem an. d. 9. Oct. per inſtans ſemeſtre hybernum Rector Academiæ declaratus eſt M. HERMANNUS BECKER, Mathem. Infer. Prof. Ordin. Senat. ac paſtor Jacobæus, qui in matriculam Academicam retulit XXXIIX. Succeſſit in Rectoratu æſtivali anno CIↃIↃCLXXII. die 14. Apr. AUGUSTUS VARENIUS, S. Theol. D. & Prof. Ducal. qui notavit Cives Academicos LXXXIX. Dicto anno per ſemeſtre hybernum in Academia regimen tenuit MICHAEL COBABUS, S. Theol. D. & Prof. Senat. Inſcriptorum numerus fuit CXIX. Anno CIↃIↃCLXXIII. die Tiburtii communi ſuffragio Univerſitatis Rector æſtivalis iterum electus eſt HENRICUS RUDOLPHUS REDEKER, J. U. D. & Prof. Ducal. quia autem in Comitiis Circularibus ut Conſiliarius intimus Sereniſſ. Ducis Meclenb. Suerinenſ. Dn. *Chriſtiani Ludovici* occupatus fuit, die tandem XVII. Jul. publice Rector renunciatus fuit & inſcripſit XLIX. Poſtea eodem anno die Dionyſii, communi Rev. Concilii Academici ſuffragio electus, ſed propter abſentiam Magnif. Dn. Rectoris decedentis, die tandem 25. Nov. publice ſolemni ritu renunciatus eſt Rector Academiæ hybernalis GEORGIUS RADOVIUS, J. U. D. & Prof. Senat. & notavit cives ſub ejus regimine noviter adventantes XL. Addo adhuc ſequentis anni CIↃIↃCLXXIV. Rectores Academiæ Magnificos, quorum per inſtans ſemeſtre æſtivum Rector Academiæ die Tiburtii electus fuit M. FRANCISCUS WOLFIUS, Stralſund. Logic. Prof. Duc. Ordin. & novi tunc Cives Academiæ facti ſunt CIV. Per ſemeſtre autem æſtivum eodem anno die 9. Octobr. Academiæ Rector declaratus fuit JOH. JACOBUS DÖBELIUS, Med. D. Prof. Senat.

CXXXIX. Alb. Willebrand.

CXL. Georg. Radovius.

CXLI. Joh. Bacmeiſterus.

CXLII. Hermannus Becker.

CXLIII. Aug. Varenius.

CXLIV. Mich. Cobabus.

CXLV. Henr. Rud. Redeker.

CXLVI Geo Radovius.

CXLVII. Franc. Wolfius.

CXLIIX. Joh. Jac. Döbelio.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Senat. & Poliater, qui inſcripſit CXVIII. Eo autem adhuc Rectore die 3. Apr. Anni ſeq. 1675. in ipſa nocte Dominicæ Paſchatos ex famoſa *Andreæ Riſeneri* Dantiſcani Theol. Studioſi cauſa excitatæ ſunt turbæ atque tumultus non levis, Senatus namque Urbis Rozſtochii Magnificus & Ampliſſimus cum compos iterum hujus Studioſi, (qui e carcere urbis clam evaſerat, atque aſylum ſuum in Rectoris vicini ædibus quæſiverat) fieri haud poſſet, accedente & mandato Ducis Guſtrovienſis Sereniſſimi, ut delinquentem traderent, primum vigiles publicos ad ædes Rectoris hujus Magnifici conſtituit; deinde etiam quosdam ex militibus præſidiariis iis adjunxit, qui cum traditionem hujus Studioſi fruſtra exposcerent, hora hinc octava veſpertina ſigno tympano dato, cives convocati ſunt, qui armati, diſtincti in tres centuriatus, in foro prope ædes Rectoris apparuere, fores effregere, privilegia Imperialia iis appenſa ſcidere, ſceptrum alterum Academicum fregere, tabulatum cædere, ſtudioſum abſconditum in ædibus Rectoris anquiſivere, ac inventum captivum ſecum abduxere, ſicuti totam hanc rei geſtæ hiſtoriam, jam ſupra *Lib. I. hujus hiſtoriæ C. V. §. 23.* pluribus adduxi & inſerui, ex quo reliqua huc pertinentia petantur.

§. 27. Anno CIↃIↃCLXXV. die Tiburtii in locum deficientis Theologi Suerinenſis electus quidem iterum Academiæ per inſtans ſemeſtre æſtivum Rector fuit HENRICUS RUDOLPHUS REDEKER, J. U. D. & Prof. Duc. Veruntamen illius renunciatio ob motus propter fractum ſceptrum nondum compoſitos dilata fuit in usque diem 18. Sept. quo die in Loco Concilii ſine ulteriori ſolennitate (quod etiam ad reparationem usque ſceptrorum ita continuatum fuit) per Pro-Rectorem D. *Cobabum* (Rector enim ordinarius decedens D. *Döbelius* ab officio jam remotus, & ex Concilio ſimul ob certas rationes, forte ob diſſenſus in Rectoratu ejus propter *Riſenerum* Studioſum Conterraneum ſuum inter Senatum Urbis & Academicum exortos, excluſus erat) inſignia Rectoralia tradita ſunt electo Rectori qui XXXIII. inſcripſit. Sub cujus Rectoratu *Henricus Muller*, Theol. D. Prof. & Superint. Rozſtoch. longe celeberrimus die 23. Septembr. pie obiit. Eod. anno per ſemeſtre hybernum ſtatuto tempore Rector quidem Academiæ in loco Concilii iterum denominatus fuit MICHAEL COBABUS, S. Theol. D. & Prof. Senat. qui tamen a Rectoratu hoc ſuo a Concilio Academico ob certas rationes ſuſpenſus, ejusque loco Pro-Rector conſtitutus fuit GEORGIUS RADOVIUS, J. U. D. & Prof. Senat. & inſcripſit ſaltem VI. cives. Sequenti anno CIↃIↃCLXXVI. menſe Apr. HENRICUS RUDOLPHUS REDEKER, JCtus & Conſiliarius Ducalis intimus, munus Rectorale iterum privatim in loco Concilii Academici accepit, & in Matriculam retulit XXVII. Eod. anno menſe Octobr. die quidem Dionyſii per ſemeſtre hybernum electus & in loco Concilii renunciatus eſt Academiæ Rector JACOBUS LEMBKE, J. U. D. & Prof. Senat. Sub cujus regimine in matriculam recepti ſunt XXI. *Lembkenium* in Rectoratu æſtivali ſequenti anno CIↃIↃCLXXVII. excepit JOH. BACMEISTER, Med. D. Profeſſ. & ſuperior. Mathem. Prof. ſimul ordin. Duc. qui die Tiburtii electus & paulo poſt in loco R. Concilii præſente Senatu Academico ob defectum adhuc Sceptrorum privatim Rector renunciatus eſt. Numerus inſcriptorum tunc fuit XXXIX. Durante vero hujus regimine die 11. Aug. circa IX. matutinam, die Sabbathi, ex piſtoris cujusdam *Joachim Schützen* ædibus *in der alten Schmiede-Straſſen* uti vocant, non procul a templo Nicolaitano tertia & quidem præcipua pars Urbis Rozſtochii ultra 800. domus ignis flamma conſumta eſt. Et quidem iſta flamma ignis tantas mox ceperat vires, ut non tantum vicinas correperit miſere domos, ſed citiſſimo inſuper curſu *Veterem Urbem* pervagata ferme totam. Quin ad *Novam* quoque pergens feſtinatione, ejusdem principes partes ampliſſimas celeberrimasque domus, plateas inſuper ipſas flebili exemplo delevit, ut hodie vix dimidia urbis antiquiſſimæ pars ſuperſtitere, & quæ quondam fuerit ornatiſſima nunc fœdum facta ſpectaculum, inque lapidum converſa congeriem videatur. Qua etiam terribili flamma ipſius Rectoris Domus exuſta fuit, quæ ſane magnifice ex lapidibus fere quadratis duplici faſtigio lapideisque ſtatuis inauratis eleganter ubique exornata erat exſtructa, non procul a vallo Arcis *dem Burgwalle* ſita, avo ſuo materno *Johanni Kellermanno* Coſ. quondam Rozſtoch. olim propria. Ita etiam univerſa Rectoris domeſtica non ſolum ſuppellex aurea, argentea, ænea, ſtannea, lignea, ſed & pretioſiſſima ipſius ampliſſima ac inſtructiſſima Bibliotheca 4000. Librorum igne conſumta eſt. Omnia duorum dierum duarumque noctium intervallo igne periere, ad usque diem 13. Auguſti, quo divina ope ac Sereniſſ. Ducis *Guſtavi Adolphi* extinctum fuit hoc graviſſimum incendium, & quidem octiduum ante, quam Hieroſolymis mortalium conſervator cladem immo totalem interitum in ordinario Evangelio ſubſequenti die Solis proponendo vaticinatus eſt, teſte B. *Quiſtorpio* in *programmate Seculi XVII. memorabilia Academiæ Rectorum ſerie enarrante.* Legatur hiſtoria Incendii in M. *Remberti Sandhagens beſtraffter Haußhaltung der Stadt Roſtock.* Eod. aut. anno die Dionyſii poſt *Bacmeiſterum* Rector hybernalis deſignatus, & mox privatim in Loco Concilii renunciatus fuit M. JOH. MANZEL, Græcæ Linguæ Prof. Ordin. Senat. qui notavit XIII. nomina novellorum civium; multo enim milite præſidiario Rozſtochium aliquot annis erat repletum, cui malo proh! accedebat ingens incendium, quæ cauſa, ut tam pauci ſtudioſi Rozſtochium migrarent. Sequenti anno CIↃIↃCLXXIIX. menſe Apr. die quidem Tiburtii legitime iterum electus, & gubernaculo Academico mox admotus eſt AUGUSTUS VARENIUS, S. Theol. D. & Prof. ac Facult. Senior, qui in matriculam retulit XXIIX. Huic autem *Varenio* eod. anno per inſtans ſemeſtre hybernum menſe Octobr. Rector extra ordinem pro D. *Cobabo* a Concilio excluſo, ſucceſſit HERMANNUS BECKER, Mathem. infer. Prof. Senat. & Paſtor Jacobæus, quo Rectore numerus Inſcriptorum fuit XX. Anno denique

CXLIX. Henr Rud. Redeker.

CL. Mich. Cobabus.

CLI. Henr. Rud. Redeker.

CLII. Jac. Lembke.

CLIII. Joh. Bacmeiſter.

CLIV. Manzel.

CLV. Aug. Varenius.

CLVI. Herm. Becker.


ad T. III p. 1296.



Franciscus Wolffius
S.S. Th. et Phil. D. nat. Stralsf. 1644. d. 13. Oct. Logic. Profess.
Ducalis Rostoch. ab A. 1672. - 1677. de hinc S.S. Theol. D.D.
Senatorius, ad D. Mariæ Pastor et Ministerii Rostoch.
Director ab A. 1697. Hamburgi ad diem Nov. 2. Pastor Ministerii Subsenior et Scholarcha. † Hamb. A. 1706. d. 24. Junij.

J. M. Bernigeroth. fc.

Q q.



nique CIↃIↃCLXXIX. justo tempore per semestre æstivum Rector Academiæ ultima vice electus est HENRICUS RUDOLPHUS REDEKER, J. U. D. & Profess. Ducal. Facult. Jurid. Senior & adhuc in loco Concilii propter Sceptrorum Defectum renunciatus est, ac inscripsit XLVI. Sub hujus autem Rectoratu Sereniss. Princeps ac Dominus Dn. *Christianus Ludovicus*, Dux Meclenb. Suerinensis Academiæ Patronus & Cancellarius Magnificentissimus Sceptra illa Academica ipsa Dominica Paschæ nocte in Aedibus t. t. Academiæ Rectoris D. Dobelii anno 1675. fracta suis sumtibus reparata Academiæ Rectori *Redekero* nostro iterum restitui jussit. Eod. etiam anno Mens. Febr. obiit M. *Lucas Bacmeisterus* S. S. Theol. Prof. Ordinarius; Mense autem Augusto placide in Domino obdormivit *Zacharias Grapius*, S. S. Theol. D. primum Logic. Prof. dein Pastor Catharinianus, tum Pastor Petrinus, ac Phys. & Metaph. Prof. tandem Theol. Profess. Ducalis designatus, & Superintend. Districtus Meclenburg. Sed addo adhuc hujus anni per semestre hybernum Academiæ Rectorem, GEORGIUM RADOVIUM, J. U. D. & Profess. Senat. Hic primus fuit, qui ob reparata & restituta iterum Sceptra Academica, quod per quadriennium tunc nemini contigerat, publice solenniterque prævia Legum Academicarum Prælectione in Auditorio Majori, iterum Rector Academiæ renunciatus est; & Cives Matriculæ Academiæ tunc inseruit XXXI.

CLVII. Henr. Jud. Redeker.

CLIX. Georg Radovius.

§ 28. Progredimur nunc ad annum CIↃIↃCLXXX. cujus per semestre æstivum Mense Apr. solenniter Rector Academiæ declaratus fuit HENRICUS DRINGENBERGIUS, Hebraæ Linguæ & Catech. Christianæ Prof. Ducal. Ordin. sub cujus Rectoratu Matriculæ adscripti sunt CXI. Eod. dein Anno Mense Octobr. extra ordinem in locum Medici Senatoris *Joh. Jacobi Doebelii* ex Concilio, ut jam supra dixi, exclusi consentientibus Dnn. Assessorum R. Concilii votis suffragiisque Rector Academiæ per semestre hybernum iterum renunciatus fuit GEORGIUS RADOVIUS, J. U. D. & Prof. Senat. & LXXI. inscriptos annotavit. Sub cujus Regimine Academico die 23. Decembr. hoc anno, vivorum in his terris numero exemptus est Excellent. JCtus & Facult. suæ Senior, itemque Sereniss. Ducis Meclenburgici Sverinensis Consiliarius intimus & Consistorii Assessor Dn. D. *Henricus Rudolphus Redekerus*, & præsente Principis Legato in Templo Mariano d. 17. Febr. an. 1681. honorifice sepultus est. In cujus honorem & memoriam altero post Sepulturam die in Auditorio majori orationem Panegyricam doctam non minus quam elegantem recitavit M. *Gottlieb Fridericus Seligmann*, Philos. & Metaph. Prof. P. celeberrimus & ad D. Jacobi Rozstochii Archi-Diaconus longe meritissimus. Ita quoque hoc anno die quidem 13. Sept. a Duce Sverinensi Meclenburgico *Christiano Ludovico*, *Justus Christoph. Schomerus* Lubic. B. mei Genitoris æqualis, & a teneris annis amicus conjunctissimus Prof. Theol. Ordin. & post triennium etiam Superintendens Ecclesiarum in Districtu Meclenburg. constitutus fuit, qui etiam eod. anno die 26. Octobr. in *Doctorem Theologiæ* creatus fuit. *Jubilæum* quoque ob publicatam F. C. in Academia celebratum fuit. Sequenti anno CIↃIↃCLXXXI. ipso die Tiburtii electus & paulo post solenni ceremonia ultimo introductus fuit Rector Academiæ æstivalis AUGUSTUS VARENIUS. S. Theol D. & totius Academiæ Senior, qui in matriculam Academicam retulit XCIII. Quo Rectore mense Julio Rector & Senatus Academiæ *Edictum* contra *Duellantes* promulgavit. Eod. ao. die Dionysii per hyemem Rector nominatus fuit FRANCISCUS WOLF, S. Theol. D. Prof. Senat. & pastor ad D. Virginem qui d. 27. Oct. more rituque recepto introductus fuit, a quo in matricula Academica notati sunt XLII. *Wolfio* in Rectoratu per instans semestre æstivum anno CIↃIↃCLXXXII. successit ANDREAS AMSELIUS, J. U. D. & Prof. qui cum provincialibus Comitiis ceu Legatus Principis interesset, ipsius interea Pro-Rector constitutus fuit *Johannes Bacmeisterus* Medicus Ducalis, quo tempore etiam coepta fuit *Reparatio Auditorii majoris* per amplissimum Urbis Senatum, & interea temporis omnes Actus publici in Templo Johannæo, tanquam Auditorii majoris loco vicario, celebrati fuerunt, in quo etiam post reditum ex Comitiis Provincialibus novus Academiæ Rector *Amselius* introductus fuit; sub cujus dein præsidio Illustriss. Comites Dn. ADAMUS LUDOVICUS & GUSTAVUS FRIDERICUS, de Lowenhaupt Fratres Comites de Rasenburg & Falckenstein Liberi Barones de Reippolzkirch, Græfens & Wienberg, Domini in Calmirenburg, Boserust & Charlottenburg &c. Sueci, qui anno 1680. Rectore *Dringenbergio* in matriculam inscripti, publice in Templo Johannæo, ceu Auditorii Vicario, Disputationes proprio Marte eleganter conscriptas habuerunt, ac cum magno frequentissimi Auditorii applausu expeditissimam defenderunt. Numerus autem sub hoc Rectoratu inscriptorum fuit LXX. Eodem iterum anno per semestre hybernum Rector solenniter in templo adhuc Johannæo constitutus fuit JACOBUS LEMBKE, J. U. D. & Prof. Senat. qui XLIX. inscripsit. Sub cujus adhuc Regimine Auditorium Majus ab amplissimo Senatu Urbano, Academiæ Compatrono Magnifico splendide reparatum, solenni pompa, habita oratione, interprete Viro Excellentiss. Dn. *Gottlob Friedrich Seligmann*, Phys. & Metaph. Prof. P. & ad D. Jacobi Archi-Diacono, accedentibus concentibus Musicis, inauguratum fuit. Hic *Lembkenius* postea sequenti anno CIↃIↃCLXXXIII. justo tempore legitime per sequens semestre æstivum Rectorem Academiæ JOHANNEM BACMEISTERUM, Med. D. & Prof. Ducal. suæque Facultatis Seniorem more rituque consueto in restaurato & jam inaugurato Auditorio Majori introduxit ac sceptra Academiæ solenniter concredidit, qui Rector Album Matriculæ novorum Universitatis Civium L. nominibus auxit. Sub cujus Rectoratu ex concluso Concilii Academici Domini Seniores IV. Facultatum, secundum ordinem Facultatum, in noviter inaugurato Auditorio Disputationes solennes, intermissis concentibus harmonicis habuerunt, uti jam *Lib. I. C. V. §. 27.* pluribus

CLXI. Aug. Varenius.

CLXII. Franc. Wolf.

CLXIII. Andr. Amselius.

CLXIV. Jac. Lembke.

CLXV. Joh. Bacmeister.

CLX. Georg. Radovius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pluribus adductum fuit. Eod. aut. anno per
semestre hybernum mense Octobr Sceptra Aca-
CLXVI. GottlobFrid Seeligmann. demica cum Regimine data sunt M. GOTTLOB FRIDERICO SELIGMANN, Phys. & Metaph. Prof. Senat. ac Archi-Diacono Jacobæo, qui in Matriculam retulit XL. Sub hujus adhuc Rectoratu nocte ante Dominicam Judica, die 15. Mart. anno 1684. vitam cum morte commutavit, Vir vere Augustus & maxime Venerandus Dn. *Augustus Varenius*, Theologus eminentissimus, & ad miraculum usque doctus, per XLI. annos Profess. Ducal. ac totius Academiæ Senior gravissimus, in cujus funere singulari exemplo Concio funebris a *Justo Christoph. Schomero* Superint. Meclenburg. habita est, unde multæ turbæ ortæ sunt, nam Conciones funebres paucis abhinc annis plane erant abrogatæ. Ita etiam honori ejus ultimo d. 22. Apr. Carmine heroico parentavit Excellent. Poeta, hujus Artis Prof. Publ. M. *Enochus Svantenius*. Sceptra interim Academica, a quo illa anno præterito acceperat, anno nunc sequenti CIↃIↃCLXXXIV. per semestre æstivum gerenda mense Apr. Rector decedens *Seligmannus* iterum reddidit Patruo meo
CLXVII. JohannBacmeister. magno D. JOH. BACMEISTERO, Med. D. & Prof. Duc. Facultatisque suæ Seniori, loco Theologi Ducalis B. vid. *Varenii* modo extincti, & notavit in matricula LV. Dicto vero anno per semestre hybernum solenniter declaratus est Re-
CLXVIII. Franc. Wolfius. ctor Academiæ Magnificus Dn. FRANCISCUS WOLFIUS, S. Theol. D. & Prof. Senat. ac Past. ad D. Virgin. Sub cujus regimine Civitati Academicæ nomina sua dederunt XXXI. *Wolfio* in Rectoratu per semestre æstivum anno CIↃIↃCLXXXV. gerendum ipso die Tiburtii electioni Academiæ
CLXIX. Christophorus Redeker. Rectoris per statuta Academica vetera ac nova sacro, successit CHRISTOPHORUS REDEKER, J. U. D. & Prof. Ducal. sub cujus Magistratu Academico Catalogo civium inserti fuere LXXIII. & inter hos *Daniel Paridom Kramer*, Hamburg. qui anno 1688. d. 18. Mart. Lugduni Batavorum Med. D. creatus fuit, Praxinque Medicam in Urbe Patria per multos annos cum laude exercuit: Hic etiam anno 1698. d. 28. Mart. a Serenissf. Duce tunc Regente Würtembergico *Eberhardo Ludovico* nec non a Duce Bado-Badensi Consiliarius & circuli inferioris Saxoniæ Referendarius declaratus fuit. Uxorem duxit *Dorotheam Magdalenam*, Filiam Patrui nostri Magni *Johannis Bacmeisteri*, Medicinæ jam adducti Professoris Rozstoch. longe celeberrimi, quam ante aliquot annos cum filio unico & duabus filiabus, in viduitate ex febri quandam ardentissima visu privatam reliquit. Durante vero *Redekeri* Rectoratu mense Junio *Andreas Amselius*, JCtus eximius obiit; die vero 24. Augusti famigeratissimus Theologus Dn. *Mich. Siricius* antea in Academia Gissena, postea totum decennium in Acad. Rozstoch. Profess. Theol. & Superint. Circuli Rozstoch. Eodem aut. anno mense Octobr. (quem B. *Quistorpius* in programm. sæpius jam allegato prætermisit) Rector Academiæ per instans semestre hybernum iterum
CLXX. Georgius Radovius. proclamatus fuit GEORGIUS RADOVIUS, J. U. D. & Prof. Senat. qui XXXIII. inscripsit. Quo Rectore Magni JCti *Mævii* Filius d. 4. Decembr. alium quendam Studiosum *Volckmannum*, Filium Verbi Divini Ministri in Utersen prope Hamburgum in duello gladio transfixit. Ita etiam eod. adhuc Rectore anno subsequenti 1686. die 6. Febr. beato obitu ad meliora evocatus est *Michael Cobabus* S. Theol. D. & Profess. Senat. nec non totius Academiæ Senior, Orthodoxiæ Zelota dexterrimus; quem post paucos dies 15. Febr. ad meliora secutus est *Johann Bacmeisterus* Med. D. & Prof. Ducal. ac Facult. suæ Senior longe celeberrimus, Patruus meus Magnus desideratissimus, quo cum simul *Familia Bacmeisteriana*, quæ ultra centum duo & viginti annos in Acad. Rozstoch. floruerat, esse desiit. *Bernardus* interim *Barnstorpsius* Med. D. in locum B. D. *Döbelii* anno 1684. Rectore D. *Bacmeistero* die 6. Jun. cum uxore sua, quæ jam die 4. mens. Jun. obierat demortui, die 28. Jan. *Radovio* adhuc Rectore, Medicinæ Prof. Senat. & Poliater introductus fuit.

§. 29 Anno jam dicto CIↃIↃCLXXXVI. Mens. Apr. per semestre æstivum Rector Acade- CLXXI. C miæ renunciatus fuit M. CHRISTIANUS HIL- stianus Hi TEBRANDUS, Logic. Profess. Ducal. & in matri- brandus. culam retulit XXXIV. Sub cujus regimine Vir quondam excellentissimus, *Georgius Radovius* Collegii Jurid. Senior & Statuum Provincialium Megapol. Syndicus, statim post abdicatum Rectoratum suum, a Magnifico Senatu Lubicensi vocatus Syndicus Urbis, Lubicam emigravit; Factus postea anno 1692. Rever. Capituli Lubicensis Præpositus vitamque cum morte commutavit 1699. die 30. Apr. Idem fecit M. *Enochus Svantenius*, Poes. in Acad. Rozst. P. longe celeberrimus, qui ab eod. Magnif. Senatu Lubicensi Gymnasii designatus ib. Rector, mense Augusto Lubicam abiit. Contra Vir maxime Rev. & Excellentiss. *Gottlob Friederich Seeligmann*, Phys. & Metaph. in Acad. Rozstoch. hactenus Prof. famigeratissimus ac Templi Jacobæi Archi-Diaconus longe fidelissimus, S. S. Theol. item Licentiatus, vocatus ad officium Ecclesiasticum in Templo Nicolaitano Lipsiæ subeundum die VI. Sept. valedixit Academiæ & Ecclesiæ suæ & Lipsiam concessit. Dicto autem anno fasces Academicas mens. Octobr. Rev. Concilii Assessorum unanimibus suffragis accepit per semestre hybernum BERNHARDUS BARNSTORFF, CLXXII. Med. D. Prof. Senat. & Poliater, qui inscripsit Bernh. B XXXVI. Sequenti anno CIↃIↃCLXXXVII. die stoff. Tiburtii legitime electus & 26. Apr. solenniter Universitatis Rector æstivalis renunciatus est JUSTUS CHRISTOPH. SCHOMERUS, S. S. CLXXIII. Theol. D. Profess. Ducal. & Superint. Meclenb. Just. Chri Qui per integrum annum Rector mansit, ac in- stoph. Sch scripsit LXXXII. Sub cujus Rectoratus finem merus. obiit Sereniss. Princeps *Carolus* Ducis Meclenb. CLXXIV. Lineæ Gustroviens. unicus futurus hæres, cui Idem. magnæ spei Principi Academica parentatione die 26. Apr. anno 1688. justa facta sunt. Sub hujus etiam Regimine Academico Mens. Apr. obiere M. *Henricus Dringenberg*, Hebr. Ling. Prof. nec non *Sebastianus Würdig*, Med. D. & Prof. quibus omnes Seniores Professores in Acad. Rozstoch. extincti sunt. Post *Schomerum* ao. CIↃIↃCLXXXIIX. mens. Apr. Rector Academiæ iterum renuncia- CLXXV. tus fuit CHRISTOPHORUS REDEKER, J. U. Christoph D. & Prof. Ducal. cujus etiam Rectoratus per Redeker. integrum

CLXXVI. dem.

integrum annum duravit, & notavit cives LXIV. Anno CIↃIↃCLXXXIX. Tiburtii die Dn. JOHANNES FESTINGIUS, J. U. D. Prof. Ducal. ord. Rector Academ. iterum nominatus fuit, qui per integrum annum iterum Rector manſit; immo etiam ſequenti anno CIↃIↃCXC. per ſemeſtre æſtivum, Sceptra Academica adhuc tenuit, ſicque in his tribus Rectoratibus ſuis inſcripſit CXV. Eod. vero anno per inſtans ſemeſtre hybernum, die Dionyſii, conſentientibus Rev. Concilii Dnn. Aſſeſſorum votis, extra ordinem ob cauſam Theologicam nondum compoſitam, electus & mox ſolenniter renunciatus eſt Academiæ Rector, M. GODOFREDUS WEISS, Græcæ Ling. Prof. & Eccleſiaſtes Nicolaitanus, ſub cujus regimine Matriculæ adſcripti ſunt XXIV.

CLXXVII. oh. Feſtinius.

CLXXIIX. dem.

CLXXIX. dem.

CLXXX. Godofredus Weiſſius.

§. 30. Venio nunc ad ultimum Parenti meo B. m. ſi ſuper vixiſſet, ad deſcribendum propoſitum Academiæ Roſtoch. Decennium, quibus nempe ab anno CIↃIↃCXCI. ad annum CIↃIↃCC. incluſive, gubernationi Academiæ iſtius commiſſa fuit, quorum primum anno CIↃIↃCXCI. die Tiburtii conſentientibus Rev. Concilii ſuffragiis Rector Univerſitatis extra ordinem per inſtans ſemeſtre æſtivum electus, occurrit Max. Venerandus ac Theol. conſummatiſſimus Dn. JOH. FECHTIUS, Theol. D. & Prof. Duc. nec non circuli Roſtoch. Superint. Præceptor olim noſter poſt buſta colendiſſimus, cujus ſub regimine Civium Academicorum numero adſcripti ſunt XXXV. Quo tempore menſe Julio etiam morte luctuoſa Lubicæ deceſſit D. *Johannes Feſtingius* JCtus optimus, nec non celeberr. *Morhofius* Profeſſ. Kilonienſis. Eodem anno per ſemeſtre hybernum menſe Octobr. Sceptra Academica concredita iterum fuere BERNHARDO BARNSTORF, Med. D. & Prof. Senat. ac Poliatro, qui inſcripſit XXIIX. Anno ſequenti CIↃIↃCXCII. Menſe Apr. Rector iterum Academiæ per ſemeſtre æſtivum ſolenniter renunciatus eſt CHRISTOPHORUS REDEKERUS, J. U. D. & Prof. Duc. Ordin. qui ſequenti anno 1693. m. Febr. Cos. Urbis Roſtoch. creatus fuit, retulit autem in hoc Rectoratu ſuo in matriculam XXXIIX. Sub cujus regimine e vivis exceſſit Hagæ Comitum, *Chriſtianus Ludovicus*, Dux Meclenburg. Suerinenſis, cui Academia juſta debita perſolvit, uti ſuo tempore dicam. Eodem autem anno menſ. Octobr. per ſemeſtre hybernum Rectoratum denuo accepit M. GOTHOFREDUS WEISS, Græcæ Linguæ Prof. Senat. & Eccleſiaſtes Nicolaitanus, qui Albo Academico adſcripſit XXX. Sub cujus Rectoratu diſſidium illud, quod per quadriennium inter Rev. Concilium & Facultatem Theologicam duraverat feliciter tandem compoſitum fuit. Eo quoque Rectore vita exceſſerunt Viri celeberrimi, magna Academiæ lumina D. *Jacobus Lembke* novo exemplo juxta Profeſſorum munus, Cos. Civitatis Roſtoch. Spartam gerens, qui tamen poſt elapſum aliquod temporis ſpatium, officium, prius ſe depoſiturum eſſe receperat: Alter in hoc Rectoratu defunctorum fuit magni nominis, ampliſſimæque apud exteros famæ Theologus certe acutiſſimus, *Juſtus Chriſtophorus Schomerus*, qui in Domino d. 9. Apr. 1693. pie ipſa Palmarum Dominica obdormivit. Ipſe præterea Rector Magnificus poſt abdicatum ſuum Rectoratum Luneburgum diſceſſit ad Superintendenturam Eccleſiarum Luneburg. Porro Anno CIↃIↃCXCIII. menſ. Apr. per ſemeſtre æſtivum Rector Academiæ ſolenniter fuit conſtitutus & renunciatus Dn. D. JOHANNES KLEIN, J. U. D. & Prof. Ducal. qui in numerum civium cooptavit LXXI. Eod. autem anno per ſemeſtre hybernum concordibus R. Concilii Dominorum Aſſeſſorum votis JOHANNI NICOLAO QUISTORPIO, Theol. D. & Prof. Senat. ac Paſtori Nicolaitano faſces Academicæ concreditæ fuerunt, & inſcripſit XLVIII. Anno qui ſequitur CIↃIↃCXCIV. menſ. Apr. rite & ſolenniter Sceptra Academica tradita fuerunt JOHANNI JOACHIMO SCHÖPFFERO, J. U. D. & Prof. Ducal. qui albo Academico adjecit LXXXVII. nomina. Quo Rectore m. Auguſto magnæ turbæ excitatæ ſunt inter ſtudioſos & Cos. vicinum D. *Kleinii* Domo, ob ſclopeta explosa inter potandum a ſtudioſis commenſalibus Dn. D. *Kleinii* in foro habitantis. Cum enim Cos. vicinus nollet ferre ſclopetorum illam exploſionem, rem ad Rectorem deferri curavit. Hic per Academiæ Famulum ſtudioſis ſclopeta auferre juſſit. Quam rem Studioſi indigne tulerunt, atque ideo e Muſæo, in quo erant congregati in forum ſe contulerunt, illudque clamoribus quibusdam ac convitiis repleverunt. Hoc cum magis S. exacerbaret, vigiles accerſi curavit, qui aliquot ſtudioſos e cella vinaria, in quam feceſſerant captivos duxerunt. Quod factum cum pugnaret cum Formula Concordiæ, ſtudioſi qui aufugerant, illud cæteris ſtudioſis & commilitonibus retulerunt, qui magno agmine in foro confluxerunt, atque duos ex ſuorum numero ad Cos. ablegarunt, ut illum interrogarent, quo Jure ſtudioſos carceri incluſiſſet, cum non liceret absque conſenſu Rectoris ſtudioſum quendam captivum abducere, quod Cos. ex Formula Concordiæ demonſtrarunt, illi ſuam ignorantiam & malitiam exprobrarunt, ac ut ſtudioſos iterum dimittat e carcere, inſtiterunt. Quod cum impetrare non poſſent, inter ſtudioſos & vigiles dimicationes exortæ. Hoc Cos. cernente, juſſit vigiles, ut graviſſimis plagis ſtudioſos exciperent; quod mandatum cum exſequerentur, ſtudioſi ſclopetis & gladiis quosdam vigiles vulnerarunt. Tum Rector Concilium convocavit, ac Cos. ſ. Senatum coegit, duosque centuriatus Civium in foro ut eſſent imperavit, ut concitatos ſtudioſos reprimerent. Qui accedentibus Civibus in domos quidem ſe contulerunt, ſed pars illorum qui ante diem commeſſationibus conſumſerat, in idem hypocauſtum ſe abſcondidit. Ubi cum per horæ ſpatium hilariter bibiſſent, luminibus extinctis, e feneſtra magnis convitiis Cos. S. proſcinderunt; quibus turba civica graviter excanduit, domum in qua ſtudioſi congregati, adire voluit, ac ſolo æquare, niſi prudentia centurionis cujusdam malum eſſet impeditum. Sed hoc diſſidium ſat graviſſimum poſtmodum per Deputatos Principum plane fuit ſopitum, non ſine magna tamen Cos. exprobratione ac multa, ut communis tunc fama tulit. Eod.

CLXXXI. Joh. Fechtius.

CLXXXII. Bernh. Barnſtorf.

CLXXXIII. Chriſtoph. Redekerus.

CLXXXIV. Gothofredus Weiſſ.

CLXXXV. Joh. Klein.

CLXXXVI. Joh. Nicol. Quiſtorpius.

CLXXXVII. Joh Joach. Schöpferus.

anno menſe Octbr. unanimi Patrum Academiæ conſcriptorum ſuffragio electus & per ſemeſtre hybernum introductus eſt Rector Academiæ Dn.
CLXXXIIX. Matthias Stein. MATTHIAS STEIN, J. U. D. & Prof. Senat. Civesque Academicos notavit XLVIII. Anno ſubſequenti CIↃIↃCXCV. die Tiburtii electus & mox Academiæ Rector per ſemeſtre æſtivum publice
CLXXXIX. Henr. Chriſtian Tielcke. renunciatus fuit Dn. HENRICUS CHRISTIANUS TIELCKE Phil. & J. U. D. ac Eloquent. Prof. Ordin. Ducal. qui LXXVI. inſcripſit. Eod. vero anno, ipſo die Dionyſii electus & mox more majorum ſolenniter proclamatus fuit Rector
CXC. Bernh. Barnſtorff. Academiæ hybernus Dn. BERNHARDUS BARNSTORFF, Med. D. & Prof. Senat. nec non Poliater Roſtoch. Sequenti anno CIↃIↃCXCVI. Rector quidem æſtivalis deſignatus erat JOHANNES
CXCI. Idem. FECHT, S. Theol. D. & Prof. ac Circuli Roſtoch. Superint. ob morbum tamen ac obitum Sereniſſ. Ducis Guſtrovienſis *Guſtavi Adolphi* die 26. Oct. anno 1695. mortalium conſortio ereptus erat (cui dein die 18. Mart. 1696. debitæ exequiæ in Academia peractæ fuerunt, uti ſuo tempore dicam) Rector non introductus fuit, quippe lis quædam de Cancellariatu Academiæ mota, ideo-
CXCII. Idem. que BARNSTORFIUS per totum annum CIↃIↃCXCVI. Rector permanſit, atque in his tribus ſuis Rectoratibus inſcripſit CCIV.

§. 31. Anno CIↃIↃCXCVII. menſ. Apr. per ſemeſtre æſtivum Sceptra demum concredita ſunt deſignato ac introducto iterum Rectori jo-
CXCIII Joh. Fechtius. HANNI FECHTIO, S. Theol. D. & Prof. Duc. ac Circuli Roſtoch. Superint. qui XCIII. inſcripſit, ac inter hos *Hermannum Henricum a Dorn*, Patricium Lubicenſ. Cos. *Hieronymi*, Viri raræ eruditionis, dexterrimi Judicii, atque de patria civitate immortaliter meriti, filium unicum, Juvenem præſtantis Ingenii ac maximæ ſpei qui anno ætatis vigeſimo rigoroſum Examen a Facultate Juridica ſuſtinuit, ac ſolennem diſputationem ſub præſidio *Johannis Kleinii*, qui retento munere Profeſſorio atque Doctoratu Conſiſtorii, ad ſuſcipienda conſilii aulici & Vice-Directoris Cancellariæ Juſtitiæ Munia, Suerinum tunc diſcedebat, habuit anno 1700. d. 7. Octobr. de *inobedientia impuni*, qui actus diſputatorius ab hora 8. matutina ad 1. meridianam & dein poſt prandium ab hora 2. pomeridiana in undecimam noctis protractus fuit. Hoc etiam Rectore *Fechtio*, poſt Feſtum Johannis *Franciſcus Wolfius* Theol. D. & Prof. Hamburgum ad Paſtoratum Nicolaitanum diſceſſit. Die vero 8. Octobr. Sceptra adhuc tenente magno *Fechtio*, defunctus eſt *Samuel Starckius* Theol. Prof. Publ. ac Paſtor Jacobæus, Vir pius & eruditiſſimus. Die 30. Sept. M. *Jacobus Burgmann* Eccleſiaſtes Nicolaitanus, Prof. Hebr. Linguæ introductus eſt in locum B. *D. Ringenbergii*. Eodem anno menſe Octobr.
CXCIV. Joh. Nicol. Quiſtorpius. per ſemeſtre hybernum JOH. NICOL. QUISTORPIUS, S. Theol. D. Prof. & Paſtor Nicolaitanus, Rector Academiæ iterum renunciatus fuit, & tunc LX. inſcripſit. Sub cujus Rectoratu M. *Petrus Becker* Roſtoch. Patri ſuo *Hermanno Becker* in *Infer. Mathem. Profeſſione* ſucceſſit. Poſt *Quiſtorpium* anno CIↃIↃCXCVIII. menſ. Apr. Rector
CXCV. Joh. Klein. Academiæ per æſtivum ſemeſtre iterum electus & proclamatus fuit JOH. KLEIN, J. U. D. Pandect. Prof. Ducal. Ordin. & Conſiſt. Mecklenburg. Director graviſſimus qui Matriculam Academiam LXXIX. civibus auxit, ſub cujus regimine d. 12. Jul. *Joh. Petrus Grünenberg*, deſignatus Theol. Prof. & Superint. Meclenb. *Theologiæ* D. in Medicina vero *Gerhardus Matthias Röhr*, Hamburg. ac Medicus Anclamenſium Practicus feliciſſimus, Medicinæ Doctor publice creati fuere, de quibus ſingulis ſuis locis dicam. Eodem vero anno rite & juxta ordinem per ſemeſtre hybernum Rectoratum accepit MATTHIAS STEIN, J. U. D. & CXCVI. Matthias Stein. Cod. Prof. Senat. Ordin. & inſcripſit LXII. Sub cujus tanquam hoſpitis ſui præſidio die 24. Dec. Diſputationem publicam a ſe conſcriptam & faſciculum Concluſionum Theoretico-Practicarum de *Delictis* exhibentem ante abitum ad Academiam Wittebergenſem habuit *Carolus Erneſtus L. Baro a Schwan*, Saxo-Miſnicus, Filius *Johannis Erneſti* non ſolum nativitate ſed etiam propria virtute ſummoque optimorum ſtudiorum ardore illuſtris, qui præter jam allegatam Diſputationem proprio Marte conſcriptam, eodem jam anno 1698. m. Aug. ſub præſidio D. *Johannis Klemii*, tunc Academ. Rectoris, Diſputationem primam in *annotationes Klemianas ad Lauterbachii* Compendium Digeſtorum cum laude defendit. Sequenti anno CIↃIↃCXCIX. menſ. Apr. Rector legitime electus & uſitata ſolenitate introductus fuit JOH ERNESTUS SCHAPER, Med. D. & CXCVII. hann Ern Schaper. Prof. Ducal. Excellentiſſ. a quo inſcripti ſunt XCIX. inter quos ego *Johannes Bacmeiſter*, Travemunda Lubicenſis, quoque numeror, die ſc. 17. Jun. Matriculæ Academicæ inſertus, qui Parentis mei p. m. morte ſua imperfectam mihi relictam præſentem hanc de *Urbe & Academia Roſtoch. hiſtoriam*, nunc tandem Deo feliciter ſecundante viresque ac otia concedente, non ſolum emendatam ac auctam, ſed & penitus abſolutam edere geſtio. Hoc etiam *Schapero* Rectore, Prof. Hebrææ Linguæ Ordin. M. *Jac. Burgmannus*, hanc ſuam ſtationem iterum deſeruit, ac ad Græcæ Linguæ Profeſſionem prævia oratione auſpicatoria 13. Apr. tranſiit, in cujus locum iterum ſucceſſit *Albertus Joachimus de Krakewiz* Eques Meclenburgicus, die 5. Octobr. hoc anno Theologiæ Doctor proclamatus. Eodem autem anno per hyemale ſemeſtre menſ. Nov. Rector a *Schapero* publice proclamatus ac introductus fuit Dn. CASPAR MATTHÆUS MÜLLER, CXCIIX. Caſp. Matth. Müller. J. U. D. & Moralium tunc Prof. Publ. Senator. qui tunc XXXII. inſcripſit: Sub cujus adhuc Rectoratu d. 19. Mart. anno 1700. obiit *Albertus Willebrand*, Inſtitut. Prof. Ducal. Vir ſincerus & ingenuus. Anno denique currente Seculo finali CIↃIↃCC. menſ. Apr. ſtatuto tempore Rector Academiæ æſtivalis renunciatus fuit JOHANNES CXCIX. J. Petrus Grünenberg. PETRUS GRÜNENBERG, S. Theol. D. & Prof. Ducal. ac Superint. Meclenb. qui Matriculæ inſeruit LXXIII. Quo Rectore die 18. Maji *Caſpar Matthæus Müller*, hactenus Moralium Prof. ad Juris Profeſſionem tranſiit, atque in locum B. *Alberti Willebrandi*, Inſtitutionum Prof. introductus fuit. Ultimus tandem Academiæ Roſtoch. Rector, qui ultimum ſimul *Seculi* hactenus deſcripti *XVII.* Annum clauſit ac in primo Seculi in quo nunc vivimus, XVIII. anno, Sceptra

ſibi


ad. T. III p. 1306.



Joannes Caſſelius
Oratoriæ et Polit. Prof. Publ.
in Academia Rostoch.
et Helmſtad.
†. 1613. d. 5. Maji.

I. M. B. ſc.

Rr.



ſibi per elapſum ſemeſtre hybernum concredita, legitimo tempore ac ritu ſucceſſori ſuo JOHANNI JOACHIMO SCHOPFERO JCto Ducali, cum voto tradidit, fuit JOHANNES NICOLAUS QUISTORPIUS, S. S. Theol. D. & Prof. Senator. nec non ad D. Nicolai Paſtor ac Miniſterii Rozſtoch. Director longe graviſſimus, qui ad uſque finem anni 1700. in Matriculam, retulit XXVII. & inter hos menſe Decembr. M. *Chriſtophorum Conradum Görizium* Regiomontano Boruſſum, in patria ſua Academia deſignatum Theol. Prof. Extraord. Sub hujus autem nunc dudum demortui *Quiſtorpii* Rectoratu circa ingreſſum Menſ. Novembr. magnas turbas in Concilio ſic dicto Academico excitavit Cos. Urbis D. *Schwederus*. Cum enim is nomine Senatus Urbis Concilium illud Academicum ingreſſus ad componendas quasdam controverſias inter Senatum Academicum & Civitatis, ob Magiſtrum ſaltatorium præſertim, an Academiæ membrum ſit? *Schwederus* primum tunc locum occupare voluit, quem ipſi concedere noluit Rectoris tunc adjunctus JCtus Ducalis Dn. D. *Schöpfer*, recte affirmans: Primum locum convenire Rectori Academiæ; cum vero *Schwederus* nihilominus tamen primatum urgeret, *Schöpferus* tamen conſtanter negaret Cos. competere, res a verbis ad verbera rediit, Cos. enim multa convitia in Promotorem evomuit, ac ſella pectus Promotoris graviter petiit. Quo facto Promotor ira etiam incenſus, Baculum Secretarii Univerſitatis arripuit, eoque Cos. non una vice feriit, ita ut conventus ille totus iracundia ac convitiis fuerit diſſolutus. Sed obiter adhuc notandum, uti *Theologus* olim *Senatorius* regimine ſuo Academico *Seculum XVI.* clauſit & XVII. incepit; ita pariter *Theologus* quoque *Senatorius* præterlapſum *Seculum* XVII. iterum finiit, ac præſens noſtrum *Seculum* XIIX. inchoavit.

Joh Nic. Iſtorpius.

§. 32. Atque hæc quidem eſt omnium RECTORUM a prima Academiæ Rozſtoch. Fundatione, ad annum uſque CIↃIↃCC, tempus annis ſaltem XIX. exceptis, TRIUM fere SECULORUM, producta ſeries, quæ additis adhuc hujus Seculi ultimi Rectoribus CC. *inſcriptorum* autem 17324. numerum *Rectorum* DLXII. *Civium* vero ſ. *inſcriptorum & Alumnorum Acad. Rozſtoch.* 42461. conjunctim complectitur. Conſidera nunc quæſo L. B. quot inſignes Viri ex tanto civium numero ex Academia iſta Rozſtoch. tanquam ex Equo Trojano prodierint, qui vel Eccleſiæ, vel Aulis Regum ac Principum, vel Rebuspubl. vel Scholis magna cum laude & fructu inſervierunt, quorum quorundam vitas in ſequentibus ſpeciminibus & libris ſpecialibus *de Viris claris, qui in qualibet facultate in Academia Rozſtoch. unquam docuerunt*, ſ. *de Profeſſoribus omnium Facultatum*; nec non *de Doctoribus atque Magiſtris Rozſtochii in Academia creatis*, delineabo. Celebrandus autem eſt Deus T. O. terque Maximus quod Scholam iſtam univerſalem inter tot tantasque mutationes & turbas clementiſſime conſervarit: Is præpotentiſſimus Deus calidiſſimis precibus quoque fatigandus, ut Academiam iſtam longe antiquiſſimam ac celeberrimam in poſterum paterne ac clementer conſervare velit. Vigeant in illa ſemper atque perennent cum ſacratiſſima Juris ac gratioſiſſimæ artis ſcientia, artes etiam ingenuæ; in primis vero ſalutaris de Deo Doctrinæ ac puræ Evangelii prædicationis nonniſi cum Mundi interitu in ea ſit

FINIS.

XXVIII.

MEGAPOLEOS LITTERATÆ, SPECIATIM ROSTOCHIENSIS,

LIBER I. SINGVLARIS, QVO AGITVR DE JCTIS ROSTOCHIENSIBVS AB ANNO ACADEMIÆ INITIALI VSQVE AD ANN. 1700.

§. 1. Cum anno MCCCCXIX. Seculo quidem XV. Academia Rotzſtochienſis (ita enim in vetuſtiſſimis membranis *Statutorum* Academiæ jure hæreditario a Majoribus acceptis, litteris quidem Monachalibus obſcuriſſimis ſcribitur hoc Muſarum domicilium ac Megapolenſium urbium caput) a Ducibus Megapolenſibus nec non Senatu Populoque Rozſtochienſi idque ad omnium fere maris Baltici Accolarum inſtantiam concederetur, Facultas in eadem Juridica ex quinque Profeſſoribus duobus in L. L. civilibus, tribus autem in Jure Canonico lectoribus formata fuit; & ab initio quidem Profeſſores Juris Civilis & Canonici in ea conſtitutos fuiſſe in genere Lex 1. *Statutor. veter. Acad. cap. 1. de Inſtaurat. Univerſ. Statut. ejusd.* ſatis docet his quidem verbis: Statuimus primo, ut juxta privilegia Apoſtolica à Dn. Martino Papa Quinto opido Rotzſtochienſi conceſſa inibi vigeat ſtudium univerſale privilegiatum de Facultatibus Theologie (quam tamen in bulla ſua non conceſſerat Papa) Juris Canonici, Legum, Medicine, Phiſophie, Artium liberalium & aliis ſcientiis licitis. Ex qua ſanctione illud ſtatim addiſcimus, quam inde a Seculo XV. quo Academia hæc noſtra fundata fuit etiam in Germania inferiori innotuiſſe, ac ubique auctoritate increviſſe Jus Romanum ſ. Civile eo quod fundata præſenti Academia Varniaca in ſuperiorum ſeculorum fundatis Academiis factum erat. Exempli loco ſit Academia Pariſienſis a Carolo M. Imperatore an. 791. Seculo VIII. fundata, qua ita Jus *Civile* ob æquitatem potiſſimum & rationem cum amaret, ut graviſſimo Galliæ Chronographo *Rochardo* teſte, circa annum MCCIX adeo floruerit illius urbis Schola, ut non ſolum de *Trivio* & *Quadrivio*, ſeptem ſcil. Artibus liberalibus (vid. *Conring. in diſſert. Acad.* & ex eo *Collect. Obſervat. Hallenſ. Tom. VI. obſ. 18.*) verum de Quæſtionibus Juris Civilis & Canonici plena & perfecta inveniretur Doctrina; Papa hinc *Honorius III.* circa annum MCCXX. ne amplius Jus Civile Pariſiis & per Galliam alibique doceretur, proprio edicto *Lib. V. Decretal. de Privileg. Cap. ſuper Specula* ſerio prohibuerit; Conf. *Itter. de Grad. Academ. cap. II. §. 15.* & notum etiam eſt de Academiis Seculo XIII. primum in Germania conditis Heidelbergenſi ac Pragenſi, quarum prima anno 1346. a *Ruperto I.* Electore Palatin. fundata, initio affirmante *Münſtero Lib. 5. Geograph.* nullos

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

los habuit in Lege Civili Profeſſores, alteram autem *Carolus IV.* Imperator anno 1361. conditurus, tantum Canonici Juris Profeſſores, nullos Legum Civilium conſtituit. Juris Canonici ſaltem Profeſſores, ſed & ex conceſſo ad id Privilegio tunc uſitato & perneceſſario Papali, Fundatores hujus Academiæ publice etiam conſtituere ac alere potuerint Legum Civilium Lectores. At vero in hoc potiſſimum Academia noſtra Rotzſtochienſis, antiquiſſimam Thuringanam Acad. Erfordenſ. Matrem ſuam) Colonia enim illius fuit) imitata eſt; illa ſiquidem (innotum quo anno primum fundata fuerit, dum multi illius initium ad *Dagoberthi I.* Regis Francorum ætatem remittunt, è contra alii poſt *Caroli M.* tempora à *Dagoberthi* Succeſſoribus Regibus Francorum conditam eſſe aſſerunt. Vid. *Joh. Chriſtoph. Olearius Rer. Thuring. Syntagm. Part. I. p. 92. & 93.* inprimis autem *Joh. Rebefeldii Dubia de primis Erfordienſis Academiæ natalibus, in dubio vero de iisdem Documenta cum non nullis Rectorum tum Doctorum ibidem creato indiciis*, quæ prodiere Erf. 1634. huc evolvenda) cum Seculo XIV. & antea, turbulentiſſimis illis & vel maxime barbaris temporibus, ubi ſtudia & omnis literatura plane abrogata erant, & ubique exulabant, etiam ad incitas fere eſſet redacta, Magiſtratus inprimis Civitatis ac Civium indefeſſa opera iterum anno MCCCXCI. reſtaurata & vel noviter qu. condita fuit; tuncque Senatus Populique Erfurtenſis ſupplicis precibus motus Papa *Bonifacius* IX. (quod minus recte ad annum 1378. de *Clemente* VI. aut *Urbano* VII. refert imo alio loco de *Urbano* VIII. Pontificus anni 1389. adducit incomparabilis alias Antiquitatum Hiſtoricarum Indagator *Conringius de Origin. Jur. German. Cap. 31. p. 188. & Cap. 32. p. 195.*) illam multis Privilegiis beavit, inter alia etiam facultatem conceſſit, publice in Academia non minus Civile quam Canonicum Jus etiam in poſterum docendi, cujus Juris ſc. Civilis, eo tempore in foro per Thuringiam nullus erat uſus. Hujus itaque Academiæ Erfordenſis exemplo inducti Conditores noſtræ Academiæ Rotzſtochenſis, cum ex illa ob vilia hactenus ibi ſoluta ſtipendia in hanc primo condendam Academiam vocati, ovantes accederent Viri in omni ſcientiarum genere (prouti reip. tunc tempora ferebant) verſatiſſimi, Jus pariter Civile quam Canonicum in Academia hac publice profitendi a Papa *Martino* V. licentiam acceperunt.

§. 2. In ſuperioribus jam diximus numerum Profeſſorum in Jure Canonico triplum fuiſſe, binarium autem in Jure Civili; ita enim voluere Statut. Veterum Academiæ Latores, dum *Cap. XIII. de Stipendiatis Univerſitatis & ſingularum Facultatum; & de modo aſſumendi aliquem ad Lecturam loco vacante; & de gratia & rigore Promovendorum*, de *Profeſſoribus in Jure Canonico Leg. V.* ita ſtatuere. Item. Debent eſſe duo Principales Regentes in JURE CANONICO; quorum Unus legat NOVA JURA, Alius ANTIQUA. Et *Leg. VII.* Item: Habebit illa Facultas Utriusque Juris unum BACCALAUREUM IN DECRETIS ad legendum Decretum. De *Profeſſorum* autem *in Legibus* numero extat *Lex. VI.* ejusdem cap. in qua DUO tantum Principales Regentes in LEGIBUS ſtatuuntur. Atque hic numerus quinarius Facultatis Juridicæ duravit interrupta mutatione in Academia Rotzſtochenſi per centum & quadraginta quinque annorum ſpatium, ſc. ad Reſtaurationem illius anno CIↃDLXIV, a Ducibus Meklenburgenſibus in ea ſuſceptam, quo eodem Anno, *conſentientibus omnium Conſiliariorum & Profeſſorum animis, Reverendus ſcholæ Magiſtratus* (ſunt verba *Præfationis*) *Novas ſingularum Facultatum Leges condidit, promulgavit & fideliter ſibi & omnibus ſuis Succeſſoribus ſervanda ſtatuit*, quæ uno nomine poſtea *Statuta Nova Academiæ* dicta fuere; in iis autem ubi de *Statutis Facultatis Juridicæ* agitur, *Lege IV. & V.* placuit tunc Patronis ac Compatronis nec non toti Senatui Academico numerum Collegii Juridici Profeſſoribus duobus augere & unum adhuc ordinarium alterum autem extraordinarium in Jure Lectorem ſ. Profeſſorem conſtituerunt, ut itaque tunc VII. Profeſſores, in Jure Civili VI, unus autem in Jure Canonico in Academia docerent, ex quibus, prioribus quidem annis ab anno ſc. 1530. ad 1563. omnes Senatus jugo ſuccumbebant, eorumque ſub tyrannide anxie anhelabant, poſt reductum autem in ordinem Collegium Profeſſorium ad annum circiter 1570. donec vel abirent vel decederent JCti Senatorii veteres, tres a Parte Senatus quatuor autem reliqui Ducales erant. Vid. *Statuta Nova l. c.* & *Form.* ſic dicta *Concord. I. de anno 1563. ſſ. Nachdem auch die Univerſität*: attamen hic poſtea numerus, *ad Sex Profeſſores ordinarios*, (quem adhuc dum conſtanter retinet) fuit reductus, *duos* quidem *Senatorios*, reliquos autem *Ducales*. Conf. *Viſitations Receſſ de anno* CIↃDXCIX. *ſſ. Und aber.* Quinam autem ex his Profeſſoribus Juris vetuſtiſſimis inde ad Reſtaurationem Academiæ, a Ducibus, quinam illorum a Senatu Urbis ſtipendia accepere, determinare propterea pro certo haud valemus, cum Matricula Vetus Juridica ad annum usque 1563. producta injuria temporum perierit; exiſtimamus tamen, tres eo tempore a Principibus, reliquos autem duos, unum Canonici, alterum Legum Civilium, Profeſſores a Senatu urbis electos ac altos fuiſſe; quorum etiam Profeſſorum Facultatis Juridicæ Quatuor Loca vocata ſunt Doctoralia, quia aſſumpti ad illa (ut habet *Lex. XIV. ejusd. Capit.*) eſſe debuerunt Doctores in Facultate illa, vel ad Doctoratum tempore ſtatuto promoveri. -- Et electus ad illum Licentiatus gratis ad Doctoratum fuit promotus; id quod etiam eadem lege permiſſum fuit Baccalaureandis.

§. 3. Reſtat curioſa, nec quod ſcimus, ullibi alias nota vel audita *Diſtinctio*, aut ſi mavis *Diviſio Corporis Juris Canonici* in ANTIQUA & NOVA ejusdem JURA, quæ Profeſſores olim in Acad. publice propoſuerunt ſecundum *Legem 5.* ex modo adductis *Statut. Veter.* ac explicarunt. Et fatendum quidem, obſcuriſſimam certe hanc eſſe Diſtinctionem, & vix intelligi, quid ea voluerint veterum Statutorum Academiæ Promulgatores: videtur tamen nobis, ita communiter tunc in Scholis univerſalibus ſeu Academiis a Docto-

a Doctoribus divisas fuisse Leges Pontificias, quas Decretales Epistolas vel Canones Pontificios, vulgo dicimus, & quidem ob differentiam diversarum ætatum aut Seculorum, quibus collectæ, editæ, ac receptæ fuerunt istæ Romanæ Ecclesiæ Constitutiones, eo magis indigitandam. Uti enim ex Historia de origine atque autoritate Corporis sic dicti Juris Canonici constat, ex illis Decretalibus Pontificiorum Epistolis s. Bullis, quæ perpetuo usu ac confirmatione Pap. hactenus ubique receptæ sunt atque in Corpore Juris Canonici hodierno redactæ exstant, quædam Seculo XII. ut *Decretum Gratianum*; quædam Seculo XIII. ut *Decretales & Sextus*, quædam denique ut *Clementinæ* & *Extravagantes* Seculo XIV. sicque diversis temporibus ac Seculis collectæ ac promulgatæ fuerunt, nam de *Extravagantibus Communibus* merito nunc taceo, quæ Seculo tantum XV. cum Academia nostra ante triginta & quot excurrit annorum jam erat condita, in lucem primum prodierant: hinc forte factum, quia *Decretum*, *Decretales* & *Sextus* reliquis *Decretalibus Pontificum Epistolis* collectione ac recepta auctoritate erant antiquiores, illæ ANTIQUA, *Clementinæ* e contra & *Extravagantes*, quoniam vix Seculum ante Academiam hanc erectam prodierant, ideo NOVA Corporis Canonici JURA tunc fuerunt vocata: servata itaque hac sententia unus tunc e Juris Canonici Professoribus extitit *Professor Decretorum* s. in *Antiquis Juribus Lector*, alter *Sexti Decretalium* (prouti adhuc A. 1599. hæc Professio in Academia Rotzstochiensi duravit) & Tertius *Clementinarum* s. in *Novis Juribus Ordinarius* fuit, qualis v. g. omnium Primus dictus fuit II. Academiæ Rector, Dn. WERNERUS BREKEWOLD. Cæterum admiratio ulla haud subit, cur major Juris Canonici quam Civilis Professorum in Academia tunc numerus extiterit, ut enim taceamus, quod cum Primores imo vel omnes eo tempore Juris in Germania Doctores in Italia educati fuerunt, atque sic in Pontificiorum Legibus quam maxime innutriti, eas domum reversi majori studio ac diligentia ac Civiles Leges postea excoluerint, ac publice Auditoribus suis proposuerint, præ cæteris inprimis in Germania adhuc apud omnes invaluit Dogma Pontificium de Potestate Papæ universali, & hinc nata Opinio: Legibus Pontificiis s. *Decreto & Decretalibus* (juxta quos Libros etiam Judiciorum Civilium Processus, ex Constit. Cæsar. *Friderici II. ap. Goldast. Part. alter. Reichssatzung Cap. 15. Lehmannum Chron. Spir. Libr. 5. c. 108.* tunc in Germania instituti sunt, teste *Aut. Speculi Saxonici Lib. I. c. 5.*) universum Mundum parere debere, & quia Judices ad Pontificem magis respiciebant quam ad Imperatorem, *ardentius tunc in Scholis Juri Canonico segnius contra Juri Civili opera dabatur*. Sed de Juris Canonici Origine, incremento, atque autoritate maxima plura qui scire desiderat, evolvat JCtissimi Viri Dn. *Casparis Ziegleri Dissertat. de Jure Canon. Origin. & increment. Georg. a Mastricht Hist. Jur. Eccles. & Pontif. Johann. Pacii Præfat. Isagogicor. Libr. in Decretal. præmissam. Valer. Andr. Desselii Proëm. de Auctor. Auctorit.*

& Ordin. Libr. J. Canon. Erotematibus Juris Canonici præmissum, nec non *Petrum de Marca de Concord. Sacerdot. & Imper. imprimis Lib. 3. Cap. 6.* aliosq. De Jure Civili autem, quomodo tandem & quo Seculo in Germania ejusque Academiis, Aulis ac Rebuspubl. introductum fuerit, præter *Conringii de Orig. Jur. German. aureum Libellum Ejusque de Jur. Publ. Justinian. in Germania autorit. Dissertation.* legi quoque præ cæteris poterit *Dissertatio de Consultat. LL. & Judiciis in Specialibus German. Rebuspubl.* Illustris Dn. *Hertii*, cujus morte cum Juris vere Publici Prudentia, tum res literaria ingens nuper damnum fecit.

§. 4. Subjungendus nunc esset in hac & sequentibus Periodis non Catalogus solum, sed & biographica descriptio omnium Professorum & Doctorum, quotquot unquam ab ipso Academiæ Varniacæ exordio ad nostram usque ætatem, *Jus Civile & Canonicum* docendo, legendo, commentando ac disputando, studiosæ Juventuti publice & privatim proposuerunt atque enuclearunt solide; ast, ubi de multis altum fere silentium occurrit, & de plurimis vetustiorum ac sub Papatu adhuc viventium JCtorum ex annorum vetustate & seculorum barbarie vix ac ne vix quidem nomina supersunt, illorum recensio ac descriptio accurata omnibusque numeris absoluta esse haud poterit, & nisi adhuc Matricula Rectorum Academiæ extaret, nihil plane de priscis Academiæ Professoribus aliquid adducere valeremus. Quantum itaque ex *Catalogo Rectorum* colligere licet, statim a prima Fundationis Academiæ die Facultas nostra Juridica collecta & stabilita primum fuit per U. J. D. & Professores Quinque, sunt autem sequentes.

I. WERNERUS *Brekewold*, J. Canon. Licent. & Ordinarius in novis Juribus, s. quod idem est, Clementinar. Prof. P. Ducal. Primus omnium Decanus & Facultatis suæ Senior, semel tantum & quidem IIdus Academiæ Rector 1420 — JCtus Imus Wernerus Brekewold.

II. TIDEMANNUS JOHANNIS. Licent. in Legibus, postea J. U. D. & Professor, nec non Ecclesiæ Metropolitanæ Rigensis Canonicus; qui postquam bis Rector semel autem Pro-Rector in Academia extitisset, a. CIↃCCCCXXXVI. ex mandato Concilii Basileensis cum suis Collegis, totaque Academia Gyphiswaldium migravit, nec unquam Rostochium reversus est, sed post fundatam A. MCCCCLVI. eod. in loco Academiam, Professor quoque in ea Juris Civil. constitutus est celeberrimus, diemque suum obiit supremum A. 1460. ac sepultus est in Templo Fratrum Minorum apud Franciscanos: Effigies autem ejus cum habitu veteri subscriptisque versibus satis obscuris & intellectu difficillimis conspicitur Gryphiswaldiæ in Templo Nicolaitano super Professorum subsellia una cum aliis VI. Professorum Imaginibus, versus autem infra *Classe III. Medicorum* in vita Dn. *Botticheri* citabimus. — II. Tidemannus Johannis.

III. LUDOLPHUS *Gruwel*, J. U. Baccalaur. Decret. Prof. Publ. Senator. semel tantum in Academia Rector an. 1422. — III. Ludolph. Gruwel.

IV. LUDOLPHUS SATORIS de *Ebkestorp*, Lüneburg. J. Canon. Licent. & (ut videtur) Sexti Decretal. — IV. Ludolph. Satoris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Decretal. Prof. Publ. Ducal. qui bis Rectorali dignitate in Academia ornatus fuit.

V. Henricus Bekelin. V. HENRICUS BEKELIN, J. U. D. atque in Jure Civili Prof. P. Senatorius, per decem & septem vices in Academia Rector, cujus sub Rectoratu X. anno MCCCCXLII. Academia Salarium suum DCCC. Flor. Rhenens. à Senatu fundatum, post reditum Gryphiswaldia, ad 200. ferme annos amisit.

Atque hi fuere, quantum cognoscere licet Viri illi quinque in utroque Jure Professores, per quos primum plantata ac rigata fuit Facultas Juridica in Academia Rozstochiensi; qui autem hos postea excipiunt, ordine successionis nunc quoque recensebimus.

VI. Wilhelmus Bolius. §. 5. Postquam Dn. *Ludolphus Satoris* vel abiisset vel obiisset, paulo ante discessionem Academiæ iterum Sexti Decretal. Profess. Publ. à Ducibus constitutus fuit D. WILKIUS s. WILHELMUS BOLE, Lipzensis. Venit ille in Academiam hanc anno sequenti post fundationem CIↃCCCCXX. Rectore *Wernero Brekewold*, atque Decano, *Hermanno de Hamme* ad Facultatem receptus est, cumque postea in *Decretis gradum Doctoris* assumpsisset, (quod tum licitum erat secundum *Statut. Veter. Academ.* vid. *cap. XIV. de Tempore, quod in singulis Facultatibus pro Gradu requiritur & sufficit; nec non Statut. Facultat. Jurid. Veter.* item *Statuta Nova dictæ Facult. Leg. XV.* Haud enim infrequens eo tempore erat, promovere aliquem in unam vel alteram Juris Partem, vel Doctorem in Jure Canonico seu Pontificio, excepto Jure Civili s. Cæsareo, vel etiam in Jure Civili tantum excluso Jure Canonico, quemadmodum etiam in Academia Lovanienſi duas esse Facultates Juris, unam Canonici seu Pontificii, alterum Civilis seu Cæsarei, quarum utraque Decanum habeat suum, *Nicolaus Vernul. Lib. II. Acad. Lovan. cap. 3.* attestatur. Conf. plur. *Collector. Observat. Hallens. observ. XV. §. 4.*) statim *Decreta* in Academia explicare cepit; accessit insuper ipsi *Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis Sverinensis*, quibus officiis quamdiu Rotzstochii degit, summa cum cura atque sedulitate præfuit, & mansisset sine dubio in illa Professoria dignitate ad obitum usque nisi Bulla Concilii Basileensis ipsi cum cæteris collegis suis omnibusque Scholasticis ex excommunicata Urbe Rotzstoch. Gryphiswaldium abire injunctum fuisset, postea autem ob privatum Academiæ a Senatu Urbis Salarium de 800. floren. Rhenens. redire noluit, sed cum supra adducto Collega suo Dn. *Tidemanno Johannis* manſit Gryphiswaldiæ, ibique postea cum eo in noviter post XIV. annos s. anno 1456. a *Wartislao IX.* Duce Pomeraniæ erecta Colonia Academia, Professorium iterum munus ad obitum usque obiit, qui incidit in annum 1460 ibique in templo D Virginis terræ fuit mandatus, sed Epitaphium ejus una cum aliis legitur adhuc in Templo D. Nicolao sacro, quod infra citabimus.

VII. Nicolaus Wentorp. §. 6. Successit in Professione Juris Civilis Dn. *Tidemanno Johannis*, qui (ut diximus) Gryphiswaldiæ in nova statim erigenda Academia permanserat, novus iterum Ducalis Professor Dn. NICOLAUS WENTORP, J. U. D. & in Jure Canon. Licent. de cujus Parentibus aut Patria nihil quicquam hactenus accepimus, tantum id ex Catalogo Rectorum annotamus, gessisse illum undecim vicibus Rectoratum in Academia, & ultimum quidem anno 1461. per ætatem.

VIII. Arnoldus Westphalius. §. 7. Ducalem Professorem iterum excipit Ducalis, nempe ARNOLDUS WESTFAEL, Lubicensis Decret. D. & in LL. Licent. Natus is est Patre *Hermanno Westphal*, Senatore Lubicensi, Matre autem *Margaretha*, Mercatoris *Henrici de Alen* Filia, anno quidem 1389. Avus Paternus extitit *Henricus Westfahl*, Avia autem *Elisabetha*, Filia *Johannis Metelers*, Senatoris Lubic. & Camensis Westphali, qui anno 1358. in Senatum cooptatus & anno 1373. demortuus est. Proavus Paternus fuit *Conradus Westfahl* de Hemerde, Proavia *Margaretha Macken*. In Juventute sua varios fortunæ lusus cum Parentibus suis sustinuit, Pater namque ipsius anno 1408. una cum aliis Reipubl. Lubicensis Proceribus ob tumultus civiles urbe excessit, & triennio post omnia ipsius bona a seditioso novo Senatu fisco fuere addicta, teste Libro Civitatis de anno 1411. his quidem verbis: *Dn.* Hermannus Westfahl *a novo Senatu proscriptus, & bona ejus confiscata sunt.* Post octo autem annorum cursum, cum collegis suis qui adhuc ex XV. in vivis superant VIII. per mandatum Cæsaris *Sigismundi* abs *Erico* Rege Daniæ pristinæ dignitati iterum fuit restitutus, & postquam anno 1429. iis simul interfuisset, qui in Arce Olai Statuta Societatis Circuliferæ condiderant, anno 1433. placide ac quiete ex hac vita discessit. Vid. Agnati nostri æstumatissimi, Viri ἱστορικωτατε *Mellenii* (quo nemo Patriæ Historiæ potest esse scientior) *Notitia Majorum Lubecensium p. 132. seqq.* Redeo ad *Arnoldum* nostrum. Hic variis in Academiis linguis ac artibus liberalibus inprimis autem in Jure Civili ac Canonico ita fuit innutritus, ut *Decretorum* non solum *in Jure Canonico Doctor*, sed & insuper, uti tunc moris erat, in *Jure* etiam *Civili Licentiatus* summa cum laude fuerit renunciatus, quibus eruditionis suæ titulis aut potius Testimonio publico Academico, ornatus, primum *in Academia* recens fundata *Lypzensi Professor Juris* ordine XX. constitutus est *Publicus*, qua de re differentem audiamus *Anonymum Libro* cui tit. fecit: *Centuria insignium scriptorum, qui in Lypzensi, Wittebergensi & Francofordiana ad Oderam Academiis a Fundatione ipsarum ad annum usque 1515. floruerunt.* Edit. Maderianæ de an. 1660. IVto Helmstadii publicato, hoc modo eum describentem: ARNOLDUS WESTPHAL *natione Saxo, Patria Lubucensis, disciplina Lipzensis, Decret. D. ingenio industrius, Orator disertus, Artium & Philosophiæ undecunque doctissimus, tam carmine quam prosa concinnus.* Hic cum esset, post capessa Magisterii in Artibus insignia, in Dialecticis & Philosophia acerrimus Disputator, inditum natura, & studio ingenium Juridica peritia adeo exacuit, ut brevi super coætaneos coalescens, Ordinariatum Juridicæ Scholæ assequeretur. Ubi cum aliquandiu luculentissime docuisset, multasque maximos Principum totius ferme Septentrionis

diffe-

differentias per sententiam arbitriumque fructuose sustulisset, magna cum sua gloria in Lubucensium Episcopum est electus. Scripsit industria quædam, temporis injuria, & hominum incuria collapsa, quibus nomen suum & ingenii eruditionem apud posteros quam longissime memoranda commisit. De quibus super extant, quæ sequntur:

Lecturæ super Decretalibus Vol. I.
Conciliorum diversorum Volumen ingens.
Orationes plurimas.

Aliaque plurima, quæ cum ingeniose edidisse, nemo non suspicatur. Claruit in studio Lipzensi Juridicæ Facultatis Ordinarius A. D. 1436. Hæc ille. Hac itaque honoris ac nominis fama cum indies magis ac magis inclarescceret noster, etiam a Ducibus Mekelburgensibus in noviter erecta Academia ad Varnum sita vocatus fuit, ut Dn. *Wernero Drikemold* ut videtur in *Professione Juris Canonici novi s. Clementin.* succederet, quam cum acciperet vel ideo ut propinquior & Patriæ suæ & Familiæ, Rozstochium ingressus est anno uti credimus, 1442. postquam Academicus coetus iterum Gryphiswaldia Rozstockium remigrasset, ubi tarim anno insequenti Dn. *Henrico Bekelinio* in Rectoratu hyemali succesit; sed hic *Arnoldus* noster ob denegatum vel potius privatum (ut supra diximus a Senatu spurioRozstock. Professoribus suis Salarium, propter quod misere vivere cogebatur Professorum pars maxima; ille cum multis aliis ex Academia migravit, noster quidem in Patriam suam Lubeccam, ubi *Decanus* primum *Capituli Lubeccensis* electus, postea vero decedente Lubecæ optimo Pontifice *Nicolao*, ipse non, ut *Cranzius* scribit, ex Academia Rozstockcensi, sed ex Decanatu Patrio unanimi voto & applausu XXI. Episcopus Lubeccensis Ecclesiæ an. 1449. fuit constitutus, & sub expensis MDCCC. marc. Lubecc. & ultra, ipso die *B. Antonii* per Dn. NICOLAUM Papam confirmatus. Sancte vitam instituit, & prudenter Ecclesiæ præfuit ac consuluit, bonæ & laudabilis vitæ ac conversationis, a Duce Slesvicensi & Comite Holtzaciæ *Adolpho* imo Rege *Christierno* Danorum ut *Pater* veneratus semperque in Consiliis adhibitus fuit. *Krummedickii Chron. Episcopor. Lubeccens.* In Reverendissimo tamen hoc suo officio etiam varios sustinuit labores ac perversitates sat gravissimas, nam odiosam Luneburgensium causam, & ordinem Teutonicum cum Civitatibus Prussiæ feliciter iterum conciliavit & composuit, ac in Arce sua Utin, quæ necessaria videbantur exædificavit, simulque Episcopali mensæ plurima in villis, prædiis, annuisque proventibus comparavit, cumque multum argenti ad ornamentum Episcopalis mensæ Librosque insignes reliquisset, vitam cum morte commutavit, postquam per XVI. annum summa cum laude Ecclesiam Lubicensem rexisset, sepultusque est in Ecclesia sua maximo sui cum desiderio, annotante *Kranzio Lib. XI. Metropol. Cap. 46.* Addit *Complanator Chron. Slavic.* illum post fortis & magnæ Domus in Uthin ad orientem castri novæque Sacristiæ in Lubeke ædificationem, tandem post multos virtutis actus, hicterica correptum in Profesto Purificationis animam efflasse annorum LXVII. an. Dom. 1466. Vir miræ, inquit devotionis, qui sæpius in officio suo flevit amarissime. Hujus autem Episcopi *Arnoldi* sepulchrum adhuc hodie in choro anteriori Cathedrali Lubecæ visitur, his fugientium literarum reliquiis circumscriptum. ANNO DNI. M. CCCC. LXVI.... Medio tamen lapidi insignia Episcopi (Clypeus sc. bipertitus, in cujus dextro latere coeruleo, aureus Leo, in sinistro vero aureo, Aquila dimidiata nigra cernitur) insculptæ sunt, cum epigraphe: ARNOLDUS WESTVAL. EPISCOPUS. 1466.

IX. Lambertus Vitinghof.

§. 8. Sequitur LAMBERTUS WIETINGHOF, Patria ut videtur etiam Lubeccensis, hujus enim sine dubio Frater *Johannes Witinckhoff* anno 1467. Procos. electus est Lubecæ, diemque obiit 1494. Filium autem ille reliquit *Lambertum*, (vulgo *Lammert* anno 1514. Senator proclamatus, & mortuus est 1529. Noster autem *Lambertus* cum a primis Academiæ annis studio *Juris Canonici* tum maxime in precio ac in foro usu, operam inprimis dedisset, tantum in illo profecit, ut Gradum *Doctoris in Decretis* hinc jure promeruerit; quo honore condecoratus, Rozstockii *Sext. Decret. Prof. Publ. Ducal.* in locum Dn. ARNOLDI WESTPHAL Lubeccam discedentis, constitutus & Rectoratum postea in Academia gessit novies, primum quidem anno 1454. ultimum autem anno 1472. quo in Rectoratu suo iterum videtur ex Academia discessisse, qui ejus tunc Vice-Rector electus fuit *D. Schone.*

X. Wilhelmus Westphalius.

§. 9. Accedimus iterum ad Professorum ex celeberrima Wagriæ Civitate Lubecca ortum WILHELMUM illum WESTPHALIUM, qui fatus est Patre *Johanne Westphalen* Cos. Lubecc. anno 1448. in Senatum cooptato, & anno 1474. die Barbaræ vivis exempto, Matre autem *Margaretha a Calven.* Patruum veneratus *Arnoldum Westphal*, Episcopum Lubecc. paulo ante descriptum, ubi & de Majoribus illius quoad lineam paternam egimus, unde nunc tantum *Wilhelmi* nostri maternam consanguinitatem ex celeb. *Mellenii* Nostri *Notitia Majorum* hic paulo prolixius adducamus. Ita namque Avus Maternus a quo & Prænomen indeptus est, nostri *Wilhelm* fuit *Wilhelmus a Calven*, Cos. Lübecc. vulgo *Wilken von Calven* dictus, qui anno 1440. senatorio ordini associatus, biennio post consulari axiomate condecoratus fuit. Huic a Calven & hæredibus Anno 1441. commissum fuit *Jus Patronatus duarum Vicariarum in Sacello Templi Ægidiani*, quod in hunc usque diem Vorradianum audit, a *Gertrude* vidua *Tiderici Vorraden* Senatoris, 1385. demortui, fundatarii, ita ut *Wilhelmo a Calven* ejusque Liberorum ac Hæredum, utriusque Sexus Seniori Jus præsentandi debeat competere. Postea hic Cos. anno 1447. una cum aliis Civitatum Hanseaticarum Legatis negotiorum causa in Burgundiam, Galliam & Angliam Legationem suscepit, indeque redux anno 1465. vitam cum morte commutavit; Cujus Uxor Nostri Avia Materna erat *Cunegundis* (vulgo *Küneke von Attendorn*) Vidua *Johannis a Damen.* Pro-Avus maternus vocatur *Reinhard*, s. *Regnerus* vel *Reinerus a Calve*, Nobilis Marchicus, qui Seculo XIV. Lubeccam ingressus,

greſſus, & anno 1388. ibi domum comparavit in *Lata Platea*: poſt anno 1400. in Senatum aſſumptus, ſed cum aliis Magiſtratus Lubeccenſis membris octennio elapſo per ſeditionem civium urbe exulare juſſus, una cum *Jordano Pleſcovio* Cos. anno inſequenti 1409. ad *Rupertum* Cæſarem, & eo demortuo, ad *Concilium Conſtantienſe* anno 1414. ad *Sigismundum* Imperatorem ſeſe contulere, cujus Cæſaris & Concilii tandem juſſu omnes cum eo ejecti Cos. & Senatoris adhuc ſuperviventes priſtinæ dignitati fuere reſtituti anno ſcil. 1414. & Dn. deinde *a Calve* poſt ſeptem annos, 1421. animam ſuam efflavit. Denique Pro-Avia Noſtri Materna extitit *Margareta*, Domini *Johannis Schepenſtede*, Senatoris, una cum aliis quatuor Viris conſularibus & Senatoriis anno 1358. in Feſto S. Laurentii peſte pereuntis & *Margaretæ Warendorps* Filia. Atque his quidem Majoribus productus noſter *Weſtphal* a primis ſtatim annis literis operam dare cepit, tantosque in iis progreſſu temporis fecit progreſſus, in Jure inprimis Canonico, ut *Decretor Licent.* (Academia latet) fuerit creatus; quo gradu ornatus Rotzſtockium pervenit, anno 1457. Rectore M. *Hinrico Schone* Matriculæ Academicæ inſertus, quo tempore ſimul ut videtur, voluntate Senatus, decedente *Ludolpho Grumel*, *Decreta Pontificiorum* publice in Academia explicare incepit; acceſſit deinde *Archi-Diaconatus Rotzſtockienſis*, nec non *Canonicatus Lubeccenſis ac Suerinenſis*, quibus muneribus acceptis, ultra decennium Rotzſtockii non ſubſtitit, ſed circa tempora obſidionis urbis ob templi Cathedralis in æde D. Jacobo ſacra a populo tumultuoſo prohibitam erectionem una cum univerſo coetu ſcholaſtico qua docentium, qua diſcentium Lubeccam in Patriam ſuam aufugit, nec unquam in Academiam reverſus eſt, ſed poſtquam Lubeccæ *Decanatum Eccleſiæ Cathedralis* per tria fere luſtra geſſiſſet, tandem anno 1505. die penultima Auguſti ver viam Scrutinii in *Epiſcopum Canonicatus Lubeccenſis* ordine „XXVI. conſtitutus fuit, atque obtenta a *Julio II.* Papa Confirmatione prorogationem de „conſecrando, ob ſui corporis alterationem (verba ſunt *Continuatoris Chronici Epiſcopor. Lubecenſ.*) bis obtinuit, nam debili laboravit crure, „ut vix primitias ſine magno labore ipſa die „D. Blaſii in ſua Eccleſia ſolenniter perficere „potuerit. Tandem egre in Collegiata Uthinenſi, a *Johanne* Epiſcopo Ratzeburg. duobus „aſſiſtentibus ſuffraganeis die VIII. aſſumptionis, „quæ erat Dominica, eſt conſecratus. Erat Vir pius ac probus, diu autem in Epiſcopali dignitate non vixit, poſt duos enim annos anno 1509. obiit, & in anteriori choro Templi Cathedralis eſt ſepultus, ubi lapidi ſepulchrali inſcriptum legitur. ANNO. DNI. M. CCCCCIX. ULTIMA. DECEMB. OBIIT. FELICIS. MEMORIE. REVERENDUS. IN. CHRISTO. PATER. ET. DOMINUS. DOMINUS. WILHELMUS. WESTPHAL. HUJUS. ECCLESIE. EPISCOPUS. CUJUS. ANIMA. IN. PACE. REQUIESCAT.

§. 10. Succedit Dn. *Wilhelmo Bolio*, in nova anno 1456. Gryphiſwaldiæ erecta Academia diſcedenti, in ſua Rotzſtockii vacue facta Profeſſione Sext. Decretal. Dn. NICOLAUS GARDEN, de cujus Patria & Majoribus nihil hactenus cognovimus, nec etiam quamdiu in Academia Rotzſtokcenſi hæſerit, tantum de eo teſtatur Catalogus Rectorum Academiæ hujus, illum ſemel tantum ſc. anno 1457. Rectoratum geſſiſſe. XI. Nico Gardeniu

§. 11. Poſt hujus *Nicolai Garden* diſceſſum, illius locum iterum occupavit M. PETRUS PENTZ, Decretor. D. de quo etiam nihil aliter annotare poſſumus, niſi quod binis vicibus Rectorales faſces in Academia geſſerit, primum quidem 1470. ultimo an. 1474. XII. Petru Penzius.

§. 12. Pervenimus ad *Witinghofii* Succeſſorem Dn. OTTONEM ERNST. Fuit is Patria Eimbeco-Lüneburg. & ex vocatione Ducum Megalopyrgenſium anno 1475. Rectore M. *Conrado Schetzel* Academiam ingreſſus eſt, jam tum Jur. Canon. Doctor creatus, ſtatimque anno inſequenti 1476. onus Rectoratus Academici humeris ejus fuit impoſitus, & videtur, illum in Academia non diu commoraſſe, quia nullibi ejus poſtea mentio amplius occurrit. XIII. Ot Ernſt.

§. 13. Cum *Sexti Decretalium Profeſſor* Dn. *Petrus Pentz* Rotzſtockium iterum relinqueret, ejus locum iterum occupavit quidam M. NICOLAUS KRUSE, Decret. D. qui anno 1477. Rectoratum, idque ſemel tantum, in Academia geſſit, unde videtur, ipſum etiam non diutius Rotzſtockii ſubſtitiſſe, ſtipendii namque privatio in cauſa fuit, *ut*, teſtimonio ipſius *Cranzii II. Metropol. Cap. 22. JCtos apud ſe diu* tunc *retinere*, *viros præſertim graves & memorabiles*, *non potuere* Rotzſtockienſes. XIV. Nico Kruſius.

§. 14. Anno 1477. in Rectoratu æſtivali Dn. *Johannis Bremermanni* venit ex vocatione Ampliſſimi Senatus Urbis in Academia LIBRIUS ſ. LIBORIUS MEYER, natione Lubeccenſis, ut Dn. *Henrico Bekelinio*, *Inſtitutionum* hactenus *Profeſſori*, dubio procul dudum demortuo, iterum ſuccederet. Fuit hic J. U. Licent. & ſequenti ſtatim anno 1478. gubernationi Academiæ præfuit; ſecunda vice Rector electus 1486. jam J. U. D. creatus: Tertium Rectoratum geſſet 1493. & ſequenti ſtatim anno 1494. ab Academico Senatu præſentatus & introductus eſt *Collegiatæ Eccleſiæ S. Jacobi Rotzſtochii Canonicus*. (Vid. *Literæ fundationis quatuor Canonicatuum in Eccleſia S. Jacobi*, ſupra in *Append. ad Lib. I. Cap. 5. §. 10. Lit. w.* inſertæ.) Quartum tandem & ultimum Rectoratum obiit 1497. & poſtea non amplius ejus nomen occurrit, ut non conſtet, quando & ubi locorum vitam cum morte commutaverit. XV. Libe Meyer.

§. 15. Quinam poſt obitum *Nicolai Wentorp*, Codicis Profeſſionem in Academia iterum acceperit, non adeo conſtat, videtur tamen Dn. LUDOLPHUM SEDELER, illum ſc. qui anno 1480. LL. Licent. Rector electus, & poſt tres annos 1483. jam LL. Doctor. Rectoratum geſſit, ipſum in Profeſſione Codicis ſucceſſiſſe, de cujus tamen vitæ curriculo nihil amplius accepimus. XVI. Lud phus Sede

§. 16. Eodem *Sedelero* primum Rectore An. 1480. in Academiam venit quidam JOHANNES MILCKE, Decret. D. qui Dn. *Wilhelmo Weſtphal* Archidiacono Rotzſtochienſi conſtituto, in Decre- XVII. Jo nes Milki

Decretal. Professione ordin. s. Antiquis Juribus Lector succesſit, & semel tantum anno 1482. gubernationi Academiæ præfuit.

XVIII. Henricus Morinus

§. 17. Ordo nunc tangit Dn. HENRICUM MORIN, Decretor. itid. Doctorem, qui Dn. *Ottoni Ernſt* in Clementin. Prof. succeſſit, & Rectorem bis in Academia egit, primo quidem 1481. & ultima vice 1483. ubi autem postea manserit, plane latet.

XIX. Arnoldus Segeberg.

§. 18. Veniendum nunc ad ARNOLDUM SEGEBERG. Sine omni dubio hic natus fuit Rotzstockii, Patre *Bartholdo Segeberg*, Professore illo Artium & Philosophiæ primum Rotzstochii, dein etiam ad finem vitæ Gryphiswaldiæ in eodem officio in simul & urbis Cos. de quo infra in Professorum Philosophiæ Classe quædam dicemus, (qui enim in *Catalogo Cos. & Senatorum Lubecc. Reipubl.* occurrit *Johannes Segeberg*, longe diversus ab hac Familia esse videtur, ille enim an. 1417. in Senatorum ordinem coëlectus, anno 1464. vitam suam clausit.) Noster itaque *Arnoldus* Segeberg in Academia *Codicis Prof. ordin.* in locum *Sedeleri* iterum constitutus, incidit in turbulenta tempora, vix enim depositio primo Rectoratu suo anno 1486. sequenti statim anno propter Urbis gravissimam a Ducibus susceptam obsidionem, cum reliquis omnibus Collegis ac Studiosis, adeoque universo cœtu scholastico Lubeccam aufugere debuit, quo in loco secundum Rectoratum suum gesit 1491. & sequenti tandem anno cum tota Academia Rotzstockium iterum remigravit, ibique 1493. tertia vice Rector fuit electus, ubi autem postea manserit, plane ignoramus.

XX. Joannes Papeke.

§. 19. Sequitur JOACHIMUS PAPEKE. Hunc ex celeberrima Hanseaticarum adhuc Urbium Capite Lubecca (de cujus origine sic olim commentatus est *Hieron. Faleti de Bello Caroli V. German. Lib. VII.* interprete *Hortledero Lib. III. de Origin. & Progr. Belli German. Cap. 81. p. 741. Lübeck iſt die fürnehmſte (Stadt) unter allen andern am* Oceano, *welche im Godaniſchen Winckel auff der Dennemarckiſchen Grentz gelegen, da die* Chauci *und* Uncodi *gewohnet haben, welche Sie, als Sie daſſelbige Theil des Sachſenlandes eingenommen*, Luconiam *nannten, und iſt vom Umbodo der Cimbrer Fürſten gebauet worden, wie aber* Fridericus Ænobarbus *ſolche belagerte, eriangte Sie durch* Henricum *ihrem Biſchoff von gedachtem Kayſer den Frieden, und ward vom Reich Frey gemacht.*) Ortum suum traxisse, non dubium esse potest, siquidem nomen illud *der Papen* jam dudum ante hunc nostrum *Papium* in laudata illa Urbe celeberrima innotuit, ita enim in *Catalogo Coss. & Senator. Lubecc. MSSto* sub finem Seculi XIII. & initium sequentis XIV. occurrunt *Elmerich & Segebade Papen* ambo Senatorio ordini adscripti; & qui postea anno 1360. ibi demortuus est Pro-Consul *Henricus Pape* nostri forte *Joachimi* Avus extitit, qui deinde Familiam suam felici sydere Rotzstochii propagavit, cujus postea ex Filii Nopote *Nicolao Papeken*, Cive & Mercatore Primario, nata fuit *Elisabetha*, Pro-Avi nostri Fratris D. *Lucæ Bacmeisteri* Junioris & Superint. general. Gustrov. Uxor. Hic itaque *Joachimus Papeke* anno 1471. studiorum causa Academiam hanc nostram Rotzstockianam primum ingressus est, inque ea tantos in Jure utroque præprimis a Canonico progressus fecit, ut Licentiati Titulum in Decretis cum laude deportaverit, quo ornatus, cum *Texti Decretal. Prof.* in Dn. *Nicolai Kruſii* locum desideraretur, illud officium in Nostrum *Papium* iterum fuit devolutum, qui Rectoratum postea bis in Academia gerens, una cum ultimo suo Rectoratu hyemali anno 1500. Seculum XV. clausit & XVI. novum iterum incepit. Vixit adhuc ad annum 1503. in literis emptæ Domus Unicornis simul Testis adductus.

XXI. Andreas Becker.

§. 20. Tota Historia Professorum Juris sub Papatu viventium, quemadmodum in se obscurissima est, ita quantum attinet Professionem unicuique peculiariter & certo assignatam, quique alteri in ea succesſit; illud certe obscuritate quam maxima laborat, & vel meris non tamen in omnibus penitus fallentibus conjecturis nititur, nam qui nunc sequitur ANDREAS BECKER, quoad Patriam quidem describitur, quæ fuit Magdeburgum, a *Ptolemeo* vetustissimo Geographo μαγδώρον dictum *Lib. II.* Geograph. al. *Parthenopolis*, septem nudis ibi olim positis statuis s. Ancillis Veneri dicatis. (Vid. de varia nominis hujus Urbis impositione *Pomarii Sachſen Chron. p. 30, ſeqq.*) Deinde etiam annotatus est annus 1478. quo studiorum causa primum hanc Academiam visitavit. Occurrit denique etiam tempus vocationis in illam ad *Profeſſionem Juris* suscipiendam, qui fuit annus 1499. cum jam erat *J. U. Doctor* creatus; sed quamnam inprimis *Profeſſionem* indeptus, & cujus in illa fuerit Successor, nullibi invenire licet. Si quid tamen valent in rebus dubiis conjecturæ, *Beckerum* nostrum in locum D. *Segeberg* Codicis *Profeſſorem Ordinarium* iterum constitutum fuisse apparet, quo in officio semel tantum idque anno 1501. per ætatem Rectoratum in Academia gessit.

XXII. Matt. Glöden.

§. 21. Cum *Beckerus* Sceptra Academiæ adhuc teneret, accessit novus iterum *Profeſſor* Institut. in locum D. *Meyeri*, cujus nomen erat MARTINUS GLÖDEN, Ruppino-Megalopyrgensis, qui eodem statim anno Rectoratum in Academia gessit, & postea ejus nomen nullibi amplius occurrit.

XXIII. Nic. Louwe,

§. 22. Accedimus nunc ad NICOLAUM illum LOUWE s. LEONEM. Ortus ille est ex ulterioris Pomeraniæ Civitate sat celeberrima Stetino, cujus nominis etymon ex græca voce si sumenda esset, a dictione σίδια diduci posset, quæ significant cortices pomi punici, admodum salubres orificio ventriculi; & certe hoc verum est, vix ac ne vix quidem in tota fere Germania tam pulchriora poma, ac Stetini nascentia inveniri. Quæcunque tamen in hac derivatione græca lateat veritas, apud *Ptolemeum* Sidini sunt in littore, ubi Viadrus in mare influit, unde potius splendidæ hujus Urbis Stetini appellatio est deducenda, quemadmodum etiam jam diu ante ita judicavit doctissimus olim Wittebergensis Academiæ Professor *Jodocus Willichius*. In illa itaque celebratissima urbe natus est *Leo* noster ex honestis Parentibus, cumque in Schola Patria,

monaſterio inprimis Belbugenſi tunc præſertim celebri, (cujus poſtea tempore reductionis Evangelii a *Luthero* incepti Abbas, *Johannes Boldewanus* ob Evangelii illius in Monaſterio introductionem, quodque *Petrum Suavenium*, nobilem Pomeranum & *Lutheri* ad Comitia Wormatienſia fideliſſimum Comitem in iſto vocaſſet ac recepiſſet Lectorem S. Scripturæ, a Duce Pomeraniæ *Bogislao*, anno 1513. captus & in exilium actus fuit, qui tamen poſtea iterum Eccleſiæ Beltzingenſis prope Wittenbergam civitatem Miniſter conſtitutus fundamenta literarum & artium probe percepiſſet, anno 1482. Rectore D. *Johanne Milkio* primum ſtudiorum cauſa Academiam noſtram Rotzſtockianam ingreſſus eſt, in qua, nec non in recenti adhuc Academia Pomeranica Gryphica Themidis ſtudio ita incubuit, ut, *gradum in Jure Canonico ſummum*, quem *Doctoratum* vocant, magno cum applauſu hinc deportaverit. Acceſſit in eadem Academia *Profeſſio Juris Publica*, quam cum cura ac ſedulitate indefeſſa adminiſtravit, ac Rectoratum ibi per quatuor diverſas vices & ætates geſſit, nempe 1495. 1496. 1498. & 1501. Eo tempore, cum Clementinorum Profeſſor Ordinarius, in Academia Rotzſtockiana in locum D. *Morlini* deſideraretur, ex Academia Gryphica vocatus in noſtram, anno 1502. remigravit, Profeſſionemque vacuam acceptavit. In hoc ſuo Profeſſorio officio tertio ſupra trigeſimum, fideliſſimi, ac omnibus numeris abſolutiſſimi Profeſſoris partes explevit. Cumque anno circiter 1522. Profeſſionem Juridicam reſignaret, atque ad caſtra Theologorum tranſiret D. *Petrus Boje*, ipſius in locum in *Antiquis Juribus Ordinarius ſ. in Decreto Ordinarius Lector* iterum conſtitutus eſt *Leo* noſter. Rexit autem primum Academiam Rotzſtockianam 1504. dein iterum 1507. 1510. 1515. 1523. 1525. 1530. quo tempore inprimis penitus devaſtata erat Academia noſtra, *nam fama* Lutheri *ac* Philippi *Doctrinam Eccleſiæ repugnantium paſſim evulgata* (verba ſunt Abavi noſtri D. *Lucæ Bacmeiſteri*, Sen. *ex Oration. quadam cum anno 1568. Rectoratum deponeret*, adducta) jam ab anno 1522. *multi in noviter conſtitutas Academias Wittebergenſem, & Francofordianam, quarum illa anno ſecundo poſt milleſimum, quingenteſimum, hæc quadriennio poſt inchoata fuit, maxime autem in Wittebergenſem ſe contulerant* Studioſi, *ut novum Doctrinæ genus, de quo tum varia Judicia & Diſputationes erant, ex ipſis Autoribus cognoſcerent. Hujus* contra *Academiæ noſtræ Doctoribus antiqu. m Doctrinæ ſacræ formam & ritus Papiſticos tenaciter retinentibus, una cum Senatu Urbis, paulatim varior facta eſt Schola uſque ad extremam fere ſolitudinem. Ac res literaria & Scholaſticus ordo in tantum venit contemptum apud plebejos hujus urbis, ut is ſermonibus multorum paſſim celebraretur, quod nimius fere & agreſtior eſſet; & quæ* adhuc *ſubinde manſerat aliqua Academiæ forma, tantum ex Collegiatis, ut tum dicebantur, inde quod Jus ſuum Collegia inhabitandi, & antiquos Academiæ reditus percipiendi haberent, & quod participes eſſent Collegii Canonicorum ad S. Jacobum*, conſtabat, *gubernationem publicam & munus docendi aliquo modo ſuſtinentibus.* Horum itaque e numero quoque cum eſſet *Leo* noſter, *ob Profeſſorum tum raritatem & Academiolæ vaſtitatem, faſces Rectorales ipſi per integrum ſexennium in annum* ſc. uſque 1535. *commendati, & forſan diutius Rectorem egiſſet, niſi immatura morte præreptus fatum compleſſet*, ut ſcribit *Lindenberg. Lib. V. Chron. Rotzſtock. Cap. VII.* Atque hic *Leo* noſter Septuagenario major vitam morte depoſuit, qui in ſæpius reiterato ſuo Rectoratu (XVII. vice Rectoratum geſſit) quanta ſolicita ſolicitudo, quanta cura non minus graviſſima quam periculoſa, quantus denique incredibilis labor Majeſtati Rectorali ſit annexus, optime didicerat, propterea etiam in initio *Libri Veterum Legum ſ. Statutorum Academiæ Cap. III. de Officio & Poteſtate Rectoris*, verbis quidem pro ſuperioris Seculi barbarie minus latinis, ſed tamen ſignificantibus hæc ſua manu adſcripſit:

RECTORES habent quatuor attendere, videlicet: { Conſervare præhabita, ne pereant: / Gubernare præſentia, ut ſubſiſtant; / Augmentare publica, quatenus creſcant; / Vigilare, ne adverſa contingant. } divinare atque lucubrare.

Sive, ut ultima ejus verba exprimit B. noſter Abavus *Lucas Bacmeiſterus*, Sen. *in, de Officio & Dignitate Rectoris in Academiis, habita oratione ſua*, cum anno 1598. die 13. Maji Rectoratum iterum deponeret: *Et ut hæc omnia attentius faciant, diu noctuque lucubrare.* Tantum de *Leone.*

§. 23. Diſcedente ut videtur, *D. Martino Glojen*, ejus locum iterum occupavit quidam CASPAR HOYER, LL. Doctor, qui ſemel tantum idque anno 1506. Rectorali dignitate ornatus fuit, & quamdiu Rotzſtockii vixit, (vixit autem per breve ſaltim tempus) officium fideliſſimi Profeſſoris explevit. XXIV. Caſpar Hoyer

§. 24. Poſtquam D. *Milckius* in *Decreto* hactenus *ordinarius Lector* vitam cum morte commutaſſet, illius in locum iterum ſucceſſit PETRUS BOYE, Dithmarienſis, qui ſtudiorum cauſa in Academiam venit anno 1498. inque Rectoratu hyemali *Johannis Bergmanni* fuit inſcriptus. Quia autem is relicta Facultate Juridica, Theologis in Academia ſe aſſociavit, & præter Zuerinenſis ac Rotzſtoccenſis Eccleſiarum Canonicatum, nec non adeptum Archidiaconatum Warnenſem, Decanus quoque & Paſtor in Cathedrali Eccleſia Jacobæa Rotzſtockii extitit, ſupra jam de illo aliquid in *Claſſe Theologorum* adduximus. XXV. Petrus Boye.

§. 25. *Hojero* abiturienti in Inſtitut. Profeſſione publica iterum Succeſſor datus eſt JEBERTUS GROTHE, de cujus Patria & Parentibus nihil hactenus aliquid cognovimus, tantum quod bis in Academia faſces Rectorales anno nempe 1509. & 1513. tenuerit, ex Matricula Rectorum pro veritate affirmare poſſumus. XXVI. Jebertus Grothit

§. 26. Poſtquam Dn. *Joachimus Papke* anno circiter 1510. diem ſuum obiiſſet ſupremum, ſtatim eum in *Sexti Decretal. Profeſſione* excepit LUCAS RONNEBEKE. Venit ille ſtudiorum cauſa in Acade- XXVII. Lucas Ronnebeckius.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Academiam noſtram Varniacam anno 1499. in Rectoratu æſtivali Ducis *Erici* Magnopolenſis, cumque inprimis animum ad ſacratiſſimam Juris ſcientiam & quæ præſertim ad Juris Canonici elucidationem pertinent, applicaſſet, ita in Jure Pontificio profecit, ut Gradum in *Jure Canonico ſupremum*, quem *Doctoratum* vocant, in illo cum laude & applauſu meruerit. Ab eo tempore ut diximus, *Sexti Decretal. Profeſſor Ordinarius* in Academia a Sereniſſ Principib. Megalopyrgenſibus fuit conſtitutus ac Rectoratus VI. in Academia intra ſpatium annorum ſeptendecim geſſit, primum quidem 1513. ultimum autem, idque annuum ob Academiæ tunc deſolationem 1527. nec diu poſtea ſupervixit, qui quamvis inciderit in reformatæ doctrinæ Evangelii ao. 1523. Roſtochii per Slüterum etiam introducta tempora, tamen in religione ſua papiſtica, qua innatus & educatus erat, demortuus eſt.

XXVIII. Joachimus Wolterſtorp.

§. 27. Profeſſorem Ducalem iterum ſequitur Profeſſor Ducalis & *Codicis Ordinarius* quidam JOACHIMUS WOLTERSTORP, qui *Andreæ Beckero* in ſua Profeſſione anno circiter 1515. ſucceſſit, & binis quidem vicibus Academiam Rector rexit, ſc. anno 1518. & a. 1521. ubi autem poſtea manſerit, cum neſcientibus ignoramus.

CAP. II.

De Profeſſoribus utriusque Juris a tempore Reformationis ad hodie uſque in Academia degentes.

§. 1. Adduximus hactenus Profeſſores Juris qui a tempore Academiæ conditæ ad uſque tempus & initium Reformationis per Megalandrum *Lutherum* ſuſceptæ (cujus puram Evangelii Doctrinam in Sacris Literis fundatam anno 1523. primum Rotzſtoch. e ſuggeſtu prædicaverat ipſius genuinus Diſcipulus *Joachimus Slüterus*, quo de infra *Cap. IV. de Miniſtris Eccleſiæ* pluribus dicemus) *annis continuis centum & decem* Jura qua Civilia qua etiam Canonica in Academia & Urbe Rotzſtock docuerunt & propagarunt, quorum tamen e numero ob temporum injuriam pauci ad noſtram notitiam, quantum quidem ad vitarum illorum attinet curricula, pervenere: Miſſis itaque nunc obſcuriſſimis Papatus temporibus, quique in illis vixere JCti Rotzſtockii, ſequentes etiam *Profeſſores Juris Ordinarios* qui poſt Reformationem Eccleſiæ ſacratiſſimam utriusque Juris ſcientiam ad noſtram uſque ætatem cum laude immortali enuclearunt, nunc quoque conſiderabimus, initium cum anno 1531. facturi a *Profeſſoribus Juris Senatoriis*, qui uti jam ſæpius diximus, tum ſibi ſoli Jus Profeſſores in Academiam vocandi & conſtituendi vendicabant, & quamvis etiam Duces Megalopyrgenſes ſuos Profeſſores in Academiam ad profitenda Jura miſerant miſere tamen tunc vivere illi cogebantur idque extra Facultatem ſ. Collegium ſuum, & vel nullus eorum aut Decanus electus vel Rector in Academia pronunciatus fuit, prohibente id Senatu Profeſſoribus ſuis, ne Profeſſores Ducales ad munia illa publica Academica admitterent, ſibique aſſociarent, hæcq; illa injuſte fundata ac in Academiam exercitata dominatio Senatus duravit per annos XXX. & ultra, donec tandem poſt feliciter tranſactam Reformationem Academiæ & erectam cum Senatu *Formulam* ſic dictam *Concordiæ Imam*, e Ducalibus & Senatoriis Profeſſoribus anno 1563. unum Corpus coagmentatum & coadunitum fuit, uti pluribus ſupra Lib. I. Cap. V. jam diximus.

Profeſſores Senatorii Juris I. Albertus Knopperus.

§. 2. Sed conſiderabimus nunc ordine ſucceſſionis Profeſſores ut diximus Juris Senatorios primum & dein inter ſe commixtos & Ducales & Senatorios poſt Reformationem Eccleſiæ hactenus utrumque Jus in Academia Rotzſtoccenſi cum admiratione docentes, quorum e numero primus prodeat ALBERTUS KNOPPERUS. Hic natione Belga non autem Danus (ut vult *Beckerus in Biblioth. Veter. & Nov.*) nam Swollæ in lucem editus eſt, cujus Reipubl. Status adeo laudabilis celebratur ab Auctoribus, ut neque Ariſtoteles neque Plato meliorem unquam deſcripſerint. In hujus Urbis primum dein etiam in variis aliis Scholis tam trivialibus quam univerſalibus Linguas & Juriſprudentiam cum excoluiſſet, *Juris* tandem *utriusque Doctor* publice fuit creatus, & primo quidem ut videtur, Jura in Academia Colonienſi docuit, ex qua cum ejus nominis celebritas ubique ſerperet, Ampliſſimus inprimis Senatus Urbanus Rozſtockienſis ad Jura in Academia profitendi illius quoque Perſonam ambiit. Venit ergo Rotzſtockium circiter annum Ch. 1531. in Academiolam illam tunc vel penitus deſolatam ad *Codicis Profeſſionem*, ipſi a Senatu Urbis nunc omnium Succeſſorum Primo adjudicatam, ubi poſtea ob vaſtitatem Academiæ & Studioſorum paucitatem Lectiones tunc ſuas publicas in cœnobio D. Johannis (quod antequam diruteretur ab Illuſtriſſ. Principibus JOHANNE ALBERTO & ULRICO, urbem anno 1566. captam tenentibus, multis & pulcherrimis ædificiis concameratis, & columnis lapideis fulcitis conſtabat, uti memoriæ prodit Abavus noſter p. m. D. *Lucas Bacmeiſterus Senior in Narratione hiſtorica MSta de Initio & Progreſſu Lutheraniſmi in Urbe Rotzſtockio*) propoſuit, quod tum maxime JCti, præter *Knopperum*, *Oldendorpius*, *Strubius*, & alii, Medici autem *Gisbertus Longolius* & Licent. *Joh. Gold*, aliique multi Profeſſores Senatorii facere ſolebant. Notamus autem hic ſimul obiter, poſt clariorem ac puriorem Evangelii lucem ubique locorum per *Lutheri* Diſcipulos in Germania inprimis univerſa accenſam, labaſcere etiam in dies magis ac magis cepiſſe Juris Canonici ſ. Pontificii auctoritatem tyrannicam, eo autem qu. exoleto cum vel potiſſimum in Aulis, ac Curiis controverſiæ omnes & actiones forenſes ſecundum Leges Civiles Cæſar. cognoſcerentur, dijudicarentur imo lites dirimerentur, majori etiam cum ſtudio ac cura inexhauſtæ Juris Civilis ſcientiæ tunc quoque in Academiis inſudarunt Profeſſores, hinc factum, ut ab eo tempore in Academia inprimis noſtra Rotzſtochienſi, ſingulis Corporis Juris Civilis Partibus, (ſi Pandectas excipias, quarum ſaltem unus Profeſſor Publicus Ducalis adhuc hodie ibidem invenitur) peculiares Explanatores ſeu Profeſſores duo, alter Ducalis, alter Senatorius conſtituti fuere, e contra unus tantum ſervatus fuit *Juris Canonici* ſ. ut vocatur, *Sexti Decretalium Profeſſor Ducalis*, quibus

tunc

tunc ad annum usque 1570. & ultra accessit septimus qu. supernumerarius aut *Extraordinarius Placidorum Feudalium Professor Senatorius*. Verum Noster *Knoppertus*, (ut ad eum iterum revertamur) ob vile a Senatu Urbano porrectum Stipendium aliam vocationem utiliorem quæsivit & invenit etiam Hafniæ in Dania, quo in Academiam ibidem celebratissimam jam a *Christiano* I. Rege Daniæ fundatam, sed bello collapsam, anno 1538. a *Christiano* III. iterum egregie restauratam, se contulit, ejusque Universitatis Albo insertus est 1549. die 17. Octobr. ac Rectoratum in ea gessit 1552. 1557. 1562. 1564. & 1569: & quidem in Rectoratu anno 1562. functus est Legatione regia in Livoniam ad Polonos. Fuit etiam insuper a Rege Daniæ constitutus *Procurator Templi S. Virginis* ad annum usque 1570. insimul & *Præfectura Ringstadiensi* a Rege donatus, nec non *Intimus Majestatis illius Consiliarius*; hujus namque *Knopperi* judicii dexteritate & Consiliorum opibus in rebus ac negotiis gravissimis, Legationibusque periculosissimis domi ac foris in totius Regni ornamentum & præsidium salubriter ac utiliter usus fuit Rex Potentissimus, cui etiam ac Regno suo præstantissimus hic Vir vitam suam quoque impendit. Dum enim Lovanii in Brabantia gravissimam Legationem magna fide ac dexteritate obit, a sceleratissimis hominibus, (qui jus gentium & Legatorum ap. omnes inviolabile, tamen violare non puduere,) ad illud facinus atrocissimum perpetrandum subordinatis, sclopeto sive globuli ictu trajectus interiit, anno 1577. die 16. Maij, relinquens Filios *Henricum* & *Joachimum* Rotzstockii genitos, Albertum item & unam Filiam Elisabetam Hafniæ ex octennali conjugio cum Uxore sua *Anna Stotebergs* procreatos.

Scripta.

Disputationes de Jure Emphiteutico. Hafn. 1573. de Justitia. ibid.

II. Johannes Oldendorpius.

§. 3. Una cum *Knoppero* nostro ex Academia Rotzstochium advenit consummatissimus ille JCtus JOHANNES OLDENDORPIUS, cujus vitam brevissimis lineis inclusam nunc adducamus. Lucem sc. ille vidit Hamburgi, in Emporio illo sat magno ac celeberrimo ad Albim sito, cujus meminit doctissimus Italus *Hieron. Faleti de Bello Caroli V. German. Lib. VII. ap. Hortlederum Lib. III. de Origine & Progressu Belli Germanici Cap. 81. p. 740.* *Die Hamburger* scribit, *sind auch Völcker in Sachsen gegen den* Chersoneso Cimbrico, *ihre Stadt Hamburg genand, liegt an der Elbe fünff Meilen vom* Oceano, *da vor alters die Völcker, welche* Marsi *genennet worden, gewohnet, ist unter andern Frey-Stædten sehr mæchtig.* Conf. quæ de hujus urbis origine & nominis impositione ex *Autore des Altmarckischen Chronici*, *Sialandica & Crantzii Chron. Saxon. Lib. I. Cap. II. & Lib. II. Cap. 16.* adducit *Pomarius in der Sæchsischen Chronica p. 43. & 44.* In hac ita populosissima ac mercimoniis adhuc dum florentissima urbe natus est, ut diximus *Oldendorpius* noster ex Sorore *Alberti Crantzii*, clarissimi illius Theologi ac Historici suo tempore incomparabilis, cujus vitam supra in *Classe Theologorum* jam Commentariis his nostris inserui-

mus. Hujus autem avunculi sui singularem liberalitatem satis superque expertus est noster, ut in literis optime proficeret, quibus cum a literis in Lycæo Patrio primum operam sedulam dedisset, cognitis rudimentis Avunculi sui suasu & opera necessaria porrecta, ad varia doctorum Gymnasia Colonienſe præsertim, se contulit, ibique artes ac linguas cum Juris studio prudentissime conjunxit, quæ cum fructu postea Wittebergæ continuavit, ubi *Lutherum* & *Philippum Melanchthonem* aliosque Theologos ac præstantes Jurisconsultos audivit docentes, quorum Theologorum inprimis ductu atque ex eorum pura Evangelii prædicatione in conscientia sua convictus, Religionem Papisticam in qua natus & educatus, deseruit, & orthodoxam nostram amplexus est. Ex hac itaque Wittebergensi Academia primum Bremam vocatus fuit anno 1528. ad Gymnasii istius Rectoratum, quod ex Monasterio ibidem hactenus Augustiniano, in hunc veterem tandem usum sc. Scholasticum, tunc primum erexerat Senatus populusque Bremensis, cujus *Gymnasii novi primus Rector Lutheranus* electus fuit *Oldendorpius* noster. Abhinc in Gryphiswaldensem iterum se contulit Academiam, in qua ob summam eruditionem atque in Jure scientiam solidam, *insula Doctorali* fuit redimitus; quo honoris titulo condecoratus, in variis postea Academiis sacratissimam Juris scientiam ad stuporem usque studiosæ juventuti explicuit, inprimis *Jus Civile Cæsareum* quasi ex pulvere atque sepulchro, (vi atque autoritate tyrannica Papali in eo hactenus detrusum) in lucem publicam vel solus iterum in Germaniam reduxit ac in Academias introduxit, ut non immerito de illo cl. *Spigelius in Lexic. Jur. in Dict.* Restauraris ita judicaverit: *Noster* OLDENDORPIUS *minime ad somnia, nugamentaque scribenda natus, imo, ut res ipsa manifestat, a Deo missus, ut, quod* Erasmus *pro bonarum artium studio repurgando præstitit, ipse quoque* OLDENDORPIUS *in nostra Jurisprudentia recte tradenda efficeret. Brubn. de Pact. th. 4.* audit *Decus & ornamentum totius inferioris Saxoniæ*; e contra *Cothmannus* illum vocat *Virum acerrimi judicii & Juris antiquitatisque publicæ Assertorem certissimum.* Vol. IV. Responſ. 3, 16. *Germaniæ Sulpitium ac doctissimum JCtum.* Vol. I. Conf. I. Tantus itaque cum Vir extiterit *Oldendorpius* noster, mirum non est, quod non diu aliquo in loco hærere potuerit, ubique enim ipsius accessum desiderarunt Principes, Academiæ & Respublicæ; & primum quidem ipsius præsentia condecorata fuit Academia paucos ante annos fundata, Viadrina, ex qua dein in Colonienſem se contulit, ubi tamen etiam, forte ob Religionem quam acceperat Lutheranam, non diu substitit, sed cum ipsi a Senatu populoque Rozstockienſi honorarilis in sua Academia & urbe offerebatur conditio, in illam secessit sub finem anni ut videtur 1531. quo cum gaudio omnium adveniens, primum quidem dictæ urbis, paulo post etiam *communis Hanseaticarum Civitatum foederatarum Syndicus*, nec non *in Academia Institutionum Professor Publicus Senatorius* fuit constitutus, insimul & *Scholæ ibidem Trivialis*, suasu

ipsius

ipsius in Coenobio Johannæo a Senatu urbis fundatæ *Primus omnium Inspector s. Rector*, quid enim in hujus Scholæ anno 1534. die 3. Jun. peracta constitutione effecerit noster *Oldendorpius*, infra audiemus in *Cap. V. de Rectoribus coeterisque Collegis Scholæ Trivialis. §. 2.* Sed cum *Oldendorpius* noster esset veræ Religionis Lutheranæ dudum addictissimus, ipse Rotzstockium adveniens statim Senatum ad amandam magis & indies propagandam Religionem veram & abusus Pontificios abrogandos graviter est hortatus, & ejus consilio salutari maxima pars Senatus quoque paruit, uti pluribus id adducit *Gryseus in Historia Sluteriana patrio sermone conscripta, ad annum 1531. & 33.* Sed hic *Oldendorpius* noster postquam per annos fere X. Rozstockii mansisset, anno 1540. in Academiam Marpurgensem discessit, a *Philippo* Hassiæ Landgravio in *Consiliariorum suorum numerum* receptus, simulque in *Academia* adducta *Professor Juris* dexterrimus; ubi & tandem etiam cum maximo Jurisconsultorum ordinis communi cordolio vitam cum morte commutavit anno 1567. Fuit *Vir excellentis eruditionis, acerrimi judicii, & in Praxi dexteritatis singularis, semper enim, quæ a Legibus & Jure Civili proficiscerentur, ad æquitatem retulit, maluitque controversias tollere, quam litium constituere actiones*, cujus Viri incomparabilis laudes sequenti *Epigrammate* prosecutus est *Petrus Nigidius.*

Magne OLDENDORPI, *Tu vivens, Juris Asylum,*
Gymnasiique hujus Sol velut unus eras.
Dudum quandoquidem superas inviseras oras,
Cui solido a ferro nobile nomen erat.
Multa scripsisti Libros, quos GYMNICUS *atque* GRYPHIUS *ornatus excoluere typis.*
Quin & WECHELUS, *noster quoque* COLBIUS: *iidem*
Auxiliatrices exhibuere manus.
Hos si quis recitet; summi quoque sydera coeli
Atque maris fluctus is numerare velit.
Ejus in ore fuit crebro sententia PAULI:
Vita mihi Christus, mors mihi dulce lucrum.
Conjicere unde licet, quantus pietatis Amator
Extiterit canus decrepitusque senex.

Scripta:

Antinomiæ de diversis Regulis Juris antiqv. Frf. 1568. 1597.
Collatio Juris Civilis & Canonici, Colon. 1541. 8 Frf 1597.
De Reconciliatione privata & Jure Æquitatis, Frf. 12. 1658.
De Jure & Aequitate forensi Disp. Col. 16. 1573.
Enchiridion Exceptionum forensium, Frf. 8. 1600.
Practica Actionum forensium absolutissima, Frf. 8. 1619. 1661. Norimb. 1637.
Isagoge Juris naturalis, Gentium & Civilis.
Decalogi explicatio. De Tutelis Lib. II Col. 8. 1568.
Flores ultimarum voluntatum, Spiræ 8. 1598.
Expositio in LL. XII. Tabularum adjuncta Spigelii Lexico Bas. 1549. & 1577. fol.
Leges communes Actionum Juris Civilis, ad Usum forensem accommodati, Col. 8. 1605. Lugd. 8. 1546.
Vom Rathschlægen Libellus.
De Topicis Legalibus &c. Argent. 4. 1600.
Explicatio super Legem Diffamari, Col. 8. 1616.
Liber variarum Lectionum.
Consilium de uxore præferenda omnibus cognatis præter liberos, Frf. 1565.
De probationibus & testibus, Colon. 1576. 8.
Usucapionum & præscriptionum tempora ex Jure Civili, Colon. 1568.
De Execut. ult. voluntatum, Const. 8. 1593.
De præscriptionibus & usucapionibus, Colon. 1568. 8.
De Jure singulari.
De vendenda possessione, Colon. 1570.
Copia rerum & verborum in Jure Civili ex constantissimis JCtorum sententiis.
De privata reconciliatione Frf. 12. 1658.
De possessorio & petitorio proponendis eodem libello, Frf. 1565.
Judex Digestorum & politiæ orbis Roman. restauratio cum multis explicatis Legibus, multaque alia plura, quorum Catalogum adducit *Gesnerus in Biblioth.* Opera autem ejus omnia Juridica prodiere IV. Partibus, Lugd. 1545. 8. Huc pertinent etiam:

Libri duo germanico idiomate ab eo conscripti sequentes:

Wat billig und recht ys, eine korte Erklærung allen Stænden denstlich, woby gottlicker und pawestlicker Rechte gelick tormin roede unde bewehrighe in veler Mißbrücke Affleininge. A. 1529.

Walvhafftige Entschuldigung D. Joh. Oldendorps Syndici *tho Rostock wedder de mordgierigen uprörischen Schanddichter und falschen Klæger. Rostock. 1533.*

§. 4. Sequenti anno post *Oldendorpii* adventum, quoque in Academiam, suasu sine dubio *Burenii* atque *Pegelii*, a Duce *Henrico Pacifico* missus fuit a parte Ducis *Juris Professor Ordinarius* JACOBUS PHILIPPUS ÖSELER, J. U. D. jam procreatus, qui sub finem anni 1532. Rectore tunc fere perpetuo D. *Nicolao Leone*, Rotzstockium adveniens, inscriptus fuit. Quamvis enim tunc sibi soli jus in Academiam (Principibus tunc aliis gravioribus rebus inprimis Religionis negotio intentis) arrogaret Senatus, tamen quia jam ante annum in Academiam advenerat Biga Virorum illustrium *Burenius* atque *Pegelius*, ad reformandam & restaurandam huc a parte Ducis missi, qui Facultatem Artium s. Philosophiam iterum instaurare omnes suos intendere nervos; Noster *Oeselerus*, *Consiliarius* simul Ducis *Henrici*, Serenissimi sui Jus maximum & primarium in omnibus Facultatibus, sicque & in Facultate Juridica Professores eligere ac alere, suo in Academia adventu demonstrare ac defendere debuit, licet ut supra jam diximus a Senatu Urbano impetrare haud potuerint Professores Ducales, ut more solito simul in Facultatem reciperentur, & vel Decanatus vel Rectoratus munera una cum Senatoriis Professoribus in Academia etiam obirent. Fuit itaque sic *Oeselerus* Noster in Academia Professor Juris Ordinarius Ducalis, & ut videtur, in locum Dn. *Wolterstorpii* vel discessi vel decessi (utrumque enim ignoramus) *Codicis Professor Publicus* successit, quo in officio etiam sine dubio ad finem vitæ suæ permansit. III. Jac. Phil. Oeselerus.

IV. Lambertus Takelius.

§. 5. Accedimus nunc ad Virum adhuc sub Papatu in Professoria dignitate quidem constitutum, sed qui etiam in tempora renati Evangelii per *Lutherum* facti non solum incidit, diuque etiam in clariore illa Evangelii luce vixit, quamquam in Patria sua Religione erronea obierit. Est autem ille LAMBERTUS TAKEL, Lüneburgensis, natus in illa Urbe nitidissima, quæ anno 1190. a Duce Brunsuicensi *Henrico Leone* anno primo imperii Cæsaris Romano-Germanici *Henrici*, e ruderibus vetustissimæ atque ab eo funditus eversæ Urbis *Bardenvici* primum condita fuit eo in loco, ubi antea erat Pagus *Moyerstorff* s. *Mondstorff*, a Lunæ Simulacro seu Statua, (quæ Virum asininis auribus Lunam inauratam manibus tenentem repræsentabat) ad invocationem Lunæ ibi in monte illo, hodie *der Kalckberg*, olim erecta, quamque postea anno post Ch. n. 800. diffregit *Carolus Magnus* Cæsar Romano-Germanicus primus, dictus, hinc nomen adhuc hodie retinet *Lünenburg*. *Spangenbergs Mansfeldische Chronica cap. 234. Büntingii Braunschweigische Chronik fol. 168. 170. 394. Meibomius in Historia Bardevici.* Conf. & *Pomarii Sæchsische Chronica p. 6. 45. & 285.* In hac tam vetusta ac celebri etiam Salinarum Civitate cum adolevisset noster *Takelius*, ad Academias se contulit, & quidem nostræ Academiæ Varniacæ nomen dedit anno 1500. in Rectoratu sc. hyemali *Alberti Winckels* in Med. D. & Profess. Post adeptum in illa *Magisterii* Gradum, Jurisprudentiæ unice incubuit, in quo etiam studiorum genere ita profecit, ut a Juridica Facultate *Legum Baccalaureus* fuerit renunciatus. Postea autem quam in Facultatem Juridicam susceptus fuerit, officium suum Professorium cum cura obiit, quamnam a. Jurisprudentiæ partem explicavit, aut cujus proprie in locum successit certo determinare haud valemus. (forte D. *Leoni* in *Clementin. Prof.* anno 1522. successor datus est) Rectoratum vero in Academia gessit 1440. per totum annum ob Professorum tunc raritatem, cum & Professores tunc Ducales a Senatu Urbis honore Academico quocumque, excludebantur.

V. Christophorus Hegendorphinus

§. 6. Sequitur alius Professor Senatorius CHRISTOPHORUS sc. HEGENDORPHINUS, qui anno 1500. honestis Parentibus in Belgio natus est, inque omni genere virtutum ac literarum educatus fuit. Is quam primum adolevisset, ad varias Germaniæ, Galliæ atque Italiæ Academias profectus est, & Græcam pariter ac Latinam Linguam diligenter admodum excoluit, inque iis tantum profecit, ut commilitonibus palmam præriperet, sicque in bonis artibus ad admirationem usque excelleret. Philosophiæ quoque operam dedit, & in Jurisprudentia tam feliciter versatus est, ut in ea *J. U. D.* cum laude fuerit renunciatus, postquam etiam Theologiam haud intactam reliquit, quam sub *Luthero, Philippo Melanchthone* & aliis purgatæ Doctrinæ Evangelicæ Theologis ad amussim etiam excoluit. Multarum sic disciplinarum cumulo onustus noster, magnam sibi nominis famam apud Germanos comparavit, & quidem primum anno 1525. *Græcæ Linguæ Professor* in Academia Lipezensi in locum *Petri Mosellani* anno 1524. die 19. Apr. decedentis, fuit constitutus, testante *hoc Henrico Meibomio* in elegantissimo carmine de Vita *Hermanni Tulichii* his quidem verbis:

„Alter ab hoc (sc. *Joh. Rivio* de quo paulo ante dixerat) HEGENDORFINUS, munere cujus
„Fata *Mosellanum* postquam properata tulissent,
„Græcia Teutonicis cæpit notescere Mysis.
„Idem etiam, Juri addictus, Sacraria Legum
„Pandere doctus erat finemque imponere rixis.

Interim *Hegendorfinus* Noster in hac sua Professione Litteraturæ Græcæ constitutus, Collegas atque Amicos inprimis conjunctissimos habuit *Hermannum Tulichium* & *Johannem Rivium* ambo Westphalos, de quorum inter se intima familiaritate laudatus *Meibomius* ita canere pergit in Carmine citato:

„*Hos* (intellige *Joh. Rivinum* & *Christoph. Hegendorfinum* nostrum) *sibi non dubio sociatos*
FOEDERE FRATRES
„*Officiis coluit* (sc. *Tulichius*) *communia cuncta volebat,*
„*Seria, festivosque jocos: convictibus illis*
„*Nusquam aberat Pallas, & amica gratia fronte,*
„*Omnia censeri poterant felicia, credi*
„*Digna Viris.*

Inprimis autem *Hegendorfini* nostri tenerrimum erga *Tulichium* suum animi affectum satis prodidit *Meibomius*, cum enim *Hegendorfini* abitum ad Sindici munus in Urbe Luneburga adduxisset:

„*Cum premeret currum,* (inquit) *cum tristior ipse*
supremum
„*Diceret ore vale, non expectata profatus*
„*Infit: Agor quo fata trahunt, usuraque nobis*
„*Suavis amicitiæ penitus sublata videtur,*
„*Non ita:* TULICHIUM *mihi Thesea junxit*
Olympi
„*Arbiter, ille iterum junget functique sequemur*
„*Funus, & erectam decorabo carmine tumbam.*
„*Aut prior ille mihi solito de more parabit*
„*Exequias, nomenque legent post fata Nepotes:*
„*Dixerat, & lacrymæ suffusa per ora cadebant.*

Intimis ergo suis sic valedicens Wittebergæ *Hegendorfinus*, statim ex humanissima Vocatione Senatus Urbani Rotzstockcensis, sub Rectoratu hyemali M. *Andreæ Eggerdes* anno 1539. Urbem & Academiam penitus collabefactam Rotzstockcensem ingressus est, forte ut *Leoni* ante quadriennium demortuo in *Decretorum Professione* succederet, cujus quidem ejusdem in Academiam Rotzstockcensem adventum testatur ipsa Matricula Academica omni exceptione major testis, quam sæpius jam adducto nitidissimo alias Poeta & Historico nulli secundo *Henrico* illo *Meibomio* opponimus, qui in citato suo carmine *Hegendorfinum* statim ex Leucorea Academia Luneburgum avocatum fuisse dicit dum canit:

„*Nec longum in medio tempus, cum missa vocavit*
„*Litera Vandalicam Lunæ florentis ad Urbem*
„HEGENDORFINUM. *Non exuit ille benignus,*
„*Obsequium, sperans melioris commoda vitæ &c.*

(Francofurti etiam ad Oderam *Jus* eum docuisse vult *Königius* in *Bibliotheca Veteri ac Nova*, de cujus tamen rei veritate ob supra adducta valdopere adhuc dubitare licet.) Cum enim vile admodum stipendium a Senatu Urbano Profes-

soribus

soribus suis Rotzstockii porrigi intellexisset, vix ad finem usque anni adventus sui Rotzstockii in Academia subsistere voluit, sed ad oblatum sibi ante Syndicatus officium Lüneburgum sub novi anni initium se contulit, ubi primum *Syndicatus amplissimum munus* in dicta Urbe obiit, quo in munere adhuc degens Consilium Juridicum conscripsit in causa *Arnoldi Hosselbeck*, Cos. quondam Rotzstoch. Testatoris, quo in probat, quod *Infantula Proneptis istius Testatoris* Cos. *(licet ejus in Proavi sui Testamento nulla sit facta mentio) tamen exprœsumpta Juris & Testatoris conjecturata voluntate ab hæreditate Proavi sui repelli non possit, nec debeat.* Vid. *Kirchhov. Respons. JCtor. Germ. Vol. II. p. 86. sqq.* Postea vero *Hegendorfinus* noster, ut erat Vir omnium scientiarum doctissimus relicta curia, Ecclesiarum curam in se suscepit, atque *Ecclesiarum Urbis Lüneburgi Superintendens Præsul III. quidem post Reformationem Evangelii in locum* M. PAULI RODII constitutus fuit, quo in Ephoratu suo tantum per sex menses supervixit, mortuus namque est anno 1540. d. 8. Aug. eodem quidem anno, quo Luneburgum venerat, ætatis quidem XL. & sepultus est in Templo D. Johannis in medio choro. Cæterum non possumus etiam hic simul dememinisse verborum, quæ de *Hegendorpio* nostro adducit excellentissimus quondam Academiæ Wittebergensis Juris D. & Professor *Matthæus Wesenbecius* in oratione de *Gabriele Mudæo* JCto, cum gradus decerneretur *Christophoro Anesorgio* anno 1572. 12 Jun. in eadem Academia Leucorea. *Circumferebatur tum* inquit, Legalis (*sic enim inscriptum erat*) Dialectica Christophori Hegendorfini, *qua de remmiscor interdum asseverantem* (intelligit Gabrielem Mudæum) *nec Jurisconsultorum, nec Dialecticorum placidis illam admodum convenisse. Quamobrem ut hominis nimium scripturientis existimationi consuleretur, adductus populariorum ejus precibus, sumpsit in manus Libellum, & quid quaque in parte dignum animadversione notaretur, de superiore loco commonstravit.* Hæc ille. Præterea beatis hujus *Hegendorfini* manibus felix ille teneræ juventutis Formator *Lucas* ille *Lossius* sequens scripsit Cygneum Carmen:

Cognitus hunc (intelligit *Paulum Rhodium*) *sequitur toti* HEGENDORFIUS *orbi:*
SYNDICUS *hic nostra fuerat quoq; clarus in urbe.*
Eripiunt vero nobis hunc fata maligna,
Vix ubi sex fuerat menses hoc functus honore.
Nostra Viri hoc fecit breve Carmen Musa sepulchro.

TABELLA AD VIATOREM.

Stemmata qui Procerum spectas, hic Lector, Avorum,
Hic etiam celeres sistito, docte, pedes.
Nulla tibi monstro fucis monumenta metallis,
Non vultus pictos, ære nitente, leves:
Sed quem doctrinæ virtus, pietasque dederunt
Spectandum, refero, parva Tabella, Virum.
Quis fuerit quæris? fuit HEGENDORFFIUS, *olim*
Clarus qui Phoebes SYNDICUS URBIS *erat.*
SUMMUS *& ad Christi vigilabat ovilia* PASTOR,
Et juvit doctas, eruditque Scholas.
Esset cum charus doctis, cunctisque verendus,
Hei tantum subito fata tulere virum.
Hic ubi decantat puerilis carmina coetus.
Æterno, summa pro bonitate, DEO:
Leniter in sanctos cineres resoluta quiescunt
Ossa, tenet regnum spiritus ipse DEI.
Palladis ut vivus pueros dilexit alumnos,
Sic moriens pueris ossa terenda dedit.
Quod volui, Lector, docui te, parva Tabella,
Quam clarum à nobis mors tulit atra Virum.

SCRIPTA.

De instituenda vita & corrigendis moribus juventutis Dialogi. Argent. 1521.
Methodus conscribendi Epistol. Colon. 1527.
Annotationes in Marcum & Epist. Pauli ad Hebr. utramque Petri & in Acta. Hagenoæ 1528.
Historiam Passionis Christi edidit.
Annotationes in aliquot Ciceronis Orationes.
Compendiaria via discendi Jura Civilia. Lugd. 1566. Colon. 1607. 8.
Tituli aliquot Pandectarum Commentariis illustrati.
Nonni Poetæ Paraphrases Græcæ in Johannis Evangelium, atque sex Homiliæ de Providentia divina Chrysostomi ex Græco in Latinum versæ. 1528.
Aristotelis Libri quidam Physici atque Demosthenis aliquæ Orationes latinitate donati.
Tres dicendi Artes, Grammatica, Dialectica & Rhetorica locupletatæ, & qua ratione facillime percipiantur, declaratæ.
Exegesis in XII. Libr. Codicis Justinianei. Basil. 1549.
Dialectica Legalis.
De differendi & demonstrandi Arte. Basil. 8. 1545.
Oratio inauguralis de constituenda recta in Academiis ratione. Rozst. 1540.

§. 7. Professorem Senatorium iterum excipit *Professor Ducalis* JODOCUS MAEN, qui anno 154[illegible]. Rectore æstivali D. *Petro Boyen*, a Duce *Henrico* in Academiam hanc nostram missus est, ut Jus Civile studiosæ Juventuti explicaret. Advenit ergo in Academiam, jam *Serenissi.* ipsius *Consiliarius*, atque *Pandectarum* sic dictam *Professionem* primum instauravit. VI. Jodocus Maen.

ff. 8. Una cum Dn. *Maen* quoque in Academiæ Matricula relatus est LAURENTIUS SIBENECKER, *J. U. Lic.* nec non simul *Principis Megapol. Consiliarius*, forte, ut Dn. *Iceberto Grothen*, longum ante discesso, in *Institutionum Professione* à parte Ducis iterum succederet, cui suæ etiam Spartæ, quamdiu in Academia vixit, summa cum laude & nominis ubique celebritate sua præfuit. VII. Laur. Sibenecker.

§. 9. Sequenti anno 1542. Rectore *M. Andrea Eggerdes* ex vocatione Amplissimi Senatus Urbani Colonienſi Academiæ valedixit, & in nostram se contulit Academiam Varniacam JOHANNES STRUBIUS, Daventriæ ad dextram Isalæ ripam natus. Hic a pueris literis se devovit, tantumque in variis Scholis & Academiis in illis, Juris inprimis studio, profecit. ut *Juris* primum *Licent.* fuerit creatus, quo gradu ornatus statim *Jura in Academia antiquissima Colonienſi* haud sine magna nominis sui fama docuit. ut motus Amplissimus Urbis Rotzstockcensis Senatus, illum in locum incomparabilis sui *Oldendorpii* VIII. Johannes Strubius.

anno 1540. discessi, *Institutionum Professorem ac Urbis Syndicum* iterum expetere. Paruit vocationi ut jam diximus, *Strubius*, ac *Lectiones suas* ob Auditoriorum & Domuum Academiæ tunc fere defectum, nec non ædificiorum concameratorum qua amplitudinem qua etiam multitudinem, *in Coenobio divi Johannis* (more tunc nonnullis Professoribus Ampliss. Senatus maxime JCtorum & Medicorum solito) proposuit, tanta omnium cum applausu & cognitione profundissimæ illius in Jure scientiæ, ut vix triennium & quod excurrit Rotzstockii in Academia subsistere potuerit, avocatus enim fuit sub finem anni 1545. ad *Syndicatum Urbis Imperialis Lubeccæ*, testante nostro Atavo in literis ad Filium *Matthæum Bacmeisterum* nostrum Pro-Avum, cum bis in Academia Rectoratum gessisset, & in J. U. D. jam esset proclamatus. Lubeccæ sic *Orator Publicus* constitutus, Pro-Avi nostri Paterni Sororii, *Johannis Stoltefoeths* Pastoris postea Mariani Lubeccæ Amitam, *Elisabetham*, Senatoris Lubeccensis *Johannis* s. *Hanß Stoltefoeths*, ejusque uxoris *Elisabethæ*, Patricii Lubeccensis *Thomæ Limeburg*, (cujus effigies adhuc ibidem in Conclavi Societatis Circulisferæ sive SS. Trinitatis visitur) & *Gesæ Brömsen*, Neptim, matrimonii vinculo sibi copulavit, ubi inter Testes Pactorum connubialium affinis sui *Arnoldi Stoltefothi* anno 1547. occurrit ap. celeb. *Mellerium* nostrum *in Notitia Majorum Lubeccensium p. 65. & 66.* Sed non continue quoque Lubeccæ hæsit, Hamburgensi namque Reipublicæ doctissimis ac prudentissimis suis consiliis quoque inserviit, attestante id sagacissimo rerum Hamburgensium Collectore *Joh. Alberto Fabricio in Memoria Rerum Hamburgens. Volum. I.* qui *Strubium* nostrum inter *Syndicos ipsius urbis, ordine VII.* post Reformationem *Lutheri* anno 1551. adducit; Remeavit tamen iterum ad veteres Lares Lubeccenses, suumque in illa urbe jam antea administratum Syndicatum anno 1556. Atqui tamen hæc sua gravissima ac magnifica munia, (nam & simul Regi Daniæ *Christiano* III. a *Consiliis* erat) *Strubium* nostrum quam facile enervarunt, ut biennium vix post alterum suum in urbem Lubeccam reditum, supervixerit, obiit enim anno 1558. die 7. Aug. atque in templo ibidem Jacobæo terræ mandatus fuit, cujus Epitaphium in dicto templo, columnæ illi quæ suggestum portat, septentrionem versus affixum, legitur cum hac Epigraphe: ANNO DOMINI MDLVIII. DIE VII. MENSIS AUGUSTI OBIIT ORNATISSIMUS ET CLARISSIMUS VIR. JOHANNES STRUB. JURIS UTRIUSQUE DOCTOR. ORATORQUE FACUNDISSIMUS, AC REGIÆ MAJESTATIS DANIÆ CONSILIARIUS, CUI DEUS SIT PROPITIUS.

Scripta:

De constitutione Civilis Disciplinæ s. Professionis.

Tractatus de optima ratione discendi Jurisprudentiam, Academiæ Rotzstoch. studiosis propositus: adjunctus Libro de Restauratione studii litterarii publici in Acad. Rotzstoch. &c. D. *Gisberti Longolii* Rotzstockii a Ludov. Dyetz excus. 1544. m. August.

Consilium Juridicum de quæstione: An res aliena, invito Domino pignori data a Detentatore vendicari possit. (Vid. D. Laurent. Kirchhovii Consil. Lib. Vol. II. Cons. XLV.)

§. 10. Venimus nunc ad *Strubii* in Professione & Syndicatu Successorem ADAMUM TRATZIGERUM. Hic Berolini, quod sedes est Marchionum & Electorum Brandenburgicorum, in lucem editus fuit, & a teneris annis in humanioribus literis imbutus, in quibus in Schola Patria & variis Academiis, præprimis Lipcziæ, tantos fecit progressus, ut cum laude *Juris U. Doctor* fuerit salutatus. Ab eo tempore in Academia Viadrina Jura explicare incepit, ex qua tandem ab Ampliss. Senatu Urbis Rotzstock ad *Professionem Institutionum Justinianearum* in locum *Johannis Strubii* Lubeccam discedentis vocatus est anno 1546. cui statim ob ingenii, memoriæ & eloquentiæ ejusdem dona accessit *Syndicatus Reipubl. oppidanæ* dignitas, sicque Academiæ & Urbi Rotzstock per aliquot annos fideliter inserviit. Verum hic doctissimus Vir cum opinionem Heterodoxam *quod fortatio simplex non sit peccatum*, in Disputatione publice defenderet, controversiæ cum Theologis tunc Lutheranis in Ministerio & Urbe Rotzstock *Matthæo Edderern*, *Petro Hakendale*, *Joachimo Schrödero*, *Henrico Smedenstede*, unico tunc in Academia Theologiæ Doctore & Professore, simulque Pastore Nicolaitano, aliisque, implicitus fuit, quam litem ut tandem dirimeret D. *Johannes Æpinus* Superint. Hamburg. ex petitione Ducis *Henrici* Rotzstockium venit, ubi cum *Tratzigerus* erroneam hanc suam controversiam revocare nollet, non multum post abs laudato Duce Megapolitano *Henrico Pacifico* ex Academia & urbe dimissus fuit, *Æpinus* autem tunc quoque mandato Principis Academiam simul visitavit. Dimissus itaque sic ex Academia & urbe Rotzstock *Tratzigerus* noster, Hamburgum se contulit, & locum inter Canonicos ac *Syndici munus* post *Franciscum Pfeilum* anno 1552. obtinuit, cujus & Reipubl. jussu duas ad *Elisabetham* Reginam Angliæ Legationes obiit. Postea anno 1558. ab *Adolpho* Duce Holsatiæ in aulam Gottorpiensem accersitus, eo se contulit; tandem tamen *Cancellarius* quoque laudati Principis constitutus, insolentius se gerere coepit, nam multa Principi suo consilia nova atque noxia suppeditavit, unde & *Pestis* vulgo audivit. Quid enim non valet Minister impius, inprimis Consiliarius intimus aut Cancellarius apud Principem, ubi semel palpationibus suis ac assentationibus ejusdem animum facile flexibilem occupaverit? si enim ex prudenti cujusdam viri celeberrimi sententia, *Cancellarius Auliæus, quasi oculus, auris, os, manus, atque adeo ipsa imago Principis est, per quem ille videt, quid in aula, quid in urbibus, quid in Præfecturis geratur, per quem supplicum preces & miserorum querelas intelligit, per quem Civibus mentem suam interpretatur, per quem ad Reges, ad Respubl. ad subditos, ad alios scribit; ex cujus moribus quis, qualisque Princeps ipse sit cognoscitur, qui custos est Legum, oppressorum Asylum, flagitiorum scopulus, æquitatis officina & summus justitiæ sacerdos*; quis putas, talem virum irreparabile damnum imo dicam summum interitum Principi non

IX. Ad- Trazige

Kirchma oratione nebri Ja Bordingi Cos. Lub

non ſolum ſuo ſed toti quoque Regioni ac Provinciæ afferre, qui nec Deum timet, nec Principis ſui aut ſubjectorum commoda quærit. Commune quidem, & acceptiſſimum, ſed tamen vere omnium nequiſſimum ac peſtiferum in Aulis Animal eſt Adulatio: uti enim ille non prudentis quidem ne dicam conſcientioſi Medici nomen meretur, qui in omni re omnes ſuas curationes omnia conſilia, quamvis ſæpiſſime magis nocitura, tantum ut placeat ægris, ſecundum illorum corruptam voluntatem ſemper dirigit; ita cane pejus & angue, ut dicitur, fugiendi imo deteſtandi ſunt illi Conſiliarii, qui ſemper omnia ad voluntatem Dominorum ſuorum loquuntur; *ita* enim *fit, ut Principes apud quos improbi conſiliarii meliori conditione & majori in gratia ſunt, quam boni, nonniſi triſtiſſimo caſu edocti, errata ſua nimis ſero agnoſcant*, uti recte exemplo *Theodorici* Marchionis Brandenburg. in vita ipſius concludit nitidiſſimus Poeta & Hiſtoricus nulli ſecundus *Georgius Sabinus*. Hæc obiter. Redeo ad *Tratzigerum*, qui Canonicorum tum Hamburgenſium, licet ipſe pars eſſet Collegii illorum, tamen nocendi occaſiones ſtudioſe captavit; tum Sleſvicenſium *Adolphus* conſiliis ipſius obſecutus, Privilegiis pene omnibus orbatos, in ſervitutem redegit duriſſimam, qua de re copioſius in ſuo *Chronico Saxon. Lib. XIX. p. m. 136. ſeqq.* agit Hiſtoricus ſummus itemque Theologus incomparabilis D. *David. Chytræus*. Hujus quoque *Tratzigeri* ſuaſu deſtructum eſt Templum in Oppido Sleſvicenſi Holmienſe antiquiſſimum e Lapide Porphyretico exſtructum, cujus dein rudera materiam Palatio ipſius ſplendide exædificando præbuiſſe feruntur. Cæterum quod de *Tratzigero* adducit Doctrina, Fama ac Meritis Inluſtris, Medicus, Poeta ac Hiſtoricus plane ſingularis *Henricus* ille *Meibomius Introduct. in Hiſtor. Infer. Saxon. p. m. 61.* eum ſc. *primo Theologiæ Profeſſorem ac* Davidis Chytræi *Anteceſſorem in Academia Rotzſtochienſi fuiſſe*, id fidei Hiſtoricæ e diametro contrarium eſt, nunquam enim Theologiæ, ſed Juris ſemper Utriusque Civilis & Canonici Doctor ac Profeſſor ſimulque in Urbe Rotzſtock Syndicus fuit; uti præter *Annales veteres Academiæ*, etiam noſter Atavus D. *Lucas Bacmeiſterus*, Senior atteſtatur in *Narratione Hiſtorica MSta de Initio & Progreſſu Lutheraniſmi in Urbe Rotzſtock*. Recte interim cum *Meibomio l. c. p. 62.* exiſtimamus, Tratzigerum *Res Hamburgenſes non minus fideliter quam plene etiam narrare potuiſſe, cum Syndicum Urbis ageret, & ad ejus Chartophylacia aditum haberet*. Conf. quæ ad illum merito hac in re defendendum pluribus affert laudatus *Meibomius* l. c. Idem fecit *Henricus Meybomius* Senior, qui Tratzigerum *Virum in inquirenda veritate diligentiſſimum* vocat. Male prætereaCancellario noſtro cum Uxore ſua (crux fere Eruditis univerſalis) conveniſſe, totoque illam biennio convictu ejus ac præſentia caruiſſe, ex literis Familiarium illius MStis teſtatur accuratiſſimus Hiſtoriæ Cymbricæ Scriptor celeberrimus *Johann. Mollerus Iſag. Hiſtor. Cimbr. Part. III. Cap. VIII. §. 4.* Vitam tandem hic Vir magnus ſed minime pius Aulicus finiit miſeram & vere tragicam, die ſiquidem 17. Octobr. anno 1584. prope Villam Rareſtedianam, dum Hamburgo Gottorpium revertitur, de curru præcipitatus, animam efflavit, de quo ita cecinit ejus ex Sorore Nepos *Albertus Fridericus Mellemannus, Berolinenſis:*

Dum carpit iter rotis citatis,
Turbati rapide trahunt caballi
Rhedam per loca non ſat expedita,
Hinc ergo fugiturus hoc periclum,
De curru exiluit, gravis ſenecta.
Sed dum deſilit, impeditus annis,
Seſe præcipitat, ſuamque vitam
Exhalat volucres miſer ſub auras.

Corpus poſtea hujus Viri exanime in Baſilica Hamburgenſi terræ eſt mandatum, & Lapidi ſepulchrali hæc verba inſculpta:

Inveni Chriſtum, ſpes & fortuna valete.

SCRIPTA.

Conſilium Juridicum anno 1551. Rotzſtockii nomine Facultatis ſcriptum: *Proneptem neque ex Teſtamento, neque ab Inteſtato Proavo ſuccedere poſſe*, demonſtrans. (Extat Volum. III. Conſil. Jur. German. à D. Kirchhofio Collect. & edit. Conſil. VI.)

Brevis Narratio de Dithmarſorum Hiſtoria, & cum Familia Holſatica controverſiis. 1559.

Die Schleſswig-Holſteiniſche Landgerichts-Ordnung. Part. I. II. III. IV. Hamb. 1573.

Der Alten Stadt Hamburg Chronica, *von der Zeit* Caroli M. *biß zum Ende des Kayſerthumbs* Caroli V. *mit Fleiß auß glaubwürdigen Geſchichtſchreibern, Jahrbüchern, Briefflichen Uhrkunden*, Receſſen *und Handlungen zuſammen gezogen*. Liber MStus quem in Bibliotheca ſua deſcriptum quoque poſſediſſe, ſupra l. c. Meibomius Auctor eſt.

Tabulæ Chronologicæ MSSt.

X. Antonius Freudemannus.

§. 11. *Tratzigeri* in Academia noſtra & Facultate Juridica Collega fuit ANTONIUS FREUDEMAN, Halenſis Saxo. Urbs hæc Hala Saxonum à *Salinis* nomen accepit, quæ uberis illic loci ſunt, ejusque origo ſecundum *Chron. vetus Saxoniæ a Pomario editum & auctum p. 167.* incidit in annum 981. eo in loco ædificata, ubi antea erat Pagus, à *Pomario* in Notis *Dobrebora* vel *DoberSoele* dictus (h. eſt, ut nos interpretamur, *Herrenbrun, oder Herren Saale, Dobber* enim in lingua Ungarica *Dominus*, & *Born* ex dialecto inferioris Germaniæ *Puteus* ſignificat, *Soele* autem vel a præterfluente *Sale Fluvio*, vel potius ab aqua ex qua ſal coquitur, adhuc hodie a ſalis coctoribus *die Soele* nominata, derivanda) fuit autem primum Comitatui Mansfeldenſi addicta, poſtea ad Epiſcopatum Magdeburgenſem pervenit, denique Imperialis & Libera Civitas facta ſimulque Anſeaticarum Civitatum ſocia, quam in ſocietate ac foedere vivens, anno 1494. Lubecæ in ſolenni conventu Hanſeatico una cum reliquis LXXI. Civitatibus Legatos ſuos habuit. Vid. *Lindenberg. Chron. Rotzſt. Lib. I. cap. IX.* Poſtea tamen iterum pervenit ad Epiſcopum Magdeburgenſem, hodieque ſubjecta eſt Regi Pruſſorum ac Electori Brandenburgenſi *Friderico III.* qui ibi condidit Academiam florentiſſimam anno 1694, atque adhuc

Hala Magdeburgica dicitur. In hac igitur antiquissima Civitate Saxonica natus noster *Freudemannus* ex non infimæ sortis Parentibus, in eadem à prima pueritia in pietate & literis bene educatus fuit. Cumque Præceptores & eruditione & fidelitate præclaros nactus fuisset, eorum manuductione tantos in literis fecit progressus, ut cum laude in Academiis vivere, & graviora studia tractare posset, quibus tanto etiam ardore invigilavit, ut anno 1551. die 19. Febr. à Dn. *Johanne Trutenbul* Juris Doct. & Profess. in Academia Wittebergensi cum aliis quinque præstantibus Viris, inter quos & *Joh. Schneidewindt* in ead. Civitate postea Prof. Juris, *gradu Doctoris in Jurisprud.* insignitus fuerit; quo gradu fulgens, statim in Academiam Rotzstokianam à Senatu vocatus advenit, suam *Professionem Codicis* in locum D. *Alberti Knopperi* Hafniam discessi, summa cum laude omniumque applausu ornavit. Sed post aliquot annos propter stipendii tenuitatem, quod Senatus augere noluit, discessit, ac in Patriam migravit, factusque est *Joachimi Friderici*, primum Administratoris Archi-Episcopatus Magdeburgensis post Electoris Brandenburgici *Consiliarius Aulicus*. Fuit *Vir gravis, sapiens, & justitiæ atque disciplinæ honestæ observantissimus*, quod Elogium *Freudemanno* tribuit noster Pro Avus D. *Lucas Bacmeister* Sen. in *Oratione de Simone Pauli*. Interfuit etiam à Parte Senatus Urbis Rotzstoch. Actioni Anno 1551. ad Restaurationem Academiæ a Principibus indictæ.

XI Johannes Hofmannus.

§. 12. Professorem Senatus excipit Professor Ducalis, cujus nomen fuit JOHANNES HOFMANNUS, natione ut videtur, Misnicus. Hic variis in Academiis magnum scientiæ, inprimis Jurisprudentiæ penum sibi comparavit, ut J. U. D. in Academia ut videtur, Wittebergensi fuerit creatus, ex qua dein sub initium anni 1550. cum *Röslero, Aurifabro, &c.* a Principibus in Academiam Rotzstochianam vocatus est, ut *Professionem Pandectar. Ordinariam*, a D. *Jodoco Mden* tunc forte vacue factam, iterum in se susciperet: Eo enim tempore tunc potissimum de Instauratione Academiæ potissimum cogitabant Duces Megalopyrgenses *Henricus* & *Johannes Albertus*. Veniens itaque Rotzstockium *Hofmannus* noster, statim sequenti anno 1551. mense Octobr. nomine Professorum Ducalium interfuit Actioni de Instauratione Academiæ cum Senatu Urbis a Ducibus institutæ, quamque *superiori Libro Cap. IV. §. 5. ex Chytræo* totam adduximus. Verum hic *Hofmannus* propter Senatus Urbani adhuc in Academiam in primis Ducales Professores continuatam injustam dominationem aut potius tyrannidem, non diu Rotzstochii substitit, in Borussiam enim anno 1557. circiter abiit, & sedem forsan Regiomonti in Academia fixit; inde Pestem grassantem fugiens, cum tota Familia anno 1564. die 30. Sept. remeavit Rotzstockium. Quam autem deinde Professionem iterum indeptus fuerit, certe ignotissima res est, videtur tamen, eum privatam potius vitam ad obitum usque suum ibidem egisse. Interim magno semper in pretio *Hofmannum* illum ob eruditionem atque in judicando dexteritatem singularem apud omnes fuisse, vel inde constat. Invitaverat scilicet Cos. *Thomas Gerdesius* ad coenam eod. anno Cal. Januar. Lic. *Paselicum* Regis Daniæ *Friderici* II. Consiliarium, qui forte tunc Rotzstockii erat, D. *Lucam Bacmeisterum* Seniorem, & nostrum quo de nunc agimus, D. *Hofmannum*: inter coenandum forte in sermonem de Reipubl. statu præsenti Rotzst. corruptissimo incidere omnes, ibi & *Paselicus* & D. *Hofmannus* noster suam quisque sententiam de modo componendæ civilis dissensionis declaravit prudenti & gravi oratione: eam rem se Cos. meminisse velle dixit, & commodo tempore ad Senatum referre. Visum ergo est tres ex Professoribus seu eruditis ut nominant esse adhibendos. D. *Hofmannum* nostrum, D. *Commerum* & M. *Joh. Posselium* Seniorem (nam apud *Lic. Paselicum* obtineri non potuit, ut diutius Rotzstockii maneret & actioni interesset) tres item ex concionatoribus, vid. D. *Lucam Bacmeisterum*, Sen. M. *Lucam Randovium* & Dn. *Joachimum Banfow*: denique & duos ex Senatu *Thomam Gerdes* Cos. & *Henricum Dassow*, Senator. nec non ex 60. civibus etiam duos *Valentinum Nigeman*, & *Henricum Berendes*; quæ vero acta suo loco adducemus. Tandem abiisse iterum Rotzstockio *Hofmannum*, Cothmannus quidem attestatur, sed quando vel ubi naturæ debitum solverit, ignoramus.

§. 13. Cum *Tratzigerus*, uti supra in vita ejus pluribus adduximus, Rotzstockio discedere cogeretur, ab ipso petiverat Senatus Rotzstockiensis, ut Successorem idoneum inquireret, qui *ætate graviore* quam ipse esset. Hoc *Trazigerus* in contemptum suæ ætatis junioris accipiens, Senatui Rostockiensi indicavit seniorem quidem, sed ingenio, industria & doctrina longe inferiorem ipso, cujus nomen erat WILHELMUS NOVESIANUS. Natus ille est Novesii, vulgo *Nuess*, quæ civitas sita ad Renum in Episcopatu Colonienssi, in vicinia Westphaliæ, adeoque a Patria cognomen accepit, ut *Novesianus* dictus sit. Hic in literis & jure ita profecit, ut *Juris Utrusque Doctor* fuerit salutatus. Venit autem ex commendatione *Tratzigeri*, ut modo diximus, Rotzstockium anno 1556. ejusdem in *Institut. Professione & Syndicatu Urbis* Successor, semel autem anno 1558 Academiæ Rector. Ast hujus Viri opera magis nocuit, quem profuit Reipubl. etenim cum *Tilemannus Heshusius*, Pastor Jacobæus, quem supra in *Classe Theologorum* laudavimus, una cum collega *Petro Eggers*, profanationem Sabbati taxaret, & publice e suggestu denunciaret, *se non posse probare, quod diebus Dominicis nuptiæ celebrarentur, & commessationibus ac compotationibus homines a cultu divino & auditu verbi divini horis pomeridianis arcerentur, quare sibi proposuisse, non amplius desponsatos diebus Dominicis copulare, &c.* ægre admodum hoc tulit Senatus, inprimis Cos. *Petrus Brummerus* & *Wilhelm. Novesianus* noster Syndicus, qui statim per *mandatum* omnibus templorum valvis affixum, & ex suggestu jussu Senatus lectum, (cujus Auctor fuit *Wilhelmus* noster *Novesianus*) imperavit *Tilemanno Heshusio* ac *Petro Eggers*, ut ex urbe migrarent, unde multæ

XII Wi- mus Nov- nus.

distractio-

distractiones & motus excitati sunt, qui ad *aliquot annos durarunt*, ut suo loco dicemus.

II. Joachims Griepeswoldt. §. 14. Pergimus ad JOACHIMUM GRIEPESWOLDT. Hic ex Urbe Lüneburga, ubi natus & educatus erat, in Academiam Rotzstockianam anno 1547. Rectore M. *Conrado Pegelio* venit, & postquam sacratissimam Juris scientiam probe percepisset, anno 1557. Decano D. *Freudemanno*, una cum *Boukio*, *Kirchhovio* & *Röselero*, *Jur. Utr. Licent.* creatus, & post discessum *Luc. Laurentii Siebenecker*, *Institutionum Professor* a Duce Mekelnburg. fuit constitutus, quam Spartam summa cum laude administravit, & administrasset diutius, nisi sceleste ac nefarie periisset. Etenim cum anno 1559. die 22. Januar. in horto deambularet, & Librum, quem manibus tenebat, inspiceret, ecce doctissimus hic Vir ac vere candidus, per proprium famulum globo tormentario perfide ac nefarie necatus est, testante *Cothmanno Respons. Academ. 19.*

IV. & XV. Johannes Waltherus & §. 15. Circa hæc (credo) tempora duo etiam extra ordinem Professores Senatorii in Academia Nostra Varniaca *Jus Civile & Canonicum* studiosæ Juventuti publice explicarunt; quorum alter est JOHANNES WALTHERUS, quo de testatur M. *Wolphgangus Justius*, *Libro de Academiis*, *n. LXVI.* Fuisse illum *J. U. Lic.* ac suo tempore *Jus in Academia Rotzstok.* docuisse: Alter autem est JOACHIMUS PHRUSIUS, Rozstock. quo de etiam ex jam adducto M. *Justo l. c.* edicimus, quod fuerit *Jurium Licent.* primum in Academia Viadriana, deinde hac in Patria sua Academia *Professor Juris* laboriosissimus.

I. Johannes Boukius. §. 16. Discedente *Hofmanno* in Brussiam, illius locum iterum occupavit JOHANNES BOUKIUS. Hic Hamburgi nobili Emporio honestis Parentibus progenitus, & in literis summa cura eruditus. Et quidem primum in Patria Schola, dein in Schola Lüneburgensi sub disciplina *Hermanni* illius *Tulichii*, Oratoris summi, & *Lucæ Lossii*, felicis studiosæ Juventutis Informatoris optime institutus. Inde variis in Academiis, Wittebergæ, & in hac nostra inprimis Rotzstokiana, cujus Civis factus est 1542. magnum Jurisprudentiæ penum sibi comparavit, ut una cum aliis anno 1557. die 23. Novembr. Decano D. *Anthonio Freudemanno* in nostra hac Lacisburgica Academia *J. U. D.* summo cum applausu omnium literatorum fuerit salutatus: quo gradu ornatus, primum in Patria *Syndicatum* obtinuit anno 1556. dein autem cum hinc inde in nuperrime restauratam Academiam suam Viros literatos accesserent Sereniss. Duces Megapolenses *Johannes Albertus* & *Ulricus*, inter alios *Boukium* quoque nostrum ad *Pandectarum Professionem* ao. 1558. in locum ut diximus, *Hofmanni*, vocarunt. Hic vocationi parens, tanta cum laude illi præfuit, ut omnium Eruditorum favorem ac amorem sibi conciliarit, imo & Ducis sui ULRICI, qui in *numerum Consiliariorum* suorum *Boukium* suscepit, ac magni fecit. Ideoque cum gratus esset factus Duci ULRICO, sæpe ad Comitia Imperii, & ad Conventus Circulorum ab eo in magnis negotiis ablegatus fuit, imo & ad Regem Poloniæ, quod factum anno 1564. mensibus Julio & Augusto, cum Rectoratum Academiæ sustineret, interea vero *Lucas Bacmeisterus* Sen. vices ejus in Academia supplevit. Licet vero *Boukius* summus Vir, multisque dotibus a Deo ornatus, (*ingenio* namque *præclaro*, *facundia insigni*, *in Jure & Politicis rebus versatissimus* erat) humani tamen aliquid passus, *facile* enim *offendebatur*, & *tenax erat offensionum*, *ac cupidus vindictæ*, *unde non solum ipse lites cum aliis movebat levibus interdum de causis*, *sed etiam clandestinis practicis* (machinationibus rectius cum *Cicerone* diceres) *aliis nocebat*, uti de eo scribit *Lucas Bacmeisterus*, Proavus noster in sæpius citata *Narratione Historica MSSta.* Vigebant autem suo tempore, inprimis anno 1564. & sequentibus, dissidia inter Senatum Urbis Rotzstock. & Duces Megapolitanos hanc itaque ob causam obtinuit *Boukius* a Senatu, (qui per eum majorem sibi gratiam & clementiam conciliare posse apud Principem ULRICUM sperabat) *fundum quendam multis annis vacuum in* LATA PLATEA, *ubi Domus quædam cerevisiaria cum aliquot domunculis olim sita fuerat*, & *in tres insignes Domos*, *quæ adhuc videntur cum inscripto nomine ejus & insigniis*, *ædificavit*, testante iterum nostro Proavo l. c. Tandem *Boukius* anno 1568. Rotzstockio discessit, forte in Aulam ad Principem cui charissimus erat, quando vero ille vitam cum morte commutarit, non comperimus. Habuit Uxorem *Gerdrudem vam Holte*, quam anno 1565. die 27. Sept. una cum IV. Liberis tribus Filiabus & uno Filio *Alberto* in gravissima illa pestientiali lue morte amisit.

XVII. Laurentius Kirchhofius. §. 17. Sequitur nunc LAURENTIUS ille KIRCHHOFF. Natus hic est non in Boeotiæ Oropo, ubi avaritiam; non Tanagræ, ubi invidiam; non Anthedone, ubi rapacitatem; non Corona, ubi curiositatem; non Platæis; ubi jactantiam; non Haliarto, ubi stupiditatem; non Thespiis, ubi contentionem habitare *Dicoearchus* scripsit, sed in polita hac Megapoli Urbe a Dissolutione seu Divisione Aquarum Rotzstock dicta, optimorum ingeniorum Nutricula, & Musarum sede, anno quidem 1538. ex Familia ibidem non tam celeberrima, dignitate ac meritis illustrissima, sed & antiquissima, quæ continua in serie ultra treentos annos in civitate illa floruit egregie. Tres *Kirchhovii* (quod mirandum) unius Prænominis, Consulatum hic gesserunt laudabiliter, nempe primus BARTHOLDUS anno 1390. Secundus hujus Filius, BARTHOLDUS, anno 1487. Tertius autem BARTHOLDUS anno 1525 quorum Virorum laudes, (ut recte scribit Rector tunc Academiæ *Nicolaus Willebrandus in Program. funeb. Joachimi Kirchhovii*) & res præclare gestas si commemorare vellem profecto me dies deficeret, tantum abest, ut eas in tam exigua charta notare possim, diximus tamen de iis jam aliquid supra occasione inscriptionis. Ex tertio autem BARTHOLDO illo Cos cum alii plures, tum inprimis qu. egregius surculus productus est LAURENTIUS noster, is, cujus nunc vitam brevissimis lineis saltem depingere licet: quis enim dignum præconem agere valet virtutum, laudum ac doctrinarum Viri ad miraculum doctissimi. Enim vero

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ro quod de magno quodam Populi Romani Senatore Vir aliquis disertus pronunciavit: *Nihil aliud eum fuisse, quam ex omni bonarum artium congerie collectam perfectionem*; optimo Jure de incomparabili quodam Provinciæ Megalopoleos non minus, quam totius Germaniæ suo tempore ornamento LAURENTIO nostro affirmare possumus. Matrem *Laurentius* habuit *Margaretham*, natam ex cive Patricio Wismariensi *Alberto Kellermanno*, cujus cum unica Filia esset, in primo ætatis flore nostri Parenti *Bertholdo Kirchhovio* 1524. juncta annis continuis 32. ad annum sc. 1556. quo morte amisit hunc suum dilectissimum Maritum nostri Parentem, cum Mater e contra annum post *Laurentii* nostri obitum animam efflaverit, III. sc. Calend. Maji 1581. agens annum ætatis 71. A tantis igitur Majoribus ortus, ex tam generoso ac antiquo sanguine progenitus noster, non potuit non in omni virtute ac bonis literis Deo opitulante adolescere; multa namque in nostro inveniebantur non minus egregia quam ad educationem bonam etiam summe necessaria: aderat ap. eum indoles mirifica, atque ingentes animi dotes, ingenium divinum, memoria admiranda, judicium acerrimum, lingua expedita; his accedebat Parentum cura indefessa, & Præceptorum industria fidelissima, quæ quidem omnia, si cadunt in Puerum doctrinæ ac literarum cupidissimum, Vir ille evadat singulariter doctus ac summus necesse est. Vix autem sexennalis Puer anno 1544. ex voluntate Parentum Rectore tunc Academiæ *Johanne a Brunchorst* nomen suum Academiæ dedit, quo inprimis etiam Rectore qua in Schola Universali, qua etiam in Triviali ibidem abs Senatu Urbano suasu *Oldendorpii* ante 11. annos fundata. Latinam ac Græcam Linguas bene imbibit, cumque etiam in Dialectica & Rhetorica belle versatus esset, Academicis Lectionibus interfuit, atque ad studium Juris inprimis animum applicavit, quod tamen non nisi antea egregiis in Ethica & Politica jactis fundamentis, incepit, postea autem pleno velo ad studium Juris accessit, illique primum in Patria dein etiam variis in Academiis, Italicis præsertim, summa diligentia invigilavit. Reversus tandem ex longinquis suis peregrinationibus Academicis ad Patrias Musas, præmium expetens studiorum suorum, (labor namque merito præmiis decoratur ut *Cicero* inquit) quod & summa etiam cum laude ac omnium applausu obtinuit, Decano siquidem & Brabeuta D. *Freudemanno* anno 1557. die 23. Nov. cum *Boukio, Röselero, Griepeswold* suis postea in Academia Collegis, *Juris utriusque Doctor* fuit salutatus & nominis ejus tunc fama ubique magis ac magis innotuit, ita quidem, ut Romæ sæpius in Curia Pontificia præsens causas egerit, id quod patet ex *Consiliorum suorum* in lucem postea editorum *Voluminibus*; anno namque 1554. ætatis quidem 16. (præivit hac nunquam satis demiranda sua studiorum maturitate Librorum Heluonem, immortale illud Batavorum decus, incomparabilem illum *Hugonem Grotium*, qui annum etiam ætatis XV. agens, anno 1599. sic volente & jubente Parente, Hagiensium Advocatorum ordini adscriptus fuit, quo de suo loco pluribus dixi-mus) die 28. Jan. *Consil. I.* Mense Febr. *Consil. II. Consil. III.* ult. Decembr. *Consil.* autem IV. Mens. Jan. sequentis anni, Romæ conscripsit, cum interim a mense Julio vix uno alteroque mense in Patria fuerat. Hoc itaque eruditorum Miraculum civem suum a se dimittere Amplissimus Senatus Urbanus Rotzstockc. timens, ne ab aliis quam primum Rebuspublicis, Principibusq. Viris e complexu suorum ac sinu Patrio abriperetur, discedente in Patriam D. *Freudem.* circa annum 1559. statim *Kirchhofio* nostro vacantem sic in Academia Patria *Codicis Professionem* obtulerunt, quam oblatam amore Patrio ductus etiam suscepit, tantaque cum laude functus est, ut omnium admirationem excitaverit, quam in rem ad majorem rei fidem non de auditu solum, sed & oculatos quoque testes adducimus omni exceptione majores. Ita enim de *Kirchhofio* nostro scribit D. *Nicolaus Willebrandus* in supra adducto *Programm. funebr.* LAURENTII KIRCHHOFII *Domus, quoad vixit, pene Oraculum fuit non hujus tantum Civitatis, sed omnino Imperii quoque Romani: Id quod præclara ejus monumenta, quæ non modo in Germania, sed in Gallia quoque Italia, & aliis in locis cupide leguntur, & in admirationem sunt omnium, satis abunde testantur. Petrus* autem *Lindenbergius* Rerum Patriarum Chronographus accuratissimus, *in Chron. suo Rotzstock. Lib. V. Cap. XI.* sequenti encomio *Kirchhofium* nostrum parentavit: *Ex præcipuis Jureconsultis est* LAURENTIUS KIRCHOFIUS, *homo Patritii ordinis, & Princeps olim Collegii ICTORUM, qui quantum in legibus valuerit, ejus Vigiliæ typis jam pridem publicatæ docent. Memoria tam magna & admirabili fuisse meminimus, ut non solum multa Legum millia, sed etiam celebrium Doctorum sententias ad unguem teneret, aut certe de una re locos variorum varios minime hæsitabundus indicaret, vel Volumen aperiens e vestigio, ac si quæsiviſſet ante, quærentium oculis subiiceret.* Hæc de Kirchofio Laurenbergius, qui deinde anno 1565. D. *Matthæo Röselero* propter Pestem in Prussiam aufugienti, in *Syndicatu Urbis* Patriæ successor datus est, sequenti statim anno ob celebritatem nominis, & insignem in Jure, uti audivimus, scientiam, *Consiliarius* quoque Serenissimi Principis *Johannis Alberti* Ducis Megapolitani *ejusque Professor Codicis in Academia Primarius* in locum D. *Oeseleri*, constitutus fuit, quo in officio suo multas ac graves obiit Legationes. Eo adhuc Senatorio Professore ac Academiæ Rectore anno 1563. die 3. Junii *in effectum deducta est* (verba sunt nostri Atavi D. *Lucæ Bacmeisteri* Sen. in sæpius adducta *Historica Narratione MSSta*) Transactio negotii Academici inter Illustriss. Principes JOHANN ALBERTUM ET ULRICUM Duces Megapol. & eorum Professores cum Senatu & Communitate dudum hactenus frustra agitati; *& introducti Professores Illustriss. Principum in Concilium Academiæ, præsentibus duobus Consulibus* HENRICO GOLDENISS & JOHANNE VON HERVORDEN & *civibus circiter 16. aut 20.* cum *Kirchofius* noster pendente controversia de Academiæ recta constitutione ad sesquiannum Rector Acad. fuerat:

Ab



D. Laurentius Kirchovius
Rostochiensis, Consiliar. Magnop. Ducd.
Rostoch. Profess. cuius Rector mortuus
est A. 1580. ætat. 52.

J. M. B. P.

SS.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Abeo autem tempore æque Ducales Professores, quam Senatorii in Concilium Academiæ recepti ac unum *Concilii Corpus* factum. Uxorem habuit noster *Kirchofius* Filiam Doct. *Johannis Rudelii*, Syndici Reipubl. Lubeccens. doctissimi & prudentissimi, qua cum genuit unicum tantum Filium *Bartholdum*, Juvenem literatum & bene doctum, qui nulla post se sobole relicta, post Patrem fatis concessit anno 1588. noster autem *Kirchofius* Vir ille incomparabilis obiit Academiæ Rector morbo epidemico grassante s. febri catarrhosa, anno 1580. ætatis suæ 52. die quidem XVI. Octobr. postremo Rectoratus sui die, cujus Effigies conspicitur in Concilio Academ. Rotzstok. cum hac subscriptione: D. LAURENTIUS KIRCHOFIUS, *Rostochiensis Jurisconsultus famigerabilis Academiæ Professor, cujus Rector mortuus est anno 1580. ætatis suæ 52.* Fratrem præterea noster *Kirchhofius* inter cæteros habuit *Lambertum* dictum, qui *Laurentio* nostro doctrina non inferior fuit, ambo namque ingenii præstantia ita creverunt, & tantum inter alios suo qu. jure caput extulerunt:

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Uterque *Jurium Doctor* celebritatem nominis non in Ducatu duntaxat Megapolitano, sed in universa fere Europa consecutus est. Et ut *Laurentius* noster Academiæ Professori, sic *Lambertus* Frater ipsius politicæ Reipubl. Rotzstok. una cum aliis præfectus, præclaris suis Consiliis ita Civitatem Rotztok. sibi devinxit, ut ejus memoriam nulla unquam deletura sit oblivio. Obdormivit post exanthlatos labores ac molestias complures anno Ch. 1577. Reliquit quidem numerosam eamque felicissimam utriusque sexus prolem, Filiis autem suis postea sine liberis demortuis, universa cum ultimo Filio *Lamberto* vetustissima ac celebratissima KIRCHOFIANA Familia plane expiravit.

EPITAPHIUM:

Clarissimi & Optimi Viri, Pietate eximia, Consilio sapienti, Prudentia perspicaci, Eruditione multiplici, & Virtute excellenti præstantis

DN. LAURENTII KIRCHOVII, JCti.

Celeberrimi, inclytæ Academiæ Rostoch. Professoris, & Rectoris Magnifici, Anno noviss. temporis LXXX. XV. Octobr. ex hac vita mortali in cælestem Patriam per

CHRISTUM *evocati.*

Post ter quingentos & octoginta Decembres,
Dum λόγος ex pura Virgine natus erat:
KIRCHOFIUS *moritur* LAURENTIUS, *inclytus ille,*
(Heu mihi) RECTORIS *dum gerit officium:*
Inclytus ille animi virtutibus: inclyta cujus
Doctrinam celebrat Rostochiana Schola.
Rectum ipsi ingenium, moresque fuere probati,
Sermonisque vigens, judiciique decus:
Ingenuus candor, mens integra, pectus apertum,
Et pudor & pietas, & sine labe fides.
Defuncti in tumulo nunc molliter ossa quiescunt,
Quem Letho ante diem mersit acerba lues:
Si tamen ante diem, quemquam periisse putandum
Qui talis, tali morte solutus obit. (est,
Spiritus ipsius coelesti vescitur aura
KIRCHOFIUS *volitat, docta per ora Virum.*
Tom III. de Westph. Monum. ined. Rer. Ger.

KIRCHOFIUS *viguit, viget atque vigebit in ævum,*
Scripta hujus nullo sunt moritura die.
Tu qui tam magnum Doctorem CHRISTE *dedisti,*
Da nobis alium, Te sine nemo dabit.
Lilia ubique cadunt, absynthia tristia florent,
Ergo tuum serva CHRISTE *benigne Scholam.*

M. CONRADUS SCHLUSSELBURGIUS
pietatis ergo mœstus P.

SCRIPTA.

Receptæ Sententiæ. Erf. 1571. fol.
Interpretatio duorum priorum Titul. L. II. Cod. de edendo & in Jus vocando. ib. 1572. 4.
Responsa JCtorum Germaniæ. Tom. I. II. Frf 1568. reliqui III. IV. & V. Tom. Consiliorum prodiere 1605. fol. ibidem.
De edendo & in jus vocando.

§. 18. *Kirchhofii* in Academia & Facultate Juridica Collega fuit MATTHÆUS ROSELERUS, Abavus noster maternus, natione Lucanus, ortus ex antiquo illo Inferioris Lusatiæ oppidulo Luca, ob maximum illud prælium *Friderici* Marchionis Misnici ante hoc oppidum an. 1307. d. 31. Maji cum Imperatoris *Alberti* exercitu commissum, in Chronicis Misnicensibus haud incelebri, qua de felici Misnicorum cum Svevis pugnata pugna adhuc circumferuntur vetustissimi hi Versus: XVIII. Matth. Röselerus.

„*In Sancto Festo* Petronellæ *memor esto,*
„*Occidit sævos* Fridericus *Marchio Svevos.*

Et notum quoque est tritum jam vetustate Proverbium Germanicum: *Es wird dir gehen, wie den Schwaben vor Lucka.* Vid. Zigleri tægl. *Schauplatz der Zeit ad diem 31. Maji N. II. p. 638. 639.* Noster itaque *Röselerus*, cum fideliter literis fuisset imbutus, & variis in Academiis Philosophiæ ac Medicinæ operam dedisset, ex Academia Wittebergensi, ubi jam Philosophiæ Professor extiterat, gradumque in Philosophia supremum, quem *Magisterium* vocant, ibi assumpserat, à Sereniss. Principe Megapolensi HENRICO anno 1550. vocatus, inde in Academiam Rotzstochiensem venit, inque Rectoratu quidem æstivali M. *Conradi Pegelii* matriculæ Academiæ insertus fuit. Et Principio quidem præfuit *Studiis Græcæ Linguæ*, in qua excellebat, & *Physices in Rotzstok. Academia*, (tunc enim nondum certæ erant Facultates, neque distinctæ Classes Professorum, eorumque Lectionum ordo, præprimis in Facultate ut tunc vocabatur Artium s. Philosophica, determinatus aut præscriptus) quibus Artis Medicæ studium adjunxit, in quo tantum profecit, ut publico testimonio & *Gradu Doctorum in Medicina* a præstanti illo & vere docto *Jacobo Bordingo* 1553. ornaretur. Postea cum cognitione scripti Juris delectaretur, & ingenii ac memoriæ vis in eo insignis esset, animum ad Jurisprudentiam adjecit, non tamen prorsus falsidicis Physicis disciplinis, quas & amabat semper & colebat plurimum. Ita ergo *Jureconsultorum Ordini* accedens, an. 1557. d. 23. Nov. una cum aliis Viris celeberrimis Collegis suis paulo ante adductis, Decano D. *Freudemanno Juris utriusque Licentiatus* declaratus fuit, cum & Rector simul Academiæ, eodem quoque die nuptias celebravit cum *Petri Sassii*, Reipubl. Rotzstock. Secretarii (Viri & literis & moribus excellentis, in ar-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

duis autem rebus tractandis mirum in modum dexterrimi) & *Kunigundæ Hundes*, Filia. Gradu itaque sic *Licent. in Leg.* ornatus, Jurisconsultorum quoque Ordini in Academia associatus fuit, discedente namque *Novesiano* ex Urbe & Academia *Röselerus* noster, a Senatu Amplissimo Urbis Rotzst. *Institut. in Academia Professor*, nec non communis *Reipubl. Defensor*, (quem Græci & communis hodie recepta locutio, Σύνδικον s. *Syndicum* vocant, *a δικη, Jus, eo, quod unam simul eandemque causam in Judiciis defendere debet, ut si quid adversi contigerit vel aliquo Collegio, Municipio, Universitati vel Civitati, ejusdem causam in se agendam suscipiat*; unde in bona aliqua bene constituta Republica (ac olim in dilectissima etiam nostra Patria Lubecca) duo semper aluntur Urbis Syndici, alter qui Senatus, alter autem qui civium ac communis civitatis commoda quærat, eorumque Jura ac Privilegia contra ejusdem Violatores ac vel Legum vel Libertatis oppressionem omnimodo defendat) iterum constitutus est, qualia munera inprimis Syndicatum Urbis quidem turbulentissimo Reipubl. tempore, sibi commissa, summa laude ac fidelitate obivit. Memorabile autem est, quod de *Röselero* nostro cl. *Hardknochius Histor. Ecclesiast. Pruten. Lib. II. Cap. 3. §. 27.* narrat. Scil. cum anno 1565. immanissima illa ac omnium truculentissima lues, (*Pestis* ideo & Grammaticis & Medicis) aut a *pascendo*, quod coemiteria pascat aut saginet; aut a *depascendo* potius, quod instar furibundi draconis aut venenatæ ac immanæ bestiæ totas familias, Civitates & Populos depascatur; aut etiam ex græco ἀπὸ τῦ πεσεῖν *a pessundando*, quia quicquid invadit, funditus tollit, dicta, (vid. Ill. Dn. *Wedelius Disp. de Peste*) totam fere Provinciam aut Ducatum Megalopyrgensem subito invasisset, (nam vel tunc omnes in illo, ut cum Poeta loquar - - - funestos reddidit agros,

Lucretius.

Vastavitque vias, exhausit Civibus Urbem) inprimis autem magna illa contages seu decumani fluctus præsens excitium & extirpationem Urbi Rozstock minari videretur, siquidem e Civibus ad decem fere hominum millia abstulerat, e Professoribus VIII. e studiosis autem octo & quadraginta surripuerat; hinc ipse *Röselerus*, se suamque Familiam in hac lethifera ac formidabili urbis tempestate pro horrendo illo JEHOVÆ flagello, quo tumidam creaturam punit, minime quoque tutissimum esse præsagiens, in Prussiam aufugit, ubi cum aliquantulum commoratus esset, Præses Episcopatus Pomesanienſis D. *Joh. Aurifaber*, in Patriam suam Vratislaviam Silesiæ vocatus abiit, cujus statim in locum Episcopalem iterum ut succedat *Röselerus* noster, Dux Prussiæ *Albertus* voluit. Annuit desideriis Principis ille, quia autem Episcopali huic dignitati gradum in Theologia nondum assumpserat, eo ut quamprimum ornaretur, abs ipso Duce adhuc eod. anno mens. Febr. Wittebergam in Saxoniis missus est; verum summe ibidem Reverenda Facultas Theologica, & Ducis Prussiæ & ipsius *Röseleri* desideriis annuere tunc noluit, & *Röselero* coram, Duci autem per literas pluribus exposuit, *quæ sc. turbæ inde sint secuturæ in Ecclesia, aut quam male hac de re sentirent Adversarii, si tam subito ac celerrime ab una Professione ad alteram qu. transfugeret* RÖSELERUS, *uno gradu s. titulo honoris Academico vix accepto, statim & novum in altera Facultate iterum desideraret. Notam quidem suæ Facultati Theologicæ esse excellentissimam illius* RÖSELERI *in omni doctrinarum genere scientiam, quamque avide ac sedulo in juventute sua* LUTHERUM, MELANCHTHONEM, CRUCIGERUM *Seniorem, omnes Theologiæ repurgatæ partes explanantes, audiverit, eorumque Virorum elimatas Lucubrationes perlegerit, propterea etiam non dubitare Facultatem Theologicam, quin in Præfectura sua Sacra Episcopali DEO & Ecclesiæ maximo cum emolumento inservire possit; Verum enim vero, quia* RÖSELERUS *per plures jam annos excellentissimus Philosophus, experientissimus Medicus, nec non JCtus consultissimus extitisset, atque tres illas Scientias summa hactenus cum laude ac nominis sui gloria perenni in Academiis professus fuisset, e contra Theologi nomen nunquam assumsisset, multo minus Lectiones Theologicas instituisset; Ideo nunc Svasores esse Theologos Witteberg. ut* RÖSELERUS *ad evitandas Adversariorum calumnias, per unum saltem alterumque mensem in Academia Brussorum Regiomontana vel concionando vel legendo, Theologicam suam scientiam omnibus palam faceret, & deinde Reverendissimum suum Episcopale munus cum cura ac perpetua vigilantia obeundum in se susciperet: Quod si modo per anni postea dimidium in Episcopali illa sua dignitate vixisset, & omnibus profundissimam suam etiam in Theologia scientiam notam fecisset, tunc ad Festum Michaelis vel etiam ante hoc tempus iterum Wittebergensem Academiam accederet* RÖSELERUS, *gradumque in Theologia summum debita cum modestia denuo a Facultate sua ambiret, tunc eam quam lubenti animo ipsius & Serenitatis suæ desideriis assurrecturam esse.* Hoc Responso a Facultate Theologica Academiæ Witteberg. accepto, & Dux Prussiæ & ipse *Röselerus* in hoc suo desiderio in posterum penitus acquievere. Post Abitum vero *Aurifabri*, volente sic ac jubente Duce *Alberto*, & suasu etiam Theologorum Wittebergensium, inscitis quamvis ac repugnantibus Statibus Provincialibus Prussiæ ipse *Röselerus* coactus quidem, tamen & *Pomesanienſi & Samlandienſi Ecclesiis Episcopus* præfectus fuit, verum per exiguum saltem temporis spatium, nam sequenti statim anno D. *Georgius Venetus* Nobilis Prussus ut Statuum Provincial. voluntati inserviret Dux, ad binariam hanc Episcopalem dignitatem iterum evectus fuit, *Röselerus* autem magno cum Ducis Prussiæ gratia dimissus, optatum iter ad veteres suas Musas Varniacas instituit, feliciterque absolvit: Quia autem interea temporis D. *Borchholdus* in ejus ultro discedentis locum a Senatu Urbis *Institutionum Professor Publicus* vocatus, magnus etiam *Kirchovius* a Duce Magnapolensi *Ducalem Codicis Professionem* indeptus erat, *Röselerus* noster iterum *Kirchovio* in derelicta *Codicis Professione Senatoria* anno 1567. successit, quo in munere tamen

tamen post biennium in flore quidem ætatis proh! obiit, videl. ætatis suæ anno XLI. die 23. Apr. 1569. Septies Rectoratum in Academia cum laude gessit, cumque anno 1564. die 26. Octobr. ultima vice Academiæ Rector publice renunciaretur, elegantissimam habuit Orationem de *Scholastico Bono* secundum methodum Dialecticam elaboratam, uti testatur noster Atavus *Lucas Bacmeisterus* Sen. in *Diario MSSto.* Hujus autem *Röseleri* nostri *Effigies* conspicitur in loco Concilii Academiæ Rotzstock. cum hac subscriptione: MATTHÆUS ROSELERUS, *Lucanus, LL. & Med. D. Professor Academiæ factus Ao. MDL. & Syndicus postea Reipubl. Rotzstochiensis. Obiit Anno 1569. die 23. April. Ætatis Anno 41.*

EPITAPHIUM ex Æde Mariana.

D. MATTHÆO ROSELERO *hujus Reipublicæ Syndico & Academiæ Professori, excellentis ingenii, doctrinæ & eloquentiæ singularis Viro, frater* Georgius Roselerus *pie obiit anno M.D.LXIX. die* XXIII. *April. ætatis suæ* XLI.

Sparge rosas lachrymis madidas, subsiste Viator,
Hic Rosa perpetuo digna vigore jacet.
Quæ Rosa non ROSELERUS *erat tibi cognitus ille?*
Eximius Rosæ splendor honorque Scholæ?
Ignotus numne ille foret? Rosa candida salve,
Integer & niveus nam ROSELERUS *erat.*
Fragrantemque sui possim spirabat odorem.
Floribus ingenii, floribus eloqui.
Hic igitur ROSELERE *cubas, ut amabilis orta*
Quæ Rosa luce fuit, vespere sicca jacet.
Necte Puer roseas tumuloque appone corollas,
Non dubius vitam sic properare tuam.

Versum Autor *Nathan Chytræus.*

§. 19. *Ingens & eximium decus & Reipubl. præsidium ac ornamentum singulare est,* JURISCONSULTUS DEUM *timens, & veram religionem, justitiam, & mores Patriæ honestos intelligens & amans: qui & Juris sapienter scripti Doctrinam in Scholis propagat, & in Judiciis consiliisque causas controversas, Legum voce prudenter accommodata, decidit, & clientibus fidelem ac salutarem operam in negotiis intricatis expediendis navat, & amicos aliosque homines privatos, suarum rerum incertos* (ut Ennii verbis utamur) *ope sua ex incertis, certos compotesque consilii dimittit benevole, & ne res tractent vere turbidas, prudenter cavet: neque scientia duntaxat & Professione, sed vitæ etiam & morum sanctitate Justitiæ Sacerdos exstitit, nec injustitiis malisque causis patrocinio succurrit. Talis & Jurisconsultus & Vir bonus cum fuerit etiam carissimus Collega noster, piæ memoriæ, Dn.* LAURENTIUS PANCKLOVIUS, J. U. D. *& Professor, & Senior in Ordine Jurisconsultorum Academiæ nostræ, quibus sententiarum Juris decisio, & interpretatio Legum demandata est; haud immerito grata mente & voce memoriam ejus in hac Schola conservamus, eumque pie defunctum diligimus.* Ab his verbis merito B. D. LAURENTII PANCKLOVII, Soceri, Pro-Avi nostri Fratris, Historiam vitæ ac mortis scribendi initium facimus, quibus olim *Programma funebre* suum in obitum *Justinæ* Filiæ *Panckloviі* anno 1596. conscriptum, exorsus est M. *Marcus Hafsaeus*, Ebrææ Linguæ Professor, tunc autem Academiæ Rotzstockc. Rector Magnificus. Natus autem PANCKLOVIUS noster est in ea quam nunc pertractamus historiam, Urbe & Academia Megalopyrgensi antiquissima pariter ac celeberrima Rotzstock, ex præclara ac vetustissima ibidem ortus Familia. Hic cum a suis teneris unguiculis ad pietatem & bonas literas esset adsvefactus, magnos in illis fecit progressus, ut dignus judicaretur, qui cœlo Academico se committeret. Cumque ad studium Juris animum applicasset, primo Ethicam & Politicam excoluit, deinde peritius se in Jurisprudentiam insinuavit, in eaque tantam Scientiam adeptus, ut præceptores sui non dubitarint, ipsi in Patriam redeunti *honores Doctorales* una cum *Boukio, Röselero* & aliis anno 1557. offerre. Hisce ornatus ex peno scientiæ suæ proposuit aliis, quæ collegisset, atque sic anno 1560. m. Febr. a Sereniss. Duce ULRICO Megapolensium Domino ipso *Professio Institutionum Juris* in locum *Joachimi Griepesswold* fuit commendata, ac Lectiones suas in Templo D. Johannis primum instituit, more sc. tunc solito & hactenus recepto. Huic autem Professioni suæ tanta cum laude præfuit, ut *pium, probum, candidum omnibusque probatum Virum decet.* Sed hic Vir diligentissimus tandem naturæ debitum reddidit anno 1594. die 23. Oct. circiter Festum Michaelis, testante *Matricula Facultatis Juridicæ*, cum *per XXXIV. annos Professoria dignitate fuisset, Facultatis quidem suæ Senior, nec non Judicii Provincialis Advocatus & Procurator longe judiciosissimus.* Uxorem elegit natione Hamburgensem, ex præclara ibidem Familia progenitam, quæ exemplar probæ, pudicæ, & οἰκουρὸς Matris familias, ex qua inter cæteros Liberos suscepit Filiam *Gerdrudem*, quæ primum Pro-Patruo nostro magno *Jacobo Bacmeistero*, Hebrææ Linguæ Professori elocata, & hoc mature defuncto, Dn. *Eilhardo Lubino*, Poeseos Professori sociata fuit. Materiam Successionum ab Intestato Jure Civili traditam, Tabula brevi complexit.

XX Georgius Kommerus.

§. 20. Una cum *Kirchhofio*, ut videtur, Professor in Academia Senatorius anno 1559. constitutus fuit quidam GEORGIUS KOMMERUS, J. U. D. qui post erectam *Transactionem* inter *Academicum* & constitutum ex Principum & Senatus Professoribus unum Collegii Corpus, anno 1563. *Placidorum Feudalium Professor Publicus* a Senatu Urbis declaratus (tunc enim secundum *Statuta Nova Facult. Jurid. Leg. IV. & V.* septem erant in Academia Juris Professores) quamvis votum & Sessionem in Concilio non acceperit, ideo nunquam etiam vel Rector vel Decanus fieri potuerit, doctissimum tamen atque ad quæcunque oblata negotia expediunda aptissimum Virum eum fuisse, vel inde etiam constat, quod Reipubl. Rotzstockiensis causa multas & varias Legationes ac Transactiones obire debuerit. Unam vel alteram earum ut adducamus; *Kommerus* noster die quidem 12. Sept. Anni 1562. una cum *Thoma Gerdesio* Cos. & Dn. *Laurentio Breiden* Senatore Urbis Rotzstockc. Gustrovium ad Ducem ULRICUM profectus est, ut intercederet pro mercibus Civium Rotzst. quæ una cum Civibus a Duce

a Duce in Nundinis Guſtrovii detentæ erant, eo quod Rotzſtokienſes primis Principum Literis de dimittendo D. *Johanne Kittelio* non obtemperaſſent; verum Cives dimiſſi, & *Kommerus* cum comitatu ſuo diſtrictus & detentus eſt, ne injuſſu Principis diſcederet, interceſſione tamen Academiæ 24. Decembr. ejusdem anni dimiſſus iterum fuit. Dein etiam anno 1565. d. 8. Januar. cum D. *Hofmanno* & M. *Poſſelio* ex Academicis denominatus fuit a Senatu Urbis ad diutiſſimam & graviſſimam litem inter Senatum & 60. Cives componendam; ſed is actioni huic ob morbum (nam 23. Jan. graviter ex dolore cruris dextri ægrotare coepit) diu intereſſe non potuit, prout omnia illa recenſet pluribus B. noſter Proavus *in Diario MSto.* Rozſtockio alio poſtea migravit, teſtante D. *Cothmanno Conſil. Acad. Reſp. 19.* aſt ubi, nobis non cognitum. Factum id circa annum circiter 1569. vel 70. cum in Academia hactenus *L. omnes Populi ff. de Juſtitia & Jure* it. *Conſuetudines Feudales* magna cum dexteritate ac ſtudio publice ſtudioſæ Juventuti explanaſſet.

XXI. Eberhard. Lothmannus.

§. 21. *Kommero* ſubjungimus EBERHARDUM LOTHMANNUM, qui ut videtur Rotzſtockii natus eſt, ſtuduitque primum in Academia illa Patria ſua, dein ivit Wittebergam, tandem & in florentiſſima ac antiquiſſima Lovanienſi Academia ſtudium Juris ulterius excoluit: Hinc Rozſtockium rediens, permiſſu Profeſſorum Juris, *Collegium Inſtitutionale privatim* aperuit, habita prius anno 1560. m. Julio *Oratione de Legum dignitate & Inſtitutionum utilitate* in Publico Auditorio Philoſophico. Sequenti ſtatim an. 1561. a Senatu Urbis *Inſtitutionum Juris Profeſſionem Extraordinariam* in locum *Phryſii* (ſi modo locus aut ſucceſſio dicendus in hoc corruptiſſimo Academiæ tunc ſtatu, ubi vix ulla certa erat Facultas & Profeſſorum ordo, ſed quilibet ab ao. 1530. ad annum uſque 1563. qui modo accedebat, permiſſu Senatus Lectiones in Academia inſtituebat ac proponebat pro lubitu) accepit, ac Lectionas ſuas pro conſuetudine temporum in Templo D. Johannis propoſuit, cui Profeſſoriæ dignitati paulo poſt etiam acceſſit *Secretariatus in Academia.* Poſtea anno 1563. die 25. Octobr. in Collegio JCtorum una cum aliis tribus Candidatis pro gradu diſputavit, atque Decano D. *Laurentio Kirchhovio* die 9. Novembr. in *J. U. Licent.* pronunciatus fuit, ut habet *Matricula Facultatis Juridicæ.* Nuptias autem celebravit *Lothmannus* die 11. Octobr. dicti anni, copulationis actum peragente *Luca Bacmeiſtero*, Seniore. Obiit tandem Profeſſor peſte anno 1565. teſtante *Joh. Bernhardo Zinzerlingio in Faſtis Rectoralibus Laciburgicis.*

XXII. Joachimus Reimarus.

§. 22. *Lothmanno* annumerare placet JOACHIMUM REIMARUM, Grabovii natum. Hic una cum *Lothmanno* anno 1563. 25. Octobr. pro gradu diſputavit, ac die 9. Novembr. *Licentiatus Juris* fuit ſalutatus. An autem unquam Jura in Academia explicarit ut Profeſſor, (quod vult *Zingerlingius* l. c.) affirmare certo haud poſſumus; eum tamen *Collegii Profeſſorum Principum Quæſtorem* poſt initam priorem Form. Conc. an. 1563. extitiſſe, ex Epitaphio ipſi in Templo Mariano erecto etiam confirmat noſter Pro-Avus *Lucas Bacmeiſterus* in MSto quod. Mortuus autem eſt eodem tempore quo *Lothmannus*, ſc. in graviſſima illa peſte una cum uxore ſua *Eliſabetha Freſen*, die quidem 20. Sept. anni 1565. quibus poſtea tale *Epitaphium* erexit *Johannes Poſſelius*, Senior.

Ανδρὶ ἐπισαμένῳ ἦ πατρίδι ἠδὲ τοκῆων
ἆδεν ἔφο γλύκερον καὶ ἅμα τερπνότερον
ἐξὶ δὲ χρισιανῶν ἐνι ὐρανῶ ἐυρεῖ ὑπερθεν
παῖρίς νημερῆης ἀμβροσίῆς μονη.
πρὸς τάυην ἅγιων συμπάνῆων πατρὶδ ἀληθῆ
οἰδε μετῴκησαν σύζηγοι ἀμφότεροι.
ἔυθα ὁμιλὲσιν κάλλισα τοκῆι τοκήων
πάντων, τῳ μεγάλῳ παμμεδεόντὶ θεῷ.
ἠδὲ βλέπσι σαφῶς, ὃς ἐπίϛευσαν μετεοντες
ἀνθρώποισι βροτοῖς ἐν χθονὶ πυροφόρῳ.
τόννεκα συγγενέες μακάρας μὴ κλαίετε τετας
μαψιδιὼς κλαίειν ἃ θέμις ἐϛὶ σοφοῖϛ.

§. 23. Accedimus nunc ad tempora illa, qui- XXIII. Fridericus Heinius.
bus poſt erectam anno 1563. inter Academiam & Senatum inprimis Urbis, Formulam ſic dictam Concordiæ primam, ex Ducalibus & Senatoriis Profeſſoribus unum Concilii Corpus conditum fuit, & Ducales æque quam Senatorii Profeſſores Seſſiones in Concilio Academiæ acceperint, Decanatus in Facultatibus & Rectoratus etiam geſſerint. Horum itaque e numero his temporibus Profeſſor Ducalis conſtitutus primus fuit FRIDERICUS HEIN. Lucem ille primum vidit Neobrandenburgi, quod Metropolis Dynaſtiæ Stargardienſis in Ducatu Magnopoli, anno 1533. die 5. Martii, qui *Friderico* in Diariis uſitate adſcribitur. Parentes habuit *Jacobum Heinium*, Cos. dictæ Civitatis, Virum pietate, prudentia & integritate inſignem, Matrem vero *Eliſabetham Bernefeur*, ambo ex primariis ibidem Familiis prognatas. Puer domi educatus honeſte & in Schola Patria diligenter a Præceptoribus in elementis pietatis, ac bonarum artium & linguarum initiis inſtitutus eſt, uſque ad annum ætatis 14. quo tandem fundamentis earum mediocriter jactis, in Academiam Rotzſtok. anno 1547. a Parentibus ablegatus eſt, ingenii, quod in eo alacre ac vegetum ad capeſcendam doctrinam apparebat, magis excolendi cauſa. Venit itaque Rotzſtock. eodem quo diximus anno menſe Januario, ac per biennium ſedulo continuatis ſtudiis, cum non parum in iis profeciſſet, in Francofurdianam Academiam miſſus eſt, ubi Excellentiſſimum JCtum D. *Hieronymum Schurffium*, cujus pietas & gravitas morum ac autoritas eximia erat, docentem audivit; inde Wittebergam profectus non ſolum Juris ſtudium Francofurti inchoatum diligentius ex coluit, auditis ejus Academiæ JCtis, & in his præcipue *Joh. Schneidewino* Viro doctiſſimo; ſed etiam Philoſophicis diſciplinis ingenium applicavit. Inprimis vero magna ſedulitate ibidem *Philippum Melanchthonem* Virum incomparabilis doctrinæ in omnibus artibus, mira dexteritate & ſuavitate docentem audivit. Hinc Heidelbergam ſe contulit, & aliquando poſt Lovanium, in qua Academia eo tempore JCti *Gabriel Mudæus*, *Petrus Peckius* & *Johannes Ramus* celebres erant. In Galliam quoque tetendit, & aliquandiu Pariſiis ſubſtitit, regnante tum *Hen-*

Henrico II. qui atrocem persecutionem in homines pios, abominationem Pontificiam deserentes movit, & cum innumeros alios, tum in his *Annam Burgæum* Parlamenti supremi Parisiensis Adsessorem ad ignem condemnatos sustulit, quorum suppliciorum spectator *Henricus* fuit. Sed Rex justas hujus crudelitatis poenas dedit. Cum enim in mediis nuptiarum gaudiis & certaminum equestrium spectaculis, concurrens lancem cum *Mongomerio*, frustulo fractæ lanceæ alterius per cassidem in oculum ejus illiso, grave vulnus accepisset, die nono ex eo post mortuus est. Factum id est anno Christi 1559. Accessit deinde alias quoque Galliæ celebriores Academias *Heinius* noster quæ sunt Aureliis, Biturigibus & Tolosæ, in quibus præclarissimos illos Juris Antistites, *Franciscum Duarenum, Eguinarium Baronem & Antonium Contium* audivit. E Gallia in Italiam profectus eam Regionem non modo perlustravit, sed etiam in nonnullis Academiis aliquando diu se continuit, præcipue Bononiæ & Pisis, ubi tandem cum aliquot eruditissimis Juris Candidatis Gradu Doctoris in *Jure utroque* ornatus fuit. Ex Italia demum in Germaniam reversus, & Spiræ, ubi supremum olim erat Cameræ Imperialis Judicium, (quo de tunc ad ultimam usque Gallorum invasionem ibidem durante Judicio communi Germanico quidam non incondite atque nostro quidem judicio, a rei veritate minime alienum dixit: *Spiræ quidem res controversæ spirant, sed non expirant*) per integrum annum commoratus, & cum præcipuis Adsessoribus aliisque JCtis versatus, Processum Judiciorum ita cognovit ut in Praxi Juris & in negotiis postea oblatis rectissime eum sequi potuerit. Cum igitur in Patriam rediisset, & Illustriss. Princeps *Johannes Albertus* laudatissimæ memoriæ de insigni eruditione ipsius certior factus esset, ad *Professionem Juris Canonici s. Sexti Decretalium in Academia Rotzstokc.* eum vocavit anno 1563. die 28. Sept. & simul in *Consiliariorum suorum numerum* recepit. Sic ergo publice docere coepit in Academia anno eodem die vero 19. Novembr. quanta vero cum fide, quantaque cum laude, vix fari licet. Mortuo vero anno 1576. Principe Regente *Johanne Alberto*, ab Aulica conditione gravissima liberatus, & propter negotiorum forensium varietatem Professioni quoque renuncians, præter omnem expectationem suam, ipso etiam reluctante, in *Senatorium Urbis ordinem Amplissimum ac Prudentissimum* cooptatus fuit eodem anno 1576. & aliquanto post discedente in Academiam Helmstadiam Viro Cl. D. *Johanne Borcholdo*, Juris in Academia Professore & Reipubl. Rotzst. Syndico, ad hoc ipsum *Syndici officium* vocatus est, donec tandem anno 1591. ad *Consularem* quoque *dignitatem* magnificam ac illustrem perverit, quam ita gessit, ut *singulare ornamentum, præsidium & fulcrum Reip. Rotzstok.* fuerit. Obdormivit in Domino, qu. placidissimo somno redditus anno Ch. 1604. die 29. Mart. cum complevisset annum æt. LXXI. Conjugem duxit anno 1564. Atavi nostri Materni Dn. *Alberti Dobbini*, Senatoris Reipubl. Rotzstokc. prudentissimi ac meritissimi Filiam ANNAM, ex qua undecim Liberorum Pater factus, sex Filiorum & quinque Filiarum, de quibus in subsequentibus. Præterea etiam nostri *Heinii* effigies conspicitur in loco Concilii Academiæ cum sequenti Epigraphe: FRIDERICUS HEIN, *Neobrandenburg. An. 1563. Juris Professor factus. An. 1591. in Cons. electus, obiit An. 1604. 29. Mart.* Epitaphium ipsi quoque in Templo Mariano erectum, ita sonat:

Have, qui hæc transis, asta & lege. Hic situs est FRIDERICUS HEIN, JCtus.

Qui Pietate, Eruditione, Prudentia aliisque virtutibus eximius, cum Principibus Viris consulendo, in Academia Rostochiensi docendo, privatim de Jure respondendo, Reipubl. hanc administrando, cum difficillimis temporibus sanctissimi integerrimique justitiæ Sacerdotis ac Consulis officio functus esset, die XIX. *Martii Ao* CIↃIↃCIIII. *inter amplexus suorum placide expirans, resurrectionem & immortalitatem expectat.*

Vixit annos LXXI. *dies* XVII.

Testamento fieri jussit, hæredes facere curarunt 1607.

§. 24. Mortuo L. *Lothmanno* ut diximus, in Peste illa sævissima post *Secretariatum Urbis* a morte M. *Petri Putkii* jam anno 1564. acceptum, *Institutionum* quoque in *Academia Professor Extraordinarius* a Senatu Urbis in illius locum constitutus est Dn. ANTONIUS WITENSHEMIUS, seu WITTERSHEIMIUS, (ut eum nominat *David Chytræus*,) natione Hamburgensis, qui primum Reipubl. Patriæ *Secretarius*, & post adeptum Rotzitokii *Doctoris in Utroque Jure gradum*, indeptamque ut diximus Extraordinariam ibidem Juris Professionem, anno 1566. *primum Librum Institutionum* studiosæ Juventuti publice prælegere incepit, quo etiam simul anno non Patriæ solum Hamburgensis, sed etiam Rotzstockcensis Reip. imo potius *totius Hanseatici Foederis, Syndicus communis* factus est; quo in officio a Repub. Rotzstok. eodem adhuc anno 1566. Augustam Vindelicorum ad Imperii Comitia missus, quibus finitis diu postea in Aula Imperatoris *Maximiliani II.* Sollicitator ac Legatus extitit, & sua diligentia ac fide summa apud Imperatorem & illius Consiliarios, magnitudinem indignissimarum calamitatum (verba sunt magni Historici ac Theologi summi D. *Davidis Chytræi Chronic. Saxon. Lib. 21. p. 630.* edit. Lipsi. in Fol.) quibus prætextu Cæsareæ commissionis, a Principe opprimerentur, assidue inculcavit, hinc nova subinde mandata de die 20. Sept. Viennæ datis, de spoliatis ante omnia in integrum restituendis & cum non pareretur, die 19. Decembr. citationes & Processus in Aula Imperatoris impetravit & ursit, ita quidem, ut biennio post anno 1568. Arx nova a Ducibus e ruderibus Coenobii S. Johannis in Urbe Rotzstok condita, Imperatori velut *sequestro* custodienda tradita, & tandem tota controversia, pro Rotzstockcensium voto, Gustrovii anno 1573. die 21. Sept. amice transacta & composita fuerit. Legatione itaque hac feliciter peracta, post reditum ex Aula Cæsarea anno 1574. sedem suam postea Hamburgi in Patria fixit, mansitque non solum hujus Reipubl. omniumque reliquum Urbium Han-

XXIV. Antonius Witenshemius.

ſeaticarum *Syndicus*, verum etiam *Ottonis* Comitis de Schavenburg *Cancellarius* ſimul fuit conſtitutus, in quibus ſplendidiſſimis ac graviſſimis muneribus magna cum nominis fama ac gloria vivens, diem tandem ſuum obiit ſupremum in Patria anno 1614. Fuit præterea elogio ipſis *Chytræi* l. c. *Vir ingenioſus, doctus & induſtrius.*

XXV. Laurentius Niebaur. §. 25. Sequitur nunc iterum ordinarius quidam Juris Prof. & quidem Duc. LAURENTIUS ſc. NIEBUR. Hic etiam auram vitalem hauſit Hamburgi nobili Emporio, & mercimoniis emendis & vendendis celebratiſſimo, Parentibus honeſtis & magnæ autoritatis, Pater ſiquidem ejusdem nominis erat D. *Laurentius Niebur*, Pro-Cos. Hamburg. Mater autem *Eliſabetha Radenimia*, cujus Pater *Didericus Radenim.*, Hamburgi quoque Senatorem agebat; tranſimus cæteros noſtri Majores, cujus paternum inprimis genus vel omne longa atque interrupta annorum ſerie graviſſimis ibidem Reipubl. muneribus præfuiſſe conſtat. Noſter autem *Laurentius Niebur*, cum fundamenta Linguarum & Artium bene jeciſſet, cœlo Academico commiſſus, ac in variis Academiis excellentem doctrinam, inprimis in Jure ſcientiam ſibi comparavit, ut J. U. L. ſumma cum laude ſit renunciatus. Dein venit Rotzſtockium, cumque ejus eruditio ubique radios ſuos ſpargeret, non potuit amplius in obſcuro latere, ſed commendatus Principi ULRICO, Duci Magnopolenſi, a quo ſtatim diſcedente *Boukio, Pandectarum Profeſſor in Academia Rotzſtockc.* ſub finem anni 1568. declaratus, & anno 1574. poſtridie Cal. Martii *inſula Doctorali* ibid. Decano D. *Joh. Borcholdo* redimitus fuit, cui Promotionis Actui Dux *Johannes Albertus* ipſe, & Ducis ULRICI Legati interfuerunt, (erat enim jam tum in *Conſiliariorum* ſuorum *numerum* a Duce ULRICO allectus) ſuaque præſentia ſplendidiorem reddiderunt. Sed nondum decennium Rotzſtockii commoratus, tunc in Aulam Guſtrovienſem vocatus, atque Guſtrovii Sedem fixit. *Licet vero ſummus & eruditione & dignitate Vir, tamen vita ejus eruditioni & dignitati non reſpondit, ſed vafris ſuis actionibus valde maculavit, impius namque erat aulicus, & nil minus quam veræ Lutheranæ Religionis amicus*, ſiquidem multa transmiſſa ad revidendam ac emendandam Agendam Eccleſiaſticam Mecklenburgicam ad marginem notaverat, contra veritatem Lutheranæ Religionis aperte pugnantia, unde etiam tandem juſtas malitiæ ſuæ (quod omnes vafri & doloſi Judices inprimis autem minime pii Conſiliarii Aulici obſervare deberent) pœnas dedit. Ita namque de *Nieburio* ſcribit *David Chytræus in Epiſtola* quadam ad Amicum anno 1585. die 16. April. data: *Ante triduum in hac vicinia teſtimonium judicii divini ſingulare editum eſt in Doct.* Laurentio Nieburio, *præcipuo Ducis Megapolitani Conſiliario, qui Fratrum ſuorum Ahitophelis & Judæ Iſchariothis exemplo Guſtrovii nuper die 14. Apr. vitam, ſibi ipſe gula præciſa abrupit, quem ego ſine tantum conſcientiæ habere, ut in ſe ipſum conſcientia malefactorum animadverteret, nunquam exiſtimaſſem. Nam ex impia ſimulatione, dolo, fraude, verſutia & malitia conſultum & conſtatum multos jam annos comperimus, & verba Jacobi blandiſſima, manus vero Eſavi admodum biſpidas perſæpe non ſine dolore ſenſimus &c.*

§. 26. Paulo ante *Nieburium* in Academiam Rotzſtockcenſem in Rectoratu hyemali, M. *Johannis Poſſelii* ſub initium anni 1567. advenit JOHANNES ille BORCHOLDUS, de cujus antiquiſſima ac generoſiſſima Familia, nec non Patria ipſius Lünenburga, erudite olim pro more dixit quidem ſed non edidit *Henricus Meibomius*, Sen. habita Oratione in ſolenni Promotione MMM. die 7. Julii 1614. ex cujus MSto ſequentia adducit cl. Theologus D. *Gerhardus Theodorus Mayerus in Monumentis Juliis, ſ. in Memoria Profeſſorum Helmſtadienſium.* BORCHOLDIIS, ut „accepi, originem dedit Dioeceſis Halberſtadien„ſis. Eſt in ea Opidulum *Svanebecum*, ſatis ve„tuſtum, quod antiqua monumenta teſtantur. „Ex Diplomat. ſuperiorum Seculorum intelli„go, habitaſſe ibi Dynaſtas, ſive *nobiles Dominos* „vulgo *Barones*, noſtris *Frey oder Edle Herren* „indigitantur. *Sigfridus & Ludolphus de Svane„beck* teſtes allegantur in literis *Geronis* Epiſco„pi Halberſtadienſis, qui eos *ingenuos* nominat „anno Ch. 1164. Idem *Brunonem Sunnebecium* „citat ad annum 1173. *Cœleſtinus III.* Pontifex „Romanus, in Privilegio Monaſterio Vallis Ma„riæ 1190. dato nominat *Theodoricum de Svane„beck*, eumque *nobilem Virum* nominat. Ex his „appellationibus conſtat, *Svanebecios Nobiles „inter veteres Saxoniæ Dynaſtas*, ſive *Barones* „nominatos fuiſſe. Præter iſtos quos dixi, in„veni in Diplomat. *Ottonem Svanebecium* cujus „meminit *Fridericus*, Epiſcopus Halberſtaden„ſis; *Ludolphum* ejusdem Familiæ Canonicum „allegat *Wilebrandus*, ibidem Archiepiſcopus, „anno 1241. *Albertus Svanebecius* vixit anno „1070. Plures referre non eſt operæ precium. „Annales Halberſtadenſes addunt *Barones Sva„nebecios* propter rapinas & prædationes male „audiviſſe; quam ob cauſam *Conradus* Epiſco„pus Halberſtadenſis ex illuſtri Croſicorum Fa„milia natus, Arcem Svanebecenſem Prædonum „& Latrunculorum receptatricem funditus ever„tit. Ex hoc oppidulo ante 200. circiter annos „cum Bellum Huſſiticum turbaret Germaniam, „BORCHOLDII emigrantes ſedem domiciliumque „Brunſvigæ conſtituerunt. Patriciorum ordini „adſcriptos ibi, loquuntur monumenta, teſtan„tur Inſignia Familiæ Gentilitia, nempe *Lilium „candens, ſanguinis diſtinctum maculis*, quod paſ„ſim in templis aliisque ædificiis vetuſtioribus „depictum reperitur. Avorum noſtrorum Me„moria STATIUS BORCHOLDUS, Brunſviga relicta „Lüneburgum conceſſit, ibique eundem Patricia„tus honorem indeptus, antiquiſſimæ Familiæ „Foeminam *Hillam von der Möhlen* matrimo„nio ſibi copulavit. Abundat Saxonia Dei be„neficio Salinis: ſed primatum tenent Halenſes „& Lüneburgicæ. Vetuſtiſſimæ ſunt Halenſes, „de quibus Chattos cum Hermunduris, *Nerone* „imperante, decertaſſe, auctor eſt *Tacitus An„nal. Lib. 13.* Lüneburgenſium mentionem faciunt „Diplomata *Ottonis M.* qui decimas proventuum „fontis, Monaſterio S. Michaelis recens ab *Her„manni*

XXVI. Borchol

„manni *Billingii* Comitis & Nobilis Dynastæ Fi-
„lio, primo Saxoniæ Inferioris Duce, magnifice
„fundato, liberaliter condonavit. Reditus Sa-
„linarum apud Luneburgam ad solas spectat
„Familias Patricias, quibus aggregatum fuisse
„antea meminimus *Statium Borcholdum*, &c.„
Hactenus *Meibomius*. Ex his Majoribus sat vetustissimis Patre *Statio Borcholdo* prognatus est noster *Borcholdus* anno quidem 1535. Nonar. April. in lucem editus Lüneburgæ. Pater, ut erat Vir sapiens, ac in literis bene versatus, qui annos quadraginta primo loco sententiam in Senatu dixit; Nostri ac reliquorum Filiorum suorum primam in Schola Patria educationem literatam fideliter ursit, & quidem hoc cedebat vel ideo etiam feliciter, quod Vir doctissimus *Hermannus Tullichus* Juventutem in eadem tunc rectius docebat. Explosa namque barbarie inveterata, elegantioribus literis familiares primus summa diligentia imbuebat, cujus & aliorum e Westphalica gente clarissimorum Virorum laudes peculiari Epistola ad *Reccium* anno 1605. missa celebrat æternum Juliæ & Gottingæ, ubi lucem primum aspexit, decus, *Johannes* ille *Caselius*. Tanto itaque Præceptore cum quoad animum, tum quoad mores etiam liberaliter informatus, neque in domestica quoque disciplina neglectus noster, mature demum in Vitebergensem ad Albim Academiam e Patria missus est, ubi tum docebat *Melanchthon* primo loco, habitus & dictus Præceptor merito suo, de cujus doctrina, fide, bonitate, animi moderatione satis ex dignitate dici non potest. Erat autem *Borcholdus* prorsus natura ad omnem humanitatem factus; nec erat omnino ullum in ejus ingenio asperitatis vestigium: quod si fuisset, in ejusmodi animi spinis evellendis feciſſent suum officium litteræ, quæ in alteram partem officium suum fecerunt egregie, dum nativa illa bona quæ diximus, & religiose conservarunt & mirifice auxerunt, cujus rei argumenta in Borcholdi omnibus vitæ partibus exiterunt, sive quid privatim, sive publice, sive domi, sive foris, sive serio, sive obiter quasique aliud agens, regeret. Cumque multorum Seculorum consvetudine receptum, ut se fortunatiores quique ad studium Juris conferant, haud enim omnino res causa caret, sicuti namque tritum jam vetustate Proverbium inter tria ad Juris studium necessaria etiam aureum Marsupium requirit; nulla certe major nummorum copia fortunatioribus invenire licet; & quis etiam cum *Cicerone* Cos. illo Romanorum omnium eloquentissimo, ignorat, *Juris Civilis cognitio ipsa per se*, *quantum afferat iis*, *qui ei præsint*, *honoris*, *gratiæ*, *dignitatis*; hinc est, quod illustriorum ac fortunatiorum Filii, magis huic quam alio studio incumbant. Idem igitur & ille agebat, non solum magno cum profectu, sed magna etiam cum laude. Non enim id agebat aut oscitanter aut negligenter, sed summo studio & fundamentaliter. Non enim ex illo valetudinario processerat *Borcholdus*, ut quibusdam, qui JCti tamen salutari volunt, solenne est, qui cognitionem Græcæ Linguæ respuunt, qu. minime illa futuro Jurisconsulto sit necessaria, sed superflua; sed prudentior illis, sic erat in illo Legum studio, ut simul etiam Græcas Latinasque litteras, multos annos singulari diligentia coleret, id est utriusque Linguæ & Scriptores alios, & Oratores & Historias, legeret. Etenim, qui hoc neglexisset, ei iter ad eloquentiam & prudentiam civilem obstructum, acceperat: nec eum ejus rationis deinceps unquam pœnituit. Non solum enim eam ipsam semper prædicavit & aliis commendavit, sed etiam ejusdem majori natu Filio *Statio* Auctor extitit, sæpiusque supra modum singulari suo Amico ac Collegæ magno *Caselio* prædicavit; *quantulam haberet Græcæ Linguæ peritiam*, *eam sibi magno usui fuisse*, *& se hoc adminiculo in multis gravissimis materiis eruendis & explicandis magnopere fuisse adjutum.* Et certe ita se res habet, ac alia est eorum conditio, qui in Academiis principe loco docent, & commentarios transmittunt ad posteros, (quorum utrumque *Borcholdo* studio fuit) iis Græcam Linguam omnino necessariam esse, tanti Viri sententiæ cum omnis eruditionis Parente *Johanne* illo *Caselio* libenter subscribo. Quoniam vero *Borcholdus* in juventa etiam & eleganter eruditus, & in altero studio cum æqualibus ita profecerat, ut plures superaret, cogitationem quoque suscepit de longinquis etiam terris adeundis, sicut in more positum est Germanis, quo nomine iterum cum πολιτικώτατῳ *Caselio* laudo nostros homines, *qui*, *& quid alii agant & cujusmodi doceant*, *videre & audire cupiunt*, *ut non solum doctiores*, *sed etiam cæterarum rerum peritiores domum revertantur*, *atque ita demum*, *non illotis*, *ut ajunt*, *manibus*, *sed sic satis instructi*, *accedant ad Rempublicam.* *Borcholdus* itaque noster in Galliam Juvenis profectus est, & Virum longe politissimum pro aliis sibi adeundum & audiendum *Jacobum* illum *Cujacium* Tolosæ Jus docentem censuit, quo duce id, quod maxime vellet, se rectissime adepturum confideret, semper enim homines longe doctissimi, Viri istius ingenium & eximiam multiplicemque eruditionem admirati fuerunt, & ingenii monumentis passim in cœlum extulerunt, quoniam maximum adjumentum ad disciplinam Juris Civilis attulerit, & multas ejus partes præclare illustraverit, imo omnes ingenii nervos eo intenderit *Cujacius*. Huic itaque suo optatissimo Magistro annos cum tribuisset quinque, totidem & perlustrandæ Galliæ, & audiendis cum aliis hominibus doctissimis, tum JCtis eximiis tribuit, ut virtute doctrinaque cumulatior in Patriam rediret, ne ipsi posset exprobrari, quod multis quibus suæ res non satis cordi sunt; *Nihil esse turpius*, *quam domi abesse diu*, *multosque adeo annos*, *& earum rerum*, *propter quas omnia institueris*, *vacuum reverti.* *Borcholdus* igitur, Vir doctissimus, & Jurisconsultus ad suos rediit, suoque adventu mirifica voluptate & ipsos & Patriam perfudit. Tanta autem virtus, tanta doctrina latere non potuit, neque debuit, sed fama eum mature antevertens, ad Mare Balticum usque percrebuit. Perturbatissimus erat tum status Reipublicæ Rotzstockianæ & graviter omnibus suis partibus periclitabatur, adeo ut vix spes ulla salutis appareret. Insurrexerat namque illic Plebs in Optimates & inprimis Senatum Urbis, qui omnia ad se referri volebat, & sibi rationem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nem reddi, si quid gestum esset, quod subire Senatui forte grave foret, hinc insurrexit Plebs adversus Patres, unius alteriusve improborum & vilissimorum Civium clamoribus & furiis excitata, Senatum in Curia per tres dies ac noctes (nisi me omnia fallunt) qu. in carcere occlusum tenuit, ut quæcunque vellent, extorquerent, vigilias per oppidum duxerunt, & distribuerunt: interim leges & consilia jacebant; Senatus quidem quotidie deliberabat, consilium & capiebat cum maritimis vicinis sociis civitatibus, sed parum proficiebatur, appellabantur & Principes Megapolitani, qui auctoritate sua initio parum proficiebant; tandem tamen cum negotium etiam hoc ad Imperatorem *Maximilianum* II. deferreretur, mandavit Duci *Johanni Alberto*, ut de tumultu compescendo sedulo cogitaret, qui Urbem Rotzstock, una cum Fratre & copiis clam conscriptis intrat, Civibus arma adimunt, & Castellum novum ad compescendam Civium insolentiam extruunt. Eo tempore illuc *Borcholdus* noster venit, quem accessiverat Senatus tum ad consulendum, ut eum *Syndicum* dicerent, tum ad *docendum in Academia*, eique *Professionem Institutionum Publicam* abitu *Röseleri* in Prussiam vacue factam obtulerunt. Docere coepit vir doctissimus summa cum laude & profectu auditorum, unde quoque celebrior fuit Academia Rozstok & ipsius opera expetita etiam a pluribus: *in negotiis vero illis publicis sese gessit ut bonum civem, virum sapientem, & eximium JCtum decuit. Tali modo integros annos novem & ornamento fuit Academiæ, & præclare de civitate mereri perrexit.* Sub id tempus Dux Brunswicensis & Luneburgensis fundavit Academiam, quæ de conditoris nomine statim initio *Julia* fuit dicta. In hanc hinc & inde viri literati fuere accersiti, inter hos & *Borcholdus* erat, ad quem Dux Brunswicensis & Luneburgensis *Julius* adeo clementes dedit literas, quæ *Borcholdum* mirifice afficerunt, ut licet in Academiam Witebergens. a Septemviro Saxonum *Augusto* propositis præmiis accitus esset, tamen Juliam eligeret, atqueo eo migraret. Cum *Borcholdus* Rotzstokio Helmstadium 1576. primum veniret, constitutus est Facultatis Juridicæ Ordinarius, quo in officio nullus humanitatem ejus & concordiæ studium desideravit. Non solum autem docebat publice, sed etiam, si per valetudinem exire ipsi non licebat, domi suæ. Consulebant, eum cum Principes tum Respp. & in his quoque Rotzstockienses, quando propter socerum Ulricum Mecklenburgensem portum iis occlusit *Fridericus II.* Daniæ Rex, & controversiæ ortæ consilio & prudentia sopiendæ essent. Non poterat autem civitas in tam ardua deliberatione carere *Borcholdi* nostri consilio, etsi pridem abierat. Advenit igitur ille rogatus ad tractationem negotii, quæ instituta fuerat in aula Gustroviana. Quid multis? & hujus & sapientium plurium, quibus pax & salus publica curæ esset, illæ lites non tam compositæ quam penitus sublatæ fuerunt. Civitas cum Ducibus suis in gratiam rediit, eadem apud Regem Daniæ Fridericum II. gratiosior esse coepit. Ex hac autem transactione conflata est *Pacificatio II.* seu *der ander Gustrowscher Erb-Vertrag zwischen Herrn* Ulrichen *und Herrn* Johansen, *beyden regierenden Hertzogen zu Mecklenburg an einem, und Derofelben Erbunterthænigen Stadt Rostock anderen Theils*; *Gustrow* die ultimo Februarii Anni CIↃIↃLXXXIV. *auffgerichtet. Prior* namque *Pactio* illa *Gustrovienſis* cum Ducibus Megalopyrgensibus *Johanne Alberto* & *Ulrico*, fratribus Germanis & civitate inita, (cui etiam noster interfuerat *Johannes Borcholdus*) jam condita erat anno 1573. die 28. Sept. Ex omnibus igitur illis feliciter peractis rebus *Borcholdus*, quod hic præcipue dicendum erat, non solum veteres amicos sibi multo arctius devinxit, sed etiam sapientiæ laudem ab iis reportavit. *Erat* namque ille *vir humanus, beneficus, affabilis, cum nullo simultates, ne dum odia aut inimicitias exercens, ut exemplar esset viri boni, pii, candidi & sincери. Apud Collegas, Juventutem, adventantes hospites, & quosvis alios in magna semper fuit existimatione.* Cum enim splendide ædificasset, statim ab initio fere ad ultimum vitæ tempus illustres immo summo loco natos hospites domi habuit, siquidem habitarunt apud ipsum IV. *Ottones* Principis Luneburg. filii, etiam Ducis *Julii* Fundatoris totidem, etsi *Henricus Julius* exiguum temporis hic fuerit; *Ulricus* Dux Holsatiæ, *Friderici II.* Regis Daniæ natus, Bruno Comes Mansfeldicus itemque alii. Si ex aula Princeps *Henricus Julius* adduceret hospites, heroes heroasque, hi apud eum divertebant, ut testimonio hoc suo comprobat laudatus D. *Meierus in Monumentis Julii* sub *vita Borcholdi.* Erat igitur illa domus tum musæum atque Themisteum JCti doctissimi & clarissimi tum aula semper plurium Principum. Ita autem semper habuit negotiorum & laborum satis, quorum & fuit tolerantissimus, fretus viribus corporis & firmitate ingenii. Quin cum aliquando a *Coselio* moneretur, ut sibi nonnihil parceret, subridens dixit: *Satius est in officio concidere, quam ignavia & voluptatibus turpiter perire.* Verba certe aurea tanto viro digna. Ut vero Rotzstockii *Borcholdus* magnam nominis sui famam de se ob diligentiam & fidelitatem in docendo, dexteritatem in consulendo, & promtitudinem in serviendo excitavit, sic & Helmstadii, ut merito Φῶς & ὄμμα Academiæ dici potuerit. Verum hoc tantum lumen moerori se plus nimio forte dans, immo laborum cumulo oppressum tandem extinctum est an. 1593. die 9. Octobr. ætat. suæ quinquagesimo octavo mens. 8. die 5. omnium litteratorum magno cum desiderio & dolore, postquam in Academia Julia per annos XVII. docuisset. Uxorem habuit feminam patriciæ familiæ Annam a Dasseln. Scriptis orbem litteratum locupletavit variis. Ita enim edidit Commentarios in quædam præcipua Juris capita, ut de Pactis Helmst. 1596. de Usuris Helmst. 1593. 96. de Feudis de acquirenda vel amittenda possessione Helmst. 1597. de Transactionibus, Helmst. 1593. de jurejurando Helmst. 1593. & 1598. de in litem jurando, Helmst. 1593. De verborum obligationibus & actionibus, Wittenb. 1613. Helmst. 1599. 8. De rebus creditis & de condictione, Helmst. 1596. De Gradibus, Matrimonio & Successio-

cessionibus ab intestato, ibid. 1598. Disp. Partes II. Wittenb. 4. 1609. Helmst. 4. Commentarius in Consuetud Feudorum Helmst. 1581. 1597. De Nautico Foenore, Helmst. 1596. &c. vide Hendreichium in Pandectis Brandenburgens. Lit. E. p. 650. Responsa Juris, Helmst. fol. 1598. 1660. De Juramento & Perjurio, ibid. 1598. 8.

Laudes ejus innumeras more suo, hoc est erudite ac pereleganter in EPITAPHIO JOHANNI BORCHOLDO suo *JC. Clmo* perscripto, collegit ac Helmstad. 1594. 4. edidit Socrates ille Saxonicus *Johannes Caselius*, quo amico & collega conjunctissimo usus fuerat & Rotzstokii & in Academia Julia; ex quo potiora huc transcripsimus. *Hanio etiam ad Wesenb. de Jurejur. in lit.* audit *eminentissimus JCtus. Schwammano Observ. 29. n. 49.* Professor Academiæ Juliacensis clarissimus: qui Cujacium vix unquam destituit, affirmante *Maurit. de Princip. J. P. c. 3. n. 7.*

MEMORIÆ
JOHANNIS BORCHOLDI JCti Clmi.

Ergo iterum lumen, quo non illustrius ullam
Impositum nostris promicuit cathedris:
Quod fulgore suo radiantia sidera vicit:
Quod noctis dubias dissolvit tenebras:
Unde minora suam repetebant lumina lucem:
Multorum gressus quod poterat regere:
Qualis ad Oceani scopulos Syrtesve dolosas
Stat Pharos & nautis utile monstrat iter:
Hoc, inquam, lumen coelesti fomite plenum,
Flatibus insani turbinis occubuit.
Heu Cathedram infelicem! heu pulpita deploranda!
Vester bonos vestrum heu diadema jacet!
Impendent tenebræ, & tempestas nigra propinquat,
Obnubet nitidam fors etiam umbra diem.
Ni lucis sator ætherius fulgore coruscо
Irradians viduas clarificet Cathedras:
Ni Patriæ Pater eximius vacua atria lustret,
Extinctæ æqualem substituatque faci.
Fata utrumque volunt, tu vero, o nobile lumen,
Sidus Olympiacis ignibus adde novum,
Non prius abstistes jubar orbi ostendere purum:
Quam vultus Titan occulat auricornos.

Henricus Meibomius, Poeta Cæsarius, Academiæ Juliæ Professor Publicus s.

XXVII Marc. Luschovius.

§. 27. Sequitur *Marcus Luschovius*. Hic in semuſarum Rotzstochio ab honestis & antiquæ patritiæ familiæ 1541. parentibus editus. Pater quippe magnæ autoritatis vir, *Marcus Luschovius*, Senator Rotzstok. egregius, qui ob singularem prudentiam & juris cognitionem tantam famam sibi conciliavit, ut etiam à vicinis Principibus ac Rebuspubl. in gravibus negotiis sæpe consilium ipsius fuerit requisitum. Mater *Margareta Kronia* Ampliss. Viri Dn. *Bernhardi Kronii* Cos. Rostoch. filia, à quibus ad pietatem, laborem & modestiam educatus. Variis hinc in Academiis & variis disciplinis, præprimis Jurisprudentia bene excultus. Cumque in illa laudabiles fecisset progressus, ut non amplius auditoris, sed Doctoris vices sustinere posset, *infula doctorali* est redimitus. Hoc titulo doctorali fulgens, quantam in jure scientiam hausisset, mox redux in patriam lectionibus prodidit, istud perspiciens Ampliss. Senatus Rotzstok. actutum civem suum *Juris Professorem* constituit, ut esset *Codicis Justinianei in locum Röseleri interpres*. Factum hoc circa annum 1570. Provinciam suam summa cum laude administravit, ut Academiæ Rotzstok. in qua multos annos summo cum applausu & magna auditorum utilitate docuit, singulare fuerit ornamentum ultra triginta annos. Obiit enim 26. Apr. anno 1601. cum vixisset annos LX. Uxorem habuit *Elisabetham Kirchoviam*. Ejus effigies conspicitur in Concilio Academiæ Rotzstochiensis. Symboli loco sequenti Disticho usus:

Sis sapiens, sis patiens, dicendo, silendo,
Qui sapit & patitur, denique Victor erit.

XXVIII Micha. Grassius.

§. 28. Accedimus ad *Michaelem Grassium*, qui honestis parentibus *Petro* anno 1566. demortuo, matre autem *Christina* post mortem filii adhuc superstite centesimum primum tum ætatis annum agente, in ulterioris Pomeraniæ oppido Treptov natus 1541. perceptis ibidem feliciter primarum artium rudimentis, in alias Scholas ad pleniorem solidioremque ingenii cultum se contulit, & Lipsiæ aliquandiu, ut & Witebergæ, Francofurti, Gryphiswaldii & Rotzstockii denique in doctrinarum & legalis scientiæ studiis magna cum laude diligentiæ & sedulitatis, in omni officio vivens, doctissimorum hominum consuetudine judicii rectitudinem formavit, eruditamque doctrinam aluit & auxit, & specimen ingenii & profectus egregii non solum in foro, sed etiam eruditis legum enarrationibus in lucem editis eximium in Universitate Rotzstock. præbuit, & *Insignia Doctoratus utriusque Juris* Decano *Laurentio Kirchhovio* anno 1569. d. 27. Septembr. in Academia Rostok. publice est consecutus. Sexennium post, videl. anno 1575. m. Apr. a Duce Mecklenburgico JOHANNE ALBERTO *Professor* vicarius primum D. *Laurentii Kirchhoffii*, qui sæpius in Aula & in legationibus multis aberat. Eo tamen anno 1580. demortuo, ordinarius ipsius Successor est constitutus ac *in numerum Consiliariorum* receptus. *Munere professorio ita functus, ut Romæ Lælius ac Servius Sulpitius, Athenis Scrides aut Hyperides.* Decedente literatissimo ac optimo Principe *Johanne Alberto* ab ejus filio *Johanne*, Duce Megapolitano, ad *Cancellariatum* evectus est, simulque in Academia *Professor primarius* constitutus. Scriptis publicis nomen suum ita clarum & illustre reddidit, ut non modo in Germaniæ, sed etiam Italiæ & Galliæ Academiis ejus autoritas sit allegata. Duxit conjugem *Catharinam Bareliam*, quæ decem liberorum illum fecit parentem, ex qua filia *Anna* D. *Joh. Alberti* Cancellarii summi D. U. J. *Henrici Husani* filio *Johanni Friderico* matrimonii fœdere juncta fuit, quamvis per paucas saltim septimanas, dum maritus ille variolis periit 1592. m. Nov. Obiit Anno 1595. 4. Jan. in Decanatu, annum agens LIV. Catharro tandem gravi in tracheam arteriam effuso suffocatur, postquam ex Comitiis Ratisbonensibus domum reversus hactenus semper male valuisset, & ventriculi imbecillitatem & totius corporis lassitudinem sentiisset, quem morbum ex isto itinere se contraxisse, P. vir conquestus est. Vivit ac floret adhuc (utinam diu diuque) ipsius

ipsius nomen & familia in fratris sui Germani *Johannis* Senatoris Treptovienſis, ex filio Pronepote, *Michaele* illo *Graſſo*, JCto conſummatiſſimo, anteceſſore hujus Eberhardinæ longe celeberrimo, editoris patrono, affine ac compatre patria ſanctitate colendo. Conſpicitur ejus effigies in Concilio Academiæ Rotzſtock.

Scripta.

Receptar. ſentent. Vol. II. ſive, Tractatus de *Succeſſione* tam ex *Teſtamento*, quam *ab Inteſtato*. Roſtock 1582. fol. Franckf. 1583. 1599 1619.

XXIX. Joh. Albinus. §. 29. Ordo nos jam deducit ad *Johannem Albinum*. Hic ut accepimus, natione Megapolitanus, Parchim natus, adeoque magni *Poſſelii* civis, & in pietate ac bonis literis a prima pueritia optime imbutus. Cumque tantos in Schola patria aliisque in latinitate & græca literatura feciſſet progreſſus, ut expedite de quacunque re poſſet diſſerere, ex trivialibus Scholis ad univerſales ſe contulit, & jactis in Philoſophia inprimis Ethicis ac Politicis fundamentis, Themidi ſe totum devovit. Cum Præceptores nactus fuiſſet & celeberrimos & fideliſſimos, parum abfuit, quin præceptores ſuperaret. Illud ſentientes JCti in Academia Rotzſtock ubi tum degebat, honores doctorales *Albino* ultro obtulerunt, quos non recuſavit, quum ipſum dignum iſtis honoribus judicarent, atque ſic anno 1569. d 27. Sept. Decano *Laurentio Kirchovio* una cum *Michaele Graſſo*, J. U. D. declaratus. Ab eo tempore legendo & informando alios magnam ſibi nominis famam excitavit, ut Sereniſſ. Princeps Megapolitanus Ulricus *Albinum Pandectar. Profeſſorem* anno 1578. conſtitueret. Vix dici poteſt, quanta fide munere ſuo functus, ut ob fidelitatem & in docendo ſedulitatem omnium animos ad ſe alliceret, ut hinc *Erneſtus Cothmannus*, at quantus vir! *Albinum* vocarit *JCum excellentiſſimum, rerum & negotiorum ſcientiſſimum atque ob judicii dexteritatem celeberrimum, Profeſſorem digniſſimum, tam fidelem in ſuo officio, ut cum ætate & virium imbecillitate impediretur, quo minus munus Academicum obire poſſet, provinciam eam docendi, conſenſu illuſtriſſ. Principis Megapolit.* ULRICI *genero* chariſſimo Doct. *Nicolao Weſſelio* demandarit. Obiit *Albinus* ſenex anno 1602. d. 17. Mart.

XXX. Jacob Bordingus. §. 30. Sequitur JACOBUS BORDINGUS, vah! quantus vir, quem & Proaviæ noſtræ Germanum ſalutamus & veneramur. Hic nobili emporio Hamburgo anno 1547. M. Febr. auram vitalem hauſit, patre ſibi cognomine, *Jacobo Bordingo*, Antwerpienſi, Medico excellentiſſ. tum Hamburgi commorante, de quo in claſſe Medicorum nobis ſermo eſt faciendus, & matre *Franciſca*, quæ Patrem habuit *Thermum Nigronum* Patricium Genuenſem, matrem *Johannam de Roſchelle*, Patriciam Avenionenſem. Pater ut erat præter Medicinæ ſcientiam trium linguarum, Latinæ Græcæ & Hebrææ peritiſſimus; ſic filium una cum pietate in literis ſolide informandum curavit. Amiſit vero Patrem Hafniæ anno 1560. ubi tum Pater Medicinæ Profeſſor, & Regum Daniæ CHRISTIANI III. & FRIDERICI II. Medicus erat, ætatis ſuæ quarto & decimo. Cumque mater poſt obitum patris ex Dania cum liberis reverteretur Rotzſtockium (quippe pater per ſeptennium Rotzſtockii Medicinam profeſſus) ad veteres amicos, inprimis *Davidem* illum *Chytræum*, & poſtea ex Dania etiam generum ſuum *Lucam Bacmeiſterum*, noſtrum Proavum, hactenus Concionatorem aulicum Reginæ viduæ Rotzſtockium alliceret, curam educationis ac inſpectionis ſtudiorum *Jacobi Bordingii*, *Chytræus* & *Bacmeiſterus* gerebant. Et feliciter ſecundante Deo omnia ſuccedebant. Vix enim ſex & decem annos natus anno 1563. 24. Julii publice in Auditorio omnium cum applauſu & admiratione habuit *Orationem de Urbe Rotzſtokio*. Hiſce peractis, ad pedes Philoſophorum & JCtorum, inprimis *Laurent. Kirchovii* ſedulus ſedebat, ac magna aviditate tanquam diuturnam ſitim reſtincturus, Jurisprudentiam hauriebat. Octo & decem annos natus a matre Antwerpiam miſſus, ut ſuos adhuc ibi viventes conſanguineos inviſeret, de quorum conſilio mox Lutetiam ſe contulit. Qua urbe totius Galliæ primaria non ſolum eas literas, quas Rotzſtokii colere coeperat, quæ ibi tum maxime florebant, majore ſtudio percoluit, ſed ad Jurisprudentiam, in cujus quaſi ſinu conquieſcere decreverat, animum adjecit, cum *Philippum* fratrem medicæ artis & *Petrum* Theologiæ ſtudio teneri animadverteret. Propoſuerat ſibi *Bordingus* præter Lutetiam & alias Galliæ urbes perluſtrare, ac cum viris doctiſſimis converſari, ſed hoc conſilium mutare ipſum coegit inopinus rumor de bello civili, quod per univerſam Galliam recrudeſcebat, ob crebra ſupplicia & injurias quibus *Proteſtantes* afficiebantur & ad vindictam incitabantur. Itaque ut malum vitaret, cum aliquot equeſtris ordinis juvenibus in Belgium conceſſit, & Lovanii, florentiſſimo dum temporis per totam Europam doctrinarum emporio, aliquantiſper commoratus eſt. Cum vero *Albanus*, qui recens in Belgium veniſſet, imperium a proſcriptione ac cæde nobilium procerumque auſpicatus, omnia bello miſcere videretur; ut matrem cura liberaret, ipſe in ſuperiorem Germaniam pedes movit, & quidem cæptum ſtudii legalis curſum Heidelbergæ & Lipſiæ magna cum laude & proſpero ſucceſſu abſolvit. Reverſus ad ſuos Rotzſtockium, dignus judicatus fuit, qui *Licentiæ laurea* decoraretur, itaque Decano D. *Joh. Borcholdo* anno 1574. 2. Mart. cum *Laurentius Niebur* J. U. D. renunciaretur, *Bordingus Licent. J. U.* proclamatus quem actum ſua præſentia illuſtriorem reddidit Sereniſſ. Dux *Johannes Albertus* ſtatimque Dux Megapolitanus *Ulricus Bordingio Profeſſionem Juris Feudalis* tunc adhuc diſtinctam & ſeparatam, demandavit, ipſumque in *Conſiliariorum numerum* adſcripſit: cumque eodem adhuc anno m. Auguſt. Decano *Johanne Borcholdo* ad Facultatem reciperetur, tamen ea conditione denuo receptus fuit, ne commoda Facultatis perciperet, donec publicus Juris Profeſſor conſtitutus & in Doctorem J. U. promotus, teſtante Matricula Facultatis Juridicæ. Biennio autem elapſo Profeſſor *Juris Canonici J. Decretalium, nec non Placidorum*

Feuda-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf


ad T. III. p. 1360.




D. Michael Graſsus.
Triptoviensis ad Imum
I. U. D. et Profess. Rostoch. 1573.
deinde Cancellarius Ducis
Joannis Megapolensis.
Natus A. 1541. d. 4. Januar.
Denat. A. 1595. aetat. 54.

J. M. B. sc.

Ft.





Jacobus Bordingus
J. F. Hamburgens. nat. 1547. exeatur 1574.
Professor Rostoch. Consiliar. ordinis Principis
Ulricis. Regumque Daniae deinde Mecenat.
Cancellarius ab an. 1586. - 1601. Relicta gratia Lu-
beccam migravit ubi Consulatum gessit ad 16. Oct. 09.

I. M. B. Sc.



Feudalium in locum *Friderici Heinii* resignantis, publice constitutus, nihil in se desiderare passus est eorum, quæ ad Academiæ dignitatem ac commoda tum conservanda, tum amplificanda facere viderentur. Labores docendi magna cum alacritate obivit, observans illud *nulla dies sine linea*. Sententiam in collegio dicturus, magna cum consideratione & gravitate eam protulit, ut omnes ejus prudentiam admirarentur. Hinc ejus nominis fama undique serpsit, utque ea illustrior redderetur, *honores doctorales Bordingo* quoque a Decano *Marco Luschovio* anno 1579. 13. Augusti collati, approbantibus id non solum eruditis omnibus, sed ipso etiam Principe ULRICO, qui in ipsa inauguratione publica inspectantibus cunctis, *aureo ipsum torque* donandum curavit, per *Martinum Bolfrasium*, qui tum primo loco a Consiliis Principi. Ab eo tempore sæpius in aulam vocatus, nec lectionibus in Academia vacare potuit, quando autem licuit, nunquam a lectionibus cessavit, nec Academiæ curam deposuit. Nam cum sciret certis eam reditibus dotatam a Ducibus Megapolitanis esse, privilegia illa sarta tecta conservavit, ne jacturam aliquam aut damnum faceret Schola solicite cavit. *Doctores Linguarum & Artium, quibus aliunde nulla lucri spes affulget, Principi commendavit, effecitque ne quisquam, qui ingenii aut industriæ specimen obtulisset, inanis dimitteretur.* Hisce peractis accidit, ut Cæsar RUDOLPHUS Augusta Vindelicorum Comitia celebraret, eo profectus *Ulricus* Dux Megapolitanus secumque abduxit Consiliarium suum *Jacobum Bordingum*, quem tanto favore amplexus est Cæsar *Rudolphus* ut *dignitatem Comitis Palatini* ipsi obtulerit, quam a se submisse deprecatus, & *ut quoties quis Decanus Collegii JCtorum Rotzstockii ea dignitate simul ornaretur, impetravit.* Cumque Dux ULRICUS in Daniam filiam, generum nepotesque visum trajiceret, *Bordingum* sibi Comitem elegit, cujus opera uteretur, sive quid dicendum sive quid consulendum esset. Utrobique se gessit *Bordingus*, ut laudem omnium ac favorem Principis deportaret, atque sic non solum Principi suo, verum & Cæsari *Rudolpho* charus erat, ut non solum, ut diximus inter Comites Palatii voluerit cooptare, sed & aliquot annis post *aureo torque ornatum*, etiam in album Nobilitatis Germanicæ adscribere; sed utrumque honorem innata sua modestia detrectavit. Cum in Dania versaretur cum Principe suo ULRICO, Rex Daniæ *Fridericus* II. *Bordingii* prudentia & integritate tantopere est delectatus, ut permissu soceri sui *Ulrici* Ducis Megapolitani, *Consiliario* arduis in negotiis fuerit usus. Hoc perspiciens Dux ULRICUS, *Bordingum* ad *Cancellariatum* evexit, *quo in munere se talem præbuit, ut optimum Cancellarium decet, dignitatem enim Principis sui & commoda quovis modo tutatus, mala a Principe suo & tota Regione avertit, & salutem Academiæ Rotzstockiensis omni modo quæsivit*; Principi enim suo ULRICO jam septuagenario major autor fuit, ut quædam in Academia confirmaret, quædam utiliter ordinaret, quædam prudenter emendaret. Cum jam ad Senium vergeret *Bordingus*, & priori Conjuge sua esset orbatus, vitæ aulicæ pertæsus quietem anhelavit, itaque a Principe suo ULRICO submisse petiit, ut ex aula dimitteretur, & quieti se traderet, sed vix dimissionem impetrare potuit, cum *admodum charus Principi suo, tum ob prudentiam pietatem integritatem & sedulitatem.* Tandem tamen Dux ULRICUS petitioni *Bordingi* locum reliquit, hac tamen lege, ut, quoties opera sua & consilio indigeret, in aulam veniret. Hac dimissione impetrata in Imperiali Lubeca sedem fixit, quietique se tradidit, alteramque Conjugem elegit. Cum vero putaret, in otio Senium degere, ecce præter omnem exspectationem *Consulatus Bordingo Lubecæ* anno 1600. die 22. Decembr. oblatus, postquam petitu Amplissimi Senatus quasdam Legationes cum laude & ad desiderium Senatus obiisset. Incidit vero *Bordingi* Consulatus in turbulenta tempora, cum seditio Lubecæ vigeret, quæ Deo secundante *Bordingi* prudentia inprimis sopita. Et quanquam Senex esset, nec procul a termino vitæ, quasdam Legationes in se suscipere cogebatur, & quidem ultima in Daniam sat illi ut seni molesta fuit, totos enim novem dies ipsi in navi pernoctandum & nauseam maris atque vehementiam fluctuum experiri cogebatur, unde valetudo ipsius non parum attrita. Hinc quivis vel nobis non monentibus conjicere potest, quantus & qualis Vir & quam laboriosus extiterit, ut *vino vendibili non opus sit suspensa hædera.* Brevi *fuit Vir vere τετράγωνος, qui ne latum unguem a veritate constantia, justitia & pietate potuit abduci*, sic enim in Epistola quadam ad affinem suum D. *Lucam Bacmeisterum* Seniorem, Proavum nostrum de negotio quodam gravissimo scripsit: *Fac, ut rectum animi statum teneas, a vero ne latum quidem unguem recedas sitque hæc gloria tua perpetua bona conscientia, & veritatis gloriæque Dei assertio.* Calumnias & adversitates magna patientia tulit idque semper in ore habuit:

Nobile vincendi genus est patientia: vincit
Qui patitur. Si vis vincere, disce pati.

Vixit in gemino conjugio, primum contraxit cum *Elisabetha* filia magni *Arnoldi Burenii*, primi Restauratoris Academiæ Rotzstockiensis, cum qua sine reconciliatione novem & decem annos vixit. Hac amissa matrimonium iniit Lubecæ cum *Anna Horstmanna*, Amplissimi Viri *Henrici Wedenhofii* Senatoris Lubecensis relicta vidua juvene, cujus nuptiis Regum, Ducum, Academiæ & urbium Legatus interfuisse accepimus. Ex utraque Conjuge nullos suscepit liberos, itaque bona sua sat ampla & ditiora Conjugi & Nepotibus ex sororibus videlicet *Bacmeisteris & Stolterfotis* reliquit, partem autem fortunarum suarum ad pias causas legavit, summam enim alteram ordinavit, ut *qui ex sua familia & Conjugis suæ literis operam daret, & indigeret redditibus illis ad quinque annos uteretur*; alteram vero, *si viduæ vel virgines in familia sua & Conjugis essent, quæ indigerent, iisdem redditibus frueren-tur.* Vid. Extractum Testamenti Bordingiani in Append. Obiit annos novem & sexaginta natus cum magno totius Reipubl. & omnium bonorum desiderio anno 1616. 21. Febr. sepultus in Templo Mariano,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Mariano, loco, quem ſibi ipſi dudum ante elegerat, & qua fere quotidie ſibi tranſeundum antea erat, ad orientem ſc. verſus *plateam hiam*, ubi Epitaphii ſui, effigiem ipſius diemque extremi Judicii repræſentantis, titulum, quem exemplo ſummorum Virorum ipſe ſibi compoſuit, ſuperaddidit ſequentem:

MAGNIFICUS ET CONSULTISSIMUS VIR, JACOBUS BORDINGUS, JURISCONSULTUS, OLIM ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS ANTECESSOR, ET AULÆ MEGAPOLITANÆ CANCELLARIUS, TANDEM HUJUS REIP. PER XVI. ANNOS CONSUL MERITISSIMUS, PIE OBIIT, OMNIUM BONORUM DESIDERIUM POST SE RELINQUENS, AN. MDCXVI. MENS. FEBR. DIE XXI. HORA IX. VESPERTINA, CUM ATTIGISSET AN. ÆTATIS LXX.

Viſitur & Effigies ejus in loco Conſiſtorii Lubecæ, Rotzſtockii autem in loco Concilii cum tali ſubſcriptione:

JACOBUS BORDINGIUS, J.U.D. *Jacob. Fil. Ao. Chriſti 1574. ætat. 27. in Profeſſ. & Conſiliariorum Aulicorum ordinem ab Illuſtriſſ. Principe* UDALRICO *cooptatus, cum ab Ao. 1586. ad Ann. 1600. Cancellarii munere perfunctus, relicta Aula Lubecam migravit, ubi nunc Conſulatum gerit Ao. 1605. ætat. 58.*

Cæterum ita abhorruit *Bordingus* noſter à Juris ſtudio, ut aliquoties inprimis ex Sorore Nepoti D. *Lucæ Bacmeiſtero* Jun. profeſſus ſit: *Si ſibi eſſent Liberi, non permiſſurum ſe ut quisquam eorum Juris ſtudio operam daret*, quod hujus Ævi JCtos plerosque non recta ad virtutem & pietatem incedere videret. Ita erat ſummus Juſtitiæ ac Integritatis cultor!

In obitum:

Magnifici, Ampliſſimi & Clariſſimi Viri
D. JACOBI BORDINGI JC.
REIPUBL. LUBEC. CONSULIS meritiſſimi.

Si qua, LUBECA, *Tibi fuit unquam juſta doloris*
Cauſa, & cur lacrymis ora genasque riges,
Nunc id tempus adeſt; nunc palmis pectora plange
Unguibus incomptas dilaniaque comas.
Vixit enim BORDINGUS *honor tuus ô dolor! ô quam*
Te egregio viduat Mors fera præſidio!
Hic te conſilio fulcire, tuisque ſolebat
Afflictis rebus ferre paratus opem.
Et cum tua coecis erraret linter in undis,
Hic Palinurus erat, hic Cynoſura tibi.
Hic facunda loqui norat, meminiſſe ſepulta,
Argus in obſcuris, certus in ambiguis:
Muſarum hic columen Propugnatorque Paterque,
Hic Themidis cuſtos & Pietatis erat.
Neſtoris hic artes callebat, dignus & ipſe
Trans ævi metas ſcandere Neſtoreas:
Sed nunc ille jacet vitali lumine caſſus,
Atque eſt quod digitis quinque movetur onus.
O ſpes occiſas! ô vota perempta bonorum!
LUBECA *heu! quanto Vulnere victa jaces!*

Aliud:

Svada, Themis, Pietas, Candor, Mens conſcia recti
Sunt ſita BORDINGUS *qua tumulatus humo eſt.*

⊙. A. D. X. Kal. Martii Anno CIↃICXVI.

JOHANNES KIRCHMANNUS,
Patrono & Compatri deſideratiſſimo
moerens faciebat.

Laudavit *Bordingum Johannes Kirchmannus*, peculiari oratione excuſa Lubecæ 1616. IV. *Erneſtus Cothmannus* Cancellarius Megapolitanus tale encomium *Bordingo* tribuit in Epiſtola quadam ad amicum. *Jacobus Bordingus fuit organon divinarum actionum, verbum DEI optimum conſiliarium & lucernam pedibus ſuis conſtituit, Deum mentis ſuæ opulentiam veram cenſuit, in officio ad miraculum diligens & ſedulus, in juribus Ducalibus Megapolenſibus tuendis & in privilegiis Academiæ conſervandis cæterisque rebus agendis fortis & magnus, in dictis & factis ſincerus, prudens & verax, in audiendis læſis & preſſis facilis & humanus, in ſermone placidus, in amicitia conſtans, in moribus gravis ac ſuavis, in juſtitiæ adminiſtratione munera deteſtabatur, & in parietibus diverſorum locorum, ubi Cancellaria Ducalis erat, pingi curabat:* QVI PRETIO EST BONUS, IDEM PRETIO EST MALUS: *calumnias & adverſitates patientia ſingulari, ſi exiſtimationem & famam ſuam non attingerent, ferebat, & ſemper in corde & ore habebat verſum illum: Nobile vincendi genus &c. Denique ut alia mittam, omnium vitiorum & inprimis adulationis, ſuperbiæ, avaritiæ, & invidiæ hoſtis acerrimus.* Adſtipulatur *Cothmanno Joh. Chriſtophorus a Jasmund*, Eques Megapolitanus & Principi a Conſiliis, in Oratione gratulatoria ad Illuſtriſſ. Principes *Adolphum Fridericum* & *Joh. Albertum* Fratres, adjuncta laudationi *Kirchmanni*.

§. 31. Pergimus ad HENRICUM CAMERARIUM. Et hic nobis affinitate junctus, quippe Proavi noſtri materni ſororem matrimonio ſibi junxerat. Eſt vero *Henricus Camerarius* in ampliſſima urbe Brunſwiga, unde Ducatus nomen habet, anno 1547. in lucem editus Patre *Johanne Kemmer* Mercatore, quem tamen infans an. 1549. peſte per totam fere Germaniam ſæviente amiſit, & Matre *Küniginda* ex antiqua *Pelterorum* familia oriunda, quæ ut ipſa pietati admodum dedita fuit, ſic filium cum lacte materno lemina pietatis inſtillavit, ac poſtea Præceptoribus in Schola Patria erudiendum in literis tradidit, inprimis a Matre Rectori M. *Andreæ Puchenio*, deinde Superintendenti Lubecenſi commendatus, qui adeo *Camerarium* in literis excoluerunt, ut dignus judicatus, qui cœlo Academico ſe committeret. Et quidem magnam ob induſtriam & ingenium, de ſe ſpem excitavit, quippe D. *Joachimus Morlinus* Superintendens Brunſwicenſis ſæpe numero publicitus in examinibus *Camerarium* laudaſſe perhibetur. Anno ætatis decimo nono Wittebergam profectus, ut cæpta ſtudia in ea Univerſitate continuaret. Verum ob Crypto-Calvinianiſmum, qui tunc Wittebergæ vigebat, non ultra menſes duos commoratus, ſed Rotzſtochium miſſus, in qua Academia humaniora adhuc diligentius excoluit, & ita Eloquentiæ ac Philoſophiæ primis annis operam dedit, ut alios mox, nec tantum diſcipulos quos accepit, ſed & barbatos imberbis & cœlebs in Græcis & Philoſophicis privatim docuerit, adeoque ſe ipſum legendo, declamando, & diſputando exercuit, ut doctior & ad docendum parator fieret, ſiquidem & in *Auditorio Unicornis* Græcas aliquot orationes habuiſſe,

XXXI. Henricus Camerarius.

ad. T. III. p. 1366.



I. M. Bernigeroth. sc.

H 7.



buisse, maximamque sibi admirationem apud omnes & gratiam juvenis excitasse perhibetur. Plurimum vero ardorem ejus in studiis juvit Professorum familiaritas & Præceptorum doctrina excellens. Inter hos primus facile erat *David Chytræus*, *Theologorum princeps*, quem & assidue audivit, & tanquam Patrem observavit, præceptoremque nominavit, donec vixit, quique eundem rursus amavit, sæpeque *Camerarium* examine tentavit, posteaque Collegam nactus inter amicos intimum habuit. Alter erat *Johannes Caselius*, Historicus & Græcus, cui maximopere adhæsit. Nec mathematica studia intacta reliquit, *Henricum* enim *Brucæum* sedulo audivit. Ab hisce studiis se totum Jurisprudentiæ devovit, & *Laurentio Kirchhofio* ac *Johanni Borchholto*, at quantis JCtis! fideliter adhæsit, ut fere nunquam ab illorum lateribus discesserit. Anno 1570. d. 18. Aprilis *M. Artium* a Decano M. *Oweno Gunthero* proclamatus, a quo tempore, quæ ipse didicerat, aliis proposuit. Post quadriennium scilicet Anno 1574. d. 2. Martii Decano D. *Johanne Borchholto* J. U. Lic. renunciatus una cum *Jacobo Bordingo*, quem modo laudavimus, qui eod. etiam anno m. Majo, ut *Extraord. Jur. Profess.* ad Facult. receptus est, ea tamen conditione, ne commoda Facultatis perciperet, donec Publ. Jur. Profess. constitutus & in D. U. J. promotus, testante *Matricula Facult.* Jurid. Biennio elapso sc. 1578 *Camerarius* ab amplissimo Senatu Rotzstockiensi in locum *Borchholti Institutionum Juris Professor* constitutus, quem deinceps idem Senatus ut Consiliarium habuit in deliberationibus, ut Advocatum in causis Reipubl. publicis, ut legatum in exteris adeundis. Expetitus autem fuit adhuc vir juvenis ad *Consiliarii munus* ab illustriss. Duce Mekelb. *Ulderico*, quod tamen post biennium sponte resignavit. His dignitatibus fungens anno 1579. d. 13. Augusti Decano D. *Marco Luschovio* infula *Doctorali* est redimitus una cum modo dicto *Jacobo Bordingo* & *Bartholomæo Clingio* tum Academiæ Rectore. *Professorio muneri magna cum sedulitate & fervore præfuit, summaque Svada, & mentis acumine protulit*, quæ ad ædificationem studiosæ juventutis spectarent. Cumque ejus fama ubique innotesceret, a multis Principibus desideratus, inprimis Duces Luneburgenses & Brunswicenses alter Cella alter Dannenbergæ sedem habens. Dux inferioris Saxoniæ Franciscus hunc *Camerarium* suum *Consiliarium* petivit & expetivit. Imo *Bogislaus* Dux Pomeraniæ ipsum *Primarium* suum *Consiliarium* per 20. annos habuit. Inde factum ut subinde jam in Pomeraniam, jam Lüneburgum, jam in Saxoniam inferiorem avocaretur, ut Consiliis interesset. Licet autem *Camerarius* interdum abesset, non tamen Academiæ curam deposuit, sed redux eo diligentius lectionibus inhæsit, & quæ neglexerat, sua diligentia compensavit, nam singulis diebus bis vel ter publice legit. Et si ex ungue Leonem cognoscere licet, sic e tot discipulis, quos educavit, & qui in summa Dignitate constituti, quales *Joachimus a Broizen* Syndicus Brunswicensis, *Conradus Doringus*, Cos. Brunswicensis, *Ernestus Cothmannus*, Cancellarius Megapolitanus, *Christophorus Sturcius*, D. & Professor, *Hajo a Nessa*, Cancellarius Megapolitanus, *Jacobus* & *Albertus Heinius* Professores, *Nicolaus Willebrandus* Professor, *Martinus Tancke* & alii, qualis quantusque Vir *Camerarius* extiterit apparet. An. 1585. ætatis 38. peregrinationem quandam in superiorem Germaniam & Helvetiam suscepit, & Bernam usque progressus, ubivis fere quosdam Discipulorum veterum invenit. Anno 1588. civitas Brunswicensis, in qua natus, ipsum *Syndicum* expetivit, nulla autem domicilii sedes jucundior ipsi fuit Rotzstockio, ubi studia contexuerat, ubi & matrimonium contraxerat, ubi omnibus charus, & omnibus in magno pretio erat, ad exemplum magni *Chytræi*, qui sæpius Rotzstockio avocatus, primam sedem deserere noluit. Non tamen omnino Patriæ defuit. Cum enim inter Ducem Brunswicensem *Henricum Julium* & Urbem Brunswicensem controversiæ inciderent adeo graves, ut ipsius RUDOLPHI II. opem implorare necessum fuerit; is vero Commissarios controversiæ illius cognoscendæ & componendæ causa ad terram Brunswicensem misisset, Senatus sane populusque Brunswicensis *Camerarium* quoque in hac causa vocavit. Itaque anno 1600. ultimo Octobris Rotzstockio Brunswigam discessit, & Patriæ commodavit, cumque rebus mox expeditis brevi reditum ad suos speraret, ecce præter exspectationem a Ducibus Luneburgensibus, quibus etiam obstrictus ut Consiliarius erat Brunswiga in vicinum vocatus oppidum Luchovium. Cumque Principum nomine ad vicinam Marchiæ civitatem Soldquellam proficisceretur, jamque rediturus Luchovium esset, en subito, cum parumper deambulaturus de carpento descenderet in deliquium animi incidit, & licet spiritum recepisset, confecto tamen exiguo itineris spatio Spiritus angustia ita illum oppressit, ut videntibus auriga & famulo in via, inter suspiria ter repetita, quibus animam Servatori suo commendavit, oculis ad cœlum sublatis exspiraret. Factum id 11. Februarii 1601. Adhuc notandum, quod sæpe in votis habuit, idem & *Camerario* accidit, nam nihil magis optavit, quam ut festina morte, & absque ullo sensu mortis perirer. Itaque ad mortem semper paratus erat, & se Deo per preces & suspiria commendavit, quod & in ultimo itinere fecit. Cum enim properaret Soldquellam, clara voce tres Psalmos cantavit: *Es ist das Heyl uns kommen her*, &c. *Es wolt uns Gott gnædig seyn*, & *Psalmum sextum Davidis* gallica lingua, quibus decantatis, paulo post placide exspiravit. Accidit & cum apud veterem amicum suum & quondam discipulum *Joachimum a Broizen* Syndicum Brunswicensem pranderet (quo hospite utebatur Brunswigæ) ut de repentino obitu Archivenatoris Ducis Luneburgensis Sermones cederent, dixit a *Broizen*: *horrendum est tam repentina morte decedere, contra quam precamur in publicis Collectis in Ecclesia*: respondit *Camerarius*, *non oramus, ut Deus a nobis avertat repentinam mortem, sed ne mala repentina morte pereamus, ne in peccatis nostris æternum pereamus. Cum autem Christianus Deo confidens repentine moritur, non sentit aculeum*

mortis, ſed ex vita in vitam æternam migrat, quod certo certius eſt. Virtutes *Camerarii* ſi enumerare vellemus, nimis longum foret, *quam pius Vir fuerit, ex dictis jam patet, ut ipſius domus privata Eccleſia extiterit, ipſe enim Doctor pietatis & fundamenti religionis uxoris ſuæ filiarum & domeſticorum fuit, ita, ut non ſolum fundamenta fidei illis inſtillarit, ſed ex iis etiam illos examinarit: promptiſſimus erat omnibus inſerviendi, beneficus etiam erga proximum, inprimis egenos, ut licet pauperibus multos ſumptus erogaret, eo majorem benedictionem ſentiret quare etiam motus, ut certa Legata ſtudioſæ juventuti deſtinarit.* Brevi: *Exemplar fuit veri Chriſtiani, Splendor & Fulcrum Academiæ quamdiu in vivis fuit.* Funus ipſius ſeu Exuviæ, juſſu Principum Lüneburgenſium & conſenſu Marchionis Brandenburgici usque in ditionem Mecklenburgicam magna & ſolenni pompa, ſonitu campanarum, & cantionibus Scholaſticorum, imo & civium in oppidis devectæ, donec Rotzſtockium deducerentur, ubi tota Academia & Urbs Rotzſtockienſis magno cum luctu exequias ivit. Atque ſic tantus Vir anno ætatis 54. eſſe deſiit. Uxorem elegit Ampliſſimi Viri Dn. *Alberti Dobbins* Atavi noſtri filiam *Margaretam*, cum qua viginti ſex annos unanimiter vixit, & ex ea ſuſcepit inprimis duas filias, quarum altera *Martino Chemnitio*, altera *Theodoro Slönnies* ambobus JCtis matrimonio junctæ fuere. Habuit concionem in funere ipſius D. *Valentinus Schachtius*. Laudarunt *Camerarium* publicis Orationibus, poſtea in lucem editis *Azarias Sturcius* Hiſtor. & *Martinus Braſchius* Logicæ Profeſſores. Conſpicitur Effigies *Camerarii* in Concilio Academiæ Rotzſtock. cum hac ſubſcriptione: HENRICUS CAMERARIUS, *Brunſwicenſis*, J. U. D. & *Profeſſ. Natus Anno 1547. Vocatus ad Profeſſionem Publicam Anno 1578. Conſiliarius item Ducum Lüneburgenſium & Pomeraniæ. Obiit Ao. 1601. die 1. Febr. ætatis 54.* Epitaphium autem in templo Jacobæo, 1588. die 3. Jan. hoc modo ponendum curavit: *Henricus Camerarius der Rechten D. und Profeſſor hat dieſen Grab-Stein bey ſeinem Leben zum Gedæchtniß und Erinnerung der Sterbligkeit ſelbſt ſetzen laſſen.*

Ultima ſemper exſpectanda dies homini eſt ergo
Vive Deo, mundum deſpice, diſce mori.

Scripta:

Diſputationes Juridicæ & Reſponſa varia.
Oratio de Gradibus & Promotionib9 Academicis.

EPITAPHIUM.

Conditur HENRICUS *parva hac* CAMERARIUS *urna,*
Qui jure eximius Doctor utroque fuit.
Moeſta dolet pietas, cujus ſincerus amator,
Liquiſti domui nomina magna tuo.
Juſtitia hanc mortem lugubri plangit amictu:
Et virtus omnis moeſtior eſſe ſolet.
Non minus ipſa tamen pietas, jus, cunctaque virtus,
Mercedem ſtudiis geſtit meſſe tuis.
Amiſſus non es, verum præmiſſus ad aulam
Cæleſtem, niveum nix tibi fecit iter.

Matthæus Zuberus.

Varniades Muſæ & Themides tot Principum & Aulæ,
Tot populi atq; urbes, fundite nunc lacrymas.
Candor & integritas & recti conſcia virtus,
Magni idea una viri fama, fides, pietas,
Ethicaque ingenii domitrix prudentia mundi
Occubuere uno heu! cum CAMERARIADE.

Eilhardus Lubinus.

§. 32. Hujus veſtigia legit BARTHOLOM. CLING, hic natione Confluentinus, von Coblentz, quæ urbs ad Rheni Moſellæque confluentes ſita, ubi 1535. natus. Puer in Pietate & bonis literis ſummo ſtudio informatus, & in variis Academiis in artibus ac ſcientiis ipſius ingenium magis excultum, tandem Rotzſtockium pervenit, ubi *Magiſter Artium* anno 1557. 18. Maji Decano M. *Bernhardo Menſingo*, fuit creatus, poſtea etiam anno 1559. m. Novembr. publicus *Logicæ & Rhetoricæ Profeſſor* conſtitutus. Cum vero Jurisprudentiam præ reliquis diſciplinis eſſet ſectatus, anno 1561. *LL. Lic.* una cum *Johanne Bocero*, Decano D. *Johanne Buckio* fuit renunciatus. Ab eo tempore publice in Academia Logicam atque Rhetoricam, privatim vero Jurisprudentiam profeſſus eſt, ſuamque provinciam ſibi demandatam ſumma diligentia atque laude adminiſtravit. Cum anno 1579. Rectoratus officio fungeretur, 13. Aug. Decano D. *Marco Luſcovio* in *D. Juris* promotus. Cumque tum privatim & publice Leges ſacratiſſimas Jurisprudentiæ ſtudioſis quam fideliſſime exponeret, magnamque ſibi nominis famam conciliaret, anno 1595. menſe Januario in locum beati D. *Laurentii Sancklovii* J. U. & *Inſtitut. Profeſſor* a Sereniſſimo Duce Mecklenburgico ULRICO renunciatus. *Quanta vero fide, quantaque induſtria, quantaque cum laude hoc munere functus, vix effari licet, ſufficit, quod laudem diligentiæ, fidelitatis atque probi viri apud omnes meruerit.* Obdormivit in Domino anno 1610. 5 Dec. octogenario minor 4. annos & tres menſes, cum per annos 51. Profeſſorem egiſſet, & præter Profeſſoriam dignitatem ſimul *Conſiliarius Principis, Legati & Oratoris geſſiſſet.* Effigies ejus conſpicitur in Concilio Academiæ, cum hac ſubſcriptione: BARTHOLOMÆUS CLINGE, Confluentinus Artium & J. U. D. natus anno 1535. Profeſſor electus an. 1559. menſe Novembr. XXXII. tholon Cling.

Scripta ejus hæc ſunt: Diſputationes nonnullæ Juridicæ. Oratio in funere Pauli Merulæ Dordracenſis, in Academia Lugduno-Batava Hiſtoriæ Profeſſoris.

§. 33. Deſcendimus ad *Johannem Georgium Godelmannum*, qui *Clingio* promotione antecedit, natum Tuttlingæ, oppido ad Danubium, tribus a Conſtantia milliaribus an. 1559. 12. Maji Patre *Jeremia Gartachenſi*, primum Secretario Comitis *Michaelis* a *Wertheim*, dein Ducis Würtemb. *Chriſtophori* Præfecto in territorio Tüttlingenſi; denique ſub Duce *Ludovico* arcis Roſecciæ Caſtellano, anno 1582. demortuo, Matre *Maria Holdſuerinia*. Avus maternus *Georgius Holdſuerinius* fuit primum civis & patricius Norimbergenſis, poſtea vero Cancellarius Dorpatenſis in Livonia, cujus uxor filia fuit JCti excellentiſſimi *Johannis Hemmingeri*, Conſiliarii quondam Würtemberg. Hi parentes filium a teneris unguiculis ad pietatem & bonas literas adhibuere, & cum fundamenta literarum fideli- XXXIII. Georg delman.

ter

ter jeciſſet, Stutgardiam, inde Tubingam miſſus 1574. ubi inter undequadraginta competitores *primus* pridie Cal. Apr. *Georgio Lieblero* Brabeuta *primæ laureæ honorem* accepit. Eadem in Academia 1576. Decano *Samuele Hailando Magiſterii gradu* ornatus. Inde ad ſtudium Juris tranſiit, in quo ex Doctoribus audivit *Chilianum Voglerum*, *Andream Laubmarium*, & *Nicolaum* illum *Varembulerum* aliosque; imprimis tunc Præſide D. *Johanne Hochmanno* anno 1578. diſputationem de *Litis Conteſtatione*, proprio Marte conſcripſit & habuit, quo eodem anno m. Octobris per Franconiam, Thuringiam, Miſniam, in Saxoniam cum D. *Jacobo Andræa* profectus eſt, primum Wittebergæ ſubſtitit, ubi Nobilibus quibusdam petentibus privatim Inſtitutiones explicuit, ille e contra Præceptores ibidem *Matthæum Weſenbecium* & *Joachimum a Beuſt* docentes ſedulo auſcultavit, tandem per Magdeburgum, Brunſwigam & Helmſtadium, ubi D. *Mynſingerum* & *Borchholdum* ſalutavit, & poſtquam Lüneburgum, Hamburgum & Lubecam vidiſſet, venit Rotzſtochium 1579. m. Apr. & mox vicinum Daniæ Regnum Academiamque Hafnienſem inviſit. Rotzſtockium reverſus, *Inſtitutiones Juris* XXX ſtudioſis declaravit ac uno anno abſolvit, pro quibus fidelibus laboribus centum Joachimicis a gratis Auditoribus dotatus eſt. His ingenii dotibus, docendi dexteritate, & induſtriæ eruditæ ſpecimine *Davidi Chytræo* admodum charus factus, ut *Gödelmanno* Filiam ſuam *Regin. m* ſponſponderit. Sponſalibus peractis *Godelmannus* per Marchiam Miſniam, Bohemiam, Pragam, Noribergam anno 1580. in Patriam ad Patrem rediit. Inde Argentoratum, ubi *Oberto Giphanio* ſalutato, per Alſatiam aſcendit Baſilæam, ibi cum tribus aliis Candidatis anno ætat. 21. *Inſignia Doctoræ* Cal. Sept. ſuſcepit. Quibus peractis generoſo Barone *Zerotino Carolo* in Comitatum Mompelgardenſem & inde per Burgundiam Veſuntium uſque excurrit: poſtea Baſileam & inde Tuttlingam ad Patrem iterum recurrit, illique & Præceptoribus ſuis Tybingæ valedictis, menſ. Septembr. Rotzſtockium iterum rediit, uti ſequente menſe ſtatim in *Profeſſorum numerum* receptus, *Prælectionem Ciceronis de Legibus* ſibi a Collegio Juris aſſignatam Cal. Decembr. inchoavit, præmiſſa Oratione de more *contra calumniatores ſtudii legalis*, & diſputat. publica de *Jure venandi*. Anno 1581. nuptias tandem cum *Chytræi* Filia celebravit: Epithalamiis ſcriptis a *Joh.* illo *Caſelio*, *Nathane Chytræo*, *Martino Cruſio* & aliis. Patre autem ipſius ſequ. anno 1582. demortuo, cum uxore ſua per Marchiam, Brunſvicenſem Ducatum, Haſſiam & Palatinatum in Patriam profectus eſt, & 10. Aug. etiam Tybingam venit; ſed eodem adhuc anno Rotzſtockium iterum repetiens, abſolutis *Libris Ciceronis de Leg.* ultimum Titulum *de Reg. Jur.* m. Decembr. ejusdem anni exorſus eſt, & anno 1584. *Feudalia* explicuit, ſequenti autem biennio *Conſtitutiones Criminales Caroli V. Imperat.* abſolvit: interim præter publice habitas *Diſſert. de Uſuris*, *Magis*, *Veneficis*, *Lamiis*, *Teſtamentis*, *Nuptiis*, *Pignoribus*, multis quoque nobilibus Viris, Rebuspublicis conſulendo cauſasque defendendo (primam quidem coram Duce Meklenb. *Ulrico*) cum laude inſerviit. Anno 1587. Rigam Livoniæ propter civiles diſcordias vocatus, quo per Pomeraniam, Pruſſiam, Samogitiam & Curlandiam m. Martio incolumis pervenit, ibique ex conceſſione Ducis *Ulrici* Domini ſui per integrum annum ſubſtitit, quo tempore etiam Warſaviæ Polonicæ nomine Reipubl. Electionis Comitiis cum aliarum Gentium Legatis interfuit, ubi diſertum & magnanimum *Joh. Zamoſcium* magnum Poloniæ Cancellarium coram audivit, cujus Uxor *Chryſolis Bathorea* Auguſtanæ Confeſſioni fuit addicta. Noſter interim *Godelmannus* cum *Richardo* inprimis *Streinio* Cæſaris Legato & *Erico Sparro*, magno Sueciæ Cancellario & Legato tunc familiaritatem iniit. Finitis Comitiis per Thorunium, Dantiſcum, Elbingam, Regiomontem ſe Rigam recepit *Godelmannus* noſter, ſtatim tamen iterum Dantiſcum ad Regem *Sigismundum* recens electum miſſus, a Cancellario *Sparro* in conclave Regis introductus, de felici in Regnum Poloniæ adventu nomine Reipubl. ſuæ Regi gratulatus: In reditu Rigam ab Elbingenſibus Academia & aula Regiomontana honorifice exceptus fuit. Tandem per mare Balticum L milliaribus Lubecam appulit, ac m. Martio 1588. Rotzſtockium feliciter ad ſuos revenit. Riga ſic Domum reverſus, *Conſtitutiones* ſuas *Criminales* ad umbilicum perduxit, ac mox ab illuſtri Viro *Henrico Rantzovio* Daniæ Vicario Regio in Holſatiam evocatus, Provincialibus ſtrenue operam navavit, & præmio digno affectus eſt, ubi domum reverſus Tractatus *de Magis, Veneficis & Lamiis*, nec non *de ſtudiis privatis in Jure recte inſtituendis*, primum edidit. Poſtquam autem ipſius nominis fama indies latius ſe diffunderet, *a Saxoniæ Pro-Electore* Dreſdam evocatus eſt ut ſibi a Conſiliis eſſet: itaque ſub finem anni 1592. Dresdam migravit, ibique domicilium ſuum fixit. Quam carus vero Electori ac Principi ſuo fuerit, vel inde patet, quod ſæpius ejus opera in Legationibus præſertim ad aulam Auguſtanam uſus, in qua cum Cæſari virtutem, doctrinam ac facundiam ſuam probaſſet, ab eodem inſignibus gentilitiis nobilitatus, & Comes Palatinus fuit declaratus. Obiit tandem hic *ſummus Juris atque Conſiliarius longe prudentiſſimus* die 20 Mart. Dreſdæ 1611. ætat. LII. cujus vitæ curriculum ac elogium elegantiſſimo Carmine complexus eſt *Fridericus* ille *Taubmannus*, quod vid. ap. *Melchior Adamı in vita Godelmanni ſubnexa*.

Scripta:

Oratio de Legum Romanarum dignitate, Roſt. 1583. 4to.

Diſp. de Litis Conteſtatione, Jure venandi, Uſuris, Teſtamentis, Nuptiis, Pignoribus &c.

Tractatus de Magis, Veneficis & Lamiis, de his recte cognoſcendis & puniendis Lib. III. Roſt. 1588. & Frf. 1591.

De ſtudiis privatis in Jure recte inſtituendis, Roſt. eod. an.

Johannis Sichardi JCti Tubingenſis Reſponſa Juris, Frf. 1599. Fol.

§. 34. Ordo nos nunc deducit ad *Godelmanni* in Profeſſione extraordinaria Succeſſorem HAJONEM *de* NESSA, qui natione Friſius Orientalis XXXIV. Hajo de Neſſa.

talis natus 1562. die 23. Sept. Patre *Antonio Hajone de Neſſa*, hæreditario in Neſſen, Matre *Geſa Weſterhuſen*, a quibus ad ſtudia literarum aſſuefactus, jactis artium & linguarum fundamentis. Præceptore quidem longe fideliſſimo Rev. M. *Joh. Ligario*, Comitis Friſiæ concionatore aulico, in Academiam Juliam primum ablegatus, ex qua in Academiam Rotzſtockienſem migravit, cumque adhuc Præceptoribus *Henrico Camerario*, *Johanne Albino* & *Michaele Graſſo* uſus fuiſſet, dignus judicatus, cui honores doctorales tribuerentur. Itaque Decano *Henrico Camerario* una cum *Martino Nordano* Lubecenſi omnium applauſu *J. U. D.* 1590. 1. Oct. renunciatus. Hunc titulum non ex ambitione & vanæ gloriolæ gratia venatus, ſed ut licentiam haberet informandi alios. Cumque doctrinam ſuam lectionibus eruditis ſatis probaſſet, *J. U. Profeſſor*, tunc quidem *Extraordinarius*, (vid. *Viſitations-Receſs de anno 1599.*) in locum D. *Goldmanni* diſceſſi, cum & Dn. *Bordingus*, propter Cancellariatus officium vel continue in aula eſſet, & *Albinus* ob valetudinem infirmam docendi munus in Academia ut accepimus, continue obire haud poſſet, a Sereniſſ. Principe Megapolitano denominatus 1593. Hanc dignitatem profeſſoriam ſumma cum laude ſuſtinuit, ut omnium oculos atque favorem in ſe converteret, quo factum, ut cum anno 1602. die 17. Martii dictus Dn. *Albinus*, Juris hactenus Profeſſor Ordin. & Senior, vitam cum morte commutaſſet, ſtatim noſter ætat. 57. in ejus locum ſucceſſit *Pandect.* quidem *Profeſſ. Publ. Ducal.* Nec ſolum Academiæ, verum & principibus viris notus & charus erat, nam ULDARICUS Dux Megapolitanus hunc *Hajonem a Neſſa* in *Conſiliariorum numerum* expetivit. Factus & Conſiliarius *Sigismundi Auguſti* Ducis Megapolitani, atque tum juniorum Principum Adolphi Friderici & Johannis Alberti, imo tandem *ad Cancellariatum* pervenit. Duxit uxorem *Joachimi Schönermarkii* Ducis Ulrici quæſtoris provincialis filiam *Annam*, Germanam *Joachimi Schönermarckii* JCti ſummi ac Profeſſoris Ducalis Rotzſtockienſis, ex qua quorundam liberorum pater factus, varias legationes obivit, ac Tulliana *Hajonem* voce perorantem Reges & Principes ſæpe attoniti audivere. Utrique Principi *Adolpho Friderico* & *Johanni Alberto* durante minorennitatis conditione fideliter inſerviit, utrumque Argentinam velut uberiorem generoſiorum mentium cultricem & officinam, deduxit. Utrique Homagium a ſubditis conjunctim exigenti, *Neſtoreo* eloquio & *Papiniano* conſilio adſtitit. Quibus laboribus fractus obiit 1620. 28. Mart. ætat. 57. Conſpicitur ejus effigies in Concilio Academ. Rotzſtock. ita ſubſcripta: HAJO A NESSA, *Friſius Orientalis* J. U. D. *& ab anno 1593. Profeſſ. natus an. 1562. 23. Sept.* Scripſit: De Regni Statu, Regiminis Forma, Religionis purioris Vindiciis, Judiciorum Tribunalibus recte inſtituendis, Litium prolixis talis præcidendis, aliaque.

§. 35. Sequitur ERNESTUS COTHMANNUS,
XXXV. Ern. Cothmannus. hic Lemgoviæ in Weſtphalia auram vitalem hauſit ex gente patricia anno 1557. die 6. Dec. pater quippe ejus *Didericus Cothmannus* dictæ Reip. Lemgovienſis Conſul optime meritus & Avus æque Cos. Mater *Catrina Grothenia*, *Diderici Grothen* Conſulis ejusdem Reipubl. Filia. Pater, ut erat prudens Vir, filium in pietate bonis moribus & literis erudiendum curavit, ac ſic fundamenta Linguarum in Schola patria jecit. Inde anno 1565. die 14. Nov. cum mater ſua exoptatiſſima pia morte ex hac vita diſceſſiſſet, & curam filii marito commendaſſet, in Scholam Düſſeldorpianam eum ablegavit, ex qua linguarum & artium fundamentis ſtipatus in Marpurgenſem & Juliam Academias miſſus, uſus Doctoribus *Nicolao Vigelio*, *Valentino Forſtero*, *Rechnero*, *Sixtino*, & aliis tunc temporis Viris, quippe Themidi ſe totum manciparat. Cumque in ea laudabiles profectus feciſſet, Parens de tam felici ſucceſſu filii ſibi gratulabatur, atque motus, ut in Rotzſtockienſem Academiam, tanquam ad mercaturam bonarum artium filium ablegaret, quo ut Roſetum jam jam Roſas ferens, altas in ea radices ageret. Nec augurium Patris fuit inane. Cum enim excellentiſſimis Præceptoribus in ea videl. *Michaele Graſſo*, *Johanne Albino*, *Jacobo Bordingo* & *Henrico Camerario* uteretur, tantos fecit in Jurisprudentia progreſſus, ut non amplius diſcipuli, ſed Doctoris vices ſuſtinere poſſet, igitur Diribitore & Decano *Henrico Camerario* una cum *Chriſtophoro Sturcio* Nobili Livono *infula Doctorali* decoratus 1584. die 8. Octobr. Qua redimitus Wittebergenſem inſuper inviſit Academiam, in eaque patronos amicos & admiratores virtutis & eruditionis, ac inter eosdem *Vitum Winsheimium* JCtum reperit. Witeberga rurſum Rotzſtockium rediit, & a ſtudioſis non tantum ab ore ejus pendentibus, veluti Pater, a Profeſſoribus ut filius & frater deſideratiſſimus amplexibus receptus, nec unquam dimiſſus, ſed & auſpiciis feliciſſimis anno 1587. a Divo *Udalrico* Duce Megapolitano in *numerum Conſiliariorum* adſcitus, *Aſſeſſor Areopagi Megapolitani ſecularis & eccleſiaſtici* delectus, Collegam nactus magnum iſtum *Jacobum Bordingum* Cancellarium, a quo fraterne adamatus. Anno 1595. menſe Decembri in locum *Michaelis Graſſi*, *Codicis Profeſſor* a Sereniſſ. Duce *Ulrico* quoque conſtitutus, quam Spartam ſumma fidelitate ornavit, nec ullam horam, quantum per aulica negotia licuit, neglexit, quin non publice & privatim doceret. Cumque anno 1603. glorioſiſſ. memoriæ Dux *Ulricus* deceederet, & *Carolus* Fratri in regimine ſuccederet, *Carolus* Dux *Cothmannum* in dignitate ſua non ſolum confirmavit, ſed & ſvaſor Principi juniori *Johanni Alberto* fuit, ut *Cothmannum* quoque in *Conſiliariorum ſuorum collegium* adoptaret, quod & factum non ſolum, ſed cum *Johannes Albertus* Dux faſtigia regiminis adſcendiſſet & *impetraſſet*, ſublimi *Cancellariatus* munere ornavit *Cothmannum*, de qua dignitate quidam ita dicere ſolitus: *Cancellariatus eſt ſolſtitium omnium honorum, qui poſſunt cadere in hominem privatum literatæ conditionis.* Vix fari licet, *quanta fidelitate muneribus ſuis functus, quam laborioſus, quam humanus & officioſus erga omnes, quanta pietate in Deum, nam præter Juſtinianeum Codicem & Sacrum quoque & Patres*

ac



Hajo a Nessa,
Phrisius, Oriental. L. U. D. Prof. Jur. Rostoch.
ab A. 1503. deinde Cancellarius Ducis Adolphi
Friderici. Natus 1560. d. 23. Sept. Domst. Suerin.
A. 1620. d. 28. Martii.

I. M. B. f.




ad T. III. p 1373.



Ernest. Cothmann,
Lemgoviensis. I. U. D. Consiliarius Ducis Ulrici, Professor Iuris Rostoch. et ab
A. 1603. Ducis. Io. Alberti Cancellarius.
Nat. die Nicolai A. 1557. † 1624.

I. M. B. fc.

Zz.



ac inter eos Auguſtinum aſſidue evolvit, adeoque calluit, ut quod Cicero de ſe gloriatus, triduo ſe JCtum fore, id meritiſſimo jure ſibi in Theologia vindicare potuerit. Beneficentiam quod attinet, largus erga pauperes, & cum plurima bona Deus ipſi largitus fuerat, de illis etiam ad pias cauſas quædam deſtinavit, nam ſtudioſis juvenibus Weſtphalis certam ſummam deſtinavit, ut illius reditibus frueretur. Tanto in pretio apud omnes fuit Cothmannus, ut a Regibus, Principibus, urbibus, Nobilibus conſultus Oraculi loco, ejusque domus Provinciæ Megapolitanæ velut Muſæum & Quinti Mutii Scævolæ Pallatium fuerit. Ao. 1586. m. Sept. adſcivit thori & vitæ ſociam *Elſabetham Heiniam*, noſtram conſanguineam, Viri magnifici & conſultiſſimi *Friderici Heini*, JCti Anteceſſoris quondam Academiæ Rotzſtockienſis, Ducalis itidem Conſiliarii, & Reipubl. Rotzſtockienſis Conſulis & Syndici laudatiſſimi filiam, ex qua quinque liberos nimirum quatuor filios & filiam unicam ſuſcepit, quæ elocata Viro Conſultiſſimo *Laurentio Stephani*, de quo in ſubſequentibus. Hoc tantum lumen extinctum 1624. feria tertia poſt Miſericordias Domini Exuviæ *Cothmanni* Guſtrovio Rotzſtockium deportatæ, atque humatæ. Habuit in funere ejus concionem *Conſtantinus Fidlerus* Paſtor Marianus Rotzſtockii. Laudavit *Cothmannum* Guſtrovii M. *Sebaſtianus Mejer*, Scholæ Rector. Effigies *Cothmanni* conſpicitur in loco Concilii Academiæ cum hac ſubſcriptione: ERNESTUS COTHMANNUS, *Lemgovienſis, Juris D. & Profeſſ. Natus die Nicolai, Ao. 1557. Venit in hanc Academiam 1580.* Vocatus a Collegis ſuis in Programm. funebri *Aquila, decus, Literatorum Princeps, Virtutum Dictator, & JCtorum Phœnix*, & *Klock. Conſil. 148. n. 17.* audit *Pius & gravis JCtus.*

Anagramma.

ERNESTUS COTHMANNUS JURISCONSULTUS.
(s in c. converſo.)
SOL JURIS MORTUUS: CUNCTA SENESCUNT.
MORTUUS eſt JURIS SOL: Hei! ii CUNCTA SENESCUNT.
Nec ſtabile in toto permanet orbe decus.
BERNH. LUDERINGIUS.

Cum meditarer COTHMANNI *funera clejo,*
Altius in laudes tre parata viri;
Excuſſa manibus tabula, par laudibus ejus
Sola futura Themis, deſine, Phœbus ait.
Ut tamen exſequias decoremus, ſufficit, illi
Diſtichon exiguis tale dediſſe matris:
COTHMANNUS *moritur, tuus, o Themis alma Sacerdos,*
Qui vetuit Leges Juraque ſancta mori.
M. PANCRATIUS AMSELIUS.

Scripta:

Collegit Conſilia atque edidit, Volum. V. Frf. 1597. 1615. 1662. item, Reſponſa Juris & Conſultationes Academicas, Diſputationes Juris Civilis &c. Witt. 1590.

Compendium Inſtitutionum Juſtin. Roſtoch. 1617. 1618. 1625.

Commentarius in primum librum Codicis Juſtiniani Frf. 1616.

Tom. III. de Weſtph. Monum. ined. Rer. Ger.

Meditationes piæ de Remediis calamitatum & de inimicis diligendis Roſt. 1614. 12.

Feine Gottſelige Betrachtungen etl. wohlbewehrten geiſtlichen Recepten &c. Stettin 1615.

§. 36. Jam quædam nobis dicenda de MARTINO CHEMNITIO. Hic Brunſwigæ natus 1561. d. 15 Octobr. ac veneratur Patrem incomparabilem illum Theologum MARTINUM CHEMNITIUM Superintendentem Brunſwicenſem, Matrem *Annam Jægeriam*. CHEMNITIORUM autem gens & celeberrima ſemper fuit & vetuſtiſſima, ſiquidem per 800. ferme annos floruit veteris Marchiæ Oppidum *Pritzwaldia* dictum, cujus inter Conditores in Annalium Libris CHEMNITIANI annotati inveniuntur, eorumque *propago* in hodiernum usque diem ſingulari ibidem venerationis aliarumque immunitatum privilegio fruitur, imo quod mirandum, *Chemnitiani* ſucceſſu ferme hæreditario, Magiſtratum in dicta urbe ſubiere. Floruit enim jam circa annum Chriſti 1287. JOHANNES CHEMNITIUS, noſtri Tritavi Abavus, a quo poſtea XVI. Conſules atque Senatores per integros 339. annos deſcenderunt. Fuerunt etiam in *Familia Chemnitiana* Viri togata æque ac bellica virtute eximii, Theologi ſumme Reverendi, JCti Conſultiſſimi, Medici Experientiſſimi, Duces ac Heroes ſtrenui ac fortiſſimi. Ex JCtorum claſſe produco duos inſignes Juris DD. *Matthiam Chemnitium*, Sereniſſ. Electoris Brandenburg. Vice-Cancellarium & Conſiſtorii Eccleſiaſtici quondam Præſidem celeberrimum; & *Joachimum Chemnitium*, ejusdem Serenitati e Conſiliis intimis. Ex florentiſſima Pæonia arte allegari ſufficiat ſub finem 1590. per totam Marchiam experientia ſingulari ac dexteritate medendi præprimis clariſſimus *Nicolaus Chemnitius*. Et hi in Arte inclaruere. In re militari autem & Marte non minor gloria *Chemnitianæ gentis* ſumma fuit: Anno enim 1552. ſub Imperatore ſine pari CAROLO V. Imperatore Romanorum auguſtiſſimo, præfectura militari eminuit *Joachimus Chemnitius*. Anno 1570. fortiſſimus Heros, *Johannes Chemnitius* Livoniam cum exercitu ingreſſus eſt. Poſtea hæc ipſa Familia *Henricum*, fortalitii Neo-Rheſæ in Geldria Gubernatorem Bellique Præfectum, & *Nicolaum*, in Urbe Stralſundo Centurionem, perſtrenuos non minus beliatores, habuit. Hujus Germanus, *Johannes Chemnitius* literas cum armis laudabili conjungit vinculo, utpote qui Reipubl Dantiſcanæ ſuam addixit fidem, & in auguſta aliquando Regis Aula Warſaviæ graviſſima quædam dexterrime expedivit negotia. Sed quod primo loco dicendum erat in Theologica item Facultate, Viros olim haud fucata pietate præditos inque orthodoxiam meritis egregios *Chemnitiana Familia* numeravit multos. Recenſebimus modo B. noſtri JCti & Cancellarii (cujus vitam nunc paulo penitius hic deſcribere fert animus) Parentem omni ſane laude & encomio noſtro majorem *Martinum Chemnitium*, Theologorum omnium Theologum, imo totius Lutheranæ Eccleſiæ Præſidium ac Columen, de quo vere in Schola Theologorum dicitur:

XXXVI. Marr. Chemnitius.

Si (hic) MARTINUS *non fuiſſet*, LUTHERUS *non ſtetiſſet*. Etenim quot ille a Papicolis & Calvini ſectæ cultoribus reportavit trophæa? Donec in orbe Conciliorum nomen atque honos, & hujus pariter Viri ob illud, quod Tridenti olim habebatur, & a ſe examinatum eſt, intemerate permanebit. Sed hujus Viri laudes infra *cap. XVIII. de creatis in qualibet Facultate Dd. atque Magiſtris* reſervabimus: Nunc ad Filium ejus, de quo inprimis hic loquimur, deproperamus. Noſtri *Chemnitii*, ut diximus, Parens cum pietate admodum deditus & Scientiarum ac literarum peritiſſimus eſſet, filium hunc ſuum ad pietatem aſſvefecit, & in literis erudiendum ſummo ſtudio curavit, & quidem feliciter inſpectione Patris educatio ſucceſſit, nam tantos in Schola patria & Præceptore privato, Ductore longe optimo, *Henrico Meibomio*, Poeta & Hiſtorico inque Julia demum Academia Profeſſore celeberrimo, in literis fecit progreſſus, ut a Patre 1578. ad Lipſienſem Academiam ſit miſſus, ubi 1582. *M. artium* creatus; inde in Academiam Francofurtanam migravit, ubi *D. juris* renunciatus 1588. Tantem Rotzſtockium 1593. delatus, ubi privatim docuit. Cumque ſua diligentia & eruditione magnam Nominis gloriam ſibi comparaſſet, in locum Soceri ſui beati *Henrici Camerarii* 1601. d. 26. Nov. *Inſtitut. Profeſſ. Publ.* ab Ampliſſimo Senatu Rotzſtockienſi ſurrogatus, & Spartam, quam nactus ſumma laude ornavit. Sed non diu in ſtatione ſua permanſit, quippe ejus Nominis gloria ubique percrebuit, igitur Sereniſſimus Dux Pomeraniæ BOGISLAUS hunc *Chemnitium* in *Conſiliariorum numerum* expetivit. Itaque 1604. poſt Feſtum Paſchatis profeſſionem ſuam reſignavit, atque Stetinum migravit. Talem vero in functione ſua ſe exhibuit, ut Principi *Bogislao* non ſolum, ſed & ſucceſſori ſuo PHILIPPO admodum charus, & ab illo ad *Cancellariatum* evectus. Ao. 1618. poſt obitum *Philippi*, Ducis Pomeraniæ Stetino in Holſatiam vocatus a Duce Holſatiæ *Friderico* ut eandem *functionem*, *Cancellariatum* ſcil. obiret. Quomodo vero in functionibus ſuis ſe geſſerit, *quantam fidelitatem præſtiterit*, *quantam juſtitiam exercuerit*, ut inde Ducibus ſuis admodum charus, nimis longum foret enarrare, qui brevitati ſtudemus, ut *nil dicamus de ipſius pietate, quam hauſerat a Patre ſuo, ut inde Exemplar pii, juſti ac manſveti JCti dici poſſit.* Cum Rotzſtockii, ut privatus degeret, duxit uxorem magni *Henrici Camerarii* filiam *Margaretam*, ex qua ſuſtulit ſex filios & unam filiam. Obdormivit in Domino Slesvici 1627. d. 26. Auguſt ætatis 65. Effigies ejus conſpicitur in Concilio Academiæ Rotzſtockienſis, cum hac Subſcriptione: MARTINUS CHEMNITIUS *per biennium Inſtitutt.* (non autem Codic.) *Profeſſor. Rectoratu & Decanatu perfunctus, Stetinum ad Cancellarii officium evocatus eſt Ao. 1604.* Habuit in funere ejus Concionem *Chriſtianus Sledanus*, S. Theol. D. & Paſt. Slesvic. primarius.

EPICEDIUM.

Conſiliis uſuque valens; in jure peritus,
Vir bonus; ore potens; & pietate gravis.
Theologi illius magni, Patris, optima proles;
Vincens aut æquans Neſtora CHEMNITIUS.
Nunc jacet heu dolor! & rubigine roditur atra,
Vir cujus famam rodere nemo poteſt.
Cujus & æterna buſtum nunc laude coronant,
Quotquot amant Muſas, Juraque quotquot amant:
Et Reges Urbesque Ducesque quot inclutus ambit
Balthicus; hoc ſeptem-ſub-teriore, pater.
Danus & Holſatus, Magdeburgus, Brunopolita,
Et Pomerano domo, Templa, Scholæ, atq; Forum:
Quorum ille eximium decus, & communis Apollo,
Donec Vita ſuper deliciumque fuit.
Hic moritur, ſi poſſe mori dixeris, ipſam
Virtutem & famam, cælicolumque jubar.
Non, inquam, moritur, qui mortuus eſſe putatur,
Æquans aut vincens Neſtora CHEMNITIUM.

Daniel Cramerus. D.

Scripta:

Hiſtoria de veſperis Siculis, heroico carmine deſcripta Lipſ. 1579.

Hiſtoria Navigationis Indiæ orientalis heroico carmine deſcripta. Lipſ. 1580.

Diſſertationes tres de juſtitia & jure, quibus jus univerſum compendioſe tractatur, & ſimul ad forum caſusque conſcientiæ ſtudioſe conformatur. Tübingæ 1621.


Bericht vom Unterſcheid Hollſtein und Eyderſtætt. Bericht von der Gelegenheit und Unterſcheid der beyden Hertzogthümer, Schleßwig und Holſtein, worin erwieſen wird, daß Schleßwig eine Pertinentz und Lehn der Cron Dennem. ſey, das Römiſche Reich aber kein Recht darauf zu prætendiren, ſondern von demſelben durch Grantzen und ſonſt in allen unterſchieden ſey. Schleßw. 1629.

§. 37. Succedit ALBERTUS HEIN, qui Rotzſtockienſis, & 1571. d. 17. Febr. natus Patre *Friderico Hein*, J. U. D. & Decretalium in Academia Rotzſtockienſi Profeſſore, ac Conſiliario Ducali Mecklenburgico, tandemque Conſule Rotzſtockienſi, Matre vero *Anna Dobbins* Atavi noſtri *Alberti Dobbins* Senatoris Rotzſtockienſis filia. Puer in pietate & literis recte educatus, & Præceptorem inter alios nactus M. *Nathanem Chytræum*, Scholæ Rotzſtockienſis oppidanæ tum Rectorem A. 1587. ſtudiorum gratia Argentoratum miſſus, & convictu Mathematici *Daſypody* uſus politiorem literaturam ſub *Melchiore Junio* Eloquentiæ Profeſſore excoluit. Triennio ibidem exacto domum quidem rediit, ſed ſequenti anno 1592. Baſileam conceſſit, & apud D. *Grynæum* ultra annum commoratus eſt. Poſtea vero, cum Heidelbergæ apud Avunculum ſuum D. *Nicolaum Dobbinum*, noſtrum Proavum maternum Electoris Palatini Conſiliarium intimum per tres menſes ſubſtitiſſet, anno 1594. in Gallias ivit & primo quidem Sedani convictu & familiaritate JCti *Julii Pacii* per annum uſus eſt, qui Heidelberga illuc commigraverat: deinde vero Lutetiam adiit, & *Bredrodium* audivit porroque Aurelias venit. Ex Gallia in vicinam Helvetiam tranſiit, & per Germaniam in patriam rediit 1596. quo eodem anno decimo ſexto Sept. Decano *Henrico Camerario D. tituli* particeps factus. Cumque D. *Jacobus Bordingius* hactenus XXXV

Profeſſ.



Martinus Chemnitius
Brunsuicens. per biennium. Rostochii Collegio
Professione functus. Stetinum ad Cancellarii
et Consiliarii ordini munus evocatus est A. 1604.
deinde Regio Cancellario Friderici Ducis Slesvici
Holsat. Nat. 1561. d. 15. Oct. Obit Slesvici
1627. d. 20. Aug. aetat. 65.




Albertus Hein
Rostochiens. nat. 1571. J. U. D. et Prof.
Dec. rctd. Rostoch. A. 1504. d. 8. Nov. Ducis Jo.
Alberti Consiliarius A. 1610. † 1636. d. 29. Aug.
I. N. B. S.

Bbb.



Professor Decretalium ob negotia aulica ultro professionem resignasset 1598. *Alberto Heino* eadem a Sereniſſimo Principe ULRICO assignata fuit. Postea anno 1610. vocatus quidem est in aulam Ducis Mecklenburgici Gustrovienſis *Johannis Alberti* II. sed professionem Juris retinuit, hac tamen lege, ut substitutum haberet, qui absentis vices suppleret, qualis fuit D. *Christianus Obeim*, postea apud Regiomontanos *Professor Juris*. Inter actiones *Alberti Heinii* numerandæ, quod interfuerit *divisioni provinciali, & transactioni fraternæ* inter Duces Mecklenburgicos *Adolphum Fridericum* & *Johannem Albertum*; item quod composuerit controversiam de *Episcopatu Ratzeburgensi inter Duces Lünæburgenses & Mecklenburgicos*. Biennium in aula hæserat, tunc a Principe suo cum gratia dimissus Rotzstockium quidem rediit, sed ad *Legationes* tamen *circulares* subeundas clementer ab ipso deputatus, eoque Legati munere usque ad annum 1626. functus est. In omnibus officiis talem se præbuit, ut *nomen viri pii, candidi, justi & officiosi* meruerit. Tres habuit Conjuges, I. fuit *Catharina Horstmannia* Domini *Henrici Horstmanni* filia, soror *Annæ Horstmanniæ* Conjugis *Jacobi Bordingii* JCti, Professoris Rotzstockienſis, Cancellarii Mecklenburgici & tandem Consulis Lubecensis quam 1597. domum duxit. Hac defuncta 1619. 1620. ad secunda transiit vota ac *Annam Lusovium* D. *Marci Luscovii* Juris Professoris Filiam sibi matrimonio junxit. Cumque hæc etiam 1631. decederet, tertiam ascivit Conjugem, Filii sui D. *Alberti* Socrum *Margaret m Hagemeisters*. Tandem post varias corporis ægritudines, Marasmo senili velut Lampas oleo deficiente, est consumptus 1 Aug. 1636. ætatis 66. per 40. annos de Academia optime meritus. Conspicitur ejus Effigies in Concilio Academiæ Rotzstockienſis, cum subscriptione hac sequenti: ALBERTUS HEIN. Rostock. *J. D. & Prof. N. scitur 17. Febr.* An. MIDLXXI. *Professionem Decretalium orditus 8. Novembr.* Ao. CIↃIↃIVC. In templo autem Jacobæo Epitaphium ejus sic legitur: *Dem Wohl-Edlen, Vesten und Hochgelahrten Herrn* ALBERTO HEIN, *der Rechten Doctori, der Universität Rostock 40. Jährigen Decretalium-Professori, des Fürstlichen Collegii, wie auch Herren Hertzoges* JOHANNES ALBERTI *zu Mecklenburg Fürstl. Gnaden wohlverdienten geheimen Rath, welcher den 17. Febr. 1571. in dieser Welt gebohren, und den 31. Aug. 1636. seelig im Herrn entschlaffen, und den 15. Sept. selbigen Jahres christlich allhie beerdiget, haben dieses* Epitaphium *setzen lassen dessen nachgelassene Erben*, Anno 1663. Edidit varias Disputationes Juridicas.

XXXVIII. Jo. Sibrandus.

§. 38. Ducalem Professorem excipit Senatorius qui anno 1569. m. Augusto Rotzstockii in lucem editus, videl. JOHANNES SIBRANDUS Patre *Henrico Sibrando* cive Rotzstockienſi primario atque *Centum-Viro primo* hujus urbis, matre *Dorothea Suchtinges*, ex pervetusta & nobili *Wenchsterniorum* familia. Hi Parentes filium suum in pietate ac bonis literis educandum curarunt, doctissimisque Præceptoribus expoliendum tradiderunt. Cumque græcam latinamque linguam optime calleret, & Logicam atque Rhetoricam non primis, quod dicitur labris, sed belle degustasset, a Parentibus suis suasu illorum, qui de literis recte judicare potuerunt, aliorsum missus, & cum auditor Ethices atque Politices, quæ fundamenta Juris esse perhibentur exstitisset, totum Jurisprudentiæ se devovit, eamque variis in Academiis summo studio tractavit. In hac cum multos alios multis parasangis post se relinqueret, *gradu Doctoris* est ornatus. Redux in Patriam multo favore atque honore est exceptus, & quia jam *Sibrandi* doctrina omnibus innotesceret, amplissimus Senatus Rotzstockienſis hunc suum civem *Professorem Codicis* experivit, illumque in locum *Marci Luscovii* 1603. introducendum curavit. Et cum officio suo ex voto fungeretur, suamque doctrinam atque candorem omnibus probasset, *Syndici officium* quoque anno 1632. post obitum *Thomæ Lindemanni Sibrando* obtulit, quod tanta cum laude una cum Professione gessit, ut nemo quicquam in illo desiderarit. In vitæ ac domesticæ curæ sociam sibi elegit *Annam Schillingiam*, beati *Hermanni Schillingii* Comitis Rotzstockienſis filiam, ex qua inter alios suscepit *Henricum Sibrandum* J. U. D. & Illustrium Statuum Provincial. Syndicum. Obiit 23. Jan. 1638. ao. ætat. 69. per 5. & fere 6. annos post adeptum Syndicatum non supervixit. Conspicitur ejus effigies in loco Concilii Academiæ Rotzstockiens. cui sequentia circumscripta: JOHANNES SIBRAND, *Rozstochiensis J. U. D. natus an. 1569. M. Augusti. Receptus est in numerum Professorum an. 1603.*

Scripta:

Centuria Differentiarum Juris Civ. atque Lubecensis prima, Rost. 1615.

Enucleata Lubecæ & Anseaticarum nec non Imperialium Civitatum Jura. Rost. 1619.

XXXIX. Th. Lindemann.

§. 39. Senatorium Professorem iterum Senatorius Professor nempe THOMAS LINDEMANN sequitur. Hic lucem vitalem aspexit Hervordiæ in civitate Westphaliæ, Comitatus Ravensburgensis sat nobili, anno Christi 1575. pridie Michaelis, Patre *Henrico Lindemanno* & *Anna Kirchhovia* matre, honestissimis & mediocris fortunæ hominibus. Parentes ab ineunte ætate Filium hunc suum orthodoxæ Religionis & pietatis præceptis imbuendum, & fidelibus Præceptoribus privatis & publicis in Schola patria erudiendum curarunt, quorum opera & industria adjutus proprioque inprimis motu & naturali inclinatione excitatus, indefesso labore nocturno diurnoque studio eos in literis humanioribus progressus fecit, ut anno 1592. quo erat ætatis 17. in Academiam Rotzstockienſem velut ad uberiorem studiorum & bonarum artium mercatum, ablegaretur: in qua cum vix mensem exegisset, publicasque lectiones philosophicas frequentasset, his juridicas adjunxit, ac Themidis amore flagrare coepit, invitante ac incitante Viro Consultissimo *Johanne Ortigio*. Cum vero sumptus ad studiorum telam pertexendam non suppeterent, illique religio esset, Parentes gravare, occasionem quæsivit, qua Parentes onere levaret, & quidem Deus illi obtulit commodam occasionem. Cum enim Magnificus &


Ampliſſimus Vir Dominus *Jacobus Bordingius*, J. U. D. Profeſſor & Cancellarius Megapolitanus id temporis privignis ſuis *Bernhardo* & *Henrico Wedenhofiis* (quorum ille Senator, hic Conſul Lubecenſis ſumma cum laude extitit) morum ac ſtudiorum formatorem quæreret, *Lindemannum* illis præfecit. Cum his ſuis diſcipulis nobilibus Argentinenſem Academiam inviſit, ibidemque triennium integrum ſubſtitit, quo completo in Brisgoam, Helvetiam & Burgundiæ partem, de hinc Galliam & Italiam cum prædictis ſuis diſcipulis excurrit, quæque ibi notatu digna fuerunt, in itinerario propria manu conſignavit. Ex hoc itinere redux ſalutatis primum in Weſtphalia matre & conſanguineis ad primam ſtudiorum ſuorum nutriculam Academiam Rotzſtockienſem ſe retulit, ubi anno 1605. 20. Jul. loco D. *Chemnitii*, ipſi *Profeſſio Inſtitut. Senator.* & die 13. Jun. habita prius Diſſert. Inaug. ſub Præſidio magni *Cothmanni*, de *Jurisdictione*, *Doctoralis Inſula* delata, Profeſſoriæ Dignitati cum in ea, ut virum optimum decet, ſe *virum cordatum*, *candidum*, *ac fidelem* exhibuiſſet, *Syndicatus Rotzſtockienſis* acceſſit. Nec in hiſce dignitatibus conferendis *Lindemanno*, acquievit divina clementia, majores etiam addidit, nam Reverendiſſimus Archi-Epiſcopus Bremenſis, Dominus *Johannes Fridericus* Holſatiæ Dux, Illuſtriſſimi Principes Dn. ADOLPHUS FRIDERICUS Dux Megapolitanus, Dn. AUGUSTUS Dux Luneburgenſis, Illuſtriſſimæ Principes viduæ Czoviaca & Laitzenſis *Lindemannum* inter *Conſiliarios ſuos* numerarunt. Cæterum Viri hujus eximii vita uti fuit innocens pia & manſueta, & conformis regulis Chriſti, ita exoptato quoque & placide terminata eſt exitu, cujus laudes extollit in Programmate funebri, Facultatis Juridicæ Senior & Pro-Decanus D. *Albertus Hein*, hic verbis: *Nos jure meritoque hodie deflemus & lugemus obitum ſummi illius in jure, ſummi in re litteraria Viri* Dn. D. Thomæ Lindemanni, *JCti eminentiſſimi, & in humanioribus literis ſic verſati, ut cum in utroque ſtudio & Jurisprudentiæ, & politioris litteraturæ excelleret, merito ambigeretur, in utroque horum plus poſſet. Et quidem hunc cum deflemus Virum, Academiæ noſtræ lumen, Univerſitatis hujus decus, Scholæ noſtræ ornamentum, & ſi quid amplius honorifice in re literaria dici poteſt, deflemus. Ita enim ille de hac Academia, de Jurisprudentia, de politiori literatura, ſtudioſaque Juventute eſt meritus, ut qui hac in parte memoriæ ipſius, laudibusque hiſce ejus literariis quicquam detractum velit in ipſas literas, in ipſam Jurisprudentiam, in ipſam hanc Academiam, ſtudioſamque Juventutem injurius videatur. Erat* LINDEMANNUS *Vir talis, qui junctim ſumma haberet pleraque ea, quæ vel modica ſigillatim, ſummam laudem pariunt. Laudantur alii, quod ingenii acumine polleant? Vis ignea ingenii in hoc erat Viro: Alii, quod indefeſſæ ſint induſtriæ, quod laborioſi? Hic nunquam defatigabatur: Alii a judicii dexteritate commendantur?* LINDEMANNI *judicio nihil erat limatius nihil terſius; Memoriæ felicitas aliis laudem parit?* LINDEMANNI memoria *nihil erat promptius. In negotiis gerendis* LINDEMANNUS *erat expeditiſſimus, in cauſis perorandis eloquentiſſimus, ſi Jus conſuleres, peritiſſimus, in docendo facilis, in diſputando acer; Verſatile adeo ei ingenium pariter ad omnia erat, ut natum ad id unum diceres, quodcunque ageret. Nec is ſaltem fuit, cujus jurisperitia vivo eo viguerit, monumentum extet nullum. Vivit imo, vigetque ejus Juris ſcientia variis ſacrata ſcriptis & futuræ poſteritati dedicata. Quin non ſcriptis modo ſuis ille vivit, ſed & in illis etiam Viris vivit, qui Jura profitentem, de Jure diſputantem avide audiverunt, & ex eo velut fonte quodam Juris ſcientiam imbiberunt. &c.* Hactenus *Heinius* in dicto Programm: Et in Programm. in fun. *Joh. Cothmanni* indicto, audit *magnus & celeberrimus Juris Anteceſſor, Comes Palatinus Cæſareus & Illuſtriſſimorum Principum tam in Megapoli, quam aliis Ducatibus, Conſiliarius prudentiſſimus.* Matrimoniali foedere junxit ſibi filiam unicam *Urſulam* Dn. *Bernhardi Scharffenbergii* Conſulis Rotzſtockienſis Filiam, ex qua complurium liberorum Pater factus, inter quos *Thomas* Theol. D. Profeſſor & *Bernhardus* JCtus. Hac defuncta 1614. 1616. *Eliſabetham Habnian*, Dn. *Bernhardi Habnii* civis Rotzſtock patricii filiam, & Dn. *Bartholomæi Chngii* JCti, proneptem ſibi ſociandam curavit. Deceſſit cum ſumma gloria atque deſiderio omnium bonorum 14. Mart. 1632. anno ætatis ſuæ 57. Effigies ejus conſpicitur in Concilio Academiæ Rotzſtockienſis, cui ſequentia ſubſcripta: THOMAS LINDEMANNUS J.U.D. *Natus 1570. Profeſſ. deſignatus & confirmatus An. 1605. die Junii 25. ætatis ſuæ 36. An. 1631. obiit.*

Scripta:

Exercitationes Juſtinianeæ, Roſtoſtch. 1618. 4to.
Regiomonti 1646.
Hiſtoria juris Romani, ibid. 1627.
Synoptica exegeſis contractus mutui, ib. 1624. 29.
Tractatus de Actionibus, 4. Rotzſt. 1641.
Exercitationes Feudales, 1613. 1622.
Exegeſis Enchiridii Pomponiani l. 2. ff. d. O. J. ibid. 1626. 4.
Diſputatio de Academiis, earumque immunitatibus & Privilegiis, Rozſt. 1621. de Fine & effectu Mutui. de Teſtamentis. de Neceſſaria defenſione. de vera & genuina Nummi eſſentia, aliaque.

§. 40. Senatorii Profeſſoris veſtigia legit XL. Joac. Schönerm. JOACHIMUS SCHÖNERMARCK, Ducalis. Hic Rotzſtochii felici auſpio natus anno 1575. Patrem habuit ſibi cognominem *Joachimum Schönermarck*, illuſtriſſ. Principis & Domini, Dn. *Udalrici*, Ducis Megapolitani Quæſtorem provincialem. Matrem *Annam Caſſebonis*, Avum, Virum reverenda dignitate præditum, *Nicolaum Schönermarck*, Verbi divini Miniſtrum in civitate Witſtock, Electoratus Brandenburgenſis, Aviam autem *Urſulam Holmes*. A Parentibus ſuis optime educatus, atque in pietate & bonis literis informatus. Cumque à Præceptoribus ſuis fundamenta latinarum & græcarum literarum itemque Logicæ & Rhetoricæ hauſiſſet, à Parentibus Jenam miſſus, ut ſtudiis ſuis inprimis Jurisprudentiæ invigilaret, quibus cum interdiu & noctu inhæreret, non contemnendos


in



Joannes Sibrand
Rostoch nat. 1593. die Augusti. I. U. D.
et Prof. Rostoch. Anno Syndicatus
civitatis 1630. † 1638.




Thomas Lindemannus
Hervordia Guestphal. Nat. a. 1570. I. U. D.
Prof. Rostoch. A. MDCV. Syndicus curiat.
Rostoch. 1621. Consiliar. episcop. Bremen. Ducum
Brunsw. et Megap. Tot munere Rector. 1632 die 14 Martii
J. M. B. f.
Ddd



in illa fecit progressus: perseveravit autem in ea Academia ultra septennium, tunc illi *summi in utroque jure honores* ob insignem eruditionem sunt collati a Decano *Johanne Stromero* J. U. D. Professore & Consiliario Saxonico. Hisce peractis cum uxore sua quam duxerat Jenæ, Rotzstockium se contulit, & statim officio publico præficiebatur, quod *ad Ecclesias in Ducatu Mecklenburgico in ordine retinendas* pertinebat. Cui cum per octo annos præfuisset, 1611. 26. Sept. in locum beati D. *Clingii* Institution. Juris Professoris, Ducalis & Facult. Jurid. Senioris, mandato Illustrissimi Principis Megapolitani introductus est, & *Judicii Provincialis & Consistorii Ecclesiastici Adsessor* delectus. Insuper *Coenobii Rotzstockiensis ad Sanctam Crucem negotia Inspector* moderabatur, & in omnibus fidelis expertus est. In uxorem Jenæ duxit 1599. *Agatham Claram*, Viri clarissimi *Stephani Weisbachen* J. U. D. & aulæ Vinariensis Consiliarii & *Justinæ Schneidwins* Magnifici Viri, Domini *Johannis Schneidwini* JCti & Professoris Juris in Academia Jenensi, itemque Cancellarii Vinarisis meritissimi Filiæ, Filiam, ex qua quinque liberis exhilaratus est. Eod. ætatis an. obiit. quo ipsius Pater videl. anno ætatis 57. 16. Maji 1631.

SCRIPTA.

Oratio Secularis de Immunitatibus Academicis, & Disputat. quædam Juridicæ.

XLI. Laur. Stephani.

§. 41. Sequitur LAURENTIUS STEPHANI. Hic natione Pomeranus & quidem in Musarum sede Gryphiswaldia 1588. 13. Martii in hanc mundi machinam e generosis ac illustribus Parentibus prodiit. Pater *Joachimus Stephani*, Professor Gryphiswald. celeberrimus, & Illustriss. Pomeranorum Principum Consiliarius, Mater *Barbara Ribowen*, Matrona honestissima. Avus ejus extitit *Hyppolitus Stephani*, Civis Pyrizensis primarius, Avia autem *Agatha Burchardes*. Parens ejus, ut erat non solum Jurisprudentiæ, sed & literarum & linguarum peritissimus, sic filium non solum ipse præter pietatem in linguis & artibus, atque jurisprudentia erudivit, sed & erudiendum curavit. Cumque in Patria Universitate Gryphiswaldensi fundamenta juris civilis ac canonici jecisset, altiores in eo radices egit in Academiis Wittebergensi, Lipsiensi, Jenensi, Argentoratensi, Marpurgensi & Giessensi. Inde Spiram profectus, ut in processu judiciario eo melius informaretur. Ex Camera Imperiali Heidelbergam se contulit, ubi *supremis in jure honoribus ornatus*, tandem se movit in Academiam Rotzstochiensem, in qua fastigium honoris est adeptus nam illi ab Illustrissimo Duce Megapolitano *Johanne Alberto II. Pandectarum Professio* anno 1620. 1. Martii commendata, atque successor *Hajonis a Nessa* factus. Et sane fulsit *Laurentius Stephani* in Academia Rotzstockiensi *in Consistorio Ducali*, cujus *Assessor* erat, *in aula Gustroviensi*, cujus *Consiliarius*, in *Judicio* denique *Provinciali*, quod tum *Sternbergæ* erat, cujus *Vice-Præses*, *eruditione*, *prudentia*, *sapientia*, *justitia*, & quod primo loco ponendum erat, *pietate*. Et quidem memorabile est, quod hunc Virum tanta pietate ornatum Deus ex hujus vitæ ergastulo liberarit brevi ante eversionem oppidi Sternbergæ per incendium. Ut vero pii inprimis cruci sunt obnoxii, idem contigit *Laurentio Stephani*. Largitus illi fuerat summus omnium Moderator Filium *Joachimum* Juris & matrimonii Candidatum, in quem Pater maximam spem reposuerat, & fulcrum senectutis suæ fore sibi persuaserat; at proh dolor! juvenem hunc egregium & ad sublimia jam præparatum ferialis furiosi hominis globus nil tale opinantem aut meritum, in medio foro urbis Rotzstockiensis ante fores Dn. affinis sui *Henrici Rahnen* JCti & Professoris obscura adeo luce transfodit, omnesque Parentis spes de eo conceptas decollavit. *Sic sunt humana, nihil de illis firmi nobis persuadendum.* Thori castissimi sociam elegit *Annam Cothmanniam*, incomparabilis illius gloriaque Nominis æternum victuri *Ernesti Cothmanni* JCti, quem supra nostra laudavit oratio, filiam, quæ quatuordecim utriusque sexus liberorum illum fecit Parentem, ac qua cum 44. annos in suavissimo ac pacatissimo conjugio transegit. Generos reliquit & doctrina & dignitate fulgidissimos *Henricum Rahne* JCtum de quo in subiequentibus *Joachimum Kistmachern* JCtum & Reipubl. Gustroviensis Consulem, *Joachimum Clingium* Equitum Magistrum & *in grossen Vahlen* hæreditarium. Tandem vitæ satur, postquam annos 70. vivendo expleviset, die 11. Nov. 1657. mortalitatem deposuit.

SCRIPTA:

Dispp. de Justitia & Jure eoque scripto vel non scripto. De Statu Hominum. De Donatione simplici.

XLII. Petr. Wasmund.

§. 42. *Stephani* vestigia legit PETRUS WASMUND. Hic 5. Augusti 1586. in civitate Neobrandenburgensi, quæ metropolis Dynastiæ Stargardiensis, & ad Ducatum Megapolitanum spectat, non magnitudine, sed felicitate ingeniorum & feracitate Virorum litteratorum clara, auram vitalem hausit, Patre *Nicolao Wasmund* Cive Neobrandenburgensi, Matre vero *Catharina Mummen*. Avus paternus *Joachimus Wasmund*, itidem Civis Neobrandenburg. & Mercator honestissimus; Avia paterna *Catharina Heren*: autem materna *Catharina Grares* fuit. Horum ductu juxta cum fratribus suis, quos tres habuit, *Joachimum* & *Jacobum* cives Brandenburgenses, ac *Nicolaum* J. U. D. & provincialis Dicasterii Megapolensis Advocatum & Fisci Procuratorem solertissimum in Schola patria probe fundamentis tum pietatis tum literarum fuit institutus. Cumque eos egisse videretur in literis profectus ut altiora, quam qua in Scholis, ut vocant, trivialibus traduntur studia, animus ejus appeteret, ad Gymnasium Stetinense fuit missus, ubi per totum triennium studia humaniora pertexuit, dignus itaque judicatus, qui illustres Scholas seu Academias inviseret, & quidem primo 1606. Academiam Wittebergensem ingressus, inde ad Francofurtensem ad Oderam se contulit, tandem Academiam Patriam Rotzstockiensem salutavit, quibus in locis, cum Philosophicam Encyclopediam absolvisset, Jurisprudentiæ animum applicuit. Hinc anno 1610. Wittebergam repetiit, & anno ibidem exacto, Lipsiam ingressus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

per ſemiannum ibidem ſubſtitit. Anno 1611. circa Feſtum Paſchatos reverſus in Academiam Rotzſtockienſem, ibidemque per triennium eſt commoratus. Aſt vero cum ſummæ illius ingenii dotes latere diutius non poſſent, in familiaritatem Dn. *Erneſti Cothmanni* JCti ſummi & Cancellarii Megapolitani virtutibus penetravit, qui vir cum eſſet acutiſſimus ingeniorum æſtimator, & in *Waſmundo* ea deprehenderet ſingularia dona, quæ ſummo uſui aliquando Reipubl. eſſe poſſent, ſingulari *Waſmundum* amplexus eſt amore. Anno 1615. 31. Aug. *mitram doctoralem in utroque jure* accepit, eodemque anno publico totius Collegii Juridici conſenſu *Profeſſio vicaria Codicis* Dn. *Erneſti Cothmanni* ipſi eſt demandata, atque in numerum *Advocatorum & Procuratorum Judicii provincialis* eſt receptus. Anno 1622. 12. Nov. *Aſſeſſor quoque Judicii provincialis* eſt conſtitutus. Cumque magnus ille JCtus *Erneſtus Cothmannus* mundo vale, dixiſſet, in locum illius (nam hactenus ejus tantum Vicarius fuerat) Anno 1625. 5. Oct. legitime vocatus, & *Adſeſſor Conſiſtorii* factus anno 1620. circa Feſtum Michaelis. Nec in hiſce dignitatibus conferendis divina acquievit clementia, anno enim 1627. menſe Octobr. a Reverendiſſimo & Illuſtriſſimo Principe Guſtrovienſi JOHANNE ALBERTO, quoad cauſas Principis in Camera Imperiali pendentes in numerum *Conſiliariorum* adſcitus eſt, & anno 1631. menſe Novembri a Principe Suerinenſi ADOLPHO FRIDERICO ad munus *Conſiliarii* eſt vocatus, eique *directio Cancellariæ* clementer eſt commiſſa. Hanc ſibi commiſſam Spartam, ut priores, cum animus eſſet pro virili ornare, domiciliumque ſuum Sueri-num transferre, & in aulam migrare, ecce præter omnem ſpem ex Academia terreſtri in coeleſtem ex immundo mundo in aulam coeleſtem migravit, factum hoc 4. Julii 1632. Nuptias illi conciliavit cum ſorore ſua *Erneſtus Cothmannus* 1615. quo eodem die præſentibus Ducalibus Legatis non ſine inſigni animi prolubio *Juris D.* renunciatus.

XLIII. Nic Schütze.

§. 43. Sequitur NICOLAUS SCHÜTZE. Hic Rotzſtockium ſalutat ſuam Patriam in eoque ab honeſtis Parentibus progenitus, qui prædium *Groſſen Stove*, prope Rotzſtockium habuere, anno 1600. d. 24. Septembr. Pater quidem Vir Ampliſſimus Dn. *Joachimus Schütze*, Urbis hujus Cos. Mater vero *Eliſabetha Gerdes*, Avum paternum habuit *Nicolaum Schützen*, Guſtrovienſem Senatorem; Avia paterna *Anna Steißlow*, ex nobili proſapia, *der Steißlowen* oriunda. Avus maternus fuit Dn. *Joachimus Gerdes*, Civis Rotzſtock. primarius, Avia materna *Catharina Krügers*. Proavus paternus Dn. *Joachimus Schütze*, Ducis HENRICI, Præfectus in *Guſtrow*, *Stargard* & *Schwan*, ſimul & Senator. Guſtrovienſis; Proavia Paterna *Margaretha Winckelmans*, Dn. *Chriſtophori Klevenowen*, Cos. Guſtrov. Vidua. Proavus Maternus Dom. *Henricus Gerdes*, Reipubl. Rotzſtock. Cos. Abavia materna *Eliſabetha Schmiedes*, Dn. *Brandani Schmiedes*, Wiſmarienſium olim Cos. præclare meriti Filia. Parentes filium ſuum cum lacte materno in pietate eru-dierunt, & poſtea Præceptoribus doctis privatim in linguis & artibus, erudiendum tradiderunt, & quidem Deo ſecundante felici ſucceſſu. Cum enim in illo ingenium eſſet docile, facile propoſita capiebat, & æquales ſuos multis paraſangis poſt ſe relinquebat. Ex privata informatione ad publicam tranſiit, & in patria Academia Rotzſtock. Philoſophiam excoluit, & hac abſoluta ad Jurisprudentiam animum applicuit. Inde in alias migravit, & exteras regiones etiam viſitavit, in quibus cum viris doctis verſatus a quorum lateribus, ſemper doctior diſceſſit, tantumque profecit, ut *J. U. D.* cum laude ſit renunciatus. Rediens in patriam noluit nude titulum Doctoris gerere, ſed probare etiam aliis ſuam ſcientiam, itaque privatas Scholas aperuit. Hoc perſpiciens Ampliſſimus Senatus Rotzſtockienſis actutum *Schutzium* in locum *Johannis Sibrandi* Syndici a Senatu conſtituti *Juris Profeſſorem* conſtituit, ac *Codicis Profeſſorem* renunciavit die 14. Mart. 1632. Hanc ſuam Spartam magna fide ornavit, ut ejus nominis gloria ubique ſerperet, & admodum Reverendo Capitulo Lubeccenſi innoteſceret. Hoc, cum Syndicum quæreret, *Schutzium* expetiit, qui una cum Profeſſione per aliquot annos Syndicatum geſſit. Tandem tamen videl. 1653. domicilium ſuum Lubeccam tranſtulit, & ſoli *Syndicatui capituli Lubecenſis* usque ad extremum vitæ halitum ſumma cum gloria *præfuit*. Duxit uxorem, nobiliſſimam *Catharinam a Dorn* Patriciam Lubecenſem, germanam Viri Magnifici Dn. *Hermanni a Dorn* Conſulis Lubecenſis, vere pii, candidi & juſti, cujus memoria apud omnes bonos nunquam delebitur. Ex hac nullam ſobolem vidit. Obiit Lubecæ vitæ ſatur 1672. Effigies ejus conſpicitur in Concilio Academiæ Rotzſtockienſis, cui ſequentia ſubſcripta: NICOLAUS SCHÜTZE, Rotzſtock. J.U.D. *Natus Anno Chriſtianorum Jubilæo 1600. d. 24. Sept. Profeſſor Codicis factus 1632. Depictus ætatis ſuæ 37.*

XLIV. Sir Tölmann

§. 44. Una cum *Schutzio* in Academia & Facultate Juridica vixiſſe dicitur SIMON TÖLMANNUS, cujus meminit ipſe *Schützius* in *Programmate funebri Jacobi Crullen* Senatoris Rotzſtock. anno 1641. affixo, his quidem verbis: *Finitis illis* (ſc. itineribus) *Francofurtho Moguntiacum, inde ſecundo Rheno Coloniam ipſo die Paſchatos appulit* (ſc. Crullius) *ubi JCtum eximium* D. SIMONEM TOELEMANNUM, *poſtea hujus Academiæ Profeſſorem Primarium invenit, ejusque conſortio per integrum menſem uſus eſt.* Hactenus Programma. Idem confirmat *Cl. Wittenius in ſua Biographia. Tom. I.* licet de eo nihil annotarint Annales Facultatis Juridicæ, unde videtur, *Tolemannum* illum, turbulentis illis Academiæ, imo & totius Ducatus Mecklenburgici temporibus, (quo univerſus ille Ducatus & Urbs ſimul Rotzſtockium Cæſareanis Militibus quaſi inundatus erat, & Pſeudo-Dux Mecklenburgenſis *Wallenſteinius*, ejectis legitimis ac hæreditariis Principibus, pro arbitrio in illo regnabat,) a Senatu Urbis in Academiam hanc vocatum, ejusque Proceribus poſtea obtruſum fuiſſe, a quibus tamen inter Profeſſores legitimos nunquam fuit numeratus, neque in Facultatem receptus.

ceptus. Ne tamen illum plane intactum relinquamus; natus est 1563. in vetustissima Pomeraniæ, & olim etiam Hanseatica civitate Sundio s. Stralesundia, qu. *Strelesund*, a Strela Insula & vocabulo Danorum *Sund*, quod angustam maris faucem significat, ita dicta, cum olim *Bunitium* indigitaretur, teste *Marschallo Thurio in Annal. Herul. ac Vandal. Lib. I. cap. II.* Educationem illius accuratissimam fuisse, vel inde patet, quod in Literis ac Juris inprimis studio ita profecerit, ut non solum J. U. D. fuerit proclamatus, sed & in Academia & Urbe vetustissima Colonienſi Agrippina, Advocaturam cum applausu exercuerit, Patronusque Causarum diversarum extiterit eloquentissimus, simul & justissimus, unde factum, ut Senatus Populusque Augustanus, illum quoque non solum desiderarit, sed impetraverit etiam suum Consiliarium, Litiumque Defensorem ac Disceptatorem æquissimum, ex qua tandem celeberrima Imperiali Republ. Augustana, Rotzstockium delatus, constitutus est. *communis Urbis ac Reipubl. istius* post *Domanni* obitum, ut credimus, *Orator*, (*Syndicum* Græci vocant) cui demum a Parte Senatus accessit *Primaria Juris in Academia illa Rotzstockiensi Professura*, in quo tamen officio gravissimo, vitam cum morte commutavit an. 1630 die 12. Dec. ætat. suæ 67.

SCRIPTA:

Disputationes de Procuratoribus & Defensoribus. Injuriis cum strictim in genere, tum fuse in specie. Injuria reali, verbali, simplici & famoso libello. Furtis, sicariis & Veneficiis. Crimine Majestatis læsæ tam divinæ quam humanæ, aliaque

§. 45. Redimus ad ordinarios & legitimos Academiæ Professores, ubi *Schützium* excipit

XLV. Henr. Rhane.

HENRICUS RHANE. Hic Tubisurgii hodie Brunsvici, Saxoniæ Metropoli, a conditore *Brunone* nomen obtinente anno 1601. 14. Febr. lucem aspexit, Patre sibi cognomine *Henrico Rhenen*, J. U. D. & primo Syndico Helmstadiensi, postea Illustrissimæ viduæ Lunæburgicæ *Dorotheæ*, ex Regia prosapia Danica oriundæ in aula Winsensi Consiliario, Matre *Catharina Reichen* filia *Bartholi Reichen* Juris & Philosophiæ D. Holtzmundæ, quæ prope Brunsvigam sita est, natum, initio Professoris & Pro-Cancellarii Academiæ Lipsiensis, dein Bononiæ ap. Italos Jura publicitus docentem; denique reducem factum Decani sancti Blasii Brunswigæ, nec non celsissimi *Henrici* junioris & Illustrissimi *Julii* Ducum Brunswicensium & Lünæburgensium Consiliarii, quem vidua *Henrici, Sophia, Sigismundi*, Regis Poloniæ Filia, bis in Poloniam Oratorem ablegavit, quemque clarissimus Vir *Hmricus Meibomius* apud Helmstadienses olim Professor Poeseos celeberrimus hoc anagrammatismo & Disticho ornavit:

Dum fruor hac vita, me sordida crimina fœdant,
Cum *Christo* in coeli, sede *Vir albus* ero.

Avum Paternum nominat Virum integerrimum *Henricum Rhanen*, Civem Neobrandenburgensem; Aviam paternam *Meckel Baden*; Aviam vero Maternam *Catharinam Könecken*. Tantis cum Parentibus genitus *Rhanius*, non poterat non Deo secundante in bonum virum adolescere, siquidem id negotii sibi datum credidere, ut filium velut pretiosum depositum Dei quam optime educarent. Igitur ipsi filium infantem in Pietate, & Puerum, eruditis Præceptoribus erudiendum tradiderunt. Jactis in Schola Patria primis literarum fundamentis, Anno 1610. cum fratre *Conrado* Wismariam ad materteræ maritum Dn. *Natthæum Gerdesium*, tum Civitatis illius Syndicum, iter subiit, ibique principia in patria hausta ulterius excoluit, donec tandem hæc fratrum biga anno 1616. in Coenobium Ilefeldense evocata, & in numerum Alumnorum recepta est. Anno 1619. postquam cum fructu Academicis Lectionibus interesse potuerint, Jenensem Academiam salutarunt, & studia gnaviter continuarunt usque ad annum 1623. quo Lipsiam se contulerunt, sed ob quædam emergentia mala Helmstadium migrarunt. Helmstadium peste totumque Ducatum Brunswicensem exercitu Cæsareo 1625. occupante, cum fratre Rotzstockium ingressus, ac *Respondentis vices* aliquoties sustinuit, & auditor sedulus JCtorum exstitit. Anno 1629. a nobili Viro *Gebhardo ab Alversleben* Erxlebiam vocatus, ut advocando & consulendo ipsius rebus præesset. Cumque excidio urbis Magdeburgensis omnia acta juridica nobilis Viri incendio perirent, dimissus & Rotzstockium secunda vice salutavit an. 1631. statimque *Institut. Juris Professor Ducal.* nominatus est. Antequam vero Professionem aggressus, peregrinationem suscepit, & per Ducatum Bremensem atque Frisiam Orientalem Belgii provincias adiit, inde trajecit in Angliam, & postea in Galliam. Revocatus domum incidit intra Rhormundam & Venloem in latrones nec exigium vitæ periculum. Reverso Dn. *Alberus Heinius* Senior *summos in jure honores* an. 1633. 19. Sept. contulit, & aliquot septimanis elapsis 30. Octobr. *ad Professionem Institutionum Juris* in locum Dn. *Joachimi Schönermarckii* introductus, quam functionem tanta fide administravit, ut omnium votis abunde satisfecerit, & Themidis studiosi *Rhanium* non tantum ut Præceptorem, sed & blandum Patrem venerabantur, imo vitam sibi acerbam esse putabant, nisi *Rhanio* adhærerent, *ita ut ipsius domus frequens esset Auditorium, & ipse ut Oraculum in dubiis rebus consuleretur.* Quanto in pretio RHANIUS apud Academiam fuerit, vel inde constat, quod ab Academia ad Cameram Imperialem ablegatus, *cum Senatus Rotzstockiensis Academiæ Professores Privilegiis suis orbare vellet*, tum *Rhanius* Decretum ex voto pro Academia *contra Senatum Rotzstockiensem sub nullitate* impetravit. Habuit duas uxores alteram *Elisabetham von der Lippen* Dn. *Christophori von der Lippen* JCti, primum Consiliarii Mecklenburgici, postmodum Sereniss. Regis Daniæ CHRISTIANI IV. Cancellarii filiam; hac defuncta, duxit uxorem *Elisabetham Stephani*, Dn. *Laurentii Stephani* JCti & Vice-Præsidis in Dycasterio Mecklenburgico filiam, de quo in præced. ex quibus complures vidit liberos. Obiit anno æt. 61. Septiman. 6. dies 4. per 30. annos *Professor & Consistorii Ducalis Assessor ac totius Academiæ Senior, simulque Cœnobii Virginalis ad S. Crucem Provisor*, 1662. mense Martio. Laudavit *Rhanium* insignis

Vir

Vir *Daniel Georgius Morhovius*, & planctum ſuper obitum *Rhanii* ſcripſit *Johannes Francke* Lubec. J. U. D. & Conſiliarius Saxo Gothanus. Concio funebris ei habita ex 2. Timoth. 4. a *Caſparo Mauritio* D. Profeſſ. P. & Superint. Rotzſtockienſi. *Fuit Vir varia doctrina & multijuga lectione, quemque omnis politioris litteraturæ ἀφροδίτην & χάριτα, merito appellare poſſumus, magnum Academiæ Rotzſtochienſis decus & ornamentum ſummum, JCtus incomparabilis, amans æqui & recti, Vir doctus, in omni ſcientiarum genere diffuſiſſimus, diſertiſſimus, prudentiſſimus, & per omnem vitam in humanis rebus exercitatiſſimus: Judex integerrimus, Fautor & Patronus bonorum, malorum vero non tam oſor, niſi perſeverarint, quam cenſor caſtigatorque, donec pro errantibus haberentur: Jubar ingens, fax & pharos ad omnem virtutis & eruditionis viam, Dux & auctor egregii, Præmonſtrator præſtantis cujusvis & expetendi.*

RHANIUS *ille bonæ nuper pars optima gentis,*
Defecata meæ lampas amicitiæ.
Pauperiæ dives, argento pauper & auro,
Omnibus æqualis, omnibus unus erat.
Egregiis illum Vir qui virtutibus æquet,
Unus ſi fuerit, vix, reor, alter erit.

GEORGIUS NICOLAUS ERASMUS Lagæ Paſt.

SCRIPTA.

Diſputationes de legitima defenſione & moderatione inculpatæ tutelæ. De Libellis. De Concurſu actionum. De Concurſu & prioritate Creditorum. De Jure Belli & Pacis. De Teſtamentis. De Tutelis. De Fidejuſſione. De Jurejurando. De Injuriis & famoſis Libellis. De Privilegiis Nobilium. &c. Collegium Juris. De Materia Contractuum XIV. diſput. Rotzſt. 1636. 4. De Jure Comprivignorum adverſus Bohlium. Regalibus. Diſp. IV.

XLVI. Joh. Kleinſchmidt

§. 46. Sequitur JOHANNES KLEINSCHMIDT, qui Patriam agnoſcit Rotzſtochium, in quo 1592. natus, Patre *Petro Kleinſchmidt*, cive Rotzſtockienſi primario & ordine literario faventiſſimo, Matre *Anna Reimers*, *Joachimi Reimers* & *Kunigundæ Daſſoviæ* filia. Pater, ut erat literarum amantiſſimus, tres ſuos filios, quos ex uxore ſua ſuſceperat, in pietate & literis optime erudiendos curavit, & quidem bene res proceſſit, horum enim *Petrus* tantos progreſſus in ſtudiis fecerat, ut Argentorati ſtudiis invigilaret, ubi 1622. vitam cum morte commutavit: *Joachimus* ad Conſularem Dignitatem Rotzſtockii pervenit, in qua functione 1652. 14. Octobr. obdormivit. *Johannes* primogenitus, de quo jam nobis ſermo eſt, tanta cura in literis educatus, ut ad ſummum earum faſtigium pervenerit. In pueritia enim Pater ipſi doctos Præceptores præfecit, cumque in literis humanioribus tantos feciſſet progreſſus, ut cum fructu ad altiora poſſet progredi, in album Academiæ Rotzſtockienſis eſt inſertus, atque ab eo tempore Philoſophorum placita bene imbibit. Ex Rotzſtockienſi Academia ad alias miſſus, & quidem cum fratre *Petro* Argentorati vixit, & Jurisprudentiæ (cujus elementa jam ante Rotzſtockii hauſerat) ſe totum devovit. Inde ad alias progreſſus, & tam avide arripuit JCTORUM lectiones & monita, tanquam diuturnam ſitim expleturus, nec prius voluit reverti in patriam, quam titulo *Doctoris* ornatus eſſet. Redux in Patriam, ſtatim inclaruit, ejusque doctrina omnibus fuit in propatulo, inprimis cum & privatas Scholas aperuiſſet. Hinc Ampliſſimus Senatus Rotzſtock. *Johannem Kleinſchmidt* in locum D. *Thomæ Lindemanni Inſtitt. Juris Profeſſorem* anno 1632. vocavit. Hac dignitate fulgens fecit, quæ ſui erant officii, gnaviter lectionibus inhærebat, fideliter viam compendiariam perveniendi ad Jurisprudentiam ſtudioſis monſtrabat, & id quod juſtum, non pravum inſtillabat. Sed hic tantus Vir in Hore ætatis 1638. 5. Octobr. placide occubuit.

Edidit:

Præcognita Jurisprudentiæ, Herbornæ 1652.
De eo quod intereſt Hamb. 1651.
Principio & ſtudio Juris, Frf. 1660. 8.

XLVII Heinius.

§. 47. Pervenimus ad ALBERTUM HEINIUM juniorem. Hic ex præclara *Heiniorum* familia in urbe Rotzſtockio progenitus, Patre ſibi cognomine *Alberto Heimio* JCto, & Avo *Friderico Heimio* itidem JCto, de quibus jam ſupra actum, Matre *Catrina Horſtmannia* Germana *Annæ Horſtmanniæ*, Conjugis *Jacobi Bordingii* JCti, & Cos. Lubecenſis, adeo, ut *Heinii* & *Wedenhofii* Patricii quondam Lubecenſes proxima conſanguinitate juncti, ſiquidem ex duabus ſororibus nati, nam *Anna Horſtmannia* primum *Henrico Wedenhovio* Senatori Lubecenſi matrimonio juncta. Tanto cum ex ſanguine ortus *Heinius* etiam majorum ſuorum & conſanguineorum veſtigia preſſit, accedente Parentum cura atque induſtria. Nam Parentes filium diſciplinæ doctiſſimorum Virorum tradidere, quorum ſub ferula tantum profecit, ut Latinam & Græcam linguam calleret, & cum præterea fundamenta Logices atque Rhetorices belle imbibiſſet, ad altiora progreſſus, & in Academia Patria Philoſophis operam dedit, & quia Themidi ſe conſecraſſet, prius Ethicam atque Politicam excoluit. Ab his in adyta Jurisprudentiæ penetravit. Doctoribus Jureconſultis, qui tum Rotzſtockii docebant, vacivas aurium ſedes præbuit. Ex Patria Academia in alias a Dn. ſuo Parente ablegatus, ſuperſtruxit fundamentis jactis in Academia Patria. Nec contentus erat audire JCros in Academiis Germaniæ, ſed ultra Germaniam pedes movit in Galliam, in qua cum ſummis JCtis familiariter verſatus, Cumque per bene longum tempus exteris in Regionibus hæſiſſet, rediit in Patriam, inſtructus variis ſcientiis, atque charus Parentibus, conſanguineis, atque omnibus bonis. Et quidem ob eximiam in Jure ſcientiam HEINIO in Patria Academia 1630. 12. Cal. Maji *honores doctorales* ſunt collati. Hiſce cum major Dignitas ipſi acceſſerat, non potuit ſplendor ejus in obſcuro latere, ſed omnium oculos quaſi perſtrinxit. Hinc Principibus viris charus factus, atque a Celſiſſimo Principe *Adolpho Friderico*, Duce Megapolitano in *Conſiliariorum numerum* allectus.

Dece-

Decedente Patre ſuo *Alberto* 1636. ipſi 1637. 25. Aug. *Profeſſio Juris Sexti Decretalium* a Sereniſſ. Principe eſt commendata, & Patri ſuo ſucceſſor datus. Cum vero aulicis negotiis eſſet implicatus, non pro lubitu potuit Profeſſioni vacare, cujus partes interim in Academia ſupplevit D. *Levinus Battus*, quantum tamen negotia aulica permiſere, ſtudioſæ Juventutis commoda quæſivit, & quia ipſi *Hiſtoriarum Profeſſio* jam ante, videl. anno 1629. poſt obitum *Azariæ Sturzii*, at quanti Viri! quoque erat injuncta, eam diligenter, quantum licuit, propoſuit. Aulica negotia ſibi impoſita ad nutum & voluntatem Principis ſui feliciter peregit, miſſus enim ad Imperatorem Auguſtiſſimum, ad Reges & Principes, ad circulos Imperii, ad Respubl. liberas. Sed ut omnia ſunt fallacia, fortunam Aulicam HEINIUS etiam expertus; decedente enim Duce *Adolpho Friderico*, omnis favor in Aula expiravit, ac variis Aulæ technis, variis infortuniis, livori & calumniæ eſt expoſitus, quam nihilominus ille conſcientia recti, velut muro aheneo munitus, per totam contempſit vitam, & ad extremum curis variis confectus, Vir hic profecto non vulgaris in ſupremum numen religionis, non mediocris erga bonos & amicos benevolentiæ, 1658. 1. Dec. vitam lubentem miſeram, immortali beatiſſima, vel potius mortem vita æterna, & quidem ſumma cum pietate commutavit. Reliquit Generos præclaros *Theodorum Buſſium*, J. U D & Reipubl Lüneburgenſis Syndicum ac poſtea Conſulem, *Johannem Stalmeiſterum*, Celſiſſ. Ducis Meklenburgici *Chriſtiani*, Conſiliarium; *Adolphum Fridericum von Hagen*, J. U. D. & Advocatum celebratiſſimum: *Reinhold m von Gebren*, J. U. D. luculenta ſinceritate clarum; & vivit in Filiis *Chriſtiano Friderico*, & *Alberto* in quos paterna probitas & virtus commigravit.

XLVIII. Henric. Schuckmann.

§. 48. Deſcendimus jam ad HENRICUM SCHUCKMANNUM Weſtphalum, quæ terra Weſtphalia ferax eſt ingeniorum felicium. Et quidem *Schuckmannus* noſter ortum debet florentiſſimæ Reipubl. Oſnabruggenſi, quæ vel ſolo pacis Germaniæ inſtrumento toto orbe celebratiſſima. In qua 1584. die 25. Julii in lucem editus, Parentibus *Hermanno Schuckmanno* Cive Oſnabruggenſi integerrimo & *Anna Florichia*. Hi Parentes, Pietati, inprimis Mater dedita, quæ ſæpius liberaliſſime diffluentibus lachrymis hymnum illum: *Von allen Menſchen abgewand*, cantare audita eſt: Sic filio ſuo Dei agnitionem, Pietatem atque articulos fidei inſtillavit. Præter vero pietatem Filium in literis erudiendum curarunt, quarum tyrocinia firmiter jecit Oſnabrüggæ, Lemgovii, & Mindæ, adeo, ut omnibus elegantibus literis non leviter tinctus, ſed penitus imbutus, ita, ut cœlo Academico ſublimiora ſtudia tractare poſſe firmiter crederetur. Et quidem ultra Weſtphaliæ limites egreſſus ad mare Balthicum in Academiam Rotzſtockienſem 1605. in qua tum florebant incomparabiles Themidis Antiſtites *Bartholomæus Clingius*, *Jacobus Bordingius*, *Erneſtus Cothmannus*, & *Albertus Heinius* Senior, de quorum inuſitato ſplendore nihil jam agere volumus, ad horum pedes non ſecus ac *Paulus* ad *Gamalielis* ſedit *Schuckmannus*. Sed nec Philoſophica ſtudia neglexit, verum in illis gnaviter ſe exercuit. Hæſit vero Schuckmannus per integrum ſexennium Rotzſtockii, at factus Ephorus nobiliſſimi Juvenis *Andreæ Morderi* Equitis Pomerani, & tantus jam *Schuckmannus* per ſexennium Rotzſtockii factus, ut ſplendidum Byreti Doctoralis in utroque Jure Brabeion, judicio eminentiſſimorum JCtorum ordinis ſine ambitu oblatum auferre ſecum potuiſſet, niſi ex modeſtia humilius de ſe ſentiendo imparem ſeſe ipſe æſtimaſſet, contentus in præſens tantorum virorum judicio. Exacto ſexcennio Rotzſtockii ivit *Schuckmannus* cum Generoſo ſuo in ſuperiorem Germaniam, & quidem per annum ſubſtitit in Academia Argentinenſi, quæ ad modum veteris Maſſiliæ omnis bonæ diſciplinæ eſt Magiſtra, neque minus armorum, quam artium inſtructiſſima officina; inde Svevos petiit, atque Tübingam ingreſſus eſt, in qua offendit *ſex ſacri Romani Imperii Principes*, *duos Holſaticos*, *duos Würtembergicos*, & *duos Saxonicos*, qui in *Illuſtri* ibidem *Collegio* ſtudiis diligenter invigilabant. In hoc Collegio cum per biennium militaſſet, reducto in Patriam *Mordero*, ad *Cameram Spirenſem velut ſummum in ſacro Romano Imperio forum* evolavit *Schuckmannus*, viſurus ipſe ſplendidi illius & ſupremi Juſtitiæ Aſyli deſcriptionem dotumque in illo juris & juſtitiæ apparatum, in quo magna juris gloria *Advocatus* futurus erat. Cumque ad altiora aſpiraret *Schuckmannus*, Heidelbergam migravit, ubi vidit & audivit miracula juris *Reinerum*, *Bachovium*, *Echtium*, *Dionyſium Gothofredum*, *Danielem Nebelium*, ab his dignus judicatus, qui coronaretur titulo Doctoris. Dictum itaque & factum, atque *coronatus*, & *Dr. novellus* Heidelberga Rotzſtockium ad primam Academiæ militiæ palæſtram reverſus eſt. Jam Doctoris honore fulgidus *Schuckmannus*, latere non potuit, *Advocatus* initio, & *in provinciali Synedrio Stellæmontano Procurator* authoritate Ducali conſtitutus. Inde *ad Aſſeſſoratum Dycaſterii* evectus: Ex Areopagi ſeſſione ad vitam aulicam pariter & Academicam vocatus, nam 1633. Sereniſſimus Princeps JOHANNES ALBERTUS II. *Schuckmannum* inter *Conſiliarios interioris admiſſionis* legit & *Profeſſorem Codicis in Academia Rotzſtockienſi ac Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſorem* in locum beati *Petri Wasmundi* eſſe juſſit. Retinuit *Schuckmannus* Conſiliarii dignitatem, quamdiu Princeps in vivis fuit. Illo 1636. magno ſubditorum plangore mortuo, vacationem a laboribus Aulicis tandem impetravit, labores in poſterum omnes & conſilia principalia almæ matri Academiæ legendo & diſputando tribuens, & ſanctiori conſilio provinciali conſecrans. Hic ſi vellemus herculeos *Schuckmanni* labores enumerare, penna torpeſceret, *manet* enim *ipſius nomen etiam poſt fata in gloria*. Vixit in triplici Conjugio & quidem 1. elegit vitæ ſociam *Alberti Stechovi* Civis Rotzſtockienſis primarii, & *Agnetæ Pegeliæ* filiam unigenitam 1614. menſe Novembri, ex qua duodecim liberorum Pater factus, & inter illos inprimis eminuere *Hermannus Theologus* de quo ſupra, & *Conradus* JCtus ac in Academia Rotzſtockienſi Vicarius Profeſſor. Hac demortua contraxit conjugium

cum *Anna Kolzovia*, quæ ſine prole deceſſit. Et illa defuncta, ut coadjutorium in Senectute haberet, duxit *Eliſabetham Roggiam*, ſed & hac orbata. Ita expertus eſt beatus Senex, quod cecinit ipſius mater ex Hymno: *Von allen Menſchen abgewandt* &c. *meines Hertzens Weh iſt mancherley*, quæ verba ſæpius crux ipſi expreſſit. Tantem vita ſatur anno 1656. menſe Sept. in Domino obdormivit. Leguntur ſub effigie ejus in Concilio Academiæ Rotzſtockienſis ſequentia verba: HENRICUS SCHUCKMANN, J.D. *Codic. Prof. Natus Oſnabrugæ in Weſtphalia die Jacobi Anno 1582. Venit in hanc Academiam 1605. Anno 1638. depictus.* RARA FERENT TALEM SECLA FUTURA VIRUM.

SCRIPTA: Diſp. de Exceptionibus; de continentia cauſæ; de Publicis Judiciis, de transmiſſione &c. Reſpondente Filio Conrado 1645.

XLIX. Joach. Schnobel.

§. 49. Tranſimus ad JOACHIMUM SCHNOBELIUM, Soldquellæ veteris Marchiæ oppido 1601. die 25. Dec. natum, qui eandem Patriam cum *Abdia Prætorio* Franckofurtenſis Academiæ ſingulari ornamento agnoſcit. Educationem ipſius fuiſſe accuratam, vel inde patet, quod ad ſummum faſtigium in humaniori literatura, ut nihil dicamus de ſcientia rerum politicarum ac Jurisprudentiæ, pervenerit, quæ omnia poſt informationem in Scholis trivialibus, in univerſalibus ſeu Academiis magis magisque excoluit. Cumque humaniores literæ *Schnobelium* nobilitaſſent, a Duce Mecklenburgico *Adolpho Friderico* glorioſiſſimæ memoriæ in aulam vocatus, ut ſtudia junjorum ſuorum Principum *Chriſtiani*, *Caroli* & *Johannis Georgii* regeret ac informaret, quod munus magna cum laude per aliquot annos, ut magnam gratiam apud Principem ſuum inierit, ſuſtinuit. Ex Aula migravit in Academiam Rotzſtock. ibique ab Ampliſſima Facultate juridica *Honores doctorales* modeſte petiit, qui & ipſi collati 1641. die 6. Julii. Hos cum impetraſſet, non inane titulum geſſit, ſed ſtatim lectionibus ſuam doctrinam & in jure ſcientiam omnibus probavit. Hoc perſpiciens Ampliſſimus Senatus Rotzſtock. cum *Profeſſore Inſtitt. Juris* careret, ſtatim in locum beati D. *Johann. Kleinſchmidii*, *Joachimum Schnobelium* vocavit 1642. d. 26. Jan. Qualem ſe geſſerit, omnibus notum, inprimis filiis Themidis, qui in hunc usque diem *Schnobelii* ſcripta laudibus in cœlum evehunt. Tantam cum nominis famam *Schnobelius* ſibi comparaſſet, & Stetinenſes *Syndicum* quærerent, nullum præter *Schnobelum* petiere, atque expetiere 1658. menſe Junio, quo domicilium ſuum Stetini fixit. Quam functionem ſic adminiſtravit, ut in omnium laudem incurrerit, atque ejus obitum magno cum luctu proſecuti ſint. *Reichenbergio in Præf. Not. ad Diſſertat. ſuas Feudales*, audit *JCtus celeberrimus*, *vir in incrementum rei juridicæ ac decus ejusdem natus.* Conſpicitur ejus effigies in Concilio Acad. Rotzſtock. & talem habet ſubſcriptionem: JOACHIMUS SCHNOBELIUS, J.U.D. *Natus A. MDCI. d. 25. Dec. Profeſſor factus eſt A. MDCXLII. Menſe Jan. Ad Syndicatum Stetinenſem vocatus Anno MDCL. Menſe Junio. Hanc effigiem reliquit.* Emanuel Block fecit.

SCRIPTA:

Scripſit in Pandectas Diſputationes 25. Roſt. 1648. Exercitat. Feudales. Jen. 1658. in L. Libr. Pandect. Witteb. 1669. 4. Hannonia Struvii Jen. 1664. 4. Conſultatio Roboami de onerib. tributorumque relaxatione Roſt. 1640.

De Pace Germaniæ Diſſert. 5. ib. 1641.

§. 50. Senatorii Profeſſoris Vegiſtia legit Senatorius Profeſſor HERMANNUS LEMBKE. L. He Hic veneratus Patriam Rotzſtockium, in quo Lembk anno 1619. die 29. Auguſti hanc lucem aſpexit, prognatus ex genere patritio cujus familia ultra Seculum ampliſſimarum dignitatum officiis in quintam vel ultra ſebdem floruit. Pater quippe *Jacobus* Senatorii ordinis præcipuus vir & camerarius ſpectatiſſimus Avus *Hermannus* itidem Senator, Proavus *Jacobus* Conſul Rotzſtockienſis. Mater *Anna Gribnitze*, Avia *Margaretha Beermanns*, Proavia *Thalia Beſelins*: Tantis majoribus ſatus, non potuit non in omnibus virtutibus & artibus adoleſcere, accedente cura Parentum & fideli informatione, nam aliquantulum adultior factus, in Scholam patriam trivialem miſſus, & fidiſſimis tunc temporis Præceptoribus M. *Vulpio*, M. *Rieben*, M. *Movio*, & M. *Biſchopffen* ad ſtudia literarum, quibus natus videbatur ſolidius excolenda, commendatus eſt. Nec Parentum vota ſucceſſus ſperatus deſtituit: nam præclara ejus indoles, & ingenii vigor, videbantur ætatem præcurrere. Hinc ob præclarum ingenium Dn. *Stephano Schulteto*, Profeſſori Medico & Mathematico admodum charus, qui per integrum biennium *Lemkenium* in humaniori literatura & Matheſi informavit. Anno itaque 1638. cum præclara eruditionis fundamenta in patria jeciſſet, in Academiam *Juliam* migravit, qua per integrum fere quadriennium commoratus, Viros ſtupendæ eruditionis, *Weccium*, *Cludium*, *Lotichium*, *Hebnium*, *Schraderum*, ut nihil dicamus de Theologis *Calixto* & *Hornejo*, tam publice quam privatim ſedulo legentes ſumma cum aſſiduitate & magno ſtudiorum augmento audivit, interque Philoſophiæ ſtudia Matheſin præprimis excoluit. Sic ſolidæ eruditionis fiducia fretus, in Patriam ſuam 1642. reverſus, ſtudia feliciter & cum applauſu ſingulari cœpta ita porro tractavit, ut primum ab ampliſſima Facultate philoſophica poteſtatem obtinuerit erudiendi ſtudioſos in Matheſi, unde magnam nominis gloriam ſibi comparavit. Cum vero ſcopus ſtudiorum ſuorum eſſet Jurisprudentia, *Henricum Schuckmannum*, *Nicolaum Schutzium*, *Henricum Rahmium*, & *Joachimum Schnobelium*, magnos Juris antiſtites ſumma cum ſedulitate auscultavit, illorumque ductu & auſpicio vera Jurisprudentiæ principia indefeſſo labore hauſit, & diſputationem, de *Servitutibus realibus & perſonalibus* elegantiſſime conſcriptam Præſide *Joachimo Schnobelio* 1644. eximia cum approbatione publice defenſavit. Poſtea in Argentoratenſem Academiam ſe contulit, ubi auditor extitit *Taboris*, *Biccii*, *Rebhanii* JCtorum ut ſilentii conopæo involvamus, *Dorſchæum*, *Schmidium Danhauerum* Theologos, quorum lectionibus ſoepius interfuit. Hiſce peractis ardor peregrinandi *Lemkenium* cepit, itaq. perluſtratis adjacentibus Provinciis per Helvetiæ & Lotharingiæ oras in Galliarum Regnum profectus eſt, & Pariſiis per aliquot temporis ſpatium ſubſtitit. Inde in Belgium delatus Ultrajectinam & Lugdunenſem inviſit Academias ibidemque *Salmaſium*, *Schotanum*, *Vinnium*

ad T. III. p. 1303.





Vinnium & *Rechnerum* veræ eruditionis & jurisprudentiæ exempla cum admiratione audivit. Confectis hisce peregrinationibus 1646. ad suos feliciter rediit, tunc statim *Secretarii Universitatis officium* illi oblatum modeste succepit, & egregie exornavit. Eodem anno ordini JCtorum, se examinandum stitit, talemque se præstitit, ut pro summis in utroque jure honoribus publice disputandi ipsi concederetur potestas, & quidem materia disputationis inauguralis fuit *de intercessione fœminarum*, gradum vero *Licentiati Juris* 1647. *titulum* vero *Doctoris* 1653. die 18. Augusti summa cum laude suscepit, quo eodem anno in locum D. *Nicolai Schutzii* Lubecam discedentis ab Amplissimo Senatu Rotzstockiensi *Juris Professor* & quidem *Codicis* surrogatus, & anno proxime sequenti in Concilium receptus est. Cum vero excellentem eruditionem & indefessum studium magis magisque probaret, Senatus Rotzstockiensis *Lemkenio Syndicatus honorem* 1659. quoque decrevit. His muneribus magna cum dexteritate atque fidelitate in extremum usque halitum defunctus est, *ut celeberrimi Professoris & prudentissimi Syndici laudem apud omnes acquisierit*. Duxit uxorem 1647. die 21. Jul. *Elisabetham Schnittlers* Dn. *Johanni Schnittleri* civis Rotzstockiensis primarii & Mariani templi Provisoris filiam, ex qua complures suscepit liberos, eminet inter illos *Jacobus*, de quo in subsequentibus. Obdormivit in Domino 1674. d. 29. Febr. ætatis LV.

SCRIPTA.

De Sepultura Punitorum Disput. Inaug. Respondentis Friderici Bernh. von Gehren. Rotzstock 1672.

Ll Alb. Willebrand.

§. 51. Senatorium Professorem excipit Ducalis ALBERTUS WILLEBRAND, cognatus noster, qui patriam habet itidem Rotzstockium & quidem 1608. satus patre Viro nobilissimo & excellentissimo Dn. *Nicolao Willebrando*, Philosophiæ & J. U. D. nec non Philosophiæ moralis in Academia Rotzstockiensi Prof. celeberrimo. Matre vero *Catharina Heins* Dn. *Friderici Heins* JCti celeberrimi Serenissimi Principis Mecklenburgici *Johannis Alberti I.* Consiliarii splendidissimi, Professoris Academiæ Rotzstockiensis excellentissimi, & tandem Consulis & Syndici ejusdem Reipubl. meritissimi, nec non Conjugis *Annæ*, Dn. *Alberti Dobbini*, Senatoris Rotzstokiensis filiæ, filia. Avus Paternus fuit *Petrus Willebrandus*, Pastor Görloviensis prope Grabovium, per plures annos fidelissimus, Avia Paterna *Sophia Schultzen*, insignis quondam & celeberrimi Theologi *Graveri* matertera. Reliquos majores merito præterimus, cum ex *Alberto Crantzio* jam pateat, multos ex *Willebrandorum* Familia militari dignitate & Religionis professione claros extitisse. Hi Parentes ut optime calluere, quantum ponderis literæ ac pietas habeant sic filium suum *Albertum* una cum fratre *Petro* (qui postmodum Philosophiæ Magister & Pastor Ecclesiæ Parochialis Gustrovienſis factus) in pietate & literis, doctis Præceptoribus erudiendum tradidere. Cumque splendor Patris ipsi calcar ad studia persequenda adderet, summo conatu literis incubuit in iisque tantos fecit progressus, ut dignus judicaretur, qui Academicis lectionibus interesset, & quidem Dn. Parentis ductu in Ethicis & Politicis belle eruditus. E patria in varias Germaniæ Academias ablegatus, in illisque summis JCtis tanto cum ardore adhæsit, ut nunquam ab illorum lateribus discesserit, quin doctior factus fuisset, suamque doctrinam variis specimiubus orbi erudito expoſuit, ut hinc omnium favorem in se excitaverit. Redditus Patriæ suisque, summo cum gaudio exceptus, cum fulcrum familiæ fore sibi persuaderent & statim præclaram suam Juris eruditionem 1676. privato publicoque examine 23. Novembr. habito laudabiliter probavit, ac Facultas Juridica Rotzstockiensis quoque statim honores Doctorales ipsi conferre decreverat, nisi amore majoris scientiæ ex variarum regionum populorumque ritu ac moribus, comparandæ longas difficilesque ab isto tempore suscipiens peregrinationes, integrum quinquennium in Belgio Anglia, Gallia, Italia & superiori Germania feliciter transegisset. Reduci facto 21. Jun. 1682. *Doctoris Insula* ipsi ab *Henrico Schuckmanno* Decano omnium applausu imposita. Hunc titulum non gloriolæ aut ostentationis gratia suscepit, sed ut magis magisque dona a Deo concessa in se excitaret, aliisque inserviret. Cumque legendo ac disputando eruditionem suam clariorem redderet, Serenissimus Dux Megapolitanus *Gustavus Adolphus Wildebrandum* 1657. in locum *L. Henrici Schuckmanni Professorem Codicis & Consistorii Ducalis Assessorem* vocavit. Deinde *S. Crucis & Oeconomiæ Ecclesiasticæ Provisor* factus quibus muneribus tanta cum fide & dexteritate functus, *ut nomen Viri boni justi & sedulo apud omnes meruerit*. Elegit vitæ sociam *Elisabetham* Viri Magnifici *Johannis Cothmanni* JCti consummatissimi, S. Lateran. Palatii aulæque Cæsareæ & Imperialis Consistorii Comitis, Serenissimi Principis Mecklenburgici ultra 35. annos Consiliarii & Cancellarii gravissimi filiam, ex qua complures suscepit liberos, palmam præripiunt *Albertus* de quo subsequentibus, & filia N. quæ Dn. *Johanni Georgio Gutzmero*, JCto celebratissimo quorundam Duc. Mecklenburgicorum quondam Consiliario, & hodie Reipubl. Lubecensis Syndico splendissimo nupta: Obiit vitæ satur & facultatis suæ senior 1681. 27. Augusti, cum vixisset annos 74. Ejus Epitaphium sequens conspicitur ac legitur in Templo Jacobæo Rotzstockii: *In debitum ultimum honorem Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi Domini Dn.* ALBERTI WILDEBRANDI *JCti, Consistorii Ducalis Assessoris gravissimi, Coenobii S. Crucis & Oeconomiæ Ecclesiasticæ Provisoris dexterrimi, Professoris hujus Universitatis dum viveret celebratissimi & Facultat. suæ Senioris. Nati 1608. In Professorem electi & introducti 1657. denati An. 1671. 27. Aug. ut & Conjugis ejus Nobilissimæ Matronæ, singularis pietatis & modestiæ* ELISABETHÆ COTHMANNIÆ, *nat. 1622. den. 1667. Parentum dum viverent dilectissimorum, jam desideratissimorum, Monumentum hocce parare curarunt, defunctorum Liberi hæredes An. 1683.*

SCRIPTA:

Disp. de Caducis. Resp. Henr. Köneke, Rotzst. 4. 1667.

LII. Jac. Seb. Laurenberg.

§. 52. Ordo nos deducit ad JACOBUM SEBASTIANUM LAURENBERGIUM, qui Hamburgensis & quidem natus Patre *Petro Laurenbergio*, Med. D. & Poes. Prof. in Universitate Rotzstockiensi, Matre vero *Margaretha Carmous*, Dn. *Jacobi Carmous*, Civis & Negotiatoris Rotzstockiensis primarii, & holosericorum institoris ex nobili *Carmoniorum* qui sunt in Britannia, prosapia nati, & *Margarethæ*, ex nobili *Sibetorum* Livoniensium stirpe satæ, filia. Avum paternum salutat *Wilhelmum Laurenberg*, Med. D. & super. Mathematicum in Academia Rotzstock. Profess. Aviam paternam veneratur *Johannam Longoliam*, ex nobili *Longoliorum* Ultrajectensium stemmate oriundam. Talibus majoribus progenitus 1619. 24. Nov. & summa cura ad pietatem & literas assuefactus, in quibus tantos progressus fecit, ut puer undecim annorum natus videl. 1631. d. 7. Januarii splendidissima cinctus & Professorum, & aliorum corona, in Auditorio maximo, pereleganti oratione latina, maximo omnium cum applausu declamarit. Neque tamen in hoc subsistebat ejus & discendi & dicendi ardor, verum eo adhuc deveniendum erat, quo absque omni tergiversatione, ad Parentis optimi nutum, de quacunque sibi oblata materia, sermonem cum doctis conferre posset. Hisce fundamentis literariis tam solide, imo tam singulariter in Patria jactis, anno 1637. in Academiam Gryphicam missus, ut Juris studium, quod Rotzstockii orsus erat, sub pari JCtorum fulgidissimo, Dn. *Petro Stephani* & Dn. *Davide Mevio* strenue continuaret. Sed ut omnia hominum sunt caduca, sic hoc *Laurenbergio* accidit, parens quippe ejus anno 1639. ad beatorum sedes migravit, quare a matre domum revocatus. Quia vero sentiret non e re sua fore, si diu domi in luctu esset, remoramque studiis imponeret, itaque consensu matris Academiam Juliam est ingressus, & brevi tempore neglecta, summo studio resarcivit sub D. *Habnen* JCto & Dn. M. *Schneider*, Eloquentiæ tunc temporis Professore, ut virtus ejus ap. exteros quoq. indies inclarescceret. Hinc anno 1642. a pl. Rev. Dn. M. *Simon Hennings*, Hafniam Danorum vocatus, ut præficeretur informationi Dn. *Johannis Ulrici*, postmodum S. Theol. Doct. & Professoris Londensis in Scania. Hac Sparta egregie per annum functus, tunc ob asperiorem aëris, corporis autem proprii teneriorem constitutionem, mutare locum coactus fuit. Reversus in patriam, singulari Ampliss. Facultatis Juridicæ indultu privatas Scholas aperuit, ac Jura explicavit. Anno 1646. 14. Mart. Decano Facult. Jurid. Dn. *Nicolao Schützen* nomen suum professus, & modeste honores doctorales petiit, quare ad examen admissus, talemque se præstitit, ut omnium applausum mereretur, licentiamque impetraret habendi disputationem inauguralem. Hoc peracto, Seren. Dux *Adolphus Fridericus* Megapolensium, *Laurenbergium* ad *Historiarum Professionem* clementissime vocavit. Suscepit eam hac tamen cum lege, ut sibi liceret Belgium, aliasque exteras regiones lustrare, quod & feliciter fecit. Absoluta peregrinatione salvus patriam ingressus, & anno 1650. 27. Aug. Decano *Henrico Schuckmanno* non *summos* tantum, quos ante ambiverat, *in jure honores* consecutus, sed & ipsam quoque demandatam sibi *Historiarum Professionem* est aggressus. Postquam autem egregius virtutis doctrinæque ejus odor longius latiusque spargeretur & demandata quam fidelissime exsequeretur, anno 1659. 11. Jan. ab Illustriss. Principe *Christiano Ludovico*, Duce Megapolitano, *Professor Pandectarum & Consistorii Adsessor* in locum *D. Laur. Stephani* constitutus quo quidem munere tanta cum laude perfunctus, ut omnium favorem in se excitaret, quantum quidem per cachexiam corporis licuit. Matrimonio sibi junxit anno 1652. *Elisabetham*, Dn. *Simonis Spengmanni* Senatoris Stralsundensis filiam, ex qua ipsi complures liberi nati, palmam præfert *Jacobus Sebastianus*, J. U. D. Decessit in vera fide 1668. 29. Nov. ingemiscens: *Nun gebet Acht auff mich, mein Jesus wird bald kommen*, & iterum: *Ey Herr Jesu, bleib doch nicht so lange, deiner wart ich mit Verlangen*, cum complevisset annos 49. hebdomadas 4. quatuorque dies.

NÆNIA super Excessu præmaturo,
at perbeato
Viri Nobilissimi, Amplissimi atque Excellentissimi
DN. JACOBI SEBASTIANI LAURENBERGS,
PETRI Med. D. fratri JOANNI Med. D. in Professura Poëtic. hic olim suffecti, F. GUILIELMI Med. D. atque Prof. ex Senatorio Ducalis N. JCti ac Antecessoris Lacib. Clarissimi, Consistorii Ducalis Paredri Gravissimi, Polyhistoris & Oratoris Expeditissimi, 5. Kal. Jan. An. CIↃIↃCLXIIX. pie defuncti, collegiali affectu scripta
ab JOANNE BERNHARDO ZINZERLINGO,
Jurispr. D. Poëteosque P. P.

Jureperitorum *sic rursum est scissa* Facultas,
Et Themis alma atro syrmate verrit humum.
Hactenus illa satis-bene luxit nomine parvo:
Luce una exstincta luget amara dehinc.
Biga triplex *fuerat junctissima* Correferentum,
Et Lecta & Vera & Recta profata ferens;
Per quos sæpe fuit dextre sententia lata,
Cum (4) LAURENBERGO (1) LEMKENIUS
auspice jure
Lecto ore oc animo consilia apta dabat.
Cum (5) VVOLDENBERGO (2) VVILBRANDIUS *auspice jure*
Vero *ore ac animo consilia apta dabat.*

Cum

(1) D. HERMANNUS LEMKE, *Cod. PR.* (*Senatorius, Conciliaris*) surrogatus an. 1654. in locum D. NICOLAI SCHÜTZEN, abdicantis sese, & adhuc in *Syndicatu Rev. Capituli Lubec.* supereuntis (utinam diutiuscule!)

(2) D. ALBERTUS WILLEBRAND, *Cod. PR.* (*Ducalis Gustrov. Conciliaris*) occupantis anno 1657. vices D. HENRICI SCHUCKMANNSS.

(4) D. JAC. SEBAST. LAURENBERG, *Pandect. PR.* (*Ducal. Suerin. Extraconciliaris*) allectus anno 1659. pro D. LAURENTIO STEFFENS.

(5) D. CHRISTIANUS WOLDENBERG, *Decret. PR.* (*Ducal. Gustrov. Extraconciliaris*) accitus an. 1659. in locum D. ALBERTI HEINEN.

Cum (3) REDEKERO (6) RADOVIUS *auspice jure*
Recto ore ac animo consilia apta dabat:
At jam ter-geminum *Charitum ter-amabile*
vinclum
Ebeu! partita est Parca, triparca cluens.
Sed fuit in fatis. Quis iis obnitier ausit?
Quum regat is, mundi qui bene quæque regit.
Huic submittamus nos nostraque pectora mundo.
Hoc si nos regimur, quid nocuisse potest?
Euge! novos animos cunctis hoc det novo in anno,
Quojus nil dextris est vetus estve novum.

SCRIPTA.

Orbis Bacchans, sive Oratio in qua Seculi nostri mores repræsentantur, pronunciata ipsis Saturnalibus in Auditorio Magno. Rost. 1652.

Panegyricus in funere Dn. *Adolphi Friderici*, Ducis Mecklenburgici. ib. 1659.

Themis temerata, cujus pudicitiæ vim, vitiumque additum. ib. 1660.

Dissertatio de gravi & arduo Principum Magistratumve regnandi munere. ib. 1668.

Disp. Inaug. de Titulis:

De Præeminentia & Privilegiis Liberarum Civitatum, aliaque, quæ recensit Witten. memor. JCtorum, p. 489.

LIII. Henr. Rud. Redeker.

§. 53. Succedit ordine HENRICUS RUDOLPHUS REDEKER, natione Westphalus, & quidem Osnabruggæ, quæ civitas est Westphalorum præclarissima, in lucem editus 1625. 14 Septembr. Parens ipsius dictus *Christophorus Redeker*, civis dictæ urbis honestissimus, mater *Catrina Landwesis*. Hi Parentes filium Scholæ primum Patriæ, deinde Hannoveranæ in literis & moribus efformandum concrediderunt. Cumque ad majora præparatus videretur, in Academiam Rotzstockiensem die 1. Octobr. 1647 ablegatus, ubi in castris Musarum strenue militavit, & excellentissimum *Joachimum Schnobelium* quam fidelissime sectatus, & Præceptorem veneratus sed non ultra annum & tres menses in ea commoratus, tunc disputationem *de fidejussoribus* conscriptam summa cum laude sub Præsidio dicti *Schnobelii* habuit, eoque se omnibus bonis inprimis Magnifico Cancellario Mecklenburgico Dn. *Johanni Cothmanno* JCto excellentissimo adeo commendavit, ut Filio suo *Ernesto* contubernalem & commilitonem ultro adsciscceret, in quo studiorum elegantissimorum consortio per biennium substitit. In hac Ephoria nihilominus ad pedes prælaudati *Schnobelii* indesinenter considere haud dubitavit, ita etiam sua sedulitate & industria tantos in suis studiis fecit progressus, ut, postquam ille ad Syndicatum Reip. Stetinensis evocaretur, privata industria, quæ deesse sibi videbantur, facillimo negotio supplere non modo, sed & aliis discendi cupidis suis prodesse studiis potuerit. Cumque generosissimus Dn. ERICUS ULSPAR Regiæ Majestatis Sueciæ Gubernator Wismarienſis, Ephorum studiorum filii sui unigeniti *Johannis Ernesti* quæreret, *Redekerum* vocavit, & præterea ab inclyta Facultate Juridica alios in Jure tam publ. quam privato informandi, atque sic futurarum suarum operarum quædam quasi præludia faciendi Facultatem accepit, hacque occasione per integrum biennium legendo pariter ac disputando ita sese adolescentibus studiosis probavit, ut ad eum audiendum magno numero confluerent. Ut vero animus discendi cupidus non uno in loco includitur, sic nec *Redekerus* non amplius Rotzstockii potuit commorari, sed lubido ipsi incessit, alias quoque Academias visere, & quidem primum Marpurgensem ingressus, ubi favorem Professorum & benevolentiam imo & ipsius Principis gratiam sensit & expertus est, sed per breve tantum tempus ibi substitit. Inde Academiam Gissensem, & Heidelbergensem tandem & Argentinensem adiit, ubi subsitit, eoque in loco statim invenit Patronum faventissimum Dn. D. *Taborem*, qui *Redekerum* Illustrissimo Principi Comiti Nassovico Saræ Pontano ad Ephoriam Filii de meliori nota commendavit. Antequam vero eam aggressus, Facultati Juridicæ se ad examinandum stitit, habuisset & tum inauguralem Disputationem nisi Illustrissimus Comes postulasset, ut ad iter se accingeret, & Ephoriam susciperet. Itaque anno 1654. redditus Argentinensibus, visis cognitisque variis variorum Principum Regumque aulis, habuit inauguralem suam disputationem *de gratia* cum applausu omnium, quam inter peregrinandum conscripserat. Cumque memoria *Redekeri* Rotzstockii nondum esset deleta, & vacaret *Professio Instituti*. Ampliſſimus Senatus Rotzstockiensis *Redekerum* in locum Præceptoris sui *Schnobelii* vocavit. Vocatione impetrata *Dr. gradum* in Academia Argentinensi die 25. Januar. 1655. suscepit: inde in vicinam Galliam contendit, & cum ibidem tum addiscendæ linguæ tum & cognoscendi status publ. causa per menses aliquot substitisset, per Brabantiam, Flandriam, Hollandiam diversasque alias Germaniæ Provincias Rotzstockium 1658. rediit, & honorificum munus Professorium sibi collatum, feliciter obiit, & quidem adeo diligenter ac probe sustinuit, ut merito suo ab omnibus haud iniquis rerum æstimatoribus maximam inde laudem reportarit. Hoc perspiciens Sereniſſimus Princeps Dn. *Christianus Ludovicus* Dux Megapolitanus *Redekerum* ex Collegio Professorum Senatorio in Ducale transtulit, & in locum D. *Rahnii* Institution. Professoris substituit, 1662. quin & idem Princeps *Redekerum Consiliariorum* suorum *numero* adscripsit, & in variis gravibus negotiis legationibusque publicis adhibuit, in illisque tantam fidem & dexteritatem adhibuit, ut singularem Principis gratiam meruerit, & 1677. *intimiorum Consiliariorum* titulo sit ornatus. Quidquod ejus fama longe lateque serpsit, ut quoque *Sereniſſimus ac Potentissimus Rex Daniæ* illius consilio & opera in gravibus negotiis & Legationibus usus fuerit, quem ad modum in specie anno 1673. a

(3) D. HENR. RUD. REDEKER, *Institut. PR.* (*ex Senatorio Ducalis Suerin. Conciliaris*) suffectus primum an. 1658. D. JOACHIMO SNOBELN (*Senatorio*), hodie *Syndicum apud Sedinenses* agenti; postea an. 1663. HENRICO RAHNEN, (*Ducali Suerin.*)

(6) D. GEORGIUS RADAU, *Institut. PR.* (*Senator. Conciliaris*) substitutus anno 1665 D. CHRISTIANO KLEINEN, Successori quadrimestri D. HEINRICI RUDOLPHI REDEKERS (in *Professura Senatoria.*)

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſua *Majeſtate Regia ad Comitia Circularia Brunſwigam* miſſus fuit, prætereaque *ſubdelegati Commiſſarii Cæſarei* in cauſa Sereniſſ. Principis & Ordinum Provincialium, Friſiæ orientalis, vices feliciter ſuſtinuit. Nuptias celebravit 1655. die 10. Julii, Guſtrovii, cum *Margaretha* Viri prænobilis atque ampliſſimi Dn. *Davidis Schützen*, Sereniſſimi Ducis Mecklenburgici Quæſtoris & Capitanei Swanenſis laudatiſſimi filia, ex qua unicum ſuſcepit filium, hodie a conſiliis Ducis Mecklenburgici. Hoc Conjugii vinculum cum poſt paucorum annorum ſpatium eſſet diſſolutum, tranſiit ad ſecunda vota, & *Luciam Kohlblatts* Dn. D. *Chriſtophori Hennings* Medici Holſati relictam viduam in conſortem thalami domum duxit. Verum nec hæc conjugalis Societas fuit durabilis, ſed altero ſtatim anno eſſe deſiit. Ut vero ſecundum proverbium *omne trinum perfectum*, ſic tertiis ſibi conjunxit nuptiis *Eliſabetham*, Dn. *Diderici Hoppen* civis ac mercatoris Hamburgenſis primarii filiam, ex qua unicam vidit prolem, ſed in ipſo partu extinctam. Exſpiravit placide 23. Nobr. 1680. cum gereret annum ætatis LV.

SCRIPTA:

De Hereditate conventiali. (eſt Diſputat. Inaugural. Sam. Schützii.) Rotzſt. 1667. 4.
De intereſſe. Reſp. Wedenhoff. ib. 1669.
De Traditionibus. Reſp. Boye. 4. ib. 1685.

LIV. Chriſt. Woldenberg.

§. 54. Tranſimus ad CHRISTIANUM WOLDENBERGIUM, qui Crempis in Holſatia fortiſſimo ac florentiſſimo oppido 1621. die 14. Oct. lucem aſpexit, Patre quidem Viro Reverendo Dn. *Nicolao Woldenbergio* ad decennium Paſtore Crempenſium fideliſſimo, Matre autem *Margaretha Tollia*. Avus paternus fuit Dn. *Chriſtianus Woldenberg* Paſtor *in Neuen Kirchen* apud Holſatos optime meritus. Avia paterna *Aalke Woldenbergs*. Avus maternus Reverendus Dn. *Nicolaus Tollius* Paſtor in Süderou, Avia materna *Catharina Tollia*. Proavum paternum habuit *Johannem Woldenberg*, Civem Crempenſem induſtrium, Proaviam paternam *Margarethan Woldenbergs*. Proavum ſalutat maternum M. *Johannem Vorſtium*, Regium ap. Holſatos Superint. Paſtoremque in Itzehoæ per multos annos, Proaviam autem maternam *Catharinam Forſtiam*. Ab hiſce majoribus prognatus *Woldenbergius*, ſuccreſcente paululum ætate ad pietatem ſedulo a matre (pater quippe admodum puero ſubtractus per mortem) manuductus fuit. Cumque pietatis fundamenta ſolide probeque jeciſſet, in patriam Scholam miſſus, in qua impigro curſu hauſit, quæ conatibus ac ſtudiis ſuis in majus provehendis factura crederentur. Mater, quantum licuit, ſumptus ſuppeditavit, matertera vero *Theodoſia von Langen* majores, quippe lautiori vivebat in fortuna. Ex patria Schola ad Kilonienſem miſſus, & clariſſimo Viro Dn. *Zachariæ Moſero*, Moderatori Scholæ traditus, ſub cujus informatione tantum profecit, ut Scholas regias viſere dignus ſit habitus. Et quidem primum Lipſienſem ingreſſus, in qua tantum ſua ſtudia provexit, ut *ſupremo Philoſophiæ gradu* ſit decoratus, & varia eruditionis ſuæ ſpecimina ederet. Inde ad alias Germaniæ Academias itum, imo extra Germaniam pedes movit, & Leidenſem ac Hafnienſem Academias ſalutavit, poſt has quoque Colonienſem & Gryphiswaldenſem; ſed non vanus rerum ludicrarum fuit ſpectator, ſed ea hauſit, quæ ipſi fuere ſalutaria a. 1649. ab Generoſiſſima *Helena, vidua Comite a Brandenſtein* filiorum ſuorum Ephorus fuit conſtitutus, quæ Ephoria annua ipſi fuit, ſed inde magnum cepit incrementum rerum ſuarum. Anno ſequenti videl. 1650. Rotzſtockium ſe contulit, & qualis fuerit, partim perorando publicitus, partim diſputando, partim privata collegia habendo luculentiſſime demonſtravit. Quæ doctrina cum & brabeion requireret, primo *Licentiati*, mox *Doctoris titulo* in Jure apud Gryphiswaldenſes 1652. magna cum laude ornatus. Hoc titulo præditus ad Rotzſtockienſes reverſus, & ab Ampliſſimo Senatu Urbis illius *Extraordinarius Juris Profeſſor*, & paulo poſt 1656. *Græcæ Linguæ Ordinarius Profeſſor* vocatus electusque eſt. Ut vero Virtus altius ſe emergit, ſic hiſce limitibus non potuit contineri virtus *Woldenbergii*, nam Sereniſſimus Princeps *Guſtavus Adolphus* Dux Mecklenburgicus *Woldenbergium* 1659 die 13. Dec. *Decretalium Profeſſorem* in locum *Alcerti Heimii* & *Aſſeſſorem Conſiſtorii* conſtituit. Utramque functionem ſic ornavit, ut nomen non incelebre poſt ſe reliquerit. Adhuc monendum, majorem præter hos dignitates ipſi acceſſiſſe ſplendorem, Illuſtris enim ac Generoſiſſimus Dn. *Detleff Comes a Ranzau* Dn. *in Breitenburg* Sereniſſimi ac Potentiſſimi Danorum Regis *Friderici* III. Conſiliarius *Woldenbergium Comitem Palatinum* lubens promptusque creavit, & magnifico in iſtos uſus comparato diplomate inſtruxit. Licet vero *Woldenbergius* ferme ſummum dignitatis faſtigium adeptus, cruce tamen ſuppreſſus, & infortunatus fuit maritus, exemplo fere communi præſtantiſſimorum ac doctiſſimorum virorum (vid. Diſp. de malis eruditorum uxoribus) duxit enim uxorem *Chriſtinam* Dn. *Vincentii Mulleri*, Cos. Hamb filiam, quæ durum illi impoſuit jugum, expertus illud Poetæ: *Intolerabilius nihil eſt quam fœmina dives*. Obiit inopina morte 1674. cum vixiſſet LIII. annos.

SCRIPTA:

De Proceſſibus Executivis *Matthiæ Coleri*, Roſtoch. 1646.
De Vectigalibus Publicanis & Commiſſis Reſp. Hicker. 1651.
De vita & honeſtate Clericorum oratio, Roſt. 1670.
Oratio inauguralis de Uſu Græcæ Linguæ in omnibus facultatibus, artibus & ſcientiis. 1657.
Collegium theticum ſuper Inſtitutiones Jur. 1657.
Idea ſ. Delineatio Juris publici. De Privilegiis Studioſorum & Poenis vag. Scholar.
Subſidium Juris, ſeu Index Interpretum & Commentatorum, antiquorum & recentium, maxime celebratorum, ſuper quatuor Inſtitutionum libros &c. 1659.
Oratio inauguralis, de origine, progreſſu & uſu Corporis Canonici, 1659.
De Majuma. An conſenſus parentum in nuptiis liberorum requiratur.

Principia

Principia Juris Romani i. e. Leges Draconis & Solonis, Leges Romuli & Leges XII. Tabularum &c. 1660.

Dissertatio de origine Consistoriorum.

Disputationes in Institutiones Justin. Rost. 1652.

Micarum Juris Manipuli tres, Hamb. & Rost. 1648. 1650. 52. 65.

Indiculus Tractat. & Autorum universi Juris, Rost. 1665.

De numeris utriusque Juris, Civilis & Canonici, Frf. 1670.

Axiomata Juris universi tam Civilis quam Canonici, 1673.

LV. Christ. Klein,

§. 55. Jam se nobis offert *Christianus Klein*, qui ut accepimus, Rotzstockii in lucem editus, patre aurifabro, sed literarum amantissimo, hinc filium suum tum publicis, tum privatis Præceptoribus in pietate & literis erudiendum tradidit, inter hos eminebat *Michael Cobalus*, tum temporis Scholæ particularis Rector & Mathematum Professor, postea Theologus. Hujus viri ductu, (non enim satis illius candor, & in docendo fidelitas prædicari potest) tantum profecit, ut lectionibus Academicis cum fructu interesse potuerit, insertus itaque matriculæ Academicæ, primum ad pedes Philosophorum, inprimis Moralium Professoris sedit, postmodum JCtorum Scholas sectatus, quippe Jurisprudentiæ se devoverat. Ex Academia patria ad alias migravit, & summo studio JCtis adhæsit, illud enim ei Homericum aurem vellicabat:

Ἀισχρὸν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

Iliad. β. v. 298.

Turpe est & mansisse diu, vacuumque redisse.

Redditus patriæ non diu post desideria sua impetrandi honores Doctorales Nobilissimæ Facultati Juridicæ submisse aperuit, ac anno 1656. 22. Januar. ad examen admissus, suamque postea inauguralem disputationem summa cum laude habuit, ac anno 1657. 24. Sept. *J. U. Doctor* publice renunciatus est. Ab eo tempore, quæ ipse hauserat, etiam aliis proposuit. Hoc perspiciens Ampliss. Senatus Rotzstoch. noluit civem amittere, sed beneficiis sibi devinxit, vocans 1663. 34. Decembr. nostrum *Institutt. Profess.* suum, in locum Dn *Henr. Rudolphi Redekeri*, qui in locum defuncti D. *Rahnii* surrogatus erat. Sed a tempore introductionis ac receptionis statim decumbere heu! cæpit, ita ut ex morbo non reconvaluerit, sed sequ. 16. Apr. 1664. ætat. XXXVI. in coelestem Academiam sit evocatus, longiori sane vita dignissimus. Duxit uxorem *Annam Schmidiam*, primarii quondam Civis Rotzstock. filiam, ex qua supersit, utinam diu! *Johannes Kleinius*, JCtus summus, Pandectarum Prof. Consistorii Ducalis Director, & hodie Sereniss. Ducis Mecklenburg. FRIDERICI WILHELMI Consiliarius intimus.

SCRIPTA.

De Dominio ejusque acquirendi modis jure gentium.

LVI. Georg. Radovius,

§. 56. Successit *Christiano Kleinio* GEORGIUS RADOVIUS, multijugæ eruditionis ac prudentiæ Vir. Hic Patriam veneratur Borussiam, ad ultimæ Germaniæ ora sitam, a Vistula amne, quem ad occidentem terminum habet, incipientem, sinusque Balthici maris, qui septentrionale latus ejus ambiunt, percurrentem, orientalem solem ab Alanis excipientem, montibus Hamaxobiis australe latus ejus obtegentibus, a quibus continuis sylvarum jugis disterminatur. Regio hæc vetustissimo chirographo *Ptolomæo* jam innotuit, siquidem vetustiores ejus incolas recenset, Gothones, Venedos, Stagnanos, Sargatios, Sudinosque quæ his locis iniedisse scribit, quibus Gelidanos simulque Gillones, Vacinos & Charinos (quos ipse Charionas nominat) addit. *Hulmigerium* quoque a Populis *Hulmigeris*, eam Regionem olim tenentibus, dictam fuisse, *Gordianus*, Gothus scribit. Sed omnes hi Populi per Gothos, quam primum ex Scandinavia in continentem descenderunt, inde pulsi sunt. Ultimo hanc Regionem Borussi intraverunt, Populi, qui *Ptolomæo* teste ad Riphæos montes, ubi in Septentrionem fusius excurrunt, nec longe quam Tanais ex eis erumpit, sedes habuerunt, qui infelicitate sua conciti, (perpetuis namque nivibus algoribusque illa terra riget, ad omneque naturæ ministerium damnata est) ad novas sedes capessendas Patriam egressi in hæc loca delapsi sunt; quæ tum soli fertilitate, tum pascuorum lacuumque amœnitate ipsis cum primum placuere, nec non ultra progressi sunt, hic sedes unanimi consensu sibi desumentes, utque ibi ac posteris perpetuo essent duraturæ, terram vocabulo gentilicio BORUSSIAM appellavere, quæ usque hodie unius litteræ suppressione BRUSSIA vulgo dicitur; quemadmodum id argumentis firmis & indubitatis latius deducit *Er. Simus Stella*, Libonothanus, primus ni fallor, rerum Borussicarum Scriptor, *de Borussiæ Antiquitatibus Lib. I.* statim ab initio. Hæc Regio amœna, irrigua, frequens culta, frugum fertilis, pecorisque abundans, cuique terra marique omnia vitæ jucunde agendæ copiose suppetunt, multis abundat urbibus oppidulisque sat magnis ac celeberrimis; eorumque in numero haud postremum habetur oppidulum *Libewald*, ex quo tanquam sydus radiantissimum anno 1635. die 6. Apr. ortus est noster *Radovius*. Patrem veneratur *Fridericum Radovium*, Regiomontanum, Ecclesiæ Libewaldensis, vicinique castri Electoralis Preuschmarckt Pastorem. Saifeldiæ primum deinde Hollandiæ literis fuit imbutus, postea anno 1651. Regiomontanam Academiam petiit, Philosophiæ inprimis operam dedit, cumque ad Jurisprudentiam maxime inclinaret, Ethicam atque Politicam summo studio pertractare cepit, tantosque in illis fecit progressus, ut sub Præsidio M. *Funcii de Imperante & parente* publice disputaverit. Ex Regiomontana Academia Rotzstochium anno 1653. delatus, Theologiæ svasu Parentis, primum operam impendit, ubi non tantum *Michaele Watsonio* Præside, ex Philosophicis de *Substantia mobili & immobili*; sed etiam in Collegio *Isaiano* D. *Augusti Varenii*, Disputationem Theologicam habuit. Sed cum a primis Academiæ annis Jurisprudentiam unice amaret, Juris studium cum Theologico permutavit, in quo tantos fecit progressus, ut non modo sub *Henrici Rudolphi Redekeri* D. Juris Præsidio tam in *Collegio Institutionum*, quam de *Majestate* in Auditorio publice

contra

contra Opponentes ſuos acriter ſummaque cum laude ſe defenderit; ſed etiam, poſtquam an. 1660. pro obtinendo *ſummo in Jure Gradu*, Diſputationem ſuam Inauguralem *de Succeſſione Conjugum, ad Auth. Præterea. C. unde Vir. & Ux.* Præſide D. *Henrico Rhanio*, conſcripſiſſet, ipſe omnium cum applauſu digniſſimus Jurium Doctorandus habitus & gratulatus fuerit. Et cum ita *Radovius* noſter examen tam privatum quam publicum ſumma ut diximus, laude ſuſtinuiſſet, iter ſuſcepit litterarium per Germaniam, Helvetiam, Galliam & Belgium, inque tranſitu cum Urbes celebratiſſimas, tum Viros undiquaque doctiſſimos inviſit, eorumque amicitiam ac litterarum commercium expetiit. Viſis ſic ſatis & cum fructu exteris Regionibus, *Radovius* noſter Rotzſtockium ad veterem ſuam ſtudiorum Palæſtram redit, ut poſt tot in ea peractis glorioſis pugnis, lauream tandem triumphantium more acciperet. Dies aderat 10. Apr. anni 1662. quo more in Academiis hactenus recepto, ſolenni cum pompa Doctorandus noſter in triumphum duci, caputque ejus laurea redimi oportebat; igitur Patrum Conſcriptorum Academiæ, Doctorumque omnium & docentium & diſcentium Corona cinctus, præcedentibus tubicinibus & buccinatoribus intravit per *Portam Triumphalem, Auditorium* ſc. *majus*, *Triumphale Territorium*, quod erat *Templum D. Mariæ ſacrum*, ubi *in Ara honoris exſtructa*, triumphalem a ſuis accepit coronam, h. e. a Decano *Pileo Doctorali rubeo* ornatus, ſicque Victor, *J. U. D.* publice proclamatus eſt. Mitra Doctorali redimitus *Radovius* noſter a ſtatibus Provincialibus Ducatus Meckelburgici ad *Syndicatum* fuit vocatus; & quadriennio poſt a Senatu Rotzſtockienſi *Ordinariam Inſtitutionem Profeſſionem* anno ſc. 1665. die 3. Octobr. loco *Chriſtiani Kleinii*, obtinuit. Hanc ſuam Spartam ita exornavit, *ut Viri laborioſiſſimi, JCti eximii ac Profeſſoris dexterrimi nomen* ſemper, quoad Rotzſtockii vixit, deportarit, cumque anno 1674. animam efflaret Dn. *Hermannus Lemke*, eo ſtatim anno *Profeſſionem Codicis Ordinariam* a Senatu Rotzſtock. iterum accepit. Cumque ejus nomen magis magisque inclareſceret, Magnificus & Ampliſſimus Imperialis Civitatis ac Urbium Anſeaticarum Capitis Lubecæ Senatus, Syndicum ſuum ac Conſiſtorii Præſidem eum eſſe voluit: itaque laboribus Academicis valedixit, anno 1686. cum Familia ſua Lubeccam ſe contulit, ac *Syndici* officium ſumma cum prudentia ac fide adminiſtrare cepit, cui anno 1692. *Præpoſitura Eccleſiæ Cathedralis* acceſſit. Sæpius in officio ſuo Orator fuit miſſus, & quamplurimis negotiis publicis ac civilibus, tam in Aula Cæſarea, quam ap. Regem Daniæ Potentiſſimum, Electorem Brandenburgicum, Duces Brunſvico-Lüneburgenſes aliosque Germaniæ noſtræ Proceres, inprimis autem in Pacificatione illa percelebri anno 1699. Riſvici feliciter peracta, operam ſuam impendit. De his negotiis ipſe ita: *Quid ubique egerim, loquentur poſt fata mea Diſſertationes typis expreſſæ, docebunt Relationes ex Actis, in Archivis aſſervatæ, ſed & expeditiones apud varios Principes, præcipue vero Imperatoriam Majeſtatem, & ſumma Imperii Tribunalia, quibus divina benignitas me Legatum beare non dedignata eſt.* Tandem ſummus hic Vir a viſitatione Bergerdorfienſi anniverſaria nomine Civitatis redux in morbum periculoſiſſimum incidit, in quo non convaluit, ſed ultim. Apr. 1699. vitam cum morte commutavit. Epitaphium *Radovo* in Templo Jacobæo Roſtochii erectum hoc eſt:

Viator. Max. Rever. Et Illuſtris heu Inter Umbras Viri Quod Totum.
Illuſtrat. Vel Nomen Luſtra atque Ex tot Prædicatis Subjecti Magnitudinem.
Metire. GEORGIO RADOVIO Libenwaldenſi Boruſſo JCto Conſumato Polito Politico Almæ.
Quondam Roſtoch Anteceſſ. Statum Prov. Mecklenb. Primum Dein Primario Lib. Cæſ. ac Imperii Lubecæ.
Syndico Max. Rever. Capituli. Ibid. Præpoſito. Inſp. Schol. & R. Conſiſtorii Præſidi Plurimum. Legato.
Ad Plurimos. Coelo. Quidem Maturo. Terris. Vero. Nim: Mature Erepto Marito. Opt. Merenti.
Mærens Vidua CATHARINA SIBRANDIA In Fidei. Conjug. Monument. per XXXV. Annos.
Intemerato H. M. P. C. Quæ Superſtes Conjux Et Moritura vel Mortuam.
Viri Imaginem Tanquam. Vivam Indeſinenter Adhuc Intuetur. Obiit
M. DC. XCIX. Die XXX. Apr. Ætat. LXIV. Unius Menſis. IV. Dies.

SCRIPTA.

De Contumacia Diſp. inaug. Reſp. Gatten. Rotzſt. 1668. Inſtrumentis Diſp. inaug. Dn. Gerdes, 1671, Pecunia Luſtrica, Reſp. Jac. Lemke, Roſt. 1674. 4.

§. 57. Sequitur CASPARUS HABERMAN, qui lucem aſpexit anno 1635. Wupſeri in Dynaſtia Jeverenſi, Patre *Johanne Habermanno*, alias *Haberkorn* dicto, dicti loci Pædagogo, & ſubſtituto Concionatore. Pater ut in literis erat bene excultus: ſic filium partim ipſe in pietate & literis excoluit, partim aliis excolendum tradidit. Cumque fundamenta literarum recte jeciſſet, in Gymnaſium Bremenſe ablegatus, in quo linguas magis excoluit, & in principiis Philoſophicis belle imbutus. Hiſce perceptis abiit in antiquiſſimam Regni Bohemiæ Academiam Pragenſem, & ſub inſtitutione *Wenceslai Zimmermanni*, S. Th. & Phil. D. nec non Prof. P. Philoſophiam, in qua valde verſatus erat, per triennium excoluit. Inde per Saxoniam venit Lipſiam, ibique exacto etiam triennio *gradum Magiſterii* impetravit, & dehinc legendo ac diſputando ſe aſſiduum præbuit, ulteriusque per ſeptennium ibidem commoratus, Juris ſtudio ſe totum mancipavit. Finito ſic apud Lipſienſes decennio Varniacas Muſas ſalutavit, & ſtatim licentiam impetravit privatim interpretandi jura, vix fari licet, quantum accurſum & applauſum a ſtudioſa juventute habuerit; ipſi vidimus & cognovimus, cum tunc temporis Rotzſtockii degeremus, viri doctrinam, & in diſputando promptitudinem. Nondum ſemeſtre ſpatium Rotzſtockii hæſerat, tunc anno 1665. 14. Mart. examen ſubiit, & paulo poſt theſes Juridicas pro impetrando ſummo in Jure gradu, præſide Decano *Chriſtiano Woldenbergio* J.U. & Phil. D. Decretalium Prof. P. Conſiſtorii Adſeſſore, & Comite

LVII. C. Haberm.



Georgius Radovius
U. J. Det. Prof. Rost. 1665. Statuum. Prov.
Magnop. Syndicus 1675. Reipu. Lubec. Syndicus
primus et Consist. Praeses A. 1686. Rev. Capituli
Lubec. Praepositus 1693. Natus Liberwald in
Borussia A. 1625. d. 6. April. † 1699. d. 30. April.

J. M. B. sc.

T. II.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Comite Palat. Cæsareo, magna cum admiratione omnium & applausu proposuit, eodemque anno 5. Maji *gradu Doctoris* ornatus, simulque uxorem sibi sociavit *Mariam Brandes*, Ampliss. Viri Dn. *Davidis Brandes*, Senatoris & Camerarii Rozstock. filiam, actibus promotionis & nuptiarum combinatis. Impetrato Doctoris titulo, cumque maritus factus, non deferbuit ipsius diligentia, sed magis se excitavit legendo ac disputando, curas domesticas uxori suæ committens, hinc omnibus charus nominisque ejus celebritas ubique serpere, inprimis in aula Suerinensi cæpit. Hinc motus Serenissimus Princeps *Christianus Ludovicus*, Dux Mecklenburgicus, ut approbante Collegio Professorum Ducali in Academia Rotzstock. *Habermannum* ad *Professionem Institutionum Juris* anno 1671. vocaret, atque ita B. *Henrico Rudolpho Redekero* non solum in Professione, sed & *Assessoratu Consistorii* succederet, facta introductione die 7. Dec. Ut vero in privato statu vivens, studiosam juventutem continuis lectionibus & disputationibus exercuit, sic Professoriam dignitatem agens summa cum laude atque industria munere suo per quinquennium usque ad extremum vitæ halitum perfunctus est. Nam hic tantus Vir longiori vita dignissimus in medio cursu studiorum atque ætatis suæ cum maximo luctu Academiæ, studiosæ juventutis, suorum, imo totius orbis literatæ esse desiit atque in Domino obdormivit ao. 1676. & 7. Junii terræ mandatus est cum vixisset annos 41.

LVIII. Joh. Sibrandus.

§. 58. Accedimus ad JOHANNEM SIBRANDUM, qui Patriam habet Rotzstockium metropolim Megapoleos sive Ducatus Mecklenburgici ad fluvium Varni. Avum habuit *Johannem Sibrandum* J. U. D. ejusdemque Professorem Senatorium, ac Syndicum Rotzstockiensem. Patrem vero Dn. *Henricum Sibrandum* J. U. D. ac Statuum Provincialium Mecklenburgicorum Syndicum, matremque *Catharinam Teutschen*, Dn. *Davidis Teutschen* Protonotarii civitatis Rotzstockensis filiam. Avia Paterna fuit *Anna Schillingia*, *Hermanni Schillingii*, Cos. Rotzst. filia. Aviam maternam autem numerat ANNAM *Schillingiam*, *Georgii Schillingii*, Pastoris Dalenburgici, in Ducatu Lüneburg. Filiam. Proavus Paternus extitit primus Urbis Rotzstock. Centumvir, *Henricus Sibrandus*; Proavia gaudet *Dorothea Suchtingen*: Proavum maternum nactus est *Zachariam Deutsch*, Civem Baudissæ primarium, & Proaviæ maternæ nomen fuit *Catharina Hentzels*. A suis Parentibus 1637. d. Martii in lucem editus fuit. Cumque a prima pueritia in Patria optimis Præceptoribus datus prima studiorum principia hausisset 1655. ad vicinam Stralsundensium Scholam missus est, ubi inprimis informatione Conrectoris *Nicolai Bruggemanni* per biennium usus, in humaniioribus adeo profecit, ut sequenti anno 1657. commode in vicinam Gryphiswaldensem Academiam studiorum Juris gratia se conferre potuerit, in qua præ aliis Præceptore usus Dn. D. *Pomereschio*. Cum vero sibi persvaderet, se posse cœpta Juris studia commodius pertexere in Academia Patria, adhuc eodem anno 57. domum reversus, & Informatorem nactus Dn. D. *Henricum Rudolphum Redeker* Juris Professorem, quo duce cum per annum ferme summa animi contentione Jurisprudentiam tractasset, 1658. Lipsiam adiit, & inde Argentoratum petiit, studium illud præeunte D. *Rebhanio* consummaturus, cui per integrum biennium adhæsit, & simul etiam studio historico ductu *Henrici Böcleri* celeb. Polyhistoris aliquod tempus tribuit. Argentorato discedens ao. 1660. vicinam Basiliensem Academiam ingressus, & reliquam adiit Helvetiam, inde & Galliam Belgiumque perlustravit. Finito hoc itinere domum quidem rediit 1661. sed nondum satur peregrinationis. Nam 1663. Ephorus Agnati Illustris Dn. de *Gyldenstierna*, Regni Sueciæ Senatoris ex voto constitutus, cum quo Academiam Franckofurtanam & Regiomontanam studiorum gratia ingressus, postea vero anno 64. in Sveciam se contulit, & Upsaliæ aliquantisper cum discipulo substitit. Ex Svecia eodem anno redux studiorum præmia laborumque fructum in patria Academia anhelavit, nomenque suum & intentionem apud Decanum Facultatis juridicæ D. *Henr. Rudolph. Redekerum* professus est, ac Examen sustinuit. A. 1667. d. 10. Jan. & die 26. Martii habuit disputationem suam inauguralem de *Electione Episcopi* & eodem anno die 17. Octobris *Doctorali Dignitate* est auctus. Hisce peractis 1669. ab Amplissimo Senatu Rotzstockiensi *Moralium Professor* in locum M. *Dringenbergii* est constitutus. Cum vero 1674. D. *Christianus Woldenbergius* ad meliores repentina morte abiret, ipse per quadriennium hactenus Professor Moralium in locum ejus a Serenissimo Duce Mecklenburgico *Gustavo Adolpho* 1. Sept. ad illam *Decretalium Professionem* est surrogatus & 3. Sept. introductus. Multa possent dici *de Viri pietate, candore, prompto inserviendi studio, & fidelitate in docendo*, nisi brevitati studeremus. Matrimonio sibi junxit anno 1669. d. 27. Apr. nobilissimam Virginem Lübecensem *Barbaram Carstens*, Dn. D. *Joachimi Carstens* Syndici Lübecensis primarii, & *Elisabe a Wickenden* filiam, Dn. *Thomæ a Wickenden* Senatoris quondam Lübecensis neptem, ex qua complurium liberorum Pater factus, eminet *Joachimus Henricus* hodie Juris D. & Moralium Professor. Obdormivit in vera fide 17. Apr. 1701. cum vixisset annos 64. Pervenit non tantum ad Senioratum Facultatis, sed & totius Academiæ.

SCRIPTA:

Varias divulgavit Disputationes: de superioritate territoriali, de Lege fundamentali, de fictionibus, de religione mandati, in *Libenthalii* Ethicam & Politicam, 30. Disputationes in *Brunemannum*, in *Schnobelium*, & complures alias quarum catalogus videatur in *Rostochio literato*.

LIX. Jacobus Lemken.

§. 59. Ducalem Professorem excipit Senatorius JACOBUS LEMKENIUS, hic ingressus hanc scenam mundi 1650. die 28. Junii in urbe Rotzstockio. Patre *Hermanno Lemkenio* JCto, Professore & Syndico Rotzstockiensi cujus vitam supra delineavimus, unde desumere licet, quibus Parentibus & Avis progenitus. Parentes omnem adhibuere curam, ut in pietate & literis bene educaretur, itaque commissus curæ Dn. M. *Blasii Grabii* Rectoris Scholæ trivialis, sub quo politioris literaturæ & Philologiæ solidiora jecit fundamenta. Adultior factus ad Jurisprudentiam animum applicuit, impulsus exemplo paterno, & præceptoribus

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ribus Dn. D. *Johanne Mitzelio*, & *Caſparo Habermanno* uſus, ſub quibus fideliſſimis hodegetis cum Fundamenta Juris ſatis feliciter & exvoto jeciſſet, conſenſu & ſuaſu Dn. Parentis Lipſiam petiit, ibique ſectatus excellentiſſimos JCtos, *Schwendendorferos*, *Ekholtum* nec non Dn. *Paulum Romanum*. Hac relicta, Argentoratum adiit, & informatione uſus grandævi ſenis excellentiſſimi Dn. *Rephanii* nec non *Boecleri*, itemque & *Stoſſeri* & *Richelti*. Inde per Helvetiorum pagos in Belgium ſeſe contulit, ſtatum Reipubl. exploraturus, aliaque ſcitu digna perluſtraturus. Tandem ex peregrinatione redux non Murciæ ſe devovit, ſed animum pedetentim applicavit ad *Actorum lectionem*, inde relationes conficiendo & ſingula momenta penſitando ductu inprimis Parentis, præterea publ. & privatim diſputando ſe exercuit moderatore *Georgio Radovio*. His peractis diſputationem inauguralem de *Exceptione SCti Macedoniani* Præſide *Henrico Rudolpho Redekero* habuit 12. Sept. 1672. & 74. d. 20. Oct. publice in *Doctorem* proclamatus. Eodem anno cum ipſius Dn. Parens menſe Martio placide obdormiret, & ejus profeſſio *Radovio* eſſet collata, *ad Profeſſionem Inſtitutionum* ab Ampliſſimo Senatu Rotzſtockienſi eſt vocatus, eandem ſumma fide ac diligentia adminiſtravit, nunquam non memor illius dicti: *maledictus, qui officium ſuum negligenter egerit*. Poſt abitum *Radovii* ad Syndicatum Lubecenſem ao. 1686. *Codicis Profeſſor* rite a Senatu Rotzſtockienſi vocatus, quam functionem quoque indefeſſo ſtudio obivit. Cum ita ſuum indefeſſum ſtudium, candorem & eruditionem omnibus probaſſet, in *Conſulem* Reip. Rotzſtockienſis anno 1691. d. 20. Apr. ſimul eſt electus, ſicque inaudito hactenus exemplo nec minus approbando, juxta Profeſſorum munus, Cos. Spartam geſſit, qui tamen poſt elapſum aliquod temporis ſpatium, Officium prius ſe depoſiturum eſſe, illud in ſe receperat. Sed heu! vix per biennium conſulari Dignitate perfunctus, ex terreſtri in cæleſtem Academiam & civitatem evocatus An. 1679. d. 15. Febr. nuptias celebravit Rotſtockii, cum Dn. *Davidis Mevii* JCti ſummi filia *Margaretha*: hac defuncta 9. Febr. 1684. ſequenti anno 1685. die 18. April. domum duxit *Annam Mariam Schwartzkopffen* Dn. *Caſparis Schwartzkopffen* JCti & Conſulis Wiſmarienſis filiam. Ex ſcena mundi diſceſſit per beatam mortem 20. Febr. 1692. cum vixiſſet annos XLIII.

LX Andr. Amſelius.

§. 60. Tranſimus ad ANDREAM AMSELIUM itidem Rotzſtockienſem, qui 1625. 18. Nov. lucis uſura frui cepit, Patre *Johanne Amſelio* Collegii JCtorum Secretario dexterrimo, Genetrice vero *Anna Lübbecken*. Avum paternum coluit Dn. *Andream Amſelium*, e non ignobili Stiriæ oppido *Stein* natales ducentem, qui propter religionem ſedem mutavit, & Rotzſtockium tranſtulit. Aviam maternam veneratur *Martham Hildermans*, Avus maternus ipſi extitit Dn. *Georgius Lubechius*, J. U. D. & Dicaſterii Provincialis Mecklenburgici Advocatus. Avia autem materna *Wendula Corven*. Ex hiſce majoribus progenitus, a Parentibus ad Pietatem & literas adſuefactus. Expleto uno ultra tria luſtra ætatis anno Lubecam miſſus, ſtudiis ſedulo invigilavit, ſub moderamine clariſſimorum Virorum Dn. *Joh. Kirchmanni*, Rectoris Scholæ, & Philologi inſignis, ac *Sebaſtiani Mejeri* tum Conrectoris. E Lubecenſi Gymnaſio a Patre in Regiomontanam Academiam ablegatus, in qua eximia cum laude aliquantiſper commoratus, & quam gnaviter Philoſophiæ operam navaſſet, ſpecimine quodam publico probavit, nam diſputationem politicam *de Legibus* a ſe conſcriptam ſub præſidio civis ſui *Joh. Quiſtorpii* junioris, tum Philoſophiæ Magiſtri, & Regiomonti degentis feliciſſime defendit. Inde in Patriam reverſus Juris ſtudio inhærere firmiter decrevit, ut veſtigiis Avi materni *Lubbechii* inſiſteret, adjutus opera celebratiſſimorum JCtorum inprimis *Joachimi Schnobelii* & *Nicolai Schützen*, ſub quibus varia non tantum Collegia Juridica ſed & diſputationes habuit. Poſt tam præluſtria ſcientiæ Juris documenta a Collegio Juridico indeptus eſt facultatem *Inſtitutiones Imperiales* ſtudioſæ juventuti privatim prælegendi, nec diu poſt 5. Febr. 1652. diſſertatione inaugurali de intricatiſſima *poſſeſſionum materia* egregie elaborata liberrimum ſibi aditum ad *ſummos in utroque jure honores* decentiſſime comparavit. Hiſce peractis lubido ipſi inceſſit inviſendi exteras regiones, & ut commodius hoc efficere poſſet, Ephoriam ſuſcepit apud nobilem Juvenem *Johannem Rhederum* Wilſtria Holſatum. Hunc *Rhederum* ſollicite erudiit, ut poſtmodum Lugduni Batavor. *Doctorali pileo* inſignitus & cum illo Britanniam & Galliam luſtravit. Peregrinatione peracta Patriam iterum ingreſſus, cumque *Hermannus Lemke* hactenus Academiæ Secretarius, cujus ſupra facta eſt mentio, diſceſſione ſua ad profeſſionem, *Secretariatum* vacantem reliquiſſet, *Amſelius Academiæ Secretarius* eſt delignatus, quam Spartam ſibi demandatam pro virili per annos XXI. exornavit. In hac ſtatione 1657. 24. Sept. *gradum Licentiati* capeſſivit, anno vero 1674. 20. Octobr. *Doctoris pileo* in auguſtiori panegyri exornatus. Cum tali honore eſſet auctus, Sereniſſimus Princeps *Chriſtianus Ludovicus* Dux Mecklenburgicus *Amſelio* 1676. *Profeſſionem Inſtitutionum* commendavit, quam vacuam reliquerat *Caſpar Habermannus*. Eadem Ducalis clementia cum mortalibus interceſſe deſiiſſet *Henricus Rudolphus Redekerus*, *Amſelium* conſtituit *Profeſſorem Pandectarum & Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſorem 1681*. Cum fide quaque dexteritate his ſibi commiſſis perfunctus fuerit officiis, quanta cum laude jura publ. priavatimque prælecta inſtillaverit bibulis auditorum animis quam frequenter Comitiis provincialibus tam Rotzſtockii quam Stellæmonti & Malchini indictis habitisque interfuerit brevitas non permittit enumerare. Vitæ ſociam elegit *Margaretham Schmidiam* Dn. *Thomæ Schmidii* Civis primarii filiam, ex qua tres filias & IV. filios propullulantes vidit, vivunt adhuc tres Filii JCti in laudem Patris. Vitam cum morte commutavit 1685. 5. Cal. Junii anno ætatis ſexageſimo.

§. 61. Pervenimus ad JOHANNEM FESTINGIUM, qui in Imperiali Lubeca & Hanſeaticarum urbium capite lucem aſpexit. Parentibus cretus mediocris conditionis, ſed honeſtis, & lautioris fortunæ. Pater *Simon* quamvis nunquam literas attigerat, tamen literarum & literatorum ſtudioſus erat

LXI. Johan. Feſting.

erat, ideoque filium suum non tantum ad Pietatem sed ad bonas literas a prima pueritia adsuefecit, & doctis Præceptoribus erudiendum tradidit. Et quidem in Patria Schola Lubecensi bene politus, & præterea privatim una cum unico filio Ministerii Senioris Dn. *Henrici Engenhagen* institutus, cum quo jactis fideliter linguarum & artium fundamentis in Academiam Rotzstockiensem missus, sub Ephoria doctissimi Juvenis, in qua mensa & tecto *Johannis Sibrandi* JCti usus. Ex illa in alias migravit Academias, inprimis in Rintelensem, & quod feliciter coepit studium juris in Academia Rotzstockiensi, fideliter tractavit. Cumque *peregrinatio solet homines non tantum politos, sed etiam cautiores reddere*, eam non neglexit, sed aliquod temporis spatium illi tribuit. Ut vero honos est præmium laboris, sic, postquam in jure belle versatus, magno omnium cum applausu *insula Doctorali* est redimitus. Licet autem *Festingius* aliquot annorum spatio Musis Varniacis valedixisset, tamen ejus memoria nondum erat extincta, itaque 1681. d. 4. Maji in locum D. *Andreæ Amselii* a Serenissimo Principe *Christiano Ludovico* Duce Mecklenburgico ad *Inst. Professionem* est vocatus. Hic quamvis adhuc juvenis tamen commissam Spartam laudabiliter ornavit, & ad superos evolante dicto *Amselio*, *Pandectarum Professor* & *Assessor Consistorii Ducalis* 1685. quoque factus. Verum, ut præcocia ingenia raro ad maturitatem perveniunt, idem evenit *Festingio*, in flore enim ætatis esse desiit, cum enim 1691. mense Julio in Patriam Lubecam suos visendi gratia migraret, in morbum lethalem incidit, qui ipsi vitam finivit. Habuit tres Conjuges, primum Dn. *Sollovii* Canonici Lubeccensis filiam domum duxit, hac defuncta ad secunda transiit vota, & *Augusti Mejeri* J. U. D. ac Canonici Lubeccensis filiam viduam juvenem *Johannes Levini Ferbers* J. U. D. & Feudalium Secretarii sibi copulandum curavit; & hac e vita discedente Dn. *Bernhardi Vetten* civis Lubeccensis primarii filiam natu minimam vitæ sociam elegit, quam viduam reliquit.

SCRIPTA: De Jure Agrorum. Præs. Mart. Gottschalck Disp. Inaug. 4. Rinthel. 1677.

LXII. Christ. Redeker.

§. 62. Sed properandum nobis ad CHRISTOPHORUM REDEKERUM, hic natione Westphalus, quæ regio ferax ingeniorum felicium. In ea regione est sita urbs Osnabruga, cui vel inde gloria accessit, quod ao. 1648. in ea inter Imperatorem Romanum *Ferdinandum* III. & Regnum Sveciæ pax esset sancita. In hac urbe 1651. d. 10. Nov. *Redekerus* progenitus, Patre *Gerhardo Redeker* cive Osnabrugensi & Matre *Anna von Anckum*, beati *Johann. von Anckum* Senatoris Osnabrugensium & *Annæ Warnefeldes* filia. Hi Parentes filium cum lacte in pietate informarunt, & postea Præceptoribus Scholæ Patriæ in literis erudiendum tradiderunt. Cum autem Patruus Dn. *Henricus Rudolphus Redeker* J.U.D. & Profess. Rotzst. illum ad se vocaret, 1661. æt. 10. Rotzstockium missus, & a Dn. Patruo suo in ædibus receptus, filii loco habitus, & Dnn. Collegis Scholæ oppidanæ inprimis M. *Blasio Grabio*, Rectori M. *Georgio Nibenkio* tunc Conrectori, & M. *Joachimo Köperto* Subrectori erudiendum traditus. Accessit & privata informatio *Johannis Baudumi*, sub quorum inspectione multum profecit, ut 1667. ad Gymnasium Sedimense jussu Patrui migrarit, usus studiorum Moderatore inprimis *Gotbofredo Ammonio* Rectore. Lustro ibi consumpto, 1672. a Dn. Patruo in Academiam Rotzstock. revocatus, ut studia bene cæpta perficeret, quod & per biennium factum, tunc 1674. cum Patruo a Rege Danorum potentissimo (cujus ille t. t. Consiliarius erat) ad Frisios Oriental. subdelegato, *Secretarii* loco una proficiscebatur, similemq; *Secretarii Spartam* sequenti ao. 1675. idem Patruus eidem demandabat, cum ille tanquam Legatus Serenissimi Ducis Mecklenburgici Dn. *Christiani Ludovici* ad circularia Saxoniæ inferioris comitia Luneburgum abiret. Hisce peractis *Ephoriam in Fionia* Daniæ insula apud nobilem Juvenem suscepit. Ex Dania redux 1677. sub Dn. Patruo & manuductione *C Spari Habermanni* JCti studium Juris ad umbilicum fere deduxit, 1679. cum nobili juvene *Lassenio*, quem in Fionia informarat, ad Batavos profectus, & quidem primum Noviomagum, ubi tum Cæsaris Regum & Electorum itemque Ducum Legati de pace tractabant, inde perrexit Lugdunum Batavorum, & cum comite suo sedulo JCtis celebrioribus *Bökelmanno* & *Matthæi* auscultavit. Ex illo loco in alias Hollandiæ, Brabantiæ & Flandriæ civitates perrexit, illasque lustravit. Ex Belgio in Britanniam trajecit, & anno 79. mense Octobri Londinum venit, inde 1680. Academias Oxonium & Cantabrigum invisit, & Bibliothecas inspexit. Ex Anglia mense Aprili in Galliam profectus, & aliquantum Lutetiæ Parisiorum substitit, inde quoque Aureliam conspexit. Et quanquam intendebat Italiam quoque ingredi, tamen retentus tristi nuncio de inopinata morte Patrui & adversa fortuna Parentis *Lassenii*; itaque postquam reduxisset comitem in Daniam 1682. mense Majo, & Parentibus reddidisset, Rotzstockium revisit, & cum Fautoribus Consilia iniit de capescendis *honoribus Doctoralibus*, quare statim in Gryphiswaldensem Academiam se contulit, nomen suum apud Decanum Facultatis juridicæ professus, examen sustinuit, inauguralem Disputationem habuit, & trigesimo Novembris a D. *Friderico Gerdesio* Decano *diademate Doctorali* redimitus est. Hoc gradu cum fulgeret *Redekerus*, a Serenissimo Principe *Gustavo Adolpho* Duce Mecklenburgico 1683. *ad Professionem Codicis & Assessuram Consistorii Ducalis* in locum D. *Alberti Willebrandi* Senioris vocatus, quod officium d. 29. Mart. solenniter suscepit, suamque fidelitatem docendo & disputando omnibus probavit. Cumque hujus viri virtus candor & promptum inserviendi studium omnibus innotesceret, & civitas Rotzstockiensis Consulem desideraret, uno ore affectuque die 24. Febr. 1693. *Consul* salutatus est, faxit Deus, ut diu in salutem Reip. Rotstockiensis superstit. A. 1683. d. 13. Sept. cum nobilissima Virgine *Sophia Agnesa Schützia* Dn. *Joh. Alberti Schutzii* JCti Gustrovii nuptias celebravit, qui nexus conjugalis post sex menses dissolutus. Itaque ad secunda vota transiit & vitæ consortem elegit *Catharinam Sophiam Gerdes* Dn. D. *Joh. Gerdesii* Consulis Gustrovienſis Senioris filiam, cum qua in pacato & fertili vivit conjugio utinam diutiuscule! Edidit disputationes sex de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Feudis, de Comitibus, de venatione &c. vide *Roſtochium Literatum.*

LXIII. Alb. Willebrand. §. 63. Iterum ſe nobis offert Agnatus ALBERTUS WILLEBRANDUS, qui patriam ſalutat Rotzſtockium, atque Patrem *Albertum Willebrandum* Seniorem J. U. D. & Codicis Profeſſorem, Conſiſtoriique Ducalis Aſſeſſorem, de quo in ſuperioribus, unde petatur, a quibus majoribus ſit progenitus. Cumque Parentem Avos ac Proavos JCtos haberet, Filium quoque Parens ſecundum pietatem inſtigavit, ut veſtigia majorum premeret, hinc nihil omiſit eorum, quæ teneram ætatem formare atque ad majora ſucceſſu temporis animum præparare valerent, ac primum privatæ commiſſus eſt informationi Dn. *Johannis Hollmanni* Hervordienſis Weſtphali tum LL. Studioſi, poſtea J. U. D. & in Patria practici, mox Scholæ Patriæ traditus, uſus informatione M. *Blaſii Grubii* Scholæ tum temporis Rectoris, ubi tales in humaniori literatura fecit progreſſus, ut dignus judicatus fuerit, qui ad ſtudium Juris animum applicaret, itque an. 1670. Academiam Francofurtenſ. adiit motus tunc temporis fama celeberrimorum JCtorum, quorum Collegia & Lectiones non perfunctorie ſed ſumma cum induſtria & ita audivit, ut per biennium probe jactis fundamentis 1672 Academias Saxonicas Wittebergenſem, Lipſienſem & Jenenſem inviſeret, ubi celeberrimor. Virorum colloquio & converſatione uſus, quæ in Academia Viadrina didicit, non parum auxit. Studiis ſic ſatis bene formatis 1673. in Patriam rediit, eademque ductu inprimis Dn. Parentis feliciſſime continuavit, ita tamen, ut aliorum ejus temporis Profeſſorum non negligeret Collegia, inprimis vero frequentavit Collegia Dn. D. *Caſparis Habermanni* Inſtitutionum Profeſſoris Ducalis. Sed lubido inceſſit, exteras iterum viſendi Academias, hinc an. 1676. Juliam adiit Academiam, ibidemque Dn. Profeſſoribus ita ſe inſinuavit, ut ſingularem eorum favorem ſibi conciliaret, & impetraret, ut licet nondum candidatus, tamen poteſtatem haberet publ. præſidendi, reſpondente *Jacobo von Ryſſeln* de *SCto Macedoniano*, quam diſputationem omnium applauſu defendit, quo ipſo favorem JCtorum magis ſibi conciliavit, ut dignum judicarent, cui ſummos in jure honores conferrent. Sed cum ſine præmiſſis præmittendis id fieri nequiret, ad Examen admiſſus, & anno 1677. inauguralem diſputationem de *Conſtituto Poſſeſſorio* conſcripſit, eamque Præſide Dn. D. *Claſenio* publ. propoſuit, & cum laude defendit. Abſoluto hac ratione ſtudiorum curſu, exteras adire nationes, earumque regiones ac mores cognoſcere conſtituit, hinc Galliam, Angliam, Belgium, maximamque Germaniæ partem permeavit, atque in civitatibus celebrioribus ut Regni compendiis, per aliquod temporis ſpatium commoratus eſt, obſervans Leges, conſtitutiones, religionem & incrementa regionum & urbium. Ex iſta peregrinatione Kilonium ſe contulit, & 1681. tum ob gloriam Patris, tum ob propriam ſcientiam Juris & Comitatem 18. Oct. publice ac ſolenniter *J. U. D. creatus* ac renunciatus eſt. Iſto ſplendore cum in Patriam rediret, ab Illuſtriſſimo Principe *Chriſtiano Ludovico* Duce Mecklenburgico in locum *Johannis Feſtingii*, qui *Andreæ Amſelio* ſucceſſerat, anno 1685. 3. Jul. eſt vocatus, & ſolenniter introductus. Qua induſtria huic officio præfuerit, non opus eſt enarrare, teſtantur id pulpita atque diſcipuli. Ad conjugium animum applicuit 1683. & ſibi matrimonio junxit *Catharinam Chriſtinam Fiſcheriam*, Ampliſſimi Viri *Danielis Fiſcheri* JCti & Conſulis Rotzſtokienſis filiam primogenitam, ex qua duos ſuſcepit liberos. Sed heu! hic vir dubia valetudine præditus eſſe deſiit 1700. 29. Mart. ætatis XLVIII.

Scripta: De venditionib9 officiorum, Roſt. 1693.
De Homicidiis permiſſis & impunitis, 1696.

CAP. III.

De Profeſſoribus Utriusque Juris hodie in Academia Rotzſtoch. viventibus.

I. Joh. Kle

§. 1. Pergimus jam ad JCtos hodie viventes, faxit Deus, ut diu ſuperſint! Horum primus adeoque Senior eſt JOHANNES KLEINIUS, *qui licet nomine parvus, doctrina tamen, Virtute atque Dignitate magnus.* Hic Patriam habet Rotzſtockium, in quo felici ſidere 1659. d. 11. Jun. in lucem editus, Patre Dn. *Chriſtiano Kleinio* JCto & Profeſſore Senatorio, cujus ſupra a nobis facta mentio: Matre lectiſſima matrona *Anna Schmidia* adhuc per Dei gratiam ſuperſtite. Patre puer fuit orbatus, ſiquidem vix quinquennis, & ut pater coeperat filium ad Pietatem & literas adſueſcere, ſic in inſtituto patris perrexit mater, inprimis cum in filio non vulgare ſentiebat ingenium, accedente & amicorum ſuaſu. Itaque commiſit filium informandum Dn. *M. Henrico Dringenbergio* tum Moralium Profeſſori, Viro in latina & græca lingua atque Poeſi verſatiſſimo. Hunc excepit *M. Johannes Juſtus Mohrius* Scholæ trivialis Rector, quorum ductu magnos in latinitate & græcis fecit profectus. In Philoſophia uſus Dn. *M. Paulo Henningio*, qui ex pontificiorum caſtris ad nos tranſiit, Philoſophiæ ſtudio clarebat, & poſtea Rekenizenſium Paſtor factus. Quia vero ſtudio Juris ſe mancipaverat, adhæſit JCto *Johanni Sibrando* ſupra laudato, atque *D. Georgio Radovio*, cujus & ſupra facta mentio, quem in *Collegiis Lauterbachianis & Feudalibus* aſſidue audivit. His in Patria præmiſſis an. 1678. ad exteros prodiit, & inprimis Franckofurtenſem Academiam elegit, motus fama celeberrimorum JCtorum Dn. *Samuelis Strykii* & *Rhetii*, quorum exoptatiſſima manuductione in jure publ. & privato multum profecit, ut quod diu illorum auditor eſſet, optavarit. Sed præter ſpem a Matre domum revocatus, noluit tamen prius domum redire, quin a ſe conſcriptam diſputationem de *gemmis* publ. ſub præſidio *T. Reimeri* JCti haberet. Igitur a. 1679. in Patriam redux Ephoria mox duorum generoſorum Juvenum de *Oertzen & de Lebſſen* in ſeſe ſuſcepta, integrum in Patria triennium ita commorabatur, ut non tantum fidei ſuæ commiſſorum rationem haberet, ſed & ſua ſimul ipſius ſtudia magis magisque proveheret: unde ſe ipſum eo tempore fortiſſimum athletam tam in reſpondendo quam opponendo privatim publiceque præſtabat, & Præſ. D. *Sibrando* tres exercitationes ex *Brunnemanno* defenſitabat. Cumque iterum abitum moliretur, prius 1683. Præſ. D. *Radovio* de *ſacerdotali* JCtor. *officio* diſputationem ventilandam propoſuit, tum mox Regiomontum petiit, atque gemmas opesque, quas apud alios collegerat,

rat, ſtudioſæ Juventuti pro virili expoſuit, ſtatim enim ſub adventum Præſide D. *Theodoro Pauli* 50. *Theſes miſcellaneas* ad diſputandum propoſuit, quo facto privatim legendi poteſtatem impetravit. Regiomonto Kilonium ſe contulit, verum ibi per exiguum tempus ſubſtitit, tunc in Patriam reditum paravit, ac ſummos honores in Jure modeſte petiit, quos quidem 1684. (prævio Examine rigoroſo & diſputatione inaugurali, quam de *Dominio Interimiſtico* conſcripſerat d. 2. Sept. ejusd. anni, Præſide D. *Sibrando* tunc temporis Decano mira promptitudine defendit). ambire voluit, non tamen prius ipſi collati, quam 1686. 7. Oct. Redimitus *Doctorali corona*, ipſi officium *ordinarii Advocati a Conſiſtorio provinciali* eſt demandatum, ab Advocatura conſiſtoriali, cum eruditionem atque induſtriam variis ſpeciminibus exornaret, *Pandectarum Profeſſio & Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſoratus* in locum *D. Joh. Feſtingii* ipſi a Sereniſſimo Duce Mecklenburgico *Chriſtiano Ludovico* oblatus, quod factum 1692. quam egregie vero is Spartam ſuam quam nactus eſt, ornet, tum varia ejus Collegia lectorio - examinatoria, tum innumeræ ejus diſputationes, ut cæteras illius Virtutes ſicco, quod dicitur, pede tranſeamus, abunde teſtantur. Cum tali modo Nominis celebritatem ſibi conciliaret, Sereniſſimus Dux Mecklenburgicus *Fridericus Wilhelmus* ejus operam & conſilium anquiſivit, & *in intimiorum Conſiliariorum numerum* adſcripſit, qua dignitate hodie ſumma cum laude fulget, faxit Deus, ut diu in commodum Ducatus Mecklenburgici & Academiæ Rotzſtoch. perennet. Anno 1687. ad conjugium animum applicavit, & vitæ ſociam elegit nobiliſſimam Virginem *Catharinam a Daſſel*, Dn. *Georgii a Daſſel* Patricii Lubecenſis, & *Catharinæ Eliſabethæ Kloximæ* Dn. *Davidis Kloximi* JCti & Conſulis Lubecenſis filiæ filiam. Hac defuncta 1688 ſecundis ſibi nuptiis junxit 1690. d. 25. Febr. itidem nobiliſſimam Virginem *Helenam Gerdſiam* Dn. *Martini Chriſtophori Gerdes* J. U. D. & Conſulis Guſtrovienſis atque *Margaretæ de Brömbſen*, nobili de ſtemmate Patriciorum Lubecenſium oriundæ filiam, cum qua adhuc in pacato & fertili vivit conjugio. Faxit Deus, ut ambo ad ſeram perveniant ſenectutem! Quæ ingenii monumenta ediderit hic Vir Illuſtris, recenſentur in *Roſtochio literato* pag. 119. ſeqq.

II. Matthias Stein.

§. 2. Sequitur MATTHIAS STEINIUS & hic quoque Rotzſtockii cum duobus antecedaneis Collegis an. 1660. d. 8. Jan. in lucem editus eſt, Patre quidem *Waltbero Steinio*, Xenodochii quondam Roſtochienſis Antiſtite & Mercatore, qui Filius fuit Dn. *Joh. Steinii* Archidiaconi quondam ad S. Jacobum apud Lubecenſes meritiſſimi, Matre vero *Anna Hinckelmanns*, *Davidis Hinckelmanni* Mercatoris Rotzſtockienſis filia & Dn. M. *Petri Hinckelmanni* ad D. Jacobi apud Rotzſtockienſes nepte & *Valentini Schachtii* Theologi Pronepte. A talibus majoribus ortus, a Parentibus ſumma cura in pietate & literis educatus, & quidem in Schola Patria uſus Præceptore M. *Job Juſto Mobrio* Rectore Scholæ trivialis deinde privata informatione gaviſus M. *Pauli Hemingii* poſtmodum Paſtoris Reknizenſis, ſub quibus hæc hauſit, ut ad altiora dignus videretur itaque 1676. anno ætatis ſeptimo & decimo ad Jurisprudentiam una cum fratre Dn. *Johanne Steinio* jam J. U. D. ejusque apud Regiomontanos Profeſſore publ. celeberrimo, animum in Academia Patria ductu potiſſimum *Johannis Sibrandi* JCti magna ſedulitate applicuit ita tamen, ut neque *Henrici Rudolphi Redekeri* neque *Rudovii* & *Lemkenii* JCtorum collegia negligeret. Ne vero domi tantum operam juri daret, & alias Academias quoque inviſere geſtiit. Primum igitur 1679. cum fratre modo dicto vicinam adiit Gryphicam, ubi Dn. D. *Fridericum Gerdeſium* & Dn. D. *Petrum Maſcovium* publ. privatimque audivit, verum non diu ibi potuit commorari ob obitum Parentis, qui ao. 1680. accidit. Domum reverſus porro aſſidue ſtudiis invigilavit, & laudato D. *Sibrando* non ſolum vacivas aurium ædes præbuit, ſed & diſputationes tres habuit. Triennio peracto in Patria anno 1683. una cum fratre ad Regiomontanam conceſſit Academiam. In hac per integrum quadriennium non tantum JCtos audivit, ſed & Ephoria apud generoſos Juvenes *Johannem Chriſtophorum & Georgium Ludovicum Finckios a Finckenſtein* laudabiliter functus eſt. Poſtea 1687. locum mutare conſtituit, adeoque cum aliis duobus generoſis juvenibus a *Lettoviis* Cracovienſem in Polonia inviſit Academiam, ubi tamen non diu hæſit, ob zelum religionis, proinde 1688. Warſoviam & dehinc Thorunium ſtudio linguæ Polonicæ a Juvenibus ipſi concreditis addiſcendæ migravit, ubi generoſis ſuis diſcipulis cum Juris Civilis tum Feudalis curſum propoſuit & abſolvit. Ab hiſce generoſis Juvenibus licet maxime ſollicitaretur, ut Ephoriam continuaret, tamen religione territus patrios lares reviſere, & brabeum ſtudiorum ambire animum induxit. Redux ergo factus 1689. præſtitis præſtandis Decano *Sibrando*, Diſputationem inauguralem, quæ *concluſiones forenſes de contractibus a Jurisprudentia Juſtinianea diverſis* exhibuit, ac d. 29. Aug. ſummo cum applauſu defendit, illaque finita ſtatim eodem die *J. U. D.* renunciatus eſt. Hoc gradu ornatus poteſtatem obtinuit tum privatim tum publ. docendi, quod & abunde probavit, ut teſtantur editæ diſputationes. His ſpeciminibus motus Ampliſſimus Senatus Rotzſtockienſis, ut in vacantem D. *Georgii Radovii* ad Syndicatum Lubecenſem ante biennium profecti, *Profeſſionem Codicis* vocaret 1693. d. 2. Maji *Quanta vero fide, quanto candore, quanta induſtria munere fungatur, hic ſine Vir integer vitæ ſceleriſque purus, non opus eſt enarrare*, teſtantur id ipſius privata & publ. Collegia atque Diſputationes editæ. Faxit Deus ut in ſalutem ſtudioſæ Juventutis per multos annos ſuperſit. Sociam thori ac vitæ elegit anno 1697. *Catharinam Margretam Wolffiam*, Dn. *Franciſci Wolffii* Theol. D. ac nuper ejusdem Profeſſoris, Paſtoris Mariani & Reverendi Miniſterii Rotzſtockienſis Directoris nunc apud Hamburgenſes Paſtoris Nicolaitani celeberrimi, Fautoris & in Chriſto Fratris conjunctiſſimi, ac *Annæ Schuckmanniæ* filiam natu majorem, b. *Hermanni Schuckmanni Theologi inclyti* Neptem, ex qua, licet in pacato vivat Conjugio, nullos hactenus ſuſcepit liberos; optamus ſi Dei voluntas, faciat eam foecundam. Scripta recenſentur in *Roſtochio literato*, *pag.* 217.

III. Jo. Joach. Schöpffer.

§. 3. Tertius ſuperſtitum JCtorum eſt JOH. JOACH. SCHÖPFFERUS, hic natus d. 23. Nov. 1661. Quedlinburgi, quæ ampliſſima quidem, ſed non munita Saxoniæ civitas, Halberſtadio duobus diſtans milliaribus, & ſeculare habens Coenobium ab Imperatore *Henrico Aucupe* ibi ſepulto fundatum ſereniſſimæ parens Abbatiſſæ. Dicta autem fuit hæc Civitas ſecundum *Cruſium Annal. Svevic. Lib. I. p. 10.* a Conditoribus & Incolis Quadis, κεάδοι, *böſs und unverſohnlich*, qui partem Moraviæ, Sileſiæ & Poloniæ (circa Cracoviam & Pettercoviam) tenuerunt, unde Saxones adhuc (*die Niederſachſen*) malum & moleſtum hominem *Quadum* vocant, *de is en* Quad Mann. Patrem ſalutat JCtum celebrem Dn. *Theodoſium Schæpfferum* Advocatum apud Quedlinburgenſes, cujus nomen jam libro immortalitatis inſertum, ob tractatum de *jure braxandi*, tr. de *ſtatu vidui. mut.* tr. de *Vitrico-Privignologia* &c. Matrem vero *Margareth. Hötenſchleben* filiam unicam *Chriſtiani Hotenſchlebens*, Mertatoris quondam Legionum Svecicæ. Avum paternum agnoſcit *Joachimum Schöpfferum* præfectum in Sander & Treckleben. Ab his, ſi a Deo diſceſſerimus, cum bonam indolem atque Ingenium adeptus eſſet, mature pueritiam ejus ſtudio pietatis bonisque literis informandum curarunt; & Præceptoribus Scholæ Patriæ tradiderunt, quorum inprimis Rectoris M. *Samuel. Schmidii* ductu in humanioribus & Philoſophiæ principiis ita profecit, ut an. 1680. menſe Aprili, habita prius ab ipſo memoriter oratione valedictoria de *Advocatorum laude*, in Academiam Salanam migrarit. Cum vero a peſte tunc ingruente periculum Jenenſibus immineret, circa finem anni Muſas Salanas deſeruit, ac domum reverſus eſt. Non diu tamen apud Patrem commoratus eſt, ſed ſequenti ſtatim anno 1681. menſe Aprili ad Franckfurtenſem Academiam ſe contulit, ubi ſtudia juris Jenæ laudabiliter cœpta Patrisque fideliſſima informatione per præcedens quadrantis anni ſpatium domi continuata, ſub directione conſummatiſſimi JCti Dn. *Samuelis Strykii* ad optatum finem perducturus, quod & feliciter a. 1683. probavit, dum diſputationem de *compenſatione fructuum cum expenſis* ao. 1682. Præſide D. *Joachimo Hoppio* nunc Syndico Gedanenſi habuit. His peractis examen ſuſtinuit, & 1683. d. 1. Nov. ſub Præſidio jam laudati Illuſtris *Strykii* inauguralem diſputationem de *Succeſſione Prætoria hodienum neceſſaria* debito cum applauſu defendit eodemq; *Strykyo* ſvaſore privatim *Hoppii Examen Inſtitutionum* gratis explicare cœpit. Porro eodem ao. privata *lectorio-examinatoria & diſputatoria ad Inſtitutiones Imperiales Juſtiniani* inchoavit, in quibus cum operam ſe ſuam non perdere ſentiret, ſtudiis ſe totum Academicis mancipavit, unde die 31. Dec. dicti anni a prælaudato Dn. *Strykio Licendiati titulo* ornatus. Ut vero novum titulum ornaret ſequenti ao. 1684. d. 6. Julii diſputationem de *acceptatione Literarum*, item de *Ceſſatione Legis Anaſtaſianæ* eodem a. nec non de *alimentis & dote familiarium nobilium* ao. 1685. collectioni Academicæ ſiſtere Præſes non dubitavit. Hiſce induſtriæ ſpeciminibus effecit, ut ao. 1687. die 14. Febr. a potentiſſimo Electore Brandenburgico *Friderico Wilhelmo* ad *extraordinariam Juris profeſſionem* in illa electorali ad Viadrum Academia vocaretur, ad quam 23. Apr. ejusdem anni introductus. Ut vero majori cum ſplendore Profeſſioni præeſſet, anno 1685. Promotore *Strykio Diademate Doctorali* redimitus. Haſce Dignitates ſumma cum laude ornavit per VI annos in iſta Academia tunc Sereniſſimus Dux Mecklenburgicus *Guſtavus Adolphus* fama Viri permotus eundem an. 1693. ad *ordinariam Codicis Profeſſionem & Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſuram* in locum Dn. *Chriſtophori Redekeri*, hodie Conſulis Rotzſtock. clementiſſime vocavit, ad quam prævia ſolenni Oratione d. 19. Oct. introductus fuit. Sed nec his limitibus honores Viri circumſcribi potuerunt. *Magnus* enim *Leopoldus* Romanorum Imperator *Schæpfferum Comitis Palatini Cæſarei* titulo eodem anno ornavit. Quos labores ſuſtinuerit, hinc Franckofurti tum Rotzſtockii ſilentii conopæo involvimus cum illos recenſeat *autor Roſtochii literati* p. 132. Hoc unicum addimus, edidiſſe Franckofurti *Synopſin Juris privati Romani & forenſis* V. Alphabetis conſtantem. Optamus ut diu perennet in ſalutem Academiæ & multorum. A. 1690. de ſocia vitæ cogitavit, quam in patria ſua feliciter invenit, & ſibi copulandam curavit Virginem Nobiliſſimam *Catharinam Eliſabetham de Mitthofen* Dn. *Hectoris Joh. Mitthofen* Cancellarii Quedlinburgenſis, cujus & majores Cancellarii extitere & *Annæ Scholle* filiam, ex qua complurium liberorum Pater factus. Faxit Deus & creſcant in ſui gloriam, Parentum gaudium & ſuorum & proximi commodum!

§. 4. Quartus ſuperſtitum JCtorum eſt JOH. BARNSTORFIUS, hunc naſcentem excepit Rozſtockium 1648. d. 24. Januar. Patre quidem *Petro Barnſtorfio* Pharmacopæo Rotzſtockienſi peritiſſimo, Matre vero *Agneta Scharffenbergs*, ex antiqua & celebri *Scharffenbergiorum* familia ortum trahente. Patrem amiſit infans, ſed Deus reſtituit abunde Parentis locum per *Georgium Henricum Weidenkopfium*, Succeſſorem Parentis, cui mater conjugio ſociata, qui tanto amore privignos ſuos *Bernhardum* & *Johannem* amplexus eſt, ac ex ſe eſſent nati, ut vere non tantum *Pater curæ* ſed & *Naturæ* poſſit ſalutari, quem amorem & curam Vitrici Dnn. privigni poſt fata ejus deprædicant. Inter Præceptores, qui literis primitus illum imbuerunt, primo numeratur *Conradus Dellbruggius* deinde Paſtor Bölicenſis. Hunc excepit præcipue *Michael Cobabus* Theologus, & tum inferiorum Mathematum Profeſſor, qui *Barnſtorffium* privatim in humanioribus & philoſophicis erudivit, & quidem tam felici ſucceſſu ut anno 1665. ad Gymnaſium Berolinenſe adjuncto ſimul itineris comite ac ſpeciali informatore M. *Erneſto Kranzio* ablegatus ſit. Ex Gymnaſio Berolinenſi ao. 1667. in Academiam Wittebergenſem conceſſit, ibique per annum & ſupra commorat. Lectionibus publ. & privatis Moralium Profeſſoris D. *Wendeleri* interfuit, ac præterea Præceptore uſus *Wernero Theodoro Martini* JCto. Domum a ſuis revocatus ao. 1668. *Henrici Rudolphi Redekeri* & *Georgii Radovii* JCtorum Collegia lectoria & diſputatoria frequentavit, præprimis vero privatiſſima informatione uſus *C. Sparis Habermanni* Inſtitutionum Profeſſoris. Sed ſibi vitio vertebat,

bat, ut diu domi lateret, ad exteras ergo rursus Academias prodiit 1671. Animum induxerat adire Argentoratensem Academiam, sed fatali casu præpeditus Jenensem elegit, ubi, postquam per biennium ad pedes Professorum juris præcipue *Johannis Strauchii* & *Ernesti Friderici Schræderi* sederat, & alios quoque Doct. juris singulari studio audierat, studium juris felicit. absolvit ut non vereretur gradum in utroque Jure petere, cui petitioni annuit Ampliſſima Facultas juridica, cum examen sustinuisset, & curſoriam lectionem absolvisset. Habita vero disputatione inaugurali *de lubrico ætatis circa id quod justum est* ao. 1673. mense Aprili Præside D. *Johanne Volckmaro Beckmanno, J. U. L.* est renunciatus. Ao. sequenti 74. a D. *Joh. Christophoro Falcknero gradus D.* ipsi collatus. Quamvis vero per biennium secunda vice apud exteros vixisset, graduque jam insignitus, nondum tamen deferbuit fervor varias regiones & urbes lustrandi, itaque præcipuas Germaniæ urbes invisit, exinde visis Batavis, in Britanniam trajecit, & notatu digna observavit. Reversus ad suos ao. 1675. animum ad *praxin juris* applicavit. Cum vero perspiceret Ampliſſimus Senatus Rotzstockiensis *Barnstorfii* Virtutes, & practicum Professorem desideraret, hunc ad publ. juris professionem, quam obitu suo D. *Jacobus Lemkenius, Institutionum Justinianearum Professor* meritissim. vacuam reliquerat, rite vocavit 1697. d. 7. Dec. quam Spartam magna cum laude ornat. Vivat, & crescat in laudem sui & Academiæ! Ao 1675. ad rem uxoriam inclinavit, & duxit nobilissimam Virginem *Annam Margarethan Willebrandiam* Dn. *Alberti Willebrandi* Senioris JCti, cujus supra facta mentio, filiam, quæ illum fecit Parentem aliquot liberorum & generum nactus M. *Joh. Kindlerum* Virum eruditum & Scholæ Wismarien sis Rectorem. Faxit Deus ut ex primogenita filia hac, & aliis complures videat Nepotes.

§. 5. Concludimus jam classem JCtorum cum CASP. MATTH. MULLERO qui & Rotzstockiensis, ut antecedaneus; ortus Patre *Henrico Mullero* Theologo & Professore, cujus vitam supra descripsimus. Pater ut pietati valde fuit deditus, & per diu ac noctu studiis invigilabat: sic filio pietatem instillavit, & doctis viris in literis erudiendum tradidit, & quidem *Hemsio*, postmodum Ecclesiæ Bentwischensis Pastori, deinde M. *Joachimo Eggerto* Holsato, a tutore *Michaele Cobabo* Theologo, informandum commendatus, ita, ut ipse tutor inspectionem informationis haberet. Cumque illas percepisset doctrinas, ut ad altiora posset progredi, in matriculam Academiæ Patriæ anno 1679. ætatis 17. est receptus, ac Informatorem nactus *Andream Amselium* JCtum contutorem suum. Præter *Amselium* vero Præceptore usus *Johanne Sibrand* JCto, cujus lectiones & Collegia diligenter frequentavit. Ao. 1680. Franckofurtum adiit, motus inprimis fama Illustris JCti *Strycki*, cujus ductu ut & *Joachimi Hoppii* JCti, quem hospitem venerabatur magnos in jure profectus fecit. Cum vero inde ao. 1682. domum revocaretur, in cœpta industria perrexit in Academia Patria, quo fine etiam Præside D. *Johanne Fessingio* Pandectarum Professore *Collegium* habuit *Lauterbachianum* & *disputationem secundam Ludwellianam* publ. collationi stitit, unde deinceps anno 1686. Decano D. *Sibrando* agnationis nexu ipsi juncto, pro Doctoralibus in Jure honoribus rite obtinendis examen subiit, quod, cum laude summa sustineret, ad disputationem quoque inauguralem admissus, quam de *minimo* conscripsit & anno 1687. mense Febr. cum applausu defensavit. *Honores Doctorales Mullero* collati anno 1689. in Academia Kilonien si, quibus impetratis, docendo & disputando suam doctrinam omnibus commendavit. Hoc perspiciens Ampliſſimus Senatus Rotzstockiensis & simul ponderans merita Parentis, ao. 1693. *ad Professionem Moralium* in locum *Hermanni Sibrandi*, JCti & hodie civitatis Sedanensis Syndici *Mullerum* vocavit, quam functionem summa cum laude ut industria gessit. Cum vero ad plures abiret *Albertus Willebrandius* junior JCtus, *Institutionum Justinianearum Professor Ducalis*, in locum ejus a Sereniſſimo Duce Mecklenburgico *Friderico Wilhelmo* est surrogatus 1700. cui muneri adhuc præest, & quidem tanta cum laude, ut invidia non habeat, quod mordeat. Concedat Deus, ut laudem Parentis æquet. Duxit uxorem anno 1693. d. 20. Sept. *Catharinam Elisabetham Biermannam* Dn. *Henrici Biermanni J. U. L.* & prædiorum Sereniſſimæ Svecorum Reginæ *Christinæ* in Pomerania quondam Inspectoris Viduam, quæ ipsum quorundam liberorum parentem fecit; Optamus ut ex illis videat nepotes. Disputationes sive scripta ejus recensentur in *Rostochio literato*, p. 164.

V. Matthæus Müller.

XXIX.

MEGAPOLEOS LITERATÆ SPECIATIM ROSTOCHIENSIS LIBER II.

SPECIALIS, DE MEDICIS A TEMPORE NATALI ACADEMIÆ VSQVE AD ANNVM 1700.

AUTORE *SEBAST. BACMEISTERO.*

CAP. I. *De Professoribus Medicis ab Academiæ Fundatione ad usque Reformationis tempus.*

§. 1. Recensuimus hactenus superiore in specimine longo ordine justaque annorum serie *Jurisconsultos* omnes, quotquot unquam a Fundatione Academiæ, quam nunc describimus, Rotzstockianæ, ad Historiæ nostræ usque productionem, utrumque *Jus Cæsareum* ac *Pontificium* s. quod idem est *Civile* & *Canonicum*, tam publice quam privatim, legendo quam disputando, studiosæ Juventuti proposuerunt, expleverunt, enodarunt: Ordinis nunc ratio postulat, ut MEDICOS Academiæ Rotzstockiensis, stipendio Ducum vel Senatus Urbis nobilissimam medendi Artem publice profitentes, huic etiam classi includamus.

§. 2. *Duo* autem ab initio in *Academia* tantum constituti fuerunt *Medicinæ Professores*, alter qui *Doctor, vel breviter doctorandus*; alter autem *Magister in Artibus & Baccalaureus in Medicinis*. Ita enim hac de re sonat *Lex. Statutor. veter. Academ. Cap. III. de Stipendiatis Universitatis & singularum Facultatum & de modo assumendi &c.* Item debent esse duo in Medicinis, quorum unus sit Doctor vel breviter Doctorandus, qui annuatim habebit 40. florenos; alter debet esse Magister in Artibus & Baccalaureus in Medicinis, qui annuatim

annuatim habebit 30. flor. Hi Doctores denſiſſimis quamvis adhuc atque obſcuriſſimis Seculis Barbaris involuti; tamen Medicam Artem pro modulo in curta tum ejusdem ſupellectile (ut Phraſi Horatiana utamur) in Academia nova Rotzſtokiana potiſſimum ex Arabum, nec non Galeni ſcriptis Balthicis in oris propagarunt: Nam ut recte obſervat incomparabilis noſter *Conringius, Introduct. Cap. II. §. 17. & 18.* nec non *Cap. III. §. 21. ſeq.* Ætas tunc quidem a Seculo IX. ad uſque XIII. & ultra, *Arabum* erat. Cum enim poſt Seculum VI. & tempora *Juſtiniani* Imperatoris una cum univerſa bona eruditione, Medica quoque ſtudia in Occidente pariter ac Oriente conciderant, ſpiſſa totum fere terrarum orbem juſto Dei judicio occupante barbarie, primum ap. Sarracenos ſive Arabas eadem hæc ſtudia refloreſcere coeperunt, & a Seculo inprimis IX. ad uſque XIII. a nato Chriſto per 400. annos Medicina apud Arabes floruit, tum in Aſia, tum in Africa, tum in ipſa etiam Hiſpania, ex quorum deinde ſcriptis rei Medicæ in Europa, & noſtra ſic etiam Germania, inſtaurationem, ſumſiſſe initium, indubitata res eſt. Forte vero inter illos in Germania vixere Medici præclariſſimi, & Practici inprimis experientiſſimi, quorum tamen ne nominum quidem, ne dum ſcriptorum illorum cognitio (rerum Patriæ Scriptorum neglectu dicam aut potius defectu) ad noſtram uſque ætatem pervenit; unus ſaltem occurrit M. *Bernhardus de Netze*, Reip. Patriæ ſuæ Lüneburgenſis Medicus, circa annum 1340. in oris Balthicis celebris, adductus a Cl. *Mellenio* noſtro Agnato honoratiſſimo in *Notitia Majorum p. 129.*

§. 3. Propoſitum autem tunc fuit in Acad. Rotzſtockienſi præter *Avicennæ* incomparabilis, interque omnes Aſiaticos pariter atque Arabicos Saracenos Seculo XI. inclareſcentes Scriptores primum locum tenentis, *Coraſeni* Perſi (*vir ſummo ingenii, magnus Philoſophus, excellens Medicus & ſummus apud ſuos Theologus, qui cum tanto ingenio, tanta Philoſophiæ cognitione, tanta denique peritia artis inſtructus eſſet, rem hactenus Græcis ipſis intentatam aggreſſus eſt, integram Artem Medicam in unum* Syſtema *redigere conatus. Quamquam enim non negaveris, multa in illo Opere Canonis occurrere, quæ correctionem mereantur, fatendum tamen eſt, eſſe Opus admiratione dignum*; quale judicium ac elogium de hoc Medico Arabo format Vir politiſſimi ingenii & admirandæ eruditionis *Conringius Introd. Cap. III. §. 23.*) & *Galeni* Scripta, etiam *H. Egidius de Urimis* (Scriptor nobis hactenus plane incognitus) & *Philaretus de Pulſibus*; (Autor Græcus, quem aliqui *Theophilum* eſſe volunt, ſcripſit etiam *de Urimis*) nec non *Nicolaus Nicolas de Compoſit. Medicin.* qui natione Florentinus juxta laud. *Conringium l. c. §. 28.* initio Seculi XV. (ſub quo Academia noſtra Rotzſtockiana condita fuit) potiſſimum exornavit, prolixiſſimus *Avicennæ* Commentator & Scriptor doctus, quique totam Artem Medicam tribus vaſtis voluminibus complexus eſt. Adducuntur autem hi Autores pluribus in *Statutis veter. Academ.* ſub Rubrica: *Statuta Facultatis Medicæ.* Etenim, prout recte annotavit ſæpius citatus *Conringius, §. 17. ib.* jam inde a Seculo XIII. occaſione Bellorum abs Europæis noſtris ad Terram Sanctam ſeu Palæſtinam iterum recuperandam ſæpius inſtitutorum, varia tum Philoſophica tum Medica Arabum Scripta in Latinum Sermonem verſa, & ex iis verſis præcipua Philoſophiæ & Medicinæ Præcepta petita ſunt a Medicis in Occidente ad uſque Seculum XVI. tumque ubique fere *Avicennæ* nonnulla & *Raſis ad Almanſorem Liber nonus* (uti in noſtra etiam Rotzſtockiana) in Scholas publice explicandi (barbare quamvis ob Seculi iſtius infelicitatem,) recepti ſunt a præclaris tum temporis Medicis Practicis. Sed de omnibus his qu. *ἐν παρόδῳ.*

§. 4. Redimus ad Propoſitum tanquam devii in viam, ubi ſtatim prima qu. in linea annotamus, deeſſe ſc. Facultati Medicæ vetuſtiſſimam ſic dictam Matriculam a fundatione Academiæ ad annum uſque 1579. productam, quod ſpatium in ſe comprehendit centum & ſexaginta annorum, ut propterea non adeo notum ſit, quinam interea temporis, præſertim ſub Papatu & primis Academiæ annis, Medicinam ſtudioſæ Juventuti in Academia Rotzſtockienſi tradidere; quantum tamen poſſumus, ſat magnam hanc Facultatis Medicæ lacunam, Hiſtoriæque Medicæ Rotzſtockienſis defectum ſupplere conabimur partim ex *Matricula Rectorum* iſtius *Academiæ* perſpectiſſima atque accuratiſſima, partim etiam ex aliis itemque fide dignis litterarum documentis. Prodeat itaque in medium ALBERTUS SCHRODER Art. Magiſter, primusque in Academia Medicinæ Doctor & Profeſſor, quo de tamen nihil aliud annotare poſſumus, niſi quod anno 1427. idque ſemel tantum Rectoratum in Academia geſſerit, cujus forte Collega primus fuit NICOLAUS RANTZOW, Med. D. anno 1420. inſcriptus, de quo tamen jam ſupra *Cap. I.* egimus. I. & II. Schröd. Nic Ra

§. 5. Sequitur M. ARNOLDUS DE TRUCHT ſ. de Trajecto. Hic venit in Academiam anno 1422. atque ſub Decanatu hybernali M. *Michaelis Hegheſterſteen* jam Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, ad Facultatem receptus eſt. Geſſit Rectoratum in Academia hybernalem 1429. Decanatu autem in Facultate Philoſophica jam functus eſt 1425. nec ullibi poſtea ejus nomen amplius occurrit, unde eum non multo poſt vel obiiſſe vel abiiſſe iterum certum eſt. III. Arn Trucht jecto.

§. 6. *Schrödero*, ut videtur, iterum ſucceſſit BERNHARDUS BODDEKER, ſ. *Bodeker* de Hatzen. Satus hic eſt Majoribus nobilibus ac magnæ autoritatis Viris *der von Hatzen*, qui domicilium ſuum cum urbis ferme initiis habuere in maxima illa ac omnium ferme urbium Germaniæ vetuſtiſſima, totiusque Thuringiæ capite, Erfurtho, de cujus origine ac nominis impoſitione videndus eſt *Joh. Chriſtoph. Olearius Rerum Thuringicarum Syntagmate Part. I. & II.* ſub nomine: *Erfurth.* Ex hac itaque Urbe & Academia etiam antiquiſſima noſter quoque ortus *Boddekerus*, anno ſtatim ſequenti II. poſt fundatam potiſſimum etiam ex Erfordienſis antea Academiæ Profeſſoribus noſtram Academiam Rotzſtockienſem, 1420. in Decanatu hybernali M. *Petri Steenheken* etiam huc venit, & ut *Baccalaureus* jam *in Artibus*, in Patria promotus una cum 7. aliis, ab eodem ad Facultatem receptus & ſubſecutus deinde ſummus IV. Ber Bodeker

in

in Philosophia s. Artibus (ut tunc loquebantur) hoc est *Magisterii Gradus*, quo anno subsequenti 1421. in omnium prima Promotione Decanatu hybernali M. *Jacobi Niegebur*, per M. *Henricum Token* condecoratus fuit. Ab eo tempore in *Professorum Collegium* & quidem *in Facultatem Medicam* receptus est, gessitque Rectoratum prima vice 1430. per hyemem, jam ante biennium *Medicinæ Licent.* pronunciatus, & postea adhuc diversis quatuor vicibus adhuc fasces Rectorales tenuit, sexies autem *Decani munus* obiit, sc. Rotzstockii & Gryphiswaldiæ, quo se ob Urbis excommunicationem Academia contulerat. Cæterum *Vir suo tempore extitit profunde doctus, siquidem non in Philosophia solum Magister & in Medica Arte Licentiatus fuit, sed & in Jure Canonico imo etiam in S. Theologia Baccalaurei gradum assumpsit*, testante non solum *Matricula Academiæ*, sed etiam B. D. *Schomero Disputat. de Functionis Ecclesiasticæ & Politicæ Combinatione*, ex quo postea hoc adduxit Historiæ Litterariæ Decus & ornamentum insigne, celeberrimus hodie in Patria nostra dulcissima, Ecclesiarum Lubeccensium ejusdemque Districtus Præsul gravissimus Dn. D. *Georgius Henricus Götzius*, Patronus noster certissimus, *Dissert. de Theologis Pseudo-Medicis. §. 5.* nunquam autem noster *Boddekerus* Rotzstochium iterum reversus est, sed cum post paucos annos in ipsa Gryphiswaldia Civitate etiam Schola universalis a Duce Pomeraniæ *Wartislao* IX. conderetur, in illa Urbe & nova Academia mansit, primus in illa Medic. Profess. ac Facultatis suæ Senior constitutus, quo in munere ac dignitate non diu vixit, sed una cum aliis VI. Viris doctis ac Collegis suis, maximam partem jam antea in Rotzstockiana Academia vitam obiit pie & placide ao. 1460. quorum omnium Effigies in una Tabula super Professorum Subsellia in Templo Nicolaitano ibidem ordine sic visuntur ac leguntur.

HENRICUS RUBENAW, J. U. D. Universitatis Gryphiswaldensis, ejus ductu ab Illustr. Principe, Duce *Wartislao* IX. apertæ, primus Rector.

Dn. NICOLAUS AMSTREDAM, Artium Liberalium Magister, S. Theolog. Baccal. primus Quodlibetarius Rostochii.

Dn. BERNHARDUS BÖTTICHER, Artium Liberalium Magister, Medic. Licent. S. Theol. ac Juris Canonici Baccalaureus.

Dn. TILEMANNUS JOHANNES utriusque Juris Doct. Canonicusq; Ecclesiæ Metropolitanæ Rigensis.

Dn. WILKIUS BOLE, Decret. D. Canonicusque Ecclesiæ Cathedralis Suerinensis.

Dn. BARTHOLDUS SEGEBER, Artium Liberalium Magister, Consul hic, post Decanus Facultatis Artium Universitatis Gryphiswaldensis.

Dn. JOHANNES LANSIDE, Artium Liberalium Magister, S. Theol. Baccalaureus, postquam Scholasticus hujus Ecclesiæ, nec non primus Quodlibetharius Gryphiswaldensis.

Anno Milleno quater & C. ter duodeno (*i. e. 1436.*)
His tum conjungo de Rostock tempore diro,
Translati studii defunguntur studiosi.
Quatuor hi primi, duo sed moriuntur & imi. (*i. e. omnes hi VII. Viri hic Gryphiswald. moriuntur.*)
Anno Milleno, quater & C. saxaque geno (*i. e. sexageno*)
Lumina qui Mundi, facundi, mente profundi,
Cum quibus electis similes vix nunc habet orbis.
Sunt hic tres cum postremis primi tumulati: (*i. e.* Rubenow, Amstredam, Botticher, Segeber & Lanside *in templo Nicolaitano sepulti sunt.*)
Defunctum quartum (*sc.* Tilemannum Johannem)
Sepelit Domus ipsa Minorum (*intelige Fratrum Franciscanorum*)
Virginis in Templo cessit tumulatio quinto (*sc.* Eoh-
Omnibus bis Christe tribuas Salvator inire (lio)
Regnum Coeleste, baratri non morte perire.

§. 7. Dn. *Arnoldo de Trucht* Successor a Duce Megalopyrg. (Senatus enim urbis tunc nullum aluit Medicum in Academia) datus est HELMOLDUS DE ULZEN. Natus hic est sine dubio in prope adjacente Civitate Imperiali Lubeca e Familia ibidem celeberrima & Senatoria *der von Ulsen*, qui a communi sua patria Civitate *Ulzen*, sita in Ducatu Luneburgensi ad flumen Ilmenaviam, nomen suum atque originem accepere, quod tunc commune erat, a Patria suum habere cognomen. Ex illis autem, qui hoc nomine inter Senatores Lubeccenses inclaruere occurrit primus *Berend von Ulsen* sub finem Seculi XII. Senator, cujus Filius *Berend von Ulsen de Junge* medio Seculi XIII. in eodem ordine inclaruit, quem in eadem dignitate sub initium Seculi sequentis XIV. sequitur *Johann von Ulsen*, nundinatione sua in qua antea vixit, *der Kremer* dictus, Filium habens *Tidemannum von Ulsen* itidem Senatorem, cujus uxor erat *Adelheidis*, Filia *Johannis Volorkercken*, cujus Pater *Thomas* fundavit sacellum in Ecclesia S. Petri. Sed hic *Tidemannus von Ulsen* periit una cum aliis Viris ac Collegis undecim anno 1350. in peste illa gravissima, quæ tunc universam fere Europam truculentissimo modo invaserat, de qua ita scribit *Chron. MSt. Lubecens. Anno M. CCC. XLVIII. fuit Pestis magna in tota Germania: & Lubeccæ eo anno plures quam novem millia hominum perierunt. Sed Senatus constituit amplificare urbem, verum id hæc Pestis impedivit: a vespere enim Laurentii, usque ad sequens tempus vespertinum, plures quam millia & quingenti homines Lubeccæ extincti sunt.* Et alius Liber MStus Germanicus, in quo series omnium Coss. & Senatorum annotatus, hanc Pestem ita describit Anno 1350. *wass thom andern Male dat gülden Jar, undt lep vele Volckes na Rome, ümme Vergevinge der Sünde willen tho erlangende uth allen Landen: dar quam des Pestilentzi manck das Volck, und brede sick uth over gantz Europam, welche dass grote Stervendt genomet werdt, vnd dan storven in Lübeck in einem Jahre 90000. Menschen, undt am Dage Laurentzii storven von einer Vesper tiedt tho der andern 1250. Menschen, Manck welckeren wern 12. Radess-Personen.* Noti etiam sunt versus de his temporibus veterum mnemonici: V. Helmold. de Ulzen.

„*Pestis regnavit Plebis quoque millia stravit,*
„*Insolitus Populus, flagellat se seminudus,*
„*Contremuit tellus. Populus crematur Hebræus.*

Item autem fatum, quod Dn. *Tidemanno* evenit, contigit etiam ejusdem Fratri aut Filio *Arendt von Ulsen* itidem Senatori, de quo jam citatus liber MStus: *Arend von Ulsen wolte der Pestilentzie entfligen*

entflegen, undt ſtarff tho Lünborg 1367. Atque ex hac forte *Ulzorum Familia* ortus quoque noſter eſt *Helmoldus de Ulzen*, qui Rotzſtochium pervenit circa annum 1434. jam *Medicinæ Doctor* alibi creatus, cumque nondum *Magiſterii gradum in Artibus* aſſumpſiſſet, anno ſequenti 1435. Decano Collega ſuo M. *Bernhardo Boddekero* Med. Lic. illo fuit condecoratus, & in ſequenti anno 1436. Rectoratum in Academia geſſit annuum, non ſolum ob migrationem Academia Gryphiſwaldium ex Urbe excommunicata, ſed etiam propter Peſtem in illis oris tunc etiam graviſſimam.

VI Henric. Schaveberg. §. 8. *Bodekerum* iterum in Profeſſione Medica excepit HINRICUS SCHAVEBERG, cujus tamen nec Patriam nec Parentes unquam cognovimus, tantum ex Catalogo Rectorum Academiæ patet fuiſſe illum in hac noſtra Academia Varniaca *Artium & Medicinæ Doctorem & Profeſſorem*, ſemelque in Academia Rectorem, np. 1449. An autem poſtea diu adhuc in Academia illa vixerit, vel abierit, ignoramus.

VII. Albert. Goyer. §. 9. Venimus nunc ad ALBERTUM GOYER, (ſic enim recte vocatur a B. Atavo noſtro D. *Luca Bacmeiſtero*, Senat. *in Catalogo MSto omnium Academiæ Rotzſtock. Rectorum, cum aliis quibusdam, quæ ſub Rectoribus notatu digna in Academia illa acciderunt, uſque ad annum Ch. 1607.* producto; hinc male HOYER a B. *Zinzerling. in Faſt. Rector. Lacisburg.* dicitur) qui *Artium & Medicinæ Doctor ac Profeſſor Publicus Ducalis* in locum *Helmoldi de Ulzen* ut videtur, in Academia conſtitutus fuit, cujus Rectorem prima vice egit anno 1466. & ultimo 1471. Tantam autem ſibi præ cæteris ob profundiſſimam in Arte Medica ſcientiam, feliciſſimamque ſuam continuatam Praxin nominis celebritatem acquiſivit, ut magnum illud Emporium Hamburgum, ſuæ Reipublicæ *Conſiliarum ac Archiatrum*, (quem Græco nomine *Phyſicum* dicimus) deſiderarit & acceperit, factus ibi IV. *in ordine Medicus primarius* 1476. qui in totius Reipubl. commodum ac ſalutem e communi Urbis Ærario aluntur, teſtante Cl. Rerum Hamburgenſ. Hiſtoriographo *Fabricio Memor. Hamburg. Vol. II. p. 1043.*

VIII. Lamb. Vryling. §. 10. *Goyerum* in Profeſſione Medica excepit LAMBERTUS VRYLING, qui Rectoratum ſemel in Academia geſſit 1488. & quidem in Imperiali ac libera Civitate Lubecca, ubi anno ſuperiori 1487. propter bellum inter Principes & Civitatem Rotzſtock quinquennalem ſe contulerat Academia; & *Lambertus* nunquam iterum rediit Rotzſtockium, ſed *Reipubl. Hamburgenſis Proto-Medicus* ordine VIII. factus eſt ao. 1490. iterum hoc atteſtante laud. D. *Fabricio l. c.*

IX. Jo. Eberbach. §. 11. Diſcedente Hamburgum ad Phyſicatum D. *Lamberto Vryling*, ſtatim illi in Profeſſione Medica ſucceſſit M. JOHANNES EBERBACH, (minime autem *Eberhard*, uti vult *B. Zinzerling. l. c.*) ao. 1491. cum adhuc Lubeccæ Academia commoraretur, Rector Magnificus electus, qui forte in illa Republ. diu jam ante Medicinam cum laude exercuerat: An autem ad finem vitæ ſuæ Profeſſor in illa Academia Varniaca permanſerit, nos latet.

X. Thomas Werth. §. 12. *Schavebergii* Succeſſor ſine dubio, fuit quidam THOMAS WERTH, Medicinæ Doctor, cujus mentionem facit in literis ſuis commentatitiis ad Epiſcopum Zwerinenſem *Conradum*, Ampliſſimus & Magnificus Senatus Academicus Rotzſtockienſis, ao. 1494. datis, in quibus abs Epiſcopo humillime deſiderat, ut hunc „D. *Werthium* una „cum aliis tribus Viris Profeſſoribus ad quatuor „Canonicatus & Prabendas, nuperrime in Collegiata Eccleſia S. Jacobi Rotzſtockenſi ab Academia de novo fundatos, creatos, & inſtauratos, „ordinaria ſua poteſtate inveſtire ſ. inſtituere ac „confirmare velit, uti pluribus hoc docent ipſæ „*Litteræ* ſupra jam *in Appendice Lib. I. ad Cap. VI. §. 10. Lit. W.* adductæ. Ex quo apparet, *Werthium* noſtrum præter Profeſſionem ſuam Medicam etiam *Canonicum Rotzſtockii ad S. Jacobum* fuiſſe, quando autem & ubi vitam cum morte commutaverit, hactenus nondum comperimus.

§. 13. *Eberbachii* in Profeſſione Succeſſor conſtitutus eſt M. ALBERTUS WINCKEL, cujus tamen Biographia etiam cum deſtituamur, nihil præterea addimus, niſi *Rectoratum* ejus, qui incidit in annum 1500. XI. Alb. Winckel.

§. 14. Qui nunc ſequitur, & forte *Werthii* ſucceſſor fuit THEODORICUS BLOCK, Medicinæ Doctor & Profeſſor, Teſtis adducitur ab Academia in Litteris emptæ *Domus Unicornis* ab *Alberto Wuffio* 1503. quas ſupra *Lib. I. in Appendice ad Cap. VI. §. 1. Lit. q. inſeruimus.* Ubi autem poſtea manſerit, & quando naturæ debitum ſolverit, cum ignorantibus ignoramus. XII. Theodoricus Block

§. 15. Succedit JOHANN. HEBRICHT, Medicinæ Doctor & Profeſſ. quem circa annum 1509. Medicam Artem in Urbe exercuiſſe, in Academia autem eam D. *Winckelii* vel deceſſi vel diſceſſi loco profeſſum fuiſſe, vel inde certo colligimus, quia eod. anno Teſtis adducitur ad ratum habendum *Teſtamentum D. Balthaſaris Jenderichs*, in quo *Seniori Theologo Domum ſuam inhabitandi perpetuo conceſſit*, uti videre eſt ex ipſo *Teſtamento*, quod ſupra etiam *l. c. §. 3. Lit. S.* inſeruimus. Cætera quæ ad hujus Viri vitam deſcribendam pertinent, adhuc deſiderantur. XIII. Joh. Hebricht.

§. 16. Accedimus ad *Blockii* Succeſſorem, qui fuit M. REMBERTUS HILSHEIM, qui Rectoratum in Academia geſſit ao. 1515. qui autem præterea egerit, aut ubi manſerit, nullibi hactenus invenimus. XIV. Rembertus Hilsheim.

CAP. II. *De Profeſſoribus Medicis ab initio Reformationis ad hodie uſque in Academia Rotzſtockienſi viventes.*

§. 1. Adduximus hactenus vel nomina ſaltem Profeſſorum illorum, qui a Fundatione Academiæ ad initium inclareſcentis Lucis Evangelii, h. e. ſpatio *centum & ſex annorum*, Medicinæ Artem Rotzſtockii tradiderunt, exercuerunt; ordinis nunc ratio poſtulat, ut ad illos quoque accedamus Medicos, qui a tempore repurgati Evangelii per *Sluterum* Rozſtockii primum ſuſcepti, ad Seculi præteriti XVII. finem ad ſtuporem uſque in eadem Academia Medicinam profeſſi ſunt, quorum primus occurrit JANUS CORNARIUS. Hic magni nominis Medicus lucem primum aſpexit Zwickaviæ in confinio Voigtlandiæ & Miſniæ ad Muldam, quæ a quibusd. *Cygnæa* appellatur, ubi natus eſt 1501. Parentibus piis & honeſtis, de cujus cognomine M. *Petrus Albinus in Chronico Miſnenſi* refert, Majores ejus Germanos cognominatos vulgo fuiſſe *die Hainpoll*, *Haye* vel *Hagenbotten*; I. Janus Cornarius.

ten; de cujus tandem a noſtro facta mutatione, lepidam quidem, ſed veram hiſtoriam adducit *Michael Barthius in Comment. ad Bucol. Virgilii in Præfatione.* Commemoravit (inquit) de ſuo „nomine clariſſimus Vir *Janus Cornarius*, quid „factum ſit, ut hoc Germanico & patrio non re„ſpondeat. Nomen ei fuit in lingua patria *Hambot*, vel ut plenius dicamus, *Hagenbot*, quod ſo„nat & denotat *Cynosbati fructum*, quem cum non „ſatis ea in re peritus neque diligens Præceptor „quidam ejus *Cornorum* appellatione recte reddi „poſſe falſo opinaretur, vertens hoc (ut plurimi „ambitioſe ſolent) *Cornarii* nomen ei indidit; „ac Puero *Corna* eſſe Latinis *Cynosbati fructus* il„los, quos *Hagenboten* nos nominamus, imperi„to adhuc perſuaſit; in qua opinione cum ille „longo tempore deinceps, multum tribuens ſuo „Præceptori, manſiſſet: ſero tandem agnovit er„rorem, & quidem tum demum, cum jam incla„ruerat Cornarii nomine, ita ut retinere et„iam tamdiu uſurpatum, quam ſero immutare „poſtea videretur conſultius. Hæc ille, & ex eo *Königius in Biblioth. vet. & nov. p. 213.* Redimus ad *Cornarii* vitam. Hic a pueris operam litteris dedit, atque Græcæ & Latinæ Linguæ uſum feliciter addidicit, quibus tanto cum fervore incubuit, ut viginti annos natus, illas jam publice iterum alios docuerit, eodemque ætatis an. ſc. 1521. d. 24. Jan. Wittebergæ *Philoſophiæ Magiſter* cum applauſu fuerit renunciatus, cui honori ſummo in Philoſophia, mox ſequenti an. 1523. ibid. acceſſit *Licentiatus in Medicina Gradus*, quo ornatus longinquas ingreſſus eſt peregrinationes, primum apud Livones, mox ap. gentes immanitate barbaros Ruthenos *Artem Medicam* exercuit; ab his in Germaniam iterum delatus, navi ad Varni littora appulſus eſt, *Henrico* Duci Megalopyrgenſi, ejus Filio *Magno*, aliquando a Conſiliis Medicis cubicullariis in Aula Suerinenſi fuit, a quo mox in Academiam Rotzſtockianam miſſus, ibi advenit in Rectoratu hyemali M. *Johannis Kruſe* 1525. ubi aliquantiſper ſummo cum applauſu Artem Medicam ſtudioſæ Juventuti propoſuit: verum ob ſummam in illa regnantem barbariem, & eruditorum apud impudentem plebem tunc nimium contemptum, nec non potiſſimorum præprimis Academicorum & Senatus Urbis, rectæ ac puræ Evangelii prædicationis impium contemptum vitæque periculoſam illius perſecutionem, ultra biennium hic non ſubſtitit, ſed exteras iterum nationes viſendi cupiditate ductus, per Belgos ad Anglos, ab his per Gallos peregrinatus Italiam petiturus, niſi in tranſitu Baſileæ in Græcos incidiſſet Medicos *Hippocratem, Galenum, Paulum Æginetam* & *Dioſcoridem* in Aldina officina Venetiis excuſos, Ticini tamen ſeu Papiæ in Italia *Medicinæ Doctor* creatus eſt. In Germaniam ſic magna in Arte Medica doctrina onuſtus rediens, primum Northuſii, Praxin Medicam ad ſtuporem uſque exercuit; hinc Francofurtum ad Moenum 1530. ſe contulit, factus ibi celeberrimæ iſtius Reip. *Medicus Primarius & Phyſicus*, ſimulac in *Medicina ſydus radiantiſſimum*. Francofurtho an. 1542. Cal. Julii Marpurgum publice in Academia docendum vocatus fuit, Hippocratem ibi græce prælegere coepit, in quo transferendo XV. annis continuis laboraverat, cujus *Interpretationem Latinam* Senatui Auguſtano cum dedicaſſet, Senatus ſollicitante *Claudio Pio Peutingero* JCto, illum *centum ſolaribus coronatis* 1546. honoraſſe, auctor eſt *Cruſius Annal. Suevic. Lib. XI. Part. III. cap. 19.* Marpurgo in Patriam ſeceſſit Zwiccaviam ubi adhuc degens anno 1553. ſecundam Editionem Hippocratis ſui Latinam paravit. Tandem etiam Jenæ in Academia publice Medicinam docuit, ubi apoplecticus obiit 16. Mart. 1558. ætat. LVIII. non autem Zwiccaviæ in Patria, ut vult *Schenckius in Bibliotheca Medica p. 267.* Tantos autem in Medicina hic fecerat progreſſus, ut *Artis Medicæ factus fuerit Inſtaurator ac Reformator feliciſſimus*, & non immerito hinc *totius Germaniæ in Re Medica Præceptor* dici poſſit, nam Arabibus repudiatis Græcorum doctrinam unice amplexus eſt & in omnibus unius *Galeni* auctoritatem ſecutus, nil niſi mera Galenica in ſuis ſcriptis retulit, hinc Græcorum Doctrinam una cum *Leonhardo* illo *Fuchſio*, Eberhardinæ noſtræ olim Medico excellentiſſimo, (quem æmulum ſemper in hoc ſtudiorum genere habuit ſummum & hoſtem publicis ſcriptis eum acerrime invehentem) in Scholis Medicis non Germaniæ ſolum, ſed & totius Europæ primum introduxere. *Fuit* cæteroquin *Vir ſummi Judicii & Græcorum lectione verſatiſſimus, qui omnibus fere Græcis Medicis in Latinum ſermonem verſis, maximam laudem adeptus eſt, præprimis hoc nomine vel æterna laude dignus, quod primus Germanorum lucem addiderit Hippocrati, atque effecerit, ut cuncta Galeni opera optimo ordine in aliquot Tomis Baſileæ vulgarentur.* Reliquit Filios duos *Achatem* & *Diomedem* Medicinæ Doctores celebratiſſimos in Aula Cæſarea & Academia Vindobonenſi. Hujus autem noſtri *Cornarii* vitæ curriculo *Cl. Baierus in Nomenclatura Profeſſorum Jenenſium* more ſuo elegantes verſus adjecit ſequentes:

Eſt Schwanenfelda JANUS CORNARIUS *ortus,*
Quæ ZWICCA HENRICI *Cæſaris ore venit,*
Promotus TICINI DOCTOR, JENÆQUE *vocatus*
PROFESSOR: *ſubitæ limin mortis adit.*

Annus autem ejusdem emortualis continetur in hoc chrono-diſticho:

eXCeLLens phoebI CornarI VIrIbVs artIs,
eXVVIas ſoLVIt parCa MaLIgna tVas.

SCRIPTA.

Autores a Cornario in Latinum ſermonem translati & caſtigati.

Parthenius, Artemidorus, Conſtantinus Cæſar, Adamantius, Xenophontis, it. Platonis Symposium: Aliquot Epigrammata Græca, Allegoria Fabulæ Tantali, Spingis, & Circes ex Pſello. Epiphanius Baſilius, Syneſius, Chryſoſtomus de Præſtantia Epiſcopalis ac Sacerdotalis muneris. Theodoretus ad medietatem operis transverſus, propter obitum imperfecte relictus. Hippocrates, Galenus, Ætius, Paulus Ægineta, Dioſcorides, Plato totus, in quem ob ipſius obitum Filius Achates Cornarius, Med. D. Præfationem ſcripſit, ac edidit 1561. Plutarchi aliquot Libelli, reliquorum Translationibus reviſis & caſtigatis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ejusd. Plutarchi Libelli: utrum Aqua aut Ignis utilior existat: De primo frigido: De Stoicis contrarietatibus: De Placitis Philosophorum Lib. 5. Marcellus Medicus Latinus antiquus castigatus. Macer de Re Medica Lib. 5. Libri proprio Marte conscripti a Joh. Cornario. De Peste Lib. II. Basil. 1551. 8.

Medicina s. Medicus Diomedi Filio inscriptus Liber unus.

Orationes II. Hippocrates s. Doctor verus; de rectis Medicinæ studiis amplectendis.

Libellus de Conviviorum veterum Græcorum & hoc tempore Germanorum ritibus, moribus ac sermonibus.

De Amoris Præstantia, & de Platonis ac Xenophontis Dissensione.

Emblemata in Dioscoridem Latinum, singulis capitibus adjecta. Propemptica duo.

In Paulum Æginetam Dolabellarum Lib. VII.

In Galenum κατὰ τόπους Comment. Med. Lib. X.

ἐπιγραφὴ sive enumeratio universæ Rei Medicæ.

Dissertatio de Ciborum receptaculis.

Orationes: habita Basileæ in laudem Hippocratis. De quæstione: Quarum Artium ac Linguarum cognitio Medico opus sit. De Obedientia. In laudem peregrinationis. Marpurgi, in V. Doctorum Promotione, An. 1549. Fuchseides III. habita Jenæ super Aphorismum Hippocratis s. aphor. I. Vita brevis, Ars longa, &c.

Præfatio s. Libellus de recto Rerum Judicio in Platonica quædam scriptus.

II Stephan. Schone.

§. 2. A. 1527. in Rectoratu hyemali D. *Lucæ Rönnebeckii*, inter inscriptos quidam occurrit Medicæ Doctor STEPHANUS SCHONE dictus, qui an *Remberto Hilsbemio*, an *Cornario* potius in *Professione Medica* successerit, nos Viri hujus Vitæ curriculo plane destituti, determinare haud valemus; sed non diu quoque hunc etiam ob doctorum hominum contemptum Academiæque tunc vastitatem summam ibidem subsitisse, certum est.

III. Joh. Hiso.

§. 3. Succedit novus Medicinæ Professor JOHANNES HISO, Ducis simul HENRICI Megapolensis *Physicus* s. ut nunc vocari malunt, *Archiater*, qui cum ex Aula ao. 1531. Rectore D. *Nicolao Leone*, Academiam ingrederetur, illam plane Professoribus desolatam & vel Discentibus omnibus fere privatam invenit, cumque sibi tunc omnem potestatem in Academiam solum vindicare Senatum Urbanum, exclusis omnibus Professoribus Principum a Concilio & Academicis Muneribus ac honoribus adnexis publicis, animadverteret, etiam non diu Rotzstockii hæsit, sed alibi se contulit, forte in Aulam iterum repetiens ad Ducem suum *Henricum*.

IV. Joh. Pellemontanus.

§. 4. Sequitur alius Medicinæ Professor JOHANNES PELLEMONTANUS, Batavus, Med. D. qui in Rectoratu æstivali D. *Nicol. Leonis* 1535. Urbem & Academiam Rotzstockiensem ingressus est, vocatus a Ducibus, ut Academiam tunc fere ad incitas redactam, cum multis aliis tunc in eam indies iterum accedentibus Professoribus, tandem restauraret, Medicamque Artem in studiosæ Juventutis commodum publice ibi proponeret; verum & hic ob vile admodum tum porrectum Professoribus stipendium, nec non bonis omnibus intolerabilem in Academiam a Senatu Urbis exercitatam tyrannidem, non diu Rotzstockii commoratus est, sed *Lüneburgum ad Physicatum* assumendum, ad quem desideratus erat, se contulit, ubi tandem vitam maxime laudabilem cum Physicatu illo deposuit, quo de ita canit *Lucas Lossius*, *in sua Lüneburga p. 110.*

„*Cognitus est nobis Pellemontanus in Urbe,*
„*Doctor erat Batava natus regione celebri.*

V. Thomas Zeger.

§. 5. Ao. 1539. in Rectoratu hybernali M. *Andreæ Eggerdes* iterum novus Medicinæ Doctor & Professor in Academiam Rotzstockiensem advenit THOMAS ZEGERUS quem *Hamburgo* evocaverat Dux *Henricus* Mecklenburg. cujus *Reipubl.* ab anno 1532. *ordine XIII. Medicus Primarius s. Physicus* fuerat experientissimus, adductus propterea a *Fabricio Vol. II. Memor. Hamburg. pag. 1043.* Atqui vero nec ille diu turbulentis his temporibus Rotzstockii subsistere potuit, nam cum ipsi commodior ac opulentior in Academia Danorum Hafniensi offerreretur Conditio, in illam se contulit, factus ibi *Professor Medicinæ* excellentissimus, ubi tamen non diu supervixit, sed mortuus est cum magno Academiæ ejusdem cordolio 1544.

VI. Petr. Stratageus.

§. 6. *Zegerum* ordine excipit M. PETRUS STRATAGEUS, alias CAPITANEUS dictus. Belga ille fuit, natus in Zelandiæ Urbe primaria Middelburgio, a situ sic dicta, (*Burgus* namque est in meditullio insulæ, quo sub nomine Germani *domorum congregationem sive crebriora habitacula quæ non claudebantur*, olim indigitarunt,) quæ Urbs est ampla atque Emporium Negotiatorum frequentatione celeberrimum, in cujus Lyceo Patrio *Stratageus* noster in bonis litteris educatus, ut in Parisiensi & Lovaniensi Academiis magna eruditionis specimina ediderit, ac *Philosophiæ Magister* salutatus. Cumque arti Pœoniæ animum applicasset, omnes sui æquales in ea superavit, ut a Præceptoribus in Academia Valentiniana *Mitra Doctoralis* ultro illi fuerit oblata. Hac fulgens magis magisque doctrina sua gloriam acquisivit, cujus radii ad mare quoque Balthicum sparsi. Accidit eo tempore, ut Amplissimus Senatus Urbanus Rotzstockiensis undequaque Viros doctos ac celebres in Academiam vocaret, *(quorum eruditione & industria exitari studia, & Academiam reflorescere & Principum Ministros excludi posse sperabat, cum nihil prorsus in Academia Principibus Juris esse volebat Senatus*, ut recte scribit Magnus *Chytræus Chron. Saxon ad annum 1551.)* inter hos & *Stratageus* noster ex Acad. Colonienſi, ubi aliquandiu cum laude docuerat, evocatus, quod factum anno 1542. atque ut *Matricula Rectorum Academiæ* attestatur, gessit Rectoratum per hyemem anno 1545. mansitque Rector per sequentem æstatem 1545 ad mensem usque Augusti, quo tempore in Academiam Hafniensem a Rege Daniæ *Christiano* III. vocatus secessit, ubi Rectoratum gessit anno 1547. & 1551 simulacque Regiæ Majestatis *Medicus Cubicularis* fuit, ibidemque tandem anno 1558 ætat. 45. vitam cum morte commutavit, sepultus in Choro Templi D. Virginis, ubi sequens ipsi erectum fuit Epitaphium.

„*Natalium Splendore, Virtute & Doctrina or-*
„*natissimi Viri Dn.* PETRI CAPITANEI, *Zelandi*
„*Midel-*

„*Midelburgenſis, Medicinæ Doctoris eximii,*
„*& Archiatri in Dania, Numerus Anni menſis,*
„*Diei & Horæ Obitus.*
OCCVbVit fatis CapItaneVs, aLta MICaret
JanI ſe Xta Vbi LVX, boraqVe nona foret.
Non diſpar Medica CAPITANEUS *arte Galeno*
PETRUS *in hoc tumulo poſt ſua fata cubat.*
Quis quantus fuerit, ſcit Lovanienſe Lyceum,
Et Schola cui Paridis nomen ineſſe ferunt.
Extulit hunc plenis formoſa Valentia baccis,
Doctorisque illum juſſit habere decus.
Urbs quoque Vernovia ſtupuit vicina docentem,
Nec non æquoreis Hafnia cincta vadis.
Sæpius hic triſti morborum turbine Regem
Exanimem vitæ reddidit ille ſuæ.
Octo decemque fere cum Conjuge vixit in annos,
Viderit ut ſimilem vix pietate ſibi.
Antonius Boldersleben ſangv. c.F.

SCRIPTA:

Prophylacticum Conſilium antipeſtilentiale ad Cives Hafnienſes anno 1553. edit. a *Thoma Bartholino in Ciſta Medica.*

De Potentiis Animæ anno 1550. Vid. Vindingius p. 87. & Bartholinus in Danis. p. 116.

VII. Gisb. Longolius.

§. 7. *Stratagei* Collega fuit, vel potius fieri debuit, GISBERTUS LONGOLIUS, celeberrimi Philoſophi *Chriſtophori Longolii* Patruus, qui Andernaci Ubiorum ad Rhenum oppido natus perhibetur circiter annum 1507. & quidem ex antiqua & nobili *Longoliorum der von Langenrechte* Proſapia, qui poſtquam prima litterarum rudimenta in Patria feliciter hauſerat, in Italiam migravit, & quod cœperat Linguarum ſtudium, fideliter excoluit. Huic junxit Philoſophiæ & Medicinæ ſtudium, in quibus adeo profecit, ut omnium votis *Medicinæ Doctor* ſit ſalutatus. Ex Italia dein in Patriam rediens, magna cum laude *D. ventrienſem Scholam* aliquandiu *rexit*. Inde *Coloniam* pervenit, & ibid. *Græcas & Latinas Literas in Academia* magna cum gloria docuit. Cumque Senatus Urbanus Rotzſtockienſis, ut modo innuimus, doctos viros undique accerſeret, etiam *Gisbertum Longolium* ex Academia Colonienſi in Rotzſtockienſem evocavit. Venit itaque *Longolius* ex Academia Colonienſi Rotzſtockium anno 1542. in Rectoratu æſtivali M. *Andreæ Eggerdes*, ſuamque operam huic Academiæ ita addixit, ut Lectionibus ſuis in Cœnobio D. Johannis ex temporis tum conſvetudine propoſitis, Academiam illam adhuc vix aliqualiter reædificatam, ſua etiam opera ac Doctrinarum cumulo diligenter atque accurate reſtaurare intenderit, uti patet ex Libro ejus tunc edito ſub Titulo: *Studii Litterarii Publici in Academia Rotzſtockienſi diligens & accurata Reſtauratio, una cum Conſtitutione Ludi Puerilis a Clariſſimo Viro* D. Gisberto Longolio, *Profeſſore Medico ſummo judicio conſcripta. Rotzſt. excudebat Ludovicus Dyetz A. 1544. m. Auguſto.* Vix autem per anni unius ſpatium Rotzſtockii hæſerat *Longolius*, reverſus eſt Coloniam, ut ſupellectilem librariam adveheret. Verum ut *ſunt humana lubrica & fallacia*, ſic Spes omnis de *Longolio* concepta fuit collapſa: Nam Coloniæ tunc in morbum poſtmodum lethalem incidit Medicus ille alias experientiſſimus ac feliciſſimus, & Euchariſtia ſecundum Chriſti inſtitutionem ſub utraque ſpecie uſus, animam ibidem efflavit beatiſſimam die quidem 30. Maji, 1543. *Fuit Vir excellenti ingenio, doctrina & pietate præditus*, unde & *Melanchthoni* admodum charus, cum anno 1542. apud *Hermannum* Archi-Præſulem Bonnæ eſſet, ut *inter Amicos illum coluerit*. Exuviæ autem Corporis *Longolii* ab Amicis Bonnam devectæ, (cum Defuncto ob veram quam profeſſus erat Religionem Evangelicam ſepulturæ locus in cœmiteriis Urbis Coloniæ a Papiſtis negatus erat, uti teſtatur *Chytræus in Chron. Saxon. Part. II. Lib. XI. p. 346. edit. in 8vo.*) & pio ibidem Eccleſiæ ritu conditæ ſunt cum addito *Epitaphio* ſequenti:

Hoc tegitur Saxo Gisberti *corpus inane,*
Longoliæ *Gentis qui fuit alter honos.*
Dicentem Auſonii vivo Cicerone *probaſſent,*
Tantus in eloquii flumine ſplendor erat.
Et quæ Doctrinæ fontes tenet Attica Lingua,
Sic ipſi tanquam patria nota fuit.
Naturæ varios didicit motusque vicesque,
Et quæ foeta hominum munera terra parit.
Calluit & Medicam dextreque exercuit Artem,
Ægrotis ſolitus ferre frequenter opem.
Peſtis Agrippina *cum graſſaretur* in Urbe,
Eripuit ſævæ corpora multa neci.
Id meritum grati cives meminere, feruntque,
Ac Artem laudant officiumque Viri.
Dotibus his tantis caſtos adjungere mores,
Et ſtuduit vera mente timere Deum.
Huic tamen extincto quidam, qui templa gubernant,
Jura ſepulturæ ſancta locumque negant.
Non aliquo talem meruit pro crimine poenam,
Sed quod vera Dei juſſa profeſſus erat.
Sola novi fuit iratis hæc cauſa furoris,
Non Evangelii lumina ferre queunt.
Huc igitur Bonnam *corpus venerabile Rhenus,*
Detulit adverſis officioſus aquis.
Et funus magno gemitu cum duceret iſthinc,
Dicitur a lacrymis intumuiſſe ſuis.
Sed mens chara Deo, quo ſpe votisque petivit,
Nunc fruitur vultu maxime Chriſte *tuo.*

SCRIPTA:

Annotationes in Ovidii Metamorphoſin.
Rhetoricam ad Herennium.
Plautum & Cornelium Nepotem.

Dialogus de Avibus.

Studii litterarii publici in Academia Rotzſtockienſi diligens & accurata Reſtauratio una cum Conſtitutione Ludi Puerilis &c. Roſt. 1543.

Plura de hoc Viro ejusque ſcriptis vide ap. *Swertium in Athen. Batav. p. 319. & Barthium in Lib. I. Thebaid. p. 91.*

VIII. Georg. Curio.

§. 8. Succedit non *Johannes*, (ut illum perperam vocat *Petrus Lindenberg. in Chron. Rotzſtock. Lib. V. Cap. VII.*) ſed GEORGIUS CURIO, uti vocatur ab Atavo noſtro *Luca Backmeiſtero* Seniore, non uno in loco, ſicque etiam occurrit inter inſcriptos in Matricula Academiæ. Vir hic natione Saxo, Medicus primum fuit atque Profeſſor in Academia Saxonum Witteberg. cujus ſub finem anni 1539. & initium 1540. uſque ad Feſtum Philippi & Jacobi Rector hyemalis Academiæ extitit, Vir in medendi Arte ita ex-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

perientiſſimus ac ſimul gratioſus, ut B. Megalandro noſtro *Luthero* tum ægrotanti, officium ſuum fideliter gratisque præſtiterit, a quo propterea etiam per literas die 25. Aprilis anni 1542. datis, Electori Saxoniæ de meliori fuit commendatus. Sed hic Vir ſtatim eodem anno ex vocatione Ducum Megalopyrgenſium in Rectoratu æſtivali M. *Eggers* anno 1542. Witteberga Rozſtockium venit, & Lectiones ſuas Medicas publice in Academia aperuit; ubi cum per aliquot annos in annum circiter 1545. vel 1546. vixiſſet, abiit *Luneburgum ad Phyſicatum* iſtius Reipublicæ. Celeberrimum autem ſuo tempore Medicum ac Practicum eum fuiſſe, verba D. *Johannis Draconitis* ſatis oſtendunt, dum in *Dedicatione Concionis ſuæ de Siloh* 1549. Lubeccæ editæ ad *Franciſcam Bordingiam* Ataviam noſtram Paternam ſic ſcribit: „*Es gelüſtet mich, das ich in allen „Sæchſiſchen Stetten die ich geſehen hab in dieſer „Evangeliſchen und freiwilligen Reiſe ſolche ge„lærte, treuwe, gottſeelige* Doctores *der Ertzney „funden hab (als zu Brunſwige* D. Antonium Ni„grum: *zu Lüneburg NB.* D. Georg. Curio: *zu „Lübeck*, D. Jacob Rhemiſsberger: *zu Hamburg* „D. Jacob Bording) *das ich ſie nicht allein darümb „lieben und loben muß, das ihre Kunſt von Höhiſten „iſt, ſondern auch das ſie dem Allmæchtigen* Siloh „*mit Hertzen und Mund anhangen &c.* Et Puerorum Informator quondam feliciſſimus *Lucas Loſſius* in ſua *Lüneburga pag. 110.* ita de *Curione* noſtro canit.

„*Corpora qui morbis affecta, Machaonis arte*
„*Curarunt quondam Phoebes vixere per urbem*
„*Ordine præſtantes Doctores atque Magiſtri;*
„CURIO *quem* (intelligit PELLEMONTANUM)
ſequitur, Medicorum gloria clara,
„*Leucorea celebri doctis adamatus in urbe.*

Hujus etiam *Curionis* Uxori *Urſulæ*, idem *Draconites* anno 1550. die 28. Apr. concionem ſuam de *Ara Dei ex 27. Cap. Exod.* inſcripſit. Tandem tamen hic *Curio* noſter ex commendatione, ut videtur, Principis *Annæ* Ducis Lüneburg. *Henrici* Filiæ, factæ Conjugis Ducis Pomeraniæ *Barnimi* circa annum 1550. in Aulam Stetinenſem avocatus fuit, laudati *Ducis Pomeraniæ Archiater* conſtitutus, quo in munere ſat ſplendidiſſimo adhuc vixit 1580. cum enim eo tempore *Form. Concord.* etiam in Pomerania recipi ac ſubſcribi deberet, *Curio* noſter cum duobus aliis iſtius ſubſcriptionem recuſavit, eo quod *Calviniſmis*, in quibusdam ſeu ut lenius dicam *Philippiſtis*, ut tunc a *Philippo Melanchthone* nominari malebant, faverent. Atque ita Vir ille factus eſt ſeptuagenario major cum moreretur. Reliquit Filium homonymum Lüneburgi natum, Theologum excellentiſſimum, de quo poſtea.

§. 6. Sequitur iterum Medicus alius Senatorius JOHANNES GOLT, Med. Lic. qui una cum *Gisberto Longolio* & aliis anno 1542. Rotzſtockium venit, ac Lectiones ſuas etiam in Coenobio D. Johannis, ibidem, antequam dirutum, ſummo cum applauſu propoſuit, verum nec ille diutius Rotzſtockii ſubſtitit, ſed aliunde cum Familia ſua migravit. IX. Joh. Golt.

§. 10. Occurrit etiam inter inſcriptos in Rectoratu hybernali M. *Joh. Brunghorſtii* an. 1543. quidam Medic. Doctor JOACHIMUS MELLIS, qui Noviomagi antea Medicinam cum gloria exercuerat, & huc forte in Academiam Rotzſtockienſem advenit *Gisberto Longolio* in *Profeſſione Medica* ſucceſſurus, ſed ob vile a Senatu Urbis Profeſſoribus porrectum ſtipendium, hic quoque diu ibidem non ſubſtitit, ſed poſt aliquot annorum ſpatium alibi ſe contulit, ubi autem & quando vitæ ſuæ debitum perſolverit, nos, Viri hujus vita plane etiam deſtituti, latet. X. Joachi Mellis.


§. 11. Accedimus jam ad Atavum noſtrum paternum JACOBUM illum BORDINGUM. Pudor quidem eſſet de hoc Viro, quem inter Majores jure meritoque numeramus, verba facere, niſi inſtituti noſtri eſſet, vitas clarorum virorum in Academia Rotzſtockienſi olim docentium literis prodere, hinc nemo nobis nunc vitio vertet, ſi hujus quoque Viri virtutes levi penicillo nunc quoque adumbremus. Auram itaque vitalem hauſit noſter B. Atavus anno 1511. die 12. Jul. Antwerpiæ, quæ Lipſio *Urbium Ocellus* dicitur, olim Hanſeaticarum urbium ſocia atque Emporium totius Europæ celeberrimum, nunc adhuc totius terrarum orbis ſplendidiſſima civitas. Parens ipſius dictus *Nicolaus Bordingus* Cives & Mercator dictæ urbis primarius, vitæque integritate nulli ſecundus, Mater vocata *Adriana Adrianæ*. Hi Parentes Filium, cum opibus abundarent, ſtudiis devoverunt, & poſtquam prima literarum fundamenta hauſiſſet, anno ætatis IX. M. *Nicolao Buſcoducenſi* Scholæ Antwerpienſis Moderatori (viro non doctrina modo, verum etiam pietate ſingulari prædito, qui ob puræ Religionis Doctrinam & Confeſſionem Bruxellæ in carcerem non ita multo poſt conjectus eſt quo tamen Dei beneficio emiſſus eſſe dicitur) in diſciplinam traditus eſt, cujus manuductione cum altiores radices in literis egiſſet *Bordingus*, miſſus eſt Lovanium, urbem tunc temporis doctis hominibus celebrem, ubi cum in Caſtrenſi Pædagogio Logicam & Phyſicam, nec non Rhetoricam a *Conrado Goclenio* deguſtaſſet, Græcam quoque & Hebraicam Linguam a *Nicolao Cleonardo* hauſit, cum vel tum perciperet, ſine earum notitia ad Philoſophiam veram non perveniri. Itaque anno ætatis XVIII. Lutetiam profectus, mox ſummorum ac doctiſſimorum in ea Academia Philoſophorum *Johannis Copi*, Ariſtotelis Philoſophiam tradentis, & *Jacobi Sylvii*, Medicam Artem explanantis, Auditor factus eſt quotidianus, ut ferme ab eorum lateribus nunquam diſceſſerit. Cum ita Philoſophiæ inhæreret, neceſſariis ſumptibus eſt deſtitutus, quippe a Parentibus ad ipſum miſſæ pecuniæ a viarum latronibus fuerant interceptæ, attamen animum non deſpondit, ſed Deo fidens, patulas ipſi fecit domus doctorum hominum, qui re conſiliisque ſuis ipſum adjuverunt. Hauſerat jam Lovanii Græcam & Hebraicam Linguam exacte *Bordingus*, ut illis ceu viatico quodam uteretur, inſtigantibus enim *Johanne* inprimis *Sturmio* ac cæteris quibusdam etiam adhortantibus qui ſtudis iisdem delectabantur, *Græcas & Hebraicas Literas publice magna* XI. Jacob. Bording.





G 99.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



magna cum laude professus est Parisiis in Lexoviensi Collegio, cui *Johannes Tartesius* præfuit. Hinc magnam gloriam sibi acquisivit, ut lubentes Viri opibus abundantes Filios suos *Bordingo* erudiendos tradiderint, ut non necesse habuerit, amplius sumptus studiorum a Parentibus requiere. Cum sic itaque per singulas Philosophiæ partes ceu Apicula quædam industria & laboriosa per campos saluberrimis herbis florescentibus consitos pervolitasset *Bordingus*, nec non Medicinæ quoque studio biennium propemodum totum tribuisset, cœpit cogitare, quo in loco hoc studium tandem conficeret. E vivis tum jam excesserat Pater ipsius *Nicolaus*, quare ne Matrem sumptibus gravaret, in clientelam & fidem Episcopi Mimatensis *Johannis de Roschefault* sese contulit, cujus insignem liberalitatem ita abundantissime sensit, ut ejusdem Episcopi impensis in Urbem quandam Galliæ Montempessulanam, Medicinæ studiis florentissimam, fuerit missus, ubi *Johannem Scirronium*, *Dionysium Fontanorum*, & *Antonium Saportam*, homines medendi Arte clarissimos, diligenter audivit. Sed dum in Episcopum hunc Mimatensem incidimus, non possumus non, quin hic simul inseramus Colloquium pium atque utilissimum, quod cum Episcopo illo super locum quendam Epistolæ Pauli ad Romanos tum habuit *Bordingus* noster, adductum a Genero ipsius, nostro Pro-Avo, D. *Luca Bacmeistero*, Seniore, *in Programmate quodam invitatorio, cum ipse anno 1562. Epistolam Pauli ad Romanos publice in Academia enarrare vellet*, sic autem ille ibi: *Memini Virum optimum* D. Jacobum Bordingum *piæ memoriæ, Socerum meum, cujus fuit excellens non tantum in Arte Medica, sed etiam in Doctrina Ecclesiæ eruditio, de studio in hanc Pauli Epistolam* (intelligit autem ad Romanos missam) *diligenti collocando, me & alios quosdam gravissime aliquando monuisse.* Ex hac *inquit*, Epistola, ego veram de DEO & salute æterna Doctrinam primum hausi, ac quo magis eam legerem, eo gratior mihi fuit & jucundior ejus repetitio, & quasi in immenso pelago sapientiæ cœlestis me versari judicabam; quare eam vobis etiam ut præcipuum thesaurum commendo. *Addebat & hoc*, cum Lovanii & *Parisiis Theologos Sorbonistas, inanibus verborum & captionum præstigiis magis deditos, quam veras sententias investigantes, interdum audiret, & Textum cum explicatione indoctorum & insulsorum hominum conferret, (ut fuit interpretationum confusione hæc Epistola præ aliis Scripturæ partibus valde contaminata) molestum sibi fuisse, quod nullum alterius sententiæ, quam veram esse judicabat, monstratorem haberet, donec clarissimi Viri* D. Philippi Melanchtonis Commentarius in Epistolam ad Romanos *produisset, quem cum forte Germanus quidam Parisiis ipsi communicasset, ita se perspicuitate interpretationis lætatum fuisse dixit, ac si magno auri pondere donatus esset. Hinc cum Mimatensis Episcopi, cujus sumptibus aliquandiu vixit Lutetiæ, comes in profectione quadam esset, & in Colloquio de Disputatione Paulina*, in qua ex Abrahæ exemplo Justificationem fidei extruit Paulus, *sermo incidisset, quod instauratio veræ doctrinæ per* Lutherum *facta, etiam tum illis in locis innotuisset, ac varia de ea Doctorum judicia essent*, Bordingus *sententiam suam dicere jussus, perspicue nativum Disputationis Paulinæ sensum Episcopo explicuit. Mirante Episcopo, ac unde tam concinnam & eruditam Explicationem haberet, acrius quærente*, Commentarium Philippi *e sinu depromptum monstravit, cujus nomen etsi Episcopo ingratum esset, tamen sententiam probavit, & ut cautus in talibus Disputationibus* Bordingus *esset, monuit.* Hæc ille. Redimus iterum ad *Bordingi* Vitam, qui Italiæ amore accensus, de profectione in Italiam cum amicis consilia agitavit. Et quidem Carpentoracte primum in itinere deflectens, cum ibidem aliquandiu subsisteret, repente in *Jacobi Sadoleti*, Cardinalis & Carpentoractensis Episcopi, Viri eloquentissimi, familiaritatem incidit, qui *Bordingum* ob singularem Doctrinam *Scholæ Carpentoractensi* præfecit, cum vix annos 26. natus esset, & hoc modo profectio *Bordingi* in Italiam tunc fuit impedita. Hanc autem Provinciam summa cum fide per aliquot annos ita administravit, ut omnium favorem in se excitaret. Quia vero scopus Bordingi erat Medicina, consilia agitavit de assumendis *Doctoris Insignibus* Bononiæ. Itaque instructus literis *Jacobi Sadoleti* Cardinalis ad *Romulum Amasæum & Scipionem Blanchinum* Bononiam ivit, factum hoc 1540. Veniens Bononiam a Viris Sapientiæ & doctrinæ laude præstantibus gratiose exceptus, & Insula Doctoralis *Bordingo* omnium applausu imposita est, cum annum ageret 29. uti ex Diplomate Academiæ Bononiensis magno apparet, quod sequens est: (Vid. in Appendice.) *Doctoris Titulo* communi Doctorum omnium judicio sic ornatus *Bordingus*, ex Italia, Rectoratui Carpentoractensi renuncians, Antwerpiam in Patriam cum Conjuge migravit, ut Civibus illic suis Artem, quam in Gallia & Italia didicisset profiteretur. Quinquennium propemodum mansit in Patria, & Medicinam exercuit, tunc ob inquisitionem Hispanicam solum vertere & Patriam deserere coactus fuit. Verum cum ignoraret, quo se verteret, modo ad *Johannem Æpinum* Theologum Hamburgensem, modo ad *Johannem Sturmium* Professorem Argentoratensem literas misit, ut in illis Urbibus receptaculum sibi acquirerent. Sed ecce DEI providentia & ope *Æpini* a Senatu Hamburgensi *Medicus ordinarius* ordine XVI, secundum seriem Physicorum a *Fabricio in Memor. Hamburg. Vol. II. p. 1043. adductam*, vocatus & constitutus fuit, quare Antwerpia Hamburgum anno 1546. cum conjuge & liberis se contulit. Verum ob nominis sui gloriam non diu ibi quoque hærere potuit, nam Illustriss. Princeps Mecklenburgensis *Henricus* Pacificus dictus, *Bordingo* Corporis sui curam commisit, & ut simul in *Academia sua Rotzstockiensi Medicinam publice pro Cathedra* profiteretur vocavit, forte ut *Curioni* Luneburgum discedentis, in Professione Medica succederet, & Rotzstockium ingressus est *Bordingus* noster Ao 1550. m. Decembr. in Rectoratu hybernali M. *Conradi Pegelii*. Literæ autem quibus evocavit nostrum Dux *Henricus* ad corporis sui curam inprimis suscipiendam, quia ad

manus

manus sunt, hic quoque simul communicamus (Vide in Appendice.) Cum vix sexennium in Academia Rotzstockiensi studiosæ Juventuti sedulo viam, qua ad Æsculapii Templum feliciter itur, monstrasset, ecce a Potentissimo Daniæ Rege vereque *Christiano* III. in Academiam suam Regiam nec non *ad Corporis sui Regii Curam gerendam* iterum fuit evocatus, qua in functione etiam vitam suam nimis mature finiit, ut mox audiemus. Cum Carpentoracte degeret, annos natus 27. duxit Uxorem *Franciscam Nigronam, Thermi Nigroni*, Patricii Civis Genuensis & *Johannæ de Roschelle* Avenionensis Filiam, quam domum duxit die 10. Nov. 1538. Nuptiali autem convivio in Domo *Johannis Juliani*, JCti. qui tum Arausionensi Civitati præsidebat, & Sororius erat Sponsæ, interfuerunt *Paulus Sadoletus*, cum tota *Sadoleti* Cardinalis ac Patrui sui Familia, *Paulus Sacratus*, *Petrus Bachetus*, JCtus & Poeta insignis, qui Sponso scripsit Epithalamium, *Stephanus Nigro*, Sponsæ Patruus, *Gabriel Iswardus*, *Antonius Dalmatius* & alii. Ex hac autem Uxore sua *Francisca*, noster *Bordingus* novem Liberorum Pater factus est: primogenitus est *Philippus*, de quo in *Classe Professorum Artium s. Regentialium*; Filiam *Johannem*, noster Proavus D. *Lucas Bacmeisterus*, Senior, in Uxorem duxit: *Nicolaus* Studiorum causa in Gallia degens 1567. ἄγαμος obiit. De IV. Liberorum *Jacobo*, supra in *Classe JCtorum* jam diximus. V. *Petrus* adolescens anno 1565. peste correptus, Rotzstockii decessit, die 24. Nov. VI. *Henricus*, in infantia ad superos evolavit. Restant *Sara*, *Dorothea*, atque *Margaretha*, ex quibus *Dorothea* septimo ætatis anno 1564. Rotzstockii etiam peste sublata est, *Sara*, autem M. *Johanni Hollenhagen*, ejusque postea in officio Ecclesiastico Successori M. *Michaele Langio*, Pastoribus Petrinis Rotzstockii, copulata fuit. Denique *Margaretha*, Dn. *Anthonio Bocatio*, Superint. Parchimensi elocata fuit. Horum autem Liberorum Parens, *Bordingus* noster, quam vero cultu ac haud fucato, sed ardenti pietatis ac Religionis Lutheranæ studio DEUM semper per vitam suam coluerit, testatur inprimis ingenua ipsius CONFESSIO, quam Hafniæ, duobus ante obitum annis sequentem in modum in Authographo conscriptam, suis reliquit:

„*Credo* remissionem Peccatorum, justitiam & „vitam æternam gratis mihi donari propter Chri„stum Mediatorem & Propitiatorem nostrum, „cum credo voci Evangelii, & Christi ipsius pro„missionibus. In Coena Domini *credo* hæc in„gentia Dei beneficia mihi conferri & confir„mari & quasi pignoris loco mihi communicari „verum corpus & sanguinem Domini nostri Jesu „Christi, non typicum aut symbolicum, mysti„cum aut phantasticum, sed corpus quod pro no„bis traditum est, & sanguinem qui pro nobis „effusus est. Quæ sit corporis aut sanguinis „Christi cum Pane & Vino societas aut conjun„ctio, vel quomodo cum Pane, in Pane, sub Pa„ne, nobis communicetur, fateor me meis inge„nii viribus non intelligere, nec physica ulla ra„tione percipere; sed *credo* verbis Christi, quem „scio omnipotentem esse & veracem, vere„que & substantialiter adesse, ubicunque se ver„bo suo alligarit.

Hafniæ IX. Martii, An. MDLVIII. *Jacobus Bordingus.*

Obiit hic tantus vir in florenti adhuc ætate constitutus, vix quinquagesimum annum attingens, cum Academiæ Hafnienſis Rector esset, an. 1560. d. 5. Sept. Laudavit eum in Academia *Oratione Parentali*, Rotzstockii typis postea excusa, *Johannes Spithovius*, Prof. Phys. Hafnienſ. ibidem quoque sc. Hafniæ, ipsi erectum fuit *Epitaphium* sequens:

D. O. M. S.

DOMINO JACOBO BORDINGO, ANTWERPIANO, VIRO IN OMNI PHILOLOGIA, ET PHILOSOPHIA BENE ET ELEGANTER VERSATO, ET PROPTEREA SADOLETI QUOQUE ALIORUMQUE EXTERORUM DOCTISSIMORUM MONUMENTIS PUBLICE CELEBRATO, PRIMUM PATRIÆ, DEINDE DUCUM MEGAPOLITANORUM ET SERENISSIMORUM DANIÆ REGUM CHRISTIANI III. ET FRIDERICI II. ARCHIATRO: ACADEMIARUM ROSTOCHIANÆ ET HAFNIENSIS ORNAMENTO: OB VERÆ PIETATIS, ERUDITIONIS, SAPIENTIÆ ET OMNIUM VIRTUTUM LAUDEM, MEMORIAM PERENNEM JAM PRIDEM ADEPTO: GRATI HOC ANIMI MEMORACULUM PATRI OPTIMO, SIBIQUE ET BONIS OMNIBUS DESIDERATISSIMO, IN BEATÆ REPARATIONIS SPEM JACOBUS BORDINGUS F. J. U. D. PROF. ET CANCELLARIUS MEGAPOL. P. C.

PIE OBIIT HAFNIÆ AN. CHRIST. M. D. LX. SEPT. V. HORA IV. VESP. AN. ÆTAT. L.

Rotzstockii præterea Effigies illius apparet in *loco Concilii Academiæ*, cum sequenti Circumscriptione:

JACOBUS BORDINGIUS, ANTWERPIENSIS, PHILOS. ET MED. D. EXIMIUS, NATUS AN. M. DXI. DIE XII. JULII DUCUM MEGALBUR. ET DEINDE REGUM DANIÆ CHRISTIANI III. ET FRIDERICI II. ARCHIATER, PROFESS. HUJUS ACADEMIÆ ANNIS VII. OBIIT HAFNIÆ AN. M D. LX. DIE V. SEPT. ÆTAT. AO. L.

Epitaphium autem etiam eodem in loco, in Templo sc. Mariano extans, ita habet:

CHRISTUS *pro nobis mortuus resurrexit; & nos mortui certo resurgemus.*

D. JACOBO BORDINGIO, ARTIS MEDICÆ DOCTORI, ET SERENISSIMI REGIS DANIÆ ARCHIATRO, VERA SAPIENTIA ET COGNITIONE TOTIUS PHILOSOPHIÆ, ET TRIUM LINGUARUM, ET VERÆ DE CHRISTO DOCTRINÆ, ET OMNIUM VIRTUTUM LAUDE PRÆSTANTI, VIRO CLARISSIMO ET OPTIMO: QUI IN HAC QUOQUE URBE ET ACADEMIA ANNIS SEPTEM VIVENS ET DOCENS, OMNIUM BONORUM ET DOCTORUM EXIMIA STUDIA, ET HONESTISSIMAM AC PERPETUAM MEMORIAM SIBI COMPARAVIT, ET TANDEM HAFNIÆ DECESSIT, ANNO CIↃIↃLX. DIE V. SEPTEM-

V. SEPTEMBRIS, HORA IV. VESPERTINA, CUM ATTIGISSET ANNUM ÆTATIS L. CONJUX FRANCISCA NIGRONA ET LIBERI POSUERUNT.

Occidit ingenio, BORDINGUS, *clarus & arte:*
Moribus ingenuis, & pietate gravis.
Ipsa fui Probitas, viva & virtutis imago,
Quem merito amissum Danica terra dolet.
Nunc levis urna tegit corpus: Mens æthera scan-
Ast volitat passim Fama per ora virum. (dit:
Lustra decem nondum complerat tempora vitæ,
Illius at celebris fama perennis erit.

Paulus Matthias F.

EPIGRAMMA DAVIDIS CHYTRÆI præfixum *Orationi Funebri* scriptæ a *Johanne Spithovio,* Monasterienſi.

BORDINGO *Christus dederat, ceu verus Apollo,*
Non solum ut medica primus in arte foret:
Sed mentem illius, sancto quoque Flamine rexit,
Et vera ornavit cognitione sui.
Ipsius ex vultu bonitas, candorque refulsit,
Et Sol Justiciæ Filius ipse Dei.
Parisiis sanctæ docuit primordia Linguæ,
Et simul Archolico verba referre sono.
Tunc & amicitiæ Tibi vinclis inclyte STURMI,
Inde SADOLETO *junctus amore fuit.*
Doctorem Medicum *præclara* Bononia *fecit,*
Arte sua Patriæ *profuit inde suæ.*
Post in Saxonicis vixit cum conjuge terris,
Ut posset vera Relligione frui.
JANUS *cum Princeps* ALBERTUS *semper amavit,*
Et Danico Regi gratus Alumnus erat.
Ille pie vixit, sancte hinc discessit, & inter
Nunc canit Angelicos Carmina læta choros.

SCRIPTA:

Enarravit publice in Academiis Rotzstockienſi & Hafnienſi *Φυσιολογίαν, ὑγιεινὴν* & *παθολογίαν*; quas Medicinæ Partes ſeu potius Commentarios in VI. Galeni de ſanitate tuenda, & III. ejusd. de morborum & ſymptomatum Differentiis & cauſis libros: una cum *Conſiliis quibusdam Medicis Illuſtriſſimis Principibus a Bordingo præſcriptis*, conſenſu Filii *Jacobi Bordingii* JCti, junctim edidit *Levinus Battus,* Medicus Rotzſtock. 1591. 8. ibid.

Oratio de vita & obitu *Chriſtierni* III. Regis Dan. & Norw. Ottoniæ die 12. Febr. an. 1559. recitata, Hafniæque eodem anno impreſſa & mox Wittebergæ.

Diſputatio de Catarrho, Rotzſtok. recuſ. 1623.
Cephalalgia autumnali, ib. 1617.
Incubo, Jen. recuſa 1602.
Uroſcopia ſ. de Urinis, Roſt. recuſ. 1605, 8.

Hendreich in Pandect. Brandenburg. p. 41.

XII. Jo. Tünnichæus.

§. 12. Jam nobis dicendum eſt de JOHANNE TÜNNICHÆO, quantum nobis conſtat, & comperimus. Qualis fuerit natione, quoque in loco in lucem prodierit, ignotum nobis. Accuratam ejus fuiſſe educationem, vel inde in propatulo eſt, quod inſignem non tantum habuerit cognitionem Medicinæ, ſed & linguarum & Philoſophiæ, unde non tantum *Philoſophiæ M.* ſed & poſtmodum *Medicinæ D.* ſalutatus. Cumque ejus fama ubique ſerperet, Illuſtriſſimi Principes Megapolitani *Tünnichæum* in Academiam ſuam Rotzſtockienſem, ut Medicinam profiteretur, vocitarunt, factum hocce circa annum 1558. cum *Bordingus* Hafniam diſceſſiſſet. In ea ſtatione ſe ſane fidelem & aſſiduum præbuit, ut ſummam laudem reportarit. Etenim publice in Academia Doctrinam de febribus; *Galeni* de Temperamentis libros; Scholam Salernitanam; Μικροτέχνην *Galeni*; *Joh. Placotomi* compendium de tuenda ſanitate; Prognoſtica *Hippocratis, Galeni* de Methodo medendi; Doctrinam de Humoribus; Totam Artem Medicam ex *Galeni* Scriptis per Tabulas dictatas, propoſuit, ex quo, quantus laborioſus Vir extiterit ſatis ſuperque apparet. Anno 1564. menſe Sept. Inſignia gradus Magiſterii Philoſophici contulit *Jano Bocero* J. U. L. Poeſeos Profeſſori, & Poetæ laureato in loco Concilii. Obiit hic *fidelis ac doctus Vir & Proto-Medicus*, ut vocatur a *Lindenbergio*, tempore peſtis ſæviſſimæ, anno 1565. in quem vere illud Ducis Brunſwicenſis Symbolum: *Aliis inſerviendo ipſe conſumor*, competit: dum enim alios peſtilentiali lue infectos fideliter curat, ſuam ipſius vitam neglexit. Etſi autem flore ætatis deceſſerit, tamen *ad Senioratum Facultatis ſuæ* pervenit. Scripſit *Tunichæo* Epitaphium *Joh. Poſſelius* Senior, poſtquam una die cum conjuge *Catharina* & filiola *Margareta* 22. Sept. extinctus eſſet.

Εὐθάδε κοιμᾶται πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
ἰητρὸς ὑγιεὶς καὶ μάλα χρηστὸς ἀνὴς
σέχνες ἔυ εἰδὼς νοσίμους ἰήσαλο ἄλλες
πανδοίες πιστῶς ἠδὲ καὶ ἰτραλέως.
Ἄλλες ἰᾶτο φρενίμως, ὥυκ' ἀυτῷ ἔλπαι
ἄλλες ῥυσαμενῷ σφὸν μεν ὄλεσκε βίον.
Τοῦτο ἀποφθιμένον ἔτι ἐκ ἔθελον βωλεύειν
ἡ θυγάτης ἀπαλὴ καὶ χαρίεσσα γυνὴ
ἀλλὰ καθὼς ἐν τῳδε βίῳ μέτοχοι ἐγένοντο,
ὄφρα ἐν θανάτῳ πίστοὶ ὀπαδοὶ ἔσαν.
τυγχῶν συζῶσιν μακάρως, οἳ σύνθανον ἀγνῶς,
καὶ κλείνσι θεὸν χόρῳ ἐν ὑρανίων.
τυννιχέως ἑρομεν τέχνης πολύ φερτάτον ἀνδρός
ἡμῖν ἰητρος χρειὸ σὺ ἴσθι φίλος.

SCRIPTA:

De universa Febrium natura, eſſentia, differentia, cauſa, ſymptomatibus, ſignis & curatione, non modo febrium communi, ſed ſingularum quoque propria, Roſt. 1560.

Tota Ars Medica ex Galeni ſcriptis per Tabulas collecta.

XIII. Gerh. Nennius.

§. 13. Sequitur GERHARDUS NENNIUS, qui natione Sleidanus, in oppido Weſtphaliæ Sleida ad Eiflam ſito, Comitum olim Manderſcheidianorum ſede, natus; quibus vero Parentibus progenitus, nobis incognitum. In literis illum belle educatum, ex ipſius eruditione ſatis patet, nam *in lingua græca, latina, hebræaque atque Matheſi*, quas variis in Academiis addidicerat, *fuit verſatiſſimus*, unde non ſolum *Philoſophiæ M.* fuit ſalutatus, ſed cum & Medicinæ ſe totum devoverat, *Medicinæ* quoque *D.* eſt creatus. Hujus doctrina cum in Megapolin quoque percrebuit, a Sereniſſimis Ducibus Megapolitanis ad *Profeſſionem Medicinæ & Matheſeos* eſt vocatus, & quantum quidem colligere licet, circa an. 1560.

Muneri suo summa cum fidelitate & laude præfuit, sic enim de illo scribit *Marcus Hasæus* Hebreæ Linguæ Professor, in funere filiæ Dn. M. *Erasmi Stockmanni* Professoris Physices conjugis: *Grata mente memoriam clarissimi olim Viri, eximia eruditione & virtute præstantis* Dn. GERARDI NENNII *Philosophiæ & Medicinæ D. & Professoris in hac Academia pie defuncti conservamus. Tot enim is de tota hac Academia, & juventutis studiis fideliter & magna dexteritate docendo, & exercitia scholastica habendo, præclare meritus. Nam & in arte Mathematica, & aliis artibus & linguis, latina, græca & hebræa plurimum excelluit, inque iis studiosos adolescentes summa fide diligentiaque instituit ac erudivit. Martinus Chemnitius* JCtus in Programmate quodam de GERHARDO NENNIO hæc scribit: *De hac Academia præclare meritus est non tantum profitendo artem medicam, sed etiam Matheſin & Geometriam, & græcos Authores ac Ebraicas literas magna gratia & dexteritate interpretando, & mensam communem primum nomine Academiæ adornando, & recte beneque apparando.* Sed non diu tanto bono gavisa est Academia Rotzstockiensis, nampræ propera mors hunc virum anno 1566. ipsi eripuit. Duxit uxorem *Catharinam* viduam *Joachimi Coleri*, ac filiam *Bernhardi Hagemeisteri* Consulis Rotzstockiensis multo rerum usu & authoritate præstantis, & egregiis in Rempubl. meritis clarissimi.

XIV. Petr. Memmius.

§. 14. Pergimus ad PETRUM MEMMIUM, Herenthalio Belgam, qui anno 1531. inter mortales numerari cœpit. Hic postquam in literis belle informatus, summos etiam in illis fecit progressus, ut eruditorum choro potuerit adscribi, & cum animum ad artem Pæoniam applicasset, tanto cum ardore & fervore eam addidicit, ut *Medicinæ D.* summa cum gloria sit creatus. Hoc honore splendens magis magisque artem medicam excoluit, eamque exercuit Ultrajecti. Verum immani truculentia *Albani* Ducis Ultrajecto & Belgio expulsus, item fatum sentiens, *Jacobus Bordingus* Medicus, atque sic omnibus bonis exutus, cum Conjuge sua venit Rotzstockium & Rectore *Johanne Borcholt*, J. U. D. & Prof. anno 1568. Matriculæ Academiæ fuit insertus. Hærens Rotzstockii statim quilibet sensit, qualis quantusque Vir *Memmius* esset, cumque Amplissimus Senatus Rotzstockiensis Professorem Medicum & Physicum Urbis, juxta *Transactionem Form.* sic dictæ *Concord.* desideraret, actutum *Memmium Professorem & Physicum Reipubl.* constituit, qui quoque, quam spem de illo conceperunt, abunde implevit. Sed & majores Dignitates Deus *Memmio* reservaverat, itaque Serenissimus Dux Mecklenburgicus ULRICUS *Memmio corporis sui curam* commisit, & cum anno 1572. ad Generum suum potentissimum Regem Daniæ FRIDERICUM II. in Daniam trajiceret, hunc *Memmium* secum abduxit, qua occasione & Regi Daniæ notus factus, qui ob doctrinam & Virtutes *Memmium* & suorum *Archiatrorum numero* adscripsit. Tandem Amplissimus Senatus Lubecensis *Memmium* ex Academia Rotzstockiensi *Lubecam* vocavit, ut *Physici munere* fungeretur, quod & anno 1581. in se suscepit, & aliquot annos summa cum laude sustinuit. Habuit uxorem *Gertrudam, Jani Longolii*, ex antiqua & nobili *Longoliorum der von Langenrechte* prosapia oriundi Viduam. Obiit Lübecæ 1589. d. 17. Jul. ætatis LVII. Effigies ejus conspicitur in loco Concilii Academiæ Rotzstockiensis.

SCRIPTA:

Commentarius brevis & concisus in Jusjurandum Hippocratis.

De recto Medicinæ usu. Delph. 1564. 8vo.

XV. Henr. Brucæus.

§. 15. Ordo jam nos deducit ad HENRICUM illum BRUCÆUM. Amplissimus sese offert campus dicendi de hoc Viro, omnia autem in compendium contrahemus. Natus 1530. Alosti, quæ est civitas ampla & munita in Flandria, Patre *Gerhardo von der Brock* Ordinis Senatorii Viro, satis & docto & fortunato, Matre vero *Anna Pissotia*. Parens filium puerum destinaverat literis, & Gandavum miserat sub Disciplina *Simonis* Ludi Magistri, sub quo tyrocinia artium fecit, & mature ad Mathemata & reliquas Philosophiæ partes animum appulit. Ut primum autem ex Ephebis excessit, in Galliam missus, atque Parisiis studia strenue est persecutus. Exacto ibi triennio, Brügis *adolescens teneram ætatem informavit*, sed pertæsus pulveris scholastici, satis juvenis ultra Alpes profectus, Bononiæ ad radices Apennini per integrum septennium substitit, ut ea quæ fuisset domi exorsus, illic percoleret, sed potissimum artem medicam disceret. Pater non parcebat sumptui, filius minime labori: Pater dabat, filius sibi in memoriam revocabat illud Plinii: *Omne perire tempus quod studiis non impenditur*, itaque *omnes particulas temporis tanquam sarmenta & fila aurea colligebat*. Audiebat Monachos, Viros doctissimos in Logicis, & sublimiori scientia, quæ *μελὰ τὰ Φυσικὰ* nominant, & cum humanissimis nobilissimisque erat quotidie in studiis mathematicis, inprimis vero Medicis operam dedit, cum Medicinam scopum suorum studiorum sibi proposuerat. Postquam id effectum reddidit, qua gratia Bononiam advenerat, de sententia Amplissimi illius Collegii *Medicus in solenni Panegyri est declaratus*. Hac Dignitate fulgens, antequam in Patriam reverteretur, Romæ ad tempus *Medicinæ & Mathematum Prof.* fuit. Hinc Alostum ad suos reversus, tum *Medicus urbis tum Reipubl. Senator* est electus, atque tam arte quam consilio suo cives suos juvit, idque per sexennium, antequam motus Belgici extarent, nam Pater jam tum decesserat. Motibus in Belgio excitatis aliorsum sedem fixam quæsivit, & invenit Rotzstockii. Cum enim in Academia ad Varnum desiderarentur duo Medici duobus prioribus videl. *Tunnichæo* & *Nennio* contagio quod illic paulo ante sævierat, sublatis *Brucæus* a Serenissimo & literatissimo Principe JOHANNE ALBERTO Duce Megapolitano, summo Reipubl. literariæ Patrono, postquam de insigni eruditione *Brucæi* in pluribus doctis Viris cognovisset, (inprimis a *Davide Chytræo*, qui in Epist. ad *Joh. Albertum* Ducem anno 1565. data, sic scribit. *Inquisivimus hactenus magna circumspectione & fide Artificem, qui Artis Medicæ & Mathematum*

thematum ſuperiorum ſtudia in Celſit. V. Academia propagaret. Hunc cum Deus nobis ſollicite exquirentibus clementer tandem obtulerit Medicum & Mathematicum eximium, ac Virum Doctrina, virtute & humanitate plane Bordingo *noſtro ſimilem, ſed Geometram & Aſtronomum præſtantiorem*, D. Henricum Brucæum Aloſtenſem: *reverenter a Celſit. V. peto, ut eum nobis Collegam, aſſignato Bordingi* 200. Taler. ſtipendio, clementer adjungat, &c.) in locum *Gerhardi Nennii Medicinæ & ſuperiorum Mathematum Profeſſoris* vocatus eſt, nec ſolum Princeps profeſſionem *Brucæo* obtulit, ſed & quoties opus foret, Aulæ præſto eſſet. *Brucæus* hanc conditionem acceptandam cenſuit, & accepit anno 1567. m. Julio. Quanta vero cum laude quanta cum fide, quanto cum ſtudio integros 27. annos Mathemata frequenti auditorio explicarit, & Medicinam magna cum laude factitarit, vix fari licet. *Johannes* ille *Caſelius* ſic de Johanne *Brucæo* in Epiſtola quadam ad *Gregorium Bersmannum* ſcribit: *Henricus Brucæus Logica, Geographica, Aſtronomica, Phyſica, cum luculenta ſuavitate divinitus explicavit. Eſt enim hic, Vir multiplicis bonæ doctrinæ copia inſtructus, & reconditis literis præditus, præter artis medicæ peritiam in qua quantum excellat, in meo ipſius corpore ſæpius experior, quam me amici experiri velint, ſed tamen ſecundum eſt ſi non ſemper firmiter valeas, ſarcire valetudinis ruinas uteunque poſſe: quique in ea re nobis ſerviat, magis etiam videatur colendus quam Æſculapius.* Cl. *Lindenbergius in Chron. Roſt. Lib. V. Cap. XI.* vocat hunc BRUCÆUM *Mathematicum & Philologum* πολύγλωζτον *& Medicum eruditiſſimum, de cujus virtute & laudibus, quæ ſuperatis Alpibus, in Italia celebrantur, florent in Gallia, & omnia Germaniæ loca complent, facilius eſt deſinere, quam incipere; ejus ſane Libros doctorum hominum libraria gazophylacia non excludunt.* Hic tantus Vir diu admodum Pontificiæ religioni, in qua erat natus atque educatus, fuit addictus, neminem tamen neque læſit, neque verbulo & factis offendit; cum vero ad Senium vergeret ipſius ætas, & bene in noſtra orthodoxa religione eſſet informatus, atque propria conſcientia convictus, nuncium remiſit Pontificiæ religioni, atque Lutheranæ ut vocatur, ſe totum devovit, in qua cum duos & ſexaginta annos compleviſſet, forti apoplexia correptus, placite Deo ſpiritum reddidit anno 1593. die 5. Jan. *Henricus Smetius* excellens Medicus & Poeta tale dat *Brucæo* elogium:

Vir probus, humanus: Vir candidus officioſus,
Natura lepidus, ſobrietatis amans.
Moribus ingenuis affabilis, ore diſerto,
Communiferam inopes hoſtis avaritiæ.
Attamen Oeconomus prudens, & promptus amicis,
Munifico ſtudiis, pauperibusque animo.
Juſtitiæ cultor fideique, & pectore fortis,
Acris judicio, conſilioque potens.
Dignus Nelider qui Neſtora vinceret ævo.
Gloria Piſſotæ non moritura domus.

Effigies ejus conſpicitur in Concilio Academiæ Rotzſtock cum ſequenti Subſcriptione. HENRICUS BRUCÆUS Philoſoph. & Med D. NATUS ALOSTI IN FLANDRIA Anno MDXXX. Profeſſionem Medicinæ & Mathematum adiit Anno CIↃIↃLXVII. Menſe Julio. Obiit A. MDXCIII. die IV. Januarii.

Scripſit de motu primo Aſtronomico libros III. Roſt. 1570. auct. 1604. a Stockmanno.

De Scorbuto. Roſt. 1599.

Inſtitutiones Sphæræ.

Exercitationes Mathematicas. Roſt. 1575. 8.

De variis rebus & argumentis Medicis Epiſtolas, confer. Hendreichii Pandect. Brandenburg. p. 789.

§. 16. Jam ſeſe nobis offert LEVINUS BATTUS, qui Gandavii vulgo Gent in Flandria, Urbe Europæ magna, clara, Viris præclaris in ea genitis, in lucem editus anno 1545. menſe Dec. Patre *Bartholomæo Batto*, qui radiis divini Numinis illuſtratus, Lutheranam, ut vocatur, religionem eſt amplexus, tantoque cum ardore & conſtantia, ut, cum Dux *Albanus* infernalibus furiis agitatus, univerſum Belgium & in eo Flandriam ferro, igne, rota & laqueo ad obſervantiam edicti Tridentini perſequeretur, omnibusque iisque ſplendidis facultatibus longum valere juſſis, ſuperatis & vinculis ac carcerum ſqualore, viam ſatis moleſtam, centum ſcil. milliarium, cum uxore *Martina Piſſotia* ac novem liberis Rotzſtockium verſus emetiri, & ſponaneo potius exulio quod ſceleſtiſſimis raſæ cohortis imperatis ſe ſubiicere, paternoque promptius ſolo, quam Veritati cœleſti valedicere, ne cœli jacturam faceret, maluerit. Huic *Batto Henricus Smetius* Poeta excellens, elegans Encomium in excuſis Parentalibus reliquit, ejus Epitaphium conſpicitur in Templo Mariano Rotzſtockii, ubi ſepultus. Tali Patre ſatus *Levinus* noſter, & in Pietate ac literis fideliter educatus, uſus in prima pueritia inſtitutione *Johannis* vel *Jani Ottonis*, a quo & latinæ & græcæ linguæ primordia accepit. E patria Antwerpiam miſſus, & in primis *Johann. Stadii* manuductione uſus, a quo monſtrante Mathematices elementa accepit. Hic cum biennium exegiſſet, Rotzſtockium migravit, ex Academia Rotzſtockienſi abiit Wittebergam, ut, quæ hauſerat, Rotzſtockii, Wittebergæ ulterius perſequeretur, uberioremque ingenii cultum caperet, *Philippumque Melanchthonem* auſcultaret: Huic cum induſtriam & profectus ſuos probaſſet, anno 1558. *Philoſophiæ M.* eſt creatus. Inde ad ſuos Rotzſtockium reverſus, *privatim Matheſin* docuit, quod jam factum 1560. *Scripta Roſtockienſia* teſtantur; Hoc cum Senatui Academico innotuiſſet, publice eandem diſciplinam (in *Collegio puta Artium*, cujus *Inſpector* erat,) eodem adhuc anno docere eſt juſſus. Deinde in Italiam profectus, & Patavii aliquantisper commoratus, & Venetiis *Medicinæ D.* ſalutatus. Hiſce peractis Rotzſtockium rediit, & *publicus Medicinæ Profeſſor* a Sereniſſimis Ducibus Megapolitanis in locum *Johannis Tunnichæi* eſt conſtitutus 1567. quo munere functus eſt ſumma cum gloria, ſedulo & feliciter tum docendo, tum medendo annis 25. Vixit in gemino conjugio, anno 1563. duxit in uxorem *Annam* filiam Viri clariſſimi ac reverendi ſenis M. *Conradi Pegelii*, hac defuncta anno 1578. ad ſecunda Vota animum adjecit, & Virginem honeſtiſſimam *Magdalenam Tanckiam* ex vetuſta

XVI Levinus Battus.

& clara *Tanckiorum* Wismarienſium familia prognatam ſibi matrimonio jungendam curavit. Ex ambabus aliquot liberos ſuſcepit, obdormivit in Chriſto, Catharro & Aſtmade ſuperatus, menſe Aprili 1596. anno ætatis XLVI. Conſcripſit Epiſtolas quasdam Medicinales, quæ inter Miſcellanea *Henrici Smetii* occurrunt, & editæ Frf. ad Moenum 1611. in 8vo.

XVII. Wilh. Laurenberg

§. 17. Accedimus jam ad WILHELMUM LAURENBERGIUM, qui Salingi in Ducatu Bergenſi prope Coloniam Agrippinam 1547. lucem aſpexit, & quidem honeſtis vitæque probatiſſimæ Parentibus, qui in prædio ſuburbano, *Laurei Montis* nomen habente (unde & *Wilhelmus* hic cognomentum *Laurenbergii* retinuit) innocentem vitam in honeſta vita transegerunt, filiumque ad vicinos literarum ludos miſerunt, in quibus cum fundamenta literarum fideliſſime jeciſſet, ad Academias profectus, & perluſtratis quibusdam Germaniæ Academiis, in quibus Philoſophos & Medicos audivit Rotzſtockium inviſit, ubi initio Philoſophiæ operam dedit, tantoque fervore eam excoluit, ut Anno 1581. Decano M. *Henrico Wavenio*, ſumma cum laude *Magiſter Philoſophiæ* die 2. Martii fuerit creatus. Poſt acceptum Magiſterii gradum Medicinæ ſtudio unice incubuit, ubi *Henrico Brucæo* Medicinæ Profeſſori atque Mathematum ſuperiorum, at quanto Viro! familiarius innotuit eidemque per aliquot annos grata præſtare obſequia voluit, quo & Decano, a. 1587. d. 13. Jul. *Medicinæ Doctor* ſolenni ritu fuit proclamatus, poſtquam eodem Præſide Diſp. Inaug. de *Hydrope Anaſarca* Cal. Jun. eodem anno ſumma cum laude in Audit. maximo publice propoſuiſſet. Poſtea vero ob ſingulare Ingenium atque eruditionem ſe quoque *Petro Memmio* Medicinæ Profeſſori ita probavit, ut ipſum primo filiis Præceptorem, deinde cum Lubecam abiret ſucceſſorem *in Profeſſione Medica Senatoria* ac Generum elegerit 1581. Hanc Spartam ſingulari induſtria & laude ornavit ſic, cum inter vivos eſſe deſiit *Henricus Brucæus* e Collegio Senatorio *ad Ducale* eſt translatus a Sereniſſimo Principe Mecklenburgico ULRICO, ut *præter Medicinam etiam Mathemata* doceret, quod factum 1594. d. 10. Apr. *In medica arte ita excelluit ut non modo præcipui Nobiles Mecklenburgici, ſed & vicinæ urbes & Princip. inprimis Daniæ Regina ipſius conſilium & auxilium ſæpius adhibuerint.* Et licet propterea tum ab Electore Brandenburgico & jam laudata Daniæ Regina, tum a Lubecenſibus & Luneburgenſibus evocaretur, honores tamen iſtos cum quieta vita Academica mutare non ſuſtinuit. *Quantus Vir in humaniori literatura extiterit, ſcripta ejus in lucem emiſſa teſtantur, ut ad elegantem literaturam qs. natus videretur.* Polluit firmo corpore, ſtatura & robore priſcis Germanis haud abſimili, & valetudine ſemper proſpera uſus, tandem tamen calculi doloribus porroque interioris orificii veſicæ exulceratione infeſtatus eſt, quæ cum ſanata jam eſſent pene, accidit, ut Guſtrovium ad Illuſtriſſimum Ducem tunc regentem Dn. *Carolum* in apoplexiam lapſum repente accerſeretur, in quo itinere cum inicitato Rhedæ curſu raperetur magis quam ferreretur, recrudeſcere interiora cœperunt vulnera, unde is, qui Principem ſuum quidem per Dei gratiam valetudini reſtituit, ſibi e contra ex violento iſto motu malum ita exaſpiravit, ut medicinam poſtea omnem reſpuerit, ſenemque plures omnino menſes lecto affixerit, in quo tandem, angina inſuper accedente, ao. 1612. d. 2. Febr. exſpiravit, annum agens 65. Diximus jam ſupra *Memmium* elegiſſe *Laurenbergium* Generum. Fuit vero *Laurenbergi* uxor *Memmii* Privigna, dicta *Johanna Longolia* nata Ultrajecti 1557. d. 26. Aug. Parente *Johanne Longolio* ex antiqua & nobili *Longoliorum der von Langenrecht* proſapia oriunda. Ex hac *Longolia* decem ſuſcepit liberos, inter quos filia natu maxima *Catharina*, *Eilhardo Lubino* Theologo in matrimonium data, *Petrus* & *Johannes* filii inſignes viri facti, de quibus in ſubſequentibus. Effigies ejus conſpicitur in loco Concilii, cum hac ſubſcriptione: WILHELMUS LAURENBERGIUS, Phil. & Med. D. Prof. Med. in Academia & in Urbe Poliatri Munus adiit Ao. MDLXXXI. Ad Collegium Juſtiſſ. Princip. accitus eſt Ao. MDXCIV. Ætatis Anno LIX.

SCRIPTA: Epiſtolica Diſſ. de curat. calculi veſicæ. Diſp. de Febre maligna Petechiali. Roſt 1605. Bothanothea, ſive Modus conficiendi Herbarium vivum. Hiſtorica deſcriptio Ætitis, ſ. Lapidis Aquilæ.

XVIII. Johannes Backmeiſterus.

§. 18. Succedit JOHANNES BACMEISTERUS, patruus noſter magnus, hic natus Rotzſtockii 1563. d. 14. Dec. Patre *Luca Bacmeiſtero* Luneburgenſi, Seniore S. S. Theol. D. & Profeſſore Rotzſtockienſi, Matre vero *Johanna Bordingia*, Dn. *Jacobi Bordingi* quondam Academiæ Rotzſtock. Profeſſoris Medici, & deinde Regum Daniæ *Chriſtiani* III. & *Friderici* II. Archiatri, de quibus in ſuperioribus dictum filia primogenita. Infans a Parentibus ad Pietatem & literas aſſuefactus, & viris doctis erudiendum traditus Cumque ingenio eſſet alacri & excitato ac Doctrinæ capaci, & ſemina Virtutis a parentibus in eum propagata non obſcuris indiciis ſe jam in puericia oſtenderent, primum in Schola patria triviali, deinde in ludo illuſtr. Miſenæ in artibus dicendi & initiis græcæ ac latinæ linguæ ita inſtructus atque eruditus fuit, ut reverſo ad altiora ſtudia facillime patuerit aditus in quibus etiam brevi tempore adeo egregium fecit progreſſum, ut paulo poſt anno ſc. 1587. Decano M. *Nicolao Goniæo*, totius Facultatis Philoſophicæ in Academia patria conſentientibus ſuffragiis *Magiſterii Inſignis* omnino dignus judicatus & exornatus ſit. Cum vero animus ejus ad medicam artem inprimis inclinatus eſſet, ut videretur una cum lacte materno hauſiſſe indolem medicam, inſiſtens viam Avi materni, illi quoque ſtudio ſeſe feliciter dedidit, atque in eo Viros excellentes D. *Henricum Brucæum*, D. *Levinum Battum* aliosque Academiæ Patriæ celebres Medicos Præceptores habuit, quorum inſtitutione tantum profecit ut inter Medicinæ ſtudioſos non poſtremum locum obtinuerit. An. 1588. trajecit in Daniam, atque per tempus quoddam Hafniæ ſubſtitit, patulas aures præbens Medicis illic locorum celeberrimis. Reverſus ex Dania, alias Germaniæ Academias viſitavit, & fere nunquam a lateribus Medicorum diſceſſit, quin doctior factus eſſet. Cumque iterum patrios lares viſitaſſet ſuamque in medica arte ſcientiam omnibus probaſſet, ab Illuſtriſſimo Duce Mecklenburgico ULRICO in locum *Levini Batti* vocatus, & an. 1593. d. 24. Jun. introductus eſt. (Vid. Literas vocationis ipſius

in

in Append. Lit.) Hanc provinciam sic administravit, ut omnium applausum atque favorem in se converteret. *Gradum in Medicina summum* obtinuit 1594. d. 8. Aug. Decano D. *Wilhelmo Laurenbergio* ac eodem Procancellario (cum cæteri Facultatis Medicæ DD. paulo ante expirassent) Rector Academiæ tunc temporis fuit Illustrissimus Princeps *Augustus Henrici* filius, Dux Brunswicensis & Lunæburgens. qui pariter actui & convivio interfuit. Hic *Bacmeisterus* ut in officio sedulus, sic inter cætera publice legit in *Aphorismos Hippocratis*. Hujus *Bacmeisteri* lectiones suppresso tamen nomine Autoris postmodum divulgavit, ac pro suo opere venditavit *Bartholomæus Horn*, Medicus Stralsundensis, sub titulo: *Vates Medicus Hippocraticus*, atque sic plagium commisit. Ita enim *Joh. Bacmeisterus* Jun. ad quendam „Medicum Stralsundensem. Literas tuas Vir Ex„cell. una cum *vate medico Hippocratico* Medici „vestri D. *Bartholomæi Hornii* secundum inscri„ptionem libri Filius Exc. T. clarissimus nuper „exhibuit. Gratias itaque Exc. T. pro transmisso „libro ago maximas. Miraci autem hominis istius „audaciam satis nequeo, nam ne literam quidem „mutavit, sed omnia fideliter exscripsit, imo ne „Præfationem libri quidem de suo addidit, sed & „illam Patruo meo p. m. clam surripuit. Certe „*benignum & plenum ingenui pudoris est, fateri „per quos profeceris, infelicis vero ingenii, depre„hendi in furto malle, quam mutuum reddere, cum „præsertim fors fiat ex usura*, ut cum doctissimo „*Laurentio* ad imitationem *Plinii in Epist. ad Ve„spasian.* loquar. Per literas itaque prima occa„sione illum admonebo, ut non solum Dn Patruo „meo p. m. sua, quæ sudore paravit, præmia re„stituat, sed & ab iniquissimo proposito desi„stat &c. Pervenit ad summum senium atque *Senioratum non solum Facultatis Medicæ & Collegii Ducalis verum & totius Academiæ. Moribus cæteroquin fuit honestus, comis & affabilis erga quoslibet, nedum erga ægros, fuit in curando dexter & felix, eventu ut plurimum consiliis respondente.* Tres ordine uxores habuit; anno Christi 1594. 9. Jan. cum Virgine lectissima *Christina Sassen* Dn. *Jac. Sassen* civis primarii filia & Dn. *Petri Sassen* Secretarii nepte matrimonium contraxit, & foecundum expertus est, ut novem liberorum factus Parens, harum Lucas, J. Candidatus, & Judicii provincialis Megapolitani Secretarius factus, sed cælebs mortuus, Filia *Elisabetha Theodoro Varmejero* J. U. D. conjugio sociata, *Christina* Pastori Gustroviensi elocata, *Johanna* nupsit *Michaeli Laurentio* Senatori Rotzstockiensi. Anno vero 1614. d. 20. Maji hac Conjuge denata, anno insequenti 1615. d. 19. Julii cum matrona *Anna Pauli, Papendici Cossen* civis primarii relicta vidua ad secunda vota transiit. Et cum ea in pacato quidem, sed sterili vixit conjugio. Et hac orbatus, tertiam sibi Conjugem elegit *Magdalenam Laurentzen, Martini Wrosten* civis non postremi, relictam viduam 1625. d. 11. Maji, cum hac conjugium foecundum habuit, vidit filium *Matthæum*, qui postmodum Pastor factus Aurimonti in Megapoli, & filiam *Magdalenam*. Tandem senio confectus in Cardialgiam incidit, qua vires ipsius postratæ adeo ut morbus ille, cui catharrus suffocativus accessit, finem vitæ attulerit, factum hoc 1631. mense Nov. æt. LXVIII. Effigies ejus conspicitur in loco Concilii Acad. Rozst. cum hac subscriptione: JOHANNES BACMEISTERUS PHILOSOPHIÆ ET MED. D NATUS ROSTOCHII AO. MDLXVIII. XIV. SEPT. IN PROFESSOREM MEDIC. ORDINAR. ELECTUS EST ANNO MDXCVII. MENSE JUNIO.

Terris excedens superum migravit ad Aulam,
Canitie nivea venerabilis, & gravis annis,
BACMEISTERIADES *urbs, quem tot lustra medentem*
Vidit, & e Cathedris Academia nostra docentem.
Varniaca nunc Rhedope, nunc Varni præses Apollo
Defleteum, & merito lacrymis sibi luget ademptum.
Acclamat Schola tota, vovet Patriæ incolæq; urbis,
Molliter o tumba tanti senis ossa quiescant.

Petrus Laurenbergius, D. p. t. Pro-Rector, & Poet. P. P.

Scripta: Vates Medicus Hippocraticus. Disp. Med. III. de Peste. Oratio de Honoribus & Gradibus Academicis. Disp. de soporosis affectibus.

§. 19. Pergimus ad HENRICUM PAULI, & hic XIX. Henr. Rotzstockium Patriam veneratur, Patrem agnoscit *Simonem* illum *Pauli* Theologiæ D. Professorem ac Ecclesiæ Rotzstockiensis Superintendentem, qui quondam singulare Acad. Rozstockiensis lumen & ornamentum, ac Theologus longe celeberrimus extitit, de quo jam supra dictum: Matrem *Catharinam* Dn. *Henrici Prengeri* Viri boni & civis ac mercatoris præcipui filiam, a quibus anno 1565. in lucem editus. Hi Parentes Filium in Pietate & literis summa fide atque cura educarunt, atque erudiendum eruditis Viris commiserunt Patre inspectionem Informationis habente. Cumque eos in literis fecisset progressus, ut ad altiora posset admitti, Matriculæ Academicæ insertus, & Philosophis, præprimis Dn. *Erasmo Stockmanno* Physices Professori, cum aliquando medicæ arti se destinandum proposuerat, sedulam operam addixit. Ex patria Academia in alias migravit, & Medicis in iis celeberrimis adhæsit, illorumque lectionibus, sectionibus, & botanicis exercitiis sedulus interfuit. Ex peregrinatione redux in Patriam factus, cum cuilibet ipsius doctrina in oculos incurreret, motus Amplissimus Senatus Rotzstockiensis, non solum eruditione *Henrici*, sed & meritis Parentis D. *Simonis* ante biennium & supra e vita evocati, quæ nondum intermortua erant, ut *Henricum Pauli* in locum D. *Wilhelmi Laurenbergii*, qui a Collegio Professorum Senatus ad Illustrissimorum Principum transierat, substitueret, ac *Physicum civitatis* declararet 1594. festo Paschatos, quo eodem anno, die 8. Aug. Decano D. *Wilhelmo Laurenbergio, D. Medicinæ* solenni ceremonia fuit declaratus. Hanc Spartam 10. annos sic administravit, ut omnium laudem meruerit, tantopere enim valuit in Medicina, ut & Viri principes ipsius opem & consilium expeterent, nec destitit Serenissima Regina Danorum *Sophia* quin *Henricum Pauli* Rotzstockio *in aulam Niecopingiæ in Daniam ad corporis sui curam* habendam an. 1604. traxerit, (cum jam antea Suerini Sereniss. Principis *Adolphi Friderici*, Ducis Mecklenburgici *Archiater* quoque fuisset,) in qua functione vitam cum morte commutavit an. 1610 13. Aug. æt. 45. Vitæ sociam voluit esse *Catharinam* filiam Dn. *Nic. Papken*, civis & mercatoris Rozstockiensis, ex qua suscepit complures

liberos, & in his *Simonem* Filium Medicum, de quo in subsequentibus. Hujus Epitaphium conspicitur Nicopingiæ in Regni Daniæ terra Pfalstriæ hac inscriptione:

D. O. M. S.

HENRICUS PAULI, ROSTOCHIENSIS, MEDICINÆ DOCTOR HIC SEPULTUS EST: QUI POSTQUAM IN ACADEMIA PATRIA ANNIS X. MEDICINAM PRÆCLARE PROFESSUS, EANDEM POSTEA IN AULA SERENISSIMÆ REGINÆ VIDUÆ SOPHIÆ MEGAPOLITANÆ, VI. ANNIS FELICITER FECISSET, AC CUM CONIUGE CHARISS. CATHARINA PAPEKEN ANNOS XII. SUAVISSIME TRANSEGISSET, EX EAQE PROLEM GEMNIAM SUPERSTITEM RELIQISSET, FEBRI ARDENTI EXUSTUS, ANIMAM CREATORI, CORPUS VERO TERRÆ COMMUNI MORTALIUM MATRI, HOC MONUMENTUM A NEMINE ANTE LAETUM RESURRECTIONIS DIEM APERIENDO, ASSERVANDUM TRADIDIT, ANNO CHRISTI CIↃIↃCX. XIII. AUG. ÆT. XLV. QUOD CONJUX LIBERIQUE MOESTISSIMI, MARITO, PATRI DESIDERATISS. PONI CURARUNT.

XX. Jo. Assuerus.

§. 20. *Pauli* immediatus successor est JOHANNES ASSVERUS, Amsingius Transisulanus, natus enim an. 1558. in illa Belgii parte, quæ est trans Isulam, Parentibus honestissimis. Parentes filium studiis dedicarunt, in quibus feliciter profecit, & quidem jactis fideliter linguarum fundamentis, ad Theologiæ studium animum adjecit, & homileticis præprimis se exercuit, ut Harlemienses *Assuerum* Pastorem suæ Ecclesiæ vocitarint. Functus quoque munere Pastoris per aliquod tempus, tunc animum mutavit, & Medicinam summo studio tractavit, in qua adeo excelluit, ut *Medicinæ D.* & primum Medicus Principis Auriaci *Mauritii* per triennium factus sit. Tum in Regnum Sueciæ concedens Medicinam aliquot annis fecit, ex Suecia Wisinariam migravit, & ut *Poliater civitati* inserviit. Wisinaria Rotzstockium ab Amplissimo Senatu Urbis vocatus an. 1605. ut Dn. *Henrico Pauli* in *Professione medica & Physicatu* succederet. Venit ergo Rotzstockium, & Spartam suam per complures annos laudabiliter ornavit, simulque *Ducis Mecklenburgensis Archiater* fuit: Varias autem *Assverus* noster semper Rotzstockii habuit controversias, qua Eruditionem ipsius seu scientiam medicam, qua etiam inprimis doctrinam ipsius fidei concernentes. Etiam anno 1608. *Assvero* aliquid dissidii ortum est cum D. *Oldermanno*, privato Medico & Practico Rotzstock. qui contra *Assverum* theses edidit, & inscientiam in Logicis & Medicis illi tribuit, suppresso tamen nomine; *Assverus* contra in Sycophantam aliquid sub prælum misit. Sed gravior fuit controversia de Religione, adhæsit enim semper patriæ Religioni D. *Assverus*, cui innutritus erat, ut propterea cum Ministris Ecclesiæ Rotzstockiensis semper fere ac varias agitaverit rixas: Multa siquidem quamvis hoc negaret, fovit Calvinianistarum Dogmata, præprimis in *Articulo de Coena Domini, ubi negavit impiis oralem manducationem.* Tradidit quidem an. 1621. die 4. Apr. Ministerio confessionem suam, ubi inter alia profitetur, se Calvinistarum Sectam odio prosequi plusquam Vatiniano, ob horrendum absolutæ Prædestinationis Dogma; sed quæ de Sacra Cœna statueret, obscure scripserat: hinc anno 1639. die 14. Martii aliam communicans Confessionem, pluribus comprobavit, *Manducationem Sacramentalem Impiis non esse attribuendam*, ac Manducationem *oralem vocavit Lanienam Capernaiticam, impiam & horribilem*, qua de re contra illum e Ministerio publice scripsit *M. Christianus Michael.* Jam antea autem An. 1626. cum Rector Academiæ Magnificus esset Programma affixerat, in quo inter alia heterodoxa, etiam sequentia: *Sanctos esse & Templa Spiritus S. a Nativitate Fidelium Liberos*, statuerat, qua de re privatim statim à Ministerio conventus est: Sed defendens iterum hanc suam sententiam publice conatus est in *Programmate* in obitum Senatoris Rotzstock. *Dn. Christiani Klinckemans* eod. adhuc anno affixo, sequenti quidem verborum & argumentorum cumulo: „Illustrissimus Archidux Saxoniæ *Fride-*„*ricus* cujus memoria est in benedictione, fer-„tur aliquando audire gestiisse judicium *Erasmi* „de suo *Martino. Ecquid*, inquit, *Er. sme videtur tibi de meo Martino?* qui respondit, *Marti-*„*nus graviter peccavit.* Tum Princeps, *quid ita?* „*quia*, inquit, *tetigit Pontificis Coronam & Monachorum ventres.* Idem mihi accidit superioribus „diebus, in quadam Intimationum mearum, ut „mingerem, quod ajunt, in Patrios Cineres, & forte citarem locum Pauli *1. Corinth. 7. v. 14. Nunc* „*autem Sancti sunt.* Ibi evigilavit Politicus meus, „(si Diis placet) & subordinavit hominem clamosum, qui diceret, *hoc esse Calvinisticum.* Cui „nunc repono hæc Sacr. Scripturæ loca, e quibus „pro Fidelium Infantibus argumenta depromam, „cum opus erit. *Genes. 17. v. 7. 12. Exod. 13. v. 2.* „*Hebr. 9. v. 19. Deut. 29. v. 10. & seq. Cap. 31. v. 12.* „*Jos. 8. v. 35. 2. Paral. 20. v. 13. Joel. 2. 16. Matth. 19.* „*v. 13. Joban. 3. v. 5. 6. Actor. 2. v. 39. Rom 3. v. 4. Cap. 8.* „*v. 9. Cap. 2. v. 17. 1. Corinth. 1. v. 30. 2. Corinth 5. v. 17.* „*Eph. 2. v. 20. Cap. 5. v. 26.* Addo exempla *Act. 7.* „*v. 20. Hier. 1. v. 7. Luc. 1. v. 44.* & authoritatem „seu testimonium *Philippi* passim infantes Chri-„stianorum ab Infantibus Turcarum manifeste „secernentis. Dixeram autem Infantes Fidelium „non esse appellandos *Heyden Kindern*, nec vasa „Diaboli, cum sint Templa Spiritus S. tali gradatione; *Omnes qui sancti sunt: iidem habent Spi-*„*ritum S.* Et, *omnes qui Spiritum S. habent: iidem* „*sunt Templa Spiritus S.* Ex qua quidem gradatione hæc duo exurgunt enthymemata. *Infantes* „*Fidelium sunt Sancti: ergo habent Spiritum S.* & „*Infantes Fidelium habent Spiritum S. ergo sunt* „*Templa Spiritus S.* Sed crassior est meus Adver-„sarius quam ut persentiscat vim Enthymematum: Urgendus est Syllogismis. Sic itaque po-„sita Enthymemata reduco ad primam Figuram. „I. Omnes Sancti habent Spiritus S. Omnes In-„fantes Fidelium sunt Sancti: Ergo, omnes In-„fantes Fidelium habent Spiritum S. Est Syllo-„gismus Figur. 1. modi I. demonstrativus, cau-„sam demonstrans per effectum. Et est Major „confertibilis, ideoque gaudet omnibus Legibus „Propositionis necessariæ. 2. *Omnes qui habent* „*Spiritum S. sunt Templa Spiritus S. Omnes Infan-*„*tes Fidelium habent Spiritum S. Ergo, omnes In-*

„*fantes*

„*fontes Fidelium sunt Templa Spiritus S.* Est & „hic demonstratorius, effectum demonstrans per „Causam. Et Major est & ipsa convertibilis, ideo„que summe necessaria. Hinc sicut Abraham „signum accepit Circumcisionis, quod obsignaret „justitiam fidei, quæ fuerat in præputio, *Rom. 4. „v. 11.* sic etiam concludit Apostolus *Petrus*, iis „qui habent Spiritum S. non esse negandam „Aquam Baptismi. *Actor. 10. 47.* Id quod plenius „nuper deduxi, cum contra Anabaptistas evince„rem, Infantibus Fidelium deberi Baptismum. Hæc „non mea est Doctrina, non Calvini, sed Ecclesiæ „priscæ Catholicæ & orthodoxæ: In his jam hic „conquiesco & desino, nec irritabo Crabrones am„plius, nisi denuo lacessitus, & ad negotium ho„dierno die propositum transeo. &c.„ Hactenus ipse *Asserus* in allegato Programmate, qui, cum suis opinionibus acriter inhæreret, non prius ad S. Cœnam admissus est, quam revocaverit omnia hactenus heterodoxe scripta. Tandem tamen Ministerio iterum reconciliatus, & ad nostram Religionem plane accedens, anno 1640. in Templo Mariano die Parascheves, Corpus ac Sanguinem Christi cum aliis accepit, usus Confessionario *Johanne Quistorpio* Theologo Seniore, subscriptis antea omnibus XVII. a Ministerio ipsi traditis Articulis. Vixit in Conjugio gemino, atque ex prima Conjuge duas suscepit Filias. Obiit d. 19. Apr. 1642. ætat. 84. cujus *Effigies* in loco Concilii Academiæ apparet cum hac subscriptione: JOHANNES ASSVERUS, AMSINGIUS TRANSISULANUS, MED. D. ROSTOCH. POLIATER ET PROFESSOR. NATUS AO. MDLVIII. VOCATUS MDCIV. PICTUS MDCV.

SCRIPTA.

Disputatio Jatromathematica de Medicinæ & Astronomiæ conjugio, Rost. 1602. 4. & in 8. 1629. De Syrtibus Calvinistarum. Disputationes III. contra Anabaptistas, Lugd. Bat. 1619. De Morborum Differentiis, Rost. 1619. 4to. De Andromachi Theriaca Oratio, Rost. 1611. *Gegenbericht auff eines Lübeckschen* Destillatoris *Bericht von der Pestilentz*, Rost. 1605. de Alopecia & Ophiasi, Rost. 1616. de Calculo, ib. 1617. de Dolore Capitis, ib. 1619.

Heptas affectionum capillos & pilos humani corporis infestantium, Witt. & Rost. 1623. 8.

XXI. Jac. Fabricius.

§. 21. *Asserum* excipit JACOBUS FABRICIUS, quem Rotzstockium suum civem salutat, atque in suo sinu genitum anno 1577. d. 28. Aug. gaudet Patre *Henrico Schmidt* viro honestissimo & inter Pistores Seniore, Matre *Dorothea Wulffs*, filia reverendi Viri *Joachimi Wulffen* primi Evangelici Pastoris in Brütze, qui pagus est Ducatus Mecklenburgici Goldbergæ vicinus. In infantia statim præclaram indolem prodidit, igitur Parentes non solum filium ad Pietatem, sed ad literas etiam suasu aliorum recte intelligentium adsuefecerunt, & in disciplinam clarissimo Viro *Nathani Chytræo* Scholæ oppidanæ tunc temporis Moderatori celeberrimo tradiderunt, quo Magistro in linguarum græcæ ac latinæ studio coeterisque ea ætate, quæ discuntur, egregios brevi temporis spatio fecit progressus, eosque postea in Schola Lunæburgensi perfecit, ubi cum per annum unum alterumque substitisset, in Patriam reversus est, studiis Academicis operam daturus. Quibus cum se accingeret, ecce Princeps ille Astronomorum *Tycho de Brahe* petiit per literas ex Academia Rotzstockiensi studiosum, cujus opera in coelestibus observationibus & calculo Astronomico uti posset. Dignus tunc præ aliis visus fuit, qui mitteretur *Jacobus Fabricius*, 17. annorum adolescens, qui cum ad *Tychonem* in Huenam Insulam & domum Uranoburgicam veniisset, junctus *Christiano Longomontano*, Mathematico excellentissimo, & de re Astronomica optime merito, fideliter & cum laude præstitit *Tychoni*, atque requisitus fuit. Confectis in Huena insula IV. annis profectus fuit in Belgium, indeque in Angliam, utrobique ex solis disciplinis Mathematicis, quas magno applausu domi docebat, necessaria vitæ abeunde recipiens. Postea in Germaniam superiorem se contulit, lustratisque urbibus celebrioribus in Academia Jenensi cum jam ante & *Philosophiæ Mag.* & *Poeta laureatus* creatus *summum in medicina gradum* omnium cum applausu & admiratione consecutus est anno 1602. Eodem anno Patriæ suæ redditus est, & felicem curationum successum sensit, quo ita inclaruit, ut adscitus in *Archiatrum aulicum* primum *Sophiæ*, Viduæ Mecklenburg. Ducis Lüpzensis, dato annuo stipendio, deinde Juniorum Principum, quibuscum in Sueciam profectus est, & denique vocatus est 1603. in Aulam Gustrovienſem ab Illustrissimis & Celsissimis Ducibus Mecklenburgicis & præprimis a Viduæ Filio Dn. *Joh. Alberto*. In qua functione cum fidem atque industriam suam Principibus satis superque probaret, anno 1612. in locum *Wilhelmi Laurenbergii Medicinæ ac superiorum Mathematum Professor. Fabricius* a Sereniſſimis Ducibus Mecklenburgicis est vocatus, ac decimo Julii introductus. Hac Professione sua ita defunctus est, ut non solum officio suo præclare satisfaceret, sed & studiosos magno numero affluentes tam publice quam privatim haberet, unde non modo sui nominis famam, sed & totam Academiam ad invidiam usque lustrarer. Æterna memoria dignum est, cum anno 1628. bellico terrore pene exanimatum esset Reipubl. Academicæ corpus inhiante fortunis Academicorum milite Cæsareo, solius *Jacobi Fabricii* opera ac merito illæ servatæ. Interea cum *Fabricii* fama ex felicissimis atque admirandis curationibus quorundam eminentioris gradus ægrorum subinde caperet incrementum, nec jam finibus suis se amplius contineret, sed mare ipsum transvolasset, petiit virum ex Academia munifico proposito stipendio, immortalis gloriæ Heros CHRISTIAN. IV. Daniæ & Norwegiæ Rex, a quo & honorifice Rotzstokio in Aulam Regiam anno 1637. evocatus & deductus, ubi cum in Regia valetudine curanda & conservanda vigilantissimus esset, magni Regis clementia ac munificentia nunquam illum deseruit. Ad superos evolante Christiano IV. eandem clementiam & gratiam sensit in successore filio Friderico III. natus, nulli melius corporis sui curam committe posse, quam qui fidei suæ experimentum Parenti jam comprobaverat. Senex factus marasmum sensit, qui aliquam

aliquam virium jacturam facere cœpit, & cum repugnante ætate parum illi succurri posset, finem ipsi vitæ fecit. Anno 1603. Matrimonio sibi devinxit virginem *Margarethan* filiam *Rudolphi Mölleri* civis Rotzstochiensis, & *Tilsæ Teniæ*, cui Patruus fuit *Franciscus Debnius* Medicus ad oras Balthicas olim magni Nominis. Ex hac uxore novies prolem suscepit, filios 4. & 5. filias. Horum *Henricus* Medicinæ factus studiosus sed infirma valetudine. Filius *Philippus Jacobus* Eloquentiæ Professor in Patria factus, de quo in subsequentibus. Filia Elisabetha *Simoni Pauli* Medicinæ D. & Professori in uxorem data, de quo & in subsequentibus. Filia *Sophia* nupta *Danieli Sandovio* J. U. D. & Judicii Provincialis Mecklenburgici Advocato. Expiravit in vera fide Hafniæ d. 14. Aug. 1652. ætatis 76. Exuviæ ejus Hafnia delatæ Rotzstockium, ibique honorifice sepultæ 16. Cal. Octobr. Orationem Panegyricam in eum habuit *Andræas Tscherningius* Prof. P. anno 1653. Effigies ejus conspicitur in loco Concilii Rotzstockiensis, cum sequenti subscriptione: JACOBUS FABRICIUS. ROSTOCH. MED. D ET DUC. MEGAPOL. ARCHIATER. ELIGITUR IN PROFESSOREM. AO. MDCXII. MENSE JULIO. Epitaphium JACOBO FABRICIO Medico erectum. D. O. M. S.

Doctor JACOBUS FABRICIUS *Rotzstockiensis, duorum Potentiss. Daniæ Norwagiæ Regum Christiani IV. ac Friderici III. nec non Johannis Alberti ac Sophiæ matris Archiater, patriæ item Academiæ per XL. annos Med. ac Mathem. publ. Professor, virtute ac eruditione sua, Familiæ suæ prælucens, postquam annos LXXV. natus MDCLII. XIV. Augusti, vitam gloriose Hafniæ finiisset, hic transferri voluit, ut eadem una cum uxore sua MARGARETA MVLIA, liberis ac nepotibus hic ante tumulatis conderetur. Cujus honori ac memoriæ æternæ hoc monumentum L. M. Q. statuere Generi & Filiæ.*

D. SIMON PAULI S. R. M. Dan. & Norw. Friderici III. Medicus ac Prælatus Arhusiensis. DANIEL SANDOVIUS, J. U. D. Elisabetha Fabricia. Sophia Fabricia.

Caspar Bartholinus Sen. in Consil. de Stud. Med. *Ei atque* DAN. SENNERTO *Principatum inter Germaniæ sua ætate Spagyricos, decernit;* Filius autem hujus THOMAS, *virum eundem vocat, quo majorem in Medicina, post* Cratonem, *orbis non habuit, in moribus constantiorem post* Catonem *nemo vidit, quem, nemo & inter Literatos, qui non suspiciat.* Symboli loco hic *Fabricius* hoc usurpavit Hemistichion: *Vigiles dat Purpura Noctes.*

SCRIPTA:

Institutio Medici Practicam aggredientis, Rostoch. 1639.

Uroscopia, s. de urinis tractatus. Rost. 1605.

De Cephalalgia autumnali 1617. & complures Disputationes de vulneribus capitis & aliarum partium singularibus Epistola.

Periculum Medicum, seu Juvenilium fœturæ priores. Halæ Saxon. 1600.

Dissertatio de nov. antiquo capitis morbo & dolore, cum aliis disquisitionibus medicis, de dificilioribus nonnullis materiis practicis. Rostock. 1640.

Oratio, Renunciationi novi Medicinæ Doctoris, præmissa de causis cruentantis cadaveris præsente homicida. Rost. 1620.


Consultationes & Notæ in Osw. Crollii Basilicam chymicam. Opus posthumum. Poemata varia.

§. 22. Soceri vestigia legit gener *Simon Pauli*, qui iterum patriam habet Rotzstochium, atque patrem agnoscit *Henricum Pauli* Medicinæ D. & Professorem, de quo modo diximus, avumque veneratur summum Theologum *Simonem Pauli*, cujus & vitam breviss imis lineis alibi adumbravimus, ut nihil jam de illius majoribus addamus. Coepit vero hujus lucis usuram usurpare 1603. 6. Apr. & a teneris summa cura in pietate & literis est educatus, & sane in omni literatura versatissimis viris erudiendum traditus, inprimis Gustrovium translatus, & sub inspectione materteræ suæ mariti D. *Lucæ Bacmeisteri*, Superintendentis informatus, quorum manuductione tantos fecit progressus, ut ad Academica studia ipsi aditus factus sit. Postquam enim civium Academicorum numero adscriptus, Philosophis *Johanni Huswedelio* inprimis in humanioribus & Ethicis, in Græcis *Posselio*, in Logicis *Petro Sasso*, in Poesi *Laurenbergio*, patulas aures præbuit, & inprimis Physicam excoluit informatore *Joachimo Stockmanno* Physices Professore, atque Professori Medico *Johanni Affvero* Anatomiam profitenti sedulo se adjunxit, nec Botanices & Chyrurgiæ studia neglexit. E patria Academia in Belgium cum Dn. Adsine *Johan. Brunjobum* se contulit, & Lugduni medica studia sub *Ottone Henrico, Ælio Everardo & Adolpho Vorstio* excoluit, inde trajecit in Angliam, & cum innotescerent chymica studia *Jacobi Fabricii* rediit in patriam, ejusque sedulus auditor exstitit, e patria trajecit, inde in Galliam, & quidem Lutetia Parisiorum Anatomiæ cultor exstitit. Ex Gallia per Germaniam superiorem pervenit Wittebergam ubi *Danieli Sennerto* se associavit & in ejus familiaritatem se insinuavit. Tanto vero cum ardore Medicinam excoluit, ut non amplius discipuli sed Doctoris nomen mereretur. Hinc & *Simoni* honores doctorales a *Daniele Sennerto* 1630 sunt collati. His impetratis in Daniam rediit, suamque scientiam medicam, quam Lubecæ auspicatus erat, excoluit. Cumque tunc temporis *Johannes Bacmeisterus*, Senior, Medicus ad jubilantes esset evolatus, & Professor Medicus desideraretur, hic *Simon* ab Illustrissimo Duce Mecklenburgico *Johan. Alberto* in locum *Bacmeisteri* 1632. e Dania est surrogatus. Septennium huic muneri præfuit, & quidem ut omnium laudem concitaret, imo ejus in Anatomia, Chyrurgia & Botanica Scientia omnibus etiam in remotis locis innotescceret. Hinc Serenissimus ac Potentissimus Rex Daniæ Christianus IV. hunc *Simonem Pauli* ex Academia Rotzstockiensi in Hafniensem vocavit, ut studia Anatomica, Chirurgica & Botanica introduceret. Movit ergo *Simon* pedem e Patria in Daniam 1639. & abunde desideria Regis in regia Hafniensi implevit. Cum enim ante illius adventum studia Anatomica, Chirurgica & Botanica sepulta jacerent

XXII. Simonis Pauli.




Jacobus Fabricius
Rostock. natus 1570 d. 28 Aug. Med. D. et P. P.
Med. et Mathes. Duci Mechlenb. Gustrow.
et A. 1637 Regis Daniæ Archiater Hafniæ 1682 d. 14 Aug.
I. NC. BL. sc.
Hahn.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rent, D. *Simonis* ſtudio ſic ſunt excitata, ut Academia Hafnienſis in illis ſcientiis palmam aliis præripuerit. Decedente Chriſtiano IV. & rerum potito Friderico III. D. *Simon* aliquo modo liberatus eſt a Profeſſione ſua, interim tamen ſtipendia regiæ Majeſtatis meruit, eique *cura regii corporis* 1648. ac canonicatus ſimul Aarhuſienſis eſt commiſſa, anno autem 1666. Prælatura ejusdem Eccleſiæ hæreditaria donatus. In hac ſtatione ſenex cum gloria pie obdormivit 1680. 23. Apr. Anno æt. 77. Effigies ejus conſpicitur in loco Concilii Academiæ Rotzſtock. hac quidem circumſcriptione exornata:

Simon Pauli, Sim. N. Henrici F. Naſcitur Roſtochii MDCIII. Renunciatur in Patria Medic. Profeſſ. P. A. MDCXXXII. ſeptennio exacto ſ. MDCXXXIX. in Regiam Hafn. Academiam regnante CHRITIANO IV. introducit Anatom. Chir. & Botan. ſtudia. Rerum vero potito Friderico III. vivat, vivat & regnet in æternum, iis ſe abdicat, & ſtipendia M. Regiæ meretur, natus annos LIX. In indicium perpetuæ & ſingularis amicitiæ p. C. V. Mandern. Reg. JCtor. Ao. MDCLXI.

SCRIPTA:

Germanica Anatomiæ *Bartholiniæ* verſio, Hafniæ.

Quadripartitum de ſimplicibus medicamentorum facultatibus. Roſt. & Argent. 1640. 1667.

Verſio germanica Anatomicarum tabularum *Julii Caſſerii* & de formatione fœtus *Spigelii* cum appendice. Francof. De Anatomiæ origine &c. Syntagma, & alia.

XIII. Steph. Schultetus.

§. 23. Sermo jam nobis faciendus eſt de STEPHANO SCHULTETO, qui Oſterburgi in veteris Marchiæ oppido lucem aſpexit 1602. d. 26. Dec. Patrem habuit *Joachimum Schultetum* prius Scholæ Patriæ Rectorem, Poetam Laureatum, poſt civem Oſterburgenſem, & denique paſtorem Eccleſiæ Coblenſis meritiſſimum. Matrem *Margarethan Trinciam*, *Petri Trincii*, Rectoris prius Scholæ Magdeburgenſis, poſt paſtoris & Superintendentis Oſterburgenſis filiam. Avum Paternum *Johannem Schultz*, quoad honeſtam quidem artem pellionem; interim in juvenili ætate plurimis annis in Gallia & Hungaria ſtrenue militantem, Aviam Paternam *Ann. Quefides*, Oſterburg. Aviam autem maternam, *Annam Woltersſtorffen*, Magdeburg. Juventutem ſuam ſtudiis & virtutibus, licet cum fortunæ iniquitate non parum luctatus, ſedulo impendit, & quidem anno 1616. in Schola Stendalienſi. Anno 1617. mortalitatem deponente Parente, parum vel nihil hæreditatis ab ipſo accipiente, ſpes ſuas in divina providentia repoſuit, & aliquot Patronorum nobiliſſimorum munificentia & ſtipendiis per annos aliquot ſtudiorum curſum continuavit, magnaque diligentia honeſtiſſimorum virorum liberos tum in Scholis trivialibus, uti Stendalenſi, Brunonicenſi, Soltquellenſi Magdeburgenſi, tum extra Scholas videl. in ædibus ſummi Patroni Dn. *Chriſtophori de Bismarck*, informavit. Anno 1624. in Academiam Rotzſtockienſem profectus per annum in eadem ſubſtitit inde in Franckofurtenſem ſe contulit, ibidemque per triennium commoratus eſt, mentem ad ſtudium Medicum applicando. Ab anno 1627. ad annum 1632. informationi tribuit tempus in *domo Bismarciana*, poſtea iterum rediit Franckofurtum, ſed diu non potuit ibi permanere, cum fortunam haberet adverſantem, ſerenior tamen illi lux illuxit, dum Ducem quendam militiæ Sueicæ in Sileſia in Geometricis informavit, ea occaſione non tantum potiores Sileſiæ urbes ſed & Electoratus Saxonici luſtravit, ſuumque Avunculum *Stephanum Trincium* Eccleſiæ Colmnicenſis prope Friburgum Miſniæ Paſtorem, inviſit. Sed nec Academiæ Rotſtockienſis memoria apud illum exciderat, rediit ergo Rotzſtockium 1634. & per aliquod tempus liberali menſa uſus Dn. *Jacobi Lencken* Senatoris Rotzſtockienſis, ob accuratam filii *Hermanni* informationem, qui poſtmodum JCtus ſummus & Profeſſor factus, ut ſupra monuimus. Biennio Rotzſtockii peracto anno 1636. in Daniam trajecit ad nobiliſſimum Virum *Fridericum Barnewitz*, illiusque tum ſtudiorum tum peregrinationis Moderator ferme novem integros annos permanſit. Cum hoc anno 1641. in Bataviam præprimis Leidam profectus, ubi ſequenti anno 42. *ſupremos in Medicina honores* conſecutus. Ulterius in peregrinatione cum Dn. *Barnewitz* pergens, varias urbes & provincias viſitavit, videl. Argentoratum, Franckofurtum ad Mœnum, Heidelbergam, Conſtantiam, Eriſacum, Baſileam, Auguſtam Vindelicorum, Monachium, Norinbergam, Ratisbonam, Viennam, Hungariam, Italiam, in eaque Venetias, Patavium, Mediolanum, Cremonam, Genuam, Piſas, Florentiam, Senas & Romam. Roma perrexit in Ciciliam, Neapolin & ad montem Veſuvium, tandem in Galliam, & urbes celeberrimas, uti Aureliam, Turonium, Andegavum, Lutetiam denique Pariſiorum ſemet recepit, & ultimo per Belgium anno ab auſpicio peregrinationis tertio menſeque ſexto feliciſſime anno 1645. in Patriam Dn. *de Barnewitz* rediit. Tum *Profeſſionem Medicinæ* jam anno 1641. a Celſiſſimo Principe *Adolpho Friderico* Duce Mecklenburgico obtentam, aggreſſus, atque in locum D. *Simonis Pauli* d. 25. Aug. introductus eſt. Hanc ſuam provinciam, ut *Vir erat ad laborem quaſi natus*, ſumma fide adminiſtravit, hinc & factum, ut cum migraret D. *Jacobus Fabricius* Hafniam, in ejus locum ad *primariam Medicinæ profeſſionem* ſuccederet. Sed heu! non diu munere functus, nondum enim novennium erat præterlapſum, cum forte Apoplexia in Nuptiis alicujus Civis correptus ſubito anno 1654. die 19. Aprilis interiret. *Hujus Viri interitu*, ut teſtatur Rector & Senatus Univerſitatis Rotzſtockienſis Programmate funebri, *non tantum Academia Rotzſtockienſis, ſed etiam urbs, imo ipſa provincia tantam jacturam fecit, ut arbitremur* (ſunt Verba Senatus Academici) *illam vix uno ſeculo poſſe reparari. Vir enim fuit erga DEUM pietate, candore erga quemvis, liberalitate erga pauperes conſpicuus: vixit etiam ab omni faſtu & ſupercilio alienus.* Nuptias celebravit anno 48. d. 4. Jan. cum *Margaretha Riedemans*, ſed conjugium habuit ſterile. Ejus Effigies conſpicitur in loco Concilii: STEPHANUS SCHULTETUS MED. D. ET P. P. ANNO ÆTATIS CURRENTE XLIX.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

SCRIPTA:

Disputation. de Anima vegetante, natura Lienis & materiis tam Philosophicis quam Medicis.

XXIV. Joach. Stockmann.

§. 24. Progredimur ad JOACHIMUM STOCKMANNUM, hunc an Rotzstockiensem vel Hamburgensem appellare liceat, ambigimus. *Laurentius Bodock in Academia Varniaca* dicit. Hamburgi editum, posset ita fieri, quod Pater, qui Hamburgensis natione, tempore imprægnationis cum uxore sua Hamburgum ad suos salutatum iverit, atque tunc temporis hic filius Hamburgi natus sit. Cum vero in Matricula Facultatis Medicæ vocetur Rotzstockiensis, illum & inter Rotzstockienses numerabimus. Incidit vero ejus Nativitas in diem 2. Febr. 1592. Pater illius est M. *Erasmus Stockmann* per complures annos in Academia Rotzstockiensi Professor Physices meritissimus, de quo in subsequentibus, Mater *Elisabetha*, *Gerhardi* illius *Nennii* Med. D. & Professoris, de Academia Rotzstockiensi præclare meriti filia. Hi filium, ut Christianos decet tanquam charum depositum summo in pretio habuerunt & observarunt, ut in pietate & literis adoleseceret, & feliciter res succesit Deo fortunante, nam sub disciplina eruditorum Virorum ad raram eruditionem pervenit, ut adhuc admodum juvenis Decano Facultatis Philosophicæ J. F. Posselio die 27. Apr. Anno 1615. *summos in Philosophia* honores impetrarit, tum ad alias Germaniæ Academias se contulit, & quia ipsius Ingenium maxime ad Medicinam inclinabat, se totum illi devovit, & Aesculapios in illis artem medicam profitentes sedulo audivit. Reversus in Patriam porro se Medicis *Johanni Bacmeistero* Seniori & *Jacobo Fabricio* associavit, illorumque ductu studium suum medicum perfecit, sic ut cum Dnn. Professores Academiæ Rotzstockiensis Jubilæum II. magna festivitate celebrarent, in illa festivitate publice sub auspicio seculi III. Academiæ, anno 1619. mense Nov. *Joachimus Stockmannus* Decano *Jacobo Fabricio summos in Medicina honores* obtineret. Ab eo tempore non solum Medicinam exercuit, sed & legendo & disputando, quam scientiam hausisset, abunde testatus est. Cumque illo tempore ob discessum *Johann. Schleckeri* Academia *Professore Physico* careret, Amplissimus Senatus Rotzstockiensis *Stockmannum Professorem Physices* 1622. vocavit. Hanc Spartam cum laudabiliter gereret, Senatus Sotzstockiensis *Stockmannum* ad altiora evexit, cumque decederet *Joh. Asserus* Medicinæ Professor & Physicus, ejus Dignitas ipsi collata, anno 1643. *In hoc munere se sane fidelem & industrium exhibuit, &, ut virum bonum decet, omnis ambitio, invidia, avaritia, æmulatio, arrogantia & dolus longissime ab eo abfuit.* Conjugem elegit *Annam*, magni Theologi *Pauli Tarnovii*, quem supra laudavimus, filiam, ex hac suscepit Filium *Paulum*, etiam Medicinæ D. atque filiam *Mariam* Conjugio sociatam *Joachimo Schnobelio* JCto, primum Professori Rotzstockiensi, deinde Syndico Stetinensi. E numero viventium surreptus 1653. nonis Junii ætatis 62. Effigies ejus conspicitur in loco Concilii Rotzstockiensis cum hac subscript: JOACHIMUS STOCKMANN, PHILOSOPH. ET MEDICINÆ DOCTOR. NATUS MDXCII. AD PHYSICES PROFESS. VOCATUS A. MDCXXII. DEPICTUS. MDCXXXVIII.

SCRIPTA:

Oratio de Quæstione; An per Artem possit fieri Aurum?

Disp. de Deliriis in genere, & in specie de Phrenetide &c.

XXV. Joh Bacmeister.

§. 25. Succedit Patruus noster JOHANNES BACMEISTERUS junior. Hic Patriam habet Lünæburgum, in qua Salinarum urbe anno 1624. d. 31. Octobr. inter mortales numeratus. Patrem habuit Virum Nobilissimum Dn. *Matthæum Bacmeisterum* Philosophiæ & Medicinæ D. Physicum Lunæburgensem, & Sereniſſimi Ducis inferioris Saxoniæ *Augusti* Archiatrum, qui Filius fuit canitie & meritis venerandi Theologi *Lucæ Bacmeisteri* Senioris, cujus vita superius adumbrata. Matrem habuit nobilissimam matronam *Sophiam* Amplissimi Viri Dn. *Joh. Kellermanni*, JCti, primum judicii provincialis Proto-Notarii post Consulis urbis Rotzstockiensis, & *Dorotheæ Jünglings* filiam. Patrem infans amisit, cum vix annum ætatis 2. esset ingressus, videl. 6. Jan. 1626. Hinc educationis cura in matrem devoluta, verum Deus illi prospexerat Patruis excellentissimis Viris, quorum jam supra meminimus, qui curam educationis ipsius in se suscepere: inprimis autem ipsius Avunculus *Christianus Kellermannus* JCtus, qui in coelibatu vitam degebat, illius curam gerebat, ut jurares non curæ sed naturæ Patrem fuisse. Hic in pueritia *Johannem* nostrum una cum Fratre suo natu majori *Luca*, Parente nostro, eruditis juvenibus erudiendum tradidit, inter quos erant *Johann. Schnobelius*, & *Joh. Nicolai*, qui postmodum Lubecæ Pastor Petrinus factus est. Cum vix novem annos natus esset, Lubeccam missus est, & insigni Philologo *Johanni Kirchmanno* Rectori Scholæ Lubecensis meritissimo, in disciplinam traditus est, cujus & tecto & mensa usus. *Kirchmanno* succenturiatus est M. *Sebastianus Mejerus* Collega, tum Scholæ Conrector; ut vero *Kirchmannus* inprimis in lingua latina, logicis & rhetoricis *Johannem* nostrum informaret, sic idem præstabat *Mejerus* in græcis. Horum virorum opera effectum est, ut cum laude anno 1642. in Academiam Wittebergensem, ubi tum commorabatur ipsius Frater *Lucas*, mitteretur. In hac Academia inprimis *Joh. Sperlingium* Physicum & *Schneiderum* Medicum audivit, & ad pedes eorum sedit, inde Rotzstockium a matre & avunculo revocatus (ubi tum degebat mater) Medicis *Stephano Schulteto* & *Joachimo Stockmanno* adhærebat, sic ut nunquam ab illorum lateribus discesserit, quin doctior factus esset. A Musis Varniacis ad Gryphicas contendit, ibidemque aliquantisper substitit, & cum Medicis versatus est. Postea extra Germaniam pedes movit, atque in Belgium trajecit, inprimis vero Lugduni substitit, usus inprimis Præceptoribus Viris celeberrimis *Ottone Heurnio*, *Adolpho Vorstio*, *Alberto Kypero*, *Anton. von der Linden*, *Adriano Falcoburgio* & *Joh. Walæo*, quorum opera studium suum medicum absolvit. Nam anno 1648. habita prius sub laudati *Heurnii* Medic. Pract.

Pract. Anatom. & Chirurg. Professoris ejusque primarii Magnifici t. t. Rectoris præsidio, inaugurali disputatione medica de *Spasmo* dignissime cum applausu omnium bonorum *Medicinæ D.* salutatus est. Abiit eo honore impetrato ad Anglos, & his visis reversus in Belgium, præclariora loca lustravit. Constituerat domicilium figere Hamburgi, motus familiaritate *Bernhardi Langwedels* Poliatri Hamburgensis, sed mater filium non passa est a se remotum vivere, cum jam natu major filius apud Hadelenses Pastorem ageret, igitur hunc filium invitavit, ut potius inter Rotzstockienses *praxin medicam* exerceret. Filius obediens matri Rotzstochium ingressus 1649. & mox favorem hominum atque Dei benedictionem sensit. Cumque aliquot annis Medicinam exercuisset, & *Joachimus Stockmannus* vallem miseriarum cum coelestibus gaudiis permutasset, Amplissimus Senatus Rotzstockiensis *Johannem* nostrum in locum *Joachimi Stockmanni, Medicinæ Professorem & Physicum* anno 1654. 13. Jun. constituit. Hoc munere ultra II. annos perfunctus est, tunc, cum *Caspar Marchius* hactenus *Medicinæ practicæ & superiorum Mathematum Professor* in novam Academiam Kilonienſem migraret, in ejus locum an. 1665. mense Nov. a Sereniſſimo Duce Mecklenburgico *Christiano Ludovico* surrogatus est. Præter *Professoriam Dignitatem etiam Archiatri titulum nactus, Johannes* enim *Georgius* Dux Megalopolitanus ejusque illustrissima Soror Abbatissa *Sophia Agnes* corporum suorum curam ipsi commiserunt. *In demandatis fuit sedulus, officiosus, atque affabilis. Cruci a Deo fuit subjectus; per 16. enim annos sensit correctionem divinam dum gravi κεφαλήᾳ* seu potius *Hemicrania contumaciſſima, acerrima, quæ nullis plane cedere, etiam generoſiſſimis remediis,* (verba sunt Medicorum Rotzstock.) *voluit, ſupendi tantum potuit, fuit oppreſſus, ut ſoepius præ ſummis doloribus & deſtillationibus capitis lecto fuerit affixus.* Huic malo aliud accessit nam in incendio isto magno Rotzstockiensi, quod anno 1677. d. 11. Aug. accidit, non solum ipsius domus, sed & bona igne consumpta, & quæ servarat, aliisque alio deferendum tradiderat, surrepta sunt. Quantam vero jacturam bonorum suorum fecerit, ipse indicat in *Epistola* quadam ad JCtum quendam Argentoratensem, cum Filius illius natu maximus *Johannes* ibi literis operam daret, ex quibus quædam adducemus & sic inter alia scribit: „*Anno 1677. tertio iduum Auguſti ipſo Hermanni die, horrendo hic Roſtochii excitato incendio per inſidias externas nullo domeſticorum meorum errore, lares noſtros aggreſſus, tantum in bona mea exercuit imperium, tantam tyrannidem & violentiam, ut non ſolum ædes meas magnis ſumptibus eleganter ſatis exſtructas, unaque cum reliqua ſuppellectile aurea, argentea, ærea, ſtannea, lignea, Bibliothecam meam quadraginta annorum decurſu ſumma diligentia & curioſitate ex ſelectioribus Medicis, Mathematicis, Philoſophis, Hiſtoricis, Philologisque collectam, & tot annorum lucubrationes, tot Inſtrumenta Anatomica, Chirurgica, Mathematica, tot ſceleta affabre concinnata, imo quod palmarium, opera a me ductu & auſpiciis Minervæ confecta, quæ obſervationes medicas & chirurgicas nongentas quinquaginta octo complectebantur, propediem lucem viſura, atque ſic univerſam noſtram Minervam uno velut fulmine, non tamen ſine Dei voluntate proſterneret atque perditiſſimis ſuis ruinis involveret, nihilque præter Jovis cerebrum ſive mentem bonam in ſano corpore cum literis dilectiſſimis intactum relinqueret, quod clementiæ divinæ omnino attribuendum.* Disciplinæ scholasticæ fuit observantissimus & accuratissimus censor, ipso enim Rectore anno 1662. *Pennalismus* est abrogatus. Conjugio sibi associavit *Hedwigam*, Amplissimi Dn. *Diderici Wolffrabts* Senatoris Rozstockiensis filiam natu maximam, quæ ipsum undecim liberorum fecit Parentem. Tandem jam dudum enervatus multis doloribus capitis, calculo etiam laborare coepit, qui illi finem vitæ fecit 1686. d. 15. Februar. ætatis LXII. *ac sic in eo florens per 124. annos* BACMEISTERORUM FAMILIA *Rotzſtockii exſpiravit.*

SCRIPTA:

Dispp. de Spasmo: de Oculo.

§. 26. BACMEISTERUM excipit CASPAR MARCHIUS, Pomeranus, & quidem natus in oppidulo ulterioris Pomeraniæ Penkun. Educationem ejus fuisse honestam, & a Parentibus suis in Pietate & literis enutritum, vel inde constat, quod ad summum eruditionis fastigium pervenerit. Jactis enim linguarum & artium fundamentis coelo Academico se commisit, & inprimis studium Mathematicum & Medicum excoluit, usus in illis variis in Academiis Viris summis Informatoribus. Cumque jam solide Medicinam percepisset, *insula Doctorali* est ornatus, atque *Professor Medicinæ* in Academia Gryphiswaldensi constitutus, inde in Academiam Rotzstockiensem a Sereniſſimo Principe *Adolpho Friderico* Duce Mecklenburgico vocatus, & anno 1655. d. 18. Maji in locum b. *Stephani Schulteti Medicinæ Practicæ & Mathematum ſuperiorum Profeſſor* solenni ritu introductus est. Decennium vixit in Academia Rotzstockiensi & quidem sic vixit, ut summam laudem reportaret, ejusque fama & nominis celebritas ubique serperet. Erigebat Sereniſſimus Holsatiæ Princeps *Chriſtianus Albertus* novam Academiam Kilonii, & undique accersebat Viros literatos, vocavit & *Marchium* in suam Academiam jam jam fundandam, ut Medicinam in ea profiteretur. Paruit *Marchius* vocationi, & circa autumnum 1665. migravit Kilonium. In hac nova Academia eandem in docendo & disputando fidem præstitit, qualem Rostochii, ut inde celebrior factus, atque post aliquot annorum decursum anno sc. 1673. abs Sereniſſimo & Potentiſſimo Electore Brandenburgico Berolinum vocatus, *ut corporis ſui curam* gereret, in qua functione pie in Christo obdormivit anno 1677. 26. Oct. *Fuit magni nominis Chymiater.* XXVI. Caſp. Marchius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

SCRIPTA:

Oratio Panegyrica in introductione Academiæ Kilonienſis habita.

Diſpp. de Luxatione Oſſium in genere.
Melancholica Hypochondriaca.
Menocryphia.
Cometa Tractatus Germanicus, 1652.

XXVII. Seb. Würdig.

§. 27. Pergimus ad SEBASTIANUM WURDIGIUM natione Miſnicum, & quidem in oppido Torga, arce & quod ibi *Formula Concordiæ* proprie ſic dicta ſit confecta, celebri, vitæ uſuram cepit Parentibus honeſtis, qui filium in Pietate & literis ſumma cura erudierunt, & Dnn. Præceptoribus Scholæ patriæ in literis poliendum tradiderunt. Hauſtis linguarum & artium fundamentis vicinam Academiam Wittebergenſem ingreſſus, Phyſicum *Johann. Sperlingium*, *Sneiderum* & alios Medicos docentes, ſumma diligentia audivit, inde in alias Academias ſe contulit, nec Lipſienſem Academiam intactam reliquit, inſinuans ſe in familiaritatem Medicorum. Ex Germania in Pruſſiam ivit, atque Regiomonti ſtudio medico invigilavit, idque abſolvit, ut in *Jubilæo primo Academiæ Regiomontanæ*, quod accidit anno 1646. ſumma cum gloria *Medicinæ D.* ſit creatus. Hiſce peractis alias regiones viſitavit, pervenitque in Livoniam Dorpatum, ubi *Medicinæ & Phyſices Profeſſor* factus. In hac Academia ſuam eruditionem variis monumentis ingenii probavit, eodemque in loco & Academia tamdiu permanſit ac hæſit, uſque dum Moſcovitica ingruerent anno 1652. bella, quæ ipſum tandem cum uxore & tribus ibi natis filiis expulerunt. Et Rotzſtockium iterum, uxoris ſuæ *Annæ Greves* Patriam, (quam anno 1644. antequam Dorpatum proficiſceretur, in uxorem duxerat, anno 1676. iterum morte privatus erat, ſe contulit; cumque ibi vacaret *Profeſſio Medica* à Sereniſſimo Duce Mecklenburgico ipſi ea demandata, atque ſic *Stephano Schulteto* in prima Profeſſione, quam antea vacuam reliquerat, *Simon Pauli* anno 1655. d. 29. Octobr. ſucceſſit, ſimulque & Ducis Guſtavi Adolphi Arch. *Qualem ſe in officio ſuo geſſerit, ſcil. fidelem, ipſi cognovimus, qui virum novimus. Botanicum ſtudium inprimis tractabat, quod ei commiſſum erat, verno atque æſtivo tempore, nullum ferme diem prætermittebat*, quin ut vulgo loquimur, *herbatim* iret, herbas monſtraret, earumque virtutes ſtudioſæ juventuti demonſtraret. Tranſimus pietatem viri ejusque candorem, multaque dicenda forent, ni brevitati ſtuderemus. Humani tamen nova Medicina Spirituum, aliaque aliquid paſſus eſt in conſcripto ſuo ac edito Libello de *Spiritibus*, ut propterea ob minus in illo orthodoxas phraſes ac locutiones uſurpatas per Deputatos a Duce *Guſtavo Adolpho* fuerit conventus anno quidem 1683. menſ. Jan. Revocavit tamen omnia, unde ſcriptum *D. Siricii* enatum, *victrix veritas in cenſuris Theologico-Medicis de nova ſpirituum Medicina, quam ante annos aliquot edidit Sebaſt. Wirdig. Med. D. & Prof. autoritate Principali ad piam legentium cautelam exhibita & rec. una cum Præloquio.* Guſtr. 1684.

Sed hic tandem celeberrimus Medicus magno cum Academiæ luctu pie & placide in Domino obdormivit anno 1687. die 17. Apr. ætat. LXXIV.

XXVIII. Joach. Doebel.

§. 28. Succedit JOHANNES JACOBUS DÖBELIUS, hic Dantiſci, Metropoli Pruſſiæ & nobili Emporio genitus 1640. Parentem coluit Virum Reverendum DN. JACOBUM *Döbelium* Dantiſci ad S. Lazar. Eccleſiaſtem meritiſſimum, Matrem *Eliſabetham Müllers* Dn. *Joh. Mülleri* Paſtoris Zettinenſis in Pomerania filiam. Avus Paternus ei extitit Reverendus vir, Dn. *Joh. Döbel* Schapredenſis in Rugiæ Ducatu Paſtor, Avia paterna *Eliſabetha Straußbergs*. Proavus Paternus fuit *Jacobus Döbelius*, Civis ac Negotiator Gryphiswald. Proavia Paterna *Magdalena Stilowen*, *Joachim Stilowen*, Civis & Mercatoris ibidem filia. Proavum autem Maternum agnoſcit, *Johannem Müller*, Senatorem Leuenburgenſ. Cos. ibid. meritiſſimi Dn. *Johannis Mülleri* & *Catharinæ Pöpkin* Filium. Proaviam Maternam, *Annam von Meyerer*, ſtrenui Viri *Joachimi von Meyerer* Ducalis in *Saltzck und Kollwitz*, prope Stetinum Præfecti, Generoſæque Fœminæ *Claræ Jannewitzin*, Generoſ. Viro *Ewaldo Jannewitzen*, in Jannewitz, Hæreditario, prognatæ Filiam. Parentes hunc filium omnibus imbui conſeſtim litterarum rudimentis coepere, quibus tenerior ætas ad majora præparanda venit. Sed proh dolor! non diu Parentibus manuductoribus gaudere potuit, illis enim puer orbatus. Curæ itaque tutorum commiſſus, inter quos erat *Wilhelmus Schlott*, Dantiſci ad D. Johannis Paſtor & in Gymnaſium Dantiſcanum ſtudiorum gratia miſſus, habente inſpectionem ſtudiorum accuratam modo dicto *Schlott*, cujus ductu Dantiſci rebus ſic ſatis bene geſtis, & jactis linguarum & artium fundamentis Academiam Regiomontanam adiit anno 1650. Studio Theologico daturus operam, ſed morbo vehementi, qui ipſum invaſit, & quod imbecilli eſſet corpore, quod latera non haberet ad concionandum, ab inſtituto revocatus, & ad Medicinam animum adjecit. Igitur collectis viribus ſe mancipavit viris Medicis Dn. *Tinctorio* Archiatro Electoris Brandenburgici, *Peckero* & *Müllero*, nihil intermittens eorum, quæ ab ipſo deſiderari poterant aut requiri. Cumque fortunam non adeo ſenſit faventem, Ephoriam ſibi imponi paſſus eſt apud Comitem de *Schlippenbach*, cum quo anno 1661. in Curlandiam & porro in Lituaniam ad Jeſuitas Wildenſes ſtudiorum gratia miſſus eſt, ibique ſubſtitit loci, quoad pax & religio permiſit: utrique aliquod ubi imminere periculum adverteret, in Curlandiam rediit, indeque anno 1663. abiit ad Livonos, mox ad Pomeranos. Ex Pomerania trajecit in Daniam & Hafniæ *Thomam Bartholinum* ac *Simonem Pauli* ſibi devinxit maxime. Ex Dania ad Friſios perrexit, Franekeram inviſit & ulterius ad Batavos pervenit, atque in Lugdunenſi Academia Præceptores habuit D. *Johann. Antonium von der Linden*, D. *Franciſcum de la Bor Sylvium* Viros in Medica

Medica arte magnos atque celebrem Anatomices, ac Chyrurgiæ Professorem D. *Johann. von Horn.* Horum manuductione tantos fecit progressus ut e vivorum numero sublato Dn. *von der Linden*, ipsi sponte obtulerit publiceque an. 1664. mense Majo contulerit *Lauream Doctoralem* D. *Sylvius*. Hac obtenta in Brabantiam migravit, lustrans Antwerpiam, Bruccellas, Lovanium. His visis animum induxerat Patriam repetere, venit itaque in hunc finem Hafniam, Hafnia cum non posset ire in Borussiam, sane directione divina contendit navi Rozstock. cumque hyems ingrueret, Rotzstockii detentus est. Dum vero Rostockii degeret, sensit in praxi eximiam felicitatem, ac favorem civium, qui illi frena qs. injecere, ut Rotzstockii maneret, & *Johann. Bacmeisterus* junior *Marchio* succederet 1665. die 18. Decembr. a. 1666. vacuas sedes *Bacmeisteri* jussu Senatus Rotzstockiensis occupavit *Döbelius*, *Physicus*, *Rotzstockiensis* factus, in quo munere summa cum laude octodecim annos versatus, ita quidem ut *Collegium Naturæ curiosorum*, quod in S. R. I. viget, illum *in Societatem* adsciverit, & cum Hippocratem inprimis explicatione insigni expolire nosset, *Hippocratem* nominaret *secundum*, imo & *Comes Palatinus Cæsareus* est declaratus. Cum Professionem esset nactus, de vitæ socia sibi prospexit, atque in uxorem duxit anno eodem *Annam Elisabetham von Hillen*, Dn. *Joh. Christophori von Hillen* JCti celeberrimi, & *Annæ Elisabethæ Cothmanniæ* filiam natu maximam, cum qua procreavit duos liberos. Vivit adhuc Pater in liberis, præprimis filiis & quidem filio *Johann. Jacobo* Med. D. & Practico in Scania, Malmogæ. Obiit una cum Conjuge sua intra triduum, mense videl. Junio 1684. ætatis 44.

SCRIPTA:

Collegium Geometricum cum figuris æneis. Rost. 1677.

Sciagraphia Corporis humani. ib. 1683.

Centuria I. & II. Conclusionum curiosarum.

Physiologia Joh. Anton. van der Linden contracta & illustrata.

Meletemata ejusdem Medicinæ Hippocraticæ contracta.

Lazari Riverii opera Medica, & Disput. aliquot Medicæ.

CAP. III.

De Professoribus Medicis viventibus.

1. Bernh. Barnstorff.

§. 1. Jam accedimus ad Agnatum nostrum, Fautorem, Amicum, & quondam Commilitonem charissimum BERNHARDUM BARNSTORFFIUM; hic aura vitali frui cœpit in perantiqua Musarum sede Varniaca, videlicet. Rotzstockio anno 1645. d. 14. Sept. Iisdem Parentibus videl. *Petro Barnstorffio* Pharmacopæo & *Agneta Scharfenbergs*, quos recensuimus supra in vita fratris sui germani *Joh. Barnstorffii* JCti. In pueritia atque adolescentia ab iisdem Præceptoribus est informatus, quibus frater usus, & ut supra monuimus, eundem amorem fidem atque curam vitrici erga se sensit ut Frater. Qui vitricus *Georgius Henricus Weidenkopff* hunc suum privignum anno 1664. Wittebergam misit, ibi cum Medicis *Sennerto* & *Schneidero* tum Philosophis, præcipue *Notnagelio*, *Zigræ*, & *Walthero* singulari cum ardore adhæsit, magnoque cum fructu illorum lectionibus interfuit. Antequam Academiæ Wittebergensi valediceret, duas habuit Disputationes, alteram *de occultis qualitatibus*, alteram *de Filiis meteoricis*, *vulgo Filamentis Mariæ*; Biennio apud Wittebergenses Musas exacto, reversus in Patriam, tunc nos in ipsius amicitiam incidimus. Degens in Patria Collegia Medicorum *Johann. Bacmeisteri*, *Sebastiani Würdigii*, *Johann. Jacobi Döbelii* magno cum ardore frequentavit, inprimis manuductione Patrui nostri, ejusque privatissima informatione usus est, ut insignem jam tum scientiam medicam hauserit. Anno 1668. circa autumnum ivit in Bataviam, postquam vero in via jam Illustrium Academiarum Groningensis & Ultrajectanæ Professores Medicos salutaverat, & aliquantisper audiverat, tandem in Leidensi præ cæteris subsistere voluit, celebritate Medicorum, *Sylvii* scil. *van Horne* & *Marggrafii* illectus, quibus se totum amplius informandum commisit, ut nil dicamus, quot sectionibus interfuerit, & quam diligenter Nosocomium duce *Sylvio* visitarit. In Batavia cum per annum & tres menses degisset, jam toto celebres orbe Britannos visere aggressus est, & trajecit vento secundo in Angliam & primo Londini appulit, ut in familiaritatem *Collegii Naturæ curiosorum* incideret, ac mirabilem quoque curationem regiam, quando Rex per manuum impositionem, verborumque nonnullorum additionem scrofulas curat, oculis usurparet, quod utrumque particeps factus est. Deinde præcipua Regni illius loca, inprimis Academiam Oxoniensem lustravit. E Britannia in Galliam profectus est, & quidem in ipsam Parisiorum Lutetiam, in qua aliquandiu versatus est. Inde in Germaniam iter fecit, ac Academias celebriores nempe Argentoratensem, Heidelbergensem, Erfordinam, Jenensem & Lipsiensem invisit. His peractis tandem in Patriam sub finem 1669. redux factus est. Cum igitur Musis patriis interesset, modeste summos in arte medica honores ambiit, & Examine præstito ad Disputationem inauguralem admissus est, quam conscripsit & habuit die 15. Sept. 1670. *de morbo virgineo* Præside Decano *Joh. Jacobo Döbelio* ut summam laudem reportarit. Anno sequenti 1671. die 28. Febr. Promotore *Joh. Bacmeistero Privilegiis Doctoralibus* est insignitus. His impetratis Medicinam exercuit, & feliciſſime ægrotantes curavit, unde & favorem omnium inprimis Ampliſſimi Senatus Rotzstockiensis expertus est, qui *Barnstorffium* nostrum in locum *Döbelii* vocatum anno 1686. die 28. Jan. introducendum curavit, quam Functionem laudabiliter gerit: Optamus, ut diu in salutem Academiæ atque ægrorum sit superstes,

atque ut hactenus, ita porro Dei benedictionem sentiat, ac Senioratu & Physicatu suo fruatur. Ao. 1671. mense Majo stabili Conjugio sibi copulavit prænobilem Virginem, *Mariam Elisabetham Weidenkopfiam*, Vitrici sui fratris D. *Eberhardi Weidenkopffii* Holsatiæ quondam Ducis Aulici filiam, ex qua vidit filios & filias; alter filiorum & quidem natu major Medicinam jam Anklami in Pomerania feliciter exercet, precamur ut cum conjuge sua ad seram senectutem perveniat, multosque Nepotes & Neptes numeret.

II. Jo. Gerdes.

§. 2. Sequitur jam ordine quidem vocationis, sed qui Rotzstockio iterum discessit, II. Medicus JOHANNES GERDESIUS, natione Suecus, & quidem Holmensis. Procreatus honestis Parentibus, & ab illis in Pietate & literis, cum ad illas inclinaret, bene educatus, doctisque Viris in disciplinam traditus. Cumque illa percepisset, quæ aptum istum reddidere, ut ad altiora progrederetur, ad Academias ablegatus est. In his magno studio Philosophos inprimis Physicos auscultavit, cumque scopum studiorum suorum Medicinæ studium sibi proposuerat, Philosophis, Medicos adjunxit, & summo studio summaque diligentia Medicinam excoluit, in eaque tantam scientiam hausit, ut ex merito ipsi *honores Doctorales* sint collati. Accidit t. t. quod e viventium numero surriperetur *Johann. Bacmeisterus* hactenus Medicinæ ac Mathematum superiorum Professor, igitur, ut ejus vacua Professio supplereturr, a Serenissimo Duce Mecklenburgico *Christiano Ludovico*, *Johannes Gerdesius* est vocatus, & anno 1687. solenniter introductus. Vixit in Academia Rotzstockiensi decennium, & quidem ita vixit, ut sua Doctrina atque Industria multos ad se discipulos alliceret, inter quos numerandus *Johann. Jacobus Stolterfothus*, Agnatus noster, hodie Medicus Lubecensis, Vir insignis & profundæ eruditionis. Cum decennium Rotzstockii absolvisset *Gerdesius*, a Serenissimo ac Potentissimo Rege Sveciæ in Gryphiswaldensen Academiam vocatus 1697. *Archiaterque Regius* constitutus est. In hac, ut in Rotzstockiensi Academia sua diligentia ac fide magnam Nominis famam sibi conciliavit, sed heu! non licuit illi diu muneri præesse, nam in flore ætatis 1700. d. 6. Jan. est extinctus.

III. Johannes Ernestus Schaperus.

§. 3. Hodie inter viventes Medicos Professores Rotzstockienses medium locum tenet JOHANNES ERNESTUS SCHAPERUS, qui Patriam habet Custrinum, ab osculo Trinæ ceu ajunt, sic appellata, ubi Viadrus & Warta sine mixtura confluunt. Estque civitas Neomarchiæ Brandenburgensis tum fortalitio inexpugnabili, tum Dicasterio Electorali gaudens. In hac civitate in lucem prodiit *Schaperus*, Patre Dn. *Johanne Schapero* J. U. L. Dicasteriique Electoralis Advocato & vicinarum civitatum Syndico, Matre *Martha Sophia Wernicken*, Dn. *Andreæ Wernicken* Comitis Palat. Cæsar. ac Potentissimi Electoris Brandenburgici Coloniæ ad Svevum Aulæ & Cameræ Consiliarii filia, a quibus domi statim in tenera ætate ad pietatem educatus, literisque destinatus est. Et quidem fundamenta literarum sub privatis Præceptoribus jecit, deinde patrio Gymnasio traditus, usus Præceptoribus *Martino Zuckero* Rectore, & *Samuele Lauriseo* Conrectore, quorum manuductione in linguis & artibus haud mediocres fecit progressus, ita ut ad sublimiora posset tendere, & quia animum ad studium Medicum jecerat, jam Custrini horis succisivis Dn. D. *Stossii* Archiatris Electoralis privatissimam informationem in Anatomicis adhibuit. Anno 1684. mense Februario Academiam Francofurtanam salutavit, ubi per integrum quadriennium arti Peoniæ invigilavit, ductore cumprimis *Bernhardo Albino* Philosophiæ & Medicinæ D. ac Professore, & quidem tam felici successu, ut hoc Præside Dissertationem *de massæ sanguineæ corpusculis* a se conscriptam anno 1688. mense Martio publ. ventilandam proposuerit. Francofurto ad exteros migravit, & peregrinatione feliciter absoluta Francofurtum rediit 1689. mense Aprili, motus inprimis ob fidelitatem dicti *Albini*, sub cujus Decanatu & Præsidio disputationem inauguralem *de vera Diabete*, morbi specie mense Majo ejusdem anni cum applausu habuit, unde & subsequenti mense Junio ejusdem anni eodem *Albino* Promotore *Laurea Doctorali* fuit redimitus. Hac impetrata incepit apud Francofurtenses Praxin medicam exercere, & quidem tam feliciter, ut fama ejus excitus Dux Saxoniæ & Postulatus Administrator Episcopatus Martispurgensis Dn. *Christianus* I. eundem anno 1689. mense Septembr. suum cooptare *Archiatrum* fuerit dignatus, quo munere per triennium fere laudabiliter functus est, in eoque post fata Ducis *Christiani* I. a successore ejus Dn. *Christiano* II. clementer confirmatus. Cum vero Conjugem secundam Gustrovii quæreret, innotuit Serenissimo Duci Mecklenburgico *Gustavo Adolpho*. Hic certior factus de *Scaperi* doctrina & praxi medica, non tantum illum ad Professionem Medicinæ in locum *Sebastiani Wurdigii* Medicinæ Doctoris & Profess. clementissime vocavit, quam & anno 1692. die 12. Jul. succepit, sed & ejusdem quoque sæpius Gustrovium evocati consiliis usque ad finem vitæ usus est. Ut vero Spartam suam ornat, non tantum ejus Discipuli, qui magno cum cursu advolant, sed & ingenii monumenta testantur, siquidem tum Medica Collegia, tum Physica experimentalia studiosæ juventuti proponit, ut nil dicamus de privatissimis Collegiis medicis. Precamur, ut *tantus, tamque curiosus Vir, tamque sedulus* diu superet in gloriam Academiæ, commodum studiosæ juventutis ac multorum ægrotorum salutem. An. 1689. animum ad conjugium adjecit, & Nuptias celebravit cum *Catharina Elisabetha Merkia* Dn. *Augusti Merkii* apud Prentzlovienses ad ædem D. Mariæ Archi-Diaconi, & *Evæ Ludecæ* filia. Hac post partum demortua *Hedewigam Catharinam Haberkorniam* Dn. D. *Joh. Balthasaris Haberkornii* hodie Superintendentis Gustrovienfis, aulicique Concionatoris primarii filiam uxorem duxit. Cùm hac in svavi attamen sterili vivit conjugio, optamus fœcunditatem, & ut seros nepotes videat. Scripta ejus recitantur in *Rostochio literato* p. 150.

§. 4. Con-

IV. Ge. Dethardingius.

§. 4. Concludimus classem Medicorum cum GEORGIO DETHARDINGIO Pomerano, cujus Patria Stralsundia, citerioris Pomeraniæ Metropolis, & urbs munitissima navigioque celebris, in hac lucem aspexit 1671. d. 13. Maji, Patre quidem Fautore ac amico nostro Dn. *Georgio Dethardingio*, Medicinæ D. anno 1667. Rotzstockii promoto, qui ante hac Stralsundensium, jam Gustroviensium Medicus & Archiater Ducalis, filio *Georgii Dethardingii* Pharmacopæi quondam Stetinensis: Matre vero *Anna Catharina Nesenea*, Dn. *Joachimi Nesenii* civitatis quondam Rotzstockiensis Senatoris filia. Hic post Pietatem literarum rudimenda in schola primum Stralsundensi, deinde Gustroviensi Præceptore in primis *Thoma Ramsay* hausit, & Rotzstockium missus est, ut cum D. *Johann. Sibrandi* P. filio natu majori informaretur. Postea *Joh. Matthæi Polemanni* Conrectoris Gustroviensis privata informatione usus, & perceptis linguis necessariis atque Principiis in Philosophia anno 1688. publ. in Auditorio magno Scholæ Gustroviensis orationem memoriter habuit in obitum Principis *Caroli*. Eodem anno Rotzstockium ingressus, ac Medicorum *Bernhardi Barnstorffii* & D. *Joh. Gerdesii* lectionibus cum fructu interfuit per annum & 6. menses, cumque eximia in studio Medico fundamenta jecisset, Dn. Parentis sui consilio anno 1689. in Bataviam abiit, & quidem Lugduni Batavorum, sub Professoribus ac Doctoribus Medicis *Drelincurtio, Hermanno, Nuckio, le Mort & Senguerdio* artem medicinalem quoad omnes ejus partes excoluit. Visis Lugdunensibus, Ultrajectum perrexit, ubi *Vallani* & *Munningkii* favorem expertus est. A Belgis 1691. ad Gallos quoque & Britannos tetendit m. Sept. ejusdem anni. Patre autem hic volente per mare Hamburgum, atque ita porro Gustrovium revertebatur, sed ultra sex menses non substitit ibi, quamvis illi *Physicatus Gustrovienſis* ultro offerreretur. Contulit ergo se primum Lipsiam anno 1692. m. Martio, ibique per annum substitit, gaudens Informatione summorum in Arte Machaonia Virorum, *Bohnii, Rivini, Petermanni*, &c. Lipsia anno 1693. ad Noribergensium Academiam, quæ Altorfii est, profectus, ibique studium sunm Medicum DD. *Mauritio Hofmanno, Jacobo Pancratio Brunone* & *Johanne Mauritio Hofmanno* absolvit, & honores Doctorales ambiit, unde mox ad Examina & Disputationem Inauguralem, quam de *Calculis Microcosmi* conscripsit, admissus est absque Præside die 1. Dec. Antea autem quam Honores Doctorales capesceret, Altorfio anno 1694. per Noribergam, Augustam Vindelicorum, inde Ratisbonam, Viennam, in Hungariam Italiamque tetendit, ac præcipuas Urbes Italiæ lustravit. Hisce peractis ex Italia in Germaniam rediit, & per Tridentum, Monachiumque Altorfium ingressus, ubi an. 1695. d. 17. Nov. Decano *Johanne Pancratio Brunone* Insignibus & *Privilegiis Doctoralibus* mactatus est. His impetratis, gradum suum publica Disputatione de *Fontanella Infantum* Præses die 4. Dec. defendit. Denique anno 1696. in Januario in Patriam redux factus, ea, quæ apud exteros hauserat, *Anatomia* publice demonstravit, sed ea nondum absoluta, fama ad Aulam Sverinensem delata; unde Serenissi. Dux Meckelburgens. *Fridericus Wilhelmus* eidem *Anatomiæ & Botanices*, nec non *Mathematum Superiorum* simul connexam *Professionem*, quam *Johannes Gerdesius* abitu suo ad Gryphiswaldenses vacuam reliquerat, clementissime contulit. Eam itaque sequenti statim anno 1697. die 17. Febr. aggressus est, & pro virili admodum laudabiliter ornat, inprimis in Anatomicis studiosam Juventutem fideliter informat, quod ipsi cognovimus, dum in Academia illa Varniaca anno 1700. studiorum causa morantes, ipsum cadaver Viri, quoad partes singulos annexo usu Medico ac Physico, concinne publice dissecantem vidimus. Precamur, ut diu diuque muneri suo cum laude præsit! Eodem anno, quo Professoratum nactus est, Conjugium contraxit cum *Maria Reuschia*, Dn. *Christophori Reuschii*, Duci olim Megalopyrgensi *Gustavo Adolpho*, a Consiliis Ecclesiasticis, & *Dorotheæ Grundgreiffers* Filiæ. Optamus non tantum conjugium, fertile, sed & perenne ac suave. Uberiorem hujus Viri vitam communicavit B. D. *Habichhorstius in Rostochio suo Litterato p. 151.*

XXX.

DIPLOMATARIVM DOBERANENSE PRIMVM. AB AN. 1190. VSQVE AD AN. 1300. CHARTAS CXI. COMPLEXVM.

E MEMBRANIS AVTOGRAPHIS TRANSVMTVM, ARGVMENTIS ET NOTVLIS INSTRVCTVM AB E. J. DE W.

I. De predio in Wilsne cum omni utilitate ejus Nicolaus Princeps Slavorum.

1190. *Nicolaus Princeps prædium Wilsne eximit a potestate seculari.*

In nomine sancte & individue trinitatis. Ego *Nicolaus*, Slavorum Princeps, *fratres in Dubberan* fovendos suscepi eisque benefacere proposui, considerans quod ipsis benefacientibus maxima merces reposita sit in celis. Unde predium, quod *Wilsne* dicitur, cum *omni utilitate*, tam in aquis quam in pratis ac silvis in universis terminis suis hiisdem fratribus donavi, eodem jure quo patruus meus *Pribislaus* omnia bona sive predia que largitus est ipsis contulit. Ut videlicet nullus *comes*, nullus *advocatus* vel *alia potestas secularis* in *bonis* aut *rebus* sive *hominibus* claustri aliquid juris sibi usurpet absque *consensu Abbatis*, ad Abbatem enim pertinebit in hiis terminis universa *procurare*, vel omnia *judicare*, aut, qui procurent ac judicent, ordinare. Homines autem, qui *terras fratrum excolunt*, sive *sub eis in villis ipsorum sederint*, ab exstructione urbium aut pontis ante urbem vel ab aliis rebus, que communiter indicuntur perpetuis liberos esse debere concessimus, quatinus eo securius servire *fratribus* possint. Sex eciam marcas per singulos

Initatur munificentiam Pribislai.

Abbati autoritatem Comitis, Advocati, Judicis confert.

Colonos & inquilinos terræ ab oneribus liberat.

Proventus assignat e taberna in Godorach.

los annos in *Goderach* de *taberna* eisdem solvendas esse constitui, & quecunque justa sunt illis servari precepi. Quisquis igitur aliquid de his, que duximus infringere temptaverit, ultionis divine sententiam non immerito subibit. Hujus rei testes sunt Berno *Zverinensis* EPISCOPUS, Thiedwigus CAPELLANUS *de Rozstock*, Henricus CAPELLANUS *de Goderac*, HEINRICUS BURUWE *Princeps de* MICHELENBURCH, *Firizlaff Reris*, *Volcomir Vercegur*, *Rademir*, BRUNO *de Cobantze*, *Gerardus Prelle*. Datum *Rozstoc* VI. Idus Aprilis anno ab incarnatione Domini CIↃCXC. Indictione VII. Tempore CLEMENTIS *Pape*, Regnante FRIDERICO *Imperatore*.

Testes Episcopi, Capellani, Princeps de Michelnburg, Milites Slavi.

II. De libertate emptionis & venditionis absque theloneo in foro Domini Nycholay.

1190. *Nicolaus P. Slaviæ defendit Fratres Dobberanenses.*

Ego *Nicolaus* Dei gratia Slavorum Princeps, ex quo *Principatum in Slavia* suscepi, semper pro securitate ac quiete fratrum in Dobberan laboravi. Unde homines meos habentes *podocam* (a) *meam* id est argentum, ad defendendum ipsos in villis eorum posui, & idem argentum atque servicium, quod mihi debebatur, fratribus impendi jussi, inter quos unus nomine *Dalic* duas marcas, alter *Nivar* unam debebat. Constitui eciam cum *nepote* meo BURWINE, ut quisquis in terra dicionis nostre inventus fuisset, qui furto vel latrocinio, aut in alio nocuisset ipsis fratribus, si negaret, per *novem vomeres ignitos* examinaretur. Si HOMINES *de domo sua*, vel TEUTUNICI *in villis eorum* fuerint dampnum perpessi, per *ferrum manuale*, judicentur. Concessi insuper eisdem fratribus, quatinus emant libere vel vendant in foro nostro *absque theloneo*. Homines autem illorum, qui sunt *negociatores*, *pellifices*, *sutores*, *mercatores* vel *aliarum arcium*, ut habeant necessitatem cotidie vendendi aut emendi, dent ad annum *sex denarios*, & de cetero absque theloneo negotientur in foro nostro. Insuper *theloneum in captura allecum*, & *periclitationem* (b) *navium*, nec non & *omnem proventum maris*, quod in *aquilonari parte Abbatie* situm est, incipiens ipsius maris terminus in *oriente* contra *terminum Wilsne*, & extendens se in *occidentem*, contra terminum qui dicitur *Dubimeriborca* (c) perpetuo condonari possidendum. Datum *Rozstoc* VI. Idus Apr ao. ab incarnatione Dni CIↃCXC. Indictione VII. tempore *Clementis* PAPE, Regnante *Friderico* IMPERATORE piissimo.

Reditibus villarum.

Servitiis.

Lege vomerum novem ignitorum.

Et ferri manualis contra illos, qui domesticis vel Teutonibus damnum inferunt.

Immunitate a theloneo.

Donatione maris proventuum.

Cujus oræ describuntur.

III. De libertate prediorum & possessionum nostrarum. Henricus Burewinus Princeps Magnopolensis.

1192. *Hinr. Burewinus Princeps*

In nomine sancte & individue trinitatis. Nos Dei gratia *Heinricus Burwinus Magnopolitanorum* & *Kyzenorum princeps* omnibus sancte matris ecclesie filiis in perpetuum. Omnis generatio preterit & generatio advenit & status filiorum hominum nunquam permanet in eodem. Pribislaui patris nostri Slavorum principis pia opera in elemosinarum largitione considerantes ipsiusque pietatem prout possumus imitari cupientes. Notum facimus tam presentibus quam futuris. Qualiter ad instinctum *primi episcopi*, *Bernonis Magnopolensis* predictus Princeps omnipotenti Domino & beate atque perpetue *virgini Marie* predium in Dubberan ad *construendam Abbatiam* obtulit & numerum terminumque Abbatie *in prediis & possessionibus* ad usum fructum inibi Deo servientium circumquaque constituerit. Sed quia per *insultum* (d) *Slavorum* & per alia multa impedimenta tam utile propositum non perfecit. Nos quia *Dubberanensis ecclesie ampliationem* merito debemus diligere & ipsius profectibus congaudere. Hoc quod *pater noster* laudabiliter *inceperat*, pro posse nostro commendabiliter, ut speramus, cooperante Domino, *perduximus ad effectum*. Locum *monasterium Dubbran* (e) CYSTERCIENSIS *Ordinis* ad Dei omnipotentis servitium ejusque *piissime genetricis famulatum* pro nostra nostrorumque heredum qualitate delictorum stabilitate perpetua *cum prediis & libertatibus* renovando. Ut ergo desiderium nostrum plenius clarescat & ex exemplo consimili quique fideles accendantur. *Noveritis*, (f) quod his prediis & possessionibus, in quibus tam *patris nostri* quam *nostra* continetur *elemosina*, de CONSENSU *filiorum nostrorum* HENRICI & NICOLAI, Monasterium DOTAVIMUS memoratum: *Locus* (g *ipse* in quo *Monasterium* situm est in Dubberan cum omnibus pertinenciis suis, item *Dubberan*, *Wilsna*, *Stubelowe*, *Parkentin*, *Stulowe*, *Domastiz*, *Putekowe*, *Brusowe*, *Radeele*, *Crupelin*, *Botaneviz*, *quatuor ville in Cubanze*, scilicet villa *Bruze*, *Germari* & *due ville* BRUNONIS. Et est *terminus Abbatie* ad *occidentem collis*, que lingua Slavica *Dobimeriborca* vocatur, & inde contra septentrionem usque ad *mare* protenditur. In parte autem *orientali* est terminus Abbatie a *quercu*, quesita est juxta viam in terminis usque ad mare recto tramite. Omnem eciam *proventum maris* ac utilitatem infra hos terminos racionabiliter distinctos tam in *captura allecum* quam in PERICLITATIONE NAVIUM concessimus *ecclesie Dubberanensi* ac ejus fructibus jure perpetuo possidendis. Preterea donavimus prefate ecclesie *Rybeniz*, *Virpene*, *Radentin*, *Pobaz*, *Koneredam*, *Clyne* ac predium *in Pole*, universa prenominata cum pratis, indaginibus, terris, nemoribus, *usuagiis in aquis & molendinis* & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis, adicimus eciam, quod PETICIONIBUS & EX-

Megap & Kyzenorum.

Pribislai pie opera.

Et episcopi Bernonis consilia in fundatione abbat Dobberan. conspicua.

Slavorum insultus novæ abbatiæ noc

Hinrici Burwini, filii P. bislai, pietas in restauran & perficien monasterio.

Accedente consensu filiorum.

Dos monasterii seu pertinentiæ.

Termini occidentales.

Orientales.

Proventus.

Captura balecum.

Bona naufragorum.

Prædia donata.

(a) Alibi *Podagium*, *Poderium*. Quod vel est a barbaro *Podio*, prædio, cum quo convenit Italicum *podere*, prædium rusticum, possessio, vel coincidit cum antiquata voce *podixa* i. e. præstatione subditorum, censu, *tallia*, pensitatione.

Podaca?

(b) Copiæ hujus chartæ habent: *applicationem*. Minus recte. Conceditur enim hoc loco jus percipiendi bona naufragorum, *das Strandrecht*, *Fahrrecht*. Vid ad an. 1192.

(c) Vox Slavica, quam compositam dixerim a *dub*, quercu, *merio* vel *moria* h. e. mare, & *horca* colle Terminus: *Collis inter quercetum & mare*. Firmat hanc conjecturam sequens diploma, quo *Dobimeriborca* dicitur COLLIS, *terminus abbatiæ ad occidentem*. Unde mendosa est lectio vulgaris: *Dobimerigozca*, vel *gorca*.

Dobimerigorca.

(d) Copiæ mendosæ habent: *Infidelitatem*.

(e) Quæ scriptio antiqua aperte comprobat etymon, quod deaimus, a Slavico *dubb* quercu, non a *dobber* pulchro, repetitum in *Præf. ad Tom. I p.* 82. Quod idem firmant B. PARENS & FRENZELIUS *in Etymologicis* Tomo II. insertis p. 2420.

Dubbran.


(f) In copiis mend. *nominativ.*

(g) Ibid. *Bonis nempe.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



45. Insignia Episcopatus Slesvic. apud Jo. Sibmacher: .. dliis Insignia cujusdam Adel. dagi Immendorpi, Episcopi Slesv.



46. Insignia Episcopatus Slesvic. ap. Ranzov. et Elverfeld. . . dliis Episcopi Slesvic. Rudolphi II.



47. S. Capituli Ecclesiae S. Mariae in Novomonasterio 1290.



48. S. Conventus in Bardesholm 1471.



49. S. Juratorum Novimonaster. 1500.



50. S. Conventus in Doberan. 1170.



52. S. Godofredi de Bulow. 1250.



51. S. Bernonis Episcopi Sverinen. Ad Diplomata Doberan. 1177.



53. S. Frider. v. Moltzan. 1292.



54. S. Erici R. Danorū. Ad Dob. 1301.





55. S. Ottonis militis dicti de Lu. ibid. 1308.



56. S. Hinr. v. Revendlowe. ib. 1319.



57. S. Helmoldi de Plessen. 1320. v. Orig. Plessens.



58. S. Burgensium de Rostoc cum Contra sigillo. Ad Doberan. 1332.





59. S. Civitatis Kropelin. 1332.



60. S. Gerh. Bonen. Sac. 1332.



61. S. Joannis de Hagen ibid. a. 1333.



62. S. Joh. de Barneko. 1340.



63. S. Borchardi Gans de Putlest. 1354. 1371.



64. S. Ludekede Blücher 1358.



65. S. Wolderi de Pentze militis. 1362.



66. S. Borchardi Horn. 1362.



67. S. Ludek de Ol. denbordi. 1367.




68. S. Civitatis Warne hod. Waren ib. 1378.



69. S. Civitatis Grimm ib. 1386.



70. S. Civitatis Sulten ib. 1386.



72. S. Civitatis Gnewesmolen. 1398



73. S. Civitatis Luneborg. 1404.



74. S. Judicii Tetropolitani holsatici.



71. S. Joh. de Linstow. 1387.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf



Exemptio specialis à bedis, servitiis & judiciis ducalibus seu advocatiis.

& EXACTIONIBUS, SERVICIIS & *judicio*, JURI NOSTRO *sponte* RENUNCIAMUS & quod nullus nostrorum *judicum* aut *advocatorum* in Duberanensi Abbacia, aut in ejus redditibus quicquam potestatis habebit; Sed si quid in ea emerserit dignum correctione tam in majori quam in minori causa, pro qua pena capitis vel manus truncatio debeat irrogari, per judicem, *quemcunque Abbas ecclesie statuerit*, corrigatur: Homines etiam de Abbatia liberi sicut & immunes *ab exstructione urbium & pontium*. ab *exactione vectigalium & theloneorum & ab expeditione qualibet* nisi in *terre defensione*, ita quod *terram non exeant*, sed *intra terram* contra inimicos terre, si comparuerint, expeditionem faciant. Quod si per triduum in expedicione positi inimicos expectaverint & non venerint, *die quarto* unusquisque ad sua redire poterit. Hujus actionis testes sunt BRUNWARDUS *Episcopus*, MARSILIUS sacerdos in *Lubowe*, Harthmannus sacerdos in *Buchowe*; SLAVI *Venciko*, *Woywoto*, *Martinus Domsicho Patiz*, *Cusiz*, *Vriz*. Datum anno ab incarnatione verbi 1192. Presidente Cathedre Romane sedis CELESTINO *Papa* hujus nominis 3. Pontific. ejus anno secundo.

Immunitas ab expeditionib. extra terram.

Testes Brunwardi Episcop.

Sacerdotes.

Slavi.

Sub pontific. Celestini.

IV. Theodoricus I. Episcopus Lubecensis, consentiente Episcopo Sverinensi & Abbate Dobberanensi, dimidiam partem decimarum in insula Pöeble, in feudum confert Duci Himrico Burewino I.

1210. *Odo Theodoricus* Dei gratia Lubecensis Episcopus omnibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ne ea que pro qualitate ingenii nostri sollicite & diligenter facere studuimus posterorum debeant depravari reprehensionibus & que pro necessitate temporis admissa sunt ex levitate credantur inducta. Ideo presenti scripto notum esse volumus quod in insula quadam nostre dioceſis *Pule* à SLAVIS *habitatus inhabitata*, cum propter *penuriam* & PAUCITATEM *hominum* GENTIS ILLIUS *eam excolere non valentium*, Princeps de *Michelenburg* Heinricus TEUTONICOS *colonos* colligeret & ne justam decimam hoc est *decimum manipulum* nobis exsolvere deberetur pertinaciter pro eis se opponeret. Nos considerantes tutum non esse cum eo qui haberet sociam multitudinem contendere, cedendum potius in pace, & ut aliqua in pace obtineremus, aliqua contemnenda putavimus. Ea propter habito *Domini Zwerinensis Episcopi Brunwardi* & GODOFREDI Abbatis de Doberan nostrique capituli consilio decimarum ejusdem Insule de *Teutonicis colonis* provenientium medietatem jam dicto principi in FEUDO CONCESSIMUS & ipse *de altera medietate justam decimam expedite nos habere efficiet*. Preterea *ad* INSTANTIAM jam *dicti principis*, petitionem de nostra medietate, decimam XII. mansorum Walmodo & aliis quibusdam ad eandem FEUDI *justitiam* concessimus. Ut autem hec ordinatio hinc inde rata maneret debeat nulliusque vel nostrorum successorum vel heredum jam dicti principis eam infringere audeat vel mutare, auctoritate apostolorum Petri & Pauli & nostra etiam firmamus paginam hanc in testimonium tamen sigilli nostri impressione signantes. Testes sunt

Slavorum decrementa & paucitas.

Teutonum refutatio & incrementa.

Decimarum in feudum oblatio.

Testes Clerici, Laici Slavi.

hi, BRUNWARDUS Zwerinensis Episcopus, GODEFRIDUS Abbas de Dobberan, RODOLPHUS Prepositus Lubecensis, Cero Decanus & alii omnes ejusdem ecclesie canonici ALMERICUS *sacerdos de* Proseke. De Laicis Heinricus Damase SLAVUS (*) Ustero & frater ejus Jerdach & alii quam plures. Acta sunt hec Anno Dominice incarnationis MCCX.

(*) à Slavis oriundus, jure civitatis teutonicæ donatus s. inter Germanos receptus.

V. De fundo ecclesie nostre & aliorum prediorum & de nostra libertate.

1218. In nomine sancte & individue trinitatis. Ego *Henricus Burewinus* Magnopolitanorum & Kyzenorum Princeps. Omnibus sancte ecclesie filiis salutem in perpetuum. Cupientes elemosinam nostram videlicet Duberan: cum omnibus assignatis integram & inconvulsam in perpetuum conservari, fratribus *ordinis Cystercienſis* Deo in eo famulantibus & famulaturis; ob Dei sanctissimeque virginis Dei genetricis *Marie*, nec non & sanctissimi confessoris *Domini Benedicti* honorem, sicut & contulimus, ad nostram plenam & perfectam nostrorumque salutem decrevimus notas fieri sancte vere universitati & universitatis sancte fidei possessiones, in quibus eadem nostra elemosina continetur. Ea propter per ipsam *sanctam universitatis vere fidem* vos obsecramus, quicunque vel presentem paginulam vel legeritis vel videritis, ut que in ea continentur, quoquo modo cognoveritis ne paciamini prefatam nostram elemosinam ab aliquo videlicet *heredum meorum* vel *circa habitantium* aut *quocunque calumpniatore* imminui, sed propter Deum & ad nostram similiter & vestram salutem integram & inconvulsam predictis fratribus secundum subscriptas possessiones conservate, quatinus omnipotens Deus *in regno suo* partem vestram *vobis integram* conservet. Sunt autem nomina *prediorum* vel *possessionum*, in quibus nostra continetur elemosina ipsis fratribus à nobis *consensu & voluntate filiorum meorum Heinrici & Nicolai* oblata hec: Locus ipse in quo prefatum monasterium situm est cum omnibus pertinenciis suis, *Duberan*, *Parkentyn*, *Wilsna*, *Stubelowe*, *Stulowe*, *Domastiz*, *Putechowe*, *Brusowe*, *Radecle*, *Boraneviz*, *Rybenitz*, *Zyrpene Radentin*, *Polaz*, *Kuneredam*, *Gline*, cum pratis, indaginibus, terris, nemoribus, *usuagiis* (*) & *pascuis* in *busco* (**) & *plano*, in aquis & molendinis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Notificamus eciam sancte vere universitati, quod prefatis fratribus dedimus *liberam potestatem vocandi ad se*, & collocandi, ubicunque voluerunt, in possessione prefate ecclesie *cujuscunque* GENTIS & *cujuscunque* ARTIS *homines* & *ipsas artes* EXERCENDI. Ipsos eciam homines, quos vocaverint & posuerint, liberos dimisimus ab omni exactione comitum, advocatorum & judicum, ab exstructione urbium nec non ab exactione vectigalium & theloneorum & ab omni expedicione ita ut nemini *quicquam servitii* debeant *ex* DEBITO, nisi *soli Deo* & *monasterio*. Quisquis hys contraire temptaverit, eterne maledictioni subjaceat. Hujus rei testes sunt *Dominus* BRUNWARDUS ZVERINENSIS *Episcopus*,

Hinricus Burewinus confirmat prædia

Quibus monasterium ordinis Cistercienſ. in S. Mariæ & D. Benedicti honorem donavit.

Addita exsecratione.

Nomina possessionum.

Jus recipiendi cujuscunque gentis homines, opifices, & artifices.

Non exsules quippe in pagis sed adscisci & privilegiis donati.

Testes Episc. Zverin. Brunward.

Abbas de Reinfeld & Dargun. Clerici alii. Miles Vandalus & Slavus. Sub Papatu Honorii, & regno Waldemari.

pus, *Heribordus* Abbas *de* REINEVELDE, *Helembertus* Abbas *de* DARGUN, *Alvericus* Prepositus, *Stephanus* Sacerdos, *Johannes de* SCHNAKENBURCH, *Rawelinus Sziso* SLAVUS, *Lodevicus* & alii quam plures. Datum *Pöle* anno Dominice incarnationis 1218. Indictione Sexta *Honorii Pape* temporibus, *regnante* WALDEMARO (Danorum Rege).

Usuagium.

(*) *Usuagium*, Usaticum, Usatgium, in chartis & versionibus teutonicis plerumque explicari solet Gewohnheit. Sed minus recte. Sumitur equidem sæpius vel *pro more*, usu & consuetudine municipali, docente charta apud RYMER *T. II. p. 265.* vel aliquando *pro tributo & servitio*, quod Domino præstatur jure *consvetudinis*, uti patet ex chartis citatis à DUFRESNE *T. VI. Voce usanzia sqq. p. 1710. sq;* sed hoc loco significatus vocis sponte coincidit cum *usufructu* vel cum *servitutibus rusticis*. Dixeris igitur *usuagium* usum loci communis seu *jus utendi re*, maxime in sylvis vel ad caedenda ligna vel ad pascenda animalia. Quo ipso significatu occurrit in Bullis Pontificum Honorii III. a. 1223. & Gregorii IX. a. 1234. apud BARONIUM & in diplomatibus *apud* MABILLON *Annal. T. III. p. 585. de* LUDEWIG *T. VI. Reliqu. p. 447.* Facile inde intelliguntur notiones *Usuagiarii* seu ejus, qui servitute fruitur, & *usare de nemore, de silva, de foresta* apud MABILLON *d. l. p. 587.*

Boscum.

(**) Vulgo *Busch* Fruticetum, Virgultum, pars Foreſtæ, Italis *bosco*, Belgis *Bosch*, à quo parum abludunt hebraicum *Bosch* vel potius *Pusch* crevit, & græcum βόσκω pasco βοσκὴ pastus animalium, βοσκαὲ pastui indulgens. Unde Viri doctissimi SCALIGER, FABROTTUS, FERRARIUS, JUNIUS ut & REIZIUS *in vocibus græco-belgicis* vocis originem græcam putant & *boscum* idem volunt ac *pascuum*, ideo quod pecudes ibi pascantur. In chartulariis haud raro occurrunt voces *Boscator*, *Boscherus* & *Busculator*, h. e. lignarius, qui ligna cædit, *Boscagium seu boscaticum*, h. e. pensitatio, tributum pro lignis, *busketus* parvus boscus, *buscus mortuus* lignum, virgultum *infructiferum* vel *siccum*, cujus usus est in comburendo; *buscus vivus*, cujus usus est ad ædificandum. *Buscalia habere, boscare, bosquerare, jus buscæ, jus bosquerandi* idem videtur ac *virgulta* cædere, amputare frutetum, frondes *arborum*, vulgo *Büschen*, Gallis *droit de buiche, livraison de buiches* in *Regesto Cameræ Comp. Parisiens. B. f. 1.* à quo differunt jura lignandi aliaque. Vide doctissimum STISSERUM *in der Forst- und Jagd-Historie der Teutschen, p. 5. sq.* Dissentit quidem DUFRESNE *T. I. p. 1248.* ubi putat *bosquerare* idem esse ac *pecora in silvas immittere*; sed obstat ipsa charta pro Monasterio S. Pontii *de a. 1263: Confirmamus vobis donationes terrarum & juris* bosquerandi, seu etiam lignerandi *per totam terram.* Videatur FERRARIUS *in Orig. Lingu. Ital. v. buscare.*

VI. De libertate ecclesie nostre ac Henrici & Nicolai fratrum tuicione.

1219. *Hinricus de Rostock & Nicolaus de Magnopoli Ecclesiam Dobberan. in protectionem suscipiant.*

In nomine Sancte & invidue trinitatis. *Heinricus de Rozstock*, *Nicolaus de Magnopoli*, fratres, universis sacre matris ecclesie filiis in perpetuum: ut que geruntur in tempore firmiora permaneant & propagentur in posteros, litterarum solent memoria perhennari. Dum enim vivit littera, vivit actio commissa littere, nec de facto surgit calumpnia cui venit à viva littera fortitudo. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod a dilectis fratribus *ecclesie Duberanensis* rogatum accepimus, qui *progenitorum nostrorum donationes ac elemosinas* ecclesie sue datas, nec non *libertates* concessas *innovari*, & in successiones temporum nostro sibi petierunt privilegio roborari. Unde quia justis semper debemus & honestis assentire postulationibus, predictorum fratrum postulationi grato concurrentes assensu, prefatam Duberanensem ecclesiam *sub nostra protectione* suscipimus & presentis scripti privilegio communimus. In primis autem, ut ejusdem ecclesie *primariam* discatis *fundationem*, universitati vere significantes immittimus, quod cum beate memorie primi *Zverinensis Episcopi* Domini *Bernonis* hortatu PRIBISLAUS *avus noster*, Princeps Magnopolensis, similium suorum Principum prudentiam imitatus, in suorum remissionem peccaminum *Monasterium Doberanense fundasset*, Possessiones eidem loco *de prediis* assignavit *circumjacentibus*, unde fratrum inibi Deo famulantium posset indigentia sustentari. Preterea quia hy, qui *actualis vite* labore posthabito *secularium juri* subesse *nec poterant* nec *debebant*, in eo liberius & devocius contemplationis sancte deservirent studio, secundum *indultam Cystercienſium ordini libertatem.* non solum ipsos fratres, verum eciam ipsorum *homines, in possessionum suarum coloniam revocandos* ab omni jure sibi debito liberos esse statuit & immunes. Processu vero temporis cum fratrum inibi numerus augeretur in Domino, nec ea, que de jam collatis possessionibus provenire poterant. ipsi congregationi sufficerent ad expensas, sollerti procurandum fuit industria ut fratrum augescente numero possessionum quoque major fieret & accresceret amplitudo. Igitur quia *sue posteritati* Princeps predictus perutile reliquit exemplum, per quod suorum, si imitarentur, veniam acciperent delictorum, Dominus *Henricus Buruwinus*, genitor noster *paterne devocionis imitator effectus*, beneficia genitoris inconvulsa non solum predicte conservavit ecclesie verum eciam eandem novis locupletans donacionibus, *beneficium libertatis* auctoritate privilegii roboravit. Ad hec eciam dilecti nobis cognati, Domini *Nycolai*, Principis *de Rozstock*, predicti loci fratribus accesit benivolentia *in parte sua*, quoad vixit, eisdem se fatis exhibens liberalem. Nos vero progenitorum nostrorum successores effecti, quia fratres prefati monasterii sub suo scimus jugiter habuisse tutamine, decet nos eosdem cum omnibus, que in presentiarum possident, aut in futurum *oblatione fidelium*, Domino procurante, potuerunt adipisci, per nostre confirmacionis donum, sub nostro munimine confovere. Possessiones ergo prediorum, que preprimis sunt exprimenda vocabulis: *Claustrum Duberanense*, *Parkentyn*, *Wilsna*, *Stubelowe*, *Rybenitz*, *Domastiz*, *Stulowe*, *Putechowe*, *Brusowe*, *Radule*, *Bojanewiz*, *Virpene*, *Konerdam*, *Polas*, *Radentin*, *Glyne* cum pratis, indaginibus, terris, nemoribus, usuagiis, pascuis, in bosco & plano in aquis & molendinis & omnibus aliis utilitatibus suis DEO & *beate* MARIE & FRATRIBUS *ejusdem ecclesie* tam presentibus quam futuris sine condictionis obstaculo pacifice possidendas perpetuo confirmamus. Libertatem preterea tam *fratribus* quam *fratrum hominibus* sicut à *primordiali institutione* eadem ecclesia possediſſe dinoscitur & apostolica est autoritate firmatum condonamus & condonatam firmius observari precipimus, nec quisquam *nostri juris executor* aut alius eam perturban-

Fundatam quippe ab av. Pribislao.

Dotatam iam prædiis

Libertatibus Et privilegio ordinis Cisterciensis.

Donationibus auctam à tre Hinr. revino.

Et Nicolai Rostock.

Confirmatis possessionum

Deo & monasterio facta rum.

Confirmatio libertatum & exemtionum potestate secülari.

turbando presumat infringere, sed ab omni sint *inquietudine* PRINCIPUM, ADVOCATORUM & JUDICUM, ab *urbium exstructione;* nec non & ab *exactione vectigalium & theloniorum*, & ab omni *expedicione* immunes & liberi; ita ut nemini servire teneantur ex debito *nisi soli Deo, ejusque piissime genetricis cœnobio.* Ne qua igitur possit in posterum oriri calumpnia, que confirmationem, quam fecimus, audeat infirmare, presentem paginam subscriptione testium & sigilli nostri volumus auctoritate firmari. Testes autem hujus sunt confirmationis Dominus BRUNWARDUS Zverinensis ecclesie sacerdos episcopus *Elvericus* campi Solis prepositus. *Eustachius* Zverinensis canonicus, *Laici* Janic *Stoizlaviz*, *Zlautech*, *Henricus* GAMME, *Jordanus* MILES *de* WERLE, *Wovirote*, *Numoper*, SLAVI: Eylwardus *Advocatus de Godebuz*, *Thidericus* MILES *de Netsen.* Datum *Rozstoc* Kalendis Augusti Incarnationis Dominice Anno CIↃ CCXIX Indictione VII *Regnante* WALDEMARO *Danorum Rege.*

Et ab oneribus.

Testes Episcopus Brunwardus, Præpositus, Canonicus Laici.

Milites Slavi & Teutones.

Addita indictione R. Daniæ.

More progenitorum spem obtinendæ salutis collocat in bona opera

Monasterio Dobberanensi fundum indeterminate confert.

VII. Quatuor Fratres Domini de tuitione & libertate ecclesie nostre.

1231. Johannis & Pribislai de Magnopoli, Nicolai & Henrici de Rostock fratrum, confirmatio donationum Monasterii Dobber.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Johannes & Pribizlaus de Magnopoli*, *Nicolaus & Henricus de Rozstock*, fratres & Domini, universis sacre matris ecclesie filiis in perpetuum: Ut que geruntur &c. (*) Testes autem hy sunt: Dominus *Brunwardus Zverinensis* Episcopus, *Gerhardus campi Solis* prepositus Magister *Thedericus Zwerinensis* Canonicus, *Walterus*, *Gerbardus*, *plebani de Rozstock clerici*, Henricus *comes Aschurie*, Thetlephus *de* GODEBUZ, Johannes *de* SCHNAKENBURG, Heinricus GAMMO, *dapifer*, BRUNWARDUS *castellanus de Marlowe*, Heinricus *de Ungerede*, Bertramus *castellanus de Rozstock*, Gerhardus *dapifer*, Sygebode *de Holtdorpe*, Godefridus *de Bulowe*, Hermannus & Gunterus fratres, Heinricus *Wargus milites* & alii quam plures. Acta hec sunt *Rozstoc* anno gratie CIↃ CCXXXI Indictione IV. IV Kal. Nov. *Regnante* glorioso Romanorum Imperatore *Friderico II.* datum per manum *Conradi notarii.*

Testes. Brunwardus Ep. Sverin. Clerici & plebani in Rostock. Comes dapifer Brunwardus Castellanus. Bertram Castellanus de Rostock. Milites Vandali & Venedi. Sub Imperatore Frid. II.

(*) Quæ sequuntur, nolumus repetere. Ad verbum enim conveniunt cum proxime præcedenti confirmatione de a. 1219. Nisi quod mutanda mutata fuerint, nimirum in vocibus: *Pribislaus proavus noster*, *Hinricus Buruwavus noster*: *Sigillorum nostrorum autoritate.*

VIII. Diploma Wartizlai Ducis Pomeranorum super possessione predii in Racowe.

1232. Wartislaus Dux Pomer.

In nomine sancte & individue Trinitatis: Ego *Wartizlaus*, Dux Pomeranorum, omnibus in perpetuum. Cum secundum apostolum bonum facientes deficere non debeamus tempore enim suo metemus; sed secundum ewangelium magis proficere & amicos nobis facere de *mammona Iniquitatis* precipiamur, a quibus dum defecerimus, in eterna tabernacula recipiamur, de collatis nobis a Deo bonis temporalibus & concessis, saluti nostre perpetue consulentes amicos nobis viros religiosos & personas ecclesiasticas constituemus, quorum suffragantibus meritis & meritorum suffragiis interpellantibus a Domino pro terrenis celestia & pro transitoriis recipiamus eterna. Sane hujus tante spei ac retributionis intuitu *progenitorum nostrorum virorum* ILLUSTRIUM *morem imitari* volentes & prudentiam, qui, ut speramus, per *possessiones & predia large collata monasteriis & ecclesiis assignata*, *thesaurum sibi nunquam deficientem in celestibus* collocarunt. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris: quod venerabilibus fratribus *Monasterii Duberanensis* Cystercienſis Ordinis, quorum fraternitati & orationibus nos commendavimus possessionis cujusdam sive *predii fundum* ad *triginta* numerum mansorum primo determinate contulimus; sed ad peticiones & monita fidelium nostrorum *Luberadi* & aliorum *nobilium*, quia fratribus jam dictis in tam brevi termino & numero mansorum tam pauco a circumsedentibus forsitan vel interpositis discrimen aliquod in posterum vel incommodum poterat exoriri, secundo jam dictum fundum sine numero mansorum *indeterminate*, tribus tamen disterminatum vocabulis ac distinctum, *Racowe* videlicet *majus* & *Racowe minus* & *tercium Pretuxbine* in terra dicionis nostre *Losiz* donavimus, multis in presentia constitutis & huic dono nostro congratulantibus, Domino *Conrado* scilicet, Venerabili *Caminensi Episcopo*, *patre nostro* & aliis *hominibus nostris* NOBILIORIBUS *provincie Dyminensis.* Predictum vero fundum ab *omni jure* vel *servicio secularis potestatis* exemptum cum omnibus pertinentiis suis & utilitatibus in longum & latum sine interpositione vel medio colonorum quorumlibet aliorum, secundum quod idem fundus antedictus fratribus est disterminatus. In silvis, pratis, pascuis, in busco & plano, aquis aquarumque decursibus molendinis, in viis & semitis, liberum & absolutum perpetuo concessimus possidendum, & sive per *conversos proprios* sive per *alios homines seculares* eundem fundum excolere voluerint liberam dedimus facultatem. Illud super omnia adjicientes, ut eo devocius & fiducialius jam sepius dicti fratres pro nobis & nostris progenitoribus ad Dominum intercedant, quod idem coloni liberi sint & immunes ab exstructione urbium & poncium, ab exactione vectigalium & theloneorum & ab expedicione qualibet, nec *advocatum quemquam* de nostris *habeant super se*, vel judicem *nisi Abbatem solum*, vel cui Abbas *vicem pro se commiserit judicandi.* Ut autem hec nostra donatio per successura temporum momenta firma permaneat & inconcussa, hanc paginam inde conscriptam. Sigilli nostri appensione & testium inscriptione sanum duximus roborandam. Testes hy sunt Dominus Conradus *Caminensis* EPISCOPUS, Dominus Thetmarus ABBAS *Dargunensis*, Daniel PREPOSITUS, Henricus PLEBANUS *in Dymin*, Willehelmus *Domini Episcopi* NOTARIUS, Walterus COMES *de Govia*, Dobizlaus *Rochilli filius*, Lubradus *prefectus*, Dobemarus *Syfridus*, Johannes *de Virchwin*, Andreas *de Cyrbrecin*, Andreas *Heregravius*, Domasca *Lubradi* filius & alii quam plures *Caminensis* & *Diminensis provinciarum* NOBILES. Datum *Dymin.* pridie Kalendas Novembris. Indictione quinta, Anno ab incarnatione Domini CIↃ CC XXX. II.

In præsentia nobiliorum.

Exemtum ab oneribus & judiciis provinciæ.

Testes Episc.

Abbas.
Præpositus.
Plebanus.
Notarius.
Comes.
Præfectus.
Milites & Nobiles Pomerani.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

IX. *Wartizlai Ducis Ruyanorum de predio in Racowe.*

1232. *Wartislaus petitionibus patris nobilium*que motus

In nomine ſancte & individue trinitatis. Ego *Wartizlaus Slavorum Dux*. Vniverſis tam preſentibus quam futuris in perpetuum. Quia generatio preterit & generatio advenit & ſtatus filiorum hominum numquam permanet in eodem, progenitorum noſtrorum pia opera in elemoſinarum largitiones conſiderantes ipſorumque pietatem prout poſſumus, imitari volentes ad *peticionem* venerabilis *patris noſtri*, Domini *Conradi Epiſcopi Caminenſis* & ad peticionem *dilecti amici* noſtri *comitis Wolteri*, & FIDELIS *hominis noſtri Luberadi*, ceterorumque NOBILIUM *noſtrorum* contulimus pro ſpe ſempiterne retributionis Dei genetrici Marie & fratribus in Doberan die ac nocte Deo & ipſi ſervientibus, predium in tribus locis, ſcilicet Racowe *majori* & Racowe *minori* & *Pritochine* ad triginta manſos cum pratis. Silvis & omnibus attinentiis circumjacentibus, ſine advocatorum exactionibus in pace & omnimoda libertate in perpetuum poſſidendos. Itaque ut hec noſtra donatio firma & inconvulſa a noſtris ſucceſſoribus predictis fratribus in Doberan in perpetuum habeatur ſigilli noſtri impreſſione & teſtium aſtipulatione hanc paginam ſanum duximus roborandam. Hujus igitur donationis teſtes ſunt Dominus *Conradus* Caminenſis Epiſcopus, Dominus *Titmarus* Abbas *Dargunenſis*, *Henricus* plebanus in *Demin*, Woltherus *Comes*, Luberadus *prefectus*, Dobemarus, Sifridus, Johannes *de Virchwin*, Andreas de *Cyrbzecin*, Domaſca filius *Luberadi*, & plures *Diminenſis* TERRITORII NOBILES. Datum in *Dimin*, anno Dominice incarnacionis CIↃ CC. XXXII. pridie Kalendas Novembris.

Monaſterio contulit utrumque Racowe.

Cum pertinentiis.

Teſtes Epiſc. Camin.

Abbas Dargun.

Plebanus.

Comes.

Præfectus.

Nobiles terræ Diminenſis.

X. *Otto Dux de Brunſwich ſuper Salina in Luneborgch.*

1233. *Otto Dux Brunſuicenſis*

In nomine ſancte & individue trinitatis. Dei gracia *Otto* Dux *de Brunſwich* omnibus preſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in ſalutis auctore. Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore neceſſe eſt ea teſtimonio proborum virorum in ſcripti munimine roborari. Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus quod *Dominus Abbas* & *fratres de Duberan* de conſenſu & voluntate noſtra *Sartaginem integram* & *liberam* cum omnibus attinentiis ſuis in *Salina noſtra Luneborch* a quodam burgenſi *Alberto* nomine, & a *Titmaro*, fratre ejus Sacerdote, in domo que vocatur *Buſchinge* pro ſtatuto precio compararunt. Contulimus autem predicto Abbati & fratribus talem graciam ut ſi contingat, nos *exactionem* in aliis eccleſiis facere, predicta Sartago ſit ab omni exactione libera & excepta. Ne igitur in poſterum Domino Abbati & fratribus predictis ſuper hujusmodi facto aliqua poſſit inferri calumpnia, ſigilli noſtri impreſſione preſentem paginam roboramus. Teſtes autem qui interfuerunt hy ſunt, *Comes* Henricus *de Dannenberge*, & *Comes* Henricus *de Luchowe*, & *Comes* GUNCELINUS *de Zwerin*; MINISTERIALES *Segebandus*, *Wernerus de* ZWERIN, *Otto* frater ejus, *Theodericus de Hiddeſaker*, *Wasmodus* puer, *Lippoldus*, *de Scarbuſen*; CLERICI Fredericus *ſacerdos*. Dipbaldus *Lubicenſis canonicus*, Johannes *ſacerdos*; BURGENSES de civitate, *Adam*, *Leonardus*, *Theodoricus*; ante *portam Nycolaus* puer, *Albertus* & alii quam plures: acta ſunt hec anno gracie CIↃ. CC. XXXIII. Datum *Luneborch* VIII. Idus May *per manus Johannis* SACERDOTIS.

Sartaginem ſalinæ Luneb.

à Monaſterio emtam

eximit ab omni exactione.

Teſtes Comit. & Miniſteriales.

Clerici.

Burgenſes Usburgi.

Manu Capellani Sacerdotis.

XI. *Conradi Epiſcopi Caminenſis ſuper Decima in Racowe.*

Ego *Conradus* Caminenſis Epiſcopus univerſis tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum legentibus in perpetuum! Paſtoralis dignitatis clementie convenit religioſos diligere & eorum profectui fructuoſo cum effectu in omnibus deſervire. Si enim pauperibus Chriſti in domo ejus die noctuque divino famulatui jugiter mancipatis aliquam epiſcopalium reddituum porciunculam *pontificali pietate* ſeu *largitate* contulerimus, id nobis & ad preſens vite tranquillitatem & ad future *ſempiternam requiem* profuturum nullatenus dubitamus. Qua propter notum eſſe volumus tam preſentibus quam futuris, quod nos fratribus, *Deo ejusq; pie genetrici in Doberan* famulantibus divine remunerationis intuitu ſuarumque orationum reſpectu prodeſſe volentes preſertim quoniam à talibus copioſior merces acquiritur, *Decimam* in predio, quod tribus determinatur vocabulis, *Racowe* videlicet *major*, & *Racowe minus*; ac tercium *pretuxbine* predictis fratribus a Domino *Warzislauo* collato, cum conſenſu *tocius capituli* noſtri pia largicione contulimus perpetuo poſſidendam. Quod ſi predictum predium *violentia* ſeu *fraude* vel aliquo *perverſo conamine* jam dictis fratribus ablatum vel quoquomodo quod abſit alienatum fuerit, ad ipſorum tamen uſus *decima* nichilominus pertinebit. Ne autem hec noſtra donatio in poſterum infringi valeat aut caſſari preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione *ydoneorum* quoque *teſtium ſubſcriptione* decrevimus roborandam; Teſtes autem ſunt hy *Florencius*, *Caminenſis ſummus prepoſitus*, Geruzlaus *prepoſitus*, Johannes *Decanus*, Hugo *ſcolaſticus*, Matheus *Canonicus*, Symon *Canonicus* & ceteri ejusdem eccleſie *canonici*, *Layci* WARTIZLAUS *Dux*, Jakeze, Jacobus *dapifer*, Wargine, Stuzlaus, Paulus, Pribizlauus, Albertus & alii quam plures. Datum anno gracie CIↃ CCXXX quinto.

1235. *Epiſc. Camin. Conradus confirmat donationem Ducis Wartislai.*

Quoad decimam in prædiis Racowe.

Addita perpetua obligatione.

Teſtes Clerici.

Laici.

Wartislaus dux. Dapifer. Slavi &c.

XII. *Privilegium Domini Brunwardi Epiſcopi Zwerinenſis, de Decima in Szichelyn.*

In nomine &c. *Brunwardus* Dei gratia *Zwerinenſis epiſcopus*: Vniverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum inſpecturis imperpetuum. Quum labilis hominum memoria per temporum decurrentium langveſcit ſpacia, non inprovide humana ſollercia ſcripturarum adinvenit remedia, per quarum ſolacia memorie ſuſtentetur inopia. Cum itaque *cenobium Cyſtercienſis Ordinis in Duberan* honorifice in honorem beate Dei genitricis *Marie fundatum*, omni qua poſſumus devotione & caritatis affectu foventes tam *reddituum ampliacione*, quam *ſpiritualis ſollicitudinis circumſpectione*, promovere ſumm opere deſideremus. Hinc eſt quod tam futuris quam preſentibus notum eſſe volumus: Quod nos *dilecti filii*, NOBILIS *Domini Nycolai de* WERLE piam devo-

1237. *Brunwardi Epiſc. in monaſterium Dobberanenſ. affectus.*

Quo Domini de Werle donationem

Quinquaginta mansorum in terra Turne comprobat.

devocionem collaudantes & quinquaginta mansos quos ipse in terra *Turne* in loco *Sziebalyn* nuncupato circa duo stagna sitos, simul cum ipsis stagnis & rivulo ex hys decurrente, dicte ecclesie libere contulit in nostram protectionem recipientes & auctoritatis nostre munimine confirmantes, *omnem decimam* ex eisdem mansis provenientem, que ad *nostram spectabant jurisdictionem* ad subsidium fratrum in prefato monasterio Jesu Christo militantium, ob spem retributionis eterne, liberaliter contulimus & absolute. Ut igitur nullus in posterum in detrimentum perpetue salutis hoc nostre donacionis factum ausu temerario irritare presumat, auctoritate Dei omnipotentis & nostra sub *anathematis interminatione* distinctius prohibemus. Volentes rata & inconvulsa perhenniter hec haberi. Et ob hoc presentem paginam sigilli nostri appensione & testium subscriptione dignum duximus roborare. Testes autem hy sunt, CLERICI, Alexander *Abbas de novo campo*, Theodericus *prepositus*, Syfridus *Decanus*, Rodolfus *Scholasticus*, Laurentius *custos*, Wernerus & Ovo, *Canonici Zwerinenses*, Adam *prepositus de campo solis*, PLEBANI, Petrus *de Buzove*, Thethardus *de Brunesbovede*: MILITES Titlevus *de Godebuz*, Johannes *de Snakenburgh*, Henricus *Gamme*, Hinricus *de Zyarnin*, Hinricus *Grubo*, Bertoldus *de Trechov*, & alii quam plures tam clerici quam layci. Acta sunt hec. Anno gracie CIↃ. CC. XXXVII. Indictione X. Datum in *Warin* per manus *Reyneri* CAPELLANI *nostri* XVI Kalend. Marcy.

Omnemque decimam episcopalis jurisdict. monasterio confert.

Test. Clerici.

Plebani.

Milites de Godebuz, Snakenburg, Gamme; Zyarnin. Grubo, Trechow.

Manus Capellani.

XIII. Literæ Borwini junioris Domini de Rozstoc super ultima compositione.

1237. *Borwinus Dominus Rostoch.*

In nomine sancte & individue Trinitatis. *Borwinus* Dei gracia *Dominus de Rozstoc*: Vniversis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Ne firmis & racionabilibus actibus hominum presentis temporis malicioſa posteritatis in aliquo possit derogare invidia, scripturarum solent adhiberi remedia ut que in statu cupiunt persistere solido scriptis commendata maneant firmiora. Ea propter noticie tam futurorum quam presencium volumus adhibere. Quod nos *vexationes & incommoda* declinare cupientes & *tranquillitate concordie* gaudere, ut omnis rancoris de cetero sopita sit controversia, que inter *ecclesiam Doberanensem* & nos *super advocatie* disceptatione emerserat, *de* CONSILIO FIDELIUM *nostrorum* sub hac forma compositionis elegimus concordare. De beneplacito enim Domini Abbatis & fratrum suorum immo ipsorum ad nos accedente peticione, hujuscemodi decrevimus ordinatione firmiter inherere. volentes omni gravamini & incommodo, sane providere ecclesie indempnitati per hoc consulendo. Si quos *capitalis sentencia* publico *facto* vel *fuga* non aliqua siniſtre suspitionis fama reos condempnaverit, quales sunt *fures*, furto suo *valorem octo solidorum* excedentes; *Incendiarii*, *homicide*, MANU *tantummodo* MORTUA presente; (*) *Violentie illatores oppressione mulierum* seu *raptu virginum*, ita dumtaxat, si in ipso instanti VIOLENTIAM *passam* CLAMORE (**) VALIDO *per vicinos fuerit attestata*; quicquid in tales agere voluerimus, sive PECUNIARIA *satisfactione*, sive MORTIS *condempnatione* ad nostre jurisdictionis spectabit ordinacionem. Si autem *Abbacie homines* judicio astantes *vadiaverint* & quicquid cause intra terminos ejusdem Abbacie ortum fuerit, nichil nostrum exinde vendicamus sed *concessa* eis solempniter a *primis fundatoribus* & deinceps JUDICIARIA *potestate* Abbas per *advocatum suum*, sicut omnes alias causas emergentes judicabit, & quicquid vadiatum fuerit, Domino *Abbati* & *monasterio* pertinebit. Nos eciam paterne devocionis imitatores esse cupientes & meritum aliquod in prefata ecclesia nobis comparare desiderantes, omnes *donationes* & *libertates* eidem loco *à progenitoribus nostris* indultas confirmamus. ratum habentes videlicet, quod tam ipsi fratres quam fratrum homines *libert sint ab omni infestacione advocatorum*(***) & *judicum*, ab *urbium. pontium. aggerum exstructione. à vectigalium & theloneorum* EXTORSIONE nec non *ab omni expeditione, nisi in terre defensione*, cum videlicet terra ab *extraneo Domino* impetitur, sic eciam à qualibet *seculari juris* exactione, ita ut nemini nisi soli Deo & monasterio teneantur. Ne autem ab *heredibus nostris* vel à quoquam alio. sepe dictis fratribus ulla in posterum oriri possit calumpnia, quod absit, presentem paginam testium annotatione. & sigilli nostri impressione, ut jugiter inconvulsa permaneant, roboramus. Testes autem hy sunt. Alexander *Abbas in novo campo*, Thidericus *prepositus*, Adam *præpositus in campo solis*, Thedelinus *Præpositus in Rune*, Syfridus *decanus*; Rodolphus *scholasticus*, Laurentius *custos*, Ovo & Wernerus *canonici Zwerinenses*, Walterus & Gerhardus *plebani in Rozstoc*; *Milites* Tithlewus *de Godebuz*, Johannes *de Schnackenborch*, Henricus *Gamme*; Nicolaus DAPIFER (*) Walterus *de Penz*, Baroldus Henricus *Grube*, Bernardus *de Wigendorpe*, & alii quam plures tam clerici quam layci. Ego *Brunwardus* Dei gracia Zwerinensis episcopus. ordinationem hujus rei, cui interfuimus, banno nostro confirmantes. ad ipsius facti corroborationem *sigillum nostrum* una cum *sigillis Dominorum*, videlicet *Johannis Magnopolensis* & *Nycolai de Werle* apponi fecimus. Acta sunt hec anno gracie CIↃ. CC. XXXVII. Indictione decima. Datum in *Rozstoc*. XV. Kalend. Marcy.

Vexationibus morus sopit Litem.

Intuitu judicii inter ipsum & Dobberanens. & agitatam. Consilio fidelium.

Sibi cognoscendas servat quatuor causas criminales majores. Furtum VIII. solid. incendium: homicidium manifestatum manu mortua ra-ptumque clamore violentiæ probatum. Relictis judicio abbatiæ causis vadiatis & intra terminos ortis.

Addit confirmationem veterum donationum.

Præcipue contra advocatos infestantes & extorquentes.

Excepta terræ defensione.

Testes abbas. Præpositi. Decanus, Scholasticus, Custos Plebani.

Milites Megapolenses, Vandali.

(*) Vide infra *Joannis Theologi* diploma ad annum 1257. Plura dabunt antiquitates Mecklenburgicæ & argumenta de banno homicidæ, *von der Beschreyung und Verfestung eines entwichenen Todschlägers.* Quo casu obtinuit *consuetudo seu statutum manus* MORTUÆ h. e. ab occisi corpore amputatæ. Ut de corpore delicti constet & locus sit aliquando juri ex cruentatione.

(**) *Præf. ad T. I. Monum. p. 61. not. (5).*

(***) *Præf. ad T. II. Monum. p. 66. in Not.*

(****) Non referendus inter *ministeriales palatinos.* Est enim nomen gentilitium, germ. *Truchsses.* Vide Diplomata Burewini ad annos 1247. & 1248.

XIIII. Wartizlaus Dux Dyminensis de Racowe & terminis in Pretuzine.

1239. *Wartislaus Dux Dyminensis.*

Wartizlaus Dei gracia *Dyminensis Dux*. omnibus in perpetuum. Cum omnium ecclesiarum libenter velimus profectibus annuere, libentissime

tissime tamen ejus ecclesiam, que summi patris *filii filia* est, & mater nostro solatio duximus honorandam. ut qua ipsa majorem prerogativam obtinet apud Dominum. eo ampliorem in oculis Jesu Christi mereamur graciam invenire. Ea propter notum esse volumus universis quod nos ecclesie Beate Marie Virginis in *Duberan.* villas *Racowe* majus & minus & *Pretutse* sine numero mansorum, a flumine, quod est in Oriente ecclesie usque ad flumen versus *Tribeses*, ab omni exactione & advocatia dedimus liberas et solutas. sicut in *veteri ipsius privilegio* omnibus protestamur. Ne igitur super premissis dubium habeatur vetus privilegium novo nostro sigillo in presenti pagina roboramus, quam predicte ecclesie in testimonium validum erogamus. Datum *Dymin* XIX. Kalend. Januarij.

Terminos indicat villæ Pretutzine. Usque ad Tribese.

XV. Wisizlaui Principis Ruyanorum super XX. mansis in Pretuwisch.

1242. *Wizislai Principis Rugiorum fiducia in bona opera.*

In nomine sancte & individue trinitatis. Quum omnes ante tribunal Christi stabimus reddituri racionem de operibus nostris que in corpore gessimus sive fuerint bona sive mala, necessarium est unicuique sibi *per elemosinarum remedia* pro peccato *veniam*, pro terrenis *celestia* commutare. Et quia suis spaciis transeunt universa & labilis est hominum memoria, oportunum videtur, si qua volumus ad posteritatis noticiam transmittere, scripturarum testimonio roborare. Notum sit igitur universis sancte matris ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, quod nos Dei gracia *Wisizlauus* Princeps Ruianorum & *heredes nostri unanimi consensu & libera voluntate* contulimus ecclesie Duberanensi propter divine remunerationis intuitum *viginti mansos* Prethutzeve sitos cum *decima* nos contingente, & ab omni *jure secularis potestatis* exemptos cum silvis, pratis, pascuis, campis cultis & incultis, in busco & plano & ab omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis; homines eciam in predictis bonis commorantes, sive *proprii conversi* fuerint, sive *seculares*, liberos dimisimus & immunes ab omni exactione *advocatorum* & *Judicum*, ab exstructione urbium & poncium; ab exactione vectigalium & theloneorum & ab expedicione qualibet, ita ut nemini servire teneantur ex debito nisi soli Deo & Doberanensi Monasterio; nec eciam *advocatum quemquam de nostris habeant super se*, vel judicem nisi Abbatem Doberanensem, vel cui Abbas vicem pro se commiserit judicandi. Ne autem in posterum hoc factum nostrum racionabile ab aliquo possit irritari, presentem paginam inde conscriptam, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum *apud Tripses* anno Dominice Incarnationis CIↃ. CC. XL. II. testibus adhibitis, quorum hec sunt nomina. Dominus Abbas *Alexander de novo campo*, Gerhardus *prior* & Godefridus *cellarius* ejusdem loci, Dominus Thomas & Martynus *capellani curie; Wernerus* & *Arnoldus; milites* Nycolaus cognomento *Kesechen; Rycoldus* & ceteri quam plures diversi generis homines; Domino GODEFRIDO tunc temporis *Abbate in* DOBERAN existente, ac *nos* cum *nostris heredibus* in firmitatem *ecclesie Doberanensis* cum devocione maxima humiliter *recipiente.*

Donatio XX. mansorum cum decimis. *Exemtio hominum ab oneribus & advocatis principis.* *Testes Clerici.* *Milites.* *Tempore abbatis Godefridi.*

XVI. Nycolai de Werle super proprietatem duorum mansorum in villa, parvum Zwizowe & de judicio illius.

1243. *Nicolaus de Werle & Guzstrowe donat X. tremodia frumenti.*

In nomine sancte & individue trinitatis. *Nycolaus de Werle* & *Dominus in Guzstrowe* omnibus ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum: Quia gestarum rerum memoria processu temporis evanescere consvevit: necesse est, ut pia facta hominum scripturis autenticis commendentur, quibus possint efficaciter posterorum noticie declarari. Hinc est quod presentibus & futuris Christi fidelibus hoc scriptum visuris constare volumus, quod ecclesie nobis dilecte in *Duberan.* offerimus perpetuo possidendam duorum mansorum proprietatem, solventes annuatim *x. tremodia frumenti* in villa, que vocatur *parum Zwizowe*; ita quod quilibet solvit annuatim mansus viginti modios *siliginis*, decem modios *ordei*, & triginta modios *avene*. Insuper judicium super totam villam in omni causa, ita ut nec *advocatum quemquam* habeant super se de nostris, vel judicem. in eadem villa commorantes, nisi Abbatem Doberanensem vel cui Abbas vicem pro se commiserit judicandi. Hec omnia supra scripta FIDELIS *noster Henricus* GRUBO & *miles devotus* à nobis in FEUDO *tenuit* & taliter nobis *resignavit*, ut cum eo jure, quo ipse à nobis hec possedit, ecclesie Doberanensi pro suorum remissione peccaminum & uxoris sue benedicte jam defuncte, ad possidendum perpetuo cum attestatione sigilli nostri contraderemus. Hujus facti testes sunt *Helyas* canonicus *in* GAZSTROWE, Henricus *Decanus*, Johannes *de* WARNE, Swyderus *de* SYWAN; MILITES, *Wizlaus*, *Gerozlaus*, *Bernardus de* WIGENDORPE, Johannes *de* HAVELBERGH & alii quam plures. Datum anno ab incarnatione verbi CIↃ CC. XLIII. indict. prima VIII. idus Junii.

In villa Zwizowe. Cum judicio in omni causa exclusis advocatis. Sub jure feudi oblati. Ab Hinrico Grabow possessi. Factaque ejus resignatione Nicolao de Werle eoden jure oblationis Monasterio traditi. Testes Decani. Milites Slavi, Teutones.

XVII. Burewinus Dominus in Rozstoc de salina in Marlowe.

1243. *Burewinus Dominus Rostoch. donat salinam in Marlowe.*

In nomine sancte & individue trinitatis. *Burewinus* Dei gracia *Dominus de Rozstoc*, omnibus hanc paginam inspecturis salutem in vero salutari. Quoniam rerum gestarum ordinatio per revolutionem temporum a memoria labitur hominum, dignum ut per scriptum ad memoriam reducatur. Hinc est quod tam presentibus quam futuris scripto declarare volumus quod *salinam in sulta* Marlowe cum urna integra majoris putei & iterum cum urna integra putei novi. *claustro Duberanensi* & fratribus ibidem Deo militantibus & pro incolumitate nostra ac progenitorum heredumque nostrorum. vitulos labiorum suorum offerentibus cum *omni censu & ab exactione liberam*, sicut quondam à progenitoribus nostris possederunt. De cetero nichil nisi Dei remunerationem inde sperantes dedimus in perpetuum possidendam. si quis vero huic nostre donacioni vel facti *ex instinctu dyaboli* aut *iniquorum hominum subdola suggestione* refragari conatus fuerit ejus partem putheum Abyssi ponimus hereditatem. Noverint igitur tam presentes quam futuri Christi fideles, qui per consensum Abbatis & conventus *de Duberan* prefatam salinam sub se habue-

Ab omni censu liberam.

habuerint, quod ſingulis annis in perpetuum tenentur ſolvere *quatuor laſt ſalis* eccleſie Duberanenſi quatuor vicibus in anno, quibus cellarius ſibi viderit expedire. Et ne ſupra dicta penſio augeri poſſit ab eccleſia Duberanenſi, & hy, qui pro tempore ante dicte ſaline prefuerint preſumant minuere, vel aliquid ad ſuplementum ab eccleſia Duberanenſi extorquere ſive Sartaginem, ſive domus conſtructionem, ſive canalium expenſas, vel promptuariorum vel puteorum emendacionem vel aliquas expenſas ad predictam ſalinam pertinentes, cedulam hanc inde conſcriptam ſigilli noſtri appenſione & teſtium annotacione duximus roborandam. Teſtes *clerici* Wilhelmus *ſtammus* PREPOSITUS *Zwerinenſis*, Wernerus VICE DOMINUS, Waltherus PLEBANUS *in Rozſtoc*, Alexander PRIOR *in Doberan*, Henricus CELLERARIUS, Rotherus MAGISTER OPERIS, Theodericus CAMERARIUS, Elardus *fratrum minor* GARDIANUS; *Laici milites*, Theodericus *dapifer*, Johannes *de Snakenburch Rubyn* & alii quam plures diverſi generis homines. Datum in *Rozſtoc* per manum *Conradi Monachi de Doberan* anno gracie CIↃ. CC. XLIII. Indictione prima. ſecundo Ydus Septembris.

Reditus ſaline annui. *Teſt. Clerici.* *Laici milites.* *Per manum Monachi Capellani.*

XVIII. Privilegium Nycolai de Werle ſuper quinquaginta manſos cum decima in terra Turne.

1244. In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Nycolaus de Werle* & *Dominus in Guzſtrowe* omni generationi que ventura eſt in perpetuum. Quum omnes ante tribunal Chriſti ſtabimus reddituri racionem de operibus noſtris que in corpore geſſimus: ſive fuerint bona ſive mala. neceſſarium eſt unicuique ſibi per eleemoſinarum remedia pro peccato veniam. pro terrenis celeſtia commutare. Et quia ſuis ſpaciis tranſeunt univerſa & labilis eſt hominum memoria. oportunum videtur, ſi qua volumus ad poſteritatis noticiam transmittere, ſcripturarum teſtimonio roborare. Notum ſit igitur univerſis ſancte matris eccleſie filiis tam preſentibus quam futuris preſens ſcriptum intuentibus, quod *eccleſie Dei & ſancte* ejus *genetricis ſemperque virginis Marie*. que eſt in *Duberan Cyſtercienſis Ordinis*, ZWERINENSIS *Dyoceſis de patrimonio noſtro* contulimus quinquaginta manſos in terra *Turne* in loco *Szechelin* nuncupato. circa duo ſtagna ſitos, cum *decima* nos contingente, ſimul cum ipſis ſtagnis & rivulo ex hiis decurrente pro noſtra. noſtrorumque heredum ſalute. cum omnibus pertinenciis & utilitatibus ſuis in longum & latum ſine interpoſitione vel medio colonorum quorum libet aliorum, ſecundum quod idem fundus ante dicte Duberanenſi eccleſie eſt diſterminatus, in ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus. piſcinis & piſ. cationibus, Molendinis; in buſco & plano, nemoribus, uſuagiis, cultis & incultis, in viis & ſemitis *communibus* & *privatis*, liberum & abſolutum perpetuo conceſſimus poſſidendum. Et ſive per *converſos proprios* ſive per *alios homines ſeculares* eundem fundum *excolere* voluerint, liberam dedimus facultatem. Ipſi eciam homines quos vocaverint fratres predicte eccleſie *cujuscunque gentis* vel cujuscumque *ſint artis*, habeant poteſtatem ipſas *artes exercendi* in prefata poſſeſſione, & ſint liberi & immunes in eisdem bonis commorantes ab exſtructione urbium. & poncium ab exactione vectigalium & theloneorum & ab omni expeditione, ita ut nemini quicquam ſervicii debeant ex debito, niſi *ſoli Deo* & *Doberanenſi Monaſterio*. Nec advocatum quemquam de noſtris habeant ſuper ſe vel judicem niſi Abbatem ſolum, cui damus *judiciariam poteſtatem* in omni cauſa, vel cui Abbas vicem pro ſe commiſerit judicandi. Ne autem ab heredibus noſtris vel a quoquam alio iam ſepedicte eccleſie ulla in poſterum oriri poſſit calumpnia, quod abſit, preſentem paginam inde conſcriptam teſtium annotacione & ſigilli noſtri impreſſione, ut jugiter inconvulſa permaneat, roboramus. Teſtes autem hy ſunt; *Clerici*; Helyas *Canonicus in* GUZTROWE Reynerus *Decanus*, Johannes *de* WARNE, Sviderus *de* SYWAN, & Hermannus *de* WANGELIN; *Conradus* NOTARIUS; MILITES *Vrizlaws*, *Gerozlaws*, Johannes *de Havelberch*, Heinricus *Dargaz*, Henricus *Grabo*, Bernardus *de Wigendorp*, Otto *Bawarus*, Geroldus *advocatus in Robele* & ceteri quam plures diverſi generis homines. Datum in *Guzſtrowe* anno dominice incarnacionis CIↃ. CC. XL. IV. Indictione II. IV. Kalend. Januarij. Preſidente Cathedre Romane ſedis pio *Papa Innocentio*. hujus nominis quarto Pontificatus ejus anno primo.

Confert de patrimonio ſuo 50. manſos in Turne. *Cum decima.* *Pertinentiis.* *Jure recipiendi opifices.* *Teſt. Clerici.* *Notarius.* *Milites Slavi & Germani.* *Advocatus.*

XVIIII. Super diſtinctionibus terminorum Satowe Nycolaus de Werle & eciam de libertate illius.

In nomine ſancte & individue trinitatis. *Nycolaus de Werle* & *Dominus in Guzſtrowe* omni generationi que ventura eſt in perpetuum. Cum de multa beneficiencia principum progenitorum noſtrorum divina favente clementia *in terra Slavie* plurimarum *dilatate ſint poſſeſſiones eccleſiarum*. Notum facimus univerſis ſancte matris eccleſie filiis tam preſentibus quam futuris quod pie memorie pater noſter *Henricus de Werle* cum patre ſuo *Henrico Burewino* de unanimi conſenſu & pia devocione & bona voluntate pro remiſſione ſuorum peccaminum contulerunt venerabili *eccleſie Amelungesbornen* que eſt *Cyſtercienſis Ordinis Hildenſenſis Dyoceſis* quedam bona *Sathowe* nuncupata cum omnibus pertinenciis & utilitatibus ſuis in ſilvis, pratis, paſcuis, agris, campis cultis & incultis in buſco & plano, in ſtagnis, molendinis, aquis aquarumque decurſibus, piſ.ariis, uſuagiis, Nemoribus in viis & ſemitis communibus & privatis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis, exempta ab omni inquietudine Comitum advocatorum, Judicum, ab urbium, pontium, aggerum extructione nec non ab extorſione vectigalium & theloneorum. Seu eciam qualibet *ſecularis juris exactione* & ab omni expedicione; ita ut nemini quicquam ex debito ſervire teneantur in eisdem bonis commorantes, niſi ſoli Deo & *Amelungesbornenſi* Monaſterio: predicti vero NOBILES *progenitores noſtri* cum ducerentur bono & pio affectu circa eccleſiam ſupradictam *pro eo*, quod *fratres ejusdem eccleſie ſe* PRIMOS *exſtirpatores*

1244. *Nicolaus de Werle confirmat patris & avi donationes* *Cœnobio Amelunxborn, Hildeſienſis dioceſis factas. Speciatim bona Sathowe.* *A nobilibus progenitoribus adquiſita.* *Adeo quod Amelunxbornenſes monachi*

ebi idola Slaviæ primi exstirparint.

tores Vdolorum in Slavia fecerunt, ut ad plenum devocionis eorum consummaretur affectus, *decimam Satowie* a pie memorie *Domino Brunwardo Zwerinensi Episcopo*, per *concambium villule Wokerente* prenominate ecclesie similiter optinuerunt, recipientes ipsam villulam ab Episcopo eo jure, quo prius tenuerant Decimas. Et quia dissensio vertebatur de *terminis Satowie* longo tempore inter *Abbatem G. de Amelungesbornen* & conversos ipsius in *Satowia* ex una patte, & *Jordanem de Savene* & *Hermannum de Wokerente* & *Juditam de* NYENKERKEN ex altera, per nostrum *dapiferum*, *Heinricum* videlicet *Gammen*. in hunc distinximus: Inter *Hermannum de Wakerente* & *Satowiam* usque ad proximum lacum ubi Heinrici opilionis agri finiuntur; primum terminum ordinavimus, deinde inter Satowiam & Dominam *Juditham* & *villam Radegost* ita distinximus, quod *totum* SILVAM inter *longum lacum* cum eodem lacu curie Satowie assignavimus. Qui lacus usque ad *magnam paludem* se extendit. De *novali* vero super ecclesiam curie Satowie sine termino dedimus. Pater vero noster pie memorie inter *Satoviam* & *Hermannum de Wokerente* ita distinxit: quod ubi magna palus terminatur ibi de cetero novellare converti de curia non possunt. Contulit eciam curie pater noster *silvam* usque ad rivulum, qui *Puzekowe* dicitur, *ad novellandum* (*) & *Holtmarke* communiter & pacifice possidendam inter curiam & villam *Bulchowe*; Item inter curiam & villam Bulchowe, *silvam* habebunt communiter & ad novellandum usque ad rivulum. Item inter curiam & villam que *Puzekowe* dicitur totum spatium *novellaverunt* fratres juxta viam, & terminus dilatatur usque ad locum qui vulgo dicitur *Honborst*, qui locus ex integro curie assignatus est. Item inter curiam & villam que *Rederancke* dicitur, ager curie & silva usque ad collem se extendunt, & silvam inter curiam & villam *Curin* cum illis in pascuis & in omni utilitate fratres Satowie communiter possidebunt. De novali vero curie supra ecclesiam silvam sine termino Satowie dedimus. Facta est hec distinctio terminorum presentibus & annuentibus de parte nostra, qui hujus actionis testes sunt, *Henrico Gammen*, *dapifero* nostro, de parte Abbatis, *Heinrico hospitali*, *Stephano*, sacerdotibus, Hermanno *magistro curie*, Hermanno *sapiente*, *Engelberto* conversis. De altera part *Jordano de Savene*, Hermanno *de Wokerente*, Judita *de Nyenkerken* & *filio ejusdem* cum aliis quam pluribus. Verum quia conveniens esse dinoscitur, *bonos filios* pia facta patrum suorum imitari, nos facta progenitorum nostrorum habere rata volumus & inconvulsa, & libertate condonata super bona prefata. firmius a nostris executoribus volumus observari, in Christo rogantes, ne quisquam *heredum nostrorum*, vel aliquis juris eorum executor sepedictam ecclesiam Amelungesbornen in prefatis bonis & libertate concessa temere perturbare presumat, quia *nichil penitus juris* seu *cujuslibet racionis* progenitores nostri sibi suorumque successoribus in supra dictis bonis decreverunt retinendum; nisi forte a prefate ecclesie *Abbate* vel ejus *dispensatoribus* interpellarentur, pro *iniquorum violencia* depellenda. Omnes ergo donationes & libertates superius conscriptas & à progenitoribus nostris sepe dicte ecclesie indultas confirmamus, Ratum habentes, quod nec *advocatum quenquam* de nostris habeant superte, vel judicem in eisdem bonis commorantes, nisi Abbatem solum predicti cenobii, vel cui Abbas vicem pro se commiserit judicandi. Ne qua ergo in posterum possit oriri dubietas vel calumpnia, que confirmationem, quam fecimus, audeat infirmare, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione ac testium inscriptione sanum duximus roborandam. Testes hy sunt: HEINRICUS & JOHANNES *filii nostri* MILITES *Vnizlaus*, *Gerozlaus*, Johannes *de Havelberch*, Heinricus *Dargaz*, Heinricus *Grubo*, Robertus *de Brelin*, Geroldus *advocatus*, Otto *Bersere*, Otto *Bawarus*, Arnoldus *de nova ecclesia*, Swiderus *Sacerdos de Sywan*, & alii quam plures. Datum in *Robele*, Anno ab incarnatione verbi CIↃ. CC. XLIV. Indictione II. Presidente Cathedre Romane sedis pio Papa *Innocentio*, hujus nominis *quarto* anno Pontificatus primo.

Accessit decima Satowiæ.

Permutatio villæ Wokrente.

Distinctio terminorum inter abbatem Amelunxb. & possessores in Savene, Wokrente, Nienkerken, controversorum.

Villæ Radegarst.

Sylvæ.

Puzekowe.

Holtmark.

Pulchowe.

Honborst.

Rederancke.

Kurin.

Ratio confirmationis

& obligationis hæredum.

Competentia fori.

Test. Domini de Werle.

Milites.

Advocatus.

Sacerdos Svanensis.

(*) h. e. ad erumpendum, excolendum, ut ex silvestri vel inculto loco fiat ager novus & utilis. Hinc *Novalia*, *Rodeland*, *cet.* de quibus *Præf. ad Tom. II. p. 76. & ad Diplomatar. Raceb. p. 2003.*

Novalia.

XX. *Privilegium super libertatem ac proprietatem ville que vocatur Cartlowe.*

In nomine sancte & individue trinitatis. JOHANNES *Dei gratia Magnopolitanorum Princeps.* Omni generationi que ventura in perpetuum. Cum pia fidelium vota favore benivolo sint prosequenda & illa presertim que *profectum ecclesiarum* respiciunt & honorem. Notum facimus universis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris; Quod quidam *noster fidelis Conradus de Svigge*, MILES DEVOTUS, de *communi consensu heredum suorum* quedam bona in terra dicionis nostre, *juxta novum castrum* sita, *Eckholth* nuncupata sive *Carllowe*, pro remissione suorum peccaminum cum omnibus pertinentiis & utilitatibus suis contulit ecclesie venerabili Doberanensi; Et quia proprietas eorundem bonorum, ad nos spectabat ex dominio, nec factum hoc absque consensu nostro ratum poterat haberi, heredes predicti Conradi, videlicet, Johannes, Otto, Conradus, qui primo Domino *Engelberto*, *Abbati in Duberan post patris sepulturam* bona resignaverant, in *castro Magnopolitano* comparuerunt ac nobis similiter sepedicta bona ibidem resignaverunt, cum magna devocione postulantes, quatinus ecclesie Duberanensi *proprietatem predictorum bonorum*, *ad possidendum perpetuo* cum attestacione sigilli nostri CONTRADEREMUS. Unde quia justis semper debemus & honestis assentire postulacionibus perdilecte nobis ecclesie Duberanensi, quam progenitores nostri ab inicio semper *in magna veneratione* habuerunt, *ac de prediis suis*, a Deo sibi collatis, *satis liberaliter* dotaverunt; Nos progenitorum nostrorum morem imitari cupientes, secundum libertates a progenitoribus nostris ecclesie Doberanensi indultas, prefata bona ab *omni jure seculari* potestatis exempta, id est, *Advocatorum*, *Comitum*

1245. *Johannes Princeps Magopolitanus profectuum ecclesiarum cupidus.*

Approbat donationem fidelis Conradi de Svigge.

Qui bona in Carlowe, ecclesiæ collaturus

Consensum Principis impetrat ob dominium direct.

& comparens in castro Megapoli

Bona illa resignat Principi.

Hujus quippe & Conradi nomine monasterio tradenda.

Exemta omni jure seculari.

mitum vel *Judicum*: cum omnibus terminis & utilitatibus ſuis in ſilvis, pratis, paſcuis, campis, cultis & incultis, nemoribus, uſuagiis, aquis, aquarumque decurſibus & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis ſimul cum *decima* nos contingente, tam *pro anima predicti Conradi,* quam *etiam pro noſtra noſtrorumq; heredum ſalute* perpetuo offerimus poſſidendam. Ne autem hec noſtra donatio inpoſterum infringi poſſit aut ceſſari, & ne homines in predictis bonis conmorantes alicui teneantur ex debito niſi *ſoli Doberanenſi Monaſterio,* preſentem paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri impreſſione ac teſtium inſcriptione decrevimus roborandam. Teſtes autem hii ſunt: Clerici, frater *Eylardus de Rozſtoc* cum ſuo *confratre;* Theodericus *de* GARZ, Ludolphus *de* BUCOWE, Theodericus *de* RUSSOWE, *Milites:* Guntherus *Advocatus* & frater ſuus *Hermannus*, Borchardus *Lupus*, Nycolaus *Reſchinkel* & alii quam plures. Datum anno Domini CIↃ CC XLV. Indictione tertia. XVII Kalend. Junii.

Pro ſalute animarum utriusque offerentis.

Teſt. Clerici.

Milites Vandali. Advocatus.

XXI. Literæ Domini Wilhelmi Epiſcopi eccleſie Caminenſis ſuper diſtinctione manſorum eccleſie in Malchyn & ville Teſſenov.

1247. *Wilhelmus Epiſcopus Caminenſis*

Wilhelmus Dei gracia *Epiſcopus eccleſie Caminenſis*, omnibus preſentem intuentibus paginam ſalutem in Domino Jeſu Chriſto. Quum ea que ſtatum cupiunt firmitatis adipiſci per ſcripturarum maxime teſtimonia ſolidantur. Hinc eſt quod ad noticiam univerſorum pariter ac ſingulorum tam futuri temporis quam preſentis volumus devenire: Quod nos *eccleſiam ſancte Marie virginis & beati Johannis Evangeliſte* in *Malchyn* dotatam *tribus manſis* jacentibus infra agros *ad idem oppidum* pertinentibus, & *XIV. manſis*, ville *Teſſenowe* adjacentibus, a parrochiis circumjacentibus diſtinguentes, villam *Muceliz* ipſi pro limite aſſignamus; Eccleſiam in villa *Basdowe*, duobus manſis eidem ville adjacentibus dotatam & duobus manſis in villa *Lypyn.* cum villis ſubſcriptis, *filiam fecimus* eccleſie ſupradicte, villas easdem ipſi eciam pro limitibus aſſignantes, hec ſunt autem ville: *Jacin*, *Lypyn*, item *Zawal*, *Guſtisdorp*, *Nycaſiusdorp*. Theodericus autem *Luch*, eccleſie prefate in *Basdowe redditus unius manſi* in eadem villa *temporibus vite ſue*, plebano contulit profuturos. Vt autem hec omnia rata jugiter & inconvulſa permaneant & à poſteris illibata, hanc cedulam conſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari: hujus autem rei teſtium hec nomina ſunt ſubſcripta; Dominus *prepoſitus Caminenſis Conradus*, Henricus *ſcholaſticus Caminenſis*; Reynerus *Decanus Guzſtrowenſis*, Wasmodus *Canonicus Guzſtrowenſis*; *Burowinus* MARSCALCUS (*) *miles*, Arnoldus ROLLE *miles*, Albertus *de Calve* & alii quam plures tam clerici quam layci. ACTUM *Malchyn.* anno Domini. CIↃ. CC. X. VII. In die *confectionis ejusdem eccleſie.* DATUM *Guzſtrowe* XIX. Kalend. February. Pontificatus noſtri anno ſecundo. per manus CONRADI, *capellani & notarii noſtri.* (Prepoſiti Caminenſis).

Dotem Eccleſie Malchin: indicat; terminum conſtituit villam Mucelitz. Et filiam nominat eccleſiam in Boſedowe. Villarum nomina.

Teſt. Clerici Caminenſ. & Guſtrowienſ. Milites Marſchalk. Rolle. Calve.

Actum Malchini.

Datum Guſtrowii.

Manu Caſtellani Conradi.

(*) Nomen *gentilitium*, non *miniſteriale.*

XXII. Diploma Burewini Domini in Rozſtoc ſupra quedam bona in Deneſchenburgh.

1247. *Burewinus Dominus in Roſtock.*

In nomine ſancte & individue trinitatis. *Burewinus* Dei gracia *Dominus in Rozſtoc* univerſis ſancte matris eccleſie filiis tam preſentibus quam futuris notum facimus, quod nos cum bona voluntate ac pia devocione pro ſalute noſtra. nec non & *anteceſſorum noſtrorum*, venerabili eccleſie *Duberanenſi* nobis dilecte & ſemper diligende dimidia quedam bona *Deneſchenburgh* nuncupata ſimul cum decima nos contingente, ab omni jure *ſecularis poteſtatis* exempta. cum ſilvis, pratis, paſcuis, campis cultis & incultis, nemoribus, uſuagiis, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis contulimus perpetuo poſſidendam, hoc adjicientes, quod ſi quis aliquod impedimentum pro bonis predictis vel dampnum. ſive gravamen quodcunque predicte eccleſie intulerit, nos pro cauſa qualicumque ſtudebimus eccleſie incommodis reſpondere. Hujus actionis teſtes ſunt *clerici* Fredericus Eylardes *Gardianus in Rozſtoc*, Johannes *plebanus ibidem*, Lodewicus Hermannus *ſcriptor.* layci *milites* Johannes *de* SNAKENBORCH, GODEFRIDUS DAPIFER, Georgius *de* JORIKE, Henricus *de* SCHARNIN, Johannes *de* BUNE, Johannes *de* SWEDEN, Gerhardus *Bertrami filius* & alii quam plures diverſi generis homines. Datum in *Rozſtoc* anno ab incarnatione verbi. CIↃ. CC. XL. VII. XI. Kalend. Marcy. Indictione quinta. preſidente cathedre Romane ſedis in *Lugduno*, pio Papa *Innocentio* hujus nominis *quarto*, Regnante *novo rege*. Raſpone & *contra Fredericum* ſecundum) quondam *imperatorem* ac ejus *filium Conradum* nomine, regnum *cum diſcordia utriusque* tenente.

Cum decima & omni jure.

Addito protectorio.

Teſt. Clerici.

Laici militer.

XXIII. Litere Burewini ſuper integra proprietate bonorum in Deneſchenborgh ab omni jure ſeculari exemptorum.

1248. *Burewinus Dominus Roſtoch.*

Burewinus Dei gracia *Dominus in Rozſtoc.* Omni generacioni que ventura eſt in perpetuum. Quia rerum geſtarum memoria proceſſu temporis evaneſcere conſvevit, neceſſe eſt, ut pia facta hominum litteris commendentur, quibus poſſint efficaciter poſterorum noticie declarari. Hinc eſt, quod preſentibus & futuris hoc ſcriptum lecturis vel audituris conſtare volumus, quod nos cum bona voluntate ac pia devocione, *pro ſalute noſtra nec non & anteceſſorum noſtrorum.* venerabili eccleſie *Duberanenſi* nobis dilecte & ſemper diligende quedam bona *Deneſcheborgh* nuncupata. ſimul cum *decima*, *nos contingente*, ab *omni jure ſeculari* exempta id eſt ADVOCATORUM vel COMITUM. vel eciam JURIS NOSTRI EXECUTORUM. cum ſilvis, pratis, campis cultis & incultis, nemoribus, uſuagiis, aquis aquarumque decurſibus, molis & molendinis & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis cum dimidietate eorundem bonorum que *Gherhardus*, *noſter fidelis* nobis reſignavit, perpetuo contulimus poſſidenda. Hoc adjicientes, quod ſi quis ali-

Donationi bonorum Denſchenborg.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

quod inpedimentum pro bonis predictis vel dampnum sive gravamen quodcunque predicte ecclesie intulerit, nos *cum Gherhardo* pro causa qualicunque ecclesie incommodis studebimus respondere. Sed quia prefata bona totaliter nos recognoscimus ecclesie Duberanensi libere assignasse cum *dimidietate Gherhardi*, qui de *nostro & communi consensu coheredum suorum* recepit ab ecclesia *XXVIII. marcas* pro bonis prenominatis, quia iidem denarij de piis elemosinis fidelium vndecumque per fratrem *Heinricum de Honovere* sunt cum providencia collecti caucione hujusmodi interposita, partem Gherardi ecclesie sic assignamus, ut de proventu reddituum singulis annis in perpetuum *in festo dedicationis capellule, que ad portam* est fundata, conventus habeat plenam consolacionem refectionis *in albo pane, vino & piscibus*. Quod si aliquid super erit de redditibus, cedat *in usus pauperum*, sive *ad porte utilitatem*. Nos vero quia universa superius conscripta, que pro ecclesie honestate. & fratrum ac pauperum vtilitate cum diligentia, ob spem retribucionis eterne, ut speramus, salubriter ordinavimus, qui statutum predictum ausu temerario violare presumpserit, *proprietatem* à nobis de predictis bonis *donatam* tam diu noverit *esse irritam*, quousque denuo fuerint adimpleta, que à nobis & a viris prudentibus sunt racionabiliter constituta. Hujus rei testes sunt Clerici, frater *Eylardus Gardianus*, & frater *Himricus de* BRUNESWIC, Hinricus *de* ZAYNIZ, Johannes *de* RYBENIZ, Milites *Johannes de Snakenborch*, GODEFRIDUS DAPIFER, Georgius *de* JORIKE, Johannes RUNE, Gotan DARGUZLAF, HEINRICUS DAPIFER, Johannes *de* SVEDEN, & alii quam plures diversi generis homines. Dompnus *Engelbertus* insuper *Abbas Doberanensis*, universis *filiis* ac *fratribus suis consensientibus* presenti scripto cum bulla nostra, simul *bullam suam* apponere curavit *de mera liberalitate*, ob majorem hujus facti firmitatem. Datum anno Dominice incarnacionis. CIↃ. CC. XLVIII. undecimo Kalendas Aprilis.

Evictionem.

Accedente consensu hæredum Gerhardi.

Test. Clerici.

Milites Vandali Slaviqi

Addita bulla Engelberti Abbatis Doberanensis.

XXIIII. Privilegium Nycolai de Werle super libertatem ville Szechelin cum pleno jure in omnibus sicut jacet.

1249. In nomine sancte & individue Trinitatis. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Guzstrowe* omnibus in perpetuum: Quoniam omnia que scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt ac edita. Racio veritati consona docet, ut acta temporum presencium digna memoria scriptis & sigillorum appensionibus sic servemus integra, ne per oblivionis exitum. excedant scienciam futurorum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos *de mera liberalitate*, ob *remedium animarum*, *progenitorum nostrorum* ac *proprie salutis*. venerabili cenobio in Duberan in honore beatissime *semperque virginis Marie*, que eterni regis filii Dei *mater* est & *filia*, honorifice constructo, villam *Szechelin* dictam cum LXXV. Mansis ac rivulum *Woleviſz* una cum stagno *Lubetowe* nuncupato, cum piscaturis & molendinis edificandis cum silvis & agris, pratis & pascuis. & usuagiis, usque ad disterminationes circumjacentes pleno jure *secundum libertatem consvetudinis Ordinis Cysstercienſis*, ita ut nemini servire teneantur homines in eisdem bonis commorantes, nisi soli Deo & Doberanensi cenobio & sint immunes ab exstructione urbium & poncium, ac aggerum, & ab extorsione vectigalium & theloneorum & ab expedicione qualibet, nec non ab omni *jure advocatorum*, vel *juris nostri exercitorum*, contulimus perpetuo prenominata bona pacifice possidenda. Vt autem hec donatio firma ac inconvulsa permaneat litterarum testimonio. ac sigilli nostri appensione duximus muniendam. Testes sunt hij: *Nos* NYCOLAUS & *duo filii nostri* DOMICELLI *Heinricus* & *Johannes*; Henricus GRUBO & *filius ejus* Henricus, Arnoldus *de* NYENKERKEN, Otto BERSARIUS, Geroldus *de* PECCATLE, *Stephanus* PREPOSITUS, Johannes *de* HAVELBERCH Hermannus DARGAS, JEREZLAVUS, *Ekbertus de* MYROWE, *Wernerus* CAPELLANUS, Hermannus ADVOCATUS, HARVITH & alii quam plures. Datum *Röbole*. anno gracie CIↃ. CC. XL. IX. II. Kalend. Novembris.

Secundum consvetudinem Ord. Cistere.

Testes ipse Nicolaus Fil. domicelli. Milites Magapolenses Germani & Slavi.

XXV. Privilegium Nycolai de Werle, de decem mansis, a quibusdam militibus additis supra dictis bonis in villa Szechelyn.

In nomine sancte & individue trinitatis: *Nycholaus* Dei gracia *Dominus de Guzstrowe* omnibus in perpetuum. Quoniam omnia, que scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt ac edita, racio veritati consona docet, ut acta ipsorum presentium digna memoria scriptis & sigillorum appensionibus sic servemus integraliter. Ne per oblivionis exitum excedant scienciam futurorum, notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos de mera liberalitate ob remedium animarum progenitorum nostrorum ac proprie salutis *venerabili cenobio in Duberan.* in honorem beatissime semper virginis Marie, que eterni regis filii Dei mater est & filia honorifice constructo villam *Szechelin* dictam cum LXXX. VI. mansis ac rivulum *Woleviſz* una cum stagno *Lubetowe* nuncupato. cum piscaturis & molendinis edificandis, cum silvis & agris, pratis, & pascuis & usuagiis, usque ad disterminationes circumjacentes *pleno jure* secundum libertatem consvetudinis *ordinis Cysstercienſis*, ita ut nemini servire teneantur homines in eisdem bonis commorantes. nisi soli Deo. & Doberanensi cenobio. & sint immunes ab exstructione *urbium* & *poncium* & *aggerum*. & ab *extorsione vectigalium* & *theloneorum*. & ab *expeditione qualibet* nec non ab omni jure advocatorum vel juris nostri executorum contulimus perpetuo prenominata bona pacifice possidenda. scire nichilominus oportet de predictis bonis videlicet LXXXVI. mansis *Arnoldus* miles *de Nygenkerken*, *Fridericus* miles *de Ekstede*, *Thidericus* miles *de Ekstede*. decem mansos, *libertate a nobis donata*, in remissionem peccaminum suorum, predicte ecclesie *contulerunt*. Vt autem hec donacio firma ac inconvulsa permaneat, litterarum nostrarum testimonio ac sigilli nostri appensione

1249. *Idem Nicolaus denuo testatur donationem villæ Zechlin*

Cum 86 mans

Quibus Nicolaus libertatem donandi concesserat.

Nicolaus dominus de Gustran confert cœnobio villam Zechlin.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Testes Dn. Nicolaus cum Domicellis. Milites Vandali, Venedi.

sione duximus muniendam. Testes sunt hy: NOS NYCHOLAUS & *duo filii nostri* DOMICELLI Henricus & Johannes, Heinricus *Grubo* & filius ejus *Henricus*, Arnoldus *de Nienkerken*, Otto *Berfarius*, Geroldus *de Peccatle*, Stephanus *prepositus*, Johannes *de Havelbergh*, Hermannus *Dargaz; Jerezlaus*, *Vnizlaus;* Ekbertus *de Myrowe*, Wernerus *Capellanus;* Hermannus *Advocatus*, *Harnith* & alii quam plures: Datum *Robole*. Anno gracie CIↃ. CC. XL. IX. II. Kalend. Novembris.

XXVI. Literæ Borwini Domini in Rozstoc super proprietate Indaginis Benekenhagen.

1250. *Burewinus Dn. de Rostok approbat.*

In nomine sancte & individue Trinitatis. *Burwinus* Dei gracia *Dominus de Rozstoc* omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum: Quia gestarum rerum memoria processu temporis evanescere consvevit necesse est, ut pia facta hominum scriptis commendentur, quibus possint efficaciter posterorum noticie declarari. Hinc est, quod tam presentibus quam futuris constare volumus, quod *fidelis noster* Bernardus *dictus de Wigendorp*, *miles devotus*, pro suorum remissione paccaminum & *uxoris sue* nec *non liberorum* & *omnium progenitorum suorum*. Indaginem, que vulgariter *Benekenhaghen* nuncupatur, quam a nobis *in feodo* tenuit, cum omni jure, quo eam possedit, dilecte nobis *ecclesie Doberanensi* contulit perpetuo possidendam. Nos vero devotionem ipsius approbantes, dictam collationem confirmamus memorate indaginis *proprietatem*, que *ad nos* seu *ad heredes nostros*, *ex Dominio* spectabat, divine mercedis intuitu & beate Marie, dicto cenobio contulimus, volentes, ut ejusdem cenobii fratres sepe dictam Indaginem cum omnibus pertinenciis suiis, eo jure & libertate, quâ cetera bona ecclesie *in prima fundatione ipsius* noscuntur esse collata, in perpetuum pacifice possideant & quiete. Ne autem ab heredibus nostris, seu a quoquam alio jam sepe dicte ecclesie ulla in posterum oriri possit calumpnia, quod absit, presentem paginam inde conscriptam testium annotacione & sigilli nostri impressione, ut jugiter inconvulsa permaneat, roboramus. Testes autem hy sunt: DARIZLAUS, *Johannes de* SZVERZE, Johannes BUNO, Wolterus *de* GOROWE *milites; Silewus* tunc ADVOCATUS *in* ROZSTOC, nec non alii plures fide digni. Datum in *Rozstoc*. anno Dominice Incarnacionis. CIↃ. CC. L. Kalendas Februarii.

Cujus dominio directo Burewinus renuntiat.

Et confert cœnobio.

Secundum statuta Ordin. Ostercc. & primam fundacionem.

Testes, præcipue Slavi.

XXVII. Hinricus Burewinus confirmat Rostochii jura salva donatione VIII. mansorum apud Zarnetstrom pro Monasterio Doberan. (*)

1252. *Burewinus III. recognoscit privil. à Burewino Dn. de Rostock*

Hinricus Dei gratia Magnopolensis, Stargardiæ & Rostock Dominus universis & singulis Christi fidelibus, presentia visuris seu audituris salutem in Deo sempiternam, recognoscimus tenore presentium publice protestantes, nos vidisse & audivisse privilegium quoddam, sub vero sigillo NOBILIS DOMINI *Borvini* quondam *Dni de Rostock*, quod licet literarum vetustate consumptum, tamen perfectum & integrum ac lucide legi poterat in hec verba: *In nomine Sanctæ & individue Trinitatis. Borwinus Dei gratia Dominus de Rotzstock* omnibus Christi fidelibus presens Scriptum cernentibus in perpetuum. Gesta hominum plerumque ambiguitatis scrupulus aboleret, si non perenni literarum testimonio fulcirentur. Noverint igitur tam presentes quam futuri, *Avum nostrum*, beate memorie, videlicet *Dominum Borvinum* Civitatem *Rotzstock*, Filiorum suorum consilio mediante, *primitus condidisse*, quam in hunc modum firmitate Sui privilegii stabilivit. *In nomine Sancte & individue Trinitatis omnibus presentem* paginam visuris in perpetuum. Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tàm presentibus quàm futuris, qualiter *ego Borvinus nec non filii mei dilectissimi HENRICUS videlicet* & NICOLAUS tam nostram & heredum nostrorum nunc, & in futuris utilitatem procurantes, Rotzstoch oppidum divina prosperante clementia delegimus construendum. Ut verò predicti loci cultores eum securius appetentes, pace firma libertateque fulciantur omnimoda tam presentes quam futuros, in *edificiis*, *areis*, *terris cultis & incultis*, *agris*, *campis*, *pratis*, *pascuis*, *silvis*, *piscationibus*, *venationibus*, *aquis*, *aquarumque decursibus*, *viis & inviis; exitibus & reditibus* OMNIMODA in jurisdictione nostra, *thelonii exemtione*, LUBECENSIS CIVITATIS JURIS *beneficio habito nunc & habendo* stabilientes confirmamus. Ut itaque nostre donationis auctoritas, futuris temporibus firmior ac stabilior habeatur DOMINATIONIS *nostre* MAJORIBUS (**) tam SLAVIS QUAM TEUTONICIS presentibus (Episcopo nostro BRUNWARDO videlicet Viro religiosissimo interposito: Thetlevo *de Marlowe*, *Jordano*, *Hermanno* CAPELLANO, *Zlantrich*, *Janike*, *Henrico* GAMMA, *Wartis*, *Johanne de Snakenburg*, *Ranliuo*, Henrico GRUBONE, HUGONE *Abbate de* DOBBERAN universalique conventu ibidem, Stephano *Sacerdote*, Dummemaro, Pribislo, Bitzprare, *Thoma* ALVARICO *preposito*, Hermanno *de* RODENBECKE, Heinrico HOLZATO, *Nakone*, Janike *Germeritz*, Meritzlavo, Magistro *Wettero de* BUCHOE; ejusdem oppidi *consulibus* Henrico *Fabro*, Henrico *Pramule*, Hermanno *Rhodolpho*, *Ludero*, *Bertramo*, *Wizelo*, *Lamberto*, *Bodone*, *Henrico Ländfra* hanc chartam inde conscriptam, mandato nostro, ut infra videtur, corroborantes, sigilli nostri munimine *Notario* jussimus insigniri. *Datum VIII. Cal. Julii Anno ab incarnatione Dni M. CC. XVIII. indictione V. Epacta XI. concurrente VI.* Nos itaque consimili affectu, imò perampliori prelibate civitatis nostre inhabitatorumque commodo & utilitate paterna solicitudine providere curantes, *omnem* JUSTITIAM & INTEGRAM JURIS *conservantiam* LUBECENSIS, quam in *nostris Progenitoribus* hactenus tenuerunt, ipsis libenti animo irrefragabiliter indulgemus. Ceterum Universitas Civitatis nostre Rostock *Sylvam quandam cum fundo pro CCCC. L. marcis denariorum* à nobis rationabiliter comparavit, cujus termini taliter extenduntur. De villa Henrici, habente viginti mansos usque ad indaginem Monachorum

Ab Avo ipsius datum.

Usum juris Lubec. stabilit.

n. 1218. Rosto-

que viginti manſos & non amplius in ſuis terminis obtinebit; de hinc *usque ad indaginem* (***) *Valquim* undecim manſos per omnia continentem, poſtea vero directe per viam, que ducit Ribbenitz, usque ad locum, ubi quondam *Wilhelmus Vulebreſme* fuerat interfectus. Deinde *Zarnetzſtrom* per *iter gramineum* ex adverſo quousque tandem ad maris littora veniatur, ſicque marimum littus usque ad orientalem ripam, ſive ad aquam fluminis *Warnemunde cum omni utilitate*, videlicet paſcuis, pratis, lignis, terris, aquis, aquarumve decurſibus intra dictos terminos conſtitutis, *exceptis porcis noſtris* tantummodo inibi depaſcendis, & octo manſis apud *Zarnetzſtrom* ALLODIO *Monachorum de Dobbran per noſtram gratiam deputatis*. Preterea ſiquid litigii ſive rixe in iiſdem finibus exortum fuerit, *nobis* duas partes de penâ Judicii *reſervando ipſis* partem tertiam *indulgemus*. Si vero *in portu ipſorum*, caſu inopinato quocunque modo, *navis aliqua* COLLIDATUR; nobis in ea, vel in rebus obtinentibus, *nihil Juris* (****) penitus uſurpamus. Damus etiam cuilibet venienti & recedenti plenariam facultatem adducendi & deducendi quaslibet negotiationes & res generis univerſi, *dummodo adſtricti* JURI THEOLONARIO *erogant, quod tenentur*. Ad hec omnia *à ponte aquatico proximo* Eccleſie St. Petri & ſic *per alveum fluminis Warnemunde nec non extra portum* in marinis fluctibus, eos tanto donamus *beneficio piſcaturæ*, quantum pre intemperie aëris audeant attemptare. Volumus inſuper ut in omnibus terminis ſuis, qui vulgariter *Marketſchede* vocantur, jure gaudeant *Civitatis*. Ut autem hec donatio noſtra in vigore debite permaneat firmitatis & â nobis ſive noſtris heredibus in poſterum non caſſetur, preſentem paginam inde confectam idoneorum ſubſcriptione teſtium & ſigilli noſtri munimine roboramus. Teſtes hi aderant Johannes *de* SNAKENBURG, Gotfridus DAPIFER, Johannes ADVOCATUS, *Gottanus*, Johannes *de* BUNE, Georgius JORK, *Florinus*, *Wolderus*, Gerhardus filius DAPIFERI, *Bertramus*, *Rotgerus*, Henricus *de* WARBURG, *Dargeslaus*, Johannes *de* SUETIA, *Segerus*, *Jeretzlaus*; Conſules civitatis, *Reinbertus*, Gerardus *Lere*, Herbordus *de Apeldorbeck*, Ludulphus *de Lüneburg*, Henricus *de Wittenburg*, Johannes *Tibbeke*, Johannes *Eyleke*, Ludolphus *de Warnemünde*, *Simerus*, *Erneſtus*, Johannes *de Brunſvic*, Conradus *de Rudhen*, Arnoldus *Rems*, *Rolgerus*, Arnoldus *de Colonia*, Eylardus *Faber*, Johannes *Monachus*, Henricus *de Horſenhuſen*. Johannes *de Hoſterode*, *Thetmarus*, Theodoricus *Rufus*, Bernhardus *Niger* & alii quam plures clerici & laici qui his perſonaliter adſtiterunt. Datum per manus *Magiſtri Conradi*. XIII. Calend Aprilis Anno Dominice incarnationis M. CC. LII. indictione X.

Excipiens Villas manſos quos Monachis Doberan donat.

Duasq; partes judicii

& Teloneum.

Teſtes Teutones & Slavi milites.

(*) Vide hoc diploma, obſervationibus illuſtratum *in ſpecimine Document. Mecklenb. inedit. p. 10. ſqq.*

(**) Vide *ad an. 1230. num. LXII.*

(***) *Volckshagen.*

(****) Vulgo *Strandrecht.*

XXVIII. Pribizlaus Dominus de Rychenberg de proprietate ville Zolchelyn.

In nomine *Jeſu Chriſti*: PRIBIZLAUS *Dei gracia Dominus*, Dominus *de Rychenberge*, Omnibus hanc litteram inſpecturis ſalutem in perpetuum. Cicius ab humana labuntur memoria, que nec ſcriptis, nec voce teſtium perhennantur. Vnde notum facimus tam preſentibus quam futuris, quod ad honorem ſanctiſſime Dei genetricis *Marie* & in remedium animarum anteceſſorum noſtrorum defunctorum ſimulque in remiſſionem noſtrorum peccaminum. proprietatem ville *Zolchelin*, quam venerabilis Abbas *Hemricus de Doberan.* pro *trecentis marcis* a nobis comparavit, cum *integris decimis* & omni jure. in pratis, agris & nemoribus & *ſine exactione ſpeciali* vel ſerviciis, que *ad edificia caſtrorum* pertinent, ſicut eandem villam tenebat in poſſeſſione *Dominus* WIDEKYNDUS *de* WALSLEVE eidem clauſtro ſancte Marie videlicet *Doberan Ordinis Cyſtercienſis* perhennem conferimus. Excipimus tamen *jura colli & manus*, que ſpecialiter *noſter advocatus* debet judicare. Sed ſi conſilio providorum decreverit, *pecuniam pro redemptione colli & manuum recipere*, qui pro tempore noſter advocatus fuerit & ſucceſſorum noſtrorum, *tercia pars* cedat Abbati jam dicto ſucceſſoribusque ſuis; Nobis vero *alie due reſidue*. Ne ergo alicujus ignorancie cauſa inpoſterum alicui liceat hanc noſtram donacionem infringere; preſentem paginam damus ſigilli noſtri appenſione roboratam. Hujus rei teſtes ſunt *Milites Widekyndus* ante dictus *de* WALSLEVE, Martinus *de* WALIN; Theodericus *dictus* BERSER, Ywanus *de* BELOWE, Gerhardus *de* LEISTEN, Henricus *de* ROLSTOD, & GUNCELLINUS *Sacerdos* tunc exiſtens *capellanus*. Acta ſunt hec in *Wismaria*. in die Valentine. Anno gratie CIↃ CCLIII. XVI. Kalend. Marcii, preſidente ſedi apoſtolice *Innocentio quarto*.

1253. *Pribislaus d. Richenberg confert cœnobio villam Zchelin.*

Emtam ab Abbate Hinrico.

Poſſeſſam à Widekindo de Walslev. Exceptis t. men juribus colli & manus.

Teſt. Milit. Vandali. Walsleven. Walin. Berſer. Below. Lehſten. Rolſtod. Capellanus Gunzelin.

XXVIIII. Nycolaus de Werle ſuper dimidietatem ſtagni quod dicitur Slopen.

Nycholaus Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in perpetuum. Noverint univerſi, ad quos preſentes littere fuerint devolute, quod nos *peticioni fratris Werneri* ſatisfacientes dimidietatem *ſtagni Sclopen* vulgariter nuncupati, & Dominus *Jerſclaus*, *caſtellanus* in *Robele*, dimidietatem alteram Monachis in Duberan Deo ſervientibus Ordinis Cyſtercienſis, *omni juri noſtro* renunciantes contulimus libere poſſidendam, & eorum utilitatem de illo ſtagno integro, prout poterunt, diſponendam. Tamen habita tali forma: Vt omnes piſces qui de predicto ſtagno provenient, ad portionem *refectorii* principaliter deferantur. Vt igitur hujusmodi factum ſtabile permaneat atque notum, ſigilli noſtri munimine roboramus. Teſtes ſunt DOMICELLI *Heinricus & Johannes*; *Dominus Geroldus de* PECCATLE, *Domin. Arnoldus de nova eccleſia* (*Neuenkirchen*), Dominus *Johannes de Hävelberge*, Dominus VRIZLAUS, HARNITH *dictus* BERE & fratres ſui, *Henricus* advo-

1254. *Nicolaus d Werle*

& Jeresla Caſtellanus cœnobino co ferunt ſtagnum Slopen

Teſtes Domicelli. Milites de Peccatel. Neuenkirch. Hävelberg. Bere.

Advocatus in Robele. advocatus *in Robole*. Acta sunt hec Dominice incarnationis CIↃ. CC. LIV. Datum *Robole* XII. Kalendas May.

XXX. Privilegium Confirmationis Domini Rodolfi Zwerinensis Episcopi.

1255. *Rudolphus Episc. Sver.* In nomine &c. *Rodolfus* Dei gratia *Zwerinensis Episcopus*. Omnibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari: Quia pia loca & religiosas personas ex injuncto nobis officio confovere tenemur & promovere, vestigii prede cessorum nostrorum beate memorie *Episcoporum* BERNONIS & BRUNWARDI inherentes, *Decimas*, quas LAYCI DOMINI TERRE & *alii* pro parte ipsorum contulerunt, *conventui Doberanensi Cystercienſis Ordinis*, eodem banno Pontificiali confirmamus de nostri capituli voluntate & consensu, pleno jure, cum banno & *jure Synodali* ac ecclesiarum *cura & ordinatione*. Ut autem hec solempnis nostra & capituli nostri ordinatio & confirmatio stabilis & inconvulsa permaneat predicto conventui. presentem paginam sigillorum nostrorum appensione in testimonium concessimus roborandam. Hujus autem rei testes sunt, *Capitulum Zwerinense*, videlicet *Wernerus* PREPOSITUS, *Eylwardus* DECANUS. *Nycolaus* SCHOLASTICUS, *Johannes* CUSTOS, *Theodericus* CANTOR; Dominus *Henricus Abbas de Dargun*, Dominus *Alexander primus Abbas Novi campi*, *Johannes* Scholasticus *Lubicensis frater Arnoldus*, *Prior Lubicensis*, Johannes *plebanus Sancti Petri in Rozstoc: Nobiles vero Domini terræ ac fratres* videlicet, Dominus Joh. Magnopolensis *Dominus*, Dominus *Nycolaus de Werle*, Dominus *Burewinus de Rozstoc*, Dominus *Prybyzlaus de Parchem*, Dominus GUNCELINUS *Comes* ZWERINENSIS: MILITES autem Johannes *de* SCHNAKENBURGH, Henricus GRUBO (Grabow), Bernardus *de* WIGENDORP, Godefridus *de* BULOWE, Johannes MOLTIKO (Molcke), & Otto Johannes *de* SWINGA frates, Conradus BERCHANE, Henricus & Arnoldus CLAWE, Guntherus *de* BUCHOWE & alii quam plures tam clerici quam layci. Acta sunt hec in *Doberan.* anno ab incarnatione verbi CIↃ. CC. LV. Indictione XIII. III. Nonas Marcij temporibus Domini Pape *Innocencii quarti*; Pontificatus nostri *anno quinto*, Domino *Henrico* existente *Abbate in Doberan.* & hoc negotium promovente.

Capituli consensu jureque Synodali. *Testes Capit. Zwerinense.* *Abbates.* *Parchimens. Comes Gunzelinus.* *Milites, hodie nobiles.*

XXXI. Literæ Henrici Episcopi Havelbergensis ecclesie super LXXV. Mansos in Szechelyn & de decima eorundem.

1255. *Henric. Episc. Havelberg. cenobio de mans. LXXV.* In nomine Domini amen. *Henricus* Dei gracia *Havelbergensis ecclesie Episcopus* omnibus in perpetuum. Equitati & racioni convenire videtur, si ea, que juste gerimus, perpetua stabilitate firmemus. Cum itaque experimento frequenti instruamur, quantum status presentis seculi sit incertus & hic manens civitas non sit nobis, consideremus nichilominus nobis esse summopere necessarium & salubre, vt nobis eternum & felicem statum per hec transitoria comparemus. Igitur est quod nos-

Quos nobilis

cere volumus tam posteros quam presentes, nos de *LXXV. mansis*, quos NOBILIS *vir Dominus Nycolaus de* WERLE, *venerabili cenobio* Cystercienſis Ordinis in *Duberan*, in honore sancte Dei genitricis & *virginis Marie fundato*, in loco qui *Szechelyn* dicitur cum omni jure liberaliter contulit decimam, ex eisdem mansis provenientem, que ad nostram spectabat jurisdictionem, ad subsidium fratrum in prefato cenobio Domino Jesu Christo devote famulantium, ut per ipsorum, que Domino nocte dieque in orationibus, jejuniis, vigiliis, & aliis divinis obsequiis offerunt suffragia; eterna gaudia feliciter assequamur, de consensu nostri capituli, prout ipsius probat appensio sigilli, libere in donum perpetuum contulisse. Ea tamen conditione interposita, ut, si fratres dicti cenobiii Duberan possessionem eorundem mansorum sive vendendo sive permutando. a se dimiserint, quicunque eos possederit decimam eorundem *à nobis* in PHEODO *recipiet* & tenebit. Vt autem hec nostra donatio in perpetuum maneat inconvulsa, presentem paginam cum testium subarratione conscribi fecimus & nostri ac capituli nostri sigillorum testimonio communiri. Datum *Havelberge* anno Domini CIↃ. CC. LV. VII. Jdus Marcii Pontificatus nostri *anno X.* Testes hii sunt. *Wipertus*, *prepositus Havelbergensis*, Johannes *prior*, Bertoldus *Cellarius*, Henricus *custos*; Johannes *Camerarius canonicus Havelbergensis*, Johannes *prepositus* in *Jericho*, Johannes *archydiaconus in Kepyn*, Stephanus *archydiaconus in Robele*. Gerrardus *canonicus Jerichonensis*; & alii quam plures clerij & layci.

Nicol. de Werle ipsi dederat in villa Szechelin. *Confert decimam ad jurisdictionem Havelberg. Spectantem.* *Cum Capituli consensu.* *Reservato tamen sibi titulo feudali in casu alienationis.* *Testes.*

XXXII. Privilegium Nycolai de Werle super controversia Molendini, quod est in terminis Zechelyn.

1256. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Guzstrowe* omnibus in perpetuum: Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod legitima necessitate *inferioris molendini*, *urgente preposito*, structuram cujusdam molendini *cenobii Duberanensis* in terminis *ville Zechelin* clavatam, modum prioris fundamenti excedentem, *inundatione excrescente stagni*, villa Domini Johannis de Havelberg repente in pascuis & aliis incommodis exinde provenientibus lesa aliquantulum videbatur; Inde est quod Dominus *Abbas Duberanensis* cum unanimi consensu sui capituli & Dominus *Johannes de Havelberg* in unum convenientes super controversia que inter eos de *molendino sublimiore* positione constructo versabatur, litibus renunciantes compromiserunt *in arbitros*, videlicet Dominum *Henricum Dargaz*, Dominum *Ottonem Berfere*, fratrem Johannem *de Drans*, fratrem *Wernerum* & quicquid ipsi inter eos super causa memorata arbitrarentur, cessantibus litibus causarum, gratum & ratum inviolabiliter servaretur. Qui statuerunt, quod molendinum *secundo statu* constructum, debito modo & utili. increscente fluctuacione & aliis pertinenciis ad hoc necessariis, *sine inpeticione* dicti Johannis & suorum *in perpetuum persistat*, *ecclesia* vero *Doberanensis* pro dam-

Nicol. Dn. de Gustrau corroborat *Compromiss. Abbatis Doberanens. & Ioannis de Havelberg. Nomina arbitrorum.*

pno illato dabit jam dicto Johanni *X. marcas Slavicorum denariorum* v. in festo beati Johannis baptiste & alias. v. in die beati Michaelis proximo persolvendas, tali condicione. ut SLAVOS *sue ville dicte*, repente *à tumultu* querimoniarum amicabili concordia *compescere* non cessaret. Ne vero forma arbitrii vallati in irritum revocetur, Dominus Heinricus Dargaz & Dominus Otto Berśere fidem plenius prestiterunt. Vt autem hec rata & inconvulsa permaneant, sigillo nostro duximus roborandam. Testes sunt: *Dominus* NICOLAUS *Dominus de* WERLE, *Domicelli. Heinricus & Johannes*, prepositus *de Robole*, Frater *Ekbertus de Myrowe*, Dominus *Henricus de Mynda*, Arnoldus *miles de nova ecclesia*, *Werslaus*, *Vnrzl us*. *Rembertus advocatus*, frater *Conradus de Dunemunde* & alii quam plures. Datum *Robole*. anno gracie CIↃ. CC. L. VI. Kalend. May.

Per X. marc. Slavicorum denariorum.

Adiecta conditione contra Slavos villæ tumultuantes.

Test. Dnus & Domicelli de Werle. Clerici. Milites.

XXXIII. Literæ Rodolfi Zwerinensis Episcopi super duos mansos qui pertinent ad ecclesiam in Denesschenborch.

1256. *Rodolfus* Dei gracia *Zwerinensis Episcopus* omnibus in perpetuum: Noverint vniversi, qui ecclesiam, quam Dominus *Henricus Abbas & conventus de Doberan* in villa *Denesschenburg* fundaverunt & cum *duobus liberis mansis jure parochyali dotaverunt*, Nos in *consecratione cymiterii* factum hoc confirmantes & tres villas *Uteſſendorp*, *Vriholt* cum *villa Slavicali Repelyn* ecclesie predicte assignantes, *salvo jure nostro* hoc adjecimus, vt quicumque pro tempore plebanus ecclesiam in *Zanz* a nobis vel a nostris successoribus in futurum possederit, ecclesiam in *Denesschenborch* propter *dotem assignatam* à Domino Abbate Doberanensi reciperet. Datum *Butzowe* anno gracie CIↃ. CC. L. VI Pridie Ydus Octobris, Pontificatus nostri anno VIII.

De eccles à conventu Doberanensi fundata in Denesschenburg. Et dotata. Ab Epiſc. Rodolpho confirmata. Tribus villis dotata.

Et ecclesia in Zaniz conjuncta.

XXXIV. Ejusdem Rodolfi Zwerinensis Episcopi de duobus mansis qui pertinent ad ecclesiam in Denesschenborgh. De eod. die.

1256. *Rodolfus* Dei gracia *Zwerinensis Episcopus*. Vniversis hoc scriptum presens visuris in perpetuum. Noverint universi, *Venerabilem patrem*, Dominum *Henricum Abbatem de Doberan* cum sui conventus consensu, cum duobus mansis capellani dotasse in *Denesschenborch*, & nos cymiterium ejusdem ecclesie consecrantes *tres villas* ipsi Denesschenborch Vriholt, Utesſendorp, & villam Slavicalem Repelyn duximus assignandas *jure Parochiali*, & quicumque in *Saniz* ecclesie presit & in *Denesschenborch*, ita quod *Saniz* mater & *Denesschenborch* loco filie habeatur. Datum in *Butzowe*. anno Domini. CIↃ. CC. L. VI. Pridie Ydus Octobris. Pontificatus nostri anno VIII.

Rodolphus Ep. Sverin.

Confirmat dotem ecclesiæ Denesschenb.

Eamq; filiam constituit ecclesiæ in Saniz.

XXXV. Charta super servicio, quod fit in die beati Mychaelis, pro Reymberto, Burgensi in Rozstoc.

1257. In nomine sancte & individue trinitatis. *Henricus* Dei gracia *Abbas in Doberan* omni generationi, que ventura est in perpetuum & maxime nostris successoribus Doberanensis ecclesie filiis notum facimus, quod *Burgensis quidam* in *Rozstoc*, *Reimbertus* nomine *de antiquo foro de consensu* UXORIS & *filiorum* ac FILIARUM *suarum*, quos omnes *de unanimi consensu nostri capituli* in plenam *fraternitatem Doberanensi ecclesie collegimus*, altare *beati Benedicti*, ad quod cottidiana perpetuo dicitur missa pro fratribus & familiaribus & omnibus fidelibus defunctis, ut *ibi jugiter ejus memoria fiat* & *progenitorum* & *successorum* suorum, cum *calice*, *missali libro*, *prepannitis* (*) & *sexaginta marcis denariorum*, dedicavit, quatinus in perpetuum de bonis in *Albrechtesdorp*, ex parte de eisdem denariis comparatis, conventus fratrum in Doberan in anniversario predicti Reymberti post ejus obitum *annuale* habeat *servicium in albo pane* & *piscibus*, in *medone* & *meliori cerevisia*, vel *vino* & *cerevisia*, si videbitur Abbati sic expedire, ac novis insuper *Byccarys* (**) pro *septem marcis denariorum*, sicut dictum & promissum est, his omnibus comparandis, quam diu autem predictus Reymbertus vixerit, predictum servicium dabitur in festo *Sancti Mychabelis*. Et ne dubietas vel calumpnia aliqua de hoc *racionabili facto* possit in posterum suboriri vel ab aliquo successore nostro hoc possit, quod absit, in *usus alios* commutari, literam hanc inde conscriptam & testibus annotatam inferius cum *sigillo nostro & sigillo consulum de Rozstoc*, *amicorum nostrorum*, quatinus in perpetuum robur optineat, Domino mediante, duximus muniendum: hujus actionis testes sunt: consules *de Rozstoc*, qui tunc temporis fuerunt, videlicet *Herbordus de Apolderenbike*, Gerardus *Loore*. Thidericus *Ruffus*, *Meinricus*, *Hermannus de Lawe*, Johannes *de Rathenowe*, Conradus *de Molendino*, Conradus *de Magdeburgch*, Godeko *Sagthe*, Levent. Henricus *de Wittenburg*, *Johannes Monachus* & *Socer Reymberti*, Johannes *Gerlay* frater, Johannes *de Bucowe*, Ernestus Reynwardus *de Molendino*, Hermannus *Siffridi* frater; Item alii *de civitate familiares nostri*: Thetmarus Socer Reymberti, Everhardus iterum Socer ipsius, Albertus *Thaberia*, Hermannus *Vogedekin*, Gerlacus *de Parkentyn* & alii quam plures factum hoc collaudantes; Item *monachi in Doberan*, Wernerus *Prior*. Henricus *cellerarius*, Arnoldus *Subcellerarius*, Sigebodo *magister operis*, Willbrandus *portarius*; Conradus *magister hospitum*, Gerhardus *Hospitalarius* & reliqui omnes *monachi* & *conversi* tunc in ecclesia existentes. Quod si predictum servicium post nostra tempora per aliquem nostrum successorem *Abbatem Doberanensem* fuerit *impeditum*, cum heredes Reymberti nichil habeant in dictis bonis *jam Deo oblatis* aliquid juris, consules civitatis Rozstoc, qui pro tempore fuerint, universa bona, unde proveniebat predictum servicium, debent *ab ecclesia Doberanensi extorquere*, ac *per omnes civitatis ecclesias*, secundum quod ipsis melius visum fuerit, cum tremore divino *debent in structuram earundem ecclesiarum totaliter assignare*.

Bas Doberan. testatur.

Altari S. Benedicti obtulisse dona, speciatim 60 marcas.

A cœnobio iterum versas.

Novique cal. ces comparetur.

Vivo adhuc Reimberto.

Testes Consules & Proceres Rostoc.

Familiares Reimberti.

Monachi Doberanens.

Et impendendis structuræ eccles. Rostochiensium.

Datum

Datum tempore Burewini jun. & Christophori Regis Daniæ. Datum in *Doberan* per manum *Conradi*, MONACHI *ibidem*, Anno gracie CIↃ. CC. L. VII. III. Idus Aprilis; Domini BUREWINI *junioris* temporibus, Domino CHRISTOFFERO *Rege* regnum *Dacie* feliciter gubernante.

Pannitum. (*) H. e. pannulis ad Altare pertinentibus. Unde *pannicleroſa*, quorum in Chartis eccleſiaſticis mentio fit, *panni* ſunt *Clericales*, indumenta Clericorum ſacra; & *pannitum* ſeu *panulejum* pannulæ altarium, ſudariolum. Explicant hoc Agenda apud *Martene Tr. de Ritibus p. 125.* ubi pannus dicitur pars eccleſiæ. De pannis monialibus ſ. veſtibus monaſticis vide ap. MABILLON. *T. IV. Annal. p. 742.*

Biccarium. (**) h. e. Calices ſeu Vaſa potoria. Etymon vocis jo. *de* JANUA, ALB. ACHARISIUS aliique repetunt à *Bacho*, quaſi *Bacharium*. Bachi enim imago poculis olim inſculpta fuit, teſte *Anacreonte*. Plures cum FERRARIO illud à græca voce βίκος, vaſe repetunt. Mallem: ſi græcari lubet, à βῆκα, cornu. Antiquiſſimos enim majores, præcipue Septentrionales cornubus, loco poculorum ſolemniter uſos fuiſſe, oppido docent *Indiculus ſuperſtitionum & paganiarum Concilii Liftinenſ. a. 745. Tit. 22. de Tempeſtatibus, Cornubus & Cochleis* apud BALUZIUM *Capitular. T. I. Calendaria Runica* apud VERELIUM *in notis ad Heruar. Sagam* c. 56. BIRCHEROD. *Palæſtr. antiqu. p. 128.* RUDBECK. *Specim. de uſu Linguæ Gothicæ p. 100.* ut teſtimonia alia apud WORMIUM, SPERLINGIUM, SCHEFFERUM, BARTHOLINUM, KEYSLERUM, ARNKIEL, LACKMANNUM, GRAUERUM taceamus. Sed videtur mihi vox *Biccaria* petita & depravata à germanico *Becher*, patera, vaſe potorio, quod dicitur á *Buc*, *Bauch*, alveo, ventre, vel à *Back*, lintro, navicula, vaſe excavato, docentibus WACHTERO & FRISCHIO. Hinc diverſa vocabuli lectio. Nunc *Baccarium* apud *Iſidorum*, *Menagium* & *Ferrarium*: *Bicarium* apud ARNOLDUM *Lubec.* L. 4. c. 14. *Bicarenum* apud DITMARUM *Merſ.* L. VII. *Picherium* & *Bicheria* in tabulis & locis à LAURENTIO, VOSSIO, CANGIO citatis, & quod cum germanico proxime coincidit, *Peccarium* apud BALDRICUM *L. III. Chron. Camerac. c. 22.* ibique: *maluit* Peccarium *plenum cereviſiæ, quam illud cœleſtis lepulum menſæ.* In chartis germanico idiomate ſcriptis aliquando pro *Becher* legitur vox *Eerker*, *Birckner*, h. e. vaſe ligneo è betula confecto. Lignea enim & betulacea vaſa, pocula omnium frequentiſſima dixerim & antiquiſſima tum ſacris epulis, tum profanis olim adhibita. Docet hoc GREGORIUS *Turonenſis Hiſt. L. IX. c. 28.* ibique: *Cum duobus pateris ligneis, quas vulgo* BACHINON *vocant.* Et HONORIUS *L. I Auguſtod. c. 89. a poſtoli & eorum ſucceſſores ligneis calicibus Miſſas celebrarunt.* Mox ligneis cochlearibus & calicibus acceſſiſſe videntur vaſa è *cornubus* ſculpta docente BINGHAMIO *origin. eccleſiaſt. L. VIII. C. 6. 241.* Deinde usque ad tempora Hieronymi *vitrea*, *ſtannea*, de quibus vide TERTULLIANUM *Libr. de pudicitia c. 10.* & BINGHAM. *c. l. p. 240.* Demum, prohibitis à Papa LEONE IV. *in epiſtola de cura paſtorali* ligneis calicibus & ſtanneis, *argentea & aurea.* Audi HONORIUM *c. l. Zephirinus Papa & Martyr aureis vel argenteis calicibus & panis offerri inſtituit. Et* BONIFACII martyris & Epiſcopi reſponſum apud WALAFRIDUM *Strab. L. de Rep. Eccleſ. c. 24. Quondam ſacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur*, nunc *lignei ſacerdotes aureis utuntur.* De antiquo calice *vitreo* chryſtallino *eccleſiæ Bordesholmenſis*, a. 1692. in fovea limoſa prope Bordesholmiam reperto, vide KRYSINGIUM *im Verzeichniß der Alterthümer der alten Cimbrer p. 14.*

XXXVI. *De villa Abbatis & de libertate ejus Dominus Johannes Magnopolenſis.*

In nomine ſancte & individue trinitatis. 1277. *Joh. Theol. Dn. Megapol. & Wiſmar.* *Johannes* Dei gracia *Magnopolenſis & Dominus in Wiſmaria* omnibus in perpetuum. Cum defectibus omnium eccleſiarum libenter velimus imminere, libentiſſime tamen ejus eccleſiam, que ſummi patris filii *filia* eſt & *mater*, noſtro ſolacio duximus honorandam ut, qua ipſa majorem prerogativam optinet apud Deum, eo ampliorem in oculis Jeſu Chriſti mereamus gratiam invenire. Unde notum facimus tam preſentibus quam futuris. Quod *miles* quidam *diſcretus Hermannus* nomine, & duo ſui fratres *Echardus* & *Johannes*, adhuc *Servi* (*), omnes *filii Alberti*, *Militis fidelis noſtri de* BUCH, *cognomento Ruſſi* bona quedam *in Buch*, ſita, que a nobis *in Feodo* tenuerunt, poſt patris obitum nobis ea condicione, ut *eccleſie Doberanenſi* vendere poſſent, *reſignaverunt*. Nos vero utilitatem eccleſie de bonis predictis conſiderantes & peticionem Domini *Henrici Abbatis* exaudientes, ſecundum morem progenitorum noſtrorum, qui primitus eccleſiam Doberanenſem nobis dilectam & ſemper diligendam iniciaverunt & ſuis prediis devote dotaverunt, bona in *villa Alberti* nobis rationabiliter *reſignata*, & pro marcis CCCCtis ab eccleſia *de conſenſu noſtro* comparata cum duobus manſis, a nobis in prefata villa *pro XL. marcis* & manſo adhuc uno *pro XVIII. marcis* à filiis *Boldewini*, *Wlfingo* & *Heinrico* comparatis; dum fratres nobis predicti dictum jam manſum *ad manus eccleſie reſignaſſent*, de conſenſu *heredum noſtrorum proprietatem prenominate ville Alberti*, quam de cetero *villam Abbatis* volumus nuncupari, ſimul *cum decima nos contingente* & omnibus pertinentiis & utilitatibus ſuis, in ſilvis, pratis, paſcuis, campis cultis & incultis, aquis aquarumq; decurſibus, ſecundum libertatem *Cyſtercienſis Ordinis* ab omni jure vel ſervicio ſecularis poteſtatis exemptam, *eccleſie* Doberanenſi ac venerabilibus *fratribus ejus*, quorum *fraternitati & orationibus nos commendavimus cum uxore & noſtris liberis*, predictam villam perpetuo *donavimus* poſſidendam. Ne igitur in *predictis* & *omnibus aliis* eccleſie bonis, *in cunctis terminis dicionis noſtre* ſitis, que nunc eccleſia Doberanenſis *per voluntatem noſtram* poſſidet, vel in futurum Domino donante poterit adipiſci, ſuper *advocatie diſceptatione* in futurum cauſa poſſit emergere, & vexationes & incommoda deceat nos declinare ac tranquillitate concordie cum eccleſia Doberanenſi gaudere, ut nullius rancoris controverſia inter eccleſiam & nos ac noſtros heredes in poſterum oriri poſſit, quod abſit, de *conſilio fidelium noſtrorum* ſub hac forma cum eccleſia elegimus in perpetuum concordare, volentes omni gravamini & incommodo plane providere, eccleſie indempnitati pro hoc conſulendo. Si quos *capitalis ſententia* publico facto vel fuga non aliqua ſiniſtre ſuſpicionis fama reos condempnaverit, quales ſunt *fures* furto ſuo valorem *octo ſolidorum* excedentes, *incendiarii*, *homicide*, MANU MORTUA *tantum preſente*, *Violencie illatores oppreſſione mulierum ſeu raptu virginum*, ita duntaxat, ſi in ipſo inſtanti violentiam paſſa *clamore valido* per vicinos fuerit atteſtata, quicquid in tales agere

Bona villæ Buch à militibus & ſervis de Buch, dictis Rode, titulo feodi poſſeſſa, hinc ipſi reſignata,

& Cœnobio vendita

Transfert in poſſeſſionem Cœnobii.

Et cum proprietate villæ Alberti ſ. Buch.

Nunc villa Abbatis nuncupatæ.

Item cum decima Duo hactenus præſtita.

Et cum libertatibus ordinis Ciſterc.

Et addita norma judiciali ſeu advocatiæ.

Conſilio fidelium ita ſtatuta.

Ut ad jurisdictionem Dni terræ pertineant.

Quatuor caſus præcipui capitales.

agere voluerimus sive pecuniaria satisfactione, sive mortis condempnatione, ad nostre jurisdictionis spectabit ordinationem. Si autem *Abbacie homines*, judicio astantes *vadiaverint*, & quicquid cause *intra terminos possessionum Abbacie* ortum fuerit, sive etiam *pax in Domo* quocumque modo violata fuerit, nichil nostrum exinde vendicamus, sed concessa eis solempniter à *primis fundatoribus* & deinceps *judiciaria potestate*, Abbas *per advocatum suum* omnes alias causas emergentes judicabit & quicquid vadiatum fuerit Domino Abbati & monasterio pertinebit. Nos autem paterne devocionis imitatores esse cupientes & meritum aliquod in prefata ecclesia nobis comparare desiderantes, omnes donationes & libertates eidem loco a progenitoribus nostris indultas confirmamus, ratum habentes videlicet, quod tam ipsi *fratres* quam *fratrum homines* liberi sint & immunes ab omni *infestatione advocatorum* & *judicum*, ab urbium, poncium, aggerum exstructione, à vectigalium & theloneorum extorsione; nec non & ab omni expedicione. Nisi in *terre defensione*, cum videlicet *terra ab extraneo Domino impetitur*, secundum quod *in privilegio Domini Borwini*, avi nostri, continetur, seu eciam qualibet *secularis juris exactione*, ita ut nemini servire teneantur ex debito nisi soli Deo & Doberanensi monasterio. Ne autem ab heredibus nostris vel a quoquam alio jam sepe dictis fratribus ecclesie Doberann ulla imposterum oriri possit calumpnia, quod absit, presentem paginam *testium annotacione* & *sigilli nostri inpressione*, ut jugiter incomvulsa permaneat, roboramus. Testes autem hii sunt: Dominus *Henricus* Abbas *in Doberan*, Wernerus *Prior*, Henricus *Cellerarius*, Arnoldus *Subcellerarius*, *omnes Monachi in Doberan:* MILITES Henricus, *Dei gratia junior Dominus Magnopolensis* (**) *& noster filius*, cujus *etiam bullam* huic pagine *apponi* volumus *ob majorem hujus prescripti firmitatem*, Bernardus *de Walia*, Everhardus *de Calsowe*, Arnoldus *Clave*, Thidericus *Clave* Fredericus *Moltiko;* Johannes *Moltiko*, Gerhardus *Ketelboth*, Tymmo *Holtbzatus*, item *Albertus*, *noster filius* ADHUC *servus*, (***) & alii quam plures *diversi generis homines*. Et ut Deus omnipotens in regno suo partem nostram nobis integram dignetur conservare, sicut *prima* ita & *secunda* & *vice tertia* districte perhibemus & posteritati nostre transmittimus, ne à JURIS NOSTRI *executoribus*, *advocatis* vel *judicibus* aliquod *vulnus* vel etiam *mortuus* in *terra nostra* detur ecclesie hominibus, sed sicut dictum est superius, illis (advocatis) semper detur, quos capitalis sententia reos condempnat fuga vel facto publico; quia *dampnacionem proscriptionis in talibus*, & *jura colli* propter *violationem pacis*, que in domo potest occurrere, *de voluntate Domini Henrici Abbatis & conventus* amicabiliter ab ecclesia Doberanensi *possidemus*. Acta sunt hec anno Dominice incarnationis CIↃ CCLVII. Indictione XV. tempore Domini Alexandri Pape IV. in CASTRO *Wismarie*, VIII. Calend. Aprilis. In *Wissecure* de *manso integro & dimidio*, pro servicio *amorum*, que *Bedecorn* vocatur, cum *VI. solidis denariorum* ecclesie in perpetuum in presenti pagina *similiter confirmantes*.

Ad Advocatiam Abbatis vero fidejuss. seu vadia hominum Abbatiæ.

Causæ civiles intra Abbatiæ fines ortæ.

Violatio pacis domesticæ

Accedit confirmatio veterum privilegiorum.

Et libertatum.

Excepto onere defensionis terræ contra extraneos.

Testes, Abbas Dobber. & officiales & Monachi.

Miles Hinricus, Dnus Megapol. filius Joannis, cujus sigillum appendet.

Ratio.

Milites alii.

Servus Albertus, alter filius Ioannis.

Trina adjecta repetitione.

Et ex amico consensu Albatis proscriptiones furum homicidarum &c.

Jura colli seu jura numellarum, quibus colla constringuntur.

Actum in castro Wismar. Accedit confirm. juris an nonæ des. B dekorns.

(*) *Servi Nobilium h. e. Ducum, Dominorum terræ* juvenes *gentilitia* prærogativa conspicui, *militiam* sectantes sed militari cingulo *nondum ornati*, quo saltim cingebantur *milites*. BURCKHARD *de Casibus Monast. S. Galli c. 8.* SPERL *de clypeis militaribus.* Adde, quæ de *Gleviis*, vulgo *Glevener*, clava, glavea seu lancea instructis, dicta sunt à WENCKERO *diss. de Gleviis* & GLAFEY *de Ministeriali p. 271. Sq. Tract. de Consvet. p. 512. sq.* SERVI igitur nondum sunt *milites* h. e. cingulo & honore *militari* ornati, sed *armigeri*, *scutiferi*, *Wappenträgere*, milites gregarii, *Knapen*, *edele Knapen*, domicelli *Adelschälcke* docente MATTHÆO *de Nobilit. p. 958.* Qui in diplomatibus sæpe veniunt sub nomine *Clientum*, *Famulorum validorum*, MILITARIUM. Vide Chartas apud LEIBNITIUM *Mantissa Cod. Jur. Gent. diplom. P. 2. p. 150. 156.* LUNIGIUM *Arch. Imper. P. V. p. 204. n. 121.* GLAFEYUM *d. l. p. 252. sqq.* & præcipue apud doctissimum RICCIUM *de Nobil. Landsass. P. I. c. 58.* PFEFFINGERUM *T. II. Vitr. illustr. p. 882. sqq.* & JO. GEORG. CRAMERUM, virum rerum juriumque patriæ studiosissimum, *in eruditiss. Commentar. de juribus & prærogativis Nobilitatis avitæ T. I. p. 67. sq. 507. 510.* Adde quæ de *famulis*, *armigeris*, *Knapen* ex ordine nobili & equestri Cimbriæ ac Megapoleos oriundis afferuntur in *Diplomatar. Bordisholmensi T. II. Monum ined.* n. 86. 96. 100. 106. sqq. n. 146. 166. sq. *Diplomatar. Raceburgens. I.* ib. 121. 122. sqq 130. 131. sqq. *Diplom. II. p. 2296. n. 3. 4.* Quo ultimo loco error typothetæ in vocibus *Andres Gehrten* ita corrigendus est: *Anders Geheten* (*Marquard*) *van der Stenhorst, des de Herr Gotschalck rechte ebohrne Vormund iss.*

Servi militiæ

(**) Militiæ enim & milita is cinguli dignitates & prærogativæ ipsos Cæsares Reges & Principes sponte rapuerunt in ordinem *militum*. De *Hinrico* Friderici Barbarossæ filio vide ABBATEM *Stad. ad a. 1184* De *Ludovico*. filio Philippi Regis Galliæ vide *d'*ACHERI *Spicil. T. II. p. 790.* Et plura exempla è Sveciæ, Angliæ, Germaniæque historicis conducta apud virum eruditissimum D. JO. GE. ESTOR *Comment. de Ministerial. c. 8. §. 374 Sq.*

Militum dignitas.

(***) In copiis hujus chartæ vitiosa est lectio: *adhuc suus*. Nec enim putandum est, mirum ac incongruum vel dedecori esse Principi, servum dici. Quod quidem, si sensum juris germanici militaris & publici medii ævi spectaveris, nobile admodum dignumq; est Principe. Servi enim militares vel *Armigeri* non dicuntur á *famulitio quodam* vel à *portatione*, quam sibi nonnulli fingunt, *scutorum armorumque Militum*, sed á gestatione armorum propriorum, quibus fortiter militantes honorabile demum nomen & cingulum militare seu equestre promeruerunt. Inde audiunt famuli *validi*, *honesti*, *strenui*, *milites gregarii*, *inferiores*, *militares*. Quibus ii, qui arma exhorrescentes sine speciminibus virtutum delituerunt, vitæ otiosæ & campestri adstricti, longe impares exstiterunt, dicti ideo *viri simplices*, *& servis*, *armigeris postpositi* in *Charta apud de* LUDEWIG *T. IV. Reliqu. p. 64.* Ubi & *p. 175.* exstat exemplum *Luitpoldi* fratris Ducis Styrensis, inter *armigeros* & *servos* conspicui. Aliud exemplum habes in Wilhelmo, Hollandiæ Comite in Imperatorem a. 1247. electo, inter *armigeros* eod. anno adhuc enumerato & inter *milites* recepto. Quod è *Chronico majori Belgico apud Pistorium p. 244.* notarunt OCKELIUS *de præscript. immemoriali p. 71.* Dn. JOACH. GEORG. *de* PLOENNIES *Tr. de Ministerialibus §. 30.* Uterque tamen in eodem argumento capitur errore. Ille, quod *armigeros* clevis & dextrariis destitutos, quin interdictos putaverit; confutatus ideo à *Glafeyo d. l. p. 270. sq.* Hic vero, quod *armigeros* dixerit ministros *militum* seu *scutiferos equitum*. Quem errorem BILDERBECKIUS *T. II. de Statu Imp. Germ. p. 205.* adoptavit, notatus

De Servis Dominis.

notatus à RICCIO c. l. p. 235. Plura de servis seu armigeris eorumque nobilitate generis, officiis militaribus, juribus, prærogativis & autoritatibus observarunt GLAFEY d. l. L. I. C. 4. Sect. 5. sq. MEIBOMIUS T. I. Rer. Germ. in notis p. 802. ANT. MATTHÆI & PFEFFINGERUS d. l. DUFRESNE T. I. p. 707. sqq. ESTOR Tr. de Ministerial. & in Observat. Jur. Feud. J. H. de FALCKENSTEIN T. II. Antiquit. Nordgav. SCHILTERUS Commentar. ad Jus Feudale Alleman. C. I. §. I. ubi ita: Omnes *nobiles nati* primo fuerunt *armigeri*, clientes, edelknechte, milites gregarii, postea ob virtutem bellicam cingulo equestri solemni ritu, creabantur *milites sive equites*.

XXXVII. *Qualiter Domus Dargunensis translata est ab illis de Esrom ad domum Doberanensem.*

1258. *Litigium inter Dobber. & Eromenses de jure paternitatis Abbatiæ Dargunensis.*

In nomine *patris* & *filii* & *spiritus sancti* amen: Anno ejusdem incarnationis CIↃ. CC. L. octavo, Tempore *capituli generalis*, cum causa diu ventilata fuisset inter *Abbatem* & *conventum de Doberan* ex una parte, & *Abbatem* & *conventum de Esrom* ex altera parte super *jure paternitatis Abbatie de Dargun*, quam pars utraque sibi de jure competere affirmabat, & diu litigatum fuisset super hoc *coram judicibus, datis à capitulo generali procuratoribus* dictarum parcium, cum litteris de rato sufficientibus vice ac nomine earundem parcium pro decisione dicti negocii personaliter comparentibus apud *Cystercienses* tempore capituli generalis; tandem consensu & voluntate predicti capituli ad hoc *specialiter* accedente, a procuratoribus supradictis nomine parcium predictarum super dicta discordia est *compromissum* in nos fratrem J. *de Clara Valle* & fratrem *C. de Mormundo* Abbates, eisdem procuratoribus firmiter promittentibus, observare & tenere pro se & suis partibus supradictis, quicquid de dicta discordia per nos *pace* vel *judicio* fuerit ordinatum. Volente nichilominus & confirmante *compromissionem* supradictam predicto capitulo generali. Nos vero nostre mentis oculos ad *equitatis tramitem* & *pacis compendium* inclinantes, consideratis eciam quibusdam racionibus nos inducentibus ad ferendum arbitrium in negocio supradicto, Auctoritate compromissionis predicte confirmate à dicto capitulo generali, presentibus eciam procuratoribus parcium predictarum, *plenitudinem juris paternitatis* in dicta *Abbacia de Dargun*, cum omnibus ad ipsum jus paternitatis pertinentibus, arbitrando adjudicavimus *Abbati & conventui de Doberan*, supra dictis prefatis *Abbati* & *conventui de Esrom* super premissis *perpetuum silencium* inponentes. In cujus rei testimonium presentes litteras *sigillo capituli generalis* cum *sigillis nostris propriis* fecimus sigillari. Et procuratori dictorum Abbatis & conventus de Doberan easdem litteras dedimus sigillatas. Datum & actum *apud Cystercienses* anno & tempore supra dictis.

Coram concilio generali Cistercienf.

Compromitt. procuratoribus deciditur ab arbitris Ord. Cistere. Abbatibus.

Pro cœnobio Dobberanenſi

Impoſito Eromenſibus ſilentio.

XXXVIII. *Privilegium Domini Hermanni Episcopi Zwerinensis super decimam Nove Indaginis.*

1260. *Hermann: Ep.*

Hermannus miseratione divina *Zwerinensis Episcopus; Johannes*] *Decanus*, totumque ejusdem ecclesie capitulum omnibus in perpetuum cupimus esse notum, quod dilecti in Christo Abbas & conventus Monasterii in Duberan Ordinis Cystercienſis *nostre Dyocesis*; jus habent in *Decima ville*, que *Nova Indago* vulgariter nuncupatur, super qua ipsis a nobis *questio mota fuit*, prout privilegiorum tenor dicto monasterio indultorum à venerabili patre felicis recordationis Domino *Bernardo* Episcopo, nostro predecessore, & aliorum Episcoporum manifestius indicat & declarat. Et ne in posterum super eo dubietas oriri possit, presentes litteras conscribi fecimus ac sigillorum nostri & capituli ecclesie nostre communiri. Datum *Zwerin* in vigilia beati Andree apostoli. anno Domini CIↃ. CC. LX. quarto. Pontificatus nostri *anno secundo*.

Sverinenſis delarat.

Epvivil. Bernardi & anteceſſorum.

XXXVIII. *Albertus & Johannes Duces de Brunswich super venditione unius Sartaginis in Salina Luneborch.*

Dei gracia *Albertus* & *Johannes Duces de Brunswich* omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Notum esse volumus quod nos Domino *Abbati Wernero* & conventui Monasterii in Doberan Cystercienſis Ordinis *sartaginem unam* in *Salina nostra Luneborch* sitam in domo dicta *Hoynge*, que vulgariter dicitur *Gungpannen*, & in introitu, quo intratur in ipsam Domum, ad sinistram manum collocata, pro *ducentis marcis argenti puri* vendidimus cum omni jure quod ad nos pertinebat perpetuo possidendam. Vt autem dicti Abbas & conventus nullam super hujuscemodi contractu ab aliquo successorum nostrorum calumpniam paciantur in posterum, presens scriptum ex hoc confectum & sigillorum nostrorum appensionibus munitum ipsis dari jussimus ad cautelam. Presentibus venerabili patre *Esgero Rypensi Episcopo*, *Ernesto de Glichen*, *Guncelino de Zwerin* comitibus; *Wernero de* ZWERIN, *Johanne de* SALDERE, *Thiderico de* HEDESACKRE, *Henrico de* LINDO, *militibus*, *Helmoldo* filio COMITIS *Gunzelini de Zwerin* & aliis quam pluribus fide dignis. Datum *Wernemunde* anno Domini CIↃ CCLXII. Kal. Januarii XVI.

1262. Albertus & Joh. Duces Brunſuic.

Præsentibus Ep. Rypenſi. Comitibus de Gleich & Guncelino de Zverin. Militibus. Et Guncelini filio, armigero.

XL. *De Indulgentia penitencie & de libertate sepulture mortuorum secularium Hermannus Episcopus Zwerinensis.*

Hermannus Dei gratia *Zwerinensis Episcopus*; Vniversis presentem paginam inspecturis salutem in Domino JEsu Christo! Omnes dies hominis breves sunt & nostris non sufficiunt iniquitatibus deplorandis. Dator gratie largitor misericordie Christus Jesus, qui contritorum gemitum non despicit & affectum merentium non contempnit, ymmo secundum elegantissimam suam misericordiam facit nobis contritis confessis & corde penitentibus, remissionis & indulgentie verum fructum per eos, quos in ecclesia hujus operis ministros constituit, largiendo. Hinc est quod nos, qui providentia conditoris, licet indigni, vocati tamen sumus ad onus officii pastoralis, de mi-

1263. Hermann. Ep. Sverin. impertitur iis

de misericordia Dei & sanctorum ejus confisi, Auctoritate nobis à Deo concessa, universis qui *cenobio Doberanensi* manum porrigunt adjutricem, quia gravissimis eget sumptibus & exspensis *propter hospites* & *transeuntes*, ad honorem Dei & gloriosissime virginis Marie ejusdem loci patrone *XL. dies penitentie* misericorditer indulgemus. Nihilominus confratrum nostrorum *episcoporum* & *Cystercienſis capituli* indulgentias ratas habentes tenore presencium approbamus. Sane dilectum nobis Dominum Abbatem cenobii memorati esse in parte nostre sollicitudinis cupientes. Indulgemus eidem, ut possit confessionem, *per se* vel per *Monachos ydoneos*, quos habuerit, recipere & absolvere in illis dumtaxat casibus, quibus nobis permittitur, indulgere. Ceterum autem, cum quidam presumptuosi preter eorum libertatem, à *sede Apostolica* specialiter per totum ordinem sibi concessam, nec non *juris ordinem* in *sepultura mortuorum* ipsos turbare attemptent, precipimus universis *plebanis* & eorum *vicariis* in nostra dyocesi constitutis, quatinus illos, qui apud eos per se aut per suos sepulturam elegerint *in supra memorato loco* nullatenus contradicere presumant, qui vero ipsos in *hac libertate* impedire presumpserit, ipso facto ab exsecutione officii sit privatus. Datum in *Doberan* Anno gracie CIↃ CC. LX. III. In die Apostolorum petri & pauli Pontificatus nostri anno *primo*.

qui in Cœnobium, ob libera hospitia graviter oneratum liberales exstunt, indulgentias XL. dierum.

Suaque jura indulgendi Abbati concedit.

XXXXI. *Albertus & Johannes de Brunswic. de libertate supra bona predicta in salina Luneborch.*

1263. *Alb. & Joa. Duces Brunsuicenses. Monasterii Dobber. bona Salinaria Luneburg.*

Dei gracia *Albertus* & *Johannes Duces de Brunswich* omnibus presens scriptum cernentibus salutem in omnium salvatore: Notum esse volumus, quod nos Dominum *Wernerum Abbatem* totumque conventum Monasterii *in Doberan* speciali prosequentes affectu talem eis concedimus libertatem; quod si contingat aliquando, nos exactionem facere in bonis sitis in *Salina nostra Luneborch*, bona ipsorum, que ipsi habent in eadem Salina, videlicet *duos choros* & *unum plaustrum* in *domo Butsinge*, *unum chorum* salis in *domo*, dicta *Deinge*, a dextris & à sinistris introitus ipsius domus, & *unam sartaginem* sitam in domo dicta *Hoinge*, que vulgariter dicitur *Gungpanne*, & est in introitu ipsius domus ad sinistram manum collocata. secundum quod in eorum privilegiis continetur, à tali exactione sint *libera* & *exempta*. Ipsi vero memoriam *nostram* & *fratrum* nostrorum nec non & *patris* & *matris* nostre felicis recordationis in suo monasterio jugiter peragent, omnium *orationum* & *bonorum operum*, que in suo per eos fiunt monasterio nobis participium tribuentes. In cujus rei testimonium presens scriptum inde confectum ipsis dedimus ad cautelam. Datum *Lubeke* anno Domini CIↃ. CC. LXIII. in octava apostolorum Petri & Pauli, presentibus viris laudabilibus Dominis GUNZELINO *de Zwerin*, *Ernesto de Glichen*, *Comitibus*; *Henrico de* CAMPO, *Ludolpho de* WENEDEN, *Henrico de* LINTLO. *Henrico* LUPO, MILITIBUS; *Helmoldo de* ZWERIN, *Ottone de* LUTTERBE, filiis *Comitum* (*) & aliis quam pluribus fide dignis.

in domo Butsinge, Deinge & Hoinge

eximunt ab omni exactione.

Testis Gunzelinus Comes Milites.

Comitum filii.

(*) Nondum militibus.

XXXXII. *Gerhardus de Snakenborg super venditione indaginis Nyenhagben.*

Vniversis Christi fidelibus presens scriptum cernentibus GERHARDUS *miles*, dictus *de Snakenborg* in perpetuum: Universa rerum negocia, que geruntur in tempore, ne sequantur naturam temporis, eternari debent diligentius, voce testium & aperto munimine litterarum. Sciant ergo tam presentes quam futuri ac mee posteritatis successores, quod ego *Gerhardus* dictus *de Snakenborch* de *pleno consensu* & *beneplacito uxoris mee* & *filiorum meorum* nec non & *fratrum meorum*, *omniumque heredum meorum*, Indaginem meam videlicet *Nyenhagben*, quam *de ecclesia Doberanensi* JURE *habueram* FEODALI, eidem ecclesie scilicet Doberanensi *pro CCC. & LX. marcis denariorum* vendidi *perpetuo possidendum*; ipsam quoque indaginem cum *omni judicio meo*; cum terris *cultis* & *incultis*, *areis*, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis; piscationibus & omnibus eorum attinenciis ad usus ecclesie memorate in manus Domini *Werneri Abbatis* cum ipsa indagine resignavi liberaliter. Terminos autem ejusdem indaginis in tenore presentium sic distingo; videlicet *de lato lapide maris* recto cursu usque ad *unam fagum*, que sita est in fine agri *Vulfardi magistri indaginis*; post hec de ipsa fago recta via usque *ad crucem* quam *primo deponi procuravit*. Deinde recta via usque *ad rivulum Stenbeke*, *quercineam paludem*, ubi primo incipit cadere, postea *ipse fluvius* terminum plane distinguit usque ad indaginem *Stenbek*. Super hac re *cognatis meis*, videlicet *Domino Georgio*, militi, & fratri suo *Heinrico* dictis *de Jorke*, ex parte Domini Abbatis & conventus FIDE *me obligavi* MILITARI, ut si forte ab aliquo heredum meorum vel à quocumque hominum prefata ecclesia in predictis bonis inpeteretur, *ab Abbate* vel *ab alio suo certo nuncio* citatus, si ecclesiam de inpeticione qualibet non eriperem, *Rozstok* INTRAREM *nec inde* EXIREM, *donec ab inpeticione facta ecclesiam eriperem supradictam*. Et ad compellendum me ad hoc, predicti cognati mei G. & H. *fide* se obligaverunt *militari*, promiserunt nichilominus mecum iidem mei cognati fide data, quod anno & die predictam indaginem ecclesia Doberanensis a me & a meis quiete debeat possidere. Hujus rei testes sunt *Borchardus*, *plebanus de Lichtenhagen*, Dominus *Georgius* MILES; & frater suus *Henricus* dicti *de Jorke*, Reynwardus *de* MOLENDINO, Ekkehardus *de* GNEWESMOLEN, Albertus ADVOCATUS *de Cröpelin*, Bertramus *de* BULHAGHEN & *alii quam plures viri discreti* & *honesti*, fide digni. Ne igitur hec vendicio ab aliquo successorum meorum valeat revocari, scriptum hoc *sigillo patris mei*, quia sigillo proprio carui, & *sigillis cognatorum meorum* Domini G. & H. *de Jorke* sigillavi, & ad futuram cautelam diligentius feci commu-

1264. *Gerh. dictus de Snakenb., miles*

Cum pleno consensu uxoris, filiorum fratrum, heredum.

Quam nunc resignavit, manus Abbatis, cum juribus & pertinentiis.

Addita distinctione terminorum.

Et obligatio sub fide militari.

Ac Evictio.

Sub vinculo OBSTAGII *sc. vandi in Rostock.*

Testes Plebanus.

Miles de Jocke.

Armigeri sc. discreti viri.

Sigillo patris & cognatorum.

communiri. Datum *Rozſtoc* per manum *Henrici, notarii*, VI. Kal. Auguſti anno Dominice incarnationis. CIↃ. CC. LXIV. concurrente *II. Epacta XX. Indictione ſeptima* tunc temporis exiſtente.

XXXXIII. Guncelinus & Helmoldus comites de Zwerin ſuper venditione unius ſartaginis in Luneborg.

1265. *Guncelinus & Helmold. Comites de Zwerin vendunt cenobio*

In nomine ſancte & individue Trinitatis. GUNZELINUS *dei gracia* & HELMOLDUS *ſuus filius, Comites de Zwerin*, omnibus preſentem paginam viſuris in perpetuum. Suboriri ſolet geſtis hominum multa calumpnia, niſi linguam teſtium robur adhibeat & à ſcriptura recipiat firmamentum: Hinc eſt quod univerſitati fidelium tam preſencium quam futurorum notum fieri cupimus, quod *ſartaginem* dictam *Wechpanne*, ſitam ad ſiniſtram manum *in domo* Roderen Cluvingen *in Luneburgenſi-ſalina*, quam *Dominus Otto*, MILES, & *ſuus frater Ludolphus*, adhuc *militari gladio nondum accinctus, dicti de Berſcampe*, nobis *ad noſtras manus* aſſignaverunt, venerabili Domino *Wernero Abbati de Doberan* & ſuo conventui Ordinis Cyſtercienſis vendidimus *pro CC. marcis examinati argenti* perpetuo poſſidendam. Qua propter ad majorem cautelam preſentem litteram conſcribi fecimus *ſigillorum noſtrorum munimine* roboratam nunc & in perpetuum duraturam, *ſupplicantes noſtris ſucceſſoribus*, quod hanc emptionem a nobis *perſonaliter factam* nullatenus ſtudeant revocare. Hujus rei Teſtes ſunt Dominus *Hermannus* eccleſie Zwerinenſis *Epiſcopus* & ejuſdem eccleſie *capitulum commune*, *milites* DOMINUS Henricus *Haxeth de Wittenburg*; DOMINUS *Otto de Berſcampe*, Dominus *Boltho Haſenchop*, Dominus *Albertus de Bralestorp*, Dominus *Conradus de Everinghe*; Dominus *Henricus de Stralendorp*, & *Alexander de Zwerin* & alii quam plures *Viri nobiles* fide digni. Datum in *Zwerin* anno gracie CIↃ. CC. LX. V. in Epiphania Domini; *Epacta I. Indictione* VIII. tunc temporis exiſtente.

Sartaginem Wechpanne, ab Ottone de

Berſecampe milite.

Pro CC. mar. puri argenti.

Junctis precibus ad ſucceſſores.

Ut præſtent hoc factum perſonale.

Teſtes Epiſc. Swer. & Capitulum. Milites.

Viri nobiles.

XXXXIIII. Albertus & Johannes Duces de Brunſwic, ſuper proprietate & libertate in bonis privilegii Guncelini & Helmoldi.

1265. *Albertus & Jo. Duces Brunſvic.*

In nomine ſancte & individue trinitatis. *Albertus Dei gracia, Johannes* eadem gracia *Duces Brunſwicenſ.* omnibus inſpecturis preſentis ſcripti perpetuum valorem: Quum ratio veritati conſona docet, ut acta temporum preſencium digna memoria. ſcriptis & ſigillorum appenſionibus ſic ſervare debemus integra, ne per oblivionis exitum exedant ſcienciam futurorum; Noverint igitur tam preſentes quam poſteri, quod nos *penſatis ſerviciis & fidelitate*, quam nobis NOBILES DOMINI G. & H. ſuus filius *Comites Zwerinenſes* jugiter exhibuerunt, ad ipſorum peticionem & beneplacitum *Viris religioſis & honeſtis* Cyſtercienſis Ordinis *in Doberan* Sartaginem dictam *Wechpanne*, ſitam ad ſiniſtram manum in domo *Roderen Chuningen* in *Luneborgenſi Salina*, ipſius *proprietatem* predictis Monachis bona voluntate erogavimus, volentes, ut de ipſa proprietate ſalva & perpetua gaudeant libertate: In teſtimonium donationis & ad evidenciam majorem preſentem paginam conſcribi fecimus ſigillorum noſtrorum numinime roboratam, nunc & in perpetuum duraturam. Supplicantes *noſtris ſucceſſoribus*, ut donationem ipſis factam ratam habeant & beneficium benivole datum pocius augeant quam infirment. Datum *Luneburg*, die Vincencii. anno Domini CIↃ. CC. LX. V. preſentibus *viris* NOBILIBUS & HONESTIS *comite* GUNZELINO *de Zwerin* & *filio ſuo* HELLEBOLDO, Domino *Frederico de* DORSTAT, *Juniori, Ludolfo* & *Henrico fratribus de* WEINDEN, *Herwico* camerario *de* NUTOREN, *Willekino* de GUSTEDE, *Ottone magno* de LUNEBORCH, Wernero *de* MEDINGE, *Hunero* de ODEME, *Willekino* de ALDOHN, *Manegoldo* de ESTORP & aliis quam pluribus fide dignis.

Teſtes viri nobiles & honeſti h.e milites & armigeri.

XXXXV. Wartislaus Dux Dyminenſis ſuper emptione ville Borch.

1267. *Wartislaus Dux Camin.*

In nomine Domini amen. *Wartislaus* Dei gracia *Dux Deminenſis*, Vniverſis Chriſti fidelibus preſenti temporis & futuri. hoc epithafium legentibus ſalutem in Dei filio. Omnium habere noticiam ſive memoriam non humanitati, ſed pocius *ſecundum Legitimas* (*) *ſanctiones* attribuitur Deitati. Ideo quia labilis eſt hominum memoria, utpote a primi parentis inobedientia viciata & rerum geſtarum recordatio celeri oblivione deletur, veneranda decrevit antiquitas, ut, que à preſentibus racionabiliter ordinantur, futurorum noticiam non excedant inſtrumentorum appenſionibus, & teſtium ſubſcriptionibus roborentur. Qua propter notum eſſe volumus preſens ſcriptum audientibus & legentibus, dilectum noſtrum Dominum *Conradum*, *Abbatem de Doberan*, *à fideli noſtro Gerberto* videlicet *monetario Caminenſi.* quandam villam que *Borch* dicitur, quam a nobis *in* FEODO tenuit, cum omnibus terminis & attinenciis ſuis; ſilvis, pratis, paſcuis, campis cultis & incultis, ſtagnis, piſcaturis ac aliis utilitatum proventibus & *parte decime*, quam ipſam à nobis conſtat ſuis denariis comparaſſe absque certo manſorum numero pro *nonaginta marcis denariorum.* de noſtro beneplacito & conſenſu emiſſe: volumus itaque ob reverentiam *beate virginis* & honorem, ut incole ville memorate eo jure fruantur, quo fruitur clauſtrum & cenobium *Dobranenſe.* Cum hec agerentur, hy teſtes aſtiterunt: Dominus *Bernardus* MEL; Dominus *Bertoldus* THORINGUS, Dominus *Johannes* PENZ & alii quam plures: Vt autem hec noſtra donatio perpetuo maneat inconvulſa, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine roboramus. Datum *Trebetow* anno Dominice incarnationis. CIↃ. CC. LX. VII. Kalendas Junii per manus *Johannis Notarii.*

Abbatem Dobberanenſ. à Monaſterio Caminenſi.

comparaſſe villam Borch, feudum.

Cum decimis à Duce olim ipſi venditis.

(*) Secundum LEGES ROMANAS, ex quibus hoc brocardicum recitatur. Quod quidem utpote ipſâ naturali ratione validum, juris Romani autoritate haud indiget. Leguntur citata verba in *Lege I. §. 14. C. de Vet. jure enucleando.*

XXXXVI. Woldemarus Dominus de Rozſtoc ſuper diviſione terminorum in Wilsna.

rogati à Guncelino & Helmoldo Comitibus Sverin. Monaſterio Dobberanenſi confirmant proprietatem ſartaginis ſalinæ venditæ.

1268. *Woldemarus Dnus Roſtoch. terminos Abbatiæ diſtinguit,*

Woldemarus Dei gracia *Dominus de Rozſtoc.* univerſis Chriſti fidelibus preſentem literam viſuris in perpetuum notum facimus omnibus preſens ſcriptum legentibus, quod propter *diverſas & graves turbationes dilectorum fratrum noſtrorum de Doberan*, quas longo tempore habuerunt *ex parte colonorum de Bliſekowe & de Conowe* & de *Hartwiſchtorp* propter terminos Abbatie, quos aliquantulum invaſerunt, *de conſilio virorum providorum* omnem altercationis formam laboravimus amovere ita plane, ut foſſatum, quod homines de *Wilsna.* ſine *noſtra licentia* & *Abbatis conſenſu* minus provide foderunt, in perpetuum de noſtra permaneat voluntate. ac reliquam partem paludis per medium usque in fines Abbacie verſus *Stobolowe* ad locum, qui dicitur *Striccam*, cum uno diviſimus foſſato, & poſtea deſcendendo de ſupra dicto faſſato usque *ad pontem Conowe* & de ponte eodem usque *in Glasbutten* eandem paludemſimiliter cum uno faſſato diviſimus *ad terminos Abbatie*. Hujus rei teſtes ſunt Dominus *Bruno plebanus de* PARCKENTHYN, Dominus *Georgius* ADVOCATUS *de Rozſtoc*; Dominus *Gothanus* dictus MORDERE; Dominus *Wolderus de* GOROWE, Reynwardus *de* MOLENDINO, Henricus SAPIENS, & alii quam plures viri *providi & honeſti*. Vt autem hec donatio noſtra, quam *perpetue virgini Marie in Doberan* obtulimus pro noſtra noſtrorumque ſalute, *matris* videlicet *noſtre* Domine *Sophie*, & fratris noſtri *Johannis* in eternum perſeveret, preſentem paginam cum ſigillo noſtro ſupercommunivimus ad cautelam. Datum *Rozſtoc* anno Domini CIↃ. CC. LX. VIII. XIIII. Kalend. Marcij.

intuitu Colon. de Bliſecowe; Conow, Hartwichscorp.

Wilsna.

Termini Stobolowe. Strick.

Pons Conow. Glasbütt.

Teſtes Brunoplebanus de Parkentin. Advocatus in Roſtock. Ceteri.

XXXVII. Henricus de Magnopoli ſuper ſervicia patris ſui Johannis de Wiſmaria.

1268. *Henr. Dnus de Magnopoli*

Henricus Dei gratia *Dominus* de *Magnopoli.* Vniverſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis in perpetuum, cupimus eſſe notum tam preſentibus quam futuris, quod nos divina gratia miſericorditer preventi, pro ſalutari remedio animarum parentum noſtrorum *Patris noſtri* videlicet Domini *Johannis de Wiſmaria* & *matris noſtre* Domine *Luthgardis*, *fratrisque noſtri* Domini *Alberti*, Beate virgini Marie in Doberan & fratribus univerſis ibidem Deo famulantibus *per centum & LXXXta marcas* denariorum, XVIII. marcarum redditus in ſartaginibus, quas in Luneburgh iidem fratres habent, comparavimus & prefatis fratribus aſſignavimus in perpetuum poſſidendos, ita plane, ut ad felicem memoriam jam dictorum parentum noſtrorum aliorumque amicorum & progenitorum noſtrorum & in memoriam noſtram heredumque noſtrorum Abbas, qui pro tempore fuit, *candelam ceream circa* predictorum defunctorum *ſepulchra die noctuq; jugiter ardentem*, cum XI. marcis denariorum *penſionis pretaxate* in perpetuum amminiſteret. Preterea ſepedictus conventus cum reliquis *VII. marcis* penſionis ſupradicte in anniverſario memorati NOBILIS *Domini Johannis* ſervicium faciet annuale. Vt autem hec collatio ab omnibus irrevocabilis permaneat, ſuper hoc preſentem litteram cum ſigillo noſtro, una cum ſigillo *Domini Abbatis de Doberan* ad majorem cautelam duximus roborandam. Datum *in Wiſmaria* anno gracie CIↃCCLXVII. XVIII Kal. Julii.

premedio animarum parentum & fratris

Monaſterio aſſignat reditus in Sartag. Luneburgi.

Ut candela cerea circa Jepulchra Parentum ardeat

& anniverſarius Patris celebretur.

XXXVIII. Privilegium Domini Woldemari in Rozſtoc ſuper proprietate ville Zarnewanz.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. 1268. *Woldemarus* Dei gratia *Dominus de Rozſtoc* omnibus a quibus preſens ſcriptum perlectum fuerit vel auditum in perpetuum! Actiones fidelium litterarum ſolet & teſtium firmare diligentia, in futurum ne revocet eas aliqua difficultas. Notum ergo cupimus eſſe tam preſentibus quam futuris ac noſtris ſucceſſoribus, venerabilem Dominum *Wernerum Abbatem de Doberan.* à noſtro *fideli* ac *dilecto milite* Domino *Georgio de Jorcke* cum bona voluntate ac *conſenſu* Domine Chriſtine *uxoris ſue* ſuorumque *heredum* quandam villam, que *Zarnewanz* appellatur, quam in FEODO à nobis tenuerat, cum omnibus terminis & attinentiis ſuis, ſilvis, pratis, paſcuis, campis cultis & incultis aquis aquarumque decurſibus ac aliis utilitatum proventibus ſimul *cum decima* nos contingente; pro *quingentis Marcis denariorum* emiſſe, Nos vero, quia *de noſtra* MERA VOLUNTATE *ac* LICENTIA hec *emptio* eſt facta, ad honorem Dei & glorioſe virginis Marie, Abbati & conventui de Doberan PROPRIETATEM *ville predicte* contulimus concedentes, ut incole ville memorate illo jure fruantur, quo fruitur *Abbatia* in omnibus ſuis bonis, adjacentes nichilominus, quod de omni *pecuniaria ſatisfactione capitalis ſentencie* Abbas Doberanenſis *tertiam tollat partem.* Cum hec agerentur, hy MILITES teſtes affuerunt videlicet GOTHANUS, *Johannes de* ZWERCE, Henricus *de* WARBORCH, Gerhardus *de* ROZSTOC, Segherus LAMBERTUS filius ROTGERI, Henricus *de* JORCK. Vt autem hec donatio noſtra in perpetuum perſeveret, preſentem litteram ſuper hoc cum ſigillo noſtro duximus roborandam. Datum Rozſtock anno Domini CIↃ. CCLXVIII.

Woldemarus Dn. de Roſtoc approbat venditionem PEUDI Zarnewanz.

Prævia tamen voluntate Woldemari.

Qui proprietatem villæd. mum in Abbatem transfer Eamque bon. Abbatiæ eorumque juril addicit.

Reſervatâ Abbati tertiparte pœnæ pecuniariæ icauſis capitalibus.

Teſt. Milites.

XXXXVIII. Super proprietatem ſeptem manſorum in Bruzowe Henricus de Mekelenburch.

Henricus Dei gratia *Dominus de Magnopoli*, univerſis Chriſti fidelibus preſentia viſuris in perpetuum in omnium ſalvatore ſalutem. Quum fragilitatis humane memoria temporum revolutione rerum occupatione in oblivione conſeneſcit, littere perſeverantis remedio labenti memorie prudenter conſulitur, ut ea, que ſolempniter & devote geruntur, poſteritatis ſucceſſio, *que ſemper prona reperitur ad malum*, in iritum non valeat revocare. Hujus ergo rei cauſa notum eſſe volumus preſentibus & futuris, quod ob reverentiam glorioſe genitricis Dei & *virginis Marie* nec non *ad peticionem* venerabilis & dilecti nobis Domini GEORGII *Abba-*

1270. *Hinric. Dn. Magnop. confirmat donationem proprietatis*

ſeptem manſorum in Bru-ze.

Abbatis de Doberan proprietatem quam habuimus *in septem mansis in Bruzowe*, quos THETHARDUS qui & *Hinricus Pren* appellatus est, pro sua & uxoris sue Aleydis, nec non & omnium progenitorum & heredum suorum salute Ecclesie Doberanensi contulit, & preterea *proprietatem duorum mansorum in Druscowe*, quos devotus miles *Johannes de Bulowe* pro salute anime sue & suorum omnium amicorum eidem ecclesie delegavit, cum omnibus pertinentiis & utilitatibus suis, silvis, nemoribus, pratis, pascuis, agris cultis & incultis, nec non & cum *decima nobis pertinente*, supradicte ecclesie Doberanensi ex pura devotione conferimus perpetuo possidendas, prohibentes ne in hac donatione nostra unquam a nostris heredibus sepedicta ecclesia aliquatenus molestetur. Vt ergo factum hoc nulla possit annorum abolere vetustas, nec aliqua possit irritare posteritas, presens scriptum ecclesie Doberanensi dedimus sigillo nostro firmiter communitum. Testes autem, qui huic donationi nostre interfuerunt, sunt, Alvericus *de* BARNECOWE, HELMOLDUS *de* PLESSE, Johannes MOLTIKO, Theodericus & Dethwychus fratres *de* ORZEN, Benedictus de RODENBEKE, Conradus *de* DOTENBERG, Conradus BERCHANE, Otto *de* SWINGA, MILITES *nostri & alii* quam plures *Vasalli* (*) *nostri*. Acta sunt hec in *Nova Buchowe*. Data *Wismarie* Anno incarnationis Domini Millesimo Ducentesimo LXXmo. In die sanctorum Martyrum *Processi* & *Martiniani* per manus GOZSCHALCI, *notarii nostri*.

Factam à Theuthardo seu Hinr. Preen.

Ut & donationem militis de Bulow.

Cum Decima Domini.

Test. milites Vasalli Megapolenses.

(*) *Militum* hæc est prærogativa, quod dicantur Vasalli, infeodati, feodum tenentes. Ad *feuda* enim nemo facile admittebatur, nisi *militiæ cingulo* ornatus. Quod rationibus & exemplis evincunt laudati Scriptores *de Ministerialibus*.

L. *Domini Woldemari de Rozstoc super compositione Gerhardi de Snakenborch Indaginis Stenbecke.*

1272. *Woldemarus* Dei gracia *Dominus de Rozstoc*. Vniversis Christi fidelibus in Domino salutem: Sciant universi tam presentes quam futuri, quod controversia, que vertebatur in *Abbatem & Monasterium de Doberan* ex una parte, & *Gerhardum* militem; *dictum de Snackenborch & filios ejus* ex altera parte, super *media parte indaginis*, que *Stenbecke* dicitur, hoc modo terminata fuit & sopita, videlicet quod datis *decem marcis denariorum* Gerhardo & filiis ejus ipsi ab omni inpeticione, quam super dictum monasterium hactenus habuerant, omnino cessarent & *homagio* pro media parte dicte indaginis, quam se FEODALI JURE *ab Abbate tenere* asserebat, perpetuo renunciaret. Porro, si dictam compositionem per jam dictum Gerhardum. vel per *suos filios* in posterum aliqua occasione contigerit violari, quod ipsi, sicut militibus *Johanni* dicto *Moltikoni*, Georgio & Heinrico *fratribus* dictis *de Jorcke* FIDE MANUALI promiserunt, civitatem *Rozstoc* INTRABUNT, de illa *nisi de dictorum trium* MILITUM *voluntate & beneplacito*, minime EXHIBERI. Ne super hac autem compositione aliqua dubietas oriatur presentem paginam super hoc facto conscriptam *sigillo nostro* & sigillis predicti *Gerhardi de Snakenborch*. nec non & *aliorum trium* supra nominatorum fecimus communiri in testimonium veritatis. Testes sunt *milites* Theodericus *de Ordessen*, Heydenricus *Babbe*. Matheus *Moltiko* & *frater ejus Everhardus*; *armigeri* Johannes *de Zwerze*, Wernerus *de Blisecowe*, Bertoldus *de Jorcke* & alii quam plures fide digni. Datum *Rozstoc* anno Domini CIↃ.CC.LXX.II.X.Kalend. Nov.

Woldemarus Dn. de Rostok sopit litem inter Abbatem Dobberan. & militem de Snakenborg agitatam.

Super feudo mediæ partis indaginis Stenbecke.

Data coram tribus militibus fide MANUALI *de servando promisso.*

Sub obligatione INTRADÆ *seu* OBSTAGII, *Rostochii.*

Sigilla Waldemari & militum.

Test. milites. Ortzen, Babbe Moltiko. Et armigeri, de Zwerze, Blisecowe. Jörcke.

LI. *Confirmatio Hermanni Episcopi & Capituli Zwerinensis super decimas nostras & super quatuor ecclesias nostras Parkentyn, Ravenhorst, Cropelyn: Stephenesbaghen.*

In nomine sancte & individue trinitatis. *Hermannus* Dei gratia *Zwerinensis Episcopus* omnibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Ex officio suscepte amministrationis astringimur & rationis debito provocamur ecclesiis maxime religiosis in nostra Dyocesi constitutis, ut in pace transeant & libertate congrua gaudeant maxime, ne in possessionibus sibi collatis detrimenta sustineant *pastorali vigilantia* providere. Cum igitur diversorum locorum & multiplicium villarum nostre Dyocesis *decimas conventui Doberanensi* Cystercienſ. Ord. in solatium sustentationis eorum nostri predecessores Episcopi videlicet *Berno* & *Brunwardus* donaverint & alii eorum successores hujusmodi donationes gratas & ratas habuerint *requisito capituli consensu & obtento*, sicut in eorum privilegiis super hoc confectis plenius continetur. Cum eciam DOMINI TERRE & *eorum* VASALLI sive ALII FIDELES layci per donationes quarundam decimarum, quas ipsi tenuerant, dictum locum largius respexerint pro suarum salute animarum, quod per venerabilem patrem pie memorie predecessorem nostrum *Rodolfum* Episcopum, cum consensu sui capituli invenimus roboratum: Nos cupientes predictum conventum a futura preservare calumpnia, ne in ambiguum revocetur quod ab illis & à nobis consequenter factum fuisse certissime declaratur, singulorum locorum & villarum decimas, quas fratres memorati conventus *juste* ac *canonice* possident, propriis vocabulis duximus exprimendas. Decimam videlicet loci, in quo *ipsum Monasterium* situm est cum omnibus pertinentiis suis: Decimam *antiqui Doberan, Redentyn, Verpen, Sculenberch*, PARKENTYN, *Stubelowe, Wilsna, Vbendorp, Alardeshagen, Bertrammeshagen, Ravenhorst, Redewisch, Nygenhagen, Stenbeke, Glas-Hutte, Glashagen, Puthekowe, Sulowe, Stephaneshagen, Bolhaghen, Reynbertshaghen, Wittenbeke, Diderichenshaghen; Boldewineshaghen, Bojanewiz, Redecle, Brusowe, Denscheborch, Urigenholte, Marlekendorpe, Benekenshagen, Glyn, Zolghelyn, Lubesdorp, Trispit*, Decimam duorum mansorum *in Stove; in Critsemowe*, dimidiam decimam quinq; mansorum; *in Zwisowe* duorum mansorum decimam, *in Hartlowe* decimam dimidiam quatuor mansorum, & in *Pretwisch* dimidiam decimam. Que omnia predicta grata & rata reputantes, quantum ad nos pertinet, de consensu nostri capituli, *pleno jure* cum *banno & jure Synodali* ac *ecclesiarum suarum*, istarum videlicet *Cropelyn*, *Stepha-*

1273. *Herm. Episc. Sverin. confirmat Monast.*

Decimas ab Episc. antecessoribus donatas,

requisito capituli consensu.

Ut & decimas à terræ Dom. Vasallis & aliis fidelibus concessas.

Nomina 41 locorum & villarum, quarum decimas Monasterium possidet.

Inter quas primæ sunt Neu Doberan. Alt Doberan.

Nomina IV. ecclesiar., quarum cura & ordinatio competit Monast. Dobber.

Stephanesbagen, Parkentin, Ravenborſt cura & ordinatione efficaciter confirmamus. Vt autem hec ſolempnis noſtra & noſtri capituli ordinatio ſeu confirmatio ſtabilis & inconvulſa permaneat, predicto conventui preſentem paginam ſigillorum noſtrorum appenſione in teſtimonium conceſſimus roboratam Hujus autem rei teſtes ſunt *Capitulum Zwerinenſe*, videlicet Johannes *Decanus*; Mauricius *Scholaſticus*, Johannes *cuſtos*, *Willbrandus cantor*, Dnus Henricus *Prepoſ. in Runa*; NOBILES vero DOMINI TERRE *Dominus* GUNCELINUS & *Dominus* HELMOLDUS *filius ejus* COMITES *in* ZWERIN, *Dnus* NYCOLAUS *de Werle* & FILII *ejus*, Domins *Hinricus* & *Dominus Johannes*, Dominus *Woldemarus de Rozſtoc*, & Johannes DOMICELLUS *de Mekelenborch*: MILITES vero *Gerhardus* & *Nycolaus fratres* DICTI KETELHUT, Henricus & Gerhardus *fratres* DICTI *de* CREMUN, *Nycolaus* GALLUS, & quam plures alii tam clerici quam laici fide digni. Acta ſunt hec *in Zwerin*, anno ab incarnatione verbi CIↃ.CC.LXXIII. IV. Nonarum Octobris, indictione prima, Preſidente Cathedre Romane ſedis pio Papa *Gregorio* hujus nominis *X.* Pontificatus *noſtri anno XI.* Domino GEORRIO tunc *exiſtente Abbate in Doberan.* Datum per manus *Gerhardi Notarii.*

Teſtes Capit. Sverinenſe.

NOBILES *Dni terræ & filii, domicelli.*

MILITES *de Ketelhut, Cremon, Habn.*

Acta Zwerini.

Tempore Abbati Dober. Georgii.

LII. Privilegium Ducis Johannis Luneburgenſis, quo Monaſterio Amelunxborn, Dobberan & Reinfeld vendit novam ſalinam.

1273. *Johannes* Dei gratia *Dux de Brunſwick*, omnibus Chriſti fidelibus præſentes inſpecturis cum gratia Jeſu Chriſti ſalutem in Domino ſempiternam. Quoniam *omnium habere memoriam & in ullo peccare, Divinum eſt potius quam humanum*, neceſſe eſt, CONTRACTUS *bonæ fidei*, ſecundum varietatem temporum celebratos, ſcripturæ teſtimoniis condonari; ad notitiam igitur tam preſentis, quam futuræ ætatis hominum cupimus pervenire quod cum Nos infra civitatem ſive oppidum *Lüneborgh*, quod ad Nos *jure* pertinet *hæreditario putcum ſalis* fodi feciſſemus ſive *novam ſalinam* expenſis & laboribus plurimis inveniſſemus ad ampliandos Noſtros reditus, eoque faceremus quod *de Amelunxborn*, *de* DOBBERAN *de Reinefelde Abbates Ordinis Ciſtercienſis*, & *eorum Monaſteria* & quidam alii Abbates & eorum Monaſteria *Ord. S. Benedicti* & plures *prepoſiti* ſive *Proviſores Monaſterior.* Monalium tam *Ciſtercienſis*, quam *S. Benedicti* nec non tam *Lubecæ* quam *Bardewicenſis*, & *Ramelsloenſis* Eccleſiarum Decani & Canonici, & plures MILITES & BURGENSES, tam de predicta civitate *Lüneborg*, quam ex aliis locis, qui hereditatem & reditus *in antiqua ſalina* deminui poſſint, hoc modo Nobis humiliter ſupplicarunt, ut ipſis ſpecialem gratiam facientes, *novam ſalinam* eis venderemus. Nos autem ut orationum & aliarum ſpiritualium actionum que quotidie fiunt a religioſis ſuper nominatis, & in eorum Monaſteriis, particeps Nobis eſſe mereamur, & Deus in eterna vita Nobis propitietur, & *Milites* & *Burgenſes* predictos Nobis favoris & dilectionis fortioribus vinculis aſtringamus, proborum & diſcretorum conſilio mediante, *novam ſalinam* ſuperius memoratam *Abbatibus, Prepoſitis* & *aliis reditus in antiqua ſalina habentibus*, vendidimus, itaque eadem nova ſalina penitus deſtruatur & ulterius non debeat permanere. Attamen ſub laxatione eorum, quos ex utraque parte ad hoc deputavimus, nobis perſolverunt, & neque HEREDES *Noſtri*, neque SUCCESSORES *Noſtri*, nunquam alio tempore *in eodem loco*, ubi nova ſalina fuit inventa, nec *in alio loco infra civitatem Lüneborg* vel etiam *extra in Dominio Lüneburgenſi*, fodi vel exſtrui alium puteum ſalis, ſive ſalinam aliam faciemus. In reſtaurum autem Dominii, quod ex predicta conventione poſſemus allegare, *Abbates, Prepoſiti, Canonici, Milites, Burgenſes* & univerſi, qui habent reditus in antiqua ſalina, de *quinquaginta domibus in ipſa conſtitutis*, centum & quinquaginta *choros ſalis*, in *quolibet flumine* Nobis dabunt, ita videlicet, quod de predictis quinquaginta domibus tres Choros ſalis, de unaquaque domo ut predictum eſt, in quolibet flumine Nobis reddantur, in eligendo autem *Magiſtro Putei*, & *Dominiis* & *Bomingis*, neque Nos, neque heredes Noſtri contendimus, vel volumus aliquod jus habere, & nullam Nobis adjicimius poteſtatem. Pro gratia autem & favore, *Abbates* & *alii ſuperius nominati*, & etiam *pro telonio* in nova ſalina, quod ibi *de ſale* accipere *conſuevimus*, penitus removendo, *mille octingentas marcas* examinati argenti Nobis exſolverunt; ſi autem *Nos*, quod abſit, *ſive heredes Noſtri* pro tempore veniremus, contra predictam ordinationem vel violaverimus aliquam ſui partem, ſuſtinebimus patienter, quod Abbates, Prepoſiti ſupra nominati & alii Prælati & Sacerdotes, in ipſa civitate *Lüneborg* conſtituti, ipſo facto ſtatim *a divinis* ceſſabunt, & precipue *a ſepultura mortuorum* & omnibus aliis *Eccleſie ſacramentis*, exceptis *poenitentiis morientium* & *baptiſmate parvulorum.* Ad hec adjectum eſt, quod ſi Nos, vel aliquis heredum Noſtrorum, ipſam *ordinationem totam*, vel *partem* violaverimus, eo ipſo facto *excommunicationis poena* ſimus innodati. Si autem aliqui Prelati & Sacerdotes pro Noſtro favore vel timore nollent ſecundum quod ſupradictum eſt, abſtinere a ſacramentis, *Bremenſis Archi-Epiſcopus*, qui *à Papa* vocabitur executor, de plano compellet eos ad id *per cenſuram Eccleſiaſticam*, qui etiam injurias & gravamina, ſi forte Nobis in prefatis reditibus, evenerint, autoritate Dni Pape, per cenſuram Eccleſiaſticam ſimiliter exequetur. Nos etiam *Otto*, *Hildesmienſis* poſtulatus & confirmatus Autor, CONRADUS Verd. poſtulatus & *Tutor*, Albertus *Dux de Brunſwik*, fratres Ducis ipſius Johannis, *Gerhardus* Comes *Holſatiæ*, quia predictam ordinationem à Nobis & heredibus Noſtris firmiter volumus obſervari, preſens ſcriptum exinde confectum placuit ſigillorum Noſtrorum munitione roborari. Datum Anno Domini MCCLXXIII. die beati Viti. Teſtes autem ſunt hi, *Gerhardus* Decanus *Verdenſis*, Henricus Prepoſitus *de Lune*, Bernhardus Prepoſitus *de Boxtehude*, Lippoldus *Canonicus S. Blaſii in Brunſwik*, Adam Monachus *in Reinefelde*; *Milites*, Dnus Heinricus *Comes de Woldenberge*, Bernhardus *Senior de Bortfelde*, Gerhar-

Novam Salinam reditibus veteris Salinæ noxiam,

vendit Abbatibus Ord. Ciſterc. aliisq;

Militibus & Burgenſ.

Reditus in antiqua Salina habentibus.

Sub obligo de non exſtr endo novo p teo in domi Luneburg.

Et à telon Salis 150 marcis pu argenti.

Addit D fidem de vanda hac dinatione.

Item ſub p excommun candi Du

Compellent Archiep. B menſi.

Sub ſigillis & Ducum.

Comitis H ſatiæ.

Teſt. Cleri

Milites.

hardus *filius suus*, Geverhardus *filius Domini Ludolphi* fratris *de Veneden*, Boldevinus & Heinricus *de Lune*, Bernhardus *Sprenger*, Erhardus *de Schakke*; *Burgenses*, Johann *de Berge*, Wasmodus Albertus *de Holle*, Johannes *de Lubecke*, & alii quam plures.

Burgenses.

LIII. Transumtum Literarum Ducis Mistowin super privilegia & bona novi Doberan Ordinis nostri in Pomerania.

1274. *Mestowinus Dux Pomer. citerioris.*

In nomine sancte & individue Trinitatis, Amen. *Mestwinus* divina favente clemencia *Pomeranorum Dux & Dominus* universis Xsti fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit utriusque vite salutem. Cum in eterna perpetuo collocari promereatur gloria, & hereditatis se celestis Patriæ coheredem instituat, qui de bonis sibi à Deo traditis hic *heredem* CHRISTUM in sibi famulantibus facit devotis. Unde ut superne mereamur curie participio consolari & ascribi glorie, *Christum* NOBIS *successorem* in bonis nostris facimus *& heredem*. Sciant igitur universi presentes visuri vel audituri, quod nos ad honorem Dei perpetueq; virginis Marie pro nostrorum remedio parentum & carorum pectorum, & nostra salute in terra nostra *Pomeranie* & in territorio *Thimanienſi* donamus *ejusdem terre particulam Ordini* CISTERCIENSI ad fundandum ibidem *ejusdem Ordinis Monasterium* NOVUM DOBBERAN *dictum*, vulgariter à loci nomine *polpplin* nominatur. Cujus terre predicto monasterio donate terminos, ut errori caute obviemus munimine explanamus. Primo a *loco castri*, qui vocatur *Scossow* directa linea in paludem qui dicitur *Wonstope*, aqua palude decurrit rivulus utroque cum littore, qui influit *Meliskam*, aquam Meliskam, quoq; eandem usque in *Janam* rivulum & dictum Janam cum utroque littore usque in *Verysſam* fluvium. Item de supradicto loco *Scossow* directa linea usque in paludem, que descendit in stagnum, quod *Blienzeke* dicitur; de eodem stagno usq; ad aliud stagnum, quod *Grybne* nuncupatur, & de eodem usq; ad aliud *Grybne* & de illo vero altero Grybne usq; in stagnum *Gost*; que omnia & singula dicta stagna inter addictos terminos sunt concluſa & de dicto stagno Gost totam aquam *Wangrinosam* usq; in dictam *Verysſam fluvium*, Verysſam etiam usq; ad terminos *Polplin*, ubi situm est Monasterium prelibatum. Polplin quoq; cujus sunt termini in utraq; parte fluminis *Verisse*, totum hoc quod distinximus ad predictum monasterium cum omnibus suis pertinentiis volumus *jure proprietatis* perpetuo pertinere. Et ut inceptos prosequamur terminos, dictum Verysſam flumen cum littore *Thymanienſi* usq; in *Wislam* fluvium absque omni impedimento cujuscunque. Quicquid vero nominatis rivis & paludibus est incluſum, terris cultis & incultis, rivis, pratis, pascuis & paludibus, silvis, nemoribus & rubetis cum omni utilitate, que de ipsis bonis, tam in terris quam in aquis, acquiri poterint aut haberi, Nos liberaliter ei contulimus Monasterio libere & absolute jure perpetuo possidendum. Insuper ratificamus in presentibus, confirmamus pariter & approbamus donationem factam dicto Monasterio per Ill. *Principem* SAMBORIUM, *Patruum nostrum*, videlicet bona *Pogoko* dicta *Cabillow*, *Cosmenyn*: In quibus bonis conventus prefati monasterii primitus se recepit, & tandem *propter loci inhabilitatem* ejusdem ad hunc, in quo usq; hodie residet locum, de nostro consilio & assensu se *transvexit*. Quorum bonorum videlicet *Pogockow*, *Cabillow* & *Cosmenyn* predictorum terminos curavimus in presentibus declarare. Sunt autem *gades & limites* bonorum *Cobillow* de fluvio dicto *Verysſa* ad quandam scaturizationem cujusdam aque contra villam *Cosmetyn* directe, ac deinde sursum in littore *ad cumulum de terra factum* pro signo inter metas ville *Polublyn* dicte, ubi de dicto cumulo signa sunt *in arboribus quercinis* usq; ad *aream ville*, que ab antiquo dicta est *Slerlkow*, que area est intra terminos Cobillow. Deinde vero usque ad fluvium *Thesino* dictum & dictum fluvium cum utroq; littore usq; ad pontem ultra eundem fluvium factum in via, que ducit de magno *Kysschow* in *Garzino*, de dicto autem ponte per viam predictam usq; ad *quandam quercum* juxta viam in siniſtra veniendo de *Kysschow*, *Garzino* inde usq; ad prata *Sternkow* dicta, que sunt intra limites inde à fine predictorum pratorum ad fluvium *Thessino*. Deinde currunt *gades* in littore dicti fluminis usq; ad *Paludem magnam*. Inde usq; ad *quendam collem* directe, a quo colle arbores sunt signate plures; inde directe usq; ad gades, videlicet viam, que ducit ad *Cobillow* villa in *Garzin*, ubi quercus signata est; inde autem directe per nemus ad paludem, que *Winzento* dicitur, directam juxta ex antiquo Winzento dictam, inde directe usq; ad Gades *Bogockow* dicti termini concluduntur. *Gades* autem & *limites* bonorum *Pogockow* incipiunt in *Verysſa* fluvio, ubi rivulus qui *Pelwinza* dicitur, in eundem influit & inter *Garzin* & *Pogockow* directo procedunt tramite usq; ad Verysſam, quam predictis donavimus fratribus *cum utroq; littore* usq; in rivulum *Ruthakinize*. Abinde vero dimidiam partem Verysſe, hoc est cum uno littore usq; ad locum castri qui vulgariter *Genesua* dicitur. Inde autem denuo directe procedunt usq; ad inferiorem finem stagni *Gust*, ubi rivulus effluit de eodem. Deinde tendunt usq; in *Clobuck*; ab inde vero diriguntur ad *magnam quercum*, de qua tendunt in directum trans Verysſam ad *quendam monticulum* prope viam Regiam. De dicto autem monticulo ad *quandam pinum* signatam ex omni parte non longe à lacu *Orseckow* dictum super collem. Inde directe ad quandam *tremulum signatam* propre lacum, qui *Crange* dicitur. Deinde directe mensurando trans lacum jam dictum Crange, cui lacui pars magna includitur terminis prenotatis, ab inde à dicto lacu directe usq; ad alium lacum, qui *Rockinhow* dicitur; qui totus est intra terminos. Deinde directe procedendo per sylvam & paludes usq; ad rivum qui effluit de lacu, qui *Deluge* dicitur directe procedendo per nemus ad sylvam, que fagos habet, ubi etiam arbores fagorum sunt signate. Dein-

Olim dotatum à Principe Samborio. Situm olim in loco inhabili & translat. in Polplin.

Descriptio bonorum & terminorum veteris Doberani.

Nominatim Cobillow.

Pogockow.

Ordini Cist. donat partem terræ Thimanien. Ad fundandum novum Doberan in Polplin.

Cujus termini indicantur.

Deinde autem directe usq; ad quandam viam publicam, que ducit de *Doberym* usq; in *Pogockow*, ubi cumulus in signum est factus. Deinde modicum ad dexteram convertendo directe usq; ad quendam *terreum cumulum*. Inde directe ad quandam *quercum signatam*, ubi termini *Pogockow* terminantur. Incipiunt autem termini *Cosmenyn* ab eodem loco & currunt usq; ad locum ville, qui ab antiquo dictus est *Cosmenyn*. Deinde directe per nemus ad quandam *pinum signatam*, que ab antiquo habet *alvearium apum*; ab alveario autem ad aliam Pinum signatam. Deinde currunt usq; ad quandam *tiliam signatam*. Deinde currunt circa quandam paludem usq; ad *quandam quercum* signatam. Ab inde usq; *ad Vallem*, per quem fluit torrens *tempore pluviali*. Deinde circumeundo usq; ad quendam cumulum de terra, qui est in quodam colle super ripam fluvii *Veryſſe*: & terminantur termini bonorum sepe dictorum in flumine Veryſſe prope villam predictam. Ut autem dicti monasterii fratres ampliori gratia prosequamur, amputamus omnis *servitutis & exactionis jugum* ab iisdem bonis, cuncta, que possident, libera facientes & exempta, omne *jus & juris dictionem*, que nobis in dictis bonis competere videbantur, in dicti monasterii fratres penitus transferentes. Ita eciam ut homines dicti monasterii tam presentis temporis quam futuri absq; servitutis & exactionis cujuscunq; onere semper liberi subsistere valeant & quieti. Sed, ne quid erroris relinquamus, villarum *habitatores & cultores agrorum*, sive in *monasterio servientes* sive in *Grangiis*, quamdiu dediti sunt *dictorum fratrum servitiis*, pari libertate gaudere volumus & nullius subjacere sententiis *judicis secularis* vel alterius cujuscunq; sed Abbatem dicti monasterii omnes excessus & singulos parvos & magnos in omnibus prorsus locis bonorum & prediorum sui monasterii in viis publicis s. in semitis privatis & in cunctis precise & finaliter bonis ad dictum monasterium pertinentibus corrigere vel per eum, cui commiserit vices suas, volumus ratione previa terminari. Et in CAUSA SANGVINIS, que *per eum nequit judicari*, vices (suas) cui committendum duxerit, talem judicandi causam habeat potestatem, etiamsi tam enormis causa fuerit vel excessus, qui *mutilationem* vel *vite peremptionem exigat*, ad ipsum *Abbatem & monasterium* volumus perpetuo pertinere; Nullum prorsus jus in omnibus dicti monasterii bonis alicui relinquentes. In cujus rei evidentiam & robur perpetuum presentes eidem monasterio dedimus cum nostri appensione sigilli. *Actum & datum* anno Domini MCCLXXIV. nonas Januarii apud *Castrum Sweza* presentibus his, quorum nomina subscribuntur, videlicet *Waysl.o Palatino Svecensi*, Arnoldo CASTELLANO ibidem, Boysi PINZERNA, Petro VEXILLIFERO, Eko Wallimiro SUB-DAPIFERO Gedanensi & quam pluribus aliis fide dignis.

Cosmenyn.

Usq; ad alvearium in silva pinea.

Exemtio à servitutibus & exactionibus.

Libertas habitatorum & colonorum tum in monasterio tum in grangiis servientium.

Judicium Abbatis ordinarium.

Et vicarium in causis sanguinis.

Testes Ministeriales palatini iiq; Slavi.

LIIII. Nycolai de Werle. De proprietate & de redditibus VI. mansorum in Niendorpe.

1274. *Nicolaus Dn.* In nomine sancte & individue Trinitatis. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle*, universis Christi fidelibus presens scriptum visuris eternam in Domino salutem: Omnis actus & opus quodlibet quod ad futuram porrigitur posteritatem, necesse summopere, quatenus privilegiorum auctoritate & racionis roborentur discretione. Ad cautelam igitur futuri temporis. notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos de bona voluntate nostra contulimus *ecclesie Doberanensi VI. mansorum in Niendorpe proprietatem & reditus*, qui nos contingunt, *cum omni judicio*, quod MILITES & *ceteri homines nostri* in bonis suis habere noscuntur perpetuo possidenda, ita ut conventui de eisdem bonis ob *memoriam Arnoldi* dicti *militis nostri de Nienkerken* in die omnium animarum perpetuo servicium procuretur. Et ut hoc factum nostrum ratum maneat apud posteros, presentem paginam cum sigilli nostri testimonio duximus roborandam. Hujus rei testes sunt MILITES *duo*, Nycholaus *Gallus*, Johannes *Moltiko*: Heinricus *antiquus advocatus*, Johannes *de Brunswich*, & alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno gracie CIↃ. CC. LXXIV. Datum *Guzstrowe* VI. Kalend. Marcij.

de Werle confert Monast. Doberan.

Proprietate VI mansor. in Niendorp.

Cum judicio in bonis mitum recepte

Test. Milit. Hahn, Molke Henr. Of Advocatus.

LV. Privilegium Helmoldi Comitis Zwerinensis super proprietate duorum mansorum in Wenelesvelde.

In nomine sancte & individue Trinitatis. *Helmoldus* Dei gracia *Comes Zwerinensis* omnibus in perpetuum: Mutatio temporis & humane conditionis fragilitas exigit, ut facta hominum, que memorie digna fuerint, vivido litterarum textu perhennentur. Noverint ea proter tam posteri quam presentes hujus pagine inspectores, quod cum beate memorie Dominus *Theodericus* dictus *de Ekesem*, pro remedio anime sue dederit ecclesie in Duberan Cystercienſis Ordinis *duos mansos* sitos *in Wenelesvelde* cum omnibus proventibus eorundem, nos eciam ob spem ac meritum retributionis eterne, PROPRIETATEM *dictorum mansorum* cum *omni* JURE ac UTILITATE, sicut eosdem *miles habuit* ante dictus dedimus Dno *Abbati* & *sue ecclesie* jam predicte in *Duberan* perpetuo possidendam. Testes hujus donationis nostre sunt Dominus *Rychardus* de *Luneborch*, & magister *Mauricius scholasticus*, *canonici Zwerinenses*, Hoyerus CAPPELLANUS CURIE *nostre*, Dnus *Wernerus de Halverstadt* MILES alii quam plures tam clerici quam layci fide digni. Vt autem hec nostra donatio inviolabilis perpetuo perseveret, presentes litteras nostras in testimonium conscripsimus & sigilli nostri robore communiri. Datum in *Zwerin* anno Domini CIↃ. CC. LXX. IV. Pridie Ydus Novembr.

1274. *Helmoldus Com. Sverin. approbat litis de Ek sen donati nem*

duorum mansorum in Wenelesfeld feodi.

Quorum just. & utilitat miles possessorat.

Dom. dictum seu Proprietatem huerat Helmoldus.

Test. Cleri Capellanus curiæ.

Milites de Halberstad.

LVI. Protestatio Consulum Luneburgensium supra bona nostra in Salina ibidem.

Consules civitatis Luneburch Kerstyanus *miles*, Johannes *Om*, Albertus *Holle*, Joh. *Bertoldi*, Verdewart *aurifaber*, *Herderus*, Elver *de Witinge*, Volcmarus *de arena*, Alardus *de Scilstene*, *Andreas*, Henricus *Hot*, Thidericus *de Hertesberghe*, Ludiko *Hoppensak*, Nycolaus *de Molendino*, Omnibus hanc literam visuris salutem in omnium salvatore: Recognoscimus & protestamur manifeste, quod *Henricus* dictus *Cruse*,

1278. *Consulum Luneburg. a. 127. Confirmatio super salinar*

ab Hinrico

Cruse, Religiosis viris Domino CONRADO *Abbati* totique collegio monasterii *in Doberan* vendidit *duas plaustras salis*, sitas in domo *Moncinghe* in *duabus Sartaginibus*, que posite sunt ad sinistram manum, cum ipsa domus intratur possidendas perpetuo, postposita *reclamatione qualibet* & exclusa. Vt igitur ista *venditio* firma & inviolata permaneat presentem litteram sigilli nostre civitatis munimine duximus roborandam. Datum anno CIↃ. CC. LXXIII. In die beatorum Apostolorum Philippi & Jacobi.

Vende Abbati Dobberanens.

exclusa revocatione.

LVII. Privilegium Hinrici & Johannis dicti de Werle super villam Grence & molendinum ibidem.

1278. *Hinr. & Joan. de Werle & Guzstrowven- dant Monasterio Dobberan*

In nomine sancte & individue trinitatis. Nos Dei gracia *Henricus* & *Johannes* dicti *de Werle* & *Dni* in *Guzstrowe* universis sancte matris ecclesie filiis in perpetuum: Quoniam generatio preterit & generatio advenit, & omnia instabilitati sunt subjecta, idcirco necesse est, ut ea, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, scripturarum testimonio jugiter perhennentur. Hinc est quod tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod nos de *maturo* MILITUM *nostre* TERRE *consilio* villam que *Grence* dicitur ac molendinum, quod eidem ville adjacet, cum omnibus utilitatibus & proventibus, quos eadem villa habet in silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus piscinis, & piscationibus, ac stagnis in bosco & plano, nemoribus, usuagiis, cultis & incultis, in viis & semitis communibus & privatis, Venerabili Domino SEGHEBODONI *Abbati in Dobberan* pro *viginti Marcis* minus quam *pro sexcentis marcis denariorum Lubicensium* liberam & absolutam *sine numero mansorum*, sed sub terminis, quos huc usque habuisse & adhuc habere dinoscitur, cum *omni jure* & *judicio*, quod ecclesia Doberanensis in Abbacia sua habet, vendidimus perpetuo possidendam. Volumus eciam, ut homines in prefata villa & molendino commorantes ab *exstructione urbium* & *poncium*, ab *exactione vectigalium* & *theloneorum* & ab *omni expedicione* sint liberi & immunes, ita ut nemini ex debito nisi soli Deo & Doberanensi ecclesie de *servitutis jure* respondere teneantur. Nec advocatum quemquam *de nostris* habeant super se vel judicem nisi Abbatem solum, vel cui Abbas vicem pro se commiserit judicandi. Hoc addentes, ut nemo de nostris presentibus vel futuris predictam villam *de numero mansorum* conveniat, nec prefatum *molendinum superius* in aquarum *extensionibus* inferius in earum decursibus de cetero presumat inpedire. Ne autem ab heredibus nostris, vel a quoquam alio jam dicte ecclesie ulla in posterum oriri possit calumpnia, quod absit, presentem paginam inde plenius conscriptam testium annotacione & sigillorum nostrorum appensionibus, ut jugiter inconvulsa permaneat, fecimus roborari. Testes vero hy sunt: *Clerici*, Dominus *Hermannus* prepositus *in Dobertyn*, Dominus Henricus *prepositus in Rune*, Henricus *plebanus ad sanctam Mariam in Rozstoc*; *Milites* Henricus DICTUS *de* FLOTOWE, Nycolaus GALLUS, Hinricus *dictus* LUCH, Godefridus *frater suus*; Bernardus *de* KAKENSTEDE,

precio consilio militum terre Villam Grence cum molendino.

Tempore Abbatis Seghebondi.

Aldita exemptione ab meribus.

Servitutibus. Et advocatis Dominorum.

Testes Prepositi. Plebanus Rostoch. Milites de Flotow, Habn Luch &c.

Johannes CABOLT, Hermannus MUSTICO, Johannes *de* RELYN; *Burgenses* vero in Rozstoc, Symon Hynricus *Adolphi*, Henricus *Sapiens*, & quam plures alii tam clerici quam Layci fide digni. Datum in *Rozstoc* anno ab incarnatione verbi CIↃ CC. LXX. VIII. XVI. Kalend. Junii.

Burgenses Rostochienses.

LVIII. De resignatione ville Borch ejusdem Domine.

Vniversis Christi fidelibus presens scriptum visuris. *Consules* totique *Burgenses* civitatis *Cussalin* salutem in Domino Jesu Christo: Que geruntur in tempore, ne sequantur naturam temporis firmari solent testimonio litterarum. Hinc est quod tenore presencium protestamur, quod Domina Gertrudis dicta *de Germen* villam dictam *Bork*, quam a clausstro Doberan. *sub feodo* possidebat coram Domino nostro *Hermanno Episcopo Caminensi* & *Dno Nycolao nostro Parochiano*; Domino *Borkone*, Domino *David*, *Domicello Ottone*, Domino BURIZLAO, & Domino *Olrico de* BEVENHUSEN & alijs quam pluribus fide dignis, Domino Abbati & conventui ejusdem clausstri, sicut possidebat, cum omni jure *resignavit*. In cujus rei testimonium presentem litteram nostri sigilli munimine jussimus roborari. Datum anno Domini CIↃ. CC. LXXX. V. Idus Februarii.

1280. *Consules & Cives Cussalin. testantur.*

Resignationem ville Bork factam esse.

Coram Episc. & Paroch. ac testibus.

LVIIII. Hermannus Episcopus Caminensis super vendicione ville Borch & decima.

In nomine sancte & individue trinitatis, *Hermannus* Dei gracia *Caminensis ecclesie episcopus*, omnibus in perpetuum. Summa eterne pietatis dispositio potestatem & amministracionem tam in rebus temporalibus quam eciam in spiritualibus nobis idcirco contulit, ut bonum operemur ad omnes, maxime autem ad domesticos, fidei quia nostro patrocinio specialius sunt addicti. Si itaque in promovendis & ordinandis ecclesiis seu eciam ecclesiasticarum personarum commoditatibus devoti & studiosi emulatores fuerimus, emolumentum nostri laboris ab eo exspectamus, qui bonam dat sustinentibus se mercedem. Ea propter notum fieri volumus universis Christi fidelibus presentis temporis & futuri, quod nos de *communi consensu canonicorum nostrorum* in *Colberg*, villam que dicitur *Borch* cum *integra decima* pro *ducentis & quadraginta marcis denariorum* Domino SEGEBODONI *Abbati & conventui Doberanensis ecclesie Cystercienſis Ordinis* vendidimus cum terminis suis, quos hucusque habuisse vel adhuc habere dinoscitur *absque certo mansorum numero*, cum *judicio* SANGUINIS, videlicet *colli & manus*, & CIVILI ac cum *omni jure & utilitate*, que nunc in ipsa villa est & suis terminis vel haberi poterit in futuro, scilicet in pratis, pascuis, paludibus, silvis, aquis, viis, semitis, perpetuis temporibus quiete & pacifice possidendam, decernentes ut homines in prefatis bonis commorantes pro tempore, *sive* CONVERSI dicte ecclesiæ fuerint *sive* SECULARES, à construction urbium & poncium, ab exactione vectigalium, à *peticione qualibet*, *servicio* & *ab omni expeditione* perpetuo sint liberi & immunes, nisi propter *defensionem terre* aliud exigatur. Ne autem à quoquam successore nostro seu per aliam personam jam dicte ecclesie super premissis ulla possit calumpnia suboriri, presentem paginam

1280. *Herm. Episc. Caminensis.*

Villam Borch cum decima.

Cum judicio criminali & civili.

Libertate hominum tam conversorum quam secular.

Excepta terræ defensione.

nam cum appensione nostri sigilli & sigillo predictorum canonicorum in *Colberg* roborari fecimus, ut eorum munimine hec nostra conventio
Test. Clerici. seu venditio jugiter permaneat inconvulsa. Testes hujus sunt: *Henricus* prepositus ecclesie *Colbergensis*, Johannes *custos*, Andreas *scholasticus*, Magister Johannes *Scureke*, Nycolaus, Albertus, Heydenricus, Thidemannus, Magister *Johannes & Helmoldus*, *canonici ejusdem ecclesie*; Item Otto *Comes de* EVERSTEN, Svantus
Comes de Everſten. HARZEVIZ, *Fredericus* & *Olricus de* BEVENHU-
Milites Vandali & Slavi. SEN, ZHECHELYN & BURIZLAUS *milites*, & alii plures tam clerici quam layci fide digni; actum *Colberg* & datum ibidem per *manum Johannis, notarii nostri.* Anno Domini CIↃ. CC. LXXX. Idus Februarii.

LX. Super resignatione ville Borch facta de Domina Gertrude de Germen.

1280 Vniversis Christi fidelibus presens scriptum
Consules & cives Cuſalyn teſtantur. visuris: Consules & commune civitatis *Cuſalyn* salutem in Domino Jesu Christo: Que geruntur in tempore, ne sequantur naturam temporis, firmari solent testimonio litterarum. Hinc est, quod tenore presencium protestamur, quod *Domina Gertrudis*, dicta *de Germen*, villam dictam *Bork*, quam una cum viro suo quondam pie recordationis, *Thiderico* á clausto Doberan justo emptionis precio comparaverat, nec non *proprietatem quatuor marsorum*, quos sibi ibidem postea emerat, coram Domino nostro Hermanno *episcopo Caminensi*, Abbati & conventui ejusdem Monasterii, sicut possidebat, voluntarie & libere *cum omni jure* resignavit. In cujus re testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine, sicut & sigillo Venerabilis patris *Ab-*
Test. Clerici. *batis de Bucowe* jussimus roborari. Testes hujus rei sunt *clerici:* Nycolaus *canonicus Colbergensis*, Andreas *plebanus Demynensis*, Nycolaus
Domicellus. *plebanus de Cuſſalyn*, Domicellus *Otto de Everſten*;
Milites. milites BORKO, David BORIZLAUS, Olricus *de* BEVENHUSEN & alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno Domini. CIↃ. CC. LXXX. Idus Februarij.

LXI. De Capellula in Rozſtoc & oblationibus que fiunt in eâ Hermannus Episcopus Zwerinensis.

1280. *Hermannus* Dei gracia CWERINENSIS *Episcopus*. Venerabilibus & dilectis in Christo *Abbati*
Hermannus Cwerinenſis Epiſc. Abbati Dobber. concedit & *conventui Monasterii de Doberan* salutem & sinceram in Domino caritatem: Cum ex officii nostri debito teneamur cultum divinum pro nostris viribus ampliare vobis vestrisque successoribus in perpetuum auctoritate presencium indulgemus, ut *in* AREA *vestri Monasterii*, quam habetis *in Rozſtoc* intra terminos *parochie sancti Jacobi* oratorium sive *capellulam* habeatis, in qua *divinum* audire POSSITIS *officium* & per vos aut aliquem vestrum in eadem nichilominus celebrare. Adjicientes eciam *de consensu dilecti* in Christo *Henrici* PLEBANI *Loci ejusdem*, quod si qui seculares *clerici* vel *layci* quandoque ad audiendum divinum officium causa devocionis ac-
Oblationes quæ fiunt devotionis cauſa cesserint, ibique *suas oblationes* pro reverentia divina obtulerint, eas licite retinere & in usus vestri Monasterii convertere valeatis. Ita tamen, quod per hoc eadem *Parochialis ecclesia debitis & consuetis oblationibus non fraudetur.* In cujus rei testimonium nostro sigillo presentes littere roborantur. Datum anno Domini CIↃ. CC. LXXX. Dominica qua cantatur Vocem Jucunditatis.

Sine detrimento eccleſie parochialis.

LXII. Domini Hinrici de Werle. De proprietate medie partis Molendini in Guzſtrowe.

In nomine sancte & individue trinitatis amen. 1280.
Henricus Dei gracia *Dominus de Werle* Omni- *Henricus de Werle*
bus litteras presentes visuris salutem in Domino sempiternam. Quoniam rerum gestarum ordinatio per revolutionem temporum a memoria labitur hominum, cautum est & utile, ut per scripture testimonium memorie arcius inprimatur. Hinc est quod ad posterorum noticiam cupimus litteris presentibus pervenire, quod nos *de maturo* FIDELIUM MILITUM *nostrorum consilio*; Cum *consensu dilectorum filiorum nostrorum Nycholai & Henrici* Proprietatem medie partis Molendini *in Guzſtrowe censumque* ejusdem *annuum*, videlicet *quinquaginta tremodia* BRACH (*) *avenatici* cum *captura angvillarum* & *piscationibus*, que RETIBUS fieri possunt, que dicuntur STOKENET & WORPENET vendidimus pro *mille marcis* & *quinquaginta marcis denariorum Slavicalium* Venerabilibus Domino CONRADO *Abbati totique conventui in Doberan* in liberam & perpetuam possessionem. Ita ut non liceat nobis neque *heredibus* nec *successoribus nostris* censum ejusdem Molendini occupare, minuere vel mutare, salvis nichilominus *aliis ipsius molendini libertatibus* remanentibus, quas ipsi firmitet servare debebimus & ab aliis defendere & tueri, scilicet, ne quis in ampne fluminis, quo prefatum agitur molendinum, *sursum* vel *deorsum* nec *extra ipsum ampnem* ad *miliare superius vel inferius* aliquod construat molendinum, nec ipsum ampnem, in quantum idem molendinum inpediat, permittetur aliquis occupare. Liberum erit insuper eisdem fratribus de Doberan totum ejusdem molendini censum *sine theloneo*, quocumque maluerint, deducere, vel in quemcumque usum sibi magis utilem commutare. Nullus eciam molendinariorum *extra civitatem Guzſtrowe* longe vel prope residentium in civitate predicta annonam afferre & extra civitatem, molendini causa, debet deducere ad *suum* vel ad *alterius molendinum*. Ceterum predicti fratres in Doberan habebunt *jus* & *judicium* in eodem molendino, sicut habent *vasalli nostri* in *bonis suis*, scilicet *usque ad sexaginta solidos*; si autem majores excessus cujuscumque generis ibidem contingerint, de quibus forsitan plus est dandum, inde nos *duas partes* tollemus & Doberanensis ecclesia *partem terciam* retinebit. Preterea ijdem fratres in Doberan habebunt liberam facultatem, *proprietatem hereditatis* ejusdem Molendini emere & aliquem de eorum fratribus ibi preficere; vel *idem molendinum* vel *censum ejusdem molendini*, sicut a nobis emerunt, aliis si ita maluerint possunt vendere, vel eciam *pro debitis* obligare. Nullam eciam in Molendinarios ejusdem Molendini, postquam Doberanensis ecclesie hereditatem ipsius emerit, *exactionem*

Fidelium virorum conſilium conſenſuque filiorum

Abbati Conventui Doberan

Cum libertatibus molendini

& jure de non conſtruendo alio molendino intra milia

Aliisque privilegiis.

Præcipue molendini hanc partem, Zwai Muhle.

Jure oppignorandi.

Libertate à precariis.

nem precariam seu *quamlibet aliam* neque nos neque nostri posteri faciemus. In omnium premissorum testimonium presentes littere inde confecte *sigillis nostro* atque *filiorum nostrorum* Nycolai & Henrici sunt munite. Testes sunt:

Testes Capellanus &c.

Dominus *Gerrardus* CAPELLANUS NOSTER Magister Arnoldus NOTARIUS NOSTER, item *Gerrardus de Cropelyn*, ADVOCATUS *noster*, *Johannes* MOLTIKO, TESSEMARUS *Marscalcus*(**) *noster*, Johannes *de Oldenburch*, Henricus *de* DEMYN & plures alii fide digni. Datum & actum *Guzstrowe*. anno Domini. CIↃ. CC. LXXX. VII. Idus Decembris. indictione quinta decima, Epacta quarta.

Brazium.

(*) *Brazium* est à *braxando* & quodcunque frumentum ad coquendam cervisiam destinatum præparatumque. Vide *Bullam* CÆLESTINI *de a. 1191. inter privilegia Ecclesiæ Hamb. apud Lambecium* p. 194. & ECCARDUM *de Origin. Saxonum L. 2.* ubi *ex Chronico Florentii Episcopi* mentionem injicit *octoginta moldiorum Bratii.* Infra *h. l. ad a. 1282.* in diplomate Johannis de Werle occurrit *brazium ordaceum.* De *brazio triticeo* vide *Monastic. Anglic. T. I. p. 825.* & LAMBECIUM *d. l.*

De IV. Majoribus aulæ.

(**) *Ministerialis* seu Officialis *palatinus.* Vide, quid de quatuor *præcipuis Officialibus aulicis* seu aulæ MAJORIBUS *Dapifero, Marescalco, Camerario, Pincerna* ex annalibus historiarum & *diplomatibus* notarunt *Dn. de* LUDEWIG, RICCIUS, ESTOR locis supra citatis. Addantur WIPPO *apud Pistorium T. III. R. G. in vita Conradi Salici tit. de Dispositione Curiali p. 467.* HEDA *Hist. Ultraject. p. III. sqq.* FRID. LUCAS *im Graf. Saal. p. 1057.* Nec deest eorum memoria in *Legibus* veterum Germanorum. In *Legibus Salicis Tit. XI. n. 6.* exstat constitutio: *Si quis* MAJOREM, *infertorem* (Dapiferum, qui dapes infert) *Scantionem* (Pincernam, Oberschanck) *Marischalcum, Stratorem* (hodie Stallmeister) *Fabrum ferrarium, aurificem sive carpentarium, Vinitorem vel Porcarium vel* (*alium Ministerialem furaverit aut occiderit &c. culpabilis judicetur.* Ad quem locum ECCARDUS *p. 31* ita commentatur: *Major est primus ex familia, scilicet major domus qui domui præest. Omnes enim ii, qui in villis Domini sui ministeriis vacabant ut major, infestor &c. ministeriales vocabantur ceteris mancipiis honoratiores.* Quo significatu GREGORIUS *Turonensis L. IX. C. 36.* laudat *Comites, domesticos,* MAJORES *atque nutritios & omnes illos, qui ad exercendum* SERVITIUM *regale necessarii sunt & delegati.* MAJOR *aulæ* igitur est Ministerialis primus ordinis aulici. *Major domus*, qui domui & domesticis præest,

Majoribus domus.

cujus mentionem fecit LEX *Ripuariorum Tit. 88. apud Eccard. p. 320: jubemus ut nullus optimatum,* MAJOR DOMUS, *domesticus, Comes, Grafio, Cancellarius vel quibuslibet gradibus sublimatus munera ad judicium pervertendum non recipiat.* In LEGIBUS *Wisigothorum L. IX. Tit. I. L. 6.* laudatur MAJOR *loci*, h. e. qui in loco alios antecedit vel judicio loci præest. Eodem sensu in CAPITULARIBUS *Franc. L. V. tit. 107. apud Lindenbrogium p. 944.* nominantur MAJORES *Villarum: Ut presbyteri curas seculares nullatenus exerceant, id est, ut neque judices neque* MAJORES *villarum fiant.* Plura de *Majoribus villarum regiarum* testimonia ex HINCMARO vide apud LINDENBROG *d. l. in glossar. p. 1429.* Quibus adde alia ex Legibus *Wisigoth. L. 6. T. c. 1.* & *Formul. Marculphi L. II. Form. 52.* ubi Majores villici dicuntur ACTORES *villarum Regis*, DOMESTICI *super villas regias.* In Saxonicis documentis vocari solent *Landmeyer* h. e. Villici majores seu præcipui, sicuti *Majores domus* dici svevit *Hußmeyer*, præfectus domi, ut plura taceam allata à JOACH. MEIER *in Antiquitat. Meierian.* & *Dn.* DAVID. GEORG. STRUBEN *in Comment. von Meier-Recht.* Concinunt scriptores *historiæ & annalium* FRANCORUM *ab a. 900. ad a. 1285* qui sæpius ipsos *Villæ regiæ Majores* nominant *præfectos* & PROVISORES. Apud VANDALOS & LONGOBARDOS vocati sunt *Arimanni*, forte ab *Ar* seu *Arn*, annona, ita dicti; adeo, quod frugum & proventuum

Loci.

Villarum.

Meyer-Recht.

Qui apud Vandalos, Longobardos, Cimbros, dicuntur Arimanni.

prædiorum curam & dispositionem habuerint. Dialecto certe veteri Cimbrica, Saxonica, Frisica & Francica *Arn* idem est ac *messis*; quæ vox nec hodie exolevit in Saxonia inferiori & alibi, ubi *Arnd* dicitur pro *Erndte.* Convenit Islandicum *Ar*, proventus annuus, *Armadur* præfectus regius villarum, præfectus annonæ, teste VERELIO *in indice* & HISTORIA S. OLAI *C. XXXVIII.* Apud OTFRIDUM L. II. C. XIV. 217. occurrit *Aren* seu *Aruen*, segetes capere: *Arntit, Arnmant*, mensis Augustus, tempus messi nuncupatum apud GOLDASTUM *T. I. Rer. Allem. p. 65.* ut plura testimonia ex Eginhardo, Tatiano, Notkero aliisque à *Schiltero, Scherzio, Wachtero* laudata taceam. A Vandalis & Longobardis eadem vox transit ad *Hispanos, Gallos & Italos* testantibus monumentis & chartis, in quibus cumulate exstant nomina ARIMANNI in *diplom. Conradi Imp. apud* SIGONIUM *de regno Ital. L. 8.* & Legib. *Longob. L. I. Tit. 18. §. 2. & 25. §. 50.* ARIMANNI LIBERI *in Chartis apud* UGHELLUM *T. IV. p. 632. 655. 664.* & præcipue *in Charta Impp. Caroli Crassi & Ottonis T. V. apud eundem. ARIMANNÆ*, ARIMANNÆ FOEMINÆ h. e. *Villarum Dominæ* in Charta Ludovici Pii *in Chron. Farf p. 657.* & Stat. Regis Ratchisis *L. II Leg Long. T. 35. §. 10 ARIMANNIÆ, ARIMANDIÆ & ARIMANNARIÆ* in *Constitutione Imp. Friderici II. Feud. LVI. quæ sint regaliæ:* CHARTA *apud* GUICHENON in *Bibliothec. Sebusiana a. 1156. Cent. I. C. 95.* & *Charta Philippi Ducis Thusciæ an. 995. Bullar. Cassin. T. II. p. 226.* Alia tamen in cogitationem incidit conjectura etymologica, origini & radici nominis forte accommodatior. Apud Gothos enim & Islandos, quorum linguam clavem dixeris vocum vetustissimarum germanicarum præcipue cimbricarum & septentrionalium, *ARIA* est *terra* testibus *Verelio* & *Loccenio.* Convenit græcum ερα *terra*, ωρα, *cura* αρᾶν, ὠρεῖν *arare*, colere, arvum *curare.* Terra enim dicitur à *cultura.* Docet hoc WORMIUS *in Lex. runico* voce AR h. e. *cultura, terra*, Anglo-Saxonibus ERIAN Anglis EARE, Frisis ERA docente JUNIO, SPELMANNO. Inde *Aren* Francis est terram colere, arare, teste SCHERZIO *in Notis ad rhytmum Ofridi* & SPECULATORE *Allemannico c. 275.* Quod idem vocabulum, sensu à *cultu terræ* desumto, transit ad quemvis cultum rerum, negotiorum hominumque. Apud *Verelium* enim *Arna Arnen* dicitur CURARE *negotium*, ARE *curator, erendi* negotium; *Arian & eren* cultu extollere, curare, *apud* SPELMANNUM & KERONEM aliosque in glossis Francicis & Anglo-Saxonicis. Cum quibus vocibus coincidunt nomina hodieque usitata *Arende, Arendiren*, curare prædium, & ipsum *vetustum Saxonicum* AREDUN, *curare, expedire*, quod ex glossa Anglo-Saxonica apud Schilterum docuit *Cl.* WACHTER *Glossar. p. 587.* Ex his itaque sponte colligitur ARIMANNUM rectissime nominari *præfectum terræ, prædii, villarum.* Quamvis enim meas conjectiones nemini obtrudere nec illas unquam virorum doctorum opinionibus præferre soleam: non possum tamen, quin etyma aliorum manifesta fere aberrationis accusem. Glossatores enim *Arimannos* vel a *littore, ripa & viis publicis* vel ab *armentis* vel ab *ariditate;* Juris Longobardici interpretes vero uno ore omnes ab *armis & armamentariis* dictos existimant. A regalium Doctoribus *milites* plerumque intelliguntur, quorum etiam conjectiones GOLDASTO *d. l.* & GROTIO *in explicat. voc. Goth. apud Muratorium T. I. P. I. p. 570.* imposuerunt, ut *Arimannos* explicaverint HERIMANNOS, viros exercituum, vel milites ab Imperatoribus beneficia possidentes. Quæ etiam est sententia LEIBNITII *Collect. Etymol. P. II. p. 14.* Dissentiunt iterum ECCARDUS *ad Leg. Sal. p. 148. & in Catechesi Theot. p. 164. ubi Dominos minores* seu possessores bonorum hæreditariorum, ERBMÆNNER comminiscitur: SPELMANNUS *in Glossar. Archæolog.* qui Arimannos *homines dominos* seu HERRMÆNNER interpretatur: SOMNERUS ex Anglo-Saxonico *hyran*, obedire, fingens *homines fiduciarios* seu HYREMANNOS; DUFRENIUS, qui d. l Legum Longobardicarum formulis inductus, *Villarum incolas nulli oneri subjacentes præterquam hostis & placiti*, seu *homines dominorum* HERRNMÆNNER intelligit. Idem accidit in explicatione vocis *Armandiæ.* BALDUS enim, ALVAROTTUS & ceteri

Conjectura Etymologica prima.

Conjectura etymologica secunda.

Opiniones aliorum.

huius caveæ Doctores, quos secuta est Feudistarum communis Schola, Armandiam interpretantur *vectigal ex armentis animalium præstandum.* Plurimi vero cum HOTTOMANNO, CUJACIO, SIXTINO, BESOLDO, FRITSCHIO, EINSIDELIO, MYLERO, LYMNÆO, ARUMÆO, TUSCHIO, MENOCHIO, aliisque Juris Feudalis Longobardici, Regalium & Consiliorum scriptoribus intelligunt *regale armamentariorum & arma fabricandi.* Alii cum *Joanne* BORCHOLTENIO militant pro *vectigali juri arma fabricandi imposito;* alii *pro jure principis in Arimannos*, alii iterum cum *Bignonio pro familia Arimannorum.* A qua ultima opinione parum abest DUFRESNE, qui citato loco *Arimanniam* interpretatur familiam *militarem*, item *Obligationem Vasallorum eundi in exercitum.* Cui tamen explicationi oppido obstant *Chartæ* supra laudatæ ut & *Charta Caroli Crassi* aliæque *apud* UGHELLUM *T. IV. p. 1366. T. V. p. 778. 790* quæ ERIMANNOS & DISTRICTUM ERIMANNIÆ plane describunt, ut *Armandiam* recte dixerim *Villenagium, Tractum villarum, Præfecturam, Dominium.* Vocatur etiam MAJORIA *in Charta apud* MIRÆUM *Don. Belg. a. 1199.* Quin occurrunt nonsolum *Majores Villarum;* sed etiam MAJORISSÆ seu Villicæ majores & Dnæ in villis regiis Vid. *L. SALICAM Tit. XI. c. 7. Leges* LONGOB. AUGUSTI *C. 2.* apud GEORGISCH *p. 1117 Chartam dea 1059. ap.* SIGONIUM *d. l. L. 8. C. 198.* Ex quibus apparet MAJORISSAM & ARIMANNAM unius esse significatus Diximus de hoc argumento paulo copiosius ideo, quia vocis ARNEGIALD ARNEÆGIELD ARENGYALD h. e. *census terræ, agrorum, areæ frumenti*, vulgo *Orbeda* seu *Terragium*, frequens lectio est in diplomatibus *cimbricis*, nominatim in *privilegio Regis* ERICI GLIPPING *civitati Slesvicensi concesso a. 1272.* in *Privilegio* WALDEMARI *Slesvicensibus indulto a. 1285.* & in *Charta, qua Rex Dan.* ERICUS *Burgensibus Slesvicensibus libertatem mercaturæ in regnis Daniæ impertitus est a. 1417.* Redeo ad Villicos seu *Majores Villarum*, quorum significatum & dignitatem stabiliunt *Leges* BURGUNDIONUM *Tit. XXVI. §. 2. Tit. XXXVIII. §. 4.* LONGOBARDORUM *L. I. Tit. 9. L. 21.* WISIGOTH. *L. 9. Tit. 2. §. 8. L. 12. Tit. 2. L. 15.* quæ MAJORES *personas* in villis & civitatibus distinguunt *à minimis & mediocribus seu mediis.* Supra ad *Annum 1252. Diplomatar. Num. XXVII.* in Charta Burewini de a. 1218. laudantur *Dominationis Burewinianæ* MAJORES *tam Slavi quam Vandali* seu Præcipui ex ordine ecclesiastico & *ministeriali*, tum *militari* tum *aulico.* Unde facile constat de significatu MAJORUM TERRÆ *vel* TERRITORII h. e. Principum vicariorum, præfecturæ Dominorum, præcipue Domicellorum territorialium, Principum apanagiatorum: item de significatu MAJORUM REGNI *vel* IMPERII seu Præcipuorum Imperii Germanici. Principum regnantium, coimperantium. De quibus diximus *in præfat. ad Tom. II. p. 67. 68.*

Armandia. *Majoria.* *Majorissa.* *Arnegield seu terragium.* *Majores Personarum.* *Dominationis* *Territorii.* *Imperii.*

LXIII. Privilegium Henrici & Johannis dicti de Werle de confirmatione proprietatis ville, que Bolecowe dicitur.

1281. In nomine sancte & individue trinitatis. Nos *Henricus* & *Johannes* Dei gracia *Domini de Werle* omni generationi in perpetuum: Que geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore, litterarum apicibus solent & testimonio perhennari. Tenore igitur presencium notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod *Gerardus* dictus *de Lawe*, civis *in Rozstoc* villam que *Bolecowe* dicitur cum proprietate ipsius ville; quam à nobis emit, Venerabilibus viris Domino SEGHEBODONI *Abbati totique conventui de Doberan.* vendidit pro *trecentis & quinquaginta marcis denariorum* MONETE ROSTOCENSIS & coram NOBIS ipsam villam cum proprietate, *Doberanensi ecclesie* RESIGNAVIT. Nos vero divinam remunerationem attendentes, prefate ecclesie *proprietatem* jam dicte ville in nomine Domini firmiter *confirmamus*, volentes, ut sepedicta villa in silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, piscinis & piscationibus ac stagnis, in bosco & plano, nemoribus, usuagiis, campis cultis & incultis, in viis & semitis *communibus & privatis, sine mansorum numero*, sed sub *terminis*, quos huc usque habuisse & adhuc habere dinoscitur, ac *eo jure & judicio*, quod ecclesia Doberanensis habet in Abbatia sua, debeat perpetuo libera permanere. Homines eciam in eadem villa commorantes ab exstructione urbium & pontium, ab exactione vectigalium & theloneorum, & ab omni expeditione debent esse liberi & immunes, ita ut nemini ex debito nisi soli Deo & Doberanensi ecclesie servire teneantur. Nec *advocatum quemquam de nostris* habeant super se vel judicem, nisi solum Abbatem de Doberan, vel cui ipse vicem pro se commiserit judicandi. Vt autem hec nostra confirmatio inconvulsa permaneat presentem paginam plenius inde conscriptam testium annotatione & sigillorum nostrorum appensionibus fecimus roborari. Testes vero hy sunt: Godefridus LUCH, Henricus *de* FLOTOWE, Nycolaus GALLUS, Gerhardus *de* CROPELYN, Johannes KABOLT, Johannes COSZ, Johannes *de* DUCIN, Johannes NORTMANN, Henricus *de* COLNE; Gerhardus & Conradus *fratres* DICTI *de* CREMUN, Gerrardus *de* LINSTOWE, MILITES; Item *Conradus dictus* de LAWE, Burgensis *in Rozstoc*, & alii quam plures fide digni. Actum & datum in civitate *Rozstoc*, Anno ab incarnatione verbi. CIↃ. CC. LXXXI. In die beate Marie Magdalene.

Facta coram Dominis terræ resignatione. *Cum pertinentiis.* *Judicio.* *Libertatibus* *Exemtione ab Advocati dominorum terræ.* *Testes milites Megapolitani.* *Burgensis Rostochiensis.*

LXIIII. Johannes de Werle super proprietate & libertate Molendini in Parchem.

In nomine sancte & individue trinitatis. *Johannes* Dei gracia *Dominus de Werle* omni generationi in perpetuum: Cum lapsu temporis labi potest quicquid disponitur, nisi litterarum caucionibus & personarum testimonio firmiter roboretur. Hinc est, quod tenore litterarum presentium notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos de *mera voluntate & beneplacito omnium heredum nostrorum*, & de *maturo fidelium vasallorum nostrorum consilio.* libertatem & proprietatem cujusdam Molendini in civitate nostra *Parchem* siti, quod molendinum *Scoleneken* dicitur, cum *censu & redditibus* suis, qui redditus sunt *decem chori & tres modii duplicis annone*, una scilicet medietas BRAZII ORDEACII, altera medietas *sigilinis* ad nos *ex paterna* HEREDITATE pertinentibus, Venerabili Domino SEGHEBODONI *Abbati Monasterii Doberanensis* pro *quadringentis marcis denariorum monete* CURRENTIS *in* TERRA ROZSTOC vendidimus, ita, ut fratres in dicto Monasterio, Deo ac glorioso virgini Marie servientes & deinceps servituri, de eodem Molendino illam partem reddituum, que est *brazii ordeacii* intra nativitatem Domini & dominicam, qua cantatur Esto mihi, partem aliam que est *sigilinis*, sine *more dispendio* recipiant annis singulis intra festum *Pasche* & *Pentecostes* & percipiant perpetuo *expedite.* Ne autem super hac *racionabili emptione sua* dictis fratribus ulla inposterum generetur calumpnia, quod absit, presentem paginam, plenius inde conscriptam, sigilli nostri

1282. *Johannes a Werle.* *Vendidit Abbati Doberan* *Absque dispendii more, vulgo Matten*

Teſtes Plebanus. Notarius. Armiger. Burgenſis. Fidelis de Brunſwich.

noſtri appenſione fecimus communiri. Teſtibus annotatis, quorum hec ſunt nomina: Dominus *Thidericus*, *plebanus de Plawe*, Martinus NOTARIUS *noſter*, clerici. Item *Reynerus de Potbleſt* ARMIGER *noſter*, Gerrardus dictus *de Lawe*, *Burgenſis in Rozſtoc*, Johannes *de Brunſwich*, *fidelis* ac *familiaris* (*) *eccleſie Doberanenſis* & alii quam plures diverſi generis homines cum hec ordinarentur aſtiterunt. Datum anno ab incarnatione verbi CIↃ. CC. LXXX. II. VI. Kalendas Februarij.

Familiares.

(*) Seu officialis, miniſterialis, fidelis. Hinc in diplomatibus laudantur FAMILIÆ & FAMILIARES S. Petri S. *Martini aliorumque ſanctorum, eccleſiarum, cet.* Vide SCHILTER *ad Jus Feud. Allem. p. 361. 366. Du de* GUDENUS *Sylloge varior. diplom. p. 448.* HEDA *l. c. p 141.* ibique de FAMILIA *S. Martini*; SCHANNAT *in Vindem. literar. T. I. p. 71.* ubi de familia *S. Petri.*

LXV. Privilegium Domini Hermanni Zwerinenſis Epiſcopi de his, qui fecerint nobis injuriam in perſonis noſtris aut bonis.

1282. *Hermannus* Dei gracia *Zwerinenſis Epiſcopus*, dilectis in Chriſto univerſis eccleſiarum *rectoribus*, *vicariis* & *capellanis* ad quos iſte littere pervenerint ſalutem in Domino: Cum omnes, qui contra indulta privilegiorum a *ſede apoſtolica* Monaſterio *de Doberan* conceſſorum, dicto Monaſterio in *perſonis* aut *bonis ipſius* injuriam aut moleſtiam intulerint, ipſo facto in pœnam canonice incidant ſententie promulgate, Vobis diſtricte precipiendo mandamus, quatinus hujusmodi *malefactores* & *ſacrilegos* excommunicatos in veſtris publice denuncietis eccleſiis, quocienscumque & quandocumque *ex parte dicti Monaſterii* fueritis requiſiti. Datum *Butſowe* in vigilia Petri & Pauli apoſtolorum Anno Domini CIↃ. CC. LXXX. ſecundo.

Hermanni Ep. Zwerin. mandatum.

Contra illos qui monaſt in juriam inferunt.

LXVI. De judicio cum omni jure ſuper parvo Grence Henricus & Johannes de Werle.

1283. In nomine ſancte & individue trinitatis. Nos *Henricus & Johannes Dei gracia* Domini *de Werle* univerſis ſancte matris eccleſie filiis in perpetuum: Quoniam generatio preterit, & generatio advenit & omnia inſtabilitati ſunt ſubjecta, idcirco neceſſe eſt, ut ea que geruntur in tempore, ne ſimul labantur cum tempore, ſcripturarum teſtimonio perhennentur. Hinc eſt tam preſentibus quam futuris notum eſſe volumus, quod nos de *maturo fidelium* MILITUM *terre noſtre conſilio*, villam noſtram, que *parvum Grence* dicitur, cum omnibus utilitatibus & proventibus, quos eadem villa habet in ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcinis & piſcationibus ac ſtagnis in boſco & plano, nemoribus, uſuagiis, campis cultis & incultis, in *viis* & *ſemitis communibus* & *privatis*, Venerali Domino SEGHEBODONI *Abbati in Doberan* pro *ſexcentis* & *viginti marcis denariorum Rozſtoccenſium* liberam & abſolutam *ſine* NUMERO MANSORUM, ſed ſub terminis, quos huc usque habuiſſe & adhuc habere dinoſcitur, cum *omni jure & judicio*, quod eccleſia Doberanenſis in abbatia ſua habet, vendidimus perpetuo poſſidendam. Ita videlicet ut homines in prefata villa commorantes ab exſtructione urbium & poncium, ab exactione vectigalium & theloneorum & ab omni expeditione ſint liberi & immunes, adeo ut nemini ex debito niſi ſoli Deo & Doberanenſi eccleſie de *ſervitutis jure* reſpondere teneantur. Nec *advocatum quemquam de noſtris* habebunt ſuper ſe vel judicem, niſi abbatem ſolum vel cui abbas vicem pro ſe commiſerit judicandi. Hoc addito, ut nemo de noſtris preſentibus vel futuris predictam villam *de* NUMERO *manſorum* poſſit vel debeat convenire. Ne autem ab heredibus noſtris vel a quoquam alio jam dicte eccleſie ulla in poſterum oriri poſſit calumpnia, quod abſit, preſentem paginam inde conſcriptam teſtium annotacione & ſigillorum noſtrorum appenſionibus, ut jugiter inconvulſa permaneat, fecimus roborari. Teſtes vero hy ſunt; MILITES: Henricus *dictus de* FLOTOWE, Nycolaus GALLUS; Gerardus *dictus de* CROPELYN, Jordanus *de* CROPELYN, Johannes COSZ, Johannes *de* DUCIN, Nycolaus *de* BRUSEVIZ; Item ARMIGER *noſter* Reynerus *dictus de* PODEST; BURGENSES vero *in Rozſtoc* Gerardus *de* LAWE, Johannes ALBUS, & alii quam plures fide digni. Datum & actum *in Rozſtoc* Anno ab incarnatione Domini. CIↃ. CC. LXXX. III. Non. Februarij.

Cum conſuetis juribus & libertatibus.

Teſtes Milites Megapotenſes.

Armiger.

Burgenſes Roſtochienſ.

LXVII. Henricus & Johannes Domicelli de Mekelenburgh de venditione Ketelhodeſtorpe

In nomine Domini amen. *Henricus & Johannes* Dei gracia DOMICELLI *Magnopolenſes* univerſis Chriſti credulis, ad quos ſcriptum preſens pervenerit ſalutem in Domino ſempiternam: Ne rerum geſtarum memoria proceſſu temporum poſſit evaneſcere, diſcretorum Virorum pericia ſolet eas per litteras in ſcripto perhennare. Hinc eſt, quod nos tenore preſentium proteſtamur publice, quod accedente *dilecte matris noſtre* beneplacito & conſenſu ac *proborum terre noſtre militum provido conſilio & maturo*, villam *Ketelhodeſtorpe* in noſtro *Dominio* ſitam, pro *nongentis marcis denariorum* USUALIS *monete* TERRE, à venerabili Domino CONRADO *Abbate Doberanenſi* cum voluntate tocius conventus pariter & conſenſu, *emptionis tytulo* comparavimus tali forma: Vt intra omne tempus, quo ipſas nongentas marcas non perſolverimus, eccleſia Doberanenſis eandem villam cum omnibus utilitatibus proventibus & redditibus ſuis, eo jure, quo *Johannes Babbo*, *miles*, ipſam habuerit, ſine tamen *omni* penitus *ſervicio* libere poſſidere debeat & quiete. Si Nos autem Abbati & conventui de Doberan *quadringentas & quinquaginta marcas* in feſto beati Johannis baptiſte dabimus, Nos *medietatem redituum* & quorumlibet proventuum ipſius ville in feſto beati Martini & ſingulis annis recipiemus, quousq; ipſis pro medietate illa ſicut & altera iterum in feſto beati Johannis baptiſte alias quadringentas & quinquaginta marcas perſolvamus. Si Nos autem totalem illam pecuniam dederimus, tempore prelibato *omnes fructus* ville prenotate integraliter ad uſus noſtros devolventur.

1284. *Henr. & Joh. Domicelli Magnopol.*

Matris conſenſu Conſilioq; militum terræ ſuæ maturo, ab Abbate Doh. Conrado emunt villam Ketelhodeſtorp pro 900. marc monetæ terræ Reſervant Abbati dominium totum vel ex parte

donec pretium totum ſolutum fuerit ex pro

Hinr. & Joh. de Werle vendit Abbati Doberanenſi.

Militum terræ ſuæ conſenſu, villam, parvam Grenze.

Pro 620. marcis denarior. Roſtoch. Sine numeratione manſor.

priis bonis emterum. Ceterum talem in emptione ville ſupradicte fecimus conditionem, quod nullus MILITUM ſive CIVITATENSIUM neq; aliquis INCOLARUM *terre noſtre* ipſam villam Ketelhodesdorpe *ſua pecunia emere debeat*, neq; aliquem *ad ſolutionem ejus obtinendam* admittemus. Sed nos *propria pecunia noſtra* ad uſus noſtros proprios, omni ambiguitate & dubio procul moto, redimemus. Hoc eciam addito, quod quamdiu ſolutionem ville ſepedicte per nos procurare non valemus, eccleſia Doberanenſis ipſam libere poſſidebit, donec *totalem ſummam* pecunie, pro ipſa villa dandam, integraliter perſolvamus. Vt ergo omnia premiſſa ſtabilia perſeverent, & à nemine retractari valeant vel infringi, ſigilli noſtri, quo nunc utimur munimine, preſens ſcriptum duximus perpetuis temporibus roborandum. Hujus eciam rei teſtes ſunt Gerhardus MECIKO & Harwicus *frater ſuus*, Godeſchalcus PREN, Bertoldus PREN Otto *de* REVENTLO, Benedictus *de* RODENBEKE, Thitwicus *de* ÖRTZEN, Johannes *de* CERNIN, Henricus & Reymarus *de* BARNEKOWE, Henricus *de* CREMUN, Marquardus *de* LO, Ludolphus *de* TRAQVENEMUNDE, MILITES NOSTRI CONSILIARII, & *alii* quam plures fide digni. Ad hujus eciam facti evidentiam pleniorem, Doberanenſis eccleſie preſentes litteras dari fecimus noſtri ac matris noſtre dilecte ſigillorum appenſionibus inſignitas. Actum & datum *in Wiſmaria* anno gracie Milleſimo ducenteſimo LXXXIV. In feſto beati Johannis baptiſte.

Teſt. milites CONSILIARII.

LXVIII. Dominus Hermannus Epiſcopus Zwerinenſis & totum capitulum ſuum de proprietate parve Grentze.

1258. *Hermannus Ep. Sverinenſ.* In nomine ſancte & individue trinitatis. *Hermannus* Dei gracia *eccleſie Zwerinenſis Epiſcopus*, univerſis ſancte matris eccleſie filiis preſens ſcriptum viſuris in perpetuum: Summa eterne pietatis diſpoſitio poteſtatem & amminiſtrationem nobis tam in rebus temporalibus quam eciam ſpiritualibus ideirco contulit, ut bonum operemur ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei & religioſos, quia noſtro patrocinio ſpecialius ſunt addicti. Si enim in promovendis vel ordinandis *rebus eccleſie*, ſeu etiam in *eccleſiaſticarum perſonarum commoditatibus* devoti & ſtudioſi emulatores fuerimus, emolumentum noſtri laboris ab eo exſpectamus, qui dat mercedem bonam ſuſtinentibus ſe. Hinc eſt quod notum fieri cupimus preſentibus & futuris, litteras per preſentes, quod nos & totum capitulum noſtrum eccleſie in *Zwerin* de communi beneplacito & conſenſu indempnitati *monaſterii de Doberan Ordinis Cyſtercienſis* noſtre *Dyoceſis* providere geſtientes, Domino CONRADO *Abbati* totique conventui ibidem pro *ducentis & quinquaginta marcis* denariorum *uſualis monete*, quos denarios *in uſus eccleſie noſtre expendimus*, vendidimus proprietatem ville que *parvum Grenze* dicitur cum *fundo ſuo* & *decimis majoribus* & *minutis* in ſilvis, pratis, paſcuis, campis cultis & incultis, in aquis aquarumque

Cum decimis majoribus & minutis.

decurſibus, cum omnibus utilitatum proventibus, qui adhuc ſunt vel nunc fieri poſſunt, ibidem quiete & libere cum omni jure perpetuo poſſidendam. Hoc addentes, ut *proprietatem ipſius ville*, ſive *decimas* vel *partem ipſarum decimarum* ſeu quoslibet alios proventus ipſius, alicui vel aliquibus, ſi ita maluerint, *nomine pignoris* obligare. ſive *vendere* libere, vel MODO & *jure* FEODALI PORRIGERE. liberam habeant facultatem. Ut autem hec noſtra & canonicorum noſtrorum rationabilis venditio jugiter maneat & inconvulſa, eccleſie Doberanenſi has litteras dedimus ſigillorum appenſionibus, noſtri videlicet & jam ſepe dictorum canonicorum noſtrorum in Zwerin firmiter communitas. Teſtes hujus actionis ſunt, quorum nomina ſubſequuntur: Scilicet venerabilis *Dominus* Arnoldus *abbas novi campi*, item *Symon* Decanus *eccleſie noſtre*, Mauricius *Scholaſticus*, Johannes *Theſaurarius*, Guncelinus & Rychardus, hy *canonici Zwerinenſes*: Item Henricus *Prepoſitus de Tribuſes*, item Henricus *dictus de Zwerin*, *civis Wiſmarienſis* & alii plures fide digni huic ordinationi pariter affuerunt. Actum Anno incarnati verbi CIↃ. CC. Octogeſimo V. XII. Kalendarum Aprilis. Datum per manum Gerhardi *notarii noſtri*.

Et data facultate villam oppignerandi. *Vendendi in feudum ferendi.*

LXVIIII. Hermannus Zwerinenſis Epiſcopus de excommunicatione illorum, qui villam Grenz in aliquo moleſtaverint.

1286. *Hermann. Cwerinenſis Rectori ec. Swanenſis* *hodie Sva mandat,* *ut illos, qu Monaſt. ju in Grenze i petunt exactionibu & bedis ina bitis* *citet coram ſe autoritat epiſcopi.* *Confeſſos, con victos & con tumaces ex communicet.* *Et ſententiam exequatur*

1286. *Hermannus* Dei gracia *Cwerinenſis Epiſcopus* dilecto in Chriſto *Rectori eccleſie* de SYWAN (*) ſalutem & paternam in Domino caritatem: Ex *inſinuatione & querela frequenti* Venerabilis in Criſto fratris Abbatis & conventus Monaſterii *de Doberan* intelleximus, quod nonnulli iniquitatis filii, Dei timore poſtpoſito, ipſos in bonis predicti Monaſterii *in villa Grenze*, tam in *Molendino* quam in Manſis, lignis, pratis, piſcationibus & paſcuis, contra *indulta ſedis apoſtolice* EXACTIONIBUS & TALLIIS INCONSVETIS & INDEBITIS (**) paſſim, & contra *omnem juſticiam* non deſinunt moleſtare; Cum igitur non ſolum ex debito noſtri officii, verum eciam ex vigore privilegiorum ſedis apoſtolice, quorum tenorem occulta fide perſpeximus, contra malefactores predictos pro eodem Monaſterio murum defenſionis pia ſollicitudine nos opponere debeamus, hinc eſt, quod tibi in virtute obediencie diſtincte precipiendo mandamus; quatinus omnes & ſingulos, qui Monaſterium ſupra dictum in bonis predictis de cetero injuſte moleſtare preſumpſerint, ad TUAM *auctoritate noſtra* CITARE *preſentiam* non differas, quociescumque & quandocumque ex parte predicti Monaſterii *fueris requiſitus*. Quod ſi coram te de injuriis & violentiis eidem Monaſterio illatis *confeſſi* fuerint vel *convicti*, aut ſe per *contumaciam* abſentaverint, ipſos, donec ad ſatisfactionem condignam, *excommunicationis vinculo* non differas innodare. Quam *excommunicationis ſententiam*, ſi per unum menſem animo ſuſtinuerint indurato, extunc in locis, in quibus maleſa-

Et sententiam exequatur.

lesactores predicti habitant, secundum indulta sedis predicte cessabitur *à divinis*, quousque Monasterio sepedicto de dampnis & injuriis plenarie fuerit satisfactum. Datum *Warin* anno Domini CIↃ. CC. LXXX. VI.

(*) A *Syva* deâ olim ibi culta.

(**) Habes hic *tallias* seu *bedas violentas* & *multiplicatas*, bedis *simplicibus*, DEBITIS & *consuetudinariis* oppositas, de quibus *in Præf. ad Tom. II. p. 66.*

LXX. De *emptione Decimarum quarundam & de Permutatione duarum villarum Privilegium Domini Hermanni Zwerinensis Episcopi & totius Capituli sui.*

1286. *Hermann. Ep. Zwerinens. totumque capitulum.*

In nomine sancte & individue Trinitatis: *Hermannus* Dei gracia *Episcopus*, Nycolaus *Prepositus*, Fredericus *Decanus*, Totumque *Zwerinensis* ecclesie *Capitulum*, universis Christi fidelibus in perpetuum: Inter plura humane condicionis infirma memoriam hominum sic fragilem esse constat, ut nec multitudini rerum nec longitudini temporis sufficientem se valeat exhibere, Verum & ratio docuit & consvetudo didicit, ut fragilitati memorie per quedam signa & testimonia succurratur. Hinc est, quod tam presentibus quam futuris notum fieri volumus, litteras per presentes, quod nos venerabili & dilecto in Christo Abbati totique conventui Monasterii de Doberan Cystercienſis Ordinis nostre Dyocesis *decimas villarum*, quarum ista sunt nomina, videlicet integram decimam in *Pritwisch*, integram decimam *in Zarnewanz*, integram decimam *in Bolekowe*, integram decimam in villa que *magnum Grentz* dicitur, integram decimam in *Albrechtstorpe* integram decimam in *Kartlowe*, in *Critzemowe* quinq. mansorum integram decimam, in *Niendorpe* duorum mansor. & dimidii mansi decimam integram, communi consensu vendidimus pro *sexcentis marcis* denariorum *usualis monete*, in *usus ecclesie nostre conversis*, ita ut easdem villas & mansos cum omnibus decimis tam *majoribus* quam *minutis*, ABSOLUTIS pariter & INFEODATIS cum omni *utilitate*, *jure* & *proprietate*, que nobis & ecclesie nostre in eisdem hactenus competebant & deinceps competere possent vel poterunt in futurum, Doberanensis ecclesia perpetuis temporibus pacifice possideat & quiete. Ceterum *commoditati* Monasterii *de Doberan* & *utilitati ecclesie nostre* Zwerinensis providere cupientes, cum decimis villarum quarundam, eidem *monasterio de Doberan* juxta sitarum, pro duabus ejusdem Doberanensis ecclesie villis, videlicet *Trispete* & *Lubestorpe*, que nobis adjacent, quandam *permutationem* duximus faciendam; scilicet dimidiam decimam in *Lamberteshagen* & dimidiam decimam in *Beringbereshaghen* cum decimis *majoribus* & *minutis*, ABSOLUTIS pariter & INFEODATIS cum omni utilitate, jure & proprietate, sicut ad nos & ad nostram ecclesiam pertinebant, predicti Abbas & conventus Monasterii de Doberan ac perpetui successores eorundem pacifice & quiete perpetuo possideant pro eisdem villis *Trispete* & *Lubestorpe*. Quas villas *in recompensationem jam dictarum decimarum* ecclesia nostra Zwerinensis propriias ex integro nullius hominis contradictione obstante, jugiter possidebit. Preterea, cum ex debito nostri officii ad cohercendam rodentium gregem Christi *luporum rabiem* teneamur, ut nostre benignitatis affectus in excolenda Domini vinea non inmerito commendetur, sepe nominatis Abbati & conventui Monasterii de Doberan presentibus indulgemus, ut nostra auctoritate tam illos, qui debitas decimas prescriptas tempore suo non dederint, quam illos, qui eos in eisdem decimis quocumque modo impedierint aut molestaverint, in *Monasterio proprio*, sive *in qualibus ecclesia nostre dioceſis*, ubicumque maluerint, per se, vel per sacerdotes locorum, excommunicatos denunciare valeant, ubi, quando, quociens, & quomodo sibi noverint oportunum; admittimus insuper ut de ipsis decimis ordinent & disponant in quibuslibet, nunc & deinceps, sicut sibi & ecclesie sue probaverint utilius expedire. Ut igitur hec nostra tam racionabilis vendicio simul & permutacio jugiter maneat inconvulsa, expresse renunciamus super his omnibus nostro & ecclesie nostre nomine *exceptioni* DOLI MALI & *actioni in* FACTUM *beneficio* RESTITUTIONIS *in integrum* & *exceptioni quod predicta pecunia in utilitatem ecclesie nostre non sit conversa*, omnibus litteris, privilegiis & indulgentiis apostolicis, contra predicta *impetratis* aut *impetrandis*, & omnibus aliis exceptionibus ac defensionibus *omnique* JURIS aut LEGUM *auxilio* CANONICI ac CIVILIS. In cujus rei perpetuam firmitatem presentes littere inde confecte sigillorum nostrorum appensionibus roborantur. Testes hujus actionis nostre sunt Venerabilis Dominus *Arnoldus* Abbas *Novi campi*, Thidericus *Prepositus in Rune*, Henricus *Plebanus in Tribuses*, Ludolfus *Plebanus in Cropelyn*, Clerici; Item Henricus DICTUS *de* KOLNE, Johannes *dictus* BABBO & Fredericus DICTUS MOLTISHANE (Moltzane) MILITES ET CASTELLANI *in* BUTSOWE: Item Johannes DICTUS *de Nyendorpe* MILES ET CASTELLANUS *in Warin*; Item *Ludolfus* ADVOCATUS *noster in Butsowe*; Item Henricus *dictus de* CWERIN *vasallus ecclesie nostre*, & *Erpo*, *vasallus noster* CASTELLANUS *in Warin* & quam plures alii fide digni. Acta sunt hec in civitate *Zwerin* Anno Dominice Incarnationis CIↃ. CC. Octogesimo VI. quinto Idus Augusti. Indictione XIIII. Concurrente primo. Epacta XXIII. datum per manum MAGISTRI *Gerhardi* (*) NOTARII *nostri*.

Vendunt Monasterio Doberanensi. Decimas villarum VIII.

tam absolutas quam infeudatas.

Addito pacto permutationis

Quod ecclesiæ Zverinensi II. villas Doberanenses addicit

Adjecta contra morosos decimarum debitores vel earum lupos & turbatores

Pœna Excommunicationis.

Sub speciali renunciatione exceptionum JURIS ROMAN *& Canonici.*

Test. Clerici.

Milites & Castellani ministeriales.

(*) Quem apud *Bononienses* a. 1271. studiis operam navasse Jurisque Romani & Canonici doctrinis si non totum, tinctum tamen in Megapolin rediisse, ex documentis & annalibus conjecimus *in Antiquit. Mecklenb. MSC.* Inde est, quod hæc charta superbiat *exceptionibus doli mali*, *in factum*, aliisque, quæ Juri Romano & Canonico originem debent. Vestigia nominis & autoritatis Juris Rom. apud Pomeranos glisscentis vide supra ad annum 1267. in charta Wartislai Ducis Deminensis.

LXXI. *Super distinctione terminorum civitatis Colberg & ville nostre Bork.*

1287. *Consules Colber-*

Vniversis Christi fidelibus hanc literam visuris *Consules* nec non *communitas* civitatis *Col-*

bergenſ. fines regunt inter civitatem Colberg.

bergenſis ſalutem in Domino Jeſu Chriſto: Noverint omnes preſentes & poſteri, totam eſſe diſcordiam ſopitam, verſantem aliquamdiu *inter nos* & *conventum de Doberan* ſuper diſtinctione terminorum *civitatis noſtre* & ville *Borc* predicte eccleſie pertinentis, quos ſic diſcrevimus & diſtinximus, ut prefate ville Borc termini verſus occidentem protendantur *ad montem Dobanowe*, dein recto tramite *ad montem*, qui dicitur *Vulvesberg*, à quo recto ductu usque *ad quercum*, que eſt in rivo, diriguntur. De *rivo* vero usque ad *inſulam*, quam totam terminis noſtris JUREJURANDO *aſſignavimus*, protenduntur. De cujus inſule fine *verſus orientem* in directum procedendo, in *rivo* terminatur *adjacente*. Ne vero huic noſtre ordinacioni quisquam contravenire preſumat in poſterum, preſentem paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri. Datum *Colberg* anno Domini. CIↃ. CC. LXXX. VII. In die purificationis ſancte Marie.

Et villam Doberanenſem Bork.

Termini duo montes.

Quercus in rivo.

Inſula Colbergenſium.

LXXII. Henricus de Werle de non menſurando agros Satowe grangia & villa (*).

1287. *Henricus de Werle*

In nomine ſancte & individue trinitatis. *Henricus* Dei gracia *Dominus de Werle* omni generationi in perpetuum: Inter humane conditionis infirma memoriam hominum ſic fragilem eſſe conſtat, ut nec multitudini rerum nec longitudini temporis ſufficientem ſe valeat exhibere, unde & racio docuit & conſvetudo didicit, ut fragilitati memorie ſcripturarum teſtimonio ſuccurratur. Notum igitur fieri volumus tam preſentibus quam futuris litteras per preſentes, quod nos *de beneplacito dilectorum filiorum noſtrorum*, *Nycolai* videlicet & *Henrici* ceterorumque *heredum noſtrorum conſenſu* agros & manſos *ville* ac *curie* in *Satowe*, jam per *noſtros nuncios* menſuratos, Domino Abbati & conventui in *Amelungesburna* firmos ac fixos deinceps confirmamus, volentes ut predicti agri in ſilvis, pratis, paſcuis, campis cultis & incultis, in aquis, aquarumque decurſibus, in viis & ſemitis *communibus* & *privatis* absque *certo manſorum numero* cum terminis & intra terminos, quos nunc habent, vel ab antiquo habuiſſe dinoscuntur, firmi ac fixi jugiter perſeverent. Ita ut ex nunc perpetuis temporibus nunquam *menſurari debeant* nec de *manſorum numero conveniri* (**). In hujus rei evidentiam pleniorem preſentes litteras conſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtes hujus actionis noſtre ſunt *fideles* & *dilecti* MILITES *noſtri*, Gerardus *de* CROPELYN (***) ADVOCATUS *in Guzſtrowe*, Johannes MOLTIKO, Johannes CABOLT, Wilkynus *Camerarius*; Henricus *de* DEMYN, Heydenricus *de* LU, Gerardus *de* LEZSTOWE, (Linſtau) Item *Georius* ADVOCATUS *in Symon*, & Lambertus *de* KORIN *fratres* & ARMIGERI *noſtri*; Item *Henricus* dictus PHRISO Burgenſis in *Rozſtoc* & alii quam plures fide digni huic actioni noſtre pariter affuerunt. Acta ſunt hec anno incarnationis Dominice CIↃ. CC. LXXX. VII pridie Nonas Marcij. Datum in civitate *Rozſtoc* per manum *magiſtri Arnoldi* NOTARII *noſtri*.

conſentientibus filiis & heredibus

confirmat donationem agrorum in Satau Amelunxbornenſibus factam.

Teſtes milites Advocatus in Guzſtrau, aliique.

(*) Rubrum hoc in charta explicatur: *Villa* & curia *in Satowe*. Grangia igitur eſt curia, area ſeu *horreum*. Forte dicta à granea ſeu granis frumentariis, quæ in illo loco teruntur, reconduntur. In *Legibus Bajuar.* tit. 1. c. 14. §. 5. *Granica*. Et in formulis apud Bignonium F. XIII. conjunguntur *cellaria vel camera & granicæ, quicquid in eis ſit repoſitum*. In *libro Uſuum Ordinis Ciſtercienſis* C. 81. laudatur *Grangiarius*, h. e. Magiſter Grangearum, qui præeſt *prædio ruſtico*, villulæ & horreo. *Grangia quid?*

(**) Vulgo *Overſchlag*.

(***) Milites *Conſiliarios* vide ſupra ad a. 1284. milites *Capitaneos* vide ad *a. 1286*. aliosque *miniſteriales* infra. De *militibus Secretariis* vide Diplomatar. II. num. XXX.

LXXIII. De his, qui nobis decimas noſtras injuſte detinuerint, Hermannus Epiſcopus Zwerinenſis.

1287. *Hermannus Ep. Sverin. rectoribus eccl. Warnemünde & Lambrechtsbagen injungit*

Hermannus Dei gratia *Cwerinenſis Epiſcopus* Dilectis in Chriſto de *Warnemunde* & de *Lambrechtesbagen eccleſiarum rectoribus* ſalutem in Domino: Vobis auctoritate preſentium firmiter injungimus, ac in virtute obedientie diſtricte precipiendo mandamus, quatinus Parochianos veſtros *debitores* ac *detentores decimarum* Monaſterii *de Dobberan* TRINA *monitione premiſſa* quocienscumque & quandocumque ex parte Abbatis & conventus requiſiti fueritis, ſi decimas eaſdem tam *magnas* quam *minutas ex tunc* non perſolverint per MANIPULOS *in* AGRIS, vel *debito tempore* in MENSURA, prout dictorum Abbatis & conventus OPTIONI *placuerit*, nominatim excommunicetis, ac in veſtris eccleſiis excommunicatos publice denuncietis *ſingulis diebus Dominicis* & *feſtivis*, facientes eos, donec ad ſolutionem condignam, ab omnibus Chriſti fidelibus arcius evitari. Quod ſi taliter excommunicati ſententiam in eos per vos latam per duorum menſium ſpacium à tempore late ſententie numerandum *animo* ſuſtinuerint *indurato*, & *alii Parochiani veſtri* per vos ſufficienter moniti, ipſos *vitare noluerint* nec ab *eorum conſortio* abſtinere, ex tunc in veſtris eccleſiis, donec ad ſatisfactionem congruam, ceſſari precipimus à divinis. Datum *Butſowe* anno Domini CIↃ. CC. LXXXVII. Dominica Reminiſcere.

Debitores & detentores decimarum, tempora facta citatione, excommunicandi.

Addita pœna in eos qui conſortio illorum non abſtinent.

LXXIIII. Literæ Henrici de Werle de tribus manſis Domini Georgii in Nyendorpe, qui nunc noſtri ſunt, ſicut patet in alio Privilegio.

Henricus Dei Gracia *Dominus de Werle* omnibus Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit in vero ſalutari ſalutem. Cum ea, que fiunt in tempore labuntur cum tempore, expedit, ut que aguntur, in ſcripta publica dirigantur. Hinc eſt, quod notum eſſe volumus univerſis, tenore preſentium publice proteſtantes, quod nos de voluntate & beneplacito *omnium heredum noſtrorum*, Georgio *de Nyendorpe* ſuisque heredibus *tres manſos* in predicta villa ſitos JURE VASALLORUM *porreximus* perpetuo poſſidendos: NYCHILOMINUS ab omni EXACTIONE *ſeu* PETICIONE (*) *omnique ſervicio*, predictum ſuosque heredes aſſerimus *immunem & exemptum*: Et ut hujus rei nulla fiat ambiguitas preſentem cartulam ſibi tradidimus ſigilli noſtri munimine roboratam. Teſtes hujus ſunt Henricus

1287. *Hinricus de Werle.*

Teſt. milites

Teſtes milites ricus *de* VLOTOWE, Gerrardus *de* CROPELIN, Henricus *de* DEMEM, MILITES; Godefridus *de* ZISENDORPE, Bernardus *de* LESTEN ARMIGERI. *Armigeri.* Datum *Sywan* Anno Domini CIↃ. CC. LXXX. VII. VIII. Kalendas Auguſti.

(*) Alias à *tribus illis manſis* Jure Vaſallitico conceſſis *præſtanda.* Ex qua formula iterum patet, *bedas* datas fuiſſe ob manſos ſeu *fundos* poſſeſſos. Unde ſæpius dicuntur *cenſus arearum, penſitationes agrorum, terrarum, terragium bedagium.* Quod firmat etymon noſtrum ab Anglo Saxonico *bæd, beda*, fando, prædio, repetitum *in Præf. ad Tom. II.* p. 67.

LXXIIII. Domini Henrici de Werle de menſuratione agrorum ſeu excremento quod dicitur Owerſchlach in villa Nyendorp.

1287. *Henricus* Dei gracia *Dominus de Werle* uni-
Henr. Dnus de Werle. verſis ſancte matris eccleſie filiis preſentibus & futuris hoc ſcriptum cernentibus ſalutem Chriſti fidelibus repromiſſam: Ea que judicio vel concordia terminantur, firma debent & illibata perſiſtere, & ne in *recidivæ contentionis ſcrupulum* relabantur, *ſcripturis* convenit *autenticis* roborari. Ea propter notum eſſe volumus tam poſteris quam preſentibus, quod nos *de conſenſu* & beneplacito *omnium heredum noſtrorum*, & de *maturo militum terre noſtre conſilio* receptis ab *Abbate de Doberan* ſexaginta marcis denariorum, dimiſimus eidem Abbati & eccleſie Doberanenſi *excrementum* vulgariter *Owerslach* nuncupatum, quod ex emenſuratione agrorum ville que *Nyendorpe* vocatur excrevit, & proventus *quindecim pullorum*, quos in eadem villa *annuatim* habuiſſe dinoſcimur. Volentes, ut Doberanenſis eccleſia ipſum excrementum dictum *Owerslach* in omnibus agris & manſis, in campis cultis & incultis, in ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, ſicut alia bona que in prenotata villa *Nyendorpe* ab antiquo habuiſſe dinoſcitur, exceptis tamen *tribus manſis* ab inde, uno videlicet civitati *Rozſtoc* & duobus aliis Domino *Gerrardo militi* dicto *Rukit* aſſignatis, nec non & *ſpacio quodam*, quod *Henrico* Sartori *de Sywan* dimiſimus *cum judicio*, ſicut habent VASALLI *noſtri in* VILLIS & BONIS SUIS, perpetuis temporibus pacifice poſſideat & quiete. Ut igitur hoc tam racionabile factum noſtrum inviolabile perſeveret, preſentes litteras inde conſcriptas ſigilli noſtri appenſione fecimus roborari. Hujus actionis noſtre teſtes ſunt FIDELES *noſtri Jordanus* & *Gerhardus* fratres DICTI *de* CROPELIN, *Gerrardus* & *Henricus* fratres *dicti* de RUKIT, *Henricus* dictus *de* DEMENE, MILITES, Item *Rodolfus* & *Godefridus* fratres *cognominati* BAROLT, Lambertus & Georgius fratres *dicti* de RUKIT, ARMIGERI. Datum anno Incarnati verbi. CIↃ. CC. LXXX. VII. Octavo Kalendas Octobris.

Conſenſu hæredum & conſilio militum terræ.

Exceptis tribus manſis Roſtocto, militi Rukit & Henrico de Swan aſſignatis.

Cum judicio Vaſallis in bonis & villis competente.

Teſt. milites.

Armigeri.

LXXV. Proteſtatio conſulum civitatis Luneburg ſupra bona noſtra in Salina ibidem.

1288. Nos *Johannes* & *Lobeke* advocatus, Chriſtia-
Conſules civitatis Luneb. teſtantur juſtam poſſeſſionem nus *miles*, Johannes *avunculus*, Albertus *Holle*, Volcmarus *de Arena*, Verduardus *Johannis Bertoldi*, Elverus *de Wittinge*, *Herderus*, Alardus *de Schiltſten*, *Andreas Thidericus* de *Hertesberge*, Henricus *Hot*, Ludolphus *Hoppenſack* & Nycolaus *de Molendino* CONSULES *civitatis Luneborch* tenore preſencium recognoſcimus, publice proteſtamurque, quod viri venerabiles Dominus videlicet Abbas & conventus Monaſterii *de Doberan* juſte poſſeſſionis tytulo habent in Salina Luneborch *tres Sartagines*, ſcilicet unam Sartaginem que *Wechpanne* dicitur in domo inferiori *Cluvinge* ad ſiniſtram manum, aliam Sartaginem que *Gungpanne* dicitur in domo *Hoynge* ad ſiniſtram manum, terciam Sartaginem que *Gungpanne* dicitur in domo *Butſinge* ad dextram manum. In cujus recognitionis & publice proteſtacionis perpetuam firmitatem preſentes litteras eccleſie Doberanenſi rogati dedimus ſigillo civitatis noſtre firmiter communitas. Datum anno Dominice incarnationis. CIↃ. CC. LXXX. VIII. XIII. Kalendas May.

trium Sartaginum Dober. *Wechpanne.* *II. Gungpanne*

LXXVI. Literæ Domini Wizlaui ſuper patronatu eccleſie in Racowe.

Wizlauus Dei gracia *princeps Ruyanorum* o- 1288.
Wizlaus princeps Rugiæ. mnibus Chriſto credulis litteras preſentes viſuris ſalutem, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Ea que judicio vel concordia terminantur, firma debent & illibata perſiſtere, & ne in recidive contentionis ſcrupulum relabantur, ſcripturis convenit autenticis roborari. Exorta ſiquidem inter Venerabiles Dominum CONRADUM *Abbatem* & conventum Monaſterii *de Doberan* ex parte una, & dilectum MILITEM *noſtrum Ludolphum* dictum *Slavekesdhorpe* ex parte altera diſceptatione & queſtione ſuper *patronatu* & *collatione eccleſie in Racowe*; Quem patronatum prefati Abbas & conventus de Doberan ad ſe juſto tytulo pertinere dicebant; & prenotatus miles Ludolphus ê contrario reſpondebat, quod *racione* quorundam manſorum *in* DOTEM *ejuſdem eccleſie aſſignatorum & confirmatorum* tale jus haberet, ut quocies-cumque eadem eccleſia vacaret, quemcumque ydoneum clericum *ipſe* ſive *ſui heredes* PRESENTARENT, Abbas Doberanenſis ſepe nominatam eccleſiam in *Racowe* conferre eidem clerico teneretur. Tandem mediantibus Dominis Abbatibus. videlicet C. *de lapide* ſancti Mychaelis, H. *de Dargun* & Ar. *de novo Campo* ceterisque quam pluribus probis viris, talis ex utraque parte compoſitio intervenit: Quod *Abbas de Doberan* iſta vice eccleſiam in Racowe, & primam ſibi quamcumque vacantem, quam prelibatus Ludolfus miles elegerit, ad *voluntatem ipſius Ludolphi* ambas conferet, ſeu ad voluntatem heredum ſuorum, ſi forte, quod abſit, ipſe medio tempore moreretur; Et ex tunc idem Ludolphus atque perpetui heredes ſui *nichil juris* in eccleſia *Racowe deinceps optinebunt*. Tali eciam condicione accedente, quod ſi medio tempore quicunque per *aliquam juris & juſticie ſentenciam* quicquam juris in eadem eccleſia potuerit obtinere, pretaxatus *Ludolphus* miles *atque ſui*, eccleſiam Doberanenſem à talibus indempnem debebunt eximere, & nichil juris ultra in ipſo beneficio vel in alio quolibet ad eccleſiam Doberanenſem pertinente, ſibi

Componit item inter Doberanenſ. & militem de Slavekesdorp agitatam.

Quod miles ob dotem Eccleſ. aſſignatam ſibi vindicat.

Bis exercendum.

Addita renunciatione pro futuro & eventuali indemniſatione.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

sibi poterunt vendicare, clericis eciam resignantibus illa beneficia, si qui aliquam, mediantibus eorum peticionibus, ab Abbate de Doberan sint adepti. In hujus rei testimonium appensione sigillorum videlicet *nostri* & *Lodewici* MILITIS dicti KABOLT; nec non & sepe dicti *Ludolfi*, *militis*, has litteras fecimus communiri. Actum & datum anno Domini CIↃ. CC. LXXX. VIII. In die beate Cecilie virginis.

LXXVII. Literæ Domini Henrici de Werle de proprietate & censu Molendinorum in Gnoyen.

1289. *Henricus de Werle.*

Henricus Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus, qui Christiana professione censentur, litteras presentes cernentibus salutem in omnium salvatore: Acta *nobilium* stabili fide perhennantur, cum propter labilitatem temporis & scrupulum oblivionis litterarum memorie imprimuntur. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos cum consensu & beneplacito *dilectorum filiorum nostrorum* NYCOLAI & HENRICI, omniumque *heredum nostrorum*. nec non de *maturo* providorum *militum nostrorum consilio*, venerabilibus & dilectis nobis *Domino* CONRADO *Abbati totique conventui in Doberan* Molendina nostra, que civitati nostre *Gnoyen* adjacent, hinc & inde *quatuor Glint* habentia, duo Glint *superius*, & duo Glint *inferius*, cum integra *proprietate* & cum omni *utilitate* & *censu* ipsorum, pro *trecentis & decem Marcis* paratorum denariorum *monete de Rozstoc* vendidimus, sine omni *exactione*, *peticione* & *impeticione quolibet*, libera perpetuis temporibus possidenda. Liberam eciam eis dedimus facultatem, ut sit in eorum arbitrio, si eadem Molendina sua COMMUNI JURI *sui*, vel JUDICIO TOCIUS TERRE quod LANTRECHT usualiter nominatur, sive *judicio* & JURI *civitatensium*, quod STATRECHT dicitur, *eligendum decreverint subjacere*. Insuper in eisdem Molendinis habere debebunt *omnem justicium* & *Jus* MORE VASALLORUM *nostrorum*, quod MANRECHT vulgariter appellatur; nullique licebit eosdem in ampne fluminis prefatorum molendinorum aliqua structura molendini superius vel inferius, seu quocumque alio obstaculo penitus impedire. Hoc nimirum addito, si forte processu temporis hereditatem eorundem molendinorum emerint, quod tunc in ipsis locare possunt *conversos proprios* vel *seculares homines*, sicut utilius sibi viderint expedire: Vt igitur hec nostra racionabilis vendicio inconvulsa jugiter perseveret, litteras presentes inde confectas sigillo nostro & *sigillis* prescriptorum *filiorum nostrorum*. Nycolai & Henrici fecimus roborari. Testes hujus rei sunt dilecti *milites nostri*, Tidericus *de* BUREN, Bernardus *de* LEHSTEN, Johannes MOLTIKO, Fredericus *de* KERECDORPE, Godefridus dictus LUCH, Jordanus & Gerardus fratres *de* CROPELYN. Et alii quam plures fide digni, ubi hec agebantur, pariter affuerunt: Acta sunt hec in *Rozstoc* anno Domini CIↃ. CC. LXXX. IX. XII. Kalend. Februarij. Datum per manum MAGISTRI *Arnoldi notarii nostri*.

Consensu filiorum & maturo militum consilio Abbati Conrado vendit Molendina civitatis Gnoyen.

Cum utilitate & censu.

Absque exactionibus.

Sub sigillis filiorum.

Testimonio militum.

LXXVIII. Protestatio consulum civitatis Luneburg super bona nostra ibidem.

1210. *Consulum Luneburgensium attestatum.*

Nos *Johannes Prekel*, ADVOCATUS *in Luneborch*, Albertus *Holle*, Johann. *de Melbeke*, Johannes *Om*, *Herderus*, *Alardus Sciltsten*; Andreas Johannes *Hogeri*, Gerhardus *Garlop*, Heine *Remensnidere*, Johannes *Dicke*, Ludolphus *Hoppensak*, Johannes *Beve*, Thidericus *Burmester*, Ludolphus *Stenbeke* ejusdem consules civitatis recognoscimus presentibus publice protestantes, quod Johannes, filius Bertoldi, *Burgensis noster* unanimi consensu *omnium legitimorum heredum suorum* vendidit religiosis viris Domino CONRADO *Abbati* totique collegio monasterii *in Doberan* unam sartaginem sitam in domo *Vdinge* ad dextram manum, cum ipsa domus subintratur, que Sartago *Gungpanne* vulgariter nuncupatur jure perpetuo possidendam, postposita reclamatione qualibet & exclusa. In prenotata igitur Sartagine Dominus prepositus *majoris ecclesie Verdensis* habet in festo beati Mychahelis duas marcas *jure censuali* sibi annis singulis presentandas. Vt igitur hec emptio & vendicio sive contractus CORAM NOBIS racionabiliter ordinatus, nullius posterorum nostrorum temeritate aut violentia valeat infestari, presentem paginam sigillo nostre civitatis duximus roborandam. Datum *Luneburch* anno Domini CIↃ. CC. XC. in octava apostolorum Petri & Pauli.

Sartaginem Gungpanne.

Salvo jure censuali Præposito Verdensi annuatim competente.

LXXIX. Confirmatio Jarmari Caminensis Episcopi & capituli sui super villas Jezstyn.

In nomine sancte & individue trinitatis amen. 1290. Nos *Jarmarus* Dei gracia *Caminensis ecclesie electus & confirmatus*, universis sancte matris ecclesie filiis in perpetuum. Inter plura humane conditionis infirma memoriam hominum sic fragilem esse constat, ut nec multitudini rerum nec longitudini temporum sufficientem se valeant exhibere. Vnde si qua judicio vel concordia facta & ordinata fuerint, ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, scripturis consuevit autenticis roborari. Hinc est, quod universorum presentium & posterorum noticie supponimus, quod *noster* ac *nostre ecclesie* FIDELIS *ac dilectus Vasallus* Johannes *miles* dictus *Romelo* pro melioratione ac utilitate sua Venerabilibus ac in Christo dilectis. *Domino Abbati totique conventui* Monasterii *de Doberan Cystercienſis Ordinis*, *Zwerinensis Dyocesis*, duas villas in Dyocesi nostra in confiniis civitatis *Colberghe* sitas *Jezstyn* scilicet *majus* & *Jezstin minus*, quas à *nobis* ac *nostra ecclesia Caminensi* tenebat *in* FEODUM, justo precio vendidit cum omni jure & utilitate, que eidem Johanni in prefatis villis competere videbantur. Hoc adjecto, si huic vendicioni sive contractui *nostrum* de voluntate nostri capituli ASSENSUM *adhiberemus* simul & *consensum*, PROPRIETATEM FUNDI *villarum* jam nunc dictarum ipsi monasterio ac fratribus de Doberan *pure* ac *libere* conferendo. Sane ad frequentem instantiam dilecti nostri ac ecclesie nostre *vasalli* Johannis jam dicti, & propter ipsius necessitatem, melioratio-

Jarmarus Episc. Caminensis approbat & confirmat.

fidelis Vasalli militis Romelo venditionem

Villarum duarum Jestin. ecclesiæ Caminensi feudorum.

Petente venditore Vasallo.

nem

nem ac profectum, requisito eciam nostri capituli consilio & habito pleno consensu, venditioni jam dicte consensimus & consentimus, *proprietatem fundi villarum antedictarum* Jezstyn majoris & Jezstyn minoris cum omnibus suis attinenciis, silvis, agris cultis & incultis, stagnis, aquis, piscationibus & molendinis, aquarumque decursibus, cum terminis quos nunc habent, & infra terminos quos ab antiquo habuisse dinoscuntur, cum quibuslibet utilitatibus que nunc sunt & adhuc ibidem provenire poterunt, cum integra decima *majori* & *minori* & *omni judicio manus* & *colli pleno jure*, prefato Monasterio ac fratribus de Doberan pure & libere damus & irretractabiliter confirmamus. Ita ut homines in eisdem bonis commorantes sive *proprii* ipsius monasterii *conversi* fuerint, sive *alii seculares liberi* sint & *exempti*. ab omni *onere advocatie*, *thelonei solutione*, *vectigalium amministracione*, *poncium positione*, *urbium edificatione*, *aggerum exstructione*, *angariis* seu *perangariis* & OMNI *prorsus* PREGARIA SEU *exactione* ita ut nulli, preterquam Deo & suis Dominis fratribus, videlicet Doberanensibus, debita servicia solvere teneantur, nisi forte *pro terre defensione*, si eam, quod absit, *inimicus* contigerit introire; nec quemquam super se habebunt *advocatum* vel *judicem*, nisi Abbatem de Doberan, vel cui ipse vicem pro se commiserit judicandi. Indulgemus eciam omnibus hominibus in eisdem bonis commorantibus, ne ad *provincialia* vel *generalia terre nostre placita* que vulgo LANTDINC vocamus, sint astricti, sed *in dictis bonis* sua *generalia* seu *singularia placita*, pro loco & tempore, secundum quod ipsis visum fuerit expedire. Non autem licebit ipsis fratribus premissa bona *alicui seculari principi aut baroni infeodare*, *vendere* vel in *concambium* pro bonis aliis *permutare*, quia hoc in *magnum ecclesie Caminensi detrimentum* posset cedere & gravamen. Si vero alicui *militi* seu *alteri mediocri persone cujuscumque condicionis* ea decreverint *infeodare*, *vendere vel permutare* hoc ipsorum relinquimus potestati. Hoc eciam addito, quod *jus patronatus ecclesie in Jestyn* cum talibus, que ad eam pertinent aut ex *privilegio* aut *ratione antiquitatis*, spectet *ad Abbatem de Doberan*, qui ad eam, quociens vacaverit, personam ydoneam *presentabit*. Ceterum concedimus & permittimus eisdem *Abbati* & *conventui de Doberan ac successoribus earundem*, nostre ac successorum nostrorum nomine, ambabus villis supra dictis cum omnibus attinentiis suis libere uti, eas possidere pacifice jugiter & quiete. Dantes eis plenam ac liberam potestatem *ordinandi* ac *disponendi* de supradictis villis ad usus suos, sicut eorum placuerit opcioni. Ad quorum omnium evidenciam cerciorem paginam presenten inde conscriptam damus ipsis fratribus in Doberan, sigillis nostro videlicet ac capituli nostri communitam. Testes omnium horum sunt inprimis *Domini* & *canonici* nostri in ecclesia nostra Caminensi, Lampertus *prepositus*, Johannes *decanus*, Wizlaus *custos*, Gerhardus *scholasticus*, Johannes *de Goriz*, *cantor*, Frederícus *de Vincelburg*, *vice Dominus*, Johannes *de Warburg* clerici; Item Dominus WIZLAUS *Princeps Ruyanorum*, Otto *Comes de* EVERSTEIN, Reynwardus *de* PERNIZ, Johannes *de* OST, *marscalcus*, Reymarus *de* WACHOLT, Detlevus de ZIECEN, milites, & quidam consules *civitatis Colberge* & alii quam plures fide digni. Datum anno incarnati verbi. CIↃ. CC. XC. Nonas octobris. Indictione tercia. concurrentes. sexto. epacta septima.

Proprietatem fundi villarum feudalium

transfert in Monasterium Doberanense.

Cum omni decima. Judicio manus & colli.

Princeps Ruygie. *Comes.* *Marescballus Milites.* *Consules.*

Excentione ab advocatia, officiis, servitiis.

Omni onere precarie.

Excepta terre defensione.

Indultâ etiam excentione à jure provinciali seu generali terre.

Concessoque usu juris communis vel singularis Abbatie Doberan

A quibus distinguntur milites, mediocres persone.

Accedunt jura Patronatus.

Testes Canonici & Clerici

LXXX. De servicio annuali quod sit semper in prima Dominica Adventus Domini pro Domino Thiderico plebano de Plawe.

1291.

Universis Christi fidelibus litteras has inspecturis, frater HILDEWARDUS dictus, ABBAS *Monasterii de Doberan* felicitatem in Domino sempiternam: Magnis & multis incommodis occurritur, cum res gesta scriptis autenticis commendatur, ut hominum quandoque deficiente memoria scriptura testimonium perhibeat veritati. Hinc est, quod tenore presencium notum fieri cupimus universis tam presentibus quam futuris, quod Deo devotus & nobis dilectus honorabilis Dominus *Thidericus*, *plebanus de Plawe* & *prepositus* in *Rune* cupiens seminare in terris, quod cum multiplicato fructu colligere valeat in celis, contulit ecclesie nostre *ducentas* & *sexaginta denariorum monete Rozstoccensis marcas* sub tali forma, ut ipsi provide viginti sex marcas denariorum ejusdem monete in festo sancti Martini annis singulis demus *indilate*. Ex quibus tamen *quinque marcas*, nobis dereliquit, quas in *annuum servicium* conventui nostro consignavit, quod faciet *camerarius* jure perpetuo in *prima Dominica adventus Domini*, ut memoria prefati Domini & dilecti nobis Thiderici plebani in Plawe nec non prepositi in Rune in benedictione apud posteros nostros habeatur. Reliquas vero videlicet viginti & unam marcas denariorum sibi reservavit, dandas eidem, *ab ecclesia nostra* quoad vixerit in festo sancti pretaxati. Cum vero prenominatus Dominus Thidericus plebanus in Plawe & prepositus in Rune debitum carnis exsolverit quindecim marce *reddituum suorum* supradictorum ad nos absolute revertentur, relique vero sex marce stabunt, quarum quinque cedent perpetuo *domui* HOSPITUM ad sustentationem pauperum, sexta autem quinque marcis addetur, quas supra posuimus, ex quibus habemus servicium in prima Dominica adventus Domini ex parte sua per camerarium nostrum amministrandum. Tali nichilominus condicione accedente, ut si idem Dominus Thidericus *plebanus* de Plawe devocionis causa in *seculari habitu* apud nos habitare voluerit, ipsum recipiemus, & sibi in aliqua *mansione honesta* & *competenti* providebimus ministraturi eidem & *famulo* sibi servienti *panem*, *cervisiam*, *sal* & & *ligna*, sicut quondam *familiari* nostro *Johanni* de *Brunswich* sunt hec omnia amministrata. In piscina quoque *ante portam claustri* sita, piscaturam liberam optinebit, hoc quidem premisso, ut, quando modo prelibato ad nos

Hildewardus Abbas Doberan. communit donationem 260. marcarum redituum.

Quas dedit Plebanus de Plawe,

ecclesiæ Doberan. sine mora & dilatione solvendas.

Pro annuo servitio ipsi à Camerario præstando.

Sibi viventi reservatis XXI. *marcis,*

distribuendis, post obitum ipsius.

Inter monast. & domum hospitum.

Offertur donatori habitatio apud Doberanenses.

Ejusque famulo.

declinare voluerit, si in festo sancti *Mychahelis* venire decreverit, in precedenti festo *Pasche* det nobis *quinquaginta marcas denariorum*, vel easdem marcas, si in festo Pasche venire desiderat, nobis in antecedenti festo Mychahelis dare tenebitur expedite. Ad cujus rei evidentiam presentem paginam inde conscriptam ipsi tradidimus sigillo nostro communitam. Testes hujus sunt Johannes *Prior*, Johannes *cellerarius*, Dominus GEORGIUS *quondam* ABBAS *Domus nostre*, Henricus *camerarius*, Wulffhardus *magister hospitum* & alii fide digni. Datum anno Domini. CIↃ. CC. XC. I. In die Margarete Virginis & Martyris.

Præstitis tamen præstandis.

Testes, inter quos est Georgius, quondam Abbas Doberan.

LXXXI. Literæ (*) Domini Nycolai de Werle de censu & de proprietate medie partis Molendini in Guzstrowe.

1292. *Nicolaus de Werle* In nomine sancte & individue trinitatis amen: *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus hanc litteram visuris salutem in Domino sempiternam. Quoniam rerum gestarum ordinatio per revolutionem temporum a memoria labitur hominum cautum est & utile ut per scripture testimonium arcius memorie inprimatur. Hinc est quod ad posterorum noticiam cupimus litteris presentibus pervenire, quod nos de maturo *fidelium militum* nostrorum consilio cum consensu nostrorum *fratrum Guntheri* & *Johannis* ceterorumque *omnium fratrum atque coheredum nostrorum* proprietatem medie partis Molendini in *Guzstrowe* censumque ejusdem annuum, videlicet quinquaginta tremodia *brazii ordeacii*, & quinquaginta tremodia *brazii avenatici* cum captura anguillarum & piscationibus, que fieri possent retibus, que dicuntur *Stokenet* & *Worpenet* vendidimus pro *quadringentis marcis* (**) puri argenti & pro *quinquaginta marcis* denariorum LUBICENSIUM nec non pro *decem marcis* denariorum SLAVICALIUM Venerabilibus Domino HYLDEWARDO *Abbati* totique conventui *in Doberan* in liberam & perpetuam possessionem. Ita ut non liceat nobis neque heredibus nec successoribus nostris censum ejusdem Molendini occupare, minuere vel mutare, salvis nichilominus aliis ipsius molendini libertatibus remanentibus, quas ipsi firmiter servare debebimus & ab aliis defendere & tueri. Scilicet, ne quis in ampne fluminis, quo prefatum agitur molendinum sursum vel deorsum nec extra ipsum amnem ad miliare superius vel inferius aliquod ex novo construat molendinum, nec ipsum ampnem, in quantum idem molendinum impediat, permittetur aliquis occupare. Liberum erit insuper eisdem fratribus de Doberan totum ejusdem molendini *censum sine theloneo*, quocumque maluerint libere *deducere*, vel in quemcumque usum sibi magis utilem *commutare*. Nullus eciam Molendinariorum extra civitatem Guzstrowe longe vel prope residentium, in civitate predicta *annonam afferre* & *extra civitatem molendini causa* debet deducere ad suum vel alterius molendinum. Ceterum predicti fratres in Doberan habebunt jus & judicium in eodem Molendino sicut habent *vasalli nostri* in bonis suis scilicet ad *sexaginta solidos*: si autem majores excessus cujuscumque generis ibidem contingerint, de quibus forsitan plus est dandum, inde nos duas partes tollemus, & Doberanensis ecclesia partem terciam retinebit. Insuper ijdem fratres de Doberan habebunt liberam facultatem *proprietatem hereditatis* ejusdem *molendini emere* & *aliquem de eorum fratribus* ibi preficere, vel idem molendinum vel censum ejusdem, sicut à nobis emerunt, aliis si ita maluerunt, possunt vendere vel eciam pro debitis obligare. Nullam eciam in molendinarios ejusdem molendini, *postquam* Doberanensis ecclesie *hereditatem ipsius* emerit, *exactionem precariam* seu quamlibet aliam neque nos neque nostri posteri faciemus. Preterea *proprietatem* MEDIE *partis* sepedicti Molendini in Guzstrowe, quam *patruus noster* pie memorie quondam Dominus *Henricus de Werle* prememoratis fratribus in Doberan vendidit, eis & Monasterio Doberanensi, sicut & *eam partem* per nos personaliter venditam, in perpetuam & quietam possessionem nostro ac omnium coheredum successorumque nostrorum nomine confirmamus. In omnium premissorum firmum & evidens testimonium presentes litteras conscribi & appensione nostri sigilli fecimus communiri. Testes hujus rei sunt inprimis Wolphardus *cellerarius*, Henricus *camerarius*, Johannes *Magister hospitum*; Johannes *infirmarius*, Bertoldus *Subcellerarius*, hij *Monachi* & tunc *officiales in Doberan*; Item testes sunt *fideles* & *delecti* MILITES *nostri istius facti precipui* PROMOTORES *Nycolaus* dictus HANE, Johannes MOLTIKO, Fredericus *de* KERCDORP, Johannes & Bernardus *de* BELYN, fratres Hermannus MUSTICO, Mathias KETHELHOT, Conradus BUNO, Conradus de CYSENDORP, & plures alii fide digni. Acta sunt hec anno gracie CIↃ. CC. XC. II. Kalendas Augusti XVI. Indictione quinta concurrente secundo, Epacta nulla. Datum *Guzstrowe* per manum Domini *Johannis* dicti *de* RETZE *notarii & capellani nostri*.

è militum consilio & fratrum consensu

pro 460. marcis denar. Lubecensium

& Slavical. Hyldewardo Abbati.

Cum antiquis libertatibus.

Et facultate emendi heredi tatem molen dini, vulgo Erbkauf.

Testes Mo chi & offic les Dobera

(*) Quarum tenor ad verbum fere convenit cum charta venditionis *Hinrici de Werle*, quam vide supra *ad a. 1280.*

(**) In charta Hinrici: pro *mille* marcis & *quinquaginta* marcis denariorum *Slavicalium*. Quod quidem pretium solutum est pro *prima dimidia parte* molendini. Alteram dimidiam ejusdem Molendini Nicolaus nunc vendit monasterio.

LXXXII. Confirmatio Domini Nycolai de Werle super molendino in Guzstrowe quod sit positum ad Statrecht.

1293. *Nicolaus Werle exim molendinum Guztrovien*

Nycolaus Dei gracia *Dominus de Werle* omni generationi in perpetuum: Multis ac magnis incommodis occurritur, dum res gesta racionabiliter ad conservandam perpetuam ejusdem geste rei memoriam scriptis autenticis commendatur. Vnde ad cautelam futuri tem-

temporis in perpetuum tenore presentium recognoscimus protestantes, quod nos molendinum in civitate nostra *Guzstrowe*, quod *à retro actis* TEMPORIBUS hactenus subjacuit COMMUNI JURI TERRE, quod *Landrecht* dicitur, statuimus & confirmamus ex hoc, nunc deinceps JU'RI CIVITATIS quod *Statrecht* vocatur, perpetuis temporibus irrefragabiliter subjacere. Hoc eciam addito, quod ipsum Molendinum & homines in ipsius molendini *hereditate* manentes ab omni gravamine, *exactione* & *peticione* DOMINORUM, *qualiscumque* IN TERRA *fuerit*, liberi debebunt esse penitus & exempti. Pro hac ejusdem molendini juris *permutatione* & *melioratione* ac *eciam libertate* Venerabiles & dilecti nobis Dominus HYLDEWARDUS *Abbas* totusque conventus Monasterii *de Doberan* dederunt nobis *centum Marcas denariorum* in parato. Pro quibus centum Marcis quicunque in *hereditate* & *possessione* predicti Molendini fuerit, ultra *consvetam* & *annuam pensionem*, videlicet centum *tremodia brazii ordeacei* & centum *tremodia bracii avenatici* Doberanensi ecclesie decem Marcas denariorum *monete de Rozstoc*, quinque Marcas scilicet in festo Pasche, & alias quinque Marcas semper in festo beati Michaelis, QUOCUMQUE CASU *vel eventu interveniente* dabit annis singulis expedite. In omnium premissorum testimonium presentes littere sigilli nostri robore muniuntur. Testes hujus actionis nostre sunt in primis Dominus *Lodevicus*, *prepositus sanctimonialium* sancte crucis *in Rozstoc*, Dominus *Arnoldus* plebanus ecclesie sancti Petri *in Rozstoc*, Dominus Johannes *de* RETZE *capellanus* & NOTARIUS *noster*, *Clerici*; Item *milites*, videlicet Dominus *Johannes* MOLTIKO; Dominus *Conradus* MOLTIKO, Dominus Fredericus *de* KERECDORP, Dominus Egkehardus *de* ECSEN & frater suus Dominus Henricus cum aliis pluribus fide dignis huic actioni nostre principaliter affuerunt. Actum & datum *Rozstoc* anno Domini CIↃ. CC. XCIII. Kalendas Augusti tercio.

Exemptum ab omni beda denariorum,

pro solutis 100. Marcis denarior.

Et solvenda annua pensione

Testes Clerici inter quos est Notarius de Retze.

Milites.

LXXXIII. Literæ Romelo super vendicione Jezstyn cum pleno jure & judicio.

1293. *Joannes miles de Romelo.*

Vniversis qui Christiano censentur vocabulo litteras presentes visuris Ego *Johannes* MILES *dictus* ROMELO salutem, quam repromisit Deus diligentibus se. Cum generatio pretereat & alia subsequatur in singulis successionibus, plura piorum facta velut incognita deperirent, nisi vocabuli scripturarum indicio ad subsequentium noticiam devenirent. Tenore igitur presentium publice recognosco, notum fieri volens tam presentibus quam futuris, quod ego *cum amicis & heredibus meis* videlicet cum Domino *Jacobo Borke*, nuncupato *genero meo*, & cum fratre suo *Nycolao* simul & cum *genero meo* Domino *Vedanto*, nec non cum dilectis *filiis meis Egberto*, *Zabello* & *Johanne*, prehabito maturo consilio istorumque omnium ceterorumque amicorum & heredum meorum assensu atque beneplacito *requisito* ad hoc pariter & *optento*, Venerabilibus in Christo dilectis Domino Abbati totique conventui Monasterii *de Doberan Cystercienſis Ordinis*, *Zwerinensis Dyocesis*, duas villas meas *Jezstyn* videlicet *majorem* & *Jezstyn minorem* nominatas, cum pleno jure & *toto* prorsus *judicio*, cum omni nichilominus utilitate. que nunc est in eisdem villis vel *accrescere* poterit in futurum, pro *mille* & *nongentis* & *XX quinque marcis denariorum* integraliter vendidi, perpetuo pacifice & libere possidendas; Et ut in hoc contractu *Doberanensis ecclesia* indempnis jugiter conservetur, Ego & prenotati amici mei Dominus Jacobus dictus *Borke* & frater suus Nycolaus dictus *Vedante* atque filii mei Egbertus, Zabellus & Johannes simul in hys scriptis *nostro* ac *nostrorum* quoque *successorum* & *heredum* nomine, omni juri, quod SINGULIS NOBIS vel *alicui* ex *nobis singulariter* nunc competit in eisdem villis, vel quocumque modo competere posset, deinceps renunciamus, volentes, ut Doberanensis ecclesia easdem villas cum omni integritate & attinentiis suis quibuslibet. optineat *nunc* & *semper*. Super quo, ne ullum apud posteros, quod absit, suboriri possit dubium, presens pagina inde conscripta. propter majorem omnium ante dictorum evidenciam meo sigillo & sigillo Domini Jacobi Borken nec non sigillo Domini Vedanten firmiter communitur. Testes hujus actionis sunt in primis Dominus HILDUARDUS *Abbas in* DARGUN, Dominus WICHARDUS *Abbas in* BVCOWIA, Item Dominus *Johannes* prepositus ecclesie *Colbergensis*, Ibidem Dominus Henricus *canonicus* & quondam prepositus *Monasterii sanctimonialium apud Colberge*, Dominus Engelbertus *plebanus in Gezstyn*, clerici; Item Dominus Thetlewus *de* SLECEN, Dominus Vlricus & Dominus Fredericus fratres dicti de BEVENHUSEN, *milites*: Item *Sulizlaws* dictus MOLTOWE, Henricus dictus KARTLOWE *armigeri*; Item Wicboldus & Jachin *Burgenses* in Colberge cum pluribus aliis fide dignis, qui ubi hec acta sunt pariter affuerunt. Datum anno Domini CIↃ. CC. XC. III. Idus Augusti.

Vendit Doberanensibus duas villas Jezstin.

Quibus renunciant sigillatim successores & hered.

Testes Abbas Dargun. & Bukovienſis.

Clerici.

Milites.

Armigeri.

Burgenſes.

LXXXIIII. Protestatio civitatis Guzstrowe super molendino nostro ibidem.

Omnibus presens cernentibus scriptum *Consules* civitatis *Guzstrowe* cuncte felicitatis augmentum: Presenti tenore testimonium perhibemus, quod DOMINUS *noster* NOBILIS *Dominus* NYCOLAUS *de* WERLE molendinum intra nostram civitatem situm, quod hactenus JURI TERRE quod vulgariter *Landrecht* dicitur subjacuit, *Juri civitatis* quod *Statrecht* vocatur subjecit, & litteris sigillo suo communitis confirmavit perpetuis temporibus irrefragabiliter subjacere; addidit eciam, quod ipsum molendinum & homines, quorum ipsius molendini fuerit hereditas, ab omni gravamine, *exactione* & *peticione dominorum*, *qualiscumque in terra fuerit*, liberi debebunt

1293. *Consules civitatis Guzstrovienſis testantur jura molend. ibidem.*

Non juri terræ

sed civitatis subjecti.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

esse penitus & exempti. Pro hac ejusdem molendini juris permutatione & melioratione ac eciam libertate Venerabilis Dominus HILDEWARDUS *Abbas* totusque conventus monasterii de Doberan dederunt eidem Domino nostro Nycolao de Werle centum marcas denariorum in parato, pro quibus centum marcis, quas expenderunt, quicumque in *hereditate & possessione* predicti molendini fuerit, ultra consvetam & annuam pensionem, videlicet ultra centum tremodia bracii ordeacei, & centum tremodia brazii avenatici, *Doberanensi ecclesie* decem marcas denariorum monete de Rozstoc, scilicet quinque marcas in festo beati Mychaelis, & alias quinque marcas semper in festo Pasche, quocumque casu vel eventu interveniente, dabit annis singulis expedite. In hujus protestationis nostre signum civitatis nostre sigillum huic scripto duximus apponendum. Datum *Guzstrowe* anno Domini CIↃ. CC. XC. tercio. In die INVENTIONIS RELIQVIARUM beati protomartyris *Stephani*.

LXXXV. Item protestatio civitatis Guzstrowe super proprietate molendini ibidem.

1293. *Consulum in Guzstrowe testimonium*

de proprietate molendini hereditaria.

Omnibus presens scriptum cernentibus consules civitatis *Guzstrowe* cuncte felicitatis augmentum: Presenti tenore testimonium perhibemus, quod HONORABILIS *Dominus* HILTWARDUS *Abbas Doberanensis* emit à NOBILI *Domino Nycolao de Werle* proprietatem molendini in Guzstrowe in hunc modum, quod *hereditas* ipsius molendini *ab omni peticione dominorum*, QVALISCUMQVE *in terra fuerit*, sit libera & exempta, nec teneatur *juri terre* quod vulgariter *Landrecht* dicitur, sed *juri* de cetero subjaciat *civitatis*; pro quo Domino Abbati ille, cujus fuerit hereditas dicti molendini, *ultra solitam pensionem* scilicet CC. tremodiorum redditus, decem marcas denariorum singulis dabit annis. In cujus protestationis signum nostre civitatis sigillum huic litere duximus apponendum. Datum *Guzstrowe* anno Domini CIↃ. CC. XC. tercio. In die felicis *Simplicij*. & *Faustini* martyrum.

LXXXVI. Privilegium Domini Nycolai de Werle super judicio in Solgelyn.

1294. *Nicolaus Dn. de Werle*

Matris & confessoris consilio

In nomine sancte & individue trinitatis amen: *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omni generationi in perpetuum: Quum omnes ante tribunal Christi stabimus, reddituri rationem de operibus nostris, que gessimus in corpore, sive fuerint bona sive mala, necessarium est unicuique sibi per eleemosinarum remedia pro peccatis veniam, pro terrenis celestia commutare. Et quia suis spaciis transeunt universa & labilis est hominum memoria, oportunum videtur, si qua volumus ad posterorum noticiam transmittere, ut scripturarum testimonio perhennentur. Notum sit igituruniversis, litteras presentes visuris, quod nos de *matris nostre dilecte & confessoris nostri* salubri consilio ac maturo, pro remissione omnium peccaminum nostrorum & pro salute nostra nec non omnium *progenitorum* ac *heredum nostrorum*, tam eorum qui nunc vivunt vel adhuc *futuri sunt*, quam illorum, qui jam Deo spiritum reddiderunt, ad honorem omnipotentis Dei ac gloriossime virginis Marie, cujus protectioni committimus nos & nostra, Ecclesie Doberanensi & fratribus inibi Deo servientibus nunc & in perpetuum servituris, villam *Zolghelyn* in TERRA *Plawe* sitam donamus, cum omni jure ac PLENARIO *judicio colli sive manus* quiete ac pacifice absque omni *inquietudine advocatorum quorumcumque* vel *judicum* perpetuis temporibus possidendam. Ita ut eadem villa Zolghelyn & homines inibi commorantes nullum super se habeant advocatum vel judicem nisi *abbatem de Doberan*, cujus erit ibidem omnis *judiciaria potestas* in *omni causa*, vel cui ipse vicem pro se commiserit judicandi. Ceterum confirmamus eandem villam *Zolgelin* predicte Doberanensi ecclesie in perpetuam possessionem cum silvis, pratis, pascuis, campis cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, viis ac semitis cum terminis & intra terminos, quos habuit *ab* ANTIQVO. Vt igitur super premissis nulla possit ambiguitas imposterum suboriri, quod absit, presentes litteras inde conscribi fecimus & sigilli nostri nunimime roborari. Testes hujus rei sunt inprimis Dominus Thidericus *plebanus in Plawe*, Dominus *Johannes plebanus in Teterowe capellanus & notarius noster*, clerici; item Dominus Johannes *de* LEVETZOWE, Dominus Johannes *de* BELYN & frater suus Dominus Bernardus *de* BELYN, Dominus Johannes *de* GOLSTEDE, Dominus Fredericus *de* KERECDORPE, hii *milites* cum pluribus aliis fide dignis diversi generis hominibus, ubi hec ordinata sunt, pariter affuerunt. Acta sunt hec in civitate *Rozstoc* Anno Dominice incarnationis CIↃ. CC. Nonagesimo quarto, Kalendas Augusti duodecimo. Datum per *manum* prelibati Domini Johannis *plebani in Teterowe, capellani* tunc & *notarii nostri*.

pro salute heredum tam viventium quam nondum existentium,

Ecclesiæ Dob. donat villam Zolghelin terræ Plawe. Eamque subjicit jurisdict. Abbatis Dob.

Test. Plebanus

Capellanus & Notarius.

Milites de Levetzow, Belin, Goltstede &c.

LXXXVII. De permutatione ecclesie Parkentyn & Slone Godefridus Episcopus Zwerinensis.

1294. *Godefridus Ep. Cwerinens. Ioanni Abbati Dober. impertit facultatem permutandi eccl. Parkentin & Slone. utiliter.*

Godefridus Dei gracia *Episcopus Cwerinensis ecclesie* Viro *Religioso* & *honesto* JOHANNI *Abbati de Doberan*, salutem in Domino: Cum ecclesiarum profectibus, quantum possumus consulere teneamur, Ob hoc, ut ecclesiarum PARKENTYN videlicet & *Slone* nostre Dyocesis provideatur *utilitatibus*, permutationi earundem, dummodo tamen fiat *racionabiliter*, consensum nostrum duximus adhibendum. Datum *Butzowe* proxima quarta feria post festum omnium sanctorum, sub anno Domini CIↃ. CC. XC. quarto supra scriptum approbamus profectibus.

LXXXVIII. Privilegium Domini Reddagi de mansis liberis & censualibus & de quibusdam redditibus nostris in Frinholte.

1296. *Reddagus miles Eccles. Doberan. donat mansos liberos & censuales in Frinholte decimas*

Reddagus miles commorans *in Rybeniz* habet duos *liberos mansos* in *Frinholte* ab ecclesia Doberanensi. & duos *mansos* CENSUALES in eadem villa. post mortem ejusdem Reddagi tollet annuatim ecclesia Doberanensis dimidium censum cum dimidia decima tam *majore* quam *minore* de eisdem quatuor mansis. Insuper continentur *quinque*

Quinque Cotas cum tribus pullis fumosis.

que *domuncule* in eisdem quatuor mansis Domini Reddagi, que *Coten* dicuntur, de quibus habebit ecclesia Doberanensis *tres pullos*, qui *Rokhönere* dicuntur, & dimidiam minutam decimam. Item *Thidericus Avebrot* sedens infra silvam & quatuor mansos Redagi dabit annuatim quindecim modios siliginis & *duorum dierum servicia*. Insuper juxta eundem Thidericum jacent *tria jugera*, de quibus tollet ecclesia decimam. Item in superiori parte. IV. mansorum Reddagi *Reynerus* & *Yde* extra illos IV. mansos habent *nonale*, unde dabunt *duodecim pullos*. Item Radolf socer Bertoldi dictus *Hoghen*, qui moratur in domo sita in quatuor mansis Reddagi, dabit decimam minutam integram, & hoc ex parte mansi, quem colit. Item *Bertoldus Hoghe* dabit quinque modios siliginis & sex pullos de *Overlande* excepto manso suo. Insuper in alia parte mansorum Reddagi sunt octo mansi, de quibus dabunt decimam majorem & minorem & unusquisque mansus I. solidum. Item in extrema domuncula, que *cote* dicitur juxta *Henricum Telekowe* sitam, habebit ecclesia Doberanensis XII. pullos. Preterea quicumque habet *Coten* dabit de eo unum pullum, qui *Rockhobn* dicitur & minutam decimam. Insuper ego Reddagus confero ecclesie Doberanensi quicquid juris habui in eadem villa *Frinholte*, speciaLiter pro denariis meis comparatum. Item de silva sciendum, qui *Heynolt* dicitur, foveri conservare ac tueri tenetur ad usus civium & ad edificia reparanda. Acta sunt hec in *Frinholte* Anno Domini CIↃ. CC. XC. VI. Presente Domino Gherhardo *de Molne* & fratre *Arnoldo de Gollaria* & *uxore nostra* Domina Rikece, Nycolao *Havenich* & Henrico *filio fratris Reddagi* & presentibus CIVIBUS *tocius ville Frinholte*. Vt autem hec mea ordinatio rata & inconvulsa permaneat testimonio sigilli nostri feci perhennari.

XV. modios siliginis & duorum dierum servitia.

XII pullos ob agros vocales.

Unum pullum de quatis cotis.

Cum omni jure & dominio ville Frinholte.

Heynbold filius.

Præsentibus civibus ville.

LXXXIX. Confirmatio consulum civitatis Luneborch super permutatione quadam.

1296. *Consulum Luneburgensium testimonium*

Nos consules civitatis *Luneborch* Joh. *de Melbeke*, Thider. *Zabel*, *Verdewardus*; *Andreas Adelolfus*, Nycolaus *de molendino*, *Thidericus Volcmari*, Joh. *Beve*, Johannes *Albus*, Hartwicus *Volcmari*, Thidericus *de Cunis*, Albertus *Holle* junior, Tenore presentium recognoscimus publice protestantes quod venerabilis Dominus JOHANNES *Abbas in Dobberan*. venit ad nostram presentiam recognoscens manifeste se unanimi consilio & consensu conventus sui super molendino suo habito. ac sito extra civitatem *Plauue* permutation. inisse cum venerabili Domino ARNOLDO *Abbate in novo campo* ac suo conventu. pro dimidia Sartagine libera apud nos habita cum suo dominio libero in Salina Luneborch in domo que vocatur *Derntsinghe* ad sinistram manum cum itur in ipsam domum in Sartagine de *Gungpanne* vulgariter nuncupatur, ita ut prehabitum molendinum cedat ecclesie & conventui in *Novo campo*; memorata vero dimidia Sartago cum suo dominio cedat ecclesie & conventui in *Doberan* ordine e converso libere ac jure perpetuo possidenda, utraque bona ab *angariis*, *exactionibus* & *peticionibus quibus libet* libera *penitus* & *exempta*. In premisse permutationis evidentiam, testimonii pleniorem presentem litteram prenominato domino Johanni Abbati in Doberan ac suo conventui sigillo nostre civitatis dedimus insignitam. Datum *Luneburgh* anno Domini. CIↃ. CC. XCVI. In die sancti Nycolai confessoris atque pontificis.

de permutatione inter Abbates Dober. & novi campi facta.

Super molendino Plauensi. Ac dimidia Sartagine Salina Luneburg

Quam exemptime ab angariis & bedis.

LXXXX. De Concambio & permutatione molendini, que jacet extra civitatem Plawe quod datum est pro dimidia Sartagine in Salina Luneborch.

1296. *Arnoldus Abbas novi campi tollit discordiam molendinorum Plawensium.*

Vniversis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Frater ARNOLDUS dictus *Abbas Novi campi* salutem in Marie virginis filio glorioSe: Notum facimus presentibus & futuris, quod nos matura deliberatione prehabita cum consensu conventus nostri ob perpetuam tollendam discordiam, quam inter nos & conventum nostrum ex parte una & inter venerabilem Dominum *Abbatem de Doberan* & suum conventum ex parte altera exoriri presumebamus ex disceptatione molendinariorum, nostri videlicet *intra menia* civitatis *Plawe* siti, & sui *extra menia* ejusdem civitatis commorantis, quandam permutationem fecimus cum venerabili Domino JOHANNE *Abbate Doberanensi*, ita ut ipse nobis & ecclesie nostre eadem libertate utilitate & fructu perpetuo possidendos contraderet, quo ipse hactenus possederat omnes redditus molendini extra muros civitatis Plawe siti, videlicet tredecim tremodia & tres modios siliginis, Tredecim tremodia & tres modios *brasii ordeacei* cum *tribus marcis denariorum* SLAVICALIUM, pro quibus redditibus nos ex beneplacito & consensu conventus nostri assignavimus dimidiam Sartaginem liberam apud nos habitam cum suo dominio libero *in Salina Luneborch* in domo, que vocatur inferior *Derntsinghe* ad sinistram manum, cum itur in ipsam Domum in sartagine, que Gungpanne vulgariter nuncupatur, sepe dicto Domino Johanni Abbati & conventui suo de Doberan in restaurum libere perpetuo possidendam. In cujus rei certitudinem ampliorem presentem cedulam sigillo nostro nec non venerabilium patrum Dominorum Abbatum *Dirhmari de Colbaz*, Johannis *de Dargun*, Henrici *de Hylda*, Henrici de sancto Nycolao *in Hidense*, qui huic ordinacioni & permutationi intererant, fecimus sigillis communiri. Testes hujus sunt fratres Henricus PRIOR, Henricus CELLERARIUS, Johannes SUPPRIOR, Gerhardus BURSARIUS, Petrus CAMARARIUS, Hermannus SCRIPTOR, Nycolaus *de Bart*, Gerhardus MAGISTER OPERIS. Datum *Dargun*. anno Domini CIↃ. CC. nonagesimo sexto. In vigilia beati Jacobi apostoli.

Initque cum conventu Dober. permutationem.

Ad Doberan. vero transfertur sartago dimidia in Luneborg.

Præsentia Abbatum.

Testimonium fratrum.

XCI. Confirmatio civitatis Colberge super quadam compositione Rusticorum in Fezstin, qui Nicolao damnum dederant in frugibus.

1296. *Consulum Colbergens. testimonium*

Vniversis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Consulum in *Colberg* universitas salutem in Christo Jesu. Sepius elabitur â memoria quod nec scriptis nec viva voce testium fuerit eternatum. Qua propter notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod inito Domini Frederici *militis de Bevenbusen* pariter & discretorum nostrorum *Burgensium* consilio maturo, Dominus & frater *Olricus Ordinis Cystercienfis* PLEBANUS

quod è consilio militis de Bevenbusen &

civium Colbergenſ. inita ſit.

Concordiæ ſona, Verſöhnung, inter Olrici plebani & proviſoris in Borke ruſticos villarum Feſtin Et Nicolaum de Feſtin.

Cui indemniſationis loco datur veſtis duplicata.

Item Reimaro ab Hagen tunica ſimplex

Sigillis civitatis & militis.

BANUS in *Borke* & VILLE PROVISOR amicabilem iniit compoſitionem & *concordie* SONAM ex parte ſuorum *ruſticorum* vel *civium* in hys duabus villis, ſcilicet *antiquo* & *magno*, *novo* & *parvo Veſtin* commorantium, cum Nycolao dicto *de Veſtin*, talem videlicet, quod idem frater Olricus pro omni dampno quod prefati cives & ruſtici eidem Nycolao in ſuis commiſerant & fecerant *frugum meſſibus* & *annona*, unam *veſtem duplicem* & *tunicam ſimplicem* & *marcas denariorum ſex*, ſed *Reymaro de* INDAGINE ejuſdem Nycolai ſororem habenti unam tunicam ſimplicem, quam ſibi Dominus & frater Arnoldus & frater Theodoricus. promiſerant. erogabat. & ita inter prefatos villarum incolas & ſimiliter prenominatum fratrem *Olricum*. & *ſuam eccleſiam* ex una, & inter ſupra dictum *Nycolaum* parte de altera facta eſt cauſa ſopita & ex toto terminata. Pro hac autem concordia & cauſa, que *Lentſacke* dicitur in communi parte *ex utraque* firmiter & *perpetuo* tenenda, FIDEJUSSERUNT hy, ſcilicet ipſe Nycolaus & prefatus Reymarus habens ejuſdem ſororem & Theodericus *Beſe de* INDAGINE, MANU JUNCTA. In cujus rei teſtimonium patens preſens ſcriptum noſtre civitatis ſigno cum appenſione ſigilli Domini Frederici de Bevenhuſen roboramus. Acta ſunt hec *Colberg*. anno Domini CIↃ. CC. nonageſimo ſexto. in proxima die dicta poſt feſtum ſancti Nycolai epiſcopi per manum Amelungi.

XCII. Proteſtatio Domini Nycolai ſuper manſis in Teſſenowe, venditis deinde Doberano.

1296. *Nicolaus de Werle recognoſcit donationem Wilhelmi Epiſc. Caminenſis.*

Nos *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* Recognoſcimus & preſentibus proteſtamur, Venerabilis patris ac Domini *Wilhelmi Caminenſis eccleſie* quondam *Epiſcopi* pie recordationis vidiſſe litteras patentes autenticas, integras & perfectas, non raſas non cancellatas, non abolitas nec ulla ſui parte viciatas in hec verba: Wilhelmus Dei gracia Caminenſis eccleſie Epiſcopus omnibus preſentem intuentibus paginam ſalutem in Domino Jeſu Chriſto. Quoniam ea que ſtatum cupiunt firmitatis adpiſci per ſcripturarum maxime teſtimonia ſolidantur, hinc eſt, quod ad noticiam univerſorum pariter ac ſingulorum tam futuri temporis quam preſentis volumus devenire, quod nos *eccleſiam ſancte Marie virginis* & *beati Johannis Ewangeliſte* in *Malchyn* dotatam *tribus manſis* jacentibus intra agros ad id opidum pertinentibus, & XIV. manſis *ville Teſenowe* adjacentibus, à Parochiis circumjacentibus diſtingventes villam *Muceliz* ipſi pro limite aſſignamus, Eccleſiam in villa *Basdowe* duobus manſis eidem ville adjacentibus dotatam & duobus manſis in *villa Lipin* cum villis ſubſcriptis filiam fecimus eccleſie ſupradicte, villas eaſdem ipſi eciam pro limitibus aſſignantes, hec autem ſunt ville: *Jacyn*, *Lipin*, item *Lipin*, *Zawal*, *Gutizdorp*, *Nycavizdorp*, Tidericus autem *Luch* eccleſie prefate in *Basdowe* redditus unius manſi in eadem villa, temporibus vite ſue, plebano contulit profuturos. Vt autem hec omnia rata maneant jugiter & inconvulſa & à poſteris illibata hanc cedulam conſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari. Hujus autem rei teſtium hec nomina ſunt ſubſcripta: Dominus *prepoſitus Caminenſis*, *Conradus*; Henricus *ſcolaſticus Caminenſis*, Reynerus *Decanus* GUZSTROWENSIS, Wasmodus *Canonicus Guzſtrowenſis*, Vrowinus MARSCALCUS, miles, *Arnoldus* miles *dictus Rolle*, Albertus *de Calve* & alii quam plures tam clerici quam laici. Actum *Malchyn* anno Domini CIↃ. CC. XL. ſeptimo in die *conſecrationis ejuſdem eccleſie*, Datum *Guzſtrowe* XIX Kalendarum Februarij, Pontificatus noſtri anno ſecundo *per manus* Conradi *capellani & notarij noſtri*. Nos vero eccleſiam ſepedictam in jure ſuo ſervare cupientes ob honorem Dei omnipotentis & glorioſe virginis Marie beatique Johannis Ewangeliſte hanc donationem confirmamus preſenti ſcripto favemusque eidem eccleſie de *proprietate bonorum omnium* ipſi appoſitorum. In cujus rei evidentiam pleniorem preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine juſſimus roborari. Teſtes vero ſunt Henricus *prepoſitus Guzſtrowenſis*, Everhardus *Decanus* ibidem, Gotfridus *de Suendorp perpetuus vicarius* eccleſie in *Guzſtrowe*; milites Johannes & Bernardus *de* BELYN, Ludolphus & Hermannus *de* OLDENBORCH. Johannes *de* GOLDSTEDE, Conradus RUNO, Gerhardus; Bernardus, Nycolaus *dicti de* MALYN. Datum *Robele* anno Domini CIↃ CC. XC. VI. In craſtino ſeptem fratrum *per manus* Borchardi *capellani noſtri* rectoris eccleſie in *Wademannesbagen*.

Teſtes a Wilhelmo Epiſc. adcitati a. 1247.

Nicolai confirmatio.

Teſt. Cleric. Guzſtrovienſ.

Milites.

Per Borchardum capellan.

XCIII. Confirmatio Domini Petri Caminenſis Epiſcopi ſuper Teſſenow.

In nomine ſancte & individue trinitatis amen. Frater *Petrus* miſeratione divina *Caminenſis eccleſie Epiſcopus* omnibus Chriſti fidelibus hanc litteram viſuris vel audituris in perpetuum. Ne acta, que fiunt in tempore, cum lapſu temporis evaneſcant & à memoria poſterorum excidant, neceſſe eſt ea ſigillorum & teſtium ſubſcriptionibus roborari. Hinc eſt quod ſignificante nobis Martino plebano eccleſie in *Malchyn* quatuordecim manſos in villa *Teſſenowe* ſitos, per quos dotata fuit eccleſia predicta ex *permutatione* cujuſdam plebani, qui pro tempore prefuit eidem eccleſie, *alienatos* fuiſſe ab eadem & à laycis pluribus annis *illicite detentos*, pro quibus repetendis cum multos labores fecerat & expenſas nec proficere poterat ad ſupra dictos manſos *juris ordine* requirendos, eo quod ſicut ipſe aſſeruit, ad proſequendam litem non ſuppetebant ſibi proprie facultates, ne prefati manſi perpetuo detinerentur a laycis, eidem Martino licenciam dedimus eoſdem manſos ad eccleſiam aliam vel Monaſterium *venditionis tytulo transferendi*, qui utilitates & majora commoda priori eccleſie proſpeximus profutura ex eo, quod prefatus Martinus dotem eccleſie ſue perpetuis proventibus quoscumque & quodcumque pro ducentis marcis denariorum comparare poſſet, intenderet augmentare. Cum igitur predictus Martinus noſtra fretus licencia memoratos manſos *eccleſie Doberanenſi* vendiderit, cum omni jure, quod prior eccleſia in eis dinoſcitur habuiſſe, huic vendicioni expreſſum conſenſum adhibemus,

1297. *Petrus Epiſc. Caminenſis.*

Et venditioni. titulo

transferendi ad Eccleſiam Doberanenſ.

mus, & eam auctoritate ordinaria confirmamus; ut manſi, qui in uſum tranſierunt Monachorum, apud ipſos permaneant robore perpetue firmitatis. In cujus rei evidentiam preſens ſcriptum ſigilli noſtri munimine duximus roborandum. Teſtes hujus rei ſunt WIZLAUS *Theſaurarius eccleſie Caminenſis & prepoſitus Diminenſis*, Hildebrandus *canonicus Caminenſis & prepoſitus Stetinenſis*, *Magiſter* Conradus *noſter* NOTARIUS, Dominus Johannes *Abbas Dargunenſis*, Everhardus *Decanus eccleſie Guzſtrowenſis*, Henricus *Cron* prepoſitus *Verchonenſis*, Magiſter *Reynerus* ſacerdos & rector *ſcolarium in Guzſtrowe*, clerici; Item Fredericus *de* KERCDORP, Thidericus MOLTIKO milites, & alii quam plures fide digni, qui huic negocio, cum ageretur, preſentes fuerunt. Datum *Dargun* anno Domini. CIↃ. CC. XC. VII. pridie Kalend. Februarij.

Teſtes præpoſiti Caminenſis.

XCIIII. Confirmatio tocius capituli Caminenſis ſuper Teſſenowe.

1297. In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. *Johannes* Dei gracia *prepoſitus* & *Johannes decanus* ejuſdem gracia, *Totumque capitulum eccleſie Caminenſis* omnibus in perpetuum tenore preſencium recognoſcimus litteras *Petri* Caminenſis eccleſie epiſcopi Domini noſtri venerabilis autenticas vidiſſe & perlegiſſe quarum tenor talis eſſe dinoſcitur: In nomine ſancte & individue Trinitatis. Frater Petrus miſeratione (*v. antecedens diploma*) Nos igitur premiſſis canonice factis conſentientes ad evidentiam confirmationis facte a Venerabili Domino noſtro Caminenſi Epiſcopo ſuper prefatis manſis ad uſum monaſterii venditionis tytulo translatis ad perpetuam rei memoriam preſens ſcriptum ſigillo capituli noſtri ſcilicet Caminenſis eccleſie duximus roborandum. Teſtes hujus rei ſunt Bernardus *de Everſten*, Johannes *cantor*, Fredericus *Swarteloſe*, Fredericus *Stalberch* archydiaconus *Pyricenſis*, Johannes *de Stariz*, Johannes *Pruce*, Nycolaus, Arnoldus *de domo lapidea* Caminenſis eccleſie canonici & alii quam plures fide digni. Datum *Camyn* anno Domini. CIↃ. CC. XC. VII. In cena Domini.

Capitulum Caminenſe recognoſcit litteras Epiſcopi Petri ſuper XIV. manſis in Teſſenowe.

Ad perpetuam rei memoriam.

XCV. Confirmatio Domini Nycolai ſuper Teſſenowe.

1297. In nomine ſancte & individue trinitatis amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omni generationi in perpetuum. Cum inter humane conditionis infirma, memoria hominum adeo ſit infirma, ut nec multitudini rerum nec longitudini temporum ſufficientem ſe valeat exhibere, de rebus geſtis expedit ſcripturam fieri, per quam poſteris veritas clarius eluceſcat. Hinc eſt quod notum fieri cupimus litteras per preſentes tam preſentibus quam futuris, quod cum quatuordecim manſi in *villa Teſſenowe* ſiti, per quos eccleſia in *Malchyn* fuit dotata, quos quatuordecim manſos *ad quosdam laycos* negligenter devolutos, Dominus *Martynus* cognomento *de Malyn* plebanus in Malchyn ab ipſis laycis, ne forte ipſos perpetuo detinerent redemit multis laboribus & expenſis & reddidit abſolutos de licentia nec non de expreſſo conſenſu venerabilis patris Domini Petri *Caminenſis eccleſie epiſcopi*, de licentia eciam pleno conſenſu *tocius capituli eccleſie Camynenſis* ab eccleſia in Malchyn ad monaſterium in Doberan mero ac multo precio in utilitatem eccleſie in Malchyn totaliter expenſo & converſo, nec non juſte vendicionis tytulo ſint venditi & integraliter devoluti; Nos eandem racionabilem venditionem ratam & gratam habentes & progenitorum noſtrorum, qui eccleſiam in Doberan fideliter ac liberaliter promoverunt veſtigiis inherentes, predictorum *quatuordecim manſorum* in *villa Teſſenowe*, nec non aliorum *quatuor manſorum* ibidem ſitorum quos *fidelis noſter* ac dilectus nobis *miles Fredericus* MOLTIKO Doberanenſi eciam eccleſie vendidit, proprietatem integram Doberanenſi Monaſterio & fratribus inibi Deo ſervientibus ac perpetuo ſervituris conferimus & donamus, ſtatuentes ut eandem villam Teſſenowe ſub numero eorundem decem & octo manſorum, qui manſi deinceps à nemine *menſurabuntur*, cum terminis & intra terminos, quos ab antiquo habuiſſe dinoſcuntur cum omnibus utilitatibus ſuis & fructibus, qui nunc ſunt vel adhuc ibi accreſcere potuerint in futurum, Doberanenſis eccleſia perpetuis temporibus commode poſſideat & quiete. Hoc addito, quod homines ejuſdem ville Teſſenowe nullum de noſtris ſuper ſe habeant advocatum, ſed Abbatem de Doberan qui habebit ibi *judicium*, ſicut habent VASALLI *noſtri in bonis ſuis*, vel cui ipſe Abbas vicem pro ſe commiſerit judicandi. In omnium premiſſorum perpetuam firmitatem preſentes litteras ſigillo noſtro dedimus inſignitas. Teſtes ſunt FIDELES *noſtri & delecti* MILITES Fredericus MOLTIKO, Fredericus *de* KERKDORP, Johannes *de* LEWEZSOWE, Johannes *de* GOLTSTEDE, Johannes & Bernardus fratres *de* BELYN, Gerhardus, Bernardus & Nycalous fratres *dicti de* MALYN, Conradus BUNO & plures alii fide digni diverſi generis homines, *actum* & *datum Robele* anno Domini CIↃ. CC. XC. VII. Kalend. April. X.

Nicolaus de Werle confirmat

proprietatem XIV. manſor. ville Teſſenowe.

ad dotem eccleſie Malchin. olim pertinentium.

Conſenſuque Epiſc. & Cap. Caminenſis venditorum Manaſt. Dob.

Adjectis IV. manſis à Friderico Moleke venditis.

Adeoque tota villa Teſſenowe

cum XVIII. manſis non menſurandis

translata in poſſeſſionem eccleſ. Dober.

Teſtes fideles & milites.

XCVI. Johannes dictus Heydebrake ſuper emptione Borck.

Vniverſis Chriſti fidelibus litteras preſentes viſuris *Johannes* miles *dictus de Heydebrake* ſalutem quam repromiſit Dominus diligentibus ſe. Cum ea que aguntur in tempore ſimul labantur cum tempore cautum eſt & utile, ut que ad poſterorum noticiam dirigere intendimus, ſcripture teſtimoniis commendemus. Hinc eſt, quod ad noticiam tam preſencium quam futurorum cupimus devenire, quod nobis ac ſaluti noſtre anime providere curantes, *grangiam* ſeu *curiam Bork* cum omnibus, que intra terminos *ipſorum bonorum Bork* ad eccleſiam *Doberanenſem* pertinent, inſuper & duas villas videlicet *Feſtyn majorem* & *Feſtyn minorem* in confinio civitatis Colberge ſitas pro mille marcis *denariorum ſlavicorum* emimus. a Venerabili Domino JOHANNE *Abbate* & *conventu Monaſterii de Doberan* ad tempora vite noſtre & matris noſtre Domine Yde nec non uxoris noſtre Domine Hyldegundis quiete ac libere poſſidendas eo jure & uſufructu, quo eas eccleſia Doberanenſis dinoſcitur hactenus poſſediſſe. Ita tamen, quod

1297. *Johannes de Heydebroke.*

Grangiam ſeu curiam Bork villam Borck & duas villas Feſtyn emptionis titulo acquirit à Monaſt. Dob.

quod eas medio tempore nec alteri *vendere* nec *infeodare* neque *pro debitis obligare* sine *speciali* & expresso consensu Abbatis & conventus de Doberan, valeamus nec eas destruemus per *lignorum* abusivam resectionem vel venditionem, sed ipsis pro nostra utilitate fruemur, nec per *urbium* vel *municionum exstructionem*, per quas terre turbari possint & per consequens bona prefata ab ecclesia Doberanensi alienari; quemcumque autem fructum alium, preter supra vetitum, consequi poterimus, tanquam de bonis propriis disponemus. Si autem nos cum predicta conjuge nostra sive cum alia, eâ defunctâ, aut ipsam per alterum, nobis premortuo, liberos habere contingerit, nichil juris hy liberi in dictis bonis sibi vendicabunt, sed nobis & matre nostra ac conjuge defunctis bona eadem absque omni contradictione *heredum consanguineorum & creditorum nostrorum* ad Doberanensem ecclesiam libere & absolute revertentur, videlicet *Jesłyn major* & *Jesłyn minor*, villula eciam *Borc* cum omnibus ad eam attinentibus, nec non ipsa GRANGIA & *curia Borc* cum omni *suppellectili & substancia ejus mobili & immobili*, equis, vaccis, ovibus, capris, porcis, canibus, frugibus estivalibus & hyemalibus, excussis & non excussis, cum seminibus, carnibus recentibus & siccis, curribus, aratris, ollis & omnibus prorsus instrumentis ad *curiam domesticam* vel *agriculturam* pertinentibus, nec quisquam hominum ex hys, que in eadem curia Borc tunc, quando ultimus ex nobis tribus diem extremam clauserit inventa fuerint, quicquam sibi quasi hereditarium vendicabit, nec uno vel duobus ex nobis defunctis tercius superstes *bona predicta* vel *utensilia* eorum distrahet, presertim quoniam horum similia in ipsa curia invenimus, cum nobis assignaretur, pro ut valor ipsorum ad ducentas marcas fuit a viris prudentibus estimatus. In omnium premissorum testimonium presentes litteras sigillo nostro & sigillis CARORUM *nostrorum* scilicet Domini *Reyberni* & Domini *Johannis de* WACHOLT, militum, nec non *Reyberni de Erthenebordh* fe imus roborari. Hujus rei testes sunt supra scripti & COMES *Jakch de* GUTSECOWE; Conradus *de* NIENKERKE, Henricus *de* WACHOLT, & Henricus *de* HEYDEBRAKE, Johannes *de* WASLEVE MILITES; COMES Johannes *de* GUTSECOWE (*), Johannes *de* HEYDEBRAKE, Bernardus *de* WASSLEVE, Thidericus & Henricus *dicti* BERE, WEDELSTEDE, ARMIGERI. Datum *Gryfenberge*. anno Domini CIↃ. CC. XC. VII. in die Marci & Marcelliani martyrum.

Nec transferendis ad liberos, hæredes & creditores.

Descriptio rangiæ Bork.

Testes Comes.

Milites.

Armigeri.

(*) Armiger.

XCVII. Protestatio consulum in Grifenberge de emptione Domini Henningi de Heydebrache super Bork & Jestyn.

1297. *Consules in Grifenberg testantur quod ipsis præsentib.* Vniversis Christi fidelibus ad quos presens litera pervenerit universale consulum *Grifenberge* ad quecunque beneplacita promptissimum famulatum. Sepius elabuntur à memoria que nec viva testium voce aut scripturarum testimoniis fuerint eternata. Hinc est quod ad noticiam singulorum & omnium cupimus devenire, quod presentibus *probis & honestis* MILITIBUS, videlicet Domino *Reymaro* & Domino *Henrico suo fratre* & Domino *Johanne suo filio* dictis *de Wacholt*, nec non Alberto *dicto Hake* & Johanne *dicto Troye* ARMIGERIS Dominus *Henningus* dictus *de Heydebrake* cum duobus *de clausstro Doberan* fratribus, scilicet fratre *Arnoldo de Goslaria* & cum fratre *Johanne* dicto *Stym* in nostra conparuit presencia, nobis notificans, quod ipse ad tempora vite sue & uxoris ejus & ad sue matris vite tempus emisset a Domino Abbate & conventu clausstri Doberan. magnam & parvam villam *Jestyn* cum omni jure & omni proprietate, & similiter *villam Borke* cum *curia* ibidem ex toto cum omni jure & proprietate & pecoribus & annona & cum omnibus proventibus & fructibus, sicut Dominus Abbas & conventus jam dictas villas hactenus habuerunt. Hoc adjecto, cum ultimus prefatorum trium, nullo obstante herede ex parte uxoris Domini Henningi, carnis sue debitum adimpleverit, predicte ex tunc tres ville cum curia in Borke, sic ut tunc invenitur & est, ad Abbatem & conventum dictum Doberan redibunt & eis permanebunt libere, prouti prius. Hanc autem literam à nobis datam ipse Dominus Henningus predictis *duobus fratribus*, *loco* ABBATIS, presentavit, qui duo fratres loco Abbatis & quorumvis de Doberan, presentibus prefatis probis & honestis *militibus & armigeris*, in *nostro consistorio* in possessionem, predictarum villarum & earum proprietatem & libertatem cum omni jure & usufructu instituerunt Dominum Henningum *de Heydebrake* militem memoratum, quod presentibus publice protestamur. Datum *Grifenbergh* anno Domini. CIↃ. CC. XC. VII. proxima feria quarta festo Johannis baptiste celebrato.

Coram militibus de Wacholt

& armigeris quibusdam.

Asserens se misse utram Jestyn.

Bork cum curia.

Possessio à fratribus fratri tradita loco Abbatis coram militibus & armigeris,

in consistorio Grifenberg.

XCVIII. Protestatio civium in Colberg de emptione Domini Henningi Heydebrake super Borc & Jezstyn.

1297. *Testimoniu universitat Consulum C bergens. c eodem em onis contra Henningi litis de Hey debrake.* Universis Christi fidelibus ad quos presens littera pervenerit *Vniversale* consulum in *Colberg* ad quecunque beneplacita promptissimum famulatum: sepius elabuntur à memoria que nec viva testium voce aut scripturarum testimoniis fuerint eternata. Hinc est, quod ad noticiam tam singulorum quam omnium cupimus pervenire, quod presentibus *probis* & *honestis militibus* scilicet Domino Reymaro *de Wacholt*, Domino *Romolone*, Domino *Marquardo de Rastorp*, Domino *Ludekone de Slavikesdorpe*. & Domino *Nycolao Kabolt* Dominus *Henningus miles* dictus *de Heydebrake* cum duobus de clausstro Doberan fratribus, scilicet fratre *Arnoldo de Goslaria* & cum fratre *Johanne* dicto *Stym* in nostra comparuit presentia nobis notificans, quod ipse ad tempora vite sue & uxoris ejus & ad sue matris vite tempus emisset a Domino Abbate & conventu clausstri Doberan magnam & parvam villam Jestyn cum omni jure & omni proprietate. & similiter villam Borc. cum curia ibidem ex toto cum omni jure & proprietate & pecoribus & annona & cum omnibus proventibus & fructibus

Cum convent Doberan. c lebrato ad dies vitæ.

ctibus ſicut Dominus Abbas & conventus jam dictas villas hactenus habuerunt, hoc adjecto, cum ultimus prefatorum trium nullo obſtante herede ex parte uxoris Domini Henningi carnis ſue debitum adimpleverit, predicte tres ville cum curia in Bork, ſicut tunc invenitur & eſt, ad Abbatem & conventum dictum Doberan redibunt & eis permanebunt libere, puta prius. Hanc autem literam à nobis datam ipſe Dominus Henningus predictis duobus fratribus loco Abbatis preſentavit. qui duo fratres loco Abbatis & conventus de Doberan preſentibus prefatis probis viris & honeſtis militibus in noſtro Conſiſtorio in predictas villas & earum proprietatem & libertatem cumomni jure & fructu inſtituerunt Dominun Henningum de Heydebrake militem memoratum, quod preſentibus publice proteſtamur. Datum *Colberg* anno Domini CIↃ CC. XC. VII. proxima ſexta feria ante feſtum ſancti Johannis Baptiſte.

competere eccleſiæ Dober. Ad Armigeros vero pertinere piſcationem ad medium usque fluvii in Grenze influentis, & agros illorum attingentis.

Teſtes viceplebanus in Parkentin.

XCIX. Godefridus Zwerinenſis Epiſcopus ſuper permutatione in Benekenhagen.

1297. *Godefridus Ep. Sverinenſ. confirmat permutationem dimidii manſi in Benekenhagen & Volquenhagen.*

GODEFRIDUS Dei gracia *Zwerienſis Epiſcopus* Vniverſis preſencia viſuris in perpetuum: Permutationem dimidii manſi ſiti *in Benekenhagen*, qui ſpectabat ad eccleſiam *Volquinshagen*, cum hereditate dimidii manſi ſiti in Volquinshagen, que redditur eccleſie ibidem, de noſtro conſenſu recognoſcimus proceſſiſſe, quia ſic profectum ipſius eccleſie proſpeximus *ampliari*. Datum *Warin* Kalendas Octobris. anno Domini CIↃ. CC. XCVII.

C. Nycolai Domini in Rozſtoc ſuper permutacione dimidii manſi in Benekenhaghen.

1298. *Nycolaus Dominus de Rozſtoc confirmat eandem permutationem factam à Ladolpho plebano cum Eccleſia Doberan.*

Nycolaus Dei gracia *Dominus de Rozſtoc*, univerſis preſentia viſuris in perpetuum. Permutationem dimidii manſi ſiti in *Benekenhaghen*, qui ſpectabat ad eccleſiam in Volquinshaghen, cum hereditate dimidii manſi ſiti in Volquinshagen, que redditur eccleſie ibidem, factam a Domino LUDOLPHO *plebano in Volquinshagen* cum eccleſia Doberanenſi, de noſtro conſenſu preſentibus recognoſcimus proceſſiſſe, quia ſic profectum eccleſie proſpeximus ampliari, hujus rei teſtes ſunt *Johannes* MOLTIKO, Georrius MOLTIKO Fredericus BABBO milites, Conradus CAPELLANUS *noſter Anthonius noſter* NOTARIUS, & alii quam plures fide digni. Datum *Doberan.* anno Domini CIↃ. CC. XCVIII. In *cathedra ſancti Petri.*

Teſt. milites.

CI. De juramento, quod fecerunt Abbas Johannes, Prior Marcolphus; Himricus magiſter operis ſuper piſcaturam Grenz.

1298. *Ludewicus Canon. Sverin. & Archidiac. Kröplinenſis teſtatur.*

Omnibus Chriſti fidelibus litteras preſentes viſuris LODEWICUS Dei gracia *Canonicus Zwerinenſis* & *Archydyaconus in Cropelyn* felicitatem in Domino ſempiternam, Recognoſcimus preſentibus & proteſtamur: Quod Venerabilis Dominus JOHANNES Abbas *Monaſterii de Doberan* una cum *priore ſuo* fratre *Marcolpho* & cum fratre *Henrico* Monacho ſuo, tunc *magiſtro operis*, manus ponendo *ſuper ewangelia* ſacroſancta & ſuper ipſis corporale facientes juramentum, piſcationem in piſcina molendini *in Grenze*, quam *armigeri* de *Cyſendorp* ſibi vendicare conati fuerunt, ipſis armigeris de Cyſendorp omnibus preſentibus & idem juramentum exigentibus, liberam & abſolutam ab ipſis armigeris de Cyſendorp ſibi & eccleſie ſue Doberanenſi prelibati Dominus Abbas. Prior & Magiſter operis optinuerunt. Ita ut ſepe notati armigeri de Cyſendorp tantummodo usque ad *medium decurſum fluvii* in piſcinam molendini de Grence influentis libere piſcentur & licite in illis ſolummodo locis ubi *agri illorum de Cyſendorp attingunt fluvium memoratum*. Acta ſunt hec in eccleſia PARCKENTYN anno Domini CIↃ. CC. XC. VIII. in craſtino diviſionis apoſtolorum. preſentes ubi hec fiebant aſtiterunt Dominus Hinricus *Viceplebanus in Parkentyn*, item Dominus Matthias *de* AXECOWE ADVOCATUS *in Rozſtoc*, item ſupervenit Dominus Egkehardus RESCHINKEL hy duo MILITES; item Georgius de RUKIT tunc manens in *Nyendorp*, Henricus de NYENDORP tunc manens in SYWAN, nec non plures alii fide digni villis ſingulis ad *parochiam eccleſie* in PARKENTYN pertinentibus, qui ea die ibidem *ad habendam* SYNODUM *convenerunt*. In omnium premiſſorum teſtimonium Nos & prefatus Dominus Matthias de AXEKOWE rogati à partibus preſentes literas ſigillis noſtris conceſſimus communiri.

Ad ſynodum convenientes PARKENTINÆ.

CII. Nycolaus de Werle ſuper proprietate trium manſorum in Nyendorp & de Confirmatione trium manſorum ibidem qui fuerunt Georgij dicti de eadem villa.

1298. *Nycolaus de Werle.*

In nomine ſancte & individue trinitatis amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus Chriſti fidelibus hanc litteram viſuris vel audituris in perpetuum. Ne acta que fiunt in tempore cum lapſu temporis evaneſcant. & à memoria poſterorum excidant, neceſſe eſt ea ſigillorum & teſtium ſubſcriptionibus roborari. Notum igitur facimus tam preſentibus quam futuris preſentibus publicè proteſtantes, quod nos de bona voluntate noſtra ac *mera animi noſtri liberalitate* ad honorem Dei & glorioſe virginis Marie contulimus *eccleſie Doberanenſi* trium manſorum in *Nyendorpe* proprietatem cum omni jure & judicio, quod MILITES & *ceteri* HOMINES *noſtri* VASALLI *in bonis ſuis habere dinoſcuntur* jure perpetuo poſſidendam. Preterea illos tres manſos quos *Georgius de Nyendorpe* in eadem villa poſſederat ab OMNI *exactione* SEU *peticione omnique ſervicio* decernimus liberos & exemptos, ſicut dilectus patruus noſter beate memorie Dominus *Henricus de Werle* eidem Georgio contulerat eos *jure hereditario poſſidere ſuo* PRIVILEGIO *mediante*. Vnde volumus, ut eadem libertas ipſorum trium manſorum in Nyendorpe maneat jugiter eccleſie Doberanenſi & eam approbando eidem eccleſie in perpetuam poſſeſſionem confirmamus. In cujus rei evidentiam preſentem paginam ſigilli noſtri munimine ac teſtium inſcriptione fecimus roborari. Teſtes vero ſunt Johannes MOLTIKO, Bernardus *de* BELYN, Johannes CABOLT, Conradus Vos, Fredericus MOLTIKO, Conradus BUNO, *milites*; Item Johannes *de* RETHIZ, Johannes *de* SCENE, NOTARIUS *noſter* & alii quam plures fide digni; *actum* & *datum* in villa *Croneſcampe* anno Domini CIↃCCXCVIII. ſeptimo Kalendas May.

Confert eccl. Doberan. tres manſos in Niendorp jure militum & Vaſallorum terræ poſſidendos & tres manſos ab omni exactione ſeu Beda exemtos.

Teſt. milites

Molendini piſcinam in Grenze ab armigeris de Cyſendorp impetitam,

CIII. Domini Nicolai de Werle super proprietate Molendini in Malchyn & de censu ejusdem.

1298. *Nicolaus de Werle*

In nomine sancte & individue trinitatis amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus hanc litteram visuris salutem in Domino sempiternam. Quoniam rerum gestarum ordinatio per revolutionem temporis à memoria labitur hominum, cautum est & utile, ut per scripture testimonium arcius memorie inprimatur. Hinc est, quod ad posterorum noticiam cupimus litteris persentibus pervenire, quod nos de maturo *fidelium nostrorum* consilio cum consensu *nostrorum fratrum* Guntheri & Johannis ceterorumque *omnium fratrum atque coheredum nostrorum* proprietatem *Molendini in Malchyn censumque ejusdem annuum* videlicet *Triginta tremodia brazii ordeacij*, & triginta tremodia *brazii avenatici* cum captura anguillarum & piscationibus, que fieri possunt retibus, que dicuntur *Stokenet* & *Worpenet* vendidimus pro *mille & ducentis Marcis denariorum* SLAVICALIUM Venerabilibus Domino JOHANNI *Abbati totique conventui in Doberan* in liberam & perpetuam possessionem. Ita ut non liceat nobis neque heredibus nec successoribus nostris censum ejusdem Molendini occupare, minuere vel mutare, salvis nichilominus aliis ipsius Molendini libertatibus remanentibus, quas ipsi firmiter servare debebimus & ab aliis defendere & tueri: scilicet ne quis in ampne fluminis, quo prefatum agitur molendinum sursum vel deorsum, nec extra ipsum ampnem ad miliare superius vel inferius aliquod ex novo construat Molendinum, nec ipsum ampnem in quantum idem molendinum impediat, permittetur aliquis occupare. Liberum erit insuper eisdem fratribus de Doberan totum ejusdem molendini censum *sine theloneo* quocumque maluerint libere deducere vel in quemcumque usum sibi magis utilem commutare. Nullus eciam molendinariorum extra civitatem Malchyn longe vel prope residentium in civitate predicta *annonam afferre* & *extra civitatem* molendini causa debet deducere ad suum vel alterius Molendinum. Ceterum predicti fratres in Doberan habebunt jus & judicium in eodem molendino, sicut habent vasalli nostri in bonis suis, scilicet ad sexaginta solidos, si autem majores excessus cujuscumque generis ibidem contigerint, de quibus forsitan plus est dandum, inde nos duas partes tollemus, & Doberanensis ecclesia partem terciam retinebit. Insuper ijdem fratres de Doberan habebunt liberam facultatem proprietatem hereditatis ejusdem molendini emere & aliquem de eorum fratribus ibi preficere, vel idem molendinum vel censum ejusdem molendini sicut a nobis emerunt aliis si ita maluerint possunt vendere vel eciam pro debitis obligare. Nullam eciam in molendinarios ejusdem molendini, postquam Doberanensis ecclesia hereditatem ipsius emerit, *exactionem precariam* seu *quamlibet aliam* neque nos neque nostri posteri faciemus. In omnium premissorum firmum & evidens testimonium presentes littere conscribi & appensione nostri sigilli fecimus communiri. Testes hujus rei sunt in primis Dominus Fredericus MOLTIKO, Dominus Fredericus *de* KERCDORPE, Dominus Johannes *de* BELYN & frater suus Dominus Bernardus *de* BELYN, Dominus Ludolphus *de* OLDENBURG, Dominus Nycolaus *de* MALYN, Dominus TESSEMARUS, Dominus *Conradus* BUNO & Dominus Bertoldus dictus KOKEMESTER, hy *milites*. Item Nycolaus dictus *de* MOLENDINO, Gerhardus *de* LAWE & Johannes RUFUS, hy *Burgenses in Rozstoc*, & plures alii fide digni, ubi hec racionabiliter acta sunt, affuerunt pariter. Actum Anno Domini CIↃ. CC. XC. VIII. Kalendas Junii XII. Datum per manus *Gerhardi* notarij nostri.

prævio consensu fidelium — *fratrum* — *coheredum proprietatem molendini Malchin. ejusque censum annuum* — *pro 1200 Marcis denar. Slavical. vendit Conventui Dober.* — *Cum libertatibus.* — *Juribus.* — *Judicio.* — *Exemtione à bedis.* — *Teſt. milites.*

CIIII. Domine Sophie de venditione reddituum & de omni utilitate que derivari potest à duobus stagnis in Cracowe.

1298. *Sophia Domina de Werle*

Nos *Sophia* Dei gracia *Domina de Werle*, recognoscimus presentibus protestantes, quod nos duobus stagnis, que semper fuerunt conjuncta & manserunt hactenus indivisa, de uno quod est majus & oppido *Cracowe* adjacet, de altero; quod est minus & ville que *Oldedorp* vocatur est contiguum, proventus omnes & redditus seu quoscumque fructus, qui nobis annuatim derivari poterant inde & ex jure provenire nobis debebant temporibus vite nostre, Venerabilibus & in Christo nobis dilectis Domino JOHANNI *Abbati* totique conventui *Monasterii in Doberan vendidimus* integraliter ac *dimisimus*, quorum omnium proventuum, reddituum seu fructuum Doberanensi ecclesie *per annum & diem* WARANDIAM *protestare debebimus* à quolibet inpetente. In cujus *Warandie prestande* ac *firmiter servande testimonium* presentes littere inde confecte sigilli nostri munimine roborantur. *Datum* & *actum* in civitate *Rozstoc* anno Domini CIↃ. CC. XC. VIII. Kalendas Junij XII. Testes sunt hujus actionis nostre Dominus Conradus BUNO, facti hujus principalis promotor, Dominus Fredericus MOLTICO, Dominus Fredericus *de* KERCDORP, Dominus Ludolphus *de* OLDENBORCH & frater suus Dominus *Hartmannus*, Dominus Nycolaus *de* MALYN, Dominus Johannes *de* BELYN, & frater suus Dominus Bernardus, & Dominus Bertoldus dictus *de* KEKEMESTER, hy *milites;* Item Nycolaus dictus *de molendino*, Gerhardus dictus *de Lawe* & Johannes *Rufus* Burgensis in Rozstoc. Et plures alii fide digni, ubi hec acta sunt pariter affuerunt.

Teſt. milites. — *Duo stagna oppido Krakau & villæ Oldedorp contigua* — *Conventui Doberan. vendidit & resignavit.* — *Præstita Warandia per annum & diem* — *Teſt. milites & Burgenſes*

CV. Domini Nycolai de Werle de confirmatione vendicionis sue duorum stagnorum in Cracowe & de judicio super omnes causas vel excessus, qui fiunt ibidem.

1298. *Nicolaus de Werle.*

In nomine sancte & individue trinitatis amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus presentia visuris in perpetuum: Posterorum malitiose invidie obex malignandi & contradicendi opponitur, dum res racionabiliter

liter gesta scripturarum testimonio commendatur. Dum enim vivit littera, vivit & actio commissa littere, nec ex facto surgit calumpnia, cui venit à viva littera fortitudo. Hinc est, quod ad noticiam tam presencium quam futurorum per presentes litteras cupimus pervenire, quod nos de provido ac maturo *fidelium militum nostrorum* consilio cum consensu *omnium coheredum nostrorum* pro inevitabili *necessitate* & *majori utilitate nostra* atque *tocius terre* à Venerabilibus in Christo nobis dilectis Domino videlicet Abbate JOHANNE & *conventu monasterii de Doberan* recepimus *nongentas marcas denariorum usualis monete*, quas in *redemptionem civitatis nostre ac* TERRE PLAWE convertimus & expendimus. pro quibus nongentis marcis. duo stagna nostra, unum quod est majus & oppido *Cracowe* adjacit, unde eciam contraxit vocabulum ut *stagnum Cracowe* appelletur; Alterum quod est minus & ville que *Oldedorp* vocatur est contiguum, que duo stagna semper fuerunt conjuncta & manserunt hactenus indivisa, cum fundo & integra proprietate ipsorum duorum *stagnorum & insularum*, *que in eis sunt*, cum omnibus utilitatibus, que nunc sunt vel adhuc fieri possunt ibidem, cum omni jure & pleno judicio, sicut progenitores nostri & nos possedimus ab antiquo, vendidimus & confirmamus Doberanensi ecclesie in liberam & quietam possessionem perpetuis temporibus possidendam. Hoc addito, quod omnes FEODUM vel *aliquid* JURE FEODALI *in ipsis stagnis* vel *in ipsorum insulis* habentes, sicut illud *à nobis* hactenus in *feodo accipere* consueverunt; ita ex hoc nunc deinceps illud *de manu Abbatis Doberanensis* recipere teneantur. Preterea inhabitantes oppidum Cracowe libertate illa fruentur in majori stagno & in quibusdam ipsius majoris stagni insulis, quam sibi a progenitoribus nostris datam & indultam *privilegiis* sive *autenticis litteris* ipsorum progenitorum nostrorum probare patuerint evidenter. Ceterum omnes causas vel excessas emergentes intra vel infra exteriora & extrema litora circumquaque ipsorum duorum stagnorum, sive insulis vel in aqua, Dominus Abbas, qui pro tempore in Doberan fuerit, per se vel per *advocatum suum*, quem ad hoc statuendum decreverit, judicabit. In omnium premissorum testimonium presentes littere inde confecte sigilli nostri robore muniuntur. Testes hujus rei sunt inprimis Dominus Fredericus MOLTIKO. Dominus Fredericus KERECDORP, Dominus Johannes *de* BELYN & frater suus Dominus Bernardus *de Belyn*, Dominus Ludolphus *de* OLDENBORCH &frater suus Dnus Hartmannus *de Oldenborch*, Dominus Nycolaus *de* MALYN, Dominus TESSEMARUS, Dominus Conradus BUNO & Dominus Bertoldus dictus KOKEMESTER, hii MILITES: Item Nycolaus dictus *de Molendino*, Gerhardus dictus *de Lawe* & Johannes *Ruffus*, hy Burgenses in Rozstoc: & plures alii fide digni. ubi hec racionabiliter acta sunt, pariter affuerunt. Actum anno Domini CIↃ. CC. XC. VIII. Kalend. Juny. XII. Datum per manum *Gerhardi* notarii nostri.

Econsilio fidelium militum & consensu coheredum.

Pro nongentis marcis à conventu Dober. acceptis redemit civitatem Plau.

Item feodis & bonis jure feudali possessis. Ab Abbate, nunc conferendis.

Salvis etiam inhabitantium privilegiis.

Jurisdictio per advocatum.

Test. milites.

CVI. Privilegium Domini Nycolai de Werle super piscatura in Grenz.

1298.

Nos *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* recognoscimus presentibus & publice protestamur, quod cum venerabilis Dominus JOHANNES *Abbas Doberanensis* ex parte Monasterii sui, & *fidelis* ac *vasalli nostri de Cysendorpe* econtra super piscatione *in piscina molendini de Grenze* disceptantes querimoniam in presentia nostra facerent alternatim; Nos auditis hinc inde prepositis à partibus & inspecta via justicie, considerantes eciam, quod merito conservare debeamus *privilegium*, & *Warandiam* inde facere Doberanensi ecclesie, quod super prefato molendino & libera piscatione in piscina ipsius Molendini in Grenze bone memorie *pater noster* Dominus *Johannes* ac felicis recordationis *patruus noster Henricus* quondam *Domini de Werle*, cum hoc racionabiliter venderent Doberanensi ecclesie donaverunt, de maturo *militum nostrorum tunc nobis assistencium* consilio & equitate svadente ipsam piscationem Doberanensi ecclesie liberam & absolutam adjudicavimus manifeste, ita ut illi vasalli nostri in *Cysendorp* in ipsa piscatione nichil penitus vendicare sibi possint, nisi quantum JUS TERRE COMMUNE concedit, videlicet *ut libere piscentur usque ad* MEDIUM *decursum fluvii in piscinam Molendini in Grence influentis in eis* TANTUM *locis ubi agri ville Cysendorp attingunt fluvium memoratum.* Guzstrowe *ante castrum nostrum* ubi hec acta sunt anno Dominice incarnationis CIↃ. CC. Nonagesimo. VIII. in die beati Johannis *ante portam latinam*, astiterunt nobis inprimis *duo* CAPELLANI *nostri* Dominus *Johannes dictus de* RETZE, Dominus *Burchardus*, & *Gerardus* clericus ac NOTARIUS *noster;* Item *fideles ac dilecti* MILITES *nostri* inprimis Dominus cognomento *Misnere*, Fredericus MOLTIKO, Nycolaus *de* MALYN, Conradus *de* VERSEN. Conradus BUNO, Bertoldus KOKEMESTER & Dominus *Mychael* VINEKE & quam plures alii fide digni. In omnium premissorum testimonium presentes litteras sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Nicolaus Dn. de Werle litem inter Abbatem Dober. & Vasallos de Cysendorp agitatam decidit

secundum literas venditionis & privilegia patris & patrui sui

prævioque militum assistentium consilio

Vasallis de Cysendorp secundum jus terræ commune.

Testes duo Capellani.

CVII. Confirmatio Domini Nycolai de Rozstoc super bona in Beringheresbagen.

1298.

In nomine sancte & individue trinitatis amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Rozstoc* omni generationi, que ventura est in perpetuum: Quoniam omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi reddituri racionem de operibus nostris, que gessimus in corpore sive fuerint bona sive mala, necessarium est unicuique sibi per elemosinarum remedia pro peccatis veniam, pro terrenis celestia commutare. Et quia suis spaciis transeunt universa & labilis est hominum memoria oportunum videtur, ut si qua volumus ad posteroru[m]

Nicolaus Dominus de Rostok

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

rum noticiam transmittere, ut scripturarum testimonio perhennentur. Hinc est, quod ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus devenire, quod nos respectu peticionis multiplicis & obsequii fidelis ac dilecti *nostri militis Frederici*, *Babbonis* dicti, ac amicorum suorum nobis studiose exhibiti, maturo mediante consilio *fidelium militum* & *vasallorum nostrorum* ad honorem omnipotentis Dei & glorioſe virginis Marie ecclesie Doberanensi & fratribus inibi Deo servientibus donamus & conferimus proprietatem decem mansorum *in Beringereshagen* cum omni jure & judicio, quod *milites* & *ceteri homines nostri vasalli in* bonis suis habere consveverunt, insuper judicium in duobus mansis *Plebani sancti Jacobi in Rozstoc* in *eadem Indagine* sitis jure perpetuo possidendam. Maxime cum sepedictus miles noster *Fredericus Babbo* dictus jam dudum omnes redditus & proventus, qui nunc sunt vel adhuc fieri possunt, in isdem X. mansis in *Beringereshagen* cum *consensu heredum suorum* partim vendiderit partimque contulerit in remedium peccaminum suorum parentum ceterorumque heredum suorum monasterio Doberanensi in liberam ac perpetuam possessionem quod & nos eidem Monasterio Doberanensi perpetuamus approbando, ut mansi idem in Beringereshaghen, qui *cum censu* & *proprietate* in usum transierunt monachorum apud eos permaneant robore perpetue firmitatis. Preterea homines in eisdem decem mansis commorantes *eadem libertate* fruantur, qua ceteri homines Abbatie utuntur *ratione privilegiorum* ecclesie Doberanensi indultorum. Ne autem hoc factum nostrum racionabile in posterum ab aliquo heredum nostrorum seu quoquam alio possit infringi, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri munimine ac testium inscriptione fecimus roborari. Testes vero sunt hujus rei Johannes MOLTIKO, Georrius *Moltiko*, Fredericus *Moltiko*, Fredericus BABBO, Johannes BABBO MARSCALCUS *noster*, Mathyas *de* AXECOWE ADVOCATUS *noster*. Henricus VULFF, Otto BABBO *milites*; item Johannes *Tolnere*, Henneke *Kropelyn*, *Burgenses in Rozstoc*. Datum *Rozstoc* anno Domini CIↃ. CC. XC. VIII. XVIII. Kalend. Decembr.

petente milite Frid. Babbone

& accedente consilio vasallorum

Ecclesiæ Dobberanensi confirmat proprietatem X. mansor. cum judicio circa duos mansos plebani Rostochiens.

Sitos in Beringershagen.

Cum libertate hominibus Abbatiæ competente

ex privilegiis

Test. milites inter quos ministerialis Babbo.

CVIII. Privilegium Domini Godefridi Zwerinsis Episcopi de libertate Capelle in Ravenhorst.

1299. *Godefridus Ep. Zverin.*

Godefridus Dei Gratia *Episcopus Zwerinensis* universis presentia visuris in perpetuum: Quum secundum varietates temporum pleraque, que geruntur, in tempore variantur, adeo ut res, que aliquando suis causis existentibus est perutilis, mutatis causis vergit in oppositum, & que quondam utilitatem generavit & commoda, nisi secundum exigentiam temporis varietur, inquietem pro commodo & pro utilitate damni plurimi causa erit. Hinc est, quod nos, qui quondam *urgente* INOPIA *ecclesie*, que erat *parochialis in Ravenhorst*, ipsam univimus *ecclesie parochiali in Parkentyn*, aliter de ipsa disponere decrevimus racione fructus uberioris, quem ex hoc speramus in honore Dei & in commodo tam virorum religiosorum dilectorum nobis in Christo *Abbatis & Conventus in Doberan* Cystercienſis Ordinis, nostre Dyocesis, quam eciam *parochianorum ejusdem ecclesie* semoto dubio provenire. Indulgemus itaque *Abbati & conventui* predictis, ut memorate ecclesie in *Ravenhorst*, quamdiu in terminis, quos habuit, cum per se parochia extitit, colonos inhabitare contingerit, *monachum* profitere possint, quem voluerint, qui hujusmodi colonis ministret omnia ecclesiastica sacramenta & officia de nostra licentia, quam presenti scripto tali concedimus, que Monachus de *licencia Episcopali* potest fidelibus ministrare. Ea vero que *Episcopus* Monacho licenciare non valet, procurabunt *Abbas & conventus predicti* per *plebanum* in *Parkentyn* memorato populo ministrari. Cum autem contigerit supra dictos terminos in *Grangiam* redigi & nullo inhabitari colono, sed *per familiam sepe dictorum Abbatis & conventus* agros illos coli, tunc volumus, ut ex hac nostra donatione ipsa Capella in *Ravenhorst*, cum familia omni ejus terminos inhabitante, sit illius libertatis & juris, quo ad Abbatem & conventum sepedictos, cujus est *capella & familia*, que intra terminos Doberanensis Monasterii continetur. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes eciam hujus rei sunt Conradus *Archydiaconus in Tribuses* & Johannes *Prepositus Butsowensis* NOTARIUS *noster* & Johannes *de* BULOWE *canonici* CWERINENSES & Wilhelmus PLEBANUS *in Sulta* CAPELLANUS *noster* & plures alii fide digni. Datum Zwerin Non. Julii. Anno Domini CIↃ. CC. XCIX.

in commodum conventus Doberan. & parochianorum.

Ita ut vel monachus sacra administret in casibus

qui pendent a licentia Episcopali;

Vel plebanus in Parkentin in casibus exceptis.

Testes archidiaconus. Præpositus. Notarius. Plebanus. Capellanus.

CVIIII. Bernardus de Belyn de annuali pensione villarum Glyn & Zolchelyn.

Vniversis Christi fidelibus presens scriptum visuris. *Bernardus* MILES *de* BELYN *dictus*, salutem in omnium salvatore: Tenore presentium recognoscimus apertissime protestando, quod venerabilis Dominus JOHANNES *Abbas Monasterii Doberanensis* commisit ac nobis locavit duas villas ecclesie *Glyn* & *Zolchelyn* cum omni jure ac utilitate, sicut eadem ecclesia possedit *ab antiquo* ad tempora vite nostre tantum possidendas, eo tamen modo, quod nonaginta & quinque marcas *Slavicalium denariorum & currentis monete* annis singulis Doberanensi ecclesie de supra dictis villis, quoad vixerimus, expedite & sine diminutione dare fideliter teneamur. Quarum medietatem semper dabimus in purificatione beate virginis Marie & reliquam partem in festo sancte Walburgensis Doberani per nostrum nuncium presentandam. Vt autem eo melius eoque verius jam dictas villas prefate ecclesie Glyn & Zolchelin *tamquam* PROPRIAS *gubernare* ac PACIFICARE *ab insultibus* INIQVORUM *possimus*, recepimus eas à memorato venerabili Domino Abbate JURE FEODALI. Quod tamen

1299. *Bernh. dictus de Belyn recognoscit*

titulum locationis villarum Glyn & Zolchlin

pro 95. marc. Slavicalium denariorum.

Addit duas causas recepti ab Abbate Dober. nexus feudalis.

men FEODUM *ad heredes noſtros* poſt obitum noſtrum ſe omnino *non extendet*, ſed ſine omni contradictione omnium heredum noſtrorum ad eandem eccleſiam ſuam Doberanenſem cum omni jure ac fructu libere revertetur. Si autem medio tempore, quod abſit, per ſiniſtrum caſum ſive eventum emergentem, qui non poſſet racionabili ac legitima excuſatione tueri, eccleſia Doberanenſis in ſupradicto cenſu ſcilicet nonaginta & quinque marcarum defectum pateretur, jam ipſas villas ſuas Glyn & Zolchelin cum omni jure ac proventu recipere poterit libere & abſolute condicione qualibet (non obſtante, & *feodo*,) quo eas recepimus, *penitus expirante*. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram Doberanenſi monaſterio ſigillo noſtro & ſigillo dilecti *fratris noſtri* Johannis de Belyn dedimus roboratam. Teſtes vero hujus rei ſunt *Johannes de Belyn* frater, Dominus *Otto de* GOLDENBOCHE, Nycolaus GALLUS, Dominus Conradus *Specbelberg*, Bernardus *de Belyn*. omnes MILITES; *Eggehardus* HANE *armiger* & alii quam plures tam clerici quam layci fide digni. Acta ſunt hec anno Domini CIↃ. CC. XC. Nono in die Sancti Martini Epiſcopi.

Eccleſis hevelibus.

Et ſub pœna amiſſionis in caſu non præſtiti cenſus omni.

Teſtes ipſius frater.

Milites de Goldenboch, Helin, Specbelberg, Belin.

Armiger Hane.

CX. Domini Nycolai de Werle ſuper proprietate duorum manſorum in Nyendorp & de judicio in Teſſenowe.

1300. *Nicolaus de Werle*

In nomine Sancte & individue trinitatis amen. *Nycolaus* Dei gracia Dominus de Werle omni generationi in perpetuum: Quoniam omnes ante tribunal Chriſti ſtabimus reddituri rationem de operibus noſtris ſivi fuerint bona ſive mala, neceſſarium eſt unicuique ſibi per eleemoſinarum remedia pro peccatis veniam pro terrenis celeſtia commutare. Et quia ſuis ſpaciis tranſeunt univerſa, oportunum videtur ut ſi qua volumus ad poſterorum noticiam transmittere, ſcripturarum teſtimonio perhennentur. Notum ſit igitur univerſis tam preſentibus quam futuris, litteras preſentes viſuris, quod nos propter remiſſionem & indulgentiam omnium peccaminum noſtrorum nec non in *reſtaurationem quorumlibet dampnorum* eccleſie DOBERANENSI per *nos* vel per *quemlibet de noſtris* quocumque modo factorum eidem eccleſie Doberanenſi & fratribus inibi Deo nunc ſervientibus & in perpetuum ſervituris donamus & confirmamus *proprietatem* duorum manſorum *fidelis noſtri militis Rodolphi* dicti *Barolt* in villa *Nyendorp*, que ſita eſt in TERRA *Werle*. Preterea villam *Teſſenowe* in TERRA *Malchyn* ſitam cum omni jure ac plenario judicio *colli ac manus*, absque omni inquietudine *advocatorum quorumcumque* vel *judicum* quiete ac pacifice perpetuis temporibus poſſidendam. Ita ut eadem villa Teſſenowe & homines inibi commorantes nullum ſuper ſe habeant advocatum vel judicem niſi Abbatem de Doberan, cujus erit ibidem omnis judiciaria poteſtas in omni cauſa, vel cui ipſe vicem pro ſe commiſerit judicandi. Ut igitur ſuper premiſſis nulla poſſit ambiguitas in poſterum ſuboriri, quod abſit, preſentes litteras inde conſcribi fecimus & ſigilli noſtri munimine roborari. Teſtes hujus rei ſunt Nycolaus *de* MALYN, Conradus BUNO, Johannes & Bernardus fratres *dicti de* BELIN, Teſſemarus ADVOCATUS *noſter in Guzſtrowe*, Fredericus de LOBEKE. hy *milites noſtri* cum pluribus aliis fide dignis diverſi generis hominibus, ubi hec ordinata ſunt, pariter affuerunt: acta ſunt hec *Guzſtrowe* anno Dominice Incarnationis CIↃ. CCC. Ydus Auguſti tercio. Datum per manum *Gerhardi clerici notarii noſtri.*

in reſtaurationem dampnorum ab ipſo vel ſuis

Eccleſiæ Doberan. illatorum confirmat duos manſos villæ Niendorp terræ Werle.

Et villam Teſſenowe terræ Malchin.

Cum omni jure ac libertate.

Teſtes militares.

Inter quos Advocatus in Guſtrau.

Per manum Notarii Gerhardi.

CXI. Henricus Caminenſis Epiſcopus de licentia ſuper celebratione miſſarum in curiis noſtris qui ſunt in Dyoceſi Caminenſi.

1300. *Henricus Caminenſis Epiſcopus preciſus Conventus Doberan. annuens.*

Henricus Dei gracia *Caminenſis Eccleſie Epiſcopus* honoratiſſimis viris *Abbati*, *priori* totique *conventui Monaſterii in Doberan* CYSTERCIENSIS *Ordinis* ZWERINENSIS *Dyoceſis* ſalutem in Domino: Veſtra petitio nobis per *diſcretum virum* dominum *Syfridum, de Trichow* dictum, Canonicum Caminenſem nobis dilectum exhibita continebat, ut in *villis*, *curiis*, GRANGIIS *ac* ALLODIIS VESTRIS in noſtra dyoceſi conſtitutis miſſas celebrare vobis liceat noſtra licentia & populo exponere verbum Dei, dum vos vel aliquem veſtrum de veſtro predicto Monaſterio eſſe ſeu ſtare contigerit in locis predictis ſeu aliquo predictorum: Nos *veſtris ſupplicationibus* ac *dicti Domini Syfridi* in hac parte duximus annuendum, vobis ac cuilibet veſtrum *de gracia ſpeciali* preſentibus indulgemus, ut miſſas celebrare de noſtra licentia valeant & populo fideli exponere verbum Dei, dum in locis fueritis ac ſteteritis ſupra ſcriptis. Ita tamen, quod *plebanis* in quorum parrochiis predicta loca ſita fuerint, per hujusmodi noſtram conceſſionem nullum fiat prejudicium ſeu gravamen. Preterea, *ut populum Dei ad divinum obſequium* magis ac magis *valeatis allectare*, vobis & cuilibet veſtrum preſentibus duximus concedendum, ut omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui veſtros ſermones audierint ac eisdem interfuerint, de injuncta ſibi penitentia *quadraginta dierum indulgencias* de omnipotentis Dei miſericordia auctoritate noſtra. valeatis miſericorditer elargiri. Datum *Camyn* anno Domini CIↃ. CCC. tercio Kalend. Septembris.

FINIS.

Ipſi celebrationem miſſarum concedit in villis, allodiis, grangiis Caminenſis diœceſis ad Cœnobium Doberan. pertinentibus.

Ex gratia ſpeciali.

Et ſine præjudicio Plebanorum parochialium.

Accedunt ad amplificandum cultum divinum

Indulgentiæ XL. dierum.

XXXI.

XXXI.
DIPLOMATARIUM DOBERANENSE II.

AB A. 1301. USQUE AD A. 1376. CHARTAS C. COMPLEXUM. E MEMBRANIS AUTHENTICIS ERUTUM, ARGUMENTIS NOTULISQUE INSTRUCTUM AB E. I. DE W.

I. De permutatione ville & curie Satowe Boldewinus Abbas in Amelungesborne.

1301. Boldewinus Abbas Amelunxbornenſ. Ord. Ciſter.

In nomine Sancte & individue trinitatis. Nos *frater Boldewinus* dictus *abbas Monaſterii in Amelungesburne* Ordinis *Cyſtercienſis*, *Hyldenſemmenſis Dyoceſis*; notum eſſe volumus preſentibus & futuris: Quod cum nos & conventus noſter de quibusdam bonis eccleſie noſtre videlicet *Satowe* villa, & *Satowe Grangia* in terra SYWAN ſitis propter nimiam eorundem bonorum ab eccleſia noſtra *diſtanciam* fructum modicum & utilitatem, quam nullam dirivari noſtro Monaſterio ſentiremus, nos infructuoſitatis & inutilitatis dampna cupientes declinare & querentes nobis & noſtris poſteris fructum & utilitatem ampliorem in poſterum ordinare, de tocius conventus noſtri beneplacito nec non venerabilis patris noſtri Domini *Arnoldi Abbatis Campenſis* conſilio & aſſenſu, ſicut decuit, requiſito pariter & obtento, cum eccleſia *Doberanenſi* FILIA *noſtra* permutationem fecimus cum bonis prenominatis: Ita videlicet, quod ipſam villam *Satowe* cum *patronatu eccleſie* ejusdem ville nec non & *Grangiam Satowe* ſimul cum molendinis & ſtagnis adjacentibus & ſilvis & aliis omnibus pertinentiis & proventibus ſuis cum emunitatibus & libertatibus cum omnis proprietatis integritate, ſicut nos & eccleſia noſtra in *Amelangesborne* memoratam villam & Grangiam cum omnibus attinentiis ſuis annis amplius quam LXX. poſſederamus *Doberanenſis eccleſia* ex hoc nunc & in perpetuum libere poſſideat & quiete. Pro quibus bonis Venerabilis Dominus JOHANNES *Abbas Monaſterii de Doberan* & conventus ſuus duas ſartagines ſuas *in ſalina Luneborgh* cum omni fructu & Reditibus earundem nobis ac monaſterio noſtro aſſignaverunt in reſtaurationem libere perpetuo poſſidendas: Nempe cum *omnia Ordinis ordini ſint* COMMUNIA, hys additur, quod ſi qua perſona, cujuscunque condicionis ſeu dignitatis fuerit, bona jam ſepe nominata, *Satowe* videlicet, poſt permutationem iſtam inter nos & Doberanenſe Monaſterium mutuo perpetratam inpecierit vel inprobaverit occaſione quorumcunque, in quibus contra eadem bona ante hanc permutationem factam inpeticio & inprobatio ſibi juſte competere videbatur, in ejusmodi cauſis, ſi oborte fuerint, nos & eccleſia noſtra una cum Venerabili Domino Abbate Doberanenſi & conventu ſuo PARI *lege*, *communi conſilio* & *auxilio* nec non *ſimilibus laboribus* & *expenſis* firmiter ſimul ſtabimus, donec talis inpeticio in jure vel gracia complanetur; & idem nobis ex integro facere tenebitur *Doberanenſe Monaſterium*, ſi quid ſimili modo increverit vel obortum fuerit ſuper duabus illis ſartaginibus in ſalina Luneburgh ſupra dictis. Preterea dicte permutationis ratione, memoria eorum qui predictam villam & Grangiam Satowe noſtro Monaſterio donaverunt, non minorabitur neque deperiet, ſed apud eccleſiam noſtram *Amelungesbornenſem* nec non in eccleſia *Doberanenſi* ipſorum memoria erit in benedictione perpetuo perſeverans. In cujus rei evidentiam pleniorem preſentem paginam inde conſcriptam ſigilli noſtri & venerabilis patris Domini Arnoldi Abbatis *Novi Campi* ſigilli munimine fecimus inſigniri. Teſtes hujus rei ſunt Bertramus *prior*, Hermanus *ſupprior*, Johannes *cellarius*, Ludolphus *de Bremis*, Johannes *de Hyldenſem*, Thidericus *de Oldendorpe*, Johannes *Craſceman*, Conradus *de Amelungeſſen*, Gyſelbertus *camerarius*, Conradus *de Hyldenſem*, Henricus *Infirmarius*, Alexander Johannes *de Honovere*, Datum *Doberan.* Anno Domini C1O. CCC. primo. Februarij. Nonas quarto.

bona Eccleſiæ villam & grangiam Sataw in terra Svanenſi

ob nimiam diſtantiam

è Conſilio Abbatis neo Campenſis permutat ecnis ure transfert in poſſeſſionem Eccleſiæ filiæ Doberan.

Teſtes Prior. Subprior. Cellarius. Camerarius. Infirmarius.

II. Confirmacio Erici Regis Dacie ſuper proprietate ville Critſcemove.

1201. Ericus Rex Dan. Slavor.

In nomine Sancte & individue trinitatis amen. *Ericus* Dei gracia *Danorum Slavorumque rex*, *dux Eſtonie*, omni generacioni que ventura eſt in perpetuum: Ne acta que fiunt in tempore cum lapſu temporis evaneſcant & à memoria poſterorum excidant, neceſſe eſt ea ſigillorum & teſtium ſubſcriptionibus roborari. Hinc igitur notum facimus tam preſentibus quam futuris quod nos ex injuncto nobis officio à ſummo rege per quem reges regnant & inperium ſuſcipit imperator, tenemur religioſos promovere & cultum divinum, quantum poſſumus, ampliare. Unde intuitu peticionis & multiplicis obſequii fidelis ac dilecti noſtri *militis Mathye* de *Axecowe* ac amicorum ſuorum *maturo mediante conſilio* fidelium *militum & vaſallorum noſtrorum* ad honorem eciam Dei & virginis glorioſe Marie donavimus & contulimus liberaliter eccleſie Doberanenſi & fratribus ibidem Deo ſervientibus proprietatem ville *Critſcemowe* cum omnibus pertinenciis ſuis in ſilvis pratis, paſcuis paludibus, agris cultis & incultis, ſicut in ſuis terminis ipſa villa jacuit ab antiquis. Cum ea eciam libertate eodemque jure & judicio, quo cetera bona abbacie ſue hactenus ipſa eccleſia Doberanenſis poſſedit libere ac quiete, jure perpetuo poſſidendam. Maxime cum ante dictus miles noſter Mathyas de Axecowe judicium omnesque redditus fructus & proventus qui ſunt vel fieri poſſunt & quos ipſe habuit in eadem villa Critſcemowe & ſuis attinenciis predictis *de conſenſu heredum ſuorum & fratrum* rite racionabiliter & perpetuo eccleſie Doberanenſi *vendiderit* cum *noſtro beneplacito & favore*. Quam venditionem nos eidem Monaſterio Doberanenſi *confirmando*

petente mil. Matth. de Axecowe & accedente conſil. vaſal. Eccleſ. Dob.

confir. proprietatem vil læ Critſchem

Cum conſenſu hæredum.

Et beneplacito Regis ipſi venditam.

firmando & *perpetuando* approbamus. Preterea homines ejusdem ville eadem fruantur libertate, qua ceteri homines Abbacie utuntur ratione privilegiorum ecclesie Doberanensi indultorum. Ne autem hanc donationem nostram racionabilem in posterum aliquis heredum vel successorum nostrorum irritet vel infringat, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri munimine & testium inscriptione Doberanensi ecclesie dedimus roboratam. Testes vero hujus rei sunt Johannes MOLTIKO, Fredericus MOLTIKO, Fredericus BABBO, Benedictus *de* RODENBECKE, Woldemarus *Moltiko*, Otto *Babbo*, Mathyas & Johannes fratres *de* AXECOWE MILTIES; Item Otto, Gerhardus, Henricus fratres dicti *de Axecowe* ARMIGERI. Item Johannes *de Spiritu Sancto*, Johannes *Tolnere*, Henricus *Monachus*, Henricus *Gotlandesvare*, *Burgenses*, & alii quam plures fide digni. *Actum* & *datum* in civitate *Rozstoc* anno Domini CIↃ. CCC. primo. Indictione XIV. pridie Nonas Junij.

Test. milites Megapol. Moltke. Babbo. Axecowe. Armigeri. Monachi. Burgenses.

III. Confirmatio Domini Nycolai de Rozstoc super proprietate ville Critscemowe.

1301. Nicolaus Dominus de Rostock confirmat eandem venditionem.

In nomine Sancte & individue trinitatis amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Rozstoc* omni generationi que ventura est in perpetuum. Ne acta que fiunt in tempore cum lapsu temporis evanescant & à memoria posterorum excidant necesse est ea sigillorum & testium subscriptionibus roborari. Hinc igitur notum facimus tam presentibus quam futuris quod nos intuitu peticionis & multiplicis obsequii fidelis ac dilecti nostri militis Mathye de Axecowe ac amicorum suorum, maturo mediante consilio fidelium militum & vasallorum nostrorum (*) Testes vero hujus rei sunt Johannes *Moltiko*, Fredericus MOLTIKO, Fredericus BABBO, Benedictus *de* RODENBEKE, Arnoldus *de* LEWEZOWE, Otto *Babbo*, Woldemarus *Moltiko*, Mathyas, Johannes, fratres *de Axecowe* ARMIGERI; item Johannes *de Spiritu Sancto*, Johannes *Tolnere*. Henricus *Monachus*, Henricus *Gorlandesuare*, *Burgenses & consules* & alii quam plures fide digni. Actum & datum Rozstoc anno Domini CIↃ. CCC. primo. Indictione XIV. In die sancti Barnabe apostoli.

Test. armigeri Megapol. Moltke. Babbo. Rodenbek. Lewzow &c. Monachi. Consules.

(*) Sequuntur verba, quæ ipsa omnia leguntur in diplomate proxime antecedenti.

IV. De redditibus nobis datis in terra Pole à Domino Henrico Magnopol.

1302. Hinricus Dominus Magnopol.

In nomine Sancte & individue trinitatis. *Heinricus* Dei gratia *Dominus Magnopolensis* omni generationi que ventura est in perpetuum. Quum omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram, ideoq; actiones hominum à memoria excidunt, nisi sigillorum & testium subscriptionibus roborentur; Notum igitur facimus tam presentibus quam futuris, quod nos *de mera liberalitate* animi nostri, *heredum* ac *fidelium militum nostrorum consilio & assensu mediante* pro salute animarum, nostra scilicet, perdilecti *patris nostri* Domini *Heinrici Magnopolensis* felicis memorie & matris nostre *Domine Anastasie* & nostre uxorisq; nostre Domine *Beatricis* ceterorumq; heredum nostrorum contulimus ecclesie Doberansi in TERRA *Pole* redditus & proventus infra distinctos cum omni proprietate ac libertate jure perpetuo possidendos, scilicet in villa *Malechowe* triginta tremodia *siliginis* & *ordei* & viginti & unum tremodium *avene* & quatuor marcas & dimidiam denariorum de *peticione porcorum*. (*) Item in villa *Wanghere* X. & IX. tremodia *ordei* & *siliginis* & XXti tremodia *avene* & 6. Modios & tres modios *pise* & duas marcas & quatuor solidos denariorum *de porcorum peticione*. Item in villa *Theymmendorpe* XXti *tremodia* & *quatuor modios* siliginis & ordei & XV. *tremodia avene* & *quatuor modios* & VII. Modios *pise* & sex marcas denariorum de *peticione porcorum*. Omnes hos redditus in redemptionem *peccatorum nostrorum* sinceriter ac devote *obtulimus* OMNIPOTENTI *Deo* & *gloriose virgini Marie* & *ecclesie Doberanensi*, ut ipsa eisdem redditibus eo jure ac judicio, quo cetera Abbacie sue hactenus possedit, pacifice jugiter perfruatur. Hoc adjicientes, quod de *omni pecuniaria satisfactione capitalis sentencie* Abbas Doberanensis terciam tollat partem; tali nichilominus nostra ordinacione mediante volumus & inviolabiliter ordinamus, quod de jam dictis reditibus *ardens cereus* & *perpetuus* in loco sepulture nostre à Domino Abbate Doberanensi fideliter procuretur. Insuper *duo Servicia conventus*, unumquodq; de decem marcis denariorum, annis singulis laudabiliter ministrentur. Preterea *unum altare* cum omnibus necessariis *in missarum celebracione*, & fenestras laudabiles in capella, ubi progenitores nostri requiescunt, Abbas de prelibata *annua pensione* tenebitur studiosius comparare. Reliquos vero redditus ecclesia Doberanensis pro omni dampno suo, quod recepit à *nobis* sive à *nostris* & de *castro Rethcekowe* habebit in restaurum. Ut autem hec nostra racionabilis donacio, quam fecimus annuente nobis NOBILI ac *dilecto nostro consanguineo*. Nycolao *Domino de Werle*, perpetua rata & inconvulsa perseveret ipsi ecclesie Doberanensi presentem paginam munimine sigillorum nostrorum dedimus roboratam. Hujus rei sunt testes. Johannes *de* CERNYN, Henricos *de* STRALENDORPE, Henricus *de* STENHUS, Otto *de* LU milites, & alii quam plures fide digni. Datum in *Wismaria* Anno Domini CIↃ. CCCII. quinto decimo Kalend. Februarii.

mediante consil. hæred. ac fidel. milit. pro salute animæ suæ, patris, matris, uxoris, heredum.

Eccles. Dober. confert reditus terræ Pole. villæ Malchau. Wanghere. Theymendorpe. Tertiam partem pecuniariæ satisfactionis in causis capitalibus. Servitiorum conventus. Altaris & fenestrarum capellæ.

(*) Refer hanc petitionem ad extensionem & abusum bedarum, quæ originario suo jure & titulo simplices fuerunt, præstitæ saltim à fundis, agris, prædiis, mansis. Quod ex innumeris chartis patet. Vide h. l. ad a. 1306. Ex abusu vero & nimia aviditate Advocatorum, Officialium, ex violentia quoq; Superiorum ortæ demum sunt bedæ *frumentorum*, *porcorum*, *canum aliorumque*.

V. Domini Nycolai de Werle super pleno judicio scilicet manus & colli in villa Nyendorpe & de Confirmatione omnium bonorum nostrorum que sunt in terra sua Werle.

1302. Nicolaus de Werl.

In nomine Sancte & individue trinitatis amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in Domino sempiternam: Humane operationis actus temporis corrumpit continua labilitas, nisi scriptis autenticis revocentur ad

Accedit assensus nobilis Nicolai de Werle. Testes milites Megapol. Cernin, Stralendorp, Stenhus, Lu.

memoriam futurorum. Nunc nonſolum ex conjectura immo ex evidentibus litterarum codicibus à noſtris progenitoribus pia intentione aliqualibus *beneficiis* & *ſtipendiis* eccleſiam Doberanenſem excultare legimus & dotatam, videremur ignobiles & omnino degeneres, ſi noſtrorum progenitorum pia non ſequentes veſtigia, ipſam eccleſiam non reſpiceremus aliquo beneficio in vultu hylari & volenti. Noſtrorum igitur progenitorum facti non immemores moti eo ipſo pie recordationis affectu de noſtra bona voluntate, noſtrorum *fratrum conſenſu pleno* & *heredum noſtrorum ſuperhabito diſcretorum conſilio* damus & conferimus eccleſie Doberanenſi ac fratribus ibidem Deo jugiter ſervientibus in villa ipſorum *Nyendorpe* ſita in TERRA *noſtra Werle* omne jus & *plenum judicium manus* videlicet & *colli* & univerſaliter quicquid juris nos tangit in ipſa. Ita quod incole ville ipſius & homines nullum per ſe judicem vel *advocatum* habere debeant niſi Abbatem de Doberan *eſſentialiter* & principaliter, cujus ut diximus erit ibidem efficaciter omnis judicandi poteſtas, vel hunc *accidentaliter* & conſequenter, cui ipſe Abbas actum & vicem pro ſe dederit judicandi. Ceterum confirmamus bona dicte eccleſie in terra noſtra, que in villis, molendinis & aliis redditibus poſſediſſe dinoſcitur ab antiquo. Nullus igitur *noſtrorum heredum* aut *ſucceſſorum* revocare ſeu impedire preſumat, quod ipſi eccleſie Doberanenſi contulimus in premiſſis. In cujus rei & preſentis noſtri facti preſens ſcriptum noſtri ſigilli munimine juſſimus roborari validum fulcimentum. Teſtes hujus ſunt Johannes *Moltiko*, Johannes CABOLT, Bernardus *de* BELYN, Conradus vos, Bertoldus *de* OSTEN, *noſtri* MILITES, *Statius* noſter NOTARIUS *& ſcolaris* & viri ceteri quam plurimi fide digni. *Actum* & *datum* in *Doberan* anno incarnationis Dominice CIↃ. CCC. ſecundo. In die beate Lucie Virginis & martyris.

fratrum conſenſu heredumq; conſilio confert eccleſiæ Doberan.

Ab Abbate Doberan. vel ejus vicario inſtituendum.

Teſtes milites Megapol.

VI. De eo quod commiſerimus villam noſtram Teſſenowe Thiderico de Vlotowe cum omni jure pro penſione annuali.

1302. Thidericus de Flotow villam Teſſenau.

Vniverſis Chriſti fidelibus preſens ſcriptum viſuris. *Thidericus*, *de* VLOTOWE *dictus*, ſalutem in omnium ſalvatore: Tenore preſencium recognoſcimus apertiſſime proteſtando, quod venerabilis Dominus JOHANNES *Abbas Monaſterii Doberanenſis* commiſit ac nobis locavit villam eccleſie ſue *Teſſenowe* cum omni jure ac utilitate ſicut eadem eccleſia poſſedit ab antiquo *ad tempora vite noſtre* tantum poſſidendam. Eo tamen modo quod quinquaginta & octo Marcas SLAVICALIUM *denariorum & currentis monete* annis ſingulis Doberanenſi eccleſie de ſupra ſcripta villa, quoad vixerimus, expedite & ſine diminutione dare fideliter teneamur. Quarum medietatem ſemper dabimus in feſto beati *Martini epiſcopi*, & reliquam in purificatione beate Marie virginis, Doberan per noſtrum nuncium preſentandam; ut autem eo melius eoque verius jam dictam villam prefate eccleſie Teſſenowe *tamquam proprias gubernare* ac *pacificare ab inſultibus iniquorum* poſſimus, (*) recepimus eam à memorato venerabili Domino Abbate

pro 58 marcis Slavical. denarior.

Et ob melioꝛem gubernationem ſecuritatem ac pacem

jure FEODALI. Quod tamen *feodum* ad heredes noſtros poſt obitum noſtrum ſe omnino non extendet, ſed ſine omni contradictione omnium heredum noſtrorum ad eandem eccleſiam ſuam Doberanenſem cum omni jure ac fructu libere revertetur. Si autem medio tempore, quod abſit, per *ſiniſtrum caſum* ſive eventum emergentem, qui non poſſit *racionabili* & *legitima excuſatione tueri*, eccleſiam Doberanenſem in ſupradicto cenſu ſcilicet quinquaginta & octo marcarum defectum pateretur, iam ipſam villam ſuam *Teſſenow* cum omni jure ac proventu recipere poterit libere & abſolute conditione qualibet non obſtante, & feodo, quo eam recepimus, penitus expirante. In cujus rei teſtimonium preſentem litteram Doberanenſi monaſterio ſigillo noſtro & ſigillo civitatis *Malchyn* dedimus roboratam. Teſtes vero hujus rei ſunt Dominus *Teſſemarus* advocatus *in Guzſtrowe*, Dominus Johannes *de Goltſtede*, Dominus Fredericus *de Kercdorp* MILITES, Andreas *de Vlotowe* frater Domini Thiderici, Grubo de *Grubenhagen* ARMIGER & alii quam plures tam clerici quam layci fide digni. Acta ſunt hec anno Domini CIↃ. CCC. ſecundo. In die beati Valentini martyris.

recipit villam ab Abbate in feodum.

Teſt. Advocat. Guſtrovienſ.

Milites.

Armiger.

(*) Vide eandem formulam ſupra ad a. 1299.

VII. Henricus de Mekelenburch de proprietate duorum Manſorum in Burzowe.

In nomine Sancte & individue trinitatis amen. *Henricus* Dei gratia *Dominus Magnopolenſis* omnibus hanc litteram viſuris in perpetuum: Quum labilis eſt hominum memoria ideoq; oportunum videtur, ſi qua volumus, ad poſteritatis noticiam transmittere, ut ſcripturarum teſtimonio perhennentur. Tenore igitur preſencium recognoſcimus fideliter proteſtantes, quod nos de *maturo conſilio fidelium militum noſtrorum* dedimus proprietatem duorum manſorum in *Burzſowe* eccleſie Doberanenſi, quos beate memorie Dominus *Henricus pater noſter* eidem eccleſie pro peccatis ſuis aſſignavit. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum huic littere dignum duximus apponendum. Teſtes vero hujus rei ſunt Johannes *de* CERNYN, Henricus STRALENDORPE, Hinricus STENHUS, Otto de LU. Datum *Wiſmaria* Anno Domini CIↃ CCCII. XVI. Kalend. Februarii.

1302. Henricus Dominus Magnopol. eccleſiæ Dob

conſilio fidelium militum confirmat os manſos i Burzſowe.

Teſtes milit. Megapol.

VIII. De indulgentia, que datur petentibus ſermonem à predicatoribus noſtre domus, Godefridus Epiſcopus Zwerinenſis.

GODEFRIDUS Dei gracia *Epiſcopus Zwerinenſis* Venerabili viro JOHANNI *Abbati Monaſterii in Doberan* ſue Dyoceſis ordinis Cyſtercienſis ſalutem & omnipotentis Dei miſericordiam promereri: Pium eſt, juſtis peticionibus annuere & eas felici effectui mancipare maxime illis, quibus ſalus perpetuatur & devotio fidelium augmentatur. Devotis igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis Domine Abbas & Monachis conventus veſtri, qui ſermones ſolent facere ad populum, ut quandocumque in conventu veſtro ſive *extra conventum* ſermones feceritis *in noſtra Dyoceſi*, poſſitis omnibus vere penitentibus & confeſſis, qui hujusmodi ſermonibus cauſa devocionis interfuerint, XL. *dies* cum

1302. Godefridus Epiſcopus Sverinens. Abbati Joan. & Conven. Doberan. concedit

Libertatem prædicandi extra conventum in diœceſi Sverinenſi. Et dandi indulgent. 40 dierum.

cum una *Karena*, quousque talem gratiam haud duxerimus revocandam, de injunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxare, tenore presentium indulgemus. Datum *Warin* anno Domini CIↃ. CCC. secundo. In die beati Nycomedis martyris.

IX. Super piscinam que est in medio villarum Grence & Brobrowe Godefridus Episcopus Zwerinensis.

1302. Godefridus Ep. Zwerinens. piscinam

Godefridus Dei gratia *Zwerinensis Episcopus* universis Christi fidelibus presencia visuris seu audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Edax oblivio rei geste feriem forte prompte consumeret, nisi scripturarum fideli presidio firmiter muniretur. Noscat igitur fidelium presens ætas eorumque fidelis futura posteritas, quod cum inter *Abbatem* & *conventum Doberanensem* ex una parte ac *magistrum Hinricum* dictum *Goldoghen*, plebanum in *Sywan* ex altera super piscina, que est in medio villarum *Grenze* & *Brobrowe* quoquo modo verteretur, ipsa in nostra presentia per arbitros utrimque electos in modum infra scriptum amicabiliter est sopita, videlicet quod Abbas & conventus predicti piscinam *ex utroque littore* cum quadam *insula* inter decursum aque, qui *Sluse* vulgo dicitur, & molendinum jacente deinceps perpetuis temporibus optinebunt. In cujus recompensam prenotati Abbas & conventus prefato plebano suisque successoribus XIII. *solidos usualis monete* cum *antiquo censu* XXXIII. *modiorum brasii* in perpetuum singulis annis in festo beati *Martini* de ipso molendino *in Grenz* exsolvere tenebuntur. Homines tamen ville predicte *Brobrowe* equos suos ac pecora *adaquabunt in prefata piscina*, ac *lynum suum* in ipsa *putrefacient* ac generaliter ipsam pro communium ipsorum utilitate habebunt, eo tamen excepto, quod nec per eos, nec per plebanum qui pro tempore in *Sywan* fuerit, in *aqua predicta* edificia construantur, inibi etiam ad piscandum nec *hami* nec *recia* seu sporte immittentur. Ut autem hec firma & stabilia perpetuis temporibus perseverent, presens scriptum sigillo nostro una cum sigillo *Abbatis Doberanensis*, cujus consensu hec facta sunt, duximus muniendum. Testes autem sunt Dominus Conradus *Thesaurarius ecclesie Zwerinensis*, Luderus *scolasticus*, Ludolfus *archydiaconus* in *Tribuses* & canonicus in *Zwerin*, quorum ista ad effectum mediante consilio sunt perducta. Datum *Doberan* anno Domini CIↃ. CCC. II. XVII. Kalend. Decembris.

inter monasterium Dob. & Plebanum Sywanensem litigiosam, in medio Grenze & Brobrowe sitam Monasterio adjudicat cum insula.

Ea conditione ut Plebano exsolvantur XIII. solidi & antiquus census molendini in festo Mart.

Et colonis relinquatur pecorum appulsus ad piscinam.

Lini in illa putrefactio.

Prohibita tamen ædificatione.

Et piscatione per hamos, retia, sportas vulgo Reuse.

Testes Thesaurar. Zwerinens. Scolasticus. Archidiac.

X. Protestatio Hinrici Makelenburgensis super bona Domini Niengarche.

1303. Hinric. Dom. Magnopolens. testatur

Henricus Dei gracia *Dominus Magnopolensis* omnibus Christi fidelibus presentia visuris salutem in Domino: De gestis hominum etiam laudabilibus de facili processu temporis emergit dura calumpnia, nisi fulciantur apicibus sigillatis. Unde tenore presentium publice protestamur, quod *fidelis noster Johannes* MILES *dictus* BERCHANE in remedium anime patris sui & matris, Doberanensi ecclesie, in *Nyengarche* in bonis suis in quibus nunc manet *Marguardus* frater Petri, quinque Marcarum redditus assignavit, qui redditus si ad plenum in prefatis bonis aliquo anno haberi non poterunt vel etiam statuto tempore dati non fuerint, Abbas, qui pro tempore in Doberan fuerit per *advocatum suum* extorquere poterit pignus à prefate *ville civibus* sine contradictione aliqua auferendo. Cum vero processu temporis predicto Johanni Berchane opportunum fuerit, *quinquaginta marcis denariorum* prefatam redimere poterit pensionem, & Abbas qui tum temporis fuerit in bonis ecclesie quinque marcarum redditus demonstrabit. Ut autem hec firma & inconvulsa permaneant presens scriptum sigillo nostro una cum sigillo prefati militis duximus muniendum. Testes autem sunt: Dominus *Otto de* LU, MILES & ADVOCATUS NOSTER, Raven *Berchane* frater Dn. Johannis predicti. *Johannes de* HAGEN, Everhardus BERCHANE ADVOCATUS *Doberanensis* & plures alli fide digni. Datum in *Wismaria*. An. Domini CIↃ. CCC. tercio in octava Epiphanie.

militem dictum Berchane Eccles. Dob. assignasse reditus 5. marcarum in Nengarche.

Cum jure illos extorquendi per advocatum.

Et redimendi pro 50. marcis.

Testes miles & Advocatus de Lu. Berchane. Jo. de Hagen. Advocatus Doberan.

XI. Godefridus Zwerinensis Episcopus, de excommunicatione illorum qui nobis fecerint injuriam in nostris bonis.

1304. Godefridus Ep. Zwerin. Plebanis & rectoribus Ecclesiæ præcipit

Godefridus Dei gratia *Zwerinensis Episcopus* ecclesie universis suæ dyocesis *plebanis* ac aliis ecclesiarum *rectoribus*, ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino: Cum ad coercendam *rabiem luporum gregem Christi*, viros videlicet *religiosos & monasticos* rodentium, ex officii nostri debito teneamur, singulis vobis ac singulariter universis districte precipiendo mandamus, quatinus omnes tam *urbanos* quam *villanos*, quos vobis cellarius Doberanensis nominaverit, qui ecclesie Doberanensi vel in *Silvis* vel in *campis* aut in *terminis* sive in *piscationibus* aut in *detentionibus decimarum* injuriam fecerint qualemcumque commonitos habeatis, ut infra trinam canonicam ammonicionem, videlicet *sex septimanarum* de illatis dampnis & injuriis legitime satisfaciant ecclesie supradicte. Quòd si non fecerint ex tunc ipsos *excommunicetis* & in ecclesiis vestris singuli excommunicatos publice denuncietis. Si autem de dampnis & injuriis illatis satisfacere voluerint Domino *Abbati* Doberanensi vel *Priori* Abbate absente, ut illis inpendant absolutionis beneficium indulgemus. Datum *Doberan* Anno Domini CIↃ. CCC. IV. In die Beate Agnetis Martyris.

ut contra omnes qui Ecclesiæ Doberan. damnum intulerunt

prævia trina admonitione

utantur excommunicatione.

XII. Ericus Danorum Rex super defensione bonorum nostrorum, & de libertate precarie que dicitur Bede in bonis nostris.

1304. Ericus Daniæ Rex sub protectione suscipit Abbatem & Conventum Doberan.

Ericus Dei gracia *Danorum Slavorumque Rex* omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam: Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos *dilectos* nobis in Christo *Dominos* Abbatem & conventum *in Doberan* una cum *bonis suis omnibus* & *familia sibi attinente* sub nostro pacis & protectionis munimine suscipimus specialiter defendendos omnes gracias, jura & libertates ipsis a Dominis BUREWINO, WOLDEMARO, NYCOLAO, *ceterisque predecessoribus nostris in* DOMINIO *Rostoccensi* dimissas & indultas tenore presencium confirmantes, hanc eisdem superaddendo *graciam specialem*, quod *in* BONIS *ipsorum* nulli *militum* vel *armigerorum* seu *aliorum*

eorum bona jura & libertates.

Addita speciali gratia

de Beda militibus aliisq; non concedenda in bonis monasterii. nomine Regis.

quorumcumque solutio *precarie* que *Bede* dicitur in vulgari, NOSTRO *nomine dimitti debeat* in futurum, & quod Dominus *Mathyas de* AXECOWE ab eisdem nihil exigat vel recipiat ultra id, quod nobis *de* BONIS *ipsorum* solverit, quando contingat *precariam* nobis dari. Unde per graciam nostram districti inhibemus, ne quis *advocatorum nostrorum* vel *eorundem officialium* seu quisquam alius, cujuscunque sit conditionis, eisdem injurias aliquas molestias vel *violentias in bonis* vel familia contra tenorem presencium audeat aliquatinus irrogare, prout indignationem nostram & ultionem regiam duxerit evitandam.

Actum & datum Rostokii.

Actum & datum Rozstoc anno Domini CIↃ. CCC. quarto. feria quarta proxima ante diem beatorum apostolorum Philippi & Jacobi. in presentia nostra, testibus Dominis. Venerabili patre

Teste Episcopo Ripensi Christierno.

Crystyerno, RYPENSI *Episcopo*, Nycolao *Biller*, Camerario nostro, Esgero *Apyssim*, Arnoldo *Quast* & pluribus aliis fide dignis.

XIII. Erici regis Danorum de solutione super precariam in tribus villis, scilicet Stobelowe, Parkentyn, Bertrammesbagben.

1304. Ericus Rex Daniæ Bedas trium villarum vendidit

Ericus Dei gracia *Danorum Slavorumque Rex* omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam: Notum facimus universis, Nos adhibuisse benivolentiam nostram & consensum, quod Domini *Abbas & conventus* in Doberan *solutionem precariam*, quam Domino *Mathye de Axecowe* in villis ipsorum, videlicet *Stobelowe*, *Parckentyn* & *Bertrammesbagben* pro *trecentis marcis denariorum Slavicalium* DIMISERAMUS, ab eodem pro tanta summa pecunie REDIMANT, & *prosuis usibus* LIBERE *habeant* DISPONENDAM, donec nos eandem precariam ab ipsis pro memorata summa pecunie duxerimus *redimendam*. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Mernowe* anno Domini. CIↃ. CCC quarto. In die Beatorum apostolorum Phylippi & Jacobi in *presentia nostra*. Testibus venerabili patre Crystierno *Rypensi Episcopo*, Nycolao *Biller camerario nostro*, Johanne *Molike*. & Esgero *Apyssini*.

pro 300. marcis denar. Slavical.

sibi servato eod. jure redimitionis.

XIV. Protestatio Parochiarum in Rostoc super Privilegium Domini Innocentii Pape.

1305. Præpositus Butzovienſis & duo Plebani Rostochienſ.

Nos *Johannes* prepositus *Butzowensis*, Hermanus *Plebanus sancte Marie in Rozstoc*, Antonius *Plebanus sancti Nycolai ibidem* tenore presentium recognoscimus protestantes, quod litteras Domini *Innocentii Pape quarti*. non rasas, non cancellatas, non abolitas. nec aliqua parte sui viciatas sed racionabiles & integras vidimus & perlegimus in hec verba: *Innocencius* Episcopus servus servorum Dei Venerabilibus fratribus *Archiepiscopis*, *Episcopis* ac dilectis filiis *abbatibus*, *prioribus*, *decanis*, *archidyaconis*, *prepositis*, *archipresbyteris*, *officialibus* & universis ecclesiarum *prelatis*, ad quos littere iste pervenerint salutem & apostolicam benedictionem: Dilecti filii, abbas Cystercii ejusque coabbates & conventus universi *Cysterciensis Ordinis* suam ad nos querimoniam destinarunt, quod licet eis a sede apostolica sit indultum, ut *à forensibus conventibus* sint immunes, nullique liceat in eos vel eorum monasteria seu fratres inibi commorantes excommunicationis, suspensionis aut interdicti contra id, quod ab origine ordinis observatum fuisse dinoscitur, sententias promulgare, quæ si promulgate fuerint, discernuntur per hujusmodi indulgentiam irrite & inanes, Vos tamen eorum quieti & libertatibus, de quo miramur, non modicum invidentes ac molientes infringere, indulgentiam sepedictam in eos, contra indultum hujusmodi, de facto predictas sententias promulgatis, quos ut fatigetis laboribus & expensis, interdum ad forenses conventus accedere quandoque sententiarum vestrarum executiones, quacumque sint auctoritate prolate, suscipere invitos compellitis pro vestre arbitio voluntatis, quamquam ex generali, quod suscepisse dicimini apostolice sedis mandato, teneamini eosdem in suis libertatibus & privilegiis contra pravorum pressuras & molestias defensare, sicque fit, ut indulgentia concessa eis causa solacii & quietis, sit ipsis vobis contra ipsam quasi conspirantibus causa dispendii & laboris. Cum igitur, sicut in lege dicitur, parum sit in civitate jus esse, nisi, qui illud tueatur, existat, dignumque ac conveniens videatur, ut indulgentie ac privilegia, que devotis & bene meritis indulgentur, contra presumptorum audaciam ipsos, cum expedit, tueantur; Universitatem vestram rogamus, monemus & hortamur attente per apostolica vobis scripta, in virtute obediente distincte precipiendo mandantes, quatinus *privilegia*, *indulgentias* & *libertates* eisdem ab apostolica sede concessa ac eorum *consuetudines racionabiles* & *antiquas firmas & illibatas* eis de cetero per apostolice sedis & nostra reverentia observantes ab eorum super premissis coactione ac molestia penitus quiescatis, ita quod ipsi concessa eis valeant tranquillitate gaudere ac super hoc per sedem eandem non oporteat aliter provideri. Datum *Assisii* tertio Ydus Maii Pontificatus *nostri anno decimo*. Nos igitur prefati Johannes prepositus Butzowensis, Hermannus plebanus Sancte Marie in Rozstoc & Antonius plebanus Sancti Nycholai ibidem huic testationi nostre super premissis rogati à Venerabilibus Domino *Abbate* & *conventu Monasterii de Doberan* sigilla nostra concessimus apponenda. Datum *Rozstoc* anno Domini CIↃ. CCC. quinto.

ut à forensibus conventibus & sententiis sint immunes.

Ord. Cistere. indulta

Rogati ab Abbate & Conventu Dober.

XV. Fridericus Babbe de libertate precarie omnium mansorum & de agris quos fratres in villa Satowe propriis aratris colunt.

1304. Fridericus miles dictus Babbe

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit *Fredericus* MILES *dictus Babbe* in omnium salvatore salutem, tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod nos de maturo amicorum nostrorum consilio, precipue Dei omnipotentis intuitu, PRECARIAM, quam LICITE *de* OMNIBUS MANSIS VILLE *Satowe accipere* POSSUMUS, de *duobus* MANSIS in eadem villa à fratribus *ecclesie Doberanensis* de clerico *indaginis Sancti Spiritus* comparatis & de omnibus *ejusdem ville* AGRIS, quos idem fratres *propriis colunt aratris*, *liberam* ecclesie Doberanensis dimisimus, nec à quoquam judicamus ipsam ulterius EXTORQUENDAM. In cujus rei testimo

nium

nium presens scriptum sigillo nostro duximus muniendum. Testes autem sunt Dominus Mathias de *Naxecowe* miles, Everhardus *Berchane* advocatus Doberanensis, Kanker & plures alii fide digni. Datum anno Domini CIↃ. CCC. IV. In die omnium Sanctorum.

Testes miles.

Advocatus Doberan.

XVI. Protestatio Domini Godefridi Zwerinensis Episcopi super privilegium Domini Alexandri Pape.

1305. Godefridus Ep. Zwerin. recognoscit Literas Alexandri IV. Papæ.

Godefridus Dei gratia *Zwerinensis Episcopus* universis ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino sempiternam: Tenore presencium recognoscimus protestantes, quod nos litteras Domini *Alexandri Pape quarti* non rasas non cancellatas non abolitas nec in aliqua parte sui viciatas sed integras & racionabiles serico bullatas vidimus, & coram nobis legi fecimus scriptas in hec verba: *Alexander* Episcopus. Servus servorum Dei, venerabilibus *fratribus* CAMINENSI & ZWERINENSI *Episcopis* & dilectis filiis *abbatibus*, *prioribus*, *Decanis*, *Archidiaconis*, *prepositis*, *archipresbyteris* & aliis ecclesiarum *prelatis* per Caminensem & Zwerinensem *civitates & dyoceses* constitutis salutem & apostolicam benedictionem: Non absque dolore cordis & plurima turbatione dicimus, quod ita in plerisque partibus *ecclesiastica* CENSURA dissolvitur & *canonicæ sententiæ severitas* enervatur, ut viri religiosi, & hij maxime, qui per sedis apostolice privilegia *majori donati sunt libertate* passim à malefactoribus suis injurias sustineant & rapinas, dum vix invenitur qui congrua illis protectione subveniat, & pro fovenda pauperum innocencia se murum defensionis opponat; Specialiter autem dilecti filii abbas & fratres *Monasterii de Doberan* Cysterciensis Ordinis, Zwerinensis Dyocesis, tam *frequentibus injuriis*, quam *de ipso cottidiano defectu* JUSTICIE conquerentes universitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis, quas sustinent & pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus illos, qui *possessiones* vel *res* seu *domos* predictorum fratrum irreverenter *invaserint*, aut ea injuste *detinuerint*, que predictis fratribus ex *testamento decedentium* relinquantur, seu in ipsos fratres vel ipsorum aliquem contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare, vel *decimas* laborum de *terris habitis* ante concilium generale, ante quod susceperunt ejusdem ordinis instituta, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt seu nutrimentis animalium suorum, spretis apostolice sedis privilegiis, extorquere, monicione premissa, si *layci* fuerint, publice candelis accensis singuli vestrum in Dyocesibus & ecclesiis vestris excommunicationis sententia percellatis; si vero *clerici* vel *canonici regulares* seu *Monachi* fuerint, eos *appellatione remota* ab officio & beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam donec predictis fratribus *plenarie satisfaciant* & tam layci quam clerici seculares, qui pro violenta manuum injectione in fratres eosdem vel ipsorum aliquem *anathematis vinculo* fuerint innodati, cum Dyocesani Episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. Datum *Viterbij* Idus Augusti Pontificatus nostri anno tertio. Nos igitur predictus Godefridus Zwerinensis Episcopus in testimonium hujus protestationis nostre super omnibus premissis rogati à venerabilibus Domino Abbate & conventu Monasterii de Doberan presencia sigillo nostro fecimus roborari. Datum *Doberan* anno Domini CIↃ. CCC. V. Pridie Kalend. Aprilis.

ad Episcopos Caminensem & Zwerinens. scriptas

de eccles. censura & severitate canonicæ sententiæ exercenda

Contra Monast. Dober. hostes.

invasores.

detentores.

raptores.

Pœna laicorum.

Pœna Clericorum & Monachorum.

Dat. Viterbii.

Doberani.

XVII. Protestatio Domini Henrici Caminensis Episcopi super Privilegium Domini Alexandri Pape.

1305. Hinricus Ep. Caminensis easd. literas recognoscit.

Henricus Dei gratia *Caminensis ecclesie Episcopus* Universis ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam: Tenore presentium recognoscimus protestantes, quod nos litteras Domini *Alexandri Pape quarti*, non rasas non cancellatas non abolitas, nec in aliqua parte sui viciatas sed integras & rationabiles serico bullatas vidimus, & coram nobis legi fecimus scriptas in hec verba. Alexander Episcopus servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus *Caminensi & Cwerinensi* Episcopis. & dilectis filiis abbatibus &c. (*) Datum *Dymyn.* anno Domini CIↃ. CCC quinto, proxima quinta feria ante diem palmarum.

Dat. Dymini.

(*) Vide integrum tenorem in charta Godefridi Ep. Sverinensis.

XVIII. Scriptum Domini Johannis Prepositi Butzowensis contra invasores rerum nostrarum.

1305. Jo. Præpos. Butzovienſis Autoritate literarum Alexandri IV. Papæ, ad requisit. Abbatis Dob.

Johannes Prepositus *Butzowensis* universis ecclesiarum rectoribus *per eandem preposituram* constitutis salutem in Domino: Litteras Sanctissimi patris Domini *Alexandri Pape quarti* vidimus, intra *cetera gratiarum indulta* domui *Doberanensi* concessa preceptorie continentes, quod nos ad requisitionem honorabilis patris Domini Abbatis Doberanensis & sui conventus contra invasores rerum & possessionum eorundem per *censuram ecclesiasticam*, monitione previa, procedere deberemus: Requisiti igitur a predictis querulantibus, quod multi proprie salutis immemores *bona & possessiones* eorum irreverenter invadunt, Universis vobis & singulis in virtute Sancte obediencie districte precipimus & mandamus, quatinus singuli post receptionem presencium *tribus diebus Dominicis* immediate sequentibus, per vos vel per alios in ecclesiis vestris monitionem hujusmodi publice proponatis, ut si qui sint hujusmodi transgressione irretiti, intra *unius mensis spacium* post completam monitionem sepedictis abbati & conventui satisfaciant competenter, alioquin ex tunc *excommunicationis sententie*, quam in his scriptis proferimus si layci fuerint, & clerici *suspensioni à divinis officiis* se noverint subjacere. Quas sentencias publice denunciabitis, quociescumque per certum nuncium memora-

invasoribus bonorum Doberan.

tribus diebus dominicis annuntiari curat

spatium unius mensis quo satisfaciant.

sub pœna excommunicat. & suspens. ab officiis.

memoratorum abbatis & conventus fueritis requisiti. Datum *Doberan.* anno Domini CIↃ. CCC. V. In vigilia ascensionis Domini.

XIX. Scriptum Domini Henrici Prepositi de Rune, contra invasores rerum & possessionum nostrarum.

1305. Henricus Præpositus in Rune exsequitur

Henricus Dei gracia *Prepositus Monasterii Sanctimonialium* in *Rune* Viro provido & discreto plebano in *Rizekowe* universisque ecclesiarum rectoribus per eandem preposituram constitutis salutem in Domino. Litteras sanctissimi patris Domini *Alexandri* Pape *quarti* vidimus, inter cetera gratiarum indulta domui Doberanensi concessa preceptorie continentes, quod nos &c. (*) Datum anno Domini CIↃ. CCC. V. in die beate Barbare virginis.

Literas Alexandri IV.

(*) Cetera vide in præcedenti scripto Joannis Præpositi Butzovienſis.

XX. Protestatio Hinrici Magnopolensis super XII. Marcarum redditus in Bussemole.

1305. Henricus Dn. Magnopol. testatur

Henricus Dei gracia *Dominus Magnopolensis* universis Christi fidelibus presentia visuris salutem in Domino: Ne rerum gestarum memoria processu temporum possit evanescere, discretorum virorum pericia solet eas per literas in scripto perhennare. Hinc est quod nos tenore presentium publice protestamur, quod dilecti nobis in Christo Abbas & conventus *Monasterii Doberan* in bonis *fidelis nostri* ADVOCATI *Ottonis dicti de* LÜ MILITIS, *Bussemole* nuncupatis, *duodecim marcarum redditus* annuatim recipient, usque dum opportuno tempore prefatus Otto Abbati, qui in Doberan fuerit, *centum & viginti* Marcas denariorum presentaverit, qui Abbas ex tunc in bonis ecclesie sue duodecim marcarum redditus demonstrabit. Quorum reddituum dimidietas ad *servicium perpetuum* cedet conventui, reliqua vero medietas pro *unius altaris* computabitur necessariis, ubi ipsius *Ottonis* & *progenitorum suorum & carorum omnium* in benedictione memoria jugiter habeatur. Si autem, quod absit, predicti redditus aliquo anno dati non fuerint, ab *Advocato Abbatie* per *ablationem pignoris* poterunt extorqueri. Ut autem hec firma & inconvulsa permaneant presens scriptum sigillo nostro & sigillo prefati militis est munitum. Testes autem sunt Dominus *Hermannus*, Dominus *Conradus*, Dominus *Heidenricus* fratres & *propinqui ipsius Ottonis omnes* dicti *de* LU, *filius* eciam ejusdem *Wernerus*, Johannes *de* HAGEN. & plures alii fide digni. Datum *Wismarie.* anno Domini CIↃ. CCC. VTO. In die beati Nycolai Episcopi.

Monast. Dob. è bonis Advocati & militis de Lühe recipere XII marcas redituum. donec redimantur ab ipso per 120. marcas denar.

Convertendas in usum conventus, & celebrationem memoriæ donatoris. In casu moræ obtinet pignoratio

Testes propinqui omnes militis dicti de Lü.

Filius. Jo. ab Hagen.

XXI. Protestatio Consulum civitatis Luneborg super bona nostra ibidem.

1305. Consules civitatis Luneb. testantur,

Nos *consules civitatis Luneborch*, Andreas Nycolaus *de* MOLENDINO, Syfridus, Hoyke, Albertus *Holle junior*, Volcmarus *de* SACCO, Hermannus *de* ARENA, Bertoldus LONGUS, Henricus *de Lubeke*, Johannes *Wedissen*, Henricus *Parchem*, Georgius *Swicker*, scire cupimus presentes & dubitare nolumus posteros, quod *Henricus Hasenvot* civis Hamburgensis de ratihabitione, consilio & pleno assensu *omnium legitimorum heredum suorum* vendidit Reverendis viris & in Christo nobis dilectis Dominis Abbati totique conventui in Doberan Cystercienſis Ordinis dimidium chorum salis in quolibet flumine in salina *Luneborg* in domo *Ludolvingbe* ad manum dexteram, cum itur in ipsam domum in sartagine, que vulgariter dicitur *Gungpanne*, hereditario jure perpetuo libere possidendum. In cujus contractus evidens & firmum testimonium nostre civitatis sigillum presenti pagine duximus apponendum. Datum *Luneborch* anno Domini CIↃ. CCC. quinto in septimana Penthecostes.

civem Hamburg. vendidisse

Conventui Doberan. dimidium chorum salis Luneburg. in domo Ludolv.

XXII. Confirmatio consulum civitatis Luneborch supra bona nostra in salina ibidem.

1305. Consules civitatis Luneburg. testantur

Nos *consules civitatis Luneborchensis* Andreas &c.(*) Ad noticiam tam presencium quam futurorum Christi fidelium cupimus pervenire, quod providus vir *Johannes Riddere* dictus, *civis Hamburgensis*, filius *Kristiani* dicti *Riddere*, *sanæ memoriæ* de *maturo consilio* & *plenario consensu omnium* LEGITIMORUM *heredum suorum* vendidit Reverendis viris & Dominis Abbati & conventui *in Doberan* Cystercienſis Ordinis, dimidium *chorum salis* quolibet flumine in salina Luneborch, in domo *Edinghe* ad sinistram manum, cum itur in ipsam domum in sartagine, que communiter vocatur *Wechpanne*, jure hereditario perpetuo libere possidendum. Super quo nostre civitatis sigillum presenti scripto in testimonium duximus apponendum. Datum *Luneborch* anno Domini CIↃ. CCCV. in die sancti Remigii Episcopi & confessoris.

Joh. Riddere, sanum & consentientibus heredibus legitimis

vendidisse Conventui Dober. chor salis in dom Edinge.

(*) Vide Diploma antecedens.

XXIII. Protestatio consulum civitatis Luneborch super bona nostra in salina ibidem.

1305. Consulum e rundem test monium

Nos *Consules civitatis* Luneborch. Andreas. Nycolaus *de molendino* &c. (*vid. antecedens Diploma*) Ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quod *Johannes*, *Kristina* & *Gertrudis*, pueri *Thiderici Hasenvoth* SANE memorie, de omnium legitimorum heredum suorum *consilio* & *consensu plenario*, vendiderunt Religiosis viris & Dominis. Abbati & conventui *in Doberan* Cystercienſis Ordinis. *dimidium plaustrum salis* quolibet flumine in salina Luneborch in Domo *Grevinghe*, in sartagine que *Gungpanne* dicitur, sita ad manum dextram cum prenotata Domus intratur, jure hereditario perpetuo libere possidendum. In cujus contractus noticiam & plenum testimonium nostre civitatis sigillum apponi precepimus huic scripto. Datum Luneborch anno Domini. CIↃ. CCC. quinto. die Viti Martyris.

quod pueri Diederici Hasenvoth

Conventui Dober. vend derint plaustrum salis in domo Grevinge.

XXIV. Godefridus Zwerinensis Episcopus De succisoribus lignorum nostrorum.

1305. Godefridus Zwerinensis Episcopus contra succisores lignorum

Godefridus Dei gracia *Zwerinensis Episcopus* Religiosis viris, abbati & conventui *Monasterii de Doberan*, salutem in Domino: Quia jam sepius *succisores lignorum* vestrorum ad nos graviter detulistis, Vobis *de gracia speciali* concedimus, ut tales succisores auctoritate

decernit excommunicationem.

tate nostra, per vos vel per *ydoneum Monachum vestrum*, Canonica monitione premissa, excommunicare valeatis in nostra Dyocesi, donec duxerimus revocandam. Datum *Warin* anno Domini CIↃ. CCC. quinto. In vigilia beati Thome apostoli.

XXV. Scriptum Domini Ludolfi Archydiaconi in Tribuses contra invasores rerum & possessionum nostrarum.

1306. Ludolphus Archidiaconus in Tribses Literis Alexandri IV. morem gerit.

Ludolfus Archydiaconus Tripses, universis ecclesiarum rectoribus per eundem *archydyaconatum* constitutis salutem in Domino: Litteras sanctissimi patris Domini Alexandri Pape quarti vidimus inter cetera gratiarum indulta domui Doberan concessa preceptorie continentes quod nos &c. (*omnia ut supra*) Datum *Doberan* anno Domini CIↃ. CCC. VI. tertio Kalend. Marcij.

XXVI. De venditione octo Mansorum & dimidii in villa Wocecekendorpe Henricus Magnopolensis.

1306. Hinricus Dn. Magnopol. & Stargard. prævio consilio Vasallorum Vendit conventui Dober. octo mansos & dimidiam villæ Wocekendorp.

Omnibus Christi fidelibus *Henricus* Dei gracia *Dominus Magnopolensis & Stargardensis* salutem in perpetuum: Recognoscimus, quod de maturo *vasallorum nostrorum* consilio, Octo Mansos cum dimidio in *villa Wozcecekendorpe*, triginta quatuor Marcas & duos solidos reddituum *Slavicalium* denariorum habentes, pro *sexcentis Marcis* eorundem denariorum honorabilibus in Christo fratribus ordinis Cystercienſis in Doberan presentibus & futuris racionabiliter vendidimus cum omni jure, libertate ac proprietate, quam in eisdem habuimus, *cum* JUDICIO *sexaginta solidorum* & infra, nec non cum *tertia parte judicii majoris*, in omnibus suis limitibus, sicut jacet in agris cultis & incultis, pascuis, nemoribus, aquis, aquarumq; decursibus, Molendinis, piscationibus, nec non cum omnibus utilitatibus seu proventibus quibuscunque, & sicut idem Monasterium Doberan in terris nostris liberius utitur suis bonis. Ut autem hec nostra racionabilis venditio à nobis & a nostris Successoribus perpetuo inviolata permaneat & inconvulsa, dedimus jam dictis fratribus presens scriptum nostro sigillo firmiter munitum. Testes sunt MILITES Heino *de* STRALENDORP, Conradus *de* LU, Otto *de* LU, Henricus STENHUS, Johannes *Storm*, Johannes *Berchane*, & FAMULI *Heyno de* STRALENDORP, *Cyrewe*, *Radolphus* & *Henricus fratres* DICTI VOGELSANCH & quam plures alii fide digni. Datum *Wismariæ* anno Domini CIↃ CCC VITO VIIMO Idus Marcii.

cum judicio 60. solidorum. & tertia parte majoris judicii.

Testes milites Megapol. Stralendorp. Lühe Stenhus. Berchane. Famuli seu armigeri.

XXVII. Henricus Magnopolensis de precaria villarum, Albertestorpe & Wozcecekendorpe.

1306. Hinricus Dn. Magnopol. sano consilio

In nomine Domini Amen. Nos *Henricus* Dei gratia *Magnopolensis & Stargardensis Dominus*, tenore presentium recognoscimus & constare volumus universis, quod *sano* ducti *consilio nostrorum* CONSILIARIORUM *fidelium*, obligavimus viro Reverendo Domino Abbati totique conventui *in Doberan* pro centum *Marcis Slavicalibus nobis* PERSOLUTIS, *precariam* NOSTRAM *in villis Albertestorp & Wozcecekendorp* in *nostro* DOMINIO *sitis*, cum *judicio majori*, videlicet *colli & manus & minori judicio*, cum conditionibus infra scriptis, scilicet, quod intra hinc & festum sancti Jacobi proximum, dictam *precariam* cum Judiciis *pro centum Marcis* ab ipsis reemere possumus, quod si non disbrigaverimus & plenarie predicto Domino Abbati & ipsius conventui satisfecerimus, quemadmodum inter nos conceptum & ordinatum exstitit, *de precaria* & *Judicio* ex tunc post Jacobi predictus Dominus Abbas & conventus Doberanensis in predictis villis *judicium majus & minus* cum *precaria* PERPETUIS *temporibus libere* JUSTO *empcionis tytulo* SINE CONTRADICTIONE ALICUJUS obtinebit. In premissorum vero testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum, ut, si quod absit, intra hinc & Jacobi Nos mori contigerit, ex tunc nemo nostrorum successorum aliquatinus nostram venditionem infringere valeat, sed quod jugiter nostra venditio perpetua maneat atque firma. Datum *Sternberghe* anno Domini CIↃ. CCC. sexto. In vigilia Apostolorum Philyppi & Jacobi. Presentibus Johanne *de Cernyn*, Conrado *de Cremon*, Egghehardo *de* QUIDZOWE, Raven *de Wozsten*. & Johanne de *Swanense* MILITIBUS, & pluribus fide dignis.

fidelium consiliariorum motus Conventui Doberan. ven-dit Bedam in duabus villis cum judicio majori & minori salva reemtione bedæ intra statut. tempus.

Quo neglecto, utrumq; judicium & Precaria justo titulo emtionis transeunt in perpetuam possessionem Monasterii.

Præsentibus Militibus Megapolens.

XXVIII. Henricus Magnopolensis de Proprietate & libertate venditionis Tuenhusen.

In Dei nomine amen. Nos *Henricus* Dei gracia *Dominus Magnopolensis* & *Stargardensis* recognoscimus & tenore presentium tam presentibus quam posteris volumus esse notum: quod *nostrorum secretorum* maturo ducti consilio vendidimus juste & rationabiliter Domino Abbati totique conventui Monasterii *in Doberan* villam *Thuenhusen* dictam cum lignis, pratis, pascuis & universaliter cum omnibus suis limitibus & distinctionibus sicuti ab antiquis jacuit, & ut nunc jacet, cum omni proprietate, libertate & judicio, sicut curiam *Verpe* dictam à nobis hactenus habuerunt, & pro ista villa *Tuenhusen* nobis *octingentas Marcas* denariorum *Slavicalium* expedite persolverunt. Tali condicione tamen interposita, quod si in ipsa villa Thuenhusen colonos habere voluerint habitantes, illi *penitus nullam* TENENTUR PRECARIAM *nobis dare*, nec *aliquid* SERVICII *nobis facere*, sed ad nutum & voluntatem prenominati Monasterii stabunt, nullatenus negligentes. Igitur ut nostra legitima & rationabilis vendicio perpetuis temporibus rata permaneat & inconvulsa, presentem litteram super hujus venditione conscribi fecimus & nostri sigilli munimine roborari. Testes sunt MILITES *nostri* & SECRETARII *Johannes de* CERNIN, Conradus *de* CREMON, Ravo *de* WEZSTEN, Marquardus *de* LO & Heyno *de* STRALENDORPE, Echhardus *de* QUIDZOWE, Johannes ROSENDAHL *de* PLESSE, *Helmoldus de* PLESSE, Hinricus PREN, Johannes STENHUS, Johannes STORM, Otto *de* LU, Conradus *de* LYU, Johannes BERCHANE & alii fide digni.

1306. Hinricus Dn. Magnopol.

Secretariorum suorum consilio

Conventui Doberan. vendit villam Thuenhusen.

eo jure quo curiam Werpe possident.

Exemtio Colonorum ab Obligatione præstandi precarias.

Testes milites & Secretarii Cernin. Cremon. Wolten Lo. Stralendorpe. Quidzowe. Plesse. Preen. Lü. Berchane.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

digni. Datum *Wismarie* anno Domini CIↃ. CCC sexto. feria sexta post Dominicam Quasimodogeniti.

XXIX. De permutatione ville Tuenbusen & venditione ipsius Henricus de MYCHELENBURG & Confirmatio Domini Godefridi Zwerinensis Episcopi ac sui caplani & plebani Lu super venditione Tuenbusen.

1306. Godefridus Ep. Zwerin.

In nomine Domini amen: *Godefridus* Dei gracia *Zwerinensis ecclesie Episcopus* universis ad quos presentes littere pervenerint salutem in eo, qui est omnium vera salus: Cum nos & *Ludolfus Jesevizce*, Rectoreccleſie *in Nygenburch*, dicte ecclesie meliora prospexerimus, villam *Tuenbusen* dictam, cum omni jure & proprietate & libertate omnimoda ad dictam ecclesiam pertinentem cum Domino *Henrico Magnopolensi* PATRONO *dicte ecclesie* pro sex Mansis cum *Judicio viginti quatuor solidorum*, quorum Mansorum duos optinebit eadem ecclesia cum proprietate & libertate, & ceteros quatuor cum omnibus proventibus, rubetis & lignis ad eosdem sex Mansos pertinentes, mansis quidem in bonis *Hobertestorpe* jacentibus & triginta *Tremodia annone triplicis substantie & materie* annuatim solventibus, cum consensu & beneplacito caplani, predicte nostre ecclesie Zwerinensi permutavimus ac tytulo permutationis in ipsum patronum transtulimus sollempniter inter nos & canonice celebrate. Qua permutatione sollempniter celebrata predictus Dominus Henricus patronus predictam villam Tuenhusen Abbati & conventui Monasterii *Doberan* pro quadam summa pecunie vendidit ac in predictum Monasterium transtulit cum omni Jure & proprietate & plenaria libertate. Sicut hucusque predicta ecclesia in Nyenburgh premissam villam noscitur habuisse, vacua possessio sepe dicte ville Tuenhusen predicto Monasterio assignata. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum capituli ejusdemque patroni & Ludolfi Rectoris ecclesie in Nyenburgh presentibus sunt appensa. Datum *Warin* anno Domini CIↃ. CCC sexto. feria VI ta post Quasimodogeniti.

Villam Tuenhusen

ad Ecclesiam in Nienburg pertinentem permutavit pro 6 mansis cum judicio 24 solidorum.

& transtulit in patronum Ecclesiæ Hinr. Magnopol.

Qui eandem vendidit Monasterio Dob.

Datum Warinæ.

XXX. Hinricus Magnopolensis super emptionem duarum villarum scilicet Wozcecekendorp & Albertestorp.

1306. Hinricus Dn. Magnopol.

In nomine Domini amen. Nos *Henricus* Dei gratia *Dominus Magnopolensis* & *de Stargarde* recognoscimus & tenore presentium tam posteris quam presentibus volumus esse notum, quod *nostrorum* SECRETORUM *maturo ducti consilio* vendidimus juste & rationabiliter Domino JOHANNI *Abbati & toti conventui Monasterii in Doberan* villas *Wozcecekendorpe* & *Albertestorpe* dictas, cum pratis, pascuis, agris cultis & incultis, aquis, aquarumq; decursibus, viis & inviis, lignis, nemoribus & *rubetis*, (*) molendinis constructis & adhuc construendis & universaliter earum limitibus & distinctionibus omnibus comprehensis, cum omni proprietate & libertate, sicut nobis hucusque & nostris progenitoribus pertinebant, *omne servitium & omnem* PRECARIAM, *quod nobis facere tenerentur* seu PRECARIAM *quam nobis dare* DEBERENT, predicto conventui dabunt. & FACIENT *annis* SINGULIS & *non nobis*. Vendidimus eciam eis predictas villas cum omni judicio tam *majori* quam *inferiori*, à structuris etenim *urbium* & *pontium* coloni habitantes in eisdem villis in perpetuum debent esse liberi & exempti. Nullum eciam servitium nobis vel nostris successoribus facient, defensione tamen terre, theutonice *Landwere* dicta duntaxat exclusa & exempta, ad quam *in nostro* DOMINIO jacebunt sicut *ceteri coloni* in *nostra* TERRA *habitantes* nullatinus negligendo; Et pro hujusmodi villis cum proprietatibus libertatibus & singulis conditionibus ipse Dominus Abbas & totus conventus nobis dederunt *septingentas Marcas denariorum Slavicalium* & integraliter persolverunt. In predictorum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes sunt MILITES & SECRETARII *nostri* Johannes *de Cernin*, Conradus *de Cremun*, Ravo *de Wozsten*, Marquardus *de Lo*, Heino *de Stralendorpe*, *Helmoldus* & *Johannes Rosendahl*, *Fratres de* PLESSE, Hermanus *de* MODENTYN; Johannes *Storm*, Echardus *de* QUIDZOVWE. *Ludolphus* NEGENDANCKE, Conradus *de* LU, Otto *de* LU, & Johannes *Berchane* cum aliis fide dignis. Datum *Wismarie*. anno Domini CIↃ. CCC sexto. feria sexta ante Pentechostes.

(*) Locis dumosis, quæ consita sunt rubis arvinis, carinis, *Brommbeere*, *Haynbutten*. In nonnullis chartis occurrit *Rubbus*, *Rubum*. Vide Chartam de a. 1337. apud *de* LUDEWIG T. VI. Reliqu. p. 42.

cum omni proprietate & libertate

cum omni servitio & precaria debita.

Annis singulis Monasterio præstanda.

Cum judicio majori & inferiori.

Exemtione ab operibus publicis.

Excepta defensione terræ.

Pretium villarum.

Test. Militum & Secretarii

Rosendahl seu Fratres de Plesse.
Modentin.
Storm.
Negendanck
de Lub.
Berchane.

XXXI. Henricus Magnopolensis de permutatione Parochye Zechelin & super Jus Patronatus ecclesie in Nyenburgh.

1306. Hinricus D Magnopol.

In nomine Domini amen. *Henricus* Dei gracia *Dominus Magnopolensis & Stargardensis* universis presencia visuris seu audituris in perpetuum: Diversis olim tractatibus habitis inter nos ex una & venerabilem virum Dominum JOHANNEM *Abbatem Doberanensem* ac ipsius *conventum Zwerinensis* Dyocesis, parte ex altera super eo quod possessiones, proprietates & jura quelibet, que idem Abbas & conventus habuerunt in *Parochia Zechghelyn Havelburgensis Dyocesis ecclesiastico & seculari jure* minus utiles ipsis essent, tum propter nimiam distanciam à Monasterio suo, tum propter *inhabitantium* POTENTIAM, Nobisque propter contiguitatem, quam habent cum *terra nostra Stargardensi*, utilitate plurima convenirent, diligenti tandem utrinque tractatu & consilio prehabitis, in *permutationem* utrobique perutilem convenimus in hunc modum videlicet, quod predicti Abbas & conventus nobis dimiserunt, cesserunt & assignaverunt omnia bona, possessiones, jura, proprietates sive *dominia*, que in villa *Zechghelin* & in ejus confiniis habuerunt, Consentientes, quod cum hujusmodi universitate *jus patronatus*, quod

cum Johanne Abbate Dob. init permutationem

Parochiæ Zechelin Havelburgens. diocesis ob distantiam & potentiam habitatorum Dob. incommodæ. Terræ vero Stargardensi contiguæ.

Quam cum jure Patronatus recipit

quod in ecclesia parochyali ibidem habuerunt in nos pariter transferretur, Nos itaque receptis omnibus supra dictis in nostram *possessionem vel quasi*, plenarie translatis adeo, quod à sepe dictis Abbate & conventu nichil amplius petemus, nec hujus rei gracia litem aliquam in perpetuum movebimus vel moveri faciemus. Recipientes in nos omnes contentiones & lites, que ipsis vel quibuscumque aliis circa predicta omnia & singula suborte sunt, vel in futurum poterunt quomodolibet subo-riri permutationis tytulo; ipsis de nostro dominio donavimus libertatem talem quod libere & licite possint emere *quatuordecim Mansos* intra terminos Parochie *Nyenburgh*, ubicumque ipsis fuerit opportunum, sed non *in nostrorum curiis* VASALLORUM, quorum PROPRIETATEM que vulgo *ehgendom* dicitur ipsis DEDIMUS PERPETUO POSSIDENDAM. Ceterum hac permutatione secundum modum prescriptum celebrata solempniter & completa pio circa ipsos moti affectu, propter vitam religiosam, quam ducunt, & sepulturam, que apud eos est progenitorum nostrorum, *jus patronatus ecclesie* in *Nyemburgh* pretacte & *filiarum* ejusdem ipsis liberaliter contulimus venerabilis patris Nostri Domini *Godefridi*, *Zwerinensis Episcopi* consensu ad hoc requisito specialiter & obtento. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt Johannes *de Cernin*, Heyno *de Stralendorpe*, Marquardus *de Lo*, Helmoldus & Johannes ROSENDAHL *dicti de* PLESSE *milites*, & plures alii fide digni. Datum *Wismarie* an. domini CIↃ CCC sexto. In die Penthecostes. Nos eciam *Godefridus* Dei gracia *Zwerinensis Episcopus*. In signum consensus nostri adhibiti ad puram donationem juris patronatus, de quo prescriptum est, sigillum nostrum apposuimus.

in possessionem vel quasi.

& cum onere evictionis.

Cedit è contra Doberan. XIV. Mansos in Nienburg emendos,

non vero in curiis Vasallorum. Ob dominium ipsis competens.

Confert etiam jus Patronatus ecclesiæ ejusq; filiarum. Consentiente Episcopo Zwerinensi.

Testes Milites Magapol. Cernin. Stralendorp. Lo. Rosendahl dicti de Plesse.

XXXII. *Protestatio Domini Nycolai de permutatione supra dicta.*

1306. Nicolaus de Werle approbat permutationem parochiæ Zechelin & juris patronatus in Nienburg.

Nos *Nycolaus* Dei gratia *Dominus de Werle* recognoscimus presentibus & testamur, quod permutationem, quam fecit Dominus *Henricus Magnopolensis & Stargardensis*, noster *patruus* dilectus cum Domino Abbate *ecclesie Doberanensis*, ratam & gratam habere volumus, quod presentis littere & sigilli nostri testimonio comprobatum. Datum *Malchyn* Anno Domini CIↃ CCC sexto *sabbatho* post ascensionem Domini.

XXXIII. *De sculptura novi sigilli Ludolfi plebani in Nyenborgh supra prehabitis bonis & de appensione & recognitione publica sigilli sui.*

1306. Ludolphus de Jesevitz plebanus in Nienborg sigillum suum contractui de bonis Tuenhusen adpensum

Universis presentia visuris *Ludolfus* dictus *de Jezeviz* plebanus in *Nyenborgh*, *Zwerinensis dyocesis*, orationes in Christo devotas! Cum nuper evidenti utilitate ecclesie mee in Nyenborgh svadente, contractum permutationis bonorum ejusdem ecclesie mee, que dicuntur *Tuenhusen* ad bona in *Robertestorpe* celebrassem *forma canonum* in omnibus observata, & sigillum meum requireretur apponi confectis inde litteris in munimen, ego, quia sigillo carui, novum sculpi procuravi in forma circulari clypeum *progenitorum meorum* continens cum hujusmodi circumferentia litterarum: *Sigillum Domini Ludolfi plebani in Nyenborg*. Verum propter ejusdem *sigilli novitatem* & *usus raritatem* in festo Apostolorum Philippi & Jacobi vixum (fixo) Ravenhorst, congregatis ibidem venerabilibus & religiosis patribus de *Lucka*, de *Amelungisborne*, de *Novo campo*, de *Betsingerode* Abbatibus, & Domino Jo. *Prepósito Butzowensi*, Nycolao & Radolpho *plebanis in Stevensbagen* & *Lygtenbagen*, sigillum predictum in medium produxi & pervidendum exposui aspectibus singulorum, supplicans, ut singuli memorialiter retinerent quatinus ad hec testes esse possent futuris temporibus cerciores. Recognovi tunc eciam ibidem & presentibus recognosco, quod *spontaneus*, non *circumventus* nec *illectus* ad litteras de supra scripta permutacione confectas sepe dictum sigillum apposui, quibus etiam reverendi Patris Domini *Godefridi* Zwerinensis Episcopi & sui capituli sigilla una cum sigillo NOBILIS Domini *Henrici Magnopolensis* post *ordinem* sunt appensa. In quorum omnium & singulorum testimonium sigilla Abbatum de Lucka, de Amelungesborne, de Novo campo & de Betzingerode una cum sigillis *Militum* Everhardi MOLTIKEN & Ekhardi RESCYNKEL rogavi apponi. Cui quidem scripto sigilla Domini Johannis prepositi *Butzowensis* & meum pariter sunt appensa. Acta sunt hec loco & die predictis anno Domini CIↃ CCC sexto.

& noviter sculptum

producit in aspectum Abbatum

& Præpositorum

in rei memoriam

ac recognitionem.

sigilla Episcopi Sverinens.

Nobilis Domini Magnopolens.

Testes Abbates

Milites Megapolenses. Moltke. Reschinkel.

XXXIIII. *Confirmatio & Protestatio Domini Nycolai de Werle de omni permutatione & publica venditione Domini Hinrici de Meckelenburg in bonis supra dictis.*

1306. Nicolaus Dn. de Werle confirmat venditionem inter Ecclesiam Doberan. & Hinricum Dom. Megap. contractam.

Nos *Nycolaus* Dei gratia *Dominus* de *Werle* recognoscimus presentibus & testamur, quod venditionem cum *ecclesia Doberanensi* & fratribus ibidem ordinis Cystertiensis in ea Deo jugiter famulantibus rite & laudabiliter à *Domino* HENRICO *Magnopolensi & Stargardensi* ILLUSTRI *nostro patruo dilecto* factam & faciendam in villis, molendinis, curiis, mansis & aliis quibuscumq; redditibus cum omnibus ipsorum proventibus, cum agris videlicet cultis & incultis, pratis, pascuis, lignis, aquis, aquarumque decursibus, nemoribus, silvis & omnibus ceteris libertatibus, prosequentes nichilominus dictos fratres *speciali favore* volumus integram & inconvulsam in perpetuum observari. Preterea libertates quas memoratis fratribus Dominus *Henricus Magnopolensis & Stargardensis* noster dilectus patruus vendidit & indulsit eisdem, videlicet ut eorum subditi *liberi sint ab* OMNI EXACTIONE ADVOCATORUM *& judicum*, à *constructione urbium* nec non *ab exactione vectigalium* & *expeditione qualibet*, ita ut nemini quicquam servicii ex debito debeant, nisi soli Deo & dilectis

Ut & libertates

ab omni exactione Advocatorum.

Constructione urbium.

exactione vectigalium.

dilectis fratribus desiderantes modis omnibus observari. Cupimus itaque predicte venditioni nostrum consensum plenarium salubrius adhibere; ut eciam amplius à nostris successoribus possit quomodolibet infringi nequaquam, sepe dictam vendicionem nostro sigillo duximus roborandam. Datum *Guzstrowe* anno Domini CIↃ CCC VI. feria II ante festum beati Mathei Apostoli.

Dat. Guzstrovii.

XXXV. *Privilegium super lumine perpetuo quod ardet coram eukaristia in aureo candelabro.*

1306. Gerhardus Abbas Dob. recognoicit.

In nomine Sancte & individue trinitatis amen. Vniversis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit GERHARDUS *Abbas* totusque conventus *monasterii Cysterciensis Ordinis in Doberan* salutem in eo, in quo est omnium vera salus: Ut ea, que fiunt in tempore non evanescant nec pereant tempore defluente, solent scripturarum & testium memorie commendari. Quare recognoscimus & presentium testimonio constare volumus universis presentibus & futuris, virum in Christo devotum *Godscalcum* dictum *campsorem*, olym *burgensem & consulem Lubicensem* de bonis a Deo sibi collatis *zelo* motum *divino*, nobis & nostris personis nostro monasterio contulisse liberaliter *quingentas marcas denariorum Lubicensium* & XX. *marcas denariorum ejusdem monete*, quam pecuniam *recognoscimus* nos plenarie sustulisse & in perpetuos usus nostros & successorum nostrorum & monasterii nostri integraliter *convertisse*. Quare sicut condicionalis tractatus super his nobiscum habitus exhigebat, nosmet ipsos & omnes successores nostros & bona monasterii nostri ad hoc perpetuis temporibus obligamus, quod pro salute animarum ipsius Godescalci & parentum suorum & uxoris sue ac omnium progenitorum suorum *coram eucharistia* sive *corpore Domini*, *recondito in altari nostro*, ceream candelam de sex marcalibus *talentis* in pondere die noctuque sine intermissione semper ardentem habeamus vel habere perpetuo teneamur. Nam una vicissim candela per hujusmodi continuum ardorem consumpta priusquam ardor ille cessat, aliam ibidem ejusdem ponderis candelam ceream jam incensam continuo reponemus. Que candelarum cerearum sic ardencium & de eodem pondere semper renovandarum indeficiens permanentia semper coram eucharistia sine fine perdurabit, quemadmodum est premissum. In *anniversario* eciam ipsius Godschalci ob remedium anime sue & omnium predictorum, quibus omnibus fraternitatem & participationem omnium spiritualium bonorum, que apud nos fuerint, caritative concedimus, Conventui nostro cum duodecim marcis denariorum annis singulis solempne servicium perpetuo faciemus, & in eodem servicio *vinum* omnibus dabimus *ad bibendum*, ut *ad orandum* pro dictis animabus nostre devocionis affectus tantoper amplius *accendatur*. Custodes autem & *conservatores hujus luminis* erunt nostri confratres, *Cellerarius*, *Camerarius*, *Infirmarius* & *Custos*, quicunque per vices temporum *usque ad consummationem seculi* successive ad hec officia in nostro monasterio statuuntur, ut illi cura fideli respiciant ad hec omnia, quod, sicut premissum est, dicte *candele Jus*, *conditio*, *status* & *ardor* non deficiat, *sed eternaliter* perseveret. Quibus personis in ipsius Godscali anniversario dabimus semper anno quolibet quatuor marcas denariorum inter se egaliter dividendas, ut fideliter ad omnia dictum lumen respicentia se astringant & obligent; ut si luminis hujus ardori aut Juribus ejus hic expressis defectus advenerit, divinis interesse non debeant nec ecclesiam aut aliquod oratorium intrare, missam audire vel dicere, quosque ardori hujus luminis & Juri plenarie satisfiat. Et quod nunquam aliquis, cujuscumque auctoritatis fuerit, absolvere predictos possit aut debeat à condicionibus superius memoratis, hec quidem omnia de consilio & consensu communi venerabilis *Abbatis de Amelunghesbornen* VISITATORIS *nostri* & tocius conventus nostri nos fecisse presentibus protestamur: Testes sunt nostri confratres Bertoldus *prior*, Johannes *cellerarius*, Gerhardus *magister conversorum*, Henricus *de Luchowe*, Bertramus. *Vorrad*, Johannes *de Eschersdeshusen*, Hynricus *Camerarius*, Lambertus *Magister hospitum*. Et insuper ad ea nos omnes concorditer & unanimiter testes sumus; sunt eciam testes & alii quorum sunt hic sigilla apposita. Vt igitur omnia premissa perpetuo perseverent & nunquam immutari valeant aut infringi est presens scriptum sigillis venerabilis Domini *Zwerinensis Episcopi* & NOBILIS *Domini Hinrici de Mychelenborg* & dicti *visitatoris nostri* & *Abbatis Reineveldensis* & *nostro* pio testimonio communitum. Datum anno Domini CIↃ. CCC. VI. In die beati Dyonisii & sociorum ejus.

donationem Godeschalci campsoris. burgensis & consulis Lubecensis 520 Marcarum denar. Lubecens.

Candelæ jura.

Contravenientium pœna.

Consensus Visitatoris Dob Monasterii Abbatis de Amelunxborn.

Testes fratres Doberan.

Sigilla Ep. Zwerinensis Nobilis Dn de Mychelburg. Visitatoris & Abbatis Reinfeld

XXXVI. *Privilegium de octo Mansis emptis in Wozcecekendorp à Monialibus in Rene.*

1307. Præpositus Prioriſſa totusque conventus Ancillarum in Rene

In nomine Domini amen. Vniversis Christi fidelibus litteras presentes visuris *Hermannus* Prepositus, *Megthildis* Prioriſſa totusque conventus *ancillarum Christi in Rene* felicitatem in Domino sempiternam. Posterum malicioſæ invidiæ obex malignandi & contradicendi opponitur, dum res racionabiliter gesta scripturarum testimonio commendatur. Dum enim vivit littera, vivit est actio littere commissa, nec de facto surgit calumpnia cui venit à viva littera fortitudo. Hinc est, quod ad noticiam tam presentium quam futurorum litteris presentibus volumus pervenire, quod nos de provido ac maturo *amicorum ecclesie nostre* consilio cum tocius conventus nostri consensu, majori utilitate Domus nostre considerata, à dilectis nobis in Christo Domino GERHARDO *Abbate & conventu Monasterii de Doberan* sexcentas & quinquaginta sex Marcas denariorum *usualis monete* recepimus, pro quibus ipsis *octo mansos in Wozcecekendorpe* cum integra proprietate & libertate vendidimus & omnia, que in villa predicta & ejusdem ville terminis, in silvis,

Consilio amicorum Eccle

Gerhardo Abbati Doberan vendunt

Octo mansos in Wozcecekendorp.

celebrando ejus anniversario.

& bibendo vino

ut ad orandum accendatur conventus.

Custodes luminis.

data repromissione de habenda candela perpetuo ardenti coram Corpore Domini

silvis, pratis, pascuis & omni prorsus utilitate à retro actis temporibus ad ecclesiam *Rene* pertinebant, in Doberanense Monasterium *venditionis tytulo* transtulimus in liberam & quietam possessionem perpetuis temporibus possidendam. Ut igitur premissa perpetuo perseverent & nunquam immutari valeant aut infringi, nos *Henricus* Dei gratia *Dominus Magnopolensis* in signum consensus nostri ad predicta adhibiti sigillo nostro, una cum sigillis conventus predicti & prepositi presens scriptum jussimus communiri. Testes hujus actionis sunt Dominus Bertoldus *Preno*, *plebanus* Sancte Marie *in Wismaria*, Dominus Olricus MOLSAN, Otto & Heydenricus fratres *de* LU, Henricus STENHUS, Godeschalcus PRENO hii *milites*, Johannes *Vogel*, *notarius* Domini Magnopolensis, & plures alii fide digni. Datum & actum anno Domini CIↃ CCC VII. Dominica Letare.

Cum consensu Hinrici Dn. Magnopol.

Testes, Prene plebanus.

XXXVII. *Henricus Magnopolensis super CC. Marcas quas tenetur nobis solvere intra annum.*

1307. Hinricus Dn. Mychelenburg.

Nos *Henricus* Dei gratia *Dominus Mychelenburgensis* & *de Stargarde* recognoscimus & tenore presenti constare volumus universis, quod si à festo Pasche proxime venturo, ultra per annum non solverimus Domino Abbati & Monasterio in Doberan *ducentas Marcas Denariorum Slavicalium*, quas pro nobis CYROWEN FAMULO & VASALLO *nostro* ex parte bonorum *Robertestorpe* jacencium persolverunt, tunc proprietatem *viginti Mansorum*, ubi ipsos Mansos pro eorum pecunia comparare poterunt *in nostro Dominio*, eis dimittimus denariis pro eisdem, servicio tamen *dextrarii* dumtaxat excluso; *ubicumque* enim illud habemus, *ibidem emere non tenentur*. Quos quidem Mansos, si ipsos comparaverint, possidebunt ea libertate, qua cetera eorum bona à nobis habent, videlicet *pacifice* & *quiete*. Si autem in quodam loco emerint, ubi plures quam viginti mansi jacerent, pro illa superhabundantia nobis facient quod justum fuerit & equale. In premissorum testimonium nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum *Kalchorst* anno Domini CIↃ CCC. septimo in festo *carnis privii*.

200. marcas denar. Slavical.

Excluso servitio dextrarii.

Et salvo eo quod XX. mansos excedit.

D. Kalckhorst.

XXXVIII. *Gerhardus Abbas de non mensurando agros in villa Hybendorpe.*

1307. Gerhardus Abbas Dober.

Vniversis Christi fidelibus litteras presentes visuris frater GERHARDUS *Abbas in Doberan* felicitatem in Domino sempiternam: Cum lapsu temporis labi potest quicquid disponitur, nisi litterarum cautionibus fulciatur, hinc est, quod nos indemptitati *civium nostrorum de Hybendorpe* providere cupientes & ipsos ob omni preservare calumpnia, tenore litterarum presencium notum facimus tam presentibus quam futuris, quod agri dictorum civium sub numero decem & septem mansorum in terminis suis, quos hactenus habuerunt, perpetuo fixi remanere debebunt nunquam de cetero mensurandi. De quibus agris decem & septem *tremodia* (*) *siliginis* & de manso quolibet duos *Top* (**) *lyni* annuatim Doberanensis recipiet ecclesia, salvis eciam omnibus que in DECIMA, CENSU & JURE seu *quibuscumque aliis modis* ecclesia nostra in eadem villa *ab antiquo* dinoscitur habuisse. Prohibemus eciam *propter diminutionem decime nostre*, ut lynum in eisdem ville terminis extraneis non feratur. In omnium premissorum testimonium presens scriptum ipsis contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Testes autem sunt Henricus *prior*, Johannes Cellerarius, Bertoldus *Camerarius*, Lambertus *magister hospitum*, Johannes *infirmarius* & plures alii de conventu tam *monachi* quam *conversi*. Datum anno Domini. CIↃ. CCC. VII. Idus Julii.

Salvis commodis eccl. Dober competentibus.

VII. tremodiis siliginis.

II. Toppis lini.

Decima, censu, jure.

Testes fratres Doberan.

(*) Hodie *Dremt*, mensura 12. modiorum.

(**) Manipulos, cumulos. Toppos lini ap. *de* LUDEWIG *Reliq. MSC.* T. VI. p. 237.

XXXIX. *De molendino non edificando in Sprenze & Lusowe ad spacium unius miliaris.*

1308. Nicolaus Dn. de Werle confirmat.

In nomine Domini amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris salutem in perpetuum. Invidie malignandi obex opponitur, cum acta hominum litteris autenticis & testimonio confirmantur. Noverint igitur & presentes & posteri, quod nos de consensu *nostrorum fratrum* fidelibus nostris Bertoldo & Conrado *Dudingho* & ipsorum liberis indulgemus & conferimus per presentes, ut nullus hominum, cujuscumque condicionis & status exstiterit, intra villam *parvam Sprenzen* & villam *Lussowe* construere vel edificare debeat *molendinum nec aquis nec vento volubile* ad unius miliaris spacium, in *ipsorum molendini periculum* seu gravamen. Privilegia eciam nostrorum progenitorum ab antiquo ipsis data super hujusmodi libertate per presentes secundum singula in sui robore confirmantes. In cujus confirmacionem nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes hujus sunt *Johannes & Bernardus de* BELYN, *Tesmarus*, *Nycolaus* HANE, Rodolph *Barolt*, Jordanus *de Cropelin* nostri MILITES, fide digni. Datum anno Domini CIↃ. CCC. VIII. In crastino sancte Elyzabeth vidue.

Testes Milites Belin. Hane. Cropelin.

XL. *Super dimidium chorum salis in Salina Luneborgh in domo Egbetinghe ad manum sinistram in Sartagine que dicitur Wechpanne cum intratur in ipsam domum.*

1308. Consules civitatis Luneb. testantur

Nos *Consules civitatis Luneborgh* Tidericus ZABEL, Nycolaus *de* MOLENDINO, Thidericus VOLCMARI, Volcmarus *de* SACCO, Bertoldus LONGUS, Hermannus *de* ARENA, Hartwicus *de* SALINA, Gherhardus WILLERI, Nycolaus *Schilsten*, Jacobus NYEBUR, Hinricus *Viskule* junior, Fredericus *de* NETZE, innotescimus presentibus & poste-

Kunegundam dimidium Chori Salis in domo Egheting.

poſtetis preſencium per tenorem, quod *Konegundis* filia *Alberti Hollen*, *ſenioris noſtri Comburgenſis* (*), dimidium chorum ſalis quolibet flumine in Salina Luneborgh jacentem in domo *Egbetinghe* ad manum ſiniſtram in Sartagine, que dicitur *Wechpanne*, cum itur in ipſam domum, quem pater ejus prenotatus & mater ejus Konegundis ei donaverant, pro parte hereditatis ſue omnibus aliis pueris in hoc conſentientibus, ex permiſſione dictorum parentum & omnium heredum ſuorum contulit dictum dimidium chorum ſalis cenobio & eccleſie in *Doberan* Ordinis Cyſterciensis poſt mortem ſuam, pro anima ſua & pro animabus parentum ſuorum *jure hereditario* libere poſſidendum ſub hac forma, quod reverendus Dominus GHERHARDUS *Abbas dicti cenobii* & ſuus conventus aſſignaverunt de bonis ſuis eidem Konegundi & donaverunt dimidium chorum ſalis quolibet flumine in dicta ſalina in domo *Edinge* in Sartagine Wechpanne nuncupata, que eciam ſita eſt ad ſiniſtram manum in introitu dicte domus, tantum *ad vite ſue tempora* poſſidendum. Ea vero defuncta nullus heredum ipſius in hijs bonis integri chori ſalis quidquam juris vendicare ſibi poterit, ſed dicta bona ad dictam eccleſiam & cenobium in Doberan ceſſante omni impedimento jure hereditario perpetualiter permanebunt. Super quo noſtre civitatis ſigillum huic ſcripto in evidens teſtimonium duximus apponendum. Datum *Luneborgh* anno Domini CIↃ. CCC. VIII. intra octavam Pentecoſtes.

Gerhardum vero Abbatem Doberan. Kunegundæ donaſſe eandem ſalis menſuram.

ad tempus vitæ.

(*) Concivis. Aliquando occurrunt *Burgenſes* & AMBURGENSES, cives & concives.

XLI. Super eundem dimidium chorum.

1308. Conſulum Luneburg. teſtimonium pro Gerhardo Abbate Dober.

Nos *conſules civitatis Luneborgh* Thidericus *Zabel &c. (vid. anteced. Dipl.)* tenore preſencium recognoſcimus & publice proteſtamur quod venerabilis Dominus GHERHARDUS *Abbas totusque conventus cenobii in Doberan Cyſtercienſis Ordinis* acceptaverunt à *Conegunde* filia quondam Alberti Hollen *ſenioris noſtri civis* pie memorie, univerſis & ſingulis heredibus ipſius bona conſencientibus & permittentibus voluntate, dimidium chorum ſalis quolibet flumine in Salina Luneborgh in domo Eghetinghe in Sartagine, que dicitur Wechpanne; jacente ad manum ſiniſtram cum itur in ipſam domum, poſt mortem ejus jure hereditario libere poſſidendum, in hunc modum quod prefati Dominus Gherardus Abbas & conventus dederunt & aſſignaverunt ei dimidium chorum ſalis quolibet flumine in dicta ſalina in domo Edinghe in Sartagine que vocatur Wechpanne jacente ad manum ſiniſtram in introitu dicte domus ad tempora vite ſue. Qua defuncta prior dimidius chorus cum dimidio choro ipſorum ad eorum cenobium & eccleſiam *jure* tranſibit *hereditario* & apud eam absque inpedimento quolibet perpetualiter permanebit. Super quo noſtre civitatis ſigillum preſentibus in teſtimonium duximus apponendum. Datum *Luneborgh* anno Domini. CIↃ. CCC. VIII. intra octavam pentecoſtes.

quod à Kunegunda Hollen acceperit dimidium chori Salis Luneb.

Jure heredit.

XLII. Super proprietatem ville Prangendorp cum pleno judicio videlicet manus & colli.

1308. Nicolaus Dn. de Werle

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. *Nicolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus preſencia viſuris in perpetuum. Poſterorum malicioſe invidie obex malignandi & contradicendi opponitur, dum res geſta racionabiliter ſcripturarum teſtimonio commendatur, dum enim vivit littera, vivit & actio commiſſa littere, nec ex facto ſurgit calumpnia, cui venit à viva littera fortitudo. Hinc eſt, quod ad noticiam tam preſencium quam futurorum per preſentes litteras cupimus pervenire, quod nos de *provido ac maturo fidelium* MILITUM *noſtrorum conſilio*, cum *conſenſu omnium coheredum noſtrorum* à venerabilibus & in Chriſto nobis dilectis Dominis videlicet GHERHARDO *Abbate & conventu Monaſterii in Doberan* recepimus trecentas Marcas denariorum *uſualis monete*, nobis propter redemptionem quarundam *municionum noſtrarum* valde neceſſarias, pro quibus ipſis proprietatem ville noſtre, que *Prangendorp* dicitur, cum omnibus proventibus & utilitatibus & *pleno judicio, manus* videlicet & *colli* vendidimus perpetuo poſſidendam. Ita videlicet, ut homines in prefata villa commorantes nullum de noſtris *advocatum* ſuper ſe habeant vel judicem, niſi Abbatem ſolum vel cui Abbas vicem pro ſe commiſerit judicandi. Ne autem ab heredibus noſtris vel à quoquam alio dicte eccleſie ulla in poſterum oriri poſſit calumpnia; quod abſit, preſentem paginam inde conſcriptam teſtium annotacione & ſigilli noſtri appenſione fecimus roborari. Teſtes vero hij ſunt MILITES *Johannes & Bernardus fratres de* BELLIN, Nycolaus CABOLT, *Teſſemarus advocatus in* GUSTEROWE *Grubo* & plures alii fide digni. Datum per manus Statii *notarii noſtri*. Anno Domini CIↃ. CCC. VIII. In die apoſtolorum Symonis & Jude.

prævio conſilio militum conſenſuque coheredum

Abbati Gerhardo vendit

Villam Prangendorp. cum pleno judicio.

ab Advocati Dni exemte.

Teſt. Milite

XLIII. De proprietate quinque marcarum reddituum in moneta civitatis Cracowe.

1308. Nicolaus de Werle

In nomine Domini amen. N. (Nicolaus) Dei gracia Dominus *de Werle* omnibus Chriſti fidelibus preſencia viſuris ſalutem & omne bonum. Pro ſuſceptis a Deo beneficiis obſequia & inpenſis obſequiis ſtipendia ex hiberi conſonat racioni. Beneficia igitur a Deo nobis inpenſa & ſuſcepta intueri volentes, de bona voluntate noſtra *conſenſu noſtrorum fratrum & heredum & inſtinctu noſtrorum fidelium* Doberanenſi eccleſie, quam ſpecialiter & gratuite proſequimur & fratribus inibi jugiter Deo ſervientibus damus, conferimus & *dimittimus* proprietatem *quinque marcarum Slavicalium denariorum*, quas de *conſulibus oppidi noſtri Craco-*

conſenſu fratrum & inſtinctu fidelium.

Cracowe de *numismate noſtro* predicti fratres *Doberanenſis domus* recipient quovis anno, quas quinque marcas à nobis emit juſto tytulo emptionis *noſter* MILES *Teſmarus* inſtaurando ipſos redditus quinque marcarum predictos in ipſa eccleſia *Doberanenſi* ad vicariam unius altaris in memoriam ſui & ſuorum progenitorum perpetuo ſalubrius duraturam. Proviſo tamen ſane, quod ſi nos aut noſtri liberi in futurum temporis hos quinque marcarum redditus uſui noſtro repetendos decreverimus, tunc loco iſtorum reddituum quinque marcarum, quinque marcarum redditus *equivalentes* predictis ſub eadem prerogativa proprietatis; qua iſti predicti nos aut noſtri heredes ipſis fratribus in Doberan tenebimur compenſare. Pro cujus facti noſtri preſentis evidentia noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt Johannes & Bernardus *de Belyn*, *Teſmarus*, Hinricus GRUBO, Bertoldus *de* OSTEN, Viko MOLTEKO, Conradus VOS, *noſtri milites*, STATIUS noſter *ſcolaris* & plurimi fide digni. *Datum* & *actum* Anno Domini CIↃ CCC VIII. in vigilia circumciſionis Domini.

Emtionis titulo à milite Teſmaro adquiſitas & eccleſiæ Doberdicatas.

Reſervata facultate repetendi & accipiendi reditus æquivalentes.

Teſt. Milites de Belin. Grube. Often. Molke. Vos. Statius Notarius.

XLIII. De proprietate quinque tremodiorum, III½ (3½) modiorum ſiliginis & V. ſolidorum in Cracow.

1308. Nicolaus Dn. de Werle

In nomine ſancte & individue trinitatis amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* omnibus Chriſti fidelibus preſentia viſuris ſalutem in Domino ſempiternam. Per ſucceſſum temporis acta hominum delet oblivio, propter hoc conſvevit, ea prudentum diſcreto teſtimonio & inſtrumentis publicis conformari. Notum itaque facimus univerſis, quod nos

Conſenſu fratrum. heredum. & perſuaſione fidelium

Eccleſiæ Doberan. confert 5. tremodia. & 5. ſolidos è cultura agror. Krakowe.

conſenſu noſtrorum *fratrum* & *heredum* & *noſtrorum perſvaſione fidelium* eccleſie Doberanenſi & ſincere nobis in Chriſto dilectis fratribus inibi Deo jugiter famulantibus damus & conferimus proprietatem perpetuitatis *quinque tremodiorum* III½ modiorum ſiliginis & *quinque ſolidorum*, que ex *cultura camporum agri* opidi noſtri *Cracowe* quovis anno in feſto *ſancti Martini* colligentur parcialiter, quos redditus predicti fratres de Doberan à ſincera femina *Walburge* cognominis *de Oldenhove* & ab heredibus ejusdem emerant juſto emptionis tytulo pro reſtauro *ſeptuaginta quinque marcarum*, quos predicta vidua & ſui heredes coram nobis conſtituti *legitime reſignaverant viva* VOCE. Proviſo eo, quod ſi cultores agrorum predictorum ad dandas predictas *annuales penſiones* rebelles, quocumque contingente caſu, extiterint, ſepe dicti *fratres de Doberan*, non obſtantibus noſtris *judicibus* ſeu *conſulibus oppidi predicti*, predictam penſionem poterint *in pignore* extorquere. In hujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum patentibus eſt appenſum. Teſtes hujus rei ſunt johannes & Bernardus *de* BELYN *milites*, Ludolphus *de* OLDENBORCH & *Teſmarus advocatus*; Conradus *Vos*, Hinricus *Grubo*, Bertoldus *de* OSTEN, Vicco MOLTEKO noſtri *milites*, *Stacius* noſter *Notarius* & plurimi fide digni. *Datum* & *Actum* Anno Domini CIↃ CCC. VIII. in Vigilia circumciſionis Domini.

à Walburge de Oldenhofe venditos.

& reſignatos. viva voce.

Addita commminatione pignorationis. Ab ipſis fratribus Dob. irrequiſito judice ordinario, exequendæ.

Teſtes milites Megapol. de Belyn. Oldenborg.

Vos. Often. Moltke. Statius Notarius.

XLV. De precaria in Bolkowe majori & Grentze majori & de judicio manus & colli.

1309. Johannes miles dictus Molteke Senior Eccleſ. Dob.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam viſuris ſeu audituris JOHANNES *miles, dictus* MOLTEKE *ſenior* omnibus in perpetuum: Ne acta, que fiunt in tempore, cum lapſu temporis evaneſcant & à memoria poſterorum excidant, neceſſe eſt, ea ſigillorum & teſtium ſubſcriptionibus roborari. Hinc igitur notum facimus tam preſentibus quam futuris, quod nos de matura deliberatione & conſenſu *amicorum noſtrorum* pro *teſtamento noſtro ordinando* contulimus & dimiſimus *eccleſie Doberanenſi* Judicium *manus & colli* & PRECARIAM *in villa Bolecowe majori* & in *villa Grentze majori* cum omni jure & libertate, ſicut nos primo habuimus absque *omni ſervicio à* NOBILI *Domino* NYCOLAO *de Werle* & poſt hec ab EXCELLENTI *Domino* ERICO *rege Danorum & Slavorum*. Ita tamen, quod eccleſia Doberanenſis pro executione teſtamenti noſtri jam ordinati dabit & exponet *ſexcentas marcas* SLAVICALIUM *denariorum* in hunc modum. Primo nobis viventibus centum Marcas denariorum, & poſt diem exitus noſtri *Eccleſie Dargunenſi* ducentas marcas denariorum ad duo perpetua ſervicia Conventui ibidem comparanda; de ceteris trecentis marcis procurabit expenſas in exequiis ſepulture noſtre, inſuper duo perpetua ſervicia, unumquodque de decem marcis, ut exinde memoria noſtri & parentum noſtrorum jugiter habeatur. Ne autem hoc factum noſtrum racionabile & ſalubre inpoſterum ab aliquo heredum noſtrorum ſeu quocumque alio poſſit infringi, preſentem paginam inde conſcriptam Sigillo noſtro & ſigillis amicorum noſtrorum ſcilicet dilecti *fratris noſtri* Conradi *militis* dicti *Molteke* & Everhardi *militis* cognati noſtri, & dilecti *filii noſtri* Frederici dicti *Molteken* eccleſie Doberanenſi dedimus roboratam. Teſtes autem hujus facti ſunt Dominus Nycolaus *Bilre* MILES & CAPITANEUS *Domini Regis Dacie*, Dominus Conradus *dictus Preno* ſocer noſter, Dominus *Siffridus* miles dictus *de Plone*, Dominus *Bolto*, capellanus & notarius noſter, Johannes dictus *Theolemarius*, Ghehardus dictus *Blomyng* Burgenſes ac conſules civitatis *Rozſtoch*, frater Johannes dictus *Stim* & frater Arnoldus *de Goslaria* Monachi Doberanenſes & alii quam plures fide digni qui affuerunt dum hec agerentur. *Actum* & *datum* in *Rozſtoch* Anno Domini CIↃ. CCC. IX. XII. Kalendas Junii, feria quarta ſeptimane Penthecoſtes.

Conſenſu fratris, cognati & filii pro teſtamento ordinando confert judicium manus & colli.

Bedam villarum Bölkau & Grenze.

Cum omni libertate à nobili Dn. de Werle & excellenti Rege Dan. acquiſita.

Incumbunt tamen Eccleſiæ Doberan præſtationes pro executione teſtamenti.

in Comodum eccleſiæ & conventus Dargunenſis.

in Memoriam donatoris.

Sigilla amicorum.

Fratris, cognati & filii de Molteke.

Teſtes miles & Capitaneus.

Milites Prene & de Plone.

Capellanus & Notarius.

Conſules Roſtoch.

Monachi Dob.

XLVI. De judicio manus & colli & de precaria in Grenz & Belecowe.

1309. Nicolaus Dn. de Roſtok confirmat Eccleſiæ Dober.

Nycolaus Dei gracia *Dominus de Rozſtok* univerſis Chriſti fidelibus preſencia viſuris in perpetuum: Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris,

donationem in testamento Jo. Moltke factam.

quod *donationem* quam fidelis ac dilectus noster *Johannes* miles, dictus *Molteko* donavit ecclesie Doberanensi *in ordinatione testamenti sui* pro salute anime sue scilicet judicium manus & colli, *& proprietatem* & *omne* SERVICIUM *in villa Bolecowe majori* & in *villa Grenz majori*, sicut habuit a NOBILI Domino *Nycolao de Werle* primo, deinde à GLORIOSO Domino *Rege Danorum & Slavorum Erico*, ita plenarie ac integraliter in vita sua *resignavit* ecclesie antedicte, de nostro consensu, beneplacito & favore factam esse, presentibus liberaliter confirmamus. In cujus rei testimonium presentem litteram sigilli nostri impressione dedimus roboratam. Hujus eciam rei testes sunt *Conradus*, *Everhardus*, *Fredericus* milites *dicti Molteken*, Dominus *Conradus miles* dictus *Preno*, Dominus *Siffridus* miles *dictus de* PLONE, Johannes dictus *theolenarius*, Gerhardus dictus *Blomyg*, Burgenses ac consules civitatis *Rozstok* & alii quam plures fide digni qui presentes fuerunt dum hec agerentur. Actum & datum in *Rozstok*. Anno Domini CIↃ. CCC. IX. XI. Kalend. Junij, feria Quarta septimane Penthecostes.

Villas Bolkau & Grenz cum omni servitio precariæ.

Test. milites.

Burgenses.

XLVII. De proprietate molendini ante civitatem Malechyn & Stagni in Warkentin.

1310. Nicolaus Dn. de Werle

In nomine Domini amen. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* Omnibus Christi fidelibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Consvevit discretio prudentum, acta hominum transeuntia cum tempore litteris & instrumentis confirmari, per que revocentur ad memoriam futurorum. Noverint igitur & presentes & posteri, quod nos *de consensu nostrorum fratrum & heredum nostrorum communicato discretorum consilio*, viro sincero nobis speciali Domino GERHARDO *Abbati Domus Doberanensis*, *Cystercienſis Ordinis* & *fratribus* inibi Deo servientibus plenam perpetuitatis proprietatem molendini ante civitatem *Malechyn* & *Stagni Wargentin* in omni sui fructu & utilitate in remissionem peccatorum nostrorum & progenitorum nostrorum eo jure & libertate seu *prerogativa*, quam ipsam civitatis nostre consules de Malchin possederant, dimittimus & contulimus libere & quiete perpetuo possidendam. Ne de hujusmodi donatione in futurum aliquem dubitare contingat, nostrum sigillum & *nostri fratris Johannis* in hujus confirmationem presentibus duximus apponenda. Testes hujus sunt *Noster frater*, *Johannes de Lu*, de *Oldenburgh*, Bernardus *de Belin*, Hinricus *Grubo*, Vicke *Molteko*, Conradus *Vos*, Nycolaus *Cabolt*, Rodolfus *Barolt* nostri *milites* fide digni. Datum *Rozstoc*. Anno Domini CIↃ. CCC. X. Post purificationem feria sexta continua.

consensu fratrum

Gerhardo Abbati domus Doberan.

donat molendinum ante Malchin & StagnumWarkentin.

sigillum & Testimonium fratris Johan. Test. Milites.

XLVIII. De emptione ville Nykesze & libertate ejus.

1310. Nicolaus Dn. de Werle

Omnibus Christi fidelibus. *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* salutem in perpetuum. Inter plura humane condicionis infima memoriam hominum sic fragilem esse constat, ut nec multitudini rerum nec longitudini temporis sufficientem se valeat exhibere. Vnde ratio docuit & consvetudo didicit, ut fragilitati memorie per quedam signa & testimonia succurratur. Hinc est, quod tam presentibus quam futuris notum fieri volumus litteras per presentes, quod nos de provido ac maturo *fidelium nostrorum consilio*, cum *consensu fratrum nostrorum Gunzberi* & *Johannis*, & *filii nostri Johannis*, receptis duobus milibus marcarum denariorum Slavicalium à venerabilibus & nobis dilectis Domino GERHARDO *Abbate* & *conventu de Doberan* vendidimus *villam Nykesze* in nostro *Dominio* sitam cum proprietate & omni prorsus utilitate, quam habet & in futurum habere poterit; absque *certo numero mansorum*, sed sub terminis & intra terminos antiquos in silvis, pratis, pascuis, aquis, campis cultis & incultis, viis & semitis; agri predicte ville fixi debent perpetuo remanere. Homines eciam in eadem villa commorantes eo jure & judicio, quo *nostri fideles & vasalli* gaudent, per terram nostram quiete & libere perfruentur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo fratris nostri Johannis presentibus est appensum. Hujus autem actionis testes sunt *milites nostri* Ludolphus & Hartmannus fratres *de Oldenborg*, Johannes & Bernardus *de Bellyn*, Nycolaus *Cabolt*, Bernardus *de Ostен*, Fredericus *Molteke*, Hinricus *Grubo* & plures alii tam *milites* quam *armigeri* fide digni. Datum *Rozstoc* anno Domini CIↃ. CCC. X. feria secunda Pasche.

maturo fidelium consilio consensuq; fratrum & filii.

pro 2000 mi marcarum de nar. Slavica Vendit conventui Dobe villam Nike territorii Werlensis. fine certo numero mar forum.

Cum judicio vasallis consueto.

Test. Milites & armigeri Megapol.

XLIX. Super redditibus undecim marcarum in Wostrowe.

1310. Hinricus I Megapol. statur

In nomine Domini amen. *Hinricus* Dei gratia *Dominus Magnopolensis & Stargardensis* omni generacioni in perpetuum. De gestis hominum eciam laudabiliter de facili processu temporis emergit dura calumpnia, nisi fulciantur apicibus sigillatis; unde tenore presencium publice protestamur, quod cum *fidelis noster* ADVOCATUS & dilectus MILES *Dominus Otto de* LU justo emptionis tytulo undecim marcarum redditus in bonis *Radolfi* dicti *Hath in Wostrowe* nichil magis solventibus comparasset, de nostra voluntate & consensu heredum suorum in eleemosinam pauperum ipsos deputavit redditus, & magistro sutorum in *Doberan* tollendos annis singulis in perpetuum intra nativitatem & Epyphaniam Domini condicione tali apposita assignavit, ut idem magister sutorum pro decem marcis predictorum reddituum *quinquaginta paria calciorum* cum *corrigiis* semper in vigilia beati *Martini episcopi* ad portam erogare pauperibus sit paratus, undecimam marcam pro suis laboribus habiturus. Si autem, quod absit, anno aliquo per sinistrum casum sive eventum emergentem ecclesia Doberanensis in predictis redditibus defectum pateretur, qui non ex negligentia vel culpa personarum domus ipsius probari poterit accidisse, de suis nichil apponere tenentur, sed quantum sustulerunt erogare. Predictus eciam Radolfus *Hath*

Advocatum militem O. de Lü reditus in Wostrowe emtos

destinasse M. gistroSutori Doberan.

ut 50. paria calceorum cum corrig pauperibus roget quotanis.

Prohibita alienatione bonorum Woſtrowe.

Hath & ſui heredes bona preſata *nec vendere* nec *obligare*, vel quolibet modo *alienare* à ſe poterunt ſine Abbatis Doberanenſis aſſenſu & conſilio. Et ſi predicti redditus in termino preſcripto dati non fuerint *per advocatum Abbatis*, ablacione pignoris poterunt extorqueri. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum una cum ſigillo Domini Ottonis preſentibus eſt appenſum. Hujus actionis teſtes ſunt Johannes de *Cernyn*, Heyno de *Stralendorpe*, Marquardus & Hinricus *de Lo*, Fratres *Helmoldus & Johannes* ROSENDAHL *dicti de* PLESSE, Conradus *de Lu*, hii *milites*. Item *Wernerus*, *Hinricus*, *Conradus* Domini Ottonis *filii* & plures alii fide digni. Acta ſunt hec anno Domini CIↃ. CCC. decimo in die beate marie Magdalene.

Permiſſa in eventum pignoratione.

Teſt. Milites Megapol

Fratres Roſendahl dicti de Pleſſe.

L. Henricus Magnopolenſis ſuper proprietatem ville Bertoldesdorp.

1310. Hinricus Dn. Magnopol. confert & confirmat Eccleſ. Doberan.

Omnibus Chriſti fidelibus. *Hinricus* Dei gratia *Dominus Magnopolenſis* & *Stargardenſis* ſalutem in perpetuum. Poſterorum malitioſe invidie obex malignandi & contradicendi opponitur, dum res racionabiliter geſta ſcripturarum teſtimonio commendatur. Dum enim vivit littera, vivit & actio commiſſa littere, nec de ſcripto ſurgit calumpnia, cui venit à viva littera fortitudo. Hinc eſt, quod ad noticiam tam preſentium quam futurorum per preſentes litteras volumus provenire, quod nos de provido ac maturo *fidelium noſtrorum* conſilio ad honorem Dei & glorioſe virginis Marie *in recompenſam omnis dampni*, ſi quod â *nobis* eccleſia Doberan ſuſtinuit, donamus & conferimus eidem eccleſie integram proprietatem ville *Bertoldesdorp*, quam Dominus Abbas GERHARDUS ſibi & eccleſie ſue *juſto emptionis* tytulo à fideli noſtro *Godelſcalo* PREN *milite & ſuis heredibus* comparavit cum ea libertate & judicio, quam ipſe in eadem villa habuit ſub numero *decem & octo* manſorum in terminis ſuis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, campis cultis & incultis, viis & ſemitis, qui manſi nec â nobis nec â poſteris noſtris menſurabuntur; ſed cum terminis & intra terminos *antiquos* firi debent perpetuo remanere. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes autem ſunt Johannes de *Cernyn*, Heino *de* NIENDORP, Otto *de Lu*, Johannes *Storm*, Ludwig *Negendanke*, Johannes *Berchane*, MILITES: Item FAMULI *Georgius* PREN, *Frater* Domini Godeſclaci & Godeſcalcus filius ejus cum aliis fide dignis. Datum Anno Domini CIↃ CCC X.

prævio fidelium ſuorum conſilio in recompenſam damni dati

Proprietatem villæ Bartoldsdorp.

XVIII. manſos continentem.

Non menſurandos.

Teſt. Milites.

LI. Confirmatio & defenſcio Domini Johannis de Werle ſuper omnia bona noſtra que ſunt in Dominio ſuo.

1311. Johannes Dn. de Werle

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Johannes* Dei gracia *Dominus de Werle* univerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Cum pia fidelium vota favore benivolo ſint proſequenda & illa preſertim, que profectum eccleſiarum reſpiciunt & honorem; notum ſit igitur tam preſentibus quam futuris, quod nos ſalubri ducti conſilio *noſtrorum conſiliariorum* ad honorem Dei & glorioſiſſime virginis Marie & ob piam memoriam progenitorum noſtrorum, qui Domino jam ſpiritum reddiderunt & in *Doberan* exſpectant diem *examinationis extreme*, dilectos nobis in Chriſto Dominos Abbatem & conventum in Doberan una cum *bonis ſuis omnibus* & *familia* ſibi attenente ſub noſtro pacis & protectionis munimine ſuſcipimus defendendos, omnes gracias, jura & libertates ipſis à progenitoribus noſtris in *Dominio noſtro* dimiſſas & indultas tenore preſentium benivole confirmantes. Teſtes autem hujus ſunt Dominus *Nycolaus* FRATER *noſter* & *Johannes filius ejus*; Dominus *Hinricus Grubo*, Dominus Bertoldus *de* HOSTEN, Dominus Bernardus & Johannes *de* BELLYN *milites*, & alii plurimi fide digni. Datum apud villam que dicitur *Brothagen* anno Domini CIↃ. CCC. VI. feria VI. ante Letare.

ductus conſiliariorum

Conventum Doberan. cum bonis & familia ſuſcipit in protectionem.

Teſtes. Frater ipſius & filius. Milites Grubo. de Oſten. Bellin.

Dat. Brothagen.

LII. Privilegium de emptione & perfecta perſolutione ville Berteldesdorp.

1311. Godeſchalcus & Georg. Mil. dicti Prenen

Univerſis preſentes litteras audituris & viſuris *Gotſclacus* & *Georgius* MILITES *dicti* PRENEN ſalutem in Domino: In contractibus & negociis utimur litterarum teſtimoniis, ut de eis, que preſentes geſſimus, poſteris noticiam faciamus. Ad cautelam igitur futuri temporis notum fieri volumus univerſis, quod Nos de *communi conſenſu heredum noſtrorum* Domino Abbati de Doberan ſuoq; conventui villam *Berteldesdorp* cum omni jure proventibus utilitatibus ceteris-que ſuis attinentiis prout nos poſſedimus vendidimus in perpetuum poſſidendam: ut autem predicta venditio firma & inconvulſa permaneat in preſentia ILLUSTRIS *viri*, *Domini* HINRICI MAGNOPOLENSIS in craſtino purificationis beate virginis perſonaliter conſtituti, *recognoſcimus* jam dictam villam nobis pro beneplacito noſtro à Domino Abbate de Doberan favorabiliter & plenarie perſolutam. In cujus rei teſtimonium *ſigillum Domini Henrici Magnopolenſis*, una cum ſigillis noſtris preſentibus eſt appenſum. Teſtes autem hujus ſunt FAMOSI *viri* Johannes *de Cernyn*, Henricus de *Stralendorp*, Henricus *Stenbus*, ROZENDAL, Henricus *de* ORYZ, *Ludolphus* NEGENDANKE *milites* & alii plurimi fide digni. Datum *Wiſmarie* Anno Domini CIↃ CCC XI. in craſtino Purificationis Marie.

suorum conſilio

Venditionem villæ Bertelsdorp, communi heredum conſenſu factam

recognoſcit in præſentia illuſtris Dn. Magnopol.

Hujusq; ſigillo corroborat.

Teſtes famoſi viri, Milites Megapol.

LIII. De Curia quam habet Monaſterium in Wiſmaria.

1312. *Curia Haſſonis vendita.*

Dominus Abbas & conventus *monaſterii in Doberan* de conſenſu conſulum *novorum & antiquorum* emerunt hereditatem, que quondam pertinebat Domino Haſſoni *de Gawetzowe* totam, ſicut jacet procedentem *de recente foſſa* usque ad *plateam molendini* apud molendinum ſitam de relicta Domini Haſſonis predicti & ejus pueris quam ipſis coram conſulibus *reſignaverunt* cum conſenſu eorum, quibus eadem hereditas fuit *impignorata*. Dominus Conradus *Manderow* & Henricus *Howentorpe* promiſerunt eis *Warandiam diem & annum*. Predictus Dominus Abbas & conventus in dicta hereditate *nihil edificare debent*, quod *prejudicare poſſet civitati*; &

Situs. *Reſignatio.* *Evictio.*

Usus juris Lubecensis. Præstationes.

& perpetuo PLENO JURE LUBICENSI fulcietur, sicut *alie hereditates in civitate in omnibus causis;* preterqam quod singulis annis pro collectis, nocturnis vigiliis & fodiendis omnibus (*) aliis *civilibus statutis*, dabunt singulis annis XXIV. solidos in quolibet festo S. Michaelis. Pontes & littus fosse *juxta curiam suam* emendabunt, secundum quod alii concives & hospitalitates Dominorum & militum ac aliorum, que civitati prejudicare possunt in dicta curia, nullatenus exhibebunt sed commodo & utilitati civitatis intendent in quibuslibet licitis & honestis. Si autem dictam hereditatem vendere vel donare aliquando disponerent eam nulli nisi alicui *concivi de Wismar* vendent vel donabunt. Super quo privilegium conventus sui civitati prestiterunt. Anno Domini MCCCXII. Johannis baptiste.

(*) AL. *fodiendo omnibusque aliis.* Al. *faciendo.*

LIIII. De libertate ejusdem curie.

1313. Consules Wismarienſ. Monasterio resignant Curiam Hassonis.

Omnibus Christo credulis ad quos presens scriptum pervenerit Vniversitas consulum civitatis Wismarie salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes, Viros religiosos Dominum Abbatem & conventum in *Doberan* curiam quandam in nostra civitate sitam à relicta *Hassonis de Gawerowe* felicis recordationis nec non ejusdem filiis sibi precio comparasse. Hanc igitur curiam Domino Abbati jam premisso & suo conventui dimisimus cum infra scriptis condicionibus éternaliter possidendam, videlicet quod memorata curia JURI LUBECENSI perpetuo subjacebit. Nec in ea quidquam edificabitur, unde *prejudicium* aliquod fortassis aut *periculum* civitati nostre valeat suboriri. *Dominis* insuper & *militibus* & quibuslibet personis suspectis *hospitalitatis* beneficia *in eadem curia* nulla penitus exhibebunt. *Pontes* insuper *lapideos* & *litus fossæ* circa dictam curiam tenebuntur, quemadmodum *alii concives* & *Incole civitatis* prelibate procul dubio resarcire. Pro *tallia* vero, *Scoth* vulgariter nuncupata, & *pro nocturnis vigiliis* & *fossionibus* ac quibuslibet aliis *statutis civilibus* annis singulis in festo beati Michahelis consulibus erogare tenebuntur XXIV. solidos denariorum usualium expedite. Si eciam sepedictam curiam vendere aliquando vel donare aut obligare decreverint: nulli eam vendere donare aut obligare poterunt nisi alicui de concivibus nostre civitatis. In horum omnium evidenciam atque testimonium scriptum hoc ipsis contulimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum anno Domini CIↃ. CCC XIII. III. Kalend. Marcij.

Nec hospitalitati pateat.

Præstent Onera pontis & fossæ.

Exactionem servitiorum.

Prohibita tamen alienatione curiæ.

LV. De distinctione terminorum Redentin curie & Stromekendorpe.

1313. Hinricus Dn. Magnopol. confirmat Matris suæ interdictum contra cives de Stromekendorp.

In nomine Domini Amen. *Hinricus* Dei gratia Dominus Magnopolensis universis presencia visuris & audituris salutem in Domino. Cum labilis sit hominum memoria & suis spaciis transeant universa, oportunum videtur, ut si qua ad posterorum transmittenda sunt noticiam, scripturarum testimonio perhennentur. Notum sit igitur universis, quod cum querimonia fratrum *in curia Redentin* commorancium, annis singulis tempore testivo ad aures dilecte matris nostre de infestatione & calumpnia, quam in direptione & devastatione pascuarum & tignorum à *villanis* de *Stromekendorpe* in piscina sustinuerunt, curie deferretur, tandem discretorum usa consilio virorum cum consensu partis utriusque fossatum quoddam fieri precepit, interdicens predictis civibus propria in persona, ne fossatum transire & fratres prefatos amplius audeant molestare. Hoc addito, quod si procedente tempore idem fossatum malicia sui parte, vel in toto, quocunque modo forte repletum fuerit vel complanatum, ipsi fratres in Redentin idem fossatum reparare ac renovare habebunt liberam perpetuo facultatem. Et ne inter partes jam prelibatas videlicet de *Redentin fratres*, & *cives de Stromekendorpe* super exaltacione aque, que vulgariter *Stowighe* vocatur aliqua controversia vel calumpnia oriatur in posterum, ipsum molendinum suis contentum erit limitibus, & nichilominus jacebit prout nunc jacet & jacuit à retro actis temporibus & antiquis: quod factum ratificamus & approbamus & volumus firmum & inconvulsum perpetuo permanere. In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo dilecte matris nostre presentibus est annexum. Testes sunt Dominus Hinrich *de Stralendorpe*, Dominus Nycolaus *de Gutowe*, milites; Item *Willekinus*, *advocatus suus*, *Godefridus capellanus*, & quam plures alii *de* FAMILIA *ejusdem dilecte matris nostre* cum plurimis *Monachis* & *conversis* utriusque curie fide dignis. Datum Doberan Anno domini CIↃ CCC XIII. in crastino beati Marci Ewangeliste.

Ne fratrum curiæ Redentin pascua & sylvas divaltent.

Nec fossam transiliant.

Ad preces annis de straw, Pit dicti. Monast. fert VI. nfos in Zim

Nec aquam molendini tra limites altent. Vul Stauung.

Testes mili deStralend & Gutowe.

LVI. De proprietate, de omni jure & judicio sex Mansorum in Zimas.

1313. Nicolaus Domini d Werle c Domicelli hanne

In nomine sancte & individue Trinitatis Amen. Nos *Nycolaus & Johannes* Dei gracia *Domini de Werle* & *Johannes* Domicellus, *filius* ejusdem Domini Nycolai universis Christi fidelibus hanc litteram visuris vel audituris in perpetuum. Ne acta que fiunt in tempore cum lapsu temporis evanescant & à memoria posterorum excidant, oportunum est & necesse, ea sigillorum apicibus & testium subscriptionibus roborari. Notum igitur facimus tam presentibus quam futuris publice protestantes, quod nos de bona voluntate nostra ac *mera animi liberalitate* & ad *peticionem dilecti nobis Johannis de Guzstrowe* cognomine *Pitit*, ad honorem Dei & glorioſe virginis Marie ecclesie Doberanensi contulimus sex mansorum in *Zimaz* proprietatem cum omni jure & judicio, quod *milites & ceteri nostri vasalli in* bonis suis habere dinoscuntur, & sicut ipse habuit jure perpetuo possidendam. In cujus rei evidentiam presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Testes sunt Tessemarus, Conradus *Vos*, Conradus *de Lanckowe*, Rodolfus *Barolt*, Nycolaus *Kabolt* milites & *Stacius* noster *notarius* cum pluribus aliis fide dignis. Datum *Guzstrowe* Anno Domini CIↃ. CCC. XIII. Nonas Decembris.

Testes mil Vos, Lanck Barolt, Kab Notarius tius.

LVII. De

LVII. De precaria duarum villarum, que data eſt nobis ad perpetuum luminare.

1313. Jo. Dominus de Werle ejusque Fratris Nicolai Filius Johannes Confirmant monaſterio donationem villarum Gline & Celgelin.

In nomine Domini amen. *Johannes* Dei gracia *Dominus de Werle* & eadem gracia *Johannes* de eodem *Domicellus* in perpetuum ſalutem. Ne acta hominum a memoria poſterorum tranſeant, conſvevit ea diſcretis prudentum inſtrumentis & teſtibus confirmari. Noſcat igitur reverenda nacio preſencium & felix ſucceſſio futurorum, quod cum frater noſter & pater Dominus de Werle Dominus *Nycolaus* nuper pio motus affectu duas villas videlicet *Glyne* & *Celghelin* ab *omni gravaminis* EXACTIONE & PRECARIA *tam* ANNONE *quam* DENARIORUM *exemptas* & penitus redderet liberas, ipſas ob memoriale perpetuum & ſalubre anime conſortis quondam thori ſui Domine *Rixcen* pie recordationis & memorie ad *luminare perpetuum* in eccleſia Doberan Cyſtercienſis Ordinis Zwerinenſis Dyoceſis duratorum ſalubriter perpetuo inſtauraſſet; Nos igitur pia noſtrorum progenitorum veſtigia in meliori imitari volentes, hanc *prerogativam* & *donationem* confirmamus, approbamus, ratificamus penitus per preſentes, preſumentes & firme ſperantes, quod hec & alia que Deus bona nobis ſeminanda inſpiraverit, in noſtrum ſinum poterint regirari. Tenetur ob id eciam Abbas, qui pro tempore in Doberan fuerit, in *anniverſario ſororis & matris noſtre predicte* fratribus & conventui ibidem in uno ſervicio providere. In cujus confirmationem noſtra ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt Bernardus *de Belin*, *Teſmarus*, Conradus *Vos*, Rodolfus *Baroldi*, Conradus *de Lankow*, Nicolaus *Kabolt*, Johannes de *Havelbergh*, Reynoldus de *Malyn* noſtri milites; *Stacius* notarius noſter & ceteri fide digni. Datum anno Domini CIↃ. CCC. XIII. In die ſancti Andree Apoſtoli.

In memoriam Dominæ Rixen: & in uſum luminum eccleſiæ.

Officium Abbatis.

Teſtes milites de Belin, Vos, Barolt, Lankan, Kabolt, Havelberg, Malin.

Notar. Statius.

LVIII. De ſervicio X. marcarum Domini Ottonis de Lu in Hermenshagen.

1314. Hinricus Dn. Magnopol. Monaſterio confirmat redditus redimibiles decem marcarum è bonis Joh. de Hagen præſtandos

ab Advocato Ott. de Lühe.

Hinricus Dei gratia *Dominus Magnopolenſis*. Vniverſis Chriſti fidelibus preſentia viſuris ſalutem in Domino: Ne rerum geſtarum memoria proceſſu temporum poſſit evaneſcere, diſcretorum virorum pericia ſolet eas per litteras in ſcripto perhennare. Hinc eſt, quod nos tenore preſencium publice proteſtamur, quod dilecti nobis in Chriſto Abbas & conventus Monaſterii Doberan in bonis *fidelis vaſalli noſtri Johannis* dicti de *Hagben*, ſcilicet *Hermenshagen* nuncupatis, ex parte *fidelis noſtri advocati Ottonis* dicti *de Lu, militis*, decem marcarum *redditus annuatim recipient*, (*) usque dum opportuno tempore prefatus Johannes Abbati, qui pro tempore in Doberan fuerit, centum Marcas denariorum preſentaverit expedite. Si autem, quod abſit, predicti redditus aliquo anno dati non fuerint ab Advocato Abbacie, per ablationem pignoris poterunt extorqueri. Ut autem hec firma & inconvulſa permaneant, preſens ſcriptum ſigillo *noſtro* & ſigillo *prefati militis* eſt munitum. Teſtes autem ſunt Dominus Heyno de *Stralendorpe*, Dominus Eckehardus *de Quizowe*, Dominus Johannes *Storm*, Johannes *Berckhane*, Wernerus *de Lu* milites, & Conradus & Hinricus *de Lu* famuli, filii prefati Ottonis, & quam plures alii fide digni. Datum Doberan anno Domini CIↃ. CCC. XIV. quinto & Nonas Marcii.

Extorquendos per pignorationem.

Sub ſigillo Domini & Ottonis de Lü.

Famulorum de Lu.

(*) S. Uſuras decuplas. Vid. ſequentia diplomata ad a. 1316.

LIX. De redditibus V. Marcarum in Cropelin.

1316. Hinricus Dn. Magnopol. & Stargardie recognoſcit factum Godekini Plothe.

Nos *Henricus* Dei gracia *Magnopolenſis & Stargardie Dominus* recognoſcimus ſerie preſencium publice proteſtantes, quod *cum noſtro conſenſu & beneplacito* Godekinus *Plotbe* inpignoravit religioſo ac honeſto viro Domino Abbati *in Doberan* totique conventui ibidem V. Marcarum redditus in Opido *Cropelin*, quos exponet Bernardus *de Satow* civis opidi memorati pro LII *Marcis Slavicalium denariorum* ad quatuor annos proximos compendentes. Contulit autem dictus Dominus Abbas poteſtatem, quod tantos redditus Godekinus antedictus & ſui heredes intra hos quatuor annos reemere poterunt quando hoc eorum fuerit voluntas. Quod ſi non fecerint, annis quatuor revolutis, dicti redditus apud Monaſterium preſcriptum juſto empcionis ac proprietatis tytulo perpetue remanebunt, nec ipſi ullam reemendi habebunt poſtmodum poteſtatem. Curſus horum quatuor annorum inſtat in feſto beati Martini proximo affuturi. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in civitate noſtra *Brendenborch* Anno Domini CIↃ. CCC. XVI. In craſtino Marie Magdalene.

A debitore ſortis cive Cröpliniensi ſolvendos.

Computatio annorum.

Datum Brandenburgi.

LX. De redditibus viginti marcarum in Ruſſowe & Wozſtrowe.

1316. Hinricus Dn. Magnopol. teſtatur Militem Moltike Monaſt. dediſſe loco pignoris XX. marcarum reditus.

Nos *Henricus* Dei gratia *Dominus Magnopolenſis* publice recognoſcimus in hiis, quod dilectus nobis *Everhardus Moltik*, *miles*, viginti marcarum Slavicalium redditus in villis *Ruſſowe* & *Wozſtrowe* eo jure & modo, quo *Hinricus de Lo*, *Miles*, ipſa ſibi cum uxore ſua aſſignavit, religioſo viro Domino Abbati in Doberan & eccleſie ſue, CORAM *nobis* titulo *pignoris* obligavit bona predicta pro ſuis uſibus ordinanda, quousque predicto Abbati aut ſue eccleſie *ducente marce* ejusdem monete per predictum Everhardum aut ſuos heredes integraliter perſolvantur. In cujus teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini CIↃ. CCC. XVI. feria ſecunda ante pentecoſten.

per CC. marcas reluendos.

LXI. Proteſtatio & confirmatio Domini Nycolai de Werle ſuper omnia bona, que vendidit nobis Dominus H. Magnopolenſis, ut maneant libera firma & inconvulſa & homines in eis ſint ab omnibus exactionibus liberi & exempti.

1316. Nicolaus Dn. de Werle eccleſiæ Dober.

Nos *Nycolaus* Dei gratia *Dominus de Werle* recognoſcimus preſentibus & teſtamur, quod venditionem cum eccleſia Doberanenſi & fratribus ibidem ordinis Cyſtercienſis in eâ Deo jugiter famulantibus rite & laudabiliter â *Domino Henrico Magnopolenſi* & *Stargardenſi*, ILLUSTRI *noſtro patruo dilecto* factam & faciendam in villis, molendinis, curiis, manſis & aliis quibuscumque redditibus cum omnibus ipſorum proventibus cum agris videlicet cultis & incultis, pratis, paſcuis, lignis, aquis aquarumque decurſibus, nemoribus, ſilvis & omnibus ceteris

libertatibus, prosequentes nichilominus dictos fratres speciali favore, volumus integram & inconvulsam in perpetuum observari. Preterea libertates, quas memoratis fratribus Dominus Henricus Magnopolensis & Stargardensis noster dilectus patruus vendidit & indulsit eisdem, videlicet ut eorum *subditi* liberi sint ab omni exactione *advocatorum* & *judicum*, à *construccione urbium* nec non ab *exactione vectigalium & expeditione qualibet*, ita ut nemini quicquã servicii ex debito debeant, nisi soli Deo & dictis fratribus, desiderantes modis omnibus observari. Cupimus itaque predicte vendicioni nostrum consensum plenarium salubrius adhibere. Ut etiam amplius à nostris successoribus possit quomodolibet infringi nequaquam, sepedictam venditionem nostro sigillo duximus roborandam. Datum *Güzstro* anno Domini CIↃ. CCC. VIX. feria secunda ante festum Mathei Apostoli.

Ut & libertates ab illo concessas.

LXII. Super divisionem ecclesiarum Nyenborgh & Odeskerken.

1318. Hermannus Episcopus Zwerinensis BERTOLDO Abbati Dob. causas exponit separatæ ab ecclesia parochiali filiæ Odeskerken.

Hermannus Dei gracia *Episcopus Zwerinensis* Religioso viro Domino *Bertoldo Abbati Doberanensi* Cystercienſis Ordinis sue Dyocesis salutem in Domino & bone voluntatis affectum: Tractantes nuper de ecclesia parochiali in *Nyenborgh* & filia ejus *Odeskerken* conperimus, quod eadem filia rectorem proprium per se possit commode sustentare. Considerantes eciam quod fidelius & salubrius regnantur ipsius filie populi per verum & perpetuum ei deputandum pastorem, quam per alienos clericos & capellanos, qui in ea annis fere singulis variantur, utile fore perspeximus, quod ei verus & perpetuus preficiatur rector, qui eam teneat in beneficio, sicut est verus pastor in Nyenborgh inter eas ecclesia principalis. Hiis itaque pensatis ex nunc ordinamus, diffinimus atque statuimus, quod ecclesia in *Odeskerken* cum assceriptis sibi terminis, quibus preesse consvevit deputatus ei vicarius, ecclesia maneat per se *parochialis*, ab ecclesia in *Nyenborgh* excepta, exempta, divisa, libera in perpetuum & soluta. Ita tamen, quod rector ipsius qui pro tempore fuerit, medietatem pensionis quam consvevit rector ecclesie in Nyenborgh annis singulis percipere de ipsa ecclesia in Odeskerken, que se extendebat *ad* DECEM *Marcas denariorum Slavicalium*, pro sua sustentacione retineat, & reliquam medietatem sepedicto rectori ecclesie in *Nyenborg* suisque successoribus canonice sibi succedentibus annis singulis in perpetuum exsolvat. Et quod Vos Domine Abbas & successores vestri libere providere possitis ydonee persone de ipsa ecclesia in Odeskerken, nunc & quociens vacaverit, cui teneatur populus terminorum designatorum superius de quibuscumque JURIBUS *parochialibus* sive SCRIPTIS sive NON SCRIPTIS integraliter & plenarie respondere. Proviso tamen, quod *Johannis* rectoris sepedicte ecclesie in Nyenborg *consensus* accedat hujusmodi ordinationibus & statutis. Hujus divisionis testes sunt Johannes Prepositus *Butzowensis*, & Gherardus ipsius ecclesie Butzowensis *canonicus cappellanus noster* & plures alii fide digni. In quorum omnium & singulorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Zwerin* anno Domini CIↃ. CCC. decimo octavo. Sexto decimo Kalend. Januarij.

Nunc eccles. parochialis.

Annua pensio pastoris X. Marc. denar. Slavicalium.

Dividenda inter illum & Nienborg.

Consensus eccles. Rectoris in Nienborg

Testes, Præpositus, Canonicus, Capellanus.

LXIII. Privilegium de villa Adameshaghen.

1319. Hinricus Dr Magnopol. & Stargardia

Villam Adamshagen Dominii seu terræ Rosto dat in compensationem

si terra Rostochiensis transierit in alterius Domini potestem.

Test. Milit Axecowe, Hasencop. Wedele. Tun.

Vniversis Christi fidelibus presentes litteras visuris *Hinricus* Dei gratia *Magnopolensis & Stargardie Dominus* salutem in perpetuum! Tenore presentium recognoscimus & publice protestamur, quod villam *Adameshaghen* in *terra Rozstok* sitam dedimus cum omni proprietate dilectis nobis in Christo viris religiosis & discretis Domino Abbati & conventui in *Doberan* pro bonis, que *in terra Pole* à nobis debuerant habuisse, sicut in alia littera nostra inde confecta expresse satis & lucide continetur. Quod si dictam *terram Rozstok* tempore processivo ad MANUS *Domini Regis sive Principis* aut *Domini alterius cujuscumque*, qualicumque modo devolvi contigerit, Nos ab ipsa separari nequaquam volumus, nisi prius sepedictam proprietatem jam dicto Domino Abbati & ipsius conventui finaliter ordinemus. Pro cujus ordinatione nos ex nunc & post nos *veri heredes nostri* stabimus firmiter obligati. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes sunt *milites* Mathias *Axecowe*, Georgius *Hasencop*, Reymarus *de Wedele*, Hinericus Tun & plures alii fide digni. Datum *Ribbeniz* anno Domini CIↃ CCC XIX. In crastino beati Nycolai episcopi & confessoris.

LXIV. De villa Adameshaghen quomodo donata est pro bonis in terra Pöbl.

1319. Hinricus Magnopolens. Stargardiæ Dominus

Villas Malchowe, Wangere & Tymmendorp terræ Pöle

tertiamq; partem pecuniariæ satisfactionis.

In nomine sancte & individue trinitatis amen. *Hinricus* Dei gratia *Magnopolensis & Stargardie Dominus* omni generationi, que ventura est in perpetuum. Dudum in affectu devoto desideranter gessimus, ut memoria predilectorum Domini *Himrici Magnopolensis* patris nostri & Domine *Anastasie* matris nostre, nec non Domine *Beatricis* uxoris nostre sub miseratione Christi quiescentium, ceterorumque progenitorum nostrorum & posteritatis à nobis descendentis atque nostra in loco sepulture nostre, quam in *Doberan* consequi speramus, à Domino ibidem in divinis officiis perpetim & jugiter ageretur. Quamobrem & pro predictorum omnium expiandis reatibus Abbati & conventui predicti loci Doberan Cystercienſis ordinis Zwerinensis Dyocesis donaveramus in terra *Pule* in villis *Malchowe*, *Wanghere* & *Tymmendorpe* redditus octo lastarum & dimidie & sedecim modiorum *dure annone* & septem lastarum & decem modiorum *avene* & decem modiorum *pise* & tredecim marcas minus quatuor solidis *denariorum Slavicalium* cum omni *proprietate & libertate*, jure perpetuo possidendos. Hoc adjecto, quod de omni *pecuniaria satisfactione* capitalium sententiarum Abbas Doberanensis terciam partem tolleret in usus sui monasterii convertendam. De quorum reddituum fructibus, postquam eos percepisset, ex institutione nostra teneretur in perpetuum provide & inviolabiliter procurare, quod in capella illa, in qua progenitores nostri sepulti sunt & nos sepeliemur favente Domino, *lumen cereum ardens* perpetuo & indeficiens haberetur. Et preterea duas refectiones refectoriales

riales suo ministrare teneretur conventui singulis annis laudabiliter sicut unumquodq; ipsorum de decem marcis Slavicalium denariorum posset melius comparari. Insuper providere teneretur uni altari de omnibus necessariis *ad missarum celebrationem* in capella sepulture pretacte, & in ea procurare *fenestras laudabiles* de fructibus annuis reddituum predictorum. Reliquos vero redditus superexcrescentes habere deberet predicta Doberanensis ecclesia in restaurum pro omni dampno suo, quod receperat à nobis sive a nostris, & specialiter pro dampnis illis, que sibi de castro *Rethtecowe* irrogata fuerant, sicut hec in instrumentis inde confectis plenius erant scripta. Porro, preter modum *urgentibus nos hominibus debitorum nostrorum*, vendere nos oportuit & vendidimus predictam *terram Pole* cum omnibus supradictis redditibus, priusquam Abbas predictus de eis aliquid percepisset, unde predicti nostri alterius effectibus frustrabantur & nos nichilominus ecclesie sue satisfacere volebamus & tenebamur de pretactis dampnis & conservare singulas supradictas institutiones nostras secundum omnem modum superius enarratum. Idcirco pro omnibus & singulis bonis & redditibus jam predictis, quibus ipsi totaliter renunciaverunt & nobis resignaverunt, *donavimus* Abbati & ecclesie sepedictis villam dictam *Adameshaghen* sitam intra terminos *Parrochye Lychtenhaghen* cum omnibus agris cultis & incultis, paschuis, pratis, silvis, rubetis & nemoribus, aquis, paludibus, viis & inviis eidem adjacentibus & generaliter cum omnibus, que ad ipsam villam qualitercunque pertinent vel poterunt pertinere. Concedentes ipsis omnem proprietatem & possessionem libere, omne jus & omnem jurisdictionem super premissa villa Adameshagen & ejus attinentiis, sicut super bonis in *terra Pole* eis assc.riptis habuisse debuissent, & sicut noscuntur melius atque cum liberiori proprietate Abbacie sue bona reliqua possidere. In cujus ville comparationem ipsi converterunt *trecentas & quinquaginta* marcas denariorum Slavicalium, quos ab eis recepimus in pecunia numerata, & insuper relaxaverunt nobis debitum *Ducentarum marcarum denariorum Slavicalium*, quos eis pro dampnis, que intulimus eis in ANTIQUA *curia Doberan*, in pecoribus & rebus aliis solvere tenebamur. Volumus igitur, ut ipsi, postquam fructus perceperint de hac villa Adameshaghen, pro remedio animarum nominatorum superius omnia & singula obsequia supra dicta secundum institutiones nostras impleant & fideliter amministrent. Hujus rei testes sunt Mathias *de Axcekowe*, Reymarus *de Wedele*, milites; Wernerus *plebanus* in *Rybenitzhsce*, Thydericus *Friso* Magister *Burgencium in Rozstok* & plures alii vocati ad hoc specialiter & rogati. In cujus eciam rei pleniorem evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum *Rozstok* sub anno Domini CIↃ CCC XIX. Proximo die ante festum beatorum Martyrum Dyonisii & Sociorum ejus.

Refectiones monasterii.

celebrationem missæ. fenestras capellæ.

Causa revocatæ donationis & venditæ terræ Pole.

In cujus locum succedit nova donatio villæ Adamshagen.

Cum jure & omni jurisdictione.

Persolvuntur tamen à Monasterio 350. marcæ.

Primæ institutionis observantia injungitur.

Test. milites de Axecowe, Wedele.

Plebanus.

Magister burgensium Rostoch.

LXV. De Emptione molendini in Sprentze.

1319. Vniversis Christi fidelibus presentes litteras vi-

Bertoldus & suris *Bertoldus* & *Conradus de Dudinghe* fratres salutem in perpetuum: Quum inter presentia humane condicionis infirma memoriam hominum ita fragilem esse constat, ut nec rerum multitudini nec temporis longitudini se sufficientem valeat exhibere, unde racio docuit & consvetudo didicit, ut fragilitati memorie per quedam signa & testimonia succurratur; notum igitur esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos vendidimus in perpetuum religiosis viris & discretis Domino *Bertoldo* Abbati & suo conventui ecclesie in Doberan pro *Mille & Trecentis Marcis* denariorum Slavicalium nobis integraliter & gratanter persolutis & *in usus nostros* conversis Molendinum situm in villa *parvi Sprenz* cum omnibus suis attinenciis & omni prorsus fructu & utilitate, prout ipsum à nostris progenitoribus antiquitus & a nobis hactenus est possessum ipsis perpetuis temporibus possidendum. In cujus rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa pro nobis & nostris *veris heredibus*, perpetuis temporibus affuturis. Testes hujus rei sunt *sacerdotes* Johannes *Scacko* plebanus in *Sprentz*, Henricus plebanus in *Critzowe*, Magister Conradus *Vice plebanus* ecclesie Sancte Marie Virginis in *Rozstoc*; Milites Conradus *Speygbelbergh*, Jordanus *de Cropelin*, Hinricus Duding *de Dechowe*, Hermannus *Hakenstede*, Heneman *Vineke*; Famuli *Radeke Neghendanke*, Conradus *Cropelin*, Nycolaus *de Axowe*; Consules Thydericus *Friso*, Johannes *Pape*, Godefridus *Vslendere*. Datum *Rozstoc*. Anno Domini. CIↃ. CCC. XIX. feria secunda post Reminiscere.

Conrad. de Duding

Bertoldo Abbati Dober. vendunt molendinum situm in villa *Klein-Sprentz*.

Testes Sacerdotes plebani. Vice plebanus.

Milites de Croplin, Speigelberg, Dechow, Hakenstete, Fineke.

LXVI. Recognicio fratrum de Dudinghe & de vendicione molendini in Sprentze.

1319. Omnibus Christi fidelibus presencia visuris vel audituris *Bertoldus* & *Conradus* fratres *famuli*, *dicti* de *Dudinghe* salutem in Domino. Noverint universi tam presentes quam posteri, quod nos predicti, & *legitimi heredes nostri presentes & futuri* bono animo & libero consensu vendidimus Domino Abbati & suo conventui in perpetuum Molendinum situm in villa *parvi Sprentz* cum omnibus attinenciis suis & confinibus pro *Mille & Trecentis marcis* denariorum Slavicalium nobis integraliter persolutis, possidendum ab ipsis *secundum* JUS VASALLORUM ABSQUE *omni servicio* cum omni utilitate & fructu prout in terminis suis & confinibus à nobis & nostris progenitoribus est possessum. Ita specifice ut aque meatum effluentem de Stagno *Buckowe* dicto in majus stagnum *majoris Sprentz* cum sua *exclusa* que vulgariter *Schütte* dicitur cum meatu ab eodem majore stagno majoris Sprenz effluente retro *pomerium* in minus stagnum in renovando ipsum & ampliando, scilicet & efluxum seu rivulum minoris stagni sub *ponte* cum *anguille captura* in exclusa infra pontem liberos possideant & quietos. Ante hos igitur *tres meatus* aquæ nullus *retenticula piscium* statuat vel construat, nisi possint per medium navibus commode pertransiri, nec aliquis ante pontem in minori stagno anguillas capiat nocturnis temporibus *cum sagena.* (*) Insuper habebunt *piscaturam* liberam in *piscina circa molen-*

Fratres famuli dicti de Dudinge

vendunt monasterio molendinum in parva Sprenz.

possidendum secundum jus Vasallorum, absq; Servitio.

Stagna Buckau & majoris Sprentz.

pomerium.

rivulus sub ponte.

Descriptio piscinæ ejusque pertinentiarum

dinum & in *stagno adjacente proximo* cum arundine & graminibus& omni fructu,qui à *dammone* (**) *molendini* in aquis & utrisque ripis usque ad locum, quo aqua *Zabole* dicta primo ipsum stagnum influit, poterit pervenire. Habebit insuper idem molendinun omnem porcionem & *jus uniu*s *mansi* in silvis, campis,pascuis,pratis,feno, cespitibus ustilibus atque ad *dammonem reparandum* congruentibus cum *arena sive terra*. Quos cespites sive arenam vel terram *honesti viri de* LINSTOWE & ipsorum legitimi heredes in loco utrisque apto & commodo,molendinario liberaliter demonstrabunt. Nullus quoque idem molendinum superius, in quantiscumque aquarum extensionibus pro utilitate sua faciendis, impediat, nec eciam inferius ipsarum decursus permittatur aliquis occupare, minuere vel mutare. Nec aliquis poterit infra idem molendinum usque ad *Lusowe* ad spacium unius miliaris aliquod *molendinum* construere *aquis volubile sive vento*. Habet eciam quandam aream adjacentem, solventem quinque solidorum discretis Viris *de Lynstowe*, quam redimere poterunt dum satisfecerint pro periculo incendii, quod ex ipsa *area* acciidit molendino,qui eciam pontem versus SYWAN, dum necesse fuerit,reparabunt. Quam siquidem vendicionem & omnia & singula supra dicta nos *Bertoldus* & *Conradus* fratres supra dicti cum Domino *Scackone* plebano *in Sprenz* & Domino *Conrado Speygelbergh*, milite, promisimus fide data pro nobis nostris *veris* & *legitimis heredibus* promittimus per presentes *in* MANUS *Domini de Orzze* militis & Hinrici *subadvocati ecclesie Doberanensis* grata & rata habituros & *Warandiam legitimam* prestituros *per* DIEM & ANNUM, & Abbatem cum suo conventu defensuros à quolibet inpetente. Pro quibus omnibus inviolabiliter observandis HONESTI *viri Hinricus de Dudinghe de* DECHOWE, *Jordanus* de *Cropelin* & Hermannus de *Hakenstede* MILITES, Radeke *Negendancke*,Conradus de *Cropelin*,FAMULI nobiscum *simili fide jussione* promiserunt condicionaliter. Quod si à Die,quo omnes vel singuli nostrum *pro Warandia* requisiti fuerimus, infra quatuordecim noctes inpeticiones & reclamaciones quascumque non abscciderimus,civitatem *Guzstrowe* intrabimus,inde *non exituri*, quousq; omnes inpeticiones & reclamationes a nobis *totaliter annullate fuerint & sopite*, quibuscumque occasionibus & necessitatibus procul motis. In quorum omnium validum fulcimentum & testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum *Doberan* anno Domini CIↃ. CCC. XIX. In catedra beati Petri Apostoli.

A mole seu aggere molendini

Reparatio aggeris per bonestos viros de Linstau.

Prohibitio impedimentorum.

Area seu horreum.

Sub fide promissorum & compromissorum MANUARIA.

Warandia per diem & annum.

Sub obligatione OBSTACII *seu intradæ.*

(*) Seu Reti, reticulo, Gallis *Seine*, docente VOSSIO *in Etymologico.* & *Eddonis testam.* apud ECCARD. *Orig. Austr. col.* 144. Inde *tract. sagenæ, trahere sagenam* idem innuit ac *immittere retia*, vulgo etiam *Wudenzug*. In nonnullis chartis formula occurrit *cum sagenis seu rusis*. Ubi sagena idem est quod vulgo dicitur *Reuse, Fischreuse*. Aliquando sagena sumitur pro *navigii* specie. Chartam habet MIRÆUS *in Cod. piar. donat* T II *p.* 1310. Item pro *piscaria*. Chartam vide apud HUND. *in Metrop. Salisb. T. II. p.* 554. (**) *Vulgo* Mühlendamm.

1319. Johannes se-

LXVII. De confirmacione molendini in Sprentz.

Johannes Dei gracia *Dominus de Werle* SENIOR *& Johannes* JUNIOR de eadem gracia DOMICELLUS *de Werle* Viris religiosis&honestisDnis BERTOLDO *Abbati Doberanensi* ejusque successoribus & toti conventui ibidem *Cysterc. Ordinis Zwerinensis Dyocesis* salutem & se orationum suarum participio condonari! Ad nostram clare deduxistis noticiam,quod vos rite & legaliter emistis pro mille & trecentis Marcis denariorum Slavicalium de *Bertoldo* & *Conrado* fratribus *dictis* DUDINGHE *vasallis nostris fidelibus* Molendinum situm in villa minori Sprentz cum omnibus ejus attinenciis libertatibus & juribus cum fructibus & redditibus & utilitatibus quibuscumque omnino eo modo, quo predicti Bertoldus & Conradus & eorum progenitores predictum molendinum possederant liberum nichilominus *ab omni servicio* cuicumque hominum exhibendo. Quam emptionem gratam & ratam habentes confirmamus & eidem in singulis suis articulis&omnibus robur attribuimus firmitatis; super quo molendino *proprietatem*,que *Egbendum* dicitur, quam *à nobis* emistis pro Trecentis Marcis denariorum Slavicalium vobis assignamus, damus & concedimus in hiis scriptis, & de ea ex nunc per hec eadem scripta VOS INVESTIMUS&vos volumus esse *investitos*. Promittentes vobis in solidum,quod in predicta proprietate vos *servare* volumus contra quemcumq; pacificos possessores & volumus quod prefata proprietate, que *Egbendum* dicitur, *tanta* LIBERTATE *pociamini*, *ad quantam in partibus* SLAVIE *hoc vocabulum Egbendum* LACIUS *se extendit*. Renunciamus eciam exceptioni *doli mali*, quod *metus causa*, non *numerate pecunie*, *beneficio restitutionis in integrum* & generaliter *omni juris auxilio* nobis nunc & in futurum competenti, per que facta nostra *dona concessionis & investiture predicte* irritari per nos possent, aut quomodolibet infirmari. Premissorum igitur omnium Testes sunt *Stacius* canonicus *Guzstrowensis*, Johannes *notarius noster*, clerici; Olricus *Molzan*, Fredericus *de Lobeke*, Ludolfus *de Dessin*, MILITES *vocati ad hoc* SPECIALITER & *rogati*. In quorum eciam pleniorem noticiam sigillum *in Christo patris*, *Domini* nostri HERMANNI *Zwerinensis Episcopi* & nostra sigilla apponi procuravimus huic scripto. Acta sunt hec *in ecclesia Reynoldesbaghen* Anno Domini Millesimo. Trecentesimo. Decimo nono. In crastino nativitatis beate Marie virg. gloriose.

nior & junic deWerle co firmant Monasterio mc lendinum,

emtum à V fallis de Du dinge.

Ejusque ec ferunt pro prietatem

investituran

Dominii libertatem L tissimam e usu & mor bus Slaviæ.

Testes Canonicus. Notarius. Milites Moltzan, Lobeke, Dessin.

LXVIII. De compositione inter Dominum Abbatem & Dominos de Werle.

1319. Dominus & Domicellus Werle Johannes Monast litem move

Universis presencia visuris *Johannes senior* Dnus de Werle & *Johannes junior* Domicellus *de Werle* Dei gracia infra scripta memorie commendare. Karissimus noster Dnus NYCOLAUS quondam Dominus de Werle, felicis memorie *frater noster* videlicet Johannis senioris, & *pater noster* videlicet Johannis junior. predictorum aliquanto tempore ante diem sui obitus de *pecunia* SUA & NOSTRA emerat *centum Marcarum puri argenti redditus* pro mille marcis puri argenti de viris religiosis Domino GERHARDO quondam *Abbate* & conventu Doberanensi Cysterc. Ordinis Zwerinensis Dyocesis, solummodo sibi vite sue temporibus tantem annis singulis persolvendos. Preterea dicebatur per *vasallos nostros plurimos*, quod predictus Dominus Nycolaus deposuisset quasdam alias summas pecunie per fratrem Johannem dictum

Ob redditus Nicol. patr & fratre ipso rum, emtos, tempore GERHARDI Abbatis.

Pecuniæque

depositæ summas, nondum restitutas.

dictum *Stym* apud Abbatem & conventum superius memoratos, quas pecunias tam pro emptione hujusmodi expositas, quam alias, que apud ipsos dicebantur exposite cum multis instanciis, repetivimus tamquam *de nostro* expositas *minus debite*, & tamquam vere depositas nec *restitutas*; credentes, eas ad nos *jure* HEREDITARIO pertinere; pro quarum eciam recuperatione officiales nostri, *redditus bonorum Abbatis & conventus predictorum*, que possident *in terris nostris*, teneri mandaverunt annis aliquot in *sequestro*. Abbas vero & conventus prefati pro bonis receptis ratione emptionis predicte ex adverso dixerunt, se *satisfeciisse* ad plenum sicut *de jure* tenebantur, & reliqua *depositа* constantissime negaverunt, querulantes nichilominus, quod redditibus bonorum suorum, que ut predictum est in terra nostra possident, uti libere non valeant. Super hiis inter nos parte ex una & Dominum *Bertoldum* nunc Abbatem & conventum *Doberanensem* parte ex altera dissensio est suborta. Pro cujus dissensionis exterminatione plurimis modis attemperatis ad concordiã nequivimus pervenire Tandem, inspirante Domino, tam nos quam Abbas & conventus Doberanensis predicti concorditer conpromisimus in Reverendum patrem Dominum nostrum HERMANNUM *Zwerinensem episcopum* super predictis omnibus & singulis; Dantes & concedentes eidem potestatem plenam & liberam dissensionem predictam in *jure* vel *in amicitia*, prout sibi melius videretur & utilius, terminandi. Promittentes hinc inde nos gratum ratum & firmum servaturos perpetuo, quicquid per ipsum pro suo arbitrio terminari, ordinari vel mandari contingeret in premisis omnibus & in quolibet premissorum. Qui examinato negocio *viam eligens amicitie*, Dominum pre oculis habens & in ponendo terminum dissensioni premisse, infra scriptam formam mandavit per *arbitrii sui sententiam* observari. Videlicet, quod nos Abbatem & conventum Doberanensem sepedictos liberos, solutos & quietos dimitteremus perpetuo ab omni impeticione tam de *jure* quam de *facto* a debito pecuniarum pretactarum, si quod esset, & ab omni *dampno* & *interesse*, quod pretextu talium pecuniarum quocumquemodo sustinuimus, seu quod modis quibuslibet intervenit; & quod renunciaremus *omni juri nostro* & *actioni* ex hinc & deinceps in perpetuum, que nobis pro ipsis competunt nunc ac competere poterunt in futuro. Quodque prosequeremur Abbatem & conventum eosdem puro & sincero affectu, sicut patres nostri, nichilque diminueremus ab hiis, que progenitores nostri & ceteri fideles ipsis hactenus concesserunt, sed pocius ipsos in juribus ipsorum fideliter, quantum est nobis possibile, defendere curaremus. Insuper injunxit Abbati & conventui Doberanensi, quod ipsi donarent nobis libere totam illam pecuniam, que *percepta fuit* per officiales nostros nostro nomine temporibus dissensionum premissarum de bonis, que tenent & possident in terris nostris, & dimitterent & relaxarent nobis & omnibus nostris omnem *violenciam* & *injuriam*, si que commisse sunt seu perpetrate adversus *ipsos* & *superiores ipsorum* atque *subditos* & *inferiores ipsorum* & *totum ordinem* in hoc, quod redditus ipsorum, sicut premittitur, sunt *percepti*, darentque nobis *sexcentas Marcas denariorum Slavicalium* absque coactione liberaliter, ut pro eis defensionem & graciam nostram in suis agendis apud nos plenius mererentur. Hanc igitur ordinationem, terminationem, mandatum & arbitrii sententiam gratam & ratam habentes, Abbatem & conventum & totum ordinem liberos solutos & quietos dimittimus a premissis debitis, si qua sunt, & aliis que Dominus noster Episcopus *nobis injunxit* in suo arbitrio & mandavit. Renunciamusque ex nunc & deinceps in perpetuum omni *juri nostro* & *actioni* pro eisdem & ad observationem ipsius arbitrii perpetuam *in solidum* nos astringimus & firmiter obligamus, renunciantes *beneficio restitutionis in integrum* & cujuslibet *juris auxilio*, si quod nunc nobis competit vel in futurum competere poterit, per quod ambo, vel alter nostrum, premissa irritare possemus aut posset vel quomodolibet infirmare. Recognoscimus eciam predictas *sexcentas Marcas Denariorum Slavicalium* nobis datas & solutas esse ac traditas in *pecunia numerata*. Premissorum itaque omnium Testes sunt *Stacius* canonicus Gustrowensis, Johannes *notarius* noster, clerici, Olricus *Molzan*, Fredericus *de Lobeke*, Ludolphus *de Dulcyn* milites, *vocati* ad hoc *specialiter* & *rogati*. In quorum eciam pleniorem noticiam sigillum prefati in Christo patris Domini nostri *Hermanni Zwerinensis Episcopi* & nostra sigilla apponi procuravimus huic scripto. Acta sunt hec in ecclesia *Reynoldeshagen* Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonodecimo. In crastino Nativ. beate Mrie virginis glorioſe.

Qui litem amice adeo componit, ut Dni Werlenses Monast. absolvant ab omni impetitione.

& renuncient liti ac causæ

promittentes Monast. protectionem.

Ex adverso, percepta è sequestro luerentur.

Utraque pars compromittit in Hermannum episcopum Sverinensem.

& à Monast. accipiant 600. Marcas den. Slav.

Formula renunciationis.

Cum obligatione in solidum & exceptionibus Juris Rom.

Testes Canonicus. Notarius. Milites Molzan, Lobeke. Duleyn.

LXIX. Bartoldi Abbatis Dobranensis Charta de domo & curia, Monasterio Dobranensi â Conrado Ecclesiæ Poelensis Rectore donata cum resignatione coram Consulibus Wismarienſibus aliisq; solennitatibus.

a. 1320.

Notum sit universis præsens scriptum visuris & audituris, quod nos *Frater Bertholdus*, Dei gratia Abbas Monasterii Dobranensis, Cysterciensis Ordinis, nostro & Conventus nostri totius nomine recognoscimus publice ac testamur, discretum virum Dominum Conradum *Ecclesiæ terræ Püle Rectorem* nobis ac nostro monasterio in salutarem animæ suæ memoriam tribuisse pecuniam provenientem de *domo sua lapidea & curia adjacente* prope nostram curiam sitam in *platea molendini*. Domum quidem & curiam sibi dimissam ad vitæ suæ tempora pro suo commodo ex nostro & dicti nostri conventus beneplacito scitu & consensu per *Johannem de Kalsow* Consulem *de Wismaria* eidem Johanni coram universis Consulibus civitatis ejusdem priore tempore resignatam, & conscriptam *in librum civitatensem consulum eorundem* per dicti Domini Conradi & nostros *fidejussores* nominatim subscriptos, vendendam post obitum Domini Conradi statim intra primum annum *alicui civium de Wismaria* (*) & *nulli alteri* pro voluntate & consilio Consulum prædictorum. Super hoc neq; nos neq; nostri successores neq; alius nostro nomine aut nostri conventus seu monasterii ullum vel ullos de Wismaria consulem vel consules, civem

1320. *Bartoldus Abbas Dobberanensis testatur Rectorum ecclesiæ terræ Pöhl resignasse monasterio reditus domus suæ cum curia.*

Absque molestia civitatis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

civem aut cives ex parte dictæ domus & curiæ
suæ debebimus aliquo gravamine sive molestia
Sub obligatione præstandi onera civica. *perturbari.* Præterea iidem fidejussores *statuta*
omnia civilia facient civitati, sicut alius civis de
suis, de domo & sua curia adjacente ante dictis.
Ut autem omnes articuli hic descripti tam ex
parte nostri, quam nostrorum successorum &
nostri Conventus & omnium quorum interest
firmiter observentur, pro eisdem articulis ob-
Nomina fidejussorum Donantis & Acceptantis. servandis promiserunt nostro nomine & conven-
tus nostri, â nobis *specialiter rogati Johannes*
Rodecogele & Henricus Helperich Consulibus
supra dictis, ex parte vero dicti Domini Con-
radi pro eisdem articulis observandis promise-
runt eisdem Consulibus *Henricus Kadowe & Al-*
bertus Wulffhardi, pro quo idem Dominus
Conradus eisdem Henrico Kadowen videlicet &
Alberto, nostro & dicti nostri Conventus bene-
placito & consensu, dictam domum & curiam
coram consulibus bona sua voluntate resignavit,
dedit q; eisdem suis fidejussoribus atque nostris
Effectus civiles Resignationis judicialis. LIBERAM & PLENARIAM *potestatem eandem do-*
mum & curiam VENDENDI *post obitum ejus*, ut
præmittitur ratum & gratum una nobiscum ha-
bituris, quicquid per sæpe fati Domini Conradi
provisores ac nostros cum domo & curia sæpe
dictis factum fuerit sive gestum. Insuper idem
Dominus Conradus suos, & nos & nostri succes-
sores nostros fidejussores eorumq; hæredes ex
Promissio indemnitatis. parte nostri & Conventus nostri in omnibus ac
singulis casibus, quibus perturbari possent futuris
temporibus ex parte supra dictæ domus & curiæ,
indemnes conservare debemus jugis temporibus
penitus & exemptos. Sicut in testimonium
omnium præmissorum ejusdem Domini Conradi
una cum nostro sigillo præsentibus est appen-
sum. Datum & actum anno Domini M CCC. XX.
tertia in octava sancti Martini per manum *Henri-*
in Consistorio Wismarien si. *ci de Embecke in* CONSISTORIO *Consulum civitatis*
Wismariæ sæpe dictæ. Presentibus testibus *Fra-*
tre Johanne *de Elbinge, fratre* Tymmone *de Brun-*
swick nostri Conventus Fratribus, Domino
Ditmaro Aucupe Presbitero & universis Consuli-
bus sæpe dictis ac aliis fide dignis.

(*) Vide *Chartam Conradi de Pöle a.* 1324.

LXX. De distinctionibus in Beringhersbaghen terminorum ex parte Eghardi militis Reschinkel & rusticorum nostrorum.

1320. Vniversis Christi fidelibus presentes litteras
Eghardus Reschinkel miles visuris *Eghardus Reschinkel* MILES salutem in
Domino sempiternam! Tenore presentium re-
cognosco & constare cupio universis, quod con-
troversia, que inter me & *subditos ecclesie Dobe-*
ranensis & tributarios rectoris ECCLESIE *beati Ja-*
Litem cum subditis Doberan. & tributariis ecclesiæ S. Jacobi in Rostok super usu lignorum & pascuorum ita sopit, ut ligna circa Molenbrok ipsi, cetera circa Oldevedrisch rusticis adsignentur. Pascuis æqua- *cobi in* ROZSTOC *in villa Beringheresbaghen* com-
morantes, super usu *lignorum* & *pascuorum* ali-
quamdiu vertebatur, sopita est amicabiliter in
hunc modum. In primis videlicet, ut ego Eg-
hardus ligna que jam sunt & adhuc in futu-
rum creverint in quodam spacio, quod vulga-
riter *Molenbrock* dicitur ad usus meos optineam
universos; ligna vero que succreverint juxta
quoddam spacium, quod vulgariter nuncupa-
tur *Oldevedrisch* jam dictorum civium prorsus
erunt. Pascuis autem adjacentibus pars utra-
que, videlicet tam ego Eghardus quam dicti ci-
ves, equaliter *coutemur*. (*) Cum autem ego liter utantur
spacium meum quod vulgariter dicitur *Vedrisch*, Spatio cuiq;
quod quidem spacium specialiter ad me pertinet, suo adsignato
seminare voluero, pro illo spacio aliud spacium
id est Vedrisch eque bonum & utile supra dictis
civibus demonstrabo. Si autem ego aut aliquis
predictorum civium intra terminos propriorum
agrorum cultorum aut postmodum colendorum
pascua aliqua aut specialia gramina habuerimus,
hiis nostrum quilibet solus per se pro sua utilitate
& commodo uti debet. In cujus rei testimonium
& discutionem evidentem sigillum meum una
cum sigillis Dominorum *Godefridi* de *Putzeco-* Sigilla Sacer
we SACERDOTIS, *Conradi* dicti *Griz*, MILITIS, dotis de
& *Nycolai de Axecowe* ARMIGERI presentibus Putzecow.
est appensum. Testes sunt hii jam prenotati & Militis Griz
plures alii fide digni. Datum Anno Domini & Armigeri
CIↃ. CCC. XX. In crastino beati Jacobi. Axecow.

(*) *Coutare* idem videtur ac *excolere*, ab antiquo *coutura* h. e. *cultura*; unde *coustura* seu *cutura agri* dicitur de prædio s. agro *culto*. Gallis *couture*. Et ipsi Galli voce *coutura* præcipue usi sunt, uti patet ex chartulariis, quorum loca citavit DUFRESNE *T. II. p. 1153. & 1221.* Aliquando *coutare* sumitur pro *colligere & couta* est *collecta*, tributum, exactio. De quo significatu infra. *Coutare?*

LXXI. Donatio pro ecclesia Campensi secundum privilegia ecclesiæ Doberanensis.

In nomine S. & individuæ Trinitatis. *Nico-* 1323.
laus Dominus de Rozstock omnibus in perpetuum *Nicolaus D. de Rostock cum consen. fratrum*
salutem in Domino. Cum omnes peccaverimus
secundum Apostolum & egeamus gratia Dei, sum-
mopere nobis invigilandum, illum horrendum
diem messionis extremæ semper misericordiæ
operibus maxime vero ad domesticos fidei per-
venire. Sane nos, qui plus de bono Dei digno-
scimur in presenti præ ceteris possidere, in mul-
tis sæpius offendentes valde nobis timendum
est, nisi ea quæ de suo accepimus, cum ministris
suis qui omnia postponentes de fidelium eleemo-
sinis humiliter vivere cupiunt, partiamur, tunc
inde gravius judicari. Unde si non omnia quæ
habemus erogare possimus, saltem aliqua minu-
stra in Gazophilatium Domini jaciamus. Notum
sit igitur omnibus tam præsentibus quam futu-
ris, quod nos pro salute nostra nec non anteces-
sorum nostrorum *venerabilibus fratribus* eccle- *Ecclesiæ Campensi ordinis Cistercien sis donat 50. mansos cum stagno Coze.*
siæ Campensis cistercien sis ordinis quinquagin-
ts mansos cum stagno Coze ab omni *onere pote-*
statis sucularis exemtos cum pratis, nemoribus,
usuagiis, pascuis *in buco* (*) *& plano*, aquis,
aquarum decursibus, molendinis & piscationi-
bus, in viis & semitis & omnibus aliis libertati-
bus & communitatibus suis secundum privilegia
Doberanensis ecclesiæ, accedente nimirum *ad-*
stipulatione fratrum nostrorum, *Johannis* vide-
licet *Henrici* & *Pribislai* contulimus perpetuo
possidendos. Ut autem hæc nostra donatio
per succession temporum momenta firma per-
maneat & inconcussa, hanc paginam inde con-
scriptam sigilli nostri appensione ac testium in-
scriptione duximus roborandam. Testes hii *Testes Abbat Canonici. D pifer. Militet. Advocatus.*
sunt Godofridus *Abbas*, Heinricus *Cantor Do-*
beranensis, Fridericus, Helias, Erckenfridus,
Reinerus, *canonici de Gutstrowe*, Henricus *Gam-*
ma, Conradus *Dapifer*, Henricus *Grabo*, Bar-
tholdus Johannes *de Kropelin* milites *de Gutz-*
trowe,

trowe, Gangerus & Johannes frater ſuus, Robertus *de Bratim*, Henricus *Vargaratz*, Gerhardus *de Scone*, advocatus *de Robele* & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno gratiæ MCCCXXIII. XIX. Kalend. Januarii Indictione VI. regnante Friderico glorioſo romanorum Imperatore. Datum *Gutztrowe* per manum Conradi *ſcriptoris*.

In buco & plano. (*) In chartæ hujus verſione vernacula leguntur verba: *mit wisken*, *Holtingen*, *Nutzung*, *Wunn* (Winnung, Heuwindung) *un Weiden up hoch un* PLATT. Bucum igitur vel pro *montibus*, vel pro *inſulis*, vulgo *Werder*, ſeu prædiis & *locis editioribus* accepit. Rationem hujus explicationis divinare non audeo. Equidem vox *buccea* paſſim ſignificat *os*, *oſtium fluminis*; *buccula* idem eſt ac oſtiolum, portus & aliquando *inſula*; & *Bucha* dicitur RUGIA, *rivulus, ex quo aqua derivatur*, *apertura fluvii* in STATUTIS *Mediolan. P. 2. c. 281. ubi ita: Judex officialis aquarum teneatur videre omnes* RUGIAS *ſeu* BUCCHAS *exeuntes*. Sed hæc & alia ad notionem *paſcui* nequicquam faciunt. *Planum* etiam non *alto* vel *elevato ſpatio*, ſed *invio* & *ſalebroſo* opponitur. *Bucum* igitur & *planum* idem eſt ac locus *ſylveſtris* & *campeſtris*. Bucca apud barbaro latinos dicitur truncus, *Bucharius* lignator, *Buccalium*, *Bucculta* paſcuum, *Bucheria* officium ejus, qui in monaſterio lignationi ſeu *Buchagio* præeſt, teſte *Dufresne h. v. p. 1333*. Sed rectius dixeris, *Buchagium* denotare *indaginem fagorum vel indaginem virgultorum*. Nec *Bucaranni* ieu *Buchirani* etymon laudatus ceteroquin, ſed vocum rerumq; germanicarum cognitione parum inſtructus *Dufresnius h. v. p. 1235*. curate explicuiſſe videtur per *telam ſubtilem*. Quæ explicatio dubia eſt & vaga. Vox ipſa eſt corrupta è theotiſco, *Buchrinde*, vel Buſchrinde, cortex fagi, cortices virgultorum & arborum, e quibus olim mulierum conſuta ſunt fibulatoria, tunicæ ſtrictæ. Innuit hoc VINCENTIUS BELVACENS. ſpecul. Hiſtor. L. 30. c. 85. *Mulieres aliæ buquerano veſtiuntur ſtricto ſub cingulo multis plicis operato & inſuto*. Et *L. 32. c. 4. Tunicas miro modo formatas portant de* BYCHARANO. Bucum itaq; idem eſt ac *buſcum*, ſeu *boſcum* quod ſupra h. l. *in Diplom. I n 5 ſqq.* & alibi ſæpe occurrit. Utitur & hac voce paſſim *Codex juris anglicani ſeu Fleta L. II. c. 16*. *Offi ium hoſtiarii eſt* BUSCAM *pro aula & cameris forinſecis emere & expendere*. Et *L. eod. C. 41. §. 19. De* BUSCA *de foreſta inquiratur ſi aliquis, cui rex dedit maberemium, nec plus de* BUSCA *vel maberemio ceperit quam rex ei dederit & qui* FORESTARII *fuerint ad hoc conſentientes*. In chartis Cimbricis & danicis paſſim occurrunt voces *Huſcarla* & BUSCARLA, quam poſteriorem SPELMANNUS, SOMNERUS & DUFRESNIUS explicant *Marinarium*, *navium miniſtrum*. Rectius dixerim *Foreſtarium*, *Holtz-Vogt*, *Hegereuter*.

Bucha ſeu rugia.

Buchagium.

Buchirannum.

Bucum.

Buſcarla ſ. Buſchkerl.

LXXII. Privilegium Domini Conradi de Pöle ſuper dotacione vicarie curie noſtre in Wiſmaria.

1324. Conradus rector eccleſiæ in Pöle confert Eccleſiæ Doberan. XX. jugera agrorum in campo Dammenhuſen

Omnibus ad quos preſens ſcriptum pervenerit Conradus rector eccleſie *in Pöle* ſalutem in perpetuum. Tenore preſencium recognoſco conſtare cupiens univerſis, quod dum de bonis a Deo mihi collatis ſeminare decernerem in preſenti vita, quod multiplicato fructu metere & recolligere & exinde vivere valeam jugiter in futuro, contuli mente devota & manu liberali Doberanenſi eccleſie *vigintijugera agrorum* in campo *Dammenhuſen* ſita, que ad me pertinebant, ut deinceps *jure proprietatis* pertineant *ad capellulam*, quam Dominus Abbas Doberanenſis ſuusque conventus in curia ſua, quam *intra muros civitatis Wysmarie* habent, conſtruere decreverunt, appoſitis tamen hujusmodi condicionibus & adjectis, ut quamdiu predicta capellula conſtructa non fuerit, *domum lapideam*, que predicte curie ipſorum adjacet, ego ad manus meas habeam & ipſa omnino meis uſibus ſubjacebit; dum vero largiente Domino predicta capellula conſtructa & perfecta fuerit ita ut divina in celebratione miſſarum & cantu in ea habeantur, ego de eadem domo *unam manſionem*, quam eligere voluero, optinebo, que & meis profectibus deſerviet, ceteris manſionibus ad ſupra dictam eccleſiam revolutis. Itaque me, Domino disponente, viam univerſe carnis ingreſſo, tam *agri ſupradicti* quam *domus ipſa lapidea* Doberanenſi eccleſie remaneant *penitus & omnino libera*, non obſtante contradictione hominis cujuscumque. In cujus rei fidem ſigillum noſtrum eſt appenſum una cum ſigillis teſtium &c. Datum *Sternbergh* anno Domini CIↃ. CCC. XXIV. in die beati Franciſci Confeſſoris.

Additâ reſervatione.

Et declaratione in eventum mortis.

LXXIII. De reditibus in Ketelhudesdorpe.

1324. *Hinricus Dn. Megap. Stargardiæ & Rozſtock teſtatur.*

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras viſuris *Hinricus* Dei gracia *Magnopolenſis*, *Stargardie & Rozſtocc Dominus* ſalutem in Domino. Quam labilis eſt hominum memoria & ſuis ſpaciis tranſeunt univerſa, idcirco ſcripturarum teſtimoniis atque ſigillorum apicibus ſunt provide perhennanda, ſi qua ſunt ad poſterorum noticiam derivanda. Hinc eſt, quod tenore preſentium publice proteſtamur, quod *fidelis Vaſallus noſter* Dominus *Hinricus* de RULOWE *miles*, in remiſſionem peccaminum ſuorum & anime ſue ſalubre remedium de beneplacito & *conſenſu unanimi* UXORIS *ſue* HEREDUM *& omnium* AMICORUM *ſuorum*, dum SANUS *adhuc* foret & incolumis, contulit devota mente ac manu liberali *eccleſie Doberanenſi* nobis perdilecte de bonis â Deo ſibi collatis *redditus decem tremodiorum ſiliginis* in bonis ſuis *Ketelhudesdorpe* vulgariter nuncupatis. Quam ſiliginem tollere debebunt *annuatim* & jugiter Dominus Abbas ſupradicte eccleſie ſuusque conventus per *perſonas ipſorum proprias* in villa ſupra dicta in ſequenti *die beati Martini Epiſcopi*, priusquam in eadem villa quicquam *de* CENSU *cuiquam homini perſolvatur*. Non autem de *certis manſis* ad hoc deputatis ſpecialiter aut aſſignatis hujusmodi redditus decem tremodiorum ſiliginis accipient; ſed *de tota villa*, quamdiu in ipſa tantum invenerint & ubicumque aut apud quoscumque ejusdem ville homines ſive Colonos ipſam priustrituratam & bene preparatam invenerint ipſam, debebunt accipere & ipſam habitam in propria vectura & *propriis curribus* ad propria deducere tenebuntur. Si autem quod abſit redditus ſupradicti pro voluntate & beneplacito predicti Domini Abbatis & ſui conventus fuerint minime perſoluti, habebunt auctoritatem idem Abbas idemque conventus & plenariam poteſtatem eosdem redditus *per Advocatos Abbacie* extorquendi, contradictione aliqua ſive prohibitione ejusdem Domini Hinrici ſupra dicti aut omnium heredum ſuorum & amicorum non obſtante. Ac ſic de cetero idem Abbas & conventus habebunt in ſupra dicta villa penitus nichil juris preter *ſolam inpignorationem* annis ſingulis poſt quodlibet feſtum beati Martini ſi neceſſe fuerit faciendam. Igitur in ſepedictorum reddituum recompenſam, quicumque pro

Vaſallum Hinricum de Bulow militem.

conſenſu unanimi heredum ſanum ac incolumem

eccleſ. Dob. donaſſe redditus quosdam in Ketelhudesdorp.

Annuatim die Martini Epiſcopi

de tota villa ſolvendos.

Vel extorquendos.

In quorum compensationem Abbas obligatur

pro tempore in Doberan Abbas fuerit, dare tenetur *singulis sextis feriis* per *totum anni circulum* jugiter & in perpetuum *sexaginta panes* qualibus Conventus utitur non *imminutos* non immutatos nec *incisos*, sed panem integrum pro amore & honore Dei *pauper quilibet* sortiatur; ut autem hec supradicta inconvulsa permaneant perpetuis temporibus atque firma, presens scriptum sigillo nostro una cum sigillo reverendi in Christo patris Domini JOHANNIS *Episcopi Zwerinensis* & sigillo *Hynrici de Bulowe*, militis supra dicti, duximus roborandum. Testes sunt Johannes *Rosendahl*, Wipertus *Lutbzsowe*, Bertoldus *Breno*, Godefridus *de Bulowe*, Hynricus *de Barnecowe*, Mathias *de Axecowe* MILITES: Thydericus *Clawe*, Thydericus & Johannes FAMULI, FRATRES *Hynrici de Bulowe* MILITIS sepedicti. Datum Anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimoquarto in purif. beate virginis Marie.

ad distribuendos panes pauperibus.

Test. milites.

LXXIIII. Super proprietatem trium mansorum in majore Garze & super proprietatem unius mansi in Nyengartze.

1326. Hinricus Dn. Magnopol. Stargard. & Rostoch.

Nos *Himricus* Dei gracia *Magnopolensis*, *Stargardensis & Rozstok Dominus* tenore presencium protestamur & ad noticiam singulorum cupimus pervenire, quod nos bona deliberatione previa *& maturo prehabito concilio* proprietatem trium mansorum *in majori Gartze* sitorum, qui quondam fuerunt *fidelis vasalli nostri Willekini dicti* BRAGHEN beate recordacionis, dilecte nobis Doberanensi ecclesie contulimus cum omni fructu & proventu & omnibus suis attinenciis. Sicut idem Willekinus habuit & post ipsum heredes sui habuerunt, quiete & pacifice possidendos jugiter & habendos cum omni eciam jure & libertate ita, quod nullus *advocatorum nostrorum* predictam ecclesiam in prefatis bonis inpedire debeat vel aliquatenus molestare. Item proprietatem unius mansi siti in Nyghengartze, qui quondam fidelis vasalli nostri *Johannis* dicti *Berchane* militis exstitit, quem Domina *Walburgis* relicta ejusdem Johannis ad nostram veniens provinciam de *concilio* & *consensu liberorum suorum* Conradi & Henrici, CORAM *nobis* dicte resignavit ecclesie, liberaliter contulimus eidem ecclesie cum omnibus condicionibus superius positis de collacione proprietatis trium mansorum predictorum. Testes hujus rei sunt Wipertus *Lutzowe*, Martinus *de Hudda*, Johannes *de Plesse* milites, Tidericus *Clawe*, Sabellus *de Helpede* armigeri & plures alii fide digni. Ut autem hec supradicta inconvulsa permaneant perpetuis temporibus atque firma, presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum *Rozstoc* anno Domini CIↃ CCC XXVI. feria secunda post festum omnium sanctorum.

Eccles. Dober. confert & ab advocatorum jure eximit.

Item mansum unum in Nyengartz à Vidua Joh. dicti Berchane

consentientibus liberis.

Testes Milites Lutzowe, Hudda, Plesse.

LXXV. Super unum plaustrum salis in domo Huttinghe in Sartagine, que vocatur Gunchpanne ad unum servicium.

1327. Consules civitatis Luneb. recognoscunt

Nos consules civitatis Luneborgh *Gerbertus* Magister putei, Hermannus *Hut*, Bertoldus *Longus*, Johannes *Om*, Hermannus *Wegeman*, Borchardus *de Luchou*, Nycolaus *Garlop*, Albertus *Hollo*, Eylemannus *Beve*, Hartwicus *de Salina*, Johannes *Viskule* recognoscimus per presentes, quod Domina *Bertha* relicta quondam Johannis Bertoldi *Burgensis in Luneburgh*, habeat in domo *Huttinghe* in Sartagine, que vocatur *Ghungpanne* ad dextram manum in introitu hujus domus, plaustrum salis perpetuis temporibus possidendum. De hujus plaustri proventibus Dominus Abbas & conventus dicti monasterii habebunt quolibet anno unum servicium, scilicet quarto Ydus Decembris, & tunc anniversarium predicti Johannis Bertoldi mariti ejus ac ipsius Domine Berte *donatricis* hujus plaustri salis ac heredum ipsorum & specialiter Domini Nycolai decani *ecclesie Bardwicensis* filii predictorum Johannis & Berte devote, in vigiliis & missis peragere perpetuis temporibus tenebuntur. In cujus rei testimonium nostre civitatis sigillum presentibus litteris duximus apponendum. Datum Luneborgh anno Domini. CIↃ. CCC. XXVII. in die beate Margarethe virginis.

è proventibus salis unum servitium.

Ut memoria ipsius, mariti filii

Annuatim re colatur.

LXXVI. De libertate duorum Mansorum in Grentze majori ab omni precaria.

1328. Hinricus Dn. Magnopol.

Nos *Henricus* Dei gratia *Magnopolensis*, *Stargardensis & Rozstock Dominus* recognoscimus publice protestantes de nostro consensu & mero beneplacito precessisse, quod honoratus vir Dominus JOHANNES *Abbas Dobranensis* Cysterfiensis ordininis duos Mansos suos, molendino suo in *majori Grentze* antiquitus adjacentes, ab ipso molendino abstrahens apposuit & *incorporavit* omnino mansis ipsius ville Grentze, per colonos ibidem, sicut ceteros mansos, jugiter excolendos. Indulgentes eidem Domino Abbati & suo Monasterio in remissionem peccatorum nostrorum & omnium parentum nostrorum ex *gracia speciali*, quod de duobus mansis predictis nobis & heredibus seu successoribus nostris nulla in perpetuum PRECARIA *debet exsolvi*; nec per addictionem *predictorum mansorum* ad alios mansos numerus aliorum mansorum ipsius ville Grentze, quoad *solutionem precariarum*, debet aliqualiter augmentari, sed pocius ut *precarias* CONSVETAS & alia, que tenentur, facilius commodius & sufficiencius possint dare. Testes hujus sunt Ywanus *de Reddigzstorp*, Nycolaus *de Helpede* milites & *Rittaherus* plebanus ecclesie sancte Marie *in Rozstock*, capellanus, *nostri conciliarii perdilecti*. Datum *Doberan* Anno Domini CIↃ CCC XX octavo sabbato ante Dominicam Estomichi.

duos mansos in majori Grentze admerat mansis ipsius villæ excolendis à Colonis.

Ex gratia speciali

eximit à bede seu precariis

Testes milites de Rettigsdorp Helpede. Plebanus Rostochiens. Consiliarii.

LXXVII. Super decima in Berteldestorpe.

1332. Ludolphus E. Sverin. cum præposito capellanis r cognoscit

Nos *Ludolphus* Dei gracia *Zwerinensis ecclesie Episcopus*, Henricus *prepositus* & *capellani ibidem* litteris presentibus recognoscimus protestantes, quod inter venerabiles & religiosos viros Dominum CONRADUM *Abbatem & conventum Monasterii in Doberan*, *Cysterc. Ordinis*, *nostre dyocesis*, ac inter Dominum *Henricum* de LUBEKE nostre ecclesie predicte *perpetuum vicarium* de nostro consensu & beneplacito extitit concorditer ordinatum, quod pro *decima* tam MAJORE quam MINUTA *septem mansorum & dimidii* sitorum in villa *Bertoldesdorpe* nostre dyocesis, spectante ad *vicariam* Domini Henrici predicti Abbas & conventus pretacti dabunt & persolvent eidem perpetuo vicario & cuilibet ipsi in eadem vicaria jugiter succedenti annis singulis in festo Epyphanie Domini *intra civitatem Wismarienssem* promptos denarios tali modo, scilicet

ut loco anno næ seu decimarum e villa Bertoldsstorp

Vicario ejusque successori solvantur IX. marcæ & denarii XXXIII.

licet ut pro quolibet *modio dure annone* XVI. denarii & pro *modio avene* VIII. denarii computentur, talis monete & valoris, qualis *XVIII. denarii* valeant aut solvere possint in *concambio* solidum *Lubicensem*. Est autem summa annone, que de prefata decima vicarie predicte assignata fuerat, tercium dimidium tremodium *siliginis*, octavum dimidium tremodium *ordei*, & octavum dimidium tremodium *avene*; quamvis raro predicte vicarie ipsa annona fuerit de jam dicta decima *integraliter* derivata. Itaque Abbas & conventus Doberanensis Monasterii sepedicti pro prenotata decima ei, qui pro tempore vicariam prescriptam habuerit, pecuniam modo, quo premittitur, persolventes, que pecunia ad summam *novem marcarum & denar. XXXII monete lubicensis* se extendere dinoscitur, decimam supra dictam cum omni utilitate & fructu ipsius possidebunt perpetuis temporibus pacifice & quiete. In cujus evidentiam & testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Testes Decanus. Thesaurarius. Cantor. Campsor. Canonici.

Testes vero sunt Domini *Zwerinenses*, Nycolaus *de Stralendorpe* DECANUS, Hinricus *de Bulowe* THESAURARIUS, Ywanus CANTOR, Conradus CAMPSOR *scolasticus*, Georgius *de Zerken* CANONICUS, magister *Johannes de Campo* decanus in *Hamborgh* & nostre ecclesie canonicus, *Rothgerus* rector ecclesie sancte Marie virginis *in Rozstok* & nostre ecclesie canonicus nec non plures alii fide digni. Actum & datum in *Zwerin* anno Domini CIↃ. CCC. XXXII. VII. Ydus May.

LXXVIII. Super proprietatem X Mansorum in Beringhesbagen.

1334. Albertus Dn. Magnopol.

Nos ALBERTUS Dei gratia *Magnopolensis, Stargardensis & Rozstoc Dominus* presencium tenore publice protestantes recognoscimus, nos dilecte nobis Doberanensi ecclesie, viro reverendo Domino Abbati totique conventui de *prudentum* MILITUM NOSTRORUM *concilio & beneplacito* ac mera libera nostra voluntate proprietatem super decem mansos, ville *Beringersbaghen* adjacentes, per Johannem *de Axcowe*, fidelem nostrum, nobis *ad* MANUS *ejusdem ecclesie resignatam*, nuper vero eisdem Johanni de Axcowe per *Johannem Reschimkel* secundum libertatem Domino *Eghardo*, patri ejusdem, per NOBILEM DOMINUM *Dominum* NYCOLAUM, *de Rozstok Dominum*, concessam, ut littere ejusdem Domini plenius continent, sponte dimissam contulisse, & quibuscunque ulterius eadem Doberanensis ecclesia vendere decreverit, donasse libere possidendam. In cujus testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Testes milites Hasencop. Plesse. Famuli. Consules Rostochienses.

Hujus testes sunt Georgius *Hasencop*, Johannes *de Plesse* milites, Johannes *Reschinkel* famulus, Ludolfus de *Godlandia* & Hinricus *Friso* consules in Rozstok aliique plures fide digni. Datum Wismar anno Domini CIↃ CCC XXXIV. in octava Epyphanie Domini.

LXXVIIII. Tenor literarum de Linstawe a. 1332. & confirmatio super restrinctione aque molendini in parvo Sprentze a. 1336.

Tom. III. de Westph. Monum. ined. Rer. Ger.

1336. Johannes Dn. de Werle senior recognoscit Literas fidelium de Linstaw.

Johannes Dei gracia *Dominus de Werle senior* omnibus sancte matris ecclesie filiis presentibus & futuris in perpetuum. Ut gesta labencia hominum ad memoriam perveniant posterorum, scriptis autenticis & testibus eadem perpetuanda statuit prudentia discretorum: Hinc est, quod nos tam presentibus quam futuris notificando recognoscimus & presentibus litteris publice protestamur, Nos vidisse & audivisse litteras FIDELIUM *nostrorum*, videlicet *Johannis de* LINSTOWE *militis & amicorum ejus* in nullo penitus viciatas, quarum tenor sequitur in hec verba: Nos *Johannes de Linstowe* dictus, miles, *Henneke* ac *Heydenricus* ejusdem Johannis filii nec non *Moltiko* frater dicti Johannis, *Gerhardus* & *Arnoldus* filii Moltikonis prelibati, *Silvester* & *Gerhardus de Linstowe* & *Johannes* frater Gerhardi prenotati, nos omnes pariter cum *omnibus heredibus* nostris utriusque sexus *masculini scilicet* & FEMININI jam a nobis procreatis & in perpetuum a nobis & nostris heredibus procreandis recognoscimus tenore presencium publice protestantes; quod super dissentione, que inter nos erat & religiosos viros *fratres Doberanensis ecclesie* propter restrinctionem aque molendini ipsorum quod in *parvo Sprentze* possident & quam plurima dampna, sicut asserunt, recepta, prehabito inter nos maturo consilio & bona deliberatione premissa amicabiliter concordavimus in hunc modum, quod fratribus predictis tam presentibus quam futuris potestatem liberam dedimus retinendi aquam *ante exclusam* dicti molendini, sin ad tantam altitudinem, ad quantam *paxillus*, qui dicitur vulgariter *Stoupal*, qui in stagno ibidem pro interstigno est positus, se extendit; qui paxillus, si abcisus fuerit aque vetustate, consumptus vel evulsus, alius in locum ejus ejusdem mensure & altitudinis, quam prior adhuc integer habuit, debet figi. Item molendinarius, quicunque pro tempore in predicto molendino locatus fuerit, absque contradictione aliquam potestatem habebit tempore hyemali, quando sibi expedire visum fuerit; per *octo dies* ante exclusam predicti molendini *aquam retinendi*, ad quantam altitudinem sibi placuerit, & in stagnum superius restringendi. Item *terram*, CESPITES & *arenas* ad *dammonem predicti molendini*, quando & quociens necesse fuerit reparandum predictis fratribus, Molendinario quoque, qui ibidem fuerit, *ligna & cespites* ad cremandum de nostris bonis tribuenda promittimus. Ita quod idem molendinum habebit omnem portionem & *jus unius manssi* in silvis, campis, pascuis, pratis, feno, *cespitibus* USTIBILIBUS, sicut ecclesia hactenus dinoscitur habuisse. Preterea, si aliquando aqua predicta molendini in parvo Sprentze minorari contigerit, nos potestatem habebimus, juxta aquam intra nostros duntaxat limites nostro usui gramina precidendi. Vltra nostros autem terminos in aqua molendini sepe dicti nec *gramina* nec *arundines* precidere, nec aliquos pisces capere nos vel aliquis nostrorum

Scriptas 5. 1332. à patre, filiis, fratre, hujusq; filiis.

& heredibus UTRIUSQUE sexus

ad componendam litem inter illos & Doberan. agitatam Ob retractam aquam molarem in parvo Sprentz.

Salvoque molendinarii jure tempore hyemali.

Cum jure unius manssi.

& precidendi graminis è minutione aquæ adaucti.

intra limites aquæ molendini.

ſtrorum ullo modo debet aliquando preſumere vel temptare. Pro hiis autem omnibus predictis venerabilis Dominus CONRADUS *Abbas & fratres Doberanenſes predicti* Centum & ſeptem marcas *denariorum Guſtrowenſium* cum *tribus tremodiis ſiliginis* nobis integraliter perſolverunt. Vt autem predicta omnia & ſingula ecclesie Doberanenſi ac ipſius fratribus predictis in perpetuum illibata perſeverent & integra, ſigilla noſtra videlicet *Johannis de* LINSTOWE militis predicti & Hennekonis filii noſtri ac *Moltikonis* FRATRIS *noſtri* nec non Gerhardi patrui noſtri predictorum litteris preſentibus ſunt appenſa. Hujus rei teſtes ſunt Godefridus *prior*, Thymmo *ſubprior*, Wedekindus *cellarius*, Hinricus *de Brema*, Hermannus *de Weſera*, Hinricus *infirmarius*, Bertoldus *magiſter hoſpitum*, Johannes Braghen *furnarius* nec non *Arnoldus converſus* ſimul & omnes tam *monachi* quam *presbyteri cenobii eccleſie Doberanenſis*; ac Johannes *plebanus in Sprentze*, Johannes *de Axecowe* & Conradus *Babbo* MILITES, & quam plures alii, qui premiſſis preſentes affuerunt. *Actum & datum* Doberan anno Domini CIↃ. CCC. XXXII. ipſo die beati Ambroſii Epiſcopi & confeſſoris. Nos igitur Dei gracia Dominus de Werle *Johannes Senior* ſupra dictus ad honorem beate & glorioſe virginis Marie, ob favorem quoque Doberanenſis Monaſterii predicti, ad peticiones eciam Domini *Conradi Abbatis* & *fratrum* ibidem Deo jugiter ſervientium premiſſa omnia & ſingula juxta omnes ſuas clauſulas & articulos grata & rata habentes, dicto Doberanenſi Monaſterio confirmamus preſentibus & in perpetuum obſervari volumus; mandantes omnibus quorum intereſt vel intereſſe poterit in futurum, quatenus premiſſa omnia & ſingula fratribus de Doberan in perpetuum inpleant & obſervent. In hujus eciam *confirmacionis*, *ratificationis* & *approbationis* noſtre pleniorem evidenciam ſigillum noſtrum appendi fecimus huic ſcripto. Teſtes hujus ſunt Walſingus *de Oldendorp* MILES MARSCALCUS *noſter*, Johannes *de Belin* famulus, Mychahel *notarius noſter*, Johannes *Braghen* Monachus in Doberan & quam plures alii fide digni. Datum *Guſtrowe* anno Domini CIↃ. CCC. XXXVI. Die beate Katherine virginis & martyris glorioſe.

Pro quibus Doberan. ſolvunt CVII. marcas denar. Guſtroviens.

Sigilla de Linſtau.

Teſtes Prior Subprior. Cellarius. Infirmarius. Magiſter hoſpitum. Furnarius. Monachi. Presbyteriq; Doberan. Plebanus in Sprenz. Milites.

Confirmatio Literarum.

Petentibus CONRADO *Abbate & fratribus.*

Teſt. Miles & Marſchalcus aulæ de Oldendorp. Famulus de Belin. Notarius. Monachus.

LXXX. Super dimidium chorum ſalis in Gunchpanne ad ſiniſtram manum cum Domus Edinghe ſubintratur cum duabus &c.

1337. Conſules Luneburgenſes teſtantur

Nos *Conſules civitatis Luneborgh* Albertus *de Molendino*, Thidericus *Thode*, *Borchardus* de *Luchou*, Hartwicus *de Salina*, Albertus *Holle*, Eylemannus *Beve*, Nycolaus *Hoyke*, Thitmarus *Zabel*, Hinricus *de Molendino*, Thidericus *Schiltſten*, Johannes *de Molendino*, Gherbertus *Lubberſtede* tenore preſencium proteſtamur, quod Domina Berta Bertoldi, una cum filio ſuo Domino Nycolao *Canonico Bardwicenſi* donavit religioſis & Deo devotis Dominis Abbati totique conventui in Doberan Ordinis Cyſtercienſis in ſalina Luneborgh dimidium chorum ſalis in Gunchpanne ad *ſiniſtram* manum, cum domus *Edinge* ſubintratur, cum duabus *marcis cenſualibus denariorum Luneborgenſium* ſitis in Gunchpanne ad *ſiniſtram* manum, cum ingreditur domus *Huttinghe*, prepoſito majoris eccleſie *Verdenſis* in feſto Sancti Mychaelis quolibet anno dandis, ut dicti Domini in Doberan ſuum dimidium, ſcilicet ſartaginem Gunchpanne, ad *dextram* manum, cum ingreditur Domus *Hudinghe*, libere poſſideant ſine cenſu, de quo dicte due marce primitus exiverant. Dimidius chorus dictus tolletur per *ſubcellarium* dicti monaſterii ad procurationem *refectorii* eſtivo tempore *pingwius providendam*, ut anime donatorum cum fidelibus perhenni requie perfruantur. Datum ſub noſtro ſigillo anno Domini CIↃ. CCC. XXXVII. in craſtino Katharine.

Quod Berta & Nicolaus Bertoldi Monaſterio donaverint

dimidium chorum ſalis in domo Eding,

cum duabus marcis cenſualibus in domo Hutinge.

Ob ſartaginem à cenſu exemtam

in pinguiorem uſum refectorii.

LXXXI. Super proprietatem & omnem precariam trium manſorum cum dimidio in Grotengartze cum omni judicio.

1338. Albertus Dn. Magnopol.

Vniverſis ad quos preſens ſcriptum pervenerit *Albertus* Dei gratia *Magnopolenſis Stargardenſis & Rozſtok Dominus* ſalutem in Domino ſempiternam! Ne humanarum rerum ordinacio per fluxum temporis in errorem tranſeat, expedit ut literarum ſerie & ydoneorum teſtimonio firmiter roboretur. Hinc eſt quod notum fore cupimus tam preſentibus quam futuris, nos matura prehabita deliberacione, Abbati & conventui Monaſterii in Doberan Zwerinenſis Dyoceſeos ob ampliacionem cultus divini ac noſtri & progenitorum noſtrorum animarum remedium & ſalutem dimiſiſſe & preſentibus contuliſſe *proprietatem* & OMNEM PRECARIAM tam MAJOREM quam MINOREM cum *judicio majore* videlicet *manus & colli*, *quociens* & *quantam nos* & *noſtros ſucceſſores* eam ab *aliis* COLONIS *terre noſtre* poſtulare contingerit, ſuper tres manſos cum manſo dimidio in villa Grotengartze *noſtri territorii* ſituatos, temporibus perpetuis pacifice & quiete poſſidendos, nichil penitus nobis & noſtris ſucceſſoribus in dictis tribus manſis cum dimidio reſervantes. Inhibemus inſuper omnibus & ſingulis cauſa noſtri aliquid facere ſeu dimittere volentibus, ne predictos Abbatem & conventum in premiſſis articulis impediant, inquietent quomodolibet ſeu perturbent. In quorum omnium evidens teſtimonium, ne predicta poterint infringi & quomodolibet impediri, noſtrum ſigillum preſentibus duximus apponendum. Datum & actum *Rozſtok* anno Domini CIↃ CCC XXXVIII. feria ſexta ante Dominicam Letare Iheruſalem preſentibus Nycolao *de Helpede*, Eghardo *Hardenacke*, Henningho *de Godenſweghe* militibus, Bernardo *Allkun* & Hennekino *Cropelin* famulis & aliis quam pluribus fide dignis.

Monaſterio confert

proprietatem & omnem precariam, quoties & quanta hæc a aliis Colonis Tetræ exigitur.

Super manſo quosdam in Grotengarze

Teſtes, milite Helpede. Hardenake. Godenſchwe Famuli Allkun. Cropelin.

LXXXII. Conventio inter Conventum Dobberanenſem & molitorem in Crempitz.

1345. Jacobus Abbas Dobberan

Vniverſis Chriſti fidelibus hanc literam viſuris & audituris *Frater* JACOBUS *Abbas in Doberan* totusque conventus ibidem ſalutem in omnium Salvatore Tenore præſentium recognoſcimus lucide proteſtantes, quod de unanimi

molendinum Crempiz tradit molendinario

nimi consensu & beneplacito omnium & singulorum, quorum intererat, dimisimus & in præsentibus dimittimus *Matthiæ Molendinario*, quem *in familiarem recipimus*, molendinum nostrum Crempitze nuncupatum cum omnibus suis attinentiis, videlicet *prato*, *pomerio* (*) & *campo*, qui *Molencamp* dicitur, ad tempus vitæ suæ possidendo secundum modum inferius prænotatum. Scilicet quod idem Matthias debet omnia & singula ruinosa molendini prædicti reficere & restaurare *de propria bursa* nunc & in futurum, sed & *dammones emendare*, successivo tempore quotiens fuerit opportunum, præterea debet gratis molere *Magistro curiæ Redentien* singula & omnia, quæ ex ipsa curia sunt molenda & *Cellario Doberanensi* redditus consvetos, scilicet viginti marcas *Rotztociensium denariorum* in Festis Paschæ & Michaelis *sine briga* (**) persolvere annuatim. Insuper debet idem Matthias accedere ad *refectorium* & ad *mensam* cum *monachis* & *conversis* curiam predictam inhabitantibus una cum ipsis edendo & bibendo, quæ ipsis apponentur, quamdiu sibi placet, vel *certe segregatim*, si ita sibi viderit melius expedire, propter *usus carnium*. Famulum vero vel famulos, si plures habuerit, ratione construendi de fructibus molendini per se procurabit. Si vero futuris temporibus per dominum Abbatem tali monacho vel converso *curia Redentin* committeretur regenda, cum quo idem Matthias *salva pace* non potuerit conversari, ex tunc sibi una cum familia sua de esilibus & aliis necessariis de proventibus molendini poterit providere ac alia sibi singularia necessaria licite & commode procurare. Nihilominus debet curiæ Redentin gratis molere & cellario satisfacere, ut prius est definitum. Si quid autem tempore successivo supra lucratus fuerit *ultra sui necessitatem*, hoc de concilio Abbatis Doberanensis, cujus est *familiaris*, in usum curiæ vel monasterii convertere debebit, ubi magis visum fuerit expedire. Ceterum si *dammones* videlicet *amnis* & *molendini*, vel *piscinæ* per *inundationem aquarum*, quod Deus avertat, infringerentur, ad hoc magister *curiæ Redentin* cum *vecturis & familia sua* prædictum Matthiam juvabit & *virgulta* & *cespites* ministrabit, quousque decursus aquarum & fracturæ debite & congrue restringuantur. Insuper magister curiæ dabit *annuatim* eidem molendinario *decem millenaria cespitum & decem plaustra lignorum ad cremandum*, quæ inducet sibi cum propriis vecturis, quando fuerit requisitus. Potest etiam idem Matthias colligere tantum de arundinibus ex virgultis *in piscina* crescentibus annuatim, quantum sibi fuerit necessarium, ad *tectorum* & *sepium* emendationem. Habebit etiam *jus piscandi* in piscina cum retibus, quæ *Worpnette* & *Stocknette* dicuntur & *sportis* (***) *anguillarum* pro sua necessitate, quando sibi fuerit opportunum. Hæc talia Matthiæ prædicto necessaria rector curiæ benivole facere & sufficienter requisitus tenetur in recompensam emolumenti, quod habebit gratis de molendino tanquam *reditus annuales*. Volumus tamen ut ea, quæ sunt molenda de curia, tempore congruo videlicet cum fuerit aquarum abundantia, per magistrum ad molendinum transferantur. Præterea, si volente Deo idem Matthias habitum conversorum futuro tempore expetierit, compunctus debet eo vestiri, dummodo *mente & corpore compos* extiterit, quando Dominus Abbas per ipsum fuerit ordinate requisitus. Quo defuncto sive in habitum *laycalium* sive *conversorum* debet in *Doberan* sepeliri, & ex tunc molendinum prædictum cum suis attinentiis nostræ vacabit ecclesiæ ac *utensilia* & *suppellectilia universa* tam in *pecunia* quam in *pecudibus & jumentis* cujuscunque hominis contradictione non obstante. In cujus rei majorem evidentiam sigilla nostra præsentibus sunt appensa. Testes hujus actionis sunt fratres nostri *sacerdotes* & *monachi*, frater *Johannes Bragben* PRIOR, *Hemricus de Tremonia* PORTARIUS, Johannes *Abenhuff*, Conradus *Osterdor*, Conradus *Huddes*, Jacobus CANTOR, Hildebrandus SUBCELLARIUS, Hermannus *Ameratius*, Nicolaus *Szarnestorp*, Hermannus BURSARIUS, Hinricus CELLARIUS & Bernhardus SUBPRIOR; *Conversi* Fridericus *Molenwoldt*, Gerhardus *Münter*, Bernhardus *Rotlem*, Albertus *Rector curiæ in Redentin* & alii plures de Conventu. Datum *Doberan* anno Domini M. CCC. XLV. in die sanctorum Innocentum.

in familiarem monasterii recepto.

Veste conversorum dignus.

Doberani sepeliendus.

Testes Sacerdotes, Monachi, Conversi.

Ad mensam monachorum accedat.

Lucra vel usui Monasterii vel curiæ Redentin tribuat

Arundinibus utatur.

(*) Loco pomifero, quo poma nascuntur. v. *Præfat. ad Tom. I. p. 57.* Plura testimonia adduxit *doctiss.* AUTOR *Relationis de Aula Schaumburg. ed. Hamb. a. 1734. p. 29.* *Pomerium.*

(**) Sine *oppositione*, rixa, jurgio. *Brigosus* dicitur, qui *altercatur*, *repugnat*, item *reprobus* in charta apud *de* LUDEWIG. *Reliqu. P. 6. p. 68.* *Imbrigare*, liti involvere. *Brigantius* vel *Brigandus*, pugnator, prædator seu jaculator, qui sagittis pugnabat; unde *Brigada* turma seu cohors pugnatorum & *Brigantina* navis pugnatorum, in galeæ formam constructa. Differunt à *briga* voces *brugga*, *brigga*, *brügwerck*; quas vide in chartis Lubecensibus & Ratzeburgensibus, denotantes pontem, opus vel restauration pontium. Quem significatum sibi vindicant voces *Bridge*, *Bridke*, pons, *Bridkebot* refectio pontis, haud raro obviæ in diplomatibus & monumentis SAXONICIS, CIMBRICIS & BRITANNICIS. Ad Leges *Henrici I.* apud WILKINS *in LL. Anglo-Saxon. c. 6. p. 1263. Si quis burchotam* (Burgwerck, burgi opus) & BRIGBOTAM (pontis refectionem) *superfederit*, *emendet hoc erga Regem 120. solid. in Anglorum Laga.* Et in FLETA *L. I. C. 47. p. 65.* dicitur *Burghote* reparatio murorum civitatis, & *Briggebote* reparatio pontis. *Briga.* *Brigantina.* *Bridgebot.*

(***) Apographa quædam hujus chartæ per errorem habent: *hortis anguillarum.* Sunt autem *sportæ* septa viminea seu crates ex junco, vimine vel virgulto textæ. Quem significatum vide supra *in Charta Godefridi Episcopi ad a. 1302. sqq. & ad 1231. in Diplomatar. Lubec. MSC. ibique: ut boscum habeant ad faciendam sportam anguillarem.* Plura de sportis, angvillariis & captura anguillarum ex legibus veterum observant WENDELINUS & ECCARDUS *ad Legem Salicam.* Adde, quod ex Patribus notavit CASSIANUS *L. IV. de instit. Cœnob. c. 29. prima monachorum opificia seu opera manualia fuisse* SPORTAS *vimineas ut vel pretio earum victum compararent, vel in iis* MUNUSCULA *oblata colligerent.* Inde factum est, quod à *sportis* seu canistellis vox *sportularum* natales ceperit, qua etiam nunc significantur expensæ, stipendia, dona seu honoraria. Pertinet huc, quod *de sportulantibus fratribus* notavit CYPRIANUS *Epist. XXVIII. LXVI. conf.* M. G. C. C. (*Claudii ni fallor*) *historia fratrum sportulantium Francof. M. 1724 8 ed.* *Sportæ anguillares.* *Sportulæ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

LXXXIII. Super vendicionem, dimissionem & resignacionem molendini in Bolekowe.

1345. Albertus Dn. Magnopol. approbat & confirmat.

Nos *Albertus* Dei gracia *Magnopolensis Stargardensis & Rozstok Dominus* recognoscimus & lucide testamur in hiis scriptis, quod nos *vendicionem, dimissionem & resignationem* molendini in *Bolecowe* per nostros fideles *Herminghum Volradum & Nycolaum* fratres *dictos de* TZYZENTORP coram nobis *legitime & sponte* de omnium, quorum intererat seu interesse poterit, beneplacito & consensu, honorabili viro Domino Abbati & conventui *in Doberan* factas juxta condiciones & articulos, prout in litteris dictorum *Tzyzendorp* (Zischendorf) super hiis conscripta ponuntur, per singula divino cultui consaventes approbamus, ratificamus, & auctoritate, qua valemus, confirmamus; saluti nostre & nostrorum parentum animarum intendentes. In cujus testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum *Rozstok* Anno Domini CIↃ CCC XL quinto. die beate Cecilie virginis. Testes sunt nostri fideles Eghardus *de Bybowe*, Henninghus *de Godensweghene*, Conradus *de Lu* milites, Bernardus *Allkun*, Hinricus *de Bulowe* famuli ceterique plures alii fide digni.

à fratribus de Tzizendorp possessi.

Testes milites de Bibow. Godenswegen. de Lu.

LXXXIIII. Protestatio consulum de Cropelyn super tres mansos ex parte illorum de Ortze.

1345. Consules opidi Kröplin testantur

Nos *consules opidi Cropelin* tenore presencium publice profitendo protestamur, quod in nostra constituti presencia strenui viri *Hermannus & Nycolaus fratres* dicti *de* ORTZE, filii quondam *Hermanni* de Ortze *militis* beate memorie, *de plenario heredum suorum* ac omnium aliorum, quorum interest seu interesse poterit, beneplacito & consensu rite ac racionabiliter dimiserunt, & animo deliberato *resignaverunt ad manus religiosorum virorum* Abbatis & conventus fratrum monasterii Doberanensis tam presencium quam futurorum tres integros mansos opido nostro *Cropelin* adjacentes, prout in suis terminis nunc jacent & ab antiquo jacuerunt in agris cultis & incultis, pratis & pascuis possidendos perpetuis temporibus pacifice & quiete, cum *judicio* in eisdem mansis *ad LX. solidos* seu infra se extendente ac cum *omni jure & libertate*, sicut ipsos pater eorum & ipsi prenominati fratres post eum hactenus habuerunt. De quibus quidem mansis *census XII. marcarum* & *octo solidorum denariorum Rostokcensium*, quorum *decem & octo* solvunt *solidum Lubicense* expedite dandus erit fratribus supra dicti monasterii singulis annis in festo beati *Martini Episcopi* ab illis, qui hos tres mansos per successionem temporis colere dinoscuntur. Quorum etiam mansorum cultores quoad presens tempus sunt *concives nostri* videlicet *Himricus Rode*, qui quatuor marcas cum XXXII. denariis Rostokcensibus dare tenebitur, *Wernerus de Gartze*, qui totidem, *Gherhardus Molnere* qui duas marcas Rostokcenses cum XVI. denariis, & *Marquardus de Gartze* qui similiter totidem quilibet pro parte sua annis singulis, ut premissum est, termino prenarrato. Insuper predicti fratres de Doberan habebunt liberam potestatem, intra opidum nostrum memoratum censum per *ablationem pignorum*, quociens opus fuerit, licite extorquendi in hereditatibus illorum, qui dictos tres mansos in presenti colunt vel in futuro colent, quemadmodum anteadicti fratres Hermannus & Nycolaus ac eorum pater huc usque integraliter habuerunt. In quorum omnium evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes preterea premissorum sumus nominatim *nos Consules & cives in Cropelin* Gherhardus *de Vitze*, Nycolaus *Vppemeorde*, Ludolfus *Randowe*, Gherhardus *Molnere*, Hinricus *Rode*, Echardus *de Gartze*, Johannes *de Wendelstorp*, Hinricus *Petri*, Reymarus *Sutor*, Bodo *Sutor* & Vicco *upme Sande* cum aliis pluribus fide dignis. Datum anno Domini CIↃ. CCC. XLV. in die sanctorum Gordiani & Epymachi preclarissimorum martyrum.

Cum judicio 60. solidorum.

& censu XII. marc. ac VIII. solidorum Rostoch. quorum XVIII. valent solidum Lubecensem Annuatim in festo Martini Episcopi

Testes Consules & Cives in Cropelin.

LXXXV. Privilegium consulum civitatis Luneborgh super testamento Domini Nycolai Bertoldi.

1349. Consules civitatis Luneborg testantur.

Nos *consules civitatis Luneborgh* Hermannus *Hout*, Gerbertus *Om*, Nycolaus *Garlop*, Hartwicus *de Salina*, Johannes *Garlop*, Hinricus *Miles*, Conradus *Seghebardi*, Leonardus *Longus*, Johannes *de Netze*, Johannes *Beve*, Johannes *Longus*, Hinricus *Visule* tenore presencium recognoscimus & testamur, quod Dominus *Nycolaus Bertoldi* presbyter, *collector bonorum salinariorum Luneborch* Monasterii *in Doberan* ac conventus ibidem pro salute anime sue suorumque parentum dedit & dat conventui dicti monasterii terciam partem Dominii cum proventibus ejus siti in salina Luneborgh in domo *Kodzinghe* sartaginis Ghunchpanne ad sinistram manum, cum ipsa domus subintratur post obitum *Johannis fratris* ipsius Domini Nycolai, professi in castro Luneborch, & *non prius* percipiendam & jure perpetuo possidendam. Item idem Dominus Nycolaus contulit & dedit dicto conventui *centum marcas Lubicenses*, cum quibus perpetuo comparaverunt redditus septem marcarum annuos in molendino ville *Parkentyn*, que *ad ipsum conventum* spectat. Item dedit & contulit dicto conventui unum *plaustrum salis* in salina Luneborch quolibet flumine in domo *Huttinghe* in Gunchpanne ad dextram manum, cum itur in eandem; prefatos vero redditus septem marcarum & redditus dicti plaustri ad *duas memorias* perpetuas parentum suorum & ad memoriam propriam ipsius, postquam obierit, in anniversariis ipsorum, que erit *tercia memoria*, deputavit que peragentur hoc modo, quod in qualibet memoria fiet unum servicium conventui supradicto secundum exigenciam reddituum predictorum; defuncto vero Domino Johanne professo fratre dicti Domini Nycolai predicto, tunc de redditibus *tercie partis* Dominii predicti fient *tria servicia* conventui supradicto, quodlibet de quinque marcis denariorum Lubicensium; quod si pecunia superfuerit

item centum marcas Lubcens.

Et plaustrum salis.

Ut tres memoriæ habeantur.

fuerit cum ea fient *conventualibus* ibidem calige de *panno Berwere* (*) dicto, eſtivo tempore eque diſtribuende; quod ſi non ſuffecerit pecunia, tunc hii, qui caruerant caligis uno anno, in ſubſequenti recipient & erunt primi & ſic ſecundum ordinem omnibus tribuantur. In quorum omnium evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini CIↃ. CCC. XLIX. in die beati Benedicti Abbatis.

Berwere. (*) Dixerim *Berwere* tegumentum Virorum, à ber vel berg tegumento, BERGEN tegere, munire, unde in Legibus veterum Germanorum *Halsbergæ* ſeu *Osbergæ* dicuntur *collaria*; & *beinbergæ* ſeu *Scanckbergæ* tibialia, ocreæ, quæ *crura* tegunt; & à WER viro, unde Gothis & Anglo-Saxonibus *Wergeld* eſt hominis æſtimatio, *Werwolf* homo lupus, *Wereſada* viri purgatio. Hinc *Witwer* viduus homo & *weren* idem ac ſe munire, tueri, *virum* ſe præſtare ſeu *maſcule* agere. Valor hujus panni, qui recentiori ævo vilis admodum & exiguus viſus eſt, forte effecit, ut de rebus nullius pretii in proverbium apud Megapolenſes abierit; nicht Berwere ſeyn. Quod vulgo Berwerth effertur, vilius *bacca*, *labruſcis*, *piro*. Et quum in etymologicis conjecturis locus ſit niſi rerum hiſtoriarumq; circumſtantiis vim inferant; parum forte obeſt, quin tritum illud convitium *Bærbeuter*, *Bernbeuter* ſignificare dixeris, hominem otioſum, *tegumento ſuo & cuticula* contentum. Qui enim cum CLUVERO, DIECMANNO, ECCARDO, MEIERO aliisq; hujus caveæ hominem dicere malunt *cuſtodem* vel *urſorum* vel *porcorum*, rationes & facta ſupponunt, de quorum fide & probatione haud conſtat. Ut taceamus amplitudinem vocis *bær*, tum *virum* tum quodvis fere *animal* ſignificantis docente *Cl.* WACHTERO *gloſſar. p. 94.* Ceterum cum panno iſto *Berewere*, caligis olim deſtinato, convenire hodie videbtur *tela goſſipina* vulgo *Barchen*, vel *pannus villoſus & texturæ ſpiſſæ*, quem dicunt *Beyerwand.*

LXXXVI. *Super Judicio ſupremo videlicet manus & colli intra ſepta clauſtri & curiam Latorii.*

1350. Albertus & Joannes Duces Magnopol. dimittunt & donant Monaſterio

Nos *Albertus* & *Johannes* fratres Dei gracia DUCES *Magnopolenſes*, *Stargardie* & *Rozſtok Domini* preſentibus conſtare volumus univerſis publice profitentes, quod ut religioſi viri Domini Abbas & conventus Monaſterii Doberan ordinis Cyſtercienſis Zwerinenſis Dyoceſeos cultibus divinis devocius & quiecius intendant & inſiſtant, ipſis ad honorem omnipotentis Dei ac ſue matris virginis amoroſe ob noſtrarum noſtrorumque progenitorum animarum remedium dimittimus & preſentibus libere donamus ſupremum judicium *manus* ſcilicet & *colli* in perpetuum habendum tenendum & poſſidendum in omni eo ſpacio, quod intra ſubſcriptos limites diſtinctivos comprehenſum continetur, videlicet à ponte ſuper rivulo, à palude dicta *Kolenbruch* defluente, poſito. Inde recto itinere progrediendo trans pontem fixum ſuper rivo, qui ſe rotis molendini in domo piſtrina jacentis ſuperfundit, deinde intra foſſatum, per quod aqua libera dicta *vriwater* decurrere conſvevit, que ſtagno dicto *Theghelдik* ſe infundit, exinde in directum circum ſepes *curie Laterarie* per pratum dictum *Walkemölenwiſch* ad conum ſive angulum muri retro prope *curiam Sutrinam* in parte orientali tranſeundo; exhinc circum muros clauſtri Doberan predicti ac ſepes & ſepta ejusdem recta via ad pontem predictum, poſitum ſuper rivulo a *Kolenbruch* effluente redeundo. Ita videlicet, quod dicti Domini Abbas & conventus *omnes exceſſus criminales*, ſupremum judicium tangentes, intra dictorum limitum diſtinctiones emerſuros, per ſuos *Commiſſarios & Officiatos* jugiter facere poterunt judicari, ſententiasque ipſas cum *penarum executione* in loco vel locis quem vel que in diſtrictu Abbacie Doberanenſis ad id competere viderint, debite vel gracioſe pro ipſorum beneplacito terminari. In quorum evidenciam ſigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Teſtes ſunt *noſtri fideles* Eghardus *de Bybow* MILES, *Bertoldus Rode* CANCELLARIUS (*) *noſter*, Bernardus *Allkun* noſter PROTHOCAMERARIUS (**) & Hinricus *de Bulow* ARMIGERI, ceterique plures fide digni. Datum *Rozſtok*, Anno Domini CIↃ CCC quinquageſimo in octava Epiphanie ejusdem per manus Johannis *Raboden* rectoris eccleſie in *Sywan* noſtri NOTARII.

muros Clauſtri.

Teſtes miles de Bibow. Cancellarius Rode. Prothocamerarius & Armigeri.

(*) Quod nomen in locum *Notariorum* & *Capellanorum* ſucceſſit & circa finem ſeculi XIII. in chartis Megapolenſibus uſum obtinuit, ut itaq; aberrare videantur, qui uſum hujus nominis in Germaniæ Principatibus ad ſeculum XV. propellunt. In charta *Alberti Ducis Megap.* & Regis Sveciæ inter teſtes a. 1300. citatur *Gaquinus* Cancellarius. *Diplom. Raceb. I. in Tomo II. Mon. n. 98. p. 2251.* In hac Charta & ſequentibus duabus ad h. a. Cancellarius laudatur *Bernardus Rode*; cui ſucceſſit *Bertramus Bere*, miles, cancellarii nomine citatus in chartis Ducis Alberti de a. 1353. 1354. 1358. ſqq. quas vide *h. l.* & in *ſpecimine documentor. inedit. Mecklenb. ed. a. 1726 p. 4. 224.* Secutus eſt *Jo. Svalenberg*, inter armigeros & milites ceteroquin conſpicuus, Cancellarii miniſterio functus a. 1374. fide diplomatis Ducis Alberti de eodem anno *h. l. num. 98.* Cui officio poſt admotus eſt *Albertus de Conow*, laudatus in chartis de a. 1376. quas *Tomus II. Monum. p. 2271. 2273. num. 127. 128* exhibuit. Ceterum de *Germaniæ Cancellariis Dn. de* GUDENUS *in ordine Cancellariorum Moguntin.* & *reverendiſſ.* ABBAS *Gotwicenſis* in *Chron. Gotwic.* legi merentur. De Franciæ Cancellariis vide DUFRESNE *Tom. II. p. 152. ſeqq.*

Uſus nominis Cancellarii in chartis Meckl. ſec. XIV.

(**) Primus Camerarius vide *Chartas ad a. 1353. 1354. 1358.* in quibus idem Alkunus armiger inter officiales palatinos ſeu miniſteriales refertur. Poſt ipſum *Grubo Vieregge* protocamerarius citatur in diplomate Alberti *ad a. 1365.*

LXXXVII. *Super proprietate, precaria & libertate ſervicii in Bertoldesdorp.*

1350. Albertus & Johannes fratres Duces Magnopol. concedunt Monaſterio.

Nos *Albertus* & *Johannes* fratres Dei gratia *Duces Magnopolenſes*, *Stargardie* & *Rozſtok Domini* recognoſcimus & preſentibus lucide profitemur, quod conſiderata ſollicitudine ſedula, qua religioſi viri Domini Abbas & conventus *Monaſterii Doberan* ordinis Cyſtercienſis Zwerinenſis Dyoceſeos circa divinos cultus, quos pie opere extolli & ampliari deſideramus, ſe die noctuque reddunt occupatos, ipſis tam preſentibus quam futuris in noſtrarum noſtrorumque progenitorum animarum remedium & ſalutem, & hujuscemodi devocionibus ut efficacius intendant & inſiſtant, de mera noſtra liberalitate annuimus, concedimus, donamus & gracioſe indulgemus, ut agros qui *curie Bertoldesdorpe* hucusque adjacuerunt & adhuc adjacent,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

jacent, ipsi *ville* Bertoldesdorp congrua pro ipsorum beneplacito distribucione seu segregacione apponere possint & applicare. Ita videlicet, quod agri ipsius curie Bertoldesdorp cum agris ville predicte adjacentibus simul in unum accepti pro *duodecim* duntaxat *mansis* computentur, maneant & perpetuo habeantur, nec *funiculi* aut *virge dimensione* umquam de cetero mensurentur, neque pro pluribus, quam duodecim mansis deinceps conveniantur. Sed quod dicta villa Bertoldesdorp cum predictis duodecim mansis ad dictum *Monasterium Doberan* cum omni proprietate & *ecclesiastica* ac *seculari libertate*, cum omni *jure*, *judicio* MAJORI videlicet *manus & colli*, ac MINORI cum *omnibus precariis*, fructibus, usibus, commoditatibus, utilitatibus, nemoribus, silvis, lignetis, rubetis, paludibus, cespitibus, agris cultis & incultis, pascus, pratis, aquis, aquarumq; defluxibus & earum fructibus, piscacionibus, molendinis structis & struendis, viis & inviis, semitis communibus & privatis ac singulis aliis attinenciis & emolumentis, quemadmodum predicte villa & curia cum molendino ibidem in suorum terminorum distincionibus ab olim jacuerunt & adhuc jacent, plenius comprehense perpetuis temporibus debeant libere & quiete pertinere. Sic eciam, quod prefate ville duodecim *mansorum cultores* presentes & futuri ab omnium serviciorum oneribus, videlicet *vectigalibus*, *poncium* aut *urbium exstructionibus*, *theloneis* seu *aliis argariis & exactionibus* quibuscumque, NOBIS *nostris* HEREDIBUS & SUCCESSORIBUS aut eciam *nostris ac ipsorum advocatis & officiatis* prestandis & faciendis, penitus liberi perpetuo sint & exempti. Et quod ad hujusmodi *onera*, *angarias & servicia* nemini, preterquam predicti monasterii Abbati & conventui astricti teneantur. Hoc saltem excepto, quod prefate ville villani ad *resistendum hostilibus incursionibus* cum ceteris terrarum nostrarum villanis ad *communem terre defensionem* convenire teneantur. Renunciamus insuper omnibus *juribus*, *justiciis*, *judiciis* ceterisque libertatibus & proprietatibus, que nobis aut *nostris heredibus* seu *successoribus* in dictis bonis competunt vel quomodolibet competere poterunt in futurum. Sed quod dicti Domini Abbas & conventus, authij quos ipsi ad hoc constituerint in dictis bonis tam *majoris* quam *minoris judicii* liberam habeant & exerceant jurisdictionem. Nolentes dicti Monasterii Abbatem & conventum in dictis nostris donacionibus, concessionibus & graciis ullo tempore per quempiam molestari, impediri seu turbari. In quorum evidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Testes hujus sunt *fideles nostri* Eghardus *de Bibowe* MILES, Bertoldus *Rode* CANCELLARIUS *noster*, Bernardus *Allkun* & Hinricus *de Bulowe* armigeri, ceterique plures fide digni. Datum *Rozstok* anno Domini CIↃ CCC L. octava Epyphanie ejusdem per manus *Johannis Raboden* notarii nostri.

& pro XII. marcis computentur.

Sine mensura quæ dicitur *ruhten maße*.

Cum ecclesiastica & seculari libertate, omni jure, judicio, precariis.

Salva defensione terræ contra hostes.

Addita renuntiatione jurium, judiciorum, justiciiq; minoris & majoris.

Testes.

LXXXVIII. Confirmacio Dominorum Ducum Magnopolensium super proprietate curie & indaginis Satowe.

Nos *Albertus & Johannes* fratres, Dei gracia *duces Magnopolenses Stargardie & Rozstok Domini* presentibus recognoscimus & lucide profitemur, quod ut cultus divini *in Monasterio Doberan* ardencius & devocius extollantur, sano nostrorum CONCILIARIORUM & FIDELIUM *ducti concilio & assensu*, dicti Monasterii Abbati & conventui animo liberali concedimus, donamus & graciose indulgemus, ut agros qui *curie Satowe* hucusque adjacuerunt & adhuc adjacent, ipsi *ville Satowe*, congrua pro ipsorum beneplacito segregacione & distribucione, apponere possint & applicare. Ita videlicet, quod agri predicte curie *Satowe* cum agris predicte ville adjacentibus simul sumpti pro *viginti mansis* duntaxat computentur perpetuo maneant & habeantur, nec funiculi aut *virge dimensione* umquam deinceps, sive ipsi *ville Satowe* appositi fuerint, sive *aliis hereditatibus* in loco in quo nunc ipsa curia sita jacet, sive in alio exstruendis applicati, mensurentur, neque pro pluribus quam pro viginti mansis conveniantur; sed quod dicta bona *Satowe* ad dictum Monasterium Doberan cum omni libertate, proprietate, judiciis, juribus & justiciis quibus ea dicti Monasterii Abbas & conventus hactenus liberius possederunt & in presenti possident, ac eciam omnibus & singulis libertatibus, proprietatibus ac condicionibus universis, que in *privilegiis Dominorum de Werle* super dictis bonis Satowe editis & confectis ac Dominis Abbati & conventui Monasterii in *Amelungesborn* traditis & donatis plenius continentur, perpetuis temporibus pertinebunt. Que quidem bona & privilegia pro *duabus Sartaginibus Salinaribus in Luneborch* ad ipsum Monasterium Doberan translata sunt & incorporata intra terminos ADVOCACIE *nostre* SYWAN perpetuo remansura. Veruntamen dictorum viginti mansorum cultores ad reprimendum HOSTILES INCURSUS cum *ceteris terrarum nostrarum incolis* ad *communem terre defensionem* debebunt convenire. In quorum evidens testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Testes sunt fideles nostri Eghardus *de Bybowe* miles, Bertoldus *Rode* Cancellarius, Bernardus *Allkun* & Hinricus *de Bulowe* armigeri ceterique plures fide digni. Datum *Rozstok* anno Domini CIↃ CCC L. in octava Epyphanie ejusdem per manus Johannis *Raboden* notarii nostri.

1350. Albertus & Joannes fratres

consiliarior. & fidelium assensu ducti

Monasterio indulgent ut agros curiæ Satow

cum villa Satow conjungant,

& computent pro XX. mansis.

Cum omni libertate & jure

Excipitur communis terræ defensio.

Testes.

LXXXVIIII. Super judicio majori & minori ville Zarnewanz & libertate servitiorum castrensium & curiuum. Item confirmatio super precaria & judicio majori ville & curie Zatowe.

Nos *Albertus* Dei gracia *Dux Magnopolensis Stargardie & Rozstok Dominus* recognoscimus tenore presencium coram universis presencia visuris vel audituris publice protestando, quod *prehabita deliberacione matura* ac *fidelium nostrorum* CONCILIARIORUM *accedente concilio pleno & beneplacito*, religiosis viris dilectis nobis fratribus Abbati totique conventui *Monasterii Doberanensis* ordinis Cystercienſis pro *centum*

1353. Albertus Dux Magnopol.

prahabita deliberatione ac fidelium consiliariorum beneplacito

Monasterio vendunt ac dimittunt

centum & LX. Marcis denariorum Lubicensium nobis in nostros *necessarios usus* persolutis & conversis, juste vendicionis titulo vendidimus, dimisimus & dimittimus per presentes *judicium*

omne judicium villæ Zarnewans

supremum & infimum, majus & minus videlicet *manus & colli* tocius & integre *ville Zarnewans*, prout in suis terminis distinctivis jacet plenius comprehensa & nos ipsum liberius noscimus possedisse, libere perpetuis temporibus possidendum, eciam postquam ejusdem ville *jurisdictiones & condiciones, nobis & successoribus nostris* in ea nunc & futuris temporibus competentes, ad presens *nostris advocatis* videlicet Domino *Johanni Vnnereyzen* MILITI & *Godscalco Pren* FAMULO & *ipsorum heredibus* obligate, libere ad nos devenerint. Hiidem Dominus Abbas & conventus ejusdem Monasterii ipsius ville *servicium curruum & castrense* perpetue possidebunt & habebunt nichil penitus *juris, justicie, proprietatis & Dominii*, preterquam PRECARIAS *in eadem villa* nobis & successoribus nostris reservato. Insuper damus & approbamus eisdem Dominis Abbati & conventui predicti Monasterii *ob speciale meritum* universas & singulas *precarias & judicium majus & minus, supremum & infimum* videlicet manus & colli curie *integre ville Zatowe*, quemadmodum in omnibus suis distinctionibus plenius jacent comprehense, veluti in aliis literis prioribus super eisdem bonis traditis & confectis lucidius continetur, libere & quiete temporibus perpetuis possidendas & possidendum nobis & successoribus nostris in eisdem curia & villa & suis singulis attinenciis *juris & justicie* nichil penitus reservantes. Nolentes, presentes literas nostras literis prioribus nostris seu nostrorum progenitorum quomolibet *derogare*; sed pocius in sue firmitatis robore ac singulis suis clausulis volumus literas priores antedictas per presentes approbari & conservari. Ne igitur nostre videlicet *venditio & donatio* per NOS, *nostros* FIDELES & SUCCESSORES seu *quoscunque alios* infringi quomodolibet valeant, presentes nostras literas nostri sigilli munimine dedimus firmiter communitas. Testes hujus sunt *nostri* FIDELES Johannes *de Plesse*, Hinricus STRALENDORP, Johannes LÜTZOWE *nostre curie Marscalkus* milites, Bertramus BERE *noster Cancellarius*, Marquardus *de Stove* & Bernardus ALLKUN *noster Prothocamerarius* famuli, ceterique plures fide digni. Datum actum & actitatum *Wismar* anno Domini CIↃ CCC quinquagesimo tercio in die beati Mathie Apostoli Generosi.

&jurisdiction. liberatas ab advocatis

Servicium curruum & castrense.

Donat tamen omnes precarias

villæ Satowe.

jura & justitias

Sine literarum priorum derogatione.

Testes.

LXXXX. Confirmatio precarie & bonorum Glyne & Celghelyn.

1354. Nicolaus Dn. de Werle confirmationem illustrium & nobilium Dominorum Patris & Patrui

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam non inprovide sapientum industria humano providit usui, ut acta hominum, que per lapsum temporis continui à memoria hominum de facili evanescunt saltem scripturarum testimonio perhennentur. Hinc est quod nos *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* in universorum fidelium presencium & futurorum noticiam cupimus pervenire, quod ILLUSTRES & NOBILES *Domini*, Dominus JOHANNES *pater noster* & *Domicellus* Johannes *patruus noster* dilectus, suarum & nostri omnium predecessorum & successorum nostrorum salubriter intendentes animarum remediis, *donacionem exactionis* & PRECARIE *tam* DENARIORUM *quam* ANNONE duarum villarum videlicet *Glyne* & *Celghelyn* ab ILLUSTRI *Domino*, Domino NYCOLAO *Domino de Werle patruo nostro dilecto* pie recordationis Monasterio & conventui *in Doberan* Ordinis Cysterciensis ad *luminare perpetuum* ibi in ecclesia die ac nocte in laudem Dei omnipotentis & in nostram, nostrorum progenitorum ac successorum felicem recordationem tenendum & servandum, libere factam & devote, litteris eorum autenticis super hoc datis & confectis, quas vidimus & legi fecimus integras & nulla sui parte viciatas, approbaverunt & pio affectu gratam & ratam habuerunt. Nos igitur via Dei, que est veritas, inspecta inclinati & allecti, piis progenitorum nostrorum exemplis ad pias & humiles preces Abbatis & conventus in Doberan ac inspectis eorum *immensis serviciis & subsidiis* quam pluries *nobis exhibitis* & precipue nunc in *nostra necessitate* quinquaginta marcas denariorum Lubicensium, quas in parata & numerata pecunia nobis persolutas esse recognoscimus, donaverunt. Quam ob rem predictam nostrorum progenitorum patris & patruorum nostrorum dilectorum donacionem approbamus, gratam & ratam in perpetuum gerimus & habemus, predictam *precariam* tam *denariorum*, quam *annone* predictarum villarum *Glyne & Celghelyn* ipsi conventui in Doberan ex *superbabundanti* donavimus & INNOVANDO *donamus* per presentes. Ita quod nunc & de cetero nec per *nos, nostros heredes & successores, advocatos, officiales* seu *quoscunque nostros familiares* in predicta *precaria* inquietari, perturbari seu impediri debeant quovis modo; sed nos puro & bono animo ipsius conventus in Doberan ac suorum bonorum debent esse boni & *assidui defensores & fautores*. In hujus rei testimonium presentes litteras de certa nostra scientia dari & scribi, ac nostri sigilli appensione jussimus communiri. *Datum & actum* GUZSTROWE anno Domini CIↃ.CCC. quinquagesimo quarto, feria secunda ipso de beate Ghertrudis virginis. Presentibus Wernero *de Cremon* MILITE, Ottone de *Cremon*, Thiderico *Speghelberghe* FAMULIS, Decimaro *Hollogher* THESAURARIO *ecclesie Guzstrowensis nostro* NOTARIO, & ceteris pluribus fide dignis.

denuo approbat ob exhibita ipsi subsidia: L. marcarum.

& donationem precariæ renovat,

nec ab hæredibus & successoribus nec ab Advocatis & ministerialibus impediendam.

Dat. & actum Guzstrowæ, præsentibus milite de Cremon famulis. Thesaurario ecclesiæ & Notario.

XCI. Super Confirmatione XV. Mansorum in Cropelin & Villa Detersbagen.

1354. Albertus Dux Magnopol. testatur

Nos *Albertus* Dei gracia *Dux Magnopolensis Stargardensis & Rozstok Dominus* literis presentibus recognoscimus coram universis presencium noticiam habituris publice profitendo, quod in nostra constitutus presencia *fidelis noster* VICKO *senior*, *dictus de* STRALENDORP *miles* de unanimi consensu & bona voluntate *filiorum & heredum suorum* videlicet *Vickonis* MILITIS ac *Vickonis* FAMULI nec non patrui sui *Hinrici de Stralendorp*, militis, ac omni aliorum quorum intererat, interest & interesse poterit quomodolibet in futurum, beneplacito & ratihabitione,

tione, juſte vendicionis tytulo rite ac racionabiliter vendidit ac dimiſit religioſis viris Dominis Abbati totique conventui *Monaſterii Doberanenſis* Ordinis Cyſtercienſis Dyoceſeos Zwerinenſis tam preſentibus quam futuris bona ſua ſcilicet *XV. Manſos* in opido *Cropelin* & villa *Detherdeshaghen* & in campis adjacentibus eis ſita & ſitis, prout nunc jacent & ab antiquo jacuerunt in ſuis terminis diſtinctivis, in agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, lignetis & rubetis, viis & inviis communibus & privatis, cum eorum *cenſibus & redditibus* ac cum univerſis attinenciis fructibus & utilitatibus, commoditatibus & emolumentis, que nunc in eisdem exiſtunt & ab antiquo fuerunt & fieri poterunt in futurum quiete ac pacifice tenenda in perpetuum & tenendos poſſidenda perpetuis temporibus & jugiter poſſidendos pro *ſeptingentis & XXIII. Marcis Denariorum Lubicenſium* ſibi integre perſolutis ac *in utilitatem ipſius & heredum ſuorum jam converſis*, RESIGNANS dicta bona & manſos CORAM *nobis ad* MANUS *Abbatis & Conventus predictorum*, eis ſine omni ſervitio libere conferenda. Nos igitur in prefato Monaſterio Doberan, quod progenitores noſtri fundaverunt, nobis aliquod meritum comparare cupientes, pia progenitorum noſtrorum veſtigia imitantes, prehabita deliberatione ac maturo *fidelium noſtrorum conſiliariorum* peruſi conſilio & eorum beneplacito accedente, contulimus & preſentibus conferimus & *donamus* ſepedictis Dominis Abbati & Conventui prelibatis dicta bona & dictos *XV. Manſos* absque quolibet ſervicio liberos cum omni proprietate & dominio UTILI *vel* DIRECTO, que & quod nobis noſtrisque heredibus competebat vel competere poterat in premiſſis, & cum omnibus libertatibus, conditionibus & articulis in terris predicti Vickonis ſuorumque heredum, ſuper dicta venditione editis plenius comprehenſis. Adjicientes, quod prefati Abbas & conventus potiri debent libertate & poteſtate *cenſus & redditus* de predictis manſis & bonis ac poſſeſſoribus & cultoribus eorum, tam in *domibus & curiis*, quam *in agris ipſorum* tam in *Cropelin* quam in *Deterdeshagen & campis adjacentibus* ſituatis absque quovis exceſſu, *autoritate* PROPRIA per *ablacionem pignoris licite extorquendi* quando & quociens eis fuerit neceſſarium, NEMINE *requiſito ſeu requirendo, libertate etiam* JURIS LUBICENSIS ſeu *aliquo alio* JURE & CONSVETUDINE *non obſtante*, ut cenſus & redditus ſupra dicti *ad perpetuum luminare & duo ſervicia & quasdam alias eleemoſinas* in dicto Monaſterio de largis fidelium donacionibus comparati *eo expedicius* perſolvantur, & nos heredesque noſtri talibus piis obſervantiis apud Deum participes efficiamur. Renunciamus inſuper *omnibus juribus noſtris*, que *nobis* noſtrisque *heredibus & ſucceſſoribus* in predictorum bonorum & manſorum proprietate & dominio, cenſibus, redditibus & libertatibus, attinenciis, fructibus, utilitatibus, commoditatibus & emolimentis comperunt & quomodolibet competere poterunt in futurum. Nolentes dicti Monaſterii Abbatem & conventum in premisſis donacionibus conceſſionibus & graciis ullo tempore per quempiam *de jure* vel *de facto* moleſtari, impediri ſeu modo quolibet impugnari. In cujus rei evidenciam ſuper premiſſo contractu & proprietatis collatione & aliis ſingulis in preſentibus conſcriptis preſentes literas ex certa noſtra ſcientia ſigilli noſtri robore juſſimus communiri. Teſtes ſunt *fideles noſtri* Johannes *de Pleſſe*, Ravo *de Barnekowe*, Otto *de Helpede* MILITES, Bertrammus *Bere* noſter CANCELLARIUS, Bernardus *Alkun* noſter PROTHOCAMERARIUS ceterique fide digni. Datum *Wiſmer* Anno Domini CIↃ CCC LIIII. ipſo die beati Nycolai epiſcopi glorioſi.

Monaſterio vendiderit Bona ſua in oppido Cropelin & villa Dethershagen

Facta reſignatione ad manus Abbatis.

Addit prehabita conſiliariorum del beratione confirmationem.

Non attento jure LUBICENSI vel jure alio & conſvetudine,

ob favorem eleemoſynarum.

Cum renunciatione jurium pro ipſo & hæredibus.

Teſtes milites de Pleſſe, Barnekow, Helpede. Cancellar. Bere. Protocamerarius Alkun.

XCII. *Super bona in Cropelin & Deterdeshaghen.*

1254.

Univerſis & ſingulis ad quos pervenerit preſens ſcriptum Ego *Vicko ſenior* dictus *de Stralendorp* miles, preſenciarum literarum teſtimonio facio manifeſtum publice recognoſcens, quod diligenti tractatu & matura deliberatione prehabitis de provido concilio & *unanimi conſenſu* dilectorum *filiorum meorum* Vickonis MILITIS ac Vickonis FAMULI nec non patrui mei *Hinrici de Stralendorp* militis ac omni aliorum quorum intererat, intereſt & intereſſe poterit quomodolibet in futurum, non *vi* nec *metu* nec *dolo inductus* nec *per errorem*, ſed ex *certa ſcientia & bono animo rite* ac *racionabiliter* vendidi ac dimiſi pro ſeptingentis & viginti tribus marcis *Lubicenſium denariorum* michi integre perſolutis ac in utilitatem meam meorumque heredum converſis, religioſis viris Dominis Abbati totique conventui Monaſterii Doberan Ordinis Cyſtercienſis Dyoceſeos Zwerinenſis, tam preſentibus quam futuris, bona mea videlicet *quindecim manſos* in opido *Cropelin* & villa *Deterdeshaghen* & campis ejus adjacentibus ſita & ſitos, prout nunc jacent & ab antiquo jacuerunt in ſuis terminis diſtinctivis in agris cultis & incultis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, lignetis & rubetis, viis & *ſemitis communibus* & PRIVATIS & cum omnibus attinenciis, fructibus, utilitatibus & emolimentis, que nunc in eiſdem exiſtunt & ab antiquo fuerunt, & in futurum fieri poterunt, cum eorum cenſibus & redditibus *michi dari conſvetis*, qui ſunt videlicet *Octo marce Lubicenſes* cum *decem ſolidis & VIII. denariis*, *Duo Laſt ſiliginis* cum XXIII, *modiis & dimidio*, Vnum *Laſt ordei* cum duobus modiis, *tria Laſt avene* cum IIII modiis & dimidio, *ſeptem top lini & ſex pulli fimales*; nichil JURIS, JUSTICIE, *pertinenciarum*, *exigencie*, CONSVETUDINIS & *debiti* ſeu SERVICII qualiscunque michi meisque heredibus reſervans penitus in eisdem; ſed quicquid michi & meis heredibus in premisſis & quolibet premiſſorum competebat vel competere poterat, plenarie transtuli & ceſſi in dictos Dominos Abbatem & conventum Monaſterii prelibati, quiete ac pacifice tenenda in perpetuum & tenendos, poſſidenda perpetuis temporibus ac jugiter poſſidendos; cum libera facultate cenſus & redditus memoratos de prefatis manſis & bonis ac poſſeſſoribus

Vicko ſenior dictus de Stralendorp, miles,

bona ſua in oppido Crēpelin & villa Detershagen ſita

cum pertinentiis

& redditibus dari conſveti

II. Laſt ſiligi- nis

I. Laſt ordei

III. avenæ

VII. toppis li ni.

VI. pullis fumoſis.

Cum jure, juſtitia, conſuetudine.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ribus & cultoribus eorum tam in domibus & curiis, quam in agris ipſorum tam in *Cropelin* quam in *Detherdeshagben* & campis adjacentibus ſituatis, absque quovis exceſſu *autoritate propria* per ablationem pignoris licite extorquendi, quando & quociens fuerit neceſſarium, non obſtante JURE LUBICENSI; ADVOCATO eciam & CONSULIBUS *dicti oppidi Cropelin* minime requiſitis ſeu quomodolibet requirendis. Ceterum coloni & poſſeſſores dictorum bonorum & manſorum tenebuntur annuatim cenſus eorum & redditus deducere & portare *ad clauſtrum Doberanenſe* aut in *civitates* ROZSTOC *ſive* WISMER, ubi dictis Abbati & conventui magis expedierit, cum propriis vecturis ſub eorum laboribus & expenſis; Inſuper ſepefati domini Abbas & conventus eorumque commiſſarii habebunt liberam poteſtatem *inſtituendi ſeu inveſtiendi* ac in poſſeſſionem dictorum bonorum & manſorum mittendi *colonos ac agricolas* per ſucceſſiones temporum & mutationem perſonarum ac RESIGNATIONEM *recipere & collationem facere* quod VPLATINGHE vulgariter nuncupatur; nec non *judiciariam poteſtatem* exercere in *exceſſibus abarandi* tantummodo contingentibus & contingendis. Dicta igitur bona & manſos ac redditus eorum cum omnibus libertatibus & articulis ſupra dictis coram *illuſtri principe* domino meo ALBERTO *Duce Magnopolenſi ac Stargardie & Rozſtok Domino* totaliter RESIGNAVI *ad manus Abbatis & conventus predictorum*, eis ſine omni gravamine cujuslibet ſervicii conferenda. Pro hiis omnibus & ſingulis firmiter & inviolabiliter obſervandis & pro *evictionis cautione*, quod vulgariter *Warandia* dicitur, ego & *filii mei* & *patruus meus* predicti MANU CONJUNCTA & *in* SOLIDUM prefatis Abbati & conventui bona fide promiſimus & promittimus in hiis ſcriptis; renunciantes eciam exceptioni *doli mali*, *rei ſic non geſte*, *pecunie non numerate*, *beneficio reſtitutionis in integrum* ac omnibus aliis & ſingulis *juris* tam CANONICI quam CIVILIS aut CONSVETUDINARII *beneficiis*, que nobis & heredibus noſtris prodeſſe, & prefatis Abbati & conventui quomodolibet poſſent obeſſe. Nos quoque *Vicko junior* miles, & *Vicko famulus* FILII *dicti Domini Vickonis ſenioris* & Hinricus *noſter patruus*, miles, DICTI *de Stralendorpe* una cum ſupra dicto Domino *Vickone ſeniore*, *milite de Stralendorp*, manu *conjuncta* promiſimus & preſentibus promittimus *in ſolidum* Dominis Abbati & conventui ſupra dictis *pro nobis & noſtris heredibus* inviolabiliter obſervandis. In omnium premiſſorum evidenciam ſigillum meum una cum ſigillis filiorum meorum & patrui mei preſcriptorum preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus ſunt Dominus Johannes & Dominus Conradus *rectores eccleſiarum in Bucowe & Cropelin*, Hartwicus *Metzeke* armiger, Gherhardus *Moller*, Nycolaus *Gherſtorp*, Wernerus *de Gartze* & Eghardus *Smyt* conſules *in Cropelin* ceterique plures fide digni. Datum anno Domini CIↃ CCC LIIII. quarto Ydus Octobris.

Et poteſtate extorquendi reditus per pignorationem.

non obſtante jure LUBECENSI.

Et conceſſa Abbati poteſtate inveſtiendi colonos

Judicandi exceſſus qui fiunt arando.

Reſignavit bona coram Domino ſuo.

Duce Alberto ad manus Abbatis & conventus.

Sub ſigillo ipſius, filiorum & patrui.

Teſtes, rectores eccleſiarum.

Metzeke, armiger.

Conſules in Cröplin.

XCIII. Supra bona & villam Retzecowe.

1358. Univerſis Chriſti fidelibus quibus preſentia contigerit exhiberi Nos RAVO *miles* & *Hinricus* fratres nec non *Hinricus* ejusdem Ravonis filius *armigeri*, dicti *de* BARNECOWE cupimus preſentibus fore notum, quod diligentibus prehabitis tractatibus mature deliberati, accedente nichilominus *fratrum noſtrorum Ulrici* videlicet & *Godeſchalci*, ac *propinquorum noſtrorum ceterorum omnium*, quorum merito potuerit *quomodolibet intereſſe*, provido conſilio, beneplacito, & conſenſu, vendidimus, dimiſimus, & coram ILLUSTRI *Principe*, *Domino noſtro Sereniſſimo* Domino, ALBERTO, *Duce Magnopolenſi Stargardie & Rozſtoc Domino*, liberaliter *reſignavimus*, *vendidimus*, *dimittimus*, & reſignamus per preſentes Honorabilibus & Religioſis viris, Dominis Abbati & conventui *monaſterii Doberan* Cyſtercienſis Ordinis MZwerinenſis Dyoceſeos pro *tribus milibus marcis Rozſtoccienſis monete* de bonis *Petri* CREMER quondam *conſulis in Rozſtoc*, bone memorie nobis integraliter perſolutis, totam & integram villam *Retzecowe* cum *curia noſtra* ibidem ADVOCACIE *Zywan*, cum *pleno judicio* MAJORI, manus ſcilicet & colli, ac MINORI ſexaginta videlicet ſolidorum & infra, JUSTICIIS, JURIBUS, *fructibus*, *cenſibus*, PACHTIBUS, *ſerviciis*, PRECARIIS, *proventibus*, *utilitatibus*, *commoditatibus*, *agris cultis & incultis ſeu colendis*, *nemoribus*, *ſilvis*, *lignetis*, *rubetis*, *paludibus*, *ceſpitibus*, *paſcuis*, *pratis*, *aquis*, *aquarumque decurſibus* earumque *fructibus* & *inſtagnationibus*, *piſcariis*, *molendinis*, *ſtruendis viis & inviis*, *ſemitis communibus* & *privatis* ac ſingulis *attinenciis*, & *emolimentis* ad ipſas villam & curiam ſpectantibus & quovis modo ſpectare potentibus, prout ipſa villa cum curia, in ſuorum terminorum limitibus, ſecundum omnem ipſius dimenſionem longum, latum, altum, ſcilicet & profundum, ab olim usque in preſens jacuit, & jacet, plenius & diſtinctius comprehenſa, ab omnibus quoque *ſerviciis* TERRARUM *Dominis*, *eorumve* ADVOCATIS, *familiaribus aut officiatis* in *dextrariis* *equis* aut *vecturis* exhibendis, vel faciendis, pro *urbium* aut *pontium* exſtructione ſeu refectione, *foſſione*, glaciei tempore hyemali alicubi *confractione*, aliisve *angariis & perangariis*, aut quorumcunque onerum ſeu gravaminum generibus, quocunque vocentur nomine, dictarum ville & curie cultores inmunes ſint penitus & exempti. Ita quod ad nulla de premiſſis ſerviciis preſtanda ulli umquam homini, preterquam Abbati & conventui monaſterii Doberan predicti aliquatenus teneantur. Ceterum dictarum ville & curie agri tam culti quam colendi, virga vel funiculo nunquam ullo tempore menſurentur; ſed agri predicte curie nunc adjacentes, ſi pro dictorum Abbatis & conventus libitu diviſi ſeu diſtributi aliisque dicte ville CURIIS *vel* KOTHIS applicati fuerint cum agris ipſius ville ſimul in unum accepti, pro decem & ſeptem cum dimidio manſis duntaxat computentur, permaneant & perpetuo habeantur. Preſati denique Abbas & conventus ſuos redditus, pachtus, cenſus & proventus de predictis villa & curia nullius obſtante contradictione, licite

Ravo & Hinricus fratres & filius dicti de Barnecowe

accedente conſenſu fratrum & propinquorum

coram illuſtri Domino Alberto Duce

reſignant & vendunt Monaſterio Doberan.

Cum judicio majori & minori

& omnibus emolumentis.

Villæ & curiæ cultoribus exemtis à Servitiis, terrarum Dominis, eorumque advocatis & miniſteriabilibus exhibendis.

Interdicta etiam menſuratione agrorum vulgo *Ruhtenmaſſe*.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Cum potestate expignorandi reditus.

licite *sine quovis excessu* per se aut suos nuncios *expignerandi*, nec non *publicis & privatis*, *majori & minori judiciis* intra dictarum ville & curie metas, quando & quociens opus fuerit, per se suosve Commissarios *presidendi*, *judicandi*, *sententias quaslibet proferendi*, easque *executioni mandandi* debite secundum jus & CONSVETUDINEM TERRE, liberrimam habeant perpetuo potestatis facultatem. Ipsas ergo *villam & curiam* cum omnibus ac singulis prenarratis conditionibus & articulis in prefatos Abbatem & conventum, melioribus modo & forma, quibus valemus, vacuam ipsarum possessionem relinquentes transtulimus, & cedendo transferimus per presentes, perpetuis temporibus tenendas, habendas & possidendas. Renunciantes penitus & omnino cujusvis exceptionis, doli mali, rei sic non geste, pecunie non numerate, beneficii restitutionis in integrum, ac omnibus *juris* CANONICI & CIVILIS *ac* CONSVETUDINARII *auxilio & defensioni*, que nobis aut nostris heredibus pro hujusmodi elidendo, infringendo seu irritando contractu, ullis futuris temporibus quomodolibet possent suffragari, nichil omnino juris nobis aut nostris heredibus in premissis aut premissorum aliquo reservantes. Rursum literas super dictis villa & curia in toto vel in parte loquentes, si que apud nos, nostrosve heredes aut consanguineos, seu alium quemlibet hominem hujusmodi contractui prejudiciales, successivis temporibus invente fuerint seu producte, cassas, irritas & nullius prorsus volumus esse roboris vel momenti, eisq; presentibus expresse *renunciamus*. Pro evictionis autem cautione sive *Warandia* ville & curie predictarum, & ut debeamus ipsas villam & curiam cum & singulis supra scriptis conditionibus & articulis à quolibet homine aut collegio seu universitate easdem inpetere & *inbrigare* volentibus, dummodo tamen JURI *parere voluerint*, *prout in* TERRIS *solitum est &* CONSVETUM penitus *disbrigare*, Nos *Ravo Hinricus & Hinricus* predicti & una nobiscum *Ulricus & Godscalus fratres nostri predicti Reymarus* patruus noster *dictus de* BARNECOWE *in Chozin*, *Vicko* Thesaurarius ecclesie Zwerinensis & *Tanquardus* armiger DICTI *de Bulowe*, *Johannes & Vicko* fratres *dicti* MOLTEKEN *de Stridvelde*, Otto *de Percowe* & Arnoldus *de Enenhus* DICTI *Babben*, Subislaus *de Putzecowe* armigeri MANU JUNCTA *in solidum* predictis Abbati & conventui Monasterii Doberan prefati promisimus & promittimus per presentes. In omnium premissorum evidenciam sigilla nostra una cum sigillis omnium predictorum *nostrorum compromissorum* presentibus sunt appensa. Testes hujus sunt *Johannes Raboden* Rector ecclesie *in Zywan*, Grabo *Vereggede* armiger, Johannes *de Grentze* Consul Rozstoccienſis & Engelbertus *de Honhorst* clericus. Ceterique plures fide digni. Datum & actum *Rozstok* Anno Domini CIↃ CCC LIIX. feria secunda post festum Viti martiris glorioſi.

judicandi & judiciis præſidendi, sententias exequendi, secundum jus & consuetudinem terræ.

sub renuntiatione exceptionum juris canonici, civilis & consuetudinarii,

cassatione literarum prejudicialium,

præstatione Warandiæ & disbrigationis seu liberationis à lite contra inbrigantes prout in terris juris est & consvetudinis.

Accedente compromissione armigerorum de Bulowe Molteken de Stridfeld. de Percowe & de Enenhus de Putzecowe, manu conjuncta in solidum.

XCIV. Confirmatio bonorum & ville Retzecowe.

Nos *Albertus* Dei gracia *Dux Magnopolensis*, *Stargardie & Rozstok Dominus ad perpetuam rei memoriam* constare cupimus universis, quibus presentia contigerit exhiberi, quod *dilecti fideles nostri* RAVO *miles* & Hinricus fratres ac Hinricus ejusdem Ravonis filius armigeri *dicti de* BARNECOW mature deliberati accedente nichilominus Ulrici & Godscalci dictorum Ravonis & Hinrici fratrum *armigerorum* nec non suorum propinquorum ac omnium quorum merito quovis modo potuerit interesse, concilio, beneplacito & consensu, vendiderunt, dimiserunt & *coram* NOBIS *personaliter constituti*, nulla vi, metuve coacti coram nobis *libere resignaverunt* honorabilibus & religiosis viris Dominis Abbati & conventui *Monasterii Doberan* Ordinis Cystercienſis Zwerinenſis Dyoceseos pro tribus milibus marcarum Rostoccienſis monete ipsis, ut recognoverunt, persolutis integraliter, totam & integram villam *Retzecowe* cum *curia* ibidem ADVOCATIE *nostre Sywan* cum omnibus justiciis, juribus, *judiciis* MAJORI *manus videlicet & colli ac* MINORI *sexaginta videlicet solidorum* & infra cum fructibus, censibus, *pachtibus*, *precariis*, serviciis, proventibus, utilitatibus, commoditatibus, agris cultis & incultis seu colendis, nemoribus, silvis, lignetis, rabetis, paludibus, cespitibus, pascuis, pratis, aquis, aquarum decursibus earumque fructibus & instagnationibus, piscariis, molendinis exstruendis, viis, inviis, semitis communibus & privatis ac singulis attinenciis & emolimentis ad ipsas villam & curiam pro nunc & in futurum spectare seu pertinere potentibus quovis modo, prout ipsa villa cum curia in suorum terminorum limitibus secundum omnem dimensionem, longum videlicet, latum, altum & profundum ab olim usque in presens jacuit & jacet plenius & distinctius comprehensa. Ab omnibus quoque serviciis *nobis*, nostris *heredibus & successoribus nostris* ipsorumve *advocatis* seu *officiatis* in dextrariis equis vel vecturis faciendis, pro ponciun urbiumve exstructione ipsorumq; refectione, fossione, glaciei tempore hyemali confractione aliisque angariis & perangariis, seu oneribus quibuscunque, quocunque censeantur nomine, dictarum ville & curie cultores immunes sint penitus & exempti, ita quod ad nulla premissorum servitiorum, onerum gravaminumve aliorum quorumcunque genera ulli umquam hominum, preterquam Abbati & conventui Monasterii Doberan predicti aliquatenus teneantur. Ceterum dictarum ville & curie agri tam culti quam colendi virgá vel funiculo nullo umquam tempore mensurentur, sed ipsi agri predicte curie nunc adjacentes, si pro dictorum Abbatis & conventus libitu divisi & distributi, aliisque dicte ville curiis vel Kothis *applicati* fuerint, *quod & nos annuimus*, sive ut nunc jacent permanserint, cum agris ipsius ville simul in unum accepti pro decem & septem cum dimidio mansis duntaxat computentur, permaneant & perpetuo habeantur. Prefata quoq; ecclesia, Abbas & conventus suos redditus, census, Pachtus & quoslibet proven-

1358. Albertus Dux Magnopol. testatur

quod fratres de Barnekowe

accedente propinquorum consensu

coram ipso personaliter constituti,

resignarint Monasterio

villam Retzekowe cum curia,

judicio criminali & civili,

censibus precariis & attinentiis

absq; servitiis, Ducibus eorumque officialibus alias præstandis.

Cum facultate agros separandi vel aliis applicandi

& computandi sine mensura geometrica.

proventus de dictis *villa* & *curia*, nullius obstante contradictione, licite sine quovis excessu, per se & suos *expignorandi* nec non *publicis* & *privatis*, *majori* & *minori judiciis*, intra dictorum ville & curie metas, quando & quociens opus fuerit per se suosve commissarios, presidendi, judicandi, sentencias quaslibet proferendi ipsasque executioni mandandi, JUSTE vel GRATIOSE & generaliter *jurisdictionem exercendi*, secundum JUS & CONSVETUDINEM TERRE NOSTRE liberrimam habeant potestatis facultatem. Dicti quoque fideles nostri memoratas villam & curiam cum omnibus & singulis prenarratis conditionibus & articulis in sepedictos Abbatem & conventum melioribus modo & forma, quibus potuerant, vacuam ipsarum possessionem relinquentes transtulerunt *debita cessione*, renunciantes penitus cuiuslibet exceptionis doli mali, rei sic non geste, pecunie non numerate, beneficii restitutionis in integrum ac omni juris *Canonici* vel *consvetudinarii* aut *civilis* auxilio, quod ipsis venditoribus eorumve heredibus pro hujusmodi elidendo, infringendo seu irritando contractu in futurum quomodolibet possit suffragari, nec non & literis, si que apud quemcunque hominem invente fuerint, huic contractui prejudicialibus, nichil omnino juris sibi aut suis heredibus in premissis aut premissorum aliquo reservantes. Nos igitur divini cultus, qui precipue in dicto Monasterio Doberan pia devotione frequentatur, ampliationem pio desiderantes extollere affectu, *venditionem*, *dimissionem ac resignationem* predictarum ville & curie cum omnibus & singulis conditionibus & articulis, prout superius narrantur, per supra dictos fideles nostros venditores dictis Abbati & conventui factas approbamus, ratificamus, acceptamus & autoritate, qua valemus, per omnia confirmamus, prefatisque Dominis Abbati & conventui monasterii Doberan, *meram proprietatem* ac *ecclesiasticam* & *secularem libertatem*, cum *dominio utili* & *directo*, super dictis villa & curia *Retzecowe*, prout in suis cum omnibus supra dictis conditionibus comprehenditur terminorum distinctivis limitibus, de *consiliariorum nostrorum expresso consilio*, *beneplacito* & *consensu*, dedimus & donavimus, damus & *de mera libertate nostra donamus* per presentes, nichil nobis & nostris heredibus aut successoribus in premissis vel premissorum aliquo, JURE PATRONATUS *ecclesie dicte ville* duntaxat nobis & nostris heredibus ac successoribus reservato, reservantes, perpetuis temporibus possidendas, tenendas & habendas. Inhibentes omnibus & singulis nostris VASALLIS, ADVOCATIS, & OFFICIATIS ne dictos Abbatem & conventum in premissis seu aliquo premissorum villis umquam temporibus *inquietare*, *inbrigare* aut *perturbare* presumant quovis modo. In omnium premissorum evidenciam, testimonium & firmitatem presentes literas ex certa scientia nostra, sigilli nostri appensione tradidimus communitas. Datum *Wyscemer* anno Domini CIↃ CCC LIIX feria quarta ante festum Nativitatis beati Johannis Baptiste. Testes hujus sunt *Bertramus* BEERE *noster Cancellarius*, VICKE ecclesie Zwerinensis *Thesaurarius* & TANQUARDUS *armiger dicti de* BULOWE, *Bernardus* ALKUN *noster Protho-camerarius*, Johannes & Vicko *fratres dicti* MOLTEKEN *de* STRIDVELDE & *Grubo* VEREGGHEDE *armigeri* ceterique plures fide digni.

census expignorandi

Judicia constituendi

sub renuntiatione exceptionum juris peregrini & patrii.

Confirmatq; hanc resignationem expresso consiliariorum consensu

donando quasi proprietatem, ecclesiasticam & secularem libertatem, dominia.

Excepto jure Patronatus sibi & successoribus reservato.

Dat. Wyscemer.

Testes Bere Cancellarius. Vicke Thesaurarius. Bulow armiger. Alkun Protocamerarius. Fratres Molteken & Vieregge.

XCV. Confirmatio super proprietate & majore judicio & libertate serviciorum Ville Nykeze.

1359. Nicolaus Dn. de Werle

Omnibus Christi fidelibus *Nycolaus* Dei gracia *Dominus de Werle* salutem in perpetuum. Inter plura humane condicionis infirma memoriam hominum sic fragilem esse constat, ut nec multitudini rerum nec longitudini temporum sufficientem se valeat exhibere; unde racio docuit & consvetudo didicit, ut fragilitati ipsius memorie per quedam signa & testimonia succurratur. Hinc est, quod tam presentibus quam futuris notum fieri volumus litteras per presentes, quod nos de provido & maturo FIDELIUM & COLLATERALIUM *nostrorum concilio & assensu*, receptis sexcentis marcis *Slavicalium denariorum* nobis numeratis & integraliter exsolutis à venerabilibus & nobis dilectis *Domino* JACOBO *Abbate* COMPATRE *nostro* & conventu de Doberan Cystercienſis Ordinis Zwerinensis Dyocesis, nec non inspectis preclaris serviciis, que hiidem nobis & nostris multipliciter prestiterunt & sunt prestituri favente Domino in futurum, vendidimus in tota & integra villa *Nykesze* in DOMINIO NOSTRO & ADVOCATIA *Guzstrowe* sita & distinctionibus suis & terminis, *judicium majus* videlicet manus & colli & *omne servicium castrense* sive *curruum*, quod *villani* dicte ville nobis facere requisiti *consveverant* in eisdem, *judicio* videlicet & *servicio*, nichil nobis penitus reservando. Indulgemus quoque dictis villanis, ut singulis annis *annonam suam censualem* predicto conventui debendam EXTRA *terram nostram*, ubi & quociens dictis *Dominis de Doberan* placuerit, deducere poterunt, quolibet STATUTO NOSTRO *aut successorum nostrorum contrario non obstante*. Insuper proprietatem & utilitatem, quam in dicta villa *Nykesze* & terminis suis campestribus emptionis nomine à predecessoribus & affinibus nostris hactenus pacifice possederunt gratam & ratam in perpetuum habemus & gerimus, ita quod nunc & de cetero nec per *nos*, *nostros heredes*, *successores*, *advocatos*, *officiales*, *apparitores* seu *quoscunque nostros familiares* in *judicio*, *servicio*, *vectura censuum* & utilitate predictis inquietari, perturbari seu inpediri debeant quovis modo. Sed nos puro & bono animo ipsius Conventus in Doberan & suorum bonorum debemus esse boni & assidui defensores. In hujus rei testimonium presentes litteras de certa nostra scientia dari ac scribi ac MAJORIS *nostri* SIGILLI *appensione* jussimus communiri. *Datum* & *actum Guzstrowe* Anno Domini CIↃ. CCC. LIX. feria sexta ante festum nativitatis beate virginis Marie inclite matris

fidelium & collateralium suorum assensu

pro 600. marcis Slavical. denarior.

Abbati JACOBO compatri suo & Monast. vendidit

in villa Nikeske territorii & Advocatiæ Gustrowe

judicium majus & servitium castrense.

Confirmans proprietatem villæ ab antecessoribus emtam

nec impediendam à successoribus, Advocatis & ceteris familiaribus seu ministerialibus.

Teſtes miles de Oldenborg. Famuli de Cremun, Lewesſow, Woſenize.

Chriſti. Teſtes hujus ſunt Dominus Hartmannus *de Oldenborch* miles, Otto *de Cremun*, Arnoldus *Lewesſow*, Heyno *Woſenyze* famuli, Gherardus *de Strimken* notarius noſter & alii quam plures fide digni.

Notarius de Strimken.

XCVI. Super villa Zaghenitze & Vicaria in eccleſia S. Mariæ Roſtoch.

1365. Albertus Dux Magnopol. Comes Zwerin. & Dn. Stargard. & Roſtock recognoſcit

Nos *Albertus* Dei gratia DUX *Magnopolenſis* COMES *Zwerinenſis nec non Stargardie & Roſtok terrarum* DOMINUS preſentibus conſtare volumus univerſis, quibus ea contigerit exhiberi, quod dilecti nobis *Reynerus* GRENTZE Conſul & *Hinricus Bagghele* civis *in Roſtok* CORAM NOBIS una cum *uxoribus ſuis* videlicet Ghertrude & Eliſabeth filiabus *Ditboldi Horn* quondam *Conſulis ibidem* perſonaliter conſtituti matureque deliberati de conſenſu conſilio & beneplacito ſuorum *proximorum ac omnium*, quorum merito quovis modo poterat *intereſſe*, ſponte, nulla vi interveniente, *rite & racionabiliter* vendiderunt, dimiſerunt ac *reſignaverunt* honorabilibus & religioſis viris Dominis Abbati & conventui Monaſterii *Doberan* Cyſterc. ordinis Dyoceſis Zwerinenſis totam & integram villam *Zaghenitze* ADVOCACIE *Roſtok* pro duobus milibus marcarum *Roſtokienſis monete* ipſis, ut recognoverunt, integraliter perſolutis cum omnibus ſuis PACHTIBUS, *cenſibus, proventibus*, PRECARIIS *majoribus & minoribus*, agris cultis & incultis ſeu colendis, nemoribus, ſilvis, rubetis, paludibus, ceſpitibus, pratis, paſcuis, aquis, aquarum affluxibus & defluxibus earumque fructibus, inſtagnacionibus, piſcariis, molendinis conſtruendis, viis, inviis, ſemitis communibus & privatis nec non cum omnibus *juſticiis, juribus & judiciis* majori & minori, ſcilicet manus & colli, ac cum omnibus & ſingulis attinenciis & emolumentis ad ipſam villam pertinentibus vel quovis modo pertinere potentibus, nunc & in futurum prout ipſa villa ſecundum omnem ſui dimenſionem, in longum videlicet latum altum & ymum in ſuorum terminorum limitibus ab olim usque in preſens tempus jacuit & adhuc jacet, plenius & diſtinctius comprehenſa, ac cum *omnibus ſerviciis* nobis, noſtris heredibus & ſucceſſoribus noſtrisque eorumve *advocatis ſeu officiatis* in *dextrariis equis* vel *vecturis* faciendis, pro *ponticum, viarum urbiumve extructione*, ipſorum *refectione, foſſione, glaciei tempore hyemali confractione, exactione qualibet* aliisque *angariis* aut *parangariis* ſeu *aliis oneribus ſerviciorum* quibuscunque, quocunque nomine cenſeantur, dicte ville incole immunes ſint liberi & exempti, ſed in hujusmodi premiſſis oneribus nulli unquam homini, preterquam dicti Monaſterii Abbati & conventui predictis, requiſiti teneantur. Prefati eciam venditores dictam villam *Zaghenitze* cum omnibus & ſingulis prenarratis condicionibus & articulis in predictos Abbatem & conventum melioribus modo & forma, quibus fieri poterit, vacuam ipſius poſſeſſionem relinquentes transtulerunt debitâ ceſſione; Renunciantes penitus & expreſſe cujuslibet exceptionis, doli mali, rei ſic ut narratur non geſte, pecunie non numerate, beneficii reſtitutionis in integrum ac omnis juris Canonici & civilis ſeu conſuetudinarii literarumque nominibus, ſi que ſint aut in futurum inveniri potuerint, hunc contractum in toto vel in parte infringere vel elidere quoquomodo valencium auxilio & defenſioni, libere pacifice & quiete habendam, tenendam & poſſidendam perpetuo cum omnibus prenarratis condicionibus, nec non cum omni *proprietate & omnimoda libertate*, quemadmodum olym *Thidericus Horn*, poſtmodum *Ditboldus* predicti Thiderici filius quondam Conſulis in *Roſtok* ipſiusque Ditboldi heredes utriusque ſexus, demum quoque predicti *Reynerus & Hinricus* venditores quiecius & liberius poſſederunt, exceptis *quatuor manſis* eidem ville adjacentibus, quos dictus *Thidericus Horn* cuidam *perpetue* VICARIE *in eccleſia beate Marie virginis in Roſtok* in altari *orientalis plage* retro poſt *ſummum altare* officiande, noſtro conſenſu deputavit. Quorum quidem *Manſorum* PACHTUS ipſius vicarie vicarius, qui pro tempore fuerit, annuatim ſingulis feſtis *beati Martini epiſcopi* percipiet, & per ſe & ſuos, ſi neceſſe habuerit, *nobis & noſtris heredibus ac ſucceſſoribus & advocatis & officialibus noſtris* & ipſorum, nec non Abbate & conventu eorum officialibusque minime requiſitis, licite & ſine exceſſu poterit expignerare, nec ſe de aliis intromittat, ſed pachtibus ipſorum *quatuor manſorum* tantummodo contentus exiſtat; cujus quidem vicarie JUS PATRONATUS *ſeu* PRESENTACIO ad dictos *Reynerum & Hinricum* tempore, quo vixerint, ſpectabit; quibus deficientibus ad nos noſtrosque heredes & ſucceſſores jugiter permanſuros devolvetur. Pro *Warandia* inſuper & evictione vera & firma dicte ville cum omnibus premiſſis condicionibus prefati *Reynerus & Hinricus venditores* & una cum ipſis *honeſti & diſcreti viri* Hinricus *Friſonis*, Ludolphus *de Godlandia* ſenior, Bernardus *Copman* & Sherwinus *Wilde* Conſules in Rozſtok *manu* CONJUNCTA *& in ſolium* ſepedictis Dominis Abbati & conventui promiſerunt, ita quod ab omnibus tam *natis* quam *naſcituris, pupillis, & emancipatis* predictam villam cum omnibus & ſingulis ſupra ſcriptis condicionibus in parte vel in toto inpetere vel inbrigare volentibus, debeant *disbrigare*, prout *in* TERRIS *ſolitum eſt & conſvetum*. Nos igitur utriusque partis piis affectibus inclinati & ut divinus cultus, qui in dicto monaſterio Doberan celebri devocione frequentatur, felicius augeatur & ſuccreſcat, quod preopere affectamus, accedente pleno *filiorum noſtrorum* beneplacito & conſenſu, predictas *vendiciones, dimiſſionem, reſignationem* ac *translationes* ſepedicte ville *Zaghenitze* cum omnibus ſupra notatis articulis acceptamus, ratificamus & approbamus, & autoritate, qua valemus, confirmamus; ſepedictisque Dominis Abbati & conventui Monaſterii in Doberan *integram proprietatem* & libertatem eccleſiaſticam & ſecularem cum *omni dominio* UTILI & DIRECTO ſuper dicta villa Zagnitze & omnibus ipſius attinenciis, cum omni *jure & jurisdiccione, judicio ſupremo* ſcilicet manus & colli, *medio & infimo* & omnibus ſuis condependenciis cum *penarum executione, debite* vel *gratioſe*, ac cum *omnibus* PRECARIIS, *quas* TOCIENS & TANTAS, quociens & quantas *nos & noſtri*

in moneta Roſtochienſi

cum reditib9 & precariis majoribus & minoribus &c.

juſtitiis, juribus, judiciis,

ac omnibus ſervitiis terrarum Dnis eorumque advocatis & officialis olim præſtitis

nunc monaſt. præſtandis.

Sub renuntiatione exceptionum

Juris Canon.

Romani & patrii conſvetud

Cum omni proprietate & libertate

à venditorib9 poſſeſſa. Excepto IV. manſor. locario ſeu penſione Vicariæ in eccleſia S. Mariæ in Roſtock deputata annuatim in feſto Epiſc. Martini ſolvenda vel nemine requiſito licite expignoranda.

Præſtita evictione à venditoribus & compromiſſi ribus manu conjuncta, contra imbgantes (qui Juris Rom. formulis minantur) prout in ter conſuevit.

Confirmat cedente filiorum conſenfactam venditionem.

Integram proprietatem, utrumq; dominium, jura & judic

Bedas ſecurdum exemp Dominorum terræ

à Colonis recipiendas

assentientibus consiliariis dat & donat,

Addita renuntiatione omnis juris & exceptionis necessitatis urgentis.

Excepto Jure patronatus.

sub promissione specialis protectionis.

Et inhibitorio contra CAPITANEOS & advocatos,

Adpenso sigillo majori.

nostri heredes ac successores TERRE NOSTRE â COLONIS *recipere decreverimus*, Abbas & conventus predicti sublevabunt, & generaliter cum omnibus & singulis clausulis preexpressis de *consiliariorum nostrorum assensu* benivole *dedimus & donavimus, damus & donamus de mera nostra* LIBERALITATE per presentes, ita quod ipsi predicti Abbas & conventus prefatam villam cum omnibus premissis condicionibus, nobis & nostris heredibus *minime requisitis*, usibus ecclesiasticis vel secularibus, pro ipsorum voluntate, libitu, *obligationis, permutacionis* ac *vendicionis tytulo* apponere poterunt seu applicare, nichil nobis & nostris heredibus aut successoribus *juris, justicie, debiti, exigentie & pertinenciarum*, quacunque NECESSITATE *urgente*, penitus reservantes; JURE PATRONATUS tamen *ecclesie parochyalis dicte ville* ac *vicarie*, de qua supra memoravimus, duntaxat excepto. Ipsam quoque villam *Zaghenitze* in nostram *specialem protectionem* recipimus & tutelam cum singulis condicionibus antedictis, eo quod hujusmodi contractus nostra *speciali ordinacione* sortitus est effectum. Inhibemus insuper omnibus *nostris* CAPITANEIS & ADVOCATIS ac eciam omnibus eam nihili facere vel dimittere volentibus, ne ante dictos Abbatem & conventum in ipsa villa Zaghenitze & ejus attinenciis omnibus ac ipsius fruicione libera quoquomodo inquietent vel perturbent. Ut autem omnia prescripta robur perpetim optineant, nec per nos & heredes aut successores nostros valeant irritari vel infringi, Nos in signum confirmacionis ac ratihabitionis omnium premissorum presentes literas nostro MAJORI SIGILLO dedimus & damus ex certa nostra sciencia roboratas. *Datum & actum* Rozstok Anno Domini CIↃ CCC sexagesimo quinto in die septem fratrum martyrum beatorum, presentibus testibus videlicet NOBILI viro *Militibus Kerchdorp, de Thodendorp, Molteken de Stridvelde Mareschalco, Lutzowen Protocamer. Vereggeden, aliisq; armig.* *Ottone Gans* Domino *de Podlest*, ac *fidelibus nostris*, Radolpho *Kerchdorp*, Johanne *de Thodendorpe* & Vickone *Molteken de Stridvelde* nuncupatis, MILITIBUS, Ludero *Lutzowen* nostro MARSCALCO, Grubone *Vereggeden* PROTHOCAMERARIO, Vickone *Kerchdorpe*, Hinrich *Molteken* ARMIGERIS & pluribus aliis fide dignis *ad premissa requisitis* SPECIALITER & *vocatis* in testimonium omnium premissorum.

XCVII. De uno manso in Deterdeshagen & dimidio manso in Cropelyn.

1374. Albertus Dux Magnopol. recognoscit

Nos *Albertus* Dei gracia *Dux Magnopolensis comes Zwerinensis Dominusque Rozstok & Stargardie* tenore presencium recognoscimus & protestamur, illam vendicionem cujusdam mansi integri jacentis in villa *Detherdeshagen*, solventis annuatim *pachtus* XI. modiorum siliginis totidemque ordei cum XXI. modiis avene, & cujusdam dimidii mansi in campis *opidi Kropelyn* situati versus *Janevitze & Boldewineshaghen*, solventis singulis annis *censum* XXIII. solidorum *Rozstokcerensium denariorum*, & *dimissionem & resignacionem* dictorum bonorum *coram nobis* sic *vite, sponte & racionabiliter* fore factam per *strenuum* MILITEM *Johannem Molteken* de *Totendorp* religiosis viris Abbati & conventui Monasterii *in Doberan* Cysterc. Ordinis Zwerinensis dyocesis pro una summa pecunie, dicto *Johanni militi* integre persoluta, prout litera super hoc confecta lucidius enodabit. Nos igitur ex matura deliberacione & consensu unanimi *heredum nostrorum* & omnium quorum interest ac interesse poterit, precibus utrobique inclinati, supra dictorum bonorum vendicionem, dimissionem & resignacionem ratificamus, approbamus & confirmamus dictaque bona cum *omni jure* ac *judicio* VASALLICO singulisque attinenciis, utilitatibus & fructibus prefato conventui *conferimus & APPROPRIAMUS*, sub testimonio nostri MAJORIS *sigilli* presentibus appensi. Datum *Rozstok* anno Domini CIↃ CCC LXXIV. feria secunda ante festum Bartholomei apostoli, presentibus *strenuis* MILITIBUS Frederico MOLTEKEN *de* STRIDVELDE, Frederico *Molteken de* DYVITZ, *Johanne* SWALENBERG *nostro* CANCELLARIO ac aliis pluribus fide dignis ad presencia requisitis in testimonium omnium præmissorum.

Confirmans hanc venditionem consentientibus hæredibus.

Testes milites Molteke de Stridveld Molt. de Dyvitz. Cancellarius Svalenberg.

XCVIII. Godeschalcus Hoppener Abbas & Monasterium Dobberanense vendunt civitati & tribus ecclesiis parochialibus Rostochiensibus villam Nygendorp pro 800. marcis monetæ Rostochiensis.

1375. *Abbas & Monasterii officiales.*

NOS GODSCALCUS HOPPENER *Abbas*, Eghardus Wytte *Prior*, Johannes Plote *Subprior*, Hermannus Lasche *Bursarius*, Hinricus Meynardi, Johannes Swanzee *Cellarius*, Jacobus Rodenkoghele *Magister conversorum*, Ludolphus Kercdorp *Magister sancti Spiritus*, Johannes Poryn *Magister hospitum*, Martinus Nigenkerke *Thumenarius*, Johannes Kruye *Subcellarius* totusque conventus *monasterii in Doberan* ordinis Cysterciensis Zwerinensis dioceſis presencium literarum testimonio notum facimus universis, publice profitentes, quod nos matura deliberacione prehabita *unanimi & pleno consilio & consensu* omnium nostrorum pensata & *inspecta evidenti necessitate & communi utilitate* nostri predicti monasterii & conventus, auctorizante & approbante & consentiente etiam superiore nostro videlicet Johanne abbate cysterciensium vendidimus & dimisimus nec non presentibus vendimus & dimittimus rite sponteque *coram* NOBILI Domino Laurencio (*) Domino de Werle *resignavimus & resignamus* presentibus honorabilibus Viris Dominis *Proconsulibus & Consulibus in Rozstok* & eorum in consulatu successoribus *communitati eorum* & civibus universis nec non Provisoribus *ecclesiarum parochialium videlicet* beate Marie virginis, beati Petri & beati Jacobi in Rozstok qui pro nunc sunt vel qui pro tempore fuerint *pro octingentis marcis* monete Rozstokcensis nobis per antedictos Dominos Proconsules & Consules ecclesiarumque provisores in parata pecunia numeratis traditis & persolutis totam & integram *villam nostram* Nygendorp cum agris cultis & incultis, pratis, pascuis, nemoribus, silvis, rubetis, paludibus, cespitibus, aquis, aquarum affluxibus, defluxibus eorumque fructibus videlicet instagnationibus, piscaturis, viis, inviis, semitis communibus & privatis cum judicio infimo, medio & supremo,

Consensus Abbatis Amelunxbornensis & Domini terræ.

manus videlicet & *colli*, juribus, juſtitiis, pachtibus, ſerviciis duorum manſorum & dimidii manſi, decimis, proventibus, utilitatibus, commoditatibus ac ſingulis attinenciis & emolimentis univerſis quocunque modo ordinantur & cenſeantur nomine ad dictam villam ſpectantibus vel quovismodo ſpectare potentibus, quemadmodum ipſa villa in ſuorum terminorum limitibus ſecundum omnem ſui dimenſionem in longum, latum, altum ſcilicet & profundum ab olim usque ad preſens jacuit & adhuc jacet plenius & diſtinctius comprehenſa. Et quemadmodum nos predictam villam cum omnibus premiſſis condicionibus, libertatibus & proprietatibus liberius hactenus & *ab antiquo* poſſedimus libere & pacifice futuris perpetuis temporibus poſſidendam. Ipſamque villam in dictos Dominos *Proconſules & Conſules* nec non in dicto Conſulatu *eorum ſucceſſores & communitatem eccleſiarumque predictarum proviſores* cum omnibus & ſingulis pretactis conditionibus meliori modo & forma, quibus valemus, vacuam ipſius poſſeſſionem relinquentes, transtulimus & transferimus per preſentes, nichil nobis & dicto conventui & monaſterio noſtro *juris* & *proprietatis* in dicta villa & ejus attinenciis reſervantes. Renunciamus inſuper penitus exceptioni doli mali, rei ſic ut narratur non geſte, pecunie non numerate, beneficio reſtitutionis in integrum, omnisque juris canonici & *civilis* ac *conſvetudinarii* auxilio & defenſioni, literis quoque, ſi que habentur vel inpoſterum inveute fuerint, quibus hujusmodi contractus elidi infringi aut irritari poterint quovismodo. Promiſimus quoque & preſentibus promittimus ſepe narratis Dominis *Proconſulibus & Conſulibus* nec non eorum in dicto conſulatu ſucceſſoribus communitati ac eccleſiarum predictarum *proviſoribus in ſolidum* pro nobis noſtrisque in dicto conventu & monaſterio noſtro ſucceſſoribus, nec non pro omnibus & ſingulis *eccleſiaſticis & mundanis perſonis* JURI *ſtare & parere volentibus* ipſam villam cum pretactis condicionibus in toto vel in parte *impetere ſeu* imbrigare quoquo modo intendentibus veram & plenariam disbrigacionem *atque warandiam* debere & velle facere *prout* JUS & CONSVETUDO exigit & requirit. In quorum omnium & ſingulorum premiſſorum lucidius & efficax teſtimonium ſigillum noſtri abbatis predicti una cum ſigillo conventus noſtri ex omnium noſtrorum certa ſcientia & juſſu preſentibus eſt appenſum. Teſtes hujus ſunt honorabiles viri Dominus *Fridericus Molteke de Stritveld*, Johannes *de Totendorp*, Hinricus Molteke *de Weſtingghenbrugghe* & Wernerus *de Axekow* milites, Otto *Smeker* & Nicolaus *de Axekow* famuli, nec non Dominus *Johannes Prepoſitus* monaſterii *ſanctimonialium ſancte crucis*, *Conradus* beate Marie virginis, *Thidericus* beati Jacobi & *Helmoldus* beati Nicolai in Roſtok eccleſiarum Rectores & quamplures alii fide digni. Datum & actum *Roſtok* Anno domini M CCC ſeptuageſimo quinto in feſto paſche.

Exceptiones juris Romani, Canonici, germanici patrii:

tam LEGALIS *quam* CONSVETUDINARII.

Teſtes Domini Molteke de Stritveld, Todendorp & Weſtingenbrüg, de Axecow, milites. Smeker & Axecow famuli. Præpoſitus & Rectores IV. eccleſiarum in Roſtock.

(*) Jure *dominii directi* in univerſum fundum, in univerſitatem. Quam repræſentat Dominus territorialis, judex, Magiſtratus. Vide *præf. ad Tom. II. pag. 20. ſqq.*

XCVIIII. De Choro ſalis à fratribus Nicolao & Joanne de Molendino vendito Abbati & conventui in Doberan.

1376. Conſules civitatis Luneborg recognoſcunt

Nos *conſules civitatis Lunenborgh* Thidericus *Springintgut*, Albertus *Hoyke*, Hartwicus *Abbenborg*, Johannes *Semmelbeker*, Nycolaus *de molendino*, Hinricus *Munter Halleke*, Nicolaus *Schomaker*, Eghelbertus *Kappenbergh*, Johannes *Grubow*, Johannes *Dicken*, Eylemannus *Beue* tenore preſencium recognoſcimus publice proteſtantes, quod *Nycolaus de molendino* inter nos ſupra nominatus & poſitus ac *Johannes de molendino* ejusdem Nycolai frater, *noſter* COMBURGENSIS pro certa pecunie ſumma, jam ipſis integraliter perſoluta, prout coram nobis *recognoverunt viva voce*, cum heredum ſuorum & eorum, quorum intererat, conſenſu, concorditer vendiderunt & *in* JUDICIO *reſignaverunt* Venerabili in Chriſto patri Domino GOTSCALCO *Abbati* nec non religioſis Viris *Egbardo priori* totique conventui *Monaſterii in Doberan* Cyſtercienſis Ordinis *unum chorum Salis* in ſalina *Lunenborgh* quolibet flumine tollendum in domo, que vocatur *ſuperior dorntzynge* in *Gunchpannen*, poſita ad ſiniſtram manum, dum itur in domum jam ante ſcriptam, *jure proprietario* temporibus perpetius poſſidendum. Prenotati quoq; duo fratres nullum jus reſervaverunt ipſis & eorum heredibus in preexpreſſo choro ſalis, & totum jus, quod habuerunt in eodem choro ſalis, transtulerunt in Abbatem & conventum predictos in Doberan, taliter, quod Abbas & conventus in Doberan ſepedicti cum prenarrato choro ſalis facere & ordinare poterunt quicquid utilitati ſui monaſterii noverint expedire. Eciam Nycolaus & Johannes fratres ſupra ſcripti ac *heredes ipſorum* juſtam WARANDIAM preexpreſſi chori ſalis facient religioſis Viris Abbati & conventui in Doberan ſepius ante ſcriptis, ſecundum quod eſt JURIS & CONSVETUDINIS *in noſtra* CIVITATE *Lunenborgh* bona ſalinaria WARANDARE. In hujus facti perpetuam memoriam ac firmius teſtimonium ſigillum noſtrum ob rogatum parcium preſentibus eſt appenſum. Datum anno Domini CIↃ. CCC. LXXVI. in die beati Gregorij Pape.

quod fratres de Molendino

in judicio reſignarint

Abbati GOTSCALKO & Monaſterio unum chorum ſalis in domo dorntzinge.

præſtita Warandia

ſecundum jus & conſvetudinem civitatis.

C. Hermanus Donow donat monaſterio Dobbran. dimidium plauſtrum ſalis.

1376. Conſules Luneburgenſes recognoſcunt Hermannum Donow Vicarium

Nos *conſules Civitatis Luneborgh* Tydericus *Springintgud*, Albertus *Hoyke* &c. (*) recognoſcimus in hiis ſcriptis publice proteſtantes, quod diſcretus vir Dominus *Hermannus* DONOW *Vicarius altaris Sancte Elſabeth in Armario eccleſie ſancti Johannis in Lunenborgh*, habens donandi ſeu legandi plenam poteſtatem, in ſui teſtamenti legatione ob ſalutem anime ſue & ſuorum dedit & aſſignavit Reverendo in Chriſto patri Domino *Godſcalco* Abbati, *Egbardo* priori totique Conventui religioſorum virorum Monaſterii *in Doberan* Cyſtercienſis Ordinis *dimidium plauſtrum ſalis* in *ſalina Lunenborgh* quolibet flumine in domo *Muntzinge* in duabus ſartaginibus ibidem poſitis ad ſiniſtram manum, dum itur

legaſſe & aſſignaſſe Monaſterio in Doberan dimidium plauſtrum ſalis

itur in domum supra dictam. Hoc dimidium plaustrum salis Abbas & conventus in Doberan, qui pro tempore fuerint, perpetuis temporibus possidebunt ad hunc finem, quod pro anima Domini *Hermanni* & fratris sui Domini *Bertoldi Donow* singulis annis in eorum anniversariis, cum *vigiliarum & missarum* pro defunctis *decantacione* Deum omnipotentem suppliciter exorabunt. In hujus facti firmius & evidencius testimonium sigillum nostrum ob preces partium presentibus est appensum. Datum Anno Domini CIↃ. CCC. LXXVI. in die beati Gregorii Pape.

ut ipsius & fratris anniversariæ celebrentur.

(*) ut supra ad h. annum.

XXXII.

M. BERNHARDI HEDERICI,

FREIBURG. MISENI,

LYCEI QUOD SVERINI VIGET, OLIM RECT.

CHRONICON SVERINENSE

Ab a. 1140. usque ad a. 1598. Cui adhærent (I.) EJUSDEM *stemma genealogicum comitum Sverinensium.* (II.) *Tabula continens seriem episcoporum Sverinens.* (III.) *Status Reipublicæ Sverinens.* a. 1597. (IV.) *Series V. D. Ministrorum à tempore Reformationis* a. 1533. (V.) *Instructio novi Pro-Rectoris in schola Ducali Sverinensi* a. 1574. (VI.) Epistola JOANNIS NEOVINI *ad Autorem Chronici data* a. 1605. Accedunt Appendiculæ (I.) D. DAVID. CHYTRÆI & D. SIMON. PAULI *oratio de oppido Sverino* (II.) JO. BOCERI *Sverinus Ecloga.* (III.) MART. ZEILERI *topographia Sverini* a. 1653. cui adjecta est MART. MERIANI *Ichnographia Sverini* a. 1640. *delineata.* (IV.) *Reliquiæ præcipuæ monumentorum in templo cathedrali Sverin. conspicuorum, è collectione annalium Sverinens. B.* GEORGII WESTPHALII *Theologi Sverinensis.*

Non dubito, Lector benevole, fore plerosque qui hanc commentationem levem & non satis dignam virorum summorum perlustratione judicent; hi sciant, auctorem fere eandem fovere sententiam. Nam, ut auctor primum animum ad scribendum appulit hoc sibi negotii dari credidit, civibus suis ut placeret, quod consignasset chronicon. Neque enim ad exteros hoc quicquid est scripti accommodavit sed fideliter Sverinensium res gestas, quomodocunque recensere sibi proposuit. Si quid ergo B. L. contra communem chronici normam sit offensum, id in benigniorem interpreteris partem rogo. Præmittere vero libuit eclogam Buceri & orationem Chytræi, de cujus præcipuè dignitate, dicturus sum in dedicatione libelli. Vale.

Dedicatio.

Viris splendidissimis, consultissimis pietatis laude conspicuis Dnn. Coss. & Senatorib. civibusque Sverinensib.

Dominis meis atq; Fautoribus indulgentissimis

Gratiam, Pacem & salutem in Christo Servatore optimo, cum quavis servitiorum oblatione precatur

M. Bernh. Hedericus.

Quandoquidem Viri consultissimi Fautores atque Amici benevoli, D. David Chytræus qui an. 1551. Witteberga, Rostochium evocatus, insequenti anno, pie defunctis Henrici Ducis manibus latine parentavit & a. 1555. grati animi, ni fallor, testandi caussa panegyricum in honorem urbis Sverini à se elaboratum juveni cuidam Sverinensi inclytis parentibus nato & tum temporis almæ Rostochiensis alumno Simoni Pauli postea S. S. Theolog. D. & Superint Rostochiensi habendum permisit; non potui, quin hanc ipsam orationem patrio habitu indutam civibus meis legendam exhiberem, cum hac ratione memorabilia & præcipua ejus ornamenta memoriæ facilè consecrari censeam, inprimis cum hac ratione exemplar urbis, pietate, bonis moribus & disciplinis condecoratæ, aliis ad imitationem proponi putem. Neque enim quidquam proficies, si urbium excelsas tantum turres ædificia splendida & magnificas substructiones collustres, nisi & interna tam regnantium quam parentium ornamenta tibi reddas familiaria. In hoc autem quotquot sunt cordatiores, consentiunt, quod nulla aptior reipublicæ ordinandæ sive circa civilia sive circa sacra, sive scholæ, sive denique familiæ ineatur ratio, quam si eam ad bene constitutæ reipublicæ alicujus vivam quasi imaginem & exemplar componas, perinde ut ædes faciliori exstruuntur opera, si in charta tenuibus licet lineis adumbratam earum delineationem exhibeas. Sed actum agere videor, si pluribus in dictæ orationis laudes excurrere vellem. Quis enim quæso vestrum est, qui non abunde perspexerit quam jucunda sit res illa cedro quasi digna, dum tanquam in speculo quodam licet majorum intueri virtutes atque intelligere, quanta fuerint erga Deum pietate, quanta erga Magistratum observantia, quanta erga cives humanitate. Nec enim in historiis & annalibus sine tacita quadam æmulatione egregiæ majorum facta atque laudes, non tantum legere debemus, sed & ad imitandas avitas virtutes easque ad ulteriorem gradum promovendas nos accendi atque excitari æquum est. Verum obsolescunt proh dolor! experientia teste deperditis his temporibus pietas, honestas, justitia & aliæ, quæ homines alioquin super humanam evehunt sortem virtutes non solum ubivis fere sed & apud nostrates. Quotusquisque enim vestrum est, qui collatis invicem præteritis, & præsentibus moribus non fateri cogatur pristinas virtutes in oratione Chytræana tantoperè laudatas apud Sverinenses si non omnes plurimas tamen evanuisse, & repudium fere in omnibus ordinibus perpessas fuisse. Agite ergo, cives, & non concedite, virtutum flammas in animis antecessorum

ſorum laudabiliter excitatas nefariè deprimi, ſed eo contendite, ut exſtinctas accendatis & earum ſplendorem in vicinas ſpargatis regiones. Habetis hic rationes, quæ me moverunt, ut & panegyrin iſtam & recenſum rerum infra 400. annor. ſpatium Sverini geſtarum quantum ex perpaucis veterum monumentis, quæ ad meas pervenerunt manus, exſculpere & à viris ætate venerabilibus traditum exquirere licuit, hic vobiscum communicem. Veſtræ vero protectioni tenuem hanc opellam, meque ipſum, qui civibus veſtris per 57. annos annumeror, de meliori commendo, atque, ne impietatis videar reus venerando Magiſtratui quas mente concipere poſſum, ago gratias, quod me jam 65. ætatis annum & 41. officii agentem huc usque tueri & ſuſtentare benigne annuerit, quo factum, ut ſtudioſæ juventuti invigilando omnium bonorum calculum facile meruerim. Neque vero quod inprimis jucundum mihi accidit præter amicos conjunctiſſimos non paucos & contractam cum viris eruditis conſuetudinem defuerunt unquam diſcipuli grati ſubindè animi teſſeram mihi præceptori reddentes, atque ut ingenuè fatear, non parum mihi labor hic ſcholaſticus attulit jucunditatis, cum prodeuntes ex officina noſtra viderim de quibus eccleſia ſchola & respublica bene ſperare & plurimum ſibi polliceri non ſine cauſa poſſit. Qua inſigni felicitate mihi addita, ſummo Numini quod omnia moderatur, venerando capitulo epiſcopatus Sverinenſis, ſenatui demum ac toti civitati iterum iterumque gratias habeo prolixiſſimas junctis ardentiſſimis ad Deum precibus velit hoſce omnis benedictionis genere affluentes diutiſſimè ſupereſſe & ſervare, quo ſincerus Dei cultus, purior Evangelii doctrina & genuinus ſacramentorum uſus nec non diſciplinæ & honeſtiſſimæ artes in his ditionibus incontaminatæ & inconcuſſæ conſiſtant & præſertim apud dilectos cives Sverinenſes, quos proba ſinceritas commendat ad ſummum perducantur felicitatis faſtigium. Tandem ab ampliſſimo Senatu civitateque Sverinenſi peto atque effiagito velint hanc noſtram lucubrationem qualemcunque æqui bonique conſulere & calculo ſuo non dedignari. Scripſi Sverini feſto Paſchatos anno poſt Chriſtum natum 1598.

RECENSUS HISTORIARUM SVERINENSIUM.

M. Thurii de originibus Sverinenſibus opinio.

Quodſi NICOLAI MARSCALCI *Thurii J. U. D.* & conſiliarii quondam Sereniſſimi Ducis Megapolenſis *Henrici* (qui quidem de Ducum Mecklenburgenſium ortu, ſucceſſione & regimine aliquot poſteritati reliquit ſcripta) opinione eſſet ſtandum; ſane Sverini ætatem quindecim fere exſuperare ſecula eſſet aſſerendum. Sic enim ille *hiſtoriæ Vandalor. cap. 43. 45. 83.* Sverinum à *Ptolomæo* Geographo Marionum dici contendit. Quod ſi vero remetiaris tempora, reſpiciasq; ad Ptolomæi ætatem, hunc quidem circa annum Chriſti 140. vixiſſe invenies; atque adeo hinc conſequeretur Sverinum aut ante ejus tempora jam conditum, aut ſaltim Ptolomæi ævo percelebre fuiſſe. Sed relinquimus hanc Marſcalci ſententiam æquis rerum æſtimatoribus. Sverini autem mentio, quantum conſtat in monumentis Vandalicis haud prius injicitur quam regnante Nicloto, qui filius Bute ultimus fuit Obotritarum Rex circa annum ſcil. 1140. quo quidem anno Lubeca Chaluſum inter & Wackeniczam fluvios condi coepit, Sverinum vero jam tum non contemnendi propugnaculi & Regum Venedicorum caſtelli ſpeciem præbuit. Rem itaque certioris probationis gratia, à principio repetam. Conſtituerat ſcilicet Henricus Leo Saxoniæ & Bavariæ Dux potentiſſimus, hos terrarum tractus, expulſis ethnicorum tenebris ferro flammaque ad chriſtianam religionem adigere. Reſiſtebat quidem Niclotus, ſed cum ſe hoſti haud parem futurum animadverteret incenſis caſtellis Mecklenburg, Ilau, Sverin & Dobin cum filiis Pribislao & Wartislao Werlovii ad Varnam caſtra tum copiis, tum commeatu inſtructiſſima ponit, multumque detrimenti Henrici exercitui regionis & viarum ſaltibus, ſilvis & paludibus crebris impeditarum ignaro infert. Tandem manus Henrici in filios Nicloti cum equitibus aliquot lectiſſimis incidens tam acriter inſtitit ut hi relictis equis per paludem Werloviam aufugere cogerentur, ceteri vero partim funderentur, partim capti, Ducis juſſu ſuſpenderentur. Hoc ægre ferens Niclotus pater omnem iræ bilem in filios evomuit & conſcenſo equo ad pugnam excurrit, nec minus forti manu quam animo pugnat, ſed haſta pugnans adverſus equites loricis indutos nil quicquam valuit à Brunſvicenſibus vero captus & obtruncatus eſt; hinc iidem, caput ejus in victoriæ ſignum lanci affixum per caſtra multis victorum tripudiis circumtulerunt. Igitur patre vita functo, filii face ſubdita caſtellis in ſaltibus paludibusque aliquamdiu morabantur. Cum vero Henricus Dux una expeditione finem bello imponere haud poſſet præſidia Germanica in oppidis a ſe expugnatis poſuit, à quo facto Sverinum denuò condere & arcem munimentis cingere coepit, cui & Ilovio ſimul quendam è militiæ Ducibus nomine Gunzelinum præfecit, quem quidem cum magnam virtutis & fortitudinis gloriam acquiſiviſſet, Henricus Dux comitis dignitate exornavit, eidemque Sverinum aliaque circumjacentia oppida pagosque puta Witteburgum & Boyzenburgum addixit. Unde ſatis conſtat Gunzelini poſteros ad Ottonem comitem usque qui tandem ſine prole maſcula deceſſit, comitatum Sverinenſem ad 200. ferè annos poſſediſſe, & hinc ad Duces Megapolitanos ut ſuo loco dicetur circa 1350. eum tranſiiſſe. A. 1170. Dux Henricus Leo epiſcopatum Mecklenburgo Venedorum metropoli, transfert Sverinum ibique primum epiſcopum Bernonem ſive Bennonem virum jam ante integritatis & pietatis laude conſpicuum, ordinis Ciſtercienſis monachum, poſtea per decem annos epiſcopum ordine tertium inſtituit. Henricus etiam Clericorum deſiderio ut ſatisfaceret, epiſcopatum multis terris inſulisque gladio & ſanguine partis, donat, quod pluribus teſtantur ipſius literæ fundationis epiſcopiæ Sverinenſis

Quam A. non plane probat certioraque tradit.

Lubecæ origo

Sverini primordia.

Henrico Leoni introducturo religionem chriſtianam Niclotus ſe opponit,

cum eo pugnat

Niclotus obtruncatur.

Sverinum reſtauratum

Gunzelinus ei præfectus.

a. 1170. Epiſcopatus Mecklenburgo Suerinum translatus.

hoc

hoc anno datæ. Christum quoque, Mariam matrem, Evangelistam Johannem patronos templi cathedralis jam jam itidem ædificandi designat, die quidem octava Septembris ejusdem anni, qua ecclesia natalia Mariæ celebrat. Inde & consuetudo missam quam vocant hoc ipse die ad nostram usque ætatem habendi ortum traxisse fertur. Tradunt quoque, Henricum Leonem circa hoc tempus multa infidelium millia in lacum Sverinensem, non procul à pago Fichel coegisse ibique hanc gentilium catervam ab episcopo Bennone sacro fonte lavandam curasse, unde loco etiam nunc uti tradunt nomen mansit quod lingua patria *die Töpe* dicimus. Ut vero noviter regenerati Christi quotidiè quam devote recolerent memoriam, panem in crucis formam cujusmodi etiam nunc Wismariæ & alibi circumferri videmus confici jussit Henricus. A. 1177. Alexander III. & a. 1185. Urbanus III. Pontifices, confirmarunt episcopatum Sverinensem noviter institutum & dotatum. Quos insecutus est Papa Clemens III. qui Hartwici archiepiscopi Bremensis postulationibus motus, ipsi a. 1188. d. 25. Sept. ecclesiam Bremensem non solum cum pertinentiis sed & quatuor episcopatus *Lubicensem, Zverinensem, Raceburgensem & Ixscolanensem* (*) cum universis bonis apostolica autoritate confirmavit. A. 1191. Coelestinus III. Papa denuo jura & bona episcopatus Sverinensis bulla munivit. A. 1195 animam reddidit episcopus Berno eodemque anno & Henricus Leo. A. 1200. vel quod excurrit Venedi depopulando & prædando multum negotii facessunt comitatus Sverinensis incolis. Hinc Gunzelinus populo edixit, ut ubicunque offenderent Venedum armatum, qui itineris rationem sufficientem reddere non posset hunc captum ex infelici suspenderent arbore. Quod quidem edictum latrociniis obicem posuit. A. 1211. Curante comite Henrico Gunzelini filio Imperator Otto IV. Henrici Leonis filius sigillo Cæsareo privilegia episcopatui Sverinensi ab antecessoribus clementissime indulta confirmat. Concedit idem quoque civibus Sverinensibus Wismariæ cum navigiis majoribus duobus, parvis vero, quotquot ipsis libuerit, impune exercendi mercaturam; quin & in omnibus ducatus Saxoniæ finibus immunes à teloniorum vectigaliumque oneribus eos esse voluit; quæ immunitas & ipsis hodie Lubecæ & Wismariæ sarta tecta remansit. A. 1222. Cultus sancti sanguinis, ut audit, (quo dictus comes à Pelagio patre purpurato donatus fuerat; quique singulis Veneris diebus hora quidem ea, qua Servator exspiravit, in tres divellebatur partes) Sverini institutus est magna cum pompa, de tertia vero eleemosynarum parte Franciscanorum monasterium exstructum fuit. Hæc superstitio dicti sanguinis ad annum usque 1552. perstitit. An. 1235. Mense Martio civium Malchoviensium precibus annuit Nicolaus Dominus de Rostoch, iisque jura civitatis Sverinensis multis etiam Pomeraniæ & Megapoleos urbibus usitatata, gratiose concessit; unde & circa hereditates adeundas aliasque lites etiam nunc Sverinensium consilia exquirere, ac juxta illa controversias decidere dicuntur. Apponere vero hic lubuit privilegium illud Malchoviensium sive jura civitatis Sverin, ut pateat apud priscos simplicitatem & honestatem juris naturalis dictamine fulcitam, non autem subtilitates tricasque juris Romani & Canonici, spissorumque commentatorum præjudicia primas in foris tenuisse partes maximeque viguisse. Ita vero se habet: In nomi-

Eccles. cathedralis ibidem designata.

accolæ gentiles baptizati.

a. 1177.

a. 1188.

a. 1191.

a. 1195. *Berno obiit.*

a. 1200. *Prædationibus grassantur Venedi, a. 1200.*

a. 1211. *Privilegia Sverinensium confirmata & aucta.*

1222. Cultus sancti sangvinis institutus.

1235. Malchovienses bus datur jus Sverinense.

Ixscolanens. episcopatus.

(*) Vid has literas confirmationis in *diplomatar. Raceburgens. Tom. II. monument. n. XX. p 2049.* Ixscolanensis vero episcopatus, quem nonnemo pro Sleswicensi venditavit & alii pro *Islandico quodam*, plures pro Lismonensi accipiunt, sine dubio est *Uxkalensis* seu *Ikeskolensis* in Livonia, quod me docuit CASPAR *de* CEUMERN, Salcensis Sorabus, qui a. 1690. *Theatridium Livonicum* edidit & *amplissimum Theatrum Livoniæ* diplomatibus & chartis instructissimum, MSCt. adhuc, reliquit, in quo non solum ad a. 1170. Pontificis Alexandri III. literas recensuit quibus Meinardus primus episcopus Livonicus, qui *Uskuli* sedit, constituitur, sed etiam ipsius Clementis III. laudatas literas de IV. episcopatibus & alias ejusdem Pontificis eodem a. 1188. datas adjecit, quam hic adscribere lubet: *Clemens episcopus, servus servorum Dei venerabili fratri Hartwico Bremensi archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem. Fratres & Coepiscopos nostros speciali tenemur caritate diligere & justis eorum postulationibus favorem Apostolicum benignius impertiri. Eapropter venerabilis in Christo frater tuis justis postulationibus clementer annuimus & IXSCOLANENSEM EPISCOPATUM quem tu, & Clerus tuæ curæ commissus per Ministerium Meinardi sacerdotis religiosi & discreti viri in Ruthenia sancti Spiritus gratia donante acquisivisse dicuntur & usque adeo tuba sacri eloquii in intimis quorundam barbarorum mentibus intonante fides christiani nominis tales proponitur posuisse radices quod idem qui seminator exstitit in illis partibus verbi Divini Pastor fieri meruerit & episcopus animarum illarum tibi & ecclesiæ tuæ tuisque successoribus cum observantiis quas futuris temporibus duraturas canonice posuistis & constituistis ibidem autoritate Apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli igitur omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare præsumserit indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Dat. Romæ apud S. Mariam majorem Kal. Octobr. Pontificatus nostri anno primo.* (*scil.* 1188.) Idem autor ad a. 1160. 1196. 1199. 1674. plura de *Ukeskola* vetusto Livoniæ castro ad fluv. Dunam, Meiendorffiis deinde in feudum concesso observavit, alique à RUSSOWIO, HENNINGIO *in chronicis Livonien sib.* ac FRIDER. MERIO *in prodromo historico* prætermissa, supplevit. Id vero apparet quod de archiepiscopi Bremensis in ecclesiam Ukeskolensem jure & autoritate magnifice adeò sentiendum non sit, cum non solum ipse Pontifex usus sit ambiguis verbis: *quem tu & Clerus curæ tuæ commissus acquisivisse dicuntur*; sed & constet, nec Meinardum nec successores ipsius, patronatum & inspectionem præsulatus Bremensis unquam agnovisse. Accedit, quod in succedentium Pontificum bullis & confirmationibus de illo prætenso Clementis Pontificis argumento nihil inveniatur, nec ab ipsis Bremensibus archiepiscopis hæc quæstio unquam mota, vel ad Clementis autoritatem provocatum fuerit. Idem dicendum de ecclesia *Lubecensi, Sverinensi & Raceburgensi* utpote frustra à Clemente III. Papa archiepiscopo Bremensi subjecta. Quare successor *Coelestinus III.* qui episcopiam Sverin. a. 1191. bulla sua confirmavit, de laudata illa Clementis III. donatione & in archiepiscopum Bremensem collata autoritate ne verbulum quidem injecit. De quo argumento vide plura ad diplomataria Mecklenburgica.

nomine sanctæ & individuae Trinitatis, nos Nicolaus, Dominus de Rostock, omnibus in perpetuum notum facimus tam præsentibus quam futuris, quod dilecti cives nostri de Malchau, nobis humiliter & devote supplicarunt, ut ipsis jura|Sverinensis civitatis per omnia conferremus. Nos igitur eorum postulationi grato occurrentes adsensu ac eorundem desiderio satisfacere cupientes, sicut petiverunt, ipsis jura civitatis Sverinensis conferimus & donamus. Sunt autem haec jura civitatis de Sverin.

1. Pro capite caput. 2. Pro manu manus. 3. Quodsi vulneratur quis ad profunditatem unguis & longitudinem articuli, reus damnabitur in sexaginta solidos, qui cedent in partem regiæ potestatis & satisfiet patienti in 24. solidis. 4. De plaga nigra potestas habebit 24. solidos & patiens 12. solidos. 5. Pro alapa patiens habebit 4. solidos & totidem potestas. 6. Qui pacem domus fregerit, capitali sententiæ subjacebit. 7. Si fœmina impudica viro probo fuerit convitiata, in præsentia duorum virorum bonorum potest ei licite alapam infligere. 8. Si quis duplicem habuerit mensuram, magnam videlicet & parvam, magna percipiat & parva eroget; damnabitur sententia capitali. 9. Molendinarius recipiet mensuram de singulis modiis institutam, quæ Matta vulgariter nuncupatur. 10. Qui civitatis statuta infregerit, tres marcas denariorum dabit, duas civitati, tertiam potestati. 11. Omnis solidus pacis consulibus deputatur. 12. Si decreverint consules, super civitatis officia magistrum civium ordinare & excedant subditi; duæ partes satisfactionis consulibus, tertia vero magistro civium debetur. 13. Civium est eligere talem magistratum. 14. Magister ille pastores conveniet. 15. Præda campestris potestati pertinet, non magistro. 16. Nullus dabit hereditatem suam sine consensu suorum heredum. 17. Si moritur quis, heredum præsentia carens, assument illam consules causâ rei servandæ usque ad anni terminum; quo revoluto si nullus heres venerit, ad manum transeat potestatis: debet autem hereditas septima manu reddi. 18. Si moritur quis, & duos heredes reliquerit; mater volens nubere alii patris dividet hereditatem. 19. Si moritur quis heredum, illorum hereditas transibit ad fratrem: omnibus defunctis redibit ad matrem. 20. Si mater securitatem præstare poterit, manebit tutrix; similiter & pater. 21. Si moritur aliqua relinquens heredem & pater separans ipsum à se ducat uxorem & generet ex ea parvulos; à mortuo patre separatus heres redibit ad hereditatem matris. 22. Si quis extra civitatem manens, querimoniam de cive fecerit, potest se civis cum quolibet defendere. 23. Alienus vero cum cive aliquo se defendet. 24. Quicunque autem homo propriæ fuerit conditionis, si intra civitatem manserit, ab impetitione servitutis cujuslibet liber erit. 25. Præterea quicquid consules civitatis ad communem usum ordinaverint, civitas ratum habeto. 26. Si quis debitor coram judicio convictus & debitum suum solvere nequiens domum suam creditori deponet; creditor illam tribus vicibus intra sex septimanas coram judicio præsentabit: quam si debitor tunc non redemerit, in suos usus convertet creditor domum ipsam &c. Acta hæc sunt Gustrow 1235. d. 20. Mart. regnante glorioso Romanorum Imperat. Friderico.

1238. ædicula S. Nicolai structa.

A. 1238. Comes Henricus ædiculam ad Schelvam excitat, sanctumque Nicolaum ejusdem constituit patronum, in qua jubente Archi-Episcopo Bremensi Decanus & capitulum officio vel cantando vel missam celebrando fungebantur.

1248. Templum Cathedrale inauguratum.

A. 1248. Inaugurabatur templum cathedrale Sverinense (cujus longitudo 130. & latitudo 50. passus complectitur) à Wilhelmo quinto Sverinensium Episcopo die Viti, præsentibus Episcopis Verdensi, Lubecensi & Caminensi.

1260. Spina coronæ Christi è Gallia apportata.

A. 1260. vel circa illud tempus Ludovicus rex Galliæ Ecclesiæ Sverinensi per Rudolphum VI. Episcopum Sverinensem spinam quandam coronæ Christi antea innexam ad singularem cultum transmittit.

1282. civitati adduntur quidam pagi.

A. 1282. d. 8. Dec. Helmoldus comes Gunzelini filius civitati Sverinensi attribuit pagos *Zippendorff*, *Goerne*, *Muss* & *Ostendorff*, nec non dimidiam partem silvæ, quam dicunt *das Buchholtz*; Consulibus tum temporis Johanne Fischero & Heinrico Marquardo. Quomodo autem factum fuerit, ut tres illi pagi à civitate discerpti fuerint, dubia admodum res est. *Gorne* incendio deletum scimus, sed ob agri, ni fallor, sterilitatem incultum mansit. *Mus* autem pagus, uti asserunt, sive pignori expositus, sive venditus ad alios transiit atque pretio hinc exacto campum Turoviensem, vulgo *das Thurower Feld*, acquisitus. Rationem abalienationis & illam addunt, quod illo ævo, ut plurimarum rerum, ita & fundorum in primis vile fuerit pretium hincque illorum neglectus; Sic enim referunt cives ætate graves fideque digni, quod adhuc ipsorum memoria Sverini modius frumenti 3. assibus, hordei 3. assibus cum dimidio, similaginis 6. assibus, avenæ 9. terunciis, tritici 6. wittis, lupuli 7. obolis, quinque ova uno denario, butyri libra sex obolis, par gallinarum sex denar., anser 1. asse, agnus 3. assibus, ovis sex assibus, bos saginatus 5. marcis, sus saginatus uno floreno, vacca saginata 3. marc., cupa cerevisiæ 10. assibus, cantharusque ejusdem 3. obolis constiterit. Jam vero civitas ex quatuor istis pagis non nisi unicum *Zippendorff* possidet; & paucos abhinc annos anno nempe 1584. in campo *Görne* non sine multorum invidia & offensione instituit ovium gregem alendum.

vile quondam rerum pretium.

Controversia inter Episcopum & Comitem sopita. 1284.

A. 1284. Hermannus ordine septimus Episcopus Comesq; Helmoldus post longas lites de schola & urbe motas, ita inter se conveniunt, ut Episcopus, cujus jurisdictioni dimidia fere urbis pars erat subjecta, eandem cederet comiti, excepta ea urbis parte, quæ ab altero latere contingit portam fabrorum, vulgo *das Schmiede-Thor*, sinistra autem parte *die Thum-Höffe*. Comes vicissim cedit Episcopo omnem jurisdictionem in Schelvam, inde à fossa. quæ urbem cingit, usque ad silvam, quam incolæ *den Werder* adpellant, excepto tamen aggere inter

den

den Ziegel-See & Papen-Deich sito. Quod pactum etiam privilegia scholæ complectitur. A. 1286. Henricus Sverinensis civisque Wismariensis decimam frumenti (quod tellus pagi *Beens* in diœcesi Bucholt profert,) ordinat partem ad sacerdotis & scholaris alicujus Templi Spiritus sancti sustentationem. A. 1287. d. Andreæ Apostoli Helmoldus Comes Sverinensis matrimonii vota jungit cum Margaretha principe, Regis Daniæ Woldemari sorore, quarto gradu consanguinitatis sibi conjuncta quidem; sed Nicolans IV. Pontifex litteris anno 1288. datis rata ea habuit. A. 1290. Crescente comitum Sverinensium numero (procreaverat quippe Gunzelinus III. filios quatuor & hi itidem sex principibus maribus adauxerant prosapiam, qui omnes patribus rem publicam administrantes suffecti sunt) convenerunt illi inter se de dividendis regionibus avitis. Quo facto alii Sverini, alii vero Wittenburgi sedem fixerunt, hincque nomen retulerunt. Denique alii ejusdem stemmatis patriis laribus relictis in Comitatum Tecklenburgensem (nescio, qua factum sit occasione,) commigrarunt ibique commorati sunt. A. 1298. Gunzelinus & Henricus fratres comitesque Sverinenses sigillo suo equum sine ephippio & habena currentem præ se tulerunt. Nicolaus Comes Wittenbergensis autem arborem, cui ab utraque parte insidebant aves, adjuncta per orbem hac inscriptione: Comes Sverinensis. A. 1328. Civitati Sverinensi signi loco fuit eques armatus, dextra vexillum, sinistra clypeum, cui leo insculptus, tenens, addita epigraphe, Dux Henricus, & sigillum civitatis Sverin. Hinc nullum subnascitur dubium, quin hoc signum, quo civitas etiam nunc utitur, in virtutis & fortitudinis Sverinensium memoriam Henricus Leo Sverinensibus attribuerit. A. 1330. Henricus comes Sverinensis senatui vendit pagum Thuran (unde *das Thuraner Feld* nomen retinuit) cum omnibus ad eum pertinentibus juribus & commodis intra ejus limites contentis, stagnis, pratis, saltibus, pascuis cet. perpetuo retinendum sine cujusquam impeditione, servato sibi judicio colli & manus. A. 1338. Consul Rudloff Kerckdorff civitasque Sverinensis sancti sanguinis, ut vocant agrum, in Dei honorem dicant Ecclesiæ. A. 1340. Quo urbs mœnibus vallisq; cingeretur, dictus Henricus Comes senatui civitatique attribuit locum Bolbruc dictum, (quo comites quondam in venationibus divertere consveverant,) simulque fundum ejus a loliis & vepretibus purgandum fructusque inde provenientes, sine decimis alioquin Capitulo dandis, in usus suos convertendos concedit. A. 1344. Mola Sverinensis adhuc pertinuit ad Abbatem & conventum cœnobii Reinfeldensis in Holsatia; vendita autem posthac est urbi. A. 1348. Duces Megapolitani Albertus & Johannes fratres, filii Ducis Heinrici (ob insignem virtutis fortitudinisq; gloriam cognomine Leonis insigniti) ab Imperatore Carolo IV. ad principum Imperii dignitatem sunt evecti. In aliis cærimoniis, quibus novelli Duces inaugurabantur, gladius eis porrectus est, addita cohortatione, ut eodem in viduarum & orphanorum tutelam utantur. Ducatum autem Mecklenburgensem ita inter se dividunt, ut Duci Alberto Ducatus Mecklenburgensis, Duci Johanni regio Stargardt quam pater Henricus partim cum Beatrice ipsius uxore, filia Alberti Marchionis Brandenburgici, dotis loco acceperat, partim a dicto Marggravio, cum eximiam æris summam ex Bohemica expeditione reportasset, pretio acquisivit) obineret, communi tamen uterque uterentur titulo. A. 1352. Alberto filio Ducis Alberti postea Regi Sveciæ desponsatur Richardis Ottonis Sverinensis comitis filia, cui in dotem designantur 45000. marcæ pondo Colonienſis. Ex quo matrimonio procreatus est Albertus, qui patris avique nomen referens, cum Otto comes sine mascula stirpe circa annum 1355. decederet, ab Alberto Duce avo jure hereditatis comitatum illum obtinuit. Duces Albertus vero & Johannes fratres, ab hoc tempore non integro ducum Megapolensium titulo, ut quidam tradunt, usi sunt, sed hoc tantum modo: Nos Dei gratia Duces Megapolitani, Comites Sverinenses, terrarum Rostock & Stargardt domini &c. Ducatus enim Venedorum abhinc usque ad a. 1431. per nonaginta fere annos dominis peculiaribus paruit, usque dum tandem mortuo ultimo Venedorum domino Wilhelmo ad ducem Henricum Crassum transiit. Ferunt quoque, fratres Albertum & Johannem ad principum imperii fastigium evectos insignia mutasse antiqua & in illam, qua hodie gaudent, formam traduxisse. Verum & ab illo tempore Sverini omnium Megapolensium ducum sedes constitura fuit perpetua, donec usque ad annum 1556. obtingeret mutatio; convenerant enim tum Johannes Albertus & Ulricus Duces inter se, ut Joh. Alberto diœcesis & Ducatus Sverinensis, Ulrico vero tractatus Gustrovienſis cederet, Dux vero Johannes ejusque successores sedem Stargardiæ fixerunt. A. 1395. Albertus dux Megapolitanus Rexque Sveciæ, redempta sibi a Danis libertate, Elisabetham viduam, Henrici & Bernhardi fratrum ducum Luneburgensium sororem, thori sociam adsciscit, filioque Erico Bugislai ducis Pomeraniæ filiam matrimonii fœdere jungens nuptias præsente splendidissima principum familia Sverini celebrari curat. A. 1400. Dominica Esto mihi Duci Johanni, Magni ducis filio, (qui una cum duce Alberto postea rege Sveciæ Academiam Rostochiensem excitavit,) matrimonio Sverini jungitur Juditha Ottonis Comitis Hoyensis filia. Ex quo conjugio prodiit Magnus non diu post vita functus & in Svecia terra reconditus, ubi & patris a. 1423. è vita decedentis ossa requiescunt. Reliquit filios patriarum virtutum ex asse heredes Henricum cognomine crassum (qui fuit pater Magni & Balthasaris) ac Johannem. Circa hoc tempus *Bernhardus à Plessen* Capituli Thesaurarius & Architectus ædiculam S. sanguinis imaginibus comitum Sverinensium addita recensione donationum, quas eidem in Dei honorem ex prædiis suis dicaverant, exornavit, cum paulo ante 1392. juxta chori locum exstruxisset refectorium, quod jam scholæ auditorium præbet. Quod ut posterorum mandaret memoriæ, circa introitum porticus, qua ad templum cathedrale itur, hæc insculpi curavit verba: *A.* MCCCXCII. *præsens refectorium per Bernhardum de Plessen est for-*

præbenda. 1286.
1287. Helmoldi Com. matrimonium
1290. prosapia comitum Sverinens. ampliata
unde comites Sverinens. Wittenburg. & Tecklenb.
1298. eorundem signa.
1328. Signum civitatis Sverin.
1330. pagus Thuran Sverinensibus venditus.
1338. ager S. sanguinis eccles. datus.
1340. Bolbruc Sverinens. concessus, ut munitionibus urbs cingatur.
1344. Mola Sverinensis.
1348.
1352. Alberti jun. matrimonium
qui & heres comitatus.
Tit. ducum.
insignia ducum mutata.
Sverinum sedes eorum perpetua.
1395. Alberti R. & D. nuptiæ.
1400. Johannis Ducis conjugium.
ædicula S. sanguinis imaginibus comitum exornata.
Bernhard. Plessen.

formatum. Fato autem functus ille est a. 1414. exuviæque ejus ad dextram chori partem, quæ ad orientem vergit, reconditæ sunt: Lapis inde in ducis Christophori sepulcrum postea est translatus. A. 1407. Rudolffi III. Episcopi undevicesimi Sverinensis (qui ducis Johannis in principum imperii numerum postea relati fuit filius) tempore evenit Sundæ in Pomerania, ut sacrorum minister quidam, cui nomen *Conradus Bonou*, homo incultus, rudis, avarus, quem Midam potius quam sacerdotem, militemque magis effrenum quam divini verbi prædicatorem jure appellaveris, lites cum magistratu oppidano civibusque moveret, eo quod ad sublevandam pauperum inopiam, ingentes sumtus pompasque funerales divitibus usitatas restringeret, monetamque æneam eum in finem cudi curaret. Quod magistratus institutum is Clericus ægre ferens, cum nummi cuprei ipsius avaritiæ haud satisfacerent, fusisque ad populum multis frustra sermonibus, quod verbis efficere non valebat, armis tentandum esse putavit. Societate igitur cum sceleſtissimorum é clericis homuncionum colluvie inita, prædonis & incendiarii induit faciem, faceque funesta multis pagis subdita nequissimus bipedum; Ecce, inquit, civis Sundensis, hæc tua sunt lampada funeralia. Sed ne hoc quidem ipsius satisfecit sævitiæ nequissimæ; cepit namque mercenarios ante urbem opus facientes, eosque manibus pedibusque truncatos cruore suppersusos relinquit, usque dum animam misere reddunt; quo facto quasi re bene gesta civitatem intrat. Re comperta confluit plebs mutuisque ad vindicandum scelus se ut & reliquos cives stimulat adhortationibus. Congregantur Clerici Sundenses deliberaturi, quid factu opus sit. Quod cum esset nuntiatum civibus, domum incendendam sacerdotesque flamma perimendos statuunt. Sed vicit sententia eorum, quibus hoc consilium præcipitatum & nimis crudele videbatur, tum quod multi Clericorum à scelere immunes, tum quod & nonnulli civibus vel consanguinitate vel amicitia essent conjuncti, quibus parcendum merito asserunt; Impetu igitur facto fores domus effringunt, atque tres ex Clericis trium templorum parochos protrahunt publiceq; rogo imponunt. Quod cum Episcop. Sverin. jurisdictionem ecclesiasticam in Sundenses exercenti esset relatum, templa occludi, missa & reliquo cultu divino eos carere voluit. Ac primo quidem Sundenses nil horum curant; tandem demisso animi impetu Romam mittunt legatos criminis absolutionem à Papa expetituros. Mittit pontifex tres monachos, qui causæ cognitionem instituant civibusque pœnitentiæ satisfactionem irrogent. Hi quidem reconciliatis animis templisque reseratis hanc civibus statuunt pœnam, ut sumtibus communibus templum Sverin. chathedrale, ab ea parte, qua chorus exstructus est, usque ad turrim campanarum ad 150. pedes fornicibus instruendum, & ad perpetuam rei memoriam facinoris perpetrati summam cum mulcta ipsis imposita in fine fornicis insculpendam curarent. Quod etiam rite factum est. Episcopus autem Sverin. inde ab ista die sacro officio Sundæ non amplius functus est. Verba vero in termino arcus supra organum incisa ita se habent: *Jesus Maria Dit Welffte is vollenbracht worden von den penningen der Sundischen, tho der Söhne der dreyer Prester halven, de se unschuldigen up ebren Marck vorbrennen Lethen.* Hæc verba a. 1560. quo novum Organum exstruebatur, pigmentis sunt obliterata; at æquum sane fuisset, ut eadem memoriæ causa alio loco fuissent transcripta. A. 1476. Sophia Ducis Erici filia, Bugislai Princ. Pomeraniæ soror, nubit Duci Magno Megapolensi. Sponsæ pater ante biennium 1474. diem obierat supremum. A. 1479. d. 13. Maji die inventionis crucis Magno Duci & Sophiæ nascitur filius maximus natu Henricus. A. 1486. Matrimonii fœdere jungitur Bugeslai Ducis Pomer. soror Henrico seniori Duci Brunsvicensi. Sollemnes nuptiæ Sverini a Duce Magno & Sophia curantur. Sverino abitum Brunsvicum dirigentes Bugeslaus cum aliquot equitum turmis comitatus est, eundemque affinem suum cum episcopatu Hildesiensi aliisq; vicinis oppidis, cum quibus lites diu intercesserant, Ducibus Brunsvic. reconciliavit. A. 1492. *Conr. Loss* Episc. Sverin. vigesimo octavo & regnante Magno duce, Sternb. sacinus illud pervulgatissimum à Jud. patratum est. Quod quidem quamvis proprie hujus loci non sit; dignum tamen est, quod hic brevissimis recenseatur ex singulari fusiorique NICOLAI MARSCALCI *Thurii* ea de re 1510. edito opusculo. Degebat quippe Sternb. sacerdos quidam e numero illorum, quibus a missa nomen est, Petrus Dän homo sceleratus. Pignori exponit is Judæo cuidam Eleazari coquæ s. concubinæ suæ ahenum. Ipse vero paupertatem duram patiens cum illud neque reluere posset, neque pignoris loco diutius ibi esse vellet, accrescentibus nempe quotidie usuris & concubina, quam ob convicia in ipsum conjecta eliminarat, vas crebro flagitante; persentiscens hoc Judæus convenit Clericum & astute agens se egestatis ipsius misereri asserit eique subventurum quam officiosissime spondet, si binas hostias, quales nuper eum viderit tractantem & consecrantem, alteram quidem majorem Clericis, alteram vero minorem Laicis destinatam, traderet sibi atq; afferret; quodsi faceret, se ei ahenum sine ullo pretio redditurum dimidiumque florenum præterea daturum. In sinu gaudet Petrus Dän de hac tam liberaliter sibi facta oblatione. Die ergo 10. Julij, quo cœtus Christianus memoriam septem fratrum celebrat, Petrus Dän in templo divæ matris missam faciens, tresque consecrans hostias, unam earum in conspectum populi profert, duas autem reliquas, ut cum Judæo sibi convenerat, occultat linteoque involutas aufert; quas sequenti die tradit Judæo. Hebræus ille non absque tacita admiratione, quod minimis nummis Christianum ad facinus tantum invitasset, hostemque, quem videndum longe cupido incesserat, manibus iam teneat, tripudians tradit uxori hostias diligenter recondendas usque ad divi Jacobi vesperam, qua filiæ nuptias facere constituerat, atque primarios sui ordinis, ut sollemnibus interessent, invitarat. Cœna sumpta, cum sponsa saltatorum circulo mixta esset, Eleazar cum nonnullis convivarum, quos huic negotio aptos esse crediderat, separatum remotioremque petit

ædium

1407. *Seditio Sundensis.*

1476. Magni D. matrimonium.

1479. Henricus ipsi filius nascitur.

1486. Henrici Sen. D. Brunsvicens. matrimonium.

1492. Hostia Sternbergensis à Judæis violata.

ædium locum, propositoque ipsis hostem frameis & acubus confodiendi consilio, exsultat; sed dum pungit nebulo hostias, primo illæ ictu rubicundo stillasse cruore, & non triplex modo linteum, cui involutæ erant, sed & mensam rubeo perfudisse dicuntur cruore. Adhortatur hinc non sine animi trepidatione nequissimus commilitones, exemplum ejus ut pungendo sequerentur. Nec defuerunt mandato, sumptisque frameis singuli utramque transfodiunt hostiam itidem sanguine scaturientem vestigiaque ictuum & scissurarum relinquentem. Dissilit ultimo ictu hostia major vindictam tetro quasi adspectu minitans, adeo ut omnes perterriti & obstupefacti aufugerent; excepto Eleazare, qui hostias linteis sanguine madidis involutas uxori tradit præcipiens, Clerico ut reddat suum, quem ajebat, Deum. Recipit is homo hostias terraque recondit eas inter ruinas cujusdam domus locoque salebroso, die Bartholomæo sacra. Mox dira illum incessit anxietudo; hinc summâ, qua excruciabatur, animi ægritudine, ut se exoneraret, comminiscitur, visam sibi esse faciem jubentem Clericis Sverin. indicare, ut sanctum corpus Christi, memorato loco latens, auspiciis Magni ducis effoderent reponerentque in templo divæ matris. Jubentibus mox Ducibus Magno & Balthasare fratribus Sternbergam proficiscuntur Præp. Sverin. consiliariique nonnulli, qui, simulac designatam effodiunt terram, hostiam utramque reperiunt cruentam, quarum sedulam custodiam Clericis ejusdem ecclesiæ, usque dum ad Duces rem deferrent, mandant. Sereniſſimi clericum quæstioni subiiciendum decernunt; sed ipse ultro crimen profitetur. Mandatur tunc Episc. Sverin., Razeb. & Caminensi, ut quid cum hostiis agendum, decernerent. Hi quidem collatis votis statuunt, præviis cantibus, campanarum sonitu, comitatu frequenti aliisque dignis pompis in templum cathedrale translatas in hierotheca reponendas peregrinorumque oculis quotidie bis exponendas esse. Quod & factum; Pœnam autem criminis reis infigendam merito summo relinquunt magistratui. Tum quidem in toto terræ Megapolensis tractu inquisitio contra Judæos instituitur multique subinde in carcerem deducti die 22. Oct. torturæ subiiciuntur. Sceleris autem socii sponte facinus confessi, & ut innocentibus immo & PetroDän parceretur, deprecati sunt. Criminis conscii ex gente hebr. 25. fuerunt viri, 2. feminæ, ex quibus quinque hostiam transfoderant; sed sceleris auctor Eleazar fuga sibi consuluerat. Insontes una cum noviter desponsata Eleazari filia in exilium acti sunt, reliqui autem, quorum numerus ultra viginti excurrit, sontes, cum duabus feminis Judæis igni addicti sunt, quod quidem supplicium die Veneris, quæ præcedit Simonis Judæ, extra Sternbergam in loco edito (qui hodie dicitur in memoriam *der Judenberg*) magna obdurationе animorum & religionis suæ fiducia, sine ullis tristitiæ indiciis subierunt. Petrus Dän Rostochium, quæ urbs & hominum multitudine affluit & Academia celebratur, rapitur, ibique custoditus sequentis anni die 22. Febr. forcipe candenti vellicatus ac ad rogum damnatus est. Exstruxit postea Magnus dux in loco, quo hostiæ fuere inventæ, monast. Augustinianorum, cui operi perficiendo ultimas manus admoverunt filii Heinricus & Albertus patriæ pietatis æmuli. Sternberga autem miraculis, quæ sanctus ille sanguis edere putabatur, fama ita percrebuit, ut non solum ex universa Germania, sed & reliquæ Europæ partibus illuc confluerent ad devenerandam rem miraculosam. Quo factum est, ut hujus rei memoria ad hunc usque diem vigeat. A. 1497. Mox post adscensionem Christi Canonicus quidam Henning Nuchterndanz in porticu cathedrali habitans cum puerulo noctu obtruncatur omnibus vasibus argenteis & nummis abreptis. Puer latronibus fores recludens transfossus periit, quemadmodum docet lapis, qui adhuc supereſt, sepulchralis: Canonicus vero in lecto est occisus. A. 1508. d. 24. Dec. Diem supremum Sverini obit Ericus Dux, Ducis Magni filius natu major, frater Alberti & Henrici Ducum, qui ante paucos annos Rostochii litterarum studiis incumbens a. 1499. & 1502. sceptra Acad. gesserat; à Comitiis namque ab Imp. Maximiliano a. 1507. Constantiæ ad lacum Bodamicum habitis redux factus tabe corripitur; qua mortuus Doberani reconditur, postquam proximis annis ante nempe 1503. d. 12. Jul. Sophia ducis Magni filia, Ducis Erici soror natu maxima, Johannis ducis Sax. uxor & Johannis Friderici Electoris à Carolo V. capti placide exspirasset mater Torgaviæ; nec non semestri spatio præterlapso nempe die 22. Dec. ipsius parens Magnus dux: a. 1504. d. 2. Maii mater Sophia Sverini; a. 1507. d. 7. Mart. patruus Balthasar dux Wismariæ, 1509. Engelburg Ducis Ulrici ultimi Stargardiæ principis filia Comitique Benthemiensi Everwino matrimonio juncta vita excessissent. Sic intra sex annorum spatium mors aufert sex ejusdem stemmatis personas illustres, cujusmodi in annalibus Mecklenb. ante id tempus consignatis nuspiam observavi, neque postea evenit usque ad annum 1586. Quo quidem anno expirant Ursula Abbatissa cœnobii Ribnicensis, d. 15. Oct. Elisabetha Ulrici principis uxor, a. 1591. d. 6. Febr. Anna Sophia Johannis Alberti Ducis uxor, a. 1592. d. 4. Mart. Christophorus dux, d. 22. Mart. princeps Johannes. Quos si computes, intra lustri spatium quinque personas principes, exuviis depositis cœlitum choro esse associatas, reperies. Quodsi ob affinitatem his adjunxeris Adolphum Holsatiæ ducem, qui a. 1566. Elisabetham Adolphi filiam, quæ 11. Jan. 1587. utrumq; filium Ducem scilicet Fridericum, qui 15. Jun. 1587. Ducem Philippum, qui d. 18. Oct. 1590. Fridericum Daniæ regem, qui 4. April. 1588. obierunt, numerus per lustrum illud decedentium ad 10. usq; personas excurret. A. 1516. d. 21. Jun. Magnus dux Henrici filius (natus 1509. d. 4. Julii Stargardiæ) Epis. Sverinensis, septimum ætatis cum ageret annum, postulatus. Ipso autem adhuc impubere pater ejus loco præstat sacramentum, Episcopatumque ad a. 1532. administrat, quo quidem tempore Magnus Dux jam 23. annos natus, repetito eodem sacramento in realem & actualem diœcesis possessionem sollemniter immittitur & confirmatur. A. 1524. die Philippi & Jacobi Sveri-

1497. Cædes Canonici, cujusd.

Ericus D. post plures ex prosapia ducali moritur.

fatales Sereniſſimæ domui Mecklenb. casus plures.

1516. Magnus Dux Episc. Sverin. eligitur.

1524. D. Jac. Do-

mingii Sverinensis vita.

Sverini D. Jacobus Domingus JCtus percelebris & Ordin. Lipsiensis posthumus quidem (patre Nicolao Hoppen Dresd.) natus est. A vitrico autem Joachimo Döming antistite templi Cathedralis & curiæ senatore liberalibus scientiis dicatus, a quo & nomen adeptus est. Is Jacobus relicta 1546. Acad. Rostochiensi Lipsiam mittitur, ubi celebratissimos JCtos, D. Ludovicum Faschium, D. Modestinum Pistorium, D. Petrum Loriottum Gallum audivit. Nec defuerunt diligentiæ præmia, siquidem 1553. licentiatus juris creatus & Prof. Institut. adoptatus est; a. 1554. doctoris dignitate exornatus Scabini Lipsiensis Ordinariiq; munus ipsi defertur. A consiliis præterea fuit Sereniss. Mecklenb. principi Joh. Alberto aliisque principibus. Tandem 1576. d. 15. Aug. vita fungitur, relictis ex uxore Maria monetarii Schneb. Sebastiani Funckii filia, filiis duobus Jacobo I. U. & Nicolao Medicæ artis doctoribus ac filiabus quinque. A. 1524. Mense Aug. Animam deponit Helena, Philippi Comitis Palatini Electorisque Rhenani filia, Henrici Ducis Mecklenb. uxor altera. Posito ipsi æneo epitaphio infra ædiculam S. sanguinis templo cathedrali terræ mandatur. Epitaphium autem sic se habet:

Alta Palatinis Helenam me Norica castris
Duci Obotriteo sors voluere thoro.
Quod potui, feci, vetuerunt plurima Parcæ:
Præstabunt (a) *proles quæque negata mihi.*
Proles, quam (b) *juvenem charo commendo marito:*
Me gratam superis, lector amice, fave.

(a) Philippus nempe Henrici ex Helena filia natus 1514. feria tertia post nativ. Mariæ Magdalenæ. Nec non Margaretha nata 1516. nocte paschatis nupta dein Duci Munsterb. in Silesia.

(b) Catharina nata 1518. feria quarta post Quasimod. sex annor. matre defuncta. Nupta dein Lignic. Duci.

1525. Joh. Albertus D. nascitur.

A. 1525. Auram vitalem Sverini accipit die 22. Dec. Joh. Albertus dux Meklenb. cum brevi ante die 11. Sept. Johannes Georgius, Joachimi II. Electoris Brandenburgensis, Ducis Joh. Alberti avunculi filius lucem aspexisset. A. 1527. d. 22.

1527. Ulricus D. nascitur.

April. nascitur Sverini Ulricus dux, eodem anno nempe, quo Rex Hisp. Philippus Caroli V Imp. filius, die 21. Mart. & Maximilianus II. Imp. Romanus, Ferdinandi Bohemiæ regis filius die 2. Aug. in lucem editi sunt. A. 1528. die

1528. Georgius D. natus.

22. Febr. Lucem publicam aspiciunt Sverini Dux Georgius; & brevi post d. 10. Aug. Ericus junior dux Brunsvic. natus est. A. 1531. d. 25. Jul. quo scil. S. Jacobi memoriam celebramus, inter

Incendium Sverinense. 1531.

decimam & secundam noctis horam intra 4. horarum spatium à flammarum violentia infelix fatum Sverinum subiit. Ignis in platea, quæ ad arcem ducit (*die Burgstraſſe*,) æde, quam jam incolit Matthias Hencke, primo prorupit, sive negligentia patris familias sive servo Wolff Wolckenstein Freib. Miseni incuria. Incolis jam alto sopore mersis tantas brevi tempore ignis cepit vires, ut pæne omnem exstinguendi spem animo dimitterent cives; plateam vero, quam vulgo *die Burgstraſſe* vocant, domusque illi vicinas, curiam, nec non novam urbem *die Neuſtadt* flammarum vis penitus delevit, adeo ut tantum dimidia pars dextra sutorum plateæ (*Schuſterſtraſſe*) apothecam versus nec non fabrorum platea (*die Schmiedeſtraſſe*) incendio evaserint. Jacturam plurimorum privatam augent publica; etenim cum deleta curia tabulæ publicæ seu Liber civitatis, indices, fundationes, pacta & diplomata omnia atque cuncta suppellex flammis absumpta sunt. Quod detrimentum igitur cives in bonis mundanis erant perpessi, Deus abunde & largissime animarum commodis pensavit. Si quidem hoc ipso anno (curante Henrico duce) pontificiorum tenebris expulsis clara Evangelii lux accensa rectusque sacramentorum usus per Lutherum restitutus apud Sverinenses effulgere cœperunt. Juramenti autem ante quatuordecim annos præstiti memor dux Henricus, quo nomine Magni filii privilegia religionemque Canonicorum sartam tectam servare fidem adstrinxerat; libero religionis ipsorum exercitio nulla posuit impedimenta; sed ante portam molinariam, vulgo *Mühlen-Thor*, in S. Georgii ædicula non longe à *Begynarum* habitaculo Saxoni cuidam *Martino* sermones sacros habendos permisit, & brevi posthac ædicula Auditorum cœtum non capiente, sereniss. dux in Rosarum horto suggestum ligneum, cujus usus cælo sereno esset, exstrui præcepit. Tum stabulum equorum prætoris urbani *Hemingii Penzii* destruendum locoque ejus templum erigendum & supra chori locum scholam instaurandam curavit. Tandem glorioss. ipse princeps *in coenobio Franciscanorum*, ante portam, ubi hodie *granarium* collocatum est, tum quidem ad sacros usus Lutheranorum aptato, sanctam cœnam sub utraque sumpsit specie; & mortuo (*) dicto Martino, in ejus locum suffecit AEGIDIUM FABRUM, primarium Sacrorum emendatorem & religionis Evangelicæ præconem, cujus contra S. sanguinis superstitionem libellus cum præfamine LUTHERI prostat, eumque sacerdotem ordinavit. In veritate quoq; Evangelica, cui fidem dederat, perstans, placide a. 1552. exstinctus est. *Albertus* vero dux Henrici frater, sede apud Canonicos fixa, in superstitione pontificia perseverans decessit. Eodem anno die 8. Sept. nascitur Sverini Johannes ab Hagen Ulrici Ducis Secretarius, qui in publico Acad. Rostochiensi scripto insigni hac mactatur laude, quod profuerit, quibuscunque potuit, nocuerit nemini. A. 1534. die Simonis & Judæ nascitur Sverini *D. Simon Pauli*, patre Johanne Pauli Consule, matre vero Anna Losen. Horum assidua cura elementis fidei Christianæ tinctus anno ætatis 16. Luneburgum missus Lucæ Lossii disciplinæ tradebatur. Sic positis studiorum fundamentis Acad. Rostochiensem adiit, ibique inter ceteros docentem cum insigni fructu assiduus audivit D. David. Chytræum, orationemque de laudibus Sverini publice habuit. 1555. Wittebergam se contulit, ibique id egit, ut ex Philippi Melanchtonis lectionibus fructum caperet uberrimum. Nec spes fefellit; siquidem mox laurea philosophica donatus publice & privatim nonnullos auctores interpretatus est. a. 1559 Sverini sacro muneri admotus, eidem per anni spatium præfuit. 1560. publica theologiam docendi sparta in Acad. Rostochiensi una cum munere sacro ad D. Jacob. ei defertur, tandemque 1573. circuli Rostochiensis antistes designatus Doctoris titulo insignitur die d. 29.

Evangelica religio introducta. 1532.

Ducis Hinrici cura.

Primus sacerdos Lutheranus Martinus vulgo Oberländer (a. 1527.)

Ejus Collega Ægidius Faber primarius Sacrorum præco & emendator. (a. 1528.)

Joh. abHagen vir laudatissimus.

D. Simon Pauli nascitur. 1534.

(*) Error est. Ipsi enim Martino a. 1528. Ægidius Faber adjunctus fuit.

d.29.Apr. 1561. Obiit Roſtochii d. 17. Jul. 1591. an. æt. 57. Rectore Magnifico Wilhelmo duce Curlandiæ, cum vir candidus & ſtrenuus tum eccleſiam tum Academiam ornaſſet & ſcripta complura utiliſſima poſt ſe reliquiſſet. An. 1535. Albertus dux cum uxore & pediſſequis Warnemunda profectus Hafniam petit, ibique cum Chriſtophoro Comite Altenb. ſocietate inita per integrum annum in obſidione urbis moratur. Naſcitur ipſi ibidem filius Ludovicus, ſed & in ipſo obſidionis diſcrimine obit. Tandem die 29. Jul. 1536 regnum Chriſtiano Duci Holſatiæ traditur. A. 1536. Secum conſtituerat Henricus dux Megapoleos fœderi Smalcaldico cum Joh. Frid. Elect. Saxoniæ, qui ipſius ex ſorore nepos erat, aliisque principibus ac civitatibus nomen dare, & parum abfuit, quin dux conſcenſo equo locum conditum peteret; diſſvadente vero Cancellario Caſparo a Schoneich à propoſito deſtitit; quod ſane terræ Mecklenb. poſt duorum luſtrorum decurſum, quo Carolus V. univerſam pæne Germaniam obruens capiebat Electorem, ſalutare fuit & fructuoſum. A. 1537. Die Joh. bapt. in itinere, quod Albertus dux cum uxore Anna in Bavariam ſuſceperat, naſcitur Aug. Vindel. Chriſtophorus dux, & in ſacro baptiſmatis lavacro nomen a Chriſtophoro de Stadio ibi Epiſcopo vicem ſuſceptoris ſuſtinente ſortitur. A. 1539. Die viridium in lucem Sverini editus eſt *Valentinus Rudolphus* Conſul Civitatis Sverinenſis. Qui ex inſtitutione Dabercuſii ab a. 1553. usque ad 1558. in primis profecit; ſtudiorum tandem telo Roſtochii, Lipſiæ, Witteb. feliciter pertexto à matre in patriam redire juſſus in numerum, ſenatorum eſt receptus, usque dum 1592. faſces ei deferrentur conſulares; in quo quidem ſplendidiſſimo munere vir meritorum & doctrinæ laude inſignis, patriæ inſervit fideliter. A. 1540. Veſpera Michaelis naſcitur *Carolus* dux Mecklenb. Neuſtadii, ſed lætum nuntium, qui ad patrem Albertum delatus erat, mox ſequitur triſtis ille de urbis *Lüpze* incendio. Filium recens natum in natalitiorum memoriam parens MICHAELIS nomine inſigniturus erat; ſed cum nullus adhuc princeps imperii exſtaret, cujus hoc eſſet nomen, glorioſiſſimus dux mutata ſententia Carolum V. Imp. filiolo ſponſorem expetivit luſtralem & ab eo nomen dedit. 1542. Mittit dux Albertus & filium Joh. Albertum & uxoris fratrem Johannem Georgium Electoris Brandenb. filium in Acad. Viadrinam; ubi & Sereniſſimi, patrum Acad. ſuffragio duabus vicibus ſceptra purpuramque tenuerunt academicam. A. 1543. Sociam thalami Eliſabetham Friderici I. Regis Daniæ filiam natam 1524. ſibi adſciſcit Magnus dux an æt. 38. Nuptiarum ſolemnia Kilonii die Solis poſt Barthol. ſunt celebrata; Iter autem Sverinum verſus cœlo ſatis turbido factum eſt. A. 1544. d.24. Febr. naſcitur *David ab Hagen*, Johannis frater, qui primum munere quodam in Cancellaria Ulrici Ducis principisque Bavariæ functus, mox ſublimioribus honorum gradibus à Wolffgango Comite Palatino admotus, iter in Galliam cum Comite fecit. Hoc autem exſpirante in eodem itinere a Philippo Ludovico Comite Neuburgenſi Wolffgangi filio Cameræ ſecretarius & conſiliarius declaratus, tandemque cœnobii Bergenſis præpoſitus factus eſt; quo in munere decurrente a. 1595. die Steph. poſtquam quartum matrimonium inierat, placide, obiit. Commendatur in memorato ſcripto Acad. Roſtochienſ. quod propter vitæ integritatem, ingenii ſolertiam & in officio diligentiam & fidem nemo ex miniſtris optimo illi principi familiarior illo & carior fuerit. A. 1545. Cæli tempeſtas usque ad menſ. Aug. valde erat turbulenta & pluvia; quo factum, ut magna frumenti caritas 1546. per tres menſes conſecuta ſit; Sverini modius tritici & adoris uno thalero veniit, hordei 24. aſſibus, avenæ 12. aſſibus, ſiliquarum 18. aſſibus; Ex quo mixto frumenti genere contritoque panis coctus eſt. Et quamvis aliorum cibariorum ſeu rerum quæ ad victum pertinent quotidianum, utpote carnis, butyri, piſcium cet. non æque magnum fuerit pretium; attamen iſta ætate hæc inſolita viſa fuit caritas. Meſſe finita rerum pretium ad modicam æſtimationem eſt redactum. A. 1546. die Exaudi naſcitur *Daniel Rottermund* Sverin. ſenator, qui dein prima litterarum rudimenta à *Dabercuſio* percepit. Menſe Junio autem ejusdem anni *Albertus dux* cum filio natu maximo, *Joh. Alberto* ad comitia a *Carolo V.* Ratisbonæ habenda proficiſcitur, filiumque Cæſari de meliori commendat nota, qui & in autumno cum patruo Georgio ſub Johanne Marchione Cuſtrinenſe contra Electorem Saxoniæ Landgraviumque Haſſiæ fortiter militat. A. 1547. d. 7. Jan. hora ſeptima matutina denaſcitur Sverini Albertus dux, Magni filius, cum annum æt. ageret ſexageſimum (natus quippe 1486. d. 25. Jul.) Exuviæ ejus *Dobrani* reconduntur. Inter omnes fere Germaniæ principes facie & corporis ſpecie pulcherrimus ille habitus eſt. A. 1584. Anna Chriſtiani III. Regis Daniæ filia nubit Auguſto Electori Saxoniæ. Per Sverinum iter faciens culinam ibi in foro publico exſtrui & ex hac quibuscunque cibum & potum, quantum ſatis, præbere juſſit. Nuptiæ autem Torgaviæ die 7. Oct. ſunt peractæ. A. 1550. naſcitur Sverini *Thomas Mancinus*; ab incunabulis optimis ſcientiis a Dabercuſio imbutus tandem evadit Muſicus excellens & Ducis Henrici Julii Adminiſtratoris Halberſt. & Ducis Brunſvicenſis chori Muſici director. A. 1551. Dom. Trinit. dux Henricus ingraveſcente quidem ætate tertiam ſibi jungit matrimonio uxorem, Urſulam nempe Magni Ducis Lauenb. filiam, nuptiarum ritu Sverini celebrato. A. 1552. Moritur Sverini Dux Henr. d. 6. Feb. humatusq; d. 13. Feb. cum lucem publicam ante ſeptuaginta tres ann. adſpexiſſet remq; publicam per 48. adminiſtraſſet. Deinde Joh. Albert. D. exuvias ducum Meckl. non amplius *Dobberani*, ſed *Sverini* reponendas ſtatuit, ſepulcrique locum deſignat in templo cathedrali juxta *S. ſanguinis ædiculam*, ubi itidem dux Georgius Franc. ad Mœnum hoc anno m. Jul. decedens reconditur. Henrici vero manibus *D. David Chytræus* admodum tum juvenis parentavit, qua oratione Joh. Alberti & Ulrici Ducum primum ſibi conciliavit gratiam. Viduæ ducali 19000. floreni propter tractum Svanenſem ei attributum in ſingulos annos penduntur; quæ Mindæ figens ſedem ibi vitam exegit.

Albertus dux moratur Hafniæ. 1535.

1536. Henricus D. fœderi Smalcaldico ſe adjuncturus à propoſito deſtitit.

1537. Chriſtophorus D. natus.

1539. Valentinus Rudolphus Conſul Sverinenſ. natus.

1540. Carolus D. naſcitur.

Joh. Albert. D. & Joh. Georgius Brandeb. March. Acad. Viadrinam petunt.

1543. Magni D. matrimonium.

1544. Dav. ab Hagen nativitas & merita.

1545. annonæ caritas.

1546. Daniel Rottermund Senator naſcitur.

Jo. Albertus D. comitia frequentat Ratisb. hinc militiam facit.

1547. Albertus D. obit.

1584. Anna & Auguſtus Elect. Sax. Sverinum viſunt.

1550. Thom. Mancinus naſcitur.

Henricus D. tertium matrimon. init. 1551.

idem moritur. 1552.

locus ſepulcri ducalis Sverini conſtitutus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Jo. Albertus rem publicam administrandam suscipit.

exegit. Eodem anno post obitum Henrici D. totius terræ Mecklenb. regimen suscipit Joh. Albertus; qui primum hoc sibi datum esse credidit, ut exstirpata superstitione romana reformaret collegium canonic. Sverini, & ordinaret ibi duos integræ fidei antistites Joach. Kuckenbieterum & Ernestum Rothmannum. Ac ut glorioss. princeps superstitionum reliquias aboleret penitus, sanctum sanguinem istum, quem putarunt, per trecentos & quod excurrit annos religiose veneratum cultumque (Ezechiæ Judæorum regis exemplo, qui serpentem æneam à Mose instauratam ob superstitiosum cultum evertit) itidem tolli igneque aboleri curat. Hoc ipso anno Joh. Albertus ad asserendam patriæ libertatem vindicandamque sinceram religionem cum Mauritio Sax. Elect. aliisque confœderatis contra Carolum V. (qui protestantibus concil. Trident. & sic dictum interim obtrudere moliebatur) init fœdus, & initio Martii Sverino movet cum 600. equitum manu comitante ipsum Wilhelmo tunc temporis ordinis sacri præfecto sive, ut vulgo dicitur, commenturo Mirovienſi; sed die 20. Jun. ejusdem anni obtigit fatum Georgio Duci Megapolitano satis funestum, quippe in obsidione Franc. ad Mœn. bombardæ ictu dextro crure privatus interiit, anno ætatis 23. (nat. 1528. d. 22. Febr.) Exanimatum corpus Sverinum translatum ibique præsentibus matre, Duce Ulrico & Anna sepulcro ducali est illatum. Andreas Mylius virtutes beati principis latino sermone celebravit. A. 1553. De Schola Sverinensi hæc habeo, quæ tradam. Cum Henricus dux, uti supra diximus, ad propagandum Dei cultum templum in urbe exstruendum curasset, in choro dictæ ædis sacræ scholam instituit, præceptore Cornelio Arnemio (postea Cœnobii Eldenavienſis pastore ibi ordinato. Translocato postea suggesto in monast. Franciscanorum, schola crescente discipulorum numero in curiam est translata, præceptore tum temporis Nicolao Hamburgensi; post anni vero spatium in cœmeterium est transmota, ubi tunc ex ærario publico civitatis duo præceptores Petrus Bartholdus & Johannes Eggebrechtus sustentati sunt, qui & interdum tertii cujusdam, fungentis postea munere scribæ publici, opera usi sunt. Præterea & *collegium canonicorum* in cœmeterio scholam aluit, in qua puerorum numerus minor cantandi in choro Antiphona, responsoria, Choralia, arte fuit imbutus; inter quos post vesperas peractas nummuli quidam distribui solebant. Scholæ autem illæ binæ varias inter se lites habuerunt. Duravit hic scholarum status ad an. 1553. quo quidem Joh. Albertus dux ex Monast. Franciscan. scholam aptandam curavit, accito huc ex Misnia *Matthia Marco Dabercusio*. Dictus autem Petrus Bertholdus scholæ senatoriæ rector Wittebergam ad invigilandum ulterius studiis se contulit, qua in Acad. laurea philos. ornatus, hinc sacrorum Gustrovienſium minister delectus est; brevi post mortuus a. 1565. peste contagiosa; relicto magno solidioris doctrinæ vitæque integerrimæ encomio non sine sui desiderio. Cum instauraretur dicta schola, quod evenit die 10. Aug. duæ orationes latinæ, altera ab *Andrea Mylio* Consiliario aulico, altera a D. *Justo Jona*, Justi Jonæ Theologi filio, recitatæ sunt. Præceptores tum fuerunt hi quatuor: *Matth. Marcus Dabercusius* Rector, *Hieronymus Rivius*, Joh. Rivii Altendorienſis filius, prorector; *Nicolaus Sartorius* Misnensis Cantor, & *Nicolaus Mylius*, Andreæ frater, hypodidascalus. Hos sereniss. princeps largo exornavit stipendio, quin & plus una vice examinibus interfuit pueros munusculis ad diligentiam excitans. Quo factum est, ut hæc bonarum artium officina augeretur in dies atque ad majoris momenti disciplinas eruditionemque variam ingenia rite præpararentur. Eod. a. ultimo Nov. die nascitur Sverini *Andreas Wedemann*, qui postea juventutis moderator apud primates quosdam Bohemos fuit; qua sibi data occasione per aliquot annos in aula Cæsaris moratus est. Tandem redux in patriam Rector scholæ cathedralis Ratzeb. constituitur; cui spartæ cum insigni juventutis commodo & usu ad quartum usque præfuit annum. Eodem anno die Lucæ *Lucas Gaulrap* lucem adspexit, patre artificioso cælatore. Is studiorum tyrociniis sub Dabercusio ejusque genero diligenter positis ab Erhardo fratre Lucæ pictoris Witteb. discipulo, insigni pictore Annabergam accitus se confert, ubi & postea in vallo Joachimico litterarum studiis per aliquot annos diligenter invigilavit. Hinc Lipsiam adiens studio juris sese dedit, & ut idem plenius perciperet Francof. ad Viadrum petiit, ubi præeunte JCto eximio D. Ludolpho Schradero, quem per 6. annos docentem assidue audivit, firmiora jurium præsidia sibi comparavit. Nec defuerunt industriæ præmia: commendatus enim a Schradero, D. Vieheusero Imperii vicecancell. & D. Lamperto Distelmayero Cancellario Electoris Brandenb. non solum judicii cameralis, quod Coloniæ ad Spream viget, Advocatus, sed etiam ordinis equestris mediomarchici & Ruppinensis Syndicus est constitutus. Adauxit hanc fortunam svave matrimonii vinculum, quod cum vidua D. Lucæ Hoffmeisteri, consiliarii quondam Brandenburgensis, filiaque D. Joh. Weinsleben Brandeburgensis Cancellarii bonis iniit avibus. In hac honorum dignitate constitutus floret adhuc per Dei grat. superstes. Hujus autem illustris viri mentionem in hoc chronico injicere officium a me efflagitavit ac singularis ratio, cum publicas ei debeam gratias, quod beneficiis me larga manu cumulaverit hactenus & exemplum memoris & grati in præceptorem discipuli præbuerit insigne; simulque auctor ac svasor dilectis meis civibus sum, ne spem abjiciant penitus & inopia pressi filios a svavi litterarum complexu avellendos judicent, siquidem Gaulrapii mei exemplum satis testatur, cui summum mortalium ope destituto numen suppetias tulit ac pro singulari in matrem viduam & ægram mihi ac plurimis aliis notissimam pietate itemque obedientia & beneficentia erga præceptores eas dedit remunerationes, ut non solum magnorum virorum favorem, sed etiam honores, famam cum victu satis largo sit consecutus. A. 1554. Cum exercitus Marchionis Brandenb. Alberti in Marchia congregatus ab Heinrici ducis Brunsvic. copiis urgeretur; turma equitum in ducatum Megapolitanum confugit; quo factum est, ut Henri-

Jo. Alberti fœdus cum Mauritio Sax. Elect. adversus Carolum V. Imp.

Georgius D in obsidione Francofurt. perit.

Scholæ Sverinenſ. primordia.

1553.

M. Andr. Wedemanni vita.

Lucas Gaulrap.

Invasio copiarum Brunsvic. 1554.

Henricus dux Brunſv. Albim fluvium cum exercitu trajiciens in Megapoli hoſtem conſectaretur ibi ejus copias disjecturus. Dici non poteſt, quantus timor Megapolenſ. animos inceſſerit. Dux Joh. Albertus caſtris ad Malchimum poſitis peditum turmam præſidio reliquit Sverini. Præerat huic Vitus Salvelt, qui quidem durante bello arrogantius egit, & hoc ſibi negotii datum credidit, ut cives vi, fraude & moleſtiis divexaret; multi hinc ex familia aulicorum & cives patriis relictis laribus Wiſmariam & Lubecam conceſſerunt. Dabercuſius Rector Ducis juſſu cum familia migrat Roſtochium; alii, quibus ſedem mutare non erat animus nec rationes permittebant, bona ſua terra abſcondenda magno cum detrimento & jactura inſigni ſtatuunt; Præter alia violenta dictus Vitus Salfelt templi Franciſc. fornices ſatis ſplendidas diruit, falſa opinione ductus, ſe ita hoſtis conſilia præventurum, ſi forte ab hoc templo tormentis damnum arci Sverinenſi invecturi eſſent. Eod. a. 1554. d. 21. Aug. naturæ debitum ſolvit, *Balthaſar Rotermundus* ducalis quæſtor, civitatisque Sverinenſis conſul, Andreæ Mylii & Tilemanni affinis, a. æt. ſeptuageſimo, tumuloque in templo cathedrali honorifice mandatur. Proſecuti ſunt funus ipſe dux Joh. Albertus fratresque Chriſtophorus & Carolus, eorum amici aulæque miniſtri, ſenatus & univerſa civitas Sverinenſis. A. 1554. Naſcitur Sverini *Georgius Mancinus* frater Thomæ, ingenio & ſcribendi carminis facultate inſignis. Qui poſitis ſub Dabercuſio & Hederico fundamentis, quibus altiores diſciplinæ ſuperſtrui ſolent, Acad. Varniacam adit, ſuſtentatus ibi & edoctus a D. Caſelio. Studiorum curſu exacto 1582. Rector ſcholæ Buzovienſis deſignatur. Exſtant adhuc præclara ejus poemata. A. 1555. d. 22. Febr. nuptiarum ſolemnia cum Anna Sophia Alberti Ducis Boruſſiæ filia celebrat dux Joh. Albertus Wiſmariæ magna quidem cum pompa ludisque equeſtribus inſtitutis præſentibus ipſo ſponſæ patre & Anna matre, fratre Ulrico aliisque perſonis ducali ſtemmate natis, nec non regum Daniæ & Sveciæ legatis; inter quos tamen de præcedentia prolixæ ſparguntur lites, quæ multis deinde diſcordiis anſam præbuerunt. Deductio uxoris in domum facta eſt die 10. Mart. In ipſis nuptiarum ſolemnitatibus mediante Alberto Duce Boruſſiæ (per 12. dies Wiſmariæ commorante) lites Joh. Albertum inter & Ulricum fratrem componuntur. Hinc mox Guſtrovii indicta ſunt comitia provincialia, quibus ordines de ære alieno a ducibus contracto, cujus ſolutionem anno proxime elapſo Buzovii in ſe ſuſceperant, conſulunt & deliberant. Cum autem ſumma illius æris opinionem ordinum excederet, vectigal, quod vulgo Acciſam dicunt, aliaque vectigalia, alias in terris Mecklenb. incognita, exiguntur. A. 1556. Lata eſt ſententia, quæ dicitur definitiva, ab Electore Brandenb. Joach. Ruppini in præcedentem compoſitionem ante annum inter Joh. Albertum & Ulricum fratres de diviſione terrarum hæreditariarum quondam initam, utroque fratre præſente. In qua ſententia præter cetera eſt ſtatutum, ut Duci Jo. Alberto ducatus Sverinenſis, Ulrico vero ducatus Guſtrov. cederet. Ab hoc tempore Jo. Albertus arcem Sverinenſem & Domizum ad Albim ope Architecti Italici munimentis cingere cœpit. Eod. anno die 19. Dec. primus filius Joh. Alberto naſcitur, qui in templo cathedrali ſacro baptismatis lavacro tinctus nomen Alberti ab utroque avo refert. Vitam autem 1561. d. 2. Mart. in Pruſſia, quo abierat, poſuit, Regiomonti in loco, qui dicitur Kniphof, humatus; cui orationem parentalem poſtea Wittenb. typis expreſſam habuit D. David Voigtius. A. 1557. Obtigit ſcholæ Sverin. mutatio, abrogato ſcil. Prorectore, in cujus locum *M. Bernh.* HEDERICUS, *Freib. Miſenus* a. 1533. natus, Witteberga huc evocatus, ſufficitur. Eod. anno fratrum *Jo. Adolphi* & *Ulrici* conſtitutio eccleſiaſtica lingua Saxon. conſcripta publicatur & Roſtochii per *Ludovicum Dietzium* typis exſcribitur. A. 1558. d. 7. Mart. tempore meridiano naſcitur Sverini Jo. Alberto ſecundus filius *Johannes* & dominica Lætare *in æde cathedrali* baptiſmatis fonte abluitur. Eod. anno die 21. Aug. veſpertino ſcil. tempore fulmen perculit domum Joh. Schulten (cujus uxor publici adulterii rea erat & convicta;) quo factum, ut ædes, quæ attingunt forum, ſurſus verſum Schelvam cum curia decemque horreis ducalibus flammarum vi, ſummatim ædificia XLIV. abſumerentur. Ædes vicinæ combuſtionis periculo valde expoſitæ, proſperante Deo civibusque aſſiduas manus admoventibus ſartæ tectæ ſunt ſervatæ. Mulierem dictam, nefandi criminis ſuſpicionem ut ab illa amoliretur pater, hoc ipſo die e ſuggeſtu ſermones ad populum habens, iracundus hiſce excuſavit verbis: Faxit Deus, ut, ſi filia criminis accuſati rea, fulmen domum ejus feriat. Quam quidem exſecrationem mox prima nocte pœna eſt conſecuta. Dux Jo. Albertus eo tempore Sverino aberat; ante quam autem huc rediret, præfectis ſevere mandavit, ut in adulteram de jure cognoſcerent, eandemque confeſſam & convictam ſecundum normam legum ſacco inſutam in lacum Sverinenſem projici curarent. Certior autem ſereniſſ. dux de funeſto hoc ultionis divinæ documento factus, manu ſua ſermone latino ad illum ſacrorum miniſtrum exaravit litteras, quarum argumentum hoc fuit: Si delicta vindicare negligat magiſtratus, vindicat Deus; hinc 10. horrea noſtra ſimul abſumpſit flamma. Sacerdos autem motus eſt officio. Filia, relicta patria, per aliquot annos in Marchia miſere vitam ſuſtentavit, tandemque in ſumma paupertate (quam junior minus erat experta, quippe in aulæ affluentia educata) & contemptione reddidit animam. A. 1559. *Adolphus Kreizius* Sen. Sverin. d. 7. Junii, *Carolus Drachſtedius* J. U. D. & Sereniſſ. principi à conſiliis aulicis d. 5. Sept. & *Jo. Scloterus* pharmacopola d. 15. Octobr. vita exceſſerunt. Exuviæ in templo cathedrali ad utrumque chori latus reconduntur, erectis epitaphiis latine conſcriptis. A. 1560. d. 1. Mart. obit Sverini *Andreas Beſſel* Camerarius quondam aulæ Brunſvicenſis, poſtea quæſtor provincialis Ducis Megapolitani; & octo abhinc dies filius ejus Alexander terræ mandatur. Ejusd. anni menſe Aprili, *Petrus Paulus Vergerius*, Italus, Sveri-

Balthaſar Rotermund obit.

Georg. Mancini vita.

Nuptiæ D. Jo. Alberti ſolemnes.

1555.

1556.

Jo. Alberto filius naſcitur, qui vero poſt aliquot annos obit.

1557.

Bernh. Hedericus fit ſcholæ Prorector.

Conſtitutio eccleſiaſtica evulgatur.

1558.

Johannes Dux naſcitur.

Incendium Sverinenſe & vindicta adulterii.

1559.

Quidam e-mortui.

1560.

Vergerius Italus ad relig. Evangel. converſus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Sverinum appulit, ut ducem Joh. Albertum conveniret. Quo abſente cum Dabercuſio Rectore ejusque genero Bernh. Hederico ad ſe invitatis familiariter collocutus eſt. Fuit is epiſcopus Juſtinopoli, quod eſt in Iſtria Venetorum ditionis oppidum; Clementis VII. eoque ſublato Pauli III. Papæ ad Germaniæ principes, inq; primis ad Joh. Fridericum Elect. Sax. de concilio Mantuæ habendo legatus 1535. Verum 1543. cum erroribus pontif. ex accuratiori ſcripturæ ſacræ lectione agnitis à Romana eccleſia defeciſſet, relicta patria rebusque poſthabitis omnibus in exilium abiit voluntarium, inque ea loca, ubi Chriſtum libere profiteretur, profectus, annos aliquot docuit evangelium. Tandem a principe Wurtenb. *Chriſtophoro* Tubingam accerſitus fuit. Partem hiſtoriæ ipſius & mirabilem defectionis à papatu occaſionem narrat *Sleidanus l. 9. 10. 21.*

A. 1559. d. 9. Nov. Islebiam ingreſſus, hoc *de Luthero* ſcripſit epigramma phalecium:

Felix Islebium Luthero alumno
Cujus gloria major eſt eorum
Auſim dicere, qui ante nos fuerunt
Annis millibus atque bis ducentis.

Jo. Alb. templum Cathed. organo muſico ornat.

Eod. a. dux Jo. Albertus in honorem Dei perpetuamque ſui memoriam, templum cathedrale ſplendidiſſimo exornandum curat organo muſico, cujus Architectus fuit *Antonius Mors* Antwerpienſis; pictor Petrus Bockel itidem Batavus, & ſculptor Chriſtianus Parchimo oriundus.

Sigism. Aug. D. naſcitur.

Eod. a. divi Martini die ſcil. die 10. Nov. veſperi tertius filius naſcitur Jo. Alberto Duci, qui proxime ſequente an. die 19. Jan. in palatio ducali ſacro baptiſmatis fonte initiatus nomen a ſponſoribus rege Poloniæ Sigismundo & Auguſto Elect. Sax. tulit.

1562. Conſtitutio civilis recognita.

A. 1562. Conſtitutio politica & provincialis terræ Mecklenb. ſuffragantibus utriusque Ducis ſubditis & ordinibus ad promovendam patriæ ſalutem denuo recognita augetur, publicatur typisque exſcribitur Roſtochii per Steph. Müllmannum.

1563. Ædicula in arce Sverin. ſtructa.

A. 1563. Jo. Albertus dux nitidam in arce Sverin. ædiculam excitat, cujus operis memoriam ſervat adhuc Saxum, cui deauratis litteris hæc inſculpta ſunt:

Θεῷ βελτίστῳ τε καὶ μεγίστῳ Ἰωάννης Ἀλβερτὸς ἡγεμὼν μεγαπολίτης, τῆς ἀληθείνης θρησκείας οἰκοδόμησέ τε καὶ κατέρωσεν ἔτει α. φ. ξ. γ. hoc eſt. *Deo Opt. Maximo Johannes Albertus Dux Megapolitanus veræ religionis ergo conſtruxit dedicavitque An. 1563.*

Jo. Halbrot mortuus.

Eod. a. d. 2. Jul. e vita migrat *Johannes Halbrotius*, concionator aulicus, anno ætatis 49. honorificeque in templo cathedrali humatur, poſito ipſi ab uxore liberisque epitaphio additis verſibus quibusdam a filio *M. Tobia Halbrot* elaboratis, quos lapidi ſepulcrali inſcribi curarunt.

Daniel Colerus præſtans Muſicus.

Eod. a. chori Muſici præfectus *Daniel Colerus* cum 12. pueris Altenburgo huc accitus, Muſicus certe & Arithmeticus inſignis & ceteris ſui ſæculi in compoſitione arte & ſvavitate muſices non inferior. In ejus honorem, cum munere abiret, in templo cathedrali auctore incerto hic verſus adſcribebatur:

Pſallebant Muſæ Daniele canente Colero.

Nicol. Mylius obit.

Eod. an. menſ. Nov. in vivis eſſe deſinit *Nicolaus Mylius*, Andreæ frater, ſcholæ hypodidaſcalus.

A. 1564. d. 26. Octobr. naſcitur Sverini Johannes *Fuſius*, qui patre ſuppeditante ſumptus Roſtochii litteris incumbit, poſtea ad erudiendam Gebhardi Moltkii nobilis Megapolitani juventutem electus, Jenenſem petit Academiam. Jam Lipſiæ principum Meklenb. juventutis doctrinam ac mores fideliter moderatur. Joh. Fuſius.

A. 1565. M. Aprili. Inſtauratur ſchola cathedralis eccleſiæ Sverinenſis per D. Wolffgangum Periſterum Superintendentem. Primus Rector erat M. Georgius Leſebergius Brunſvicenſis, Prorector M. Henricus Timannus Bremenſis, Johannis Timanni Amſtelodami celebris Theologi filius; cantor Johannes Fabricius. Inſequuta eſt paulo poſt dira peſtilentia ad menſem Febr. anni 1566. ſæviens. Schola cathedralis inſtauratur. 1565. peſtilentia.

Sereniſſimus dux cum aula ſedem ſuam transtulit Strelizium, quam urbem & Dabercuſius ex mandato ducali petiit. Hinc arcis ſchola ceſſavit. Multi præterea aulicorum uxores & liberos Sverino emiſerunt. Peſtilentia vero ad 900. usque conſumpſit homines.

A. 1566. Dominica Eſtomihi die 12. Febr. ſponſalia fiunt inter Annam Alberti ducis filiam, & Gotthardum Curlandiæ ducem; nuptiæ Regimonti in Boruſſia ſunt celebratæ, quos deſponſatos Franciſcus Saxoniæ dux, Johannis Alberti Ducis uxor, filiolusque Johannes ſunt comitati. Ipſi Jo. Alberto vero turbæ Roſtochienſes impedimento fuerunt, quo minus inter comites adeſſet, mox tamen curſu publico transvectus die 16. Mart. Regiomontum venit, panegyrique nuptiali, quæ jam cœpta erat, finita d. 12. Mart. hinc abeuntem comitata eſt ſoror cum marito Memelam usque quæ diſtat Regiomonto 18. milliaria. Sereniſſimus dux parieti ibi propria manu hæc inſcripſit verba: 1566. Anna deſponſatur Gotthardo Curlandiæ Duci.

Joannes Albertus Dux Megapolitanus, Annæ ſorori decedenti.
Omine Te Dominus læto deducat; & addat,
Sis felix rebus connubioque. Vale.

A. 1567. die 19. Jun. Anna, Alberti Ducis quondam Megapolitani vidua, e domo illuſtri Brandenburgica progenita, in amplexibus Caroli, Jo. Alberti filii natu minimi animam reddit. Deducunt funus d. 23. Jun. usque ad Crivizium filii ejus ambo Chriſtophorus & Carolus; Lupzam hinc reverſi. Exſangue vero corpus defunctæ Annæ in via à Jo. Alberto & Ulrico horumque conjugibus ac filiis Johanne & Sigismundo Auguſto atque principe Sophia exceptum & ad templum cathedrale deductum habita oratione parentali a Superintend. D. Wolffgango Periſtero, ſepulcro ducali mandatur. Alberti D. vidua moritur. 1567.

Eodem anno præviis crebris Ducis Jo. Alberti effiagitationibus ob quatuor dies juridicos ab utroque principe ſingulis annis, & quidem binos ad feſtum Johannis & Michaelis Sverini, binos vero circa feſtum Epiphanias & Paſchatos Guſtrovii habendos, curia Sverinenſis, quæ a. 1558. incendio deleta erat, quinque fornicibus inſtructa non ſine magnis expenſis & laboribus per æſtivum tempus reſtauratur. curia Sverin. reſtauratur.

Eod. annno die Veneris poſt Michaelem Ulricus dux, Epiſcopatus Sverin. tunc adminiſtrator, ad aſſerendam genuinam fidem & religionis cultum, nec non ad commoda ſacerdotum & præceptorum promovenda & ſumtus illis dicatos Conſiſtorium eccleſiaſticum inſtituitur.

dicatos elargiendos itemque matrimonii controversias decidendas, judicium ecclesiasticum, quod *Consistorium* appellamus, instituit, stato anni tempore secundum normam præscriptam diligenter habendum. Eodem anno Ernest. Rothman moritur. mense Majo moritur Sverini Dominus *Ernestus Rothmann* Brunsvicensis, qui primum in monasterio, postea vero in ecclesia cathedrali cum collega *Kukenbietero* aliisque simul verbi divini fuit minister ac sacerdos. *Dein* officio quidem a *D. Peristero* motus, sed à *Johanne Alberto* in pristinum locum restitutus, Concionatoris aulici munus obtinuit; in quo officio tandem vita functus est. Eodem anno ineunte Novembri, Joh. Georgius Marchio Brandenburgensis hujusque conjux & filius Joachimus Fridericus postulatus Episcopatus Magdeburg. administrator itemq; comes quidam Holsatiæ Joh. Albertum Sverini agentem conveniunt venatione sese oblectaturi. 1569. A. 1569. d. 6. Oct. evenit Sverini in ea urbis parezdes funesta. te, quæ Schelvæ nomen refert, casus verè funestus & atro notandus lapillo, siquidem defuncti Ernesti Rothmanni vidua, Pas. hasii Gustevelii centurionis quondam Sverinensis filia, *D. Peristeri* amita, a nefario quodam cive Sverinense aurifabro una cum serva in lecto obtruncatur, & occisa omnibus nummis, gemmis & vasis argenteis in pignus ei traditis, reseratis cistis, privatur. Quod facinus sine dubio mali genii instinctu factum in omnium memoria adhuc hærens, prolixius hoc loco recensere non vacat, adscripturus tantum epitaphium totam historiam ex actis contractam summatim complectens: *Hic jacet mulier honesta, virtutibus conspicua Magdalena Gustevelia, Rever. Ernesti Rothmanni vidua, quam Christoph. Gloede aurifaber civisque Sverinensis instinctu Satanæ ac truculenta malitia sine dubio actus, quod ante semestre tempus jam conceperat facinus, perpetrans, confecta ad id clava ferrea, quam plumbo replevit, die 6. Octobr. 1569. tempore matutino post horam quintam in lecto terribilem & miserandum in modum oppressit & enecatam spoliavit.* Nefandus latro d. 15. ejusd. candentibus forcipibus vellicatus, & dissectum in quatuor partes infaustum corpus ejus per quatuor vias publicas suspensum est. 1570. A. 1570. Reverendum *collegium canoSuggestum novum Eccles. Cathedralis structum. nicorum* novum suggestum Ecclesiæ cathedralis multis figuris selectisque S. scripturæ dictis affabre exornatum exstruendum curavit. Structuræ director fuit *Burchardus Schmidt* (denatus 1575 die 27. Augusti cum ætatis annum 96. ageret.) Architecti vero munus obiit *Johannes Baptista Parr.* Canonici ea ætate Joachimus *Bobersnovius* præpositus, Heinricus *von der* LUHE Decanus, Balthasar SCHONEICHE senior, Canonici reliqui *Arndius von* WEIGE, *Otto* WACKERBARTH, *Georgius* HUBNER, *Bernhardus de* DANNENBERG fuere: Quorum & episcopatus insignia in altera columnæ parte exstant, hac quidem inscriptione addita: *Trino & uni. Docendi propagandique salutiferi verbi ergo Canonici hujus ecclesiæ hoc suggestum suis sumtibus posuerunt a. 1570.* A. 1572. Dabercusius scholæ Rector obit. 1572. Sverini intra trium mensium spatium exspirant *Matthias Marcus* DABERCUSIUS, scholæ ducalis rector d. 17. Febr. (ad cujus exsequias cohonestandas Sereniſſimus dux *Jo. Albertus* cum *conjuge & duobus filiis* convenerunt, erogatis insuper funeris expensis,) *M. Martinus* BURGGRAVIUS concionator aulicus d. 16. April. cum non multo ante Dabercusio parentasset; (in hujus vero funere dixit *D. Jo. Fried.* CÆLESTINUS forte huc transiens) die autem Martis post Misericordias Domini animam efflavit *Petrus Sander* Inspector Walsmolensis, civitatisque Sverinensis consul. Eodem an. d. 22. Dec. dux Testamentum facit Jo. Albertus dux. Jo. Albertus tabulas testamentarias, quas fecerat, in arce Sverinensi testibus requisitis proponit, quas etiam ab iisdem subscribendas & consignandas curat. A. 1574. Locus ducalis in templo cathedrali e regione suggestus artificio majore quam sumtu a Jo. Alberto exstruitur, architecto quidem Christophoro Parch, Dabercusii genero, Johannis Baptistæ fratre. Eod. a. d. 1. Jun. Sverinum intrant duo Medicinæ Doctores *Caspar* NÆVIUS Ordinarius Lipsiensis & *Christophorus* LEUSCHNER Misnensis, quos Joannes Albertus Dux ab Electore Saxoniæ expetiverat; sed hi diligenti adhibita morbi investigatione & accurata enarratione facta parum spei vitæ Sereniſſimi principis longioris facientes, diæta tamen & medicamine sollicite præscriptis Sverinum relinquentes domum abeunt. A. 1575. Turris curiæ Sverinensis excitatur & horologio instruitur. Eod. anno dux Jo. Albertus examini scholarium, quo statis temporibus in progressus studiorum inquiritur, usque ad tertium diem cum filiis duobus & Joh. Friderico principe juvene Luneburgensi horumque præceptoribus *Hiobo Magdeburgo & Heinrico Sibero* ultimo interfuit. Ut vero idem posthac commodius fieret, sereniſſimus dux singulare conclave in classe prima aptandum curavit, quo principes adolescentes quibusdam lectionibus publicis discendi causa interessent, finitoque examine 20. thaleros inter pueros distribuere jussit. A. 1576. circa medium Januarii Dux Jo. Albertus diro prostratus morbo eodemque ita affectus est, ut lingua faucibus hærere, viribusque attenuatis fractisque esse inciperet. Certior de hoc factus frater Ulricus cum conjuge Sverinum contendit, & conjuge filiisque istius iterum iterumque efflagitantibus d. 30. ejusd. mens. tutelam in se suscepit, hinc Gustrovium d. 1. Febr. reversus est. Ingravescente vero morbo dux Ulricus a consiliariis rursum accersitus cum conjuge d. 12. Febr. circa meridiem advenit, cum ante horam sereniſſimus dux Deo reddidisset animam anno ætatis 51. Die 14. Febr. Christophorus Dux Sverinum venit, non autem in arce sed in diversorio publico commoratur, ubi Ulricus dux eum convenit, & sumpto prandio Grabovium & inde Dœmizum proficiscitur. Beatissimi Ducis exuviæ templo arcis mandatæ civibus custodiendæ traditæ sunt, usque ad diem 29. Febr. quæ sollemni sepulturæ erat dicata. Funus concomitati sunt mœstissimi Jo. Alberti filii principes juventutis, Ulricus, Christophorus & Carolus fratres Duces Megapolenses, quos secuti sunt Joannes a Lindenau Electoris Saxoniæ & Georgius de Potlitz Brandenburgensis legati. Hos vero excepit

1574. Structura loci ducalis in Ecclesia cathedrali. Medici è Sax. ad Jo. Albertum acciti

1575. Turris cum horologio struitur. Examini scholastico interest Jo. Alb.

Jo. Albertus decedit.

1576. funus.

cepit D. Koppen. Succeſſerunt Auguſta vidua & Ducis Ulrici conjux, fœminarum aulicarum numero cinctæ. Parentaverunt ipſi latine quidem D. Jo. Caſelius, germanice M. Matthæus Boiemus concionator aulicus. Utraque oratio hinc typis fuit exſcripta. Hoc vero epitaphium memoriæ Joh. Alberti poſitum fuit:

Inclyta Johannes Albertus gloria ſæcli
Conditur hic, præſtans dux patriæque pater.
Non fuit hoc melior princeps nec doctior ævo
Nec patriis terris, qui bona plura dedit.
Illuſtrem verbi lucem, qua ſidera adimus,
Primus hic in tota gente vigere jubet.
Idola evertit Latii pius impia Papæ
Complexus certo dogmata recta libro.
Fortia & arma capit ſociis cum Saxone & Heſſo,
Per quæ libertas paxque ſalusque redit.
Chriſto cum Muſis hic primus in urbe Roſarum
Inſtaurat, patriæ cor oculumque, ſchola.
His etiam e terris fugiens Aſtræa retenta
Anno dat quovis publica jura quater.
Rite ſuas dirimi cauſſas eccleſia gaudet
Inſpiciuntque ſacros pectora fida greges.
Clemens, munificus, verax, bonus, integer, æquus,
Sobrius ac verè religioſus erat.
Regibus & ſummis tota meritisque fideque
Carus in Europa principibusque viris.
Ante Dei faciem nunc fulget ſideris inſtar,
Sicut in terris fulſit imago Dei.
Grata cui tribuet meritas eccleſia laudes
Verus & illuſtris luce vigebit honos.

Ad Kalendas Martii teſtamentariæ tabulæ à B. Duce conſignatæ ſolemniter in curia propoſitæ recitantur. Die 14. Maji Wiſmariæ cum creditoribus tranſigitur, vi cujus transactionis non parum æris ex gratia adſignati concidit. Expenduntur quoque Aulicis ſtipendia & reſidua; quo facto maxima eorum pars dimittitur. Die 19. Maji ſchola ducalis, quæ per 22. annos & novem floruerat menſes, eſt ſublata. Sequenti vero menſe Junio ſcholares, quotquot erant, ſcholæ cathedrali adſeruntur, utrâque ſchola quaſi in unum corpus redactâ. Bernhardus Hedericus Rector, & Andreas Stubelius Hypodidaſcalus deſignati ceteris adjunguntur collegis, lautiori ab Ulrico D. addito ipſis ſtipendio. Die 25. Maji viduæ Auguſtæ per deſignatos conſiliarios, præſentibus illuſtriſſimis filiis prædia dotalia Rehna ſcil. Witteburgum & Lupza ceduntur. D. 18. Sept. Sigismundus Auguſtus Dux Dresdam in aulam Elect. Sax. mittitur. Johannes vero dux 1577. d. 18. April. Lipſienſem petit Academiam ſtudiorum moderatore Johanne Baſſvizio & Præceptore Hiobo Magdeburgo ipſi adjunctis; ubi tunc in numerum civium Academicorum d. 17. Jun. fuit receptus. Conſiliarii Electorales, quorum opera perdurante adminiſtrationis tempore adhibita fuit, ſunt Johannes a Lindenau & D. Vitus Winsheimius Saxones; Joach. Karſtedt & D. Goltbeckius Brandeburgenſes. A. 1578. d. 10. April. Sverini vitam cum morte commutat *Johannes* PAULI, Conſul, quem Deus ſane præ ceteris inſigniter proſperaverat. Vir certe varia eruditionis ſuppellectile inſtructus, uſu rerum peritiſſimus & integritatis laude in primis conſpicuus. Quæ bona animi interna auxit matrimonium duobus filiis totidemque filiabus ditatum. Patriarum vero virtutum viva imago exſtat tam in SIMONE PAULI Theologiæ Doctore atq; Almæ Roſtochienſis Profeſſore, quam in *M. Johanne Pauli* Wiſmariæ ad D. Nicolai ædem Paſtore. Filiarum autem natu major nupta eſt *Georgio* FUSIO Secretario quondam Sereniſſimi Ducis Mecklenburgenſis, jam vero civitatis Sverinenſis conſuli; minor vero natu matrimonio juncta eſt Hieronymo Aldnero Aulico quondam Mecklenb. & hoc denato Sam. Fabricio Secretario illuſtriſſimi ducis (cujus ſingularem benevolentiam, quam in hac hiſtoriola conſignanda mihi exhibuit, publice hic prædicandam duxi.) Ex utroque matrimonio copioſa adhuc per Dei gratiam ſuperſtes eſt proles. A. 1580. d. 21. Mart. Elect. Saxon. Auguſtus cum conjuge Anna filioque Chriſtiano, quingentis equitibus cinctus, Sverinum ingreditur; aſt per unam tantum modo noctem hic commorans ſequenti die Lubecam abit, hinc per Holſatiam in Daniam perrecturus, propoſitum autem mutat, neſcio qua cauſa motus, elector. Hinc per triduum Sverini iterum moratur & ſplendide ſatis à principibus juvenibus habitus quarto poſt adventum die Domizium ad Albim & in Marchiam tranſiens Dresdam revertitur. Comites ſecum habuit lectiſſimos; inter quos fuerunt D. Martinus Mirus Theologus, D. Colerus Medicus, & D. Paulus Vogelius Chriſtiani Ducis præceptor, quorum doctiſſimo colloquio & mihi tunc frui licuit. Menſe Octobri ejusd. anni per omnem fere Europam inaudita hactenus ſævit lues, & a M. Junio ad Decemb. graſſans tam ſenes quam juvenes corripit. Eruditi hunc morbum luem epidemicam ſ. morbum migrantem vocant, vernaculo ſermone *der Spaniſche Pip.* Exſtinguit vero hujus morbi ſævitia Sverini in ceteris honoratioribus Joannem Rexinum, ducis viduæ Annæ Sophiæ aulæ præfectum die quidem 16. Octobr. & d. 15. ejusd. Michaelem Dergerum Sverinenſem, Medicinæ Doctorem ibidemq; pharmacopolam annos circiter 35. natum. A. 1582. d. 28. Martii *Huberti Sibeni* J.U. Licentiati & conſiliarii aulici mater ætate grandior moritur. Dum vero terræ mandatur, accidit, ut & filius ejus modo memoratus vitam redderet. Ipſe enim percepta ægritudine matris, quam filiali, ut par erat, proſequebatur amore, cum conjuge & liberis Wiſmaria proficiſcens petit Sverinum viſurus matrem. Interim fit, ut morbo hic correptus Wiſmar. mittat accerſitum *M. Joannem* COLERUM Medicum & Phyſicum Wiſmarienſem, qui matris & filii valetudinis habeat curam. Matre vero ætate jam profectiori placide exſtincta, noſter inſigni excruciatur dolore. Conveniunt eum amici, & præſertim eo tempore, quo juſta matri eſſent perſolvenda, cum quibus comiter joco admixto ſparſit ſermones; dum vero matris funus effertur, repentino dolore & mœſtitia perfuſus dolet, quod ultimam pietatis teſſeram genitrici exhibere ejusq; funus proſequi ſibi non liceat; & adſtantes rogat, ut ipſius nomine id peragant. Deducitur funus ad templum cathedrale, ſed dum funebri ſermoni vacatur, nuncius affertur *Sibenum* præter Medici opinionem diem obiiſſe

Schola ducalis ſublata.

Familiæ ducalis & regiminis ratio.

1578. Jo. Pauli Conſul obit.

Filii Theologi Simon & Johannes.

Auguſtus Elect. Sax. Sverinum tranſit. 1580.

Peſtifera lues.

Spaniſche Pip.

1582.

obiisse supremum. Altero die & ille terræ mandatur, posito ei hoc epitaphio :

Conjugis atque suæ natorum ac immemor optat
Jam tumulo dandæ matris obire comes.
Optat ; vota valent ; hora una ambos rapit : unus
Ossa locus, mentes & polus unus habet.

Ulricus D. ad comitia August. profectus redit.

Eodem anno mense Majo *dux Ulricus* cum conjuge binisque principibus juventutis Augustam Vindelicorum ad comitia proficiscitur, patriæque d. 30. Augusti redditur. In templo vero tunc tragœdia de lapsu Adæ & Evæ ex poemate divi Bernhardi desumpta, acta est. A. 1583. cum reverendo capitulo sæpius delatum esset, quod civium Sverinensium nonnulli sedes, quas in templo haberent cathedrali, jure hereditario partim vendere, partim de novo struere pro arbitrio auderent; quo fiebat, ut sellarum plurimæ forma, longitudine & latitudine diversæ, ambulacra templi redderent angustiora ac faciem ejus deformiorem, aliis vero locum desiderantibus non sufficeret; ad turbas amovendas & emolumentum ædis sancitum est omnium suffragio, qua ratione cum futura sellarum ecclesiasticarum ædificatione earumque venditione agi debeat. Initium ergo ejus rei factum est a. 1589. à sellis consiliariorum episcopalium & seminarum sacerdotalium, eæque juxta præscriptam formam structæ sunt. Continuatum postea a. 1590. in latere è regione suggestus, quod tamen opus interveniente magistratus civiumque querela & inhibitione ab Administratore ad 1598. usque annum interruptum est. Eodem anno mense Junio contagio *Sverini* sævire cœpit usque ad Dec. intra quod temporis spatium 106. homines tam senes, quam juvenes (quorum tamen 25. naturali exstincti sunt morbo) mors abripuit. Sed sequenti anno pestilentia latius serpsit, & omnes fere totius civitatis perrepsit angulos. Quo factum, ut dimissa schola scholares peregrini dissiparentur, domestici vero mense Jan. 1585. tandem scholam repeterent. Numerus mortuorum ad 131. usq; excurrit. A. 1585. cum in templo cathedrali odeum majus dimidium fere ædis spatium occuparet, magnisque parietinis septum ac circumductum esset, adeo, ut his, qui ibi inerant, quid in templo fieret, vix observare liceret, nec, qui in templo erant, quid in odeo s. choro ageretur, percipere possent; prævio consilio & auctoritate serenissimi administratoris reverendum Capitulum mense Aprili h. anni illud destrui, Altare medium extra chori locum longius promoveri, hujusque loco scamna, in quibus discipuli considentes sacram orationem calamo excipere commode possent, poni curavit. Neque in eo acquievit Rev. Capituli cura, sed & odeo superiori (templum enim ad cantum, quem vocant figuralem, satis amplum est ac longum) scalam multaque ornamenta addere & commodius exstruere jussit anno 96. Eodem mense Aprili M. *Zacharias Scheffter* Sverinensis *Schwaniæ* obit, qui in inauguratione scholæ patriæ sub Dabercusio omnium alumnorum primus fuit, postea vero in schola Gustrovienſi *Wolffgango* Leopoldi Rectori primo Conrector adjunctus. Hinc ad sacrum munus Schwaniæ 1563. admotus cum summæ diligentiæ tum vitæ integritatis, industriæ atque curæ assiduæ laudem post se reliquit. Eodem a. d. 28. Maji Joachimus Plesse Serenissimi Megapoleos ducis Secretarius cameræ 34. officii anno decedit, qui confecto testamento, fixum stipendium egeno cuidam de Sverinensibus discipulo dandum legavit, quo per tres annos uteretur, si jactis in schola studiorum fundamentis in Academiam exiverit. Dicavit præterea ducentorum joachimicorum usuras singulis diebus dominicis pauperibus ad victum distribuendas. Egregium Plessii exemplum nonnulla ampliſſimi Senatus membra, aliique nobiles & cives sunt imitati, erogantes pecuniam ad duodecim egenorum in æde à S. Spiritu vocata commorantium penuriam sublevandam & finito trimestri quoque spatio die Sabbathi dispensandam, prævia quidem adhortatione, ut e curia ad templum properantes pro omnium ordinum communique civium salute ad summum numen preces fundant, subjuncta tandem largitoris, cui hoc beneficium debetur, mentione. Laudabile hoc institutum a senatu etiam eum in finem sanctissime servatur, ut civium opulentiorum beneficentiam excitent pro fortunarum & bonorum abundantia egestati aliorum consulendi. Eod. a. d. 20. Jul. *Johannes* dux in Holsatiam visurus *Adolphum* Ducem, cujus filiam *Sophiam* ante annum in arce *Reinbek* thori sociam sibi adsciverat, proficiscitur. *Gottorpii* vero & Husumi a 24. Jul. usque ad 21. Aug. commoratur. Eod. anno d. 12. Sept. intrat Sverinum Ulricus dux cum Augusta Duce vidua, quæ Lüpsæ agebat ibique præsentibus *Joanne & Sigismundo* Ducibus fratribus, legatis Saxonicis & Brandenburgensibus & consiliariis Holsaticis tutelæ & administrationis onere sublevatur. A. 1586. d. 9. Maji Arbitris præsentibus Ducibus Ulrico & Adolpho Holsatiæ Johannem inter & Sigismundum Augustum fratres de testamento paterno transactio Sverini ad finem est perducta; qua pactionis lege regimen Johanni decretum, sustentationis autem sumtus Sigismundo destinati sunt, cui etiam Monasterium Ivenacense traditur. Tum Adolphus Holsatiæ dux cum Augusta conjuge, filiis Friderico & Philippo ducibus filiabusque Sophia & Christiana d. 20. Maji Sverino Rhenam hincque in Holsatiam contendit, comitante eum ad Rhenam usque Johanne duce. Ulricus cum conjuge Elisabetha Sternbergam hincque Gustrovium movet. Sigismundus vero sedem Criviziæ figit. Hoc cum ageretur, d. 18. Maji flamma Parchimi in oppidi veteris parte exorta ad 232. domos absumpsit. Fumus in arce Sverinensi a principibus conspicitur. A. 1588. d. 17. Febr. Dux Johannes & frater Sigismundus comitante eos *Joachimo Bassewizio* Ulrici ducis legato, vespertino tempore veniunt Reinbeckam. Nuptiarum sollemnitates hic ante thorum celebratæ sunt, adstantibus sereniſſima Holsatiæ duce vidua, duabusque filiis pediſſequis sine omni ornatus pompa, Duce Philippo & Joanne Adolpho Archiepiscopo Bremensi, Duce Sigismundo Augusto, Joachimo Bassevitzio consiliario Megapolitano provinciali, & aulicis, quos omnes nobilium cinxit corona. Hinc

Pestilentia scholam dissipat.

1585. Templi cathedr. commodior ædificatio.

Zacharias Scheffter obit.

Joachimi Plessii beneficentia.

Johannes dux in Holsatiam profectus.

Familia ducalis Sverinum intrat.

Transactio inter Joann. & Sigismund. August. 1586.

Incendium Parchimense.

Joannes D. matrimonium init. 1588.

die 25 Febr. Augusta recens nupta Sverinum comitibus quidem duce *Ulrico* & *Francisco* principe Saxoniæ deducta est. Eodem anno modius Sverin. in modium simplicem transformatus est. Eodem anno post multas variasque mutationes, quæ pharmacopœæ Sverinensi intra 30. annos evenerant, ex pharmacotheca Bremensi Jacobus Seyfridus Memmingensis accitus illi præficitur & privilegiis ornatur. Qui, cum non solum ab ineunte ætate medicæ arti operam strenue dedisset, sed & florem ætatis in instructissimis Germaniæ pharmacopoliis, & in primis *Viennensi*, *Imperante Ferdinando & Maximiliano II.* exegisset; Italiam & Hispaniam petiit, ubi per 6. annos commoratus tribus fere annis pharmacopœæ *Philippi regis* præfuit. Hinc pedem promovit in Belgium. Redditus hinc patriæ, meritis, litteris, artibus, & experientia, pietate animique sinceritate insignis & longe ornatissimus fuit. Deprædicanda vero mihi est viri integerrimi benignitas, qua & venerandum ministerium & ordinem scholasticum prosecutus est; ut sine adsentatione fateri liceat, eum non pharmacopolæ solum officio quam rectissime satisfeciisse, sed medici etiam dexterrimi partes omnino expleviisse. Quæ insignis ipsius peritia non poterat non movere sereniissimam viduam Megapolitanam, quin eum sibi Archiatrum deligeret. Laudibus præterea efferendum est, quod, cum illud officium Sverini capesseret, medicamenta partim rancida, partim exoleta, partim corrupta (a præcessore lucri caussa adservata) in foro publico concremaverit, & pharmacothecam novis impleverit ditaveritque rebusque aliis eo facientibus instructiorem reddiderit, adeo ut illa non tantum formam induerit multo augustiorem, sed & vicinas ad se facile invitet civitates plurimas. Ipsius vero viri laudabilis curæ multi labantem valetudinem non sine felicissimo successu commiserunt. Deo igitur Optimo & Magistratui maximas debemus gratias pro tanto rei publicæ & civitatis nostræ conciliato ornamento. Eodem anno vespera S. Galli denascitur *Petrus Hanicke* prætoris urbani per 15. annos officio functus; Posteritati quam commendatissimus ob probe administratam justitiam & lites inter cives amice compositas. Quo factum, ut molestiis & incursationibus plurimis supersederit. Eodem anno d. 9. Dec. matrimonii fœdus initum inter Ulricum ducem & Annam exill. stirpe Pomeranica Stettini natam. Deductio autem in domum Gustroviensem d. 18. ejusd. facta est. Cui cum comitem se adjunxisset Joannes dux, ab Ulrico quam humanissime invitatus, die 4. Dec. Sverino hic abiens in itinere die 15. Crivitziæ accipit nuntium, conjugem hora vespertina decima filiolum ipsi enixam esse & nova jam sobole gaudere. Quare litteris à matre acceptis ex itinere, quod Gustrovium meditabatur, Sverinum contendit. Filius 1589. d. 2. Febr. sacro baptismatis fonte ablutus Adolphi Friderici nomine insignitus est. A. 1589. cum templum *D. Nicolai* sive Schelvæ a tempore reformationis vacuum & derelictum perstitisset, præterquam quod a sacerdotibus ecclesiæ cathedralis successive pauci quidam per annum sermones ibi habiti fuissent; visum est reverendo capitulo, probum huic ecclesiæ præficiendi pastorem. Vocatur igitur anno 89. *Joachimus Manckmusius* Scholæ subconrector & postquam a Præsule ordinatus esset, demandatum illi est, ut diebus dominicis aliisque festis orationes sacras horis pomeridianis ante Vesperam haberet, dispensatione sacramentorum templi cathedralis ministris relicta. Hinc suggestus & sellæ ruinam minitantes restitutæ & dicti pastoris stipendium annuum accessionibus nonnullis auctum fuit. A. 1590. d. 5. Maj. cum Joannes dux una cum Conjuge Stargard. relinquens *Sverinum* repeteret, & *Wahrenam* attigisset, evenit, ut Augusta princeps ab hora 1. nocturna filium enixeretur, qui & ibidem baptizatus nomen Joannis Alberti retulit. Finito puerperii tempore gloriosissimus dux & Augusta binique filioli fausto fidere Sverinum intrarunt. Eodem anno curante Domino Ottone Wackerbarthio præposito reverendum capitulum in id omnem intendit curam, ut remotis obstaculis invenirent media aptissima, quibus Lyceo cathedrali dignitatem assererent & ampliato famæ celebritatem conciliarent. Reverendi igitur Canonici in Dei honorem, scholæ emolumentum & juventutis salutem, quo illi calcar ad præclara quævis audenda adderetur, annuum beneficium 100. marcarum hoc quidem modo distribuendum consecrarunt, ut calligraphus, qui antea desiderabatur, scholæ additus hinc aleretur & 15. marcas supra stipendium annuum & extraordinarios, qui ipsi acciderent, reditus perciperet; Summa autem reliquarum 85. marcarum in duas partes divisa singulis examinibus circa Paschatis & Michaelis tempora habendis inter discipulos justa proportione secundum profectus in pietate, moribus & litteris dispensarentur. Ut vero grati animi pignus profectuumq; specimen aliquod Capitulo discipuli exhiberent, binæ orationes à primæ classis alumnis recitari jusserunt. Quod quidem institutum egregium etiam nunc perpetuo viget. Eodem anno d. 25. Sept. *Buzovii* in domo episcopali reverendum capitulum in Ulrici Holsatiæ Ducis postulationem consentit, ut coadjutor Serenissimi Administratoris esset; idemque institutum more consveto *Boyzenburgi* A. 1591. d. 27. April. publice proponitur. Ratam clementissimus dux postulationem eam habet; sed cum adhuc minor annis esset, pacti conditiones, quas capitulationem vocant, suscipere non potuit; hinc in annum 97. dilata est ea actio, quo demum anno d. 17. Febr. dux postulatus Coadjutor Boyzenburgi solemniter est confirmatus. Eodem anno Johannes dux præviis Amplissimi senatus precibus, ut ære alieno, quod in exstruendis portis, ponte & mœnibus contraxerant, clementer sublevarentur, renovatis privilegiis decimas ex agro Sverinensi redeuntes curiæ ad solvenda ea nomina in exstruendo contracta largitur. Præterea oviariæ in pago Gorne, (quarum mentionem ad ann. 1282. fecimus) à senatu 1584. restauratæ sunt, & multis privilegiis additis perpetuam oviariarum possessionem a Glorioisissimo Johanne Duce obtinuerunt. Quod in beate defuncti principis laudem, quam nulla unquam

Modius Sverin. transformatus.

pharmacopœa Sverin. instructior.

Petrus Hanicke moritur.

Ulricus D. matrimon. init.

Adolphus Fridericus D. nascitur.

Templum D. Nicolai restauratum. 1589.

J. Alb. D. natus. 1590.

Schola Sverinensis aucta beneficiis.

Ulricus Holf. D. Episcopus postulatur.

Largitio civitati à Johanne Duce facta.

unquam delebit oblivio, adjiciendum duximus.

Portæ & munitiones urbis perfectæ.

Eodem anno præcedente gratiosa principis concessione, porta, quam vocamus *das Schmiede-Thor*, exstrui cœpta, & insequenti a. 91. operi ultimæ manus sunt admotæ. Annis denique 96. & 97. porta, quam *Mühlen-Thor* vocant, & propugnacula rotunda, vulgo *Rundelen*, sunt educta.

Jo. Alberti D. Epitaphium.

Eodem anno piis Joannis Alberti Ducis manibus sub odeo a Johanne duce excitatur epitaphium.

Anna Sophia D. moritur. 1591.

A. 1591. d. 6. Febr. diem supremum Lupsæ post horam pomeridianam tertiam Anna Sophia Johannis Alberti vidua obit, & habitis binis parentationibus, altera quidem latine a D. Davide Chytræo, altera germanice a D. Simone Pauli, die 17. Febr. in templo Sverinensi cathedrali reconditur.

Justa persolvit Ulricus dux una cum conjuge, utrique vero fratres de hereditate materna amice inter se convenerunt.

Ædes Episcopales restituuntur.

Eodem anno ædes episcopales, quas Sverinenses *den Bischoffs-Hoff* appellant, destructæ iterum ædificari cœptæ sunt.

Andreas Hoe obit.

Eodem anno die 28. April. Andreas Hoe anno ætatis 40. munerisque decimo octavo, Sereniſſimo Megapolensium Duci a consiliis civitatisque Sverinensis consul, Islebia Comitatus Mansfeldensis urbe inclyta huc delatus, naturæ satisfecit.

Anna Sophia D. nascitur.

Eodem anno d. 19. Sept. ab hora tertia duci Joanni filiola, Suerini nascitur. quæ die 24. Octobr. baptismatis fonte tincta Annæ Sophiæ nomine insignita est, sponsoribus Carolo Duce Megapolitano, Wilhelmo principe Curlandiæ, legatisque Johannis Ducis Holsatiæ Sunderburgensis.

Anna Curlandiæ D. patriam suosque visit.

Eodem anno mense Octobri Anna Ducis Curlandiæ vidua, ducum Mecklenburgensium Ulrici, Christophori & Caroli soror comitantibus Elisabetha duce multisque ministris adventat, patriam, fratres, filiumque Wilhelmum tum temporis Rostochii studiorum causa degentem & Academiæ Rectorem Magnificum revisura. Princeps hæc femina per 6. menses in patria commorans die 3. Jan. Sverinum venit. Comiter a Johanne duce & ipsius conjuge habita, Sverinum die 14. ejusd relinquit, & per aliquod tempus apud Ulricum & Christophorum fratres degens ineunte Martio patriis laribus valedicens ad sua redit, cum non multo post die 4. & 22. Mart. Christophoro Duci Thonnieshofæ & Johanni principi Stargardiæ tristia contingerent fata, ut mox dicemus. Wilhelmus dux manet Rostochii. Elisabetha vero anno 1594. matrimonii fidem in aula Ulrici Ducis Boyzenburgi promittit Adamo Wenceslao Duci Teschensi in Silesia Francisci Ducis Saxoniæ Lauenburgensis ex sorore filio.

1592. Samuel Fabricius obit.

A. 1592. d. 4. Febr. SAMUEL FABRICIUS, vir doctrinæ solidæ & meritorum laude conspicuus, Secretarius Sereniſſimi Ducis Mecklenburg. vitam cum morte commutat.

Ægidii Fabri filius.

Progenitus erat ille ab ÆGIDIO FABRO *primario purioris doctrinæ apud Sverinenses præcone*, & juvenis adhuc Joanni Alberto commendatus, in numerum Alumnorum ducalium receptus. Positis igitur sub *Dabercusio* in sextum usque annum studiorum fundamentis, cum glorioſiſſimo duce ad comitia Augustana a Ferdinando a. 1559. indicta proficiscitur. Missus hinc in Italiam ad excolenda ulterius studia & ejus regionis linguam addiscendam, Duci Fer-

rariæ Herculi Estensi commendatus per quinquennium omnem perlustravit Italiam ejusque præsertim Academias. Quo factum, ut linguæ Etruscæ (quam purissimam ferunt) & in scribendo & in loquendo sibi acquireret peritiam. Patriæ tandem & aulæ redditus in Cancellaria ad consignandas litteras adhibetur & mortuo *Joanne Alberto* a principum tutoribus Bibliothecarius & Archivorum Meklenb. registrator, ut appellari solet, constituitur, tandemque a Joanne principe Secretarii munus cum aliis retulit officiis.

Lazarus Müller obit.

Eodem anno ultimo die Febr. obit *Lazarus Müller* militiæ præfectus, & in templo cathedrali sepulcro eidem exstructo reconditur.

Christophorus D. vitam ponit.

Eodem anno die 4. Mart. post horam quintam a meridie uxori accumbens Tempsinæ obit Christophorus dux Mecklenburgensis, cum pridie sororem Curlandiæ ducem quam amantissime valere jussisset; eodem vero die sacræ concioni attentus adfuisset. Ante quam autem cubitum discederet etiam conjugi filiæque vale dixit, & inter alia his usus verbis: Sibi esse persvasum, fore, ut nunquam in hac vita eas salutare iterum sibi liceat. B. Principis funus d. 25. Sverinum deducitur depositumque in ædicula arcis, sequenti die in templum cathedrale delatum fuit, ubi habita oratione latina a D. Chytræo & concione funebri ab Andrea Celichio tumulo peculiari conditur. Dux vero 55. ætatis exegit annum & Administrationi Episcopatus Ratzeburgensis per 28. annos præfuit. Ultimum officium pie defunctis manibus præstiterunt Dux Ulricus & Anna conjux ex ill. Pomeranica stirpe Stettini nata; Carolus Dux Megapolensis, Saxoniæ dux Franciscus & Maria ipsius conjux ex ducali domo Brunsvicensi oriunda, Wilhelmus Curlandiæ princeps, Gustavus dux, Magni Saxoniæ ducis captivi filius, (dux enim Sigismundus Augustus altero post hujus funeris deductionem die cum exuviis Johannis Ducis huc delatis adventat) Elisabetha dux vidua, ejusque filia Margaretha Elisabetha, Catharina princeps Frisiæ Orientalis ex regia Svecorum progenie orta, Elisabetha Curlandiæ, Clara Pomeraniæ, Sophia & Clara ex Frisia orientali oriundæ principes. Symbolo dux beatissimus est usus hoc:

Expecto in Deum, & spero silendo.

Joannes D. obit.

Hinc *Johannis Ducis* mors die 22. Mart. Stargardiæ insecuta, luctum auxit. Ejus exuviæ Sverinum d. 27. Aprilis deportatæ in arcis ædibus reponuntur; retardata vero deductione oratio funebris hac die intermissa est, quæ demum insequenti luce ab Ernesto Vito Schirmeistero qui ad extremum usque vitæ halitum serenissimo Duci adfuit,) est habita, insertis post meridiem sepulcro patrio, quod in æde cathedrali est, glorioſisſimi Ducis exuviis. Justa persolverunt memorati principes (excepto Christophoro Duce, conjuge ac filia) Dux Sigismundus Augustus, vidua princeps, materque Christiana è domo Hasſiaca progenita & Holsatiæ dux cum binis filiabus Christina & Anna. Peractis justis funebribus Sophia vidua a ducibus Ulrico & Sigismundo Augusto impetravit, tutelæ onus in se ut susciperent; hinc constitutis præfectis, abrogatisque, quantum fieri potuit, expen-

expensis, ac juramento a consiliariis & Notariis inventarii gratia sumto die 3. Maij Sverino Gustrovium iidem pergunt. Vidua autem Lüpsæ in prædium dotale sibi attributum concessit. A. 1593. d. 23. Julii dux Ulricus cum conjuge filiaque Sophiæ Daniæ regina Sverinum venit, ibique ad 27. ejusd. morantur. A. 1594. ultimo April. ab hora quinta post meridiem fato defungitur Andreas Mylius anno ætatis 67, officii 45. die 3. Aprilis ad latus uxoris anno 1592. die 28. Martii defunctæ Margarethæ Rothermundæ sepultus. Eodem anno d. 29. Augusti mox post occasum solis, cum æstus ingens biduum fuerat, spissis nubibus cœlo sese intendentibus, dira tempestas, frequenti fulmine, imbribus & multo grandine intermixta, exorta est, & per totam noctem usq; ad aliquot horas post solis reditum sæviit. Jam luce sibi reddita congratulantur invicem cives de calamitate exacta & vita sibi conservata. Parum vero ea tempestas damni intulit; tantum arcis & nonnullarum ædium tegulæ & fenestræ hinc inde sunt quassatæ. Anno 1596. erigitur *B. Christophori Ducis* memoriæ à conjuge ipsius vidua Elisabetha sumtibus haud exiguis monumentum affabre & magno artificio exstructum, structuario quidem Tobia Scoppero serenissimæ principis quæstore, sculptore Roberto Kopens Batavo, pictore Georgio Struchen Pomerano, Carminum auctore *Bernhardo Hederico.* Ipsum epitaphium tumulo ducis Christophori Ducis Alberti filii, additum hoc est:

1593. Ulricus D. adventat.

1594. Andreas Mylius extinguitur.

Sæva tempestas.

1596. Epitaphium Christophoro D. positum.

Mille a quingentis, triginta septimus annus
Lux Junii & lucem dat mihi sexta quater.
Alberto genitore, Herulam duce, Marchiacaque
Matre Anna, septem quæ patre nata viro.
Rhetorum Augusta patria; sua nomina ad undas
Dante sacras urbis præsule Christophoro
Fato forte minus, nisi mens mihi læva, secundo,
Ut sæpe humanis casibus omen inest.
Namque loco externo natus, fio exterus, & te
Non sum expers comitis Christe ferendo crucis:
Et primis chari mihi mors properata parentis,
Complessem nondum cum duo lustra puer.
Et quod vix numerans septennia bina Joannis,
Ad Gallos fratris nomine missus eo,
Mauricio socii, pro libertate tuenda
Imperii, in Carolum dum pia bella parant.
Ex illo, Alpinis expulso Cæsare castris,
Mitior esse quidem sors mea visa mihi,
Quod caput ornatus vitta sacer audio præsul,
Quæ Raceburga jacens templa operosa colit,
Et procul ad gelidæ labentia flumina Dunæ
Et Moscho expositos Livonas usque vocor;
Ut Guilielme, senex sanctissime, cura sacrorum
Tecum esse inveni par mihi parque decus.
At me hic quod vastum pelagus, quæ sæva procella
Excipit & tumidis turbine mergit aquis?
Ordinis ab discors studium proceresque perosos
Externi semper præsulis ante pedum.
Sed præstat meminisse parum, quod multa, quod una
Obrepti præceps causa mihi senii.
Tandem eluctatum ut acerbis casibus æqui
Arbiter auxilio sublevat iste suo,
Dorotheæ fieri Cimbrorum è gente maritus
Quod dignus videor; regis & esse gener:
Et meliora illa migranti ad regna, priores
In flammas positus, qui prope surgit, amor
Quæque thori multos dederant spem fata per annos,
Tracta quidem, sed non irrita sacra parant;
Elisabetha quibus, Svecorum gente creata,
Connubii stabilis dat mihi juncta fidem.
Quam casti auxerunt documenta notanda pudoris
Et thalami ex uno pignore suavis amor,
Inque annum undecimum minuens solando dolores,
Quos justos nobis res nimis arcta dabat,
Nec, nisi jam superum nutu fatoque solutos,
Sensu aliquo lethi non præcunte moo.
Sors sua quemque manet, numerus stat cuique laborum,
Sperare & longos, quæ vetat, hora dies.
Christe, meus tecum, precor, o sit spiritus, o sit
Præsidio incolumis nata parensque tuo.

Elisabethæ conjugis, Gustavi Svecorum Regis Filiæ lacrymæ:

Ergo fatigatam curis mollique sopore
Langvidulam, conjux non revocande, fugis?
Ergo fugis tecum fatorum extrema secutam
Et letho, o animæ pars cadis una meæ?
Siccine securam fallis noctisque tuique
O DEUS, o columen præsidiumque meum?
Et curis vacuo similis somnumque trahenti
Lumina voce simul deficiente premis?
At ceu pertæsus fugitivæ gaudia vitæ,
Quæ tua descendit mens revocata redit?
Nec te vel pietas tangit, nec cura parentis
In natam, aut nostri pristinus urit amor?
Aut utriusque modo casu sors durior omni,
Sors, quæ pupillam, quæ viduamque manet?
Hæc illa est sperata mihi tot gratia ab annis?
Hæc ego pro meritis præmia digna fero?
Desertam sine Te cogas ut vivere, Tecum
Quam decuit comitem cogere posse mori?
Nec luctu vacuum tempus decurrere vultus
Seu Phœbus condit seu levat ille suos:
Ceu querulo sociam viduatus compare turtur
Solatur gemitu vincla soluta thori.
Sed quid ego hæc mecum (neque enim tua culpa, marite,)
Nequicquam? fatis urgeor ipsa meis,
Et quæ conditio est hominum communis & æqua
Cunctis de summis de populoque viris.
Plena metus, fœcunda malis, ignara futuri,
Et mortem accelerans spe propiore gradu
Nec mortem arbitrii nostri est, quæ sæpe levi, sed
Quæ venit ex caussa præcipitique die.
Ergo tuo lætare bono, quo munere divum
Omni vitam aliam parte beatus agis:
Et vultu superans fulgentia lumina cœlt
Aeternum in Christi vive valeque sinu.
Tempus erit, nec abest procul hinc, nec sit procul, opto,
Me quoque cum terris eximet una dies:
Et repente mei meliori sidera parte
Præruptum rursus Te mihi jungit amor.
Non iste occiduus, non interruptus amaro

Erro-

Errorisve tenax sollicitique metus;
Sed qui sinceris serpens per viscera flammis
Aestuat, atque aliquem nescit habere modum.
Interea has lacrymas mœrentis habeto maritæ,
Et quæ signa animi, justa parento, mei,
Nempe hæc, imposui quæ dona novissima cryptæ,
Luctificum, fateor, sed pietatis opus.
B. Hedericus.

Joachimus Clocovius obit.

Eodem anno 1596. die 21. Martii JOACHIMUS CLOCOVIUS Ecclesiæ cathedralis pastor anno æt. 55. & muneris sacri 28. extremum vitæ spiritum edit; terræ mandatur die 24. ejusd. & in funere ejus dixit JOANNES NEOVINUS Superintendens, quæ oratio postea typis exscripta & senatui Perlebergensi dicata est. In ejus locum suffectus est d. 18. Jul. *M.* PETRUS HESSÆUS. A. 1597. accidit, ut Sverini citra omnium spem & memoriam frumenti pretium a vere usque excresceret adeo, ut adoris modulus tribus fere marcis veniret; quin & tanta frumenti in civitate Sverinensi aderat penuria, ut incolæ id Lubeca accersere & pro modulo minimo thalerum solvere tenerentur. Quod sane non est mirandum, cum Lubecenses, Wismarienses & Batavi in principio 97. anni ex terris nostris ingenti pretio extraherent commeatum eundemque ad exteras regiones transveherent. Sub messis tempus, frumento etiam ex peregrinis locis per mare advecto, pretium quidem imminutum est, sed finita messe, qua alias horrea solent esse frumento completa, tanta ejus caritas consecuta est, ut non multum absuerit, quin sequenti anno 98. annona ingravescens metuenda esset, quia jam circa anni exitum ador sesqui flor. triticum 2. marc. cum dimidia, horreum 1. fl. venderetur. Præterea pestilentia hoc anno in vicinis urbibus, puta *Hamburgi*, *Lubecæ* & *Rostochii* sævire cœpit; quo factum, ut multi harum civitatum incolæ per æstatem & autumnum hic loci morarentur, & uxores liberosque huc transmitterent. Eodem anno d. 13. Novemb. vesperi Sverinum ingressus est Joachimus Fridericus, Administrator Magdeburgensis, cum conjuge, filio filiabusque duabus, aulicorum grege & præterea 300. equitibus cinctus. Altero post adventum die Sverini commoratur; tertia vero luce Rhenam & Schombergam transiens Segebergam Holsatiæ petit adducturus Regi Daniæ Christiano IV. Annam Catharinam sponsam, cum qua rex d. 27. Nov. Haderslebiæ solemnes nuptias celebravit. Eodem a. d. 16. Dec. moritur Sverini Hieronymus Mors Organœdus anno ætatis 79, matrimonii 15, officii 62. Cum enim decimum septimum ageret annum ab Alberto Duce Antwerpia (ubi patre *Antonio Mors* Organœdo cum duobus fratribus Antonio & Jacobo & viginti sororibus erat in lucem editus) Sverinum fuit accitus. Terræ in æde cathedrali d. 19. ejusd. mandatur.

1597. Annonæ caritas.

Anna Cath. ad sponsum R. Daniæ deducta.

Hieronymus Mors organœdus obit.

I. Stemma genealogicum Comitum Sverinensium.

Guncelinus primum dignitate comitis ab Henrico Leone Saxoniæ, Bavariæ & Westphaliæ Duce circa annum 1160. insignitus.

HELMOLDUS I. castra Henrici Leonis sequitur fortiter in recuperanda Lubeca & delenda Bardevico agens; captus dein ab Holsatis soluto pretio 300 Mr. pro indipiscenda libertate dimittitur, ad Lovanioburgum Bernhardi ducis Saxoniæ copiis fugatis urbem eam obsidione liberat. *Cranzius.*

HENRICUS I. Ab Imper. Ottone IV. confirmationem omnium Ecclesiæ Sverinensis privilegiorum an. 1211. obtinet. A. 1222 S. Sangvinis honorem instituit. In custodia detinet Woldemarum II. Daniæ regem Tannebergi & Albertum Comitem Holsatiæ Sverini ab a. 1223-25. nec non Ottonem Ducem Sverinens. ab a. 1227-88. Quo quidem anno templum D. Nicolao in Schelva dicatum, ædificatur, & non multo post obit.

GUNCELINUS II. capitulo aliquot in Schelva domicilia & pagos tradit. Wismariam urbem ex ruderibus civitatis Mecklenburgi ampliat a. 1238.

FRIDERICUS designatur Episcopus Sverinens. 1211 & Episcopatum tenet ad a. 1240.

Guncelinus III. Expugnat Tannebergam aliosque Albi adjacentes vicos, quos Albertus Dux Brunsvic. Ottonis filius a. 1240. occupaverat, sed easdem iterum perdit a. 1227. Militat a. 1230. Erico Daniæ regi contra Abelem fratrem ducem Slesvicens. Fœdus cum Hermanno Episcopo Sverinensi contra Dominos Mecklenburgenses pangit; captus autem cum filio Helmoldo restituitur a. 1263.

HELMOLDUS II. donat ecclesiæ decimas in Gnebenhagen, Schonhagen & Bocke a. 1278. Hermanno Episcopo Sverinensi tradit regionem Schelvæ una cum insula, pro qua Episcopus suam in oppido portionem Comiti reddit 1284. Vivit adhuc an. 1293.

NICOLAUS II. residet Wittenburgi 1298. Insignium loco arborem præferebat, cui ab utroque latere duæ insidebant aves, cum inscriptione oræ addita: Comes Sverinensis.

GUNCELINUS IV. Guncelinus V. ducit in insignibus equum sine ephippio 1298. Mentio ejus fit annis 1307. 1312. Henricus III.

JOANNES. quartus Episcopus Rigensis, Romæ 1300. obit.

Henricus II. filius Helmoldi & Nicolai Domicelli patruus nominatur in Annal. Eccl. 1310. Mentio ejus fit etiam anno adhuc 1335. Adjuvat Albertum Henrici Leonis filium in evertendis castellis prædonum Wittenburg & Boyzenburg. an. 1345.

Nicolaus II. Nominatur in Ann. E. Nicolai Domicelli pater 1326. & Henr. Helmoldi frater 1316.
†
Nicolaus Domicellus, cujus memoria exstat in Annal. Eccl. an. 1327. 1335. 1336. 1344. 1348.

Nicolaus III. Guncelinus VI. opem cum aliis regibus, principibus & dominis fert patrueli Henrico II. in oppugnanda urbe Sundensi an. 1316.

Comites Sverinenses & Tecklenburgenses

Otto cognomine Rosa despondet filiam Richardim Alberto duci, Alberti filio, regi postea Sveciæ 1352. obit 1356. —— Margaretha Nicolai Domini de Werle, Nicolai primi filia ex nepote. Johannes Ottonis frater accepta pecunia comitatum Sverinensem cedit Alberto Duci.

Richardis —— Albertus, Alberti filius Rex Sveciæ, Richardis conjux.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Aulæum Dunaidum. In libello, cujus index est *Aulæum Dunaidum*, mentio cujusdam comitis Sverinensis nomine *Gerhardi* injicitur, qui vixit regnante Alberto primo Episcopo Rigensi in Livonia circa a. 1250; & in *Annal. Eccles.* alius, cui nomen Nicolai, circa annos 1357. 1358.

II. Series Episcoporum. *II. Tabula continens seriem Episcoporum Sverinensium, eorumque annum electionis & gubernationis.*

Nomina Episcoporum.	*Anni. Electi.*	*Ann. obit*	*Ann. Guber.*
1. Berno Monachus	1160	1193	33
2. Brunwardus Vand. nobilis	1193	1237	44
3. Fridericus I. Gunc. I. Comit. Sverin. filius	1237	1239	2
4. Theodoricus	1240	1248	8
5. Wilhelmus	1248	1250	2
6. Rudolphus I.	1250	1262	12
7. Hermann I. de Sladen	1263	1291	28
8. Gotfrid de Bulau	1291	1314	23
9. Hermann II. de Molzan	1314	1322	8
10. Joannes I. Gans	1322	1331	9
11 Ludolphus Bulau	1331	1339	8
12. Henricus I. Bulau	1339	1347	8
13. Andreas externus	1348	1356	8
14. Albertus dominus in Sternberg	1356 cedit Episco	1364	8
15. Rudolphus II. Bohemus	1364 patu.	1365	1
16. Fridericus II. Bulau	1365	1375	10
17. Marquardus Bermann	1375	1378	3
18. Melchior Dux Brunsvicens.	1378	1381	3
19. Rudolphus III. Dux Starg. vacat annos 7. Jo. Lange Vice Epis.	1388	1415	27
20. Henricus II.	1415	1418	3
21. Henricus III. Wangelin	1418	1429	12
22. Hermannus III. Koppen	1429	1444	15
23. Nicolaus Bodecker	1444 cedit	1457	13
24. Gotfridus II. Lange	1457 Episco	1458	1
25. Wernerus Wolmers	1458 patu.	1473	15
26. Balthasar Dux Megap.	1474 cedit	1479	5
27. Nicolaus Penz Nobil. Megapol.	1479 Episc.	1482	3
28. Conradus Loste	1483	1503	20
29 Johannes II. Thuen	1504	1506	2
30. Petrus Walkow vacat 2. annis infans postulatus	1508	1516	8
30. Magnus dux Megap.	1516	1550	34
32. Udalricus dux Megap.	1550	-	-
31. Udalricus dux Holsatiæ in postulatum confirmatus est Buzovii anno MDXCVII. die 19. Febr., quem Deus ad seros usque annos superstitem servet.			

III. Status Civitatis Sverinens. a. 1597. *III. Status rei publicæ Sverinensis a. MDXCVII.*

1) Ecclesiasticus.

Ulricus Dux Megapolitanus, Dux Venedorum, comes Sverinensis, terrarum Rostochiensium & Stargardt. dominus, Episcopatus Sverinensis administrator ab anno 1550.

Ulricus Ulrici Ducis Megapolensis ex Sophia filia (nupta Friderico II. regi Daniæ) nepos, Dux Holsatiæ in postulatum confirmatus Buzovii anno 1597. d. 19. Febr.

Capitulares.

Otto *Wackerbarth* Præpositus	ab annis	91
Ludolphus *Schack* Decanus		91 in Octobr.
Joachimus *Bassevicius* Senior.		96
Magnus *Hubnerus*	Canonici ab ann.	91
Nicolaus *à Lube*		96
Oto *de Estorp*		
Petrus *Bohne* Architectus de an.		86
Joachimus *Dienoch* Capituli Oeconom.		89

Ecclesiæ Sverinensis Ministerium.

M. Joannes *Neovinus* Præsul ab anno 85. Mens. Octobr.
M. Nicolaus *Lindebergius* (Pastores) ab an. 67. Apr.
M. Petrus *Hessæus* (Pastores) ab an. 96. Jul.
Joachimus *Mancemusius* in suburbio de ann. 89.

Scholæ præfecti.

M. Bernhardus *Hedericus* Rector	ab annis	72. antea collega Dabercusii de a. 57. mense Jun.
Jacobus *Marcus* Conr.		57.
Joannes *Martinus* Cantor		88.
Joachimus *Manckmusius* Subconrector		84.
Thomas *Bucholt* Calligraphus		88.

2) Status Politicus.

1) Dietloff *Wernstedt*, Centurio	96.
2) Martinus *Kunau*, culinæ Magister	94.
3) Joannes *Creizius*, aulæ Notarius	92.

Membra Senatus.

Georgius *Fuessius*	(Consules de an.)	79.
Valentinus *Rodolphus*		92.
Johannes *Wolder*, Prætor urbanus		88.
Joachimus WEDEMANN	Senatores de	60.
Christophorus GRONING		79.
Christianus HOVISCH		79.
Laurentius *Severin*		83.
Joachimus *Gviost*		88.
Hermannus *Könemann*		88.
Daniel *Rotermund*		93.
Henning *Banecke*		93.
Joachimus *Bandechius* Civitatis Syndicus		91.

IV. Series verbi div. Ministrorum Sverinensium à tempore, quo tenebræ pontificiorum disjectæ sunt, ad hunc diem concinnatus. IV. Series V. D. M. ab a. 1533.

Martinus N. Saxo obiit 1533
Aegidius Faber, Ungarus 1536.
Joannes *Wegnerus* Monachus Ordinis Franciscanorum, translatus est Plaviam, in cujus locum sucesit Henricus Stampius Sverinensis
Tilemannus Bole, *Johannes Masenius* } Obeunt Sverini.
Johannes *Nossiophagus* s. *Kuckenbieter*, cui a serenissimo duci adjungitur Parchimo accitus
Ernestus Rothmannus Brunsvicensis. Hi duo 1549
Ecclesiæ cathedralis post eliminatam superstitionem pontificiam primi fuerunt purioris doctrinæ præcones, ordinati, ab Jo. Alberto Duce Nosiophagus gravissimis de causis ab officio dimittitur, cui suffectus 1552
M. Simon Pauli Witteberga huc vocatus est, post 1552
elapsum annum in Academia Rostochiensi S.S. Theologiæ Professor Pastorque ad D. Jacobum 1560
ordinatur, hinc Doctoris dignitate in hac Musarum sede insignitur. 1561
Joannes Wencelius, Silesius.
M. *Gelmerus Nemoremontius*, Belga adjunctus ab Ulrico Duce & Episcopatus Administratore binis Ecclesiæ cathedralis sacrorum ministris

1562. ſtris Rothmanno & Wencelio. Biennio elapſo Roſtochium vocatur ad ædem S. Petri; primus hinc eccleſiæ cathedralis totiusque Epiſcopatus Superintendens deſignatur.

1564. *Wolffgangus* PERISTERUS, Prutenus Theologiæ Doctor.

1565. M. *Petrus* CLOCOVIUS Pomeranus Wencelio ſucceſſit.

a. 1567. M. *Nicolaus* LINDENBERGIUS Perlebergenſis Clocovio.

Eod. M. *Nicolaus Budanus*, Antwerpienſis Erneſto Rothmanno, cum is concionator aulicus deſignaretur.

a. 1568. *Joachimus Clocovius* Perleberg. Budano.

a. 1571. *Mento* GOUGREVIUS Th. D. ſecundus Superintendens, Periſtero Wiſmariam translato.

a. 1576. *M. Franciſcus* STULERUS Luſatus tertius Superintendens Gougrevio.

a. 1585. in Octobr. M. *Johannes* NEOVINUS, *Holſatus*, Roſtochio huc accitus, quartus Superintendens, Stulero

1596. M. Jul. M. *Petrus Heſſæus*, Lipſienſis Clocovio.

Concionatores aulici hi fuerunt

M. *Joannes* HYALINUS Glaſeranus, 1555.
M. Chriſtophorus *Langeus* 1556.
Joannes Halibrot, *Siganus* 1558.
Simon MUSÆUS *Th. D.* 1563.
Erneſtus ROTHMANNUS ab eccleſia cathedrali ad aulam vocatus 1567. obiit 1568.
M. *Chriſtophorus Hoffmannus* Thuringus ſuperſtite adhuc Rothmanno 1567. obiit 1570
M. Martinus BURGGRAVIUS Manſtadienſis anno 1571. obiit 1572.
M. *Matthæus Boëmus* Annæmontanus 1573, qui mortuo Joanne Alberto Parchimum transfertur tractusque Parchimenſis Superintendens primus creatur 1575, ubi vitam poſuit anno 1581.

Lectori Benevolo Salutem!

Hiſtoriam hanc rerum Sverinenſium tum in eccleſia, tum ſchola geſtarum in civium meorum uſus ingenue conſignavi. Summopere ergo peto ab his, ad quos forſan tenuis hic libellus in exteras regiones defertur, æqui bonique hanc opellam ſolis Sverinenſibus dicatam conſulant. A viris autem eruditionis & ſapientiæ laude abundantibus, Sverini natis, quibus forte hoc ſpecimen minus ſatisfecerit, enixe contendo, dent hoc patriæ, ut accuratius & prolixius aliquod conſignent chronicon. Rigidis vero cenſoribus hoc Nazianzeni in aures inſuſurro. *Reprehendere facilius eſt quam imitari.* Interim, benevole lector, fruere hiſce noſtris, levibus quidem, usque dum eruditi cenſores meliora & magis exaſciata proferant. Vale.

V. Inſtructio novi Pro-Rectoris in ſchola aulica Sverinenſi, ſive formula publicæ renunciationis qua M. Philippus Mullerus Pro-Rector declaratus eſt in ſchola illuſtri d. 7. Novembr. a. 1574. à Me Hederico.

V. Inſtructio Prorectoris. Illuſtriſſimus Princeps, Dominus noſter clementiſſimus Johannes Albertus Dux Megapolenſis, intelligit ſui muneris & officii eſſe, eccleſiarum & ſcholarum diligentem curam ſuſcipere, idque non privato quodam conſilio aut impetu aliquo heroico, ſed de ſeveriſſima DEI voluntate & expreſſo ejuſdem mandato dicentis: Reges erunt nutritores tui. Item: Ego dixi: Vos Dii eſtis. Ideoque ſtatim initio gubernationis ſuæ, aliunde, Viris doctis gravibus ſumtis accerſitis hanc ſcholam noſtram fundavit, eamque non ſolum annos viginti duos, cura paterna fovit, ac conſervavit: ſed etiam cum præſentia ſua tum munificentia, digna principe, ſæpe ornavit. Ex quo fructum illum conſecutus eſt uberrimum & omnium pulcherrimum, ut non modo patriam & univerſam hanc regionem maximo beneficio affecerit, conſtituendo multas eccleſias & ſcholas, miniſterio eorum, qui ex hac ſchola prodierunt: ſed etiam celſitudinis illius fama ad exteras usque regiones emanarit: & propter hanc ipſam cauſam multorum ſcriptis celebrata ſit. Hanc gloriam & facti ſui celebritatem, ut toti poteſtati ſuæ teſtatam faciat, maxime vero gloriam & honorem DEI propaget & ſubditorum ſuorum commoda magis magisque augeat & amplificet, deinceps quoque eundem affectum paternum erga ſcholam ſuam retinere ſtudet. Quare cum triennium integrum id eſt a morte viri ſanctiſſimæ memoriæ *Matthiæ Marci* DABERCUSII, capite & Rectore hæc ſchola caruerit: idque factum ſit non omiſſione officii, aut ſtudio abjiciendæ priſtinæ curæ erga hanc ſuam alumnam: ſed quod de perſona idonea eſſet deliberatio, tandem de conſilio virorum doctrina & prudentia excellentium, mihi *Rectoris* partes impoſuit, & præſentem Virum *M. Philippum* MULLERUM, pietate, eruditione & virtute eximium, ex *Academia Lipſienſi* evocari curavit, eumque in locum Pro-Rectoris ſuccedere voluit: utque publica renunciatione, Pro-Rector, illuſtriſſimæ Celſitudinis ſuæ nomine & autoritate hoc die declararetur, mihi clementiſſime demandavit. Quod igitur fauſtum & felix ſit M. Philippe, primum nomine & autoritate illuſtriſſimi Principis *Joannis Alberti* Ducis Megapolenſis &c. te hac publica renunciatione Pro-Rectorem hujus ſcholæ illuſtris & collegam noſtrum ſolenniter declaro, in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Deinde tibi jus docendi, inſtituendi & informandi hanc noſtram juventutem trado, & poteſtatem facio tuendæ & conſervandæ honeſtæ diſciplinæ, pro animi corporisque tui viribus, quoquomodo id fiat, monendo, hortando, reprehendendo, caſtigando verbis, verberibus denique, ſi res ita poſtulet. Tertio Filium DEI ſedentem ad dextram æterni Patris, & dantem dona hominibus, toto pectore oro, ut faciat te organum ſalutare, juventuti & toti eccleſiæ, & Spiritu ſuo ſancto regat, ac doceat, ut ceu fons irriguus cœlos plantes & fructum feras copioſiſſimum. Vos autem adoleſcentes univerſos & ſingulos nomine & autoritate Principis illuſtriſſimi noſtri appello: vobisque mando & præcipio, ut hunc virum M. Philippum Pro-Rectorem hac publica renunciatione declaratum collegam noſtrum, & Præceptorem veſtrum agnoſcatis, eique honorem debitum in omni officiorum genere præſtetis.

Complectitur autem vocabulum honoris præcipue tria: primum, comprobationem perſonæ, quod eſt agnoſcere & profiteri M. Philippum à DEO legitime ad hanc vocationem excitatum, & a Magiſtratu DEO ita gubernante, legitime vocatum & accerſitum eſſe. Deinde reverentiam, quæ eſt, ſponte ſeſe M. Philippo ſubjicere eique obſervantiam & obedientiam præſtare propter autorem DEUM, & Magiſtratum mandantem. Tertio candorem ſeu æquitatem quæ eſt: de Magiſtro Philippo optime ſentire & loqui: & ſi quæ infirmitates in ipſum ut in hominem incidere poſſunt, præſertim ſub initio tam duræ provinciæ, eas illi ignoſcere & condonare. Quod ſi feceritis, ut ſperamus & optamus, h. e. ſi M. Philippum Præceptorem Veſtrum agnoveritis eique cum ἐπιεικείᾳ quadam, obſervantiam & reverentiam dignam diſcipulis bene & honeſte educatis præſtiteritis, gratum facietis DEO, gratum Illuſtriſſimo noſtro Principi, & officio modeſtorum & dignorum laude diſcipulorum fungemini: & veſtra pietate ipſius M. Philippi diligentiam & mutuum amorem veſtri excitabitis; ſin minus, audiviſtis M. Philippo præter inſtitutionem, etiam ſtudium conſervandæ diſciplinæ a me commendatum eſſe: & re ipſa, meam quoque in coercenda contumacium petulantia ſeveritatem experiemini.

VI. Epiſtola JOANNIS NEOVINI, *Superint. Parchimenſis ad Autorem perſcripta a. 1605. ut Erasmi libellum ſcholiis illuſtraret.*

Reverendo & doctiſſ. Dn. M. Hederico, Lycei illuſtris Sverinenſis Rectori digniſſ. Seni emerito & rude donando, Compatri colendo Salutem: Quam accurate tibi elegantem Erasmi de civitate morum puerilium libellum aliquoties commendaverim, quamque libenter illum in ſcholam Sverinenſem introductum voluerim, ut ejus alumni, tam in bonis moribus, puerili ætati convenientibus, quam in literarum ſtudiis eadem inſtitutionis opera ab ineunte ſtatim ætate ſimul informarentur ex colloquiis noſtris familiarioribus, quæ de lectionibus juventuti utiliter proponendis ſæpenumero inter nos inſtituimus, procul dubio meminiſti. Cumque meæ tandem ſubſcriberes ſententiæ, ſuscepti uti ſcis, initio lubens in me laborem qualemcunq; redigendi libellum in capita certa & quæſtiones, ut lectio & jucundior eſſet & captui puerorum accommodatior. Ex remiſſo autem mihi ſcripto exemplari meo, & adjunctis pagellis cum voluptate cognovi, te in proponendo diſcipulis libello, non modo accuratius omnia recognoviſſe verum etiam inſigni ſcholiorum commentariolo velut auctario quodam eundem exornaſſe. Et quia meam de his laboribus tuis cenſuram per literas amanter requiris, num recte, cumque diſcentium fructu, in publicum prodire poſſit, ſic ſtatuo: modo quid de diſcentium ſtudiis quæ annos amplius ſeptendecim in urbe Roſarum rexi & adjuvi, judicare queo; hunc libellum ſcholarum inferiorum quas vulgo triviales vocant alumnis valde profuturum eſſe: Et proinde Te etiam atque etiam hortor des operam, ut quamprimum typis deſcriptus in lucem edatur. (*) Neque dubito Ludimoderatores intelligentes, cum in hoc Ducatu tum alibi quoque qualemcunq; conatum noſtrum calculo ſuo approbaturos, & libellum ſtudioſæ juventuti non ſine fructu propoſituros eſſe. Ego certe (qui ut ante Scholæ Sverinenſis commodis quod potui totos 18. annos conſului, ejusque ornamenta conſervare ſtudui, ita nunc quoque in erigendis iterum Parchimenſis Scholæ ruinis ſerio elaboro) bonam exemplarium partem & in hanc & alias inſpectioni Parchimenſi & Sverinenſi ſubjectas ſcholas pueriles diſtribui curabo. Reverendos quoque & nobliſſimos diœceſis Sverinenſis Dnn. Capitulares amicos utriusque noſtrum caros & colendos pro ſuo in rem literariam amore & ſcholam Veſtram illuſtrem ac cathedralem propenſione ſingulari ſumtus excuſſionis liberaliter ſuppeditaturos eaque ratione univerſi cœtus Scholaſtici, qui & nunc eſt, & olim erit commodis cupide conſulturos eſſe, plane mihi perſvadeo. Dat Parchimi. 19. Aprilis, die meo natali, quo eodem ante annos 45. Rev. Dn. Philipp Melanchthon qui præterquam quod puritatem doctrinæ cœleſtis initio renaſcentis Evangelii pro ſua parte cum Divo Luthero adjuvit, ſtudia quoque philoſophica & omnes philoſophiæ partes reformavit inque ordinem ac methodum certam redegit, è ſtatione hujus vitæ evocatus eſt. A. 1605. JOANNES NEOVINUS.

(*) Editus eſt libellus Roſtochii a. 1630. 8. ſub rubro: Erasmi libellus de Civilitate morum puer. in certa capita & quæſtiones reſolutus, ſcholiisque illuſtratus à M. Bernh. Hederico Scholæ Sverin. quondam R. celebri, poſt obitum vero ipſius in lucem primum editus, pluribus in locis auctus cura & labore *Davidis Jordani* Scholæ ejusd. Collega. *14. pl.*

ADPENDICULÆ IV.

I. SIMONIS PAULI, Sverinenſis, *Oratio de* OPPIDO SVERINO quod ſedes eſt illuſtriſſimorum Principum Megap. juniorum, A. 1555. habita, interprete DAVID CHYTRÆO. D.

Illuſtriſſimis Principibus & Dominis D. ADOLPHO FRIDERICO & D. JOANNI ALBERTO Ducibus Megapolitanis, Principibus Henetorum, Comitibus Suerini, Dominis Roſtochii & Stargardiæ, Dominis clementiſſimis.

Inclyta, veſtrarum, laudatam, o pectora, ſedem
Terrarum, Pietas quando relegit, ait:
Octo luſtra ſcio jam præteriiſſe, quod arcis
Hæc SVERineæ laus recitata fuit:
Quando pater patriæ fuit illuſtriſſimus Heros,
Inclyta, cantatus, pectora, veſter avus.
Ergo quibus fuerit potius labor ille dicandus,
Quam vobis! patriæ lux quibus orta nova eſt.
Dixit: & eſt vobis laudi labor ille futurus,
Eſtis qui patriæ laus nova, luxque nova.

Pars pietatis & gratitudinis DEO debitæ eſt, laudes oppidorum, quæ eccleſiæ DEI & litterarum ſtudiis tranquilla hoſpitia præbent, non ſolum honorifica opinione & tacitis animorum judiciis, verum etiam honeſta prædicatione & literarum monumentis celebrare. Vult enim DEUS lucere ac conſpici inter homines teſtimonia *Laudes oppidorum celebrandæ.*

nia ſuæ voluntatis, quam in doctrina patefecit; vult intelligi & ornari virtutum ac honeſtarum actionum & artium decora, vult laude & ignominia tanquam conſpicuis & accuratis limitibus recta & cum virtute conjuncta ab inhoneſtis & turpibus diſcerni: ut ipſum Deum, juſtum, virtutis amantem, & cum in hac, tum in futura vita, ſcelerum vindicem fore, ac pios & juſtos æterna gloria ornaturum eſſe, agnoſcamus, ideoque ipſum viciſſim omni gloria & prædicatione efferamus, & toto pectore & illuſtri oratione laudemus. Deinde ut in vita communi, bona fama & gloria, non ſolum diſcernat honeſtos & inhoneſtos, & recte agentes ornet, ſed etiam aliis exemplo ſit, ut ipſi quoque ad virtutem & recte facta invitentur. Quod ſi hominum ſingulorum virtutes & decora, vult Deus aſpici & propagari, multo magis urbes claræ & Reſpublicæ celebrandæ ſunt, quæ & vitæ nobis initium dederunt & domicilia ſunt Eccleſiæ, quæ verior patria eſt, quam id ſolum quod naſcentes excepit, ut graviſſime Baſilius ait, Vnam eſſe etiam in his terris omnium piorum patriam laudatiſſimam, videlicet Eccleſiam Dei, cujus civem eſſe præcipua laus eſt.

in primis patriæ emolumenta promiovenda.

Etſi autem plurimæ ſunt urbes, in hoc Balthici maris littore, & tota Saxonia, quæ eximia pietate & liberalitate Eccleſias & ſcholas fovent, ideoque merito ampliſſimis laudibus evehi & prædicari ab omnibus debent: tamen cum ſit pius & patriæ facta referre labor, de mea patria dicere inſtitui. Ardet enim in omnium bonorum pectoribus mirificum incendium amoris erga patriam, cui ſe totos dare, in qua, ut Ciceronis verbis utar, omnia ſua ponere & quaſi conſecrare, ſe debere, fatentur. Cum Alexander Magnus urbem Lampſicum, patriam Anaximenis, præceptoris ſui diruere & ſolo æquare conſtituiſſet, jamque eam obſidione cingere cœpiſſet: Anaximenes etſi ſciebat à rege iracundia inflammato, ſibi quoque pro patriæ ſalute deprecanti vitæ periculum imminere: tamen patriæ incolumitatem ſuæ, anteferens, extra urbem Regi obviam proceſſit. Quo conſpecto, rex ſuſpicione aſſequens qua de cauſa veniret, juravit ſe ea, quæ petiturus eſſet, non facturum eſſe. Peto igitur, inquit Anaximenes, ut meam patriam Lampſacum evertas, & ſolo æques. Hac pia & ingenioſa urbanitate orationis, in ſummo periculo ſuam patriam incolumem & florentem Anaximenes conſervavit. Nec dubito omnium veſtrum, ſimilem erga patriam amorem & pietatem eſſe. Itaque ſpero vos hanc meam orationem eo æquioribus animis audituros eſſe, quod meæ erga patriam pietatis & gratitudinis ſignificationem aliquam, hac tenui declamatione cupio declarare. Dicam autem ut in urbium laudationibus, uſitatum eſt, ordine de Antiquitate, ſitu, ædificiis, politia, ſchola & Eccleſia urbis *Sverini*, quæ *inclyta ſedes* eſt aulæ Illuſtriſſimorum principum Megapolitanorum, & à vobis amanter peto, ut ſi laudatio inſtituta videbitur jejunior & exilior eſſe, non patriam meam exiſtimetis plura dicendi ornamenta non ſuppeditaſſe, ſed meam infantiam & orationis inopiam laudum amplitudini non reſpondiſſe ſentiatis.

hinc A Sverinum commendat.

Primum igitur de origine & antiquitate urbis celebratæ in hiſtoriis harum gentium ante annos quadringentos diſſeram. Etſi enim non petitur integra laus civitatum ex vetuſtate, tamen aliquod virtutis, ſapientiæ gubernatorum, honeſtæ diſciplinæ, amœnitatis & ubertatis loci, teſtimonium eſt diuturna urbium in eodem loco & in mediocri vigore & flore ſtabilitas. Floruit autem in his regionibus *Suerinum*, diu ante conditas urbes, *Lubecam*, *Roſtochium*, *Wiſmariam* & *Sundium*, quæ nunc ſplendore ædificiorum, amplitudine & potentia, in hac ditione & vicinis, tantum inter cetera oppida extant, quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi. *Lubeca* primum condita eſt anno *Chriſti 1140*, ab Adolpho Comitæ Holſatiæ, *Roſtochium*, ut ſcriptores hiſtoriæ Saxonicæ & Vandalicæ tradunt, à Pribislao & Nicoloto patruelibus, Dominis Megapolitanis, urbis modo munitum eſt circa annum à nato Chriſto *1160*. *Sundium* à Duce Rugiæ Jarimaro, auſpiciis Waldemari Daniæ regis, Rugiam eo tempore tenentis, ædificatum eſt in oppoſito littore, anno *Chriſti 1209*. *Wiſmaria* primum cœpta eſt extrui à Wiſmaro Obotritorum rege, deinde circa annum *Chriſti 1238*, à Guncelino juniore Sverini Comite, aucta & amplificata eſt, ex ruinis amplæ & vetuſtæ urbis Megapoleos, quæ regni Vandalorum in hac regione metropolis antea fuerat. Diu ante hæc tempora, Sverinum una fuit ex *claris arcibus regum Vandalicorum*, donec eam *Henricus Leo* Dux Saxoniæ & Bavariæ occupavit, qui communi totius orbis Chriſtiani nomine, vicinam gentem Henetam, quæ cultus idolorum, à majoribus acceptos pertinaciter adhuc retinebat, bello, ad amplectendam Chriſti doctrinam coëgit. Cumque non poſſet una expeditione totum bellum conficere, in occupatis Henetorum arcibus præſidia diſpoſuit, ac Sverino Guncelinum Comitem præfecit, cujus poſteri Sverinenſem urbem & regionem tenuerunt, usque ad Ottonem, à quo Albertus Dux Megapolenſis, qui unicam Ottonis filiam conjugem habebat, totam eam ditionem recepit, circa annum à nato Chriſto *1348*. quo, duo fratres Domini Megapolenſium, *Johannes & Albertus*, Duces primum à *Carolo IV.* Imp. creati ſunt.

ejus antiquitas.

Debet autem noſtra patri Henrico Leoni hoc ſummum beneficium, quod doctrinam Evangelii, de Chriſto primum accepit & amplexa eſt, deinde etiam cum luce Evangelii literarum lumen accepit, quibus res geſtæ noſtrorum majorum & Principum illuſtrata ſunt. Nam ante annos quadringentos in tota hac ditione, una cum impietate gentili, etiam tetra barbaries regnavit, qua ſuperioris ætatis hiſtoria fere perpetua oblivione deleta eſt. Itaque & de prima origine Sverini, nihil apud ſcriptores invenio, quod tamen ob commoditatem loci, agrorum fœcunditatem, & amœnitatem ſitus, conſentaneum eſt longo tempore habitatum fuiſſe.

purioris doctrinæ introductio.

Vt autem exteri quoque cogitare poſſint, in qua mundi parte Sverinum ſitum ſit, ſciant ejus longitudinem ſeu intervallum à primo meridiano, tranſeunte per inſulas fortunatas, eſſe grad. 29. min-

urbis ſitus

29. min. 13. Latitudinem vero seu distantiam ab Aequatore esse grad. 54. fere. Hæc spacia mediocriter eruditis, certum hujus oppidi situm & intervalla ab iis locis, in quibus ipsi vitam degunt, indicant.

& forma atq; partes.

Figura oppidi fere quadrata est, sed latera, quæ continent angulum, qui ad Boream & Cæciam spectat, aliquanto longius excurrentia, fere Chalenon figuram efficiunt. Urbs ipsa τετράπολις in quatuor partes distincta est, quarum singulæ proprias appellationes sortitæ sunt. Prima *Sverinum*, secunda *Neapolis* dicitur, tertia à *caretto*, quarta à *palude* nomen habet. Tali quodam modo distributam fuisse in Palæstina urbem Regiam Hebron, quæ primis illis & summis Ecclesiæ luminibus, Abrahæ, Isaac, Jacob, & hospitium aliquandiu ac sepulturæ locum præbuit, & propter hanc distributionem partium, & quia vetustas solebat in civitatibus quatuor gradus, videlicet Senatorum & sacerdotum, militum, opificum & agricolarum constituere, Cariatharbe, hoc est τετράπολις adpellata est. Nec libet mihi aliarum urbium collatione, quod ad hanc meæ patriæ, in quatuor membra disjunctæ, figuram attinet, uti. Etsi enim scio Babylonis quoque & Ninives quatuor civitates appellationibus distinctas ab ipso Moyse recenseri, tamen cum aliis in rebus, & præcipue potentia & amplitudine valde dissimiles sint, ne justo altius meæ patriæ laudes efferre videar, hanc comparationem prudens omitto.

Situm est autem Sverinum amœnissimo loco, velut in Chersoneso, undique alluentibus aquis lacus, cujus ripæ hortis, fertilissimis agris & sylvis vestitæ ac cinctæ sunt, sicut urbs Capernaum, quæ ab amœnitate nomen habet, & in qua Christus civis fuit, in ripa lacus Tiberiadis, quem mare Gallilææ, scriptores vitæ & doctrinæ Christi nominant, collocata fuit. Figura lacus μηνοειδὴς, vel potius trianguli forma est, in cujus vertice fere arx & oppidum eminet. Lacus ipse non solum fœcunditate & copia piscium, sed etiam longitudine & latitudine propemodum similis est lacui seu mari Tiberiadis, quod Evangelistæ celebrant, in cujus ripa claræ urbes extiterunt Capernaum, Bethsaida, Magdalus, Tiberias, Tarichæa, Julias, Chorazin, quæ Christo & Apostolis piscatoribus hospitium præbuerunt.

Iacus adiacens.

Plinius refert, lacum Tiberiadis longitudine per 16000. passuum produci ab urbe Capernaum, usque ad vicum Machanaim. Tantum etiam intervallum est à vico *Fichela*, ubi Sverinensis lacus initium est, usque ad pontem, qui ripas Stæræ fluminis, quod ex lacu oritur jungit. Vicus Fichelæ à mari Balthico tantum 5000. pass. distat. Ideo superioribus annis, perfossio Isthmi, ut ita nominem, tentata est, qua navibus ex mari Balthico in lacum Sverinensem via pateferet. sed intermissus labor est fortassis eadem de causa, qua adducti Cnidii in bello cum Harpago Cyri duce, perfossuri Isthmum ad Halicarnassum, accepto oraculo ἰσθμὸν δὲ μὴ πυργᾶτε, μηδὲ ὀρύσσεται, ζεὺς γὰρ ἤθελε νῆσον, εἰ κ' ἐθέλετο, inchoatam fossionem reliquerunt. Stæræ flumen ex lacu Sverinensi manans, oppidum hujus ditionis Neapolim præterlabitur, ibique in Eldam influens, prope Domitium in Albim se exonerat.

qui piscium abundantia

Gignit autem *lacus Sverinensis* magna ubertate & abundantia, viginti sex piscium genera, diversis formis & appellationibus, quas etsi non omnes *præstat.* possum Latinis nominibus exponere, tamen certum est, hos pisces, quos ipse vidi, magna copia isthic capi; lupos, amias, cyprinos, percas, melanuros, prasmos ut nunc vocant: murenas. Sic enim nominant lingua nobis vernacula pisces haleci similes, sed aliquanto minores, argenteis squamis, carne dura, & friabili, item anguillas, cancros, fundulos, erythrinos, tincas. Audivi interdum esoces etiam, mustelas & siluros in eo lacu inventos esse, sed eorum piscium quos prius nominavi, tanta copia est, tamque vili precio veneunt, ut non dubitem Deum, sicut aliis locis alia munera ad vitam necessaria attribuit, ita singulari beneficio meos concives hoc lacu fœcundissimo donasse. Johannes Evangelista narrat in lacu Tiberiadis, a Petro, Thoma, Nathanaele & filiis Zebedæi piscatoribus, uno jactu in rete conclusos esse centum quinquaginta tres pisces.

At ex hoc Sverinensi lacu, biduo ante sacrum nuptiale, quod felicis memoriæ *Henricus Dux Megap.* cum Illustrissima principe *Helena*, Electoris Palatini filia celebravit, quinque millia Prasinorum, ut nominant, simul capta sunt. Quam piscium nobilium ubertatem mirificam, Dux Henricus ipse solebat narrare, se velut testimonium divinæ benedictionis secuturæ, faustissimi ominis loco accepisse.

pascua & agri.

Nihil de venatione dicam, quæ ut ex peritioribus intelligo, in aliquot nemoribus meæ patriæ vicinis est amœnissima, copiosa, ac ampla. Pastum etiam animantibus large & copiose ibidem natura comparavit. In agris quoque solum non exile, non macrum, sed adeo ferax & optimum est, ut etiamsi non ex uno modio centeni reddantur, sicut in agro Isaaci, prope Geraram, Domino benedicente, contigit, tamen mediocribus annis denos, sæpe etiam duodenos, cum fœnore satis grandi referat.

commeatus commodus.

Est & situs patriæ meæ eam ob causam commodior, quod vicina est, & velut corona cingitur ampliss imis & opulentis urbibus, quibus & Ecclesiæ Dei societate & commerciis devincta est, & cum non uni loco det cuncta Deus pertinentia ad communem vitam honeste sustinendam, omnes exoticæ merces facile & sine magna molestia parari possunt. A Luneburga, ubi Salinæ sunt in tota Saxonia celeberrimæ, fere tanto spacio abest, quanto Capernaum, cujus antea mentionem fecimus, ab urbe Ierosolymorum disjuncta fuit. A Lubeca, quæ omnium Saxonicarum urbium caput atque corona esse perhibetur eodem intervallo distat, quo Ierosolymorum urbs à Samaria, quæ regni Israel metropolis fuit. Inter Wismariam & Sverinum idem spacium interjectum est, quod fuit inter Canam Gallilææ & Capernaum, unde Christus ad nuptias expatiatus est. Sverini & Rostochii intervallum idem est, quod Canæ minoris & Sareptæ, ubi vidua Eliam prophetam hospitio excepit.

Sed hac parte orationis de situ Sverini relicta; venio ad cætera & veriora civitatum ornamenta, vide-

videlicet disciplinam civium, formam gubernationis, studia literarum & Ecclesiam Dei, propter quam præcipue civitates à Deo institutæ sunt & conservantur. Prius tamen de ædificiis aliquid dicendum est. *ædificia.* Etsi enim civitas non est congeries lapidum, aggerum, vel ædium coagmentatio & splendor, sed cœtus hominum, certis & honestis legibus consociatorum, in quo per certos magistratus juxta leges retinetur disciplina & pax propter hunc finem, ut in Ecclesia & schola homines de Deo & aliis bonis rebus doceri, & Deo piis studiis & honestis vitæ officiis servire possint, tamen cum Ecclesiæ, Reip. & privatis opus sit mediocribus hospitiis, domiciliis & munitionibus, de his quoque in urbium laudationibus dici solet. Sunt autem in hoc oppido, ut in loco aulæ usitato, pleræque domus commode & eleganter ædificatæ. Ac inter cætera ædificia eminet in hac urbe templum cathedrale, ut nominant, magnifice & splendide extructum ab Henrico Leone duce Saxoniæ & Bavariæ, qui primus sedem gubernationis vicinarum Ecclesiarum in hanc urbem collocavit. quod opus multo ipsi ad omnem posteritatem gloriosius est, quam ea ædificia quæ nunc passim curiosi antiquitatum sectatores admirantur, Amphitheatra, quorum ruinæ adhuc Nemausi, Veronæ & Romæ magna cupiditate visuntur, aut Colossea, thermæ, Arcus triumphales, obelisci, statuæ, Pyramides, quarum immensæ moles nihil aliud, quam stultæ ostentationes opum, à regibus Aegyptiis profusarum, fuerunt. At hoc templum ideo à pio & sapienti principe *Henrico Leone conditum* fuit, ut certa sedes esset pii collegii sacerdotum, qui pietate, doctrina, virtute & prudentia præstantes, non solum hujus urbis Ecclesiam, sed etiam omnes vicinas, vera & salutari doctrina Evangelii, ad veram agnitionem Dei & vitam æternam erudirent, & corruptelas veræ doctrinæ & verorum cultuum refutarent, & regerent judicia Ecclesiastica, quæ ad conservationem veræ doctrinæ, ad dijudicationem dogmatum, ad leges castitatis & conjugiorum tuendas, ad puniendas blasphemias & libidinum confusiones, & ad defensionem ministrorum necessaria sunt. Ut igitur templum Ierosolymis à Salomone ædificatum, sedes fuit collegii sacerdotum, cui gubernatio Ecclesiæ in toto populo Dei commendata erat: sic Sverinense templum, jam annos quadringentos in hac ditione & parte Pomeraniæ Ecclesiarum administrationem tenuit. *templum amplissimum.* Hoc decus prædicatione digniusesse judico, quam ipsius ædificii molem, templi amplitudinem, fornicum sublimitatem, columnarum, quæ cameras sustinent, numerum & altitudinem, quæ omnia tamen in hoc tempore eximia & magnifica sunt.

arx magnifice structa. Arx vero Illustriss. principum Megapolitanorum, non modo ampla & munita, sed etiam eleganter & splendide ædificata & ornata est. Tota insistit Insulæ, totamque insulam ædificiis, aggeribus & propugnaculis occupat, & continenti, longo ponte jungitur. Itaque & natura loci & operibus contra impressionem hostilem firmata est, & singulari situs amœnitate excellit. Ipsa vero ædificia regali splendida luxu, ut de arce Carthaginensi Virgil. inquit, domuum, aularum, conclavium, cubiculorum, ordine, elegantia, numero, commoditate, amplitudine, arte laboratis aulæis, ostroque superbo, vere regiam magnificentiam æquant. Etsi autem hic ædificiorum splendor magnum & illustre decus est, tamen plus dignitatis arci meæ patriæ judico inde accedere, quod ab optimis principibus Eccles. Dei nutriciis incolitur. nam ut est apud Ciceronem, non domo dominus, sed domino domus honestatur. Et in universum non est ex ædificiorum splendore integra laus urbium petenda, sed multo majora decora sunt, honesta civium disciplina, leges, judicia, bene constitutæ scholæ, Ecclesiæ & ministerium Evangelii. Est autem in mea patria Dei beneficio forma gubernationis politicæ & civium disciplina laudabilis. *gubernationis forma.* Magistratus certi juxta honestas & cum divinis præceptis congruentes leges, regunt populi mores, cognoscunt controversias, tuentur & provehunt bonos, coercent ac puniunt contumaces & alios sceleratos, blasphemos, contaminatos adulteriis vel incestis libidinibus. Minus etiam contumaciæ & scelerum est, quia mores civium, & voce verbi divini in ministerio Eccl. sonantis, & adsvefactione domestica & exemplis magistratuum & pœnarum publicarum spectaculis, ad pietatem, justitiam & modestiam informantur. Et quia propter Aulæ sedem multi eo peregrini veniunt, major est civium comitas, elegantia & humanitas quam alibi.

& civium disciplina. In familiis quoque domestica disciplina pueri ad omnia pietatis, justitiæ, & humanitatis officia adsvefiunt. Quotidie coguntur pueri mane & ad mensam, & cum se in lectum collocaturi sunt, recitare precationem & pias sententias: adhibentur ad discendas literas & legendos libros sacros: mittuntur in templum ad discendum Catechesin, ad conciones Evangelii & ceremonias sacras: admonentur, singulas familias debere esse domicilia & templa Dei, in quibus Deus habitare & regere velit, si diligenter discant cælestem doctrinam, & Deum quotidie invocent fiducia Christi, & mores pie & honeste regant. Ingenia puerorum non obtusa, non horrida, sed disciplinæ capacia & ad virtutem & doctrinam idonea sunt, & præstantia ingeniorum, proximis annis clarius lucere & conspici cœpit, postquam ab excellenti formandæ juventutis magistro *Mathia Marco Dabercusio*, erudiri & excoli consveverunt. Ut enim nulla ex speculis rudibus resplendet imago, ni sint artificis rite polita manu: Ingenii sic usus erit non ullus acuti, doctrinæ si non erudiatur ope.

scholæ. Postquam autem in scholæ Sverinensis mentionem incidi, primum hortor vos auditores, non modo ut de hoc illustri ornamento, meæ patriæ gratulemini, qua sicut apud Thucydidem Athenæ ἑλλάδος παίδευσις εἶναι dicuntur, deinceps probatæ institutionis adolescentum, in tota ditione Megapol. & vicinis, communis quasi officina & exemplum erit: sed etiam, ut Deo gratias agatis, quod Principes sapientia, pietate & doctrina præstantes, & patriæ patres nobis dedit, qui cum intelligant scholarum constitutionem ad Rempublic. pertinere & bene constitutas præcipuum decus & ornamentum esse civitatum, non modo hanc *it. Academia Rostoch. commendatur.* *Rostochiensem Academiam*, quæ sub eorum abavo *Johanne* ejusque fratruele *Alberto*, filio *Alberti* regis

regis Sveciæ, ante annos 136. instituta fuit, singulari clementia & liberalitate, fovent & sustentant; sed etiam in aliis suæ ditionis urbibus, in primisque Suerini, illustres scholas excitant, retinent & tuentur. Perspiciunt enim sapientissimi principes, eam ob causam se aliis hominibus à Deo præfectos esse, ut gloriam Dei ornent, ut ad veram Dei notitiam & invocationem subditos erudiri curent, ut doctrinam veræ religionis in Prophetarum & Apostolorum scriptis à Deo patefactam, ut justitiam, disciplinam, leges, judicia, pacem conservent. Hæc tanta bona nec adipisci, nec tueri & retinere possunt Principes & subditi, sine cognitione literarum, & magna varietate artium, quæ ad docendam cælestem doctrinam, & ad Ecclesiæ & Reipubl. gubernationem necessario flagitantur. Imo, scholæ seminaria sunt Ecclesiæ & Reipublicæ, ex quibus personæ, ad ministerium Evangelii obeundum, & controversias religionum dijudicandas, ad consilia principum, ad moderandam rempubl. ad honestas leges tuendas, ad regenda judicia, & ad reliqua vitæ officia gubernanda sumuntur. Cum autem ad hæc tanta munera homines instructi doctrina earum artium, quæ regendæ Ecclesiæ & Reip. nervos continent, adhiberi soleant, profecto necesse est, statim ab ineunte ætate, tenera puerorum ingenia, singulari prudentia, fide & assiduitate, ad superiores artes vitæ gubernatrices præparari. Ut enim in ædificiis plurimum refert firma & solida fundamenta poni, quibus reliquæ extructiones tuto possint inniti: sic in omni vita privatim & publice regenda, maxime interest, qualis primæ ætatis institutio fuerit. Toto igitur animo meæ patriæ de hac felicitate gratulor, quod & Princeps Ecclesiæ & scholarum nutritios: & gubernatorem scholæ, singular. informandæ juventutis artificem nacta est, virum doctissimum Mathiam Marc. Dabercusium, cujus eruditionem & dexteritatem in judicandis puerorum ingeniis & prudentiam, fidem, diligentiam & assiduitatem in prima ætate regenda & instituenda, declarant multi præstantes viri, quorum tenera ingenia ipse excoluit, qui nunc partim Remp. & consilia principum, partim Ecclesias, partim cœtus scholasticos gubernant. Probat enim Mathiæ diligentiam illustr. princeps, Joh. Albertus, qui non modo magnis sumptibus scholam alit & fovet, sed etiam ipse sua præsentia & authoritate, scholastica examina ornat, & præmiis liberalibus diligentiam studiosorum excitat & auget. Hoc sapientissimi & optimi principis judicio commendari ampliſſima laus est.

Dabercusii laus.

doctrina sanctior.

Summum vero bonum in civili hominum societate est, vera agnitio Dei & domini n. J. C. Ideo enim condidit Deus homines, ut ipsum agnoscant & celebrent. Ideo vult homines, non ut feras, vagari singulos, sed multos in civitatibus una vivere. Ideo ordinavit politias, & societatem politicam, mirandis vinculis generationis, educationis, contractuum, judiciorum, legum colligavit: ut in cœtu & frequentia alii aliis exempla virtutum, & testimonia de Deo ostendant, denique ut communi multorum voce Deus invocetur & celebretur. Lucet autem Dei beneficio, in ecclesia meæ patriæ pura lux doctrinæ Evangelii, non obscurata ullis tenebris errorum, quos vel impii pontifices, vel alii sparserunt. Quæ quidem in tota hac ditione omnium primo fulgere ac illustrari cœpit in *æde D. Georgio sacra, ante portam*, cui à *mola* nomen est, sita: unde Dei beneficio postea in totam hanc regionem & vicinas sparsa & propagata est. Nunc regunt Ecclesiam voce Evangelii sine dissidiis, duo pastores viri pii, eloquentes & docti. Populus magna frequentia ad conciones & publicam precationem in templum convenit, & modeste ac attente docentes audit. Principes ipsi publicis congressibus Ecclesiæ intersunt, & suo exemplo subditos ad reverentiam, erga ministerium Evangelii & ad omnia pietatis officia invitant.

ecclesia Suevinensis metropolitana.

Sedes etiam inspectionis & gubernationis Ecclesiarum in tota vicinia fuit hæc urbs, jam annis fere 400. Primum enim *Albertus, archiepisc. Hamburgensis*, circa annum Christi 1060. collocavit in *Megapoli*, urbe tum ampla & celebri: Episcopum Johannem, qui *à vicinis Vandalis*, nondum ad Christi agnitionem adductis, crudeliter, propter confessionem doctrinæ Christi trucidatus est. Huic anno quarto & octogesimo post Johannis Martyrium successit *Eberhardus*. Huic substitutus est *Benno*, qui primus Episcop. sedem in hanc urbem *Suerinum* intulit, anno post natum Christum 1195. Ac eodem anno *Henricus Leo* dux Saxon. & Bavariæ, qui *templum Cathedrale* Suerini extruxerat, & episcopam eo transtulerat, diem suum obiit, princeps pius & Ecclesiæ nutritius, cui etiam in vita æterna coram ardentes gratias agemus, quod sua pietate & fortitudine primus in hanc regionem veram Evangelii doctrinam propagavit, & majores nostros ad veram agnitionem Dei & æternam salutem adduxit. Oro autem Deum, ut hæc ornamenta meæ patriæ, videlicet vocem Evangelii, bene constitutam Ecclesiam, scholam, studia literarum, honestam disciplinam civium, conservet. Verum est enim, quod inquit sapientissimus gubernator Salomon. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Deinde, meos concives, eos præcipue, qui in doctrinæ studiis magna cum laude versantur, hortor, ut patriam, à qua vitam, victum, honestam disciplinam, veram agnitionem Dei & doctrinæ initia acceperunt, non modo amen & cæteris honestis officiis juvent, sed etiam, quia eruditione & facundia mihi antecellunt, hoc genere laudationis splendidius ornent.

Votum.

II. JO. BOCERI Sverinus Ecloga.

* * * * * * * *

Illustrissimo Principi, & optimo bonarum artium Mœcenati D. Johanni Alberto Duci Megalburgensi S.

JOHANNES BOCERUS.

Inclyte Dux, animique potens, & stemmate: virtus
In cujus veras pectore fixit opes.
Dum sequor Arctoo semotos orbe Borussos,
Et peragro Socero regna subacta tuo:
Interea mecum quoties tua facta recordor,
Immemorem nec me cum videt hora tui.
Hæc quoque (sincero nil obsit livor honori)
In laudes meditor carmina pauca tuas.

Accipe

Accipe quos duri versus agitatio currus,
Non ullum nobis extudit ingenium.
Te canerem, Princeps, mediis in Syrtibus exul,
Exul ad immites te caneremque Getas.
Causa subest: doctas tua munificentia Musas,
Excitat & venæ flumina parva meæ.
Has propter dotes, & munera larga, quid optem?
Quidve precer meritis Dux generose tuis?
Utaris patriisque bonis, regnoque quieto,
Longæva vita, Conjuge, Prole, diu.

ARGUMENTUM ECLOGÆ.

Dabercusii in scholam Suerin. merita.

Matthias Marcus Dabercusius singularis formandæ juventutis artifex: præclaram in Schola illustri Misnensi multos annos navavit operam: & de ingeniis puerorum optime meritus, immortalem tanti beneficii causa gloriam est consecutus. Hunc Illustrissimus Princeps Johannes Albertus Dux Megalburgensis &c. ut suis quoq; pueris, & toti posteritati prospiceret, autore clariss. viro Andrea Mylio, Suerinum arcessivit. Quo quidem in Oppido scholam Dabercusius aperuit non ignobilem: & quantum docendo posset singulari fide, & felicitate quadam sua, reapse satis declaravit. Quidam igitur ex Dabercusii discipulis Misnensibus eum relicta Misnia, in littus Balthicum pervenire potuisse miratur: & ex eo causam mutatæ conditionis inquirit.

SVERINUS ECLOGA, continens illustris Schola Sverinensis principium, dignitatem & utilitatem.

Suerini situs.

Qua stagnat liquidis Suerinus piscifer undis,
Conspicit adversam mediis in fluctibus arcem
Insula, cuniculis multos habitata per annos,
Et per inaccessos leviter terebrata meatus.
Hæc forma triquetra, veluti gratissima tellus,
Turritæ Cereris, liquidum discurrit in æquor:
Floret & arboribus celsis, habitacula diris
Quæ præbent avibus, quas fuso sanguine præda,
Et malesuada fames rostris armavit & ungue.
Hic genus accipitrum pugnax, milviq; rapaces,
Feralique nocens & rostro, & carmine bubo.
Sæpius hi volucres, cum gens infirma, leviſque
Cuniculûm, dulces sua per cunabula saltus,
Et ducunt solitas festivo more choreas:
Incautis furtim subeunt (miserabile visu)
Et strages edunt tristes, lacerantque gementem
Turbam, & nequicquam latebras, & tuta petentem
Tristia vix solitis promentes ora latebris
Flent misere matres, dulci quas prole rapaces
Orbarunt volucres: hi longe frondibus altis
Dant strepitum, & dulci saturant sua viscera præda.
At non vicina residens Melibœus in arce,
Pertulit has ultra cædes, & furta volucrum,
Sed memor innocui cœtus, gentemque misertus
Imbellem, tristes volucres, sævosque latrones,
Quercubus, & fagis ferro splendente recisis,
Exuit his speculis, saltuque fugavit ab omni,
Tutaque Cuniculis iterum cunabula fecit.
Crebra per immensos quantumvis Insula fluctus
Surgat, ubi senior bibulas Suerinus arenas
Colligit in cumulos, & vadis alligat imis:
Ipse tamen reliquis hanc præfert omnibus unam,
Et crebro celeri Melibœus puppe frequentat.
Huc quoque grata suis quærens oblivia curis,
Et recreans animum, canis venerandus, & annis,

Dabercusius scholæ rector.

Venerat Aonidum juveni cum gente Tabercus.
Hic cito, cum cunctas qua tendit Insula partes
Perrepsit, tandem gratas concessit in umbras,
Et refrigerium venti captavit & auræ,
Hic illum Coryli patula sub fronde sedentem,
Repperit ex illis ortus Pastoribus Ægon,
Quos olim cultos docuit cantare per agros,
Qua fluit exilis celebri cum flumine Misna,
Albidos & vitreis parvum caput abdit in undis.
Qui dum forte senem per densas gramina frondes,
Vellentemque videt teneras cum stirpibus herbas,
Incipit exultans, & voce profatur amica.
Salve chare senex, teneri Præceptor & ævi,
O mihi jam nusquam multos conspecte per annos:
Dic age dic senior, felix hæc pascua ductor
Quis tibi monstravit? nam pascua grata colebas,
Qua jacet armigeros & refert nomine Mysos,
Mysnia vitiferos inter celeberrima montes.
Hic puer ipse tuas audivi sæpe cicutas,
Et versus, vocesque tuas bis auribus hausi.
Hic tu chare mihi teneris formator in annis,
Mollibus in studiis cantandi, & in arte fuisti:
Hic tecum longos cantando ducere soles,
Et memini teneris te monstratore labellis,
Tangere me resonas dulci modulamine cannas.
Ipse nec hic solus facili tam sorte beatus,
Percepi, quæcunque sacro sub pectore dotes
Condis, sed sociæ comitatus ab agmine pubis,
Quæ nobis istis cantasti carmina pratis,
Auribus attentis, & promta mente notavi.
Et tibi, si meriti si restat gratia facti,
Chare senex, justas persolvant numina grates:
Tu felix Pastor, nec pratis segnis in istis,
Formasti culto numerosam carmine prolem,
Et calamis celebres, & cantillare peritos,
Eduxti multos ex isto rure nepotes.

e Misnia huc delatus.

ejus eruditio & merita.

Prodiit hinc Acron, quo non felicior alter,
Fundit inexhausto divinos pectore versus.
Hic puer à teneris cultæ quod præmia vocis,
Et decus eloquii pratis quæsivit in istis,
Illi propterea puri sermonis honores,
Et Ciceroneæ debetur gloria linguæ.
Hic Ciceronis opes volvens, iterumque revolvens,
Nocturna versansque manu, versansque diurna,
Vertit in undantem pleno cum sanguine succum,
Mellifluo quicquid depromsit Tullius ore:
Verborumque decus, magnarum & pondera rerum,
Dicendique modos dulces, variasque figuras,
Ordinis & numeros & mente notavit & aure.
Hinc ea vis fandi, nec voce paratior alter,
Exprimit Ausoniæ donum memorabile linguæ.
Illius & Latii tanquam Ciceronis ab ore,
Et teres, & purgata sus oratio verbis
Defluit, à leni plenum velut aggere flumen.
Addidit his quicquid doctæ mirantur Athenæ,
Quodque parens omnis peperit virtutis Homerus,
Sive quod Isocrates, suavi vel voce Pericles,
Sive Stagirites, magnus vel Plato reliquit.
Hoc quoque facunda, media velut Elide natus,
Voce sanat: Crecrops miratur Thuiscone natum,
Exitiumque dolet patriæ miserabile linguæ.
Iamque Megalburgi generosam principis aulam,
Consiliis, fandique potens virtute gubernat.
Legatus magnosque Duces, Regesque potentes
Detinet, & blanda mulct dulcedine vocis.
Hinc alias Avius longe volitavit in oras

ejus discipuli.

Et veteres Gallos, & Belgica rura peragrans,
In patria tandem laſſatis conſtitit alis.
Et nunc Saxonici decus Electoris, & altum
Promovet imperium, legumque volumina volvens,
Conſilio, & cautæ præcellit acumine mentis.
Prodiit his etiam fauſtis Callyſtus in agris,
Et celebrem ſegni non mente ſecutus Acronem,
Venit ad undoſi reſonantia ſtagna Suerini,
Hic ubi conſiliis, & linguæ munere præſtans,
Electuſque ſacras Divorum munera leges,
Explicat excuſſis cauſas & jurgia nodis.
Exiit his etiam pratis, qui nomen Ericæ
Dulce refert, viridique viget ceu germen in agro.
Hunc quoque de patrio Melibœus rure vocavit,
Adſcivitque viris, rationem juris & æqui
Qui callent, populos & læta pace gubernant.
Hos ambos adſe patriis attraxit ab agris
Primus Acron: Sunt una tribus cunabula: Miſna
Urbs illos genuit: Meglaburgi Principis aula
Jam fovet, & rerum ſumma ad faſtigia tollit,
Horum conſiliis populos commendat & urbes.
Hinc quoq; Pogenius dulces ad Phocidos undas
Ductus, mexhauſto tinxit ſua labra liquore,
Et nunc ad Phyllræ fundit quæ carmina ripas,
Hic primum teneræ didicit ſub flore juventæ.
Et paſtor Lycodas pratis deſcendit ab iſtis,
Qui modo Guſtrovii non inferiora ſecutus
Paſcua, de veteri quæ carmina culta Taberco
Audiit, hæc eadem rurſus docet ille minores.
Collibus his etiam repſit, calamoſque Taberci
Audit, & cupida percepit Boemius aure.
Poſt etiam Solymas didicit conjungere ceras,
Jam quibus in patriis cantillat ſuaviter oris,
In quibus & didicit rurſus docet ille ſub antris.
Illos, & plures quorum manſura ſub ævo
Fama volat, tenuis mecum ſub littore Miſnæ,
Cantibus & linguis formare Taberce ſolebas.
Et neque te melior, neque te felicior alter,
Floruit his paſtor pratis, & pinguia dives
Rura frequentabas, populique favore valebas:
Cur tamen hos colles, & amictos gramine campos,
Dilectoſque greges ad notas Albidos undas
Liquiſti? notis procul & regionibus actus.
Ad vada veniſti piſcoſi lenta Suerini,
Inque peregrina voluiſti vivere terra?
TABER. Care mihi primis, o ſeris carior annis,
Viſe Suerineis & nunquam fluctibus Aegon.
Vera quidem ſunt hæc, memori quæ mente revolvis:
Paſcua culta mihi, teneris & ovilibus apta,
Miſnia conceſſit multos dilecta per annos.
Sed tamen interdum, quis, neſcio, luridus aer,
Hæc mihi turbabat non gratis paſcua ventis,
Duraque tempeſtas illis quæ ſævit in oris,
Me pecudes alias peregrinis quærere terris,
Et ſtabulis habitare novis, pratiſque coegit.
Non tamen hæc ſubito potuiſſem linquere prata,
Meque mei cœpere greges, me cœpit amica,
Cultaque civili morum dulcedine tellus.
At cujus nitidam Melibœi conſpicis arcem,
Paſtorum decus hic, & fautor maximus, ille,
Ille ſuis monitis hæc prata relinquere juſſit,
Meque Megalburgis ſecum conſidere terris.
Hic mihi grata ſuo conceſſit paſcua rure,
Ille novos errare greges (ut cernis) & ille,
Ludere quæ poſſum calamo permiſit agreſti.
Ille caſam nobis propriam dedit; ille recluſit,
(Ut fures nocuos, & duri vulnera dentis
Evitare queant) tutis mea pignora ſeptis,
Ille lupis, Monachiſque diu ſtabulata protervis
Tecta, gregi tenero meliores vertit in uſus:
Et viles fungos, & inanis pondera terræ,
Inviſumque genus tota regione fugavit.
ÆGON. Ducimur à fatis nos noſtraque: volvitur annus,
Totus & arbitrio fatorum ſubjacet orbis:
Fata locum mutare jubent, ſed credere certè
Non potui, pulcræ te prata relinquere Miſnæ,
Et potuiſſe novis ſepes infigere terris.
TABER. Nec cito, nec temere terris exceſſimus Patronum
Sed crebris monitis Melibœi rite vocatus, (iſtis, laudat.
Nil illi, noſtra ſic re cogente, negandum
Duximus, at navim velis & ſolvimus auræ,
Quæſiimuſque levi Melibœi mœnia curſu.
Is me muneribus cumulans. huc miſit Acronem,
Acronem nobis quem quondam mater alumnum
Subdidit, & juſſit noſtros ediſcere verſus.
Hic præceptori meritas exſolvere grates,
Dum cupit & rebus prodeſſe fideliter illi,
Ad patrios colles Melibœi nomine venit,
Illius & ſtudium nobis mentemque benignam
Declarans, quantumque greges, & paſcua curet,
Non prius abſtinuit quin his me ſiſteret oris.
Nec prius ipſe tamen cœtus (mihi crede) reliqui,
Miſnica quos nobis mandavit paſcere tellus,
Hos quam commiſi, quo non præſtantior alter,
Paſtori, pratis qui mecum notus eiſdem,
Omnia perdidicit gregibus prodeſſe tenellis
Quæ poſſunt: quali ſerventur ovilia cura?
Paſcua fœdentur quibus & maculata venenis?
Hic diſcedentem quamvis me flevit amicum,
Cedo tamen, calamoſque leves, parvumq; Lyciſcam,
Fraxineumque pedum, peram, petaſumq; capacem,
Et paſtoralis fuerat quæcunque ſupellex,
Et ſobolem, ſociamq; tori, ſpes unde Nepotum,
Impono navi celeri delapſus & Albi,
Domitium temi bis quarta nobile luce.
Hinc mihi digreſſo, ſit præſtans obvus Acron
Cracoviæ, celebrem qui me deduxit adurbem,
Nomen ab excultis cui gratum contigit hortis.
Hic tum me præſens paſtorum in ſceptra locavit,
Concilii cœtu cinctus Melibœus ab omni,
Illius ob tanti decora immortalia facti,
Acrone, & docto laudes referente Menalca.
Tempore ab hoc paſtor ſtatione fidelis in illa,
Quæ potui feci, commiſi cætera Divis.
Nec me mutatique loci, ſediſque relictæ
Pœnitet, hic etiam dat candida præmia nobis,
Et me proſequitur patrio Melibœus amore.
Fertilis hic locus eſt, nec deſunt paſcua nobis
Pinguia, nec liquidi fontes, vallſque profundæ.
Huc neque ſola greges Melibœi patria mittit,
Sed circumfuſas vicinia tota per urbes,
Semotæque procul gentes, hæc prata requirunt.
Hic Melibœus enim teneram Dux ipſe juventam
Excitat, ac habito preciis examine donat.
Et cum labentis bis venit terminus anni,
Ille gregis, nummis cumulatus, ſepta frequentat,
Audit & inter ſe teneram contendere pubem,
Nec mora, victores depromto munere donat.
Stant alacres animis juvenes, & præmia captant.
Diſcendi & nullos attenta mente labores
Effugiunt, ſociumque ſuum ſuperare, decorum
Omnibus apparet, ſtimulis & gloria creſcit.

Has

Has ego cumraras Melibœi in pectore dotes,
Cognovi quantumque bonas hic æstimet artes:
Quem puerum docui teneras inflare cicutas,
His etiam Damon ut mecum viveret oris,
Optavi, mora nec: Colles, & littora Misnæ
Relinquens, nobis comes hæc in Pascua venit.
Hic dum longa meæ relevaret tædia sortis,
Pastorumque modos, & doctas nosceret artes,
Hunc generum nobis, præ sponsis omnibus unum
Elegi, teneram post me qui flectere pubem,
Posset & exculto decorare hæc pascua cantu.
Ille mihi cantæ, venient quæcunque, senectæ
Fata levet, nostroque suos de stirpe nepotes
Cernat, & immunes curarum transigat annos.
Interea dum fata sinent, & cruda senectus,
Continuabo meæ consueta negotia vitæ.
Et qui larga mihi Melibœus præmia confert,
Illius in pratis, vitæ quæcunque supersunt,
Tempora traducam, supremo & fine quiescam.
ÆG. Fortunate senex, quem sors regione locavit
Tam fausta, votisque tuis arrisit, & omnes
Quas tibi prima loci peperit mutatio curas
Absulit, & Gelidis Suerini mersit in undis.
Fortunatus & ille suis Melibœus in agris,
Quem Deus, & virtus ornarunt dotibus istis,
Quod fovet, & sacras Musarum suspicit artes,
Immensis solum nec sumptibus excitat illas,
Hic ubi Vernovius gelidis uberrimus undis,
Irrigat Aonii splendentia tecta Roseti:
Sed quoque jucundi felicia stagna Suerini
Talibus exornat donis, patriamque juventam,
Munere Pieridum cælo pater invehit alto.
Hunc ita qui tenero nobis formavit ab ævo,
Et primo studiis Heroëm rexit in istis,
Illi promeritas persolvant numina grates.
Si qua virum certe mansura gloria laude
Evehit, idcirco memori dicetur in ævo,
Æternaque bonus fama celebrabitur Acron,
Principe quod docto fruimur: quod patria tellus
Floret, & Aonidum se tollit laude Sororum:
Illius hic labor est, & gloria vera: quid ultra,
Humane solers potuisset jungere sorti?
Hoc superavit opes præclaro munere, gignit
Quas Tagus, auriferis aut Hermus ditior undis.
O felix etiam, ter felix patria tellus,
Quam celebris miti Melibœus jure gubernat,
Has quoq; quæ dotes, & honestæ commoda vitæ,
Sentit in adversis solatia veraque rebus.
Hoc est officium generosi principis, ille
Finis & huc omoes debent contendere curæ.
Sic quicquid rapidi feret inclementia fati
Vindicibus superis tenues vanescet in auras
Nec premet æterno fidentia corda dolore.
Heroës alii claris sua facta triumphis
Extendant, nomenque sibi memorabile quærant,
Dum vel bella gerunt totum metuenda per orbem
Aut condunt magnas magnis cum mœnibus arces:
Dum nihil illorum nota virtute relinquit
Officiique sui partes intelligit omnes,
Laudibus & tantum factis prioribus addit,
Pura quod in Patria Melibœus pascua rure
Tutaque veriloquis præbet pastoribus antra
Et recte curat teneros educere cœtus,
Idcirco multis Heroibus anteferetur.
Et sibi legitimæ peperit quæ nomina famæ,
Donec erit tellus cunctosque tuebitur ævo.
Hactenus hæc Aegon pressoque obmutuit ore.
Tom. III de Westph. Monum. ined. Rer. Ger.

III. MARTINI ZEILERI & MART. MERIANI Topographia & Ichnographia Sverin.

Die Stadt Suerin liegt im Hertzogthum Meclenburg an einem langen See, so von ihr den Nahmen, und die schwerinische See geheissen wird, und 12. Meilen von Rostock. Sie ist a. 1163. von *Hertzog Heinrichen dem Löwen* zu Sachsen gebauet und besestiget worden, wie in der *Cosmographia Munsteri L. 5. c. 433.* der letzten edition zu lesen. *Origo.* Er gab sie aber seinem streitbaren Ritter GÜNTZEL, und macht ihn zu einem Grafen zu Schwerin: von welchem in der *Braunschweig. Chronick S. 143.* also stehet: *Dieser Ritter Güntzel ist gewesen aus dem adlichen Geschlecht der von Bartenschleben, so durch Gottes Seegen noch heutiges Tages im Flor, und zu Wolffburg haushalten.* *Comes Gunzelinus,* Graf Güntzels wird in Hertzog Heinrichs des Löwen Geschicht offt gedacht. Erscheinet aus allen relationibus, dass er ein frommer Herr, und zugleich ein rechter Kriegesheld gewesen. *Filii.* Er hat mit seiner Gemahlin erzeugt 4. Sohne, Graf *Helmolden*, Graf *Heinrich* den ersten, Graf *Güntzeln* den andern, und Graf *Friederichen*, der ist 1200. zu Hildesheim Domherr gewesen, und ward 1237. Bischof zu Schwerin, regierte aber nur 2 Jahr. Heinrich der erste erhielt den Stammen, war bey Kayser *Otten* dem 4ten in grossen Gnaden; nahm Konig *Woldemar* in Dänemarck in seinem eignen Reiche gefangen, führte ihn in Sachsen, und setzte ihn gefangen auf die Vestung *Danneberg*, biss er sich mit grossem Gelde losmachte. Der letzte dieses Geschlechts ist gewesen Graf *Otto* mit dem Zunahmen *Rosa*, *Otto Rosa.* der hat eine Tochter, *Richardis* mit Nahmen, hinterlassen, die freyete Hertzog *Albrecht zu Mecklenburg*, drey Jahr darnach starb Graf Otto, mit dem Zunahmen Rosa, und kam die Grafschafft *Ducum Imperium.* Schwerin an das Hertzogthum Meclenburg. Und am 191. Blat wird gesaget, dass A. 1211. gemeldeter Kayser *Otto*, durch Beforderung Graf *Heinrichs* zu Schwerin, mit seiner *Majestät* Siegel, aller seiner Vorfahren, dem Stifft Schwerin ertheilte privilegia bestättiget habe: auch den Bürgern zu Schwerin die Freyheit und Gerechtigkeit gegeben, dass sie zu *Wismar* in dem Hafen frey und ohne Wiederrede eines Menschen, mit zwey grossen Schiffen, *Koggen* genannt, und mit kleinen, so viel sie wolten, Kauffmannschafft brauchen mogten. *Privilegia ab Ottone Imp. & Henrico Comite data.* Uber das solten sie auch an allen Orten sächsischen Landes von allen Zollen entledigt seyn; und daher es komme, dass die *Bürger zu Schwerin*, noch heutiges Tages weder zu *Lübeck*, noch zu *Wismar* Zoll geben. Biss hieher *die besagte Chronik.* P. *Lindenberg* meldet *L. 2. c. 10. Chron. Rost.* dass Hertzog Albrecht zu Meclenburg der A. 1349. zum Hertzog gemacht worden, die Grafschafft *Marion*, oder *Schwerin* wieder an Mechelburg durch Krieg gebracht, und sich darauff mit dem Grafen von *Teckelnburg*, so *Tecklenburgensium prætensio.* Zusprach auf Schwerin gehabt, verglichen habe. Bey jüngster Veränderung in diesem Lande, kam Schwerin an den von *Waldstein*, Hertzogen zu Friedland; ward aber folgends durch Hülffe des Konigs in Schweden, A. 1631. im Heumonat, wie- *Wallensteinii usurpatio.* der von ihrem Herrn, Hertzog Adolph Friedrich zu Meclenburg, und zwar die Stadt mit Gewalt,

walt, das Schloſs aber mit Accord, erobert, deſſen Fürſtl. Gnaden nach der Zeit allhier Hof halten. A. 1558. ſeyn allda 84. Häuſer, vom Wetter, verbronnen; welches erſtlich in einer Ehebrecherin Hauſe, ſo mit dem Hoffmarſchall zu thun, geſchlagen hat. *Nic. Selduaderus* ſchreibet *in ſylva Chron. part. 2. p. 161.* alſo: *A. 58. ſeyn zu Schwerin 48. Häuſer vom Wetter angeſteckt und abgebrannt, welches erſtlich in einer Ehebrecherin Haus, ſo mit dem Marſchall gebuhlet, eingeſchlagen, und beyd den Ehebrecher und die Ehebrecherin zu tode geſchlagen, daſs ſie in ihren Sünden dahin gefahren.* Dabey zu mercken, daſs bey einem, oder dem andern, die Zahl muſs verſetzt oder umkehrt worden ſeyn. A. 1630. iſt ein Knab von 10. Jahren etliche mahl allhie entzückt worden, und hat viel unterſchiedliche Sprachen geredet. A. 1651. den 18. Jul. iſt dieſe Stadt ſammt dem Rathhauſe ausgebrennet, alſo daſs nur das Fürſtl. Schloſs, und die Kirche ſammt etlich wenig Häuſern auf der Scheif übrig geblieben. Was das oberwehnte Biſsthum allhier anlanget: So iſt ſolches vorhin in der Stadt Meclenburg, und deſſelben erſter Vorſteher *Joh. Scotus* 1062. geweſen, welchen im 4ten Jahr ſeines Amtes nämlich A. 1066. den 10. Nov. die Wenden, ſo die Chriſtl. Religion aufs neue weggeworffen, jämmerlich gemartert und ihm Hände und Füſſe abgehauen worden. Alſo iſt ſelbiger Ort hernach 83. oder 84. Jahr, ohn einen Biſchoff geweſen, und erſt unter Kayſer *Conraden dem dritten*, Eberhard oder *Emerhard* A. 1160. der andre Biſchoff zu Meclenburg worden; dem bald hernach Bruno oder Berno oder Benno der dritte Biſchoff, gefolget; welcher, als in den wendiſchen Kriegen gedachte Stadt verwüſtet, durch obgemeldeten Hertzog *Hinrich den Löwen*, aus Zulaſſung Kayſer *Friedrich des erſten* A. 1170. hieher geſetzet worden iſt. Er der Hertzog hat nicht allein einen Dom zu Schwerin erbauet, ſondern auch dieſes neue Stifft von *den Gütern, die er mit ſeinem Bogen und Schwerdt erobert, reichlich begabt.* Und giebt man für, Hertzog *Heinrich* habe um dieſe Zeit die Unchriſten bey tauſenden in die Schweriniſche See, nicht weit von *Fichel*, ſo noch oben an der See lieget, treiben, und allda von gedachten Biſchoff Bernone tauffen laſſen, daher der Ort den Nahmen bekommen, daſs er die *Döpe* genannt werde. Siehe die obgedachte *Braunſchw. Chronick Fol. 142. & 149.* Andre haben das 1168. Jahr, theils das 1178te der Verſetzung. *Henr. Meibomius in Chron. riddagsh. p. 5.* das 1163. Jahr der Stifftung, *Chytræus* aber *L. I. Saxon.* und *Lindebergius* das *1170. Jahr den 6. Sept.* der Einweihung der Biſchöffl. Kirchen allhier, *L. I. Chron. Roſt. c. 6.* Siehe *Joh. Adolph* CYPRAEI *Annales eccleſ. Slesvicenſes.* Im Jahr 1500. war *Conrad Loſtius* von obgedachten erſten Biſchoff u. Martyrer *Joh. Scoto* anzurechnen in der Ordnung der 30. Biſchoff allhier zu Schwerin. Als mit der Zeit die *Domherren* die Röm. Cathol. Religion auffs hefftigſte verthädiget; So iſt 1530. das Evangelium zu *S. Georg-Capelle* vor der Stadt und hernach in der *Franciſcaner-Kirche*, hernach dem Schloſſe von ÆGID. FABRO und andern zu predigen angefangen worden, welcher *Faber* von dem erdichteten Blut Chriſti, ſo allhier etl. hundert Jahr verehret worden und welches Graff *Hinrich von Schwerin*, dem Domcapitul geſchencket, und folgends 1552. Hertzog *Joh. Albrecht* zu Meclenburg, verbrennen laſſen, ein eignes Büchlein geſchrieben, darzu *D.* LUTHER eine Vorrede gemacht. Dieſer Hertzog *Joh. Albrecht* hat am erſten den Dom in Schwerin zur Begräbniſs der Fürſten zu Meclenburg verordnet, die zuvor im Cloſter *Dobberan* ſeyn begraben worden. Und ward am erſten ſeines Hn. Vaters Bruder, der im beſagten 52. Jahr geſtorben hieher gelegt. *Wehnerus* in ſeinen *Obſervat. practicis* ſetzet noch im 1615. Jahr dieſes Biſsthums monathl. Anſchlag von 80. fl. Andre haben nur 3. zu Roſs, 5. zu Fuſs oder 56. fl. Und ſaget einer, daſs der Hertzog von Meclenburg daſſelbe *ſine onere eximiren*, und nichts mehr geben wollen, daher noch die Sache 1602. *in camera* ſtreitig geweſen. Die Herren *Reinkingh* und *Wurffbain* haben 10. zu Roſs und 10. zu Fuſs oder 160. fl. In der Nürnbergiſchen A. 1650. wegen der Schwediſchen Satisfactions-Gelder, gemachten Repartition findet ſich dieſes Stifft Schwerin, monathlich einfach, zu 96. angelegt. Und iſt nunmehr daſſelbe, durch den 1648. publicirten General-Friedensſchluſs zu einem weltlichen Fürſtenthum gemacht, und hochgedachtem Hertzogen zu Meclenburg, Hr. *Adolph Friedrichen*, der ſolches biſs daher adminiſtrirt gehabt, mit condition überlaſſen worden, wie oben im Eingang dieſes Tractats und Beſchreibung der Mechelburg. Lænder deſſen Meldung geſchehen. Es iſt aber die Biſchoffl. Reſidentz nicht alhie zu Schwerin, ſondern zu *Bützaw* oder *Buzephalea* oder *Peucino* geweſen, ſo auch eine Meclenburg. Stadt und veſtes Schloſs, in der Gegend *Güſtrow*, und an der Warnau gelegen iſt, darinn da ein Waſſer, ſo von beſagtem Güſtrow herunter kommt, fællet, welches von *Malchia* NEHEL in der *Beſchreibung Mechelburgs p. 356.* die Nebel; von *Chytræo* und *Lindebergio* aber *Nebula* genannt wird. In den neulichſten Fürſtl. Meckelburgiſchen Streitſchrifften wegen der Vormundſchafft des jungen Hertzogen von Meclenburg zu Güſtrow, Herrn *Guſtav Adolphen* wird in einer dieſes *Bützow* ein ſumphiger und ungeſunder Ort genannt; in einer andern aber ſolches verneinet. Gedachter *Nebel* ſagt, es habe allhie noch ein Jungfrauen Cloſter. A. 1631. haben die Schwediſchen Bützow, eingenommen.

Exuſtiones a. 1558. 1651.
Epiſcopatus.
Martyrium Jo. Scoti.
Fata Bernonis.
Eccleſia dominica.
Baptizatio prope Fichel.
Diſſenſus circa translationem epiſcopatus.
Conr. Loſtius:
Primordium Lutheraniſmi
Aegid. Faber.
Monumenta ſepulchralia Ducum.
Onera imp.
Seculariſatio.
Sedes epiſcopalis.

IV. Reliquiæ quædam monumentorum in templo cathedrali Sverinenſi conſpicuorum. Ex annalibus Sverinenſibus MSC. B. G. W.

I. Poſt majus altare in loco muris & cancellis munito, qui olim *à cultu ſancti ſanguinis miraculoſi* nomen *die heilige Bluts-Capelle* (*) obtinuit, verſus orientem conſpicitur epitaphium alto lapidi inſculptum & parieti infixum memoriæ JO. ALBERTI Ducis Megapolenſis Principis literati & literatorum fautoris conſecratum interprete *D. Davide Chytræo.* Verba recitavit *Hedericus ad a. 1576.* quibus tamen deeſt ſubſcriptio: Optimo Principi Domino Joanni Alberto, Alberti filio Duci

Memoria Ducis Jo. Alberti.

Duci Megapolitano veræ religionis & doctæ humanitatis ſtudioſiſſimo Joannes Dux Megapolenſis filius, Parenti cariſſimo cum lacrymis memoriæ poſuit.

(*) Sub qua reliquiæ Ducis *Jo. Alberti* quieſcunt in ſacrophago cupreo, ibidem & oſſa aliorum Principum Megapol. ſexus utriusque recondita ſunt. Et inter hæc epiſcopi & Ducis *Ulrici I.* Neſtoris dicti, qui obiit a. 1590. d. XIV. Martii: vid. LOBECHII *S. Theol. D. orationem funebr. latine ſcriptam.*

VIII. Comitum.

II. *Effigies VIII. comitum Sverinenſium* in ædicula ſancti ſanguinis depictæ, additis inſcriptionibus, quarum tamen reliquiæ ſaltim ſuperſunt. En Nomina: 1) Comes *Gunzelinus* ſenior 2) comes *Heinricus* fundavit capellam in Schelmone. 3) comes *Gunzelinus*, dedit XI. manſos in Plathe, *Zwittekolw*, *Bralldorff* cum omni jure. 4) Comes HEINRICUS ſanguinis ſancti conſervator, quem à PELAGIO *Cardinale* obtinuit præſentavitque *Brunwardo* epiſcopo Sverinenſi a. 1222. Nono Cal. April. &c. 5) Comes *Helmoldus* vicariam in Cneuen, Hagen & vinum per totum comitatum dedit. 6) Comes *Gunzelinus* filius *Helmoldi* villam *Medewege & Brandemiße* dedit. 7) Comes *Heinricus* filius *Helmoldi*, lumina altari Catharinæ dedit. 8) *Helmoldus* præbendam in Rubaw dedit. Addo, quod hic ultimus Helmoldus verbi divini Miniſtro Dobberſeenſi liberum jus piſcandi indulſerit his verbis: *Supinum illud gurguſſum in piſcina Dobberſee collocatum cupimus ut poſteri noſtri in ſupplementum expenſarum plebani liberaliter concedant. Ut ergo hoc pium factum, quod gratum habemus ac ratum, tenere volumus, maneatque ſucceſſoribus illibatum, præſentem paginam ſigilli noſtri munimine roboramus. Acta ſunt hæc A. D. 1284. in die b. Georgii martyris.* Helmoldi filius erat *Otto*, quem inter & Albertum Ducem Megapol. prolixas interceſſiſſe contentiones propter ſucceſſionem novimus cum deficeret ſcilicet hæres feudalis.

Aegidii Fabri primi ſacrorum Sverin. Reformatoris effigies & vita.

III. Ibidem, verſus meridiem columnæ adpenſa tabula, effigie & laude primi & præcipui Reformatoris Evangelici ſacrorum Sverinenſium ÆGIDII FABRI olim conſpicua, injuria tamen vel hominum vel temporis adeo deperdita, ut effigiei pars nulla, inſcriptionis vero pauculæ reliquiæ appareant. Utrumque defectum reſtituere juvat. Effigies enim ectypa, quam *Aegidii Fabri* filius natu major *Samuel Faber* (qui ſe *Fabricium* nominare maluit) archivarius Ducalis Sverinenſ. adſervavit, ad manus noſtras pervenit, dignaque viſa eſt quæ poſteritati ſervetur. Inſcriptionem vero tabulæ ope avtographarum *Aegidii Fabri* ſchedarum ita reſtituo: *Jerem. XXIII. 29. Verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleus conterens petras.* ÆGID. FABER, *Ungarus turbulento ſtatu ſub initio Uladislai II. Regis Ungarici natus, Turca adventante, tempore Ludovici II. infelicis, matrem ſtudiorum Budam relinquens, cum negotiatoribus quibuſdam exteris Auguſtam Vindel. perveniens, tandem Wittebergæ ſuſceptus, Lutbero amicus, cujus ſuaſu Ducis Henrici Megapol. deſiderio, Sverinum delatus, puram Evangelii doctrinam ibidem primum cum* MARTINO SAXONE *prædicare cœpit a. 1528. Martinoq; a. 1534. defuncto, ſtrenue propagavit, voce & ſcriptis Pontificias ſuperſtitiones maſculè oppugnans, in cognita evangelica veritate perſtitit & beate deceſſit. a. 1536. d. 10. Oct. æt. ſuæ 54.* Addo: quod annuente Duce *Henrico Pacifico*, precibus quippe civium Sverin. commoto, connivente vero *Duce Alberto Pulchro*, Pontificiis ceteroquin indulgente, *Martinus* quidem *Saxo* Witteb. evocatus jam ante Aegid. Fabrum a. 1527. apud Sverinenſes prædicare cœperit, ſed non niſi ſub dio & in ſuburbii hortulo à roſis nominato, è proxima regione S. ædis & cœnobii S. Georgii. Mox anno ſequenti ipſi adjunctus fuit *Aegid. Faber*, qui à Luthero (teſtantibus hujus litteris avtographis) Duci Henrico maxime commendatus & Wittebergæ in paſtorem ordinatus, primam Sverini *in ſuburbio a. 1528. die S. Jacobi* concionem habuit. A. 1531. monachi dicto cœnobio valedixerunt & uterque, *Martinus* & *Aegidius* in *ædicula S. Georgii* primos demum ſacros ſermones auſpicati ſunt. Cœnobio vero cum parte S. ædis mox illabente, eodem anno civium petito annuit Dux Henricus, impertiens iis libertatem ædificandi in urbe ſacram ædem, ipſis quidem reliquiis & ruderibus dicti cœnobii exſtruendam. Promovit hoc inſtitutum Ducalis advocatus & centurio *Hennirgus à Pentzen*, qui ſtabuli ſui nuperrimo incendio exuſti locum, in platea quæ à Sale dicitur ſitum, in eum finem civibus donavit, ut templum ibi erigerent. Quod & feliciter ad finem perductum eſt a. 1532. Poſt fata *Martini Saxonis* a. 1534. Aegidii Fabri collega electus eſt *Joach. Noſſiophagus* vulgo *Kukenbieter* Hamburgenſis, de quo vide *Hammelmannum Opere Geneal. hiſt. P. II. p. 975.* Præcipue *Aegidius* voce & ſermonibus non ſolum ſed & ſcriptis Pontificiorum ſuperſtitioni ſeſe oppoſuit. Edidit enim contra doctrinas eorum de miſſis, proceſſionibus, peregrinationibus ſacris, invocationibus ſanctorum aliisque hujus generis argumentis libellum, qui inſcribitur: *Der Pſalm Miſerere, deutſch ausgelegt, mit einer Vorred D. Mart. Lutheri und Zuſchrifft an den Durchl. Printzen Philipp zu Mecklenburg Witteb. a. 1531.* Speciatim *clero & Canonicis eccleſiæ cathedralis Sverin.* oppoſuit ſcriptum quo literas (*), quas de ſacro ſanguine, jaſpidi incluſo circumferebant & tabulæ publicæ in templo affigi curaverant aliasque ſuperſtitiones humanas *de lacte S. Mariæ Sverinenſis*, de *libra ſacra ægrotantium*, de *indulgentiis & peregrinationibus ſacris Sverinenſibus* ad ſtateram veritatis divinæ exegit & ſanis rationibus maſculaq; dictione confutavit. Libelli titulus hic eſt: *Von dem falſchen Blut und Abgott im Thum zu Schverin, mit einer ſchönen Vorrede D. Mart. Lutheri, durch M. Aegid. Fabrum Witteb. a M. D. XXXIII.* Dedicavit hunc librum *dem Ehrenveſten Lutke von Zuitzamen, Hauptmann zur Neuſtadt*, uſus hac ratione: *Ob es gleich billig geweſen wære, dieß Büchlein dem gantzen Schweriniſ. Capitul zu dediciren, ſo vermuthe mich doch wenigen Dancks von ihnen und habe für gut gefunden Ew. Lbden als einem ſonderlichen Liebhaber göttl. Wahrheit und durch euch dem gantzen Lande zu Troſt ausgeben laſſen, ſintemal nicht allein der von Adel, ſondern der gemeine Hauf elendiglich liß auf den heutigen Tag verführet wird.* Ex ipſo libro, raro

Plura de eodem.

obvio, paucula saltim quæ ad facta pertinent adponimus: *Es werden gedruckte Briefe umgetragen von einem* vermeynten Blut Christi zu Schwerin im Thum *verhalten und in einem* Jaspis *verborgen, welches einem Schwerinischen Graffen um sonderlicher Andacht willen von einem* Cardinal Pelagio *verehrt, und im Schwerin. Thum etliche hundert Jahr her verwahrt, und den Leuten gezeigt wird als wærs ein Bluts-Tropffen aus des HErrn Leibe am Creutze vergossen. - Auch habe zu* Güstrau und Sternberg *gemarterte, wie man fürgiebt, Sacramente gesehen, dazu die Leute und das arme Bauer-Volck etliche mahl im Jahr laufft, des Pabsts und Bischoffs Ablaß, Gewogenheit und Hülfe zu erlangen, verhoffen also mit Larven Messen, Opffern, einen gnædigen Gott zu überkommen. Sie wenden für, lange Jahre, alte Gewohnheiten, Wahlfahrt, Macht grosser Herren, da doch unser Glaube, auf der keines sondern auf das* unbetrügl. Wort Gottes *gebauet ist. Sehet, sprechen sie, lieben Freunde, da ist das Blut unsers HErrn am Creutz vergossen, durch des Pabsts Indulgentz gnædiglich begabt. Sehet den Schatz! kommt, opfert Geld, Korn, Wachs, Flachs, stifftet Messen, bringet Krancke her, es soll helffen, verstehe dir aus, ihnen in der Taschen. Sie beruffen sich auch auf* das Schimmern in dem edlen Stein, *darin das Blut gefaßt ist, da es sich* alle Freytage in drey Theile gleich um die Zeit theilet, da Christus am Creutz war gestorben &c. *Aber glaube dem Zeichen um des Worts willen, nicht dem Worte um des Zeichen willen: dieß Zeichen aber hat kein Wort in H. Schrifft &c. Zuletzt stehet am Ende des Blut-Briefes: Und um der grossen Indulgentz und Ablaß willen von allen Oertern besucht soll werden: Da hast du die gantze Summe, um Nachlassung der Sünden willen soll man hie Ablaß und Vergebung hohlen, Christi Blut und Leyden ist ohne des* Pabsts Ablaß *vergeblich, krafftlos &c. Siehe das Wahrzeichen bey dem Blut*, nehmlich eine grosse Waage hangen, *darauf* die Krancken, *so Hülffe begehren sich* wægen lassen, *und nach dem Gewicht ihres Leibes von den Gütern, derer sie am meisten vermögen, opfern müssen. Also gauckeln sie mit einem andern formirten Heiligthumb, geben für es sey auch zu Schwerin die Milch aus den Brüsten Mariæ. Dort verstöhren sie mit dem Blut, das Leyden und Verdienst Christi, albie verunehren sie mit der Milch seine gebenedeyete Mutter als wære Christus mit seiner Mutter darum auf Erden kommen, daß sie eine Abgötterey und falschen Gottesdienst aufrichten &c.* Quod majores Fabri attinet certi nihil de illis afferre licet, quamvis *D.* SIM. PAULI *in Schedis MSCt.* audeat asserere, parentem Aegidii nostri fuisse *Bruxellanum illum Aegid. Fabrum, Theologum Lovaniensem*, ordinis Carmelitarum, quem Imp. Maximilian. I. singulari gratia amplexus est. Obiit hic a. 1506. & plura egregia scripta, præcipue *historiam Brabantiæ & chronicon sui ordinis* edidit teste SWERTIO *in athenis Belgic. p. 116. seqq.* Descendentes vero Fabri Sverin. recte novimus, filios binos, laudatum SAM. FABRICIUM *a. 1601.* defunctum & *M.* ANDREAM Pro-Rectorem Scholæ Sverin. & deinde *Pastorem Crivitzensem*, Samuelis filium *Ulricum*, natum a. 1578. Consulem Sverin. † 1657. hujusque filios *Fridericum & Christianum*, Senatores civitatis Sverinensis.

(*) Vide has infra *Num. XLVIII.*

IV. In choro altaris majoris versus boream ad columnam: DEO OPT. MAX. Opt. Principi Henrico, Magni filio, Duci Megap. veræ religionis, sanctæ justitiæ & diuturnæ pacis custodi *Jo. Albertus* Dux Megap. Patruo suo carissimo ac bene merito memoriæ posuit. A. V. LXXIII. D. S. Q. Sverin. VIII. Id. Febr. A. M. DLII. *Henrici filii Magni.*

Henricus prognatus avo Magnoque parente
Hic situs Henricus condita membra tegit.
Qui bonitate sua & meritis linguaque senili
Nestor erat Patriæ duxque paterque suæ.
Nestor quin melior pietate & pacis amore.
Nunc ergo æternæ gaudia pacis habet.

V. Versus meridiem in majori altari ad columnam: Fortiss. & rei militaris tractatione celeberr. Principi *Georgio Duci Megap.* qui pro patria pugnans eidem suum sanguinem ad *Francofurt.* impertiit fratri carissimo *Jo. Albertus* Megapol. Dux ejusdem belli socius memoriæ posuit V. A. XXIII. D. S. obiit XX. Julii. *Georgii Principis.*

Hic Magno prognatus avo Albertoque parente
Dux jacet: Herculeo robore, corde, manu.
Princeps à primo pugnare Georgius ævo
Svetus & hostiles vi superare minas
Mars dolet, effundit lacrymarum flumina Mœnus
Optantes tantum non cecidisse Ducem.

VI. Ibidem ad columnam II. DEO OPT. MAX. Optimo & Magnifico Principi *Alberto*, filio *Magni Ducis Megapol.* animi magnitudine virtutis ornandæque patriæ studio præstanti *Jo. Albertus* Dux Megap. parenti optimo & charissimo memoriæ posuit V. A. LX. D. S. obiit Sverini VII. Id. Jan. a. XLVII. *Alberti filii Magni.*

Henrico generatus avo, Magnoque parente,
Hoc Dux Albertus conditur in tumulo.
Magnificus magnique animi patriamque juvando
Ornandaque simul, justitiaque potens.
Quin etiam multa natorum prole beatus
Quos colit eximios Herula terra Duces.
Fortunate senex tua molliter ossa quiescant
Vita etiam natis sit diuturna tuis.


VII. Ibidem, versus meridiem in monumento lapideo: Amplissimo viro *Carolo Drachstedt J. U. D.* qui natus Halæ Sax. a. 1519. Kal. Sept. a consiliis Illustr. Principis ac Dn. Dn. Jo. Alberti Ducis Megap. fuit a. XII. clarissima conjux *Rikel Tobings* mutui amoris ergo posuit. Vixit a. 40. obiit Sverini 1559 Non Sept. *Drachstedii Halensis.*

VIII. Inscriptio majoris altaris antiquitate & artificio conspicui sumptibus *Conradi Lostii* Wismarienss, episcopi Sverin. a. 1395. erectum: A. D. M. CCC. XCV. in Christo Pater & Dn. D. Conradus Loste episcopus Sverin. hanc tabulam de propriis suis bonis donavit. *Conradi Lostii episcopi.*

IX. Versus Septentrionem altaris majoris ad columnam: Illustr. Principi *Magno* (*) Henrici F. Duci Megap. episc. Sverinensi, pietate, doctrina & humanitate præstanti fratri patrueli suo charissimo *Jo. Albertus Dux Megap.* memoriæ posuit vixit an. XLI. D. S. obiit *Buzovii.* IV. Kalend. Febr. a. L. (1550.) *Ducis Magni episcopi.*

(*) Qui Doberani sepultus est, teste *Arnoldo Burenio* in concione funebri latina & *Jo. Caselio* in laudibus Elisabethæ Cimbricæ. Ipsum epitaphium latine & germ. scriptum memoriæ Ducis Magni à conjuge positum Doberani, vide apud *Lucam Lossium* in epitaphiis Principum p. 137. addatur elegia academiæ Rostochiens. in script. acad. Rostoch. publicis. p. 383. seqq.

Filius



ÆGIDIUS FABER, Ungarus
Primus Sacrorum Pontificiorum apud Sverinenses Reforma-
tor et V.D.M. evangelicus ab a. 1528 —— 1537.

C. F. sc. Mum

Filius Henrici Princeps re & nomine Magnus
Flos patriæ, ante patris funera mœsta cadit.
Par fatum Antilocho nactus sed clarior illo
Et melior studii sedulitate sui.
Scilicet ingenio cunctos superavit & arte
Quos habet eximios Teutonis ora Duces.
Illius ad tumulos Pitho Aenidesque Themisque
Tam celebrem lugent non superesse Ducem.

Helenæ Palatinæ. X. Epitaphium *Helenæ Palatinæ* Ducis Henrici conjugi secundæ æri insculptum post majus altare e regione capellæ, à sacro sanguine nuncupatæ, positum: Verbum Domini manet in æternum. Nach Christi unsers HErrn Gebuhrt 1524. am Donnerstag nach Petri und Pauli ist die Durchlauchtigste Hochgebohrne Fürstin und Frau Helena gebohrne Pfaltz-Græffin und Churfürstin beym Rhein Hertzogin zu Mechlenburg Fürstin zu Wenden Græfin zu Schwerin der Rostock und Stargard Lande Frau verschieden, allhier begraben, dero Seele der allmæchtige Gott gnædig und barmhertzig seyn wolle. Latinos qui sequuntur versus vide apud HEDERICUM ad a. 1524. & CHYTRÆUM *in monument. inscript. p. 505.*

Johannis Alberti. XI. Joannis Alberti D. M. in pueritia apud Borussos extincti cenotaphium:

Hic situs *Albertus* quo se jactabat alumno
Herula gens, hic ille patri matrique voluptas
Spes patriæ Magni proles generosa parentis
Felicis nimium propria hæc si dona fuissent,
Quæ tantum DEUS ostendit moxque abstulit orbi.
O! celebrande puer cœli pars nobilis, alter
Tu *Marcellus* eras: tumulo date lilia plenis
Pierides calathis vestri in monumenta doloris.

Annæ Sophiæ Alberti Ducis Borussiæ filiæ. XII. Ibidem: *D. O. M. S. Anna Sophia* Marchionis Alberti, primi Ducis Borussiæ ex *Dorothea Danica*, filia, *Friderici I.* Regis Daniæ & Norwegiæ neptis, *Casimiri* Regis Poloniæ Proneptis, illustriss. *Jo. Alberti* Ducis Megapol. uxor, *Alberti* ante parentes in Borussia apud avum defuncti, nec non *Johannis* & *Sigismundi Augusti* Ducum Megap. mater, *Adolphi Friderici* & *Joh. Alberti* T. T. Ducum Megapol. avia. Quæ cum a. CIↃ IↃ LV. Febr. XXII. Jo. Alberto Duci Megapolitano nupsisset, eoque a. CIↃ. IↃ. LXXV. Febr. XII. extincto, annos XV. vidua fuisset, tandem ipsa quoque a. CIↃ IↃ. XCI. Febr. 6. maritum secuta est, ejusque exuviæ à filiis mœstissimis ad patris desideratissimi latus in spem glorioſisimæ resurrectionis depositæ sunt A. CIↃIC XCI. Martii XVII.

Sic orimur morimur morsque ipsa ab origine pendet.

Ejusdem Epitaphium.

Expers invidiæ fastus timidique pavoris
Casta pudicitiæ & relligionis amans
Annorum fatura vitæ nec egena bonorum
Regibus exorta quæ decuere nurum.
Filia sponsa uxor genitrix avia & soror illa
Magnorum generis nobilitate Ducum.
Hic Sophia Anna cubat, proles quæ mascula matre
Atque avia haud decrit gens Obotrita tibi.
Si DEUS haud renuat quo ceu nil triste benigno
Sic nihil irato stare vel esse potest.

Johannis Ducis. XIII. Ibidem: *D. O. M. S. Illustriss. Princeps Johannes*, Johannis Ducis Megap. filius & successor, a puero litteris excultus, pacis & justitiæ amator & defensor, blasphemiæ scelerum & libidinum osor, erga subditos benevolus & mitis, ecclesiarum & scholarum nutritius, in omni boni Principis officio laboriosus, cum Stargardiæ immatura sed pia tamen morte e vivis excessisset, mortalitatis suæ reliquias non procul a paternis maternisque hic deposuit, anima in paradisum recepta, conjuge interim illustriss. SOPHIA CIMBRICA & liberis tribus superstitibus lamentantibus, lugente, & non immerito, tota provincia. natus est A. C. CIↃ IↃ LIIX. d. VII. Mart. decessit XXII. Mart. antiqui a. CIↃ IↃ XCII.

XIV. Ducis *Christophori & Elisabethæ conjugis* monumentum. Cujus descriptio hæc: In parte quæ ad occidentem vergit, princeps cum conjuge flexis poplitibus exhibetur, librum manibus tenens. Conspiciuntur vero in basεos latere, quod occasum respicit, Adami & Evæ ad arborem prohibitam stantium, effigies, juncta epigraphe: *Ducis Christophori & Elisabethæ conjugis*

Eva prior vetita - cerpit ab arbore fructum
Et dat Adæ, vescens, hoc, hic & illa perit.

In parte boreali legitur titulus: *Christophorus D. P. Administrator Raceburgens. ep. Dux Megapol. Princeps Vandalorum Comes Sverinensium Rostoch. & Stargardiæ Dominus: Elisabetha D. G. Regia Svecorum Vandaliæ Principissa nec non Megapolitanorum Ducissa, Sverinens. Comitissa Rostock & Stargard. Domina.* Titulos hosce circumstant supra insignia Megapolensia & Svecica, alabastro insculpta. In parte orientali pictum est sepulcrum Christi addito lemmate:

Nostra sepulta tuo sunt crimina Christe sepulcro
Corpora quæ nobis glorificata dabis.

Parte meridionali efficta est pictura Jonæ a balena in terram ejecti nec non effigies resurrecti Christi, militibus stupore quasi exanimatis, juncta epigraphe:

Ejicit incolumem delphini venter Ionam
Quem servat dominus perdere nemo potest.
Summa resurgentis Ducis est victoria Christi
Unde redit nobis, gloria, vita, salus.

Ipsum epitaphium, tumulo *Christophori* consecratum & *Elisabethæ* conjugis querelas vide apud HEDERICUM *ad a. 1596.*

XV. Prope capellam a S. Sanguine vocatam, parti quæ ad meridiem tendit, insculptum est hoc monumentum:

Nobilitate & virtute præstantissimo heroi *Dn. Joach. Riben* hæreditario Domino in Schönhusen & Galenbeck illustriss. Ducum Megapolens. Consiliario. *Dn. Joach. Riben.*

Hac situs est templi *Joachimus* in æde *Ribenus*
Heros quem virtus prædicat atque genus.
Quemque DEO pietas, sed nulli incognita virtus
Principibus summo junxit amore viris.
Carole quinte tibi fidissimus ille tuorum
Adfuit armorum militiæque comes.
In bello captum Patavina quando sub urbe
Franciscum Regem Gallia mœsta dolet.
Cum *contra Turcas* Rex *Ferdinandus* iniret
Prœlia, queis Pesti mœnia celsa jacent.
Excipit hunc magnis *Henricus* honoribus illis
Brunopoliatnæ lausque decusque domus

Augu-

Auguſtana datur tibi dum confeſſio Cæſar
Se ſocium dicto præbuit ille Duci.
Auſus & in patriæ quondam capere arma ſalutem
Marchionis quando caſtra ſecutus erat.
Poſthæc conſilio juncta gravitrte juvabat
Magnopolitarum factaque resque Ducum.
Geſta foris nomen famamque dedere, ſed auxit
Rem ſuperum pietas pro bonitate domi.
Hoc curſu decies octo numeraret ut annos
Atque duos placida morte ſolutus obit.
Hicque vicina Ducum monumentis oſſa quieſcunt
Laus mundi ſupereſt, ſpiritus aſtra tenet.
obiit Sverini XII. Cal. April.
A. D. M. DLXXVII.

Halberſtadii. XVI. In choro majoris altaris ad columnam monumentum: *DEO OPT. M. ſacrum & æternæ memoriæ* Nobiliſſ. atque generoſi Domini *Dn. Baltaſeris Gebhardi* de HALBERSTADT Sereniſſ. Ducis Mecklenb. Sverin. ſummi copiarum Ducis atque arcum præfecti, hæreditarii in *Langenbruez, Gorſelaw, Leezen & Woltau*, qui mortalitatis orbem a. M. D. CXXI. d. 8. Martii, thori ſocietatem cum nobiliſſima, pietate & caſtitate clara *Hedwig Clara de Thienen* a. M. D. C. LI. d. 24. Nov. ingreſſus, maritus per 38. ann. fideliſſ. pater & avus liberorum deſideratiſſ. tandem, non ſine ſuorum & totius familiæ lacrymis inter mortales eſſe deſiit a. M. DC. XCII. d. 9. Nov. vixit in ſeculo ann. LXXI. octo menſes, victurus in cœlo perpetuaque gaudia venerabiles exuviæ exſpectant.

Epiſcoporum Ludolphi & Henrici. XVII. Ante altare majus ſepulcrum LUDOLPHI *I. epiſcopi Sverinenſis XI.* Loco lapidis ſepulcralis tabula ex orichalco confecta, (*) quinque pedes longa & ſeptem lata ſepulchrum obtegit, cui & ipſius & *Henrici fratris* epiſcopi effigies inſculptæ ſunt, additis inſcriptionibus (1) A. M. CCC. XXXIX. in die Georgii martyris obiit LUDOLPH *de* BÜLOWE Sverinenſ. eccleſ. epiſc. cujus anima per miſericordiam Chriſti requieſcat cum pace. Amen. (2) A. M. CCCC. XLVII. poſt Chriſt. nat. quarto die poſt ſanctam Catharinam virginem, obiit HENRICUS *de* BULOWE, *epiſc. Sverin.* Ludolphi epiſc. frater germanus, omnes qui tranſitis, Orate pro illis.

(*) Conſpicitur & aliud monumentum lapideum epiſcopo huic conſecratum, nomine ipſius & inſignibus conſpicuum.

Rudolphi epiſcopi. XVIII. In choro majoris altaris ſepulcrum RUDOLPHI *I. Epiſc. Sverinenſis* cum inſcriptione:

Urbis hic antiſtes hujus ſextus tumulatur
Rudolphus triſtes occurſus ne patiatur
Impenſis fidi Sverinenſis Gotofredi
Præſulis octavi tumba paratur avi.
Obiit a. M. CCLXII. d. XIV. Kal. Dec.

Marquardi epiſcopi. XIX. Infra in choro altaris majoris epitaphium MARQVARDI *epiſcopi Sverinenſis XVII.* conſpicitur · A. D. M. CCCLXX. d. *S. Lamberti* obiit Rev. in Chriſto Pater & Dn. D. *Marquard.* BERMANN eccleſ. hujus electus & per archiep. Brem. confirmatus epiſcopus. Orate Dominum pro eo.

Loſtii epiſcopi XX. Ibidem in choro ante majus altare lapis ſepulchralis (*) CONRADI LOSTII *Wiſmarienſis, epiſcopi Sverin. XXVIII.* effigie ipſius (efficta) & inſcriptione hac conſpicuus: A. D. M. D. III. Vigilia nativitatis obiit Rever. in Chriſto Pater, *Conradus* LOST *utriuſq; jur. D.* in ſuam eccleſiam liberalis benefactor & antiſtes.

(*) Quem formis ſuis expreſſum vide in *D. Köpkenii* Memoria Loſtii ad p. ult.

Gotfridi epiſcopi. XXI. Inferius in choro ante altare majus lapis ſepulcralis GOTFRIDI *epiſc. Sverin. XXIV.* A. D. MCCCC LVIII. d. VIII. Menſ. Jul. Obiit Rev. Pater *D.* GOTFRID LANGE *Decretor. D.* & eccleſiæ hujus epiſcopus, cujus anima ſit in pace!

Gotefridi & Friderici de Bülow. Epiſcopor. XXII. E regione chori altaris majoris parieti infixum quondam fuit monumentum GODEFREDI *epiſcopi Sverin. VIII.* ex ære fuſum effigiem & habitum epiſcopi repræſentans, quod olim loco lapidis ſepulcralis tumulo epiſcopi ante majus altare ſepulti inſerviit. Latitudinem habuit quatuor pedum, longitudinem 9. pedum & altitudinem unius pedis. Ob incommoda vero illud à ſepulchro remotum (*) & è regione chori parieti infixum (**) eſt. Ipſius vero in locum ſepulchro impoſita eſt tabula ænea, quæ longitudinem 15. pedum & latitudinem 8. pedum habet, cui inſculpta legitur & epigraphe epiſcopi laudati & fratris filii Friderici, epiſcopi ultimi *è Gente* BULOWIORUM (I) A. D. M. CCCXIV. in die omnium ſanctorum obiit venerab. in Chriſto Pater & *Dn.* GODEFRID *de* BULOWE Sverin. eccleſ. epiſc. VIII. anima ejus requieſcat in pace. Amen. (II) venerabilis Pater & Dn. FRIDERICUS *de* BULOWE epiſc. XVI. Sverin. obiit A. D. M CCC. LXXV. d. S. Martyr. Prothei & Hiacinthi.

(*) Factum hoc eſſe poſt fata Friderici Epiſcopi a. 1376. aſſerit D. SIMON PAULI *in Annal. MSC.* Sed *Inventarium Sepulchrorum*, à Commiſſariis *Bilderbek* Superattendente, *Chriſt. Stille* ærarii Ducalis Præfecto & *L. Becko* Secretario Cancellariæ & ſtructuario Templi A. 1664. confectum rejicit hoc in annum 1614. additque rationem: quod ex hoc tempore ſacra communio inſtitui cœperit in majori Altari, ubi hoc monumentum euntibus obſtiterit.

(**) Fide laudati inventarii illud denuo circa annum 1653. loco motum & in armamentarium ducale delatum eſt, ut tormentis conficiendis adhiberetur.

VII. Lampadum. XXIII. Altare minus, ſeptem ornatum brachiis ex orichalco conflatis, tempore ſacrorum pontificiorum ſeptem lampadibus (ob ſeptenarium numerum ſacroſanctum) inſervientibus.

Bilderbeckii. XXIV. Epitaphium *Bilderbeckii* Superint. in minori altari boream verſus

Job. XI. 43. 44.

En Superintendens Tibi *Bilderbeckius* olim
Sed Lector ſpatium ſcribere plura vetat
Filius hinc tantum patrem modo linea adumbrat
Quem tamen æterna luce micare liquet.
obiit 1671. XXI. Sept. die Matthiæ æt. 75.
Dan. XII. 3. poſ. filius *Chriſtophorus.*

Olthofii. XXV. Ibidem epitaphium *Olthofii* Superint. verſus meridiem: Lucas Olthof templo huic cathedrali inſerviendo conſumtus, obiit anno ætatis LXII. miniſterii & Superintendenturæ XXXIII.

Bannebrii. XXVI. In prima columna orientem verſus (*) S. pietati & benedictæ memoriæ meritiſſimi viri facieb. Chriſtoph. Bilderbeck 1659. *Vis genium volitat docta per ora virum. Symb:* יהוה כסי JOACH. BANNEHR ſcholæ cathedral. per XVIII. ann. Rect. dexterrimus obiit a. MD. CLIX. ætat. LIII.

Hier

Hier ſtrahlet von Geſicht Bannehr der wacker Mann
Sein Ruhm flog durch die Welt, ſein Geiſt zum Himmel an.

(*) In extremo latere ad Orientem conſpicitur imago Chriſti cruce affixi ex ligno ſculpta & tempore quadrageſimali olim delata ad minus altare VII. ornatum lampadibus. vide n. XXIII. In hunc quidem finem ut credituli nummulorum copiam imagini huic litarent.

Uxoris Rothmanni. XXVII. Monumentum, affixum columnæ priori in parte ſuperiori: Die Ehrbare und Tugendſame auch ſeel. Frau *Magdalena Guſtevels*, Ehrn *Erneſti Rothmanns* nachgelaſſene Witwe, welche *Chriſtoph Glöde* Goldſchmiedt und Einwohner dieſer Stadt Schwerin aus Eingeben des Satans und eigner blutdürſtigen Boſsheit, auch bey einem halben Jahre zuvor gefaſsten mörderiſchen Vorſatz und Gemüth mit einen Ring-Eiſen, das er zuvor zu dem Behuef mit etlichen Pfund Bley begoſſen und eine mörderiſche Käule daraus gemacht, d. 6. Oct. 1569. zu früher Tages-Zeit zwiſchen 5. und 6. Uhr ehe es noch Tag worden auf der Schelffe in ihrem eigenen Hauſe (*) und Bette da ſie noch in ihrer Ruhe lag, und ſchlieff, gantz erſchröcklicher, unmenſchlicher und jämmerl. Weiſe ermordet und des ihrigen beraubet hatte, (**) liegt alhier begraben in Gewiſsheit der fröhlichen Auferſtehung. Sorori & affini deſideratæ cum magno gemitu & lacrymis heredes poſuerunt. 1570. Menſ. Jul.

(*) Hodie Amſeliana. (**) Hiſtoriam refert *Hederic. ad a. 1569.*

Chriſtophori Magni. XXVIII. Effigies Magni Chriſtophori parieti meridionali haud procul à mediis templi oſtiis illita:

Chriſtophorus fruſtra templis non pingitur altis
Qui bene perpendit *myſtica multa* ſciet.
Magnus fert *puerum*, Chriſtum nil vilius orbi
Hunc qui *corde* gerit, re rata magnus erit.
Calcat *aquam* pedibus, tendunt per *multa pericla*
Chriſtiades; at quid *arboreus baculus?*
Nituntur *verbo*, hoc vincunt freta multa vel undas.
Quid vero *panes*, *mantica*, *piſcis* agunt?
Accipiunt *alimenta* ſimul cum *veſtibus*: at quid
Annulus in digito lucidus ille notat?
Conſtituit *ſervare fidem* mens candida Chriſto,
Utque tibi ſervem Chriſte benigne dato.

Jo. Alberti. XXIX. Chorus Ducalis è ſuggeſtus regione erectus eſt a. 1574. imperante *Jo. Alberto* artificio majori quam ſumtu, architecto quidem *Chriſtophoro Pars* Dabercuſii genero (*).

(*) vide *Hederic.* Chron Sverinenſ. ad ann. citat.

Nicol. Hoppe. XXX. In columna prope chorum Ducalem è regione ſuggeſtus monumentum conſpicitur, quo vera effigies vivæ imaginis Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quæ Romæ ad b. Johannem exſtat, exhibetur. In parte ſuperiori exſtant verba: Nun Haltet An Mit Beten. In honorem DEI & eccleſiæ ornamentum donaverunt *Nicol. Hoppe* Senator Sverinenſ. & uxor *Anna Margaretha Balcken.* Sequuntur 36. rhytmi Germanici de externa Salvatoris facie & ſpirituali ipſius viſione, cum cura ita concinnati, ut literæ eorum initiales hæc verba componant: *Ich ſahe und zeugete daß dieſer iſt Gottes Sohn.* Circa finem vero cujuscunque ſtrophæ, inter ſyllabas antepenultimas literæ ita ſunt poſitæ, ut hunc ſenſum referant: *Selig ſind, die nicht ſehen, und doch gläuben.* Monumentum hoc duabus alis obtegitur, quarum ſiniſtra exhibet dictum *Epheſ. 3. v. 19.* & inſignia, lupulorum fruticeta exprimentia: dextra autem *Eſaiæ 28. v. 19.* & *A. M. B.* inſignia, nimirum ciconiæ figuram a. 1657.

XXXI. In medio templi ambulacro conſpicitur (1) Effigies Chriſti cruci affixi cum Mariæ & Johannis imaginibus cum epigraphe: Inter brachia Salvatoris, inter vulnera Redemtoris & vivere volo & mori cupio.

Effigiem Chriſti qui tranſis ſemper honora
Non equidem effigiem, ſed quem deſignat adora
Aſpice qui tranſis quia tu mihi cauſa doloris.

(2) Lectorum chorus è Papatu (3) chorus Lycei alumnis deſtinatus multisque imaginibus Apoſtolorum ſcite admodum ſculptis & inauratis exornatus. (4) Pictura in tabula exprimens mulierem pœnitentem, Chriſti accumbentis pedes lavantem. *Luc. VIII.* Zu Gottes Ehren und Zierrath dieſer Kirchen, haben dieſe Tafel hieher ſetzen laſſen Herr Daniel und Benjamin *Blocken* als Vater und Sohn Fürſtl. Mecklenburg. Mahler und Conterfeyer 1650. *Blockiorum.*

XXXII. Suggeſtus: DEO O. M. Trino & uni docendi propagandique verbi ergo Canonici hujus eccleſiæ hoc ſuggeſtum ſuis ſumtibus poſuerunt a. 1570. Renovat: a. 1685. Supra, oſtio literis auro obductis inſculpta ſunt verba *Pſalm. 121. v. 8.* In media ipſius parte *Joh. X. v. 9.* & infra *Act. IV. v. 12.* In parte exteriori boream verſus: Tum demum beata eſt vita hominum cum artifices de artibus judicant. Conſpicitur etiam Tabula qua depingitur dormiens, qui dextram corpori imponit, ſiniſtra vero ramum frondentem tenet. In parte januæ interiori extant verba:

Ehr Gott, dein acht die Welt vergiß;
Die Seel ewig der Leib verblicht. J. B. P.

Inque parietis, quem ſuggeſtus ſcalæ attingunt, parte boreali *I. Joh. I. v. 8.* In media ſcalarum regione parte auſtrali: *Greſſus meos dirige ſecundum ſermones Tuos Domine Pſalm. 119. v. 113. infra Joh. III. v. 6.*

XXXIII. Ad columnas, quæ boream reſpiciunt, conſpiciuntur *Lutheri* & *Melanchthonis* epitaphia; In Ornamentum templi hæc donaverat *Daniel Block* 1650. mortuus Roſtochii LXXX. ann. natus 1590. tumulatusque in templo D. Jacobi.

XXXIV. In media templi via conſpicitur lapis ſepulcralis poſitus memoriæ NICOLAI BODIKERI (*) *Epiſcopi Suerinenſ.* A. D. M. CCC. LIX. d. 3. menſ. Septemb. obiit felicis recordationis Rev. in Chriſto pater & Dn *Nicol. Bodeker* quondam epiſcopus Sverinenſ. XXIII. cujus anima in pace quieſcat. Deus ipſi ſit propitius. Et epitaphium vetuſtum: *Biſchop* *Bodikeri Epiſcopi.*

ſchop Nicolaus Bödecker de was Johann Crevet ſeines Fruwen Grot Moders Broder und beſſt gearvet Joh. Crevet.

(*) Ipſius reliquiæ ſepultæ ſunt Lubecæ. Conſpicitur itidem lapis ſepulchralis *Melchioris* Ducis Brunſvicenſis, Epiſcopi Sverinenſis, qui obiit a. 1331. Feria V. Pentecoſtes. Ipſe vero ſepultus eſt *Buzovii*.

Melchioris Epiſcopi Sverin.

XXXV. In via templi boream verſus exſtat epitaphium ad januam, quæ ducit ad altare majus, hoc quidem tenore: Monumentum memoriæ nobiliſſimæ ac exornatiſſimæ fœminæ *Ingbourg de Halberſtaden* viduæ *Eggerti de Parckentien*, dynaſtæ dum viveret in Zecher ſacrum, quod matri deſideratiſſimæ a. 1549. natæ & poſt exactos ann. 66. & 4. menſ. diesque 5. a. 1615. d. 20. Febr. denatæ, terræque d. 20. Martii mandatæ in gratiſſimi animi teſſeram poni curarunt filii mœſtiſſimi H. *Hartwig* Canonicus Raceburgenſ. & *Jürgen* Parckentien.

Halberſtadior. & Parckentien.

Hagenii.

XXXVI. Epitaphium *Jo. Hageni* in parte boreali: Joanni Hagen civi Sverinenſi integerrimo, qui cum pie & honeſte vixiſſet annos 60. ex hoc mortali corpore ad æternam cœleſtium conſuetudinem evocatus Id. April. 1557. *Balthaſ. de Mecklenburg* ſocero ſuo optatiſſ. & chariſſ. poſuit. Sequentia pauca tempus delevit:

Johannes Hagius veræ pietatis amator
Quique DEUM coluit juſtificaque fide.
Non virtute ulli non integritate ſecundus
Recta - - pacis amansque fuit.
Illius hoc ſuavis docuit communio vitæ
Gazaque cui quondam præfuit ipſe ſacra.
At fidei inque bonos ſtudium verbique miniſtros
Non ſimulatus amor ſigna fuere piæ.

Adolph. Creitz.

XXXVII. Chariſſ. marito *Adolpho Kreitz* civi & Senatori Sverinenſi mutui amoris ergo *Catharina Hagia* conjux chariſſ. poſuit, vixit ann. XLIV. D. S. obiit in vera agnitione & invocatione D. VII. Id. Jan. A. MDLIX. E.

Prima ſalus - - - -
Unius - - - Chriſti ſedula cura fuit.
Hæc didici, hæc legi mecum animoque revolvi
Juſtitiæque hauſi pignora certa meæ.
Proxima de vita: lectæ quæ neſcia fraudis
Conformis poſſet legibus eſſe DEI.
Inque novum accitus communi voce Senatum
Conſilio ſtudui reque juvare bonos.
At nunc ad ſuperos redii: mea membra quieſcunt &c.

Cancellarii Tilemann Stellæ uxoris.

XXXVIII. Epitaphium uxoris *Tilemanni* STELLÆ: *Helenæ Rotermundæ* conjugi ſuæ dulciſſimæ ad perpetuam integri & ſinceri amoris honorisque memoriam Tilemannus Stella Sigenenſis, maritus infelix mœrensque pietatis ergo poſuit, vixit annos 27. menſ. 7. dies 3. hor. 12. obiit 1561. XIV. Cal. Novembr. hor. 5. matutina, mœrore animi conſumta, quod maritum ſuum chariſſimum, cum is honeſta de cauſa in Belgium avocatus ibidem diutius detineretur, mortuum falſo rumore credidiſſet.

Heinrici.

XXXIX. D. O. M. S. epitaphium *Georg. Heinrici* Eulenburgi natus 1642. 14. Martii, vocatur 1668. 25. April. † 1689. d. 26. Jan. ætat. 51. 3. m. 12. d. A latere liber, cui hæc inſcripta ſunt: *Hier iſt der Streit dort iſt der Sieg, Hier iſt der Kampff dort iſt die Cron.* Poſt varia fidei certamina poſt non paucas mundi procellas omnia in virtute crucis, mortem denique ipſam in ſanguine Chriſti patienter ac feliciter ſuperatam DEI ſervorum minimus, peccatorum maximus, pœnitentium humillimus hic reſurrectionem juſtorum exſpectat. Viator abi & mundum contemne. Vale.

M. Kochii.

XL. Epitaphium *M.* KOCHII Paſtoris in extrema columnæ parte quæ ad boream reſpicit. Cernitur ibi effigies viri beati, faciem ejus pectorisque confinia exprimens: *M. Petr. Koch Paſtor templi hujus cathedr. voc. ann. æt. 29. Joh. V. 35. Joh. XII. 35.*

Wackerbar-

XLI. Aedicula *Wackerbartiana.* In parte ſuperiori arcus leguntur verba *Eſaiæ VI. 31. tii.* In dextra arcus parte patientis Jeſu effigies conſpicitur, additis tribus dictis *Apoc. V. 9. 1. Joh. I. 7. Apoc. I. 5. 6.* In ſiniſtra arcus parte expreſſa eſt effigies Chriſti a morte ſurrecti & verba *Apoc. I. v. 17. 18. Pſalm. XLVII. 7.* In parte recta, quæ ducit ad porticum vulgo *Creutz-Gang* ſuperiori loco *Philipp. I. 21. Rom. IX. 31.* & inferiori *Apoc. XIV. 13.* Circa latus *Rom. XIV. 7. 8. II. Cor. IV. 8. 9. 10. Joh. X. 27. 28. Sap. III. 9.* In ſuperiori parte occidentem verſus nativitas Chriſti picta eſt *Luc. II.* Boream verſus paſſio Salvatoris delineata *Geneſ. III. 15.* Ad plagam orientalem efficta eſt ſepultura Chriſti. *Eſ. LIII. 9.* Meridiem verſus aſcenſionis Chriſti pictura conſpicitur *Pſ. XLVII. 6.* Supra in pariete ædiculæ ad ſiniſtram exſtat effigies judicii extremi *Luc. XXI. 36.*

XLII. In via, quæ ad ædiculam Wackerbarthianam ducit lapis ſepucralis *Joannis Weſtphali* & *Jürgen Weſtphali* primi concionatoris Evangelici *ad S. ædem Schelfæ* & uxoris *Gheſtæ Biſteden* addictis dictis *Philipp. I. Joh. XI. Chriſtus vita, Chriſtus reſurrectio:* & rhythmis:

Dieſe Linde habe gepflantzet ich
Daſs man darunter begrabe mich. a. 1660.

Johannes oeconomiæ curam ad Schelvæ templum habuerat, humatus in cœmeterio ſub tilia in ſepulchro avi Georgii. Lapis vero ille ſepulchralis a cœmeterio *templi Schelv.* in cathedrale templum eſt translatus.

Hub. Sibeni

XLIII. Infra in organi parte boreali conſpicitur ſplendidum ſatis monumentum, judicium extremum exprimens *Joh. V. 29.* HUBERTO SIBENO *U. J. L. & Jo. Alb. Duc. Megap. Conſiliario Aulico* ann. ætat. 55. Chriſti nati 1582. menſ. April. pie defuncto marito parentique chariſſ. Conjux & liberi mœſti poſuerunt (*).

(*) Verſus circumſtantes fere perierunt, notavit tamen quosdam *Hedericus*, qui etiam hiſtoriam ad hunc annum enarravit

Hermanni I Sverinenſ.

XLIV. E latere organi dextrorſum lapis ſepucralis latitudine & artificio conſpicuus HERMANNI

MANNI EPISCOPI *XXII. A. C. M. CCCC. XLIV. d. II. post circumcis. Domini obiit Hermannus episcopus XXII. ecclesiæ Sverinens. Orate pro illo.*

XLV. Ad organum pneumaticum: *D. O. M. Instauratæ sac. sanctæ religionis Autori* JOHANNES ALBERTUS *Dux Megapol. insigne hoc opus musicum, pietatis ergo posuit A. MDLX. I. Paralip. XV.*

XLVI. Epitaphium honesti viri *Huberti Siben* Prætoris & Senat. Sverinens.

Integer officiis & cunctis comis & æquus,
Urbis honos, justi gloria summa fori
Hic jacet Hubertus Parcarum sorte Sibenus
Sed nunquam in terris qui bene vixit obit.

decessit a. 1553. III. Novembr. (*)

I. B.

(*) Vid. Scripta Acad. Rostoch. publ. ed. 8. p. 387.

XLVII. In loco Capituli, cujus introitus est in via templi versus meridiem, vulgo *Capitul-Hauß*, inter alia nonnulla asservantur quatuor tabulæ ligneæ & membranaceæ, quibus Capella S. Sanguinis olim exornata fuit. *Primæ tabulæ* inscriptio hæc est: *Bulla Leonis Papæ X. in Cœna Domini publicata Sverini A. 1521:* Mandatur in virtute sanctæ obedientiæ, universis & singulis *Dominis Curatis* & eorum *Capellanis*, nec non aliis divini verbi Prædicatoribus secularibus aut regularibus *per civitatem & diœcesin* SVERINENS. ubilibet constitutis, ut sequentem Bullam, ad minus semel *singulis annis* in Ecclesiis suis, præsertim in medio Quadragesimæ, vel Dominica Judica, aut alio Die festivo & competenti in eadem Quadragesima, Christi fidelibus solenniter publicent & declarent, juxta mandatum Apostolicum, in fine ejusdem Bullæ contentum.

Leonis X. Bulla pro Eccles. Sverinens. de a. 1521.

LEO Episcopus, Servus Servorum DEI, ad perpetuam rei memoriam.

Consveverunt Romani Pontifices, Præ-decessores nostri, ad retinendam puritatem Religionis Christianæ, & ipsius unitatem, quæ in *conjunctione membrorum* ad unum caput, Christum videlicet, *ejusque Vicarium* principaliter consistit, & sanctam fidelium societatem ab offensione servandam, arma Justitiæ per ministerium Apostolatus in pertinenti celebritate exercere. Nos igitur vetustum & solennem hunc morem sequentes, excommunicamus & anathematizamus ex parte, Dei omnipotentis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, autoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, ac nostra *Omnes Hæreticos*, SAZACOS, *Naærenos*, *Pauperes de* LUGDUNO, *Arnoldistas*, *Speronistas*, *Passagarios*, *Videfistas seu Usfitas*, fratricellos *de opinione* nuncupatos, (Et nuper ob similitudinem impietatis, per nos damnatum MARTINUM LUTHERUM, *& ejus sequaces*, ac illi quo minus puniri possit, quomodolibet faventes) & quoslibet alios *Hæreticos*, quocunque nomine censeantur, ac omnes fautores, receptatores, defensores eorundem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes *Piratas*, *Cursatorios*, *Latrunculos maritimos*, & illos præcipue, qui mare nostrum, a monte *Argentario* usque Terracinam discurrentibus, qui navigantes in illo deprædari, mutilare, interficere, ac rebus & bonis suis spoliare præsumserunt hactenus, & præsumunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium dantes, consilium vel favorem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris suis nova pedagia imponunt, vel prohibita exigunt. Item excommunicamus & anathematizamus omnes *falsarios Bullarum* seu Literarum Apostolicarum & supplicationum, gratiam vel Justitiam concernentium, per summum Pontificem vel Vice-Cancellarium, seu gerentes vices eorum, aut officium Vice-Cancellarii S. R. E. de mandato ejusdem Summi Pontificis signatum, aut sub nomine ejusdem Summi Pontificis, seu Vice-Cancellarii, aut gerentium vicem prædictorum, signantes supplicationes easdem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita deferunt *Saracenis*, *Turcis*, & aliis Christi nominis inimicis, quibus Christianos impugnant. Item excommunicamus & anathematizamus omnes impedientes seu invadentes victualia, seu alia ad usum Romanæ Curiæ necessaria adducentes, vel ne ad Romanam Curiam ipsam adducantur, vel deferantur, impediunt seu perturbant, & qui talia faciunt, vel defendunt, cujuscunque fuerint Ordinis, Præ-eminentiæ, conditionis & status, etiam si Pontificali, Regali, Reginali, aut quavis Ecclesiastica vel *mundana præfulgeant dignitate*. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes & recedentes ab eadem, nec non omnes illos, qui Jurisdictionem ordinariam, vel delegatum aliquem non habent, in eadem Curia morantes, temeritate propria *rapiunt*, *spoliant & detinent*, aut expropositio deliberato, verberare, mutilare, vel interficere præsumunt, & qui talia fieri faciunt, seu mandant. Item excommunicamus & anathematizamus omnes temere mutilantes, vulnerantes, interficientes, capientes, carcerantes, & detinentes, Patriarchas, Archi-Episcopos, & Episcopos, eorumque Mandatores. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alium, seu alios, quascunque personas Ecclesiasticas, vel seculares, ad Romanam Curiam, super eorum causis & negotiis recurrentes, illaque in eadem Curia prosequentes aut procurantes, negotiorumque gestores, Advocatos, vel Procuratores ipsorum, vel etiam auditores seu Judices, super dictis causis seu negotiis deputatos, occasione causarum vel negotiorum hujusmodi, verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant, ac illos, qui ne scriptis & mandatis Apostolicæ Sedis, & Legatorum ac Nunciorum & Judicum delegatorum ejusdem gratiam

Contra Piratas.

Nova Pedagia.

Falsarios.

Turcas.

Impedientes victualia.

Raptores aliosque.

Injurios in Ecclesiasticos & seculares.

Contra hæreticos & Martinum Lutherum.

vel juſtitiam concernentibus, decretisque ſuper illis & cæteris judicatis, proceſſibus & executorialibus, non habito primum eorum beneplacito & aſſenſu pareant: Neve *Tabelliones* & *Notarii* ſuper hujusmodi ſcripturarum & proceſſuum executione, inſtrumenta vel acta conficere, aut confecta parti, cujus intereſt, tradere, ſub graviſſimis pœnis prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, quive in animarum earundem periculum, ſe, ſua, noſtræ & Romani Pontificis pro tempore obedientiæ pertinaciter ſubtrahere, ſeu quolibet recedere præſumunt: quive Jurisdictiones ſeu fructus, reditus & proventus ad Eccleſiaſticas perſonas, ratione *Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum* per eas obtentorum pertinentes, uſurpant vel arripiunt, ſeu quavis occaſione vel cauſa, ſine Romani Pontificis expreſſa licentia ſequeſtrant vel occupant, vel qui per ſe, vel alium, ſeu alios, directe vel indirecte prædicta exſequi, vel procurare, aut in eisdem conſilium, auxilicum, vel favorem præſtare non verentur, cujuscunque Præ-Eminentiæ, Dignitatis, Ordinis, Conditionis, aut ſtatus fuerit, etiam ſi Pontificali, Regali, Reginali, vel quavis alia præfulgeant Dignitate. Item excommunicamus & anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes, & interficientes ſeu capientes & detinentes ſeu deprædantes *Romipetas* & *Peregrinos ad Urbem*, cauſa devotionis, ſeu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipſa, & in his dantes auxilium, aut conſilium vel favorem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel alium ſeu alios, directe vel indirecte, ſub quocunque titulo vel colore occupant, detinent, vel hoſtiliter deſtruunt ſeu invadunt, vel occupare, detinere aut deſtruere, aut invadere hoſtiliter præſumunt in totum vel in partem, *almam Urbem*, *Regna Siciliæ ſeu Trinacriæ*, *Inſulas Sardiniæ & Corſicæ*, *Terram citra farum*, Patrimonium *Beati Petri in Tuſcia*, *Ducatum Spoletanum*, Comitatum *Venayſinum*, *Sabinenſem*, *Marchiæ Anconitanæ*, *Maſſæ*, *Trebariæ*, *Romandiolæ*, *Campaniæ*, *& maritimæ Provincias ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulforum*: Civitatesque noſtras, *Bononiam*, *Ferrariam*, *Beneventum*, *Peruſiam*, *Avinionem*, *civitatem Caſtelli*, *Tudertum* & alias civitates, Terras & loca, vel jura, ad ipſam Roman. Eccleſiam ſpectantia & pertinentia & adhærentia: ac fautores & defenſores eorum, ſeu in dantes auxilium, conſilium vel favorem. Item excommunicamus & anathematizamus omnes & ſingulos *Vice-Cancellarios & Cancellarios*, ordinarios & extraordinarios, quorumcunque Regum & Principum ac Cancellariorum, Conciliorum & Parlamentorum, nec non Procuratores generales eorundem, vel aliorum Principum ſecularium, etiam ſi *Imperiali*, *Regali*, *Ducali*, vel alia quacunque præfulgeant dignitate: nec non *Archi-Epiſcopos*, *Epiſcopos*, *Abbates*, *Commendatarios*, eorumque *Vicarios & Officiales*, qui per ſe, vel alium, vel alios, quarumcunque exemtionum vel aliarum gratiarum & ſacrarum Apoſtolicarum, nec non decimarum, beneficialium ac alias, ſpirituales & ſpiritualibus annexas cauſas, ab *Auditoribus & Commiſſariis noſtris*, ut eorum verbis utamur, advocant, ac executionis monitoriorum, citationum, inhibitionum, ſequeſtrorum, Executorialium, & aliam ſacrarum (ſcripturarum) Apoſtolicarum, tam gratiam, quam juſtitiam concernentium, à Nobis, nec non Camerario Cardinali & Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ ac Auditoribus & Commiſſariis Apoſtolicis, in eisdem cauſis pro tempore emanatarum, illarumque curſum & audientiam ac perſonas, capitula, conventus, & collegia cauſas ipſas proſequi volentes, *autoritate Laicali* impediunt, & ſe de illarum cognitione tanquam Judices intromittere ac partes actricesque illas committi fecerunt & faciunt, ad revocandum ſeu revocari faciendum, citationes vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, a cenſuris & pœnis, in illis contentis, abſolvi, ordinant vel compellunt. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui ſub quibusvis pœnis, quibuscunque perſonis in genere, & in ſpecie, ne aliquas Scripturas Apoſtolicas, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam Juſtitiam concernenti, etiam citationes & executoriales, quæ a Sede prædictâ emanarunt, & pro tempore emanabunt, ſine eorum vel Principum beneplacito & examine, executioni demandant, inhibent, ac Notarios, Executores, vel Sub-Executores tenore monitoriorum, citationum & inhibitionum huiusmodi capiunt, incarcerant & detinent, vel capi, incarcerari & detineri faciunt, & qui ex eorum officio vel ad inſtantiam quorumcunque, perſonas Eccleſiaſticas & capitula, conventus & collegia Eccleſiarum quarumcunque, coram ſe & ad eorum Tribunal, audientiam, cancellariam, conſilium vel Parlamentum trahunt, ac præter *Juris communis diſpoſitionem* trahi faciunt vel procurant, directe vel indirecte, quovis quæſito ingenio vel colore. Declarantes nihilominus ac proteſtantes, prout tenore præſentium declaramus ac expreſſe proteſtamur, abſolutionem hodie vel alias etiam ſolenniter per Nos faciendam, præfatos Vice-Cancellarios, Conſiliarios & Procuratores, ac alios excommunicatos prædictos, niſi prius a præmiſſis, cum vero propoſito ulterius non committendi, deſtiterint, minime comprehendere, nec illis aliter ſuffragatura fore. Ac inſuper in præmiſſis omnibus & ſingulis ac aliis quibuscunque juribus Sedi Apoſtolicæ S. R. E. undecunque & quomodo-

In peregrinantes ad Romam

In terras ad R. Eccleſiam ſpectantes.

Officiales & Commiſſarios.

dolibet quæsitis seu quærendis, per quoscuuque actus contrarios, aut quomodolibet præjudicantes, tacitos vel expressos, a Nobis, vel Sede Apostolica quomodolibet factos, aut fiendos, aut quemque temporis fluxum seu patientiam vel tolerantiam nostram, nullatenus quomodolibet præjudicari debere, aut quomodolibet posse, & sic nostræ incommutabilis intentionis semper fuisse, fore, & esse. Non obstantibus quibuscunque *Privilegiis & Indulgentiis* ac literis Apostolicis generalibus vel specialibus eis, vel eorum alicui, vel aliquibus, cujuscunque Ordinis, status vel Præeminentiæ fuerit, etiam si (ut præmittitur) Pontificali, Regali, Reginali, seu quavis alia Ecclesiastica vel mundana præfulgeant dignitate, à prædicta Sede, sub quavis forma, vel tenore concessis, quod excommunicari vel anathematizari non possit, per literas Apostolicas, non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi, ac ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus & Dignitatibus eorum mentionem, nec non consvetudinibus & observantiis scriptis & non scriptis, & aliis contrariis quibuscunque, per quæ contra nostros processus hujusmodi ac minas quomodocunque includantur in eis, se juvare valeant aut tueri, & quæ quoad hoc, penitus tollimus, & omnino revocamus. Et a quibus quidem sententiis: nullus per alium, quam per Roman. Pontificem, nisi duntaxat *in mortis articulo* constitutus, absolvi possit; tunc, nisi de stando sanctæ Rom. Ecclesiæ mandato, satisfactione vel sufficienti cautione præstitis, etiam prætextu confessionalium, seu quarumvis facultatum verbo, literis aut quavis alia scriptura, etiam in qua quando sola lignatura sufficeret competat esse, & quævis derogatoriarum derogatoriæ fortiores & efficaciores insolitæ clausulæ apparerent, quibusvis personis, cujuscunque præeminentiæ, Dignitatis, conditionis aut status fuerint, etiam si (ut præmittitur) Pontificali, Regali, Reginali vel quavis alia præfulgeant dignitate, Religiosis & secularibus utriusque sexus, *Capitulis*, *Collegiis*, *Conventibus*, *Ordinibus*, *etiam mendicantium & militarium hospitalibus*, *Confratriis*, *Universitatibus* concessarum à Nobis, vel à prædicta Sede, & quas concedi quomodolibet contingeret in futurum. Illos autem, qui contra tenorem pertinentium talibus, vel eorum alicui vel aliquibus, Absolutionis beneficium impendere de facto præsumserint, excommunicationis & anathematis sententia innodamus eisque prædicationis, lectionis, administrationis sacramentorum & audiendi confessiones officia interdicimus: prædicantes & declarantes aperte transgressoribus, contemtoribus prædictis, nos gravius contra eos spiritualiter & temporaliter, prout expedire cognoverimus, processuros, & nihilominus quicquid egerint absolvendo, vel alias, nullius sit roboris vel momenti. Ut autem hujusmodi nostri Processus ad communem omnium notitiam deducantur, chartas seu membranas processus continentes eosdem, in Valvis Basilicarum Principis Apostolorum & sancti Johannis Lateranensis de Urbe affigi, seu appendi faciemus, quæ Processus ipsos suo quasi sonoro præconio & patulo indicio publicabunt, ut hi, quos processus hujusmodi contingunt, quod ad ipsos non pervenerit, aut ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem prætendere, seu ignorantiam allegare, cum non sit veri, si se, quoad ipsos, remanet incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Verum ut præsentes literæ ac omnia ac singula in eis contenta eo fiant notiora, quo in plerisque civitatibus & locis fuerint publicata, Venerabilibus *fratribus Patriarchis*, *Primatibus*, *Archi-Episcopis*, *Episcopis* ac *locorum Ordinariis* ubilibet constitutis per hæc Scripta committimus & in Virtute Sanctæ obedientiæ distincte præcipiendo mandamus, quatinus per se, vel alium, seu alios præsentes Literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, saltem semel in anno, aut pluries, prout expedire viderint, in Ecclesiis suis, dum major in eis populi infinitudo ad divina convenient, solenniter publicent & ad Christi fidelium mentes deducant, nuncient, & declarent. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ excommunicationis & Anathematizationis, Ablationis, Denunciationis, Declarationis, Revocationis, Innodationis, Interdicti, Commissionis & Mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ MDXXI. Quinto Kalend. April. Pontific. Nostri anno nono.

Non obstantibus juribus aliis.

Lecta per me *Johannem Acherimum* Romanum Sub-Diaconum Apostolicum.

XLVIII. *Tabula secunda.* Summaria & instructio super perpetuis indulgentiis in ecclesia Sverinensi per totius anni circulum ex litteris Apostolicis prædictis, in unum collectis.

Januarius. Circumcisionis Domini, prima Januarii indulgentia XXV. annor. ab *Honorio Papa III.* Epiphaniæ Domini VI. Januarii indulgentia XXV. annor. ab Honorio Papa III.

Februarius. Purificationis Mariæ II. Februar. indulgentia XXV. annor. ab Honorio Papa III.

Martius. Annunciationis b. Mariæ XXV. Martii, indulgentia XXV. annor. ab Honorio Papa III.

Aprilis. In cœna Domini (quæ eſt bona quinta feria) plena remiſſio peccatorum pro omnibus Chriſti fidelibus accedentibus cauſa devotionis & porrigentibus manus adjutrices ad eccleſiam Sverinenſem, ab Honorio Papa III. Paſchatis reſurrectionis Domini indulgentia XXV. annor. ab Honorio Papa III. Dominica prima poſt Paſcha (quæ dicitur Quaſimodogeniti) indulgentia XXV. annorum & totidem quadragenarum à Julio Papa II. Petrus Epiſcopus impetravit.

Majus. Inventionis S. Crucis III. Maji. indulgentia XXV. annor. ab Honorio Papa III. S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ ante portam latinam, remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum & XXI. annor. & totidem quadragenarum ab Honorio Papa III. Aſcenſionis Domini noſtri J. C. plena remiſſio peccatorum pro omnibus Chriſti fidelibus accedentibus cauſſa devotionis & porrigentibus manus adjutrices ad eccleſiam Sverinenſem ab Honorio Papa III. Item alia indulgentia eodem die, data per Bonifacium Papam IX. ad inſtar S. Mariæ de Angelis extra muros aſſiſinatenſ. Prima & ſecunda diebus Auguſti & eodem die ac per duos dies ante deputari poſſunt per Capitulum ſeptem Presbyteri in confeſſores qui abſolvant autoritate Apoſtolica ex indulto ejusdem Bonifacii.

Junius. Pentecoſt. indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Viti XXV. Junii remiſſio tertiæ partis peccatorum & XXI. annor. & totidem quadragenar. ab Honorio Papa III. Nativitatis Joan. Baptiſtæ XXIV. Junii indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Petri & Pauli Apoſtolorum XXIX. Junii indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Et eodem die adhuc XXV. annor. & totidem quadragenarum à Julio II. Petrus Epiſcopus impetravit.

Julius. Jacobi Apoſtoli XXV. Julii indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Laurentii Martyris X. Auguſti indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III.

Auguſtus. Aſſumtionis b. Mariæ XV. Aug. indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Bartholomæi XXIV. Auguſti indulgentia XV. annorum ab Honorio Papa III.

September. Nativitatis b. Mariæ VIII. Septembr. remiſſio tertiæ partis peccatorum & XXI. annor. & totidem quadragenarum ab Honorio Papa III. Eodem die indulgentia V. annor. & totidem quadragenarum à. Julio Papa II. quam impetravit Dominus Petrus Epiſcopus Sverinenſis. Exaltationis ſanctæ crucis XIV. Septembr. indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Michaelis XXIX. Septembr. indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III.

October. Prima dominica poſt Octavas S. Michaelis, eſt feſtum dedicationis in eccleſia Sverinenſi, & habetur indulgentia XXV. annor. & totidem quadragenarum, à Julio Papa II. per Petrum Epiſcopum impetrata. Item alia indulgentia V. annorum & totidem quadragenarum data per Sixtum Papam IV. ad ſupplicationem Ducum Magnopolenſium. Simonis & Judæ XXVIII. Octobr. indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III.

November. Omnium Sanctorum I. Novembr. indulgentia XXV. annor. & totidem quadragenarum à Julio Papa II. Petrus Epiſcopus eam impetravit. Martini Epiſcopi & Confeſſoris XI. Novembris indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Ceciliæ Virginis XXII. Novembr. indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Catharinæ Virginis XXV. Novembr. indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Andreæ Apoſtoli ultima Novembr. indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III.

December. Thomæ Apoſtoli XXI. Decembr. indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Nativitatis Domini Noſtri JESU CHRISTI, indulgentia XV. annor. ab Honorio Papa III. Sancti Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, remiſſio tertiæ partis omnium peccatorum, & XXI. annor. ac totidem quadragenarum ab Honorio Papa III.

Et præter hæc omnibus & ſingulis tam diebus Dominicis, quam ſingulis diebus Veneris, ſive ſextis feriis per totius anni circulum, perpetua indulgentia VII. annor. & totidem quadragenarum, pro omnibus devote viſitantibus ECCLESIAM SVERINENSEM ab *Honorio Papa tertio.*

XLIX. Tabula tertia: De Vigiliis Sanctorum & eorundem feſtivitatibus obſervandis, ac populo per prædicatores intelligibiliter publicandis ſub modis infra annotatis.

Adventus Domini ſemper imponitur dominica poſt feſtum commemorationis Lini Papæ, quod occurrit altera die Catharinæ. *Feſtum S. Andreæ Apoſtoli*, habet vigiliam, quod ſi venerit in dominica adventus, debet jejunium Sabbatho præcedente ſervari, ſimili modo ſervetur aliis feſtis habentibus vigiliam & jejunium, ſi vero feſtum S. Andreæ ceciderit in dominicam, ibidem ſervetur quoad populum, ſed can-

cantus ſive ſolennitas chori transferatur in ſecundam feriam prout notatum eſt ſupra. *Feſtum S. Barbaræ* non celebratur à populo eſtque feſtum chori ſed non fori. *Feſtum S. Nicolai* eſt celebre quoad omnes non habens vigiliam & jejunium ex præcepto, unde jejunium ejus voluntarium eſt. *Feſtum conceptionis Mariæ* non habens jejunium ex præcepto, ſed voluntarium, debet tamen ab omnibus celebrari. *Feſtum S. Luciæ* non eſt celebre, neque habet jejunium ex præcepto, ſed nota hic, quod ſemper quarta ſexta & ſeptima feriis poſt Luciæ ſervabitur ſtrictum jejunium quatuor temporum ex præcepto eccleſiæ. *Feſtum S. Thomæ* Apoſtoli eſt celebre, habens vigiliam & jejunium ex præcepto, quod obſervetur ſicut de S. Andrea dictum eſt, in eccleſia Sverinenſi eſt indulgentia Papalis ſicut ponitur in principio libri. *Vigilia nativitatis CHRISTI* eſt ſub ſtricto jejunio, debito tempore obſervanda; ne aliqui ex quadam ſuperſtitione & perfidia jejunium protrahant poſt occaſum ſolis dum ſtellæ apparuerint. *Dies nativitatis CHRISTI* ſanctorum Stephani Joannis & innocentium ab omnibus ſolenniter celebrabuntur, & ſemper in die natalis Domini conceditur uſus carnium etiamſi in ſextam feriam venerit, exceptis his qui ſpeciali voto ſe ad jejunandum obſtrinxerant, indulgentiæ hic occurrentes in eccleſia Sverinenſi ſunt notatæ ſupra in principio ordinarii. *Feſtum circumciſionis Domini* non habet vigiliam ſive jejunium, ſed ab omnibus ſolenniter celebretur, habetque indulgentias in eccleſia Sverinenſi, de quibus ſupra in principio libri. *Feſtum epiphaniæ* ab omnibus devote celebrabitur, habens vigiliam absque jejunio, ſi tamen aliqui jejunare voluerint ex certis cauſis, videant ne ſua jejunia ſuperſtitioſe protrahant usque ad ſtellarum apparitionem, de indulgentiis vide in principio libri. *Feſtum S. Anthonii* non eſt celebre ad populum nec habet jejunium ex præcepto. *Feſtum purificationis Mariæ* non habens jejunium ex præcepto ſed voluntariam devotionem ex obſervantia ab omnibus ſolenniter celebretur, de indulgentiis in eccleſia Sverinenſi vide in principio libri. *Feſtum converſionis S. Pauli* eſt celebre non habens jejunium ex præcepto. *Feſtum S. Petri* ad cathedram non habens jejunium ſed eſt celebre, poteſt tamen finita ſumma miſſa, dari licentia ipſis indigentibus piſcandi, braxandi, colendi agros, & reliqua officia honeſta exercendi, & nota, quodſi dies cathedræ S. Petri vel Matthiæ venerit in Dominicam Septuageſimæ, vel aliam dominicam ſequentem ibidem ſervabitur à populo, ſed quoad clerum transfertur in ſecundam feriam. *Feſtum S. Matthiæ Apoſtoli* habet vigiliam & jejunium ex præcepto, debetque ſuo tempore obſervari niſi aliquid aliud gratioſe indultum fuerit ad majus malum præveniendum. NOTA. in anno biſſextili dies beati Matthiæ venit XXV. Februarii quod poſt geminam do ſyllabam trum trum ſecundum calendarium noſtrum ubi in aliis certis diœceſibus dicit Math math & ibi feſtum Matthiæ ſemper ſtabile permanet. *Feſtum annunciationis Mariæ* ab omnibus celebretur, & ſi in Dominica venerit ſemper Sabbatho præcedenti ſervetur, indulgentiæ hujus diei & cœnæ in principio ſignatæ diligenter populo publicentur. *Feſtum S. Ambroſii* non eſt celebre ſed feſtum chori tantum, de quo ſupra. *Feſtum diei paſchatos* ſolenniter celebretur cum duobus diebus ſequentibus qr. in quarta feria dari poterit pauperibus licentia laborandi vel arandi, ſi neceſſe fuerit pro utilitate eccleſiæ aut ſacrorum vel piorum locorum poteſt etiam tertia feria finitis veſperis dari venia ad laborandum, de indulgentiis vide in principio ordinarii. *Feſtum S. Georgii* celebretur prout hoc conſuetudo & vetus obſervantia habet. *Feſtum Marci* Evangeliſtæ habet jejunium quadrageſimale & quocunque die anticipetur vel transferatur, ibidem tam à Clero quam a populo propter litaneas & proceſſiones majores celebrabitur. *Feſtum Sanctorum Philippi & Jacobi* Apoſtolorum non habet jejunium ſed celebrabitur ab omnibus in die conſtituto. *Feſtum inventionis S. Crucis* ab omnibus celebretur, in die deputato ut in regiſtro ſuperiori. *Feſtum S. Joannis* ante portam latinam eſt ſummum, & eſt celebre per totam diœceſin quia patronus diœceſ. & habet ſolemnem octavam & eſt indulgentia papalis in Swerin. *Dies rogationum* qui dicuntur, *litaniæ* peraguntur proximis ſecunda, tertia & quarta feriis poſt Dominicam Vocem jucunditatis in ſecunda & tertia feriis datur licentia veſcendi bis lacticiniis, exiſtentibus in proceſſione reliquiarum & aliis exercentibus ſe in bonis operibus, aliis, non intentis bonis operibus nulla licentia datur. *Feria quatuor rogationum* quæ eſt vigilia aſcenſionis utimur ſolo cibo quadrageſimali propter reverentiam feſti, quod ab omnibus debet glorioſe celebrari.

& ſunt

& ſunt magnæ indulgentiæ in eccleſia Sverinenſi de quibus in principio ordinarii. *Vigilia Pentecoſtes* habet jejunium in lacticiniis ex conſuetudine bona non ex præcepto, & dies Pentecoſtes cum feria ſecunda, tertia & quarta, quoad celebritatem & conceſſionem laborum manualium ſervetur prout de feſto paſchatis dictum eſt, & nota quod quarta feria pentecoſtes eſt jejunium quatuor temporum ſed veſcimur ſemel lacticiniis iſta die, & Sabbatho propter gaudium & gloriam feſtivitatis. *Octava die Pentecoſtes* ſervatur feſtum Trinitatis & poſt ſermonem fiat exhortatio ad populum de præparatione ad affuturum feſtum Corporis Chriſti. *Feſtum Corporis Chriſti* celebratur feria quinta poſt Trinitatis cum magna ſolennitate & ſunt multæ indulgentiæ quæ populo fideliter annuncientur ut totam octavam devote peragant, in divinis horis & officiis. *Feſtum Viti* eſt celebre in eccleſia Sverinenſi tamen hoc tempore propter multas indulgentias de quibus ſupra in principio ordinarii. *Feſtum S. Johannis Baptiſtæ* habet vigiliam & jejunium, eſtque celebre apud omnes, de indulgentiis vid. in principio libri & quando transfertur vide ſupra in correctione ordinarii. & quia innotuit quod certis locis hoc tempore judaiſent quidam imperiti homines non ſatis fideles in chriſtiana religione, ſervando ſeptem Sabbatha quæ ſuo more vulgariter appellant de Hungel vyre, id ſtricte prohibeatur in his locis ubi hæc perfidia & mala conſuetudo tenetur parochianis, ne de cetero tales celebritates obſervent ſub pœna privationis ſacrorum & ſepulturæ eccleſiaſticæ, & ſi voluerint pro conſervatione & augmentatione frugum domino preces offerre, faciant diebus dominicis & aliis à catholica eccleſia inſtitutis. *Vigilia Sancti Petri & Pauli Apoſtolorum* eſt jejunanda, & eorum dies ſolemniter celebrentur. *Feſtum Viſitationis Mariæ* non habet vigiliam & jejunium ex præcepto ſed de libera voluntate aſſumtum eſt quod ſolenniter ab omnibus celebretur. *Feſtum diviſionis Apoſtolorum* eſt celebre non habens jejunium, verum tempore meſſis dum neceſſe fuerit poteſt dari licentia laborandi in agris; poſt miſſam ſummam non tamen arandi. *Feſtum Compaſſionis b. Mariæ* non habet jejunium niſi voluntarium quod ſemper celebrabitur dominica die poſt feſtum diviſionis Apoſtolorum. *Feſtum b. Mariæ Magdalenæ* eſt celebre non habens jejunium ex præcepto. *Feſtum S. Jacobi* Apoſtoli habet vigiliam & jejunium eſtque celebre apud omnes, de indulgentiis vide ſupra. *Feſtum S. Petri ad vincula* non habet jejunium, ſed eſt celebre, verum tempore meſſis dum neceſſitas exegerit poterit dari licentia laborandi in agris poſt ſummam miſſam. *Feſtum S. Laurentii martyris* habet vigiliam & jejunium eſtque celebre apud omnes, de indulgentiis vide in principio libri. *Feſtum aſſumtionis b. Mariæ* habet vigiliam & jejunium, eſtque ſummum celebriter obſervandum ab omnibus, de indulgentiis ſupra. *Feſtum S. Bartholomæi Apoſtoli* habet vigiliam & jejunium eſtque celebre apud omnes, de indulgentiis vid. ſupra. *Feſtum decollationis S. Joannis Baptiſtæ* eſt celebre, non habens vigiliam & jejunium. *Feſtum nativitatis b. Mariæ Virginis* non habet jejunium ex præcepto ſed de veteri obſervantia, quod ab omnibus devote celebretur, de indulgentiis vide in principio libri. *Feſtum exaltationis S. Crucis*, non habens jejunium eſt celebre, verum tempore meſſis poſt ſummam miſſam poterit dari licentia laborandi in agris, de indulgentiis vide ſupra. *Nota:* quod quarta & ſexta & ſeptima feriis poſt iſtud feſtum eſt jejunium quatuor temporum. *Feſtum S. Matthæi Apoſtoli* eſt celebre habens vigiliam & jejunium. *Feſtum Michaelis Archangeli* eſt celebre non habens vigiliam, de indulgentiis vide ſupra. *Dominica poſt Remigii* fiat generalis commemoratio animarum. *Dominica poſt octavas Michaelis* eſt dedicatio in eccleſia Sverinenſi & indulgentiæ papales, ubi ſupra. *Feſtum S. Lucæ Evangeliſtæ* non eſt celebre nec habet jejenium. *Feſtum Sanctorum Simonis & Judæ Apoſtolorum* habens vigiliam & jejunium, celebretur ab omnibus de indulgentiis. *Feſtum omnium Sanctorum* habens vigiliam & jejunium, celebretur devote ab omnibus, de indulgentiis. Poſt hunc diem fiat celebris commemoratio animarum, ut ſupra, prandio facto licet manualiter laborare. *Feſtum beati Martini Epiſcopi* eſt celebre non habens jejunium, nemo tamen prohibetur filialiter jejunare licet ſervile jejunium non glorificemur. *Feſtum præſentationis b. Mariæ* eſt nunc celebre, non habens jejnnium ex præcepto ſed eſt voluntarium. *Feſtum beatæ Cæciliæ* non eſt celebre neque habet jejunium. *Feſtum beatæ Catharinæ* eſt celebre, non habens jejunium ex præcepto, ſed voluntarium. *Feſtum dedicationis eccleſiarum & patronorum* eſt ubique in ſuis locis ſolemne.

Felicitet nos Chriſtus.

L. Tabu-

De Origine S. Sanguinis Ecclesiæ Sverinensi collati a. 1222.

L. Tabula quarta: Quomodo & ubi sacramentum sanguinis Domini nostri JESU CHRISTI *pro ecclesia Sverinensi* obtentum sit, & in ea perpetue dicatum. Ante annum Dom. MCXXII. quidam generosus & inclytus Dn. HENRICUS *comes Sverinensis*, (genere non mediocriter nobilis, sed ardore fidei multo nobilior) *ecclesiam Sverinensem* noviter fundatam, ob reverentiam DEI (cujus amore multa DEO digna gesserat) ac memoriam progenitorum & fratrum suorum, in ea sepultorum, ampliori prærogativa dilectionis extulit, & piis ubique votis laudabiliter prosecutus est; nec non tam pretiosi thesauri donaria, videlicet *sacramentum Sanguinis Domini nostri Jesu Christi* (de quo latius infra) multum laboriose divina (sicut pie credimus) ordinatione per ipsum acquisita, ecclesiæ Sverinensi reverenter assignavit. Cum enim præfatus comes Henricus amore filii DEI crucifixi *ad exaltationem catholicæ fidei* & ad succurrendum recuperationi terræ sanctæ in transmarinis partibus expeditionem seu exercitum sanctæ crucis contra inimicos crucis Jesu Christi sequutus, paganos esset aggressus, & auxilio DEI omnipotentis cuncta gessisset prospere. Tandem Reverendissimus *S. Romanæ ecclesiæ Cardinalis* PELAGIUS *Albanensis episcopus*, ibidem tunc Apostolicæ sedis legatus, considerans devotionem ac merita dicti Comitis Henrici, sacramentum sanguinis ejusdem Domini nostri Jesu Christi instar *guttæ in lapide Jaspidis* diligentissime conservatum præfato generoso Comiti Hinricio solemniter contulit & donavit, ac *seriose eidem injunxit* ut hujusmodi preciosissimum sacramentum sanguinis Christi incomparabilem thesaurum in aliqua conventuali collocaret ecclesia, ubi jugiter Divinæ laudis officia celebrarentur. Anno igitur a nativitate Domini *millesimo ducentesimo vicesimo secundo* præfatus Comes Hinricus cum ingenti gaudio ad Comitatum suum *Sverinensem* reversus & cum tam felici munere honorifice receptus, volens injunctum sibi fideliter explere mandatum *pridie Calend. Aprilis*, quæ erat dies sacro-sanctæ Cœnæ Domini ejusdem anni, supradictum Christi sacratissimum sanguinem in præsentia felicis memoriæ quondam *Domini* BRUNWARDI *in ordine secundi Sverinensis episcopi* copiosaque *Prælatorum* ac *utriusque sexus fidelium* multitudine, sincera devotione ecclesiæ Sverinensi humiliter contulit, & ut permaneret in ea jugiter protinus ibidem honorifice dicavit, quem *idem episcopus & universus Clerus* ac *populus* qui in eodem loco causa devotionis tunc aderat, cum *processione religiosa, humili cantu* atque *summa devotione* gaudenter suscepit. Sanguis iste dilectissimi, qui diversorum populorum concursu hic exquiritur, omnibus *sextis feriis* visibiliter in tres partes se dividit, hora, qua Dominus noster Jesus Christus in cruce *mortem temporalem subiit*, cujus gratia hic omnis languor fidelium relevatur, *varietas miraculorum* hic ostenditur, & virtutis ejus efficacia debilium sospitas desiderata succedit. Præmissa omnia hujus ecclesiæ autentica testantur privilegia, quæ præfatus quondam *Dominus* BRUNWARDUS *episcopus*, reliquit apud hanc ecclesiam recondita.

Epitaphia & Insignia quædam.

LI. Ibidem adservantur *Viethii* cujusdam epitaphium & frustula insignium ex orichalco: Monumentum *Burggrafii*, concionatoris aulici: Epitaphium Margarethæ *Wackerbart* natæ *Powisch* anno 1682. cujus lapis sepulchralis invenitur e regione capellæ S. Sanguinis versus meridiem: Insignia IV. *Hinrici Pelicani*, Centurionis Mecklenb. Insignia X. Hinrici *Christoph. a Jasmund* Consiliarii Mecklenb. hæreditarii in Camin & Mollenbeck, ejusque uxoris *Annæ de Stralendorp.* Insignia *Caroli Sigism. de Barkentien* ao. 1638. sepulti in choro majori: Insignia D. *Danielis Nicolai*, Consiliarii Mecklenb. & deinde Regis Sveciæ Cancellarii: item D. *Johann. Neozini* anno 1638. aliaque nonnulla. Ut & globus turri templi hujus nostra ætate destructæ olim impositus cum scripto quodam de bellis in Germania gestis &c. quod in globo fuit repertum.

Stemmata Regum & Ducum Megap.

LII. Ibidem duæ chartæ magnæ & volubiles, vulgo Rollen, quibus inscriptæ sunt Ducum Mecklenburgensium Genealogiæ. (*) Quarum una eaque latina plane eadem est, quam BUCELINUS *P. I. p. 68.* recensuit in Stemmatographia Regum & Principum Herulorum Vandalorumque. Altera vero, germanice scripta, tota coincidit cum Stemmate Ducum Mecklenb jussu Ducis Udalrici filii Alberti pulchri in choro templi cathedralis Gustrovii marmori inciso atque ab anno 1205. a morte Pribislai Regis ultimi, usque

(*) A quibus differunt *Albitii, Henningesii, Lohmeieri* aliorumque Stemmata Megapolitana typis evulgata. Inter inedita adhuc numerantur (I) *Anonymi* XXVII. Tabulæ genealogicæ Ducum Mecklenburg. ex Mareschalco collectæ & usque ad Adolphum Fridericum III. an. 1709. productæ. (II.) *Anonymi* Tabula genealog. Herulorum & Vandalor. Regum, Dominorum & Ducum Megapol. ab Anthyrio Rege I. usque ad Gustavum Adolphum Ducem Mecklenb. Gustrovienf. deducta. (III.) Genealogia eorundem a Pribislao I. usque ad Joh. Albertum II. autore Anonymo. (IV.) SIMONIS PAULI Genealogia Regum & Ducum Mecklenb. ex autographo. (V.) LUCÆ BAGMEISTERI *junioris*, S. S. Theol D. & Circuli Rostochienfis ac Gustrovienf. Superintendentis Stemma Regium & Genealogia materna Ducis Uldarici Heredis Norweg. Administratoris episcopiæ Suerin. Slesvici & Holsat. Principis &c. ipsius natali quadragesimo sexto consecratum an. 1624. (VI.) Ejusdem Progenies Principis Udalrici filii Alberti pulchri ejusque Conjugis Elisabethæ ex Regia Prosapia Danica ortæ. (VII.) Ejusd. Progenitores XXVII. Principis *Adolphi Friderici I. Ducis Megapol.* (VIII.) Ejusd. Progenitores XXXIII. aviæ paternæ & maternæ Dominæ Annæ Mariæ, Ducissæ Meckl. ex generossima Comitum Frisiæ Orientalis Prosapia prognatæ, Conjugis Ducis Adolphi Friderici I. Ducis Megapol. (IX.) Ejusd. Genealogia Ducum Megapol. a primo Duce & Fundatoribus Academiæ Rostochiensis Alberto III. Alberti II. Regis Sueciæ filio & Johanne Magni I. filio ab anno 1419. usque ad an. 1692. (X.) G. W. Tabula genealogica universæ domus Mecklenb. e tabulario Ducali collecta, cum arboribus linearum seu stemmatum *Parchimensis* quæ desiit an. 1315. *Rostochiensis*, quæ exaruit an. 1316. *Werlensis* seu Vandalici, desinentis an. 1436. & *Stargardiensis* quæ elanguit in Ulrico an. 1471. (XI.) *Ejusd.* XIX. speciales Tabulæ genealog. Regum Dominorum & Ducum Megapol. ex Archivo & Schedis *Jo. Fabricii & Schultzii*, Archivi præfectorum consignatæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

usque ad annum 1580. perducto, typis etiam edito *Roſt.* per *Steph. Mullmann* a. MDLXXXII. Adponimus igitur ſolam deſcriptionem inſignium Ducum Megapolitanorum, quam D. JOANNES FREDERUS huic genealogiæ ſubjecit:

Principis ULRICI *clara hæc Inſignia fulgent,*
Herois patriæ Marte togaque patris.
Emicat ingenuo cujus Clementia vultu.
Aönii columen, præſidiumque chori.
Juſticiæque decus, Gravitasque auguſta relucet,
Et ſpectata fides, & pietatis amor,
Heruleæ *æternum decus ille & gloria terræ:*
Stemmata cui ſummis Regibus *orta nitent.*
Magnus Alexander *caput extitit orbis: ab illo*
Regia Bucephali *frontis origo venit.*
Cui Dux Anthyrius *bello inſuperabilis Heros,*
Splendor & Heruleæ ſtirpis origo fuit.
Rexit & hoc late fortes in littore CIMBROS,
Quorum fama domum ſolis utranque replet.
Fortibus haud unquam gens ulla potentior armis,
Tranſiit in fines Itala terra *tuos.*
Quando caput vexit vexillo nobile Tauri,
Martia qui forti cornua fronte *gerit.*
Arduus huic aſtat Gryphus, *cui lumina fulgent*
Ignea, quique refert alitis ora Jovis.
Candor ineſt alis, *exornat purpura* pectus,
Cæruleus veſtit colla *animoſa decor.*
Robur habent ungues, ad vim, bellumque parati,
Quos non ipſe truci vicerit ore Leo.
Hos Elephas metuit, prædatoresque Dracones
Hanc impune feram lædere nemo poteſt.
Talia virtutes comitata inſignia belli,
Talia magnorum ſunt monumenta Ducum.
Scilicet Heroum felici Marte potentum,
Immortale manet fortia facta decus.
Hinc Meckleburga *potens arx & clariſſima tellus*
Orta, ſuæ monſtrat ſplendida ſigna domus.
In medio Clypeus pulcro cælamine ſplendens
Ancilis lapſi cœlitus inſtar adeſt:
Inde exorta nitet ſacrato Dextera peplo,
Aureus in digitis annulus *unde micat.*
Qui ſignum teſtisque DEI bonitatis, & arcti
Fœderis & fidei tempus in omne manet.
O utinam vigeat domus hæc Meglaburgia ſemper,
Deſponſata DEO ſponſa pudica DEI:
Deſponſata cui cultrix Eccleſia CHRISTI
Et ſit pax ſummis aurea cara bonis.
Quæ juvet ingenuas ſervetque fideliter artes,
Et maneat Templum, ſancta domusque DEI.

JOHANNES FREDERUS.

XXXIII.

CONSVETVDINES ET LEGES DITMARSORVM

ANTIQVISSIMÆ. COMMVNI CONSENSV IN *CODICEM JVRIS SCRIPTI* DEMVM REDACTÆ *ANNO 1447.* EX CODICE MEMBRANACEO AVTOGRAPHO DESCRIPTÆ ET PER ARTICVLOS NVNC PRIMVM DISTINCTÆ, ADDITA IN MARGINE JVRIS PROVINCIALIS DITMARSICI SVB TITVLO: *LANDES BOKE THO DETMERSCHEN* AN. 1539. EDITI CONVENIENTIA. ACCEDVNT *JVRA BVSVMENSIA AGGERALIA AN.* 1455. 1493.

An. 1447. *Anno Domini Milleſimo, quadringenteſimo, quadrageſimo ſeptimo, feria ſecunda in Vigilia Valentini, do wurd dat Landt tho Dittmarſchen eyndrachtliken eins, diſſes naſchreven Rechtes ewigliken tho holdende und by tho blivende, umme Nütticheit und Beſtens willen unſes menen Landes tho Dyttmarſchen, dat de Ewige Gott jo beſtendiglik beholde, umme ſiner Gnade willen. Amen.*

Convenit cum L. B. Art. I. Articulus I. *Tho dem Erſten wille wy und ſchall ein jewelick Kerſpel in unſem Lande einem jewelcken, de ehn klagende kumpt, he ſy geſtlick effte wertlick, he ſy, we dat he ſy, Rechts behelpen unde plegen, umme ſine Klage, by Bröcke unſes Landes LX. Lüb. Marck.*

L. B. Art. II. Art. II. *Wer hierbaven na diſſem Dage Breve effte Karlinen wynnet van dem Pawſte effte* Prælaten, *unde leſen leet, he ſy, we dat he ſy, de ſchall gebroken hebben thegen unſe Land LX. Marck L. und ſchal weſen unſem Lande loweloß und erloß, und ſin Huß ſchall me bernen.*

L. B. Art. 14. III. *So wille wy, dat ein jewelick* Schlachte (Geſchlechte) *an unſem Landen, datt ſy lüttick edder grot, de dar hebben Schöler effte Papen, dat ſe de dartho ſchölen vermogen, dat ſe ſick an rechte ſcholen möghen laten. We des nicht en doen, effte doen willen, dar ſchal dat Schlachte gud vörweſen und allent, dat darvan kumpt und kamen mag, dat ſchall dat Schlachte uthdreghen, und dartho ſchölen ſe unſem Lande wiſſen LX. Marck Lüb.*

Art. 13. IV. *Effte hier enthaven jenig Mann, he were, we dat he were, de hoge effte de ſyde, de unſem Lande, Kerſpel, Burſchop, Schlachte, effte Manne Schaden thodreve und tobrachte, de Schade were lüttick effte grot, den ſchal he und de ſinen uthdregen, aldewihl ſe en Penn werth Gudes in unſem Lande hebben, und dartho ſchölen ſe unſem Lande betern* LX. *Lübſche Marck.*

Art. 12. V. *We da hirbaven jenich Kerſpel, Burſchop, Schlachte effte Mann in den Bann bringet na deſſem Dage, de ſchall ſe darwedder uthlöſen und bringen, und ſchal den Bann quid und vrig wedder dale ſchlan, und ſchal ſin Sake bliven by Gode und unſem Lande, und unſes Landes Rechtboke, und ſchal dar tho beteren unſem Lande* LX. *Lübſche Marck, alſe vorgeſchreven is.*

VI. *Effte dar jenig Mann an unſem Lande were, he were, we dat he were ſo homödig und averdædig, und wolde ſiner Sake nicht bliven by Gode und unſem Lande, und by unſes Landes Rechtboke, de ſchal braken hebben tegen unſe Land* LX. *Lüb. Marck, und ſchal weſen unſem Lande Loveloß, Trüweloß und Erloß, und ſchal uth unſem Lande ewigliken verwiſen weſen.*

Art. 5. VII. *Welck en Schlacht, Burſchop, effte Mann ſick berepe up des Landes Boock unde mögte he des nicht genehten, und ſchüde ehm darbaven jennig Schade, dem ſchal me ehme beteren, alſe hoch, alſe he den Herden dar is, binnen Schlachtes, ſo ſchal he dat Herden mit eineme nemede over ſin*

Klufft; is id buten Schlachts so schal be dat herden mit eneme nemende över sin Schlacht; is id binnen Klufft so schal he dat herden mit sinem negsten Sibblode.

VIII. *Alle de jenige, de angeklaget werden und Recht plegen und dohn willen, de schölen Rechtes genehten, dar enbaven schal se nemand in den Bann bringen effte bringen laten, we darbaven den andern in den Bann bringet, de schal eme darwedder uthlösen, und allent dat dar van kumpt und kamen mag, schal he uthdregen, u. dartho schal he unsem Lande und unses Landes* XLVIII. *beteren* LX. *Marck alse hiervör allerhögest geschreven is.*

Art. 1. IX. *Effte dar jenig Mann wære, he were we he were, und straffede sines Kerspels Schedinge, unde er wolde dar nicht by bliven, und he repe sick up des Landes Boke, des schal me ehme neten laten. Mer wer de dar denne unrecht ward, de schal gebraken hebben tegen Landes* XLVIIIger (*90. ssl.*) XC. Schillinge.

Art. 190. X. *Alle de jenne, de dar na dissem Daghe nemen* (dona) *Mede - Gevegeldt effte Gut umme Rechts willen, de scholen wesen unsem Lande loveloss, trüwloss und erloss, und scholen braken hebben thegen unse Land twige* LX. *Mark und ehr Huss schal me bernnen. De dar mede beschuldiget effte angeklaget wordt, segt he dar nein tho, so schal he dar nein tho seggen mit sinen Nabburen, twe siet sines Huses mit* XII. *Mannen, und vort mit enem nemede over sin Schlachte, de eme de 48. nömende werden.*

Art. 98. XI. *Schal en jewelick Sünte Oswaldus - Dagh viren, glick dem billigen Paschdaghe, by Bröke des Landes* LX. *Mark.*

XII. *So scholen Vrouwen und Junckfrowen, und Knechteken benedden* XIV. *vrede hebben, dat sy vrede effte ney, Marcket - vredes lick.*

XIII. *Schölen alle Breve und* Privilegien, *de van unss und unsen Vorvaren versegbelt syn, bliven und wesen in volkamener Macht, alse se aldar högest versegelt syn und vort alle besegbelde Breve so myd unsem Willen gheven unde versegbelt syn, dat sy wat Sake idt sy, dar schal nen Recht effte Schedinghe boven gahn besunders ute secht, effte eneme Manne sin Wiff affstörve, so schal he beholden den Ocken na Inholt des Landes, alse dat geschreven is, und nicht mehr uth dohn, alse he mede wunnen hefft.*

Art. 8. XIIII. *Alle de Jenne, de dar stahn jegen dat rechte Richte in unsem Lande; und wedderstatt ehme doen, de scholen gebraken hebben thegen unse Land IX. Lübsch Marck und alle de Schade, de darvon kumpt und kamen mag, den scholen se und de ehre utdregben, alle dewile se Gut in unsem Lande hebben, de dem Rechte jegen stahn.*

Art. 86. XV. *Scholen alle Mölen und Gründe in unsem Lande vrig wesen, dat sy frede effte nein. Wer et, dat sick bibaven Jenigmann verhauede effte bernede, de jene denne, de dat dohn, de scholen den Schaden betahlen, alse dem jennen, deme de Mole höret, alder hogheft herden dar, dat ehme geschaden is, und dartho schal he betern unsem Lande LX. Marck.*

Art. 52. XVI. *So schal ein jewelick in sinem Huse velich wesen, bede Liff und Gut, Marcketvredes lick, dat sy Dach effte Nacht, so ferne he sick sülven wol bewahrt, uthgesecht* (ausgenommen) *Karspels-Pandinghe, Burpandnighe, Schlachtspandinghe, Klüfftspandnighe, effte Gbilde-pandinghe, also verne, als et Recht is, edder in ehrer Sacke syn.*

XVII. *Alle Sake, se syn lüttick effte grot, de settet unde sönet syn* (abgethan) *dat bewisslick, ehr dat dit Rechte-Boock gesettet und gemaket is, de scholen settet und sönet bliven.* Art. 19.

XVIII. *Welck Mann uthbüet tho dyck und tho damme, dat bewisslich is, de schal velich wesen Lives und Gudes uth und tho Huss, Market-vrede lick, dat sy Vrede effte ney, unde de Vrydom schall diken und nicht de Anweddnigele.* Art. 152.

XVIIII. *Schal ein Jewelick velich wesen by sinem Ploog ut unde tho Huss, dat sy Vrede effte ney, Marcket-vrede lick.* Ibid.

XX. *So schal und mag ein Jewelich sinen Schooff velich tho Huss haben und vören, Marcketvredes lick, dat sy Vrede, effte ny.* Ibid.

XXI. *Effte dar jemand begrepen worde, nach dissem daghe, de de Hamme bövede, effte Schalkholte stuvede, effte jenigen Landwehre in unsem Lande de schall tegben unse Land gebroken hebben LX. Marck.* A. 88.

XXII. *Verlöve* (verbeden) *wy mit unsem Lande, dat dar nemand schall Rütinghe dreghen, in Bere effte Berbancken, und in der billigen Kercken by Bröke unsers Landes* XC. *Schillinge.*

XXIII. *Efft dar jenig Man in unsem Lande Koyghes quick, effte dreniket quick effte dat de Sike schlagben hedde, koffte, und tho dem Markede schlögbe und brächte, de darmede begrepen worde, de scholde thegen unse Land gebraken hebben* LX. *Lübsche Mark unde dartho schal he wesen unses Landes apenbahre Vörreyder, u. so schal me ehme ock achten.* A. 24.

XXIV. *Effte dar Jenig Mann vorögbede enen Mann thegen Paueste effte* prelaten, *effte* officiale, *dat ehme de Sluter und Sworen, unde de Erdschworen ehme tho Rechte tho syneme Skande vorögen schüllet, wer dabaven deit, de schal gebraken hebben tegben unse Lande* LX. *Lübsch Mark, und allent dat darvan kumpt und komen mag, dat schall he unde de sinen uth dregen.* A 13.

XXV. *So schall ein Jewelick in siner Veldmarcke maken Wege und Stege by Bröcke unses Landes* XXX. *Marck.*

XXVI. *Efft dar jenig Mann in unsem Lande, he wer, we he were, makede Lovede effte Verbunt nah dissem Daghe baven unses Landes Bock und tegen unses Landes 48ger, we dat deith, he sy de hoghe effte de side, de schal wesen unses Landes apenbahre Vorreder, und alle ehre Güder schollen stahn in des Landes Richte.* A. 8.

XXVII. *Wenne de* XLVIII. *tosamen schüllet umme unses Landes Ehren und Nütticheit willen; so schall ein jedwelick velig wesen uth und tho Hueß Lives und Gudes by dubbeldene Marcketvredes lick und Bröke, dat sy Vrede effte neyn.* A. 7.

XXVIII. *Effte dar ein Mann vangeschlagen worde, datt Gott vorbede, de Man schal betalen vör* CC. *Mark, und den Vrede vor twyge* LX. *Mark und sin Huss schal me bernen und schal alle sine Dage gahn vör enen erlosen Man.*

XXIX. *Effte dar ein Mann uthgesand worde, umme des Landes wegen, den Man schal me holden, sünder allen sinen Schaden, loept* (bleibt) *ehme* A. 193.

Geld aver van der Reiſe wegen, dat ſchal he wedder in de billige Kerſten antworden by Bröke des Landes dörtig Mark.

XXX. *Effte idt eineme Slütere effte Voghede des Landes Werff bevolen worde, dem Lande towervende, dat ſchal he dem Lande tokemende geven, by Bröke des Landes dortig Marck und wat Schaden darvan kumpt und kamen mag, ſchal he uthdregen.*

Art. 12. XXXI. *So ſchall ſick nemand in unſem Lande na diſſen Dagbe under de Paweſte, effte pawſtige Beſcherminge geven, by Bröke unſes Landes* X. *Marck.*

XXXII. *So vorlöven wy mit unſem Lande nene Beken tho bernende, von jenigen Burſchoppe unſes Landes by Bröke* LX. *Marck.*

A. 184. XXXIII. *Effte dar we toqueme in eneme Kerckdorpe by Nacht Tiden vnd ſchlöge die Klocken, unde dat Burſchop rokeloſen utqueme, dat bewiſslich wære, ſo ſchall me darvor beteren* XC. *Schillinghe und dem Richte* XC. *Schillinge, ſegt he dar neyn tho, de angekloget ward, ſo ſchal he dar neyn to ſeggen mit eneme nemede aver ſin Schlachte.*

A. 183. XXXIIII. *Des gliken effte dar jemand beludede enen, he wer Wiff effte Man de liff beſſtig were, de ſchal desglicken betalen, alſe vorgeſchreven ſteit.*

A. 21. XXXV. *Effte dar Holſten in unſe Land tho dem Markede quemen mit ehrer Kopenſchop und ehnen dat ehre genomen worde, das bewiſslick were, ſo ſchall me ehnen beteren* XL. *Schillinghe und dem Richte* XC. *Schillinghe. Seyt he dar neyn to, de angekloget werd, ſo ſchal he darvör ſtehn mit eneme nemede over ſin Schlachte; entfalt ehm dat Recht, ſo ſchal me em ſin Gud ghelden, alſo he, alſe de Holſte ſchweren, dar dat ehm Schade ſy.*

A. 187. XXXVI. *Welck ein Man dar Volck wynnet na diſeme Dagbe, welck ehrer dat nicht holden wil, de ſchal dat halve Lohn utgeven.*

A. 182. XXXVII. *Effte dar ein Strom ginge, twiſchen tween Gründen, unde deme enen toworpe, und dem andern aff, weme denn de Strome idt towerpet, de ſchall idt beholden, und deme he idt vanwerpet, de ſchal idt miſten.*

Twydracht van Kopes weghen.

A. 97. XXXVIII. *Effte unſe Landman und de Koopman ſchelhafftig worden umme ein Pred, de eme ſede, he hadde dat Perdt gekofft, und de andere ſede, he hadde dat nicht gekofft; Hefft he denn gude Bewiſunge, dat he den Gades-penning entfangen hefft, de ſchal ſinen Kop holden, und alle Koop ſchal ſtahn by den Winkopes lüden, und de dar aver weſen hebben, de dar Recht werd, de ſchal ſinen Schaden weten und unkoſten mit* XII. *Mannen.*

A. 194. XXXVIIII. *De mit dem Kopman Kop ſchlaget, de van weſten ut Holland kumpt, effte ut anderen weſteren Lande uppe vorkopb, mehr, alze he to ſiener Nütte hebben will, eer he* XIIII. *Dage leghen heft, de ſchall gebrocken hebben tegen unſe Land* XL. *Lüb. Marc nah den* XIIII. *Dagen Kope weſe will.*

XXXIX. *Wert Sake dat jenig Mann Gelt neme von den Kop-Man vant Weſten ehme Korne mede to gude to kopende, efte vorkopb, de ſchall unſeme Lande wedden* LX. *Lüb. Marc.*

XLI. *Effi dar een Mann Gut dingede von enem Kopman von Weſten er he* XIIII. *Dage leghen heft umme vörkoph, und wurde damede beteghen, ſo ſchall de Schipper und de vrömde Kopmann dat in den Hilligen ſchweren, dat dat Gut up Vorkoph nicht is gekofft, will de Schipper und Kopman dat nicht doen, ſo ſchall, de den Vorkoph deit gebrocken hebben* LX. *Lüb. Marc, und dat Geld ſchall vorbroken weſen.*

XLII. *Effte en Man meene ſwor, efte falſch tüghede, dat bewislick were mit Bur und Bures Kinde, de ſcall gebrocken hebben tegen unſe Land* LX. *Marc.*

Van des Landes Recht und Reiſe und ock vam hilghen Ghude.

XLIII. *Effte unſe Land wor reiſende worde und ſcholde richten aver den Brokhafftigen, dat were umme Dotſchlag, Roſ efte Brand, dat were vorumme dat were, ſo ſchall de rechte Mann jo ſines geneten in allen Rechten des Landes, we de hier baven den rechtverdigben, unde den unſchuldigen hauwede efte brande, efte ſin Gut toſchlöge, efte en wegneme, das ſchal me dem rechtverdigen betalen alze boch, alze he dat allerhogeſt bærden dar, efte he des nicht en hedde, dede de Undat dæde, ſo ſchüllet ſeine Fründe betalen.* Art. 93.

XLIIII. *Wenn dar ein Land-ſammelt ghelecht werd, dat ſy wor dat umme ſy, umme des Landes Ehre und Nüttigkeit willen, ſo ſchall en jewelick, de dar to dem Land-ſammelet kumpt, velich weſen Lieves und Gudes ut und to Hus, Market-Vredes hk, idt ſy Frede efte neyn, effi dat jenig Man breke, dat Gott vorbede, de ſchall verbraken hebben tegen unſe Land 30. Lübſch Marc und deme Sakewolde 30. Lübſch Marc, und ſinen Schaden ſchall me betern to nygeme Ghelde.* A. 7. 94.

XLV. *Effte dat Land vor reiſende worde, und dar ein Man geſchlagen worde, effte war dat he ſchlagen worde, deme Man ſchall me nergben mede beroven, noch an ſinen Kledern, noch an ſineme Wapene, we dat deit, ſchall broken hebben tegben dem Sakewolde 90. ſſl. und ſchall ehme ſin Gut utern mit enem nemende aver ſin Schlachte.* A. 96.

XLVI. *Effi dar eine Vruw klagede, dat ere Kiſte wer upgeſchl ghen in des Landes Richte, effte in enes Karſpels Richte, dar ſchall degene, de angeklaghet werd, vorſtaen mit eneme nemende aver ſin Schlachte, edde he ſchall ehr beteren 90. ſſl. und dem Richte 90. ſſl. wert he nedder vallig in dem Richte, ſo mag ſe ehr Gut uthalen mit 12. Mannen twe ſit ehres Huſes.*

XLVII. *Effte de Schlüter Schaden dæden umme ehrer rechten Bröcke willen, de an dem Kinne wehre van den Schlütern, de ſint to den Schaden unde Vrede allike na to beternde, we dat nicht mede were und neyen ſede, dat dat mit ſineme Willen nichten we, de ſchall ſin Kumpan entgahn mit enem nemende aver ſin Schlacht, ſind ſe binnen Schlachtes, ſo ſchall he ehne entgan mit eneme nemede aver ſin Kluffie.* Art. 15.

XLVIII. *Effte de Schlüter togen na der billigen Güder, ſchæde enen dar wedderſtat ane dat bewislik were, ſo ſchall me ene beteren 90. ſſl. edder ſcholde darna thoyn dat mene Kerſpel, ſchüde ehme dar wedderſtal an, dat bewielik were, ſo ſchall me ehne betern 30. Marc.* A. 16.

XLIX. *Wenn*

Art. 17. 95. XLIX. *Wenn dar ein Landſammelt gelecht werd, he werde lecht, wor dat he lecht werde, de dar denne ene Rütinghe makede und vordreit, dat dat bewislik were, de dat deit, de ſchall beteren den Sakewolden 30. Marc und dem Richte 30. Marc.*

Von der Hilligen Gude.

A. 6. L. *Effte dar Preſter effte Schlüter klagende weme, umme der billigen Gud, dat ſchall me betern mit enem Burthüghe.*

LI. *Effte unſe Land belevet, effte jemand mit der Corden Schaden dæde dötlick, unde bewislick is, dat ſchall he to dubbeldem Gelde beteren und den Vrede darna, alſe dat vorbelevet is, ſecht he dar neen to, ſo ſchall he neen ſeggen mit enem nemende aver ſien Schlachte, und vort mit enem Kærck nemende, beſundern in des Landes Richte, dat ſchall me eentvoldigen betern.*

LII. *Is liſlicke Schade mit der Korden bauwen, dat bewieslick is, dat ſchall me beteren dubbelt, ſecht he neen, dat et mit der Corden nicht geſcheen is, ſo ſchall he neen ſegghen, mit enem nemende aver ſin Schlacht.*

A. 206. LIII. *Schall me neen Man afpanden ſin Herwede, effte ſin Harniſch, dat ſchall vry weſen van aller Pandinge by Bröcke 90. ſſl.*

Van Deverighe und vam Recht to gevende.

LIV. *Spreken Vagede, Schlüter jenigen unberüchteden Mann efte Vruwe an ene Deverighe, efte Velſcherighe, effte Vorrederighe und neyn Klæger by were, dar ſchall dejene, de angeſproken werd, den Rechte des Landes nichtens to antworden.*

LV. *Effte de Klæger darby were, effte berüchtet were, ſo ſchall de Sakewolde ſick des entwenen mit 12. Mannen twe ſit ſines Huſes und mit enen Bur nemende.*

A. 186. LVI. *Effte ein Moller angeſproken worde, dat he uppe de Mölen ſchal de dorchgedreven, unde dan hebben, dat nicht bewieslick were, ſo ſchall he ſülv drüdde taſtaen unberüchteder Lüde, und doen dar Rechte vor, dar ſchall dem Klæger ene nögben.*

LVII. *Effte dar en Deef ſtele, ſo mach de Deef vörſtelen ſinen Hals und all ſin Gut, und nicht ſiner Vründen Gut.*

LVIII. *Effte dat Recht in unſem Lande darup ſprecke dat dar meer Gutes were und weſt hadde, ſo moget ſine Vründe dat Gut ütern mit enem wemende aver ehre Schlacht.*

A. 192. LIX. *Effte dar ein Man worde angeſproken, dat he ſiner ehren neyne Recht hadde gedahn, dat were woran dat were, unde he har dar Recht vorgegheven, alze ehme dar aller hogheſt were ghevunden, darenboven ſchall ehme nemand ſchatten by Bröke des Landes 60. Marc.*

LX. *Effte ein Man Mene ſchwöre efte falſch tügede, dat bewieslick were mit Buren und Bures Kindern, de ſchall gebroken hebben jegben unſe Land 60. Lübſch Marck.*

A. 188. LXI. *Effte jemand ſinem Volcke Schuld geve, wat Sake dat were, dat ſchall he doen binnen Jahr und Dage, efte he dat nicht en dede, und darna beſchulden wollde, unde nene Bewieſinge hadde, edder in der Hand begrepe, de ſchall dar nicht ens upantworden.*

Van Korn to ettende und Wiſche.

LXII. *Wer ſin Veh öffte ſin Qvik by Nacht-Ticken ut leit und Schaden deit, dat des Morgens bewieslick is, den Schaden ſchall me betalen, alze de Werth mit ſinem Husgeſinde holden dar, unde darto ſchal he betern dem Klæger 8. ſſ. unde dem Richte 8. ſſl.* Art. 86.

LXIII. *Oeffte enen Man ſin Korn edder Wiſch up geeten worde, by Nacht edder Dagbe mit Walt, den Schaden ſchall de Werth mit ſinen Hiske wetten, unde ſchall betern twie 90. ſſl.*

LXIV. *Wenn dat Land gebaden beffte de Landwere to makende, ſo ſchall ein jewelick Vrede hebben by Bröke twie 30. Marck, effte dar jemande Schaden dede lieflick edder dötlick, den ſchall men betern to dubbeldem Ghelde.*

Vam Recht to gevende.

LXV. *Oeffte dar ein Mann bevallen wurde, dat he Recht geven ſchollde, dat were, worumme dat were, unde he dat bewieſen mogte mit nögaffrigen Tügben ute dengenen, de ehme dat Recht geſchedden hadden, dat he dat nicht to-vullenkommen hadde to Velde bracht, ſo ſchall he in der Sake Recht blieven, unde, umme der Sake willen, ny Recht meer to Velde bringen.*

LXVI. *Effte dar bevalen wurden Vrouw efte Man, dat ſe ſchollden geven en Bur nemende efte Schlachtes-nemende, efte en Kerknenende, ſo machen jewelik dat Recht leſten mit ſinen Vründen, und nicht mit ſinen Vienden unde upvorſchrevenen Vöte ſchall en jewelick ſine Vigende wedderſpreken, und ſchölet dat bewieſen, worumme dat ſe Vigende ſyn, wil me ehne des nicht belaven; ſo ſchölen ſe darby ſtaen mit 12. Mannen.*

LXVII. *Welck Burſchop Schlacht effte Man van diſem Dagbe Recht geven ſchal, welck Man dat Recht updrieven will mit enem Gades Rechte, de ſchall dat updrieven vor dem Richte up denſülven male und Tidt, we des nicht en deit effte doen mill, de ſchall weddervallig blieven ſiner Saken und unrecht.*

Vam Doetſchlage.

LXVIII. *Effi dar jemand na ſinem Deve toge, effte uppe* Pelegermatze *Weghe were, unde worde he doet geſchlagen, dat Gott vorbede, dene Mann ſchal me betalen vor 200. Marc, und den Vreden ſchal me beteren dem Richte vör twige 60. Marck, und ſien Hus ſchall me bernen, und ſchall gaen all ſiene Dage vör enen ehrloſen Mann efte Schalck.*

LXIX. *Effte dar jemand by Nachttyden breke in enes Mannes Hus und ſchlæge enen Man dale, dat Gott vorbede, deme Mane ſchall men betalen vör 200. Mark, und ſchal dem Werde betalen 60. Mark, und dem Richte 60. Mark, und ſin Hus ſchall me bernen und ſchal gaen all ſien Dage vör enen ehrloſen Schalck.* A. 26.

LXX. *Effte dar loſamende ſete en Lach, unde darein mede were und ſchlog enen Man dal, de ghene, de den Man dale ſchlog, ſpreke enen Man darmede an, und deghene, de darmede angeſproken worde, de mogte dat bewiſen mit dem Lache und Werde, und Werdinne, und de rechte Klæger ehme ock nene Schuld gheve, ſo ſchal degene, de daran geklaget werd, effi ſe in Twiſchen-Schlachten ſyn, taſten mit enem nemende aver ſin Schlachte, und ſchall ehme entgan; ſint ſe binnen Schlach-* A. 27.

tes, so schall he ehme entgahn mit enem nemende aver sin Klufft.

LXXI. *Welck Man dar leder mißvallig wert, und schleit enen Man dale, dat sy Marcketfrede efte nicht, so schall me den Man nicht höger betalen, alse 100. Marck und den Vrede: is et Marcketfrede vör 60. Marck, efte Landvrede 30. Marck und sin Hus schall me bernen, und schal al sin Dage ghan vör enen erlosen Schalck.*

Art. 29. LXXII. *Efft ein Man sete in enem Laghe und schlöge enen Man dale, dat God vorbete, und sete sein Broder, efte Broder Söne, efte Veddern Söne in enen andern Hus, he were, wor he were, so schal he vrig wesen, alzo lange dat he in sin eghen Hus kumpt, by Bröke unses Landes 60. Marck, vort al sin Schlachte, effte ein Man dale schlogen worde, den schall me betalen to dubbelden Gelde unde den liefafftigen Schaden to dubbeldem Ghelde.*

LXXIII. *Effte dar en Man enen Man dale schloghe, und he dat Gut nicht en hadde, dar he ehme mit betalen konnde, so schölen sine Negesten totasten und betalen den Mann, und de handdadige schal gahn vör dem Vrede.*

A. 34. LXXIV. *Efft en Man geschlaghen worde, und sine Vründe den Man wreken buten Vredes, so schal me den enen Man jaghen jegen den andern.*

Herrn Otten Rantzowen, *Rittern, unde* Hans Rantzow, Gebrodere, *alse geschicketen der gemeldten Fürsten, und de Ehrsamen* Carsten Holm, Clawes Marquart, Clawes Junge, *und* Pawel Widricke *mit den anderen eren Bystendern und Medegeschickten* Sendebaden *des vorschreven Landes Ditmarschen dorch de* Ehrsamen Herren Rades Sendebaden der Stede Lübeck und Lünenborg *bi Nahmen Herrn* Johann Gertze *Bürgermeister und Herrn* Hinricke Westfalen *Rahtmann to Lübeck; van* Lünenborg *Herrn* Cordt Lange, *und Herrn* Hinrick Tobinck, *Bürgermeistere, mit Thodat der* ehrsamen Herrn Bürgermeistern to Hamborch, *alse Herrn* Carsten Berschampe, *Herrn* Ericke von Zenen, *Herrn* Harmen Langebecke *und Herrn* Detlev Bremer, *als* fründl. Middeler *dartho, umme sonder Schaden und Vorderff dieser Lande to vormidende, sunderlicken geschicket und gefüget, Handel, Vorlath und Bespracke is gewesen, in mate unde gestalt, wo hierna folget:* Int erste, *so de gemelten Ditmarschen vorgeven sick beklagende van wegen ehre Privilegien* uppe de Tolne im Lande to Holsten und andern Enden, *ock Segeln und Brefen, ehnen van den vorschreven Fürsten ehrer Gnaden olderen Vorfahren milder Gedächtnisse gegeven, darin se verkortet scholden wesen; Is verlaten und belevet, dat sodanes alle sämmtlichen by itwelcken Redern* duller Lande to Holsten, *und* up de Reder *der Stede* Lübecke, Hamborg und Lüneborg *im gelicken Talle, als freundliche Schedes-Richtere, daraver mit dem ersten, so men vogelikst bekamen mag, als twischen dit unde Michaelis schirstkamende, tho erkennende gesath si; Darnechst se, de gemeldten Ditmarschen sick beklagen in ehren olden* Friheiden, Rechtigkeiden und Gewehnheiden, uppe hillige Lande *gehat, verkortet werden, is belevet unde verlaten, dat sülffte uppe de vorschreven* Redere der Stede *mit sammt* itwelicken Redere des vorschreven Landes *to Holsten, im gelicken Talle tom vorgeröreden Dage, to erkennende to stellende, jodoch so de vorschreven Redere und Schedes-Richtere allenthalben nicht avereindragen konden, sondern im schedende witlöfftig worden, is belewet den Werdigen und Hochgelerten* Herrn Melter Albertе Crantz (*) in der H. Schrifft und geistlicken Rechte Doctor *vor einem overichen* Scheides-Richter *in disem Artickel attent tho nömende und welckerem Parte he alsdann, byfallt und bypflichtende wert, darby stedes und gæntzlicken to blivende. So ocke gebörede na Gades Willen, dat gemeldte* Mester Alberts *ehr der Tit de gemeldte Artikel, wo vorgevört, gescheiden worde, in Gott verstorve, alsdenne is bewilliget und belevet, van den gemeldeten Schedern der Stede einen andern* dreplicken averigen Schedes-Richter *to kesende. Ock nabdeme de vorschreven Ditmarschen sick beklegen van der* Land-Schede der Eider, *dar doch de gemeldten Fürsten ein Part Landes an der gemeldten* Ditmarscher *Land grentzende gehat, welche de vorgenannten Ditmarscher mit wapender* Hand und Herschilde *gewonnen schölen hebben, an der andern Sieden, na* dem Stapelholm *ock ein Part Landes hebbende, vormenende dat Andeel der Fürsten an eren Lande gelegen by sick to holdende, und dat* de Eider *darvon de* rechte Landschede *sin mogte, is bevullbordet und belevet eindrechtigen van beyden Parten, dat* de Eider *der vorgerörden Lande* der rechte Landschede *syn und bliven schall, und wat von den vorschreven Lande an der Ditmarscher Land grenset, schall darby bliven, wat ock aver de Eider licht, schall wedderumme by den Fürsten bliven, jedoch umme de beteringe der vorgeröreden Part Landen ins endrechtigen gestalt unde gesettet by de Rheder der Steden daraver, welcker Part dem andern unde wat man nawegen schal, Erkenntnisse to dobende. So denne ock in der* Hilliger Lander Reise, *umme trent drey Jahren effte darby vorleden, und ock in diser jegenwerdigen* Veide und Irrunge *Itwelcke gefangen van beyden Siden gegrepen syn, is bewillet und belevet eindrechtigen d Sülfften quit to scholdende, de Gefenckniss to entlössende und to vorlatende. Vort mehr is bespracken, dat alle andere Klage, Schalinge und Tospracke, als van wegen des* Titels und Anspracke, so ehre Gnaden *thom* vorschreven Lande to hebbende vermeenen, *dergelicken alle* Mord, Roff, Dodtschlag, Brandschade *und* Avervahringe (*Uberfall*) *dem vorgerörden Lande und den Ditmarschern, so se sick beklagenden haven ehre des Rechten erbedinge geschehen und wedderfahren, und alse wedderumme mit allen denjenen daruth entsproten und anneklevet, gæntzlicken und all an jewelicken der gemeldten Fürsten, Herrn und Fründe to dem vorgerörten Dage* des Tollens und hilligen Landes Sacke halver *beramet, to nöhmende, und dartho de vorschreven Stæde gestalt is to erkennende, darmede denne alle* Vorwahring (*Verwirrung*) Veide, Vientschop *und* Unwille *twischen den Parten vorgeröret ock beyder Parte und Fründe und Vorwanden allenthalven der vorgerörten Sacke halven geschehen und erwassen, jenigerley wiss schal gæntzlick und vullenkamen afgedaen und nedderleget, ock fürder alle Dinge twischen den sülven Parten up Erkænntnisse des vorgeschreven* Tituls, Anspracke und Schaden *halven to besehende ramsam und unvorfænglich upgenamen und vorfatet wesen. Werd averst sodann Erkenntnisse, wo geröret, dat Gott doch nichten wille, nichten schege, is bewillet und belevet, alsdenn der vorgerörder effte andere Saken halven* mit machte effte walt tegenden anderen nicht vorthonehmende, *sunder an gebörlicken Enden rechten to gebruckende, unde darna genögen to latende. Ock is bewillet und belevet van beyden Parten, dat wanneer jennichen Twiedracht effte Unwillen twisken Itwelcken* Inngeseten des Landes Ditmarschen und den Holsten *entstunde, dat were welckerley Wiese dat sin mogte, dat alsdenne achte Personen* van guden Mannen uth dem Lande, tho Holsten, *und ock* achte Personen uth dem Lande Ditmarschen *darto sonderlickes gefüget up de* grense der Lande beschedentl. *am* Kuckwalde *darumme, wanneer und wo valen des von nöden is, schelen tosamende kamen, umme so danne Twiedracht und Unwillen in Fründschup, effte se mögen by toleggende, edder im Rechten to schedende. Wenn aver de vorgerörden* Sosstein Person

Nomina Compromissariorum civitatis Lubecæ, Luneburgi, Hamburgi.

Gravamen Ditmarsorum ratione vectigalium.

Decidendum a Consiliariis & Senatoribus Holsatiæ Civitatumque dictarum.

Gravamen ratione Jurium in Heligolandiam.

Compromissarius extraordinarius Albertus Crantz.

Controversia finium circa Eidoram.

Eidora finis terræ Ditmarsicæ.

Libertas captivorum.

Judices authregales.

Perſon, *ſick daraver nicht können voreinigen, is belevet, dat ſe ſæmmtlick einen* Aver-Mann *unpartitlick to ſick keſen unde nehmen ſchullen, und ſodane Twiedracht und Unwillen, wo vorgerört, in Fründſchop effte mit Rechten toſchedende. Doch ſchall duſſe Articul gemeldten Dithmerſchen* an ehren Breſen unde Innholde derſülfften nergens an thom vorfange effte Nadeel ſyn, *utgenamen den Artickel wo baven geſchreven. So dit beyde Parten vorgerört in Jegenwardigheit der gemeldten* Herren Rades Sendebaden *eindrachtigen und mit fryen Willen hebben bewillet, bevullbordet unde belevet. Tho Orkonde der Wahrheit unde mehrer Seckerheit ſind diſſer Breſe* dree einesLudes, *twee by beyden Parten vorgeröret, und de drüdde by dem ehrſamen Rade* to Lübeck *in Vorwahringe ſinde, mit des ehrſamen Rades und Stadt Hamborg Secreten unde darbeneven des vorſchreven Herrn* Johann Hertzen, *Börgermeiſter to Lübeck Inſegel des ick,* Cordt Lange, *vorgeröret, umme entberinge mines egenen Innſegels uppe ditmal hier to mede gebrucke,* tor Witlicheit *umme beyder Parten vorgeſchreven flitiger und fründl. bede Willen vorſegelt, des Wi* Dirick *van Gottes Gnaden Biſchop* to Lübecke, Otto Rantzoven *Ritter, und* Hans Rantzow, *Gebröder, vorgerört, van wegen der gemeldten unſer gnedigſten und gnedigen Herren, ock Carſten Holm, Claws Marqvart, Claws Junge und Pawel Widerick, mit ſammt den andern unſern Byſtændern und Medegeſchickeden* Sendebaden *van wegen des gemeldten unſers Landes alſo toſtahn unde bekennen. Geſchehen und vollentagen binnen* Hamborg up dem Rahthuſe *nah Chriſti Gebort unſes Herrn im foſſtein hundertſten Jahre* (**) *am Frydage nah* Jubilate.

(*) Canonicus Hamburgenſis ob intereſſe Bremenſis præſulatus Ditmarſis faventiſſimus.

(**) Vide porro ad a. 1523.

1502. *XVI. Raymundi Cardinalis Gurcenſis indulgentiæ pro Paulo & Nicolao Widdirke, Ditmarſis An. 1502.*

Raimundus miſeratione Divina *Tituli* (*) *S. Mariæ nove* Sancte Romanæ eccleſiæ Presbyter *Cardinalis Gurcenſis* ad univerſam Germaniam, Daciam, Sveciam, Norwegiam, Friſiam, Pruſiam, omnesque & ſingulas illarum provincias, civitates terras & loca etiam ſacro Romano Imperio in ipſa Germania ſubjecta & eis adjacentia, Apoſtolicæ ſedis de latere Legatus univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino. Notum facimus quod ſanctiſſimus in Chriſto pater & dominus noſter dominus *Alexander* divina providentia *Papa ſextus* & modernus conceſſit omnibus & ſingulis utriusque ſexus Chriſti fidelibus pro *tuitione orthodoxæ fidei contra Thurcos*, ejusdem fidei inimicos juxta ordinationem noſtram manus adjutrices porrigentibus, præter Jubilæum & alias indulgentias, gratias & facultates quas Chriſti fideles ipſi obtinere poſſunt, viſitando eccleſias per nos aut Commiſſarios noſtros deputandos, ac ſi viſitaſſent Baſilicas urbis tempore Jubilæi prout in literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur, quod poſſint eligere confeſſorem idoneum ſecularem vel regularem, qui eis ſemel in vita ab omnibus & ſingulis peccatis, exceſſibus, criminibus & delictis etiam ſedi apoſtolicæ generaliter vel ſpecialiter reſervatis, exceptis contentis in literis quæ in die coenæ Domini legi conſueverunt, abſolutionem pleniſſimam impendere. Ab aliis vero eidem ſedi non reſervatis, vita eis comite, totiens quotiens eos abſolvere & in mortis articulo ac etiam totiens quotiens de eorum morte dubitatur, etiamſi tunc eos decedere non contingat, pleniſſimam omnium peccatorum ſuorum remiſſionem eis impartiri valeat. Indulſit etiam ſanctiſſimus dominus noſter motu ſuo proprio, omnes & ſingulos Chriſti fideles hujusmodi ac eorum parentes & benefactores defunctos, qui cum charitate deceſſerunt, in omnibus precibus & ſuffragiis, miſſis, eleemoſynis, jejuniis, orationibus, diſciplinis & cæteris omnibus ſpiritualibus bonis quæ fiunt & fieri poterunt in tota univerſali ſacro ſancta Chriſti eccleſia militante & omnibus membris ejusdem, in perpetuum participes fieri. Et ne ſuper præmiſſis a quoquam verti poſſit in dubium, voluit ipſe ſanctiſſimus Dominus noſter, quod præſentibus noſtris litteris tanta adhibeatur fides, quanta adhiberetur, ſi ſub bulla ſua plumbea expeditæ forent. Nec non easdem ſub quibuscunque generalibus vel ſpecialibus de ſimilibus gratiis & facultatibus forſan emanandis *revocationibus* & *ſuſpenſionibus* nullatenus comprehendi debere. Cum itaque devoti in Chriſto *Paul & Claues Widdirke in terra Ditmargienſi* ad ipſius fidei piam ſubventionem & defenſionem juxta Summi Pontificis intentionem & noſtram ordinationem prout per præſentes literas illis in hujusmodi teſtimonium a nobis traditas approbamus, de ſuis bonis contulerint, ideo autoritate apoſtolica nobis commiſſa, ipſis, ut dictis gratiis & indulgentiis, uti & gaudere poſſint & valeant concedimus pariter & indulgemus per præſentes. Datum ſub ſigillo noſtro ad hoc ordinato. An. incarnat. Dominicæ MDII. die IV. menſis Maji. Pontificatus ſanctiſſ. Dn. in Chriſto Patris & Domini noſtri Alexandri divina providentia Papæ Sexti, anno undecimo. *Sigillum ſub Num. 18.*

(*) Alii: *Capituli.* Aliique: *tunc temporis.*

(**) Allii legunt: *nomine.*

1503. *XVII. Raymundi Cardinalis ſpecialis Conceſſio pro Plebano Eccleſiæ Lundenſis, ut altare portatile habeat a. 1503.*

Raymundus, miſeratione divina ſacro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tit. ſanctæ Mariæ novæ Presbyter Cardinalis Gurcenſis ad univerſam Germaniam legatus &c. Dilecto nobis in Chriſto *Marquard* RUSSENS *Presbytero Eccleſiæ S. Laurentii in Lunden terre Ditmarie, Bremens. dioceſis* ſalutem in Domino & caritatem. Sincera devotio, quam ad Romanam Eccleſiam gerere comprobavimus, non indigne meretur, ut petitiones tuas ad exauditionem gratam admittamus. Hinc eſt, quod nos tuis devotis ſupplicationibus inclinati, Apoſtolica, qua hac parte fungimur autoritate, tenore preſentium de ſpeciali gratia dono tibi indulgemus, ut tu aliquem Presbyterum idoneum ſecularem vel cujusvis ordinis regularem in tuum poſſis eligere Confeſſo-

rem

rem, qui vita tibi comite in casibus Apostolicæ Sedi reservatis, illis sub bulla *Cœnæ Domini* contentis exceptis, semel duntaxat in vita & mortis articulo plenariam; in aliis vero eidem Sedi non reservatis casibus totiens quotiens opus fuerit, confessione tua diligenter audita, pro commissis & delictis debitam absolutionem inpendere ac poenitentiam salutarem injungere, nec non vota quæcunque (ultramarino, liminum beatorum Petri & Pauli Apostolorum de urbe & S. Jacobi in Compostella, castitatis & religionis votis duntaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit & valeat, Tibique liceat utique habere *altare portatile* consecratum cum debita reverentia & honore, super quo in locis *ad hoc congruentibus & honestis*, sine tamen *alieni juris præjudicio*, & cum qualitas negotiorum pro tempore ingruente id exegit, *in tua & familiarum, tuorumque domesticorum* præsentia missas & alia divina officia exercere & celebrare seu exerceri & celebrari facere possis & valeas. In quorum fidem presentes literas fieri nostrique sigilli jussimus appensione communiri. Datum *Lubecæ* Anno Incarnationis Dominicæ MDIII. secunda fer. post Quasimodogeniti, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Alexandri divina providentia Papæ sexti, Anno undecimo. *Sigillum Num. 19.*

XVIII. Raymundi Cardinalis Indulgentiæ pro ecclesia Weddingstedt in Ditmarsia An. 1503.

1503. *Raymundus* miseratione divina Sacro sancte ecclesie tituli Sancte Marie nove Presbyter, Cardinalis Gurcensis ad universam Germaniam, Daciam, Sveciam, Norwegiam, Frisiam, Prussiam omnesque & singulas illarum provincias, civitates, terras & loca Sacro romano imperio in ipsa Germania subjecta ac eis adjacentia apostolice sedis de latere Legatus, universis & singulis presentes literas inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera Charitatis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti providemus; cupientes igitur ut *ecclesia S. Andree in Weddetingstedt* terre Ditmarie Bremens. dioceſis congruis frequentetur honoribus & a Christi fidelibus jugiter veneretur ac in suis structuris & edificiis debite conservetur, reparetur & manuteneatur, librisque, calicibus, luminaribus & aliis ornamentis ecclesiasticis pro cultu divino inibi necessariis decenter fulciatur & munia tur, in ea quoque cultus augmentetur divinus, & ut Christi fideles ipsi eo lubentius devotionis causa confluant ad eandem & ad illius reparationem, conservationem, manutentionem, munitionem & fulcimentum aliaque præmissa manus promtius porrigant adjutrices, de omni potentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, autoritate confisi, omnibus & singulis Christi fidelibus vere penitentibus & confessis, qui dictam ecclesiam in singulis nativitatis Christi, Pasce & Penthecostes, omnibus beatissime Virginis Marie apostolorumque, nec non S. Andrei Patroni ejusdem ecclesie festis & diebus, a primis vesperis usque ad secundas inclusive devote visitaverint & ad pre-

missa manus porrexerint adjutrices, pro singulis, quibus id fecerint, diebus, *centum dies* de injunctis eis poenis misericorditer in Domino relaxamus presentibus, perpetuis futuris temporibus, duraturis. In quorum fidem presentes literas fieri nostrique sigilli appensione jussimus muniri. Datum *Bremis* anno incarn. dom. 1503. (*) tertio Calendar. Junii Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris & Dn. nostri Dn. Alexandri divina provid. Pape VI. anno XI.


(*) Ad manus sunt ejusdem Raymundi indulgentiæ in oblonga membrana scriptæ Eckelefordæ datæ eodem anno 1503 pro ecclesia S. Bartholomæi Apostoli in Weslinburen terræ Ditmarsicæ, quæ cum præsentibus ad verbum plane coincidunt. Idem Raymundus Eckelefordæ ex potu cerevisiæ, cui nomen fuit *Quakelteis*, ventris fluxu affectus, nomen ipsi indidit *Cacabilla*, quod hucusque retinuit

XIX. Julii II. Papæ Bulla, qua Capellam S. Annæ apud INSULAM *Bösebüttel, a Russen, Heynen & Junge Claws exstructam & dotatam beneficio apostolico instituit, hisque & eorum hæredibus Jus patronatus & præsentationis, Præposito Hamburgensi Jus introductionis largitur, non obstantibus contrariis ordinationibus apostolicis, provincialibus, synodalibus quibuscunque 1507. Ex autographa membrana admodum transfixa, ab igne vel blattis consumta.*

Julius Papa servus servorum ad perpetuam 1507.
rei memoriam. Piis fidelium votis, per quæ divini cultus cum animarum Christi fidelium salute ubique augmentum suscipere valeat, libenter annuimus, ac ea favoribus prosequimur opportunis. Sane pro parte dilectorum filiorum *Russen Marquard, Heynen, Clawes & Junge Clawes Johann Laicorum* TERRE DITMERTIE sub *parochia Lunden. Bremen. dioeces.* commorantium nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum alias *flumen* EYDORE circa ipsorum domus & habitationes decurrens *adeo inundasset*, ut de personarum ac habitationum & bonorum suorum perditione judicari potuisset *Russen M. Heynen & Junge Clawes* præfati probe considerantes quod aggeribus dicti fluminis ruinam minitantibus nonnisi ab alto in præmissis sibi posset subveniri, se suaque bona divine potestati devote submiserunt ac unanimiter pura & sincera mente altissimo & ejus *glorioſe matri* MARIÆ *virgini* nec non *beate* ANNE *ejusdem Marie virginis matri*, quod si reparatis dictis aggeribus & certis aliis de novo habitis, a tali periculo liberarentur de bonis sibi a Deo collatis *unam capellam apud* INSULAM *Bosebüttel sub dicta parochia* in honorem *ejusdem S. Anne*, pro uno perpetuo capellano, qui in ea missas & alia divina officia celebrare teneatur, *fabricarent & dotarent*, deliberate promiserunt & voverunt. Cum autem sicuti eadem petitio subjungebat *Russen M. H. C. & J. C. J.* prafati, a dictis periculis superna gratia liberati, pia eorum vota hujusmodi adimplere curaverunt, tum pro eorum quam predecessorum & successorum suorum animarum salute capellam predictam procuraverint & edificaverint de suis bonis propriis pro uno perpetuo capellano ejusque descendentibus, qui in eadem missas celebrare teneatur,

dotare intendant, dummodo eis ac eorum heredibus & succeſſoribus--maſculinorum deſcendentibus ipſi R. M. H. C. & J. C. J. reverenter faciendæ per eos dicte capelle dotationis -- Jus patronatus & preſentationis -- eandem capellam pro tempore exiſtenti -- eccleſiæ b. Marie Hamburgenſis dictæ -- antiqua approbata ejus -- conſuetudine in dictis parochiis etiam in ipſis Ruſſen M. H. C. & J. C. J. -- competit per eum -- quem quotiens eam deinceps vacare -- aſſeratur & concedatur pro parte eorundem R. M. H. C. & J. C. J. -- antedictam capellam, poſtquam ab R. M. H. C. & J. C. J. pro ſucceſſoribus ſuis ſufficienter dotata fuerit, in perpetum beneficium erigere, ac eisdem *Ruſſen, Heynen & Jungeclawes* eorumque heredibus & ſucceſſoribus -- maſculinum deſcendentibus Jus patronatus & præſentandi idoneam perſonam a prefato prepolito per eum -- inſtituendam reſervare & concedere -- miſſis opportune providere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui divini cultus augmentum noſtris -- temporibus ubique vigere intenſis deſideramus affectibus -- ac pium & laudabile ipſorum Ruſſen Heynen & Jungeclawes in premiſſis propoſitum plurimum in Domino commendantes hujusmodi ſupplicationibus inclinati, capellam dictam poſtquam per Ruſſen Heynen & Jungeclawes præfatos conſtructa & ſufficienter pro uno perpetuo Capellano, qui in eadem miſſas celebrare teneatur, dotata fuerit in perpetuum beneficium eccleſiaſticum, autoritate apoſtolica tenore preſentium ſine alicujus prejudicio erigimus & inſtituimus *ac jus patronatus & præſentandi* perſonam idoneam ad ipſorum capellam tam hac prima vice, quam quotiens deinceps illam vacare contigerit dicto prepoſito per eam inſtituendam, eisdem Ruſſen Heynen & Jungeclawes ac eorum heredibus & ſucceſſoribus omnibus ſeu aliis, quos ante dicti Ruſſen Heynen & Jungeclawes *tempore faciende per eos capelle dotationis hujusmodi* duxerint nominandos, auctoritate apoſtolica & tenore præſentis in perpetuum concedimus & reſervamus. *Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis* ac in *provincialibus & ſinodalibus conciliis* editis generalibus aut ſpecialibus conſtitutionibus & *ordinationibus contrariis quibuscunque.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, conceſſionis & reſervationis, infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemtare preſumſerit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Rome* apud S. Petrum Anno incarnationis Dominice milleſimo quingenteſimo ſeptimo. Kalend. Julii Pontificatus noſtri anno quarto.

W. de Ennekenoni. A. Gratiadenus. P. Manermus. Prer. Ju. Penuſchis. P. Forlis. *P. Planca. J. Radicibus. Jartomanus.*



Sigillum plumbeum pendens.

N. de Becchalimus.

XX. *Joachimi Clitzing Præpoſiti Hamburgenſis collatio vicariæ in Henningſtede terræ Ditmarſiæ Henrico Banſcovio facta a. 1515. d. XXX. Aug.*

Joachim Clitzingk Hamburgenſis Præpoſitus & loci Judex ordinarius ac Magdeburgenſis eccleſiarum Cantor & Canonicus univerſis & ſingulis Dominis Divinorum & eccleſiarum *Rectoribus, Vice-Rectoribus* ſeu loca tenentibus, eorundem *plebanis, Viceplebanis, capellanis, altariſtis* ac *commendiſtis* aliisque *presbyteris curatis & non curatis, notariis & tabellionibus publicis* quibuscunque in & per *præpoſituram Hamburgenſem* aliisque ubilibet conſtitutis præſentibus communiter vel diviſim requiſitis Salutem in Domino & noſtris hujusmodi ordinariis firmiter obedire mandat. Noveritis, quod cum honorabilis Dominus *Johannes Moltkaſte* altaris beatæ Mariæ Virginis *parochiæ Henningeſtede terræ Dithmartie, Bremens. diœces.* poſſeſſor, illud idem altare ſive perpetuam vicariam ſitam in dicta parochiali eccleſia *Henningeſtede*, quod ſive quam obtinebat ex certis *rationabilibus cauſis* ad hoc animum ſuum moventibus reſignare intenderet, vicariam ipſam cum omnibus juribus & proventibus ſuis in manibus noſtris ſponte & *libere reſignavit.* Et nos ad ipſius Domini Johannis tunc poſſeſſoris inſtantiam *reſignationem* hujusmodi, ſicut præfertur factam, admiſimus & tenore præſentis publici inſtrumenti admittimus, recepto per nos ab eodem Domino Johanne quod in *reſignatione* hujusmodi non intererit fraus, dolus, Simoniaca pravitas ſeu quævis alia illicita pactio *ad Sancta DEI evangelia corporali juramento.* Qua quidem reſignatione ſic ut præmittitur facta conſtitutus perſonaliter in noſtra, Notarii publici & *teſtium* infra ſcriptorum ad hoc *ſpecialiter* vocatorum & rogatorum præſentia venerabilis Dominus *Henricus Banſcow* eccleſiæ b. Mariæ Virginis Hamburgenſis, Bremenſ. diœceſ. Scolaſticus & Canonicus nobis humiliter *flexiſque genibus* ſupplicavit quatenus ſibi eandem Vicariam, cujus collatio, proviſio & omnimoda diſpoſitio vacationis illius tempore occurrente ad nos pleno jure ſpectare & pertinere dignoſcitur, conferre & aſſignare, & de eadem providere ipſumque ad eandem *canonice inſtituere* dignaremur. Nos nunc *Joachim* præpoſitus & *loci Judex ordinarius, Cantor & Canonicus* antedictus attendentes ſupplicationem hujusmodi fore juſtam & conſonam rationi, quodque juſta petenti non ſit denegandus aſſenſus, prædictam vicariam *altaris beatæ Mariæ Virginis* ſiti in eccleſia parochiali *Henningeſtede* per reſignationem hujusmodi vacantem, nobis non conſtito legitime, quod tempore datarum præſentium eſſet in dicta Vicaria perpetua alicui ſpecialiter jus quæſitum, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis præfato venerabili domino Hinrico, Scholaſtico & canonico, autoritate noſtra ordinaria prædicta contulimus & aſſignavimus conferimus & aſſignamus, providimus & providemus de eadem inſtituentes & inveſtientes eundem per *birreti noſtri* in caput ſuum impoſitionem, de eadem has literas noſtras decernentes opportunas. Quæ omnia & ſingula vo-

1515.

bis

bis omnibus & singulis supradictis & vestrum cuilibet intimamus, insinuamus & notificamus, ac ad Vestram & cujuslibet vestrum notitiam deducimus & deduci volumus per præsentes. Vobis nihilominus & vestrum cuilibet virtute sanctæ obedientiæ & sub excommunicationis pœna, quam in vos & vestrum quem libet, si ea quæ vobis in hac parte committimus & mandamus neglexerit seu distulerit contumaciter adimplere, canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis districte præcipientes mandamus, quatenus mox visis & receptis præsentibus, & postquam pro parte dicti *domini Henrici principalis* desuper vigore præsentium fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, accedatis, quo ob id merito fuerit accedendum & supra dictum venerabilem Dn. *Henricum principalem* vel *procuratorem legitimum* in & *ad vicariæ jurium* & *pertinentiarum prædictarum* corporalem, realem & actualem possessionem vel quasi ponatis & inducatis poni & induci faciatis inductumque defendatis, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem etiam nos in quantum possumus amovemus & denunciamus amotum, sibique vel procuratori prædicto de vicariæ jurium & pertinentiarum prædictarum fructibus, proventibus, redditibus, juribus & obventionibus universis plenarie & integre provideatis ac ab aliis, quantum in vobis fuerit, provideri faciatis, contradictores quoslibet & rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compescendo. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes nostras literas sive præsens publicum nostrum instrumentum, hujusmodi nostras collationem, provisionem & institutionem in se continentes sive continens exinde fieri, & per Notarium publicum scribamque nostrum infra scriptum subscribi & publicari nostrique sigilli jussimus & fecimus appensione communiri. *Datum & actum* in *aula Præposituræ nostræ majore* sub anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quintodecimo Indictione III. die vero Jovis tricesima mensis Augusti Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Leonis* Divina providentia Papæ *decimi* anno tertio. Præsentibus ibidem honorabilibus dominis *Joanne Sartorio* & *Uladislao de Duren* presbyteris Bremens. diœcesis, testibus ad præmissa vocatis, rogatis pariter ac requisitis.

XXI. *Job. Angeli Arcimboldi indulgentiæ pro Boyen Herring & Petro Schwine in Ditmarsia. A. 1516. d. 8. Maji.*

1516. *Johannes Angelus Arcimboldus*, Juris Utriusque Doctor, Præpositus de Arasate, sedis apostolicæ prothonotarius ac sanctissimi in Christo Patris ac Domini nostri Domini *Leonis* Divina providentia Papæ X. Referendarius nec non in Colonien si, Trevirens. Saltzburgens. Bremens. Bisuntinensi & Upsalensi provinciis inque earum ac in Cameracensi, Morinensi, Tornacensi, Attrebatens. & Caminensi civitatibus & diœcesibus super *executione plenissimarum indulgentiarum* FABRICE BASILICE *Principis apostolorum cœlorumque clavigeri de urbe* nuntius & commissarius a sanctissimo in Christo patre ac Domino nostro Domino *Leone Papa X.* specialiter Deputatus prout in literis ejusdem sanctissimi domini nostri Papæ sub plumbo editis plenius continetur, dilecto nobis in Christo *Boyen Herring* (*Peter Schwiene*) salutem in Domino sempiternam: Exposuisti nobis, quod tu ab aliis seductus horreum & in eo homines cremaveris, & quod religiosi viri ad S.ædem S. Jacobi majoris in *Nienkirchn* mortem promovisti, de quo peccato ex intimo doles & contritaris, unde saluti tuæ animæ consulere volens a nobis de opportuno absolutionis remedio tibi provideri humiliter postulari fecisti: Quocirca nos qui salutem quorumlibet quærimus, Tibi qui nobiscum secundum vires tuas in *commotum Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum S. Petri de urbe* compositionem fecisti & exigente tuæ devotionis affectu, quem præterea erga DEUM & dictam basilicam te habere cognovimus, eo quod pro continuatione *tam immensi operis* ex pinguedine charitatis juxta apostolicam ordinationem manus porrexisti adjutrices, apostolica autoritate nobis tradita concedimus facultatem eligendi idoneum *secularem presbyterum* vel cujusvis etiam *mendicantium ordinis regularem confessorem*, qui confessione tua diligenter audita pro commissis per te Criminibus, delictis, excessibus atque peccatis *quantumcunque gravibus & enormibus*, etiam in sedi apostolicæ reservatis casibus, etiamsi talia forent propter quæ sedes ipsa apostolica esset merito consulenda, & a censuris ecclesiasticis, etiam ab homine ad alicujus instantiam latis deque consensu partium æque ac ratione interdicti incursis, & quorum absolutio esset dictæ sedi specialiter reservata, præterquam machinationis in personam *summi Pontificis*, occisionis *episcoporum* aut *aliorum superiorum prælatorum* & injectionis manuum *violentarum* in illos aut alios prælatos, *falsificationis bullarum & literarum apostolicarum*, delationis *armorum & aliorum prohibitorum* ad partes *infidelium* ut & *censurarum & sententiarum*, occasione *luminum Vulfæ apostolicæ* de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem apostolicam delatorum, incursarum, semel in vita, & in non reservatis casibus totiens quotiens id petieris & in mortis articulo quotiens imminente, licet mors non insequatur, *plenariam omnium peccatorum tuorum indulgentiam & remissionem* impendere ac poenitentiam salutarem injungere nec non eucharistiæ sacramentum (præterquam in die paschæ & in mortis articulo) quibusvis anni temporibus ministrare, item per te emissa pro voluntate vota, *ultramarino, visitationis liminum apostolorum, religionis & castitatis votis duntaxat exceptis*, in alia pietatis opera ad utilitatem dictæ fabrice commutare valeat, ita tamen quod durante tempore præsentis commissionis & publicationis cum nobis vel nostris sub commissariis super commutatione dictorum votorum in utilitatem dictæ fabricæ fiat compositio; Apostolico etiam indulto tibi & parentibus tuis ceterisque defunctis tuis, qui in sinceritate fidei & unitate sanctæ matris ecclesiæ decesserunt omnium & singularum missarum, orationum, divinorum officiorum, jejuniorum, disciplinarum, horarum Cano-

Canonicarum, ſtationum & peregrinationum, eleemoſynarum, ſuffragiorum omniumque bonorum ſpiritualium, quæ ſunt & fient in univerſali ſacro ſancta militante eccleſia & in omnibus membris ejusdem, participationem in perpetuum impertimur. In quorum fidem & teſtimonium præſentes fieri & ſigilli, quo in talibus utimur appoſitione, fecimus muniri. Datum in *Bokelenborg* anno Dom. incarnat. M D XVI. d. VIII. Maji Pontificatus præfati ſanctiſſimi Domini noſtri anno IVto.

Formula abſolutionis plenariæ poſt præmiſſam confeſſionem.

Miſereatur tui B. H. dominus noſter H Jeſus Chriſtus per merita ſuæ ſanctiſſimæ paſſionis te abſolvat autoritate cujus & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus, ſanctiſſimique domini noſtri Papæ mihi in hac parte commiſſa & tibi conceſſa ego te pleniſſime abſolvo ab omnibus cenſuris eccleſiaſticis per te quomodolibet incurſis, deinde ab omnibus peccatis, delictis, exceſſibus & criminibus tuis hactenus per te commiſſis quantumcunque enormibus, etiam ſedi apoſtolicæ reſervatis, in quantum ſe claves ſanctæ matris eccleſiæ extendunt remittendo, tibi per pleniſſimam indulgentiam omnem poenam in purgatorio per præmiſſa tibi debitam & reſtituo te ſanctis ſacramentis eccleſiæ & unitati fidelium ac innocentiæ & puritati, in qua eras, quando baptizatus fuiſti, ita quod decedenti tibi ab hoc ſeculo *clauſæ* ſint portæ poenarum & ſint *apertæ januæ paradiſi delitiarum*, & ſi illa vice non morieris, ſalva nihilominus ſit tibi iſta gratia quando alias fueris in mortis articulo. In nomine Pa†tris & Fi†lii & Spiri†tus S. Amen.

Sigillum v. ſub Num. 20.

XXII. Bulla Papæ Leonis X. qua Johanni Angelo Arcimboldo, in commodum fabricæ ſeu reparationis Baſilicæ Romanæ poteſtatem largitur, Comites Palatinos, Prothonotarios & acolutos ſedis apoſtolicæ, recipiendi, data an. 1515. ut &, ejusdem Arcimboldi literæ, quibus Henricum Bantſchow Canonicum & Scholaſticum Hamburgenſem Vicariumque eccleſiæ Henſtedt terræ Ditmarſiæ in Prothonotarium ſedis apoſtolicæ

1516. *recipit an. 1516. d. 22. Decembr.*

Johannes Angelus ARCIMBOLDUS *Juris utriusque Doctor præpoſitus de Araſate* ſedis Apoſtolicæ *Prothonotarius* ac ſanctiſſimi in Chriſto patris ac Domini noſtri Domini Leonis divina providentia Papæ decimi *Referendarius*, nec non in Colonienſi Treverenſi Saltzburgenſi, Bremenſi, Biſuntin. & Upſalenſi provinciis, earumque ac in Cameracenſi, Morinenſi, Tornacenſi, Attrebatenſi & Caminenſi civitatibus & dioceſibus nuncius & commiſſarius ſpecialiter deputatus, venerabili nobis in Chriſto, dilecto *Henrico Bantſchow* eccleſiæ collegiatæ b. Mariæ virginis Hamburgenſis & Bremenſis *canonico & ſcholaſtico, acolutho ſedis apoſtolicæ & vicario in eccleſia parochiali* HENNINSTEDE *terræ Ditmartienſis* ſalutem in Domino ſempiternam. Vitæ & morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita quibus decoraris, nos inducunt, ut te horum intuitu ſpecialibus favoribus juxta tenorem facultatum nobis autoritate apoſtolica gratioſe conceſſarum proſequamur. Quarum facultatum nobis in forma Brevis Apoſtolici attributarum de verbo ad verbum ſequitur & eſt talis:

LEO *Papa* DECIMUS, *dilecto filio Magiſtro, Joh. Angelo Arcimboldo Referendario* ac ad nonnullas provincias civitates & dioeceſes partium ultramontanarum noſtro dilecto filio, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Cum nos te ad Colonienſem, Treuerenſ. Saltzburgenſ. *Bremenſem*, Biſuntinenſ. & Upſalenſ. provincias illarumque ac Cameracenſ. Tornacenſ. Morinenſ. Attrebatenſ. ac Caminenſ. civitates & dioeceſes in commodum *fabricæ ſumtuoſiſſimi operis Baſilice* principis apoſtolorum de urbe nuncium & commiſſarium noſtrum duxerimus deſtinandum: Nos cupientes ut erga perſonas in locis tuæ commiſſionis reſidentes ac familiares Tuos continuos commenſales ac alios quoscunque infra limites tuæ commiſſionis durante hujusmodi commiſſione te reddere poſſis gratioſum, circumſpectioni Tue quascunque *matrimoniales beneficiales* ac *alias eccleſiaſticas* & *ſpirituales* ac *profanas cauſas* ad *forum eccleſiaſticum* quolibet pertinentes tam primæ inſtantiæ quam appellationum quarumlibet a quibuscunque judicibus ordinariis, legatis & delegatis etiam per nos & ſedem apoſtolicam deputatis & ad nos ſedem eandem ſ. quoscunque alios judices interpoſitarum, pro tempore & durante dicta commiſſione interponendarum, etiam ſimpliciter & de plano *ſine ſtrepitu & figura judicii & ſola facti veritate inſpecta* per te ſive alium ſeu alios audiendi, cognoſcendi & tractandi & alii vel aliis taliter audiendas cognoſcendas & fine debito terminandas delegandi. Nec non *officium tabellionatus* decem perſonis idoneis in ſingulis dioceſibus tuæ commiſſionis, recepto ab eis juramento, in forma ſolita concedendi illosque tabelliones, nec non *unam in comitem palatinum* cum facultatibus per nos & ſedem prædictam concedi ſolitis, ac etiam *unam in prothonotarium*, & unam perſonam idoneam *in accolitum* noſtrum & dictæ ſedis auctoritate apoſtolica in dictis ſingulis dioeceſ. recipiendi ac aliorum noſtrorum & dictæ ſedis *comitum palatinorum*, *prothonotariorum & accolitorum apoſtolicorum* numero & conſortio favorabiliter aggregandi. Ita quod omnibus & ſingulis privilegiis, prærogativis, indultis, honoribus, exemtionibus, gratiis, libertatibus & immunitatibus, absque tamen præjudicio participantium, gaudeant & utantur, quibus gaudent & utuntur, ac uti, potiri & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum alii noſtri & dictæ ſedis comites palatini & accoliti, exhibendi quoque & exhiberi faciendi eis inſignia notariatus hujusmodi, recepto juramento ſolito. Et inſuper tria beneficia eccleſiaſtica, cum cura vel ſine cura, ſecularia in ſingulis dioeceſ. prædictis forte nunc vacantia, & dicta durante commiſſione quovis modo vacatura, etiamſi diſpoſitioni noſtræ & dictæ ſedi ex quavis cauſa, præterquam vacationis illorum apud eandem ſedem, aut familiaritatis noſtræ ſeu alicujus ex venerabilibus fratribus noſtris ſancte Romanæ eccleſiæ Cardinalibus viventis, cujus conſenſus requirendus foret, generaliter reſervata aut etiam multipliciter

ter affecta fuerint, quorum tamen ſingulorum fructus, redditus & proventus *quatuor marcharum argenti puri* ſecundum communem exiſtimationem valorem annuum non excedant, perſonis idoneis etiam quæcunque quotcunque & qualiacunque beneficia eccleſiaſtica obtinentibus & expectantibus auctoritate noſtra conferendi & eisdem perſonis de eisdem providendi, & alia circa id quomodolibet opportuna faciendi tenore præſentium tibi concedimus facultatem. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuscunque. Datum *Romæ* apud S. Petrum *ſub annulo piſcatoris* die viceſima nona Jan. *milleſimo quingenteſimo decimo quinto* Pontificat9 noſtri anno ſecundo. 1515.

JACOBUS SADOLETUS:

Cupientes igitur præmiſſorum conſideratione dignioris titulo nominis decorari, teque a quibuscunque excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliisque eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & poenis a jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolvendum & abſolutum fore cenſentes, motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis oblatæ petitionis inſtantiam, Te in *ſedis apoſtolicæ prothonotarium* cum honoribus & oneribus, auctoritate apoſtolica nobis commiſſa, & qua eadem auctoritate per præinſertas literas apoſtolicas inviti fungimur, in hac parte tenore præſentium gratioſe recipimus, & aliorum ejusdem ſedis prothonotariorum numero & conſortio favorabiliter aggregamus & perpetuo pro tali te reputari volumus, Tibique, quod omnibus & ſingulis privilegiis, exemtionibus, favoribus, honoribus, libertatibus, inſigniis, juribus, uſibus, prærogativis, immunitatibus, gratiis, & indultis, quibus alii ejusdem ſedis prothonotarii utuntur, potiuntur & gaudent, ſeu uti potiri & gaudere poterunt in futurum absque tamen aliorum ejusdem ſedis prothonotariorum de numero participantium præjudicio uti, potiri & gaudere poſſis & valeas auctoritate & tenore prædictis concedimus & indulgemus. Et ut indulto & gratia noſtris hujusmodi tam majori animæ quiete gaudere poſſis, venerabilibus nobis in Chriſto dilectis *Bremenſis & Lubicenſ. eccleſiarum Decanis* & eorum cuilibet per has noſtras litteras committimus & mandamus, quatenus efficacis defenſionis auxilio aſſiſtant & quilibet eorum adſiſtat, non permittentes, te contra tenorem litterarum noſtrarum hujusmodi quomodolibet moleſtari, Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam & alia *opportuna juris remedia* nec non pecuniariam poenam, eorum arbitrio *Fabricæ Baſilicæ* principis apoſtolorum de urbe applicandam, *appellatione poſtpoſita*, compeſcendo. Non obſtantibus felicis recordationis *Bonifacii Papæ octavi*, quæ incipit: *Statutum de una, ac concilii generalis de duabus dietis, ita tamen, quod ultra tres dietas & ſine ſuæ dioeceſis quis non trahatur*, & aliis conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac de certo eorundem prothonotariorum numero; cum etiam, ſi ad illum nondum deventum ſit, per hoc aliis non intendimus derogari, ceterisque contrariis quibuscunque. Si igitur, ut hactenus apud *Hamb. Bremenſ. Lubec. Suerin. Dithmarſ.* aliosque compertum habemus, de bona in melius ſtudiis virtutum ſemper intendas ut & in noſtro ac ejusdem ſedis conſpectu ad majora te ſemper conſtituas meritorum ſtudiis digniorem, dictaque ſedes propterea ad faciendum tibi uberiorem gratiam & honorem merito innitetur. In quorum fidem præſentes litteras fieri, ſigillique noſtri fecimus appenſione muniri. Datum *Roſtockii* anno incarnat. Dom. MDXVI. d. 18. Dec. Pontificatus præfati ſanctiſſ. Domini noſtri anno IV. *Sigillum ſub N. 21.*

XXIII. *Leonis Papæ litteræ indulgentiarum ad transmutandum Dithmarſiæ virginum ſacrarum conventum prope Hemmingſtede (qui locus fuit victoriæ a. 1500. a Ditmarſis reportatæ) in coenobium monachorum fratrum minorum de obſervantia. 1516.*

Leo epiſcopus ſervus ſervorum DEI dilectis 1516.
filiis gubernatoribus & univerſitati hominum terræ ſeu populi *Dithmarſiæ Bremenſis dioeceſis* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Dum ad fructus uberes, quos *ſacer ordo fratrum* MINORUM DE OBSERVANTIA paratorum in domo Domini produxit hactenus & producere non deſinit, diligenter attendimus, pia Chriſti fidelium vota præſertim, per quem ordo ipſe cum Domini cultus augmento & animarum ſalute dilatari valeat, cum a nobis petitur favorabiliter exaudimus. Hæc nuper nobis pro parte Veſtra expoſita, quod licet olim *tempore invaſionis* provinciæ Dithmarſiæ Bremenſis dioeceſis & belli ab hoſtibus contra vos commiſſi in magna anguſtia conſtituti, ut divina opitulante gratia ab hoſtibus hujusmodi liberemini, prout liberati fuiſtis, deliberato conſilio *ſolemniter voviſſetis* pro veſtris facultatibus in dicta *provincia noſtra Dithmarſiæ* conſtrui facere *unum monaſterium monialium* & votum hujusmodi libenter adimplere & DEO omnipotenti reddere parati hinc eſſetis, ſi in dicta provincia unum monaſterium monialium *ad honorem DEI & beatæ Mariæ virginis* conſtrui & conſtructum bonis & devotis ut decet monialibus conſervari poſſet. Verum prout eadem expoſitio continebat vix poſſent moniales inveniri, quæ in dicta provincia regulariter & caſte, ut decet religioſas, vivere haberent, cum dicta provincia ſit vere *tota vureabilis*. Cumque vos, qui, ut aſſeritis, nihil aliud quam votum per vos emiſſum hujusmodi DEO reddere cupitis, præmiſſis attentis nobis alias ſupplicare *foreſſetis*, ut loco dicto de conſtruendo monaſterium hujusmodi vobis *licentiam*, unam domum pro uſu & habitatione *fratrum minorum de obſervantia* conſtrui & ædificari, cum ex devota fratrum hujusmodi verbi DEI prædicatione populus dictæ provinciæ *Dithmarſiæ* in illa nulla domus ordinis fratrum minorum hujusmodi conſiſtit, ut in iis, quæ animarum ſuarum ſalutem concernunt, poſſet quotidie inſtrui, cum ferendis exiſtat & ſpiritualibus & bonis exemplis edoceri in animarum ſalutem hominum dictæ provinciæ & fidei catholicæ propagationem, dari humiliter a nobis petiiſſetis. Idque poſtquam dilectus filius *præ-*

positus Hamburgensis dictæ Bremensis dioecesis tanquam *dictæ provinciæ ordinarius* intelligens ac vos ab hujusmodi laudabili proposito construi faciendi dictam domum fratrum hujusmodi divertere studens, quandam ecclesiam suam pro erectione dicti monasterii monialium, ut illud construeretur consignaverat & quando *domum ligneam* præparando ecclesiam pro usu & habitatione monialium inibi introducendarum constructa fuisset. Tandem cum vos videretis, etiam longo exspectato tempore nullas moniales eatenus introductas fuisse, quodque nonnullæ *rusticanæ mulieres*, quæ *nullo observato religionis ritu & ordine aliquo* minime suscepto scandalose prope dictam domum ligneam veniebant & per turpem earum vitam, posteaquam major earum pars corrupta fuisset, & relicto loco hujusmodi hinc inde secesserunt. Et in eadem expositione subjuncto, quod vos præmissis attentis & ne votum hujusmodi eludere videremini, cuperetis *dictam domum fratrum minorum de observantia* vestris propriis facultatibus & expensis construere seu nostram facere & præmiorum summam, quod in *fabricando & dotando* dictum monasterium monialium exposuissetis & quod Vos exposituros obtulissetis & forsan in manibus dicti Præpositi solenniter obligastis & juraſtis in constructione domus ecclesiæ & clausstri ab aliis officiis pro perpetuis usu & habitatione fratrum minorum de observantia exponere & quoad hoc voto hujusmodi esseris facere & animarum salutem fidelium ejusdem præeminere, procurare & loco constructionis dicti monasterii vestrum votum hujusmodi in constructione domus & aliorum prædictorum commutare libenter cuperetis, si vobis desuper Apostolicæ sedis licentia concederetur. Nihilominus *dictus Præpositus* tam pro desiderio vestro, malorum omnium, ut verisimiliter credi potest, satore instigante, se opponens quasdam prætensas Apostolicas cum supplicatione introclusa per breve literarum prætensarum surreptionis & commutationis voti hujusmodi ad certos judices obtinuisset & illarum vigore ad nonnullos actus procedi & vobis inhiberi feciſſet. His causantibus factum est, ut neque *monasterium monialium* neque *domus aliqua fratrum hujusmodi* hactenus in dicta provincia constructa sit. Quare nobis humiliter supplicari feciſtis, ut vobis super his opportune providere & votis vestris hujusmodi annuere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos itaque ne tam laudabile opus diutius differatur providere Vobis in tam laudabili proposito confirmare volentes scientes *omne obsequium & votum*, quod Deo præstatur, si pura mente exhibeatur, gratum Majestati Divinæ & satis voto Vestro in hoc factum fore Vosque & Vestrum singulos a quibusvis excommunicationis suspensionis & interdictis aliisque ecclesiasticis censuris & poenis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatur, existitur ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutos fore censentes. Hujusmodi supplicationibus inclinati vobis præmissis non obstantibus, unam domum in dicta provincia sive terra Dithmarsiæ loco ad id convenienti & honesto cum *ecclesia, coemiterio & humili campanili, campana, claustro, dormitorio, refectorio, hortis & hortalitiis* & aliis necessariis *officinis* pro perpetuo usu & habitatione dictorum *fratrum de observantia* construi & ædificari, faciendi ipsisque fratribus domum ipsam recipiendi & perpetuo inhabitandi licentiam & facultatem autoritate Apostolica tenore præsentium concedimus ac votum hujusmodi per vos emissum ut profertur, quoad hoc (dummodo pecuniarum summam, quod in dicto monasterio construendo & illius dote assignanda exposituri fuissetis, in constructione dictæ domus fratrum hujusmodi exponatis) *commutavimus* ac vos à juramento per vos *in manibus dicti Præpositi* præstito obligatione de ædificando & construendo dictum monasterium & dotem illi assignando facta omni autoritate absolvimus ac domum construendam hujusmodi *Vicario generali Ultramontano ac sub eo illius custodi, custodiæ* KILENSIS *& ejus substituto* pro tempore existentibus subjecimus ac Vicario & custodi hujusmodi aliquos fratres ordinis & observantiæ Prædicatorum libere & licite capiendi & convertendi dicta autoritate indulgemus ac domum hujusmodi, postquam constructa fuerit, & fratribus in ea pro tempore commorantibus, ut omnibus & singulis privilegiis, gratiis, concessionibus, favoribus, immunitatibus, exemtionibus & indultis spiritualibus & temporalibus aliis domibus *dicti ordinis* & illorum fratribus nunc & tempore per sedem Apostolicam in genere concessis uti, potiri & gaudere libere & licite possint & valeant. Jure tamen *parochialis ecclesiæ & cujuslibet alterius* in omnibus semper salvo, dicta autoritate tenore præsentium indulgemus ac omnia & singula per *præfatum Præpositum* circa præmissa etiam prætextu literarum hujusmodi etiam per dictos judices facta & gesta, quamdiu impedimentum aliquod in construenda domo fratrum minorum hujusmodi inferre possent, perpetuum silentium super præmissis dicta Apostolica autoritate imponentes, revocamus, cassamus, & annullamus & pro irritis ac annullatis & non confectis haberi volumus. Et nihilominus dictis filius ARCHIDIACONO *ecclesiæ* SLESWICENSIS & ABBATI *monasterii* CISMARIENSIS *ordinis St. Benedicti Lubicensis dioecesis* ac PRÆPOSITO *monasterii St. Georgii Præmonstratensis ordinis oppidi* STADEN *Bremens.* earundem tenore præsentium committimus & mandamus, quatenus ipsi vel duo vel unus eorum in præmissis vobis & fratribus ipsis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant, vos & fratres hujusmodi facultate & indulto & aliis præmissis omnibus pacifice frui & gaudere, non permittentes fratres prædictos per *Præpositum præfatum & quosvis alios* contra tenorem præsentium quam autoritate quomodolibet molestari. Contradictores quoslibet & *rebelles* per censuras ecclesiasticas, quas iteratis vicibus aggravare & reaggravari possint & alia opportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc si opus erit brachio seculari. Non obstantibus præmissis ac felicis recordationis *Bonifacii*

Papæ

Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, quo prohibetur, ne qui *ordinum mendicantium fratres nova loca ad habitandum recipere ſeu jam recepta relinquere* præſumant absque dictæ ſedis licentia ſpeciali plenam & expreſſam de prohibitione hujusmodi mentionem faciente & aliis conſtitutionibus ordinibus Apoſtolicis ac ordinis minorum hujusmodi juramento confirmationeApoſtolica quavis firmitate alia roboratis, ſtatuentes & in capitulo generaliſſimo nuncupato per fratres minores ultimo in urbe celebrato edictis, quibus omnibus ac litteris per Præpoſitum hujusmodi obtentis & impoſterum forſan obtinendis, etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis expreſſa & individua mentio, non autem per clauſulas generales idem importantes inventa ſeu quævis alia expreſſio habenda foret tenores hujusmodi, præſentibus per expreſſas habentes hac vice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus cæterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam noſtræ *abſolutionis, commutationis, ſubjectionis, conceſſionis, impoſitionis, renovationis, caſſationis, anullationis* voluntate, auſuque temerario contradicere. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, indignationem omnipotentis DEI ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum *Romæ apud St. Petrum* Anno incarnationis Dominicæ 1516. prid. Non. Febr. Pontificatus noſtri anno quarto.

Leo Papa.

J. Salvius. P. Lambertus. F. Armelinus.
J. Madrigel. D. Bertram.
Julius Cæſius. U. Dulnus.

tæ. Omnia illi ſuis Suecis venditant, cum tamen Gothi peculiaris ſemper populus fuerint partim cis mare partim in transmarinis. PROCOPIO hic multa debemus, qui præ omnibus aliis, nobis debet eſſe commendatiſſimus. Ab hoc habemus, quicquid primis poſt Chriſtum quinque vel ſex ſeculis contigit inter majores noſtros. Scrupulus, qui injectus eſt ex *Syntagmate* p. 1389. ubi legitur: Meſtibojum cum Ottone II. in Italiam progreſſum eſſe, jam dudum a me expunctus eſt. Sphalma etiam, neſcio qua cauſa, irrepſit; debet tamen legi cum Henrico II. idque obſervari poterit in *chronico* meo *Pomeranico* part. I. fol. 195.

Gothi an pars Vandalorum?

VI. Ego dubito & quidem admodum, an nempe *Gothi* pars *Vandalorum* fuerint. Nam Gothorum hiſtoriam ſi ſcrutor, amplioris & majoris ſemper nominis fuere, majores etiam res geſſere antiquitatis majoris. Et ſi verum eſt, quod multi & plerique ex recentioribus veriſimillimum faciunt, *Gothos* & *Getas* eosdem fuiſſe ipſosque *Myſos* teſte *R.* REINECCIO ortum debere Gothis, non videtur dici poſſe, quod Gothi ſint pars Vandalorum. Sic enim & *Getæ* & *Myſi* & multi alii populi poſſent dici Vandali. Exiſtimo potius, Vandalos fuiſſe illos *Suevos*, qui Saxonice locuti ſunt, diviſique in Weſtphalos ſeu Weſtwallos in Weſt-Vandalos & Oſtphalos. *Et ſic potius Vandalos haberem partem Gothorum, ſicut Gothi ſunt pars Suevorum.* Sed id cenſeo tantum dicendum, ſi ad antiquiſſima tempora reſpiciamus. Nam tractu temporis contradiſtingui coepere, ut *Suevi* Gothis, ſic Gothis Vandali & Saxones. Hinc cum ſecundum TRITHEMIUM quinque Reges (Saxonum, Thuriogorum, Teutonum Rugianorum & Francorum) ſe opponerent Gothis Saxoniam infeſtam habentibus, ſub *Saxonibus* puto Vandalos ſubintelligi & Gothos certe ſubinde bella adverſus Vandalos geſſiſſe certiſſimum eſt ex PROCOPIO & aliis, idque patet ex hiſtoria Wiſmari & *Geberio* in hac ipſa pagina a cl. BANGERTO citatis. Rhadagaſtum vel Rhadagaiſum memini me legiſſe *Gothum* & *Scytham* adhuc paganum, nullibi *Vandalum*. Certum eſt, ægre illum tuliſſe, quod *Alaricus* Gothorum Rex foedus cum Stilicone fuiſſet pactus, & ob id ad arma omnes Trangiſtranos & Trans-Rhenanos & procul dubio in illis Vandalos convocaſſe.

Vandali ſunt Suevi

pars Gothorum

& Saxonum.

Rhadagaſtus non Vandalus, ſed Scytha.

Situs Rethræ urbis.

VII. Semper ego dubitavi ubinam urbs *Rethra*, aliquando etiam ab idolo Radegaſtum dicta, ſita fuerit. In meis documentis legi eam *Lutetiorum* fuiſſe, in medio aquarum, in diſtantia ab *Hamburgo* quatuor dierum. Si unum tantum Radegaſti templum fuit, uni loco alligandum eſt; ſi plura, nihil id mirum eſt, quia plura Jovi quam Marti templa. Hinc non mirum, quod cl. Bangertus templum Rhadegaſti poſtea ponat intra Tollenſem & Penam etiam in Pomerania; ubi ſimul nota, quod ſupra diximus, tauri caput in pectore Radegaſti non notare bucephalum, ut vulgus hiſtoricorum putat. Et id velim conſiderari, gentes indifferenter ſolem habuiſſe pro maximo Deo eumque, ut *Macrobius* & alii demonſtrant, omnibus cunctorum Deorum nominibus, ſicuti Lunam omnibus Dearum nominaſſe. Quia autem ſol in tauro eſt in exaltatione; hinc quoties *Apollo* i. e. ſol pingebatur, pingebatur vel cum taurino corpore vel ſaltem cum taurino capite. Et talem Apollinem vocabant Hebonem. Cogitemus hæc amplius ſi *Apim Ægyptium* in memoriam revocemus, Ægyptii ſane non tam aurum in formam tauri vel *Iſraelitæ* & *Aaronici* in formam vituli redactum, quam ſolem vel potius *mundi mentem* juxta paganorum Theologiam in ſole habitantem colebant. Hæc, ſi ita ſunt, idolum Radegaſti non a Radegaſto ſive Scytha ſive Gotho ſive uti cl. Bangert. putat, Vandalo nomen ſortitum eſt, ſed Radegaſtus ille heros ab idolo tantum dicitur, quod eſt Deus conſilii & ſapientiæ (*). Quid avicula in omnibus Radegaſti ſcilicet ſolebant *Heboni* ſeu *ſoli* ſeu *Apollini* varia ſigna hieroglyphica adjicere, jam ſtellas, jam ſignum victoriæ & cytharam, jam *Gallum*, jam ſerpentem, jam tripedem, aut caduceum, aut tridentem; & hic tridens forte novitiis pictoribus viſus eſt eſſe bipennis (**). Ceterum pervellem, ut corona Radegaſti, cujus particula Gadebuſi ſervari dicitur, Chymico traderetur ad διακρυσιν ſecundum artem.

Prope Hamburgum.

Idolum Radegaſt.

Taurus notat cultum ſolis.

Avicula Radegaſti.

VIII. Memini, me conſignaſſe lib. 2. *Pom.* p. 163. Witzanum eſſe a Carolo in acie ſuperatum. Dn. Bangertus hic documenta habere videtur, quibus circumſtantiæ plures probantur & ipſe Aribertus ſeu Aritbertus cum Witzano inter amicos Caroli M. numeratur. Inclino fere, ut duos Witzanos ſtatuam. Niſi grave eſt, communicet quæſo cl. autorum nomina, unde ſua habeat. Abſtruſa enim hæc in lucem producere, mihi eſt gratiſſimum. Video Witzanum ſcribente *Bangerto* eſſe a Saxonibus peremtum. Explicatius igitur ponendum eſſet, an Aritbertus & Wizandus primum Caroli M. hoſtes, & poſt cladem amici facti ſint. Mihi hoc notum eſt, ut patet ex dicto loco, Saxones ſub Draſicone peremiſſe Bilungum vel Willungum Obotritum (qui eſt Ariberti filius, alias Witſar dictus) ejeciſſe (***) Traſſionem tum Obotritorum Gottliebum Ducem cepiſſe vivum & laqueo ſuffocaſſe poſtea *Miroslavum* (****) & Ratiborum (alii vocant Milegaſtum & Caleadrogum Lubithi filios) de ſucceſſione in regno certantes ſe arbitrio Imperatoris Ludovici ſubmiſiſſe: Slaomirum, quod videtur Milegaſto in Ducatu ſucceſſiſſe, cum Obotriti defeciſſent ab Imperatore, a Saxonibus captum, deductum eſſe ad Imperatorem Agſpharum: Raſtizium a Ludovico Rege Germaniæ, exoculatum: Geſtimulum a Lothario cæſum &c.

IX. Mihi ex documentis conſtat, Mislaum Billungo quidem non natum eſſe ex Wagonis ſorore Hodica, quum filius fuerit Medeæ paganæ

(*) Neapolitani hoc nomine uſi ſunt, teſte *Capario* Tomo I. lib. 1. *hiſt. Neapolit.* c. 14.

(**) Aviculam Radegaſti vel cum avicula Othini comparandam vel ipſum eſſe gryphum Venedorum ſymbolum, vide in antiquitatibus noſtris de Tauro Cimbrico & Vandalico.

(***) Hoc fecit Gothofridus Rex Daniæ, ut ipſe *Micræl. Pomer.* lib. 2. p. 164.

(****) Hi Wilſorum principes fuere. Id. *Pom.* 2 p. 165. *Abb. Stad.* a. 823.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

næ in *tab. geneal. Duc. Pomer.* sed Sedericum & Nasconem esse Billungi & Hodicæ filios. Duo fuere Billungi; unus, qui a Mechlenburgicis historicis est Aritberti filius, alias Witsar dictus, alter, quem ego in *tab. Ducum Pomeraniæ* & alii mecum faciunt ex autoribus Mislai filium.

De primo Lubecæ conditore.

X. Problema est historicum, quis primus Lubecæ conditor? miratur cl. vir, quod in *Syntagmate* cum CRANZIO & HELMOLDO conditam dicam ab Henrico, cum ipse *Helmoldus* ejus tanquam jam tempore Godescalci conditi meminerit & alii eam faciant vetustiorem; sed qui verba mea in *Syntagmate* recte scrutabitur, deprehendet, me non Henrico sed *Critoni* fundamenta Lubecæ jacta adscribere p. 1391. idem facio in *Chron. Pom.* l. 1. p. 204. ut & in *geneal. tab. Duc. Pomer.* & *im Zeit-Register des II. und III. Buchs Zz 1. p. 2.* Tempore Critonis Imperatores erant Henricus III. & IV., Duces Saxon. Bernhardus II. ejusque filius Ortolphus Hamburgi conditor & nepos Magnus; in Dania Canutus II. & III. Magnus &c. in Mecklenburgia Godescalcus ejusque filii Buthue & Hinricus; in Pomerania Svantiborus Critonis socer; ipse Crito Grimmii filius princeps Rugiæ, agnatus Mechlenburgensium & Pomeranorum Ducum, circa hæc tempora ab Henetis idola sua tuentibus electus est Dux generalis exercituum. Genealogiam ejus hanc inveni, uti notavi alibi:

Qui Crito fuit.

Bilungus.
Micislaus.

Grimmius.		Mestibojus.	
CRITO *Lubecæ conditor.*	Wartislaus. RAZO *stirps Ducum Rugiæ.*	Bogislaus. SVANTIBORUS *stirps Pomer.*	Otto. Godescalcus
			Buthue *stirps Mecklenb.* HENRICUS

Canutus II. Rex Daniæ & Godescalcus Dux Mecklenborgiæ graviter affligebant Henetos, continuabant bella Canutus III. & Magnus S. Olai filius, Rex Daniæ & Norwegiæ; illisque omnibus opem tulerat Bernhardus II. Dux Saxoniæ. Et circa hæc tempora præfuit idololatris Henetis Crito, ut ne putemus, eum demum post fata Bernhardi II. Ducis Saxon. qui obiit an. 1063. & Godescalci ab Henetis a. 1066. interemti rebus præfectum esse, quanquam Critonem exstruxisse Lubecam tunc demum referimus, cum reliqua ejus facta enarrata sunt. Crito certe ad decrepitam usque ætatem pervenit & ducta Slavina Svantibori Pomerani filia, potentiam undequaque stabilivit. Quo anno peremtus sit, ab Henrico Mechlenburgico per insidias uxoris Slavinæ, quam deinde duxit Henricus, non memini. Bernhardus II. Saxo coepit imperare anno 1011. & nunquam cessavit Henetis sese opponere per LII. annos, quibus præfuit, donec anno 1063. quod dixi, decederet. Crito adhuc superfuit a. 1102. & senex admodum duxit Slavinam filiam Svantibori, qui mortuus est an. 1107. Ponamus, Critonem octogenarium interfectum an. 1103. natum oportuit a. 1023. Cum juvenis esset XXIV. annorum, potuit jam exercitum ducere, potuit in Godescalci & Bernhardi II. terras irrumpere & Lubecæ propugnacula erigere & iterum expelli. Potuit Godescalcus pulso Critone coenobia ibi exstruere, potuit Lubeca ab uno Domino in alium transferri. Unum hic diligenter notari velim, quod & alibi monuisse me novi, quod historicis nostratibus per Germaniam ille dicatur civitatem condere, qui locum, etsi ante populosum, muris & propugnaculis circumdedit. Possem id variis exemplis demonstrare, nisi in propatulo res esset. Habitabant scilicet omnes Germani antiquitus, nullis cincti moenibus; sedes eorum non erant urbes, erant tamen cives. Quicumque circumdedit moenia, dicebatur urbem condidisse. Ita Stralsundia nostra antiquissima urbs est; sed ante pauciissima secula Jaromarus eam dicitur condidisse, quia muris eam cinxit. Idem assero de Stetino; idem forte de Lubeca. Si vel maxime igitur coenobia erant Lubecæ, antequam fundamenta urbis ibi locata sunt, nihil absurdi dico: sed quod dixi, ante condita Lubecæ monasteria, potuit ibi Crito monasteria educere. Polonorum relationes nihil moror. Eorum jactantia de Ducibus Pomeraniæ ex spurio Polono natis, deque XXX. Popieli filiis ad Albim usque & ultra illam emissis & omnia sibi submittentibus, quasi majores nostri caudices fuissent & stipites, mihi primam dedit occasionem, hæc omnia profundius scrutandi. Fabula igitur Wisimari valeat. *In gemino Henrici Leonis itinere* versus Angliam nihil absurdi, quin potius id facile fieri potuisse & factum esse circumstantiæ monstrant. Exules dum opem vicinorum & amicorum implorant, non diu eodem consistunt loco. Lapides quod attinet, Henricus tertius Lubicensium episcopus, qui factus est episcopus a. 1172., in lapide dicitur ecclesiam a. 1170. ædificasse, & in *chronicis* ARNOLDI primum lapidem posuisse, conjectura cl. viri non admodum displicet; sed si adderem, Conrado II. episcopo, quum iter meditaretur in Palæstinam, additum fuisse coadjutorem vel administratorem Henricum, qui una cum Conrado episcopo interfuit fundationi templi, & ob id, cum in itinere defunctus esset Conradus, & templo postea consummato ultima manus imponeretur, dici potuit primum posuisse lapidem, interpretatio lapidis non esset contorta. Id obstat, utrum Abbas Brunswicensis potuerit esse simul Coadjutor Lubecensis? Responderem: Abbatem fuisse, antequam Coadjutor est factus, & cum episcopus est constitutus, historicos potuisse testari, eum ex Abbate factum fuisse episcopum. Præterea nihil novi in sacris ordinibus, uni plura officia commendari. Sic & Henricus Leo an. 1154. Lubecæ Dominus, Geroldum primum episcopum Lubecæ introduxit secundum lapidem, quum tamen Henricus Leo a. 1158. demum factus sit civitatis dominus, cum eam traderet Adolphus comes Holsatiæ, & præterea Geroldus a. 1163. demum episcopus Lubecæ constitutus sit, cum sedes episcopalis ex Aldenburgo Lubecam transferretur & Geroldus hactenus episcopatum Aldenburgensem aliquot annos gessisset. Ni fallor, Henricus Leo, antequam tradita est ei Lubeca a. 1158., jus aliquod prætendit una cum Holsaticis comitibus in urbem.

Civitatem condere quis dicatur?

Hinrici Leonis geminum iter.

Henricus episc. Lub. ecclesiæ structor.

Geroldus episcopus introductus.

bem. Dominus igitur & tum dici potuit, cum adhuc esset condominus. Et quia Geroldus episcopus Aldenburgensis a. 1154. jus obtinuit, ut ecclesias Lubecenses suæ dioecesi acciperet conjunctas, ipsique adeo munus visitandi & omnia in ecclesiis Lubecæ ordinandi injungeretur, rectissime poterat lapidi inscribi: An. 1154. *Lubecæ dominus* (condominus) *Geroldum primum* (postea) *episcopum introduxit in urbem*, ut jura episcopalia ibi exerceret. Si vel maxime Henricus Leo non habuit a. 1154. condominium, tamen cum lapis ponebatur post aliquot annos, quando jam Henrico Leoni urbs cessa erat, poterat inscribi, quod is Geroldum an. 1154. introduxerit, quia Geroldo episcopo Altenburgensi id permisit, ut dioecesi ipsius Lubecensis ecclesia jungeretur. Quia conjecturis sic standum, non est nihil eis dandum. Quod παροράματα aliqua notaverit vir cl., gratissimum est; plura si addet, quæ forte legenti occurrerent, ampliorem merebitur gratiam. Gaudeo, si intelligo, me aliqua jam notasse, cum notantur ab amicis.

Wagria Obotritorum pars.

De eo non dubito, quod *Wagiri* & *Obotriti* principes iidem sint, nisi quod Wagria Obotritorum pars videatur. Id vero ignoro, an *Aldenburgum Lubeca* & *Mechlenburgum* eosdem semper dominos habuerint. Quod hodie fit, tunc quoque factum est. Principum filii in diversa dimissi, in herciscunda familia diversa sortiebantur cognomina. Tandem *chronicon Holsatiæ* PETERSENII præfero autoritati CRANZII in quæstione de captivitate Adolphi, si circumstantias confero. Ceterum non nego, admodum mihi placuisse, quæ vir cl. de Lubeca nova ad Travam a Critone condita commentatus est. Sed ipso teste Crito sedem aliquamdiu in veteri Lubeca habuit; unde colligi potest, ab illo conditam esse eandem. Forte incido in aliquod MSCt., in quo congesta sunt fragmenta & excerpta ex REIMARO KOCKIO scriptore historiæ Lubecensis, BONNO, NIC. MARESCALCO: notavi hæc Marescalci verba ex lib. 2. annal. Herulor. c. 32. & 38. „Urbs Lubeca præsignis sub Imperio Romano venerationis est Lucuniorum caput. A piscatoribus proditur „temporibus antiquissimis portu eo habitata, unde Romanis olim nota. Godescalco dein Herulorum seu Obotritorum Rege instaurata, qui „& arcem & laurarium ibi primus excitavit, Bute est nuncupata seu a Bute filio sive ad imitationem urbis βατεῖ quæ Sauromatarum ad „Moeotida teste cl. *Ptolemæo*, aut denique in „honorem filii Veneris, qui Bute. Ast Hinricus, „qui Butes germanus idemque Godescalci Regis „filius, coloniam magnam Lucuniorum dixit: „vulgus Lubecam lingua Vandalorum gentili, „quod amiculam significat. Sed & Lubemarus „ac Crito Grymi Rugii filius nonnihil addiderunt. &c.„ Prædictus *Nic. Mareschalcus*, non adeo notus est, nec ejus potestatem unquam habere potui; id displicet, quod post Hinricum dicit demum Critonem Lubecæ augendæ manum addidisse, nisi a hysterologia. Luconiorum vel Lucuniorum nomen quid significet, item laurarium, & an hoc vocabulum recte scriptum sit, nescio. Fateor enim excerpta laudata ex Mareschalco non probe satis & distincte literis esse exarata, sic in illo Radegast scribitur Gadegast, *van welchen de Düvel Gadebusch den Nahmen hat*. Si conjecturis aliquid dandum, cur Lubecenses dicantur magna pars Lucuniorum, dicerem non exspirasse in terris Lubecensibus nomen Caluconum, quos *Ptolemæus* dicit habitasse ex utraque Albis parte, aut si Lugios *Taciti*, quos dicit ultra Sveviam egisse, in plures civitates diffusos huc emigrasse dicere placet, facile g. in k. potuit transire, ut vocarentur Lukii & mutata flexione Luconii. Conjecturas augebit CLUVERIUS *part. 3. Germ. antiqu. cap. 33.*

Luconiorum nomen unde Lubecensibus?

XI. Quæ privilegia indulsit Leo a. 1163. Gutonibus seu Gutonis, vix aliis puto esse data quam Jutlandis i. e. Gotlandis & vicinis insulis, quarum nonnullæ nomen Gothicum adhuc præ se ferunt. Etsi enim tempore TACITI Gothones ad Vistulam usque nomen propagaverint; in littore Germanico Balthico tamen successu temporis post ingressum Sarmatarum & expeditiones Suevorum interque eos Gothorum in provincias Romani Imperii egressum desiit in hac plaga nomen Gothicum. CIMBRIS tamen in Chersoneso novum illud Jutlandiæ nomen accrevit, & quia circa tempora Leonis Gothicum regnum suos subinde habuit Reges ex sanguine Suecico prognatos, privilegium illud Leonis in eas quoque nationes potuit extendi.

Privilegia Gutonibus a Leone III data i. e. Gotlandis.

XII. De nomine Hansæ, *Werdenhagius* jam prolixe disseruit, ut pauca addi posse videantur, nisi ut tantum probabilior opinio seligenda sit. Arridet *Bangerto* opinio *Scriverii* ex MEYERO, quasi hansa notet onus seu pecuniam, quam negotiatores exteri in emporiis solvebant, ut mercatura & transitus esset illis liber & tutus. Opinionis illius unicum præsidium est in privilegio Leonis Guthonibus an. 1163. dato, & in privilegio Philippi Neaportensibus an. 1168. dato, in quo pronunciantur liberi ab hansa & telonio. Sed ego nondum inde colligere possum, per hansam intelligi pecuniam vel onus aliquod. Telonio id significari non est dubium. Si autem per hansam intelligantur conventus & congregationes vel confoederati populi, uti alii id probant ex versione Codicis N. T. ubi concilium vertitur per hansam, sic ego interpretarer privilegium Leonis & Philippi. Negotientur libere Guthones & Neoportuenses Lubecæ aut alibi sine teloneo, i. e. vectigali, & sine hansa, i. e. licet non nomen dederint hanseaticis civitatibus, quæ in foedus arctius coierunt tempore Leonis & Philippi. Sic apud nos Stetini multis oppidis licet negotiari sine telonio, i. e. vectigali, & sine hansa, i. e. licet non sint in numero civitatum hanseaticarum. Præterea suspectus est mihi vir venerabilis Dnus *Werdenhagen* in eo, quod vocabulum hansæ faciat Vandalicum & Vandalos non satis distinguat ab Henetis, licet de illis distinguendis disputet, & illuc tantum inclinet, ut inter XIII. dialectos Vandalicas ponat Bohemicam mediam. Totus sum persuasus, vocabulum esse Germanicum. Faciunt huc nomina Anselmi, Ansberti, Ansgarii, Ansegiti, item Ansibariorum, quos TACITUS

Hansa quid significet?

Opinio Bangerti.

Micrælii.

Error Werdenhagen.

TACITUS annal. XIII. a Chaucis pulsos ad Rheni ripam vacuos agros obsedisse & postea a Romanis cæsos esse dicit; & MARCELLINUS lib. XX. partem Francorum vocat Answarios aliter Ansuarios, inquietos homines & licentius in externa Galliarum percursantes, quos in ordinem redegit Julianus. Id unicum obstare posset, quod non vocemus *Hanselmum*, *Hansbertum*, *Hansivarios* vel *Hansibarios* sed absque aspiratione. Verum nihil usitatius, quam ut jam dicamus, Uldericum, Adrianum etiam Huldericum, Hadrianum, ideoque & sine distinctione jam *Hansee-Stædte* jam *Ansee-Stædte* aut *Anse-Stædte* vocantur. Quid igitur obstat, quo minus sensum verum & genuinum vocabuli dubii a JORNANDE mutuemur, cui Anses sunt proceres Gothorum post victoriam dicti quasi semidei. Anses igitur Gothorum erant, quos hodie Germani vocant *Helden*; Græci cum Latinis heroas, quos inter semideos relatos esse nemo dubitat. Et Jornandes Ansium seu heroum integrum nectit catalogum & ea ad tempora usque Justiniani deducit in familia Amalorum. In sensu igitur vocis a Jornande suppeditato *Anse-Stædte* erunt civitates, quæ heroicis consiliis & factis se omnibus hostibus possunt opponere, inque quibus semper aliqui e populo selecti constituuntur, qui quasi in concilio quodam amphyctionico, quoties opus est, coeunt & de rebus ad salutem publicam pertinentibus decernunt. Anses igitur vocaremus hodie *die hochmögende Herrn Staten* ordines regnorum & provinciarum, assessores parlamentorum. Sic igitur Anses designant proceres & semideos, ut nihilominus hansa designet conventum, concionem, comitia. Utque fatear, quoties hactenus ego generosos homines vocare audivi *die grosse Hansen*, non deduxi illud vocabulum a nomine Johannis, sed ex voce Ansium Jornandiana. Nec spiritus literæ vel additus vel detractus officit; nam Græcorum & Germanorum H. Latini jam addunt jam omittunt, quod vel ex nomine Johannis & Joannis patescit.

Jornandis opinio.

Hodicæ mentio.

XIII. Hodicam dictam fuisse & sororem Wagonis episcopi Altenburgensis nuptam Billungo, & ejus filiam memini me legisse apud CRANZIUM; & propterea etiam transtuli in *tabulam genealogicam majorem Ducum Pomeraniæ*, licet sine nomine matrem posuerim p. 188. part. 1. *Chron.*, ubi historiam recenseo. Idem dico de anno mortis Billungi. Quam primum otium erit scrutabor. Nomen Boravisen legi in MSCta historia (*) ep. Caminensis *Petri Wujæ*. Placet interim viri cl. observatio ex veteri *Saxon. Chronico*, sicuti & de viridi folio in manibus Siwæ, & inprimis, quod diligenter notavi de patria Helmoldi, in quibus non invenio, quod improbem. Observavi alicubi, numeros duplicari; observavi ipse plura ejuscemodi παροράματα, quæ corrigenda sunt, si forte adornabitur secunda editio.

Bluſſo Holſatus.

XIV. Rationes, quibus Vir cl. vult probare Blussonem Godescalci sororium non fuisse Holsatum aut Stormarienſem, sed Vandalum, videntur amori nationis adscribendæ; mihi non sufficiunt: & forte est, quia Vandalus sum. Nam (1) Vandali sororem potuit ducere Holsatus, sicuti Vandalus Godescalcus duxit uxorem Danicam; (2) quia causa tumultus fuit non tam, ut regnaret Blusso (nam Godeschalco interemto supererant filii Henricus & Buthue) quam (3) quia infensus erat affini ob christianismum, quæ causa reliquos omnes idololatras concitavit cum in Vandalia tum in Holsatia, (4) quia intestinorum tumultuum causæ plerumque solent esse intestinæ, & cladis in Holsatia autor Holsatus seditiosus potuit esse. (5) quia ex locis, in quibus & Godescalci & episcopi Suerinenſis Johannis factæ erant cædes, junctis scilicet Vandalorum & Holsatorum idololatrarum armis & in plura loca perlatis, Blusso rediit ab exercitu tumultuantium domum, puta in arcem suam; permeaverat tamen cum aliis plura loca, in quibus Christiani degebant & ad necem quærebantur. (6) quia, cum Crito expeditionem suscepit contra Stormarienſes & Holsatos, extinctus est Blusso, scilicet cum degeret inter eos & a seditiosis civibus tumultus excitatus esset, forte quia rectius coepit de religione sentire, ut propterea vocatur a *Marescalco* vir integerrimus.

XV. De Treva *Ptolemæi* discursus *Thracigeri* non potest arridere. Nam Treva ponitur a Ptolemæo in longit. 33. in latitud. 33° 40. Chalusi ostia in longit. 37° in latitud. 56°. Vel quatuor igitur gradibus longitudinis, in latitudine 56. i. e. 33. prater propter oportet milliaribus germanicis Trevam versus occidentem remotam esse ab ostiis Chalusii. Trava igitur in vicinia Lubecæ nullo potest modo Treva *Ptolemæi* esse, quanquam libenter fateor, nec Hamburgo quadrare exacte situm Trevæ; nec est, ut errorem Ptolemæi allegemus. Quam studiose suas tabulas congesserit & ex quibus fundamentis, dixi in *Chron.* part. I. p. 10. & 28. Conjectura de vocabulo Cluss nulla est; recentius enim est illud, quia trahitur a monachorum habitationibus, quas vocabant latine claustra, germanice *Clausen*, *Clusen*. Sic adstruebantur monasteriis ædes aliæ; transibant claustra in oppidula. Hinc passim inveniuntur nomina & in nostra Pomerania *zur Clus, der Klüzer-Winckel.*

Treva Ptolemæi, non est Trava.

Clusi?

XVI. Rhetra non potuit esse ipsa urbs Mechlenburga, ut censet *chronicon Saxonicæ vetus*. Radegastus in tribus oppidis colebatur, ut Rhetræ, Mechlenburgæ & Vinetæ; ut significavi part. 2. *chron.* p. 421. Rhetra pariter & Mechlenburga non debent confundi. Rhetra enim in Pomerania Orientali sita erat *zwischen der Reene und der Tollense*, qui sunt duo fluvii, ut alibi demonstratum.

Rhetra urbs.

XVII. Quæritur: *Quomodo Slaviam Otto M. potuerit tribus episcopis tribuere, cum uni tantum assignanda videatur?* sæpenumero HELMOLDUS, cum Slaviam nominat, omnes populos intelligit, qui Slavonica lingua utuntur juxta Balthicum mare; nonnunquam vocem arctius sumit, ut legenti paret. Uni interim episcopo nunquam tota Slavia subjecta fuit. Hoc illa ipsa loca arguunt, quæ vir cl. allegavit. Nam lib. I c. 6. ipse Helmoldus dicit: MAGNA EX PARTE Winithi Slavorum populi (pars Slavorum) in Marchia

De Slaviæ episcopatibus.

(*) Edita ab *ill. de* LUDEWIG Scriptor. rer. germ. T. II. p. 503.

chia Brandenb. & Havelb. usque ad Poenim respiciunt parochiam Hamburgensem. Sic quod lib. I. c. 11. dicitur de episcopatu Magdeburgensi, cum primatum acciperet in Germania, jus etiam accepit in Slavorum ecclesias, contradicente tamen Altenburgensi, qui sibi vendicabat Slavos in terra Wagriorum. Deinde quod dicit vir cl. recte observatum est, decennium Helmoldo addendum esse in annis coronationis Ottonis M. Coronatus est non a Leone VIII. sed a Johanne XIII. & quidem a. 962. quanquam alii ponant a. 963. eodemque anno depositus est & Leo VIII. electus a. 964. Constant hæc tum aliunde tum ex WITTICHINDO. Et ita sublatum etiam est tertium dubium, quod movit FABRICIUS Chemnicensis: etenim *Fabricii* sententia stabilitur per prædictum Wittichindum. Intravit Otto M. Romam an. 962. Vix tergum verterat Papa (Johannes XIII. nempe) foedus init cum hostibus Cæsaris & lacessit Græcos & Hungaros adversus illum. Adest iterum Cæsar sequenti anno 963. Fugit Roma Papa, ad adventum Cæsaris, deponitur, cives jurant Cæsari, Leo VIII. eligitur. Johannes XIII. ex latibulis suis persuadet Romanis, ut in Imperatorem impetum facerent. Quod quarto vir cl. scribit, illi consentio, quem Wizanum vicit Carolus, is fuit Dux Ariberti. Qui Wizanus fuit amicus Caroli, Aribertum non videtur agnovisse dominum. Consentio & quinto, nam præsidente Coelestino Bernwardus relatus est in sanctos; præsedit autem Coelestinus non a. 1184. sed ab a. 91. ad an. 98. Memini certe, plura occurrere in Helmoldo, quæ scrupulum inveniunt. Sic Hermannum anti cæsarem vocat Clusloch p. 26. seu Dussioch, alii vocant eum Knoblauch. Petrum p. 26. qui Vichnonibus nescio quibus bellum sacrum suasit, vocat Hispanum; alii Francum ex civitate Amiens. (Wolgastum p. 33. dicit a Julio Cæsare conditum, quam Juliam Augustam; sed etymologia vacillat. Ita Burchardo II. Sax. p. 20. v. 43. adscribit 40. annos, alii 52. Ceterum non puto autoritatem *Ottonis de S. Blasio, Byzari & Sigonii* præferendam esse Helmoldianæ & Güntherianæ. Nam vix potuisset Cæsar Romam in potestatem redigere, nisi Jenuanis seu Genuensibus prius in partes tractis, quia stabant ab hostibus. Et quomodo ante Romam expugnatam Ancona ad mare Adriaticum sita hoc tempore, quo per Lombardiam tendebat Cæsar versus Romam, oppugnari & expugnari poterat? hærebat sane exercitus Cæsaris ad mare Tyrrhænum, cum hæc agebantur. Ancona nimis ab ejus armis erat remota. Et memorabile est apud Guntherum, quod Genuenses Roma petita pretio fraudem marcarum mille redemerint. Pace igitur, postquam deficiverant, per fraudem impetrata poterant postea amici Cæsaris hoc ipso anno dici. Interim non negaverim, Roma obsessa & expugnata Cæsarem simul Anconæ potuisse arma expedire, ut ita reliquorum autoritas maneat etiam salva. Unum mei causa forte adhuc quæri posset. Eum alii dicant Johannem XII. fuisse, a quo coronatus sit Otto M. quare ego in *syntagmate meo* eum nominarim Johannem XIII. causa est, quia cum Seculo IX. ab aliquibus historicis collocetur Johannes VIII. quem tenent foeminam fuisse post Leonem IV.; ab aliis ille omittitur. Hinc Johannes, qui post Hadrianum II. sedit aliquibus vocatur IX. (quibus me jungo) ab aliquibus VIII. Et hæc ipsa etiam causa est, quare omnes Papas, qui Johannis nomine post VIII. veniunt duobus numeris signem e. g. Johannes XIII. (XII.)

Helmoldi emendatio.

Fabricii locus illustratus.

Wizanus a Carolo devictus.

Animadversiones aliæ in Helmoldum.

Locus syntagmatis Micræliani de Joanna Papissa vindicatus.

XVIII. Ego puto Helmoldum & Adamum Bremensem atque Albertum Stadens. facile posse conciliari in quæstione de clade a Slavis Mestibojo Duce Christianis illata. Nam Bernhardus quamprimum patri successit coepit cum Mestibojo seu Mistoveo conspirare adversus episcopos. Jam igitur anno 1013., cum Libentius obiit, Bremensi & Hamburgensi episcopatui multa a Vandalis apostatis ademta sunt & duravit tumultus usque ad an. 1023., ubi contigere demum, quæ Bremenses coepisse dicit, Helmoldus facta esse testatur. Quod scribitur de Demino Castro, quod Dux expugnaverit, quum tamen omnem terram Obotritorum reddiderit Dux Primislao jam quieto, notandum est, quod Deminum nunquam fuerit in ditione Primislai Mechlenburgensis, sed Pomeranorum Ducum, quos tunc temporis Dux habuit quibusque eripuit Deminum, cum incolæ illinc in silvas abiissent. Duces Græciæ tempore Friderici I. adhuc plurimi erant, quos inter beneficiarios fovebat Imperator Græciæ quosque deinde Saraceni & inprimis Ottomannica domus necavit, expulit, exstinxit. Non igitur puto, Joannem Ducem statim innui, si Ducis Græciæ forte fit mentio. Annum, quo Henrici II. Regis Angliæ filia adducta fuit Henrico Leoni, inquirendum puto ex *Camdeno, Triveto, Parisio* vel aliis Anglicis scriptoribus. Interim non mirum est, historicos in annis annotandis variare. Res, quæ coepit uno anno, potest altero finiri; hinc unus ad priorem annum ea refert, alter ad alterum. Potest & error obrepere ex re minus cognita.

De clade Christianorum sub Mestibojo Slavorum Duce historicorum dissensus apparens.

De Demino expugnato.

De anno nuptæ Henrico Leoni R. Angl. filiæ.

Tantum.

XXXVII.

M. BERNHARDI LATOMI ORIGINES PLESSIACÆ MEGAPOLENSES

COLLECTÆ A 1611. EX AUTOGRAPHO QUOD SERVATUR IN TABULARIO SVERINENSI.

Die von Plessen *haben ihren Ursprung aus dem Hartz* vom Hause Plesse, *und sind mit Hertzog* Hinrich *aus* Bayern *und Sachsen, dem Löwen genant, für 600. Jahren die Slaven oder Wenden vertilgen zu helffen, in dis Land mit kommen. Es sollen aber ihrer drey zugleich in diesem Zuge gewesen, und zween, deren einer ein Rittmeister gewesen, in der Schlacht bey* Schlagestorff *geblieben, und nur der dritte* Helmold (*) *genand bey Leben erhalten seyn, welcher als er wiederum in seine Heymath ziehen wollen, vom hochgedachten Hertzoge zu bleiben gefordert, und alss er solches mit denen Worten*: er hætte hieselbst kein Wesen, *verweigert, soll der Hertzog dagegen angefangen*

Plessiacorum origo e tractu silvæ Hercyniæ.

Helmoldus militat adversus Slavos.

Possessiones ab Henr Leone obtinet.

(*) Quem Ducem militiæ fuisse annales perhibent.

fangen haben, und gesagt, er wolte ihm ein Wesen geben, hat ihm also mit Verleihung grosser Güter, so die Plessen *noch mehrentheils in ihrer* Possession *haben, im Lande behalten. Unter andern hat er ihm auch das Dorff* Vichel *am Schwerinischen See belegen gegeben; Da er denn eine Kirche* (*) *gestifftet, woselbsten noch sin im Holtz gehauen und gantz übergüldet gewesenes Bild, mit einem Schwerd in der Hand und einer Pantzer-Hauben auf dem Kopff zu sehen ist. Er hat auch eines* Stralendorffs *Tochter gebeyrathet, davon alle* Plessen, *so noch leben, entsprossen und herstammen. Daß sie aber aus dem Hartz vom Hause* Plesse *sind, solches erscheinet erstlich daher, das sie nicht allein lange Zeit, nach ihrer ersten Ankunfft die* Hartz-Plessen *genennet sind, und ein Wapen mit denen Herren von* Plesse *geführet haben, sondern auch ohngefehr für 80. Jahren zween Herrn vom Hause* Plesse, *so die letzten von denselbigen gewesen, die Meclenburgischen* Plessen *für ihre Vettern erkannt, und die gesamte Hand mit ihnen zu machen begehret; Auch desfals* Cord von Plessen *zu* Damshagen, *und* Daniel von Plessen *zum Steinhause, ersuchet haben, sich alß junge Gesellen, zu und bey ihnen an den Hoff zu begeben, und also durch und nach Gelegenheit, das Werck mit ihrem Lehn-Herren vort zusetzen. Ob nun wol diese beyde junge* Plessen *auf der Alten abgehenden Herren suchen, dahin nicht gezogen sind zum Theil mit Herren-Diensten, theils auch mit Heyraths-Sachen verhindert, und darüber mit todt verblieben, und dahero solch Vornehmen nicht vollenzogen ist, so gibts dennoch gewisse Anzeigunge, daß die* von Plessen *vom Hause* Plesse *ihren Ursprung genommen; Es ist aber der letztere Herr vom Hause* Plesse *Herr* Dieterich *a. 1571. d. 22. May gestorben. Nachmahls sagt man, von einem* Helmold von Plessen *dem* Kuchenbecker *zugenandt, daß er in seinen Kindl. Jahren zur Zeit der Erndte, aus Nachlæssigkeit, deren so auff ihn warten sollen, zu* Barnekow *für m Thor von einer Kuchen-Beckerin verlocket sey; Alß aber dies Weib alle Lænder mit Kuchen durchzoge, so auch im Hartz aufs Hauß* Plesse *kam, Kuchen daselbst zu verkauffen, und der Knabe bey ihr stund, soll der Herr die Kuchenbeckerin gefraget haben, obs ihr Kind wære? Ob sie nun wol ja dazu gesaget, so hatts doch der Herr nicht glauben wollen, sondern dem Knaben gefraget wie heissestu? Er spricht* Plesse, *da ist der Herr in seiner* suspicion *bekræfftiget, und hat das Weib gezwungen zu bekennen, wie sie ihn seinen Vettern aus diesem Lande entführet habe, da hat der Herr ihn mit etlichen Wagen, seinem Vettern wieder anheim geschicket, und sagen lassen, er solte ihn hinführo besser in achtung nehmen. Da nun dieser* Helmold *von vielen der Kuchenbecker zugenahmet worden, soll er gesagt haben, er wolle drey Kuchen backen, davon Kindes-Kind solte zu sagen wissen, und also drey Hæuser oder Sitze, nemlich zu* Barnekow, Grundshagen *und* Damshagen *gebauet. Ist demnach kein Zweiffel, daß die von* Plessen *in* Meclenburg *aus dem Hartze vom Hause* Plesse *ihren Ursprung haben. Es hat aber der Allmæchtige Gott dieß Geschlecht nicht allein so viele hundert Jahr her, bey Leben und Gütern erhalten, sondern auch dermassen gesegnet, und groß gemacht, daß sie ihre Verwandtnis nicht mehr unter einander berechnen können, wie wol sie noch ein Wapen und die zusammende Hand mit einander haben; Ehe ich aber die unterschiedene Stammregister dieses Geschlechtes einführe, will ich vorhin etliche Alte wohl verdiente, Ehrenwehrte von* Plessen *mit kurtzen insgemein beschreiben. Der erste den ich in diesem Geschlechte aufgezeichnet finde, hat geheissen* Helmold von Plesse, *welcher mit dem Herrn von* Meclenburg, Henrico Ao. 1271. *ins heylige Land gezogen, und daselbst durch seine Manhafftigkeit, den zu der Zeit hochgeehrten Ritterstand erworben hat; Dieweil aber der Herr gefangen ward und 28. Jahr gefangen blieb, ist mitler Zeit dieser Herr* Helmold *bey seiner Gemahlin Frau* Anastasia *in grossen Gnaden, und ihr Rath gewesen. Er hat auch in meinem Vaterlande,* (Wismar) *im* Franciscaner-*Closter das Chor lassen bauen, darin er den auch* anno 1319. d. 24. Febr. *wie er Todes verblichen, zur Erden bestættiget. Es hat auch dieser* Helmold, *nicht allein einen Bruder gehabt, Herr* Hans Rosendahl von Plesse *genand, welcher nebst seinem Bruder den Ritterstand erworben hat, und folgens von des gefangenen Herrn Sohn* Hinrico *den Löwen genand, für einen Raht gebrauchet ist, sondern auch drey Söhne hinterlassen, alss* Cord, Berend und Reimar, *von denen die beyden letzten* anno 1338. *etliche Pæchten, ümb ihrer Seelen Seeligkeit willen zu* Wismar *in* St. Jürgen-*Kirche vermacht haben.* Anno 1372 *haben* Helmold *und* Johann von Plessen *auf* Müsselmoh *und* Neuen Hofe *das Lehn zum Teuffels-Erse* fundiret. Ao. 1392. *hat* Bernhard. von Plesse *des Schwerinischen Stiffts* Thesaurarius *daselbst zu nechst dem Chor das* Refectorium *jederzeit der Schulen* Auditoria *gebauet, und diese Worte an das Gewölbe in dem einen Creutzgang schreiben lassen:* Anno 1392. præsens Refectorium per *Bernhardum de Plessen* est formatum. Anno 1400. *hatt er die* Capelle *des heiligen Blutes mit den Gemæhlden der Graven zu Schwerin gezieret* Chronic. Sverin. Anno 1394. *hat* Helmold von Plesse, *nebst* Burchard Lützowen, *die grosse* Orgel *zu* Wismar *im* Franciscaner-*Closter bauen lassen.* Ao. 1449. *ist* Reimar von Plesse *bey Hertzog* Hinrich *den Aeltern von* Meclenburg *Herrn des Landes* Stargard *für einen getreuen Rath gebrauchet, und in solchen Gnaden gewesen, das er ihm die wüste Dorffstætte* Camptze *geschencket, und zugleich eines von* Devitzen *Tochter aus dem Frauenzimmer zum Eheweib gegeben hat. Einen* Helmold von Plesse *auf* Müsselmoh *muß ich noch rühmlich mit nehmen, welcher sich in Pabstthum die Beforderung der* Religion *mit Ernst und Eyffer hat lassen angelegen seyn, wie aus seinen abergläubischen* Donationibus *zu ersehen. Den* Ao. 1503. *hat er für sich und seine Haus-Frau* Catrusa, *wie auch für seinen Bruder Herr* Hinrich *und dessen Haus-Frau* Abel *so wohl, alss für ihre Haupt Seelen, davon sie hergekommen, auch dem gantzen Geschlecht, und allen Christen zu Hülff und Trost grosse und viele Pæchte nach* Sternberg *vermachet*

Templi Hohenfichelens. Fundator.

Ejus puericiæ fata.

Stirpis iam eximia amplitudo.

Clari inprimis fuere.

Helmoldus von Plesse eques factus.

It. Henr. Rosendahl von Plesse.


Helmoldus & Johannes.

Bernhardus.

Reimarus hereditarius sit in Campzee.

Helmoldus dynasta Müsselmohe.

(*) Non solum hanc sed & ecclesias veteres *Musselman, Holstendorf, Hertzburg, Wahnkau, Brühl & Bibaw* fundasse fertur.



Helmold Plesse
Gentis Plessiacæ Megapol. Sator; Ducis Hinrici Leonis
Præfectus militaris, Ecclesiarum Vichel, Bibau, Müsselmau,
Brül, Hertzberg, Wähmkau et Holstendorf fundator † A. 1186.

machet und gegeben. Ao. 1509. *hat er abermahl für sich seiner Hauß-Frauen* Chataruſa Ganſen *ſeiner Eltern, Brüder und Schweſtern, und aller Chriſten Seelen Hülff und Troſt, drey* Vicarien *zu* Müſſelmoh, *eine* St. Marien, St. Johannis, St. Annen, St. Michaels *und aller Engeln, die andere zu der H. Dreyfaltigkeit, der heyligen drey Könige, und aller Gottes Heyligen, die dritte zu* St. Marien Magdalenen *Altar, mit* Conſens *ſeines Bruders* Hinrichs *des Ritters, ſeines nebeſten und einigen Erben geſtifftet. Ja alß ihm ſeine Hauß-Fraw durch den natürlichen Todt genommen war, und er anderweit gebeyrathet, hat er abermahl* Ao. 1515. *nach* Crivitz *eine ſtattliche* Vicarie *geſtifftet, ſo wohl für ſeine verſtorbene* Catharuſa, *als für ſich und ſeiner andere Hauß-Fraw* Ilſe *und verordnet Unſer lieben Frawen Lob und Zeite alle Tage zu ſingen, beſtellet und ſchicket dazu fünff Prieſter, machet ihnen ziemliche Beſoldung inſonderheit einem jedem eine Pfanne ſo zur Heuer in der Stadt geben ſolte. Es ſolte aber ein jeglicher Prieſter, die gantze Woche Meſſe halten, und ſingen für unſer Lieben Frawen, die andern ſolten ſingen helffen in andern Kirchen, und Stædten, ausgenommen des Donnerſtage Abends, ſo ſoll die* Veſper *von Unſer Lieben Frawen verbleiben, und ſollen ſingen vom heiligen Creutz, des Freytags aber die gantze Zeit, die Meſſe ſoll ſeyn von den Fünff Wunden Unſers Herrn, mit ihren* Collecten *von der Mittleydung* Marien. *Auch ſollen ſie tæglich ſingen das* Salve Regina *nach dem Nachtſange, uber das ſollen ſie des Donnerſtage Abends ſæmptlich von neun* lectionen *eine* Vigilie *ſingen und der Prieſter deſſen Woche es geweſen Meſſe zu halten, ſoll des Freytages eine Seelmeſſe halten, und für* Helmold von Pleſſen *ſeine Hauß-Fraw &c. bitten, hinwiederumb deſſen Woche es geweſen, die Meſſe Woche, der ſoll die andere Woche, die Zeit anfahen, und ſolche Ordnung ſoll ohn Unterlaß umbſchichtig gehalten werden. Inſonderheit ſollen ſie im* Advent, *alle Tage, die* Rorate Meſſe *herlich ſingen, alſo das einer Meſſe halte, der ander und dritte dem Altar dienen, der vierte auf der Orgel, und der fünffte im Chor mit dem Schulmeiſter und Küſter aufwarten &c. Aus welcher Stifftung man zu ſehen hat, wie die Leute zu der Zeit, ihnen die Seeligkeit zu ſuchen, es haben laſſen ein Ernſt ſeyn, und keiner Unkoſten geſchonet. Dagegen man itzo mehr nach dem Zeitlichen, weder nach den Geiſtlichen und ewigen trachtet. Dies habe ich insgemein von dieſes Geſchlechtes alten rühmlichen Thaten anziehen wollen, und nur darauf die Stamm-Bæume deſſelbigen ſetzen,* A. B. *und* C.

A. *Der erſte Stambbaum* der von Pleſſen, *zum* Groſſenhoff, Erbshagen, Grundshagen, Damshagen, Treſſow, Zierow, Jamehn, Gantenbeck, Balem &c. *auß alten Brieffen mit groſſer Arbeit zuſammen geſetzet &c.*

Herr Helmold von Pleſſen, *Ritter* ⊙ N. N. *deſſen Söhne &c.*

Cordt † — Berend ⊙ N. N. — Reimar ⊙ N. N.

Herr Berend *Thumbherr zu* Schwerin. — Hinrich.

Reimar *der gelebet* 1362. *iſt darnach Ritter geworden, undt umb daß Geſchlechte ſich wohl verdienet, indem er von* Hennecken *und* Jabeln, *Brüdern den* Hardenacken, *den* Groſſenhoff *zu* Neuenhoff, *daß halbe Dorff zu* Bibow, *ſambt der halben Mühlen daſelbſt, wie auch das halbe Dorff* Breſen, *undt daß halbe Dorff zu* Bantzow *vor* 1616. *M. Lübſch gekaufft undt an das Geſchlecht gebracht.* ⊙ N. N.

Herr Helmold *Ritter* ⊙ N. N. 1394. 1398. — Johann *zu* Barneckow, *von dem eine andere* Linie *verſtammet, hætten derowegen in einen Stambbaum können gebracht werden, wann das gantze Geſchlechte darin willigen wollen.* (vid. Lit. B.)

Herr Berend, *Ritter zu* Arnshagen ⊙ N. N.

Herr Berend, Commendator *zu* Mirow, 1455. 1467. — Helmold *zu* Erpshagen anno 1445. ⊙ N. N. — Reimar *zu* Erpshagen *undt* Grillvitz ⊙ N. N.

Berend ⊙ Sophia Lützow 1490. — Claus. — Johann. — Cord 1506.

Berend *zum* Grundshagen. ⊙ N. N. — Wipert *zum* Groſſenhave, ⊙ N. v. Bülow *zu* Marnitz, — Hartig *zum* Groſſenhave, — Lüder *zum* Arpshagen, ⊙ Armgard Booten, — Reimar *zu* Treſſow — Cordt *zu* Treſſow *und* Zierow ⊙. 1. N. *von* Wenkſtern, 2. N. *von* Parckentin.

Sivert ⊙ N. N. — Reimar ⊙. N. N. — Reimar ⊙ Becke von den Wiſche, — Berend ⊙. 1. Ilſe Bülow, 2. Anna v. Pentzen *von* Toddin, — Reimar † — Berend *der* Damshagen *undt* Grundtshagen *erblich gekaufft* ⊙. N. Gadendorp. — Johann *zum* Balem *Hauptmann zu* Stargard *und Geh. Rath, auf welchen die* Jamehn *von einer* Barnecko*wiſchen Erbjungfrau kommen* ⊙ Anna Blüchen.

Berend ⊙. Catharina Lützow *zum* Eichhoffe. — Stellan ⊙. Catharina von Buchwaldten. — 1. Hartig — 1. Hinrich — 2. Chriſtoph. — 2. Lüder ⊙. Anna, Carnevitzen, — Heino *iſt im Krieg geblieben,* — Wipert ⊙. 1. Margareth Barner, 2. Magd. Reventlow. — Cord. ⊙. 1. Catarina Moltken. 2. Eliſ. Sperling. — Hinrich, ⊙. Negendanck. — Helmold, Bernd. *beyde im Krieg geblieben,* — Cord *zum* Jahmehn, ⊙. Dorothea von Gühlen.

Sivert, — Hennecke *zum* Gantenbeck. ⊙. Barb. Plestorf, *ohne Kinder,* — Hinrich — Chriſtof — Hans — Cuno ⊙. Lucia Johan; — Berend, — Hartig † — Claus † — Adolf. Otto. — Johann *zum* Damshagen ⊙. Margaretha v. Oldenburg. — Claus *zum* Jamehn ⊙ Lucia Flotowen, — Helmold *im Ungeriſchen Krieg geblieben, zu* Wien *begraben.* — Cord *zum* Grundshagen.

Stellan *zum* Gantenbeck ⊙. Hippolita Lützow, — Volrad *zum* Groſſenhoff, — Hennecke,

Cuno. Henning. Matthias.

Cord. Helmold. Claus Joſua, Jochim Berend.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

B. *Der andere mitgetheilte Stambbaum* der von Pleſſen *iſt deren zu* Mützelmohe, Barneckow, Zülow, Neuenhoff &c.&c. Helmold *deſſen in der Tafel* A. *gedacht, deſſen Söhne,*

Helmold, Johan *dieſe beyde Herren Brüder haben ein Lehn zum Teufels Erſe, geſtifftet* anno 1373.

Vicko. ⊙. N. N. Hennecke ⊙. N. N. Berend ⊙. N. N. Helmold ⊙ N. N.

Hans ⊙ N. N. Hennecke ⊙ N. N Hennecke ⊙ N. *Eine Edle* von Platen. Hans. ⊙ N. N.

Helmold. Reimar. Joachim. Berend. ⊙ N. N. Claus ⊙ Haſenkoppen Hinrich, Helmold 1473.

Johan *zu* Mützelmohe *und* Barneckow, *dieſer hat* Barneckow anno 1545. *an ſich gekaufft undt bey dem Geſchlecht gebracht* ⊙ Margaretha Barner. Claus ⊙ Ilſe Raben. Dieterich *zum* Neuenhoff ⊙ Anna *von* Pleſſen *von* Damshagen.

Marten *ſo einen Zug in Franckreich gethan* ⊙ Urſula Strahlendorff. Johan ⊙ Margaretha von Preen. Claus *iſt von Hertzog* Magnus *zu* Sachſen *in* Stockholm *alſs ſein Mundtſchenck erſtochen.* Berend ⊙ 1. Catarina Sperling 2. Dorothea Knefebecken. Dieterich, † Dieterich *zu* Zülow *ein gelahrter u. verſuchter Mann, wie er die* Fundamenta *in ſeinen* Studiis *geleget, hat er ſeine Reiſe auf* Venedig *auf* 552. *Meilen genommen, und zurück auf* 166. *Iſt von Hertzog zu Mecklenburg zum Hoff- und Landt-Rath erwehlet, in Kriegs- und Friedens-Sachen ſich wohl verdient gemacht* ⊙. Anna Hogen. Hennecke ⊙ Catharina Lützow *von der* Haſt.

Joachim *der einen Zug in Niederlande gethan* ⊙ Eliſabeth Stedings. Adam *iſt bey der Königin in* Dännemarc *und Churf. zu Sachſen in Dienſten geſtanden.* Joachim 1. Hinrich ⊙ Eva von Pleſſen. 2. Helmold ⊙ Maria Hahn *ohne Kinder* † 2. Samuel ⊙ Armgard von Halberſtadt. Dieterich *ein gelehrter verſtändiger undt jedermann zu dienen bereitwilliger Mann.* ⊙ (1) Anna v. Bülow *zu* Holtorf. (2) Dorothea Wackerbarts. Alexander ⊙ Margar. Preen. Alhrecht Dieterich ⊙ Armgard. Zepelins.

Berend. Daniel Berend Chriſtian, Hennecke, Hans Adam, 1. Dieterich Bartold 2. Hans 2. Matthias 2. Chriſtof. Hennecke Adam, Hennecke.

C.

Volrath von Pleſſen *zum* Steinhauſen ⊙ Dorothea Lützow &c.

Daniel von Pleſſen. ⊙ Margaretha von Krösecken.

Volrath *hat in Teutzſchland,* Italien *undt Franckreich* ſtudiret, *des Churfürſten zu* Heidelberg *Rath, in wichtigen* Legationibus *gebrauchet,* ⊙ Kunigunda Leuendahl. Valentin ⊙ Abel von Ortzen. Adam *iſt beym Churfürſten zu Sachſen in Dienſten geſtanden,* Maria *iſt verſuchens halber in* Hiſpanien *zum* Cardinal *in* Liſſabon *gereiſet, ſich in Kayſerl. Dienſte in* Ungarn *begeben, in einer ſtarcken* Action *erſchoſſen, zu* Wien *begraben.* Hans ⊙ von Parckentin. Daniel ⊙ Anna Cramons.

Daniel. Adam.

XXXVIII.

JOANNIS SCHVLTZII ARCHIVARII ET CONSILIARII AVLÆ SVERINENSIS ANNALES PLESSENSES DIPLOMATICI AB AN. 1160. - 1712. SEV MEMORIÆ NOBILIVM DE PLESSEN GENTIS VANDALICÆ IN MEGAPOLI, HOLSATIA ET DANIA INCLYTÆ. E DIPLOMATIBVS ET CHARTIS AVTHENTICIS ERVTÆ.

Introitus.

Bey Lebzeiten Ludovici XIV. *Königes in Franckreich, funden ſich viele Gelehrte und Künſtler, denſelben wegens ſeines Glücks und manchen ſtoltzen* progreſſen *zu flattiren; dahero wie er die Niederlændiſchen* Provintzen, *auch feindlich beſuchen wolte, ſich einer hervorgethan, welcher ein* graſendes Stier in überflüſſiger Weide, immer fortgehend *auf einer Müntzen, pregen laſſen, mit dieſer Uberſchrifft* ad meliora. *Ob etwa der damahliger* Auctor *das* model *genommen aus dem* contraſigillo *des* Archi-Epiſcopi Hugonis de S. Victore, *welches* bovem paſcentem exhibiret, *wie* Mabillon in re diplomatica libr. 2. C. 18. n. 4. p. 146. *angemercket, ums Jahr Chriſti* 1150. *oder von dem Sinbild des* Johannis Carotti, Marchionis Finarii, Vicarii perpetui S. R. Imperii, *welcher ein weidendes und fortgehendes Pferd in einer Wieſen ihm auffzeichnen laſſen mit der Uberſchrifft* Ad meliora? *ſtelle dahin, damit anzeigend, das ein* genereuſes *und Tugend-liebendes Gemüthe in unermüdeter Arbeit ſich bemühen müſſe, immer weiter und weiter zu ſchreiten, maſſen deren Ehren-Stuffen unterſchiedene und viel; Bis es mit zu den höhern gekommen, der Nachwelt dadurch ein Beyſpiel zu geben, ſolchen Fuſtapffen nach zu folgen: Oder aber, da man mit Ehre und Ruhm bereit in dieſem Irdiſchen bekræntzet, man auch auf das Ewige zu gedencken hætte, welches eigentlich, das*

Der Auctor *des* prætendirten *Bremischen* Privilegii *muß gewißlich in einem* Seculo *oder* in loco satis barbaro, *do das* studium historiarum & antiquitatis vel potius veritatis, *gantz nichts geachtet worden, gelebet haben. Sonsten hette er bey dem* Abbate Urspergensi ad ann. Chr. 1109. *lesen können:* RVOTHARDVS Moguntinus Archiepiscopus obiit. *Der* Abbas Stadensis ad eund. ann. *benennt dazu den* Successorem. Rothardus, inquit, Moguntinus Archiepiscopus obiit, cui successit Albertus. *Mit welchen auch der* Duodechinus Abbas *vbereinstimmet, vnd gibt dabeneben dem* Adelberto *oder* Alberto *das* prædicat *eines Königlichen Cantzlers.* Anno, ait, 1109. *Ruchardus* (pro Ruthardo) *Moguntinensis Archiepiscopus obiit, cui successit Adelbertus Regis Cancellarius.* Consentiunt *Buschius, Mersæus* & *Gualterius* in vitis pontificum Moguntinensium, nec non *Nicolaus Serarius* rerum Moguntiacarum *lib. 5. in vita Ruthardi. Dieser ist eben der* ADELBERTUS, *so im Jahr des* datirten *Bremischen* privilegii *sich zu Rom befunden, vnd König Heinrich den* V. *zu des Pabst* Paschalis *Gefængniß am meisten verhetzt:* Cæsar (inquit PAULUS DIACONUS *egregius Scriptor & eorum temporum æqualis lib. 4. cap. 40. Chronici Casinensis*) *iratus Moguntini Archiepiscopi Saxonisque consilio seductus, non veritus est Pontificem armatis circumstare turmis.* Nec dissentit OTTO FRISINGENSIS *Episcopus Chronic. lib. 6 cap. 14.* cuius verba sunt: *Huius maximi sceleris autor fuisse dicitur Adelbertus, natione Lotharingus, qui postmodum factus est Moguntiæ Archiepiscopus, tunc Regis Cancellarius & primus inter primos ejus præcordialis consiliarius:* Sugerius ABBAS *B. Dionisii* in vita Ludovici Grossi, ubi loquitur de Synodo Trecensi habita anno Christi 1107. Idem testatur Regem Henricum hujus sui Cancellarii Alberti oris & cordis unanimitate omnia egisse. *Vnd hindern die Wort* Ottonis Frisingensis: qui postmodum factus est Archiepiscopus: *gar nicht. Dann obwol er so baldt nach des* Ruthardi *Todt* anno 1109. *zum Bischoff erwehlet worden; dieweil doch zwischen dem Pabst vnd König Heinrichen, wie aus den* Actis Synodi Trecensis (*worvon der* Abbas Vrspergensis ad supra d. ann. *vnd ermelter* Sugerius *zimliche außführliche Bericht thuen*) *gnugsamb zu ersehen, wegen der geistlichen* investitur *grosser Streit vorgefallen; hat er sich der Stiffts-Regierung biß in Jahr* M. C. XI, *in welchen der Handel beigeleget worden, enthalten, vnd alsdann erst nach des Keysers Wiederkunfft aus* Italien, *vnd seines Vattern Keyser Heinrichs des* IV. *Leichbestættigung zu Speyr den Stifft zu Leben empfangen.* Habita post hæc, id est, post sepulturam patris (inquit Abbas Vrspergensis ad modo d. annum) Moguntiæ Curia Adelbertum Cancellarium suum dudum ad eandem Cathedram electum baculo & annulo vestivit. *Vnd so viel kürtzlich von dem* Ruthardo. *Was aber Ertz-Bischoff* ANNONEM zu Colln *angehet, bezeugen die* Historici, *so der Zeit gelebet, vnd ihn den* Annonem *gekandt, als* Lambertus Aschafnaburgensis, Marianus Scotus, Bertoldus Constantiensis, Sigebertus Gemblacensis, & Regnerus Abbas Sigebergensis, *daß er* anno 1075. *zu außgang des Jahrs mit todt abgangen, vnd im Closter Segeberg, so er gestifftet, begraben worden seye.* Annum hunc, id est, 1075. (inquit Lambertus) multis cladibus insignem potissimum lugubrem fecit obitus Annonis Colonensis Archiepiscopi, qui post longam ægrotationem, qua Dominus vas electionis suæ in camino tribulationis transitoriæ, purius auro, purgatius mundo obrizo decoxerat, 2. Non. Decembr. beato fine perfunctus, ad angelos ex hominibus, ad immortalia ex mortalibus transmigravit. Idem sub finem anni cum appropinquante die vocationis suæ Coloniæ ægrotaret, iamque in extremo spiritu constitutus animadverteret, populum Colonensem graviter nimis ferre, quod tam desiderabili thesauro defraudandus esset, paululum resumto spiritu in lecto consedit, acceptaque stola Pontificiali, ut videlicet verbis plus esset auctoritatis, familiares suos sub nominis divini testificatione adjuravit, ne alibi eum quam in Segeberg poni sinerent. Factum est ergo quod iusserat. Defunctus enim post modicum gloria ingente, magno cleri & plebis studio, summo matronarum Colonensium luctu, in Sigeberg delatus, atque in medio Ecclesiæ sepultus est, ubi quotidie per eius interventum fideliter postulantibus multa præstantur divinæ opitulationis beneficia. *Welches alles der* Abbas Regnerus in ejus vita *weitläufftig vnd gantz vmbständlich erzehlet. Seine* Successores *biß vff das vermeinte* privilegium *seind gewesen* Hildolphus a. 1067. Segwinus (*zu dessen Lebzeiten König Heinrich der* V. anno 1081. *gebohren worden*) anno 1079. Hermannus (*dieser hette den Bremern ihrer* Hierosolymitanischen deificierten *Heldenthat Zeugnuß geben sollen*)

Anno Archiep. Colonensis.

len) anno 1089. *vnd* Fridericus anno 1099. teſtibus Lamberto Schaffnaburgenſi, Bertholdo Conſtantienſi, Mariano Scoto, autore incerto ſed coætaneo in lib. d. unitate Eccleſiæ conſervanda, Conrado Abbate Vrſpergenſi, Alberto Abbate Stadenſi, Dodechino Abbate S. Daſipodii, Bruſchio, Merſæo, Gualterio, auctore magni chronici Belgici & aliis. *Zu dieſem* Friderico *hat Keyſer Heinrich der Vierte, als die Fürſten ihm zu Ingelheimb* anno 1106. *die Reichs* Clenodia *abgenommen, vnd ſeiner Würden entſetzet, die von vielen der Zeiten Geſchichtſchreibern auffgezeichnete Wort gebrauchet:* Quoniam me dignitates vendidiſſe arguitis, quæro de vobis Moguntine & Colomenſis, quam a vobis mercedem exegi, cum vos veſtris Eccleſiis præpoſui, quas omnium ampliſſimas & fructuoſiſſimas eſſe conſtat. *Welches, ſo viel den Ertz-Biſchoff von Cölln betrifft, auff den* Annonem (*den Kayſer Heinrich der Dritte* anno 1056. inveſtiret) *nicht mag gedeutet werden; geſtalt auch ſeiner des* Friderici *vor vnd nach dero Zeit, in den Hiſtorien vielfeltige Meldung beſchicht, bevorab in dem Bremiſchen Jubel-Jahr* anno M. C. XI. *do er, zuſambt obgedachten Ertz-Biſchoff* Adelberto *zu Mayntz, der Keyſerlichen Crönung zu Rom beygewohnet, vnd dem Pabſt wegen des Kayſers den Aydt mit geſchworen. Deſſen ſeindt Gezeugen* David Scotus *der Zeit* Rector Scholæ Wurtzburgenſis, *vnd auff dem Römer-Zugk Königlicher Capellan vnd* Chronographus, *wie er von dem* Abbate Vrſpergenſi ad A. Chr. 1110. *vnd von dem* Wilhelmo Malmesburienſi lib. 5. de geſtis Regum Anglorum *angezogen wirdt*, Petrus Diaconus Chronici Caſſinenſis lib. 5. cap. 37. 38. 39. 40. 41. 42. Abbas Dodechinus in additionibus ad Marianum Scotum, Cardinalis Cæſar Baronius tom. 12. ad ann. Chr. M. C. XI. Nicolaus Serarius de rebus Moguntiacis lib. 5. in vita Adelberti, Carolus Sigonius Hiſtoriæ ſuæ de regno Italiæ lib. 10. ad eund. ann. Franciſcus Juretus & Petrus Maſſonius in obſerv. & notis ad 236. Epiſtolam Iuonis Carnotenſis Epiſcopi, Goldaſtus in rationali Conſtitutionum Imperialium pag. 57. 58. 59. & alii. *Eben zu ietzgedachten* M, C XI. *Jahr im Monat* Septembr. *hat König Heinrich vff* intervention *des* Friderici Archiepiſcopi Colomenſis *der Stadt Speyer ein anſehnliches* privilegium *ertheilet, wie ſolches* apud Lehmannum & alios in Chronicis Spirenſibus *zu befinden.* Georg. Fab. in annalibus urbis Miſnæ ad A. Chr. 1108. Donatio (inquit) facta ab Henrico 5. templo Miſnienſi, quam confirmarunt Antiſtites Fridericus Colonienſis, Bruno Trevirenſis, Adelgodus Magdeburgenſis: Præſules Albinus Mersburgenſis, Otto Barenburgenſis, Burckhardus Monaſterienſis. *Wird auch im gleichen* Prædicat, *wie nicht weniger an ſtatt eines Zeugen vor vnd nach gedachtem Jubel-Jahr in Kayſerlichen* Diplomatis *mehrmahln angezogen; Anderer Vhrkunden, als* fundation, donation *vnd dergleichen Brieff, worinnen ſeiner Meldung geſchicht, anietzo zu geſchweigen; alſo daß die Bremer gantz ſicher gegangen weren, wann ſie ſich ſeines Zeugnuß gebraucht hetten. Aber ſie haben mit* Annone *zu thun haben wollen, welcher,*

wie der Autor *Magni Chron. Belgici, Bruſchius, liber M. S.* SEGEBERGEN. *de vita Annonis & rebus,* MSCtum Segebergenſe. quæ poſt mortem eius contigerunt, & *Gothofr. Monach. S. Pantaleonis* apud Coloniam Agripp. in Annalib. ad ann. 1183. *bezeugen, am* 29. Aprilis anno Chriſti 1183. indictione prima *bey Regierung* Imper. Friderici Barbaroſſæ *gleich 108. Jahr nach ſeiner erſten Beſtattung wieder erhoben,* transferirt *vnd* ſolenniter canoniſiret *worden.* Corpus beatiſſimi Confeſſoris Annonis (inquit Gothofredus ad d. ann.) de tumulo elevatum eſt per Joannem Cardinalem S. Romanæ Eccleſiæ & Petrum Lunenſem Epiſcopum, cum iam centum & octo annis in ſepulchro quieviſſet, & Deo gloriam ſuam propalante innumeris claruit meritis. *Darbey wird in beſagtem* MSC. *gedacht, daß man im Sarg einen Finger-Ring, vnd zwey bleyberne Tæfflein, eines vber dem Haupt, vnd das ander zum Fueſſen des* Annonis *gefunden habe. Im Ring (ſo* Annulus Inveſtituræ *geweſen) ſey geſtanden:* Henricus Imperator Annoni Archiepiſcopo: *In dem Tæfflein aber:* Hic requieſcit Dominus Anno II. Colonienſis Eccleſiæ triceſimus tertius Archiepiſcopus, huius Coenobii fundator devotiſſimus. Obiit vero prid. Non. Decembr. anno ab Incarnatione Domini 1075. *So finden ſich auch bey dem* Lamberto Aſchaffnaburgenſi, *ſo den* Annonem *gar wol gekant,* ad an. Chr. 1073. *nachfolgende Wort:* Rex (Henricus IV.) natalem Domini Babenberg celebravit &c. ibi quoque Colonienſis Archiepiſcopus (Anno) offenſus his, quæ plurima præter æquum & bonum fiebant in Palatio, petiit a Rege vacationem deinceps dari ſibi ab rerum publicarum adminiſtratione, cauſatus in ſenium iam vergentem ætatem & laborioſis Regni negotiis minus minusque indies ſufficientem. *Welches ſeines Abzugs vom Königlichen Hoff er* ad ann. Chr. 1075., *da er ſein Leben* recapituliret, *abermahln gedencket:* ad ultimum, inquit, conſiderans Epiſcopus completam eſſe malitiam eius (Regis Henrici) & obſtinatum in malis ingenium, nec tempore iam corrigi poſſe, nec ratione, anno fere ante exortum bellum Saxonicum petiit vacationem deinceps ſibi dari ab exterioribus Reipub. negotiis. Et ſic impetrato commeatu in Segebergenſe Monaſterium ſecedens, illic in vigiliis & ieiuniis, in Orationibus & Eleemoſynis, quod ſupererat ætatis, exigebat. Nec inde uſpiam, niſi ſumma forte ac inevitabili neceſſitate extractus, abſcedebat. *Iſt er nun* anno 1073. *eines zimblichen hohen Alters geweſen, ſo hat er zur Zeit des Rulandiſchen* Privilegii *vber 100. Jahr, oder doch nicht viel darunter ſein müſſen. Drumb dann, vnd dieweil er ſich der weltlichen Hændel albereit vor 39. Jahren abgethan, vnd ohne nothtringende Vrſach, wie gedachter* Auctor *meldet, keinen Fuß* aus dem Kloſter Segeberg *mehr geſetzet, nicht wol zu glauben, daß der gute alte podagriſche Mann, wo er noch am Leben geweſen were, ſich den Bremern zu gefallen* anno M. C. XI. *nach Mayntz ſolte begeben haben. Aber es iſt beſſer, daß man es bey dem Jahr ſeines Abſterbens 1075. verbleiben laſſe; zumal weil ſeiner in nachfolgenden Jahren von obgedachten* Lamberto,

Mariano, Bertoldo, Sigeberto & Regnero, *wie auch von* M. Adamo in Hiſtoria Eccleſiaſtica cap. 152. *Ja Keyſer Heinrichen den* IV. *ſelber in einem* Diplomate, *ſo er Ertz-Biſchoffen* Liemaro *zu Bremen* anno 1097. *ertheilt* (*welche doch das Jahr* M. C. XI reſpective *auff* 5, 10, 20, 30, *vnd mehr Jahren nicht erreicht*) *anderſt nicht, als eines verſtorbenen Meldung geſchicht.* *Mit* Biſchoff Friedrichen zu Halberſtadt *batt es der Dichter des* Diplomatis Henriciani *auch nicht getroffen, ſintemal derſelbige im Jahr* 1105. *auff den* Synodis *zu Quedlinburgk vnd Nordthauſſen* (Abbas Vrſpergenſis ad iam d. annum, & Gobelinus Perſona in Coſmodromii ætate 6. cap. 55. & alii) *vom Biſchofflichen Ampt* ſuſpendiret, *hiernegſt deſſen entſetzet* (Gobel. d. ætat. cap. 58.) *vnd* anno 1107. Caſpar Bruſchius, Melchior Neophan. *in* Catalogo Epiſc. Halberſtad. Crantzius in lib. 6. metropol. 6.) *an ſeine ſtatt Biſchoff* Reinhardus *oder* Reinerus *erwählet worden.* *Der vierdte Gezeuge in der Bremiſchen Ordnung ſol ſein* Vdo Marggraff zu Brandenburg; *Iſt aber mit dieſem eben ſo wol gefæhlet, alſs mit den andern. Dieſes vmb ſo viel beſſer zu erlernen, muß man dieienigen, ſo der Zeit gelebet, darüber vernemen. Vnd berichtet* Lambertus Aſchafnaburgenſis in annalibus ad ann. Chr. 1056. *als Marggraff Wilhelm in einem Treffen, ſo er mit den* Lutitier *Schlaven gehalten, todts verblichen, daß Keyſer Heinrich der dritte Graff* Vden *einen ſeiner Blutsfreunde mit der Marggrafſchafft verſehen habe:* Wilhelmo, inquit, Marchioni ſucceſſit Vdo Comes, vir valde induſtrius & regi conſanguinitate proximus. *Setzt aber bald darauff* ad ann. Chr. 1057. Vdo Marchio obiit, cui filius Vdo iunior ſucceſſit. *Dieſer hat einen Sohn gehabt, den er König Heinrichen dem* IV. *im Sachſen Krieg zu einem Geiſſel ausgeſtellet, vnd ſich darmit befreyet.* Tamen Vdo Marchio (ait Lambertus ad an. Chr. 1075.) & Epiſcopus Mersburgenſis & pauci alii Nobiles Saxoniæ deditioni conſenſerunt, ex quibus Vdo Marchio dato pro ſe obſide filio ſuo ſtatim deditione abſolutus eſt. *Vnd erzehlet mehrgedachter* Lambertus ad ann. Chr. 1076. *gahr außführlich, mit was Liſt und Geſchwindigkeit dieſer Junger Herr, ob er ſchon der Zeit noch ein kleiner Knab geweſen, ſich aus hafften gebracht, vnd wieder entledigt; hat ebenmeſſig* Vdo *geheiſſen, wie aus den Worten* Vdo Marchio Vdonis Marchionis filius tunc adoleſcens, *ſo in Ertz-Biſchoff* Liemari *zu Bremen* anno 1088. *errichteten, vnd von Erpolden Lindenbrog vnter den Hamburgiſchen* Privilegien *mit in Druck gefertigten* Donation *Brieff zu befinden, gnugſamb anzeigen, auch dieſes zu verſtehen geben, daß ſein Vatter* Vdo *der Mittler der Zeit nicht mehr am Leben geweſen; wie dann der* Abbas Vrſpergenſis *erzehlet, daß Keyſer Heinrich der* IV. *ſeine nachgelaſſene Wittib* anno 1089. *wieder geehlichet*; Anno, inquit, 1089. Imperator nuptias Coloniæ celebravit, quondam Vdonis Marchionis Viduam, Ruſcorum Regis filiam; ducens uxorem. *Vnd hat ſein Sohn vnd Nachfolger* Vdo *der Dritte gegen die* Lutitier *Schlaven* anno 1100. *einen faſt rühmlichen Sieg erhalten.* Vdo Marchio (ait Dodechinus Abbas ad modo d. ann.) & alii plures Saxonum barbaros, qui & Lutitii vocantur, invaſit, & cum honore triumphavit. *Iſt darauff* anno 1106. (teſte Abbate Vrſpergenſi & Abbate Stadenſi, cuius verba ſunt: Eodem anno Luidgerus Marchio, qui & Vdo, habita conventione cum Magno Duce & Friderico Bremenſi Epiſcopo, vehementi infirmitate repente coepit laborare, deportatusque Herſenfelde ibidem obiit) *von dieſer Welt abgeſchieden, vnd hat einen Sohn nach ſich gelaſſen, mit Nahmen Heinrich, ſo* anno 1124. *todts verfahren, wie aus jetzangezogenen* Abbate Stadenſi ad an. Chr. 1122. & modo d. anno 1124. *benebens dem* Autore incerto Chronici Archiepiſcoporum Bremenſium in vita Friderici & Adelberonis *gnugſamb zu erſehen. Vnd gibt keinen Irrthumb, daß aber der* Autor *die beede letzte* Vdones, Vdonem primum & ſecundum *nennet, ſintemal* Vdo I. *wie obgeſagt, zur* poſſeſſion *der Marggrafſchafft, wegen ſeines vbrplötzlichen Abgangs, nicht gelanget, vnd derowegen vnter die Marggraffen dieß Orts auch nicht gerechnet worden*; *Inmaſſen* Henricus IV. Imp. *in einem* Privilegio, *ſo er Ertz-Biſchoff* Adelberto *zu Bremen* ao. 1062. *vber die Grafſchafft Marggraff* Vdonis *des Mitlern in Engern geben, mit den Worten:* Comitatum Vdonis Marchionis, quem pater ſuus habebat, antequam acciperet (*daß iſt, welchen ſein Vatter zwar gehabt, aber nicht in Beſitz bekommen*) *gnugſamb erkläret. Worauß dann erhellet, daß* anno MCXI. *nicht* Vdo, *ſondern ſein Sohn Heinrich Marggraff geweſen; drumb er auch ſechs Jahr nach ſeinem Todte, von Keyſer Heinrichen den* V. *bey Außfertigung des gerühmbten Bremiſchen* Privilegii *zu einem Gezeugen nicht hat können beruffen werden.* *Gleiche Bewandniß hat es auch vmb Hertzog* Magnum *zu Sachſen, dann weil er* anno 1106. *dem groſſen Reichstag zu Mayntz, da Keyſer Heinrich* IV. *des Reichs entſetzet worden, hohen Alters vnd Leibes Vnvermögenheit halber, wie der* Abbas Vrſpergenſis & Stadenſis *erzehlen, beyzuwohnen nicht vermocht:* Referunt (inquit Vrſpergenſis) qui aderant quinquaginta duos vel eo amplius optimates affuiſſe, adeo ut ſolus Dux Saxoniæ Magnus nomine, quem iam gravior ætas impediebat, notaretur defuiſſe: *So iſt vmb ſo viel mehr zu glauben, daß er des Jahrs mit Todt abgangen ſey.* Teſtantur hoc modo dicti Abbates Vrſpergenſis & Stadenſis, Dodechinus Abbas, Paulus Langius in Chronicis ad modo d. ann. Helmold. lib. 6. cap. 36. & 37. Crantzius lib. 5. Saxon. 25. & lib. 6. Metropol. 5. Philippus Melanchthon in Chron. l. 4. Spangenbergenſ. in Chronic. Saxon. fol. 344. Chronicum Schawenburgenſ. lib. 1. cap. 5. Hieronym. Henninges & Reusner. in Geneal. Princ. Dreſſerus in millen. Reineccius in appendice ad Helmoldum, Petrus Berthius lib. 2. rerum German. cap. 11. chronic. Erfurdenſe M. S. Lucas Loſſius in Lüneburga Saxon. fol. 30. Henricus Meibomius in Hiſtoria Bardowici, Auguſtinus Brunnius in Triade Electorali & Catalogo Ducum Saxoniæ ad prænominatum annum 1106. Martinus Cruſius part. 2. lib. 9. cap. 3. Joannes Gualterius in Catal. Elect. Sax. & alii plures. *Welchem dan einſtimmig, weil König Heinrich der* V. *eben dieß Jahr, wie*

Fridericus Ep. Halberſtad.

Udo Marchio Brand.

Magnus Dux Saxon.

wie ietz angezogene Autores *vermelden, Graff Ludern nachgehendts Römiſchen Keyſer mit dem Hertzogthumb Sachſen wieder belehnet, er auch deſſelben Regierung würcklich angetreten, vnd ſo bald Graff Adolphe von Schawenburg mit der Grafſchafft Holſtein* inveſtiret, *auch vor vnd nach dem Jahr M. C. XI. in Schlaven- vnd Sachſenland groſſe Kriege geführet, vnd ſonſten viel denckwürdige Ding verrichtet. Schlißlich vnd ſo viel Hertzog* Welphen, *oder mit dem Erfinder des gerühmbten* Privilegii *zu reden* Welpho zu Bayrn *betrifft, hat es darumb dieſe wahre Beſchaffenheit. Nachdem* anno 1071. *König Heinrich* IV. *Hertzog Otten zu Beyrn ſeiner Würde entſetzet, hat er Marggraff* Azoni *zu* Ferrar *vnd Frawen* Cunigundæ, *ſo Graffen Welphen zu Alltorff des andern Tochter, vnd Graff Welphen des 3. Schweſter vnd Erbe geweſen, das heimbgefallene Hertzogthumb zur Lehen auffgetragen* (Lambertus Schafnaburgenſis in annalibus, Abbas Vrspergenſis in Chronico, Bertholdus Conſtantienſis in appendice ad Hermannum contractum, & Abbas Stadenſis ad ann. Chr. 1070. & 1071.) *welcher* anno 1101. *beneben andern Fürſten vnd Herren nach Jeruſalem gezogen, vnd vff der Rückkehr in der Inſul Cypern mit Todt abgangen* (Abbas Vrspergenſis, Stero in annalibus & Nauclerus ad modo d. ann. 1101. Monachus Weingartenſis in Hiſtoria Princip. Guelphorum l. 6. Munſt. lib. 3. Cosmogr. Chron. Hieroſolymit. l. 8. c. 43. Reusnerus & Reineccius in Genealog. Ducum Bavariæ) *vnd hat Ihm* ſuccediret *ſein Eltiſter Sohn gleiches Nahmens. Dieſer Hertzog hat* anno 1107. *auff dem* Concilio Trecenſi *die anſehnliche* Legation *von wegen König Heinrichs des* V. *mit verrichten helffen, wie ſolches der* Abbas Vrspergenſis *ins gemein gedencket.* Abbas Sugerius in Vita Ludovici Groſſi *gebet* ad individuum & circumſtantias, *vnd ſagt vnter andern*: Hi erant Legati, Archiepiſcopus Trevirenſis, Epiſcopus Halberſtadenſis, Epiſcopus Monaſterienſis, Comites quam plures, & cui gladius ubique præferebatur, Dux Welfo, vir corpulentus, & tota ſuperficie longus & latus, admirabilis & clamoſus, qui tumultuantes magis ad terrendum, quam ad ratiocinandum miſſi viderentur. *In nachfolgenden 1110. Jahr, als der Römer Zugk vorgangen, hat er ein Theil des Königl. Kriegsvolcks als* General-*Leutenant durch den Tridentiſchen Thal nach Italien geführet, vnd do Pabſt* Paſchalis anno M. C XI. *in des Königs Hafft gerathen, ſich zu einem Vnterhändler gebrauchen laſſen, vnd es ſo weit gebracht, daß am 13.* Aprilis *ein* accord *getroffen, vnd der Pabſt ſeiner faſt zwey Monatlichen Gefängnuß wieder entlaſſen worden. Worauß mit Händen zu greiffen, daß auch dieſer Zeuge den Bremern abgehe. Dann wiewol er das* Datum *des vngereimbten* Privilegii *vberlebt, und erſt im Jahr 118. der Welt geſegnet, ſo hat er doch als ein ſchwerfelliger Mann, wie obgeführet, vff der Poſt in ſolcher Eyl nicht fortkommen, noch den* Proconſulibus & Conſulibus Bremanis *zu Mayntz vffwarten können. Ja weil er ſich, wie* Joannes Baptiſta Pigna ad d. an. M. C. XI. *anzeiget, mit ſeiner Gemahlin der* Mathilde *deren er ſich etliche Jahr geeuſert, wieder verſöhnet, vnd ſeiner als eines* Intervenienten *oder Gezeugen, weder in den Speyerſchen, noch andern in dem Jahr außgelaſſenen* Privilegiis *vnd* Diplomatis *keine Meldung geſchicht, iſt zu vermuten, daß er von Keyſer Heinrichen, auff der Ruckreiße den Abſcheidt genommen habe, vnd wo nicht in Italien, doch in Bayerland verblieben ſey. Haben alſo die* Proconſules & Conſules Bremenſes *zu Zeugen Ihres* Privilegii Henriciani, IV. *todte, einen abgeſetzten, vnd einen mehr dan 110. Deutſcher Meilen von dem Ort des* datirten Privilegii *abweſenden Fürſten.* De aliis pluribus & innominatis a maiori ad minus idem iudicium faciendum. *Dieweil aber todte, abweſende vnd entſetzte Leute, als lebendige, gegenwertige vnd regirende nicht zeugen können; So müſſen Burgermeiſter und Rath zu Bremen geſtehen, daß es mit den* Henriciano Privilegio *eine mißliche Beſchaffenheit habe, oder aber, wo ſie der Wahrheit vnd Erbarkeit zu weichen nicht gemeinet,* manuteniren, *daß alles, was in den* Hiſtoricis, *Kayſerl. Königl. vnd Fürſtl.* Diplomatib. fundation, *vnd* donation *Brieffen, wie auch in andern Vhrkunden von den 6. Fürſten Gezeugen, vnd ihren Nachfolgern innerhalb den* 14. Maji a. M. C. XI. *vnd der Zeit ihres* reſpective *tödtlichen Hintritts, Entſetzung oder Abweſenheit, erzehlet wirdt, erdichtet, inſonderheit aber die* Succeſſio *der Ertz-Biſchöffe zu Cölln von* Anno 1075. *biß in negſtvorgedachtes Jahr gantz irrig und nichtig ſeye. Welches ihnen aber zu behaupten und zu erweiſen auff eine groſſe Vermeſſenheit, ja auff eine pur lautere Vnmöglichkeit außlauffen würde.*

Welphus Dux Bojoariæ.

II. Hiſtoriſcher Bericht von Konig Heinrichs des V. groſſen Römerzug, woraus zu erſehen, daſs er anno M. C. XI. am 14. Maii in Italien geweſen, vnd darumb der Stadt Bremen zu der Zeit in der Stadt Mayntz kein Privilegium ertheilen können.

II. De expeditione Romana Imp. Henrici V.

Alß anno M. C. X. *im Monat* Januario *auf dem* Reichstag zu Regenſpurg *der Römer Zugk aus hocherheblichen Vrſachen beſchloſſen vnd angeſetzt worden, iſt ermelter König Heinrich gegen Außgang des Sommers mit einem gewaltigen Kriegsheer auß Teutſchland vffgebrochen, vnd hat daſſelbe mehrer Bequem- und Zutraglichkeit halben in zwo Hauffen getheilet, deren einen vnd gröſſern Er Selbſt vber S. Bernhards Berg geführet, den andern aber Hertzog* Guelphen *von Bayrn durch den Tridentiſchen Thal zu bringen vntergeben; geſtalt ſie dann zu Anbegin des Herbſts Italien erreicht, vnd vnter der Stadt* Novera *zuſammen geſtoſſen. Vnd demnach Er König Heinrich in Lombardien mit ernſtlicher Beſtraffung der Wiederſetzigen, Einnahm der Huldigung, Empfahung gewöhnlicher* præſenten, *Verleihung der Reichs-Leben, vnd andern vornehmen Verrichtungen* (*worunter die* pacification *der* Venetianer *mit den Paduanern vnd Ihren* confoederirten, *Meylandiſche Crönung, wie auch der Vertrag mit der Marggræffin Mathilde, die Ihm am Fluß* Taro *nicht weit von* Parma *mit groſſer Pracht empfangen, vnd vff ihren Heuſern* Canoſſa *vnd* Bibionello regalirt *nicht die geringſte geweſen*) *faſt drey Monat zugebracht, hat Er ſich, vngeachtet ein ſehr böſes Gewitter vnd harter* Win-

Winter eingefallen, nach Hetrurien *gewandt, vnd seinen Weg von gedachter Marggræffin stracks vber* Bardonis *Berg, durch das Modonesische Gebiet, vnd fortan vber das Appenninische Gebirge genommen, vnd nach ausgestandenen vielen Vngelegenheiten vnd Beschwerten kaum zu End des Jahrs Florentz erlangt, da Er auch das Fest der heiligen Weihenachten gehalten. Von Florentz ist er zum Eintritt des Jahrs* MCXI. *auff* Arezzo *gezogen, da Er nach Bezwingung der Rebellischen Statt ansehnliche Gesandten nach Rom abgefertiget, welche sich mit Pabst* Paschalis *des* II. *deputirten in der Halle bey S. Peters Kirchen, wie es mit dem Königl. Einzugk vnd nachfolgender Crönung zu halten, eines gewissen verglichen vnd verschrieben, vnd ist solche* Capitulation *(die Sie* Chartam conventionis *genandt) nicht allein damals von beyderseits Gevollmechtigten Vnterhandlern in S. Marien Kirche nahe bey S. Peter den* 5. Februar. *sondern auch wenig Tage hernacher von König Henrichen vnd seinen vornembsten Fürsten vnd Graffen vor den Pæbstlichen* Legaten *zu* Sutri *am* 9. Februar. *mit einem Aydsschwur bekreffitiget worden. Worauff mehrermelter König mit dem gantzen Heer den* 11. Februarii *vor Rom geruckt, vnd den nachfolgenden* 12. *Tag desselben Monats, da Er den Pæbstlichen* Committirten *vermuge auffgerichteten Vergleichs den Aydt vernewret, die Giesel ausgeantwortet, vnd hinwieder angenommen, auch der Römischen Burgerschafft nach alter Gewonheit Schutz vnd Schirm verheissen, seinen Einzug gehalten. Alss Er nun zu Rom einkommen, vnd sich nach Begehung der gewohnlichen* Solennitæten *alßbald in S. Peters Kirchen wegen Bewerckstellung der auff seine Mass beyderseits* respective *versprochenen* Resignation *der Geistlichen* Investitur *vnd* Regalien *grosser Streit vnd Zwyspalt erhoben, (so der lengsterwæhlete, aber biss dahin nicht* investirte, *noch* consecrirte *Ertz-Bischoff zu Mayntz* Adelbertus, *domahliger Königlicher Cantzler am meisten* fomentirt) *hat Er den Pabst darüber greiffen lassen, mit sich weggeführet, vnd zwey gantzer Monat, nemlich vom* 12. Febr. *biss vff den* 13. Aprilis *theils auf dem Casteel* Trebico *am Berg* Soracte *oder S.* Sylvester, *theils im Lager gefangen gehalten, vnd nicht eher wieder auf freyen Fuess gestellet, biss Er ihm vor Rom auff dem Felde der sieben Brüder ein anderwertliche geschworne* Capitulation, *benebens dem* Privilegio *vber der Bischöffe vnd Aebbte* Investitur *(so er alsbald vollzuziehen müssen) mit Gewalt abgetrungen. Wornach er an ietzerwehnetem Tage* Aprilis *in S. Peters Kirchen zu einem Römischen Kayser vnd Mehrer des Reichs gekrönet vnd gesalbet worden. Es hat aber der Pabst nicht allein in der Hafft, sondern auch die Tage vber, so er mit Keyser Henrich beedes zu vnd vor Rom, wie auch auff dem Gleyt zugebracht, wieder seinen Willen viel leiden vnd erdulden müssen. Dannenhero die Zeit seiner* Captur *vnd Betrangnuss von den* 12. Febr. *anzurechnen, nicht nur biss auff den* 13. April. *sondern gar biss auff den* 27. *desselben, da Ihm der Keyser erst den Rucken gewand, vnd fortgezogen, von etlichen* computirt *worden; gestalt er dan solcher Rechnung einstimmig bald hernach zu End nechstberührten Monats zu Bononien angelangt, da er auch zwischen den Thumb vnd Marckt eine veste* Rocca *oder Mawrwerck, an statt einer Schantze auffführen lassen, vnd nottürfftige Besatzung darein gelegt, die vnbendige vnd wiedersetzige Statt damit ichtwas in Zaum zu halten. Von* Bononien *ist er den* 11. Maii *gen* Parma, *vnd fortan nach* Bibianello *gezogen, da er sich drey Tage bey oberwehnter* Mathilde *auffgehalten, die Ihm auch zu seinem Abzugk biss an den Fluss* Po *das Gleydt gegeben. Da er nun weiter gen* Pavie *kommen, hat er Herrn* Vberto Palavicino, *so Ihm vor Rom sehr trewe vnd dapffere Dienste geleystet, die von seinen Vorfahren Römischer Keyser vnd Königen habende* privilegia *stattlich* confirmiret; *inmassen er den Marggraffen von Este, Herrn* Vgoni *vnd* Fulconi *dergleichen Gnad eben vmb die Zeit wiederfahren lassen, die Ihm auch biss gen* Veron *auffwertig gewesen. Zu* Veron *hat Er dem Abbt des Closters der heiligen Martyrer* Nazarii *vnd* Celli *gleichergestalt ein* privilegium *ertheilet, so* datirt *den* 29 Maii. *Von* Veron *hat Er des Monats* Junii *seinen Weg auff* Trevis *genommen, da er sich etliche Tage auffgehalten, vnd viel dapffere wolverdiente Leute zu Rittern geschlagen, auch einen vornehmen Deutschen Herrn das* Governo *derselben Grænitz Statt anbefohlen; Inmassen er nicht allein an ietz benanten Ort das Keyserliche Regiment bestellet, sondern auch an andern Orten in der* Lombardie *seine Statthalter vnd* Vicarien *verordnet; welches dann eben so wol seine Zeit erfordert. Wie aber Keyser Heinrich von* Trevis *seine Reyss durch Teutschland (so er vngefehr mitten im Monat* Junio *wieder erreicht) weiter angestellet, davon haben wir bis noch keine eigentliche Nachrichtung gefunden. Dieweil Er aber, negst der Keyserlichen Crönung vnd* compositon *des langwierigen geistlichen* Investitur *Streits, sich nichts mehr angelegen sein lassen, als dass seines* anno 1106. *abgeleibten Vatters zu Speyr niedergesetzter Leichnamb der Pæbstlichen* excommunication *entbunden, vnd endlich zu* Sepultur *gebracht werden möchte; gestalt der Pabst ihm in wehrender Gefængniss solches vnter andern, voriger* resolution *zu wieder, auch einræumen müssen; Ist leicht zu ermessen, er werde nicht weit vmbgeschweifft, sondern ehe vnd bevor newe Hindernuss darzwischen kommen (wie nicht wenig zu befürchten gestanden) sich des nechsten Wegs dahin begeben haben. Dieweil er aber bey nahe* 100. *grosser teutscher Meilen Wegs noch vor sich gehabt, vnd vieler wolverdienter vnd ansehnlicher, so wol geistl. als weltl. Fürsten vnd vornehmer Graffen Land vnd Herrschafften berühren müssen, da er, wie glaublich, Ablager gehalten, vnd gerubet (der Geschæffte, so vnfehlbarlich dabey mit vorgangen, zugeschweigen) ist ihm vor Eingang des* Augusti, *(in Nebenbetrachtung, dass die kaum halbso weite Reyse von Rom biss auff* Trevis *sieben Wochen hingenommen) des Orts anzulangen, nicht wol müglich gefallen; Allermassen dann die Keyserliche Leiche den* 14. *desselben Monats alda in der Thumbkirchen, mit so præchtigen* Ceremonien, *als zuvor keinem Römischen Keyser wiederfahren, in beysein meistentheils der Fürsten, Graffen, vnd Herren, so ihm Keyser Heinrichen auff der Reise auffgewartet, auch anderer hiernegst dazu beschriebener endlich zur Erden bestattet vnd beygesetzet*

ſetzet worden. Als ſolches beſchehen, iſt er erſt gen Mayntz kommen, da er, wie auch bald hernach zu Straßburgk, Key. Hoff gehalten. Ab dieſer kurtzen vnd einfaltigen Erzehlung (ſimplex enim & nuda veritatis oratio) *iſt zu erſehen, daß Keyſer Heinrich am* 13. Aprilis *noch zu Rom geweſen, vnd ſein Zuruckreyſſe von dannen, ehe vnd bevor er zu Speyr angelangt, ſich beynahe auff vier Monat erſtrecket. Wie er dann* (*wann er gleich eins vnd zwar newgekrönten* Triumphi*renden Römiſchen Keyſers* reputation *zuruck ſetzen, vnd aller vnzweiffentlich vorgefallenen Reichsſachen müſſig gehen wollen*) *neben dem Gleydt des Pabſts, der Marggræffin Mathilde, der Marggraffen von Eſte, vnd vermutlich anderer mehr, mit einen ſo mæchtigen Heer, vnd vortrefflichen* Comitat *vieler Fürſten, Graffen vnd Herren, bevorab gegen vnd zu angehender heiſſen Sommerzeit auff der Poſt nicht wol fortkommen können, vielweniger einen ſo weiten Weg vber 166. Teutſcher Meiln, in ſo kurtzer Friſt, als von* 13. Aprilis *(geſatzt daß er ſo bald des andern Tags nach ſeiner Crönung, ſo doch den ergangenen Geſchichten zu wieder, von Rom auffgezogen were) biß auff den* 14. Maii (*abermaln iedoch vngeſtanden nachgegeben, daß er die von Bremen,* ſine omni cauſæ cognitione, *zu ſtund, als er zu Maintz vom Pferde abgeſtiegen, mit dem gerümbten* privilegio *verſehen hette*) *ablegen vnd verrichten können. Dieß iſt die pur lautere vnverfelſchte Warheit, dawieder das handgreifflich erdichtete* privilegium *nicht beſtehen kan. Wormit dann bekreffiget wird, waß der weltweiſe Mann* Polybius *ſagt, daß die Warheit eine ſonderbahre Himmels Crafft habe, vnd ob ſie ſchon ein Zeitlang verdunckelt werde, dennoch zuletzt mit Gewalt herfür breche, vnd über vnbegrundtes Vorgeben mechtiglich triumphire. Was im vorgeſchriebenen Bericht mit wenig Worten erzehlet worden, daß bezeugen* reſpective *Pabſt* Paſchalis II. Acten, *wie ſie der Zeit von ſeinem* Bibliothecario oder Cantzler, *ſo alles mit Augen geſehen, vnd ſelbſt erfahren, verzeichnet worden, vnd vnter den Römiſchen* Archiven in Bibliotheca Vaticana auctore Cardinale CÆSARE BARONIO *annoch zu befinden ſeindt, vnd ſo dan die auff Pergameen geſchriebene, vnd von dem* Papyrio MASSONO *vnd* Franciſco JURETO *in notis & obſervationibus ad* 223. & 236. Epiſtolam Juonis Carnotenſis Epiſcopi, *auch theils von ietztermeltem* Baronio *angezogene gar alte Frantzöſiſche Vhrkunden. Wormit auch die* Hiſtorici *vnd* Chronologi, *ſo dieſes Römiſchen Zugks gedencken, vnd theils den Hændeln ſelbſt beygewohnet, oder von den jenigen, ſo dabey geweſen, ſchrifft- und mündliche Bericht eingenommen, imgleichen andere* autores *einhellig vbereinſtimmen, als da ſeindt:*

Probationes hiſtoricæ.

Abbas Vrſpergenſis ex Davide Scoto Henrici V. Regis Capellano & Hiſtoriographo ad annum Chriſti 1110. & MCXI. *Wilhelmus Monachus Malmesburienſis* lib. 5. de regib. Anglorum. *Joannes Epiſcopus Tuſculanus* de captione Paſchalis Papæ in Epiſtola ad Richardum Albanum Epiſcopum. *Dominico* in Matilde. *Petrus Diaconus* in Chronico Caſſinenſi lib. 4. cap 37. 38. 39. & 40. *Sugerius Abbas S. Dionyſii* apud Pariſios in vita Ludovici Groſſi. *Sigebertus Gembelacenſis* in Chronicis. *Otto Friſingenſis* Chronic. lib. 7. cap. 14. *Helmoldus* lib. 1. Hiſtor. Schlav. cap. 40. *Gothefridus Viterbienſis* part. 17. tit. Imperator Henricus cepit Papam Paſchalem. *Dodechinus Abbas* in additionibus ad Marianum Scotum. *Vincentius* in ſpeculo. *Antoninus Archiepiſcopus Florentinus* rat. 2. part. Hiſtorialis tit. 14. cap. 9. & tit. 17. c. 1. *Florentinus Wigornienſis* in Chronico. *Matthæus Weſtmonaſterienſis* in floribus Hiſtoriarum. *Petrus Abbas* Monaſterii S. Jacobi Pegavienſis in Chronico M. S. *Carolus Sigonius* in Hiſtor. d. regno Italiæ lib. 10. *Cardinalis Cæſar Baronius* in annalibus Eccleſ. omnes ad ann. Chr. MCX. & MCXI. *Gobelinus Perſona* Coſmodromii ætate 6. cap. 58. *Scripta vitæ S. Gebehardi* Archiepiſcopi Salisburgenſis. *Platina. Ciaconius. Joannes Stella. Onuphrius Pamphinius. Bonifacius Sermoneta. Robertus Barns. Joannes Bulæus, Daniel Angliocrator:* omnes in vitis & rebus geſtis Pontificum Romanorum de Paſchali II. *Auctores Chronici Erphordienſis M. S.* quo Reineccius uſus eſt in ſuis operibus. *it. Richerſpergenſis. Elwangenſis. Auſtralis. Comitis Wiprechti,* omnes ad an. Chr. 1110. & M. C. XI. *Auctores Centuriarum Magdeburgenſium* lib. 12. cap. 8. tit. ſub Henr. V. *Continuator Lamberti Schafnaburgenſis* ad ann. Chr. M. C. XI. *Paulus Langius* in Chronic. Citizenſi ad ann. Chriſti 1107. 1110. & 1111. *Matthæus Palmerius Florentinus* in Chronic. ad modo d. annos. *Petrus Juſtinianus* de reb. Venetis. libr. 1. *Nicolaus Machiavellus* in Hiſtoria Florentina libr. 1. *Paulus Æmilius* in vita Ludovici 6. Regis Gallorum. *Cuſpinianus* in Cæſaribus de Henrico V. *Caſpar Hedio* in Chronicis de eodem. *Philippus Melanchthon* in Chronic. libr. 4. *Spangenberger* in Chronic. Saxon. cap. 22. *Huldericus Mutius* in Chronic. ſub fin. lib. 6. *Wernerus Rolewinck* in faſciculo temp. d. Papa Paſchali ad ann. Chr. 1104. *Papyrius Maſſonius* & Franciſcus Juretus in Obſervationibus ad 236. Epiſtolam Juonis Carnotenſis Epiſcopi. *Martinus Cruſius* in Hiſtoria Suevica part. lib. 9. *Joannes Rudolphus Stumpfius* lib. 2. Chronic. Helvetici cap. 24. *Joachimus Vadanius* lib. 1. d. antiquitat. Colleg. & Monaſt. Germ. *Lehmannus* in Chron. Spirenſi lib. 5. cap. 42. *Crantzius* lib. 5. Sax. cap. 33. *Henricus Pantaleon* de viris Illuſtribus Germaniæ ſub Henrico V. *Goldaſtus* in ſuo rationali conſtitutionum Imper. pag nobis 57, 58, 59, 60, 62, 63. *Vbbo Emmius* in opere chronologico. *Jacobus Gordonius* Leſmoræus in Chronico. *Cherubinus Chirardaccius* in Hiſtor. Bononienſ. *Johannes Baptiſta* Pigna in Hiſtor. Principum Eſtenſium. *Hieronymus Rubæus* in Hiſtor. Ravennatum lib. 5. *Gonzales de Igleſeas* in Hiſtoria pontificiali & Catholica lib. 5. cap 16. *Bonaventura* Angelus Ferrarienſis in Hiſtor. urbis Parmæ. Idem in præfat. lib. 7. *Johannes de Pineda* in tertia parte monarchiæ Eccleſiaſticæ ſive univerſalis Hiſtoriæ mundi lib. 19. cap. 10 omnes ad ann. Chriſti 1110, M. C. XI. *Antonius Maria Spelta* in Hiſtoria Ticinenſi, in vita Irenæi Epiſcopi. *Joannes Baptiſta Tintus* de Nobilitate Veronenſi lib. 2. cap. 5. *Joannes Bonifacius* in Hiſtoria Vrbis Treviſiæ lib. 3. *Bernhardus Saccus,*

Ticinenſis, in Tract. de Papienſis Eccleſiæ dignitate. *Vmbertus Locatus, Epiſcopus Bagnarienſis* lib. 2. Italiæ affictæ. *Nauclerus. Aventinus & alii.*

III. Notatio ARGUMENTORUM CHARTARUM BREMENSIUM, quæ attento lectori non immerito ſcrupulum injiciunt & pleniorem conſiderationem deſiderant.

III. Dubia contra Caroli M. privilegium a Wilhado impetratum.

Primo allegatur privilegium *Caroli Magni*, quod ab illo impetraverit WILHADUS, *primus Eccleſiæ Bremenſis Antiſtes*, quodque idem Carolus *conſpicuo Rolandi teſtimonio* publice poſteris obſignarit omnibus. Vide *Chronicon Bremenſ. pag. 57. & 58.* Non diffitemur hic, quod *Carolus Magnus*, Pipini Regis Francorum filius, pro ſua in Deum pietate, totus, quantus fuit, in id incubuerit, quo Paganiſmum plane aboleret & Saxones idolorum cultui deditos ad Chriſti fidem converteret; Quo nomine pia poſteritas etiamnum ipſius honorifice meminiſſe conſuevit. Hac in parte ut gauderet cupitis, optimus Imperator contra *Witichindum Saxoniæ Regem*, Chriſtianæ religionis propagandæ ergo triginta & plures annos bellum ſatis funeſtum geſſit; de quo legantur NAUCLERUS 2. *volum. chronograph. Generat. 26. fol. 1643.* URSPERGENSIS *in vita Caroli Magni fol. 164. Albertus* ABBAS *Stadenſis in Annalibus.* ADAMUS BREMENSIS *in hiſtoria Eccleſiaſtica.* HELMOLD. *lib. 1. cap. 3.* CRANTZ. *lib. 2. Sax. cap. 2. & alii multi.* Nec imus inficias, quod Carolus Magnus, ſubacta tandem Saxonia & *in provinciam* redacta in certos eam Epiſcopatus diviſerit; quo peracto & hoc tandem ſubſecutum fuit, quod fundaverit *Eccleſiam Bremenſem*, eique præfecerit primum Epiſcopum Wilhadum natione Anglum. Huic Wilhado & ipſius Eccleſiæ contulit Imperator privilegium, quod Respubl. Bremenſis magni pendit, & ad ſuum commodum convertens pro ſuo ſibi vendicat; de quo in præſentiarum paucis agendum erit.

Exemplum apud Crantzium.

Exemplar privilegii extat integrum apud CRANTZIUM *lib. 2. Saxon. cap. 15. & in Metrop. lib. 1. cap. 7. & 8.* Et reperitur idem in hiſtoria Eccleſiaſtica *Adami Bremenſis* & in annalibus *Abbatis Stadenſis.* Neque libenter velim aſſertionibus *Crantzianis* fidem denegare deque iis aliquid falſi ſuſpicari: Sed tamen quæ ſubjungam, merito mihi aliquam dubitationem adferunt. Et quare mihi non liceat veritatis ergo in hæc & illa modeſte inquirere, & ea gaudere παῤῥησίᾳ, quam *Crantzius* ipſe paſſim ſibi arrogavit? *Lib. 2. Vandaliæ cap. 33.* examinat privilegium Caroli Magni, quod pro ſua libertate aſſerenda *Phriſones* jactitent; ſed illud uſque adeo ridiculum exiſtimat, ut Lectori riſum potius excitare, quam ullam fidem facere poſſit: Ita inſigniter & in annis & in perſonis erratum eſſe. Nam Principes, qui teſtimonii loco inſerantur, non Caroli Magni, ſed *Caroli IV.* recordari tempora: Quo inductus concludit tandem, fictorem ejusmodi privilegii. præter voluntatem mentiendi, nihil in votis habuiſſe. Qui ergo in aliorum privilegia diligentius inquiſivit, & hic non gravatim patiatur ſibi fieri, quod aliis fecit. Sentio ergo, quod bonum *Crantzium* unius ſolius *Adami* BREMENSIS (ex cujus hiſtoria cum *Abbate Stadenſi* ſingula deſcripſit) ita abripuerit auctoritas, ut ſuſpectum hoc privilegium, cujus *alibi nulla ſit mentio*, ſuis hiſtoriis inſerendum putarit. Præterea cum rerum veritate omnia ponderanda veniant, non certe video, quam ſibi ex ejusmodi privilegio ſeculares poſſint aſciſcere libertatem. Si enim vel diligentiſſime aliquis perluſtret, nihil occurret, niſi quod ad ſuſtentandos ſervos Dei, Servatori Chriſti ibi militantes, certi ſint deſignati pagi, quorum numerus & nomina ſimul ſunt expreſſa. Nihil *libertatis* hic conceſſum *urbi Bremæ*, quæ, atteſtante PETRO BERTHIO, ignobilis tum ad *Weſeram Vicus* fuit, & tandem crevit cum religione Chriſtiana. Nihil inſertum de ROLANDI STATUA, quæ ſingularem aliquam immunitatem debeat decernere. Provoco hic ad naris etiam emunctiſſimæ homines, qui ſi hoc vel parum colligere poterunt ex privilegio, luce meridiana me cæcutiviſſe lubens volens fatebor. Faciant & alii hic induſtriæ ſuæ aliquod periculum & intelligentiam excutiant. Ego a tenore privilegii (modo illud aliquam fidem mereri poterit) ſimpliciter & conſtanter pendendum eſſe exiſtimo. Ad ſubſcriptionem quod attinet, aſſerit *Crantzius ibidem* & teſtantur literæ, *Hildebaldum* Archiepiſcopum Colonienſem ſigillum Imperatoris recognoviſſe in palatio *Nemetenſi*, pridie Iduum Julii anno Dominicæ Incarnationis 788. Sed recurrendum nobis & hic ad veritatem hiſtoricam & parumper ſubſiſtendum. Produnt annales, quod quidam *Hildebertus* Anno 778. Colonienſi Eccleſiæ præfectus fuerit Archiepiſcopus, quodque hic anno ſalutis 804. diem obierit, cum Eccleſiæ præfuiſſet annos 26. MERSSÆUS *in catalogo Archiepiſcop. Colonienſium. Petrus* BERTHIUS *libr. comment. 3. de rebus Germanicis pag. 504.* Sub hujus Archiepiſcopi regimine cum publicatum ſit privilegium & erratum in ipſo nomine, an non jure videmur hic poſſe ἐπέχειν. Hildeberto ſucceſſerunt *Bertholinus, Ricolphus*, & tandem poſt multos annos HILDEBOLDUS *Anno Dominicæ incarnationis 838.* MERSSÆUS *Colonienſis in catalogo Archiepiſcop.* MUNSTERUS *in Coſmographia.* PETRUS BERTHIUS *lib. 3. Comment. de reb. Germanicis pag. 505. Adelarius* ERICHIUS *in Chronicis Juliacenſibus.* Nihil negotii hic mihi cum auctore, qui ante aliquot centum annos vermibus eſca fuit & computruit: Sed contra patronum hanc inſtituo velitationem. Proferat ille veriora & annalibus veterum magis conſona; vel ἀνισορηπίαν aliquam hoc ipſo ſe incurriſſe fateatur. Secundo privilegium producitur Imperatoris HENRICI 5. publicatum anno IIII. quod ſi injuria temporum fortaſſis periiſſet, copia tamen paſſim oſtenditur & a Bremenſibus exhibita ſervatur in *Archivis Spirenſium.* Imo ejus argumentum repetitur in Chronicis Bremenſibus pag. 67. 68. & 69. In hoc privilegium diligentius veritatis eruendæ ergo nobis inquirendum & cognoſcendum erit, quid de hoc ſcriptores ἀξιόπιστοι & monumenta veterum deponant. Rem totam expeditam reddemus hoc modo, ut primum ipſas res in privilegio expreſſas non nihil diſpiciamus, & deinde ipſos teſtes, an hi

Dubia privilegio obmota.

Speciatim de Hildebaldo archiep. Colonienſi.

Henrici V. Imperatoris privilegium an. IIII.

Notatur Crantzius.

tempore

tempore publicationis in vivis fuerint, examinemus. Lex ſimul hæc mihi præfixa ſit, ad quam tanquam ad Cynoſuram omnia dirigenda ut nullis affectibus indulgendo candidam veritatem tandem exoſculer: eaque ita mihi futura ſit curæ & cordi, ut in hujus aſſenſione conſtanter mihi acquieſcendum & omnes titubantes conjecturas explodendas putem. *Dubia.* De Imperatore Henrico V. multa referre, quis & qualis ille fuerit, non eſt hujus loci. Neque enim hoc quicquam ad rem faceret. Confirmantur autem in initio Bremenſibus privilegia Caroli Magni, quæ hic Imperator ad inſtantiam *Wilhadi* & cæteri prædeceſſores civitati Bremenſi contulerint. Sed ſic non fert tenor Literarum. Wilhado & Eccleſiæ contigit donatio, non *Bremenſibus*. Velim attente percurrat eas æquus lector. Non inveniet, quod vel verbulo tale quiddam innuant. Veluti ergo chorus a foro plurimum differt, ita & hic auctor inter ſtatum Eccleſiaſticum & politicum diſtinguere neque quod uni ſingulariter aſſignatum, alteri incaute aſſcribere debuit. Meminit etiam auctor Prædeceſſorum *Henrici V.* qui ſimiliter quædam jura conceſſerint. Sed non exprimendo ea, optime ſibi videtur conſulere. Poſſent enim facillime in ſpongiam abire, ſi decenter ſuis requiſitis non forent corroborata. *Deinde* inſpergit quædam auctor *de modo & forma Judicii*, quomodo extra Dioeceſin Bremenſes Cives ſe gerere, & quo jure gaudere debeant. Sed parum illa concernunt diſquiſitionem noſtram. Et norunt Bremenſes, quid hac in parte illic locorum etiamnum habeatur in uſu. *præcipue de Wiſera fluvio.* *Tertio* addit auctor quædam *de Wiſera*, ejusque ad *falſum mare deſcenſione* ac mercatorum cum ſuis mercimoniis ſecura deductione. Item quod contra Piratas & Prædones procedere poſſint Bremenſes. Sed & hic ero brevior, neque cum patrono multis mihi decertandum arbitrabor. Hoc tamen certum eſt, quod illo tempore Wiſera certis alveis caruerit, neque conſtantes habuerit aggeres. Qua ratione *per Butjadiam* ſe expandit liberius & tandem in mare ſe exoneravit. Poſtea quia fluvius validius aggeribus conſtrictus fuit, & alicubi ab utraque parte *oras alluit Oldenburgicas*, ac bonam alias partem *Butjadiæ* præterlabitur, neſcio certe, quo modo auctor Bremenſibus remotioribus plus juris, quam Oldenburgicis propioribus aſſignare valeat. Neſcio, inquam, quomodo *Generoſiſſimo Comiti Oldenburgico* id adimere poſſit quod illi naturæ ductu debetur in fluvio ad Comitatum ſuum pertinente. Nec enim voluit Imperator neque debuit ſuo quenquam jure deſpoliare. *Chronicon Bremenſe pag. 112.* Imo non potuit dare privilegia, quæ vergunt in diſpendium alterius, ejusque jus lædunt. *Quarto* allegat auctor multas Deificas virtutes & viriles *actus Bremenſium*, quibus in recuperanda *urbe Hieroſolymitana* ſuam obſequiorum promptitudinem tempore Henrici IV. ſic ſatis teſtatam reddiderint: Qua re promeriti fuerint, ut hæc gratia & libertas ipſis data ſit, veſtimenta ſua more militum auro & vario opere exornandi. De expeditione hac in Palæſtinam duce Gotfrido cum fratribus *Balduino* & *Euſtachio* multi multa reliquerunt ſcripta. Et imprimis extat de ſacro hoc bello peculiare volumen GUILELMI TYRII *Archiepiſcopi*, in quod plures diverſorum libros congeſſit & ſingula locupletius pertractavit. Imo in *Chronico Hieroſolymitano* animoſorum militum res geſtæ diligentiſſime etiam pertexuntur. Nullibi tamen reperio, quod ſcriptores hujusmodi deificarum virtutum & virilium actuum, quibus tum Bremenſes inclaruerint ullam mentionem injecerint. Et ipſe *Abbas Stadenſis*, qui de hoc bello etiam agit, neque libenter præterit *Bremenſia*, præſertim quando aliquam memoriam merentur, hic magis mutus eſt quam piſcis. Satius ergo fuiſſet Auctorem talia reticuiſſe neque Imperatorem induxiſſe virtutum Bremenſium ebuccinatorem. *Quinto* & coronidis loco quædam apponuntur *Et ſtatua Rolandi.* de *Rolandi Statua*, quam Imperator Henricus V. clypeo & armis Imperialibus ornatam primum *Bremenſibus* dederit; quodque ea in ſignum gratiæ & libertatis ibi conſpici debeat. Ubi mirari quis poſſet cum Rolandus res tam magni momenti intendat, & aliis civitatibus armatus contigerit, cur Bremenſes totos 323. annos eum ferre potuerint inermem? Sed ego hæc ſuſque deque facio. Cum tamen ſciam multos quibusdam in locis viſa *Rolandi ſtatua* intumeſcere & neſcio quid non ſibi tribuere: Et hic conſulendi ſunt ſcriptores, & videndum, quomodo illi hac in parte nos erudiant. *Rolandus* Caroli Magni *ex Sorore nepos* ex Anglevonum familia oriundus, ſua manu jugulavit *Maſurium*, exercitus *Saracenici* ſummum ducem. Hoc heroicum illius factum ne obſcuraret ulla oblivio, quibusdam in locis memoriæ ergo quædam illi erecta eſt Statua qua viſa magnanimi Ducis res geſtæ occurrerent, & libertas per eum patriæ parta hominum memoriæ eſſet commendatior. *Sabellicus Enead. 8. l. 8.* DRESSERUS *in millenario 5. pag. 404.* BROTUFIUS *in Chronicis Martiſpurgenſib. fol. 539. c. 21.* ANDREAS ANGELUS *in annalib. Brandeburgicis fol. 26.* Hi auctores referunt tantum de *Rolando*, ejus familia & rebus geſtis. De Statua, quod illa res ſimul alias denotatas habeat, plane nihil produnt. *Georgius* FABRICIUS *l. 7. originum Saxonicarum* ſcribit, quod Carolus Magnus in liberis Saxoniæ Civitatibus *Statuam Rolandi* in conſpicuo Urbis loco ponendam ſub dio coneeſſerit. Sed ex hoc nihil inferri poterit, cum Fabricius hoc pronunciet de liberis civitatibus Saxoniæ, quæ antea jus libertatis ſibi acquiſiverunt. Solus SPANGENBERGIUS *in Chronicis Saxonicis fol. 105. cap. 74.* refert, quod Carolus Magnus in celebrioribus quibusdam civitatibus (quas nominat Magdeburgum, Northuſium, Hallam Saxonum & Halberſtadium) in *memoriam Rolandi* ſtatuam illius collocari juſſerit, & ſimul certa quædam privilegia conceſſerit. Sed viderit Spangenbergius, quorum fretus auctoritate hæc literis mandaverit. PETRUS ALBINUS *in Chronicis Miſnenſibus fol. 88.* meminit aliquot etiam pagorum, ſcilicet *Belgern*, *Oſchatz*, *Reichenwaldt*, *Finſterwaldt* &c. In quibus conſpiciatur Rolandi Statua; Sed nihil adijcit de aliqua immunitate, quæ veluti nunquam viliori-

ribus

ribus pagis contigit, ita vix de ea ausi fuerunt hiscere. Et si Statua alicujus erit ponderis, mirum alicui videbitur, quod in Nobilioribus tunc civitatibus *Aquisgrani* (ubi tunc Sedes regni trans Alpes habebatur) *Coloniæ Agrippinensium, Moguntiæ* &c. non sit erecta, quas urbes Imperator frequentius invisit. Amplius 6. Compilator tempus concessionis notat II. Idus Maji Anno IIII. Cum tamen Imperator *Henricus* 5. (quem alii quartum appellant) eodem anno Romæ in Basilica sancti Petri *16. Calend. Mart.* à Paschali Papa sacram Synaxin acceperit eodemque die confirmationem transactionis inter eum & dictum Papam peractæ obtinuerit. GOLDAST. *paulo post dicendo loco pag. 155.* Et *II. Idib. Apr.* Romæ in Basilica Sancti Petri a Papa Paschali consecratus & coronatus demum sit Imperator. *Onuphr.* PANVIN. *Veronens. lib. 3. Roman. princip. in Vita Hinrici IV. Imperatoris*, & post eum *Joh.* GVALTURIUS *in Chronico Chronicorum politico.* Tantum abest, ut Moguntiæ II. Idus Maji potuerit ipse Imperator sedisse & privilegia Bremensium revidisse. Sed his relictis propero ad examen testium, quorum subscriptione auctor privilegium confirmare voluit. Hinc facile constabit, cum testes tempore publicationis non amplius in vivorum egerint contuberniis, vel ad expressas dignitates nondum promoti fuerint, fundamentum privilegii non parum labefactari peneque corruere. Primus testis producitur ANNO *Archiepiscopus Coloniensis.* Sed attendendum, quid Annales statuant. ANNO Archiepiscopus succedit *Hermanno*, ejus nominis secundo, & consecratur anno Domini 1055. MERSSÆUS *in Catalgoo Archiepiscopor. Colonienf. Petrus* BERTHIUS *lib. 3. comment. de rebus Germanicis pag. 505.* MUNSTERUS *in Cosmographia.* MANUSCRIPTUM *exemplar de Vita Annonis.* Anno Dni. 1063. *Anno Archiepiscopus Coloniensis* cum Ottone Duce Bavariæ & Eckberto Saxoniæ Marchione, matri eripuit *Henricum 5. Georgius* FABRICIUS *lib. 3. Originum Saxonicarum fol. 339.* Anno in summa vixit auctoritate apud Imperatorem Henricum Merssæus d. l. NAUCLERUS *in Vol. 2. Chronographiæ Generat. 36. fol. 771.* ANNO severe animadvertit in Scabinos Colonienses, quibus ob iniquam sententiam pauperculæ mulieri latam oculos curavit effodi, uni eorum parcens, cui tantum unus oculus fuit erutus ut esset, qui alios sex domum reduceret. MERSSÆUS d. l. NAUCLERUS *Vol. 2. Chronol. generat. 36. fol. 771.* *Anno* Archiepiscopus animam expiravit anno Dominicæ incarnationis 1073. test. NAUCLER. *eodem in loco & clariss. Historico* PANTALEONE *qui idem asseverat in prosop. parte 2. fol. 185.* Merssæus Anno 1075. eum obiisse diem testatur. Idem statuit auctor Vitæ Annonis Archiepiscopi Colonienses. Successerunt illi Hildolphus, Sigewinus, Hermannus tertius, & tandem Fredericus, quem licet *Merssæus* Anno salutis 1112. electum scribat; Constat tamen ex annalibus *Urbis Misnæ Petri* ALBINI *fol. 28.* quod anno Dni. 1108. donatio facta sit ab Henrico 5. templo Misnensi, quam confirmaverit Fredericus Archiepiscopus Colonienses cum Brunone Trevirensi & Adelgado Magdeburgio. Præterea etiamnum apud Spirenses extat privilegium Imperatoris Henrici V. in templi fronte aureis literis expolitum, quod publicatum est anno IIII. & subscriptorem habet non Annonem, sed Fredericum Archiepiscopum Colonienses. LEHMANNUS *in Chronicis Spirensibus fol. 350.* Refert quoque *Melchior* GOLDASTUS *Haimins-Feldius in collectione constitutionum Imperialium pag. 253. & seqq.* Fredericum Colonienses Archiepiscopum Transactioni inter Henricum V. Imperatorem & Paschalem Papam anno 1110. celebratæ interfuisse, & anno IIII. eundem Fredericum pro Imperatore cum aliis undecim juratoribus Papæ prædicto juramentum præstitisse. Et *pag. 258.* Eundem consilio Principum in Comitiis Wormatiensibus Anno 1122. interfuisse. Et *pag. 259.* obitum Henrici V. Imperatoris anno 1126. absentibus Principibus intimasse. Catalogo ergo Archiepiscoporum Colonienses in gratiam Auctoris tres eximere Archiepiscopos & Annonis vitam ad annum IIII. velle producere, illud certe est Annalibus veterum manifestam aliquam vim inferre. Secundus testis in privilegio nominatur RUTHARDUS *Archiepiscopus Moguntinensis*, de quo sequentia in considerationem veniunt: RUTHARDUS *post obitum Wezelonis eligitur anno salutis 1088.* Remotus ab Henrico 4. & extorris factus per octennium exulavit in Saxonia & Thuringia. Restitutus ab Henrico 5. Anno 1105. in vivis desiit esse An. Dni. 1109. cum Ecclesiæ in regimine præfuisset annos 21. Quod testantur *Abbas* URSPERGENSIS *fol. 25. Abbas* STADENSIS *pag. 151.* PANTALEON *1. part. Prosop. fol. 341.* BRUSCHIUS *in catalogo Arch. Mogunt.* MERSSÆUS *in catal. Arch. Mogunt.* BARONIUS *in Annalibus Ecclesiasticis.* Qui ergo hic Ruthardus privilegio subscribere potuit, cum attestantibus tot scriptoribus non amplius spiritum duxerit? Qui humana curare potuit, rebus exemptus humanis? *Adelbertus* Dux Lotharingiæ Moguntinensem egit Archiepiscopum Anno salutis IIII. Et hunc Imperator dudum ad cathedram electum baculo & annulo donavit: Abbas *Urspergens.* fol. 255. PANTALEON *prosop. part. 1. fol. 342.* BRUSCHIUS, MERSSÆUS, BARONIUS *d. l.* GOLDAST. *d. l. p. 257.* Ubi Henricus V. Imp. Adelbertum Archiepiscopum Moguntinensem circa idem tempus privat omnibus beneficiis. Et *p. 258.* refert, eundem anno 1122. superstitem adhuc fuisse. Et p. 259. obitum Imperatoris anno 1126. absentibus intimasse Principibus. Hic Adelbertus ergo, si privilegium suspectum non erit, subscribere debuit: Ruthardus post fata non potuit. Sed auctor historica parum attendit, hoc fortassis post multos Annos futurum sperans, ut nemo in hæc aliquando inquisiturus sit. Tertius testis allegatur FREDERICUS *Episcopus Halberstadensis.* Sed anno Dni. 1107. Episcopum egit quidam Reinhardus, qui sedit annos 15. FABRICIUS *lib. 2. Memorabil. Saxon. universæ fol. 182.* PANTAL. *prosop. part. 1. fol. 384. Petr.* BERTHIUS *lib. 3. rer. Germanicarum pag. 566. M. Johannes* POMERANUS scribit: Anno 1107. *wardt gesetzt der 11. Bischoff zu Halberstadt, vnd heiss Bischoff Reinhardt, der regierte fünffzehen Jhar, vnnd ist im Thum zu Halberstadt begraben.* Quin etiam CRANTZIUS (licet

Dato diplomatis.

Et subscriptione Annonis archiep. Colonienses.

Ruthardi archiepiscopi Moguntinensis.

Friderici Episcopi Halberstad.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(licet alibi secum dissideat, & cum Urspergense sententiam variet) *lib. 6. Metrop. cap. 6.* asserit, per tempora Henrici 5. Imperatoris Ecclesiæ Halberstadensi præfuisse Reinhardum. Hunc tamen *Lib. 5. Saxoniæ cap. 36.* paucis mutatis vocat Reinerum: Et quod hic anno 1115. Ecclesiæ illi adhuc præfuerit, testatur. Hic Episcopus Reinhardus obiit Halberstadii & ibid. sepultus anno Dni. 1122. FABRIC *lib. 2. rer. memorabil. universæ Saxoniæ.* AUCTOR *historiæ Comitis Wiprechti.* BERTHIUS *l. 3. rer. Germanic. p. 566.* BRUSCHIUS *in catal. Episcopor. Halberstad.* Fridericus post septuaginta & plures annos constituitur Episcopus & tandem moritur an. 1231. BERTHIUS, BRUSCHIUS *dictis locis.* Nihil ergo firmitatis & hic testis Fridericus addit privilegio. Quartus testis inter seculares producitur UDO *Marchio Brandenburgensis.* Sed & hic errat toto cœlo auctor & antea vita defuncto subscribendi partes vult impositas, quod facilime ad oculum demonstrari poterit. Intelligenda vero sunt hæc de Udone secundo. Nam Udo primus obiit Anno 1085. Udo Marchio Brandenburgensis habita conventione cum Saxoniæ Duce & Frederico Bremensi Archiepiscopo vehementi infirmitate laborare cœpit. Deportatus Hersfeldiam diem ibi clausit extremum anno salutis 1106. CRANTZ. *lib. 6. Metrop. cap. 5. Albertus* STADENS. *pag. 150.* SPANGENBERG. *in Chronic. Saxon. fol. 344.* Udo 2. Marchio Brandenburgensis conspirat cum reliquis Principibus Saxoniæ & Episcopis contra Henricum 4. Ideo Pribislaus Obotritorum Regulus incitatus ab Imperatore tota ditione eum pellit. Anno Dni. 1105. Hersfeldæ vitam tandem finit: *Hieron.* HENNINGES *in familia Ducum Saxon. 2di & 3tii regni in quartæ Monarchiæ parte altera fol. 99.* Udo Marchio Brandenburgensis a Pribislao Obotritorum Regulo Imperatore impulsore regno pulsus in Cœnobio Hersfeld moritur anno 1106. *Petr.* ALBINUS *in Chronicis Misnensib. fol. 408.* Udo Marchio Brandenburgensis *in Hertzfeld* vitam finiit ibique sepultus est An. 1106. *Phil.* MEL. *in Chronicis fol. 428. Andr.* ANGELUS *in Annalibus Brandenburgicis.* Ergo cum tot scriptores uno quasi ore affirment Udonem anno salutis 1106. naturæ satisfeciisse, quomodo idem testimonii perhibendi causa redivivus est inducendus? Quintus testis statuitur MAGNUS *Dux Saxoniæ.* Sed & de hoc dispiciendum, quid Annales testentur. Anno 1106. Moguntiæ tantus fuit Principum conventus, quantus ab ulla unquam memoria. Quinquaginta duæ numerantur personæ Illustres nec quisquam ex omni regno defuisse putatur, præter unum MAGNUM Saxoniæ Ducem, qui solus ætate gravis adesse non poterat. CRANTZ. *lib. 5. Saxon. cap. 20. fol. 118. Anno, qui fuit sextus post mille centenos, Magnus Dux Saxoniæ Inferioris excessit rebus.* IDEM *lib. 5. Saxon. cap. 25. fol. 122.* Magnus *Dux Saxoniæ decrepitæ senectutis, finem vivendi fecit anno qui fuit sextus post mille centum.* Idem *lib. Metrop. cap. 5. Magnus Dux Saxoniæ Inferioris moritur anno Dominicæ incarnationis 1106.* sicut testantur *Urspergens. fol. 122. Abb.* STADENS. *pag. 150. Phil. Mel. in Chronicis fol. 3428.* SPANGENBERG. *in Chron. Saxonicis fol. 344. Hieron.* HENNINGES *in 2dii & 3tii regni in 4ta Monarchia parte altera.* Idem attestatur *Henricus* BUNTING. *in Chron. supra allegato pag. 57. & in 2da parte* describendo *vitam Magni Ducis Saxoniæ p. 11.* Sic & hic Dux parum considerate testis constituitur privilegii, cujus auctoritatem infringit potius, quam ulla parte corroborat. Sextus & ultimus testis privilegii nominatur WELFUS *Dux Bavariæ.* Verum notandum, quod in annalibus *Adriani Gebulæ* ordine numerentur 7. *Welfi.* Auctor privilegii si expressisset, quem Welforum testem vocaret, eo facilius judicari posset. Sed fieri potuit, quod historiarum ita fuerit ignarus ut hac in parte noluerit prodere suam insciitiam. Fortassis alluisit ad *Welfum 5.* dictum *Crassum.* Nam Welfus 4. cognomine Robustus cum videndi Domini sepulchri gratia in terram sanctam profectus esset, in reditu ad Cyprum appulit ibique fato functus est, Cadaver Weingartum reportatum, ibique sepulturæ traditum est anno salutis 1090. Non ergo hic ante annos complures mortuus testimonium dare potuit. Sed quod ex supputatione annorum constat, neque a Welfo 5. auctor veritatem aliquam exigere potuit, cum hic ἄπαις in pago *Kaufringen* vita decesserit, & sepultus sit Anno 1109. REINECCIUS *in annalibus Brandeburgicis.* IDEM *in appendice Chronici Hierosolymitani.* Cum ergo & hic auctor a veritate historica plurimum deflexerit, videbit patronus, quomodo etiam hoc titubantis memoriæ ἀμάρτημα excusandum censeat. Hæc omnia si ad veritatis trutinam revocentur, facile ex his colliget attentus lector, auctorem in nominandis testibus probatissimorum scriptorum fide parum niti, & posthabitis fontibus ad inanes conjecturas decurrere. Quomodo enim testes idonei esse possunt, quomodo pro testimonio scribere, qui antea e vivis cesserunt, & quibus putrescentes manus hac in parte omne officium negarunt? Patronus ergo si auctorem a suspicione falsitatis vindicare, si privilegio suam auctoritatem sartam tectam constare neque illud in pravilegium aliquod degenerare desiderat, hoc ipsi singulariter incumbet, ut jactis solidius fundamentis, incertas opiniones missas faciat & ex annalibus veterum veriora subministret. Si accuratiore investigatione usus fuerit & certis argumentis & rationibus mea confutaverit, libentissime illius judicio me submittam, & ipsam veritatem ambabus, quod ajunt, manibus amplectar. Sin difficultatem aliquam hic experietur & rationes defecerint, non molestе feret, quod perstem in recta sententia, & vetustiorum scriptorum auctoritatem potiorem ducam. Sed progrediendum jam ad alia, & attendendum, quas insuper auctor confirmationes alleget, quibus *privilegio Henriciano* majorem fidem astruere annititur. Privilegium ergo stabilitur literis WILHELMI Imperatoris, qui post 141. annos illud viderit, legerit, diligenter auscultaverit & omnia ac singula jura ab antecessoribus Bremensi Reipubl. collata, etiam concedat, confirmet & rata velit. Confirmatio facta est Antwerpiæ Anno 1252. Hic non nego, quod *Wilhelmus* illo tempore rerum sit potitus, sed

Udonis Marchionis Brandenb.

Magni Ducis Saxoniæ.

Welfi Ducis Bavariæ.

Wilhelmi Imperatoris diploma 1252.

hoc indaginem aliquam mereri posset, quare nulli recognoverint sigillum Imperatoris, eique testimonio fuerint. Imperatores enim & Reges ea omnia, quorum auctoritas firma & inviolata subsistere debuit, testimonio Ducum, Comitum & aliorum Dominorum tempore publicationis sibi præsentium confirmarunt, & per eos subscribi jusserunt. LEHMANNUS *in Chron. Spirens. lib. 4. c. 2. f. 342.* Imo in ipsis Comitiis publice privilegia recitata sunt, modo ipsis auctoritas quædam subesse debuit. *Idem* LEHMAN. *in Chron. Spirens. lib. 4. cap. 22. fol. 360.* Præter hoc extant & alia privilegia eodem fere tempore ab Imperatore Wilhelmo aliis collata, quibus decem & plures testes appositi sunt. Quare certe non immerito aliquis mirari queat, qui factum sit, quod Imperator paucis saltem testibus inferendis ex præscripto Imperii receptæ consuetudini non satisfecerit. Imo, quid si omnia hæc absolute suis constent partibus, nec ullam mereantur reprehensionem: notandum tamen, cum testibus Privilegii Henrici V. succumbentibus auctoritas privilegii simul concidat Wilhelmi Imperatoris ratificationem nullius esse ponderis. Nam confirmatio ejus, quod per se nullum est, nihil operatur, etiamsi fiat ab eo, qui dare potest, docentibus magni nominis Jureconsultis. Imo talis confirmatio per se ipso jure nulla est, cum id, quod initio vitiosum est, tractu temporis non possit convalescere, ut habet regula juris. *Wenceslai Imperatoris 1396.* Tandem inducitur WENCESLAUS, qui post annos 144. anno videlicet salutis 1396. superiora omnia suo etiam calculo probare & Cæsarea ratificatione communire voluerit. De hoc vero Imperatore literis proditum est, quod res Imperii satis negligenter gesserit & propter supinam ignaviam alii Principes ipsi Magistratum abrogaverint. Imo & hoc affirmant scriptores, quod facile totum Imperium venditurus fuisset, modo ipsi emptor contigisset. Hac ratione ita male perrexit agere, ut etiam vacuas chartas appenso sigillo lucri causa consueverit vendere, emptoribus deinde ad placitum quæ vellent, inscribentibus: Quemadmodum hæc ipsa & multa graviora tenori sententiæ depositionis inserta reperiet lector apud GOLDAST. *d. loco p. 379. & seq.* & apud *eumdem in libr. Reichssatzung p. 158.* Quo ipso res eo tandem deducta fuit, quod ab Electoribus & Statibus Imperii concordi voto omnia Wenceslai rescripta & privilegia cassata & plane rejecta fuerint, confirmante hoc postea Romanorum Rege Ruperto: WENCESLAUS HAGECIUS *in Chronicis Bohemicis* MYNSING. *centur. cons. decad. 2. resp. 19.* LEHMANN. *in Chronicis Spirens. lib. 7. c. 59. fol. 825.* Testis constituitur *unus Patriarcha* videlicet ANTIOCHENUS *Cancellarius*, qui ad mandatum *Dn. Regis* tantum viderit. Verum quis dubitare posset, jocone an serio hæc attexantur. Annon enim Imperator habuit Cancellarium, qui non solum literas videre, recognoscere & sua manu attestari, verum eas simul legere, intelligere & dijudicare potuit, quod *homini Græco* fuit denegatum. Quam dolenda tum fuit gubernatio, quando summa rerum in Imperio ad Patriarcham Antiochenum devoluta fuit. Sed manum de tabula secundum adagium. Paucula hæc *ad mandatum Generosissimi Comitis* OLDENBURGICI (cui omne debito obsequium) non ulla calumniandi libidine correptus, sed quidem solius veritatis indagandæ ergo in chartam conjeci. Interea *Bremensi Reipublicæ* ex animo salutaria quæque precor & rerum tranquillitatem ac patronum privilegiorum rogatum volo, ut quæ in sinistram suspicionem veniunt, modeste & absque stomacho ex animo velit dimovere. Imo simul has meas notationes doctioribus ulterius examinandas & dijudicandas relinquo.

XL.


EXSEQVIÆ RVLANDI BREMENSIS, HOC EST: DE *CAROLINO*, *HENRICIANO* ALIISQVE *BREMENSIVM PRIVILEGIIS* LIBELLVS HISTORICO JVRIDICVS, IN SECTIONES LXVIII. DISPERTITVS. PRÆMISSA SVNT TAM TENOR PRIVILEGII *CAROLINI* EX CHRONICO BREMENSI, QVAM PRÆTENSA DIPLOMATA *HENRICI V. WILHELMI* ET *WENCESLAI* IMPERATORVM ROMANO - GERMANICORVM, EADEMQVE IN CALCE NOTIS ILLVSTRATA AC CLARIORI LVCI EXPOSITA. OPVS E DIVERSORVM JCTORVM ET HISTORICORVM SCRIPTIS COLLECTVM, EMENDATVM PASSIM ET ADAVCTVM CVRA *JOANNIS JVSTI WINCKELMANNI* JCTI CONSILIARII DVCALIS BRVNSVICO - LVNEBVRGICI ET HASSIACI.

EX AVTOGRAPHO AVCTORIS.

SERIES SECTIONUM sive CAPITUM.

1. Duo genera privilegiorum Bremensium.
2. Quotidianum est falsa diplomata confingere.
3. Non omnia diplomata ac institura, quæ Carolo M. tribuuntur, recipienda.
4. Falsitas diplomatum unde colligatur?
5. Ex diversitate stili falsitas quoque instrumenti colligitur.
6. Caroli M. privilegia nullibi nisi in ore vulgi exstant.
7. Caroli M. tempore nullæ in Saxonia urbes fuerunt.
8. Sub Henrico Aucupe primum urbes in Saxonia condi cœperunt.
9. Brema urbs Caroli M. tempore in rerum natura non fuit.
10. Bremæ in annalibus Francicis Caroli M. nulla mentio occurrit.
11. Refutantur argumenta Dilichii pro antiquitate urbis Bremensis.
12. Quando urbs Bremensis cœperit.
13. Caroli M. tempore servi ac mancipia in villis habitabant, civium conditione ignota.

14. Pri-


Johann Justus
Winckelmann
Giessensis Hassus. Serenissi
Hass. Landgr. ut et Illustriss.
Com. in Oldenburg Consilia-
rius et Historiographus.



14. Privilegia veterum Impp. ad libertatem & immunitatem tantum pertinent.
15. Item ad mercaturam; ſed ut Henrici Aucupis Imperium non excedant.
16. Civitates olim poteſtatis incapaces cingulum militare non habuerunt.
17. De ſtatuis Rulandinis contrariæ ſcriptorum opiniones.
18. Argumenta, quod à Carolo M. ſtatuæ Rulandinæ profectæ non ſint.
19. Rulandi res geſtæ multis fabulis involutæ.
20. Vera coloſſorum Rulandinorum cauſſa & origo.
21. Weichbildi ſtatuæ, quare Rulandi dictæ ſint?
22. Vera Weichbildi & Rulandi ſignificatio & quando orta?
23. Ratio, quare ſtatua in loco judicii olim poſita?
24. Inſignia quare in judicio ſuſpenſa fuerint?
25. Juris Vemici notatio & differentia.
26. Per ſtatuam Rulandi jus fori & mercatus deſignatur.
27. Per ſtatuam Rulandi jus municipale ſive Weichbildicum deſignatur.
28. Refutatio aliorum Jurium, quæ coloſſis Rulandinis vulgo tribuuntur.
29. Nomina poteſtatum à temporibus Caroli M. in Germania uſitata.
30. Advocatiæ epiſcopatuum ſæcularem jurisdictionem continebant.
31. Advocatia urbis Bremenſis ad Archiepiſcopos Bremenſes & Duces Saxoniæ olim pertinuit.
32. Civitatum Saxonicarum potentia quomodo ſucceſſive creverit?
33. Regalia fluminis Viſurgis ad Cæſarem & principes pertinent.
34. Fluminum proprietas ad utriusque ripæ dominos ſpectat.
35. Comitatus Stadenſis & Lesmonæ termini.
36. Ad comitatum Lesmonæ Brema cum aliis inſulis pertinuit.
37. Viſurgis fluvius verſus ripam occidentalem ad comitatum Oldenburgicum ab antiquo pertinuit.
38. An civitas Bremenſis extra moenia jurisdictionem criminalem & regalia habuerit?
39. Fabula chronici Bremenſis de Henrici V. expeditione in Palæſtinam.
40. Bremenſium expeditio à nullo fide digno Hiſtorico attingitur.
41. Sub Gothfrido Bullionio navalis expeditio in Palæſtinam inſtituta non eſt.
42. Comparatio meritorum Bremenſium cum meritis vicinorum.
43. Contradictio privilegii Carolini & Henriciani.
44. Confirmatio non ſucceſſive, ſed per ſaltum, petita ſuſpecta eſt.
45. Ex pluribus diplomatis connexis, uno falſo, alterum quoque falſum præſumitur.
46. Quo tempore & occaſione falſa hæc diplomata conficta ſint?
47. Quare Henrici V. & ceterorum Impp. nomina potiſſimum electa & bullatis Bremenſium nugis inſerta ſint?
48. Diſpoſitio & examen prætenſi diplomatis Henricani in ſeptem capita.
49. Primum caput, continens prooemium ac merita civium Bremenſium.
50. Secundum cap. privilegii Henricani confirmationem anteriorum privilegiorum.
51. Tertium. Privilegium & exemtionem a ſede libera.
52. Quartum. Defenſionem fluminis Viſurgis contra piratas.
53. Quintum. Veſtimentorum diſtinctionem.
54. Sextum. Coloſſi Rulandi poſitionem.
55. Ultimum continens epilogum & teſtes.
56. De Annone Colonienſi 35. annis ante defuncto.
57. De Ruthardo Moguntinenſi biennio ante defuncto.
58. De Friderico Halberſtadenſi ad minimum quadriennio ante vel defuncto vel remoto.
59. De Udone Brandenburgenſi quinquennio ante defuncto.
60. De Magno Duce Saxoniæ quinquennio ante defuncto.
61. De Guelpho Bavaro ambigui nominis.
62. Recapitulatio de ſenario teſtium numero.
63. Henricus quintus tempore dati Diplomatis Moguntia abſens.
64. De ſubſcriptione diplomatis omiſſa.
65. Examen prætenſæ confirmationis Guilhelmi Cæſaris.
66. Quare prætenſum hoc diploma Guilhelmo Cæſari adſcriptum.
67. De Wenceslai confirmatione ſuſpecta & invalida.
68. De confirmatione a Carolo V. ſub- & obreptitie obtenta.

Tom. III. de Weſtph. Monum. ined. Rer. Ger.

PRIVILEGIA BREMENSIA

I. *Tenor prætenſi privilegii Carolini ex Chronico Bremenſi MSCt. quod refert* ERPOLD LINDENBROG *in Chronico Caroli M. fol. 156. & ſeqq.*

Privilegium Caroli M.

Sanctus Willehadus *erlanget der Stadt* Bremen *von Köning* Carolo M. *Freyheit. Da nun* S. Willehadus *ſich der Kirchen zu* Bremen *umb Bitte willen König* Carols *unterwand, auf daß er den heiligen Chriſtlichen Glauben mögte mehren und erweitern, bath er ihm erſten um Freyheit der Stadt* Bremen. *Der König gewehrt ihm ſeine Bitte und gab der Stadt Freyheit durch einen Freyheits-Brief, den er* Willehadus *darauf nahm und die Stadt in guter Wahrung hat, und iſt Alters halber einmahl erneuert von vielen Herren. Es begrieff aber derſelbe Freyheits-Brief in ſich, daſs alle diejenigen, die zu* Bremen *zu Rath gehen, mögen Gold und getheilte von Farben Kleyder tragen,* it. *daſs man die Bürger für keinen Frey-Stuhl mag laden, woferne ſie für ihren Herrn Rechts pflegen wollen, und daſs ſie die Weſer mit ihren Herren ſollen verthädigen und erhalten quit und frey von* Bremen *an bis in die Saltzene See: Auch wenn ein Biſchoff zu* Bremen *gekohren iſt, und ihn der Pabſt* inveſtirt *oder eingeſetzt hat, So iſt der Keyſer oder Römiſche König des pflichtig, daß er mit ſeinen* Regalien *den Biſchoff und das Stifft vort freye und alſo empfahet denn die Stadt*

die Freyheit von dem Biſchoff wieder, und der Biſchoff hat Gericht und Müntze in der Stadt. Desgleichen erwarb er auch von Carolo *die Freyheit, daß die Bürger zu* Bremen *Zollen-frey ſeyn zu allen Stiffts Schlöſſern und Zöllen. Zu dem erlangete er den* Roland *von ihme, der auf dem Marckte ſtehet zu einem Zeugniß der Kayſerl. Freyheit, in deſſen Schilde ſtehet geſchrieben:*

Freyheit do ick juwe openbahren,
De Koning Carl und mannich Fürſt für wahre
Disſer Statt gegeven haet
Des danckt Gode is mein Raet.

Hæc in Chronicis Bremenſibus.

II. *Sequuntur prætenſa diplomata Henrici V. Guilhelmi & Wenceslai Impp.*

Wenceslai. Wenceslaus DEI gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex. Notum facimus tenore præſentium univerſis; etſi cunctorum nobis fidelium proſperitates & commoda benigno favore reſpicimus & in proſperitatis augmento noſtrorum fidelium ex innata nobis clementia delectamur: ad illos tamen ſpecialis affectus prærogativam noſtra tenet ſerenitas, qui præ cæteris noſtris fidelibus ſe in fidei conſtantia & indefeſſæ fidelitatis obſequio reddiderunt hactenus & reddunt quotidie promtiores. Sane noſtræ Majeſtatis accedentes præſentiam honorabiles Proconſules & Conſules ac cives Bremenſes Noſtri & Imperii ſacri fideles dilecti, nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus ipſis quoddam privilegium a D. memoriæ ſereniſſimo quondam Principe & domino Domino Guilhelmo Romanor. Rege ſemper Auguſto Prædeceſſore noſtro ipſis & civitati Bremenſi datum, traditum & conceſſum approbare, ratificare, innovare & de Regiæ noſtræ benignitatis clementia confirmare gratioſius dignaremur. Cujus quidem privilegii tenor totalis eſt & ſequitur per omnia in hæc verba: *Wilhelmi.* GUILHELMUS DEI gratia Rom. Rex & ſemper Auguſtus, univerſis ſacri Imperii fidelibus præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Ne noverca memoriæ oblivio ſuis votis locum habeat humana providit ratio, temporalibus geſtis quibuslibet ſolemniter celebratis, in teſtimonium ſequacibus per certa ſubvenire remedia ſcripturarum. Noſcat igitur tam præſens ætas, quam ſucceſſura poſteritas, quod pro parte dilectorum noſtrorum fidelium Proconſulum, Conſulum ac civium Bremenſis civitatis, dilectus nobis Henricus Woltmann Proconſul ejusdem civitatis quoddam privilegium per felicis recordationis Henricum Imper. ipſis datum & conceſſum coram nobis produxit & exhibuit ac de verbo ad verbum legi fecit, cujus tenor ſequitur in hæc verba: In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. *Henrici.* HENRICUS Divina favente clementia Roman. Imperator & ſemper Auguſtus. Imperatoriam Noſtram Majeſtatem decet, ut ex officio noſtræ à DEO ſolertiæ commiſſo ad augmentum ſacri Imperii vigilem operam impendamus, ut præcipue ſuper incrementis civitatum excellentiæ noſtræ fidelium efficacibus ſtudiis libenter intendamus. Eapropter ad omnium tam præſentium quam futurorum deducimus notitiam per præſentes, quod nos diſcretæ conſiderationis intuitu perpendentes honeſtatem ac officioſam devotionem civium civitatis Bremenſis eorumque fidei digne cupientes reſpondere, propter eorum deificam & fidelem virilitatem, quam Romano Imperio & fidei chriſtianæ utiliter obſequendo exhibuerunt, concedimus eis & civitati Bremenſi confirmamus illa jura, quæ ſanctæ recordationis Carolus Imp. ad inſtantiam petitionis S. Willehadi primi Bremenſis eccleſiæ antiſtitis ac cæteri prædeceſſores noſtri Romani Imperatores eidem civitati Bremenſi conceſſerunt; inſuper damus & concedimus Proconſulibus, Conſulibus & civibus dictæ civitatis Bremenſis hanc gratiam & libertatem, ut ſi aliquem judicem ſecularem ipſos aut eorum aliquem monere aut citare contingat ad comparendum coram eo extra dioeceſin Bremenſem ad locum, qui ſedes libera nuncupatur, quod ibi comparere non teneatur, ſi coram antiſtite velint ſtare juriin illa cauſa, pro qua citati fuerunt; it. damus illis plenam & liberam poteſtatem pacificandi, protegendi & defendendi, una cum eorum antiſtite ſtratam noſtram Regiam ſcilicet Wiſeram ex utraque parte littoris à civitate Bremenſi prædicta usq; ad ſalſum mare, nec non mercatores cum ſuis navibus & mercimoniis civitatem prædictam adeuntes ſeu viſitantes & ab ea declinantes: ſi vero antiſtitis eorum auxilium & adjutorium ad dictam ſtratam defendendam habere non potuerint, ex tunc per ſe facere poterunt juſto judicio contra piratas & prædones procedendo. Ceterum propter obſequiorum promptitudinem multasque deificas virtutes, viriles actus, ac non modicos labores & expenſas, quos & quas cives Bremenſes per mare ſuis navibus & per terram fecerunt, in paſſagio ultra mare ad terram ſanctam, quando civitas Hieroſolymitana tempore præclaræ recordationis Henrici genitoris noſtri ab illuſtribus Ducibus Gothefrido & Balduino capta fuerat, & obtenta, ubi non modicus populus armatus de dicta civitate & dioeceſi Bremenſi dicitur interfuiſſe, Proconſules & Conſules ipſius civitatis Bremenſis dignos facimus, hanc gratiam & libertatem eis dantes & concedentes, ut ſe ipſos, eorum veſtimenta, & indumenta, auro & vario opere, ut militibus eſt conceſſum, poſſint & valeant adornare, & adornatum ferre. Et in ſignum hujusmodi libertatis & gratiæ licentiamus iisdem, quod in eorum civitate Bremenſi poſſint ſignum & imaginem Rolandi ornare clypeo & armis noſtris imperialibus. Hinc eſt attendendum, quoniam ex longa temporis antiquitate non ſolum conſuetudines verum etiam jura plerumque ſoleant immutari; Imperiali cautione decernimus ſalva in omnibus Imperialis juſtitiæ dignitate, rata hæc omnia & inconvulſa ſemper haberi, &, ſicut præſenti ſcripto evidenter expreſſa ſunt, per omnia impoſterum illibata conſervari. Unde & præſentem paginam conſcribi juſſimus & Majeſtatis noſtræ ſigillo communiri ſtatuentes & Imperiali autoritate ſancientes, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus comes, nulla omnino perſona, parva vel magna, ſecularis vel eccleſiaſtica huic noſtræ confirmationi audeat

audeat contraire nec aliquo præsumtionis modo adponat eam aliquatenus attentare. Quod, qui fecerint, in ultionem temeritatis suæ centum libras auri puri componant, dimidium Cameræ Imperiali & reliquum civitati Bremensi. Hujus rei testes sunt Anno Archiepiscopus Colonienſ. Ruthardus archiepisc. Moguntinenſ. Fridericus episcopus Halberstad Udo Marchio in Brandenburg, Magnus Dux Saxoniæ, Welpo Dux Bavariæ, & alii quamplures. Datum & actum Moguntiæ 2. Idus Maji Indictione IV. Anno Domini millesimo centesimo undecimo. Lecto dicto privilegio & diligenter auscultato Henricus Woltmar Proconsul præfatus humiliter supplicavit, ipsum privilegium per nos confirmari & propter ipsius antiquitatem & fragilitatem innovari exemplari & transsumtum fieri de eodem. Unde, cum intereſt Principum orbis terræ, se cunctis eorum fidelibus ostendere gratiosos, sed eis præcipue manus extendere liberales, pro quibus sincera fides & grata servitia interpellant, ac ne supradictæ virtutes per decursum temporis oblivioni tradantur & antedicta gratia videatur minorari, sed potius augmentari; nos attendentes dilecti fidelis nostri Henrici Woltmans grata & accepta servitia, qui nobis in annis juvenilibus in Hollandia & alibi pluries præstitit, precibus suis duximus annuendum & omnia ac singula jura scripta supra, & alia jura, quæ à nostris Anteceſſoribus ipsis Proconsulibus, Consulibus & civibus civitatis Bremensis concessa sunt iisdem concedimus & confirmamus. Volumus etiam, quod dilecti fideles nostri Proconsules & Consules & cives dictæ civitatis Bremensis per totum districtum nostrum sub nostra & Romani Imperii protectione jugiter esse debeant & eadem gratia & libertate, ut præfatum pacifice & quiete gaudere, tenore præsentium districtius inhibentes, ne quis ipsos contra hujusmodi gratiam impedire audeat seu etiam molestare. Quod qui facere præsumserit, gravem celsitudinis nostræ offensam se noverit incursurum. Datum Antwerpiæ IV. Calend. Octobr. A. D. millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo. Nos igitur prædictorum Proconsulum, Consulum ac civium Bremensis civitatis, utpote rationabilibus atque justis petitionibus benignius inclinati, habito nihilominus respectu ad multiplicia atque grata fidelitatis obsequia, quibus ipsi felicis recordationis Romanis Impp. & Regibus prædeceſſoribus nostris studiose complacuerunt, nobis quotidie complacent, & complacere studebunt studiosius in futurum, non per errorem aut improvidi, sed animo deliberato sanoque nostrorum fidelium accedente consilio, ipsis præfatum privilegium & omnia in ipso contenta, prout de verbo ad verbum expressatum superius, approbavimus, ratificavimus, innovavimus & confirmavimus: Approbamus, ratificamus, innovamus & præsentis scripti patrocinio de Regiæ Romanæ potestatis plenitudine & de certa nostra scientia gratiosius confirmamus, decernentes & regio statuentes edicto, ipsum in omnibus suis punctis, clausulis, sententiis & articulis ex nunc in antea in perpetuis temporibus inviolabilis obtinere roboris firmitatem. Præsentium sub Regiæ nostræ Majestatis sigillo, testimonio literarum. Datum Pragæ, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, die quarto Martii, Regnorum nostrorum anno Bohemiæ tricesimo tertio, Romani vero vicesimo.

Ad mandatum Domini Regis vidit
Patriarcha Antiochenus.
Cancellarius.

SECTIO I.

Duo genera privilegiorum Bremenſium.

Privilegiorum Bremenſium duo genera.

Duo sunt genera privilegiorum Bremensium, quorum unum ecclesiæ ac episcopatui sub lit. A, alterum urbi seu civitati sub lit. B. C. concessum dicitur, quæ, sicuti diversa sunt ac confundi non debent, utpote diversis personis concessa, ita nec ab eodem principio repeti possunt, cum non uno eodemque tempore coeperint, multo minus in eodem diplomate concessa fuerint. Neque enim dubitare debemus, quin ecclesia Bremensis urbe Brema multo sit antiquior, cum hanc episcopi Bremenses condiderint, sicuti pleræque in Germania (in Saxonia certe omnes) urbes episcopales ab institutione ecclesiarum ortum trahunt, eisque omnia sua incrementa debent; quamvis non ignoremus, aliorum alias esse hac de re opiniones, quas in Bremensis urbis origine nullo modo locum habere ex subsequentibus patebit. Et tamen non solum ecclesiæ institutio, sed & urbis Bremensis privilegia ad Imperatorem Carolum M. referuntur. De illa exstat diploma de A. C. 788. apud ADAM. BREMENS. *lib. 1. hist. eccles. 10.* ex quo id referunt ALBERT. ABBAS STADENS. *in chron. fol. 82.* ALB. CRANZ. *lib. 1. Metrop. 7. & 8. & lib. 2. Saxon. 14.* ERP. LINDEBR. *in chron. Caroli M.* p. 156. & seqq. A cujus tamen tenore diversum profert *Henric. Woltherus* in *chron. Bremenſ. MSCt.*, quod nunc suo loco relinquimus; quamvis & hoc quoque in multis ἐκφασιν patiatur. Cum privilegiis autem urbis vel civitatis Bremensis res hic nobis est: quorum licet in allegato diplomate Carolino Adami Bremensis nulla fiat mentio, tamen in chronicis Bremensibus MSCtis prioribus ita attexuntur, quasi ea ad petitionem S. Willehadi primi episcopi urbi Bremensi concesserit Carolus M., ea deinde in singulari diplomate Henrico V. Imperatori tribuuntur, quæ successive Wilhelmus & Wenceslaus Impp. confirmarint. Hæc summa est omnium privilegiorum antiquorum quæ Bremenses se habere gloriantur. Nisi quod GVILH. DILICH. abreviator chronici Bremenſ. etiam *Frid. Barbaroſſæ* confirmationis meminit p. 73. Omnia autem illa falsa, adulterina ac suppositicia esse demonstrari potest, si ab antiquiori incipiendo singula diplomata ac privilegia percurrantur, temporisque & rerum circumstantiæ ex veris historiis ac statu illius seculi longe diverso pensitentur.

Privilegia Bremenſia non uno tempore conceſſa.

Urbes epiſcopales Saxoniæ ab epiſcopis conditæ.

Series privilegior. Bremenſium.

SECTIO II.

Quotidianum eſt falſa diplomata confingere.

Id priusquam aggrediamur, nemini novum aut mirum videri debet, si posthumum hunc Rulandi fœtum, quem privilegiorum horum quasi indicem & vindicem contendunt illi, spurium & suppositum dicamus, cum ab omni ævo hujusmodi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

falsarii reperti fuerint, qui ad institutum suum obtinendum vera diplomata imitati nova confingere ac falsis sigillis ita ornare potuerint, ut non rude saltem vulgus, sed etiam prudentiores deceperint *C. quam gravi X. de crim. falsi.* vide D. JO. GRYPHIANDR. *in tract. de Weichb. c. 9. fol. 5. & 6. c. 15.* & seqq. De græci Imp. legatis quamvis magnæ autoritatis scribit GÜNTHER. *in Ligur. lib. 5.*

Gentilibus usi
Fraudibus impressas falso sub nomine Regis
Mendaces chartas sibi confecere sigillo.

Quamvis vero ipsi quoque producentes nonnunquam decipiantur, dum falsas hujusmodi chartas in scriniis & archivis forte repertas ad prætensionem suam allegant; tamen, ex quo falsitatis admoniti & firmissimis rationibus edocti easdem in judicio producere & propugnare non desistunt, in eandem falsi poenam incidunt. *Tholosanus lib. 36. Syntagm.* Hujus rei insignis & ad nostrum appositus casus tractatur *in C. inter dilectos 6. E. de fid. instr.* ubi Abbas de Scozula contra Archiepiscopum Mediolanensem privilegium aliquod ab Henrico Imperatore (forte II.) confirmatum producens per illud portum Scozulæ cum omni honore districtu ac jurisdictione petit, sed cum Procurator archiepiscopi illud ex multis indiciis falsum esse demonstraret, Innocentius III. Papa contra Abbatem de Scozula ejusque falsum Instrumentum pronunciat. Quia cum obscura sunt jura partium, consvevit contra eum, qui petitor est (& ex instrumento prætenso sibi jus aliquod deberi contendit) judicari. Nec dubitamus, quin Bremenses in judicio ad prætensa hæc diplomata provocantes similem sententiam ad barbam cum Abbate de Scozula sint reportaturi.

SECTIO III.

Non omnia Diplomata ac instituta, quæ Carolo M. tribuuntur, recipienda.

Non omnibus diplomatibus fides habenda.

Sed nec omnibus diplomatis, quæ Carolo M. aliisque antiquis Imperatoribus a scriptoribus vulgo tribuuntur, indistincte fides habenda, cum multa quoque ex iis falsa & conficta esse deprehendantur; neque sufficit, si forte in antiquis annalibus aut legendis reperiuntur, quia illi ipsi quoque scriptores decepti. Fit enim plerumque, ut alter alterius autoritatem sine inquisitione veri, ut vervecem gregarium oves, sequatur. Ita Carolinum a Friderico Barbarossa confirmatum privilegium apud GOLDAST. *Tom. 2. Constitut. fol. 6.* BESOLD. *Consil. Part. IV. cons. 194. fol. 314.* & seqq. est suspectum, licet PETR. à BEECK in *Aquisgran. cap. I. & passim* cum GOLDAST. *in ration.* id defendat. Quis sibi persvadebit, hanc civitatem ab initio a *Grano* Romano Principe fratre Neronis & Agrippæ ædificatam fuisse. Ibidem fit mentio *Cardinalium Romanorum* & *Marchionum* Germanicorum, quæ dignitates Caroli M. tempore nondum notæ fuerunt, teste GRYPHIANDRO *de Weichb. Sax. cap. 62. num. 10.* In dicto privilegio Carolus M. comites non semel præposuit omnibus Principibus ipsius regni tam Italiæ quam Saxoniæ, tam Bavariæ quam Alemanniæ & utriusque Franciæ tam Orientis quam Occidentis. Et *Estienne Pasquier* lib. 5. *des recherches de la Franc.* cap. 31. fol. 674. PETRARCH. *lib. I. epist. 3.* sententia, cur Aquisgranum Carolo M. præ aliis locis ita arriserit, videtur a *Warem. ab Erenb. lib. 1. medit. pro fæd. cap. 2. n. 159. p. 241.* Sensus, inquiens, repugnat naturalis, repugnat Caroli pietas, refragatur animus sincerus, refragatur consensus historicorum, & narratio ostendit fictam fabulam ad pietatem miraculosam alicujus sacerdotis prætendentis, magica arte Carolum inductum & postea miro modo ab hoc malo liberatum. vid. KNIPSCHILD *de civit. Imp. lib. 3. cap. 1. n. 6 fol. 702. 703.* adde GRYPHIANDR. *de Weichb. Sax. c. 35. n. 17.* CONRING. *de orig. Jur. Sax. c. 13. p. 37.* WINCKELMANN. *in notit. vet. Sax. lib. 1. c. 3. n. 29. p. 31.* Ita de privilegiis Frisior. diploma aliquod Carolo M. adscribitur, sed ita ineptum, ut testes inserti in Caroli IV. ætatem incidant; ut demonstrat CRANZ *lib. 2. Vand. 33. & lib. 11. Sax. 6.* nec id diffitetur UBBO EMMIUS *lib. 5. Dec. 1.* rerum Frisicar., licet ipsa privilegia Frisiis data propugnet. adde eundem de libert. Frisiæ & passim. Ita *glossator Speculi Saxonici* passim ad privilegium Caroli M. datum Saxonibus in arce Sassenburga a. 810. provocat, *uti in art. 82. lib. 3. Landr & in proœmio Speculi Saxon.* Cum tamen certum sit, genuinum privilegium jam dudum intercidisse. Sed nec Ottonis M. bulla, quam Robell. in addit. ad dictum proœmium n. 2. allegat, suis mendis caret, quæ tot & tam varia sunt, ut sanari nullo modo possint, testib. PETR. HEIGIO *lib. 1. quæst. Sax. 8. n. 38.* COLERO *in orat. de jure Saxon.* De legibus quoque, quas Carolus M. Saxonibus dedisse passim deprædicatur, notum est judicium ALB. CRANZ. *l. 2. Sax. 21.* cui adstipulatur FABRIC. *lib. 1. Orig. Saxon.* quem allegat CARDIN. THUSCUS *in practic. concluss. Jur. Tom. 7. lit. S. concl. 49.* Fere autem vulgus scriptorum in eo errore hæret, quasi omnia antiqua instituta a Carolo M. orta sint, quæ successive ab Ottonibus, Henricis, Fridericis aliisque Impp. sunt inventa, quædam etiam Caroli IV. ætatem attingunt. Ita sunt, qui electorum Principum institutionem Carolo M. tribuant, ut JORDAN. SPANGENB. *in Chron. Sax. c. 86.* & alii, quos gravissime refutat *Schardius de Orig. electo. c. 1.* Cum ante Ottonis III. tempora in probatis autoribus dignitatis hujus nulla mentio occurrat. HEIG. *part. 1. quæst. Saxon.* Eodem modo parlamentorum institutionem in Gallia Carolo M. adscribit GANGUINUS *lib. 4.* quod tamen longe aliter se habet, HOTOMANN. *in Francogallia*, GRYPHIAND. *de Weichb. Sax. c. 36. n. 8.* & seqq. Quod argumentum ut pluribus confirmetur, hujus loci & instituti non est. Sufficiat adsertionem nostram uno & altero exemplo adstruxisse.

Frisonum privilegia falsa.

Caroli M. privilegium Aquisgranense est suspectum. Aquisgranum non a GRANO *conditum.*

Cardinalium & Marchionum dignitas Caroli M tempore nondum nota.

Ordo inter status non observatus.

Ottonis M. diploma falsum.

Carolus M. an leges Saxonibus dederit?

Electorum institutio Carolo M. falso adscripta.

Parlamentorum institutio.

SECTIO IV.

Falsitas diplomatum unde colligatur?

Cum vero falsitas commissa difficilis sit probationis, obtinuit inter JCtos argumentis & conjecturis illam probari posse, CRAVETT. *cons. 134.* & quidem, quomodo ex scriptura & sigillo falsitas litterarum eruatur, docuit *Gloss. in c. in memoriam distinct. 19.* Licet & *sibi Canonistæ C. de crimine falsi.* Nos majus opus moventes ad illa nos argumenta convertimus, quæ Critici ad auto-

Falsitas quomodo ex Scriptura colligatur.

Verus autoris foetus unde cognoscatur?

autoris alicujus vera & genuina ſcripta exploranda requirunt. Quorum cum multa cumulet FRIDERICUS TILEMANNI in diſcurſu philologico, tum ex illis in hiſce bullatis nugis examinandis tribus potiſſimum utemur, earumque falſitatem ex temporis diſſonantia, ſtili diverſitate & rerum in eis contentarum falſitate & anticipatione demonſtrabimus. Primum argumentum fortiſſimum eſt, utpote ex *chronologica certitudine*, quæ falli non poteſt, petitum; neque enim aliam ob cauſam tam ſollicite cautum in jure, ut annus & dies inſtrumentis apponeretur *in l. 1. §. 2. ff. de edend. l. 21 C. de text. n. 47. & paſſim.* Nempe ut ex eorum congruentia de facti veritate judicetur plenius, *Gloſſ. in l. generali C. de tabul. gloſſ. ad art. 82. lib. 3. Land-Recht.* Unde commendatur Auguſtus Cæſar, quod non dierum ſaltem, ſed & horarum momenta epiſtolis adſcribere ſolitus ſit: *Suet. in Aug. c. 50.* & contra reprobantur inſtrumenta terminis hiſce deſtituta, ſicuti Lotharius Imp. ſcripta abſque menſe & die menſis nullum habere voluit vigorem, *in LL. Longobard. lib. 3. tit. 38.* Quanto magis ergo rejicientur inſtrumenta cum tempore non congruentia, ſed pugnantia & contradictoria *argto. l. 13. §. 5. ff. de rebus dubiis.* Ita enim diverſitas temporis teſtibus quoque fidem omnem derogat, quando tempus eſt de ſubſtantia actus. *Gloſſ. in C. ob carmen §. fin. ff. de teſtib.* Neque poteſt validius falſitatis argumentum proferri, quam ſi quis probet, eo ipſo tempore, quo id feciſſe arguitur, ſe abſentem fuiſſe *l. optimam C. de contr. ſtip.* cujus rei exemplum recitat *Livius lib. III Dec. I.* de M. Volſcio ex circumſtantia temporis & loci falſi criminis convicto; multis enim emanabat indiciis, inquit hiſtoricus, neque fratrem Volſcii, ex quo ſemel æger fuerat, unquam non modo in publico viſum, ſed ne aſſurrexiſſe quidem ex morbo. Nec his temporibus, in quæ teſtis crimen conjecerat, Cæſonem Romæ viſum affirmantibus, qui una meruerant ſecum, eum tum frequentemque ad ſigna ſine ullo commeatu fuiſſe Jam autem non vivis teſtibus, de quibus v. *Covarr. 2. Reſol. 13. n. 11.* MENOCH. *lib. 3. de præſumt. pſ. 142. & de arbitr. judic. quæſt. caſ. 105. n. 33.* ſed mortuis, qui fallere nec volunt nec poſſunt, probatis ſcilicet hiſtoricis, doceri liquide poteſt, illo die, quo prætenſum hoc diploma datum, fingitur, Henricum V. Cæſarem Moguntiæ non fuiſſe, ſed adhuc in Italia commoratum. Neque teſtes, qui ſubſcripſiſſe jactantur, præter unum, amplius in vivis fuiſſe, ſed defunctos; prout in notis latiſſime probabitur. Ergo neceſſario hinc ſequitur, prærenſum diploma Henricanum falſum & ſuppoſititium eſſe.

Chronologica certitudo falli non poteſt.

Auguſti Cæſaris ſolertia.

Diverſitas temporis ſcripturæ fidem derogat.

Abſentia ſcribentis.

Henricus V. tempore dati Diplomatis in Italia abſens.

SECTIO V.

Ex diverſitate ſtili, falſitas quoque inſtrumenti colligitur.

Huic adſtipulatur alterum argumentum ex ſtili diverſitate & tenuitate, quem quilibet emunctæ naris, non in aula vel in curia, ſed in ſchola vel clauſtro natum videt, non ab exercitato Cancellario, ſed ab imperito ſcholaſtico conceptum. Exſtant conſtitutiones aliquot Henrici V. in tomis MELCH. GOLDASTI *ab Heimnsfeld*, quibus plura alia diplomata, quæ ad manum habemus, addere poſſumus. Quorum ſtilus ab hoc longe diſtat. Lege & conſidera conventionem Henrici V. & Paſchalis Papæ eod. an. III. Romæ initam ac fortaſſe ab Adalberto Cancellario & Archiepiſcopo Moguntino conceptam, apud DODECHIN. *Abbatem in append. ad Marian. Scotum.* item diploma civitati Spirenſi hoc eodem anno conceſſum apud LEHMANN. *lib. 4. Chronic. Spirenſ. 22.* & fateberis, ſpurium hoc diploma Bremenſe non ab eadem manu vel curia profectum, præſertim propter barbariſmos, qui in eo intercurrunt plurimi. Quamvis enim incongrua latinitas vel error grammaticalis non vitiet inſtrumenta *L. Imperator. 8. ff. de Stat. hominum*; vitiat tamen reſcripta Principum eaque maxime ſuſpecta reddit *C. ad audientiam II. & ibi Panorm. & Canoniſt. X. de fide inſtrument.* ubi Pontifex propterea litteris Apoſtolicis fidem adhiberi vetat, quod manifeſtum in conſtructione peccatum contineant, & rationem reddit ibidem gloſſ., quod per multas manus tranſeant & deliberato fiant MATTH. WESEMB. *conſ. 12. n. 58. Vol. 1.* neque heri facile poſſit, ut fallat latinitas tot oculis ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, tot inſuper illuſtrata manibus, ut habent verba in l. 8. C. *qui teſt. facer. poſſ.* Alioquin quid magis autoritatem Romani Principis deprimit, quam ſi is Romane loqui neſciat, ſed barbarizet cum illo, *in C. retulerunt diſt. 4. de conſecrat.* ut non immerito ex hac cauſa privilegium Carolinum Saxonum impugnet CRANTZ. *lib. 2. Saxon. 21.* commiſerunt barbariſmos, inquit, quos plurimos fecit fabulator, ut vel ea re maxime prodat, non eſſe narrationem Imperatoris, cujus ſcriniarii non ita titubaſſent. Idem in noſtro quoque diplomate valeat, maxime concurrentibus aliis indiciis, de quibus notus eſt verſiculus: *Et quæ non proſunt ſingula, juncta juvant.* Tertium argumentum latiſſime patet, quando in Henricano diplomate narrantur res non modo falſæ, ſed etiam a ſtatu illius ævi prorſus alienæ & adhuc ignotæ; quippe quæ diu poſt demum emerſerunt. Ubi non immerito quærimus, unde Imperator futurarum rerum notitiam acceperit, cum alias de rebus futuris & contingentibus non ſit certa & determinata veritas, ſi non autorem ad ſui temporis ſtatum reſpexiſſe conceſſeris? quod argumentum cum latiſſime pateat ac per univerſum diploma Henricanum diffuſum ſit, operæ pretium erit, id per partes deducere & ſingularum rerum falſitatem ex circumſtantiis eius ſeculi oſtendere. Et quia tenor privilegii Carolini cum Henricano fere congruit, una fidelia, quod dicitur, duos parietes dealbabimus.

Stili diverſitas arguit falſum.

Henrici V.

conſtitutiones aliquot exſtant.

Conventio Henrici V. & Paſchalis Papæ.

Error Grammatices vitiat reſcripta.

Carolus M. elegantiæ ſtudioſus.

SECTIO VI.

Caroli M. privilegia nullibi, niſi in ore vulgi exſtant.

Antiquiſſimum omnium Caroli M. privilegium civitati Bremenſi ad inſtantiam S. Willehadi prætenſe conceſſum quod attinet, ejus falſitas tam eſt in aperto, ac imber, cum pluit; ut neſciam, an operoſa demonſtratione indigeat. Primo enim tantum abeſt, ut ipſum authenticum Caroli M. ſigno munitum exſtet, ut ne quidem ejus exemplar

Privilegii Carolini falſitas apertiſſima.

Privilegii Carolini neque

authenticum neque exemplar proflat.

exemplar ab ullo vel hiſtorico vel chronographo prolatum ſit vel proferri a Bremenſibus poſſit, cum tamen privilegia non præſumantur, niſi probentur vid. aſſert. *Libert. reipubl. Brem. p. 259. ſqq. Acta Sweden contra Bremen p. 122. ſeqq.* GRYPHIANDER *de Weichb. pag. 82. 116.* LEUBER *de Stap. Sax. ſ. 466. ſeqq.* HENNING GOEDEN *conſ. 39. n. 20.* Si quis aſſerat, cum mandatis noſtris ſecretis, (puta privilegii, dignitatis, jurisdictionis) ſe veniſſe, omnes ſciant, nemini quicquam, niſi quod ſcriptis probaverit, eſſe credendum, *ajunt Impp. in C. 1. C. de mand. princ.* Unde etiam ad eſſentiam privilegii ſcriptura requiritur, *Ruland. de Commiſſ. lib. 2. c. 4. n. 4. & 25.* ubi de aliis requiſitis vide; adde GAIL. *lib. 1. obſerv. 1. n. 9.* ejusque editio petenti concedenda eſt, quia privilegia inſpicienda ſunt ad hoc, ut ſciatur, quid in iis contineatur, & nemo præſumitur privilegiatus, niſi id probet, *gloſſ. 2. ad artic 18. lib. 1. Land-Recht.* Quamvis vero *Henricus Berſinus* civis Bremenſis ad probationem eorum, quæ ipſe de prærogativa civitatis Bremenſis contra *Tilemannum a Badendorff* Lubecenſem Hamburgi diſputaverat, communicationem privilegiorum ſibi fieri peteret; tamen is a Senatu voti compos fieri non potuit, ut in *Chron. Brem. MSCt.* refertur ad an. 1300. Neque inſpectio illorum, ad quam ſe tum obtulit Senatus, hactenus ſubſecuta eſt, cum tamen privilegia nihil proſint, niſi producantur & ſigilla recognoſcantur; ut hinc ſatis pateat, Carolina hæc privilegia nullibi, niſi in mera jactatione & ore vulgi ſubſiſtere. Unde etiam ex hac inani jactatione in annales Bremenſium MSCt. irrepſerunt. Quod cum fundamentum ſit aliorum privilegiorum, quæ inſequuta ſunt, eo deſtructo cætera etiam corruunt, verificaturque illud vulgare: *Et collapſa ruunt ſublatis tecta columnis.* WESEMB. *conſ. 13. n. 66. vol. 1.*

Diſputatio civis Bremenſis cum Lubicenſi.

Senatus Bremenſis recuſat inſpectionem privilegiorum.

SECTIO VII.

Caroli M. tempore nullæ in Saxonia urbes fuerunt.

Caroli M. tempore nullæ urbes Saxonicæ fuerunt.

Secundo notum & certiſſimum eſt ex ipſa rerum natura petitum principium, non entis nulla ſunt accidentia, nullæ qualitates vel effectus, neque datio neque donatio ulla eſſe poteſt, niſi ſit, cui fiat quique eam acceptet, etiamſi fiat a ſummo Principe. ALCIAT. *Reſponſ. 34. n. 25. lib. 2.* Jam autem certum eſt & ex probatis hiſtoricis rerumque argumentis evinci poteſt, Caroli M. temporibus nullas in Saxonia i. e. Weſtphalia, Angrivaria omnique illo tractu inter Wiſurgim, Albim, Salam, urbes vel civitates fuiſſe, ſed pagos & villas tantum. De veteribus Germanis id jam olim prodidit *Cornel. Tacitus*, qui de ipſorum moribus ita ſcribit: nullas Germanorum populis urbes habitari ſatis notum eſt, ne pati quidem inter ſe junctas ſedes; colunt diſcreti ac diverſi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit &c. Conſentiunt STRABO, HERODIANUS, IRENICUS, ALTHAMER *in comment. ad Tacit.* MÜNSTER. *in Cosmograph. lib. 3.* REINECC. *in Syntagm. hiſtoric. part. 3. de regno Germaniæ*, *Dreſſer & Petr. Berth. de urbibus Germaniæ & alii.* Atque hæc collectio plurium domorum per agros diſperſarum pagi dicti ſunt, ſicuti hujus nominis frequens apud ſcriptores mentio occurrit, per pagos integros diſtrictus denotantes, eleganter MARQUARD FREHER *lib. 21. de origin. Palatin. 5.* REINECC. *ad annales Caroli M. poet. anonym. fol. 9.* Domus ipſæ villæ ſunt dictæ, ſicuti definiuntur in *artic. 35. ſ. 1.* WEICHBILD. Dicitur & curia ſepibus vel virgis ſepta *artic. 61. & 127. ibid. artic. 66. lib. 3. Land-Recht*; SOCINUS *conſ. 166. n. 2. vol. 3.* Inde diminutivum *curtis* tam Romanis ſcriptoribus, quam Feudiſtis notum, in *C. unic. ſi de inveſt. feudi controv.* Quæ tamen nobilium propria fuiſſe videtur, vulgo *ein Hof*, inde compoſita *Juncker-Hof, Mayer-Hof.* Ex hac germanica orta eſt vox *huba terræ*, *ein Hufe Lands* i. e. prædium tantum agri complectens, unde quis ſe & familiam ſuam ſuſtentare poſſet. BALD. & *F. F.* in *ſ. ſi quis de manſo* dict. tit. *ſi de inveſtitur.* HOTOMANN *in lexic. feud. verbo manſus.* Hinc eſt, quod una curtis nobilium ſcilicet plures manſos recepit; late ANDR. KNICHIUS *de pact. inveſtit. lib. 2. cap. 3. n. 30.* WINCKELM. *notit. infer. Saxo-Weſtph. lib. 2. cap. 2. n. 12. & ſeqq. p. 250.* Tria ergo habitationum genera illo tempore in uſu fuerunt, pagi, curtes, villæ, quorum illi totum, hæ partes repræſentant. Urbium in Saxonia uſus ignotus fuit. De pagis Svevicis eorumque villis ſcripſit FREHER. *libr. 2. de orig. Palat. c. 13. & 15.* ejusque exemplum ſequutus HENR. MEIBOMIUS de pagis Saxonicis atque ita pleraque loca Saxoniæ villæ Caroli M. tempore fuerunt, quæ diu poſt demum in urbes coaluerunt. De Paderborna *poeta anonymus Caroli M. ad an. 777. Tunc ibi villa fuit, tantum nunc Pontificalis eccleſiæ conſtructa nitet clariſſima ſedes.* Sed & *Ulma* villa Alemanniæ dicitur in *annalib. Fuldens.* ad an. 858. item curtis Regia ad a. 892. villa regalis a Carolo M. Augiæ majori coenobio conceſſa, apud *Mut. lib. 9. rer. Germ. in fine.* Ita *Francofurtum* villa dicitur in *cap. Caroli addit. 2. c. 25.* In eadem villa Francof. Imp. Ludovicus I. menſe Majo conventum habuit Auſtralium, Francorum Saxonum &c. ita & PAULUS LANGIUS in *chron. Citicenſi* ad an. 1198. villas aliquot regias recenſet, nempe *Northuſen, Salveld, Mühlhuſen &c.* quæ poſtea muris incluſæ in urbium cenſum ſunt relatæ. Plura de villis regiis vid. apud LEHMANNUM *in chron. Spirenſ. lib. 2. Cap. 18.* Quamvis vero ſint, qui aſſerant, urbes eo tempore villas appellatas fuiſſe, tamen hoc ipſum eſt in quæſtione. Neque enim veriſimile eſt, ſi villæ tum fuiſſent urbes, Impp. veteres eas coenobiis ac eccleſiis donaturos fuiſſe. Ita Carolus M. an. 775. coenobio *Laurisheimenſi* donavit villam *Oppenheim* in pago Wormatienſi ſitam cum omni dignitate, *chronic. Laurisheim.* & valde abuſiva imo inſolita hæc acceptio villæ probanda eſt ab eo, qui in ea ſe fundat, cum villæ tunc temporis ruſticorum tantum habitationes denotarint; inde *Gloſſ.* ad *artic. 55. lib. 2. Land-Recht. Die Stædte heiſſen wir zu Latein* oppida *und das iſt ein Weichbild; aber ein Marck oder ein Dorff, welches nur mit einem Zaun oder Graben beveſtiget iſt.* Atque hoc ipſe *Lehmannus* agnoſcit, cujus verba adſcribemus: *Ob nun wohl in folgenden Zeiten viel Flecken*

Pagus integrum diſtrictum denotat.

Villæ nihil aliud ſunt quam domus.

Curia, curtis.

Manſus, huba quid?

Tria habitationum genera ſiſtata.

Paderborna olim villa.

Ulma villa Regalis.

Francofurtum villa.

Urbes an etiam villæ dictæ?

Villæ olim eccleſiis donatæ.

Differentia inter oppida & villas.

Civitates Imperii olim villæ fuerunt.

cken am Volck und Reichthum trefflich gewachſen, und jetzo fürnehme Reichs-Stædte ſeyn; ſo iſt es doch gewiß, daß ſie zu Zeiten der Teutſchen Frænckiſchen Könige und Kayſer noch keine Stædte geweſen; ſondern werden in den Hiſtorien nicht anders als villæ regiæ *genannt, in welchen die Könige gleichfalls* palatia *gehabt, und bisweilen auch Reichs-Tage dahin gelegt haben. Alſo werden ausdrücklich in der* Caroliner *Hiſtorie* villæ Regiæ *Reichs-Flecken genannt* Franckfurt und Ingelheim, *in welchen beyden* palatia *und etzliche Reichs-Verſammlung gehalten &c.* Hæc LEHMANN. *lib. 1. chron. Spir. c. 18. Regino l. 2. annal. Franc.* WINCKELM. *notit. vet. Saxo-Weſtphal. lib. all. 2. c. 9. pag. 347. ſeqq.* Quæ pluribus exemplis illuſtrari poſſent, ſi opus foret.

SECTIO. VIII.

Sub Henrico Aucupe primum urbes in Saxonia condi coeperunt.

Henricus Auceps, primus urbium Saxonicarum fundator.

Ceterum hanc Imperii & habitationum formam nonnihil immutavit *Henricus Auceps* Imperator Romanus & ex Saxonibus primus, quippe qui primum urbes & civitates munitas contra Hunnorum irruptiones exſtruere coepit. Qua de re eleganter differit *autor anonymus* a Theodorico *a Niem* epiſcopo Verdenſi editus, de *privilegiis & juribus Imperi:* Illo tempore, inquit, nondum erant in nova Saxonia aliquæ civitates aut oppida munita, ſed villæ campeſtres atque arces ſeu caſtra, in quibus quidem villis ruſtici, in arcibus ſeu caſtris nobiles & Saxonum ſatrapæ reſidebant, & poſtea hic Henricus (ſcilicet Auceps) incepit in nova Saxonia primo condere oppida illaque firmare muris & foſſatis, vid. *aſſert. libert. reipubl. Brem. p. 518.* Cum hoc omnes ſcriptores conſentiunt, quorum aliquos allegat LEHMANNUS *in chron. Spir. lib. 5. c. 1.* & Nos in *notitia vet. Sax. Weſtph. p. 355.* Poſſet id inductione exemplorum latiſſime confirmari, ſi quis nomenclaturam urbium Saxonicarum conditarum hic cumulare vellet. Ita dictus Henricus Auceps condidit Goslariam, Miſniam & Quedlinburgum. *chron. Erf. MSCt. hiſtor. de Landgr. Thur. c. 9.* GOBELINUS *in coſmodr. ætat. 6. c. 47.* Otto Magnus Magdeburgum GOBEL. *d. l.* SIGEBERT & SIEGFRIED *Presb. Miſnenſis.* ADAM BREMENS. *c. 60.* quod tamen alii Ottoni II. tribuunt; Bruno & Tanquardus Duces Brunſwicenſes urbem & arcem Brunſvigam CRANZ. *lib. 2. Sax. 31.* BUNTING. *in chron. Brunſv.* ANDR. KNICH. *in epopſi hypotypoſis Daubinæ n. 408.* Erfurtum ſub Henrico IV. muris cingi coepit. MUNSTER. *lib. 3. coſmograph.* licet PETR. BERTIUS *lib. 3. comment.* id diu poſt a factum ſtatuat. Hamburgum Alebrand archiepiſcopus muro circumdare & turribus munire voluit, niſi velocior ejus tranſitus votum illud impediviſſet, quod poſtea Adelbertus ſub Henrico IV. demum implevit. ADAM BREMENS. *in hiſt. eccleſ. c. 104. & 145.* Lubeca incunabula ſua Henrico Leoni debet, incrementa Friderico Barbaroſſæ DRESSER. & BERT. *de urbib. German.* CHYTRÆUS *in Saxon. Joannes in lib. ad Statut. Lubec. & alii.* Aliorum alia & recentiora ſunt initia, de quibus vid.

in villis ruſtici in caſtris nobiles commorati.

Goslaria ab Henrico Aucupe condita.

Magdeburgum & Brunſwiga quando exſtructæ?

Erfurti origo.

Hamburgi munitio.

Lubecæ incunabula.

LEHMANN *in chron. Spir. lib. 4. c. 5.* Neque tamen quisquam exiſtimet, eam tum fuiſſe urbium formam, qualis hodie cernitur, ſed talem, qualem vici noſtri repræſentant, cum omnium rerum exigua plerumque ſint initia: murum ſepes faciebant, munitiones foſſis, palis, & aſſeribus clauſæ. Quo reſpiciunt Statuta Bremenſia a. 1303. condita. *Se ſchoelen weſen buten unſen Muren und Blancken. artic. 15. & paſſim.* Quales urbes, tales & ædes, nempe luteæ & trabibus viminibusque contextæ. Formam apud Slavos deſcripſit HELMOLD. *lib. 2. c. 13.* Sed nec in conſtruendis ædificiis operoſi ſunt, quin potius caſas de virgultis contexunt, neceſſitati tantum conſulentes adverſus tempeſtates & pluvias; cujus generis primi homines apud *Senec. epiſt. 90.* poſtea Romani priſci, de quibus OVID. *6. Faſtor.*

Ædificia veterum Saxonum inculta.

Quæ nunc ære nitent, ſtipula tunc tecta videres,
Et paries lento vimine textus erat.

Domus lapideæ veteribus Germanis ignotæ.

Et tandem veteres Germani incoluerunt teſte Herodiano lib. 7. rara apud Germanos, inquit, ſtructura ex lapide ac lateribus denſisque potius ſylvis, quarum confixis coagmentatisque lignis quædam quaſi tabernacula ædificant. Manſit inde appellatio Saxonum *Löven* pro tabernaculo in quam multa oppida Saxoniæ deſinunt ut: Alvensleben, Hallensleben, Aſchersleben, Isleben. REINECC. in Syntagm. hiſt. part. 3. fol. 448. ſed & SPANGENBERG Salingleben non inepte vertit, *der Salingen Leuben* in *chron. Schawenb. l. 1. c. 4.* GEDANUM ſ. Dantiſcum Boruſſiæ potentiſſimam hodie urbem eſſe, nec poſtremam Hanſeatici foederis quis ignorat? & tamen de ea prodidit CRANZ. referente PETRO BERT. *lib. 3.* ante pauca ſecula legatum illuc Hamburgo miſſum in domo privata mandata ſenatui expoſuiſſe, quæ unica illic ſtabat lateritia inter plures alias cannis paluſtribus ac limo firmatas. Vicum apertum primus aſſeribus munivit Primislaus Dux Poloniæ a. 1295., qui poſtea a. 1343. muris cinctus eſt. PETR. BERT. *d. l. 3.* Ita Philippus archiepiſcopus Colonienſis ſub Friderico Barbaroſſa *Coloniam Agrippinam* vallo & turribus munire coepit. ARNOLD. LUBECENS. *l. 3. chron. Slav. c. 11.* De *Groninga* Friſiæ ſic ſcribit UBBO EMMIUS: ea muro etiam lateritio cingere ſe coepit a. 1110, cum ligneo ſepto pro muro uſa hactenus per nonaginta annos eſſet. Tum portæ quoque, quales reliquorum oppidorum ſunt, firmo opere ſtructæ, foſſæ ductæ, turres majoris munitionis cauſa in moenibus excitatæ, denique in oppidi veri formam tum primum conciliabulum verſum &c. quos tamen muros poſtea aliquoties dejicere coacta eſt vid. EMM. *lib. 6. rer. Friſicar.* Fori Lubicenſis quam exigua fuerint primordia, licebit cognoſcere ex HELMOLDO *lib. 1. chron. Slav. c. 72. 77. & ſeqq.* ea diu non alias, quam luteas ædes agnovit, quousque exuſta formam mutaret, *chron. Sax. MSCt.* cujus verba vernacula apponemus. Anno 1251. *verbrannte de Stadt Lübeck mehr denn half ut. Do möſte man nicht mehr buwen van Leme, ſondern van Barnſtein. Do wart de Stadt erſten von Stenen gebuwet.* Conſentit PETR. BERT. d. l. Sed & Bremæ circa a. 1200. primum exſtrui coeperunt

Dantiſcum urbs ab exiguis initiis coepit.

Colonia & Groninga munitæ.

Urbis Lubicenſis exigua initia.

Lubeca quande lateritia facta?

camerae lapideae, cum antea ignotae fuerunt *chron. Bremenſ. MSCt.* De Embdae munitione cum dixiſſet Ubbo Emmius ad a. 1368. ſubjicit: Tantula tunc Embda fuit, quae nunc pauculos intra annos ita crevit, ut in fortunatiſſimis, quae ſunt ad mare Oceanum, urbibus cenſeri queat *l. 14. rer. Friſicar.* Ipſa quoque templa olim lignea erant per Saxoniam, non lapidea. ADAM. BREMENS. *in hiſtor. eccleſ. c. 15. & 104.* Ex quibus omnibus ſatis ſuperque patet, exigua civitatum initia in Saxonia a temporibus Henrici Aucupis paulatim creviſſe ac tandem in hanc formam coaluiſſe.

Embdae incrementa.

Templa olim lignea.

SECTIO IX.

Brema urbs Caroli M. tempore in rerum natura non fuit.

Hæc cum ſint communia initia civitatum Saxonicarum, quomodo ſola urbs Bremenſis exlex fuit ac lucem, priusquam naſceretur, aſpexit. Quomodo illi ulla privilegia concedere Imperator Carolus M. potuit, quae tum nondum in rerum natura fuit? reſpondet & WILH. DILICH. *in Chron. Bremenſ.* pag. 58. hoc modo: Brema utrum pagus tum fuerit an oppidum, non difficulter conjectari poteſt, muros non habuit; ſed nec muri civitatem efficiunt. Fuiſſe autem locum ceteris eminentiorem, argumento eſt non tantum Fabirani nomen (apud Ptolomaeum inventum) ſed & epiſcopalis ſedes ibi conſtituta. Et quod Willehadus a Carolo privilegia, quae pagis dari non ſolent, impetravit, eaque Carolus conſpicuo Rolandi teſtimonio publice poſteris obſignavit omnibus tum maxime, quod ex privilegiorum verbis apparet, ea jus civitatis non dare, ſed ornare. Haec ille. Qui praeterquam, quod Henricanum cum Carolino privilegio more majorum confundat, etiam in multis graviter hallucinatur, praeſertim in eo, quod ex uſu noſtri temporis id vocabulum aeſtimans pagum pro villa accipit, cum ſicut totum & pars differant. Ex quo conjicere licet, quam ſit ipſe in antiquitatibus Saxonicis hoſpes, qui ne quidem notationem urbis, cujus res geſtas deſcribere parat, cognitam habet; Cave, inquit *Henr. Meibomius* de *pagis Saxonicis*, pagum intelligas vicum ſeu villam muris ac portis carentem, ut hodie; nam in alio ſignificatu pagus erat tractus ſive diſtrictus unius regionis vel populi alicujus pars, Germanis veteribus *ein Gau.* Neque Dilichium relevat politica civitatis conſideratio ex Bodino lib. 1. de republ. 6. quia illa ad pagum non ad villam pertinet ac totum diſtrictum denotat. FREHER. *de orig. Palat. lib. 1. c. 5.* Ita pagus Wormatienſis & Spirenſis in antiquo libro Santgallenſi civitas dicitur, LEHMANN. *in chronic. Spirenſi lib. 1. c. 5* ubi hoc diſcrimen pulchre explicat, ibi civitas ſignificat totum agrum omnemque ditionem. Saxones ſua lingua *Börde* vocant, REINECC. *ad annal. Caroli M.* fol. 9. unde Longobardi dicti quaſi *von der langen Börde*, talis fuit pagus Wihmodi cujus meminit *Regino lib. 2. ad ann. 804.* MEIBOM. *de pagis Sax.* qui nunc fere totus eſt *epiſcopatus Bremenſis*, cui ſic privilegia Caroli data eſſe oportuit. Brema ſi exſtitit, villa ſaltem fuit. Villae autem ex praeſuppoſito Dilichii ampliſſimae urbis privilegia minime competunt, quia villa non habet rempubl. *gloſſ. in l. respubl. in fine C. ex quibus cauſ. major.* uſque adeo, ut privilegia oppido conceſſa ad villam non pertineant. WURMBS. *lib. 1. obſerv. practic. tit. 49. obſ.* 2. nimirum, quia his, ut ſimiae torques aut corona aurea non ornamento ſed ludibrio eſt, eoque pertinent adagia: non omnis cothurnus cuique pedi aptus; Non omnibus omnia quadrant.

Brema urbs Caroli M. tempore nondum nata.

Caroli M. & Henrici V. privilegia paſſim confunduntur

Pagus Czau, Börde.

SECTIO X.

Bremae in annalibus Francicis Caroli M. nulla mentio occurrit.

Quod ſi Caroli M. res geſtas & annales Francicos oculatius perluſtremus, nullam Bremae mentionem inveniemus, ut ne villam quidem multo minus alium locum eminentiorem fuiſſe ſuſpicemur. Quod argumentum licet ſit ab autoritate negativum, eoque minoris ponderis, quaſi non probet hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, juxta verſiculum *gloſſae* in C. non hoc C. unde legitimi; tamen aliis indiciis & circumſtantiis concurrentibus contemnendum non eſt, quomodo enim REGINO diligentiſſimus Caroli M. ſcriptor mentionem Bremae praeterire potuiſſet, cum lib. 2. pagum Wihmodi, in quo Brema ſita eſſe debuit, inculcet? cum Mindam locum ignobiliorem non praetereat, ſic enim ſcribit ad a. 798. Rex collecto exercitu Heriſtallio ad locum, qui Minda dicitur, pervenit, & totam inter Albiam & Wiſeriam Saxoniam depopulando peragravit. Si eminentior aut munitior locus Bremae fuit, cur eum populando non attigit Carolus procul dubio hic reſiſtentes deprehenſurus? cum vel recto itinere, vel prono Viſurgis flumine illac tranſiturus intactum dimittere non poſſet? Ruſus in annalibus rerum geſtarum a Juſto Reubero editis ſic legitur ad a. 797. ipſe more ſolito Saxoniam vaſtaturus intravit; nec prius deſtitit, quam omnes terminos ejus peragraſſet: Nam uſque ad ultimos fines ejus, qua inter Albim & Wiſeram Oceano alluitur, acceſſit. Quin imo ſpecialiter Hadeloclae ſive Hadeleriae, ubi locus a caſtris Caroli *Carelsſant* dicitur, hic memine-runt *annal. Fuldenſ.*, *poeta anonymus*, *Albert. Abbas Stadenſ. Cranz.* & alii. Si ergo Hadeleriam ac Wurſatiam in dioeceſi Bremenſi ſitam non intravit, ſed peragravit totam, quomodo Brema in eodem tractu comprehenſa ac vix tribus milliaribus inde diſtans inacceſſa evaſit. Denique cum ſupra Bremam ad confluentiam Viſurgis & Alrae in loco, qui Ferdi dicebatur, (ubi hodie Verda urbs ſita,) Carolus criminale judicium celebraret ac Saxonum quater millia quingentosque viros propter defectionem capitali ſententia plecteret, *annales ver. geſtar.* JUST. REUB. *ad a. 782. poeta anonymus*, *Abbas Stadenſ.* CRANTZ. *d. l.* quomodo nunquam vel Bremam quatuor ſaltem milliaribus inde diſtantem pervenit Carolus vel in ejus loci mentionem inciderunt hiſtorici? Quod vero diploma Carolinum fundationis apud Adam Bremenſ loci Bremon vocati & ſuper flumen *Wirhaam in Wigmodia* ſiti meminit, quanquam & illud ſit ſuſpectum, tamen pro nobis facit, quod Bremam nec urbem

Bremae nulla mentio occurrit.

Regino Wihmodiae ac Mindae meminit.

Carolus Saxoniam depopulatur.

Omnes terminos Saxoniae Carolus percurrit.

Carelsſant in Hadeleria.

Carolus Verdae judicium criminale exercet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urbem nec villam sed locum tantum appellet, non omissurum hanc dignitatis notam, si in eminentia aliqua fuisset. Quomodo & Ottonis M. privilegium datum Adalgago archiepiscopo Hamburgensi d. a. 966. Bremon locum nuncupat inter diplomata ERPOLD. LINDENBR. forte propter trajectum & pontem qui hic super Visurgi fuit frequentem ac notum, inde dictus Bremunt; sicuti vicina Ochtmunt, Lesmunt, & contracte Lesmona, Lesma ab alveo & ore fluvii. Nec illud subticere volumus, quod ex *libr. donationum allegat* ADAM. BREMENS. c. 15. ubi Brema locus vel villa publica dicitur; id enim si in autographo ita se habet, ad posteriora Willerici tempora pertinet. Quod si hoc in loco nunquam commoratus fuit Carolus, tantum abest, quod curiam suam hic celebraverit (*hætte zu Bremen jemahls seinen Hof gehalten*) multo minus credendum est, privilegiis eum ornasse, cum nullus locus in Saxonia ad Caroli M. privilegia provocet. Una Venetiarum urbs in Italia & libertatem suam ad Caroli M. autoritatem refert, si credimus *Alberico de* ROSAT. *in l. 1. C. de summa Trinitate* & aliis, quos refert TOBIAS PAURMEISTER *lib. 2. de jurisdict. Imp. c. 4. n. 34.* Quam urbem antiquissimam ac tunc quoque potentissimam fuisse novimus, neque reperimus, alias eodem honore dignas habitas. Aquisgranum præ omnibus Germaniæ locis dilexit Carolus, ubi etiam palatium ac templum magnifice exstruxit, EGINHARD. in *vita Caroli, poeta anonym. & alii*, neque tamen alia huic privilegia concessit, quam quod regni sedem eam esse voluit. GUNTHER. *lib. 1. Ligur.*

Bremæ trajectus vel pons fuit.

Carolus nunquam Bremæ fuit.

Aquisgranum Carolo M. charum.

Imperii sedes constituta.

Hoc ubi prima loco, veluti cunabula regni,
Carolus esse volens, magno cum Francia Regi
Utraque serviret.

Carolus Paderbornæ crebro commoratus.

Paderbornæ quoque sæpissime commoratus est Carolus, & libenter quidem HERMANN. KERSENBR. *in catal. episc. Paderb.* ubi etiam Leo Papa bis eum invisit, *annal. Franc. ad a. 799. poeta anonym., Abbas Stadens.*, CRANTZ. *lib. 1. Metrop. 2.* eorumque distinctas habitationes etiam nunc illic monstrari testatur REINECC. ad annal. poetæ anonymi fol. 44 neque tamen villa ipsa in urbis fastigium erecta, multo minus privilegiis ac immunitatibus ornata legitur. In eadem dioecesi fuit Heristallum villa ita dicta sive a stabulo Principis, ut vult CRANZ *lib. 1. Metrop. 12.* sive a castris, quæ crebro hic habuit Carolus. *Poeta Paderborn. ad a. 797.*

Heristallum a castris Caroli dictum.

Ergo suo secum comitatu protinus omni
Assumto, Wisuræ positis in littore castris,
Sedit, Heristallique locum jussit vocitari.

Nequetamen ulla privilegia a Carolo obtinuit, ne quid de aliis Saxoniæ locis dicamus. Qui ergo tam felix locus Bremensis fuisse putabitur, ut pro futura urbe, de qua ne cogitare quidem potuit Carolus, tam amplissima privilegia meruerit.

SECTIO XI.

Refutantur argumenta Dilichii pro antiquitate urbis Bremensis.

Sedes episcopatus in urbe figenda.

Opponit tamen Dilichius, quod episcopalis sedes Bremæ constituta fuerit. Id autem fieri nisi in urbibus non debeat juxta dispositionem, *in C. episcopi C. non debere dist. 80. C.* audivimus. Unde Baldus contendit, civitatem non dici, nisi cui præsideat episcopus *in C. ex hoc jure ff. de Just. & jure & ex l. unaquæque 36. C. de episcopis & clericis.* Sed hanc Baldi & Canonistarum opinionem, hodie nec ipse Dilichius reciperet, & LL. communiter rejiciunt, LOSÆUS de *jure universitatum part. princip. c. 2. n. 16.* Fuerit licet talis consuetudo Italiæ, de qua SIGONIUS lib. X. de *regno Italiæ in Henrico IV.* Ea terminos suos tam loci quam temporis egredi non debet; in Saxonia certe observari non potuit, ubi nullæ tum fuerunt urbes. Aut ergo sequeretur, Carolum nullos episcopatus in Saxonia condidisse, aut Dilichii ratio Bremæ nihil patrocinatur. Cum enim hic locus prope Visurgim a frequentia hominum fluvium illic transeuntium situsque commoditate, quia nutrit copiose optimos pisces & est fertilis & omnibus bonis abundans patria, ut loquitur *autor de jurib. & privil. Imper.* ecclesiæ electus esset, factum est, ut præter episcopi habitationem etiam alia domicilia hic aggregarentur, donec successive in vicum coalesceret. Ut non urbs episcopatui sed episcopatus urbi causam & incrementa dederit, ejus rei ex multis unum & alterum exemplum subjiciemus. De ecclesia Hamburgensi, ubi castellum tantum fuit, cum illic archiepiscopatus conderetur, vide diploma Nicolai Papæ inter privilegia LINDENBR. & apud ADAM. BREMENS. *c. 105. & 145.* De episcopatu Aldenburgensi, qui postea Lubecam translatus est, sic scribit *Helmoldus lib. 1. chron. Slav. c. 72.* Vicelinus episcopus incolere coepit insulam, quæ dicitur Buzoe, & habitavit sub fago, quousque exstruerent casas, in quibus consistere possent; coepit autem ecclesiam ibi ædificare in nomine Domini: initia vero episcopatus erant in magna teneritudine. Hæc & plura ibi adde eund. *Helmold. lib. 1. c. 83. fol. 66.* neque aliud Willehado Bremæ, siquidem hic unquam fuit, inter Saxones incredulos & fidem christianam aversantes contigisse credendum est. Ubi amplius terræ propriæ non habebat Carolus, quam quantum sua pecunia a nobilibus Saxonibus ad constructionem ecclesiarum redimeret, teste *Authore de jurib. & privil. Imp.* adde ADAM. BREMENS. *c. 98.* Multo minus *Phabirano* Ptolomæi quicquam movemur. Quis enim sponsione facta nos securos reddet per illud *Bremundam* intelligendum, cum utriusque nominis nulla sit similitudo, nulla longitudinis aut latitudinis convenientia, nulla loci æqualitas; sed maxima distantia. Nam Ptolomæus Phabiranum prope Teceliam (*Texel* insula) in Frisia collocat, cui etiam eodem gradu respondet. Ut taceamus, quod Ptolomæi tabulæ in multis incertæ & corruptæ sint, quibus illæ duæ judicum Romanorum litteræ apponendæ N. L. Addemus hic Francisci Irenici judicium lib. 1. c. 2. Plinius, Strabo, Ptolomæus magis obscurarunt quam illustrarunt Germaniam in quo enim Strabo cum Ptolomæo convenit, tanta rerum variatio, tanta nominum novitas, ut profecto vix in ambobus nomen nostri seculi integrum seu cognitum reperias. Hæc ille. Esto tamen, collocetur Phabiranum in Saxonia; nihil aliud, quam col-

Baldi opinio rejicitur.

Consuetudo Italiæ alio trahenda non est.

Occasio vici Bremensis.

Episcopatus Bremensis urbi causam dedit.

Episcopatus Aldenburgens. initia.

Willehadi fortuna inter Saxones incredulos.

Carolus in Saxonia terram a nobilibus redimit.

Brema an sit Phabiranum Ptolomæi?

Ptolomæi tabulæ incertæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

collectionem aliquam hominum per pagos dispersorum inde eviceris, ita enim Petr. Bert. id nomen accipit *lib. 1. comm. rer. Germ. c. 21.* Quas Ptolomæus (inquit) civitates vel πόλεις vocat in Germania, eas non oportet existimare fuisse urbes vallo, fossa, portis ac propugnaculis munitas, quales nunc permultæ per universam Germaniam cernuntur, sed fuerunt nihil aliud, quam societates hominum certo foedere ac legibus collectorum simulque degentium &c. quod nihil est aliud, quam quod supra de pagis Saxonicis commentati sumus, quibus privilegia Bremensia non competere palam est.

SECTIO XII.

Quando urbs Bremensis coeperit?

Brema Caroli M. tempore nondum nota.

Manet ergo verum, Caroli M. tempore Bremam urbem in rerum natura non fuisse. Non ergo privilegiis a Carolo M. ornari potuit. Quin ne Ottonis quidem M. tempore fuisse ex supra allegato ipsius diplomate non obscure apparet. Monasterium enim tantum illic nominatur, cui Imp. forum s. mercatum addit, ejusque construendi licentiam Adelgago archiepiscopo Hamburgensi concedit a. 966. Ab illo ergo tempore Brema jus fori *Marckt-Recht* accepit, cum antea id non haberet, sed ita, ut ad archiepiscopum illud pertineret. Et quis scit, si Adalgagus illud, quod impetrato privilegio facere poterat, etiam actu præstiterit; nam ejus successores Libentius & Beselinus eandem licentiam erigendi forum vel mercatum Bremæ a subsequentibus Impp. impetrarunt, ut testantur diplomata ab *Erpoldo Lindenbr.* collecta, & fieri etiam potuit, ut, quod unus inceperat, alter postea compleverit. Inde illa diversitas autorum circa munitionem urbis Bremensis. Ita de Libentio: tunc Brema muro muniri cœpit firmissimo, *Adam Bremens. cap. 75.* Repetit *Albert. Abbas Stad.* ad ann. 988. sed ut non immerito firmissimi epitheton omittat. Uterque hujus obliti inchoationem Alberto tribuunt ad an. 1035. Herimannus archiepiscopus Bremensis magnum ingressurus opus, uti loquitur Albertus fol. 118., sed vix jactis fundamentis cum opere vitam finivit; successor vero Bezelinus murum civitatis a prædecessore suo Herimanno orsum in gyro construens aliquibus in locis eum usque ad propugnacula erexit, alias quinque aut septem cubitorum altitudine semiperfectum reliquit. *Ad. Bremens. c. 102. & seqq.* de eod. *Cranz. lib. 4. Sax. 39.* ejus opera & Brema & Hamburgum urbes communitæ sunt. Aliter CHYTRÆUS *lib. 4. Sax.* prope finem *ex Ad. Brem. c. 86.* Unwanus archiepiscopus primo fossa & aggere parvo Bremam munivit, obiit a 1010. adde *Dilich. in chron. Brem.* ad *ann. 1055.* Sed & Libentius vicum trans fluvium ab incolis terræ pretio redimens & fratribus offerens, triginta ex eo per annum convivia dari statuit, *Adam. Bremens. c. 98. hist. archiep. Bremens. in Libent. 2.* Ab hoc ergo tempore verum esse coepit, quod scribit *Petr. Bert.* lib. 3. Brema ignobilis primum ad Visurgim vicus fuit; quam exigua ejus fuerit autoritas sub mortem Adelberti Archiepiscopi a. 1072. qui tamen præ cæteris civitatem & ecclesiam Bremensem valde exaltavit, eamque cæteris urbibus coæquare

Monasterium Bremense, urbe antiquius.

Brema quando muris inclusa?

Brema vicus ignobilis.

constituit, *Ad. Brem. c. 126.* constat ex eodem Adamo archiepiscopi coætaneo, quando parvulam Bremam appellat; Archiepiscopus, inquit, ita munificus, ita affabilis erat, ut parvula Brema ex illius virtute instar Romæ divulgata ab omnibus terrarum partibus peteretur, in *hist. eccles.* c. 42. p. 269. 270. Idem tenuem civium fortunam describens civitatem civibus & forum mercibus defeciisse scribit *c. 183.* sed nec sub Friderico Barbarossa multo majoris potentiæ fuit. Ita enim de eadem urbe ab Henrico Leone occupata CRANZ. nondum, inquit, erat tunc illa, quæ nunc cernitur, urbis munitio lib. 6. Sax. 21. In eandem sententiam differit *Ubbo* EMMIUS *lib. 7. rer. Frisic. Bremenses*, inquit, *moenibus quoque suis diffisi, quæ valde modica tum erant, portas Christiano Comiti Oldenburgico aperuerunt.* Et post: *Bremam nec præsidio satis munitam nec moenibus confidere ausam, primo statim impetu recepit*, ut, qui præsentem urbis statum ad vetera tempora revocant, crassissime impingant contra Augustini regulam: Distingue tempora & concordabit scriptura.

SECTIO XIII.

Caroli M. tempore servi ac mancipia in villis habitabant civium conditione ignota.

Tertium falsitatis argumentum nobis suppeditat ordinum distinctio Caroli M. & subsequent. Impp. temporibus usitata. Quatuor enim ordines Saxonum fuerunt, nempe *Adelingi, Frilingi, Frilatzi* & *Lassi.* ADAM. BREM. *lib. 1. hist. eccles. 5.* REINECCIUS ad *annal. Caroli M* p. 59. HEIG. *part. 1. quæst. Saxon. 8. n. 15.* licet NITHARDUS lib. 4. *hist.* apud *Pith.* ad tres contrahat. Ex quibus nobiles & liberi in castris sive curtibus residebant, cæteri in villis, FREHER. *de orig. Palat. lib. 1. c. 5.* MEIBOM. *de pag. Sax. in princ.* Quanquam hi ordines ita ascenderunt, ut, qui hodie nobis sunt nobiles, olim liberi dicerentur, per nobiles autem Duces & comites intelligerentur, REINECC. *ad annal. d. l.* Inde nomen *FreyHerren* Baronum supereſt, qui tum *Freyen* ac Frilingi dicebantur, REINECC. *in append. ad chronic. Hierosolymit. lib. 3. c. 55.* FREHER. *ad* PETR. *de* ANDLO *lib. 2. de Imper. Rom. c. 12. Frilatzi* liberti erant, quasi in libertatem dimissi, *Freygelassene, Gloss. latin. Theotisc.* Libertini Frilaza in *vet. carm. Germ. Eygen-Leute lasse ich frey.* De his multa in formularum libris MARCULFUS *monachus* & in notis ad eundem HIERON. BIGNONIUS. Lassi servi, ita dicti, quod ab antiquis Saxonibus relicti essent ad colendum agrum, *Lassen*, a *gelassen*, quasi in provincia relictos. *Gloss. ad art. 2 lib. 1. Land-Recht in fin. art. 44. lib. 3. eod. Gloss. ad art. 50. Weichbild* & passim ibi: *da liessen sie die Bauern.* de quibus ANDR. KNICHEN. *in encyclop. c. 1. n. 80. seqq.* Quam multi enim tam in superiori quam in inferiori Germania ejusmodi hominum propriorum reperiantur, tradit HERINGIUS c. 7. n. 317. de *fidejuss.* In Palatinatu vocantur Wildfangii, unde jus Wildfangiatus, vid. autor *justitiæ causæ Palat.* Sed & *Liti* dicuntur, de quibus ALBERT. *Abbas Stadens.* ad an. 915. plures, inquit, se eis dediderunt proprios, & qui ab eis vivere sunt permissi, *Litones* sunt eodem vocabulo

Quatuor Saxonum ordines.

Nobiles & liberi in castris commorati.

Barones liberi.

Liti quinam fuerint?

bulo nuncupati. Inde Litones in provincia Saxonum sunt exorti. Ad eos pertinet lex Ludovici Pii: *Aldiones* vel *Aldianæ* ea lege vivunt in Italia servitutem dominorum suorum, qua *Fiscalini* vel *Lidi* vivunt in Francia apud ANSEGISUM *lib. 4. c. 104.* JO. GRYPHIAND. *tract. Weichb. Sax. cap. 24. p. 82.* Appellantur etiam *Unmundtlingi* in privilegiis Imperatorum *Saxonicorum*, ut in privilegio Ottonis M. dato Adalgago archiepiscopo Hamburgensi a. 937. ubi textus sic corrigendus est: Quamvis vero inter colonos & servos hosce differentia quædam fuerit, (de qua Siccam. *in notis ad ll. Frisic. fol. 73.*) sicuti in donatione Williswinthæ coenobio Laurisheimensi facta, ut diversa ponuntur farinarii (*Mahlmener*) Liti, Liberti, conliberti, mancipia; tamen in eo conveniebant, quod certo servitutis nexu dominis suis obstricti erant; eosque omnes apud antiquos Gallos & Germanos in nullo numero fuisse constat ex *Julio Cæsare:* Plebs, inquit, pene servorum habetur loco, quæ per se nihil audet, & nulli adhibetur consilio. Plerique cum aut ære alieno aut magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum premuntur, sese in servitutem dicant nobilibus; in hos eadem omnia sunt jura, quæ Dominis in servos *lib. 6.* de *bello Gallic.* adde *Tacit.* de *morib. German.* manebant autem ut dictum in villis & mansis; unde etiam manentes dicuntur, item *Meyer*, villici, coloni; de quibus KNICHIUS *l. 2. de pact. invest. c. 3. n. 13.* & quidem tam arcto nexu, ut una cum villis alienarentur. Ita Ludovicus Pius Eginhardo Secretario Patris sui contulit prædia Michlenstett cum servis Regis propriis 14. & uxoribus suis & filiis & Mühlenheim cum servis, uxoribus & liberis 13. *chron. Laurisheim. ad an. 805.* Ita in *antiquitatib. Fuldensib.* refertur catalogus traditionum, ubi semper mancipia cum prædiis ac villis coenobio Fuldensi conferuntur. Et similes traditiones coenobio Bremensi factas in diplomatibus ERP. LINDENBR. reperies. Hi ergo ordines tum in Saxonia fuerunt, civium conditione prorsus ignota; ac cum postea cum Henrico Aucupe & successoribus villæ quædam in urbium censum assumerentur, mansit tamen illa servorum ac mancipiorum conditio in urbibus, quousque vel privilegiis vel pretio dato libertatem redimerent. Nam quod *Lehmannus in chron. Spirens. l. 2. c. 19.* differit, nobiles & ingenuos tantum urbes inhabitasse, id probari nullo modo potest. Ad quid enim illa manumissio civium, de qua LEHMANN. *lib. 2. cap. 20.* si servi non erant, cum privatio semper præsupponat habitum, l. manumissio & ibi *Dd. ff. de just. & jur.* Ita *Henricus V. a. 111.* civitatem *Spirensem* cunctaque mancipia, quæ ibi habebat, regio impulsu libertate donavit EISENGRINIUS *in chron. episc. Spirens.* in Gerh. Ita Otto Dux Brunsvicensis omnes & singulos cives manumisit an. 1314. KNICH. *in encyclop. c. 1. fol. 8.* Hæc causa est, cur a. 1356. vicini comites Hoiensis multa civium Bremensium in servitutem suam asserent, adeo quidem ut bellum exinde nasceretur. *Chron. Bremens. MSCt. Dilich. in chron. Brem. fol. 107.* eoque in statutis Bremensibus statuto 36. cavetur, quod nemo ad Senatum aspirare debeat, nisi sit homo liber, *de schol wesen ein Borger und fry gebaren:* quo statuto opus non fuisset, si non eodem tempore Bremæ servi adhuc inventi essent. Quæ omnia pristinam conditionem ad tenuitatem villicorum & servorum à Caroli M. temporibus ad potestatem delatam indicant, quæ successive postea in civium prærogativam transiit.

Aldiones Piscalini.

Villici, coloni, Meyer.

Servi cum villis translati.

Cives in Saxonia ignoti.

Servi in urbibus pristinam conditionem retinebant.

Cives libertate donati.

Civium Bremensium multi servi.

SECTIO XIV.

Privilegia veterum Impp. ad libertatem & immunitatem tantum pertinent.

Quarto hinc consequitur privilegia à priscis Impp. irrogata ad libertatem & immunitatem civium tantum pertinere. De libertate exempla jam dedimus; ex quibus celebre est Henrici V. privilegium a. 1111. civitati Spirensi concessum, quod omnes, qui in illa habitant, vel deinceps habitare voluerint, a Lege & parte illa, quæ vulgo *Butteil* vocabatur, soluti esse deberent, & neque advocatus neque dominus naturalis de illorum morientium suppellectile quicquam auferre præsumeret. Eodem modo & cives Wormatienses ab actione Juris, quæ *Bidel* dicitur, immunes & ab exactione optimi animalis sive pretiosioris vestimenti, quod vulgo *Haubt-Recht* vocatur, de cetero absoluti sunt a Friderico Barbarossa Imperat. A. C. 1180. KNIPSCH. *de civ. Imp. f. 1030.* b. LEHMANN. *in chron. Spirens. lib. 4. c. 22. fol. 350. & seqq.* ubi explicat, quid sit *Butteil, Haubt-Recht, Gewant-Fall, tote Hand manus mortua &c.* Et cum ex privilegio Ottonis M. de a. 937. aliisque subsequent. Impp. constet, etiam Bremæ ac vicinis locis multa fuisse mancipia, Litos ac colonos ad monasterium Bremense pertinentes, non potuissent eorum privilegia majus quid, quam libertatem continere, quippe quod sine libertate nullius juris capaces essent. Qualis enim conditio servorum illo tempore fuerit, explicavit satis copiose LEHMANN. *lib. 2. Chron. Spir. c. 20.* Neque hanc servitutem a Bremensibus Carolus M. sustulit, ut videtur velle DILICH. ad a. 1356., cum diu postea perduraverit. Multo minus huc pertinet libertas a Carolo Saxonibus indulta, quia ad nobiles & liberos tantum pertinuit, non ad Litos, multo minus ad Lassos, alioqui nullus servus in Saxonia remansisset, quanquam illa Saxonum libertas magis speciosa fuit, quam vera, quia sub Henrico Aucupe Saxoniam demum vere liberam factam esse prodidit, WIDICHIND. *monach. lib. 1.* consentit CRANZ. *lib. 3. Sax. 1. Reinecc. ad annal. Carol. M. fol. 15. Beat. Rhenanus lib. 2. rer. Germ.* GUIL. KYRIAND. *in annal. Trevir. p. 13. in fin.* De immunitate a vectigalium & tributorum exactione id docuit REINER. REINECC. de *orig. Sax.*, licet JO. DAUTH. in *discurs. generali & speciali* contra sentiat, quanquam id quoque serius fuit; nam olim immunitas ecclesiasticis prædiis concessa legitur, cum villæ ac oppida adhuc sub comitum Imperio essent, unde passim *Grafschafft* & *Mundat* (vocabulo corrupto) id est terminus coenobii, separantur, quomodo adhuc alicubi locus civitatis, ut Naumburgi, *auf der Freyheit* dicitur. Quæstiones etiam, quas ab his, qui extra civitatem, in locis tamen, quæ ad emunitatem

Privilegium Spirensis urbis.

Wormatiensium libertas.

Butteil Haubt-Recht quid?

Bremæ mancipia ac liti.

Sub Henrico Aucupe Saxonia vere libera.

Immunitas olim ad prædia ecclesiastica pertinens.

(quæ vulgo dicitur *Muntale*) ſpectantibus habitant ante cameram prænotati Abbatis deduci contigerit &c., hæc ex TRITHEMIO in *Chron. Spanheim.* recitat FREHER. in *gloſſar. voc. ſemilatin.* Ut hinc ſatis conſtet, civitates tunc temporis comitum adhuc Imperio ſubditas fuiſſe, immunitatemque non habuiſſe, niſi quatenus ſingulari privilegio eam accepiſſent.

SECTIO XV.

Item ad mercaturam, ſed ut Henrici Aucupis imperium non excedant.

Civitatum privilegia ad mercaturam pertinent.

Addimus hic facilitatem mercaturæ, quia ad hanc quoque in urbibus promovendam Impp. veter. privilegia tendunt; ita tamen, ut Henrici Aucupis ævum non egrediantur, ſed intra ejus tempora conſiſtant. Hic enim Cæſar primus veterem habitandi formam ita immutavit, ut nonum quemque ex agris in urbem migrare juſſerit, certa parte frugum in horrea publica delata, SIEGEBERT GEMBLACENS. *ad a. 925. Chron. Sax. vet.* BUNTING in *chron. Brunſvic.* DILICH. *in chron. Brem. fol. 60.* Qua de re ſic legitur *in chron. Erford. MSCt. König Heinrich geboth, daß der neunte Mann von dem Lande in die Stædte führe und baueten die Veſte und daß keine Tabernen* (tabernæ inſtitorum) *wæren und keine Dogeding und keine Marckte und keine Hochzeiten, denn in den Stædten* &c. quæ ſententia latine expreſſa eſt a GOBELINO *in Coſmodr. æt. 6. c. 47.* Hæc prima ſunt incunabula privilegiorum urbibus ac oppidis conceſſorum, quæ ad negotiationem ac opificia (vulgo *Bürgerliche Nahrung oder Handthierung*) tantum pertinere palam eſt. Itaque de hoc Imp. Henrico Aucupe intelligendum eſt, quod legitur ipſum ad petitionem mercatorum de conſilio procerum judicaſſe, ut civitates firmas cum muris, turribus & propugnaculis exſtruerent circa aquas navi potentes & flumina navigabilia, *in art. 9. Weichb.* Ita Otto Imp. dicitur Magdeburgenſibus dediſſe pontem ſuper Albim & mercatoribus liberum commercium. *Freyheit zu ſchiffen, zu handthiren, zu kauffen und zu verkauffen, ab- und zufahren und über alle Land und Meer zu Waſſer und Land, zu Roß und Fuß zu reiſen, und habe ihnen gegeben ihr Gewerb frey zu Waſſer und zu Lande nach ihren beſten Nutzen zu üben und zu gebrauchen*, ut habet *verſio Galli* ex *Brotuff* in *chron. Merſeb.* quod ipſum tamen SPANGENBERG Carolo M. quoque tribuit in *chron. Sax. c. 86.* Ut hinc appareat frequens eſſe civitatibus recentiora privilegia ad Carolum M. referre: pertinet huc illud privilegium, ne liceat caſtrum vel forum ædificare, niſi milliare unum diſtet ab alio *artic. 66. lib. 3. Land-R. & lib. 2. art. 26.* nimirum, ne civitas una propter vicinitatem alteram in negotiatione impediat; item privilegium nundinarum certo tempore celebrandarum; de quo TESSAUR. *deciſ. 264.* MATTH. STEPHAN. *l. 2. d. jurisdict. part. 1. c. 1. membr. 2 n. 98.* GRYPHIANDR. *Weichb. p. 263.* ſic Otto M. Imp. A. C. 966. Adeldago archiep. licentiam conceſſit: quæ omnia ad utilitatem commerciorum tendunt; unde ipſæ civitates olim mercatus ac fora, item foralia dicta *in artic. 7. & 2. artic. 9.* & paſſim *Weichbild.* Quod ſcilicet jus fori & emendi & vendendi habeant, *Marck-Flecken, die Marckrecht haben*, ita Gloſſa forum interpretatur, *Marckt von allerley Bürgerlichen Handthierungen, welche denen Stædten zuſtændig ſeyen, ad art. 66. lib. 3. Land-Recht.* Ita Lubeca paſſim forum dicitur ab HELMOLD *lib. 1. chron. Slav. 77.* Ex quo colligitur, quædam oppida fuiſſe, quæ non haberent jus fori. Sic enim cives Lubicenſes, ſupervacuum eſt, inquiunt, conſumtis domibus reædificare in loco, ubi non ſinitur eſſe forum. HELMOLD. *d. l. c. 86.* & in hunc finem primum inſtituta eſt ſocietas *civitatum Anſeaticarum*, hoc eſt ad mare ſitarum nempe commerciorum promovendorum cauſſa; CHYTRÆUS *lib. 33. Sax.* BODIN. *lib. 1. de republ. 7. n. 69.* ANDR. KNICH. *in encyclop. c. 16.* WAREMUND. *ab* ERENBERG *lib. 1. de foedere 2. n. 44.* Licet de fine diverſum ſentiat KECKERM. *in ſyſtem. polit. lib. 1. c. 24. prope fin. 1.* Quod vero *Sibrandus* diſputat, per hæc verba privilegii de anno 1459. *So hebben Wy ehmen gegeven en Stadt-Recht to hebbende und to förende als to Lübeck und Roſtock ene Wyſe und Gewahnheit iſt* &c. oppidulo *Marlow* in Megapoli conceſſam eſſe omnimodam jurisdictionem & merum imperium *ad Stat. Lubec. Sect. X. n. 19*; id recipi neutiquam poteſt; præſertim cum ipſe Sibrandus fateatur, conſvetudine aliud receptum, neque oppidulo criminalem jurisdictionem competere.

Lubeca forum appellatur.

Foederis Anſeatici finis.

Jus fori non importat Jurisdictionem.

SECTIO XVI.

Civitates olim poteſtatis incapaces cingulum militare non habuerunt.

Cum ergo ad libertatem & immunitatem tantum tendant civitatibus ac oppidis antiquitus indulta privilegia: tum maxime ſuſpecta imo falſa ſunt illa, quæ non jurisdictionem ſaltem, ſed & regalia ipſis tribuunt. Cum ab Henrici Aucupis tempore, ſublimis hujus juris villæ & oppida nondum capacia eſſent; non enim habebant clypeum ſive cingulum militare, absque quo nemo bannum regium uſurpare poterat *art. 3. lib. 1. Land-Recht*; ſed is ad comitem civitatis pertinebat. Quamvis vero JO. DAUTH. in *diſcurſ. gener. & ſpec. fol. 39.* contrarium diſputet ac ex prætenſo privilegio Ottonis M. tum etiam ex chronico quodam Magdeburgico contendat, etiam civitates clypeum militarem *den Heerſchild* habere ex inſtituto Henrici Aucupis, tamen Ottonis illud privilegium falſum eſſe ſuperius monuimus; chronici autem hujus autoritatem juri Saxonico merito ſubjicimus, non enim ſequitur, nobiles ac liberi eorumque vaſalli ac banniti in oppidis viventes habent clypeum *d. art. 3. lib. 1. Land-Recht art. 1. Lehn-R.* ergo ipſum oppidum quoque clypeum habet, cum ſingulorum jura cum jure univerſitatis nihil commune habeant *l. 2. l. 7. ff. 1. ff. quod cujusque univerſ.* & hæc ex *Litis* & *Laſſis* maximam partem conflata eſſet. Quod vero cives ad res expeditorias capiendas ex privilegio Henrici Aucupis admiſſi ſunt *art. 25. Weichbild.* HEIG. *part. 1. quæſt. Sax. c. 8.* quod jus antea ſoli militares habebant *art. 27. l. 1. Land-Recht*, non ideo ipſis dignitate & poteſtate æquati ſunt non magis, quam Licentiati Doctoribus ſunt pares, licet in favorabilibus jure ac privilegiis Dd. gaudeant,

Privilegia antiqua civitatibus jurisdictionem tribuentia ſuſpecta ſunt.

Civitates cingulum militare non habebant.

JO. DAUTHII *contraria opinio.*

Jus ſingulorum non eſt jus univerſitatis.

TIRA-

Locus Juris municipalis explicatur.

Magdeburgenſium privilegium.

intervallum duarum civitatum.

Henricus Aucceps primus ruſticos in urbes coegit.

ejus conſtitutio.

Licentiati & Dd privilegiis gaudent.

TIRAQUELL. *de LL. connub. gloss. 2. n. 1.* BENCKENDORF *ad lib. 1. membr. 2. part. 4. n. 27. de R. J.* nam & rustici arma & res expeditorias habere & relinquere possunt *gloss. ad d. art. 27. l. 1. Land-Recht.* ROSCHITZ *de reb. expedit. art. 22.*

Mercatores rusticis æquantur.

n. 16. qui tamen clypeum militarem non habent, quibus etiam mercatores in prohibitione armorum fere comparantur; *in ff. si quis rustic. 5. de pace ten. in usib. feud.* Esto tamen, sit vera illa *Chronici Magdeburgici* collectio; tamen illa ipsa fatetur, ab Henrico Aucupe primum cives id jus consequutos antea non habuisse, sic enim habet textus: *Die Bürger geben und nehmen Heer-Gerætg; darumb haben sie den Heerschild von Gesetzes wegen Kayser Henrichs, denn bey* Caroli *Zeiten war das Recht auf die Bürger nicht gesetzt.*

Caroli M. tempore cives res expeditorias non capiebant.

Ut hinc quoque falsitas chronici Bremensis liquido pateat, dum id jus a Carolo M. deducit. Pertinet huc, quod civitates ad publicos conventus & curiam Regis nunquam vocatæ ante tempora Friderici Barbarossæ; de quibus OTTO FRISING. *lib. 2. de gest. Frid. c. 12. in fin.* ex antiquo Saxonum instituto, quorum nobiles saltem ad conventus veniebant, REINECC. *ad annal. Carol. fol. 61.* nam quæ *Lehmannus* differit, ea ad recentiora tempora pertinent *l. 4. Chron. Spir. 3.*

Civitates olim ad comitia non vocatæ.

neque bullis Cæsarum insertæ.

Sed neque antiquioribus Principum diplomatibus civitates interfuisse vel pro testibus adhibitæ leguntur, nisi sub dicto Friderico Barbarossa *de pace constant. in usib. feud. & passim.* Quo tempore, si Brema in aliqua autoritate fuisset, procul dubio ejus magistratus Friderici Cæsaris diplomati ecclesiæ Hamburgensi super castro & comitia Stadensi a. 1180. concesso adhibitus fuisset. Cum enim illi Otto major præpositus, Burchardus canonicus aliique ministeriales archiepiscopi ex urbe Brema pro testibus interfuerint, mirum est, consules ejus urbis plane præteritos; nisi quia in rerum natura nondum fuerunt; quæ omnia hodierno tempore longe aliter se habere non diffitemur.

Magistratus Bremensis Friderici privilegio non adhibitus.

SECTIO XVII.

De statuis Rulandinis contrariæ scriptorum opiniones.

De statuis Rulandinis scriptorum opiniones.

Quintum falsitatis argumentum nobis suppeditant statuæ Rulandinæ, in urbibus nonnullis Saxonicis positæ, de quibus vide *act. Braunsv. part. 3. fol. 933.* GRYPHIAND. *Weichb. cap. 1. & seqq.* CRUS. *de præcedent.* p. 292. seqq. CONRING. *de urbib. §. 11. Acta Schweden contra Bremen p. 127.* KNIPSCHILD. *de civit. Imp. fol. 9.* Quamvis enim eas scriptorum plurimi ex vulgi judicio ad Caroli M tempora referant; tamen inter se tam varii & discordes sunt, ut verbo Plinii nulli duo concinant, quæ certissima est falsitatis nota, teste JOSEPH. *adversf. Appion.* Alii a Carolo M. in honorem Rulandi eas erectas volunt, ut GEORG FABR. *lib. 7. orig. Sax.* REINECC. *ad annal. Carol.* SPANGENB. *in chron. Saxon. cap. 74.* LINDENBR. *in chron. Caroli M. chron. Bremens. MSCt.* alii ab ipsis Saxonibus, ut ERNEST. BROTUFF. *lib. 1. chron. Martisb. 21. cap.* Et quamvis in eo vere consentiant scriptores, libertatis ac privilegiorum quorundam easdem indices esse; tamen quæ & qualia sint, illa determinare nequeunt. Itaque plerique in genere subsistunt, ut SPANGENB. *de loc. comm. in sol. c. 3* CRANZ. *l. 10. Sax. c. 2.* REINECC. *in comm. ad poet anonym.* REUSNER. *in app. Geneal. in Stemmate Carol. chron. vet. March. lit. C. chron. Brem. MSCt.* & ejus abbreviator DILICH. *fol. 39. & 58.* nisi quod JOH. DAUTH JCtus & advocatus Magdeburg. ut & BROTUFF. magis ad speciem descendunt & ad usum judiciorum statuas has pertinuisse agnoscunt; ille *in hypotyp. contr.* ANDR. KNICH. *sect. 8.* sed his ipsis viris eruditis & prudentibus, qui omnes nostrum seculum attigerunt, in eo, quod a Carolo M. statuas has profectas putant, imposuit tum vulgi communis opinio & jactantia, tum nominis etiamnum remanentis memoria; cujus tamen longe aliam causam fuisse postea demonstrabimus. Et alias notum est, argumentum ab etymo & allusione nominis fallax & lubricum esse, nisi aliis adminiculis sublevetur JCtis ipsis fatentibus EBERH. *in top. in loc. 4.* nec fama & opinio ex errore & imperitia orta in historiis, ubi de facti veritate agitur, magnas vires habet, quia plus valet, quod in veritate est, quam quod est in opinione *ff. 11. Inst. de legat.* Fama summam rei nunciat, non ordinem, ait PLINIUS; & fama est res fragilis introducta ab iis, qui desiderant de aliquo famam esse, ut definivit BALDUS. Fere enim scriptoribus usu venit, quod de Rulandi hujus fabulis subjicit CÆSAR BARONIUS, sæpe suorum gentilium nimius ardens amor plures fallere coëgit historicos, ut absque delectu perciperent quæcunque scripta, quibus ipsi quolibet modo gloriam suis compararent, *in annal. eccles. ad ann. 812. in fin.* Quod si primos autores famæ hujus inquiramus, quia fama requirit originem non procuratam vel emissam ab eo, qui famam allegat, teste FREHER. *lib. 1. de fama & exist. c. 3. n. 2.* nullam vel ex Francis vel Germanis scriptoribus, qui Caroli M. annales, h. e. cujuslibet anni res gestas in litteras retulerunt, hujus rei tam notabilis mentionem feciisse inveniemus. Quin ne posteriores quidem scriptores Impp. Sax. ullibi attigerunt, quorum tamen maxime intererat, insigne hoc libertatis monumentum ad posteros propagare. Denique nec compilator nec glossator juris Saxonici ambo in eruendis Saxonum institutis ac privilegiis satis curiosi, & posterior etiam fabularum amator, in Rolandi mentionem incidit; ut proinde recte concludatur cum JCto *in l. 28. de prob.* cum nullus ex ejus ævi scriptoribus vel audiverit vel viderit id opus fieri, ejus rei memoriam non exstare neque hodiernæ jactationi fidem adhibendam.

Statuæ Rulandinæ incertæ libertatis indices.

argumentum ab allusione nominis fallax.

Scriptorum incuria notatur.

Rulandinarum statuarum nulla mentio facta.

nec in jure Saxonico.

SECTIO XVIII.

Argumenta, quod a Carolo M. colossi Rolandini profecti non sint.

Colossi Rolandini a quo collocati?

Hoc ut clarius pateat, sic colligimus. Si Caroli M. tempore collocati sunt colossi Rulandini, tum vel a Carolo M. vel a Rulando vel ab ipsis Saxonibus collocatos esse oportuit. Neutrum verum esse potest: cum enim illo tempore nullæ adhuc civitates aut oppida in Saxonia fuerint, ut supra demonstratum, quomodo statuæ hæ libertatis ac privilegiorum civitatibus indultorum indices esse potuerunt? cum non entis nulla sint accidentia, ut risui se exponat in deductione sua ad Carolum M. relata JOH. DAUTH.

in

in hypotyp. d. Sect. 8. Quod si libertatem & privilegia toti Saxonum genti à Carolo concessa illis designari dicas, quid id ad pauculas civitates Saxonicas magis pertinebit, quam ad universam Saxoniam? in qua vel unam statuam communi nomine poni satis erat, vel si plures requirebantur, in singulis pagis aut villis eas collocari oportebat. Deinde tradunt, libertatem illam Saxonibus singulari privilegio ad Salam fluvium A. C 803. collatam esse, ut *scripsit poeta anonym. Carol. M.*, licet *gloss. ad art. 82. lib. 3. Land-Recht* a. 810. id factum velit, vid. GRYPHIANDR. *de colossis Rulandinis cap. 22.* Rulandus autem in bello Gasconio in Hispania interiit a. 778., sicuti hoc anno omnes chronographos consentire annotat BARONIUS *in annal. eccles. ad an. 812.* Qui ergo vel Rulandus ipse vel privilegia quædam civitatibus Saxonicis dare potuit, uti incaute scripsit BROTUFF. *lib. 1. chron. Martisb. 24.* cum is diu ante fuerit defunctus, vel septem annis saltem, ut ipse *Brotuff* voluit in C. præc. quomodo vel minimum quid ad concessionem privilegiorum facere, cum diu post demum Saxones devicti fuerint, ac illo ipso tempore interitus Rulandi bellum in Saxonia recrudesceret? quod si in memoriam Rulandi collocatas a Carolo dicas causam reddere cogeris cur in sola Saxonia non etiam reliqua Germania collocarit? quanquam id manifeste cum instituto Caroli pugnaret idola & statuas omnes in Saxonia demolientis, de quibus LINDEBR. *in chron. Carol. fol. 65.* HENRIC. MEIBOM. *in tract. de Irmensula S. x.* Neque vero simile est, Carolum veteribus statuis abrogatis & destructis substituisse novas, cum is omnem occasionem idololatriæ avertere voluerit? alioqui si non res tota auferretur, sed nomen tantum mutaretur, facile erat gentem Saxonicam rudem adhuc & vix primis initiis christianæ religionis imbutam, in eundem lapidem impingere, & pro Rulando Martem adorare, sicuti antea Harminium propugnatorem Saxonum contra Romanos adoraverat. Quam tenaciter autem vetus illa superstitio Saxonum animis inhæserit, constat ex historia JOANN. LETZNERI, quam recitat MEIBOM. *in dicto tract. de Irmens. c. 8.* ubi eos tempore Ludovici Pii pro columna superstite cum Cæsareanis adhuc digladiatos scribit; ut oleum igni addere stultum fuisset. Quod si invitis Saxonibus statuas has obtrusit Carolus in memoriam & trophæum victoriarum rerumque a se & Rulando in Saxonia gestarum, sicuti Duces & Proconsules Romanorum quandoque in devictis provinciis hujusmodi trophæa & lapides erexerunt contra solitam modestiam, quia P. R. nunquam hostibus domitis victoriam suam exprobrare solitus, teste FLORO *lib. 3. cap. 2.* tum non libertatis sed servitutis autoramenta atque oppressæ Saxoniæ indicia fuissent, neque dubitandum, quin Saxones arridente occasione impetum in eas feciissent, neque tam religiose tot annos conservassent; quomodo de *Pesanis* scribit PHILIPPUS COMINÆUS, cum in eorum libertatem Francorum Rex Carolus IX. consensisset, eos statim facto concursu leonem prægrandem columnæ marmoreæ impositum, quod est insigne reipubl. Florentinæ, demolitos regis effigiem in illam columnam collocasse, *lib. 1. de bello Neapol.* Multo minus credi potest ipsos Saxones statuas hasce in honorem Rulandi posuisse: quia moris est, ut benemeritis ac amicis collocentur statuæ, quod non Romani tantum, sed & aliæ gentes ita observarunt. Ingeniosa antiquitas felici invento ob bene merita vitæ statuas & imagines rependit, TERTULL. *de anim. c. 33.* quia ornamentis honorum incitatur æmulatio & virtus æmulata alitur exemplo honoris alieni, SYMMACHUS *lib. 10. epist. 25.* non inimicis, non hostibus, qualis Rulandus fuerat in bello Saxonico, Caroli M. Dux & miles eorum libertatem strenue oppugnans. Quomodo ergo libertatis indices sunt statuæ Rulandinæ, cum Rulandus ipse libertatis Saxonicæ ereptor fuerit? Quod si libertatum ac privilegiorum a posteris demum Impp. civitatibus Saxonicis indultorum symbola esse debent, tum sane nulla probabilis ratio reddi potest, cur non illorum Impp. veluti Ottonum, Hinricorum, Fridericorum titulus & nomen statuis illis potius præfixum sit, quam Rulandi peregrini inimici, etiam dudum mortui; quod fieri quidem nequidem sine injuria & ingratitudinis nota poterat, quæ tanta est, ut negans causam beneficii illud omittat *juxta Dd. in l. 51. dubitatur ff. l. ff. de fideicommiss.* ut valde sit ridiculus Rulandus Bremens. dum in clypeo suo rhytmis insulsis & ineptis præfert, se libertatis ac privilegiorum ab aliis etiam principibus ac posterioribus Impp. urbi Bremensi concessorum indicem esse. Quomodo ergo Caroli M. tempore collocatus esse potuit colossus ille? nisi forte spiritum Peithonicum eum habuisse & futura præsciisse dicas? profecto illorum historicorum, qui has aniles nænias in litteras retulerunt, nos miseret; cum nullam erroris sui excusationem multo minus probabilitatis causam afferre possint.

Rulandi interitus in Hispania.

Brotuffi contradictio.

Carolus statuas antiquas in Saxonia dejecit.

Statuæ quandoque victoriæ monumenta,

item servitutis indicia.

Statuæ invisæ demolitio.

Statuæ amicis non hostibus ponuntur.

Rulandus Saxonum hostis.

Rulandus Bremensis posteriorum privilegia sibi arrogans.

SECTIO XIX.

Rulandi res gestæ multis fabulis involutæ.

Existimamus autem primos hujus commenti de statuis Rulandinis autores Italis ac Gallis in fingendo nihil concedere voluisse. Nam cum de Rulando pauca prodiderint veri historici, ut propterea majorem diligentiam ab ipsis requirat REINECCIUS *in comm. ad poet. anonym.* tum de eodem aliquot plaustra fabularum a Romanis in litteras relata sunt; quo in genere cæteris ingeniosior JOANN. TURPINUS *archiepiscopus Remensis a Justo* REUBERO editus, ut eum nugatorem & fabulatorem non immerito vocet FRANC. HOTOMANN. *in Franco-Gallia c. 5.* neque dissentit MARQ. FREHER. & REINER. REINECC., ille *in origin. Palat.* hic ad annales Caroli; adde JANUM DOUZAM in hist. *Holland.* UBBON. EMMIUM *de libert. Frisior.* De eodem sic scribit *Robertus Gaguinus*: quæ a Turpino Remensi plurima proferuntur, ea permultum audaciæ Græcanicæ habere mihi videntur: figmentis enim similia per poesin excogitata esse crediderim *lib. 4. de reb. gest. Franc.* Consentit CÆSAR BARON. *in annalib. eccles. ad a. 778.* De qua quidem historia, inquit, vel nimia brevitate ab Eginhardo contracta, vel sub nomine Turpini archiepiscopi Remensis nimia fabulositate producta nihil præterea tutum est adferere. Quam turpiter ab hoc

De Rulando pauca proferuntur.

Jo. Turpinus.

Baronii judicium.

hoc Turpino decepti sint scriptores rerum Hispanicar. demonstrat idem *Baronius* ad ann. 812. ubi dicit oportere eos, qui has fabulas conciliare nituntur, suis divinationibus adjicere, ut pariter affirment, Rulandum & cæteros eos socios bis occisos mortuosque esse, quod ipsum etiam de *Brotuffii* opinione dicendum esset: eoque non mirum, si diversis in locis Rulandi sepulcra monstrentur: nam Elavienses eum apud se & natum & sepultum volunt, SABELL. *lib. 8. Ennead.* idem Arelatenses contendunt, SCHROD. *in hist. tot. orbis terrar.* Gladius Rulandi in oppido S. Dionysii prope Lutetiam monstratur, cum eum una cum cornu eburneo in coenobio S. Romani Burdegalæ ad sepulcrum Rulandi suspendisse dicatur Carolus, LINDENBR. *in chron. Car. fol. 269.* Versus, quos epitaphio Rulandi Carolus fecerit, recitant ex *Turpino* PHIL. MELANCHT. *lib. 4. chron.* LINDEB. & WAGENER in *chron. Carol. M.* Addendum his aliud commentum de statura Rulandi insolita, quam tamen intra famam nominis fuisse experimento invenit Franciscus primus Rex Galliæ, quando aperto monumento arma ejus induit, ex eisque statura corporis non multum a Rulando se superari deprehendit, ex *Camerar. in succis. comment. ad Solin. c. 3.* quam historiam latius exponit HUBERTUS THOMAS LEODIUS *de orig. Palat. in append. Freber.* Et similem de Sigfridi gigantis ossibus Wormatiæ a Friderico tertio inquisitis refert MARQ. FREHER. *Part. 2. orig. Palatin. 13.* ut jam liquido constet, paria narrationibus Lucanicis esse, quæcunque de illo Sigfrido & Rulando Bremensi ineptorum rumoribus jactata, ab ineptioribus unquam credita fuerunt, ait verissime Freherus: & magis ridiculos esse illos, qui statuas hasce Rulandinas ad mensuram proceritatis Rulandi formatas esse impudenter mentiuntur. Auxerunt hæc inventa Turpini Itali illi, qui Romanzi vulgo dicuntur quos designat *Busbequius in ep. I.* ubi Rulandi famam etiam in Turciam ad Colchos usque delatam scribit; de Rulando, inquit, multa narrant prodigiosa & plura, quam nostri talium fabularum architecti, Romanzos recte denotans. Sed & apud Turcas virtutem Rolandi deprædicari scripsit *Chalcocondyl. lib. 2. de reb. Turcic.* ut non mirum sit, si in Saxoniam quoque pervenerit.

Versus Rulandi sepulchro inscripti.

Rulandi statura fama minor.

Freheri judicium de fabulis Rulandinis.

Narrationes Lucanicæ de Rulando.

SECTIO XX.

Vera colossorum Rulandinorum origo & causa.

Vera autem statuarum Rulandinarum causa fortuita occasione orta est ac succedente tempore aliud intendere coepit; sicuti enim apud Romanos more a Græcis accepto bene de republica meritis viris statuæ in foro honoris & gratitudinis ergo positæ, de quibus *Dd. in l. 2. ff. 43. ff. de orig. Jur.* PETR. GREGOR. *Tholos. l. 12. de republ. 13.* CÆL. RODIGINUS *lib. 29. elect antiqu. c. 24.* ita apud ipsos quoque Saxones posteriores invaluit, ut Impp., a quibus jura civitatum accepissent, in urbibus statuæ ponerentur. Initium fecit Magdeburgum urbs, quæ ab Ottone II. jure municipali aucta ejus honori & memoriæ statuam in foro collocavit. De quo facte sic differitur in jure Saxonico: Et hæc est generalis omnium libertatum Magdeburgensium confirmatio per Ottonem Rufum facta omniaque Magdeburgensium jura ex eo dependent. Unde in testimonium hujus Magdeburgenses habent insignium seu ipsius effigiem sculptam in foro stantem una cum electoribus Imperii, quæ pro ornamento civitatis servatur. *text. & gloss. ad art. 10. Weichbild.* ecce, quam non possit origo harum statuarum altius quam ab Ottonis II. temporibus deduci. Privilegium hujus Ottonis II. de anno 978. exstat apud GOLDASTUM *tom. un. const. fol. 225.* in quo Magdeburgensibus confirmantur omnes libertates & privilegia ab Ottone M. concessa, quorum caput erat, quod civitatem Magdeburgensem jure municipali instituisset ad utilitatem regionis Saxonicæ, vid. tamen CONRING. *de orig jur. Germ. p. 5. & de urbibus Germ. §. 71.* CRUS. *de præcedent. p. 234.* GRYPHIAND. *d. l. p. 127.* Hoc exemplum primariæ civitatis Saxonicæ, ut vocatur a *gloss. ad art. 10. Weichbild.* secutæ aliæ civitates in eodem jure municipali fundatæ, ipsæ quoque statuas similes fundatoribus suis collocarunt, neque enim obscure colossi isti Impp. ac principis una manu gladium altera clypeum tenentis effigiem repræsentant, qualas & Brunswigæ & Magdeburgi aliisque in locis prope curiam plures conspiciuntur. Verum succedenti tempore factum est, ut certæ quædam urbes Saxonicæ colossum hunc in foro illustri ac conspicuo positum tamquam certi juris & privilegiorum indicem suspicerent, & adorarent. Quales sunt hodie Magdeburgum, Brandeburgum, Zerbestum, Northusium, Halberstadium, Hala, Brema; in quibus etiamnum statuæ Rulandinæ perdurant, sed nullibi magis in pretio habitæ, quam Bremæ; quæ statua nihil aliud est, quam quod in jure municipali *Weichbild* dicitur, ut Weichbildum & Rulandum synonyma esse tuto asserere liceat, vid. *assert. libert. Bremens. p. 523. Gryphiand. Weichb. p. 71. 72.* Neque aliam Weichbildi etymologiam quisquam facile reddiderit: Nam quod *Jo. Sibrandus in comm. ad statut. Lubec. part. 1. sect. 2. n. 6. Wickbeld* ex *Wick* & *beld* componit, ut ita loci amoenitatem *beld* designet, quasi dicas bellum vicum, id ejusdem assertione destruitur, quando dictionem Wickbild ex veteri Saxonum idiomate constare dicit; quis autem beld eo sensu a Saxonibus unquam usurpatam audivit, quod vocabulum Latinis hactenus relictum novimus; & quid opus est inusitata compositione ex altera latina, altera germanica voce, cum publice etiam infantibus nota sit significatio vocabuli bild, pro imagine ac statua; ut non sit dubium quin hæc terminatio beld sit corrupta & depravata, ut & illa Wickbold, quia in antiquis & sinceris litteris semper Wickbild scriptum legitur.

Statuæ bene meritis positæ.

Ottonis II privilegium Magdeburgensibus concessum.

Rulandi statua Cæsaris effigiem repræsentans.

Civitates statuas Rulandinas habentes.

Weichbildi derivatio.

SECTIO XXI.

Weichbildi statuæ quare Rulandi dicti sunt?

Quomodo ergo inquis Weichbildi Rulandi dicti sunt, cum Rulandus eo tempore jam dudum defunctus fuerit? id fortuita occasione factum esse diximus. Cum enim Weichbildi nomen ab imperita plebe non ita facile exprimi posset, coepit is a magnitudine & proceritate

Weichbildus quare Rulandus dicitur?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Rulandus vulgo appellari, quando Germani vastum & procerum hominem conspicientes magnum Rulandum dicimus GRYPHIAND. WEICHB. *cap. 73. n. 7.* cui assertioni D. HENISIUS *in thesaur. lingu. germ.* adstipulatur in verbo *Bild. Ein grob Bildniß, ein Ruland, so drey oder mehrmalen so groß als ein menschlich* Statur. Statura ingentis magnitudinis, item *ungeheuer Bild, groß, so man für einen Thurn oder Riesen erachten mögte.* Roland, colossus. Ita in Sicilia mons propter vastitatem Rulandus dictus, de quo GOTFRIDUS VITERBIENSIS part. 17.

Rulandi nomen de quovis vasto homine.

Rulandus mons Siciliæ.

Mons ibi stat magnus, qui dicitur esse Rulandus.

Sic Gandavi in altissima turri Belfort pendet campana magna de 11000. libr. dicta *der Roland*, ingentis clangoris, cum hac inscriptione:

Roland, Roland als ich klappe, dann ist Brand
Als ich luye, dann ist Oorlog in Flanderland.

Ita de Alberto Duce Saxoniæ PAULUS LANGIUS: quibus ex rebus, inquit, non injuria alter Carolus M. & Teutonicus Hector germanicusque Rolandus appellatus est *in chron. Citicens.* ad a. 1455. Ita apud Italos Rulandi nomen de viris heroicis frequens est, ut apud quosdam in gentilitium nomen transierit. Neque deficiunt exempla, apud alios quoque populos, ita enim apud græcos Herculei, apud Judæos Simson pro quovis forti & robusto κατ' ἐξοχὴν acceptus est. Exstat proverbialis hyperbole apud Lucianum κολοσσιος ὁ μεγαλὸς, colossi magnitudine in homines prægrandi corporis mole. Et ab Hunnis olim Germaniam incursantibus supersest vox *ein Hune* de gigantæo homine; neque enim dubium, quin fama nominis Rulandi vel per fabulas in Germaniam & Saxoniam propagata sit, cum ad alias quoque remotiores regiones longe lateque sparsa sit, & nota est consuetudo Gothorum, Longobardorum, aliorumque Germanicæ originis populorum fortium virorum res gestas cantilenis rhythmicis includentium atque in convivijs cum voluptate decantantium, ut testatur JORNANDES, quibus etiam Carolum M. delectatum scribit AVENTINUS *lib. 1. annal. Bojor.* LINDENBR. *in chron. Carol. fol. 90.* Neque hodie omnino defecerunt; sicuti de laudibus Theodorici Veronensis Gothorum regis supersest cantilena *vom Dietrichen von der Bern*; de qua THEOD. *a* NIEM *lib. 3. de schism. 8.* Ex hac ergo fama, si Rolandi statuas indigitatas dicamus, nemini mirum videri debet, cum sciamus, quam multa temere & sine ullo autore confingantur, a vulgo quippe, quod a vera rerum gestarum origine & causis plerumque ad fabulas & anilia figmenta delabitur: cujus rei cum plura exstent exempla, unum & alterum retulisse sufficiat. Quis nescit, Brunswigæ de Henrico Leone Duce Brunsvicensi multa fabulosa & incredibilia referri & confirmari a vulgo hoc argumento, quasi eorum omnium leo æneus & basi lapideæ in burgo sive arce Tanqvarderode impositus sit testis & index, quæ fabula unde nata sit, eleganter exponit & refutat post TRITHEM. *in chron. Spanheim.* CRANTZ. *lib. 6. Sax. 34.* SPIGEL. *ad l. 7 Gunth.*, BUNTING. in chron. *Brunsv.* Hæc narratio, inquit *Cranzius*, quam puerilis & delira sit, facile intelligunt viri sensati. Peregrinatus est Leo, sed quoniam ignorabat fabulator, quo pervenerit, comminiscitur indoctam fabulam de leone & dracone; ignorabat iste asellus bipes, quicunque fabulam primus commentus est, hunc principem ab initio ætatis suæ cognomentum accepisse Leonis, quo modo pater ejus Catuli, & Albertus Marchio Ursi, &c. Hæc ille. Quæ de Rulandi Bremensis quoque fabula non immerito usurpaveris. *Zedutte* sive *Joduttæ* statuæ origo verissima hæc est, quod Saxones, quum sub Lothario Duce insignem victoriam prope *Welphesholtz* sylvam Helmstadiensi Academiæ vicinam ab Henrico V. Cæsare obtinuissent, statuamque in rei gestæ & occisorum miserabilem interfectionem Zedut sive Tiodut clamantium memoriam collocarunt, quam posteri pro Dea Saxonum adjutrice suspexerunt & coluerunt, quousque Wernerus Præsul Merseburgensis tandem dissiparet CRANZ. *l. 5. Saxon. c. 36. & lib. 6. Metrop. 7.* LINDEBR. *in chron. Carol. fol. 79.* & simile quid *capellæ sanctæ Opis*, vulgo *Sunt Hülpe*, prope Dipholdiam contigit, de qua REINECC. *ad annal. Carol. fol. 22. & in fin.* Usque adeo vulgus veras rerum causas & originem amittit & pro iis meras fabulas comminiscitur. vid. REINECC. *hist. Jul. part. 3. fol. 397.*

Cantilenæ veterum heroum in Germania frequentes.

Cantilena de Theodorico Veronensi.

Fabula de Henrico Leone.

Cranzii sententia refertur.

Zedutte statuæ origo.

Zedutta statua destructa.

Capellæ S. Opis origo.

SECTIO XXII.

Vera Weichbildi & Rulandi significatio, & quando orta?

Est autem Weichbildi vox magis nota, licet a paucis recte perpendatur: proprie enim nihil aliud denotat, quam vici seu oppidi statuam vel effigiem, sicuti ipsum nomen arguit. Saxones enim vici nomen a Latinis acceptum ad suum idioma, ut multa alia detorquentes, *Wig* protulerunt; inde plures civitates, ut *Braunschwig, Osterwig, Schleswig, Bardewig* &c. denominatæ, item propria nomina Saxonibus usitata, ut *Wiprecht, Wigrecht, Wichmann, Hartwig* &c. Agnoscit hanc notationem *autor juris municipalis tit. 1. & 6. Weichbild*, it. OTTINGER *de limit. & fin.* licet subinde fabulosa quædam immisceat ille, & confirmat latius HENR. MEIBOM. in *histor. Bardowici*: Metonymice translata est Weichbildi appellatio tum ad ipsum territorium, tum ad jurisdictionem, tum denique ad jus municipale quod illo in judicio viget; cujus translationis simile exemplum prostat in vocabulis jurisdictionis & judicii, modo pro loco judicii modo pro potestate TOBIAS PAURMEIST. *l. 1. de jurisd. Imp. c. 1. n. 14.* MATTH. STEPH. *l. 1. de jurisdict. c. 1. n. 14.* Quod ut clarius pateat, apponemus explicationem ex vocabulario juris Saxonici antiquo: *Weich heißt so viel nach alten Sachsischen Teutschen als* Jurisdictio *Gericht und Gebieth; Weichbild heißt so viel, als weit ein Gebieth um eine Stadt ist, und ist vor Alters dabey bedeutet gewesen, daß man ein groß holtzern Creutz in einer Stadt oder Flecken hat aufgerichtet darauf ein Hand oder Schwerd aufgesteckt zum Zeichen der Gericht über Hals und Hand.* Eandem sententiam in thesaurum suum linguæ Germanicæ transtulit *Henischius* in verbo *Bild, Weichbild, Flur, Gewercke, Zwinghahn, Creyß-Pflege,*

Weichbildus proprie vici statuam denotat.

Jurisdictionis vocabulum diversimode acceptum.

Crux lignea in loco judicii posita.

Pflege, Terminey, dioeceſis, diſtrictus, item *Weichbild* quaſi *Weitbild, denn das Recht gehet ſo weit als das Gebieth.* Territorium olim ſignificari ſolitum lignea cruce in finibus, cui impoſita manus & gladius in ſignum *der Gericht über Hals und Hand.* Hæc ibi. Conſentit gloſſator Juris Saxonici *durch eine Grafſchafft verſtehet man ſo weit des Richters Gebieth herſtreckt als wie ein Stadt-Gericht, das wir ſonſten heiſſen Weichbild Recht ſeyn mag. Art. 12. lib. 2. Land-Recht.* Eodem modo in ſtatutis Bremenſibus *Weichbild* paſſim pro territorio urbis accipitur, *binnen unſern Wickbilde ut art. 12. 14. 18. 22.* & paſſ. & in transactione quadam civitatis Brunſvicenſis de a. 1445. apud KNICH. *poſt encyclopæd.* indigitatur Senatus *in allen fünff Wickbildern* in tot enim partes diſtribuitur civitas Brunſvicenſis, *ſtatut. Lubec. apud Sibr. part. 1. Sect. 9. Das Lubiſche Recht erſtrecket ſich in unſer Stadt und in den Stædten dar Lübiſch Recht gebrauchet wird, ſo fern als ihr Weichbild Feldmarck und Landwehr reicht.* Ex quibus omnibus colligi poteſt, antiquius quidem eſſe Wichbildi nomen, quam Rulandi; illud tamen poſt A. C. 1200. demum coepiſſe: circa hoc enim tempus ſub imperio Friderici II. vixit nobilis *Ecco a Repkaw*, qui ſpeculum Saxonicum collegit, teſt. PETR. HEIG. *lib. 1. quæſt. Sax. 8. n. 48. & ſeqq.* in cujus textu cum nulla Weichbildi fiat mentio, multo minus in antiquoribus hiſtoriis aut privilegiis, ſed tantum in gloſſa; ſequitur, nomen cum re ipſa invaluiſſe illo temporis intervallo, quod inter textum & gloſſam intercedit. Gloſſator enim idemque collector juris Weichbildi *Burgardus a Mangelfeld* non Ottonis II., ut erronee putavit CRANZ. *lib. 2. Saxon. 21.* ſed Ottonis IV. cancellarius fuit, ut demonſtrat GOLDAST. *in præfat. Speculi Sax.*; a cujus Imperio Juris Weichbildici conceſſio in bullis Impp. reperitur: Rulandi vero mentio circa tempora Caroli IV. Deinde ex ſupra citato vocabularii Saxonici loco appareret, olim in loco judicii crucem ligneam poſitam fuiſſe in ſignum Jurisdictionis; pro qua poſtea Weichbildus in civitatibus ſucceſſit; quem vulgus, ut dictum, ex re ipſa Rulandum vocavit; alioquin mentionem hujus antiquarius non omiſiſſet, ſi ſuo tempore nota vox Rulandi in judicio fuiſſet.

Grafſchafft pro territorio accipitur.

Weichbild pro territorio.

Juris Lubecani amplitudo.

Ecco a Repkaw compilator ſpeculi Saxonici.

Weichbildus loco crucis.

SECTIO XXIII.

Ratio, quare ſtatua in loco judicii olim poſita.

Quamvis vero conſuetudo ponendi ſive erigendi ſignum aliquod in loco judicii antiquiſſima fuerit, tamen temporis & imperii viciſſitudine ſubinde mutata eſt. Sicuti enim veteres Saxones ante Carolum M. florente adhuc ipſorum ariſtocratia ad decidenda negotia communia litesque finiendas certum *conventum* quotannis in media Saxonia juxta fluvium Weſeram in loco *Marcklo* appellato egerunt, teſte WERNER. ROLEVINCK *in laudib. antiqu. Saxon. l. 1.* Et Friſii olim in campo Ubſtalbomo dicto prope Auricam comitia ſua celebrarunt, UBB *Emm. lib. 2. rer. Friſic. decad. 1.* ita poſt a Carolo M. devicti Saxones ad *mallum* ſive placitum comitis ac miſſi comparere tenebantur, ubi regis nomine ipſis dicebatur, FREHER. *de orig. Palat. l. 1. c. 5.* LEHMANN *in chronic. Spirenſ. lib. 2. c. 10. & paſſim.* utrumque vocabulum licet in *legibus Longobardicis* exſtet, *lib. 2. tit. 42. & ſ qq.* Germanicum tamen eſt, quorum iſtud a *Platz* ſive loco, illud a *Mahl* ſive ſigno derivatur, inde compoſita *Mahlſchatz* pro arrha *Gloſſ. ad art. 22. lib. 1. n. 10. Mahlſtem, Mahlbaum*, pro limite, *art. 50. lib. 2. Land-Recht Handmahl* pro ſigno judicis, *art. 26. lib. 3. Land-Recht; Bawermahl* pro jure civitatis in *reſp. Magdeb. part. 1. c. 1. diſt. 15.* Atque hic locus malli ſive judicii publici ita certus erat, ut judex illum mutare non poſſet, quia tenebatur judicium pronunciare *an der Rechten Dingſtætte, art. 61. lib. 3. Land-Recht.* Illic in loco editiori collocatum erat tribunal pro judice, cui in quatuor bancis ſive ſcamnis, quadrato ordine circumſedebant ſcabini ſive adſeſſores, inde dicta eſt ſedes ſcabinalis *Schoepffenſtuhl, Dingſtuhl. art. 12. lib. 1. Land-Recht. chron. Haſſ. lat. MSCt. P. 5. c. 10.* inde itidem phraſis illa *in gebigeten Dinge, binnen vier Bæncken*, judice pro tribunali ſedente agere. Muniebatur autem judicium ſive *mallus publicus* banno, quod proprie nihil aliud ſignificat, quam *vexillum*; ita dictum a *bando* ſive faſcia: unde paucis litteris mutatis ortum eſt hodiernum *Fahnen.* Ita bandum & bandophori apud PROCOPIUM *lib. 4. hiſt. Gothic.* ita Tatilo Dux Rudolpho Herulorum Regi vexillum, quod bandum appellant, ejusque galeam abſtulit, PAUL. DIAC. lib. 1. *de geſt. Longob. 20.* In antiquis legibus Friſicis: *Nen Huskerel mach effte ſchal anbinden Heerfahne, dat is ein Banner.* Improprie bannus & bannus regius ad mulctam, ſub qua mallus habebatur & ad jurisdictionem & Imperium translatus eſt, ut paulo ante de Weichbildo dicebamus. Præſidebat autem huic judicio *comes ſive judex*, quia judices antiqua lingua Saxonica *graviones* dicebantur, BROTUFF *lib. 1. chron. Merſeb. 9.* HEIG. *part. 1. quæſt. 2. n. 44.* TOB. PAURMEIST. *l. 2. de jurisd. Imper. c. 10.* clarius *Gloſſ. ad art. 12. l. 2. n. 8. Land-Recht. Graffe iſt nach alten Sæchſiſchen Deutſchen ſo viel als ein Richter*; & quidem Caroli M. tempore una & eadem judiciorum forma obſervata eſt, ex quo multiplex differentia poteſtatum & dignitatum nondum invaluerat; ſingulis enim pagis, ſinguli fere comites præſidebant. *Poet. anonym. in annal. Carol. lib. 1.*

Sed variis diviſa modis plebs omnis habebat
Tot pagos, quot pene Duces. &c.

Duces vocat, qui BEDÆ *lib. 5. hiſtor. eccleſ. c. 11.* & autor de jur. Imp. *Satrapæ* aliis primores ac nobiles Saxonum dicuntur, MEIBOM. in *vind. Billingian.* fol. 17. verum ex quo civitates & oppida condi & exinde comitum dignitas & differentia in *Landgravios, Burggravios, Gougravios* &c. de quib. *gloſſ. ad art. 53. lib. 3. Land-R. n. 2.* multiplicari coepit, exinde factum putamus, quod in celebratione judiciorum diverſa forma obſervata ac diverſa inſignia adhibita fuerunt. In pagis enim ſecundum jus provinciale *nach dem Land-Rechte*, in burgis, oppidis, ac vicis ſecundum jus municipale *nach Weichbilden Rechte* judicabatur. Illic judicium in campo ac loco patente & ſub dio celebrabatur, ad tollendam ſcilicet omnis metus ac terroris ſuſpicionem WE-

Compoſita a Mahl.

Locus judicii publici certus.

Sedes ſcabinalis, Schöpffen-Stuhl.

binnen vier Bæncken, quid ſit?

Vexillum, bandum, Fahnen.

Bannus quid ſit?

Judex olim gravio.

Comites Satrapæ dicuntur.

Comitum dignitas diſtincta.

Differentia judicandi ſecundum diverſa jura.

Judicium provinciale

Conſvetudo erigendi ſignum in judicio.

Conventus veterum Saxonum annuus.

Conventus Friſiorum.

Mallus quid?

sub dio celebratur. SIMB. *de feud. cap. 17. n. 7. Henn. Goeden. conf. 19.* MATTH. STEPH. *lib. 2. de jurisd. part. 1. cap. 7. membr. 6. n. 14.* LEHMANN *lib. 2. chron. Spirens. 31. vid.* GRYPHIANDR. *tract. de Weichbild. Sax. cap. 76. n. 1.* & seqq. & concordat jus feudale Saxonicum: *Lehn-Recht soll nicht in einem verschlossenen Orte gehalten werden* c. 35. §. 19. & c. 65. *Lehn-Recht.* Cum jure Weichbildico processus in oppidis in foro prope vel subter curiam celebraretur, ubi etiamnum remanet fornix judicialis subter curiam judicio deputatus; vulgo *ein Schwickbogen*, *Wighogen* appellatur, *vid. gloss. ad dict. art. 10. Weichbild*: quo alludunt Magdeburgenses *in resp. Spec. Saxon. subject. part. 1. c. 2. distinct. 17. Der Burg-Graff* (judex civitatis) *soll sein Ding zu rechter Zeit und in rechter Dingstætt, binnen der Stadt-Mauer, da das gemeine Ding-Haus ist mit dem Schuldheiss und Schöpffen hegen.* Sed & in judicio provinciali crux lignea seu pertica prope tribunal erecta remansit, pro qua in oppidis postea invaluit Wichbildus sive Rulandi statua. Hoc signum erat malli publici, ad quod judex & scabini jurare tenebantur; inde locus judicii dictus est *ein Handmahl, das ist sein ordentliche Gericht daher genennet, dass man mit der Hand dazu schweret*, ut explicat *gloss. ad art. 51. lib. 1. Land-Recht.* Atque hoc ita se habere aperte indicat Rulandus Halensis, in medio foro ita caveæ inclusus, ut non semper pareat, nisi cum criminalia judicia intra ejus cancellos exercentur; tunc enim vetus judiciorum forma manifeste agnoscitur, & fortasse ex eadem caussa descendit, quod Erfurti in medio foro separatim carnifex habitat, ut scilicet præsto sit executor sententiæ ad statuas Rulandinas latæ.

fornix judicii Weichbogen.

ad signum malli judex jurare tenebatur.

SECTIO XXIV.

Insignia quare in judicio suspensa fuerint?

Insignia Magistratus, terroris ergo. Apud Romanos quoque certa quædam insignia Magistratus in judicio præsto fuisse discimus *ex l. 1. §. 5. ff. de post.* idque terroris ergo: unde etiam potestatis ac dignitatis symbola dicuntur *a. F. F. in C. unic. quid sit invest. 2. Feud. 2.* HOTOM. *in disp. feud. c. 22.* Quod ipsum etiam apud Germanos mansit ita. Insignia partim communia, partim propria erant, *clypeus* illibatam generationem sive nobilitatem designabat, quia nemo comes vel judex esse poterat, nisi scutum militare haberet, ut supra dictum. Sed nec Scabini esse poterant, nisi nobiles essent *artic. 33. Weichbild.* COLER. *lib. 2. de process. exec. l. n. 127.* majores ac generationes suas illibate demonstrantes, *die ihr vier Ahnen beweisen kunten art. 51. lib. 1. Land-Recht.* dicti etiam banniti, id est banno ac clypeo investiti, *art. 12. lib. 2. Land-Recht.* item Vassi sive vasalli *lib. 2. leg. Longobardic. tit. 42.* quod mallo comitis necessario interesse cogerentur, de quibus quædam annotat REINECC. *ad annal. Carol. fol. 62.* quo pertinet illud Frisiorum privilegium; quo illi ad scabinatum habilitantur in legibus Frisicis: *Ein jewelike Frese besitte frye Stuele, und hebbe frye Sprake, Land-Recht und Landkebre*; pertinet item consuetudo convocandi vasallos per erectionem clypei, quasi per clypeum feudi sui admoneantur. De qua OTTO FRISINGENSIS:

clypeus quid?

Scabini nobiles.

Frisiorum privilegium.

consuetudo convocandi vasallos per clypeum.

Est consuetudinis regum Francorum, inquit, quæ & Teutonicorum, ut, quotiescunque ad sumendam Imperii coronam militem ad transalpizandum coëgerint, in campo Roncaliæ super Padum mansionem faciant; ibi ligno in altum porrecto scutum suspenditur universorumque equitum agmen feuda habentium ad excubias proxima nocte principi faciendas per curiæ præconem exposcitur, *lib. 2. de reb. gest. Frider. cap. 12.* & GUNTHER. *in Ligurin. lib 2. in princ.*

clypeus feudum denotat.

ligno suspenditur alto
Erecto clypeus; tum præco regius omnes
Convocat a Dominis feudalia jura tenentes.

Hoc ergo scutum bellicum sive clypeum qui habebat atque a Domino suo infeudatus erat, poterat scabinus esse ac in judicio sententiam invenire, excepto de feudo vexilli *tit. 38. ff. 11. Lehen-Recht.* Quod si cui super eo status quæstio moveretur provocabat ad locum judicii, *müsste beweisen seine vier Ahnen und sein Handmahl, das ist sein ordentlich Gericht, art. 51. lib. 1. Land-R.* Et potest esse, quod etiam comitis ac scabinorum insignia in judicio suspensa fuerint subter Imp. ordine dignitatis semper observato; quo pertinet exaltatio scuti *art. 1. ibi ff. 7. Lehn-Recht*, cum nobilis in comitem, comes in Ducem promoveretur, ut Hermanno Billingo contigit, de quo MEIBOM. *in vind. Billing.* Gladii autem traditio quamvis symbolum esset regni traditi juxta FRISING. *lib. de reb. gest. Frid. cap. 5.* tamen plura insignia conjunctim requirebat, nempe sceptrum & coronam; ita enim Carolus M. Ludovicum filium de regno investivit per spatham, quæ vocatur S. Petri, fustem & coronam ex auro & gemmis. AYMON. *lib. 5. histor. Franc. cap. 36.* alioquin gladius proprium est militum insigne, *§. nullus rusticus, de pace tenend. in usib. feudor. gloss. ad art. 27. lib. 1. Land-Recht.* item judicium, qui bannum criminalem habent, *1. art. 8. Weichb.* itaque *gladius* in judicio suspensus *ist ein Zeichen der Gericht über Hals und Hand*, ut habent vera vocabularia antiqua, sicuti etiam apud Romanos merum Imperium gladii potestatem designabat. *l. 3. ff. de jurisd.* ita de Caroli M judicio TURPINUS: ante ejus tribunal spatha nuda modo Imperiali ferebatur, de quo plura apud AYMON. *l. 4. cap. 30.* HOTOMANN *in Franco-Gall. cap. 13.* HINCMARUS REMENS. *epist. 3. c. 35.* quo etiam constitutio criminalis Caroli V. tendit: *der Richter soll an der Gerichtss-Stætt sitzen, seinen Stab oder blosses Schwerd nach Landlichen Herkommen eines jeden Orts in den Hænden haben in Nemes. Carol. cap. 82.* quæ omnia ad pertican vel Rulandi statuam appensa, indicio sunt judiciorum exercitia illo tempore ad nobiles & vasallos clypeo militari ac gladio ornatos, non vero ad privatos sive rusticos sive cives pertinuisse, ut & superius dictum.

Insignia in judicio suspensa

Regni traditi insignia.

Gladius in judicio denotat merum imperium.

SECTIO XXV.

Juris Wemici notatio, & differentia.

Ceterum vexilla proprie ad Duces pertinebant, quippe quibus integræ provinciæ denotabantur. Ita enim OTTO FRISING. *d. l. 1. c. 5.* est consuetudinis, inquit, ut regna per gladium, provinciæ per vexilla à principe tradantur: quod ita in *Guidone & Petro* Daniæ fratribus

Vexilla provincias denotant.

fratribus obſervatum, GÜNTH- *lib. 1.*

Ergo ubi vexilli partem quam diximus ille,
Hic autem gladio regnum ſuſcepit ab illo.

Inde dictum feudum vexilli *Fahnlehn*, cujus poſſeſſor non niſi princeps erat. *art. 52. l. 3. LandR. tit. 38. §. 8. Lehn-R.* cujusmodi in judicio nemo præſidere poteſt, niſi ſit cum vexillo inveſtitus. *d. tit. 38. §. 11. Lehn-R.* Hinc veriſimile eſt appellationem traxiſſe *das Vehmen-Recht* it. *das Vehmen-Gericht*; quod hodie poſtquam degeneravit, Weſtphalicum ſive occultum dicitur. CRANZ. *lib. 2. Sax. c. 21.* nimirum à vexillo, ut pro *Fahnen-Recht* dictum ſit *Vehmen-Recht* ſive ab hominibus id exercentibus, quos vexillo inveſtitos eſſe oportebat, ſive etiam à libertate, cujus index eſt vexillum. Ita in nundinis ſignum *die Frey-Fahne* libertatem emendi & vendendi denotat. inde etiam judicium hoc *Freyſtuel, Freyding, Frey-Gericht*, ſicuti ipſi judices *Frey-Graffen* appellantur *in reform. Frid. III. Fft. ed. a. 1442.* TOB. PAURMEIST. *lib. 2. de jurisd. Imp. 10. n. 4.* Quamvis vero hujus judicii inſtitutio ad Carolum M. quoque referatur ab ÆNEA SYLVIO *in deſcript. Europæ c. 29.* quem ſequuntur FELIX FAB. *lib. 1. hiſt. Svevicæ c. 7.* AVENTINI. *l. 4. annal. Bojor.* WERNER. ROLEWINC. *l. 2. de laud. antiq. Sax. c. 6.* CRANZ. *l. 2. Sax. 21.* MÜNST. *l. 3. Coſmograph.* CHYTR. *lib. 3. Sax.* LINDENBR. *in chron. Carol. fol. 210.* MARQV. FREHER. *in tract de jud. Weſtphal.* Tamen id de vero ejus uſu intelligendum eſt, non de ejus abuſu, qui à Caroli IV. demum temporibus invaluit; neque enim Carolus M. aliam judicii formam in veteri quam in nova Saxonia conſtituit, ſicuti videre eſt ex diplomate Imperiali de a. 788. cujus ſententiam (ſi modo genuinum eſt exemplar) ex archivis Tremonienſibus retulit HENRICUS MEIBOM. *in vind.* BILLING. *fol. 18.* Quapropter (inquit Carolus) in illa parte Saxoniæ *Trutmannum* virum illuſtrem, ibidem comitem ordinamus, ut reſideat in curte ad campos, in mallo publico, ad univerſorum cauſas audiendas vel recta judicia terminanda, isque advocatum omnium presbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, ſuperque vicarios & ſcabinos, quos ſub ſe habet, diligenter inquirat & animadvertat, ita ut officia ſua ſedulo peragant, &c. Non erat autem tum nota appellatio judicii Vehmici, quippe quæ poſtea demum invaluit, ex quo juris municipalis principalis differentia orta eſt; ut videatur Jus Vehmicum ad relationem juris Weichbildici dici, quaſi illud ſit jus provinciale, hoc jus municipale. Ita Ludovicus Bavarus a. 1232. Ludovico epiſcopo Mindenſi concedit *ein frey Hertzogthum in dem Stifft to Minden, und frey Gericht darinn to ſittende in der Königes Bann nach* Vehmen Recht, *als in dem Lande Weſtphalen Recht iſt an Werltlichen Gerichte*, ut habent verba diplomatis in tomo *Piſtorii:* neque eſt, quod quisquam putet in ſola Weſtphalia tantum hæc judicia libera vulgo *Freyſtühle* dicta fuiſſe, cum ex Caroli IV. bulla Theodorico III. epiſcopo Mindenſi a. 1354. data conſtet, ea etiam in Ducatu *Aſcaniæ* fuiſſe; & in dioeceſi Moguntinenſi ſupereſt territorium *das Frey Gericht*, ut ex hiſce vocibus Rulandi

Vehmen-R. unde dictum.

Judicii Vehmici inſtitutio.

Caroli M. judicii forma.

Trutmanni comitis inſtitutio.

Vehmen-Recht & Weichbilds-Recht relata.

ſtatua & ſede libera, quæ Caroli M. ævo prorſus ignotæ fuerunt, liquido pateat, autorem diplomatis Henricani ad ſua tempora reſpexiſſe, quibus hæc judicia per Saxoniam vigebant HAMELMANN. *de fam. emort. p. 40.*

SECTIO XXVI.

Per ſtatuam Rulandi jus fori & mercatus deſignatur.

Eſto autem, ſint alicujus juris indices ſtatuæ Rulandinæ, ſaltem de conſuetudine: quod ſi lubet privilegium vocare, per nos licet. Quodnam id erit? ut liberales ſimus, duplex dabimus: primum eſt, quod per ſtatuam Rulandi nihil aliud deſignatur, quam quod locus ille jus fori ac mercatus habeat, *habe Weichbilds-Recht*, quod illo tempore non minimum beneficium cenſendum erat; quia privatis non licebat forum condere, *ein Marckt hegen*; aut oppidum munire ſine ſuperioris licentia, eo quod jus condendi civitatem vel conſtruendi mercatum ad regalia pertineat vid. FRITSCHIUS *de jur. nundinar. cap. 1. & 2. vid. aſſert. libert. reipubl. Bremenſ p. 578. 559. 574. 766.* MATTH. STEPH. *lib. 2. part. 1. de jurisd. c. 1. membr. 2. n. 114.* TOB. PAURMEIST. *lib. 1. de jurisd. imp. 4. n. 2.* ubi ex *Dodechin. Abb.* inter regalia, etiam mercatus refertur. ANDR. KNICH. *in ep.* contr. DAUTH f. m. 97. Concordat *Jus Sax. art 26. lib. 1. LandR. & art. 9.* WEICHBILD *gloſſ. ad art. 66.* lib. 3. *LandR.* n. 2. GRYPHIANDR. *de Weichb.* p. 263. *Auch mag man keinen Marckt hegen, ohne des Richters Uhrlaub: ja daß ſolches des Reichs Wille ſey, ſoll der Kayſer ſeine Rechte Hand zeichen*, (chirothecas) *deſſen zu Uhrkund uff die Stadt dar ſenden:* quo pertinet illa Magdeburgenſium mercatorum ſupplicatio ad Henricum Aucupem, de qua art. 9. *Weichbild:* item illa civium Lubecenſium: Da nobis locum conſtruendi civitatem, in loco, qui tibi placuerit, apud HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 86. Spangenb. in chron. fol. 35. Schawenb. l. 1. c. 15.* ubi hæc habentur verba: *Er*, (Henricus Leo) *erlaubete den Bürgern zu Lübeck wieder zu bauen und gab ihnen viel* privilegia *dazu und verſahe ſie mit Müntz und Zollen u. Stadt-Recht.* Pertinent item varia Principum privilegia, in quibus hoc jus inferioribus conceditur. Ita Conradus II. a. 1038. archiepiſcopo Hamburgenſi dedit privilegium conſtruendi mercatum in loco Heslingoa nuncupato, in pago Eilangoa (de quo MEIBOM. *de pagis antiqv. Saxon.*) eo tenore, ut Advocatus ejusdem eccleſiæ his diebus, quibus annuus mercatus inibi celebratur & confluentia populi maxima fieri ſolet, videlicet in feſtivitate S. Viti martyris poteſtatem habeat banno Regio conſtringendi omnes, qui illum convenerint ad omnem juſtitiam faciendam: telonium autem, inquit, & quicquid ad noſtrum Imperiale jus pertinet eidem eccleſiæ concedimus; addimus etiam, ut poteſtatem habeat, ſi quando rei neceſſitas vel utilitas expoſcat in loco *Staad* nominato (ubi hodie eſt *urbs Stadenſis*) in prædio eccleſiaſtico mercatum ex integro conſtruendi bannum & telonium nec non etiam monetam & quicquid inde regius reipubl. obtinere poterit fiſcus, prælibatæ eccleſiæ concedimus. Idem privi-

Per ſtatuam Rulandi, jus fori denotatur.

jus conſtruendi mercaturam.

Chirotheca in ſignum conceſſa.

Mercatus Stadenſis conceſſus.

privilegium Henricus III. biennium post verbotenus confirmavit: eodem modo Fridericus I. a. 1155. Hermanno Constantiensi episcopo omnia ab antecessoribus Impp. Romanis in possessionibus, terminis, immunitatibus, mercatu, portu, telonio, ac cæteris justitiis collata ipsi confirmat *in antiqu. consst.* PISTOR. Idem Imp. Fridericus Casalensibus in Italia jus civitatis dedit, NATTÆ *consil. 636. n. 100.* sicuti Genuensibus id ademit apud GUNTHER. *lib. 9.*

Concessio Frider. Imp. juris civitatis.

Hoc tamen adjecto, ne claudere pergeret urbem,

Jussus ab incepto populus desistere muro.

Ubi JAC. SPIGELIUS *in not.* annotat, non licere ulli populo urbem constituere, nisi ex Principis autoritate: eleganter ARNOLD. KLAPMAR. *Brem. lib. 3. de arc. rer. publ. c. 7. 8.* Eoque cum Albertus Comes Mansfeldicus prope Islebiam vico cuidam jus civitatis concedere vellet, Cæsar Maximilianus a. 1514. per mandatum inhibitorium intercessit; sed & cives Gröningenses ideo indignationem episcopi Ultrajectini incurrerunt, quod sine ipsius licentia urbem suam moenibus cinxissent, usque adeo ut destructis novis operibus pristinæ conditioni restituerentur a. IIIO. UBBO EMMIUS *lib. 6. rer. Frisic.* Omnium maxime est notabile Ottonis M. privilegium de a. 966., in quo Adalgago archiepiscopo Hamburgensi licentiam concedit construendi mercatum in locum BREMUN nuncupato bannum & telonium nec non monetam totumque, quod inde regius reipubl. fiscus obtinere poterit, sedi Hamburgensi confert. Quin etiam (inquit) negotiatores ejusdem incolas loci nostræ tuitionis patrocinia condonavimus, præcipientes hoc Imperatoriæ autoritatis præcepto, quo in omnibus tali patrocinentur tutela & potiantur jure, quali cæterarum regalium institores urbium, nemoque inibi aliquam sibi vendicet potestatem nisi præfati Pontificatus, archiepiscopus, & quem ipse ad hoc delegaverit &c. Idem privilegium totidem verbis confirmavit Henricus II anno 1003. & post eum Conradus II. a. 1035. addens etiam tempora nundinarum; a lege inquit, ut bis in anno omnes, qui illuc causa mercandi veniunt, una vice septem dies ante Pentecosten, 2da vice similiter 7. dies ante festivitatem S. Wilehadi ibidem corporaliter requiescentis, annualem mercatum illic habeant. Bannum autem nostrum super omnes hos, illuc venientes, ut illic eundo & redeundo habeant pacem, facimus, eundemque bannum nostrum prædicto archiepiscopo (Biseli no) ob suum fidele servitium ea ratione concedimus, ut si, in hoc statuto tempore illuc venientibus aliqua temeritas evenerit, inde justitiam faciendi, neque Dux neque Comes neque aliquis hominum præter ipsum & suos successores licentiam habeant &c. Atque hoc etiam Fridericus I. ita confirmavit a. 1158., sicuti hæc omnia diplomata, quorum aliquot post HENRICI WOLTERI *chronicon MSCt.* reperiuntur, una cum aliis scriptoribus rerum Bremensium nuper edidit eaque illustri Comiti Oldenburgico Domino Anton Günthero inscripsit ERPOLD. LINDEBR. *Hamburgens.* ex quibus omnibus ad oculum patet, civibus tamen Bremensibus, quam aliis, hoc jus passive, non active competiisse ac liberum mercaturæ exercitium, h. e. *Bürgerliche Hanthierung, die den Städten zustændig seyn*, ut *explic. gloss. ad art. 666. lib. 3. Land-R.* non etiam jurisdictionis exercitium concessum. Hoc enim ad episcopum ejusque advocatum aliosque Duces & comites, in quorum territorio constituebantur, pertinebat, ut postea pluribus probabimus. Hinc est, quod ut plurimum Weichbildi nomen ad mercatum refertur, ut in antiquis legibus Frisicis tit. *von Heerfahrt, de Freesen scholen frye Straten hebben to besaten Marckete, id wære denn, dat he de frye dede in densülven Wickbilde, da de Marckt wære so scholde he sin Recht dar entfangen.* Hoc primum esto privilegium, quod Weichbildus sive colossus Rulandinus denotat.

Privilegium mercatus Bremensis.

nundinæ binæ Bremenſium.

Jurisdictio archiepiscopi super Ducatu Bremensi.

Diplomata Cæsarea ab Erp. Lindenbr. edita.

Weichbildi nomen mercatum respicit.

SECTIO XXVII.

Per statum Rulandi jus municipale sive Weichbildicum designatur.

Alterum jus ex priori descendit ac in judicio juris municipalis consistit: *Daſs am selbigen Ding stuele Weichbildes Recht gelte art 9. Weichbild.* Cum autem in nundinis ac mercatibus frequenter controversiæ inter contrahentes oriantur, illi quoque se ipsos defendere contra vim non possint, ideo illis comes & si forum ad ecclesiam pertineret, advocatus præpositus est, qui sub banno Regio jus diceret inter litigantes, mercatores euntes & redeuntes secure reduceret, monetam, macellum & alias tabernas constitueret, telonium aliaque jura, quæ mercatui adhærebant exerceret, ut ex allegatis privilegiis innotescit: itaque judex civitatis sive Burggravius sive advocatus secundum jus municipale judicare tenebatur: quod causam a civitate Magdeburgensi utpote metropoli Saxoniæ trahit, cujus jura & consuetudines ceteræ minores civitates imitari voluerunt. Unde passim in jure Sax. & respons. Magdeburg. fit mentio civitatum in jure Magdeburgico fundatarum *die Weichbilds Recht haben. Ita in d. respons part. 3. c. 8. dist. 1.* dicitur *von einer Stadt, da Weichbilds Recht ist*, ut scilicet excludant alias, quæ id jus non habent, sed jure communi & provinciali adhuc gubernantur; itaque quæ villæ sive vici jus municipale consequebantur, in ejus signum Weichbildum sive colossum Rulandinum erigebant. Ita Conradus Svevus Friderici II. filius, Joanni episcopo Mindensi dedit potestatem constituendi duo oppida, quod vulgo *Weichbelede* appellatur, ubicunque eadem in sua dioeceli duxerit construenda, ut habent verba diplomatis, quod exstat apud PISTORIUM: ita Joannes XXII. Papa villas aliquot in civitates erigit *in C. Salvator. extrav. comm. de præb.* Quo pertinet, quod Otto I. & post eum Henricus II. Bremam aliaque loca, quæ quasi prædia monasteriorum illo tempore fuerunt, in mercatus erexit, hoc addito privilegio, quod in omnibus tali tutela ac jure potiri debeant, quali majorum videlicet civitatum institores per regnum potiri noscuntur GRYPHIANDR. WEICHB. *p. 188. §. 22. 23.* seqq. nimirum quia civitas nondum erat Brema. iisdem tamen privilegiis fori ac mercatus, quibus etiam majores civitates gaudebant, gaudere debeat; & hoc est, quod dicitur: *Dörfer*

Rulandus juris Weichbildici index.

Comitis officium in oppidis.

Civitates in jure Magdeburg fundatæ.

Episcopi Mindensis privilegium.

Brema villa jus fori accipit.

fer haben auch Weichbilds Recht in D. resp. Magdeb. *part. 1. c. 2. distinct. 18.* Quæ forte causa est, quare in Marchia Kinsbergæ, Premslaviæ, Reichenwaldi, Finsterwaldi & in pluribus aliis locis ac pagis ignobilioribus etiamnum *statuæ Rulandinæ* visantur testib. *Alb. in chron. Misn. fol. 88. Knich. in not. ad Jo. Dauth. hypotyp. sect. 8.* in signum scilicet, quod ipsi quoque jure municipali sive Weichbildico gaudeant, quanquam etiam aliam rationem assignet SPANGENB. *in chron. Saxon. c. 121.* Et simile quid de vicis in Megapoli refert Sibrandus, quod jura municipiorum per omnia non habeant, quamvis nonnulli eorum usu juris Lubecensis sint donati *in comm. ad stat. Lubec. Sect. 6. n. 12.* hæc illa sunt speciosa privilegia, quæ per statuas Rulandinas posterioribus temporibus præfigurata fuerunt. At eatenus recipi potest *Jo. Dauthii* sententia, quando asserit, statuas hasce in loco judicii poni solitas *bey dem Ding-Stühlen* it. *Brotuffi* in signum jurisdictionis, non ipsi civitati & subditis sed comiti & advocato competentis. Addendum & hoc in signum juris municipalis eo in judicio observandi, quod Bremensis civitatis privilegium potissimum urget *Henricus Bersing* in disputatione cum cive Lubecensi, quando dicit: *Unsers Herrn Voigt von Bremen* (ita passim vocatur in chronicis ac statutis Bremensibus Judex Domini nostri archiepiscopi Bremensis) *hat anders nicht zu richten denn was der Rath zu Nutzen des gemeinen Besten und der gantzen Stadt gesetzet hat, und als mein Urtheil und Recht in ihrem Buche geschrieben stehet.* Chron. Brem. MSCt. Statuta autem illa sunt condita a senatu & civibus an. 1303. proximo die post S. Andream ut dicitur in principio statutorum, & sunt nihil aliud quam pacta privatorum, de rebus ad mercatum & opificia sua pertinentibus MATTH. STEPH. *l. 2. de jurisd. part. 2. c. 8.* vulgo *Wilkuer Weichbild* cujusmodi etiam villæ sibi ordinare possunt, *art. 55. lib. 2. Land-Recht.* neque enim aliter valent quam si superioris sui juribus non adversentur *l. consuet. C. quæ sit longa consuet. contract. de R. I. in 6.* vel ab eo confirmantur. HEIG. *part. 1. quæst. 23. n. 33.* RUTGER RULAND *in Decis. Camer. quæst. 16.* ita dicitur de Domino villæ, *Kein Recht mag er setzen, noch sie selber wæhlen, da sie des Land-Richters-Recht krænckten mögen art. 79. lib. 3. Land-R.* concordat gloss. d. l. & *ad art. 18. & 43.* Weichbild. Quod ipsi Bremenses in principio statutorum suorum fatentur: *Diese Wilköer und disse settinge scholen unsers Herrn Recht nicht mindern* h. e. statuta, pacta & sponsiones nostræ, domini nostri archiepiscopi jura non minuent, cumque post illa tempora consules Magdeburgenses & Bremenses contra jura ecclesiastica jura quædam condidissent, Carolus IV. ea solemni edicto de anno 1359. antiquavit ac prohibuit. Exstat apud ERP. LINDEBR. & PISTOR. inter *privil. Bremens. & Mindens.*

Pagi, statuas Rulandinas habentes.

Vici jure Lubecano utentes.

Dauthii & Brotuffii sententia declaratur.

Statuta civitatis Bremensis.

Statuta juribus superioris non derogant.

Statutorum Bremensium conditio.

SECTIO XXVIII.

Refutatio aliorum Jurium, quæ colossis Rulandinis vulgo tribuuntur.

Ceterum quæ de urbis immediata dependentia ab Imperio Romano, de metropoli cujusque regionis & nescio quænam alia vulgo afferunt, gerræ sunt meræ ab inani vulgi sermone profectæ, quale est & hoc: ubi colossus sub dio sistitur, illic omnimodam libertatem, ubi vero sub tegumento, ut Halæ, ex semisse militare, refert KNICH. *in not. ad Dauth.* it. illud quod civitates, quæ libertatem sibi ereptam existimarunt, statuam Rulandi ultro dejecerunt DILICH. *in chron. Brem. fol. 40.* nimirum, campana sonat, phantasticus quod somniat, ut habet proverbium. JASON. *relat. ab* ALCIAT. *lib. 4. d. v. 5.* Si jus esse debet, in cujus Imperatoris constitutionibus id exstat? sin vulgi judicio id consistit, jus est cerebrinum, imaginarium, ac phantasticum a nemine observandum DECIAN. *Resp. 36. n. 41. vol. 1. Garth. de expens. c. 1. n. 28.* quia vulgi putativa æquitas plerumque duplex est iniquitas. BALD. *in rubr. quæst. 9. n. 11. c. de non num. pecun.* Libertas namque quarundam, ut plerumque concedit in imaginariam reipubl. indolem, veluti BRUTI illud apud LUCIANUM: *Tuumque nomen libertas & inanem prosequor umbram* accommodat SCOTUS resp. 28. sub n. 106. ad fin. ut plebecula imperitiæ ac confusionis exemplo sæpius atque iterum edocta tanti poenitere libertatem prætensam imaginariam ostendisse deploret. Dulce & quandoque fallax libertatis nomen. Felices cives sua si bona norint hoc deploratissimo statu, ANDR. KNICH. *in velitat. apologet. num. 111. 112. 113.* Dejecerit licet Hamburgum A. C. 1315 colossum Rulandinum ad sententiam Caroli IV. CRANZ. *lib. 10. Saxon. 2.* CHYTR. *lib. 22.* quod tamen GRYPHIANDR. de *Weichbild. Sax.* cap. 70. n. 10. rejicit tamen id, quod ex falsa persuasione ac errore profectum veritati nullum præjudicium parit; ignoravit enim Hamburgum, quantum sibi liceret, quanquam ejus facti causas diversimode interpretantur, DAUTH. *in d. Sect. 8.* & ibi KNICH. *in not.*, MATTH. STEPH. *lib. 2. de jurisd. part. 2. c. 1. n. 22.* MARTIN. ZEILLER. *in itinerar. Germ. c. 17. n. 5. fol. 365.* Eodemque pertinet demolitio Rulandi in urbe Quedlinburgensi a Marchionibus Misniæ occupata FABR. *lib. 7. de orig. Sax. fol. 783.* ne scilicet esset idolum persuasæ libertatis, ut annotat KNICH. *ad d. S 8.* Alioquin ad mediatam vel immediatam dependentiam ab Imperio civitatis alicujus colossus Rulandinus prorsus nihil facit, neque eo fine positus, sicuti enim *Wedela* vicus ad Albim Schawenburgicæ ditionis colossum Rulandinum habet in signum mercatus boum, qui hic annuatim celebrari solet salvo jure domini sui, ita quidni & Hamburgum habere posset, quippe quod non solum emporium celeberrimum, sed & urbs est ex Hanseaticis civitatibus non postremi nominis. Quæcunque enim civitas, municipium, oppidum, vicus, pagus, in jure municipali fundata est, *hat Weichbilds Recht*, illa & Weichbildum præferre & statuam Rulandinam collocare in judicio potest, cum hæc sit propria & adæquata ejus nota. Quod si sublimius aliquod jus ac immediatam dependentiam cum Dauthio colligere ac exstruere inde velis, ignobiles illi Rulandi Wedelæ & in pagis Marchicis positi te coarguent. Nec liberæ Imperii civitates, ut Norimberga, Augusta, Argentina Cæ-

Juris imaginarii capita quædam.

Hamburgenses Rulandum dejiciunt.

Demolitio Rulandi Quedlinburgensis.

Wedela vicus ad Albim habet Rulandum.

Civitates Imperiales

Statuis Rulandinis destitutæ.

Cæsaream Majestatem immediate & sine ulla controversia agnoscentes propriam hanc & adæquatam dependentiæ notam, per quam ipsæ status quæstionem paterentur, agnoscent. Et ne in Saxonia saltem Dauthii principium valere dicas; sunt hic quoque urbes, ut Lubeca, Brunswiga, non minoris autoritatis, quamvis statuas Rulandinas non habeant; imo Lubecensis respublica Magdeburgo & Bremæ usque adeo nihil cedit, ut etiam superior esse velit tam dignitate quam potestate; est enim non modo libera Imperii civitas a Friderico I. & II. multis privilegiis aucta, DRESSER. *in millen. 5. de urb. Germ.* CHYTR. *in Sax.* sed & una ex quatuor Imperii civitatibus κατ' ἐξοχὴν ita dictis, de quib. PETR. *de* ANDLO *l. 1. de Rom. Imp. 16.* PAURMEIST. *lib. 2. de jurisd. Imp. c. ult. n. 16.* est caput Hanseaticæ societatis DRESS. & CHYTR. *d. l.* CRUSIUS *de præced. p. 783.* est præterea urbs potentissima & respublica bene constituta, quam etiam commendat *Æneas Sylvius in Europ. c. 24.* in cujus urbis laudes late se diffundit SIBR. *in comment. ad stat. Lubec. part. 1. Sect. 2. & 8.* ut propterea in disputatione de utriusque civitatis prærogativa Hamburgi habita a. 1300. inter *Tilemannum Badendorff* civem *Lubecensem* & *Henricum Bossing Bremensem*, quorum ille suæ reipublicæ primas partes jure meritoque vindicarit, si credendum est Chron. Bremens. MSCt. cur ergo inquis Lubeca nullum Weichbildum sive Rulandum habet, cum ipsa habeat jus municipale, *hat Weichbilds-Recht*; habeat præterea jus nauticum *das Weisbuls-Schiff-Recht* ut vocat MATTH. STEPH. *lib. 2. de Jurisd. part. 7. c. 7. n. 7.* nimirum quia Lubeca prudenter hæc deliramenta ludicra & inania putativæ libertatis simulacra plus honoris quam juris, plus terroris quam roboris habentia nihil curavit: sicuti de Romanis acute Tacitus: Apud nos jus Imperii valet, inania transmittuntur, lib. XV. *annal.* Quanquam si dicere velis Jus Lubecanum quandoque juri Magdeburgico opponi, non reclamaverimus. Ita enim invenimus quasdam urbes singulari privilegio non minus in jure Lubecano fundatas *sind mit Lübischen Recht gewidmet* quam aliæ fundatæ sunt in jure Magdeburgic. de illis vid. SIBRAND. *ad stat. Lubec. Sect. 10.* Hæc copiosius deducere voluimus, eo quod de prætenso statuarum Rulandinarum jure, origine & causis pauca a viris doctis in litteras relata exstant. Ac cum hinc satis constet, nominis hujus usum circa Caroli IV. tempora plus minus demum invaluisse, Henrici autem temporibus nondum viguisse; sequitur, colossos Rulandinos infallibile falsitatis diplomatis Henricani argumentum & monumentum ad æternam posteritatis memoriam exstare.

Lubicensis Reipublicæ autoritas.

Quatuor primariæ civitates Imperii.

Lubicensis Reipubl. laudes.

Disputatio inter Bremensem civem & Lubicensem.

Lubeca cur Rulandum non habet?

Jus Lubecanum & Magdeburgic. opposita.

Statua Rulandina falsitatis argumentum.

SECTIO XXIX.

Nomina potestatum a temporibus Caroli M. in Germania usitata.

Civitates olim judicia non habuerunt.

Sextum falsitatis argumentum elucet ex judicio criminali, quod in prætenso diplomate Henrici V. æque ac in privilegiis jactatis Caroli M. civitati Bremensi contra prædones ac piratas tribuitur. Hoc autem Henrici V. temporibus usque adeo non habuit civitas Bremensis, ut nequidem propter inhabilitatem suam habere potuerit. Per ea, quæ superius sunt deducta, & ex nomenclatura potestatum ac dignitatum illo tempore usitatarum clarius probatur. Jurisdictionem enim omnem a Caroli M. temporibus in Germania & Saxonia comites & missi exercebant, ui ex LL. Carolinis constat non solum in pagis (vulgo *Gow* dictis unde Gowgravii) sed etiam in oppidis cuique pago sive districtui subditis; quod eleganter explicavit BEAT. l. 1. *rer. Germ.*, quem sequitur KYRIAND in ann. Trevir. part. 7. & 13. ubi non solum episcopales, sed etiam liberas Imperii civitates suos habuisse comites demonstrat, unde SPIGELIUS: quia tempore Caroli M., inquit, regnantibusque Ottonibus, ad singulas civitates regendas aliquis comes mittebatur, coepit territorium, cui comes præerat, comitatus dici, alias territorium, districtus, dioecesis, lib. 5. *comm.* ad *Günth.* Late suo more LEHMANN *lib. 2. chron. Spirens. cap. 18. Stadt hat man geheissen eine grosse Gemeinde, in welcher samt der gantzen Gow ein Bischof und ein Graff im Nahmen eines Teutschen Königs Geistl. und weltliche Obrigkeit verwaltet.* Inde nomen comitis sive Gravionis pro judice passim accipitur HEIG. *l. 1. quæst. Sax. 2. n. 40.* & seqq. KNICH. *de jur. terr. c. 4. n. 40. & c. 4. n. 52.* PEUCER *lib. 5. chron.* REINECC. in tr. *von des Adels Herkommen* fol. 139. & seqq. huic suberant Centenarii & Zentgravii, de quibus *Beat. Rhen. lib. 2. rer. Germ.* LEHMANN. *lib. 2. chron. Spir. 22. & seqq.* & GRYPHIANDR. WEICHB. *p. 227. 228. 229.* qui iidem etiam *sculteti* in jure Saxonico appellantur in *LL. Longobard. lib. 2. tit. 41. & 52. Scultasius* item *Schultheis* dicitur, quasi qui jubet debitum exsolvere pignoris captione & mulcta, LEHMANN. *d. c. 22.* Alicubi etiam AMMANNUS dicitur, sicuti AMBACTIA pro præfectura aliqua apud Gallos accepta PITHOEUS *l. 1.* adverss. 8. FREH. *lib. 1. de orig. palatin. 5.* Et *scultetia* præfectura definitur *art. 80. lib. 3. Lana-Recht*, ut hæc omnia synonyma sint & inferiorem potestatem denotent. Quamvis enim *scultetus primarius* ex Scabinis esset, sine quo judicium haberi non poterat, *art. 59. lib. 1. art. 52. lib. 3. Land-R. art. 18. Weichb.* Comite tamen inferior erat ac jurisdictionem simplicem tantum cum mixto Imperio habebat d. *art. 80. lib. 3. art. 10. & seqq. Weichb.* Inde orta est differentia *altæ* & *bassæ* jurisdictionis, quarum illam comes, hanc scultetus habebat, per ea quæ annotat PAURMEIST. *lib. 1. de Jurisd. Imper. 16. in fin.* COLER. *de process. execut. l. 2. c. 1. n. 124. & seqq. Eberh. Specchh. Bremens. cent. 1. illustr. quæst. 90.* Quæ in responsis Magdeburgensibus ad utrumque satis clare refertur: *Der Schultheiß hat das Nieder-Gericht, der Burggraff das Oberste. l. 1. C. distinct. 18.* itaque centenarius sive scultetus non poterat judicare de vita & possessione *lib. 2. LL. Longobard. tit. 52. n. 3. art. 45. Weichb. konnte nicht richten über Hals und Hand art. 52. lib. 3. Land-Gericht gloss. ad d. art. 80. lib. 3. eod.* quia scilicet bannum Regium non habebat *art. 36. §. 2. Lehn-Recht.* Quamvis enim bannum suum acciperet a Comite, & hic a rege, *art. 2. Weichb.* bannum tamen regium nemo concedere poterat, nisi rex solus

Jurisdictio penes comites & missos.

Comites civitatum judices.

Centenarius Scultetus subest Comiti.

Scultetia præfectura.

Jurisdictio alta & bassa.

art.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

art. 64. lib. 3. Land-Recht. COLER. *d. lib. 2. cap. 1. n. 125.* hoc est secundum jus civile simplicem jurisdictionem jure Magistratus competentem a quovis alio accipere poterat, inferior hic judex; sed non merum imperium, quod a Lege vel principe datur *C. 1. de offic. ejus cui mandat. est jurisd.* Regius enim bannus nihil aliud, quam jus gladii sive criminalem jurisdictionem denotat, juxta *gloss. ad. d. art. 64. l. 3. Land-Recht tit. D. & lib. 2. art. 61. in add. ad gloss. n. 4. Bey Königs Bann Dingen* est habere merum Imperium: aliqui ita. JO. DAUTH. bannum regium explicat, *in hypotyp. Sect. 8.* it. MATTH. STEPH. *de jurisd. part. 2. lib. 2. C. 4. n. 41.* vulgo *Bluetban, Hals-Gericht.* COLER *d. c. 1. n. 122.* Hæ tum erant potestates per Saxoniam tam in oppidis quam in agris Consulum dignitate ac potestate prorsus ignota. Neque enim potuit nisi nudum nomen Consulum superesse, cum omnis jurisdictio tam merum quam mixtum imperium apud comites & sculletos resideret; unde etiam in pactis ac subscriptionibus civitatum nomine factis sculteti sive Magistri scabinorum, & scabini consulibus & senatui urbis utpote majori dignitate & potestate præditi præferebantur, ut videre est in pactis urbis Trevirensis cum comite Lutzenburgico initis a. 1302. *in annal. Trevirens. Kyriand. part. ult.*

Consules in Saxonia diu ignoti.

SECTIO XXX.

Advocatiæ episcopatuum secularem jurisdictionem continebant.

Advocatorum ecclesiæ officium.

In illis autem civitatibus, quæ episcopos habebant, comites etiam advocati erant, qui secularem jurisdictonem ac politica negotia Cæsaris nomine expedirent, simulque episcopos ac clericos docendi munere intentos manu militari defenderent. Quanquam olim tantum ad procurationem rerum episcopalium officium eorum pertinuisse videtur *Capit. Carol. lib. 5.* cap. 234. GRYPHIANDR. *c. 63.* hoc statuimus, inquit textus, ubicunque episcopi substantiam habuerint, advocatum habeant in ipso comitatu, qui absque tarditate justitiam faciat & suscipiat. Verum postea laxior ipsorum potestas esse coepit, ita, ut jurisdictionem quoque contineret & alicubi comites supprimeret; atque hæc præfectura ex fine advocatiæ nomen meruit, ita dicitur *in usib. feudal. in §.* quicunque *2. feud. 27.* it. in don. *Carol. M.* apud *Mut. l. 9. rer. Germ.* & passim. in jure Canonico defensaria *in C. unic. extrav. de maj. & obed.* inde feudum advocatiæ, *de quo vult lib. 1. feud. 8. n. 27.* quæ vocabula Germani quotidie usurpantes ad suum idioma transtulerunt pro advocatia, *Voigtey*, pro advocato *Voigt* pronunciantes, BODIN. *l. 1. de republ. 7. in princ.* KNICH. *de jur. territ. Voigteya* GILMANN. *l. 1. rer. judic. cam. 1. n. 24. & seqq.* inde advocatus in jure Saxon. etiam judex dicitur *art. 64. l. 3. Land-Recht* Judicium *Vogt Ding art. 2. lib. 1. Land-R.* Itaque quoties primi Impp. episcopum vel Abbatem constituerent, illi simul advocatum aliquem *ein Kayserl-Voigt* ex secularibus adjunxerunt, sive comitem sive alium militarem, ipsi Cæsares superiores advocati (*Obriste Patronen der Kirchen*) fuerunt: Et quandoque etiam inferiores ratione ducatus hæreditarii. Ita Fridericus I. in diplomate *d. a. 1178.* se advocatum ecclesiæ Spirensis vocat, ratione Ducatus Sveviæ. CRUS. *in annal. Svev. part. 2. lib. II. c. 16.* imo cum principes possessiones quasdam ecclesiis darent, ipsi eorum advocatias hæreditario jure sibi retinebant LEHMANN *l. 2. chron. Spir. c. 36. ad Bremens. hist. eccles. ad Maderi p. 545.* Ita Lotharius Imp. a. 1134. in fundatione coenobii S. Ægidiani Brunswicensis sibi & arci suæ Tanqvarderodæ reservat: *die Voigtey esste werltliche Gericht, die er vermittelst seinen Diener regieren lassen wolte. relat. histor. Duc. Brunsv. part. 1. c. 1.* Quandoque etiam suos proprios cognatos ad hanc dignitatem promovebant; ita Carolus M. in diplomate de a. 813. Augiæ majori coenobio concedens *Ulmam* villam regalem ut Abbas cum fratribus suis, exterioribus curis remotis, liberius DEO servire possit, *Adelbertum* cognatum suum in supradicta villa advocatum & defensorem constituit sub juramento ne statuta Imperialia transgrediatur, atque hæ sunt advocatiæ quæ sub Henrico V. ad regalia pertinebant ut constat ex ejusdem litteris *apud Dodech. Abb. in append. ad M.r. Scot.* Ex quo autem advocatiæ & secularia judicia ad episcopos pertinere coeperunt, initio facto ab Ottone M. qui primus fratri suo Brunoni Archiepiscopo Colonienſi ea concessit a. 953. de quo WIDEK. *mon. chron. Erfford. MSCt.* LEHMANN. *in chron. Spir. l. 4. c. 3.* Episcopi eas suo nomine exercuerunt aliisque advocatis in feudum concesserunt. Ita Adalbertus archiepiscopus Hamburgensis in privilegio, dato monasterio Pozensi a. 1053. sanxit: ut quicunque de sua stirpe (comitum a Bren) Laicus cæteris provectior esset, huic loco advocatus constitueretur. Quin legitur, ipsos Imperatores aliosque seculares Principes advocatias ab ecclesiasticis beneficiario jure accepisse. Ita Fridericus I. in diplomate dato Constantiensi episcopo a. 1115. conferens præposituram Oeningen, hæreditario jure ad se pertinentem ejus advocatiam rursus de manu episcopi recipit, spondens, quod curtes quædam nullius sub advocati districtu subjacere sed ad dominicalia pertinere debeant, *exstat in antiq. const. prist.* Contra Gerhardus de Stotle advocatiam in curia Brambstede, quam de manu archiepiscopi Bremensis jure feudali in beneficio tenuerat, eidem vendidit cum omnibus utilitatibus & attinentiis a. 1248. exstat diploma apud LINDEBR. Quamvis vero inter Cæsares & episcopos super jure regali advocatiarum contentio extiterit, eo quod eas pontifex episcopis appropriare vellet, Imp. prorsus excluso, quod & Urbanum 3. præstitisse scribit BARONIUS in *annal. eccl.* ad a 1186. contradicente LEHMANN. *lib. 4. chron. Spirens. 22.* qui usque ad Friderici II. tempora *Imp.* id jus defendisse contendit; tamen certum est civitates nihil cum eo jure commune habuisse, quibus quippe parendi necessitas incumbebat, quod ipse Lehmannus agnoscit *d. l. 4. c. 3.* ibi: *Solche Befreyung der Stædte von den weltlichen Reichs-Officirern, hat ihren Anfang unter Kayser* Ottone *dem ersten und seinen Nachkommen; hat aber den Stædten oder Lændern wenig oder nichts fürgetragen. Denn was die Kayserr damals den weltlichen Obrigkeiten abgestrickt, das haben sie den Geistlichen*

Feudum advocatiæ.

Ecclesiasticis semper advocati adjuncti.

Cæsares supremi Advocati.

Advocatia civitatis Brunswicensis.

Advocatus Ulmensis.

Otto M. primus episcopis secularia judicia concessit.

Advocatiæ ab episcopis secularibus sonsessæ.

Advocatia Bramstedensis ab archiepiscopo Bremensi recepta.

Contentio inter Cæsarem & episcopos.

Civitates in potestatem ecclesiasticorum incidentes.

Geiſtlichen übergeben und eingeræumet, ut ita civitates a poteſtate ſecularium liberatæ ipſo momento in poteſtatem eccleſiaſticorum inciderint poſſeſſione vacua ipſis nunquam relicta.

SECTIO XXXI.

Advocatia urbis Bremenſis ad archiepiſcopos Bremenſes & Duces Saxoniæ olim pertinens.

Sedes ſcabinalis Magdeburgenſis pertinuit ad Burggravium.

Ut autem ad ſpeciem deſcendamus, ſicuti judicium ſive ſedes Scabinalis Magdeburgenſis olim non ad civitatem Magdeburgenſem ſed ad ejus Burggravium pertinuit, qui etiam advocatus eccleſiæ Magdeburgenſis appellatur *in art. 14. Weichbild.* ita etiam urbis Bremenſis advocatia, hoc eſt, judicium cum banno regio, ac omni poteſtate ſive, ut duobus verbis efferamus, urbis Imperium, cum CRANZ. *lib. 6. Metrop. 2.* ad archiepiſcopum Bremenſem pertinere coepit, non quidem ex conceſſione Caroli M., ut falſo exiſtimat *chron. Brem.* MSCt. & ex eo CRANZ. *lib. 2. Sax. 23.* cum id ſuperioribus prorſus adverſetur, ſed beneficio Ottonis M. cujus exſtat privilegium de a. 937. inter diplomata *Erp. Lindebr.* ut nullus judex publicus vel quælibet judiciaria poteſtas aliquam ſibi vindicet poteſtatem in ſupradictorum hominibus monaſteriorum (nempe Rameslao, Eremo, Bireſino, & Burcheno) Litis videlicet & colonis vel eos aliquis capitis banno, ob capitis furtum vel quocunque banno conſtringat aut aliquam juſtitiam facere cogat, niſi advocatus archiepiſcopi. Ita Fridericus comes advocatus eccleſiæ Bremenſis appellatur in litteris Liemari archiepiſcopi d. a. 1088. apud Lindebr., qui Liemarus cum a Ludere comite (qui poſtea Imperator factus eſt Lotharius) captus eſſet, illi pro redemtione ſua dedit advocatiam urbis Bremæ & trecentas marcas argenti GRYPHIANDR. *MSCt. de epiſc. fol. 44.* ALB. ABBAS *Stadenſ. ad a. 1089.* ALB. CRANZ. *lib. 5. Sax. 12. lib. 5. Metrop. 21. hiſt. archiep. Brem. in Liemaro chron. Brem. MSCt.* quo jure Albertus Urſus Dux Saxoniæ poſtea Bremam occupavit CRANZ. *lib. 6. Sax. 7.* UBB EMM. *lib. 6. rerum Friſicar.* inde factum inquit (epitomator) quod Lotharius ejusque ſucceſſores Saxoniæ Duces jus ſibi a Liemaro ceſſum quam largiſſime de dominio urbis interpretantes, eam ſibi multos annos hæreditario jure vindicarunt, urbs vero libertatem adverſus duces tueri atque aſſerere laboravit, DILICH. *in chron. Brem. p. 67.* ſed hoc poſterius ἐπίσαγμα de ſuo attexit abbreviator, qui defendere libertatem non poterant, quam non habebant Bremenſes. Quamvis vero inter archiepiſcopum & Duces Saxoniæ ſuper advocatia urbis quotidie bella & diſſidia orirentur, eaque etiam in ipſos cives redundarent; tamen cives ſumtis armis ſe ipſos defendiſſe eo adhuc tempore non leguntur, ſed ſemper in partem victoris ceſſerunt, ab eoque defenſionem & tutelam expectarunt. Ita Hermannus comes Adalberto archiepiſcopo infenſus, cum exercitu copioſo contra Bremam venit, ibique diripiens omnia, quæ ad manum venerant, eccleſiæ ſoli pepercit, ADAM. BREMENS. *in hiſt. eccl. c. 160.* nihil tum fecerunt cives per ſe, ſed archiepiſcopus eo nomine querelam ad palatium Cæſaris deferens, comitem ad ſatisfactionem compulit ADAM. BREM. *cap. ſeqq.* Atque hoc erat jugum Ducum Saxoniæ quod tam cupide ſed fruſtra excutere tentarunt archiepiſcopi, ut ex querelis Adalberti conſtat, id agentis, ut nec Dux nec comes nec aliqua judicialis perſona quampiam jurisdictionem aut poteſtatem in ſuo haberet epiſcopatu ADAM. BREMENS. *c. 122. & c. 120.* Ideo Adamus Bremenſis in carmine ad Liemarum Adalberti ſucceſſorem ſub finem operis ſui ita precatur:

Ut Brema cum Hamburg per te redimi mereantur,
Quæ diuturna ſui flent tempora carceris ambæ
Hæc a paganis oppreſſa, hæc clauſa tyrannis.

Quibus poſterioribus verbis nihil aliud quam Ducum Saxoniæ poteſtatem in urbe Bremenſi competentem intelligit; atque hæ contentiones ita ad poſteros & ſucceſſores Lotharii Cæſaris propagatæ ſunt; eoque jure nititur prætenſio Henrici Leonis, apud CRANZ. *lib. 6. Sax. 10. & 20.* quæ ad cives nihil prorſus pertinebat, quippe quibus invitis archiepiſcopi advocatiam urbis alienare vel alii cedere poterant, ſicuti nec Liemari conceſſioni contradixiſſe leguntur; ſed & recuperatam advocatiam archiepiſcopi libere & ſine cujusquam contradictione per ſuos judices Bremæ exercuerunt ac diutiſſime poſt tenuerunt, conſtat id, ex formula ſupplicationis, qua judicii celebratio a judice archiepiſcopo impetrabatur, *der Voigt wolle ein Gericht hegen.* Ita cum a. 1365. civilis ſeditio exorta eſſet, Senatus Bremenſis orat Judicem ſive *den Voigt daß er wolle bey* Veſper-*Zeit ein Gerichte hegen und halten und ihnen gönnen durch ſolche Noth, daß ſie mit ihren Waffen möchten kommen für das Gerichte u. laſſen den Vogt fragen eines Rechts &c.* ut habent verba *chronici Bremenſis* MSCt. qua petitione opus non habuiſſet Senatus, ſi ad ipſum judicium vel jurisdictio criminalis pertinuiſſet, cum nequidem cum armis comparere in judicio ſibi liceret, quod ſolius judicis eſt inſigne; quia ad mallum quilibet ſine armis, ſi intra patriam eſt, comparere debet *lib. 2. ll. Longobard. tit. 46.* Neque ſane veriſimile eſt, archiepiſcopum Bremenſem minora jura in civitate Brema obtinuiſſe, quam alii epiſcopi in ſuis urbibus obtinuerunt, quæ qualia fuerint ex diplomate Caroli IV. dato epiſcopo Conſtantienſi anno 1357. apud *Piſtorium* cognoſcere licebit, ubi inter alia ſic legitur: Item dictus epiſcopus in præfata civitate habeat miniſtrum & omnes ſeculares ab eo & ad eum tanquam a vero domino immediate dignoſcantur dependere &c. Quamvis vero in ſtatutis Bremenſibus de anno 1303. concurrens quædam jurisdictio Senatui cum Judice archiepiſcopi tribuatur hiſce verbis: *Wer einen Bürger verklagen will, dat ſchall he doen vor mines Herrn Vagd, ofte vor den Radmannen, und anders nergend nicht*; tamen id poſterioribus temporibus quoad Senatum ſaltem de cauſis levioribus accipiendum eſt, quæ ad mercatum & negotiationem pertinerent, & per ſimplicem jurisdictionem expediri poſſent, cujusmodi Conſulis officium deſcribitur in jure municipali, *art. 44 in fin. Weichbild* & alibi paſſim. At quæ majoris momenti negotia

Ottonis M. conceſſio facta archiepiſcopo.

Advocatia Bremenſis Lothario Saxoni conceſſa.

Dilichius notatur.

Contentiones archiepiſcopi Bremenſis, cum Ducibus Saxoniæ.

Brema direpta.

Advocatia urbis Bremenſis pertinet ad archiepiſcopum.

Henrici Leonis prætenſio.

Formula impetrandi judicium.

Epiſcoporum jura in urbibus epiſcopalibus.

Senatus & Advocati concurrentia.

negotia erant ac bannum regium requirebant, ea ad advocatum aliosque officiales archiepiscopi spectabant; de quibus sectione 29. dictum. Quam minima privilegia habuerint cives Bremenses tempore Adalberti, constat ex afflictione eorundem, quando etiam indicta causa puniti, incarcerati, mulctati, deportati, & magis quam alii subditi oppressi fuerint. ADAM. BREM. *cap. 183.*

SECTIO XXXII.

Civitatum Saxonicarum potentia quomodo creverit?

Civitates quomodo advocatias acquisiverint?

Ex superioribus constat Bremam aliasque civitates Saxonicas Henrici V. tempore advocatiam ac bannum regium non habuisse; nequidem ante an. 1300; verum post illa tempora plerasque civitates Germaniæ regia hæc jura successive acquisivisse ex diplomatibus ac certis historiis evinci potest. Ita legitur in historia *Landgravior. Thuringiæ c. 84. tom. 1.* PISTOR. inter *Fridericum Landgravium* & *Erfurtenses* magnam discordiam ortam esse eo, quod cives multas jurisdictiones ac advocatias in villis circumquaque adjacentibus civitati comparaverant; sed & civitas *Brunsvicensis* a. 1345. à Magno & Ernesto Ducibus Brunsvicensib. fratribus advocatiam urbis *die Vogtey in der Stadt*, item *die beyden Wickbilde Altewick und Sack mit dem Schloß-Gerichte*, quæ Ducum propria erant, pro 690. marcis argenti pignoris jure accepit, *relat. Duc. Sax. part. 1. c. 8.* Hinc ortæ contentiones inter civitates invalescentes & vicinos principes crescenti earum potentiæ contradicentes. Ob quam causam cum civitates Rheni, Sueviæ, Bavariæ, & Franconiæ contra principes & dominos terrarum fœdus sive Ligam iniissent, a. 1388. principes commoti, quilibet princeps sibi vicinas civitates infestabat supra modum, & illas civitates omnes humiliaverunt & ligam dimittere compulerunt & libertates, quas domini ac progenitores eorum aliquando civitatibus vendiderunt, perpetuo & conditionaliter restituerunt sine pecuniis, imo pecunias dominis addiderunt. *Hæc sunt verba histor. Landgrav. Thur. c. 130.* Ita cives Bremenses circa a. 1300. caput erigentes, bellis archiepiscopi se immiscere coeperunt, veluti cum Gothfrido comiti de *Arensberg* electo contra Mauritium Oldenburgicum astiterunt *hist. Archiep. Brem. Cranz. in Metrop. Chron. Oldenb. &c.* auxit crescentem civitatum potentiam Carolus IV. in extollendis illis admodum sedulus quippe quarum opes & robur didicerat, esse opes & robur Imperii ut dicit PEUCER *in Chron. in vita Caroli IV.* ejus deinde filius Wenceslaus pleraque jura Imperii civitatibus petentibus & pecuniam afferentibus prorsus vendidit, usque adeo, ut utriusque regimen non immerito improbet THEOD. *a* NIEM. *episc. Verdens. in nemore union. tr. 6. c. 33.* & puto, inquit, quod hi pater & filius & uterque ipsorum totum residuum Imperii libentissime vendidissent, si reperissent emtorem. Ut hinc tuto concludi possit circa ea demum tempora autorem fictitii hujus diplomatis Henricani vixisse in eoque concipiendo ad sui seculi statum respexisse & jurisdictionem civitati Bremensi tribuisse, quam Henrici V. & successorum temporibus nondum habebat.

Civium Erfurtensium invalescens potentia.

Brunswiga quando advocatiam urbis acceperit?

Bremensium emergens potentia.

Carolus IV. auget potentiam civitatum.

Wenceslaus filius.

SECTIO XXXIII.

Regalia fluminis Visurgis ad Cæsarem & Principes pertinent.

Flumina regalia.

Confirmatur hæc prætensi diplomatis falsitas, septimo ex eo, quod etiam Regalia quædam civitati Bremensi tribuere videtur, nempe Visurgim fluvium, cum salvo conductu, quæ regalibus annumerantur. *in C. un. & ibi F. F. quæ sunt reg. in usib. feud.* atqui regalia illo tempore ad Cæsarem & principes ecclesiasticos & seculares tantum pertinuisse multis argumentis ostendi potest: quamvis enim de investituris episcoporum ac Prælatorum inter Imperatorem Henricum V. & Paschalem II. Papam hoc ipso a. IIII. Romæ acerrima contentio exstiterit, quam late describit DODECHIN ABB. *in append. ad Marian. Scot.* tamen illa ad civitates nihil pertinuit, quippe quæ tum ejus juris nondum capaces fuerunt & cum illam controversiam Imperator Henricus V. tandem remitteret, concedens canonicas fieri electiones: ipsi vicissim singulari privilegio hoc jus confirmavit Papa, ut electi tam cisalpini quam transalpini non prius ordinarentur episcopi, quam regalia de manu Imp. per sceptrum acciperent. OTTO FRISING. *lib. 7. chron. 16. & lib. 1. de gest. Imp. Frider. c. 6. art. 60. lib. 3. Land-R.* Quod ita semper observatum legimus, etiam in ipsis archiepiscopis Bremensibus, quos regalia ab Impp. accepisse chronica Bremensia memorant; quanquam Caroli M. ævo falso illi tribuunt, ibi: *Wann ein Bischof zu Bremen gekohren ist, und ihm der Pabst* investirt *oder eingesetzet hat, so ist der Kayser oder Römische König des pflichtig, daß er mit seinen* Regalien *den Bischof und das Stifft vortfreye.* Hæc inquam, quæ Henrico V. tribuenda fuerant; illic tempore anticipato Carolo M. tribuuntur. Quod si ergo regalia archiepiscopo a Cæsare conceduntur, simulac is a Pontifice investituram accepit, saltem a temporibus Henrici V. civitati Bremensi adscriberentur? cum sit noti juris, unius & ejusdem rei duos in solidum neque dominos esse posse, *l. 5. §. fin. ff. comm.* neque possessores, *l. 3. ex contrar. ff. de acquir. poss.* quod multo magis de jure regali dicendum est, utpote quod individuum est, *ff. præterea*, & ibi F. F. *de prob. alien. per Frideric.* unde decisum est in jure feudali Sax., quod duo non possint jus feudale in uno judicio possidere *tit. 36. in fin. Lehn-Recht*, neque est, quod dicere velis civitatem Bremensem hujusmodi regalia de manu archiepiscopi vicissim accipere, quia illud in allegatis chronicis Bremensibus non habetur, sed hoc tantum, quod civitas libertatem suam (in jure Weichbildico consistentem) ab episcopo accipiat, ibi: *und also entfahet dann die Stadt die Freyheit von dem Bischoffe wieder.* Cætera regalia illo tempore ab archiepiscopo ne subinfeudari quidem potuerunt; oportebat enim ea de manu solius Imperatoris accipere *art. 58. & 60. lib. 3. Land-Recht c. 16. ff. 3. de reb. gest. Frid. 28.* Regalia nulli episcoporum militi antequam de manu principis suscipiantur, tradere licet. Item:

Regalia olim ad Cæsarem & Principes pertinebant.

Privilegium Pontificis de regalibus episcoporum.

Jura regalia sunt individua.

Civitas Bremensis quid ab archiepiscopo recipiat?

Men mag auch kein Gericht theilen noch gantz leihen, nachdem es einem geliehen iſt, art. 53. lib. 3. Land-Recht ubi id explicat gloſſ. & *art. 64. eod.* Quod principium ipſe JOANN. DAUTH agnoſcit his verbis: Regalia ut regalia immediata ſunt, & a nullo inferiori, a ſuprema Cæſarea Majeſtate tribui poſſunt. *in diſcurſ. gener. & ſpec. de rer. publ. infer. Sax. illuſtr. reg. & ſtat. part. 1. fol. 15.*

JOANNIS DAUTH conſenſus.

SECTIO XXXIV.

Fluminum proprietas ad utriusque ripæ dominos ſpectat.

Civitas Bremenſis olim in flumen Viſurgi nil habuit juris.

Ut autem hic quoque propius ad rem accedamus, certiſſimis argumentis hiſtoricis ac juridicis ſimul doceri liquido poteſt civitatem Bremenſem in flumine Viſurgi nec regalia, nec jurisdictionem, nec dominium, nec inſulas, nec ullum aliud jus, præterquam ſolam navigandi facultatem, quæ cuilibet etiam peregrino & extraneo jure gentium competit, eo tempore habuiſſe, ſed id totum ad archiepiſcopum & vicinos principes comitesque vigore inveſtituræ Cæſareæ pertinuiſſe. Pro hujus aſſertionis fundamento præmittimus indubitatum juris principium: quod flumen duo territoria interfluens ac dividens, illorum proprium ſit, per quorum territoria fluit, usque ad medietatem alvei, GRYPH. *de inſulis p. 230.* SOCIN. *conſ. 79. col. 1.* JACOB. *de feud.* in verb. *& cum fluminibus n. 7.* BOSS. *in tit. de flum. n. 17.* COEPOLL. *l. 2. de ſerv. ruſtic. 31. n. 14.* & flumina ſunt communia usque ad dimidium alvei, BART. *de all. rer. it. vident.* BALD. *in C. ex literis col. pen. extra de prob.* ſed ut inſulæ fluminum eorundem communes ſunt usque ad medietatem *l. 7. ff. 3. ff. de acquir. rer. dom.* §. *inſula inſt. de rer. diviſ.* quia contentum ſequitur jus & conditionem ſui continentis, *l. 2. ff. de pact. l. 1. ff. 41. de poſſ. l. 59. de leg. 3.* & eadem eſt jurisdictio quæ immergitur aquis, & quæ ſuper aquas eminet *Bald. in l. ſi plures n. 13. C. de cond. inſert.* BAPTIST. *Parm. l. 2. de all. n. 52.* atque hoc ita uſu obſervari ex pactis Sigismundi Regis Polon. & Gothardi Ducis Curland. an. 1561. initis diſcimus, quorum pars huc faciens ſic habet: cum tractus Dunnæ ſurſum atque deorſum inter nos & Ducem conſtituat, æquitatis ratio poſtulat, ut medietate fluminis in piſcando aliisque commoditatibus Dux perpetuo gaudeat, quæque inſulæ ſive mediamnes in Dunna fluvio alteri parti viciniores ſunt, apud eandem partem maneant. CHYTR. *lib. 20. Sax.* Jam autem Viſurgis fluvius a civitate Bremenſi usque ad ſalſum mare per quindecim milliaria germanica, ut nautæ computant, ab una & orientali parte archiepiſcopi Bremenſis, & ab altera & occidentali parte comitum Oldenburgicorum & Delmenhorſtenſium territoria interluit & dividit: Ergo illorum quoque Viſurgim fluvium cum omnibus inſulis usque ad medietatem proprium eſſe & ſemper fuiſſe, neceſſario ſequitur.

Fluminis proprietas ac jurisdictio ad utrumque territorium pertinet.

Inſulæ fluminis ad utrumque territorium pertinent.

Pacta Regis Polon. & Ducis Curland.

SECTIO XXXV.

Comitatus Stadenſis & Lesmonæ termini.

Territoriorum mutatio ad urbem Bremenſem non pertinuit.

Hoc ut per partes demonſtremus, duplici demonſtratione opus eſt pro duplici ripa fluminis Viſurgis Orientali & Occidentali. Ubi non moramur, quod hæc ipſa territoria ſubinde dominos ſuos mutarint, illique inter ſe de jure Viſurgis & inſularum quandoque diſputarint; id enim ad civitatem Bremenſem nil attinuit. Neque altius rem repetere volumus, quam ab Henrico IV. Cæſare, ſub quo Adalbertus archiepiſcopus Bremenſis floruit. De eo ſic ſcribunt: ita diviſo in tres partes epiſcopatu, cum unam partem Udo (Marchio Stadenſis) alteram partem Magnus (Dux Saxon.) haberet, vix tertia remanſit epiſcopo; quam tamen ipſe poſtea Bernhardo aliisque regis adulatoribus diſtribuens, fere nihil ſibi retinuit, ADAM. *Bremenſ. c. 165.* ALB. ABB. *Stadenſ. fol. 130.* Tertia ergo pars epiſcopatus fuit comitatus Stadenſis per omnem parochiam Bremenſem ſenſim diffuſus, maxime circa Albiam, ait idem ADAM. *Bremenſ. c. 162.* ſed & vicinam terram paluſtrem & trans Albim ipſam *Dithmarſiam* illi annumerat CRANZ. *l. 6. Sax. 5.* imo omnes tractus ad Albim & Viſurgin cum proximis inſulis utriusque fluminis comprehendit. Ita enim legitur in *chronico Rhaſtedenſi* MSCt. Udo Marchio Stadenſis poſſedit Wurſatiam, Hadeleriam, & ceteras inſulas Kedingiam & terram antiquam (Oldelandiam). Et in privilegio Philippi de a. 1186. eccleſiæ Hamburgenſi concediter integra cometia Stadenſis cum caſtro & burgo, cum inſulis & territoriis adjacentibus, puta pagus Wolſatorum, terra antiqua, Hadelode Wurſatorum, Kedingorum; unde factum eſt, cum comitatus hic ampliſſimus eſſet, ut quandoque inter plures liberos divideretur CRANZ. *d. l. c. 5.* qui, quomodo ad archiepiſcopum Bremenſem redierit, & ab eo Hartwicho præpoſito in feudum conceſſus ſit, vid. ABB. STAD. *fol. 163.* CRANZ. *d. l.* cui licet cootradicerent tutores Henrici Leonis, qui ducatum Saxoniæ inferioris ad ſe pertinere volebat; prævaluit tamen archiepiſcopus eumque comitatum retinuit A. C. 1188. ABB. & CRANZ. *d. l.* altera pars epiſcopatus Bremenſis a Ducibus Saxoniæ poſſeſſa fuit regio Lesmonæ, qui & ipſe comitatus dicitur, atque *à Lesma* fluvio Viſurgin ingrediente dictus, inclusive usque ad urbem Bremenſem protenditur; quem comitatum antiquiſſimum eſſe vel ex eo apparet, quod *Walbertus* ex *Widekindi M.* poſteritate comes Oldenburgicæ arcis fundator, *Oltburgam comitis Lesmonæ* filiam in uxorem habuit, REUSNER. *Stemm. Witich. fol. 108.* HENNING. *geneal. fol. 263.* HAMMELMANN. *chron. Oldenb. part. 1. c. 1.* Pertinuit autem ad Ducatum Saxoniæ inferioris illum, quem Otto M. Cæſar Hermanno Billingo primo ex comite Duci, conceſſit; de quo late HEINRIC. MEIBOM. *in vind. Billing.* Ejus filius Lutgerus *comitatum Leſmonæ* accepit & poſſedit, licet ab aliis comes Holſatiæ & Stormariæ dicatur. REUSNER *in geneal. princ. in auct.* Hujus vidua *Emma* nobiliſſima foemina cum multa dona eccleſiæ Bremenſi liberaliter contuliſſet, ipſum comitatum ſine liberis moriens Cæſari Conrado reliquit, ADAM. BREM. *c. 101.* & *115.* ALB. ABB. STADENS. *fol. 121.* CRANZ. *l. 4. Metrop. 26.* HENR. WOLTHER. *in chron. MSCt. in Beſelino.* HAMMELMANN. *in chron. Oldenburg. lib. 1. c. 12.* cumque eo nomine inter Bennonem ſive Bernhardum Ducem Saxoniæ & Archiepiſcopum Bremenſem lis orta eſſet, Imperator Henricus IV. Bremam

Epiſcopatus Bremenſis in tres partes diviſus.

Comitatus Stadenſis amplitudo.

Dithmarſia Comitatus Stadenſ. pars,

Inſulæ ad comitatum Stadenſem pertinentes.

Comitatus Stadenſis Archiepiſcopo conceſſus.

Comitatus Stadenſ. diviſus.

Henricus Leo comitatum Stadenſem ſibi vendicat.

Comitatus Leſmonæ in epiſcopatu Bremenſi.

Sub Ducatu Saxoniæ ſitus.

Emma vidua comitatum Leſmonæ Cæſari relinquit.

mam & Lesmonam veniens ac a Dietmaro sive Theotmaro comite, Bernhardi Ducis fratre, insidiis impeditus eum duello permisit, in quo etiam occisus est. ADAM. BREM. *cap. 125. Abb. Stadens. fol. 123.* CRANZ. *l. 4. Sax. 42.* UBB. EMM. *lib. 6. rer. Frisc.* A quo tempore cum hunc & alios ad Visurgim comitatus dubia fide possideret archiepiscopus, AD. BREM. *c. 146. seqq.* tandem eum ab Agnete Imperatrice, cui in partem dotis cesserat, pro novem libris auri redemit. Tandem (inquit *Adamus*) diu desiderata Lesmona in ditionem ecclesiæ venit, quæ cortis septingentos mansos habuit, (*siebenhundert Meyer*) & maritimas Hadeloe (Hadeleriæ) regiones in ditione possedit. *c. 161. histor. eccles.* Ita totus ille tractus ad ripam orientalem Visurgis, (paucis exceptis regionibus, uti Wurdana) ab urbe Brema usque ad confluentiam Albis & Visurgis ostium Archiepiscopo Bremensi cessit; in qua confluentia maritimas Hadeloæ regiones includente unum Saxoniæ *triangulum* constituit. id. AD. BREM. *in hist. eccl. c. 1.* Et sane non erat de nihilo, cur uterque tam archiepiscopus quam Dux Saxoniæ comitatum hunc Lesmonæ tantopere ambirent, eo quod ipsa urbis Bremensis advocatia ipsi cohærere videbatur. Hæc una causa, cur Lotharius Dux Saxoniæ (postea Imperator) pro redemtione archiepiscopi nihil aliud quam advocatiam urbis accipere vellet, de quo suo loco dictum; archiepiscopus autem a possessione vicinæ Lesmonæ exclusus, ab ipsius urbis possessione exclusus videri poterat.

Dietmarus comes in duello occisus.

Lesmonæ comitatus potentia.

Tractus orientalis Visurgis pertinens ad archiepiscopum.

Initium trianguli Saxonici in Hadeleria.

Advocatia Bremensis comitatui Lesmonæ annexa.

SECTIO XXXVI.

Ad comitatum Lesmonæ Brema cum aliis insulis pertinuit.

In hoc comitatu Lesmonæ sitam fuisse urbem Bremam ejusque terminos ad urbis muros usque porrectos fuisse, vel ex eo constat, quod etiam pascua civium ad portas urbis extensa (vulgo *die Bürger-Weyde* dicta) ad eum pertinuerunt. Hæc enim prædicta vidua Emma civibus dono dedit, quod his verbis attestatur DILICHIUS *in chron. Brem. fol. 63.* hoc an. 1032. Luderi comitis, (qui frater Benonis Saxoniæ Ducis fuerat) vidua civibus pascua dedit, quæ civium appellantur, ut procul dubio illa porta, ubi pascua sita sunt (*das Heeren-Thor* seu potius porta Dominica) inde appellationem traxerit, quod vel ad archiepiscopum vel ad comites illos pertineret. Proximas autem insulas Visurgis cum jure alluviorum, quæ in antiquis diplomatibus sub nomine paludium comprehenduntur, ad comitatum hunc pertinuisse vel nomen hodiernum arguit, quo terra ad ostia Lesmæ, ubi Visurgi influit, *Werder-Land* appellatur, vel terra insularis: *Werder* enim Saxonibus insulam denotat *art. 56. lib. 2. Land-R.* SCHNEIDEW. in *§. insula n. 7. inst. de rer. div.* quod dilucide apparet ex Henrici IV. traditione sive privilegio dato Adelberto archiepiscopo Bremensi anno 1062. in quo archiepiscopo concedit suæ proprietatis quoddam prædium, curtim scilicet, quæ vocatur Liestmuone (Lesmona) in comitatu Marchionis Udonis & in *pago Wimodi* nuncupato sitam, cum omnibus pertinentiis suis, h. e. utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pascuis, pratis, terris cultis & incultis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, venationibus, exitibus & reditibus quæsitis & inquirendis, monetis, teloniis concedit, item banni regii districtum super omnes ipsam terram inhabitantes, forestum etiam cum banno regali, & *totum pagum WIMODI CUM INSULIS BREMENSI ET LECHTER*, nec non cum paludibus &c. Idem diploma totidem verbis confirmavit Frider. I. Imp. a. 1156. sicuti utrumque exstat inter *scriptores rer. Bremensium* ERP. LINDEBR. Ecce ad comitatum Lesmonæ totus pagus Wimodi sive Wichmodiæ pertinuit, in quo non solum Visurgis fluvius ad ripam Orientalem cum omnibus ejus insulis atque omni jure regali, sed ipsa etiam urbs Brema sita fuit, ut ex prætenso privilegio Carolino fundationis episcopatus Bremensis constat. Insulas hic putamus ἐν πλάτει acceptas, ita ut per insulam Bremensem intelligatur totus ille terræ angulus, inter *Eisen-Rath* confluentiam Lesmæ & Visurgis situs, quia peninsulæ speciem repræsentat: *LECHTER* autem insula ex adverso ultra Visurgim denotat *das Lechter-Land*, quæ postea ex transactione cum Alberto archiepiscopo inita a 1366. Ottoni comiti Delmenhorstano concessit; ut & DILICH. tangit *in chron. Brem. fol. 120.* Quod si per Bremensem insulam *den Bremer-Werder* intelligere velis, tamen fateri cogeris, cum illa ad comitatum Lesmonæ pertinuerit, ipsam quoque terram continentem, in qua sita fuit Brema, pertinuisse juxta *§. insula inst. de rer. divis.* Quæ insula postea ad proprietatem civium Bremensium pervenit, ignotum quo titulo. De ea conceptus est articulus 9. in *Statut. Bremens.* a. 1303. conditis. *De Rathmanne noch keimand sol weder verkauffen, weder verlehnen weder verpfanden oder entfremdden durch einigerley Noth den Werder, welcher benedden der Brücken liegt, oder St. Andreas-Werder, welcher der Stadt ist.* Ex quibus satis clare constat, insulas Visurgis prope Bremam cum ipso flumine Visurgi ad ripam orientalem adhuc Friderici Barbarossæ & magis Henrici V. temporibus ad comitatum Lesmonæ & archiepiscopatum Bremensem pertinuisse, civibus nihil juris in ipsis habentibus.

Porta Bremensis unde Dominica dicta?

Insula Visurgis ad comitatum Lesmonæ pertinet.

ad Comitatum Lesmonæ pagus Wichmodi pertinet.

Insula Bremensis quid?

Lechter insula comitatus Delmenhorstani.

Insula Bremensis ad cives Bremenses pervenit.

Insulæ Visurgis Orientalis pertinent ad archiepiscopum.

SECTIO XXXVII.

Visurgis fluvius versus ripam occidentalem cum insulis, ad comitatum Oldenburgicum ab antiquo pertinuit.

Idem obtinuisse in altera & occidentali parte Visurgis ita quod illa una cum omnibus insulis ad comitatum Oldenburgicum & Delmenhorstanum pertinuerit naturalis ratio dictat; *ex dispos. ff. insula Inst. de rer. divis.* neque enim existimari debet, comitatum hunc aliis conditionibus comitibus Oldenburgicis ab Impp. Romanis concessum esse, quam comitatus Stadensis & Lesmonæ archiepiscopis Bremensibus concessus fuit, nempe cum omnibus pertinentiis suis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, ædificiis, agris, pratis, pascuis, terris cultis & incultis, aquis, aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, venationibus, exitibus & reditibus quæsitis & inquirendis, monetis, teloneis, banno regio, insulis, & paludibus &c. sicuti his clausulis investituræ & diplomata Imperialia eo

Visurgis occidentalis ad comites Oldenburgicos pertinuit.

Formulæ investitur. consuetæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tempore edita abundant; attingit autem ripam occidentalem Viſurgis non longe a Brema, *Stedingia*, comitatus Delmenhorſtani ditio, quæ ſemper ad comites Oldenburgicos pertinuit, quousque a. 1204. contra Mauritium comitem rebellaret, ABB. STAD. *in chron. fol. 204. chron. Oldenb. lib. 1. c. 19.* quæ ſive Ruſtringiæ olim annumerata fuerit, ut ex diplomate de a. 1332. colligitur, ubi populus Stedingiæ terræ Ruſtringiæ ſe vocat, ſive ſeparata regio fuit, inſulas quoque Viſurgis proximas ſibi vindicavit; ſicuti de Lechter inſula ſectione præcedenti dictum. *Ruſtringiæ* autem *pagus* totam occidentalem ripam Viſurgis usque ad ſalſum mare comprehendit, ſicuti eum etiam ad Viſurgim collocant *ann. Franc. Aſtr. aut. collecti & a Juſto Reübero edit. ad an. 793.* nunciatum eſt, copias quas Theodoricus comes per Friſiam ducebat, in PAGO RHUSTRI juxta Wiſeram a Saxonibus eſſe interceptas; quod poeta anonymus Caroli M. ſic carminice reddidit:

Comperit extinctas Theodricus Dux legiones,
Quas per Freſonum *pagum Ruſtri* vocitatum
Ducebat &c.

Non ſolum enim ex continenti terra ſed etiam ex inſulis *Ruſtringiæ* tum conſtitit, quarum aliquot etiam Viſurgi incumbebant, inter quas fuerunt *Budjadia & Statlandia* quæ poſtea comitum Oldenburgenſium opera continenti ſunt adjunctæ, ac hodie in terram firmam coaluerunt. In Budjadia in *pago Ruſtri*, etiamnum ſupereſt villa *Plecatze* (vulgo Blexen) in qua Stum. Willehadum obiiſſe ſcribunt, ADAM. BREMENS. *lib. 1. hiſt. eccleſ. 10.* ABB. STADENS. *fol. 83.* ERP. LINDENER. *in chron. Carol. M.* MEIBOM. *de pag. Sax.* Quod unum ex quatuor primariis templis Ruſtringiæ ſtatuitur *in legib. Friſ. tit. von Römer-Recht.* Atque hunc pagum Ruſtringiæ ampliſſimum una cum fluminibus Jacla, Viſurgi, Hetha, omnibusque inſulis & paludibus ad comites Oldenburgicos ab antiquo pertinuiſſe, vel titulus illo tempore uſitatus arguit, quo ſe comites *Ruſtringiæ & Ambriæ* indigitabant. Ita in diplomate Friderici Imperat. dato Siegfrido archiep. Brem. ſuper cometia Stadenſi an. 1180. & in confirmationem Philippi a. 1186. inter teſtes Elimar comes Ruſtringiæ & Ambriæ numeratur, quem comitem de Oldenburg vocat ABB. STADENS. *fol. 152.* qua de re latius in *prooem. chron. Oldenb.* diſſeritur. Quam late autem patuerit comitatus hic tempore Henrici III., colligere licet ex deſcriptione *Laurentii Michaelis* qui ex collectaneis *Romeri Sedichii* quæſtoris quondam Jeverenſis refert terminos, quos Cæſar Ultrajecti Joanni comiti Oldenburgico poſuerit an. 1050. nempe a Laverea usque ad Viſurgim inclusive & ſalſum mare cum omnibus inſulis circumquaque jacentibus *dem Sachſen Eylande* Aellum *nun heilig Land*, *Wangerobe*, *neben anderen Inſulen und Eylanden &c.* Ex quibus Wangeroa inſula in oſtio Jahdæ etiamnum ad territorium Jheveranum comiti Oldenburg. pertinet, licet inſulam ſanctam *heilig Land* comites Holſatiæ hodie poſſideant: in ipſo autem flumine Viſurgi inſulæ occidentalis ripæ ad comites Oldenburgicos & pertinuerunt ſemper & adhuc pertinent: ex quibus præcipua eſt inſula *Hammelwarder Sant*, quam Adolphus comes cum fratribus pro certa pecuniæ ſumma conſulibus Bremenſibus ſub pacto retroventionis conceſſit a. 1491. ſed Antonius comes poſtea recepit *chron. Oldenb. lib. 3. c. 9.* in cujus juris poſſeſſione prædicti comites pactis cum ipſa civitate Bremenſi initis a. 1576. confirmati ſunt hiſce verbis: *Ob neue Inſulen und Sante in der Weſer ſich aufwerfen würden, die ſollen desjenigen ſeyn, des Land ſie zu nächſt berühren.* Si ergo inſulæ Viſurgis ab Henrici IV. temporibus usque in hodiernum diem ad pagum Ruſtringiæ & comites Oldenburgicos pertinuerunt eorumque propriæ fuerunt, non potuit non etiam fluminis intercedens alveus cum jurisdictione atque omni jure regali ad eosdem pertinuiſſe, cum medium ſapiat naturam extremorum. Unde quando ſunt certi termini deputati, omnia ſub illis contenta debent uno & eodem jure cenſeri, VALASC. *de jur. emphyt. quæſt. 51. n. 11.* neque præſumi poteſt, cum in poſſeſſione comitatus Ruſtringiæ comites Oldenburgici Henrici V. temporibus hæreditario jure fuerint, Imperatorem ipſos regali jure privare voluiſſe, quod ne fieri quidem ſine inſigni injuria poterat, ſed potius & multo fortius hinc arguitur falſitas prætenſi diplomatis Henricani, cujus autor de alieno admodum liberalis fuit, juxta proverbium, ex alieno corio latiſſimas corrigias faciens, quod furti ſpeciem ſapere dixit JCtus, *in l. ſi pignori ff. de furtis.*

Stedinga, Comitum Oldenburgicorum ditio.

Stedingia an ad Ruſtringiam pertinuerit?

Pagus Ruſtringiæ continet occidentalem ripam Viſurgis.

Budjadia & Statlandia Ruſtringiæ inſulæ.

Plecatza villa Ruſtringiæ.

Pagus Ruſtringiæ Comitum Oldenburgicorum proprius.

Comitatus Oldenburgici amplitudo.

Inſulæ ad Ruſtringiam pertinentes.

Pacta comitum Oldenburgicorum & civium Bremenſium.

SECTIO XXXVIII.

An civitas Bremenſis extra moenia jurisdictionem criminalem & regalia habuerit?

Quod ſi ad vitanda hæc obſtacula dicere velis, cives Bremenſes jurisdictionem criminalem quidem in urbe non habuiſſe, quippe quæ ad advocatiam archiepiſcopi pertinuit, habuiſſe tamen in flumine Viſurgi ſuper piratas, eodemque modo regalia in flumine Viſurgi dividere & archiepiſcopo tantum in urbe illa relinquere velis; longe majori abſurdo te implicaveris, eo quod civitas jurisdictionem non habens, non poſſit etiam territorium habere, cum hoc reſpectu illius dicatur, *l. 239. §. territor. ff. d. v. ſign. l. fin. de jurisd.* Nota eſt hac de re diſput. ANDR. KNICH., qui in *tr. de jure territorial. & in velit. apolog.* contra JO. DAUTH. multis argumentis hanc ſententiam confirmat, ne liberas quidem Imperii civitates jura territorialia habere; a quo licet alii diſſentiant & jura quidem territorialia, non autem annexam dignitatem principalem, *die Lands-Obrigkeit, nicht aber die Lands-Fürſtliche Obrigkeit* civitatibus Imperialibus tribuant. CLUTEN. *in ſyllog. rer. quotid. theſ. 27.* tamen tota hæc diſputatio ad hodiernum Imperii & civitatum ſtatum & ad noſtra non ad ſuperiora tempora pertinet: nam ex ſuperioribus certum eſt, neutrum habuiſſe civitatem Bremenſem Henrici V. tempore. Et annon ridiculum eſt aſſerere, *Bremam urbem in flumine Viſurgi usque ad ſalſum mare per quindecim milliaria germanica & ultra jurisdictionem criminalem habuiſſe, quam intra moenia non habuit?* cum argumentum a minori ad majus negative quidem, ſed non affirmative concludat. EBERH. *in topic. in loco a minor.*

Territorium dicitur reſpectu jurisdictionis. Andr. Knich. diſpp.

minor. quis crederet urbem domi ſervam, ac archiepiſcopo ejusque advocato ſubditam foris dominam potentiſſimam fuiſſe ac in alieno territorio jura regalia poſſediſſe, cum, qui in alterius poteſtate eſt, nihil proprii habere poſſit *l. 10. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* Quod autem veriſimile non eſt, id ſpeciem falſitatis habet *l. ſi ita quis ff. de evict.* RASIUS *lib. 2. conſ. 4. n. 3.* CRAVETT. *conſ. 654. n. ult.* MARC. ANTHON. *de* AMAT. *deciſ. 60. n. ult.* Maneat ergo, urbem Bremenſem Henrici V. tempore, nec domi, nec foris jurisdictionem vel regalia ulla habuiſſe, ſed ea ad alios pertinuiſſe, ut dictum. vide *aſſert. libert. reipubl. Brem. p. 271.* CRUSIUM *de prærogativ. p. 791.*

SECTIO XXXIX.

Fabula chronici Bremenſis de Henrici V. expeditione in Palæſtinam.

Falſitatis argumentum nobis ſuppeditat falſa cauſa expeditionis Hieroſolymitanæ, prætenſo diplomati craſſiſſima autoris inſcitia inſerta, quaſi ad illam quoque cives Bremenſes non parum contulerint. Quamvis vero plures diverſis temporibus expeditiones pro recuperatione terræ ſanctæ ſive Palæſtinæ inſtitutæ fuerint; tamen prima & celebrior ſub Henrico IV. a. 1095. & ſequentibus contigit, in qua etiam capta urbe Hieroſolymitana Gothofridus Dux Lotharingiæ ſive Bullionius primus Rex eſt conſtitutus an. 1099. juxta verſiculos:

Diverſæ expeditiones in Palæſtinam.

Urbs Hieroſolyma capta.

Anno milleno centeno ſed minus uno
Jeruſalem ſcribo captam Duce ſub Gothofrido.

Henricus V. Palæſtinam non intravit.

Poſtea novi quidem illuc miſſi ſunt exercitus, Balduino fratre regnum Hieroſolymitanum tenente, ipſe tamen Imperator Henricus V. iter illud nunquam ingreſſus eſt, & tamen *Henricus Wolterus in chron. Brem. MSCt.* celebrem ejus expeditionem ſub a. MCXI. quo prætenſum Henrici V. diploma civitati datum fingitur, hiſce verbis deſcripſit, quæ apponemus: A. D. MCXI. Papa & Cæſar cum principibus concordabatur inire paſſagium ad terram ſanctam Jeroſolymis cum rege Franciæ & cum omnibus principibus ſpiritualibus & ſecularibus totius chriſtianitatis juxta concilium Gothfridi de Bullion & per terram & maria lucrandi eandem, & Papa cum Imperatore conſtituit reges, archiepiſcopos Duces, epiſcopos, comites & Barones ad certam quotam armigerûm; tunc archiepiſcopus Bremenſis cum ſibi ſubjectis comitibus & Baronibus taxabatur ad magnam congregationem armigerûm & populorum tam equeſter quam navigabiliter per terras & maria peditum & equitum, tunc etiam ad terram ſanctam ſe præparaverunt quidam conſules & cives Bremenſes pro amore Dei & eccleſiæ propriis ſumtibus & expenſis *Dn. Luderus de Verda* Conſul Bremenſis, Dn. *Garberus de Waga* & Dn. *Luderus de Linchen*, Conſules. *Joann. Inckſals, Gerhardus Friſons, Dethmarus Richmerdus, Albertus Hilwardi, Hermannus de Hare, Gerhardus* filius ejus, *Albertus, Bernhardus, Nachenedle, Gerhardus circa curiam, Henricus de Tivera, Henricus Brunsbanen, Sigfridus Willelhes* & *Joann. Wolmanni* cives Bremenſes; quorum pauperior annuatim habuit in Brema & extra reditus ducentarum (alius 134.) marcarum Bremenſium optimæ in granis & valore monetæ groſſorum Turonenſium; & ipſi in navigio venerunt ad terram ſanctam & in inſignia militaria pro civitate Bremenſi colorem varium & aurum deferre a Cæſare promeruerunt eorum meritis & conſtantia, & reverſi ſunt omnes demtis duobus de terra ſancta, ſcilicet Gerhardo Freſen & Alberto circa libram &c. hæc & plura alia nugatoria illic, ut & in chronicis Bremenſibus vernaculis habentur, quæ, licet in plerisque chronologiæ & hiſtoricæ veritati e diametro adverſentur, ſicuti tangit etiam *Herm. Hamelmann. in chron. Oldenb. lib. 1. c. 17.*; tamen autor prætenſi diplomatis fabulæ huic inniſus, occaſionem inde ſumſit, qua ſuppoſititia hæc privilegia Henrico V. adſcriberet, atque ita quidem, ut etiam ann. IIII. retinuerit, licet expeditionem ipſam Bremenſium Henrici IV. temporibus adſcribat; de qua contradictione ut & aliis quamplurimis dum ipſi inter ſe tranſigunt, de tota hac expeditione Bremenſi idem dicimus, quod de Caroli M. expeditione contra Saracenos, ait ROBERT. GANGVIN. *lib. 4. hiſt.* hæc deliramenta ſunt magis vetularum, quam hominum ſcite & diligenter narrationem texentium.

Expeditio Conſulum & civium Bremenſium.

Inſignia Bremenſis civitatis promerita.

Diploma Henricianum ex fabulis Bremenſibus conſutum.

SECTIO XL.

Bremenſium expeditio a nullo fide digno hiſtorico attingitur.

Nolumus autem momenta ſingula curioſius perſequi ſed hoc tantum obſervari petimus, quod primam hanc expeditionem ſub Duce Gothofrido & fratribus Balduino & Euſtachio inſtitutam tot fide digni ſcriptores copioſiſſime in litteras retulerunt. Ita enim *Fucherius* ſive Fulcerius Carnotenſis Balduini regis capellanus ejusdem res geſtas accurate deſcripſit, *Baldericus* autem ex Burgalenſi Abbate archiepiſcopus Polenſis, omnia & ſingula tanta curioſitate in literas retulit, ut etiam diarium inſeruerit, quid unoquoque die actum & per quas regiones iter inſtitutum ſit, ex quo quædam referuntur in *magno Chron. Belgic.* Robertus quoque monachus de eadem profectione octo libros ſcriptos reliquit, ſed & *Wilhelmus Tyrius* archiepiſcopus ſcriptores aliquot in unum volumen collegit, in quo tota hæc hiſtoria pleniſſime deſcripta continetur. Exſtat etiam chronicon Hieroſolymitanum incerti autoris, quod REINERUS REINECCIUS edidit & commentariis illuſtravit, in quibus omnibus cum nihil de archiepiſcopi Bremenſis multo minus civium expeditione inſtituta reperiatur, quis vaniſſimis & tempori contrariis Bremenſium chronicis MSCt. fidem adhiberet? præſertim cum in impreſſis & nuper a LINDEBROG. editis EPISCOPOR. BREMENS. *annalibus* nulla hujus paſſagii fiat mentio; & ipſe ALBERTUS ABBAS STADENSIS curioſiſſimus rerum Bremenſium indagator, licet Gothofridi expeditionem ſatis copioſe deſcribat fol. 102 & ſeqq. de his tamen Bremenſium meritis nihil attingit; neque ALB. CRANZ. fidelis Abbatis imitator & relator, ullum additamentum METROP. ſuæ apponit; ſed & HELMOLDUS ejusque CONTINUAT. ARNOLD LUBIC. cum & ipſi multi ſint in deſcriptione expeditionis Hieroſolymitanæ, in hac tamen Bremenſi expeditione magis muti ſunt quam piſces; neque potuiſſent latere Bremenſes cum tam multas

Expeditiones in Palæſtinam a multis deſcriptæ.

Wilhelm. Tyrii opera.

Chronic. Hieroſolymit. Reiner. Reinecc.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tas deificas & fideles virilitates in hoc bello præstitisse fingantur, quantas nulli alii, ut credibile non sit heroica & hominum fidem excedentia facta scriptores ejus temporis fallere potuisse.

SECTIO XLI.

Sub Gothfrido Bullionio navalis expeditio in Palæstinam instituta non est.

Præterea manifestæ vanitatis reum se facit autor, dum asserit, cives Bremenses & per terram & per mare suis navibus expeditioni Hierosolymitanæ interfuisse; quia ex supra citatis autoribus constat, nullam navalem expeditionem tempore Henrici IV. & V. ex Germania in terram sanctam suscepta esse, sed totum exercitum Germanorum per Hungariam transiisse, ubi etiam plurimi eorum ab Hungaris sunt occisi. WILHELM. TURIUS *lib. 1. c. 28. & seqq. chron. Hierosolymit.* REINECCIUS *lib. 1. c. 7. chron. Aug.* FREHER ad an. 1096. ROBERT. MONACH. *lib. 1.* ibi: Gothfridus cum fratribus & magna manu militum peditumque per Hungariam iter arripuit, eamque ob causam Gothefridus Dux cum exercitu in Austria aliquamdiu commoratus pacem cum Rege Hungariæ pro transitu fecit, *chron. Hierosolymit. lib. 2. cap. 1.* & seqq: eadem via etiam Italiæ principes transierunt a. 1102. *dict. chron. Hierosolym. lib. 8. c. 1.* & utut forte ex Gallia & Italia nonnulli mare superum classe transmisissent, quid id ad Bremenses ex nostro oceano illuc tendentes? quodnam iter ingressi sunt? an recta in Palæstinam per angustias Hispaniæ quæ vulgo strata de Gibralterra dicuntur, contenderunt, ubi tum in terram egressi sunt portibus ac civitatibus maritimis omnibus adhuc a Saracenis occupatis; si in mari mediterraneo aliqui ad terram appulerunt, ubi se reliquo exercitui christianorum adjunxerunt? ubi reliquerunt naves, dum in terram exirent, ut postea reversi eas recipere potuerint? an forte per siccum eas transportarunt, ut est exemplum in *chron. Hierosolymit. lib. 2. c. 32.*

Sub Henrico nulla navalis expeditio suscepta.

Gotfridi exercitus per Hungariam transit.

Incredibilia Bremensium paradoxa.

Nimirum stultus labor est ineptiarum,

Quæcunque ostendis mihi sic, incredulus odi,

inquiunt Poetæ. Quam multa requirantur ad passagium in terram sanctam per mare vid. apud HAYTHON. in *hist. Orient. c. 59.* neque minus periculosa est via, si quis modo per terram, modo per mare illuc eat; quomodo poeta anonymus describit iter monachi Hierosolymitani ad Carolum M. missi ad a. 799:

difficultas itineris marini.

Monachi Hierosolymitani legatio.

Tunc Hierosolyma monachus directus ab urbe
Immenso nimium spatio terræquæ marisque
Transcurso, &.

Magis mirum est, quomodo soli Bremenses salvi illinc redierint duobus tantum amissis, cum ex innumerabili hominum multitudine vix millesimus reversus sit, integro exercitu nunc hostili gladio, nunc peste, fame ac siti extincto. Quo pertinet gemitus Imperatoris Constantinopolitani comperto numero cruce signatorum prævidens eos in patriam non reversuros; quod tristis eventus comprobavit, de quo HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav.* in uno a. 1102. a Turcis cæsa sunt centum & sexaginta millia christianorum. *chron. Hierosolym. lib. 8. c. 21.* & de classe, quæ prope Cyprum hyemaverat, scribit *chron. Hierosolym. lib. 12. cap. 16.* sic tota illa congregatio christianorum cum universa suppellectile misera submersione absorberetur, nulli evaserunt præter duas Buzas (genus navium) quæ de numero tredecim navium erant. Nimirum hæc illa speciosa sunt merita civium Bremensium, quæ, ut fidem liberalitati Cæsaris faciat, dum nimis exaggerat autor, incaute eorunden falsitatem detegit. Posset hic opponi, quod de Frisiorum expeditione maritima ex nescio quibus commentariis retulit UBBO EMM. *lib. 6. rer. Fris.* nisi ipse Emmius fateretur, se istis commentariis in omnibus promiscue fidem non adhibere: potest enim esse, ut ex eodem fictionis penu utrumque prodierit, unus æque autor alterius fabulam imitatus fuerit, eo magis quod in iisdem commentariis ad an. 1119. similis quædam expeditio nobilium quorundam Frisiæ, quæ illic recensetur, prodita est, ex quibus duo tandem post varias clades domum salvi redierint: hujus enim narrationis fidem dum autori relinquat Emmius, certe de narratione Bremensi plus fidei præsupponi non potest; Ceterum longo demum tempore post e Germania in Palæstinam navalis quædam expeditio suscepta est anno scil. 1147., quam a Rheno in Hispaniam usque descripsit DODECH. *Abb. in append. ad Marian. Scot.* HELMOLD. *lib. 1. Chron. Slav. 26.* item alia ab Henrico VI. *1197.* quam descripsit Cranz. hisce verbis: navalis exercitus sub Hartwicho archiepiscopo Bremensi mare tenebat occiduum; inerant Dani, Frisii, Lubecens. Bremenses q; per littora maris Britannici Hispaniam prætervecti Siciliam insulam tetigerunt, ad Messanam urbem considentes; ibi junctis armis, sub signis Christi contendunt in expeditionem ordinatam *lib. 6. Saxon. 9.* Idem confirmant *annal. archiep. Brem. in Hartwicho 2. Alb. Abb. Stad. ad a. 1197. Arnold Lubec. in contin. chron. Slav. lib. 3. c. 36. & lib. 5. c. 1.* & seqq. hæc illa est archiepiscopi Bremensis expeditio prætenso privilegio Henricano 86. annis posterior, cui tam per mare quam per terram cives Bremenses interfuisse dicuntur, quam autor falsi diplomatis ad anteriora Henrici IV. tempora retrotrahere, ut ædituus horologium solet, inani & ridicula præsumtione attentavit. Quod si posterior hæc expeditio Bremensium sub Hartwicho a tot autoribus in litteras relata est, qui factum est, quod illius sub Henrico V. ne unus quidem meminit, præsertim cum in priori tam multas deificas virtutes perpetraverint Bremenses.

Classis naufragium prope Cyprum.

Commendatio meritorum Bremensium.

Fabula expeditionis Frisicæ.

Navalis expeditio in Palæstinam sub Henrico VI.

Expeditio navalis priori 86. annis posterior.

SECTIO XLII.

Comparatio meritorum Bremensium cum meritis vicinorum.

Sed esto, seponamus hanc temporis notam & expeditionem illam Bremensium posteriorem Henrici IV. vel V. temporibus factam esse fingamus (quod fieri tamen per rerum naturam nullo modo potest) quid inde? an tanti existimanda sunt fuisse merita civium Bremensium, quod propter illa privilegium civitati concessum fuerit non solum vicinis Frisiis, sed ipsi etiam archiepiscopo Bremensi propter ademtam Visurgis fluminis jurisdictionem noxium? neutiquam:

Clades christianorum in Asia accepta.

Imperatoris Græcorum vaticinium.

Archi-

Archiepiſcopus Dux navalis expeditionis.

Archiepiſcopus enim caput illius expeditionis fuerat, cui, utpote Duci plura deberi quam militibus notum eſt: ſed & Friſii non minus quam Bremenſes expeditioni illi ut commilitones interfuiſſe dicuntur ut merito Imperator ob oculos habiturus fuiſſet proverbium: Altare unum non debet detegi, ut cooperiatur alterum; nec uni ita favendum eſt, ut alteri injuria inferatur. Quodſi comparatio inſtitueretur, etiam ex veris hiſtoriis demonſtrari poſſet, quam bene erga Romanum Imperium meriti fuerint *Comites Oldenburgici* eorumque ſubditi *Friſii Ruſtringi* jam inde a Carolo M. quando civium Bremenſium nomen ne notum quidem eſſet. Friſii enim Caroli M. expeditioni in Italiam ſub eorum ſignifero Alvone, qui arcem Alvenslevienſem ædificavit, interfuerunt LINDEBR. in *chron. Caroli M. fol. 196.* Iidem in exercitu Caroli M. contra Hunnos militarunt a. 791. item claſſe Albim intrantes Carolo M. contra Sclavos auxilium tulere anno 789. *annal. Fuld. Reg. lib. 2.* Sed & Friſii a. 1083. Henrici IV. partes & ſigna ſequuti Islebiam urbem obſederunt, ubi plurimi eorum ab Hermanno Poraceo rege, ut contemptim appellarunt, cæſi nomen plateæ *der Freſſen-Straſſe* dederunt, PETR. BERT. *lib. 3. comm. in Isleb.* & quæ plura alia hic cumulari poſſent. Contra ſicuti Bremenſium nulla mentio in anterioribus ſcriptoribus & expeditionibus occurrit, ita maxime notandum eſt, quod Henricus V. naturali quadam antipathia a patre acceptum odium in Saxones continuarit, eosque aperto bello proſecutus ſit; quod bellum licet poſtea eruperit, tamen a primo ſtatim initio Imperii male ipſum in Saxones animatum fuiſſe non diſſimulat CRANZ. *lib. 5. Sax. 34.* Quis ergo crederet, Henricum V. Bremenſibus tam munifica dediſſe privilegia, cum in univerſos Saxones irato fuerit animo? itaque remotis falſis & ſuppoſititiis hiſce meritis etiam ipſa liberalitas remuneratoria removetur; & privilegium ex falſa cauſa conceſſum omnino eſt invalidum, *C. porrecta X. de confirm. util. & inutil. Gail. lib. 2. Obſerv. I.*

Comitum Oldenburgicor. & Ruſtringorum merita.

Friſii in caſtris Henrici IV. commorati.

Henrici V. odium in Saxones.

SECTIO XLIII.

Contradictio privilegii Carolini & Henricani.

Nona falſitatis nota ex ſimilitudine vel potius contradictione privilegii Carolini & Henricani deprehenditur: ex quo enim eadem privilegia Carolina poſtea Henrico V. Imp. tribuuntur, inde inevitabilem contradictionem naſci oportet, quæ ſemper falſitatem & mendacium implicat. Quo argumento Procurator epiſcopi Mediolanenſis contra Abbatem de Scozula uſus, in caſu plane ſimili falſitatem bullæ Henricanæ demonſtrat, *in C. ad audientiam II. X. de fid. inſtr.* Neque alia eſt horum diplomatum ratio: nam ſi Carolus M. omnia & ſingula privilegia, quæ ipſi in chronico Bremenſi adſcribuntur, conceſſit, non potuit eadem de novo concedere Henricus V. propter notiſſima juris principia, nemo poteſt accipere, quod jam habet, & quod meum eſt, non amplius poteſt fieri meum. Si vero Henricus V. primum de novo conceſſit, falſum eſt, quod in prætenſo diplomate Henricano dicitur de Caroli M. conceſſione ad inſtantiam Willehadi facta; Falſum item, quicquid in chronicis Bremenſibus de antiquitate Caroli M. magnifice prædicatur & ad pompam jactatur: eoque facile colligi poteſt, quid de fide & autoritate annalium Bremenſium utpote in manifeſta vanitate deprehenſorum in aliis quoque ſit ſentiendum. Ita fieri non poteſt, quin unius contrarii poſitio alterius poſitionem deſtruat & mendacii arguat; neque poſſunt Bremenſes alterutrum elidendo ſe non falſi obſtringere. Quod ſi dicas, confirmaſſe ſaltem Henricum V. Caroli M. & prædeceſſorum privilegia, licet reclament verba: Inſuper damus & concedimus &c. eo ipſo fatearis neceſſe eſt confirmationem nihil novi juris concedere, ſed vetera jura tantummodo confirmare. *Gail. l. 2. obſ. 1.* SCHRADER. *de feud. part. 6. c. 3. n. 30.* ROSENTH. *de feudis c. 6. concl. 68. n. 1. in gloſſ. lit. B.* unde ulterius ſequi oportet, confirmationem præſupponere jus confirmabile MODESTIN. PISTOR. *conſil. 40. n. 52. Vol. 2.* illudque jam ante exſtitiſſe, hoc eſt rem confirmatam eſſe deductam TIBER. DECIAN. *Reſp. 22. Vol. 1. n. 31.* MENOCH. *conſ. 402. n. 27. & ibi alleg.* quia quod non eſt, confirmari non poteſt JO. PETR. SURD. *de alim. tit. 1. quæſt. 42. n. 117.* Hinc eſt, quod conceſſionis inſtrumentum primævum ſeu originale privilegiorum validandæ confirmationi pedes figit, ut niſi de eo conſtet, confirmatio ſit nulla WESEMB. *conſ. 4. n. 48. Vol. 1.* quia confirmatio non eſt actus per ſe ſtans, quare per ſe confirmatum non probat, HARTM. HARTM. *in miſcell. c. 1. obſerv. 3. n. 2.* Et ſemper referens regulatur ſecundum ſuum relatum CACHERAN. *deciſ. 110. n. 3.* neque poteſt plus eſſe in referente, quam eſt in relato WESEMB. *conſ. 2. n. 8. Vol. 1.* ut propterea multum conducat inſtrumento, confirmationis tenorem anterioris privilegii inſeruiſſe, MASCARD. *de prob. concl. 404. n. 1.* vel ſi hoc non fiat, ſaltem addatur clauſula: ac ſi omnia ac ſingula ſint inſerta, ut in privilegio *Mind. tom. 1. Piſt. fol 750.* Jam autem Caroli M. & ſucceſſorum privilegia nullibi, niſi in jactatione vulgi exſtant; alioqui ſi exſtarent, non minus Henrici V. diplomati, quam Henricanum diploma Wilhelmi & Wenceslai confirmationi integraliter inſerta fuiſſent; imo nullum diploma ex omnibus hactenus in originali prolatum eſt, ſed ſolum exemplar tranſumti diplomatis Wenceslai & Bremenſium advocato in camera aliquando productum eſt, quod plenam fidem non facere tralatitium eſt.

Confirmatio nihil novi juris tribuit.

Referens regulatur ſecundum relatum.

Caroli M. privilegia nullibi exſtans.

Privilegia Bremenſia nunquam originaliter exhibita.

SECTIO XLIV.

Confirmatio non ſucceſſive, ſed per ſaltum petita, ſuſpecta eſt.

Decimo confirmatur id ex eo, quod prætenſa confirmatio non ſucceſſive a ſubſequentibus, poſt Henricum V. Impp. videlicet Lothario II. Conrado II. Friderico I. & cæteris: ſed per ſaltum & ex longiſſimo temporis intervallo a Guilhelmo & Wenceslao Impp demum facta eſſe dicitur. Quod ſi verum diploma Henrici V. fuit, cur non ab ejus ſucceſſore Lothario Saxone confirmationem impetrarunt cives Bremenſes, cum hic bene ipſis notus fuerit, eo quod in ipſa urbe Bremenſi

Lotharius Imp. advocatus Bremenſis fuit.

mensi advocatiam ab Archiepiscopo acceptam possideret, eoque facile aditum ad ipsum habere potuissent. An forte is noluit confirmare privilegium, quod in suum quoque præjudicium emanaverat, cur non a Conrado II. qui Alberto Marchioni Ducatum Saxoniæ confirmavit. Quo jure Albertus inter alia etiam Bremam occupavit CRANZ. *lib. 6. Sax. 7.* cur non a Friderico Barbarossa, qui Sigfrido archiepiscopo Bremensi *cometiam Stadensem* Henrico Leoni ademtam in solemni curia Erfordiæ concessit? CRANZ. *lib. 6. Saxon. 23.* Extat diploma de *a. 1180.* VII. Cal. Sept. inter privilegia ecclesiæ Hamburgensis: denique cur non ab Henrico VII, ad cujus litteras super retentione redituum Hartwici Archiepiscopi Bremensis provocant? apud CRANZ. *7. Sax. 7.* Ab hisce & aliis Impp. cum archiepiscopi Bremenses privilegiorum suorum confirmationes successive impetrarint, sicuti eas reddidit ERP. LINDENBR., cur non & cives Bremenses eundem ordinem servarunt eosdemque Imperatores pro confirmatione privilegiorum suorum compellarunt, præsertim cum bene istis noti essent cives? cur consueto ordine intermisso ad extraordinarium hunc saltum more pugilum hinc inde discursantium descenderunt? nonne Spirenses apud Lehmannum Henrici V. diploma a subsequentibus Impp. confirmari curarunt? nimirum digni sunt Bremenses, in quos sententia ab Imperatore feratur, qualem Urbanus Papa in simili in fratres minores protulit, teste *Eberh. in topic. in loc. ab ord.* Fratres, *pervertistis ordinem, ergo & ego ordinem pervertam & nullam ex bullis vestris pro legitima agnoscam:* & hoc multo magis propter insignem eorundem variationem, quæ fidem testis maxime enervat & suspectam facit, FARINAC. *lib. 2. de oppos. contr. pers. & dict. test. quæst. 47. n. 127.* & illusionem sapit, quæ non admittitur *C. cum variat. X. de dolo & contum.* sic enim scribit DILICHIUS *in chron. Brem. fol. 73.* hoc anno *1168.* civitas a Cæsare Friderico Barbarossa obtinuit confirmationem privilegiorum, quæ a Carolo M. Willehadus impetraverat? Hoc si verum est, cur Henrici V. diploma omissum, cum illi Friderici confirmatio non parum roboris addere potuisset? an quia tum nondum fuit natum diploma Henricanum? cur Friderici quoque confirmatio in Wilhelmi & Wenceslai confirmationibus præterita? cur hæc Friderici I. privilegia produxerunt nunquam Bremenses? an forte unum alteri contrarium est, an potius illudere nobis volunt diversis hisce & semet ipsa destruentibus privilegiis: alterutrum ex his; ipsi eligant.

Friderici I. diploma Archiepiscopo datum.

Archiepiscopi Bremenses confirmationes successive impetrarunt.

Variatio Bremensium circa privilegia.

SECTIO XLV.

Ex pluribus diplomatis connexis uno falso, alterum quoque falsum præsumitur.

Undecimo & ultimo: ex quo jam ex superioribus certum & evictum est, non solum Caroli M. jactata privilegia sed ipsum etiam Henricanum diploma falsum, spurium & suppositium foetum esse, facile est conjicere, quid de Wilhelmi & Wenceslai Impp. posteriorum prætensis confirmationibus sit sentiendum? nimirum quod comicus ait: unum noris, omnes noris. & de connexis idem judicium; & similes fratres similia quoque caputia gestant, quia semel malus semper præsumitur talis in eodem genere delicti per vulgata. Unde testis in parte falsus in totum reputatur falsus, præsertim si falsum dixerit in substantialibus, veluti in tempore & loco, & instrumentum pro parte falsum totum falsum præsumitur, quia ex vicinis vicina colligimus. Quod multo magis dicendum de Wilhelmi & Wenceslai confirmationibus, quorum ille per discordiam principum electus turbatis Imperii rebus; hic propter inordinatam administrationem imperio privatus, ut postea dicemus. Ipsæ confirmationes nec in solemni curia obtentæ nec aliquibus testibus munitæ sunt; cum tamen ad validitatem privilegiorum & diplomatum veterum utrumque requiratur. Imperatores enim leges ac privilegia in comitiis ac solemni curia proferre solebant exquisitis principum sententiis, quia leges debent ferri cum consilio nobiliorum *gloss. ad prooem. spec. Sax.* & privilegia irroganda sunt cum consilio principum RUTG. RULAND. *lib. 2. de comm. part. 2. de interr. c. 4. n. 17.* Unde etiam leges curiatæ dictæ; de quibus FREHERUS *ad const. Adolphi Imp.* ubi hunc morem commendat fol. 14. Ita Imp. Frideric. apud GUNTHER.

Tempore Wilhelmi & Wenceslai res Imperii turbatæ.

Vestris cupido disponere cuncta
Consiliis.

Atque illi ipsi principes sive ecclesiastici sive seculares sive etiam inferioris ordinis ministeriales, qui curiæ forte intererant tanquam testes, diplomatibus inserebantur; quod ita non solum in antiquis Impp. privilegiis observatum reperimus, sed etiam in ipsis Wilhelmi & Wenceslai constitutionibus apud GOLDASTUM, quæ & ipsæ quoque testes adscriptos habent, idque majoris fidei & certitudinis ergo, ne falsitati & fraudibus via pateret, cum alioquin sigilla a scriniariis facile surripi aut ab aliis apponi possent. Ita enim & notariorum & privatorum instrumenta ad plenam fidem faciendam etiam testes desiderant *Nov. 73. c. 2. & 5. l. Scripturas C. qui potiores in pignore. Gail. lib. 2. obs. 250. n. 10.* RULAND. *de commiss. lib. 2. p. 2. c. 11.* SPIG. *ad Günther. lib. 5. in verb. sigillo.* cur ergo hoc in hisce diplomatibus non observatum? nimirum, quia autor, vel historiarum ita imperitus fuit, quod testes ex iis colligere non potuerit, vel fortasse timuit, ne sibi accideret, quod in Henricano diplomate ipsi contigisse dicemus: itaque ut tandem concludamus, dicimus: omnibus istis prætensis privilegiis Bremensium, nihil solidæ veritatis subesse, sed meras esse impostoras, falsitates & suppositiones quibus non solum vicini principes & civitates, sed ipsi etiam posteriores Impp. misere hactenus sunt decepti & illusi.

Principes protestibus diplomatis inserti.

SECTIO XLVI.

Quo tempore & occasione falsa hæc diplomata conficta sint.

Quo tempore autem quave occasione prætensa hæc diplomata conficta sint licet apodicticis argumentis demonstrari exacte nequeat, tamen ἐν πλάτει ex probabilibus conjecturis colligere sagaci & industrio homini difficile non est antiquissimo tempore & sub primi episcopatus Bremensis

Legenda S. Willehadi privilegia Bremenſia ignorat.

menſis initio Carolina privilegia ignota fuiſſe facillime obtinetur, cum ne ipſa quidem urbs lucem aſpexerit; ſed nec divus Ancharius quartus Bremenſium epiſcopus vel quisquis eſt autor, qui Legendam S. Willehadi I. epiſcopi deſcripſit, nullius privilegii civitati Bremenſi impetrati mentionem facit, non omiſſurus id, quod ad laudem ejusdem Willehadi & amorem civium erga ſuos epiſcopos conciliandum plurimum facere poterat. Atque hoc eſt antiquiſſimum ſcriptum, quod Bremenſes de inſtitutione ſuæ eccleſiæ habent neque antiquius proferre poſſunt. Ea adjutus M. ADAM. *Bremenſ.* Adalberti archiepiſcopi Bremenſis canonicus primus hiſtoriam eccleſiaſticam epiſcoporum Bremenſium ſub Henrico IV. digerere coepit, ſed de Carolino privilegio urbi dato nullam notitiam habuit, licet omnia, quæcunque ad exaltationem eccleſiæ & urbis Bremenſis facere poterant, curioſiſſime conquiſierit, ita quidem, ut alicubi nec a fabulis omnino abſtineat. Eum ALB. *Abb. Stad.* & ALBERT. CRANZ. *canonicus Hamburg.* ita ſequuntur, ut antiquiora omnia ipſi accepta ferant; ſed cum hi duo hiſtor. eccleſ. Bremenſium diu poſt Henrici V. imperium ad ſua usque tempora continuent, & CRANZ., quæ de rebus politicis in Metropoli omiſit, ea in Saxonia ſuppleat, quis credat prætenſi hujus diplomatis Henricani mentionem eos omiſſuros fuiſſe, ſi de eo quicquam compertum habuiſſent vel per rumorem inaudiſſent: ſed neque Helmoldus Presbyter Buzoviensis neque ejus continuator Arnold. Lubecenſis in deſcriptione rer. Vandalicar. res Bremenſium facile prætereunt, eo quod Slavorum epiſcopi ad Metropolitanum Hamburgenſem & Bremenſem in ſpiritualibus reſpicerent; neque tamen in hæc jactata privilegia ullibi incidunt. Sed nec hiſtoria archiepiſcoporum Bremenſium incerti autoris a Carolo M. uſque ad Carolum IV. ſatis copioſe deducta, ſicuti eam nuper edidit *Erpoldus Lindenbrocb*, de ullo civitatis privilegio ſive Carolino ſive Henricano quicquam compertum habuit, multo minus inter diplomata Hamburgenſi & Bremenſi eccleſiæ a diverſis Impp. jam inde a Ludovico Pio usque ad Wenceslaum conceſſa, faliis hiſce diplomatibus conſeſſus tributus; cum tamen inter illa plurima ſint, quæ ad urbis Bremenſis jura quoque pertineant. A. 1303. condita ſunt ſtatuta civitatis Bremenſis; ex quibus ne illo quidem tempore privilegia hæc viguiſſe colligi poteſt; quin ipſe *Henricus Wolterus* Canonicus Bremenſis qui a. 1435. chronicon aliquod MSCt. ex 5. allegatis autoribus collegit, neque res civitatis omiſit, ſed præcipuas annotavit, hac tamen in parte tacitum egit, neque inter privilegia epiſcopatus Bremenſis, quorum aliquot ipſe collegit, falſa hæc diplomata recenſuit. Et licet ad A. C MCXI. referat fabulam de expeditione civium Bremenſium in Palæſtinam de qua ſupra Sect. 39., tamen nulla alia privilegia illi adſcribit, quam quod cingulum militare meruerint cives indubie illa non omiſſurus, ſi Henricanum diploma tum in rerum natura fuiſſet. Ceterum in *chronico Bremenſi* vernaculo, quod noſtro tempore edidit ERPOLD. LINDEBR. *Hamburgenſ.* ex quo epitomen aliquam

Adam. Bremenſ. primus rerum Bremenſium ſcriptor.

Alb. Stad. & Cranz. Adami ſectatores.

Helmold & Arnold Lubecenſis Bremenſia tractant.

Hiſtoria archiepiſcoporum incerti autoris.

Diplomata Bremenſia a Lindebr. edita.

Statuta Bremenſia.

Henricus Wolterus canonicus Bremenſ.

Cujus tempore Henricanum diploma ignoratum fuit. Chron. Bremenſe vernaculum.

in latinum tranſtulit *Guilhelm. Dilichius* privilegia tam Carolina, quam Henricana omnium primo jactantur & inculcantur; hoc autem vernaculum chronicon, quod manuſcriptum Bremæ civium manibus teritur, ab Herborto *Schönen* cellario cathedralis eccleſiæ & canonico D Anſcharii & Gerhardo Reinesberg vicario ex 5. citatis latinis autoribus in germanicum idioma a. 1540. dicitur in prooemio ibid. Merito ergo mireris, qui fiat, quod plus in rivulis hiſce contineatur, quam in copioſiſſimis iſtis fontibus, cum ſit notum boni interpretis officium, ex Horatio

Et verbum verbo curabit reddere fidus
Interpres. &c.

neque poſſit plus eſſe in referente, quam eſt in relato, ut ſupra probatum. Unde hæc tam copioſa acceſſio privilegiorum prodiit? an hi poſteriores non hiſtorici, ſed interpretes, plus de rebus geſtis Caroli M. vel Henrici V. compertum habuerunt, quam illi anteriores, vel coætanei vel certe propiores & magis fide digni, de quibus notus eſt verſiculus:

Purius ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Nimirum quia interea temporis, quod inter Latinos iſtos ſcriptores & Germanici chronici verſionem intercedit, prætenſa hæc privilegia ſurrepſerunt, quod poſt Caroli IV. tempora factum eſſe evincunt res in prætenſis privilegiis expreſſæ, quæ *Caroli IV.* tempore uſitatæ antea adhuc ignotæ fuerunt; ac poteſt eſſe, quod unus & idem autor tam Henricani diplomatis quam confirmationum Guilhelmi & Wenceslai fuerit. Certe ſtilus omnium non diſſimilis eſt. Et utut forte Wenceslai confirmatio ſuppoſititia non ſit, tamen quid de ea ſit ſentiendum, inferius dicemus; Illud certum nobis eſt, & Henrici V. & Guilhelmi diplomata ſuppoſititia eſſe, quod ſigilla ſi dignoſcantur, dilucide probabunt. Cum ergo Caroli IV. ætatem redoleant prætenſa privilegia, factum eſt, quod poſteri antiquitatis gloriam affectantes vel etiam ex errore & imperitia ad Carolum M. eadem retulerint, juxta illud:

Omnia poſt obitum fingit majora voluptas.

Et ſimile quid autori Friſiorum prætenſi privilegii contigiſſe ſuperius monuimus, quippe quod Caroli M. liberalitati ipſe adſcripſit, cum teſtes in eo nominati Caroli IV. ævum non excedant; ut hinc colligamus, frequens fuiſſe, eo & ſuccedente tempore ſuppoſitionis crimen, dum, ut fit, unus alterius exemplum ſequitur; quædam etiam civitates ad æmulationem prolapſæ, ſicut potentia ita & privilegiis & immunitatibus ſe invicem ſuperare voluerunt; quod ſi quæ honeſtis artibus impetrare nequiverunt, dolis obtinere tentarunt: quo pertinet Ottonis M. adulterinum privilegium, quod Magdeburgenſibus conceſſum dicitur, de quo PETRI HEIG. judicium *ex lib. 1. quæſt. Saxon. 8.* ſuperius retulimus. Ita, cum *Lubeca* ab Imperat. Friderico V. in urbem Imperialem evecta CHYTR. *lib. 6. Sax.* aliisque privilegiis ac immunitatibus per Sueciam, Daniam & Norwegiam aucta eſſet, CHYTR. *lib. 9. Sax.* & Hamburgum ab eodem Friderico I. interceſſione Adolphi III, comitis Holſatiæ, quem inſigni

à quo primo compilatum?

Conjectura de autore horum diplomatum.

Friſiorum privilegium poſt Caroli IV. tempora confictum.

Æmulationes civitatum circa privilegia.

Ottonis M. adulterinum diploma.

Lubecenſis urbis privilegia.

Hamburgenſis urbis privilegia.

insigni pecunia ad expeditionem in Palæstinam adjuverat urbs, a. 1189. privilegia quædam meruisset, videlicet & ut immunes essent cives a vectigalibus in Albi flumine usque ad mare CHYTR. *lib. 4. Saxon. in fin.* quibus Albertus & alii comites an. 1292. plura alia addiderunt; de quibus SPANGENB. *in chron. Schawenburg. lib. 2. c. 7.* ad quæ ipsi Hamburgenses provocant in contentione cum DucibusHolsatiæ coram Carolo IV. Imp. apud CRANZ. *lib. 10. Sax. 2.* Brema urbs, ex quo potentia & divitiis increvit, vicinis hisce civitatibus nec dignitate nec potestate quicquam concedere voluit. Apparet id satis ex diversis disputationibus, quas cives Bremenses de prærogativa urbis suæ cum civibus tam Hamburgensibus quam Lubecensibus diversis temporibus habuisse commemorantur in *chron. Brem. MSCt.* Illorum ergo sicut privilegia quædam imitati sunt Bremenses, ita nova quoque & majora sibi adscripsere, eadem specioso antiquitatis Carolinæ & Henricanæ titulo commendantes.

Brema urbs Hamburgi & Lubecæ æmula.

SECTIO XLVII.

Quare Henrici V. & cæterorum Impp. nomina potissimum electa & bullatis Bremensium nugis præfixa sint?

Quamvis vero autoris hujus consilium, quod ipse studiose occultavit, in confingendis hisce diplomatibus doceri liquido nequeat; conjectare tamen licebit verisimiliter hoc fuisse, quod cum ipse privilegia urbis Bremensis ab ultima antiquitate Caroli M. deducere vellet, neque tot diplomata succedentium Impp. confingere posset, satis esse putavit, si aliquot tantum Impp. eligeret, qui intervallo aliquo temporis elapso ea vel concesserint vel confirmarint. Itaque Caroli M. & posterorum privilegia narrative tantum Henrici V. diplomati inseruit: hoc autem Henricanum, in quo tota vis privilegii constare videbatur, singulari studio confectum ac testibus munitum de a. MCXI. successive Wilhelmi a. 1252. & Wenceslai a. 1396. transumto includit, ut ita ordine retrogrado subsequens privilegium antecedens semper probaret & posterius ad prius referret, donec ad Carolum M. deveniretur. Atque hoc satis probationis esse ac verisimilitudinis speciem habere existimavit; Henrici autem V. nomen ideo procul dubio elegit, quod sub eo cives Bremenses, expeditioni Hierosymitanæ interfuisse ac insignia militaria meruisse a. MCXI. jactantur in *chron. Brem. MSCt.* Itaque autor videns chronologiæ dissonantiam expeditionem Bremensium Henrico IV. quidem adscripsit, sed æram ac Cæsarem Henricum V. ut privilegii datorem retinuit. Insignia autem militaria in modum justi privilegii cum insigni additamento nimis audaciter transformavit, Wilhelmi autem Cæsaris nomen & confirmationem ideo procul dubio elegit, tum quod intervallum hoc sufficiens visum & Wilhelmus inter Henricum V. & Wenceslaum fere medius esset, tum etiam ex alia ratione, de qua inferius Sect. 66. pluribus agemus; nimirum hæc illa speciosa sunt incunabula privilegiorum Bremensium, hoc institutum autoris, quod, etsi nec testibus nec apodicticis argumentis probari in judicio possit, historicis tamen & probabilibus rationibus adstructum esse sufficiat, ex eo, quod vero valde sit consentaneum: verisimilitudo enim imago est veritatis & natura cognata.

Autoris consilium in confingendis diplomatibus.

Autor fabulam expeditionis Bremensis nonnihil interpolat.

SECTIO XLVIII.

Dispositio & examen prætensi diplomatis Henricani in VII. capita.

Ipsa diplomatum falsitas quamvis undecim firmissimis argumentis satis superque asserta & ad oculum emunctæ naris hominibus propalata sit, tamen ut fides dictorum magis pateat operæ pretium erit, singula particulatim percurrere, omniaque eorundem contenta ad libram veritatis expendere &, ut vocamus, glossare; quia veritas magis innotescit contrariis juxta se positis. JO. BORG. *conf. 1. in princ.* Inter alia cum Henricanum diploma primum agmen ducat, id merito ut principalius & antiquius (ex quo Carolinum deficit) primam censuræ torquem subire fas est, *arg. ff. singulorum II. instit. de rer. divis.* In eo ordinis gratia hæc *VII. capita* considerentur: 1.) prooemium continens merita civium Bremensium. 2) confirmatio anteriorum privilegiorum. 3) exemtio civium a sede libera. 4) dispositio diplomatis Henricani. 5) Vestimentorum distinctio. 6) Rulandi concessio; & denique 7) epilogus, continens poenam violati privilegii, item testes & subscriptionem. in quibus examinandis plus operæ insumemus.

SECTIO XLIX.

PRIMUM CAPUT,

Continens prooemium & merita civium Bremensium.

(*Imperatoriam nostram Majestatem*) Prooemium autor a vulgari Imp. formula captandæ benevolentiæ sumsit. Similes sunt formulæ passim obviæ, sed breviores & strictiores, ut in *constit. Lothar. II. feud. 52. in princ. Frideric. II. feudor. 55. in princ.* & passim. Ipse Henricus V. in privilegio civitati Spirensi hoc a. MCXI. dato apud LEHMANN. hanc sententiam multo elegantius exprimit his paucis verbis: quoniam supernæ pietatis adminiculante gratia locum istum ob insignem patrum nostrorum memoriam & fidem civium ipsius erga nos semper constantissimam præ cæteris sublimare præponimus, (ideo) jura ipsius *Imperiali autoritate pro nostrorum principum consilio corroborare decrevimus.* Ecce, quam breviter & concise hic Imperator Henricus V. causam impulsivam privilegii exprimit, in qua autor Bremensis diplomatis totam fere paginam superfluis & ad pompam facientibus verbis complet. Non placet mihi lex cum commentario, inquit Seneca; lex jubeat, non disputet: prolixitatem & superfluitatem hanc verborum in anteriorum Impp. diplomatibus non invenias, licet a Caroli IV. ævo stilus curialis magis sese diffundat.

Vulgaris forma prooemii.

Henrici V. stilus elegantior.

(*Super incrementis civitatum*) Civitates & urbes Henrici V. tempore in Germania fuisse non negamus, & præcipue ad Rhenum, quales sunt Colonia Agrippina, Moguntia, Tabernæ, Solodurum & alia; de quibus AMMIAN. MARCELL. *notitia utriusque Imper.* PETR. BERT. FREHER. *lib. 2. Origin. Palatin. 16.* LEHMANN: *l. 1. chron. Spirens.*

Civitates Rhenanæ a Romanis exstructæ.

Spirenſ. 27. Eas enim primum ædificarunt Romani, cum Rhenus terminus Imperii eſſet. Quæ cauſſa eſt, cur illa cis-Rhenenſis ripa (Romanis ita dicta) tot vetuſtis & munitis urbibus ſit ornata; hæc ultra Rhenenſis non item *Bert. lib. 1. comm. 3.* MUNSTER. *l. 3. Coſmograph.* De quo tractu intelligenda OTTONIS FRISINGENSIS ſententia *lib. 1. de geſt. Frid. 1.* in Germania, inquit, a Baſilea usque ad Moguntiam maxima vis regni eſſe noſcitur: Item expoſitio LEHMANNI ad hunc locum *lib. 2. chron. Spirenſ. c. 22.* Eas civitates Henricus V. amplificare voluit, ſicuti in Spira & Wormatia verum fuit, quarum privilegia recitat & explicat LEHMANNUS d. l. Licet Wormatienſe non exſtet, niſi in confirmatione Friderici I.; ex qua LEHMANNUS colligit, utrumque eodem tempore ab Henrico V. datum fuiſſe, nempe anno MCXI. Ceterum in inferiori Germania & Saxonia, cum tenuiora adhuc eſſent incunabula urbium cum illis ſuperioris Germaniæ minime comparanda, minime etiam credendum eadem ipſis privilegia tributa; neque enim vera diplomata anteriorum Impp. Saxonicis civitatibus collata, exſtant, quod ipſe Lehmannus agnoſcit hiſce verbis: *Die andere Urſach iſt, das dieß koſtbar* monumentum *zu ewigen Gedæchtniß Zeugen und Kundſchafft geben ſoll, der ſonderlichen* Special *Freyheiten und Gnaden, darmit der Kayſer dieſe Stadt für andern begabt und erhöhet, dann aller Vermuthung nach umb dieſelbe Zeit, wenig oder gar kein ſolchergeſtalt* privilegiret *und befreyet geweſen in Erwegung, daß der groſſe und mæchtige Kayſer ſelbſt deßhalben ein ſolch fürnehmes und ſtattliches* monumentum *aufzurichten befohlen, dergleichen in keiner Stadt auf ſolche Manier nach derſelben Zeit Lauff und Gewohnheit nicht zu finden &c.* Ecce, hoc primum eſt privilegium civitati Spirenſi datum 14. die Auguſti an. MCXI. Non ergo illud Pſeudo-Bremenſe. Et confirmat hoc quod eo tempore pleræque urbes, villæ adhuc fuerunt; ſicuti idem Henricus V. in edicto de an. 1106. Bonnam villam vocat apud GOLDAST. *part. 1. Conſt. fol. 249.* Ceterum hanc *Lehmanni* ſententiam contra ſe dictam animadvertens JO. DAUTH. hiſce verbis rejicit in *Diſcurs. grat. & ſpec. fol. 30.* de veritate hiſtorica quoad diverſas (ratione capitum provincialium) regiminum formas ex præſtantibus hiſtoricis autor chronici Spirenſis præ ceteris diligenter *Lehmann. lib. 2. c. 22.* diſſeruit, ubi præſentem civitatum ſtatum Henrico V. & aliis eum ſecutis Impp. tribuit. Nos optimis autoribus ab ipſo allatis, quoad Spirenſem civitatem, de qua in ſpecie meminit, aliasque ſuperioris Germaniæ civitates libenter adſtipulamur; de noſtris autem Saxonicis rebuspublicis expendendum, quod autore Sigonio Otto I. an. 973. in multis Italicis civitatibus eandem regiminis formam pluribus ante Henricum V. annis introduxerat: quam procul dubio in patria ſua jam antea conſtitutam Italiæ etiam adhibuit &c. & quæ plura alia parum ad rem facientia illic cumulat, quæ eadem facilitate rejiciuntur, qua aſſeruntur. Eſt enim magna diſſimilitudo civitatum Italicarum & ſuperioris Germaniæ, quæ a Romanis condi-

Superioris Germaniæ urbes potentiores quam inferioris.

Chriſtophori Lehmanni conſenſus.

tæ ſub Ottone jam exſtabant ſatis magnam potentiam aſſecutæ, quod in Saxonicis civitatibus longe aliter ſe habebat, & *longe facilius eſt civitates exſtructas amplificare & earum potentiam augere, quam de novo fundare, quæ ne volentibus quidem Imperatoribus tam cito emergere potuiſſent*; ut nullum ſit dubium, quin civitates Saxonicæ poſt Ottonis M. tempora pleræque fundatæ diu poſt demum privilegia ſua obtinuerint. Quod ſi non ita eſt, proferat Dauth. Impp. antiquorum vera non falſa aut ſuppoſititia diplomata & ex iis, quæ unice fallere nequeunt, contrarium evincat.

Civitates Italicæ tempore Ottonis M. potentes.

(*Propter eorum deificam & fidelem virilitatem*) Sententia ut barbara, ita adulatoria nec Majeſt. Imperat. conveniens, quam ſe non adeo demittere erga ſubditos novimus, deinde prorſus falſam eſſe hanc meritorum Bremenſium commemorationem ex ſupra dictis conſtat, etſi vera eſſet non tamen propterea Imperator tam ampliſſima privilegia Bremenſibus concedere potuit, aut enim omnibus, qui expeditioni Hieroſolymitanæ interfuerunt ſimilia concedenda erant, & ſic nullus Dux, nullus comes, nulla provincia in Romano Imperio eſſet, cui non ſimile quid indultum, aut ſi ſoli Bremenſes eo pacto honorati cæteris per contemtum inſignis injuria illata eſſet neque præmium ab Imperatore, ſed a DEO expectabant *cruce ſignati*, quippe, qui pro amore Dei expeditiones illas ſuſcipiebant; unde etiam *bellum ſacrum* dictum eſt, item *Romanum*, utpote ad eccleſia Romana indictum, *Archidiac. in C. juſtum 23. quæſt. 2.* cujus miltes a Papa pleniſſimam indulgentiam conſequebantur, *v. tam* ſcilicet *æternam*; ſic enim habet bulla Urbani ſecundi: *Quisquis in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cœleſtia minime negabuntur. Naucler. gener. 37. Vol. 2. Robert. Monach. lib. 1. de bell. ſacr. c. omni timore depoſito quæſt.* c. excommunicamus §. Catholici X. *de hæred.* ut non opus eſſet aliis temporalibus præmiis in cruce ſignatos erogandis. Ceterum alia ſpecialia merita fuerunt vel Imperatori vel Imperio exhibita, propter quæ privilegia conceſſa legimus. Ita enim privilegio Henrici V. civitas Spirenſis dotatur ob inſignem Patrum ſuorum memoriam & fidem civium ipſius erga Imperatorem ſemper conſtantiſſimam; nimirum quia hic Henrici V. majores non ſolum frequenter commorati ſæpiusque curiam celebraverunt, de quibus late *Lehmann lib. 5. chron. Spirenſ. c. 38.* & ſeqq. ſed etiam ſepulturas ſuas habuerunt, de quibus noti ſunt verſus:

Falſa Bremenſium merita.

Expeditiones in terram ſanctam pro amore Dei ſuſceptæ.

Merita civitatis Spirenſis.

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus jacet iſt hic;
Hic proavi conjux, hic Henrici ſenioris.

URSBERG. *in chron. Spatheim fol. m. 272.* DRESSER. & BERT. *de urbib. Germ.* Ob hanc ergo parentum ſuorum memoriam & fidem Henricus V. privilegia urbi Spirenſi conceſſit, neque id ſimpliciter, ſed hac interpoſita conditione, ut in anniverſario patris Henrici IV. ſolemniter ad vigilias & miſſam omnes conveniant, candelas in manibus teneant, & de ſingulis domibus panem unum pro eleemoſyna dare & pauperibus erogare ſtudeant, ut habent *verba diplomatis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Hæc ergo vera cauſa impulſiva fuit, ut ſcilicet Henrici Patris excommunicata anima crebris civium Spirenſium precibus adjuvaretur, & ex purgatorio pro pietate illius ævi eleemoſynis liberaretur.

SECTIO L.

SECUNDUM CAPUT

Privilegii Henricani, confirmatio anteriorum privilegiorum.

(*Confirmamus illa jura*) Atqui ea falſiſſima eſſe ſuperius demonſtravimus? Vana ergo confirmatio jurium non exiſtentium.

(*Ad inſtantiam petitionis*) Quod factum eſſe dicitur in prætenſo privilegio Bremenſi eccleſiæ a. 788. conceſſo, poſt devictos & ſubjugatos Saxones: atqui Saxones poſt triginta & trium annorum bellum a. 803. demum devicti ſunt; tunc enim pax & libertas ipſis conceſſa, de quo luculenter poeta anonymus ad a. 803.

Bellum Saxonicum quamdiu durarit?

Tunc igitur pacis ſub conditione fideles
Se Carolo natisque ſuis ſtirpique nepotum
Ipſius juraverunt per ſecla futuros,
Quos per ter denos & tres tam duriter annos
Linquere protracti penitus certamina belli
Plus regis pietas & munificentia fecit.
Quam terror. &c.

Willehadus ante finem belli Saxonici defunctus.

Quo tempore bonus *Willehadus Friſiorum prædicator* jam dudum vita exceſſerat, quippe qui in Ruſtringia Friſiæ (hodie comitatus Oldenburgici) *pago, in villa Pleccatze* ad *Viſurgim diem extremum clauſit a. 790.* vel ſequenti ADAM. BREMENS. *in hiſt. eccleſ. c. 10.* ALB. ABB. STAD. *fol. 83.* CRANZ. *lib. 1. Metrop. 8.* LINDENER. *d. l. fol. 166.* An ergo Willehadus hic defunctus apud Carolum M. pro conceſſione privilegiorum urbis Bremenſis, quæ nondum fuit, interceſſerit admonendi ſumus; ſi forte in ſomniis fabulatori huic ita viſum fuerit.

(*Primi Bremenſis eccleſiæ antiſtitis*) Friſiorum prædicator & antiſtes fuit prædicator Willehadus; an etiam epiſcopus Bremenſis, alibi videbimus.

(*Ceteri prædeceſſores noſtri*) Quinam illi? ubi diplomata ſunt? quid continuerunt? quot plauſtra privilegiorum habent Bremenſes, ſi omnia vera ſunt? cur non omnia producunt atque hujus boni nos participes reddunt? hujus enim diligentiæ nomine MELCHIOR GOLDASTUS & FRID. LINDENR. ab ipſo *Dauthio* commendantur. Aut ergo invidi ſunt Bremenſes, dum petentibus copias denegant, aut certe aliquid monſtri alunt.

SECTIO LI.

Tertium privilegium exemtio a ſede libera.

(*Inſuper damus*) Tertium caput hujus diplomatis, in quo præter confirmationem illorum, quæ jam a Carolo M. habebant Bremenſes, alia ipſis inſuper dantur & de novo conceduntur privilegia, atqui omnia, quæ ſequuntur, ſingulatim quoque Carolo M. tribuuntur, *in chron. Brem. MSCr.* quomodo non ergo hinc inevitabilis contradictio naſcitur, quæ ſemper falſum implicat, ſicuti id argumentum bene expendit procurator archiepiſcopi Mediolanenſis contra Abbatem de Scozula *in C. inter dilectos X. de fid. noſtr.*

(*Proconſulibus & conſulibus*) Quinam illi Proconſules? an talis unquam Bremæ magiſtratus auditus; an forte ex-conſules intelligit autor; an illos, quos ſenatores hodie vocant, cur illis in omnibus tribus bullis præferuntur? An ſenatores conſulibus ſunt digniores? Quicquid ſit, uterque Magiſtratus recentior eſt & in civitatibus Saxonicis ſerius invaluit; ita enim in bulla Caroli IV. de libertate eccleſiaſtica data a. 1359. nominantur Conſules Magdeburgenſes & Bremenſes inter diplom. ERP. LINDENBR. *in fin.* item conſules civitatis Mindenſis in literis ejusdem Caroli IV. apud *Piſtorium*, qui Emdæ a. 1442. primum inſtituti ſunt, cum hactenus judices illi fuiſſent. UBBO EMMIUS *lib. 23. rer. Friſic.* Atque hoc quoque agnoſcit LEHMANNUS *in chron. Spirenſi lib. 22.* ubi dicit, comitem & ſcabinos omne merum & mixtum Imperium in civitatibus habuiſſe: *dann die* form *der Regierung durch Ammeiſter, Stadtmeiſter, Bergermeiſter und Raths-Perſohnen erſt unter den Sæchſiſchen und Schwæbiſchen Kayſern angefangen*, h. e. ſub Henricis & Fridericis nempe in civitatibus ſuperioris, non etiam inferioris Germaniæ; nam hic eo tempore Conſulum nomen ignotum fuiſſe, Germanicum & tum uſitatum Burgomagiſtri arguit, urbs enim vernacula lingua *burgum* dicebatur, i. e. oppidum muro cinctum portisque clauſum, PETR. GREGOR. THOLOS. *lib. 2. de republ. 1. n. 6.* FREHER. *l. 1. de orig. Palat. 10.* quod vocabulum Franco-germanicum eſſe ex Othfridi monachi vetuſta verſione evangelica, *ite in civitatem* i. e. *fahret in Thiaburg* diſcimus, licet alias a græco πυργὸς derivatum videri poſſit. CUJACIUS *lib. 3. obſerv. 24.* Romani pro caſtello accipiebant. *l. 2. ff. 4 de offic. Præf. præt. Afr. & ibi Gothfrid.* inde multa germanorum oppida in hanc terminationem deſinunt, ut Aſciburgum, Teutoburgum, Magdeburgum &c. Inde cives Burgenſes dicti ab ARNOLD. LUBEC. *Chron. Slav. lib. 2. c. 40. hiſt. archiep. Brem. in Hartwico* 2do & paſſim comes civitatis *Burggravius art. 10. Weichbild* & paſſim; de cujus officio & jurisdictione late tractatur in Reſponſis Magdeburgenſibus, poſt *ſpec. Sax. part. 1. c. 2. diſtinct. 16.* ſtatuta civitatis *Burg-Recht, Stadt-Recht gloſſ. in prooem. ſpec. Saxon. n. 4.* conſules ergo Burgo-Magiſtri ita vocant EBERH. SPECKH. *Brem. cent. 2. quæſt. 5. n. 13.* WESEMBEC. *conſ. 44. n. 22.* & *JCti Sax. paſſim.* h. e. ut dicuntur in ſtatutis Bremenſibus *Burger-Meiſter und Rathmænner.* Carolus IV. in literis ad civitatem Mindenſem apud *Piſtorium Burmeiſter* appellat, atque eo titulo in jure Saxonico etiam inſignitur *Pauermeiſter* h. e. Scultetus ſive villæ magiſter *art. 2. lib. 1. art. 55. lib. 2. Land-R.* COLER. *de proceſſib. execut. part. 2. c. 1. n. 133.* ſicuti ipſum corpus civitatis *die Bauerſchaffi* dicitur in *ſtatut. Bremenſ. ſtat. 22.* & paſſim. item in *tranſactione* quadam *civitatis Brunſvicenſis de a. 1445. §. 3. Ock ſcholen die Mannheit in allen Wickbilden Hövet-Lüde küſen in jegelicker Burſchop twe.* poſt *encyclop.* KNICH. *lit. GG.* it. *Pauermal* i. e. *Burger-Recht in Reſponſ. Magdeb. part. 1. c. 1. diſtinct. 5. & diſtinct. 17.* quæ omnia veterem adhuc tenuitatem urbium Saxonicarum redolent & oſtendunt, quia magi-

Proconſules quinam?

Comitum & Scabinorum poteſtas conſules ſuppreſſit.

Conſulum nomen Saxonibus ignotum.

Oppida in burgum deſinentia.

Burggravius Judex civitatis.

magiſtratus hic municipalis nullam vel exiguam ſaltem poteſtatem habebat jurisdictione omni ad comites, advocatos, & ſcultetos pertinente, ut in ſexta ratione latiſſime deductum.

Exemtio civium a judicio ſeculari.

(*Ut ſi aliquem judicem ſecularem*) Autor hic exemtionem a judicio ſeculari civibus Bremenſibus tribuere vult imitatus aliarum urbium privilegia, quæ ſimile quid habent. Ita Alexander IV. a. 1260. civibus Spirenſibus tale privilegium dedit, quod trahi extra civitatem Spirenſem ad judicium inviti non poſſent, quam diu parati eſſent coram ſuo ordinario de ipſis conquerentibus ſtare juri LEHMANN. *lib. 5. chron. Spir. 97.* item Adolphus Cæſar a. 1297. ipſis hanc gratiam duximus liberaliter concedendam, inquit, videlicet quod eos vel aliquem ex eis extra civitatem ſuam evocari ad nos vel judicium noſtrum qualecunque per quempiam nolumus, quamdiu parati ſunt in civitate ſua de ſe querulantibus juſtitiam exhibere. LEHMANN. *lib. 5. c. 175.* eadem confirmantur a Ludovico a. 1317. Friderico III. LEHMANN. *lib. 7. c. 21.* & c. 100. Eodem modo ab Adelberto archiepiſcopo an. 1135. cives Moguntini habitantes intra muri ambitum hoc jure donantur, ut ad nullius advocati placita vel exactiones extra murum expetantur. tom I. URSTIS. De Friſiis ſcribit UBBO EMM. *lib. 23. rer. Friſic.* percrebuerat ea tempeſtate mos apud ordines iis locis, ut, qui cum altero litem haberent, querelas ad vicinos principes deferrent, litterasque conficerent, quibus accuſati ad tribunal peregrinum extra Friſiam citarentur: id grave viſum & patriis legibus libertatique contrarium interdictum eſt a. 1447. Ita Goslarienſes dicuntur habere privilegium, quod non debeant ad aliena judicia vocari, ſed in palatio Cæſarum in urbe conveniri CLUT. *in ſylloge rer. quotid. theſ. 26. lit. D.* Hæc & ſimilia demonſtrant, eo tempore nondum fuiſſe *Jus Weichbildicum*, quia illo jure cives extra Weichbildum ſive territorium urbis conveniri non poterant: id enim privilegium coepit per *ſtatum Rulandinum* præfigurari poſtea, eoque reſpiciens autor hujus privilegii, Rulandum indicem hujus libertatis ſive exemtionis eſſe vult, quam Henrici V. temporibus civitates Saxonicæ nondum habuerunt, ſed poſtea demum impetrarunt; nam cum civitas Spirenſis id privilegium ab Adolpho Cæſare a. 1297. impetrarit, quis crederet Bremenſes id ſeſquicentenos annos ante jam habuiſſe? cum ex Lehmanno conſtet, nullam aliam civitatem privilegiis Spirenſibus antiquiora habere.

Spirenſium privilegium.

Civium Moguntinenſium privilegium.

Friſiorum interdictum.

Goslarienſium privilegia.

Juris Weichbildici proprietas.

Rulandus exemtionis index.

Spirenſium privilegia Bremenſium antiquiora.

(*Monere*) Mannire voluit dicere autor: hoc enim verbum in antiquis L. L. Francicis reperitur ita dictum a *manen*, quod manere ſignificat *lib. 4. LL. Francic. c. 13.* & videntur duo modi fuiſſe, quibus olim ad *mallum* ſive judicium cogebantur ſubditi per *manum* vel per *bannum*, quorum ille ad partes, hic ad judicem pertinuit. ita in *d. lib. 4. c. 13.* de cæteris vero cauſis judex, qui rationem redditurus eſt, non manniatur, ſed per comitem banniatur; verum hæc tractu temporis in abuſum veniſſe, apparet ex querelis *Hincmari* archiepiſcopi Rhemenſis *de poteſtate regia & Pontific. c. 15.* Quia prius per manninas veniebant litigantes, excogitaverunt comites & vicarii quidam ut per bannos venirent ad placita, quaſi propterea melius eſſet, ne ipſas manninas alterutrum alterutri ſcilicet litigantium, ſolverent, ſed ipſi comites bannum acciperent &c. ubi per manninas intelligit poenas, quæ a non comparentibus ſolvebantur, *de quibus eſt in L. L. Longobard. lib. 2. c. 43. L. L. ripuariis tit. 4.* inde *Man-Recht* quod tamen de caſtrenſi judicio interpretatur MATTH. STEPH. *lib. 2. de jurisd. part. 1. c. 7.* Ab hoc jure quosdam per privilegia liberatos legimus. Ita in privilegio Udalrici abbatis Laurisheimenſis de a. 1071. ut familiam curiæ (*Sachſenheim*) ab omni gravedine & moleſtia immunem redderemus a tribus principalibus *mallis, qui vulgo Ungebaden Ding* nuncupantur, quibus ad curtim *Luitershuſen* annuatim manniebantur eam abſolvimus, exſtat in *chron. Laurisheim.*

Manninæ quid?

Man-Recht unde dictum?

(*Extra dioeceſin Bremenſem*) Autor fortaſſe extra urbem Bremenſem dicere voluit; ſunt enim dioeceſes, quousque epiſcopi jurisdictio ſpiritualis porrigitur; ſicuti territorium eſt, quousque ſecularis poteſtas jus terrendi habet. *l. 239. ff. territorium & ibi* ALCIAT. *ff. de V. S. l. fin. de jurisd.* PETR. GREG. TOLOS. *l. 15. ſyntagm. 12. n. 3. & 4.* Aliqui fines Bremenſis dioeceſis in prætenſo privilegio Carolino deſcribuntur & ultra Albim collocantur apud ADAM. BREMENS. *in hiſtor. eccleſ. c. 10.* Sic ergo præſuppoſita veritate hujus privilegii cives Bremenſes tenebantur ſtare in judicio, ultra Albim puta Ducis Saxoniæ, comitis Stadenſis, comitis Ruſtringiæ de Stotle, Leſmonæ & aliorum: quia hi omnes intra dioeceſin Bremenſem reſidebant. Et quid? ſi per dioeceſin provincia metropolitani ſive archiepiſcopi Bremenſis intelligatur, ut fit quandoque *C. epiſcopi 9. quæſt. 2. Hieronym. de Mont. de finib. regund. cap. 4.* tunc enim cives Bremenſes in Dania, Svecia, Norwegia aliisque ſeptentrionalibus regionibus citati, comparere tenerentur; quia ſcilicet eousque provincia archiepiſcopi extendebatur. Quid ergo voluerit autor, non capimus, niſi forte ad conditionem eccleſiaſticorum reſpexit, qui ultra duas diætas extra dioeceſin ſuam trahi in jus nequeunt *C. nonnulli & ſeq. X. de reſcript.*

Dioeceſes Epiſcoporum.

Termini Bremenſis dioeceſ.

(*Ad locum*) Imperator non locum ſed mallum vel judicium dixiſſet, ita enim Carolus IV. in privilegio dato Theodorico epiſcopo Mindenſi a. 1354. concedimus eccleſiæ Mindenſi duas liberas ſedes, quæ proprie & vulgariter *Vehmeding* nuncupantur, quod Ludovicus Bavarus vocabulum, in privilegio de a. 1332. per *Frey-Gericht* item *Frey-Stühle* reddidit. Ab hoc judicio idem Carolus IV. clericos eximit in diplomate de a. 1377. apud *Piſtorium*: ne quis clericum vel pro cauſa criminali vel civili in judicium ſeculare & ſpecialiter ad judicium, quod dicitur *Freyding*, trahere præſumat. Quod ſi ergo autor Bremenſes ſuos ab hoc judicio prorſus liberos eſſe voluit, tum non ſaltem extra, ſed etiam intra dioeceſin Bremenſem liberare eos debuerat; ſi vero occultum judicium Weſtphalicum intelligit autor, eo ipſo prodit, poſt Caroli IV. tempora ſe hoc diploma condidiſſe, nimirum

Sedes liberæ.

Clericorum exemtio a judicio Vehmico.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nimirum quoad judicium degeneraverat, etiam ad aliena territoria manus extendens, de quo *Æneas Sylvius*, qui Cæsaris Sigismundi tempore vixit & postea Papa factus Pius IV. dictus est *in Europ. c. 29.* ubi ex eo id judicium vetitum vocat. Qui ei præsunt judicio, inquit, Scabini appellantur, quorum ea præsumtio est, ut per totam Germaniam jurisdictionem suam extendere velint. Idem sentit HENRICUS MEIBOMIUS *in spicilegio suo:* quæ de evocatione extra dioecesin ad locum, qui libera sedes nuncupatur, privilegiographus producit, aliud multoque recentius sapiunt seculum. Scimus enim, quo tempore Scabini judicii occulti sive Vemici in Westphalia sua jurisdictione abutentes Imperatoribus Romanis occasionem præbuerint, ut exorbitantibus frenum injicerent nonnullosque Imperii ordines gravari impense se conquestos ab intolerabili ista servitute, per rescripta publica eximerent. Exstant ea de re Caroli IV., Sigismundi & Friderici III. privilegia diversis per Germaniam principibus & civitatibus condonata. Henrici V. tempore nullæ de Scabinorum occulto judicio querelæ; qua igitur opus fuit exemtione?

HENRICI MEIBOMII Sententia.

(*Si coram antistite.*) Sic ergo Archiepiscopus Bremensis ordinarius civitatis judex est, quod ne posteriori tempore quidem, quo hoc diploma confectum, ipsi denegatum est. Prodit autem incogitantiam suam autor, dum passim dioecesin & antistitem Bremensem crepat, cum is Henrici V. tempore Hamburgensis potius diceretur, sicuti ex diplomatibus a *Lindebrogio* collectis videre est; quia Hamburgum sedes archiepiscopatus erat, ut pote urbs & antiquior & celebratior, cui postea Bremensis ecclesia ut pars & additamentum accessit; a potiori autem & principaliori semper denominationem fieri notum est.

Hamburgum archiepiscopatus sedes.

SECTIO LII.

Quartum caput diplomatis defensio fluminis Visurgis contra piratas.

(*Item damus*) Incipit quartum caput privilegii Henricani nempe defensio fluminis Visurgis contra piratas; quod ipsum tamen jam ante concesserat Carolus M. Videamus autem, qui hæc cum veritate historica congruant. Nam a Caroli M. temporibus piratas Visurgin fluvium & vicinum mare latrociniis infestasse legimus; nullibi tamen Bremenses illos persecutos invenimus. Ita in *annal. Fuldens.* ad a. 810. Imp. Aquisgrani agens & contra Gothofridum Regem Daniæ expeditionem meditans nuncium accepit classem ducentarum navium de Nortmannia Frisiam appulisse, totasque Frisiaco littori adjacentes insulas esse vastatas. Idem tradit REGINO *lib. 2.* meminit EGINHARD *de damnis Caroli* & in Frisia quædam insulæ germanico littori contiguæ a Normanis deprædatæ sunt, inquit. Ex quo poeta anonymus hosce versiculos condidit:

Piratarum incursus crebri a temporibus Caroli M.

Frisia a Normannis vastata.

Normannis vastantibus insula quædam
Parvula Frisonum damna tulit gravia.

Ex quibus conjicere licet, hanc ipsam fuisse *Rustringiæ insulam Budjadum*, quam Visurgi incumbere superius diximus. Hæc causa est, cur Horico Haraldi Danorum Regis fratri partem Frisiæ concederet Carolus, ut scilicet piratis obsisteret. ADAM. *Bremens. in hist. eccles. c. 12.* nihilominus post Caroli M. mortem sub Ludovico Pio & successoribus ita continuarunt Nortmanni non solum mare & vicina flumina infestantes, sed etiam in remotiores regiones impetum facientes, ADAM. BREMENS. *c. 15. 17. 30. 31.* & passim. HELMOLD *lib. 1. chron. Slav. 7.* UBB. EMM. *lib. 4. 5. & seqq. dec. 1. rerum Frisic.* item Hamburgum desolantes, de quo vid. *diploma Nicol. Papæ;* quam egregii ipsi piratæ fuerint, ideo Ascomanni dicti, habes apud AD. BREM. *173. & 213.* Quamvis vero Arnulphus Imp. nonnihil eos repressserit HELMOLD. *d. c. 7.* UBBO EMMIUS *d. lib. 6.* tamen recollegerunt se postea usque adeo, ut sub Ottone III. divisis navalibus copiis Albim & Visurgim intraverint omnemque hujus fluminis ripam usque ad Lesmonam (prope Bremam) vastaverint. ADAM. BREMENS. *d. c. 73.* ALB. ABB. STAD. *a. 988.* HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 15.* Ex illo nimirum tempore, inquit *Adamus* cap. 35. piratarum hostilisque crebra irruptio facta est in hanc regionem; nam & omnes Saxoniæ civitates grandi metu perculsæ fuerant, tunc & Brema muniri coepit muro: tantus itaque timor in finibus hujus parœchiæ omnibus erat; nam & ipse pontifex piratas, qui episcopatum vastabant, anathemate damnavit &c. Quid autem tum fecerunt Impp. Romani, an persecutionem piratarum Bremensibus demandarunt? minime, quia de Brema tunc dicere licebat: nihil ista nec ausa nec poterat; verum munus persequendi piratas vel ipsi Imperatores vel eorum Duces & Comites, utpote supremi tutores & protectores Imperii, omni tempore exercuerunt: est enim proprium comitum officium; de quo exstat lex Caroli *apud* ANSEGIS. *lib. 2. c. 6.* illos quoque, qui temeritate & violentia in furto & latrocinio sive rapinis communem pacem populi perturbare moliuntur, vestro studio & correctione, sicut decet, compescite. Quamvis non ignoramus, JCtos cuilibet jus invadendi & occidendi piratas, concedere, eo quod ipso jure & facto sint diffidati, PETR. BELL. *lib. 2. de re milit. tit. 11.* BODIN. *lib. 1. de republ. 1.* BECHTIUS *in disp. de secur. thes. 126. & 128. vol. 2. disput. Basil.* quatenus scilicet ab illis offenditur ac in terminis defensivis versatur; alioqui vindicta proprie ad superiores magistratus pertinet. De Carolo M. Eginhardus: molitus est classem, inquit, contra Normannos, ædificatis ad hoc navibus juxta flumina, quæ & de Gallia & Germania septentrionalem influunt oceanum. Et quia Normanni Gallicum & Germanicum littus assidua infestatione infestabant, per omnes portus & ostia fluminum, qua naves recipi posse videbantur stationibus & excubiis dispositis, ne qua hostis exire posset, tali munitione prohibuit &c. In eo conatu non Bremensium, utpote remotiorum sed Frisiorum maritimorum & propriorum auxilio in ostio Visurgis & Albis usus legitur Imp. Carol. Frisii enim classe & navigio ipsi suppetias tulerunt contra Sclavos ad Albim *annal. Fuld.* & REGINO *ad a. 789.* UBB. EMM. *lib. 4. rer. Frisic.* Atque hos præ Bremensibus mediterranei maris peritos fuisse naturalis ratio

Nortmannorum depraedatio continuata.

Piratæ Lesmonam depraedantur.

Persecutio piratarum pertinet ad Impp.

Frisii Carolo M. classibus militarunt.

Frisii maris periti.

tio dictat, eo quod maximam partem insulas inhabitarunt illi, e quibus sine usu navium in continentem aditus non patet. Quo pertinet hist., quam recenset ADAM. BREM. *c. 247.* de nobilibus quibusdam de Frisia viris, qui ab ostio Wirrahæ s. Visurgis oceanum Septentrionalem navigiis pervagati Islandiam aliasque incognitas terras & insulas primo investigarunt. Quo itinere feliciter absoluto Bremam profecti Alebrando archiepiscopo omnia retulerunt, nimirum quia hæc omnia Bremæ incomperta hactenus fuerunt. Tantum abest, quod ipsi cives cognitionem maris antea habuerint; sed & Henricus Auceps Danos, qui per piraticam Frisios incursabant, vicit & tributarios sibi fecit, procul dubio Frisiorum auxiliis, SIGEBERT. GEMBLACENS. ad a. 935. & Ottonis III. tempore Benno Dux Saxoniæ, Fridericus Marchio Stadensis, Sigfridus comes Holsatiæ aliique vicini comites piratas oppresserunt AD. BREM. ALB. ABB. *Stad.* & HELM. *d. l.* Ita cum tempore Lotharii Imp. latrunculi Slavor. in Stormariam irruerent, Godofridus comes Holsatiæ cum aliquantis civium de Hammenburg latrones persecutus est. HELM. *lib. 1. c. 36.* Et Sigfridus comes Stadens. piratarum manibus elapsus, quos potuit, comprehendit, & prope Stadium suspendit in loco ab eo eventu *Worgeborg* dicto. *Hist. Arch. Brem.* in *Adalberone.* Ex quibus constat ipsum jus persequendi piratas illo tempore ad principes & comites pertinuisse, licet subditorum opera illi uterentur. Ceterum cum civium Hamburgensium, qui cum aliis subditis huic militæ interfuerint, mentio occurrat, mirum est, Bremensium nullibi in probatis autoribus mentionem fieri, quod contra piratas vel ut Duces vel ut milites egressi fuerint, quod fieri Bremensesque omitti potuisse vix possibile videtur, cum de piratarum latrociniis per Visurgim & vicinum mare ejusque accolas ad urbem Bremensem usque plenæ sint historiæ etiam illæ, quæ de rebus gestis Bremensium ex professo scripserunt, *ut* ADAM. BREMENS. ALB. STAD. aliique, quos ERP. LINDEBR. collegit. Quomodo civitas Bremensis defendere alios & Visurgin fluvium usque ad salsum mare per XV. milliaria tutum reddere posset, cum se ipsam defendere contra piratas non potuerit *argt. ſ. 13. inſt.* de *excuſſ. tut.* ab his enim nunquam eam tutam fuisse constat *ex* ADAM. BREMENS *c. 15.* Perinde ut ipsa Hamburgensis urbs aliquoties incensa & vastata. ADAM. BREM. *c. 17. & 189.* eaque causa est, quare Bremensis ecclesia desolata Hamburgensi sub Anchario archiepiscopo uniretur, & quod utraque civitas propter piratarum incursus periculis plena esset, HELM. *lib. 1. c. 5.* Quomodo civitas Bremensis longe dissita & in locis mediterraneis posita, piratarum exitus & ingressus è mari in ostium Visurgis observare & prævertere melius posset, quam Frisii vicini & maritimi navali scientia instructi, ita enim centenarius portus olim non Romæ sed in portu residebat, ut quia longius a littore Roma videbatur posita, inde magis esse inciperet, ubi decorum ingressum navium possideret, ut loquitur *Cassiodorus lib. 7. varior.* Nimirum hæc quoque falsitas manifesta, autorem

Frisii investigant terras incognitas.

Henricus Auceps piratas opprimit.

Godefridus comes Holsatiæ piratas persequitur.

Sigfridus comes.

Bremensibus nullibi persecutio piratarum attribuitur.

Caroli M. classis contra piratas.

de Brema piratarum direptionibus expostia.

privilegii rubore suffundit, qui potentiam urbis Bremensis, quam tum forte habuit, cum veteri tenuitate discordare non attendit.

(*Una cum eorum antistite*) Si cum chronico Bremensi a temporibus Caroli M. id repetas, episcopus id jus non habuit. Episcopi enim ipsi omnesque prælati ac ecclesiastici sub patrocinio Cæsaris, comitum & advocatorum secularium constituti erant, de quibus superius dictum; quo pertinet invocatio brachii secularis, de qua passim, pertinet receptio in Mundiburchium sive tutelam Cæsaris. Ita Imp. Otto in privilegio de a. 988. dato Adalgago archiepiscopo super libertate monasterii *Repsholte* loquitur: prædictum monasterium in nostram tutelam suscipimus atque mundiburdium; nimirum ut ipsi ecclesiastici liberi essent à curis secularibus, & rebus divinis eo expeditius vacarent. Quis enim crederet Imp. curam prosequendi piratas in mari demandare episcopo, qui illo tempore nec bello nec cædibus hominum nec judicio sanguinis interesse poterat *c. si in mortem c. convenior 23. quæst. 8.* GAIL. *lib. 1. de pace publ. 8. n. 2.* THOLOSAN. *in parte juris Canon. lib. 4. tit. 8. c. 10.* Itaque in hujusmodi rapinis recte quærit ADAMUS *Bremensis*: quid autem dicimus fecisse interim nostrum archiepiscopum? inquit, nimirum hoc, quod ad officium ecclesiasticum pertinebat, partim piratas excommunicando, in *hist. eccles. c. 32. & 75.* partim etiam captivos redimendo ADAM. *Brem. d. c. 32.* Ex quo autem secularis potestas ad episcopos pervenit, ipsi eam per suos officiales expedierunt. Ita Beselini milites Svenonem Sveciæ principem piratico more maritima Visurgis loca vastantem captivum Bremam ad archiepiscopum Bremensem traxerunt, civibus Bremensibus prorsus exclusis ADAM. BREM. *c. 109.*

Epiſcopi ac Prælati ſub patrocinio ſecularium conſtituti.

invocatio brachii ſeculuris.

Archiepiſcopi Bremenſis officium circa piratas.

(*Stratam nostram Regiam*) Italica vox est in feminino genere usurpata; nam latini in plurali efferebant, eo, quod lapidibus sint strata *l. 1. ſ. 2. ff. de via publica l. 4. C. de priv. dom. Aug. lib. 1.* TURNEB. *lib. 19. adverſ. 19.* PEREGRIN. *consil. 103. n. 7. lib. 1.* unde Isidorus aggerem definit, quod sit media stratæ eminentia coaggeratis lapidibus strata *lib. 15. orig. c. 16.* Durat vocabulum in dialecto Saxonica, licet Misnenses suo more illud elevent ac cum sibilo *Str ſſen* pronuncient. Quamvis vero nomen generale sit de quo *Gunther. l. 4.*

Strata regia, pro via publica.

Proh pudor! a paucis prohibemur inertibus ultra
Regali transire via.

tamen a Dd. platea civitatis a strata seu via publica distinguitur. Ita BARTOLUS in l. ult. *ſ. 1. ff. de servit. rustic.* quem refert WESEMB. *cons. 33. n. 54.* strata seu via publica quando intrat in civitatis plateam desinit esse strata PAUL. LANG. *in chron. Citic. ad a. 1316.* eodem a. fames validissima fuit per Doringiam, ita ut multa millia hominum fame perierint in stratis & viis corruentes, ubi etiam in rei memoriam constructa est capella prope viam regiam &c. Utut ergo indifferenter hoc nomen accipias de via publica terrestri, tamen de flumine impropriissime id usurpaveris, nec ullibi apud bonos autores repe-

rias; nisi forte viam super pontem euntem comprehendas, ita poeta anonym. Caroli M. lib. 2.

Nam gemino stravit quam maxima ponte fluenta
Et caput illius vallo munivit utrumque
Imponens & præsidium, ne forte regresso
Quis prohibere viam super alto flumine stratam
Lignorum rupta facili compage valeret.

Quomodo intelligendum privilegium Conradi Cæsaris datum ecclesiæ Mindensi an. 1053. apud *Pistorium* ibi: ad illum locum ubi publica strata iter super ipsum præbet rivum & in ipsa publica strata, nimirum quia pons transverso flumini impositus viam continuat. Hoc autem dici nequit de toto flumine in longitudinem porrecto sive de navali itinere fluminis. Eo enim sensu viæ publicæ & flumina navigabilia disparantur & ut diversa ponuntur non solum *in C. unic. quæ sunt regal. in usib. Feud.* sed etiam in aliis investituris ac diplomatibus principum, quorum aliquot superius retulimus ac sub Henrico V. soli Imperatori & principibus propria adhuc fuisse demonstravimus. Quod ipsum etiam ex statutis Bremensibus (83. *Urthel*) manifeste patet, textus sic habet: *So wer ein Guht findet up des Koninges Heer-Straten, en kumpt dar nemand, de sick des Guhtes thothe, als ein Recht ist, binnen Jahr und Tag, dat schall man leggen by en beseten Mann by Rade. Ën kumpt he denn nicht binnen Jahr und Tag, de sick des Guedes kruede oder sick dartho thehe, so schol idt hebben de Konniglicke Gewalt mehr de idt gefunden hefft, dem schal men Arbeides-Lohn geven.* Pertinent igitur inventa ad Regalia Cæsaris & Principum modico saltem inventori exinde concesso; *juxta art. 37. in fin. lib. 2. Land-Recht differ. Jur. Sax. part. 2. diff. 61.* COLER. *decis. 149. & ibi alleg. 1.* ex ea ratione, quod in publico inventum etiam publico cedit. THOLOS. *lib. 9. de republ. c. 1. n. 22.* KNICH. *in tr. de privil. Ducum Saxon. verb. Ducum c. 5. §. Wasser-Fischerey.* Ex quo consequens est, nec ipsam stratam Regiam fluminis Visurgis (præsuppositio quod hæc acceptio proba sit) ad civitatem Bremensem pertinuisse, cum ad ipsam res inventa in strata regia non pertinuerit, sed ad regiam potestatem (*an die Königliche Gewalt*), cujus illa propria est, spectaverit, *arg. §. 39. inst. de rer. divis.* Quamvis vero *Jo. Dauth* sub potestate regia etiam principes, comites & civitates jus gladii habentes comprehendat, in *discurs. general. & special. part. 2. fol. 26. per gloss. ad art. 29. Weichbild, bey der Königlichen Gewalt ist nicht allein zu vernehmen der König; sondern auch alle die, denen das Schwert befohlen ist;* tamen hoc ipsum quoad civitates Saxonicas in quæstione est, an Henrici V. tempore a. III imo an tempore conditorum statutorum Bremensium a. 1303. civitas Bremensis jus gladii habuerit. Nos id negamus, quia in dictis statutis senatus *die Rathmænner* a potestate regia distinguitur & hæc tanquam superior & excellentior Magistratus illi merito præponitur.

de Saxonicis civitatibus id controversum.

(*Ex utraque parte littoris*) Atqui littus orientale Visurgis respective ad Marchiam Stadensem, ducatum Saxoniæ, comitatum Lesmonæ & sub hoc ad archiepiscopatum Bremensem; occidentale vero ad comitatum Rustringiæ & Stedingiæ hodie Oldenburgicum & Delmenhorstanum sub Henrico V. Imper. pertinuisse supra demonstratum est. Qui ergo credendum, id suis dominis ademisse Imperat. ac civitati Bremensi sine ulla caussa concessisse?

Utrumque littus Visurgis duos proprios dominos habuit.

(*Usque ad salsum mare*) Autor hanc formulam procul dubio ex Hamburgensium privilegio mutuatus est. Est autem ambigua locutio. Aut enim intelligitur aqua marina per æstum maris Visurgi illata, quatenus salsedine est corrupta, *so weit das Wasser brack ist*, & quandoque in medio Visurgis salsitas deprehenditur, aut termini Visurgis extra ejusdem ostia in salsum oceanum (vulgo *die Saltzen-See*) extenduntur, & usque ad terram sanctam vulgo *heilige Land* insulam jurisdictio civitati Bremensi concessa diceretur, ex quo magnam jurisdictionis marinæ perturbationem & confusionem nasci oporteret, quando hæc Ducatui Holsatiæ item Hadeleriæ ac Wursatiæ nec non comitatui Oldenburgico usque ad centum milliaria in mare adhæret, quia, ad quem pertinent littora maris, ad eundem etiam pertinet jurisdictio marina usque ad centum milliaria *gloss. in l. 4. §. pen. ff. de damno inf. Bart. in tr. de insula verb. nullius* PAUL. *de castr. & Dd. in l. 9. ff. de judic.* ubi iterum non præsumitur Imperator vicinis principibus hoc jus auferre voluisse.

Heilige Land inf. Ducum Holsatiæ.

(*Nec non mercatores*) Intelligit autor jus protectionis & salvi conductus *die gleitliche Obrigkeit*, quorum hoc superioritatis est indicium, KNICH. *in encyclop. c. 12. & de jur. Sax. non provoc. verb. Ducum Sax. c. 5. n. 102.* illud plerumque ordinariæ jurisdictioni adhæret DOMIN. ARUM. *in discurs. 31. quæst. 8.* Atqui neutrum eo tempore civitas Bremensis habuit, ut supra assertum; quod adeo obtinet, ut conductum super mortuos in Visurgi repertos (dividitur enim *die gleitliche Obrigkeit in todte und lebendige* RUTGER. RULAND. *de commiss. part. 2. lib. 2. c. 3. n. 7.*) ne hodie quidem civitas Bremensis habeat, sed ad advocatum archiepiscopi pertineat. Ita enim Christophorus archiepiscopus Bremensis a. 1544. Carolo V. Cæsari in supplicatione contra sub- & obreptitie impetratam confirmationem prætensorum privilegiorum Bremensium suggessit. *Dessen ist auch eine öffentliche Anzeige, daß so offt sich noch heutiges Tages zutrægt, daß ein Mensch innerhalb oder ausserhalb der Stadt* Bremen *in dem Wasser verdirbt und ertrinckt, dieselbe Person wann sie schon gefunden, daraus nicht gezogen mag werden, sonder meines verordneten Vogts in der Stadt* Bremen Consens, *Vermögung und Vorwissen &c.* Quid ergo si per alienum territorium jus salvi conductus sibi urbs arrogaret, quod regulariter nonnisi in proprio jure jurisdictionali competit? & generaliter vix est, quod ante Carolum IV. civitates Saxonicæ jus salvi conductus habuerint; is enim in electoribus deducendis omnibus etiam communitatibus castrorum & civitatibus id concessit *in aur. bull. c. 2. & seq.* sicuti totum hoc jus regale *die gleitliche Herrligkeit* recentius esse colligitur *ex Constit. Sigism. Imp. c. 9. apud Goldast. fol. 191.* neque

Civitas Bremensis non potest mortuum e flumine ex trahere.

que aliud elicitur ex *discursu generali & speciali Jo. Dauth.* fol. 32.

(*Si vero antistitis*) Cur in eum eventum non potius Duci vicino vel comiti id concessisset Imperator. Ita enim Ludovicus Pius in capitul. a. *854. ap. Goldast. tom. 2.* perlatum est ad nos, inquit, quod eos qui Romam orationis causa vadunt, vel qui negotiandi causa per regnum nostrum discurrunt, collecti latrones diripiant, & eorum bona spolient: ideo volumus, ut comites nostri eorum scudasii adjunctis secum vasallis episcoporum, si necessitas fuerit, ubicunque tales fuerint, studiosissime perquirant, ut eos capiant atque distringant, & si hujus criminis reos invenerint, poenas in legibus positas erga eos absque ulla negligentia exsequantur. Ecce, hic persecutio latronum secularibus demandatur, non episcopis, non civitatibus, sed & Otto M. in privilegio dato Adalgago Bremensi a. 937. ejusdem advocato omnem jurisdictionem in homines monasteriorum Bremensis dioecesis concedit, quamdiu eos corrigere potuerit: quodsi, inquit, quispiam illorum incorrigibilis exstiterit, tunc ab advocato eidem præsententur judiciariæ potestati (Duci scilicet vel comiti) cæteri vero in subditione archiepiscopi permaneant &c. nimirum quia tum demum ecclesiastici brachium seculare invocant, quando ipsi correctioni sufficientes non sunt, siquidem militares tenentur ecclesiasticos defendere, *gloss. ad art. 29. lib. 3. Land-Recht n. 2.*

(*Justo judicio*) Atqui criminale judicium quod sub banno regio instituebatur, civitatem Bremensem ante Caroli IV. tempora non habuisse, sed id ad archiepiscopum in urbe & orientali parte fluminis Visurgis pertinuisse in ipsa dissertatione latissime demonstratum est. Falsum ergo, quicquid hic conceditur.

SECTIO LIII.

Quintum caput diplomatis, Vestimentorum distinctio.

Tautologia in diplomatibus principum mustata.

(*Ceterum propter*) Quintum caput privilegiorum hic incipit. Non satis autem erat autori, Imperatorem barbarie maculasse, nisi eundem etiam tautologias vitio obstringeret. Quid enim opus erat iterare hic ad nauseam deificas virtutes Bremensium, quæ in vestibulo hujus diplomatis jam satis superque inculcatæ fuerant; nisi quia huic autori jucundum fuit laudes suorum populorum audire.

Duplex genus meritorum Bremensium.

(*Per mare suis navibus & per terram*) Duplex genus meritorum Bremensium, quod dum fidei faciendæ inseruit autor, eo ipso, fidem sibi derogat; neque enim facile simul stare poterunt, eosdem cives navali expeditioni interfuisse & simul terrestri; cum bonus miles in navi & mari, plerumque malus sit miles in terra, & contra. Ut taceamus alia obstacula, de quibus in dissertatione copiosius actum.

(*Populus non modicus*) Quindecim turbam facere consentiunt JCti. Atque hunc numerum bene observavit autor, nonnihil tamen ab aliis rerum Bremensium scriptoribus proletariis recedit; hi enim, ut *Herbertus Schönen & Gerhardus Reinsbeccius* affirmant, non spontaneam voluntariamque hanc fuisse expeditionem, sed auxilia contra Saracenos tam dioecesi Bremensi quam vicino comitatui Oldenburgico imperata. Ex civitate Brema militatum exiisse tres Senatores & quindecim cives primarios eosque prædivites, quippe qui singuli annuos reditus haberent, nescio quot nummorum uncialium, eorum videlicet, qui post quadringentos annos primum cusi a loco originis suæ Vallenses nominati sunt. At Wolterus tres inculcat consules & reditus annuos longe aliter computat; privilegia vero impetrata vult in terra sancta, non in Germania: usque adeo

Nominum & cognominum olim non eadem ratio.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Ipsa nomina civium hodierna sunt nec antiquitatem sapiunt; nam an tum temporis, sicuti hodie, nomina & cognomina a singulis usurpata sint, merito dubitatur. Provocamus ad donationum sive traditionum antiquas formulas aliaque instrumenta, quæ magno numero apud *Pistorium, Goldastum* aliosque reperiuntur. Unus sufficiat *Lindebrogius* ad Bremenses, quorum privilegia publice legi voluit, propius pertinens; is pagina 169. habet Liemari archiepiscopi litteras, in quibus adducuntur testes undecim solis indicationibus. Quid? quod ADAMUS TRACIGER *reipubl. Hamburgens. Syndicus* in *urbis* istius *chronico* ad a. C. 1226. recenset senatores Uromodum, Esicum, Wiradum, Standardum, Sifridum, Harwardum, & alios; nulli vero vel præ-vel cognomina addit, sine dubio, quod eo tempore nondum in usu fuerint.

(*Dicitur interfuisse*) A quo historico vel scriptore fide digno? qui expeditiones Palæstinas descripsit? nullo; sed ab illis, qui fabulas Bremenses in chartam conjecerunt, post A. C. 1400. qui cum sint trecentis annis posteriores expeditione illa Gothofridi Bullionii, qua capta est urbs Hierosolymitana an. 1099.; necesse est, ut proferant antiquiores historias, ex quibus suas hauserunt: alioqui fidem nullam merentur, cum nemo possit sua fide & memoria testari de his rebus, quæ diu ante suam ætatem contigerunt.

(*Et dioecesi Bremensi*) Si non solum ex urbe, sed etiam ex episcopatu Bremensi aliqui huic passagio interfuerunt, cur soli cives Bremenses honorantur? imo cur his privilegium conceditur contra dioecesin Bremensem.

(*Libertatem eis dantes*) Libertatis (*Freyheit*) nomen æquivocum; si respectu servitutis, qua plerique cives Bremenses dominis suis tunc adhuc obstricti fuerunt, libertas ipsis concessa esset, potuit id de facto contingere; si libertatem hic interpreteris pro libera facultate gerendi vestimenta, quæ quisque vellet, necesse est, prohibitionem prius probari, qua id cuivis libero homini lege lata sit ademtum. Certe nec in legibus Carolinis nec Longobardicis nec Francicis nec Saxonicis ullum vestigium ejus juris reperias; immo ignorabant rudes Saxones superbiam, quando ipse Carolus M. auro rariſſime & nonnisi in magnis festivitatibus utebatur, LEHM. *lib. 2. chron. Spirens. 37.* nisi forte ad leges sumtuarias & vestinias priscorum Romanorum recurrere velis, de quibus POMPONIUS LÆTUS, ex quibus est constitutio, ne quis vestes auratas & holosericas præter principem gestet *l. 1. & seqq. C. de*

Saxones luxum vestium ignorabant.

C. de veſtibus holoſeric. it. al. de quibus ARNOLD. KLAPMAR. *lib. 3. de arcan. rerumpubl. 9.* THOLOSAN. *lib. 4. de rebuspubl. 11.* eas ante Carolum IV. in Germania in uſum revocatas non invenimus, quod clarius fecit Carolus V. in comitiis Auguſtanis. *C. 9. apud* GOLDAST. *lib. 2. conſtit.* SCHÖNBORNER. *lib. 3. politicor. 17.*

Veſtiariæ ante Carolum IV. in Germania ignotæ.

(*Ut ſe ipſos eorum veſtimenta*) Hoc ipſum eſt privilegii caput, atqui id quoque jam ante conceſſerat Carolus M. *daß alle diejenigen, die zu Bremen zu Rathe gehen, mögen Gold und gefærbte Kleyder tragen.* Qui ergo & id hic concedit Henricus V. & quidem propter fortitudinem in bello ſacro præſtitam? Nimirum ex eodem fictionis penu id profluxit, ex quo *pſeudo-privilegium Carolinum* Friſiis datum de auro geſtando, quod toties rejecimus, cum CRANZIO *lib. 2. Vandal. 38.* & aliis.

Pſeudo Carolinum Friſiorum privilegiorum.

(*Ut militibus eſt conceſſum*) Ubi & a quibus? an forte veſtes militares Romanorum innuit autor? de quibus PETR. GREGOR. THOLOS. *lib. II. de republ. 5. & 6. & lib. 19. Syntagm. 7.* atqui illæ viliores erant, ſicuti conqueruntur milites in Pannonia apud TACIT. *1. annal.* denis in diem aſſibus animam & corpus æſtimari; hinc veſtem, arma, tentoria redimi: an forte reſpicit ad *l. 1. C. nulli licere in fren. & equeſtri ſcll.* atqui illa de equitibus tantum agit: Autor imperitus procul dubio intelligit armorum & inſigniorum conceſſionem, quæ militaribus fieri ſolebat, de quibus JUSTUS LIPSIUS *in analect. Gabriel. Palæott. de imaginib. lib. 2. c. 47.* PETR. *de* ANDLO *lib. 1. de Roman. Imp. 12. & 13.* Exſtat ea de re Ludovici Bavari privilegium de a. 1338. in quo nobilibus de Prato permittitur tam in banderiis, clypeis, quam veſtibus ceterisque ornatibus ſuper conſueta inſignia coronam de armis ducatus Bavariæ portare apud FREHER. *lib. 1. de orig. Palat. 13.* quo etiam alludit HENRICUS WOLTHERUS, dum ſcribit, quod a. MCXI. cives Bremenſes reverſi ex paſſagio terræ ſanctæ inſignia ſecum reportaverint. Cur autem illa hic tribuuntur Senatui, cum totus Senatus expeditioni illi non interfuerit? cur non potius illis civibus eorumve familiæ, qui meruerunt? usque adeo nihil ſolidi eſt in hoc diplomate, in quo acquieſcere poſſis; ne quid de chronologiæ diſſonantia hic addamus.

Nobilium de Prato privilegium.

Bremenſium inſignia militaria.

SECTIO LIV.

Sextum caput, privilegium coloſſi Rulandini poſitio.

(*In ſignum hujusmodi*) Hoc ſextum caput quaſi obſignatio & monumentum reliquorum eſt, nempe ſtatuæ Rulandinæ collocatio: quæ ſi de proxime tantum præcedenti capite accipienda eſt, ſicuti arguit vox libertatis, item quod relatio fit in dubio ad proxima non ad remota *l. item l. talis ſcriptura ff. de leg. 1. & ibi* JASON. HONDED. *vol. 2. conſ. 4. n. 9;* tum ſane novum & inauditum commentum eſt, quod per ſtatuas Rulandinas deſignetur uſus aureorum veſtimentorum, adeoque & ceteræ civitates Saxonicæ hoc jure gaudebunt, ſed ita, ut coloſſis hiſce inſtar pavonum pennas expandentium nihil aliud quam ſuperbiam in veſtitu prodant: quod ſi generaliter ad omnia præcedentia privilegia referre velis, ne ſic quidem obtinebis, quod eorum omnium index ſit Rulandus, aut ergo aliarum civitatum Saxonicarum Rulandus eadem jura & privilegia præferet, aut hic Bremenſis valde erit ſingularis & monſtroſus.

Rulandus obſignatio privilegiorum Bremenſ.

Rulandus ſuperbiæ index.

Rulandus Bremenſium monſtroſus.

(*Licentiamus iisdem*) Barbare pro licentiam damus iisdem, & tamen tanti fecit JO. DAUTH *in hypotyp. contr.* KNICH. *ſect. 8.* quod eandem ſententiam citaverit, ad quam recte annotat *Knich.* & quid licentia hac quæſitum? an forte illa poteſtas, quam ſibi imaginabatur Adalbertus ſuperbus archiepiſcopus Bremenſis vel per mare ambulandi vel per terram navigandi, de quo poſt ADAM. BREM. ALB. ABB STAD. *ad* a. 1051. quam Bremenſibus non invidemus; an illud potius, quod urbs Bremenſis jus municipale Saxonicum ſive Weichbildicum habeat? de quo ſupra copioſius actum. Sic nihil habet Brema, quod non Oldenburgum, Delmenhorſta, aliaque vicina municipia ſive Weichbildi habeant.

Archiepiſcopi Bremenſis ſuperbia.

Rulandus index juris Weichbildici.

(*Ornare clypeo & armis*) Acute ſcilicet hinc colligit GUILHELM. DILICHIUS *in chron. Brem. fol. 58.* ex hiſce verbis privilegiorum apparere, ea, jus civitati non dare, ſed ornare; nimirum quia ut ipſe vult Carolus M. privilegia illa jam ante civitati Bremenſi conceſſerat, eaque conſpicuo Rolandi teſtimonio publice poſteris omnibus obſignaverat. Hæc ſunt verba Dilichii. Qui autem ea congruunt cum hoc diplomate, in quo propter merita civium Bremenſium in paſſagio terræ ſanctæ ſub Henrico IV. conceſſa dicuntur, an merita poſteriora eſſe poſſunt ipſis privilegiis, an cauſa ſuo effectu? an forte Carolus M. cum Rulandum daret, in ſpiritu trecentis annis ante prævidit, cives hanc gratiam & libertatem ſuis deificis virtutibus in bello ſacro aliquando merituros? pudeat autores tam craſſi & inepti deliramenti.

Manifeſta contradictio Bremenſium.

(*Armis noſtris Imperialibus*) Ob quam cauſam clypeus & inſignia olim in judicio ſuſpenſa fuerint. Quod ſi quæ urbs inſignia Imp. Romani portis murisque ſuis inſculpſerit, non ideo urbs libera Imperialis exiſtimanda fuit: erat enim generale præferre aquilam Imperii, ſed una cum illa civitates ſui quoque epiſcopi, Ducis, comitis, principis, dominique intermedii inſignia præferebant. Recentius eſt, quod civitates Germanicæ propria inſignia habere coeperint, ab Impp. vel principibus ſpeciali privilegio indulta. Ita Maximilianus Imperator anno 1490. *Amſtelædamo* Holland. civitati, cum terra marique longe lateque mercaturam exerceat, nec iis decoretur, quæ ejusmodi civitatem deceant inſignibus, conceſſit Imperiali corona inſignia ſua ornare. Exſtat diploma apud PETR. BERT. *lib. 3.* in *Amſtelod.* Bremam inſignia ſua epiſcopo debere, clavis quam præfert arguit, illam enim eccleſiaſticæ poteſtatis indicium eſſe quivis novit, *vid. aſſert. libert. reipubl. Brem. p. 295. 305. conf. cum ſect. XI. n. 5.*

Inſignia Imperator. urbibus præfixa.

Amſteld. inſignia.

SECTIO LV.

Ultimum caput, continens epilogum & teſtes.

(*Hinc eſt attendendum*) Septimum & ultimum caput nempe epilogus diplomatis; quod autor ridicule ſuperioribus annectit.

(*Ut*

(*Ut nullus Dux*) Nimia protestatio præsumtionem falsitatis parit, & clausulæ insolitæ suspicionem fraudis inducunt usque adeo, ut rescripta principum etiam ex motu proprio invalident FRANC. CURT. *Conf. 74.* & quo plus cautelarum, eo plus doli, fraudis & simulationis præsumitur.

Mulcta privilegii Bremensis.

(*Centum libras auri*) Mulcta nimis grandis, & ne in rebus quidem gravioris momenti & totum Imperium concernentibus eo tempore adhibita: observare enim licet, quam exiles olim mulctæ fuerint, & quomodo progressu temporis cum ipso rerum pretio creverint; inde mulcta Romanis dicta quasi minime multa, cum una tantum ovis pro poena penderetur, FEST. POMP., GELL. *lib. II. noctium Attic. 1.* BRECCHÆUS & GODDÆUS *ad l. 131. §. 1. ff. d. V. S.* Fridericus quidem Imp. in *§. si quis vero &c. de pace tenend. 2. feud. 53.* pacis violatoribus centum marcas auri constituit, sed majoribus tantum civitatibus, nam oppidis 30. judicibus 10. privatis etiam 30. libras injunxit; tanti scilicet fecit Henricus V. Imperator civitatem Bremensem, quod ejus privilegia paci publicæ totius Imperii æquaverit, cum tamen idem Imperator privilegium urbis Spirensis eod. a. MCXI. datum nulla mulcta apposita muniverit; quod & in aliis privilegiis Ottonum & Henricorum ecclesiæ Bremensi concessis neglectum videmus.

(*Dimidium cameræ Imperiali*) Phrasis recentior, nec Henrici V. curiæ nota.

(*Hujus rei testes*) Jam dudum mortui & rebus humanis exemti: quos uno fortasse excepto necesse habuit ope Pythiæ cujusdam ex defunctorum contuberniis elicere autor, ut de eo usurpare possis, quod de Mercurio *Virg. 4. Æneid.*

Tum virgam capit, hac animas ille evocat orco
Pallentes.

Manifesta autem falsarii nota est, si is testes instrumento inseri faciat, vel ignorantes vel absentes *l. cum precibus C. de probat.* & multo magis si mortuos, ALEXANDR. *cons. 60. vol. 3.* unde Alexander III. patriarchæ Hierosolymitano rescripsit mandans, ne absentium fratrum nomina privilegiis & confirmationibus inscribi sinat, quia, inquit, talia munimenta sunt irrita & falsa, & tu exinde quæstionem falsi poteris merito formidare, *in C. quando X. de his quæ fiunt à Præl.* Ecquid ergo autor hic eandem non metuat, qui testes etiam mortuos diplomati suo impudenter dicam an imprudenter adscripsit. Deinde etiam ex præposteratione ordinis arguitur falsitas EBERH. *in topic. in loco ab ordine*, quando testes hic confuse sine omni præeminentiæ fuæ respectu collocati sunt: quo pertinet illa Urbani Papæ sententia: *ordinem pervertistis fratres*, EBERH. *in topic. in loco 1. n. 7.* Hic autem ordo, sicuti in rescriptis stricte eruatur, ita maxime in collocandis testibus observandus fuerat, ne ex præposteratione ordinis cuiquam præjudicium circa dignitatem generaretur; quia ex ordine scripturæ arguitur etiam ordo dignitatis, ut potior censeatur, quem priorem scriptura recitat KNICH. *ad jus Sax. verb. Duc. Sax. c. 2.* MATTH. STEPH. *lib. 2. de jurisdict. part. I. c. 6. n. 86.* & contra minoris dignitatis qui posteriori loco scriptus est. MODEST. PISTOR. *cons. 51. n. 34. vol. 2.* DOMIN. ARUM. *disc. 3. ad aur. bullam Carol. IV. thes. 14.* hoc autem quam sollicite semper vitaverint principes & episcopi arguunt contentiones de prioritate tanto fervore agitatæ, ut quandoque in apertum bellum proruperint; qualis est illa archiepiscopi Colonienſis cum Abbate Fuldensi præsente Friderico Barbarossa concertatio apud CRANZ. *lib. 6. Sax. 46.* ARNOLD. *Lubec. lib. 3. chron. Slav. 9*; & quæ plura alia exempla cumulant ARUM. *in disc. 3. ad aur. bull.* KNICH. *de jur. Sax. verb. Ducum c. 2. n. 33.* Ut merito autor hic ordinem pervertens, dici possit, habenam in cauda equi collocasse ejusque posteriora frenasse verbo veterum. WAREMUND. *ab Ehrenberg lib. 1. de foed. n. 142.*

SECTIO LVI.

De Annone Colonienſi 35. annis ante defuncto.

(*Anno archiepiscopus Colonienſis*) Primus hic statuitur testis, sed sine distinctione numeri, cum procul dubio Anno ejus nominis 2. comes in *Schowenberg* intelligi debeat; is autem sub Henrico 3 ad archiepiscopatum promotus Henrici V. imperium vivendo longe non attigit; electus est enim sub Henrico III. & consecratus V. Non. Martii, A. C. 1055. PETR. BERT. *lib. 5. comm. p. 505.* PETR. MERSÆUS *in annal. Colonienſ. autor vitæ S. Annon. lib. 1. c. 5.* SIEGEBERT. GEMBLACENS. MARIAN. SCOT. *& alii.* ac post ejus mortem Henricum IV. Imperat. unxit, JO. GIGAS *in prodrom. Geograph. catal. episcop. Colon.* cujus etiam tutor cum Adalberto archiepiscopo Bremensi constitutus fuit, LAMBERT. SCHAFFNABURG. ADAM. BREM. *c. 151. & sqq.* ea occasione cum frequens Imperatori adesset Anno, ideo ejus in diplomatibus & privilegiis ejus temporis crebra fit mentio. Ita exstat privilegium Henrici IV. datum XV. Calend. Octob. a. 1057. ecclesiæ Goslarienſi, in quo ob interventum genitricis Agnetis & Annonis Colonienſis archiepiscopi fratribus curtilia quædam cum censu conceduntur; sed & in aliis Henrici IV. diplomatibus sæpe ut testis allegatur Anno, ut verisimile sit exinde, autorem hujus pseudo privilegii testem hunc mutuatum esse. A. 1073. petiit a rege vacationem sibi dari Anno caussatus senium & imbecillitatem suam; quam cum impetrasset a. 1075. in monasterium Sigebergense secedens nusquam inde discessit, LAMB. SCHAFFNAB. *Ann. Trevir. lib. 12.* sicque sub fine ejus anni 2. Non. Decembris ex humanis discessit, AUTOR *vitæ S. Annonis lib. 3. c. 15.* LAMB. SCHAFFNAB. SIEGEBERT. BERTHOLD. *Constant. in append. ad Hermann. Contr.* MARIAN. SCOT. *magn. chron. Belgic. annal. Trevir. lib. 12.* JO. GIG. *d. l.* sepultus Sigebergæ in coenobio a se condito, SUR. *in vita Annon.* vel a. 1076. ut vult magnum chronicon Belgicum, cujus autor cum annales pontificum Colonienſium sequatur, exinde corrigendum est mendum chronologicum apud Petr. Mersæum ut obitus Annonis ad a. 1076. referatur: sic enim convenit numerus, quia a. 1055. ad archiepiscopatum promotus est Anno, ut dictum, sedit autem XXI. ann. *aut. vitæ S. Annon.* & MERS. *d. l.* ergo a. 1076. obiisse eum oportet. Et quanquam MARIANUS SCOTUS obitum

Error numeri in Petr. Mersæo.

obitum ad a. 1077. transponat, cum quo etiam HENRICUS MEIBOMIUS facit, confisus chronico vernaculo; tamen sic dissensus scriptorum leviculus est, ut ex eo contigit, quod alius annos completos supputavit, alius annos coeptos pro completis habuit: sufficit, alterutro horum annorum, Annonem hunc in vivis esse desiisse & quidem senem ad minimum sexagenarium, quippe qui in juvenili ætate non solum militem, sed postea ad studia promotus, etiam Rectorem Gymnasii Bambergensis egit BRUSCH. & MERSÆUS *in catal. episc. Colonienf.* sed & Henrici III. aulæ admotus tribus expeditionibus in Hungariam interfuit, quarum ultima incidit in a. 1045. ABB. STAD. *ad hunc ann.* uti circa a. MCXI. fere centenarium eum fuisse oportuerit. Annoni successerunt Hildolphus Sacellanus Henrici IV. a. 1076. Sigewinus a. 1079. Hermannus III. a. 1089. & tandem Fridericus I. Marcchio Forolivensis a. 1099. BRUSCH. & MERSÆUS *in catal. archiep. Colonienf. magn. chron. Belgic. Abb. in append. ad Marian. Scot.* LAMB. SCHAFFNAB. *Gothofr. Viterbienf. ad hunc ann.* Hic est Fridericus archiepiscopus Colonienfis, qui in comitiis Moguntinensibus cum archiepiscopo Moguntino, Wormatiensi & aliis Henricum V. filium ad imperium promovit, & in solemni legatione Henrico IV. Patri apud Ingolheim constituto regalia sive insignia Imperialia ademit a. 1106., de quo HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 32.* ALB. *Abb. Stadenf.* NAUCLER. CRANZ. *lib. 5. Sax. 20.* OTTO FRISINGENS. *lib. 2. Chronic. 11.* MÜNSTER. *lib. 3. Cosmograph. tit. de Mogunt.* SPANGENB. *in chron. Sax. c. 210.* cum exinde bellum nascceretur, Colonia urbe Henricum patrem recipiente, Fridericus archiepiscopus Henrico filio adhæsit eod. a. 1106. MAGN. *chron. Belg. & alii* qua de actione exstant litteræ & decreta quædam Henrici tam senioris quam junioris de eod. an. apud GOLDAST. *tom. unic. const. fol. 147.* & seqq. Sequenti 1107. a. ad hujus Friderici & aliorum principum instantiam Imperator Henricus V. Berengero Abbati & fratribus monasterii ad S. Maximinum apud Trevirenses concessit curtes & possessiones quasdam. Exstat diploma in archivis Trevirensibus, ex quibus id in camera in causa Fiscalis contra Trevirensem & Abbatem in puncto exemtionis productum & secundum illud pro Archiepiscopo pronunciatum. Sed & a. 1108. ab Henrico Imperatore donatio quædam templo Misnensi facta est, quam una cum Brunone Trevirensi & Adalgago Magdeburgensi Fridericus hic confirmavit. PETR. ALBINI *in annal. urb. Misnenf. fol. 28.* A. 1110. & sequenti incepit actio Imper. cum Paschali Papa in Italia, cui etiam Fridericus Colonienfis interfuit, ac cum Gebhardo Tridentino, Burchardo Monasterienfi aliisque obsidibus pro fide Imperatoris legatis Pontificiis juramentum præstitit. Exstat apud GOLDAST *d. tom. un. fol. 253.* ibidem Fridericus cives Romanos tumultuantes magna strage confecit, Cæsaremque constrictum eripuit, ABB. TRITHEIM *in chron. Hirsaugienf. ad a. 111.* sed & Imperatorem ex Italia redeuntem Spiram comitatus, illic non solum sepulturæ Henrici IV. Cæsaris, sed etiam concessioni privilegiorum civitati Spirensi factæ interfuit, dicto a. MCXI. ita enim inter principum testimonia, quorum consilio & intercessione Cæsar Henricus V. permotus privilegium illud concessit. Primus numeratur Fridericus Archiepiscopus Colonienfis, apud CHRISTOPH. LEHMANN. *lib. 4. chron. Spir. 22.* a. sequenti 1112. ad hujus Friderici & aliorum interventionem Cæsar monasterio S. Maximini Trevirensium privilegia sua confirmavit, exstat in *archiv. Trevirens.* cum vero hoc tempore Cæsar Pontificis gratia excidisset, & Saxones, parentis hostes, contra se concitasset, quod Adalbertum Moguntinum aliosque principes cepisset, Fridericus Colonienfis quoque a Cæsare aversus & cum aliis principibus conspirans, ipsum ad obsidendam urbem Colonienfem attraxit, ABB. URSPERGENS. *in Henric. V. fol. 257.* quem sequenti anno Fridericus totis viribus oppugnare coepit, MAGN. CHRON. *Belgic. fol. 144.* OTTO FRISING. *lib. 7. chron. 15.* ABB. STADENS. *fol. 154.* donec tandem tota hæc controversia de investituris episcoporum sopiretur, Cæsare juri suo renunciante a. 1122. ABB. URSPERGENS. & STAD. *d. l.* CRANZ. *l. 5. Sax. 41.* cui pacificationi in comitiis Wormatiensibus etiam Fridericus Colonienfis cum Adalberto Moguntino subscripsit apud GOLDAST. *tom. un. fol. 258.* sequenti a. 1123. Fridericus Godebaldum Ultrajectensem episcopum propter motum civium contra Cæsarem excitatum in carcerem conjectum sua intercessione liberavit, URSPERG. *fol. 268.* CRANZ. *lib. 5. Sax. 43.* MERSÆUS *in catalog. episcop. Ultraj. in Godeh.* denique cum an. 1125. Henricus V. diem suum obiisset, Fridericus Colonienfis una cum Adalberto Moguntino aliisque Ottoni episcopo Babenbergensi per litteras id significavit eumque ad electionem novi regis invitavit. Exstant litteræ apud GOLDAST. *d. l. fol. 259.* in quo actu Lotharius Dux Saxoniæ in Imperatorem electus est III. Calend. Sept. OTTO FRISING. *lib. 7.* CHRON. *17. & lib. 1. de gest. Frider. 15.* ABB. *Stadenf.* ALB. CRANZ. *lib. 6. Sax. 1.* NICOL. SERARIUS *lib. 1. rer. Moguntinenf.*, licet URSPERGENS. *a. seqv. 1126.* id factum velit. Sic Lotharium Imp. Aquisgrani coronatum DODECH. *in app. ad Marian. Scot.* in Italiam comitatus est; ex quo itinere domum reversus obiit a. 1131., cum ecclesiæ Colonienfi præfuisset ann. XXXIII. ABB. STAD. MAGN. CHRON. *Belg. fol. 136.* PETR. MERS. *in Frider.* ex qua serie annorum & rerum gestarum a tot gravissimis autoribus descriptarum ad oculum patet, Fridericum archiepiscopum Colonienfem toto Henrici V. tempore, ab initio usque ad finem supervixisse, Annonem vero ejus prædecessorem diu ante sub Henrico IV. defunctum, & quidem quinquennio ante, quam Henricus V. nascceretur, ut ex vitæ Cæsareæ curriculo colligitur, quippe quem A. C. 1125. ætat. 45. regni 19. defunctum juxta URSPERGENS. *Stad.* & chronolog. passim REUSNER *in genealog. Imp.* anno 1080. natum esse oportuit, ut infelix autor prætensi diplomatis, in hujus demortui testis chronologia totos 35. annos aberrarit, errore & centum flagris, & larga cæde piando.

Anno senex.

Annonis successores.

Fridericus archiepiscopus Colonienfis.

Fridericus Henricum IV. regalibus privat.

Fridericus ab urbe Colonia dissentit.

Donatio quædam a Friderico confirmata.

Fridericus in Italia Cæsaris obses.

Pugnat contra Romanos.

Excquiis Henrici IV. interest.

Testis privilegii Spirensis.

Fridericus Cæsaris inimicus.

Pacificatio Cæsaris & Pontificis.

Fridericus interest comitiis Wormatiensibus.

Pro episcopo Ultrajectino intercedit.

eumque Aquisgrani ungit.

Friderici obitus.

Henrici V. ætas.

SECTIO

SECTIO LVII.

De Ruthardo Moguntinensi biennio ante defuncto.

Ruthardus Moguntinus secundus testis.

(*Ruthardus archiepiscopus Moguntinus*) Secundus hic statuitur testis, errore quidem magis tolerando, sed tamen etiam ordine perverso & præposterato, cum Colonienſi anteponi debuisset; ita enim non solum Ruthardus in privilegio an. 1107. dato monasterio S. Maximini, sed etiam in diplomatibus de a. MCXI. quæ ex Goldasto retulimus, Adalbertus successor Ruthardi Friderico archiepiscopo Colonienſi semper præponitur, quam prærogativam Moguntinus ab antiquo habuit test. OTTONE FRISING. *lib. 1. de gest. Frid.* utpote Cancellarius Germaniæ & Decanus principum electorum, sicuti appellatur in EPIST. ELECTOR. *ad Benedict. XII. Pontif. ed. a* MARQU. FREHER. *tom. 1. rer. germ.* ut etiam propterea primam vocem & dignitatem habeat attestante GÜNTHERO lib. 6. Ligurini:

Moguntinus Colonienſi semper præponitur.

Ad proceres electio pertinet, in qua
Præcipuam vocem præsul de more vetusto
Moguntinus habet. &c.

Moguntinus Electorum Decanus.

Unde prædictus Adalbertus gloriari solebat, se reges in pera habere, innuens & eligere & deponere Impp. se posse, URSPERG. *in vita Adalb.* eumque in electione Henrici V titulum Decani & jus convocandi electores habuisse refert CUSPIN *in Henr. V.* FRISING. *d. c. 16.* vid. ÆN. SYLV. *in descript. German. c. 30.* PAURM. *lib. 2. de Jurisd. Imper. 2. n. 45.* CLUTEN. *in syllog. rer. quotidian. thes. 24. lit. H.* GERLAC. BUXTORFF. *synd. Bremens. in dissert. ad aur. bull. Carol. IV. thes. 15. lit. A.* & ibi ARUM. *in discurs. 1. membr. 23. pag. 30. &c.* Jam autem Decanus utpote caput collegii FRANCISC. MARC. *decis. 923. n. 2. & 10. & Decis. 136. n. 11. part. 1.* cæteris collegis honoratior merito habetur *C. post electionem X. de concess. præb.* PETR. GREG. THOLOS. *lib. 2. part. Juris Canon. tit. 9. c. 5. n. 4.* ergo Moguntinus in ordine scripturæ non minus, quam in præcedentia & sessionibus Colonienſi præferri debuisset; sicuti eam prærogativam, ipsi cæteri electores sine controversia ultro tribuunt; quo pertinent vetusti versiculi, de trium Electorum ecclesiasticorum prærogativa:

Decanus cæteris honoratior.

Moguntino a collegis prærogativa sponte tribuitur.

Electorum ecclesiasticorum prærogativa.

Treveros ætate, sed rerum proprietate
Gaudet *Agrippina*, sed honore *Moguntia* prima.

Quod multo magis obtinere debuerat, ex quo hæc concessio privilegii Henricani Moguntiæ in territorio imo in propria civitate archiepiscopi Moguntini facta fingitur, quia etiam major minori reverentiam debet, quando est in domo minoris TIBER. DECIAN. *Vol. 2. 67. n. 1. Chass. in catal. de glor. mund. part. II. consider. 13.* & archiepiscopus veniens in terram episcopi debet honorare episcopum *Chassan. d. l. part. 4. consid. 22.* quia quilibet est Rex in sua domo LUDOV. *de* MOLIN. de *primogen. Hispan. lib. 1. c. 2. n. 24.* etiamsi sit rusticus; sicuti ejus rei facetam historiam recensct HENNING. GOEDEN. *cons 2. n. 6.* TIBER. DECIAN. *d. cons. 67. n. 13.* quam differentiam etiam Carolus IV attendit *in aur. bull. c. 3.* ergo Colonienſis, procul dubio Moguntino, in sua ditione & urbe propria existenti primum locum concessisset, utpote domino territoriali per *gloss. in l. apud eum ff. de manumiss. vindic.* Sicuti Moguntinus Colonienſi in suo foro & choro CRANZ. *lib. 9. Sax. 29.* Neque potuisset hic stilus curiæ privilegiographum Cæsaris latere, si non totum hoc diploma falsum esset, cujus autor indoctior nihil de hac principum prærogativa cognitum habuit. Deinde Ruthardus eo tempore anno scilicet III. non amplius vixit, utpote biennio ante defunctus, quod minimum est autoris ex omnibus ἀμάρτημα; obiit enim A. C. 1109. BRUSCH. & MERSÆUS *in catal. archiep. Moguntin. annal. Trevir. lib. 13.* DODECHIN. *in append. &* MARIAN SCOT. *Erfurt. in add. ad* LAMB SCHAFFNAB. GODOFR. VITERB. PAUL. LANG. *in chron. Citicens.* ABB. URSPERG. *& Stad.* BARON. *in annal. eccles. ad a. 1109.* PANTAL. *in prosop.* Sepultus in episcopi monte h e. in Rigavienſi S. Johannis monasterio. NIC. SERAR. *lib. 5. rer. Mogunt. pag. 800.* In ejus locum substitutus est Adalbertus natione Lotharingus, Henrici V. Cancellarius, & primus inter primos ejus præcordialis consiliarius, ut vocat OTTO FRISING. *lib. 7. chron. 14. Mers. d. l.* quem etiam annulo & baculo donavit Cæsar, ABB. URSPERG. *fol. 255.* ABB TRITHEIM. *in chron. Hirsaugiens.* cujus hæc sunt verba: Anno Brunonis Abbatis tertio (qui fuit A. C. 1109.) Ruthardus archiepiscopus Moguntinus obiit, cui Adalbertus cancellarius Regis in ordine successit, *add. Annal. Trevir. &* NICOL. SERAR *d. l.* Quamvis vero sint, qui Adalbertum hunc post reditum Cæsaris ex Italia archiepiscopum Moguntinum demum factum scribant, ex quibus dubio procul errorem hunc suxit JOH. FUNCCIUS *in comm. chronol.* tamen illi ad investituram postea subsequentem respexerunt, quod aperte colligere est ex verbis URSPERG *fol. 255.* habita post hæc (sepulturam Spirensem intelligit a. MCXI. celebratam) Moguntiæ curia Adalbertum cancellarium suum, dudum ad eandem cathedram electum, baculo & annulo vestivit. add. OTTON. FRISING. *l. 7. c. 14. annal. Trevirens. ad a. 1111.* Alioquin certum etiam in Italia a. MCXI. utramque dignitatem & cancellarii & archiepiscopi ipsum sustinuisse; ita enim cum Friderico Colonienſi inter primos Cæsaris obsides seu sponsores numeratur *in diplom. supra citat. ex Goldast. & Dodechin.* usque adeo, ut ejus dissidii culpam in Adalbertum Moguntinum non obscure transferat OTTO FRISING. *d. c. 14.* Cæsare in Germaniam reverso de Adalberto nihil reperitur; neque enim exsequiis Spirensibus Henrici IV. interfuisse legitur, ut conjicere liceat vel propter instantem curiam & investituræ actum Moguntiam ipsum præcessisse vel substitisse in Italia, ac pro confirmatione electionis suæ apud Pontificem sollicitasse, eoque factum fortasse, quod ad partes Pontificis postea transierit; ita enim anno sequenti 1112. cum Paschalis Papa pactum cum Imperatore super investituris episcoporum initum in concilio Laterano retractasset, Adalbertus mutata sententia illi subscripsit, FUNCC. *d. loco* HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 12.* ABB. STAD. *fol. 152.* CRANZ. *lib. 5. Sax. 34.* NICOL. SERAR. *d. l. p. 802.* Unde,

Ruthardus biennio ante defunctus.

Ruthardi sepulchrum.

Adalbertus Ruthardi successor.

A Cæsare investitus.

FUNCCII *error.*

Adalbertus Decreto Laterano subscribit.

de, cum indignationem Cæſaris incurriſſet, atque ipſe cum Saxonibus occulte conſpiraſſet, ab eodem carceri incluſus eſt, URSPERG. HELMOLD. ABB. STAD. SERAR. *d. l. Magn. chron. Belgic. fol. 144. chron. Elwalgenſ.* DODECH. *Abb. in append. ad Mar. Scot. ad an. 1112.* SPANGENB. *in chron. Sax. c. 213.* inde triennio, ut plerique, vel quadriennio poſt, ut *Serarius*, opera civium Moguntinenſium contra Cæſarem rebellantium liberatus, & ſic ab invito dimiſſus ab Ottone Babenbergenſi conſecratus eſt Coloniæ an. 1117. URSPERG. *d. l.* DODECH. *in app. d. l.* Exſtat privilegium ob hæc merita civibus Moguntinenſibus ab Adalberto a. 1135. conceſſum, quod ſe corpore ex toto attenuatum vix ſemivivum ex carcere liberaſſent *poſt Conrad. epiſcop. chron. Mogunt. tom. 1. Urſiis.* ABB. STAD. meminit ad a. 1115. Hanc injuriam ulturus, cum Friderico Colonienſi excommunicationem Cæſaris procuravit ac Coloniæ publicavit. GOTHOFR. VITERB. *in chron. part. 17. fol. 5.* OTTO FRISING. *lib. 7. chron. 15.* CRANZ. *lib. 5. Sax. 36. Abb. Stad. & Serar.* d. l. unde iterum odium Cæſaris incurrit, usque adeo ut etiam per ſententiam læſæ Majeſtatis damnaretur. Exſtat edictum Henrici V. ad cives Moguntinenſes apud GOLDAST. *tom. uno conſt. fol. 257.* in quo ipſius commiſſa recenſentur. add. OTTON. FRISING. *lib. 1. de geſt. Frid. 13. Cent. Magdeb. 12. cap. 16.* Ideo exul in Saxonia, ejus provinciæ principes contra Cæſarem excommunicatum conciliavit an. 1121. URSPERG. *d. l. fol. 264.* Tandem a. ſequenti 1122. pace inter Cæſarem & Pontificem facta Adalbertus quoque comitiis Wormatienſibus interfuit, & tranſactioni illic initæ ſubſcripſit apud GOLD. URSP. & SERAR. *d. l.* ſequenti anno Erfurdiæ obſeſſus legitur in additionib. ad LAMB. SCHAFFNAB. *a. 1123.* biennio poſt Henrico V. Imp. defuncto, Adalbertus hic conventu in urbe Moguntia indicto, Lotharium Saxonem in Cæſarem Romanum elegit a. 1125. OTTO FRISINGENS. *de geſt. Frider. 15.* ABB. STAD. & SERAR. *d. l.* obiit A. C. 1137. IX. Cal. Jul. cum ſediſſet annos XXVIII. BRUSCH. MERS. SERAR. *d. l.* OTTO FRISING. *lib. 17. chron. 21.* ut ex toto hoc curriculo ſatis ſuperque ad oculum pateat, Adalbertum hunc an. MCXI. archiepiſcopatum Moguntinenſem obtinuiſſe Ruthardo anteceſſore biennio ante defuncto.

A Cæſare incarceratur.

Privilegium civibus Moguntinenſibus datum.

Adalbertus damnatur læſæ Majeſtatis.

In Saxonia exul.

Elegit Lotharium Cæſarem.

Adalberti obitus.

SECTIO LVIII.

De Friderico Halberſtadenſi, ad minimum quadriennio ante vel defuncto vel remoto.

(*Fridericus epiſcopus Halberſtadenſis*) Tertius hic ſtatuitur teſtis in prætenſo diplomate Bremenſi, atqui in catalogo epiſcoporum Halberſtadenſium *C. ſparis* BRUSCHII ac *Melchioris* NEOPHANII nec non PETRI BERTII *comm. lib. 3. p. 566.* nullus alius reperitur epiſcopus hoc nomine, quam Fridericus Burggravius Kirchbergenſis, electus a. 1209. Itaque ne autorem hujus diplomatis integri ſeculi errore nimis pudendo, confundamus, puerisque in ſchola exſibilandum propinemus, quem non tam ingenii acrimonia quam fingendi audacia valuiſſe appareret, in viam ita deducemus, ut ſolius quadriennii errore evadat; pro quo tamen, ſi rigidius agere velis etiam ſexennium numerare poſſes. Conſtat enim poſt obitum Stephani Herrandi epiſcopi Halberſtadenſis Imp. Henricum IV. circa an. ch. 1100. collegio Halberſtadenſi inter ſeſe ſuper electione diſcordanti Fridericum quendam obtruſiſſe, quod non diſſimulat GOBELINUS, *in Coſmodr. ætat. 6ta c. 55.* dum ait, Fridericum Halberſtadenſem una cum aliis per Henr. Imp. contra canonicam electionem ſedem ſuam obtinuiſſe; itaque ab eo tempore aliquamdiu pro epiſcopo ſe geſſit Fridericus. Cetcrum a. 1105. Ruthardus archiepiſcopus Moguntinus & reſponſalis domini Papæ hunc quoque Fridericum una cum Udone Hildesheimenſi & Henrico Paderbornenſi tanquam pſeudoepiſcopos ab officio ſuſpendit, omniaque eorum acta decretaque in rebus eccleſiaſticis irrita pronunciavit. Hæc in comitiis Quedlinburgenſibus circa feſtum paſchatis celebratis præſente Henrico V. acta ſunt, teſte *Gobel. d. c. 55.* quamquam alii id comitiis Northuſenſibus, paulo poſt in menſe Majo habitis tribuunt, ut GOLDAST. *tom. un. Conſt. fol. 248. ex chron. Abb. Schwarzenbag.* CRANZ. *lib. 5. Sax. 17.* ut forte quod Quedlinburgi inceptum erat, Northuſii ad finem perductum ſit. Id certum, quod communi decreto Northuſii IV. Calend. Junii facto, eadem hora, prædicti epiſcopi Udo, Henricus & Fridericus veſtigiis Metropolitani proſtrati, ipſius atque regis ſtantis, totiusque præſentis eccleſiæ teſtimonio Apoſtolicæ ſe dederunt obedientiæ; quorum etiam commiſſa Apoſtolico nihilominus judicio reſervantur ſub officii tantum ſui ſuſpenſione. Hæc ſunt verba URSPERG. *in chron. fol. 244.* Huic adſtipulatur *chron. MSCt.* quod REINER. REINECC. alicubi Erfurdenſe vocat, hiſce verbis: *Darna dreſche* (Henricus V.) *uth dem Lande to Suſſen alle de ungelörich wæren, und unrecht und vorbannet, unde ſettede wedder on ere Stede, de recht und guet wæren. De Biſchof Frederich von Halverſtadt wart entſatt durch ſine* Simoney &c. & quamvis duo illi Hildeſienſis & Paderbornenſis pro reſtitutione ſua ſtrenue laborantes gratiam poſtea invenerint ſedibusque ſuis reſtituti ſint, de Friderico tamen quid actum ſit, non invenitur; niſi quod eodem anno conventui Ratisbonenſi cum aliis interfuit: de quo Tritheim ſic ſcribit *in chron. Spanh. ad a. 1105.* Rex Henricus junior de conſilio Ruthardi archiepiſcopi Moguntini, Ruperti Herbipolenſis, Udonis Hildesheimenſis, Friderici Halberſtadienſis & aliorum Gebhardum Abbatem Hirſavienſem deſignavit epiſcopum Spirenſem. Meminit etiam BRUSCH. *in hiſt. epiſc. Spirenſ.* Sive ergo depoſitus fuit ſive paulo poſt mortuus Fridericus. Hæc cauſa eſt, quare ipſi inter epiſcopos Halberſtadenſes conſeſſus nullus ab hiſtoricis tribuatur; unde BRUSCHIUS in *catalogo epiſcoporum Halberſtadenſ.* totum Friderici curriculum pro interregno habet. Scribit enim, poſt Herrandi epiſcopi mortem, ſedem per ſexennium vacaſſe tum propter turbas Saxonicas, tum etiam propter diſceptationes Canonicorum Halberſtadenſium. Indubitatum eſt autem, Reinardum ſive Reinerum epiſcopum a. 1107. coepiſſe

Fridericus Halberſtadenſis tertius teſtis.

Fridericus Burggravius.

Fridericus collegio per vim obtruſus.

Fridericus ab epiſcopatu ſuſpenſus.

Modica diſcrepantia tollitur.

Fridericus pro reſtitutione ſupplicans.

Chronicon MSCt. Erfurdenſe.

Fridericus intereſt rejectioni epiſcopi Spirenſis.

Inter epiſcopos Halberſtadienſes non numeratur.

pisse FABRIC. *lib. 2. memor. Saxon. fol. 182.* PANTAL. *in prosopop. part. 1. fol. 344.* PETR. BERT. *lib. 3. comm. de reb. Germ.* SPANGENB. *in chron. Sax. c. 213.* CRANTZ. *6. Metrop. 6.* BRUSCH. & MELCH. NEOPHAN. *d. l.* Qui *Reinerus* etiam sequenti a. 1108. collegium canonicorum Regularium sive Augustinianorum Osterwigæ fundavit. quod post quadriennium translatum est *Hammerslebium*, ubi hodie superest; de quo in annalibus ejus coenobii. Ceterum cum Saxones ab Adalberto Moguntinensi contra Henricum V. Cæsarem incitati essent a. 1112, Reinerus Halberstadensis inter primos fuit; quod ita carmine descripsit *Neophanius:*

Reinerus fundator coenobii Hamerslebiensis.

Reinhardus Henrici V. hostis.

Inprimis Moguntiacus quem carcere Cæsar
Idcirco inclusit rigido, Reinhardus & hujus
Antistes sedis suspectum hinc inde tyrannum
Principibusque viris invisum reddere cunctis
Conati in juvenem junxerunt foedera regem.

Idem foedus Reinhardo post instigante biennio renovatum est; de quo idem Neophanius:

Foedus Saxonum contra Cæsarem.

Cæsaris infensam metuentes Saxones iram
Pristina Reinhardo renovarunt pacta monente.

Unde indignatus Cæsar Reinhardum hunc cum aliis principibus deposuit a. 1114. *chron. Wiprecht comit.*, SPANGENB. *in chron. Sax. c. 214.* Sequenti anno Cæsar collecto exercitu Saxoniam ingressus, cum Principibus Saxonicis, quorum primi erant Luderus Dux (postea Lotharius Cæsar) & Reinhardus episcopus Halberstadensis conflixit, victoria apud Saxones consistente URSP. *fol. 257.* PAUL. LANG. *in chron. Citicens.* HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 41.* ALB. ABB. STAD. *ad a. 1115.* CRANZ. *lib. 5. Sax. 36.* SPANGENB. & NEOPHAN. *d. l.* Facta est pugna ad sylvam Welphonis (*Welfsholtz*) prope Helmstadium acad. Juliæ sedem. FABR. *in elect. Sax.* ubi a Saxonibus victoribus idolum *Tiodutæ* est erectum, *Onomast. Pyrnens* HELMOLD. & CRANZ. *d. l.* cujus statuæ supra mentio facta est. De eadem exstant versus, *in cent. Magdeb. 12. c. 16.*

Reinhardus a Cæsare depositus.

Pugna Saxonum cum Cæsare ad sylvam Welphonis.

Idolum Tiodutæ a Saxonibus erectum.

Anno milleno centeno ter quoque quinto
Sylvam Welphonis perfuderat unda cruoris.

Præ ceteris taxatur Reinhardi Halberstadensis insignis crudelitas, quod cæsis a parte Cæsaris sepulturæ communionem interdixerit. URSPERG. & *centur. Magdeb. d. l.* Anno 1120 Reinerus alterum Canonicorum Regularium collegium *Schöningæ* prope Helmstadium fundavit; in cujus literis fundatoriis annum illum ordinationis suæ 13. vocat. Obiit a. 1142, cum episcopatui præfuisset annis XV. ut FABR. *d. l.* 2. PETR. BERT. BRUSCH NEOPH., *autor. hist. com. Wiprecht.* & alii testantur; qui de completis annis intelligendi sunt, nam alioquin obiit a. 1123. inchoante & quidem VI. Non. Martii, ut *chron. Pegavienf. & monum. monast. Huiesb.* habent. Cum ergo ex sic dictis liquido constet, Reinhardum hunc a. MCXI. indubitate ecclesiæ Halberstadensi præfuisse, Friderico ante a. 1107. vel naturaliter vel saltem civiliter mortuo; sequitur autorem prætensi diplomatis Bremensis in assignatione hujus testis ad minimum quadriennio aberrasse, qui etsi Reinhardum nominasset, fidem tamen non meruisset, quia credibile non est, inimicum ac rebellem principem in conspectum Cæsaris prodiisse, multo minus ab eodem pro teste adhibitum esse.

Collegii Schöningani fundatio.

Reinhardi obitus.

SECTIO LIX.

De Udone Brandenburgensi quinquennio ante defuncto.

(*Udo Marchio in Brandenburg*) Quartus hic est testis in ordine & inter seculares primus; sed in hoc quoque collocando imperitus autor crassissime impegit, dum Marchionem hunc duobus Ducibus prætulit: est enim cuivis e plebe notum, Ducis dignitatem Marchione superiorem esse CONRAD. *cancell. in templ. omnium judic. lib. 1. c. 4. de Duc.* quia Dux plures comites sub se habet aliquando 12. ut PITH. *lib. 1. adverf. 8.* RENAT. CHOPPIN. *de domin. Franc. lib. 1. tit. 5. n. 12.* HOTOMANN. *in lex. Feud. verb. Duces*; aliquando etiam pauciores HEIG. *part. 1. quæst. 2. n. 38.* Atque ita semper in scriptione collocantur; Dux, Marchio, comes. *princ. de his quæ feud. dar. poss. in usib. feudor. art. 57. lib. 3. Land-Recht.* eundemque ordinem i. subscriptionibus principum semper observatum reperimus. *in usib. feudor. §. si sunt principes de pac. constitut. & passim.* Immo ipse autor paullo ante Ducem præposuit, ibi, *ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus comes. &c.* Cur ergo ejus ordinis oblitus hic? ordine turbato præcedit Marchio, Magnum Ducem, scilicet Saxoniæ & dignitate priorem & ætate provectiorem. Cautior ea in re LIEMARUS archiepiscopus in diplomate de a. 1086. ap. LINDEBROG., cautiores HELMOLDUS & *Alb. Abb. Stad.* qui, quantumvis monachi de utroque principe loquentes, semper juxta stilum curiæ Magnum primo loco collocant: deinde scriptores & diplomata ejus temporis Udonem absolute Marchionem indigitant; nunquam Brandenburgi epitheton sive titulum tum adhuc ignotum addunt, vid. AD. BREM. *l. 2. c. 56. chron. Pegaviens. ad a. 1140.* SCHAFFNAB. *p. 122.* HELMOLD. *l. 1. c. 27.* BRUN. *de bello Saxon.* ALB. STAD. *pag. 133. fac. 2. & pag. 152. fac. 2. diplom. Henrici IV. sub. data a. 1062. 5. Cal. Jun. apud.* LINDEBR. *it. aliud de eod. a. IX. Cal. Novembr.* Ne autem cum jam dicto privilegiographo nos quoque in tenebris ambulemus, annotandum est, duos fuisse Udones cognomines in familia comitum Stadensium, cujus genealogiam nobis exhibuit, ALB. ABB. *Stadens in familia ad a. 1144.* & sincerius ibid. REINECC. *in append. stemm. 5.* primus Udo (aliis Otto item senior dictus) cum ex comite Marchionatus dignitatem adeptus esset, tempore Beselini archiepiscopi Bremensis, sub quo vixit (test. AD. BREM. *c. 110. Abb. Stad.* ad. *a. 1042.* obiit a. 1082. ut *chron. Stederburg MSCt.* testatur hisce verbis: A. 1082. Udo Marchio Saxon. obiit, vel ut alii 1085. REUSNER. *in geneal. fol. 187.* cujus viduam Praxedem filiam Jaroslai Ducis Russorum Henricus IV. Cæsar, secundis nuptiis sibi copulavit, Coloniæ a. 1089. URSPERG. *in chron. pag. 127.* TRITHEIM. *in chron. Hirsav.* ABB. STAD *fol. 140. hist. archiep. Bremens. in Liemar.* REUSN. *d. l.* PHILIPP. *l. 4 chron.* SPANGENB. *in chron. Sax. c. 210.* Hujus Udonis filius ex priori matrimonio fuit Udo II. sive junior, ut vocatur a CRANZ.

Udo Marchio quartus testis.

Dux Marchione dignior.

Duces ante Marchiones subscribunt.

Duo Udones in familia Comitum Stadens.

Vidua Udonis nubit Henrico IV. Cæsari.

Udo II. filius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

CRANZ. *lib. 6. Sax. 6.* alio nomine etiam Lutgerus dictus, quasi minor Udo, cujus meminit *chron. Stederburg* ad a. 1098. literæ *Alberti Merseb. episcopi in chron. Pegavienſi.* ABB. STAD. *fol. 152. fac. 1. & fol. 164. fac. 2.* obiit a. 1106. ac Hersfeldiæ ſepultus eſt marchionatu Henrico filio parvulo relicto, ABB STAD. *fol. 150.* CRANZ. *lib 6. Metrop. 105.* HIER. HENNING. & ELIAS REUSNER. in *geneal. chron. Erfurdenſ. MSCt.* licet chronicon *Stederburg.* ad ann. ſequentem reijciat, ut in hoc teſte aſſignando quinquennio tardior ſit autor. Quamvis vero videatur, colligi poſſe ex verbis ALB. ABB. STADENS. *ad a. 1112.* quod etiam referunt & ſequuntur CRANZ. *l. 5. Metrop. 37. hiſt. archiep. Bremenſ in Frider.* ſed non recte accepit HAMELMANN in *chron. Oldenb. part. 1. c. 17.* quaſi illo adhuc tempore nempe a. 1112. vixerit Udo II.; tamen Abbas ita intelligendus eſt, ne ſecum ipſe pugnet neve ſibi contradicat per ea, quæ annotant JCti, HEIG. *part. 1. quæſt. 20. n. 15.*, quippe qui paullo ante Udonem hunc quinquennio ante defunctum fuiſſe ſcripſerat. Itaque hoc vult Abbas, *Elimarum comitem Oldenburgicum* moviſſe quæſtionem de hereditate aviæ ſuæ *Idæ* contra principes Stadenſes, Udonem Marchionem & filium ejus Henricum, quærens ſcilicet, an juſte & quo titulo eam adepti eſſent; actionem autem ipſam contra comitem Fridericum adminiſtratorem & quaſi curatorem Henrici poſt mortem Udonis intentaſſe. Hinc eſt, quod Elimaro comiti non cum patre Udone utpote jam dudum defuncto neque cum Henrico filio utpote pupillo & minore, ſed cum Friderico comite lis fuit; quomodo enim Fridericus hic ex matre peregrina natus in aula Udonis marchionis educatus ſit & primo ipſi adminiſtratio quarundam villarum, poſtea etiam ipſius comitatus demandata fuerit, idem Abbas exponit; tandem inquit mortuo II. Udone, relictus eſt puer Henricus, ſub quo Fridericus coepit adſpirare ad libertatem, utpote qui multum erat locupletatus, & penes quem adminiſtratio comitatus & omnium poſſeſſionum parvi erat; quo ipſo Udonem mortuum fuiſſe præſupponitur. Ab hoc ergo Friderico curatore quæſtione ſummotus eſt Elimarus in jure & cauſa, ſed largitionibus juxta CRANZ. *lib. 5. Metrop. 37.* Ceterum Udonis II. frater Rudolphus, licet Dithmarſiam pro portione hereditaria a patre obtinuiſſet, CRANZ. *lib. 6. Saxon. 6.* UBB. EMM. *lib. 6. rer. Friſic. in fin.* tamen defuncto fratre Udone Marchiam Soltquellenſem Primislao Obotrito ereptam obtinuit: quæ cauſa eſt, quare ipſum Marchionem & electorem Brandenburgicum vocet REUSNERUS *in auctar. geneal.* reſpiciens ad noſtri temporis ſtatum, quo hic titulus invaluit, qui Rudolphi tempore nondum notus fuerat; nam Albertus Urſus, ex Elica M. Ducis Saxoniæ filia natus, primus Marchio Brandenburgicus dicitur a PAUL. LANG. *in chron. Citicenſi fol. 785.* Itaque ſcriptores & diplomata ſuperioris temporis Rudolphum & Henricum abſolute Marchiones vocant, ut diploma *Phil. de a. 1186.* apud LINDEBR. & in *præf. chron. Oldenb.* lit. D. fol. ult. URSPERG. *fol. 256.* ABBAS vero STADENS. Rudolphum indifferenter modo comitem modo Marchionem appellat; hiſtoria Comitum Palatinorum Saxoniæ Udonem ſeniorem etiam Marchionem de Alsleben denominat: quod qua occaſione factum ſit MEIBOMIUS non aſſequitur. An electoratus dignitatem ſuſtinuerit Rudolphus, in ambiguo poſitum eſt per ea, quæ habet SIM. SCHARD. *de inſtit. elect. c. 7.* Interim Soltquellæ in Marchia domicilium ſuum habuiſſe ipſum, ex eo apparet, quod Rudolphus hic ad judicium Bremenſe veniens Fridericum comitem cum valida manu abductum Soltquedelæ incarceraverit, ABB. STAD. *d. l.* CRANTZ. *lib. 3. Vand. 17.* Eo tempore a. 1112. Rudolphus hic Marchio, una cum aliis Saxoniæ principibus Adalberti Moguntini ſuggeſtionibus incitatus, Henrico V. Cæſari ſe oppoſuit. SPANGENB. *in chron. Saxon. c. 213. cent. Magdeb. 12. c. 16.* ENZEL. *in chron. vet. March.* ac ſequenti anno etiam Luſatios contra Cæſarem commovit, SPANGENB. *d. c. 213. in fin.* Et forte contigit, quod Henrico nepote ex fratre extincto a. 1123. non ſine veneni ſuſpicione Fridericus V. dictus, comitatum Stadenſem receperit, ABB. STADENS. *fol. 155.*, *chron. Pegavienſ.* ad *dict. ann.* Rudolphus patruus Marchiam, quam jam ante tutorio nomine adminiſtrabat, retinuerit PETR. BERT. *lib. 2. comm. rer. Germ. 12.* Obiit Rudolphus a. 1124. ABB. STAD. *d. l.* Hic ergo Rudolphus a. MCXI. pro Marchione Brandenburgico ſe geſſit Udone fratre quinquennio ante defuncto. Neutrum autem ex his, ſi adhibiti fuiſſent prætenſo privilegio Bremenſi aſſenſurum fuiſſe, ex iis conſtare poteſt, quæ de comitatu Stadenſi ac Lesmonæ & ad eum pertinentibus juribus in flumine Viſurgi ſuperius diximus. Erat enim Udonis Marchionis comitatus per epiſcopatum Bremenſem ita diffuſus, ut tertiam ejus partem non minus, quam Magni Ducis ducatus occuparet, AD. BREMENS. *c. 166. hiſt. archiep. Brem. in Adelb.* nemo autem in incommodis ſuis & ubi de ſuo præjudicio agitur, conſentire præſumitur, ſed multo magis contradicere ac proteſtari, neque renunciatio vel remiſſio juris ſui, cum ſit donationis inſtar, præſumitur, niſi probetur. MENOCH. *de præſ. lib. 3. præſ. 45. n. 11.* CÆPHAL. *conſ. 25. n. 50. lib. 1.* DECIAN. *conſ 43. n. 34.* & ſeqq. Unde paſſim legimus hujusmodi renunciationes principum, quorum intererat, bullis privilegiorum inſertas; in quem uſum etiam quandoque chirothecæ adhibitæ in ſignum plenariæ traditionis ac renunciationis; ut ſunt exempla etiam in ipſis diplomatibus Bremenſibus *Lindenbrogii*; veluti Liemari archiepiſcopi de a. 1088. ubi Gerhardus de Stumpenhauſen præſens laudantibus fratribus ejus Gerberto & Adolpho ſuper reliquias cum chirotheca, ſicut mos eſt, liberis Saxonibus tradidit curtim &c. Ipſe Henricus V. in privilegio Spirenſi de a. MCXI. teſtatur, ſe libertatem civibus Brunone epiſcopo in pulpito adſtante & concedente dediſſe, & Fridericus Imp. in confirmatione Henrici V. privilegii civibus Wormatienſibus conceſſi dicit, ſe illud roborare cum beneplacito Burchardi Wormatienſis Vice-Domini aliorumque, qui jus & poteſtatem in cives habere videbantur, LEHM. *lib. 4.* CHRON. SPIR. *22.* ut mirum ſi in hoc privilegio Henricus Imp. id omiſ-

Udonis II. obitus.

Alberti Stadenſis locus explicatur.

Elimari Oldenburgici de comitatu Stadenſi diſputatio.

Rudolphus Udonis frater.

Titulus Marchionum Brandenburgicor.

Rudolphi obitus.

Chirothecæ traditionibus adhibitæ.

Privilegium Spirenſe, conſenſu epiſcoporum conceſſum.

omissurus fuisset: nisi incauto autori in memoriam non venisse dicamus, ne quid de simultatibus ac bellis id quoque addamus quæ sicuti ambo Udones cum Henrico IV., ita Rudolphus cum Henrico V. exercuerunt, ut vel inde quoque verisimile non sit, in conspectum Cæsaris proditurum fuisse Rudolphum, multo minus pro teste adhibitum.

Rudolphus cum fratre Cæsarum adversarius.

SECTIO LX.

De Magno Duce Saxoniæ quinquennio ante defuncto.

(*Magnus Dux Saxoniæ*) Quintus hic constituitur testis non minus quam priores vita functus; obiit enim eodem anno, quo Udo secundus Marchio, & quidem ætate gravis post conventionem cum Friderico archiepiscopo initam A. C. 1106. *Abb. Stad. fol. 150.* CRANZ. *lib. 5. Sax. 25. & lib. 6. Metrop. 5. chron. Slav. incerti autoris a* LINDEBR. *ed. fol. 283.* JO. TRITHEM. *in chron. Hirsaviens. chron. Stederburgens.* PHIL. MELANCHTH. *lib. 4. chron.* DODECH. ABB. *in app. ad* MAR. SCOT. PAUL. LANG. *in chron. Citicens.* URSPERG. *ad a. 1106.* HIERON. HENNINGES & ELIAS REUSNER. *in geneal. princ.* NICOL. SERAR. *lib. 5. rer. Mogunt. p. 796.* SPANGENB. *in chron. Sax. fol. 344. & in chron. Schawenb. fol. 16. c. 5.* DRESSER. *in millenar.* REINECC. *in append. ad Helmol l.* PETR. BERT. *l. 2. rer. Germ. n. chron. Erfurd. MSCt.* LUCAS LOSS. *in Lunenb. Sax. fol. 30. &c.* qui cum heredem masculum non haberet, Cæsar Henricus V. ducatum ejus dedit Ludero comiti in Supplinburg (qui postea Lotharius, Imp factus est) qui etiam possessionem nactus quiete possedit, HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 36.* ABB. STADENS. & PAUL LANG. *d. l.* SPANGENB. *in chron. Schawenb. d. c. 5.* Quod tali carmine expressit LOSSIUS dicto loco:

Magnus sine masculo prole defunctus.

Deficit in Magno Billingi masculo proles
Saxoniæque cadit stirpsque decusque Ducum.
Stirps tamen in natis hæsit materna duabus
Wulfhilde atque Eicke nomina clara vigent.
Occupat hinc Phoebes Lotharius ille ducatum,
Supplenburg clarus qui comes ante fuit.

Anno 1106. *A. 1126.*

Posterior marginalis æra a LOSSIO appositа electionem Cæsaream respicit, non vero Ducatus Saxonici apprehensionem ejusque investituram, quippe quam statim post Magni mortem consecutus est: id enim probat indubitatum argumentum, quod adhuc hodie Hamburgi in templo cathedrali visitur, quo id refert SPANGENB. *in chron. Schawenb l. 1. c. 5.* A. 1106. inclytus & magnificus dominus Luderus Dux Saxoniæ & Westphaliæ (qui postea Romæ Imperator factus & Lotharius appellatus) contulit & dedit comitatum Holsatiæ &c. Quo ipso Magnum antecessorem ipsius jam defunctum fuisse oportet, quia viventis nulla est successio: hic Luderus, cum primum Friderico comiti & administratori Stadensi adversatus fuisset & contra eum Fridericum archiepiscopum Bremensem concitasset, postea tamen donis placatus ejusdem patrocinium contra Rudolphum Marchionem Stadensem suscepit eique fini castrum Verdæ ædificavit an. 1112. ABB. STAD. *fol. 154. hist. archiep. Bremens.* Quomodo autem Luderus Dux hoc eodem anno cum Rudolpho Marchione, Reinhardo Halberstadiensi, & aliis Saxoniæ principibus contra Henricum V. conspiraverit, & tandem bello conflixerit, superius aliquoties tetigimus vid CRANZ. *lib. 5. Sax. 34. Abb. Stad. fol. 154.* HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 60.* SPANGENB. *in chron. Sax. c. 213.* PHILIPP. MELANCHTH. *l. 4. chron.* Hic ergo Luderus Dux, diplomati testis addendus erat, si autor Saxoniæ Ducem interesse noluisset, qui tamen huic Bremensium privilegio nullatenus assensisset, sed multo magis contradixisset; non ea tantum ratione, quam in Udone marchione paulo ante declaravimus, sed & propterea, quod advocatiam urbis Bremensis, etiam ante acceptum Saxoniæ ducatum possideret concessam sibi pro redemtione Liemari archiepiscopi an. 1088. ut Sect. XXXI. probatum; quod jus sive regale cum ipse in gladio & arcu suo (ut Henricus Leo loquitur) *in dipl. feud. episc. Suerinens. apud Lindebr.* & de eo HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 88.*, obtinuisset, & non erat civibus Bremensibus judicium criminale, utpote potissimam advocatiæ partem ultro concessurus. In hoc ergo Magno pro teste assignato, solo quinquennio aberravit autor incuria non minus crassa, sed quæ ferula expiari potest.

Luderus Dux a Cæsare investitus.

Luderus Dux castrum Verda exstruit.

Luderus Dux Cæsari adversarius.

Luderi testimonium ipsi contrarium.

SECTIO LXI.

De Guelpho Bavaro ambigui nominis.

(*Welpho Dux Bavariæ*) Sextus & ultimus testis sed propter ambiguitatem nominis, quia plures Welfi successive vixerunt ita dubius & incertus, ut investigari non facile possit, de quo autor senserit. Et sane, quum septem Guelphi ordine numerentur *in annal.* ATRAN. GEBUL. quas contraxit REINER. REINECC. *in origin. stirp. Brandenb. & Jo. Aventin.*, ex quibus priorem URSPERG. *fol. 274. omittit.* Verisimile est, ipsos vitandæ confusionis & ambiguitatis ergo certis notis, titulis, cognomentis aut saltem numeris sese distinxisse, quod non solum ab historicis illius temporis sed etiam in diplomatis ac literis principum observatum. Ita Ottones, Henrici, Friderici aliique Cæsares homonymi numeris se distinxerunt, & secundos, tertios, quartos, quintos se dixerunt. Ita subscriptio diplomatis Henricani Spirensibus dati hoc eod. a. MCXI. habet: regnante Henrico quinto Rege Rom., quod tamen autor noster non attendit. Ita Udo II. Marchio Stadens. Elimarus II. comes Oldenburgic. in litteris ac diplomatibus passim juniores dicuntur ad differentiam parentum seniorum. Quis ergo crederet, utile hoc discrimen tot cognomines Guelphos neglexisse. Horum e familia Marchionum Estensium descendentium genealogiam exactissime deduxit REINECC. *in append. ad Helmold.* inter quos Guelphus IV. (*Aventinus V.* facit) cognomento robustus, cum ab Henrico IV. in Ducem Bojoariæ pro Ottone Duce Saxoniæ electus esset an. 1071. eique una cum aliis principibus se opposuisset, ab eoque degradatus & postea restitutus esset in Palæstinam profectus obiit in Cypro ann. 1101. URSP. & NAUCLER. AVENTIN *lib. 6.* MUNST. *lib. 3. cosmograph. chron. Hierosolymit. lib. 8. c. 43. chron. Aug. ad an. 1101.* REUSNER. & REINECC. *in geneal. Duc. Bavar.* Hujus filius fuit Guelphus V.

Guelphus Dux Bavariæ Sextus testis.

Genealogia Guelphorum.

Guelph. IV. Henrico IV. se opponit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Guelphus V. patris succeſſor.

phus V. quem Aventinus II. vocat reſpectu patris primi Ducis Bojoariæ: hiſtorici pinguem ſive craſſum denominant. Hic una cum aliis principibus Hinricum V. filium contra patrem concitavit eumque ad imperium promovit, AVENTIN. *lib. 5.* SPANGENB. *in chron. Sax. c. 209.* eoque nomine legationem ad Pontificem in Italiam una cum aliis ſuſcepit, CRANZ. *lib. 5. Sax. chron. Erfurd. MSCt.* a quo tempore ſemper Henrici V. partes, ipſumque in Italiam ſecutus

Cum Cæſare in Italiam profectus.

actioni Cæſaris cum Paſchali Papa a. M C X I. interfuit, AVENTIN. *d. l.* ſed & in bello Saxonico *a. 1115.* ab Henrici V. partibus ſtetit, OTTO FRISING. *lib. 1. de reb. geſt. Frid. 6.* non multo poſt tamen & ipſe a Cæſare receſſit; qua occaſione dubium, inquit Friſingenſis, fortaſſe, quod ducatum Saxoniæ a Magno Duce relictum, Henrico Duci Bojoariæ Magni genero & Guelphi hujus fratri non conceſſiſſet Cæſar.

A Cæſare recedit.

Guelphi obitus.

Obiit a. 1119. in Bojoaria AVENT. REUSNER. REINECC. *in d. append.* ut exinde corrigendum ſit mendum chronologicum in ejusdem originibus ſtirpis Brandenburgicæ ac pro a. 1109. ponendus. CRANZ. *lib. 5. Sax. 35.* monaſticam vitam ipſum ingreſſum dicit. Hic ergo Guelphus ſolus ex omnibus hujus diplomatis teſtibus eo tempore in vivis ac Cæſari conjunctus fuit; quod non autoris ſolertia, ſed fortuna contigit propter plurimorum principum homonymiam, per quam aberrare non potuit. Sed videamus, ne & hic ſubſint aliæ cauſæ, ex quibus falſitatem teſtimonii Guelphici deprehendere poſſumus; prima

Guelphus Cæſaris comes in Italiam.

eſt, abſentia Guelphi, quippe qui Imperatoris in Italia individuus comes & fidelis conſiliarius eo tempore in Germaniam nondum reverſus fuit, ut ſequenti ſectione probabimus, altera eſt titulus Guelpho inſolitus, quippe qui plerumque abſolute Dux, ut in *chron. Auguſt. ad a. 1101.*, ab aliis Dux Noricor., ut ab OTTONE FRISING. *d. loc.* item Dux Noricus ab URSPERG. *fol. 248.*, imo Dux & Marchio ſimul, Eſtenſis ſcilicet, appellatus fuit: tertia eſt, Bavariæ ignota appellatio, de qua audiamus JO. AVENTINUM, quem doctiſſimus *Goldaſtus* meritiſſime Livium Germanicum nominat, quaſi ſtomachabundum in hæc verba erumpentem *lib. 1. annal. Bojor. in princ.* Bavarus nomen barbarum, obſcoenum, inauſpicatum, ſemidocto vulgo protritum, recens eſt, nuper ab imperitis uſurpari coeptum nec latinum nec germanicum, nusquam apud veteres, nusquam in vetuſtis exemplaribus, monumentis, litteris, epiſtolis, legibus, tabulis, diplomatibus invenio, quæ omnia, lingua Romana ſcripta ſunt; demum enim poſt Friderici II. fata Germania ſuum ſermonem depingere literis latinis didicit: ſemper *Bojoarios* aliquando & *Bojarios* ſcriptum lego, & paulo poſt: *Bavarus*, poſt *Imp.* Frider. II. demum natus eſt. Hactenus AVENTINUS. A quo non diſcedit CRANZ. *lib. 2. Sax. 5.* ſic inquiens: *Bojarios* dixere veteres, non *Bavaros*. Provocamus ad privilegia Hamburgenſia, a LINDENBROGIO edita, in quibus pag. 187. de Henrico Leone agens, eum *Bojoariæ* & Saxoniæ Ducem vocat; quomodo ipſe ſe quoque indigitat in litteris fundatoriis epiſcopatus Suerinenſ. pag. 189.

Boji, Bojarii, Bojoarii.

Quarta falſitatis nota eſt inſignis præpoſteratio ordinis, qua Guelphus hic princeps longe potentiſſimus non ſolum Bojorum, Ambronum, & Lycantiorum Dux, ſed & Marchio Veronenſis in Italia, ut eum ex imperii amplitudine indigitat REUSNER. *in genealog.* cæteris ſecularibus teſtibus poſtpoſitus, cum præponi debuiſſet. Nota eſt enim comitis Palatini ad Rhenum prærogativa, cui primum locum ceteri Electores ſeculares deferunt, MARQUARD. FREHER. *lib. 1. de orig. Palat. 15. art. 57. lib. 3. Land-Recht. aur. bull. Carol. IV.*; qua aſſertione tamen nemini præjudicium fieri volumus *vid.* KNICHIUS *de jur. Sax. non provoc.* Jam autem electoratum &

Comitis Palatini prærogativa.

Guelphi etiam Palatini fuerunt.

palatinatum ſtirps Guelphica poſſedit, teſte CLUT. *in ſyllog. rer. quorid. thef. 24. lit. L.* & comites Palatinos Rheni de vera & legitima Bojoariæ Ducum ſtirpe deſcendere concedit FREHER. *d. l. 1. de orig. Palat. 12. & clarius in notis ad* PETR. *de* ANDLO *lib. 1. c. 16.* explicans *art. 53. lib. 3. Land-Recht*, primum comitem Palatinum per Ducem Bavariæ interpretatur. Quamvis enim illa *conjunctio Palatinatus cum Ducatu Bavariæ* per Ottonem a Wittelsbach. a. 1215. primum contigerit, REINECC. *in d. app.* FREHER. *d. l. 1. c. 12.* tamen eam antea domui Bavaricæ competiiſſe probat CHRISTOPH. GEWOLD. *in antithef. contr.* FREHER. quam diſputationem in medio relinquit CLUTEN. *in ſyllog. d. thef. 24. lit. L.* Id certum eſt, etiam ante Duces Bavariæ quandoque Palatinos fuiſſe, ac electioni Cæſarum adhibitos SCHARD. *de elect. c. 7.* atque hoc ipſe Freherus in epiſt. reſponſ. concedit, ibi: *habuit & Bojaorum ſuos palatinatus &c.* Inde tituli & inſcriptiones ſepulchrorum: Robertus Bavariæ Dux, comes Rheni Palatinus &c. Ex quibus ſatis ſuperque apparet, Duces Bojoariæ Palatinis dignitate anteriores fuiſſe, ut in iis merito obtinere debeat regula: Si vinco vincentem te, multo magis vinco te. Utut ergo Henrici V. tempore alius forte fuerit comes Palatinus Rheni, tamen Guelphus hic Dux Bavariæ dignitate ſua privari non debuit, ſed reliquis principibus & præſertim Marchioni Brandenburgico anteponi: ita in conventione Henrici Cæſaris cum Calixto Papa an. 1122. inita, Henricus Dux Bojoariæ cognomento Catulus frater & heres Guelphi V. AVENTIN. *lib. 6. annal. Bojor.* REINECC. *in d. Geneal.* inter ſeculares primus recenſetur ac Friderico Duci Sueviæ, Brunoni Duci Saxoniæ, Gothfrido Palatino Rheni aliisque præfertur; exſtat apud GOLDAST. *tom. un. conſt. fol. 258.* De hoc Henrico loquuntur verſus LUCÆ LOSSII *in Lunenb. Sax. fol. 30.*

Palatini e ſtirpe Ducum Bavariæ oriundi.

Conjunctio Ducatus Bavariæ & Palatinatus.

Duces Bavariæ quandoque Electores.

Cujus Wulfhildis patris fuit uxor honeſta,
Qui ſimili Henricus nomine Guelpho fuit.

Quæ omnia in hoc teſte collocando ſusque deque habita arguunt, autorem prætenſi diplomatis antiquitatis ignarum ad ſua tempora reſpexiſſe neque decorum aulicum ſciviſſe, quem veriſimiliter Saxonem fuiſſe prodit Welponis vox vernaculam linguam & dialectum Saxonicam redolens. Obſervare enim licet, ſcriptores in pronunciatione hujus vocis plerumque ad ſuum idioma ſe contemperare: ita Germani ſuperiores Welſum, Bavari Welphum, Itali Guelphum, Saxo-

Saxones Welpum pronunciant; & notum est etymon a catulo, qui lingua Teutonica *Welf* dicitur, test. SPIGEL. *ad Günth. lib. 9.* Occasionem recitat REINECC. *in orig. stirp. Brandenb.* Ab hac Saxonica voce *Welp* ortus Welpo, quo hic autor utitur, cum AD. BREMENSI, Rex Ducatum Ottonis *Welpo* dedit. *in hist. eccles. c. 185.*

SECTIO LXII.

Recapitulatio de Senario testium numero.

Senarii numeri religio.

Sicuti in senario numero religio quædam esse creditur, *de qua art. 3. lib. 1. Land-Recht*; ita in testibus hisce expressis ex consilio autoris procul dubio mysterium aliquod latet. Voluit enim is ad numerum & differentiam sex Electorum alludere, eorumque testimonia majoris fidei ergo diplomati suo subjicere; ideo tres ecclesiasticos & pro Trevirensi episcopum Halberstadensem, quod fortasse Trevirensis nullus, sibi in historiis occurreret, & tres seculares principes elegit, ut mirum sit, cur Electorum titulum ipsis denegaverit; nisi quia illum recentiorem esse credidit.

Comites & Vasalli privilegio Spirensi adhibiti.

(*Et alii quamplures*) Nimirum præstabat tacuisse, quam plures nominando vel insciti am suam prodere vel falsitate se implicare. Non solebant autem Impp. veteres, comites, nobiles, vasallos aliosque inferiores ministeriales, qui forte curiæ intererant, negligere, sed eorum quoque nomina bullis inserere, ita in Spirensi privilegio de hoc eod. an. MCXI nominantur comites Gothfridus de Calwe, Fridericus Zollra, Hartmannus de Dilinga, Berengarius de Sultzbach, Gerhardus de Gollra: imo qui minoris erant ordinis vel ministeriales vel cives absolute sine additione cognominis vel dignitatis recensentur; ita Henricus, Dudo, Stephanus, Gerungus, Waltherus &c. qui procul dubio ministeriales in aula Cæsaris fuerunt. Plura exempla in diplomatibus ecclesiæ Hamburg. a LINDEBROG. collectis, quæ præ cæteris popularem hunc suum rubore suffundunt.

SECTIO LXIII.

Henricus V. tempore dati diplomatis Moguntiæ absens.

Æra Diplomat. Henricani examinatur.

(*Datum & actum Moguntiæ 2. Idus Maji*) Latinitatis studiosus pridie idus Maji dixisset, qui est 14. dies ejus mensis. Videamus autem & ex historiis rerumque circumstantiis supputemus, an hoc ipso die Imperator Henricus V. Moguntiæ fuerit vel esse potuerit? Neque enim aliter hæc negativa facti quam per circumstantias temporis & loci probari potest. Principio constat, Henricum V. Cæsarem post confectum bellum in Polonia & Bohemia in Italiam ad suscipiendam coronam a Papa more majorum iter

Cæsaris profectio in Italiam.

instituisse sub finem anni MCX. ita, ut etiam festum natalitium Christi Florentiæ celebraverit, URSPERG. in *chron. fol. 254. cent. Magdeb. 12. c. 16. chron.* WIPRECHT., SPANGENB. *in chron. Sax. c. 212.* Unde factum est, quod scriptorum alii iter hoc in Italiam a. 1110. (elapso scilicet) alii rectius sequenti ac ineunti IIII. adscripserint,

Contentio Cæsaris & Papæ.

DODECH. *app. ad Mar. Scot.* Cum vero contentio inter Paschalem Papam & Henricum V. Cæsarem super investituris episcoporum orta esset, ea certis conditionibus sopita Imperator Romam ingressus & in templo coronam imperialem susceptur a civibus invasus a Papa & Episcopis voto suo excidit. Quapropter iratus civibus cæsis, Paschalem Papam custodiæ mancipatum extra urbem secum ad primam mansionem abduxit: ibi Pontifex monitu & interventu quorundam postulatis Cæsaris ita annuit, quod pactis prioribus de investituris episcoporum salvis Imperatorem coronare vellet; quod & factum est. Hanc historiam late descripserunt SIGEBERT. GEMBLACENS. ABB. URSPERG., STAD., DODECH. GODOFRID. VITERB. *part. 17.* OTTO FRISING. *lib. 7. hist. 14.* HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 40.* JOACH. VADIAN. *lib. 1. de antiq. tot. colleg. & Monast. Germ., Cent. Magdeb. 12. c. 8. tit. sub Henr. V.* LEHMANN *in chron. Spirens. lib. c. 42.* SPANGENB. *in chron. Saxon. c. 213.* CRANZ. *lib. 5. Sax. 33.* HULD. MUT. *lib. 16. rer. germ.* CÆS. BARON. *in annalib. eccles.* CAROL. SIGON. *lib. 10. de regno Ital., chron. Erfurd. MSCt.* PHIL. MELANCHTH. *lib. 4. Chron. & alii plures.* Diplomata transactionum exstant apud GOLDAST. *tom. 1. constitut.* DODECH. ABB. *in d. append.* NICOL. SERAR. *lib. 5. rer. Moguntinens. & alios.* Quamvis vero non in anno; (qui certus est, nempe M.CXI.) sed in die modica quædam discrepantia inter scriptores hosce esse videatur, tamen ea facile removeri potest, si attendatur, Cæsarem bis Romam urbem ingressum; prima vice actus coronationis Cæsareæ interruptus est ac Papa tumultu orto abductus XII. die Februar. SPANGENB. *d. l. c. 213*; ubi scribit: Pontificem decem septimanis in custodia detentum, procul dubio ex URSPERG.; ex quo etiam CRANZ. *d. c. 33.* prima Quadragesimæ Dominica id factum dicit, ac Cæsarem post tumultum etiam dies aliquot in urbe commoratum. Detinetur Papa in exercitu Cæsaris ab idibus Februar. usque ad 5. Calend. Maji, inquiunt *centur. Magdeb. d. c. 8.* Altera vice confirmatis utrinque pactis, quorum datum refert SIEGEBERTUS, nempe Idibus Aprilis, qui est 13. dies indictione IVta, peracta est coronatio sive ipso die paschatis (ut vult SIEGEBERTUS) sive post pascha (ut DODECHINUS) sive post octavas paschatis (ut URSPERGENSIS) prope his accedit CÆSAR BARONIUS, ubi scribit 2da Idus Aprilis (qui est XII. dies) id factum, *in annal. eccles. ad a. MCXI. in Onuphr. Panvin. lib. 3. de Rom. princ.* Prope accedit *Wilhelmus Malmesburiensis* Anglus, ubi scribit, id factum esse IV. Id. April. (qui est X. dies, Dominica Quasimodogeniti *lib. 5. de gest. Anglor.* Hæc unius & alterius diei discrepantia orta ex eo, quod negotium hoc non uno die completum fuit, modica est, ut dictum, cum certum sit, hoc anno MCXI. & quidem mense Aprili id Romæ contigisse, & alioquin in minori summa omnes conveniunt. Quod si his addantur dies, quibus Romæ post coronationem peractam subsitit Cæsar, & rebus Imperii ordinandis impendit, fortasse ante lapsum Aprilis ne urbe quidem excessit. Deinde attestatur Urspergensis, quod peractis aliquot diebus post coronationem Cæsaream Paschalis Papa una cum multis Cardinalibus & episcopis per Longobardiam usque ad Alpes Cæsa-

Paschalis Papa captus & abductus.

Coronatio Henrici Imperatoris.

Coronatio Cæsaris interrupta.

Actus coronationis peractus.

CÆSARIS BARONII & aliorum testimonia.

Cæsar post coronationem aliquandiu Romæ commoratus.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

rem deduxerit. Sequitur LEHMANN. *in* CHRON. SPIR. *d. lib. 5. c. 42.* Notum autem est, quam tardus sit principum progressus ad pompam instituti ubi maturato opus non est, quippe qui ut plurimum magna stipante caterva (ut poeta canit) tandem, i. e. lente & cunctanter, procedunt; quod maxime verum est in processione Papæ cum cardinalibus, qui non possunt nisi per modicum iter apportari, nec per se equitare, dicente THEODORICO A NIEM *episcop. Verdens. lib. 7. de Schism. 39.* Accedit hisce HULDERICUS MUTIUS *in chron. Germ. lib. 16.* ubi attestatur, quod Cæsar prius res omnes tam in urbe Roma, quam in aliis Italiæ civitatibus ante abitum suum disposuerit: accepta corona, inquit, & apostolica benedictione Romæ omnia composuit, ea ratione, qua potissimum fides & pax perdurare posset, omnia juramentis interpositis roboravit; ubi Romæ imperium satis pro virili confirmavit, ad reliquas Latii civitates cum copiis profectus similibus rationibus, quibus Romæ omnia disposuit, cogebaturque Italia tota jurare. Præ cæteris itinerum & actionum harum specialibus, diarium nobis suppeditat CAROL. SIGONIUS *rer. Italicar.* scriptor. diligentissimus: is enim sic scribit *lib. 10. de regn. Italiæ*: His actis postero die idibus Aprilis Pontifex Paschalis cum Henrico Imp. urbem Leoninam intravit, & portis, ne quis civium interveniret, obseratis, in æde S. Petri ante confessionem ipsum corona Imperatoria redimivit atque Augustum consecravit. Et paulo post: Hac re elatus Henricus, tota metu trepidante Italia, recessit in Lombardiam, Bononiam agmine pacato ingressus ad frenandos hominum impetus & continendum in fide populum civibus præ circumsedentis exercitus pavore mussantibus arcem construxit eamque præsidio firmavit. Parmam inde XVII. Calend. Junii prodiit; inde, postquam per triduum Bibianelli cum Mathilde comite fuit, in Germaniam abiit. Hæc ille scriptor prudens & curiosus. Cum quo verbotenus consentit JO. BAPTISTA PIGNA Italus, in *historia principum Estensium* ad ann. MCXI. ut ex hoc sua hausisse *Sigonius* videatur. Meminit CHERUBINUS GIRARDACCIUS Bononiensis, in hist. Bononiensi. Ex quibus liquet, Henricum V. Cæsarem 16. die Maji fuisse Parmæ in Italia, sequentes tres dies, nempe 17. 18. & 19. Maji, egisse Bibianelli apud Mathilden comitem iisque rebus omnibus perfectis, quæ moram aliquam requirebant, demum in Germaniam sese recepisse; quod ipsum quoque per volatum avium trans Alpes fieri non poterat. Nota est vulgaris & legitima diæta itinerantium, cui viginti milliaria Italica tribuuntur, *in l. 1. ff. si quis caution. in jud. sisti ff. qui autem* & ibi *Dd. l. de excus.* FELIN. *in C. cum olim col. 2. ext. de resc. & in C. nonnulli column. 23. eod.* quæ faciunt quatuor milliaria Germanica juxta MYNSING. *Cons. 54. n. 8.* vel, si pinguius numeres, quinque; juxta JOH. GOEDEL. *ad l. 3. n. 9. ff. de V. S.* quam tamen Impp. ut plurimum, nisi necessitas expeditionem urgeat, ita decurtant, ut quandoquee ex una diæta duas faciant. Ita de Viterbio quæ urbs uno die a Roma attingi potest GUNTHER. *lib. 3. in Ligur.*

Principum progressus tardus.

Ordinatio imperii in Italia.

Caroli Sigonii testimonium.

Cæsar mense Majo in Italia fuit.

Scriptorum Italicorum consensus.

Legitima diæta itinerantium.

-- -- -- -- Viterbum
Attigit excelsa non longius urbe remotum,
Quam quantum biduo tardus solet ire viator.

Viterbii distantia ab urbe Roma.

Quod si ergo juxta hanc dimensionem & Antonini Cæsaris itinerarium calculus ponatur, quando Imperator Moguntiam attigisse putabitur? De Constantio Cæsare quem eo anno Mediolani sedisse colligitur ex dato *l. 2. C. de episcop. & Cler. l. 1. de pag. scripsit* AMMIAN. MARCELL. *lib. 16. hist. in fin.* quod fuerit ab Argentorato quadragesima mansione disparatus, a qua urbe adhuc 4. vel 5. mansiones remotum esse Moguntiacum ex computo Antonini palam est, quas septem hebdomadum diætas quomodo intra mensis spatium absolvisset Imperator non festinans, sed lente procedens, nobis id persvadebitur? cum Fridericus Imp. ab Augustensi civitate circa principium mensis Octobris solvens ac festinans Roncaliæ super Padum nonnisi mense Novembr. confederit. OTTO FRISINGENS. *l. 2. de reb. gest. Frid. 2. n. 12.* Ceterum certum est & rationi conveniens, Imperatorem Henricum V. a reditu ex Italia primum Spiram declinasse, atque ibi corpus patris a Leodio ad se transportatum, sepulturæ demandasse, quod his verbis attestatur SPANGENB. *Da dieses nun also in* Italien *verrichtet, zog Keyser Heinrich wieder in Teutschland, kam gen Speyer, dahin ließ er sines Vatern Cörper von Luttich bringen, und selbst ehrlich zur Erden bestatten* in *chron. Sax. c. 212. it. Cent. Magdeb. cap. 12. c. 16.* His peractis Romani Augustum honesto comitatu ad Alpes usque deducunt, qui in Germaniam reversus Spiræ regio cultu patris funus curavit. adde CAROL. SIGON. & JO. BAPTIST. PIGNAN. *d. l.* atque hoc in transactione cum Paschali Papa inita inter alia quoque obtinuerat Cæsar, ut sibi liceret corpus patris hactenus propter excommunicationem insepulti terræ demandare, CÆSAR BARON. *in annal. eccles. &* URSPERG. *ad f. MCXI. chron. Erfurd. MSCt.* GOTHOFR. VITERB. *part. 17. in Henr. IV.* SIGON. *d. l. 10.* EISENGRIN. & LEHMANN *lib. 5. chron. Spirens. 43.* a quibus etiam recensentur principes qui exsequiis Henrici IV. interfuerunt, nempe Fridericus archiepiscopus Colonienſis, Bruno Archiepiscopus Trevirensis, Bruno Spirensis, & alii. Atque has exsequias mense Augusto celebratas attestatur URSPERG *d. l. annal. Trevir. ad a. MCXI.* FRANC. *de* ROSSER *in Stemmat. Lotharii & Ducum pag. 232.* Ob hanc causam Cæsar Henricus V. hoc ipso tempore nempe 19. Calend. Septembr. (qui est 14. dies Augusti) indictione quarta anno Dominicæ incarnationis MCXI. civibus Spirensibus privilegium concessit, ut sæpius dictum ex LEHMANNO *lib. 4. chronic. Spirens. 22.* Neque enim rationi congruum est, quod Imperator ex Italia per Alpes veniens prius Moguntiam quam Spiram, prius remotiorem quam propiorem locum attigerit; sed hoc potius præsumendum est, quod Spiræ in transitu omnium primo patris exsequias, quas a Paschali Papa impetraverat, celebrare & postea in ulteriorem Germaniam concedere voluerit: quo concesso temporum, mensium & dierum ratio probe sibi constat.

Itinerarium Antonini.

Cæsar ex Italia primum Spiram delatus.

Principes Henrici IV. exsequias celebrantes.

Dies sepulturæ.

Denique

Paſchalis Papa pactum revocat.

Denique & hoc teſtantur ſupra citati hiſtorici, Paſchalem Papam, Romæ concilio coacto privilegium de inveſtituris epiſcoporum Cæſari datum ſtatim revocaſſe, cum is vix in Germaniam perveniſſet ABB. URSPERG. & STAD. ad ann. MCXI. FUNCC. *in comm. ad chron.* HELMOLD. *lib. 1. chron. Slav. 41.* CRANZ. *lib. 5. Sax. 33.* ubi ſic ſcribit: Hoc certum; vix Germaniam tetigit Imperator, cum evocato concilio omnes patres non privilegium ſed pravilegium appellarunt. Eadem verba repetunt MUTIUS *d. lib. 16.* PHILIPP. *lib. 4. chron.* hoc autem dici non poſſet, ſi Imperator 2. Idus Maji Moguntiæ jam fuiſſet, cum illud concilium Lateranum Romæ celebratum ſit, a. 1112. XV. Calend. April. juxta URSPERG. ſive 18. die Martii juxta SPANGENB. *d. c. 213.* Itaque ex omnibus hiſce firmiſſime concluditur eo die XIV. nimirum menſis Maji Henricum V. Cæſarem Moguntiæ non fuiſſe, nec per rerum naturam eſſe potuiſſe, cum in Italia adhuc commoratus fuerit. Deceptus eſt autem bonus autor ex eo, quod comitia quædam ab hoc Imperatore Moguntiæ celebrata eſſe legerat, ſed annum & diem imprudens non obſervavit; unde etiam fieri potuit, quod Ruthardum archiepiſcopum Moguntinum inter teſtes numeraverit, quippe qui tunc adhuc in vivis fuit; celebratus eſt enim aliquis conventus principum Moguntiæ a. 1108. circa feſtum Paſchatos ſuper eadem quæſtione de inveſtituris epiſcoporum *cent. Magdeb. 12. c. 16.* CRANZ. *lib. 5. Sax. 30.* cum Papa vitata Germania in Galliam ſecederet, atque hic concilium Triceſſinum celebraret, URSPERG *d. l. fol. 252.* contra cujus decreta Cæſar ſcriptum edidit, quod exſtat apud GOLDAST. *tom. un. conſtit. fol. 251.* Et quamvis hoc ipſo anno *MCXI.* curia quoque Moguntiæ celebrata ſit, in qua Adalbertus archiepiſcopus Moguntinus regalia ab Imperatore ſuſcepit, ut dictum Sect. 57. tamen id poſt exſequias Henrici patris Spiræ habitas demum factum eſſe diſertis verbis atteſtatur URSPERG. *d. fol. 255.* & poſt eum SIGON. *d. l. 10.* quemque ille ſecutus videtur JO. BAPTIST. PIGN. *in hiſt. princip. Eſtenſ. ad ann. MCXI.* inde, (ſcilicet Parma) inquit, poſtquam per triduum Bibianelli cum Mathilde fuit, in Germaniam abiit, atque Auguſto menſe Spiræ epiſcopis ac principibus aliquot evocatis Patri tum demum ſepulto, magna cerimonia ex permiſſione Pontificis parentavit; inde conventu Moguntiæ habito Adalbertum archiepiſcopum deſignatum per annulum baculumque ut ante inſtituit. Hæc ille. Neque invenitur in hiſtoriis, quod Imperator *Moguntiam* redierit ante ann. 1115. quo illic *nuptias* celebravit *Abb. Urſperg. Stad. & alii:* quæ poſteriores actiones, utut frequenter nihil ad inſtitutum noſtrum faciunt; ſufficit XIV. die Maji Cæſarem Moguntiæ non fuiſſe. Et hoc eſt, quod volebamus.

Concilium Lateranum ſtatim poſt Cæſaris abitum celebratur.

Occaſio commiſſi erroris.

Conventus principum Moguntiæ celebratus.

Concilium Triceſſinum in Gallia.

Nuptiæ Imperatoris Moguntiæ celebratæ.

SECTIO LXIV.

De ſubſcriptione diplomatis omiſſa.

Ultimo in hoc quoque craſſiſſime impingit autor, quod ſub finem diplomatis nullam vel ſubſcriptionis vel impreſſionis ſigilli mentionem facit. Solemne enim fuit in regno Germanico Imperatoribus, Regibus & Principibus quam eccleſiaſticis, inde usque a Caroli M. temporibus, donationum confirmationumque diplomata & tabulas vel propriæ manus ſubſcriptione & ſigilli appoſitione confirmare. Sexcenta exempla ſi opus foret proferri poſſent ex *Piſtorio, Sigonio, Goldaſto, Lindebrogio,* appendice *Henrici Meibomii* ad Widikindum hoc anno recuſum aliisque monumentis; ſed tribus contenti erimus iisque ab Henrico V. profectis. Is igitur apud WIGULEUM HUNDT in *metropoli Salisburgenſi* diploma monachis S. Petrinis prope Ratisbonam A. MCXI. datum hoc modo claudit: Si quis autem hanc libertatem infringere tentaverit, duodecim libras argenti compoſiturus banno noſtro ſubjacebit, medietatem cameræ noſtræ & medietatem prædictæ eccleſiæ; quod ut verius credatur & ab omnibus obſervetur, *impreſſione ſigilli* noſtri juſſimus inſigniri. In diplomate confirmatorio *coenobii Reinhardsbornenſis* a. MCXIII. fundati Imperator ſub finem ſic loquitur: Et ut prædictæ traditionis & libertatis ſtatus, & omnia prædicta ſtatuta ea ratione, qua DEO & ſanctis ejus deſtinata ſunt, ab hac die & omni deinceps ſeculo in Chriſto rata & inconvulſa permaneant, hanc chartam teſtamentariam prædicti comitis Abbatisque rogatu inde ſcribi manuque propria corroborantes *ſigilli noſtri impreſſione* juſſimus inſigniri. Idem Imp. apud *Tritheim. in chron. Spanheim.* monaſterii illius erectionem confirmans his utitur verbis: Ut tamen hæc charta perpetuo inconvulſa permaneat neque cujusdam temeritas labefactare præſumat, Imperiali autoritate cum banno noſtro eam roboravimus manuque noſtra notatam *ſigilli noſtri impreſſione* munivimus. Datum an. 1126. VI. Calend. Martii. Quæ vero hoc tempore fuit Imperatoris oſcitantia, ut formulas tot ſeculis uſitatas neque a ſe alibi neglectas in hoc diplomate non levis momenti ſed avito aliorum juri vim & præjudicium facturo negligenter omitti atque hoc modo ſuſpectum reddi pateretur? ſi vero non omiſit, ſed ſuo loco inſeruit, incuria vero librarii quid omiſſum eſt, quomodo Cæſar Wilhelmus nobis perſuadebit, Henricanum diploma diligenter lectum & auſcultatum eſſe? addimus & hoc, quædam privilegia bulla aurea typario Imp. munita inveniri, ut Friderici II. apud LINDENER. de an. 1232. KNICH. *fol. 109.* qua voce imago Imp. denotatur, ac poteſt teſtari Syndicus Segebergenſis in dioeceſi Colonienſi quod aliquando Henrici V. diploma ad inſtantiam Abbatis Segebergenſis a ſe tranſſumtum in lato pargameno litteris medii digiti longitudinem fere æquantibus ſcriptum, & ſigillo in capſula quadræ magnitudine rubræ & albæ ceræ impreſſo munitum deprehenderit. Quod ſi Imperatores diplomata propria manu non ſubſcripſerant, ſaltem Cancellarii ea recognoſcebant: ita legitur in diplomatibus Henrici V. coenobio S. Maximini Trevirenſium datis a. 1107. & ſeqq. Adalbertum Cancellarium ad vicem Domini Ruthardi archicancellarii ea recognoviſſe. Quæ omnia omiſſa ignorantiam hujus autoris juxta & fraudem produnt. Id cum ſatis ſuperque deductum ſit, non opus eſt huic examini

Diplomata Henricana ſigillo munita.

Epilogus privilegii coenobii Reinhardsbornenſis.

Forma Sigilli Henricani.

Cancellarii recognitio.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Concluſio de præmio autoris.

mini diutius immorari. Tantum ſubjiciemus, quod de maleferiatis quibusdam annalibus ludit Catullus:

Annales Voluſi cacata charta
Scripta tardipedi DEO datura
Infelicibus ulſtulanda Hammis.

Vel ſaltem quod Martialis:

Vel thuris piperisque ſit cucullus.

Ipſe autor, ſi non jocandi animo poeticum hoc figmentum aggreſſus eſt, dignus, cujus corium infelicibus uſtuletur flagris, &, quod comicus ait, ſtilis totus usque ulmeis conſcribatur, quaſi in libro cum ſcribuntur calamo litteræ. Et tantum de falſo diplomate Henricano. Sequuntur confirmationes, in quibus recenſendis breviores erimus, eo, quod earum autoritas deſtructo fundamento ſua ſponte labaſcit.

SECTIO LXV.

Examen prætenſæ confirmationis Wilhelmi Cæſaris.

Wilhelmus per diſcordiam electus.

(*Wilhelmus DEI gratia*) Quomodo Wilhelmus comes Hollandiæ vivo adhuc Imperatore Friderico II. ejusque filio Conrado, Rege jam conſtituto, per diſcordiam principum ad Imperium promotus ſit, an. 1247. tradunt hiſtorici, neque opus eſt, hic ad longum recenſere; tantum hoc in diſceptationem vocari poſſet, an viventi Friderico Cæſari ejusque filio Regi Romanorum nondum per ſententiam legitime depoſito, (ut de Wenceslao poſtea dicemus) alius & tertius Imperator adjungi potuerit, quia alias Imperium monſtro ſimile eſſet, ſi haberet duo ſumma capita; unde chronographorum plurimi Wilhelmi imperium ab an. 1254. demum inchoant. Ita FUNCCIUS *in comm. chronolog. ad hunc annum.* Regnavit hinc ab a. 1254. Wilhelmus ſolus duobus fere annis, ſed nihil pro tanta dignitate fecit memorabile, *annal. Domin. Calmarienſ.* Rex Conradus Friderici Imp. filius obiit; Wilhelmus de Hollandia ſuccedit; neque enim opus eſt hic illud JCtorum principium pluribus deducere, quod viventis nulla ſit ſucceſſio, imo M. Albertus Argentinenſis nec ipſum nec Richardum Imperatoris titulo dignatur: Richardus & Wilhelmus, inquit, quia non duraverunt in regno, non fuiſſe cenſentur, & ambo caruerunt benedictione Imperiali; quibus præſuppoſitis privilegia a Wilhelmo irrogata non valerent, præſertim ante a. 1254. qualis & hæc quoque prætenſa confirmatio eſt: nam ſi Conradi coætanei privilegia valent, ſicuti aliquot inter privilegia eccleſiæ Mindenſis apud *Hiſtorium* exſtant; ſequitur Wilhelmi privilegia eodem tempore data non valere, quia unius incluſio eſt alterius excluſio, & duo eodem tempore Auguſti eſſe non potuerunt, quo argumento Lucius Papa Henrico VI. coronationem vivo patre adhuc denegavit, dicens: Non poſſe ſimul, duos Impp. regnare, nec filium Imperialibus inſigniri, niſi ea pater prius depoſuiſſet ARNOLD. LUBEC. *lib. 3. chron. Slav. 10. in fin.*

Initium Imperii Wilhelmi Cæſaris.

Wilhelmus ab aliis inter Cæſares non numeratur.

(*Ne noverca memoriæ*) Quia familiare eſt hoc prooemium Impp., potuit id facile aliunde exſcribere author.

(*Pro parte dilectorum*) Eadem phraſis & conjunctio Proconſulum, conſulum & civium Bremenſium cum ſuperiori in privilegio Henricano & ſimul in confirmatione Wenceslai; niſi quod illic in privilegio Henrici ut præſentes introducuntur Bremenſes, hic per Legatum: non eſt autem ſtili neque pro autoritate, ut ſuperiores inferiorum titulos ſollicite diſtinguant, ſed eos in genere tantum attingant ſine pompa verborum. Ita idem Wilhelmus in privilegio Spirenſibus dato a. 1255. breviter: cum dilecti & fideles noſtri cives Spirenſes nobis & Imperio ſervierint fructuoſe &c. LEHMANN. *lib. 5. chron. Spirenſ. 91.* Ecce, hic in genere cives nominantur, cum tamen Spirenſis urbs non minus quam Bremenſis ſuos habuerit Conſules, Senatores & Magiſtratus, & quidem majoris autoritatis. Cur ergo Bremenſes magis quam Spirenſes honoraſſet Imperator?

Magiſtratus Spirenſis.

(*Dilectus nobis Henricus Woltmann*) Imperator fidelis addidiſſet, non poteſt autem hic Proconſul nobis non ſuſpectus eſſe, ſi forte fictum ſit nomen; tum quia proconſulatus iſta dignitas Bremæ nulla eſt, niſi improprie ſenatoriam intelligas, tum quia Woltmanni nomen inter illos quoque cives reperitur, qui an. IIII. expeditioni in terram ſanctam interfuiſſe finguntur, an fortaſſe Woltmanni hi gentiles & agnati fuerunt, an inopia vocabulorum laboravit autor?

Woltmanni nomen ſuſpectum.

(*Henricum Imperatorem*) Non additur numerus, quotus ex Henricis hic fuerit; non fit mentio Caroli M. aliorumque Imperatorum, qui itidem privilegia quædam civitati Bremenſi conceſſiſſe dicuntur.

(*Coram nobis produxit*) Cur hoc tantum? cur non etiam produxit Caroli M. & aliorum Henrici V. prædeceſſorum? cur non etiam Friderici Barbaroſſæ? cujus meminit *Dilichius*; cur non hæc omnia ſimul inſerta ſunt huic confirmationi? an ſolum Henricanum diploma eo honore dignum nimirum, quia ficta omnia.

Priorum privilegiorum ſuppreſſio.

(*Lecto dicto privilegio*) Cur non etiam ſigillo inſpecto & agnito; tum enim procul dubio fraus inventa fuiſſet.

(*Ipſum privilegium*) Quatenus verum & genuinum, non ſi falſum & adulterinum; id enim ab ignorante & decepto Imperatore fieri non poſſe demonſtrat MYNS. *dic. 2. reſp. 19. n. 34.*

(*Et tranſſuntum fieri*) Nimirum ne opus eſſet ipſum originale poſtea produci, ſed prætextu corruptionis ſive interitus inſpectio denegari poſſet aſtute. Atqui hoc non ſufficit: quantumcunque enim ſit inſtrumentum authenticum, ſi tamen de ipſo aliquid in dubium vocetur, ipſum originale exhibendum eſt, *gloſſ. in C. ut vet. diſt. 9.* quod adeo obtinet, ut producenti prius incumbat probatio fidei, quam ei, qui, ſtricta inſtantia falſum arguere paratus eſt, MYNS. *d. reſp. 19. n. 9.*

(*Supradictæ virtutes*) Quænam illæ? an illæ Henricano diplomati inſertæ & bello ſacro impenſæ? Atqui eas Wilhelmus Imperator ignorabat neque in ſpecie exprimere quisquam poterat.

(*Nos, attendentes*) Propter unius civis merita confirmantur privilegia totius civitatis.

(*Quæ nobis in annis*) Non ergo imperio; cujusmodi

cujusmodi tamen merita principaliter attenduntur & privilegiis inferuntur. Ita Wilhelmus in prædicto privilegio Spirenſi: Cum Nobis & *imperio* ſerviunt fructuoſe: Scire autem cupimus, quænam ſint illa grata & accepta ſervitia, quæ in Hollandia & alibi pluries Imperatori præſtiterit prætenſus hic proconſul? & quidem ante adeptum imperium, a. 1247. quo tempore Wilhelmum juvenem fuiſſe XX. annorum, conſtat ex *magno chron. Belg.* unde etiam a legato Pontificis, prius cingulo militari donatus eſt, cujus ritus exſtat in *conſtitutionibus* GOLDASTI. an in bellis ſunt præſtita? atqui ea juvenis nulla geſſit Wilhelmus, quippe qui ſexennis Florentinum patrem amiſit, & ab eo tempore usque ad pubertatis annos ſub tutela patrui Ottonis epiſcopi Trajectenſis, Hollandiæ gubernatoris, permanſit; an forte famulus ſive miniſterialis Wilhelmi fuit, cum adhuc comes eſſet? atque reclamat dictio pluries, quæ non continuam ſervitutem, ſed diſtinctos actus innuit, ut ſic merita hæc allegata nullo modo verificari poſſint.

Wilhelmus juvenis in Imperatorem electus.

(*Et alia jura*) Atqui ea nec produxit, nec exhibuit Woltmannus: quomodo ergo ea non viſa, non exiſtentia ad ſolam relationem hujus nuncii confirmaſſet Imperator? cur non eorum integra diplomata huic quoque confirmationi inſerta? cur non petitum, ut de his quoque tranſumtum fieret, cum propter altiorem antiquitatem multo magis interitus & fragilitas metuenda eſſet? Si generalis confirmatio in his ſufficiebat, ſicuti ita omnia prædeceſſorum privilegia Spirenſi civitati data confirmantur a Wilhelmo a. 1255. cur non in Henricano diplomate idem obſervatum? ſi vero ſpecialis inſertio unius requirebatur, cur in aliis ea lex & cautio omiſſa? nimirum quia hoc aſtu obtrudere nobis Henricanum diploma voluit autor, quaſi in poſteriori acquieſcere cogeremur.

Nova privilegii conceſſio.

(*Volumus etiam*) Nova conceſſio privilegii, quod jam ante non habuerant Bremenſes, quod ſub protectione Imperii eſſe debeant. Quid autem id ſibi vult? an antea non fuerunt? an fortaſſe liberam Imperii civitatem eſſe vult autor: quæ cum hactenus ſub jurisdictione epiſcopi fuerit, nunc ſub jure Imperii eſſe debeat? ſic ergo Rulandi ſtatua vel jam ante ab Henrico V. conceſſa non fuit vel hujus libertatis & immediatæ dependentiæ index non eſt.

Brema civitas epiſcopalis.

(*Ut præfatum*) Ubi? an in privilegio Henrici? aſt, hoc incongrue ad Wilhelmi perſonam trahitur; non enim Wilhelmus ita præfatus erat, ſed Henricus, cur non potius ut prælectum vel ut ſcriptum?

(*Datum Antwerpiæ*) Quid? ſi demonſtrari poſſit, Wilhelmum Imperatorem eo tempore Antwerpiæ non fuiſſe; procul dubio victas manus porriges, & hoc quoque diploma pro ſuppoſititio & adulterino agnoſces. Veriſimile eſt enim, Imperatorem Germanicum in Germania quoque frequentiſſime commoratum, & quamvis in hereditario ſuo comitatu Hagæ in Hollandia palatium regale exſtruxerit, atque hic de cauſis arduis regni tribunal conſtituerit, *Magn. chron. Belg. fol. 247.* BERT. *lib. 2. rer. Germ.* tamen id poſt an. 1252. factum eſt, & nihilominus eo, & ſequentibus annis, crebrius in Germania verſatus reperitur Imperator: an. enim 1251. circa feſtum converſionis Pauli duxit uxorem, filiam Ottonis Ducis Brunſwicenſis, ubi & in ipſis nuptiis ſartorum incuria palatium conflagravit, ABB. STAD. *chron. Slav. ad a. 1251.* CRANZ. *lib. 8. Sax. 17.* quo eod. an. paullo ante eundem Wilhelmum legatus Pontificis Hugo Cardinalis in regem confirmaverat, SIGFRID. PRESB. MISNENS. *chron. Auguſt.* Sequenti a. 1252. ſocerum iterum inviſitans, ejusque interceſſione coenobiis nonnullis, ut Riddageshuſiano 23. Januar. Mariævallenſi 26. ejusd. menſis, 10. Martii divæ virginis Parthenoni prope Helmſtadium privilegia ac bona ſua confirmavit; cumque eod. a. Francofurti curiam indixiſſet, circa feſtum Johannis vel Jacobi ABB. STAD. *d. l.* CRANZ. *lib. 8. Sax. 19.* inde reverſus, recta Brunswigam contendit, ut ſocrum & affines impuberes ſuper inſperato caſu ſoceri Ottonis Ducis interea IX. die Junii defuncti conſolaretur. *annal. Brunſwic.* Et quia in comitiis Francofurtenſibus Margaretha comitiſſa Flandriæ ut Imperio rebellis declarata fuerat, contra eam in Hollandiam exercitum miſit, atque ipſe etiam profectus eſt, SPANGENB. *in chron. Sax. c. 258.* quod bellum, quia eo anno abſolutum non eſt, ideo ad ſequentem quoque referunt SIGFRID. PRESBYT. *Miſn.* & ABB. STAD. feliciter tamen geſtum, unde de hoc Wilhelmo *Michael Wosmerus*:

Wilhelmi nuptiæ.

Wilhelmus a Papa confirmatus.

Comitia Francofurti celebrata.

Wilhelmi victoria.

Margarita tuis animum ſubmiſerat armis,
Structa paludatis curia ſtabat Hagis.

Hæc quia in Saxonia, Hollandia, & Seelandia geſta ſunt a. 1252. poſt comitia Francofurtenſia circa autumnum celebrata, quomodo XXVIII. Sept. die Antwerpiæ eſſe potuit Wilhelmus? quomodo veriſimile Imperatorem fervente bello provincia ſua exiviſſe? quomodo eundem per hoſtilem terram tranſiiſſe? quæ cauſa itineris vel commorationis in Brabantia tam neceſſaria inter belli tumultus periculoſo hoc tempore? quis ex hiſtoricis itineris hujus in Brabantiam meminit? manet ergo verum, Wilhelmum in comitatu ſuo Hollandiæ manſiſſe, exinde frequenter illo & ſequentibus annis in Germaniam receſſiſſe, & more majorum ſubinde loca mutantem in diverſis urbibus celebraſſe curias. Ita a. 1253. Brunſwigæ fuit atque hic octavo Februarii monachis Mariærodenſibus prope Hildeſiam privilegia ac bona ſua confirmavit: nec minus in eadem urbe 6. Idus vel 8. die Sept. Wedekindum epiſcopum Mindenſem ſingulari privilegio confirmavit; eidem etiam a. ſequenti 1254. in caſtris Weſt-Friſiæ privilegium dedit, quæ ambo exſtant in *chronicis Mindenſibus* a. 1255. Spirenſi civitati privilegia ſua confirmavit, quod diploma exſtat apud LEHMANN. *lib. 5. chron. Spir. 91.* Cum vero in duobus hiſce poſterioribus diplomat. teſtes, qui præſentes fuerunt adſcribantur, cur id in prætenſo hoc diplomate Bremenſibus dato omiſſum? nonne ſic, id vel falſum, vel ſaltem minoris autoritatis, nonne privilegia in ſolemnibus curiis irrogari oportuit, ut ſupra demonſtratum, an extra imperium id fieri potuit? ergo hoc quoque diploma cum ſuperiori

ejusdem generis, id est, spurium & suppositi-
tium esse concludimus.

SECTIO LXVI.

Quare prætensum hoc diploma Wilhelmo Cæsari adscriptum?

Quare autem autor hic prædictum diploma Wilhelmo potius, quam alii ex Cæsaribus adscribere voluit? hæc causa & occasio fuisse videtur, quod cum duo essent Impp. in Germania Wilhelmus & Conradus Friderici II. filius, & singuli suos haberent fautores & asseclas, ortæ essent variæ deprædationes, latrocinia & rapinæ, dum, ut fieri solet, quælibet pars hostes suos persequeretur: multi etiam hoc prætextu abusi, inimicos haberent illos, qui locupletes essent. Quo in turbulento Imperii statu cum mercatores maxime rebus suis spoliarentur & itinera intuta redderentur, principibus officium suum negligentibus, quia Barones & milites in Alemannia plerumque ipsi erant prædones, si credimus URSPERG. *circa fin. chron. sui.* ideo civitates Rheni cum Wilhelmo rege sentientes, ipso in partibus inferioribus (Frisiæ & Hollandiæ) existente eoque indefensi, consilio apud Moguntiam habito, se mutuo firmissima confoederatione conjungunt, capitaneum eligunt telonia ejusdem fluminis Rheni, quæ a pluribus fuerant aggravata, removent, castra nociva destruunt vicinosque principes & comites suæ societati adhærere compellunt, undique in finibus suis pacem ordinantes optimam & hactenus inauditam. Hæc sunt verba *chronici Hirsaviens.* & *Augustens.* quod institutum commendat PEUCERUS *lib. 6. chron.* Profuit hoc exemplum posteritati, inquit, similibus enim consiliis, deinceps etiam malis publicis obviam itum & multorum audacias & malitias repressas esse constat, *id.* LEHMANN *lib. 5. chron. Spirens. 92.* Contra aliorum, alia hac de re fuit sententia illo tempore; de qua ALBERT. ABB. STAD. *ad a. 1255.* Non placuit res principibus nec militibus, sed neque prædonibus & maxime his, qui habebant manus pendulas ad rapinam, dicentes, esse sordidum, mercatores habere super homines honoratos & nobiles dominium &c. Ecce, ideo hoc institutum civitatum sermones peperit, quia novum & inauditum hactenus fuerat, civitates jurisdictionem & imperium habere ac defensionem sibi arrogare, quam a principibus & comitibus ab antiquo expectabant. Quo ipso funditus destruitur superius Henrici V. diploma, cum eo tempore civitates id jus non habuerint, sed demum post sesquicentenos annos sub Wilhelmo sibi arrogare voluerint. Civitates, quæ in hoc foedere Wilhelmi tempore inito comprehensæ fuerunt, recenset *chronic. August.* & pingvius LEHMANN. *d. c. 92.* ubi iis etiam Bremam annumerat, pro *Bernensi* forte Bremensem accipiens. Ab initio certe Rheni tantum civitates coierunt; quibus cum postea non saltem aliæ civitates, sed etiam principes se conjungerent. Potest esse, quod etiam Brema accesserit: non diu autem duravit hoc foedus, quia defuncto Wilhelmo a. 1256. omnia redierunt in pristinum malum statum, ait *chronic. Augustens.* A quo tempore conspecta utilitate coepit *foederis Anseatici* origo, quam WAREMUND AB ERENBURG *lib. 1. de foeder. 2. n. 44.* ad A. C. 1270. refert, licet centum fere annis posteriorem esse velit *Funccius*, alii etiam antiquiorem. Quo pertinet, quod scribit SPANGENB. quod episcopi, principes ac comites quidam Lubecæ tractaverint de securitate viarum, *wie man hinfort die Straßen im Lande sicher halten mögte*, ubi foederis facti duæ civitates asseclæ Lubeca & Hamburgum nominantur, non etiam Brema, *in chron. Sax. lib. 1. c. 19. & in chron. Schawenb. lib. 2. c. 31.* his verbis: *Anno 1241. Sollen die Stædte Lübeck und Hamburg das erste Bündniß, davon noch glaubwürdige Uhrkunden vorhanden seyn sollen, gemacht haben, des Innhalts, daß sie die Straſſen zwischen der Trave und Hamburg wolten sicher und rein halten.* Quis ergo crederet, civitatem Bremensem hoc jus sesquicentenis annis ante ab Henrico V. acceptum habuisse? nimirum ad hunc Imperii turbulentum statum & civitatum Rheni confoederationem respiciens autor, rem ipsam propter antiquitatem Henrico V. adscribere voluit, confirmationem Wilhelmo. Potest etiam hæc causa addi, quod Frisii propter occupatam urbem Aquisgranensem renovationem privilegiorum a Carolo M. ipsis indultorum impetrasse a Wilhelmo Cæsare dicuntur anno 1248. UBBO EMM. *lib. 10. rer. Frisic.* quibus plura insunt, quæ sibi quoque Bremenses tribuunt, quasi illo quoque exemplo ad fingendum inductus videatur autor. Neque plura subjungimus, nisi quod autor indictionem undecimam in hac confirmatione omisit, quæ tamen aliis Wilhelmi diplomat. apposita, ut eo quoque nomine charta hæc suspecta sit, quia indictionis omissio vitiat instrumentum, etiamsi annus & dies apposita fuissent, BALD. *in C. cum jure perit. n. 16. X. de offic. deleg.* HONDEDÆUS *Vol. 1. Cons. 66. n. 42.*

Latrocinia crebra per Germaniam.

Prima civitatum confoederatio.

Brema confoederata.

Origo foederis Anseatici.

Brema primi foederis expers.

Liga civitatum Hamburg & Lubecæ.

Confirmatio privilegiorum Frisicor.

Indictionis omissio.

SECTIO LXVII.

De Wenceslai confirmatione suspecta & invalida.

Ultima est Wenceslai Cæsaris confirmatio cum prioribus ejusdem argumenti, quam ut singulatim non examinamus, ita tantum hoc repetimus, quod illi testes nulli appositi, cum tamen in aliis Wenceslai diplomat. id observatum; deinde maxime suspecta est subscriptio inusitata patriarchæ Antiocheni, qui tanquam Cancellarius ad mandatum Domini Regis id viderit, cum parens ipsius Carolus IV. in hujusmodi negotiis in Bohemia Nicolai præpositi Cameracensis opera aliquamdiu usus sit? Quid enim patriarchæ Antiocheno cum rebus Imperii in Germania? quis illum Cancellarium constituit, quas partes archiepiscopum Moguntinum & illo & superiori tempore per Germaniam usurpasse novimus, quem id jus alteri extraneo concessurum fuisse quis credere ausit? cur nomen ejus proprium non exprimitur? cur vidit tantum, non etiam recognovit? ut hoc satis causæ esse videatur, hoc quoque diploma ut falsum rejiciendi, æque ut priora duo. Quodsi tamen inordinato illo & corrupto Imperii statu sub Wenceslao patriarcha aliquis ex Antiochia profugus vel expulsus in aula Wenceslai contra professionem suam Can-

Wenceslai confirmatio suspecta.

Patriarcha Antiochenus Cancellarius fingitur.

Sub Wenceslao status Imperii corruptus.

Diploma Henricianum per ligam civitatum destruitur.

Cancellarium egit, &, quod poeta ait, fixit leges pretio atque refixit, vendidit sigilla & diplomata, & sic etiam hanc confirmationem Bremensibus, quanti illa facienda erit? Constat enim, ob hanc ipsam causam Wenceslaum Cæsarem Electorum sententia imperio privatum ac depositum, ABB. TRITHEIM. *in chron. Hirsav.* PAUL. LANG. *in chron. Citicens.* MAGN. *chron. Belg. & al.* pronunciata est sententia publice e solio in usum tribunalis erecto XX. die mensis Augusti an. 1400. sub *castro Lohnstein*, ubi adhuc sedes dicta *König-Stuhl* sub densis arborum comis visitur test. MARQU. FREHER. *in not. ad lib. 2.* PETR. *de* ANDLO *c. 2.* Diploma ipsum exstat Tom. 2. *Urstisii* in fine, in quo dicitur, quod Wenceslaus plures membranas nudas, rasasque, suæ tamen Majestatis sigillo munitas, amicis pecunia vendiderit; in quibus cum illis, tum aliis, in quorum manus istiusmodi membranæ venirent sub regio sigillo, quæ vellent, scribere licuerit, imo, utrumque tam Carolum IV. patrem, quam Wenceslaum filium totum Imperium libentissime vendituros fuisse, si modo emtorem reperire potuissent, diximus ex THEODOR. A NIEM *Sect. 32. add.* KIRIANDR. *in annal. Trevir. part. 14.* ut non mirum sit, si ab eo Bremenses confirmationem aliquam impetraverint, quæ tamen eo quoque nomine nullius momenti censenda, quod omnia Wenceslai acta, rescripta & privilegia, rescissa & annullata sint, sicuti hoc argumento civitas *Ratisbonensis* contra civitatem *Passaviensem* ex privilegio Wenceslai de a. 1390. in flumine Danubio jus emporii sic exonerandi merces *die Niederlage* sibi asserentem nititur apud MYNSING. *decis. 2. respons. 19. n. 6.* etiamsi, inquit, hoc privilegium a Wenceslao concessum fuisset, tanquam a Rege Romanorum, (non tanquam a Rege Bohemiæ, quæ eo casu vires non extenderet extra Bohemiam nec alios subditos Imperii ligaret) tamen nullius fuisset roboris, propter revocationem generalem omnium rescriptorum, concessionum, privilegiorum a prædicto Wenceslao emissorum, factam ab Electoribus & statibus Imperii, communi voto & sententia post ipsius legitimam ab Imperio depositionem; est enim Wenceslaus propter suam ignaviam per Electores & status legitime depositus ab Imperio, & omnia rescripta & privilegia ab ipso emissa cassata, assentiente & hoc confirmante postea Rudolpho comite Palatino Rheni in depositi Wenceslai locum pro Rege Romanorum fuffecto. Idque advocatus civitatis Ratisbonensis satis deduxit, idemque ex chronicis atque historiis ac annalibus etiam Imperii est notatum. Ex quo etiam consequitur, confirmationem ejusdem Wenceslai regis de anno 1391. & reliquas aliorum Impp. subsecutas generales confirmationes fuisse & esse nullas, nec quicquam præjudicare actoribus, quia confirmatio ejus, quod nullum est, nihil operatur, etiamsi fiat ab eo, qui dare potest, qui quamvis in sequentibus pro civitate Passaviensi concludat, & ad actorum fundamenta respondeat, sub num. 33. hoc tamen argumentum de Wenceslai actorum rescissione, utpote fortissimum intactum dimittit, idem etiam in hoc nostro casu obtineat, ut etiamsi ex certa scientia præcessisset confirmatio, superiora tamen Bremensium privilegia non magis confirmare potuerit, quam ex falso verum, ex nigro album facere potuit.

Castrum Lohnstein.

Wenceslai prodigalitas.

Acta Wenceslai scissa.

Actio civitatis Ratisbonensis & Passaviensis.

Rudolphus Wenceslai successor.

SECTIO LXVIII.

De confirmatione a Carolo V. sub-& obreptitie obtenta.

Bremenses a Carolo V. confirmationem petunt,

Sub finem ne hoc quidem omittere volumus, cives Bremenses, anno 1541. Carolo V. Cæsari falsa hæc privilegia confirmanda obtulisse. vid. *assert. libert. reipubl. Brem. p. 325. 393. 964. 975. Acta Schweden contra Bremen p. 160.* KNIPSCHILD. *de civitatib. Imperial. fol. 1061. n. 48. 742. n. 28. 746.* A quo cum voti compotes facti, confirmationem aliquam *sub-& obreptitie* quod fieri facile potest, obtinuissent, *Christophorus archiepiscopus* Bremensis Cæsareæ Majestati supplicatione submissa intimavit, narrata Bremensium falsa esse, fluviumque Visurgin a parte Orientali ad archiepiscopatum a tempore, cujus initii non exstet memoria, semper pertinuisse; itaque revocationem confirmationis non difficulter obtinuit, eo magis quod Bremenses privilegia anteriorum Impp., ad quæ provocabant ipsi, coram Cæsare in originali non produxissent. Exstant non solum supplicatio archiepiscopi, in qua jus sibi in medietatem Visurgis competens nervose demonstrat, sed etiam Imperator. diploma de dato X. Martii an. 1544., in quo Bremensibus sub poena quadraginta marcarum auri puri puti interdicitur, ne priori concessione utantur, cum annexa citatione, ut prætensionem suam, si quam eo nomine haberent, intra certum terminum in Camera Imperiali deducerent. Quod cum hactenus factum non sit, neque fieri usque ad Calendas græcas possit, confirmatio illa a Carolo V. Cæsare sub-& obreptitie obtenta perinde habenda est, ac si nunquam emissa fuisset.

quam Christophorus Archiepiscopus impugnat.

Hoc satis est, ne me verbosi scrinia lippi
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

Quia in hac dissertatione provocatur ad privilegium Henrici V. datum Spirensi civitati hoc eodem an. IIII., visum est, utriusque copiam ex LEHMANNO *lib. 4. chron. Spir. 22.* huc apponere, ut lector id in promtu habere possit, si forte eo recurrere velit.

Primum est tale:

Omnibus CHRISTI Nostrisque fidelibus tam præsentibus quam futuris notum fieri volumus, qualiter nos pro remedio animæ chari patris nostri felicis memoriæ Henrici Imp., consilio ac petitione principum nostrorum, Friderici Colonienſis Archiepiscopi, Brunonis Spirensis episcopi, Cononis Strasburgensis episcopi, Udalrici Constantiensis episcopi, Ottonis Babenburgensis Episcopi, Burchardi Monasterienſis Episcopi, Hermanni Augustensis episcopi, Friderici Ducis, Comitum quoque Gothfridi de Calwe, Friderici de Zolra, Hartmanni de Dilinga, Berengarii de Sultzbach, Gerhardi de Gellra, Henrici, Dudonis, Stephani, Gerungi, Walteri, in ipsa die sepulturæ ejus, omnes, qui in civitate Spirensi

renſi modo habitant, vel deinceps habitare voluerint, undecunque venerint vel cujuscunque conditionis fuerint, a lege nequiſſima & nefanda videlicet, a parte illa, quæ vulgo *Gutthеil* vocabatur, per quam tota civitas ob niniam paupertatem annihilabatur, ipſos ſuosque heredes excuſſimus; ne vero aliqua perſona vel major vel minor, non advocatus, non eorum naturalis dominus illis morientibus de illorum ſuppellectili quicquam auferre præſumat, interdiximus; & ut omnes liberam poteſtatem habeant ſuis heredibus relinquendi vel pro anima ſua dandi vel cuicunque perſonæ dare voluerint, ipſo Spirenſi Epiſcopo Brunone in pulpito adſtante & concedente conceſſimus & confirmavimus; ea tamen interpoſita conditione, ut in anniverſario Patris noſtri ſolemniter ad vigilias & miſſam omnes conveniant, candelas in manibus teneant & de ſingulis domibus panem unum pro eleemoſyna dare & pauperibus erogare ſtudeant. Ut autem hæc noſtra conceſſio & confirmatio rata & inconvulſa omni ævo permaneat, & ne aliquis Imperator aut Rex vel epiſcopus aut comes vel aliqua poteſtas vel major vel minor infringere audeat, in perpetuam ſpecialis privilegii memoriam hoc inſigne ſtabili ex materia, ut maneat, compoſitum, aureis litteris, ut decet, expoſitum, noſtræ imaginis interpoſitione, ut vigeat, corroboratum in ipſius templi fronte, ut pateat, annitente noſtrorum opera civium conſtat expoſitum ſingularem erga ipſos continens noſtræ dilectionis affectum. Data XIX. Calend Septembr. Indictione quarta anno Dominicæ incarnationis MCXI. regnante Henrico Quinto Rege Romanorum anno ſexto, Imperii primo. Actum eſt Spiræ in Chriſto feliciter ſub Brunone venerabili Præſule Spirenſi eccleſiæ præſidente.

Alterum in eodem ære inſculptum & quaſi appendix prioris ſic habet:

und weniger wird ſie auch nicht vollenbracht. Was dar heißt Lowhæfftd; *das iſt, das Recht ein Guht zu beſitzen, zu beſtehen, und wider allen Anſpruch zu vertheidigen und zu gewehren*, inſiſtendi, poſſedendi & defendendi jus, vide ſupra obſerv. 8. *Dieſe kurtze Zeit der Verjährung, die ſonſt im Kayſer-Rechte zwiſchen den Anweſenden und den Abweſenden 20. Jahre ſeyn, wolle der Leſer ſich nicht laſſen wundern. Denn ſolches wird* erſtlich *der rechtmäßige Titul und Ankunfft*, zweytens *die Schöte oder gerichtl. Auflaſſung des Guhthes, und* drittens *des Klägers groſſe Nachläßigkeit und Verſäumniß, daß er binnen den 3en Jahren im Lande geweſen, und zu Rechte nicht geklaget und geſprochen hat, und zwar man findet an andern Orten noch wol eine kürtzere Zeit, als in* dem Hamburger Stadt-Rechte, P. 2. tit. 8. Art. 6. & 7. *ſtehet, daß verkauffte liegende Gründe und ſtehende Erbe vor dem ſitzenden Rahte verlaſſen, und folgends in der Stadt Erb-Buch geſchrieben werden, und der Verkäuffer dem Käuffer die Gewehr mit einem genug ſamen Bürgen nur* auf Jahr und Tag *zu beſtehen ſchuldig ſeyn ſoll, nach Ausgange des Jahres aber Niemand verkauffte, verlaſſene, und in dem Stadt-Buche zugeſchriebene Erbe anfechten könne. Daſſelbe Recht iſt auch* zu Lübeck, Wiſsmar, Roſtok, *und in allen* Holſteiniſchen Städten, *die Lübſches Recht haben. Darin* L. 3. tit. 6. Art. 1. 2. 3. *ausdrücklich verſehen: daß liegende Gründe und ſtehende Erbe ſollen vor dem Rath verlaſſen, und dem Käuffer* Jahr und Tag *gewehret werden. Will dann jemand verkauffte liegende Gründe und ſtehende Erbe anſprechen, der ſoll es* binnen Jahr und Tag thun. *Nach dieſer Zeit ſoll er nicht zugelaſſen werden*, verb. dictor. Artic. *Aus dem* Sachſen-Rechte *erſcheinet, daß der Verkäuffer dem Käuffer das Guth nur bis zu der gerichtlichen Auffl aſſung gewehren dürffte, denn ſo ſagt der* 9. Art. L. 1. *wer dem Andern Guth in ſein Gewehren läßt, ehe ers ihm gar aufläßt, der ſoll ihn an der Gewehr vertreten, obgleich und ſo lange ers ihm nicht aufgelaſſen hat, ſo offte er ſeiner Gewehrſchafft bedürfftig iſt.* Cothmann. deciſione 20. n. 8. ubi dicit: qui tenetur de evictione puta Warendator, *der ſoll ſeinen Käuffer gewehren Jahr und Tag*, h. e. emtorem ſuum warendare annum & diem quibus elapſis non tenetur amplius. Waichbild Art. 30. & Land-Recht L. 3. Art. 38. & licet textus utrobique dicat, *wer eigene oder fahrende Haab verkauffet, ſoll es gewehren Jahr und Tag*, tamen intelligitur textus in eo, qui traditionem judicialem non facit, *hat es vor Gerichte nicht aufgelaſſen.* Hæc ille. Na dre Jahren, ſo gewehret he dat Land, de idt kofte: *Das iſt der Käuffer muß alsdann ſelbſt das Land wider alle Anſprache in Rechten vertreten, und die Klag auf Erb, Eigenthum, Pfand, oder andere dingliche Gerechtigkeit abhalten, und kan den Verkäuffer nicht nöthigen, ihm das Land länger zu gewehren, denn er hat, wie gemeldet, in dem Lande 1.) ſeinen Kauff oder andere rechtmäßige Ankunfft; 2.) die* Schöte *oder eigenthümliche gerichtliche Verlaſſung, und 3.) den dreyjährigen ruhſamen Beſitz, und daraus kommendes* poſſidendi & defendendi jus. *Und, da ſolches nicht genug, giebt ihm das* Lowb. *die rechtliche Begnadung, daß er* 12. ſeiner näheſten Anverwandten *zu ſich nehmen und ſchweren kan, daß das Land ſeine ſey. Es lehret aber* Thorde-Degen *in ſeinen ff. ff. eine ſolche* practicam: Wann jemand ein ſonderliches Stück Landes, Grund oder Eigenthum gekaufft hat, ſo ihm auf dem Dinge rechtlich verſchötet, und er ſothanen Eigenthum oder Grund 3. Jahre ruhiglich ohne Klage in ſeiner Gewehr gehabt hat; ſo kan er darnach ein Zeugniſs von ehrlichen frommen Leuten fodern, die ihm mit ihrem Eide bezeugen, und ſothanen Eigenthum zuſtehen, welches er dann beſchrieben nimmt, und wird an etlichen Orten ein Doms-Brief genannnt. *Solche* practicam *befinde ich auch in den alten Dinges-Winden, und es bedarff alsdann der Käuffer den 12. Mannen-Eid nicht zu ſchweren. Wann aber der Beſitzer die richtige Ankunfft des Guhtes und die Verſchötung nicht hat; ſo iſt der 3. Jahren ruhſamer Beſitz nicht genug, ſondern es gehören wider die* Kirche *40. und wider* den Bonden *30. Jahre dazu, nach dem* 44. Cap. L. 1. Lowb. ut ſupra obſerv. 6. *idt were denn, dat dejenen nach dem* 41. Cap. *geſaget hatten, wie und wo lange der Verkäuffer dem Käuffer das Land gewehren ſoll, und wie endlich dieſer auf den vorgehenden Kauff ſchöte, und erfolgten 3. jährigen ruhſamen Beſitz das Land ferner vertheidigen und allen Anſpruch abhalten ſoll. So verordnet nun dieſer letzte* Articul *weiters von der andern oder dritten Perſon, nehmlich von dem Evincenten, Klägern und Anſprechern des Landes, und unter denſelben von etlichen ſonderbaren befreyeten Perſonen, denen der Verkauff ihrer Güter und alle daran hängende Gerechtigkeiten*, item *die Schöte und Lowhäfftd in Rechten an ihrer Klag nicht hindern oder ſchaden, und wider welche der Käuffer ſich mit ſothanem Rechte und vermeinter Verſicherung nicht ſchützen kan, welche im Käyſer-Rechte, ins gemein ſind alle diejenigen, ſo die* reſtitution in integrum, *oder die Wiedereinſetzung in ihr verlohrnes Recht wieder bitten und erlangen können. Von welchem in dem* Tractat vom Erb-Rechte C. 33. 34. *etwas geſchrieben ſtehet.* Diejennen darup ſprecken: *Das iſt, es wäre dann Sache, daß ſolche Perſonen auf das Land eine dingliche Klage auf Erb und Eigenthum, Pfand, oder eine andere Gerechtigkeit, anſtelleten.* De to der Tidt, da dat Land verköfft wurd. &c. *Das iſt die in den gedachten drey Jahren, da das Land verkaufft, verſchötet, gerichtlich aufgelaſſen, vereigenthumet, und darnach von dem Käuffer ſo lange ruhiglich ohne Klage beſeſſen war.* To vollem Older nicht gekomen were: *D. i. die noch nicht mündig oder Lowolder (das iſt zu ihren Mannbaren Jahren nicht gekommen wären oder ihre* volle

Diſſonantia juris Rom. à Cimbrico.

Hamburgenſi.

Lubecenſi.

Saxonico.

Teſtimonium XII. proximorum.

18. JAHREN *noch nicht erreichet hatten*) D. C. 8. & 26. L. 1. Lowb. *Das* 19. Cap. L. 1. *nennet sie Unmündige, junge, unvorsichtige Kinder, Knaben und Mädekens, die nicht können oder mögen klagen.* Canutus Episc. *saget* qui tunc erant infra annos discretionis. *Das* 36. C. d. Lib. 1. *nennet einen Jungelinck, der noch nicht 18. Jahr alt ist.* Edder dat idt Fruwen-Volck were, de kene rechte Vormünder hadden: *Diese sind die andern, und zwar unmündigen Frauens-Personen, welchen der Verkauff, Schöte und dreyjährige Besitz ihrer Güter nicht schadet, denn sie gehen nicht zu Dinge, wie andere Hardesmänner, hören nicht, wie ihre Güter verkaufft und verschötet werden. Sie können auch, ihrer Person halber, ohn einen Vormund zu Dinge nicht stehen, Klage und Antwort führen. Der Leser besehe das* Exemp. *im* 42. Cap. L. 1. *wann der Bruder seiner Schwester Land mit verkaufft.* Edder ok Menner, de domals buten Landes weren: *als die da waren in der Heerfahrt und Utbott*, sive in militia, juxta C. 1. 2. 3. L. 3. Lowb. it. leg. 1. 2. 6. Cod. de restitutione militum, *oder in des Königs Geschäffte oder Dienste* C. 23. L. 1. *Lowb. oder des gemeinen Hardes Stadt und bestens halber*, l. 2. 4. 5. Cod. de restit. milit. & eorum, qui Reipubl. causa absunt, *oder die Pillgrims Weise ausserhalb Landes wären*, C. 50. L. 1. Lowb. it. *die von Feinden, See- und Strassen-Räubern gefangen wären.* (detenti in vinculis latronum aut prædonum, lege 9, 10, 11, 14. digest. ex quibus causis majores in integrum restituuntur,) item *die Studirens, oder ihrer nohtwendigen Geschäffte halber*, l. 28. digest. dicto titulo, *nicht aber die da Raubes, Diebstals, oder einer andern Mißhandelung halber, ausser Landes und flüchtig, oder die da friedlos gelegt, geschworen, oder sonst aus keiner redlichen erheblichen Ursache, die ihre Entschuldigung in Rechten nicht hat, abwesende waren.* Euten Landes weren: *Die recht zu verstehen muß der Leser mercken, was es für Lande sind, darauf dis Lowb. gewidmet und verordnet ist, als Weinsyssel, Norder-Jütland, Süder-Jütland, oder das Fürstenthum Schleswig, die Insul Fühnen, Langland, Alsen, Arroe &c. Der nun in diesen Provincien, Landschafften, Inseln, und deren Harden oder Städten wohnet, und allda mit seinem Leibe in den gantzen 3. Jahren der Lowhæffd nicht anwesend ist, von dem sagt man, daß er ausserhalb Landes sey.*

XXXXIII.

CHRONICON INFERIORIS COMITATUS CATTIMELEBOCENSIS

AUTORE

VALENTINO IMHOFF.

Nulcis amor patriæ cunctis insitus.

Inter multas Virtutes, quas Homerus suo Ulyssi tribuit, quem πολύτροπον ἄνδρα, καὶ αμφοτερον βασιλέα τ'ἀγαθὸν κρατερόν τ αυχμήτην vocat, primam & præcipuam ponit, ingentem amorem erga Ithacam patriam suam, insulam angustam sterilemque, &, ut Cicero inquit, in asperrimis saxis tanquam nidulum affixam: Cujus ille nihilominus tanto desiderio & amore flagrat, ut ad eam per varia impedimenta & maxima pericula tendat, fumumque inde exeuntem immortalitati præferre non dubitet. Et quamvis ea vis & natura omnibus fere hominibus insita sit, ut quisque suam patriam amet, ut Poëta inquit:

Nescio quâ natale solum dulcedine cunctos
Ducit & immemores non sinit esse sui.

Ducit ad cælestis patriæ cupidinem.

Fatendum tamen est, in magnis & præstantibus viris eam esse singularem, ut de Solone, Demosthene & aliis scribitur. Dubium autem non est, Deum hoc affectus hominibus, sicuti & σοφίαν parentibus indidisse, ut commonefaceret nos veræ & cœlestis patriæ, ex qua per peccatum à Sathana seducti in exilium pulsi sumus: Sed per filium Dei (qui propter suos factus est exul κατάγει φυγάδας, ut miseros exules ad amissam patriam reduceret,) nobis iterum via, aditus & liber accessus ad eam patefactus est. Si enim tanto desiderio & amore erga terrenam patriam afficimur, in qua tamen sub Principe hujus mundi, sæviissimo tyranno, versamur, & præterquam, quod in ea nullam perpetuam mansionem habituri, etiam innumeris periculis & malis objecti sumus: Quanto majori erga cælestem & veram patriam, in qua sine illis molestiis perpetuo & in omni felicitate victuri sumus, flagrandum erat. Quod vero vel pauci vel valde frigidè hâc afficiuntur, Diabolus, qui eam nobis invidet, in causa est, animosque hominum à jucundissima & salutari consideratione abducit. Detestemur itaque hunc torporem, & Deum ut verum & ardentem amorem erga cælestem patriam in nobis accendat, imploremus.

Quoniam autem & hic labor pius & utilis est, ornare & illustrare patriam, ut in versu dicitur;

Et pius est patriæ facta referre labor,

Auctoris studium in rebus patriæ ornandis excusatur

Omnesque boni & docti viri in Germania hoc tempore detestentur veterum negligentiam in describendis antiquitatibus, & rebus priorum vel suorum temporum gestis, multique, quod in aliis culpant, ipsi committant: Ego pro mea tenuitate, charam meam patriam, quamvis angustam, & respectu aliarum celebrium & ampliissimarum regionum spretam, quantum vires siverint, sine tamen aliorum contumelia, ornabo. At non ignoro multos fore, qui vel hunc laborem deridebunt, vel in re celebriori sudandum, vel etiam me ad hanc tractationem minimè idoneum esse judicabunt.

& commendatur.

Horum judicium, etsi planè non improbo: nullam tamen etiam minimam Germaniæ nationem esse puto, in qua non multa pulcherrimarum virtutum exempla (si quis non perverso hominum more vitia potius quam virtutes nosse & spargere studeat) reperiri possint.

Et

Et cum hac de causa peregrinæ inquirantur historiæ, quantò magis domesticæ, etiamsi exiguæ videantur, & à superbis & glorioſis thrasonibus præ suo splendore contemnantur, cognoscendæ & amandæ sunt juxta dicta;

Laudato ingentia rura, exiguum colito:
Item suam quisque spartam ornet.

Deinde quod ad me attinet, ipsemet ignorantiam & imbecillitatem meam agnosco, neque etiam hac in re ullam ingenii ostentationem, aut eloquentiæ (quam in me nullam esse scio) laudem affecto: Sed hæc tantum qualiacunque, amore patriæ impulsus collegi. Ac mallem quidem illa ab aliis, qui & doctrinâ & rerum experientiâ me antecellunt, esse tractata; Verum ut fieri solet, dum alius alium exspectat, frustra exspectamus omnes. Dabo igitur aliis occasionem majora & illustriora aggrediendi.

Institutum Autoris. Describit patriæ situm ac terminos.

Initio autem, ut in describendis regionibus fieri solet, de finibus, situ & nomine Einrichiæ dicam. Quæ pene tetragoni figuram efficit: Cujus occidentale latus sine ulla dubitatione est Rhenus, celebratissimus Germaniæ fluvius. Meridionalis limes est silva, quæ ab altitudine denominatur, & Einrichiam à Ringoia separat. Est autem Ringoia parva quoque, sed totius Germaniæ fertilissima (præsertim vini) regio, quæ Rheno & hac silvâ tanquam muris cincta, ferè cilindri figuram constituit, habens in summa latitudine non ultra 30. stadia vel milliare germanicum, in longitudine autem circiter quatuor milliaria, & frequentissimis elegantissimisque oppidulis, pagis & monasteriis ornata & exculta est: Sic igitur fere idem Rhenus propter anfractus, meridionale latus Einrichiæ occupat. Orientale verò, fluvius seu rivus Araris, qui ad dictam silvam exoritur & recto cursu prope oppidum *Dietz* Lano miscetur. Sicque Lanus (qui ad civitatem *Laenstein* in Rhenum illabitur) cum adjacentibus silvis boreale latus claudit: Ac quo propius hujus regionis situs aspici possit, hæc quoque addo: Nastadium, quod ferè in umbilico Einrichiæ situm est, distat ab Æquatore seu gradus habet latitudinis 50. minutas 28., longitudinis circiter 24. grad. 20. min. Quæ spatia exteris mediocriter eruditis ostendunt, qua in parte mundi hæc regio sita sit, & quantum à suis vel aliis locis distet. Continet autem longitudo diametri Einrichiæ circiter 21. millia passuum, seu quinque milliaria, latitudo tria ubique milliaria habet. Nomen ejus, quod jam annis amplius 700., ut vetustæ testantur literæ, obtinet, Germanicum est. Et sic vel ab angustia, vel unitate, seu concordia, vel etiam à perpetuis collibus, quibus abundat, dictam puto. Nam hisce, qui cum aspiratione scribunt, & à proprio nomine Henrico vel assiduo manuum labore deducunt, haud assentior, & existimo illos falsa vulgi pronuntiatione deceptos (*der Heinrich* pro *der Einrich*, sicuti & in aliis, quæ à vocali incipiunt, *der Halpsbergh*, *die Horbach*, *Allpsbergh*, *Vorbach &c.* Quod verò & veteres & recentiores Geographi videntur eam Hassiæ vel Tencteris, vel etiam Usipiis conjungere, non moror: Illi enim occupati circa generalia, studio minores provincias neglexerunt, ne in infinitum illorum creseceret opus. Deinde certum est, hanc & re ipsa & nomine ab Hassia, sicut & aliæ vicinæ & adjacentes terræ, distinctam & separatam esse. Usipii autem vel Usipetes hodie sine dubio sunt Clivenses & Bergenses, quamvis olim Cattorum vicinos & conterminos fuisse perhibeatur: Et infra hos collocantur Tencteri vel Tenctiri, ubicumque illorum sedes tum fuerit. Nam ita exactè cujusque gentis & regionis limites distinguere difficile etiam istis vetustis & peritis scriptoribus fuit propter crebras populorum migrationes, cum fixas stabilesque sedes nullas possederint, sed vicinarum gentium assiduis incursationibus turbatæ & profligatæ sint. Cæterum hic tractus quoque jam multis annis appellatur Comitatus Catimeliboceniis, quod nomen adhuc duæ arces in eodem retinent, à vetusta familia Comitum, qui eum multis annis continuâ serie gubernarunt: Et sic dicti, quasi Cattorum ancones, vel quod à Meliboco monte in hanc Rheni ripam progressi sint. Verum unde hi Comites primam originem ducant, mihi non constat: existimo tamen Carolum magnum vel ejus posteros hujus stirpis aut Comitatus conditores esse. Nam Ludovicus Caroli Magni pronepos, qui regnavit circa annum 878. Einrichiam in quodam scripto suam terram vocat. Et legimus quoque ante hos Comitum nomen non dominii sed officii fuisse, nimirum Judicum provinciarum & Civitatum, quas postea Imperatorum & Regum consensu & auctoritate hereditarias possessiones fecerunt & in suos posteros transtulerunt. Invenio autem Wolffgangum Comitem à *Catzenelnbogen* circa annum Christi 927. floruisse, & cum multis aliis Principibus in expeditione contra Henetos, Sorabos & Sclavos alienos à religione Christiana, fuisse, quos, quia vicinos Germanos perpetuis diffidationibus infestarant, Henricus I. Imperator aliorum Principum auxiliis domuit. Deinde idem Wolffgangus etiam in ludis equestribus quos Trojanos vocant, Magdeburgi fuit A. 938. Item Constantiæ Anno 948. Circa annum 940. Comes Catimelibocensis (Wolffgangus vel filius, nomen enim non exprimitur) fuit in exercitu Ottonis I. Imp. contra Gyselbertum Ducem Lotharingiæ & Eberhardum Francum. Cum eodem Imperatore etiam fuit, quando Moguntiam obsedit & cepit An. 953. Wilhelmi Comitis fit mentio in Chunrado Imperatore, circa annum 1026. fuitque anno 1019. in ludis equestribus, quos idem Imp. Conradus Treveris exhibuit. Et Einhardus Comes à *Catzenelnbogen* ex Abbate Limpurgensi Episcopus Spiræ factus, floruit circa annum 1058. Cui tribuitur magna laus eloquentiæ. Et quatuor libros de ceremoniis Ecclesiæ conscripsisse aliaque præclara gessisse perhibetur, ut testantur monumenta quæ Spiræ extant,

Præmia digna Deo potis est persolvere nemo
Passi pro nobis tanti tormenta doloris,

Sed

ejus nominis origo.

Aliorum de ejus comple-xu sententia recensetur.

vicini Usipii quinam?

Tencteri.

Nomen hodiernum Catimeliboc. unde?

comitatus ejus natalia.

Wolffgangus comes a. 927.

Wilhelmus. circ. a. 1020.

Einhardus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sed velut Einhardus præsentis Conditor arcis
Da tua largus ei coævusque cacumina cœli,
Obiit VII. Cal. Martii Anno 1067.

Hujus etiam Aventinus in suis Annalibus lib. 5. pag. 545. & 556. mentionem facit, & vixisse eum temporibus Henrici IV. Imperat. refert. Anno 1155, Comes Catimelibocensis, (Henricus nominatur à Serario) cujus nomen non exprimunt Historici, cum Hermanno Palatino & Bechtoldo Comite à Nidda &c. Episcopo Arnoldo Moguntinensi bellum & magnam cladem intulerunt, quos Fridericus Barbarossa Imperator in Comitiis Wormatiensibus (Moguntino propter ætatem & ordinem parcens) singulari pœna punivit: Vivum namque canem posterioribus pedibus ab humeris pendentem publicè circumferre coëgit. Wilhelmus Comes fuit socius Hermanni Landgravii, qui sese in gratiam Pontificis Philippo & Ottoni IV. Imperatori oppositi, anno 1203. & Wormatiæ ludis equestribus interfuit anno 1209. Hunc secutus est Dietherus, qui in peregrinatione Palæstinæ signatus est sancta cruce, ut ipsius literæ A. 1219. scriptæ referunt; (in quibus etiam fit mentio Hanberti ejusque filii Theodorici de *Catzenelnpogen*: Cognomen autem Comitis non exprimitur) Hujus uxor nominatur Hildegundis. Hic etiam vel filius, ut refert Urspergensis, Brubachium civitatem & arcem ab Ottone Duce Bavariæ & Comite Palatino Anno 1231. ut feudum accepit. Hujus sine dubio liberi fuerunt Dietherus & Wilhelmus, quorum aliquot monumenta adhuc exstant. Dietherus enim Anno 1246. ex cœnobio Murtenburg ædificavit arcem *Reinfels*, quam post novennium confœderatæ civitates Rhenanæ, quarum ultra 60. perhibentur, propter telonium ibidem erectum, per integrum annum & 14. septimanas frustra obsederunt. Vidi quoque duo exemplaria privilegiorum Dietheri, unum Anno 1252. Monachis Eberbacensibus: Alterum dominis Marianis vel Teutonicis Confluentinis A. 1261. contributa. Similiter alias literas, in quibus traditur, quod fœdus cum Wesalienſibus fecerit; & cives ejusdem civitatis factus sit. Obiit a. 1276. Wilhelmus frater arcem Richenbergam exstruxisse dicitur. Præterea hi duo fratres Comitatum divisérunt & insignium discretionem fecerunt. Dietherus avita insignia, videl. rubrum leonem in clypeo, vel campo aureo, & alam in galea retinuit. Sed Rodolphus Habsburgensis Imperator Wilhelmo duas alas galeæ, & leoni cœruleam coronam contulit: Sicque hujus ditio, novus; illius vetus Comitatus Catimelibocensis dictus est. Post hos iterum reperio duos fratres Dietherum & Eberhardum. (quorum soror nupta fuit Joanni Comiti Spanheimensi) Vidi enim scriptum Dietheri, datum anno 1252. in quo legitur: Ego Dietherus & frater Eberhardus &c. Eberhardum post fratrem regnasse ex privilegio dato anno 1262. & aliis historiis colligo. Nam circa annum 1280. cum affine Joanne Spanheimensi aliquot bella gessit contra Wernerum Episcopum Moguntinum, quibus temporibus duriter quassata est patria. Fuit in magna authoritate apud Rodolphum Imperat. Cum enim Abbas Fuldensis A. 1280. gubernationem Abbatiæ Imperatori tradidisset, ille vicissim Eberhardo commendavit eam, cum verò deinceps Cæsar alio in negotio ejus operâ uteretur, Comes Abbatiæ administrationem Bartoldo â Leyspurg commendavit. Obiit Non. Februarii. Legitur in Monasterio Eberbacensi Eberhardum Comitem A. 1328. Id. Decembr. obiisse. Num hic vel alius, ignoro. Hujus tres filii nominatim recensentur, Ludovicus, Gerhardus, Dietherus; Filius Dietherus obiit anno 1289. cum multis aliis Comitibus. Gerhardus fuit Præpositus inferioris Trajecti, & is Episcopum Spirensem Fridericum à Boland ex Synodo Aschafaburgensi redeuntem cepit & captivum abduxit A. 1292. Ludovicus (quem patri successisse credo) ludis Trojanis Ravenspurgensibus interfuit. A. 1311. Bertoldus Comes à *Catzenelnbogen*, Præpositus Wesalienſis, obiit anno 1316. Wilhelmi Comitis à *Catzenelnbogen*, & Dni in Reinfels bina extant privilegia, Dominis Eberbacensibus data A. 1304. & 1332. Item Dieteri anno 1313. qui obiit A. 1313. die Dionysii, sepultus Eberbaci. Vixit etiam circa hæc tempora Bertoldus Comes à *Catzenelnbogen*, cum uxore Adelheida, ut testantur ejus privilegia, scripta A. 1321. Eberhardus Cantor Moguntinus obiit A. 1330. vigilia Sergii. Wolffgangus in ludis equestribus Ingelhemii fuit, A. 1337. Cumque in Chronicis legatur, Comitem Catimelibocensem fuisse in confœderatione contra Joannem Brabantinum A. 1328., existimo, unum ex hisce prius nominatis fuisse. Eberhardus Comes à *Catzenelnbogen* A. 1338. Cal. Jan. obiit. Dietherus Comes & Abbas (sine dubio Prumiensis) obiit A. 1350. Cujus Epitaphium cum insigniis Comitum Catimelibocensium & Abbatis Prumiensis in templo Goarino cernitur tale.

Ter C. millenis, simul X. quater, V. bis
Octobris trina damnabilis ipsa ruina.
Abbas Dietherus pulcher non tempore serus
Mortuus est, Christe veni, peto cernat ut ipse.

Joannes Comes vixit A. 1343. ut ex privilegiis liquet, eundemq; esse arbitror, qui obiit A. 1357. 6. Non. Martii, ut Eberbaci in epigrapho ad sepulchrum cernitur, cui adjuncta est Anna Comitissa Spanheimensis. Philippus temporibus Caroli IV. Imp. bellum gessit pro Comite Wurtembergensi contra Suevos A. 1361. & anno sequenti ludis equestribus Bambergæ inter fuit. Dietherus socius Leopoldi Ducis Austriaci in pugna ad Sempach ab Helvetiis cum multis aliis Confœderatis occisus est, Anno 1386. die 9. Julii sepultus cum Leopoldo in oppido Königsfelden. Hujus uxor, filia Comitis à Nassau obiit A. 1389. Hoc tempore quoque vixerunt duo fratres Wilhelmus & Eberhardus. Wilhelmus uxorem habuit Elizabetham Comitissam ab Erpach, & ædificavit arcem Schwalbach ad Ararim. Eberhardi uxor fuit Agnes Comitissa à Dietz:

Henricus. — Wilhelmus — Dietherus. — Comitatus divisio & utriusque insignia. — Diether. & Eberhardus. — Diether. & Wilh. filii. — Ludov. Gerhard. & Dietherus. — Bertoldus. — Wilhelm. — Bertholdus. — Eberhard. — Wolfgang. — Joannes — Philippus — Diether. — Wilhelm. & Eberhard.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Dietz: Hicque arcem *Dornbergh* in superiori Comitatu exstruxit, privilegia Eberbacensibus Anno 1371. contribuit, & Capellaniam Zuingenburgensem fundavit, eique certos reditus ordinavit anno 1388. Obiit vero A. 1403. Uxor autem Agnes 1399. XIV. Cal. Decemb. Hujus filiam (Annam) fuisse credo, quam duxit Joannes. I. Theodoricus A. 1390. bellum civitati Colonienſi & multa damna intulit, cum Episcopus Fridericus vel conniveret vel hujus causam promoveret.

Gerhard. vel Gerlacus

Anna Canthoralis Dn. Dietheri (filia opinor) obiit anno Christi 1404. Novemb. 12. Gerhardus vel Gerlacus majoris Ecclesiæ Spirensis Præpositus obiit Anno 1403. 15. Cal. Febr.

Emericus.

Emericus, Eberhardi credo filius, vixit temporibus Ruperti Bavari Imp. & ludos equestres Darmstadii exhibuit A. 1403., in quibus 26. pugnatores ceciderunt, ut sonant rithmi.

Zu Darmbstatt in den Schrancken
Blieben Neun Hessen, und 17. Francken.

Comitatus iterum coaluit.

Anno 1393. duxit Joannes Comes à *Newen-Catzenelnbogen* Annam filiam Eberhardi veteris Catzemel. sicque Comitatus iterum in unum coaluit. Hoc tempore quoque referunt ædificatam esse arcem è regione Reinfels, dictam *New-Catzenelnbogen*, sub opido Husen.

Philippus generos.

Philippus generosus Comes obiit Anno 1433. Cal. Febr. Hujus uxor fuit Anna filia Eberhardi V. Comitis Wirtembergensis A. 1439. obiit Anna Comitissa uxor (ni fallor) Philippi. In concilio, quod A. 1414. Constantiæ celebratum est, fuerunt tres Comites Catimelibocenses, Joannes, Fridericus & Otto. Vidi literas Georgii Comitis à Seyn, scriptas ad Joannem Comitem de *Catzenelnbogen* A. 1444. Quo anno etiam idem obiit die Simonis & Judæ: Et hunc puto patrem vel fratrem fuisse Philippi sequentis & ultimi, qui ex hac stirpe regnavit. Philippus nobilis & generosus Comes, strenuus miles A. 1433. die Margarethæ profectus est in terram sanctam, & anno sequenti circa Pentecosten reversus; Anno 1439. fuit in ludis Trojanis Landshutæ. Hic cum Friderico Victorioso Palatino præstantissimo Principe, Dietheri Episcopi Moguntini partes adversus Adolphum Nassaensem (qui contra Dietherum à Pontifice Romano, quod iniquissimis & pernicios ejus mandatis parere nollet, electus erat) defendit, & aliquot præliis hostes (multi enim Principes in gratiam Pontificis Nassaensi adhærebant) fuderunt. Tandem cum uterque Fridericum Palatinum in urbe Moguntina expectaret, Civitas nocte Simonis & Judæ A. 1462. hostibus prodita & capta est. Episcopus vero & Comes Catimelibocensis vix elapsi, fuga salutem quæsiverunt. Postea Ringoii, qui Nassaensi adhæserant, miserè hanc patriam nostram deprædarunt. Obiit autem Philippus Comes V. Cal. Aug. qui Divo Panthaleoni sacer est A. 1479. Uxorem habuit N. filiam Comitis Waldeccensis, ex qua procreavit filium Philippum, qui Coloniæ interiit sine herede A. 1453. die 21. Febr. Otiliam nuptam Christophoro Marchioni Badensi, avo Caroli, qui nunc rerum potitur. Annam quæ anno 1452. desponsata est Henrico Landgravio Hassiæ (qui fuit filius Ludovici senioris, frater verò Ludovici junioris & Hermanni Episcop. Colonienſis, atque dotis loco primum 360000. florenos accepit, postea totum Comitatum cum illa consecutus, ut sequitur. Obiit illa A. 1494. die 16. Febr. Hic ut socer amicitiam coluit cum Friderico Palatino, & auxiliares copias contra illius hostes eduxit: Cumque videret exstincto affine nullum ex illa familia supersesse masculum heredem, egit cum socero assentiente feudi domino vel beneficiario, ut suis posteris seu agnatis Landgraviis Hassiæ Comitatus cederet, obiit autem A. 1483. 11. Januarii: Et reliquit ex Anna filia Philippi ultimi Comitis, Ludovicum, qui Rauchenbergii mortuus a. Christi 1478. ætatis suæ 18. sepultus Marpurgi. Elizabetham nuptam Johanni Com. à Nassave-Dillenb. quæ obiit A. 1489. Mechtilden, natam in arce Planckenstein A. 1473. quæ Duci Joanni Juliacensi & Clivensi desponsata est A. 1489. Wilhelmum juniorem, sic dictum propter duos patrueles ὁμονύμους & coætaneos. Is anno 1492. ditionem Epsteinienſem occupat, quo etiam anno, vel ut alii 1498. duxit uxorem Elizabetham, filiam Philippi Palatini Electoris (qui fuit Friderici de quo supra, ex fratre nepos) & magna solemnitate nuptias Francofurti celebravit. Postea auxilio Hermanni patrui Episc. Colonienſis, & consensu Maximiliani Imperatoris maximam partem Hassiæ exclusis patruelibus cum Comitatu Catimelibocensi adeptus est. Cumque nulli illi essent liberi, patris exemplo diploma à Maximiliano impetravit, ut si sine mascula prole discederet, totus Comitatus Landgraviis Hassiæ attribueretur. Hæc transactio deinceps causa fuit maximarum dissidiarum. Cum enim hic Wilhelmus junior A. 1500. 17. Febr. Ruschenbergii in venatione sine liberis interiisset, Comes Nassovius ejus affinis Comitatum Cattimelibocensem jure quasi hæreditario propter uxorem (nam Clivensis, qui idem jus habere videbatur, factâ quadam transactione ultro cessit) occupat; sed non diu possedit: Nam Wilhelmus medius Landgr. Hassiæ, junioris, ut dictum, patruelis, eum vi recuperat: Quo mortuo anno Christi 1509. ejus filio unico impuberi Philippo cessit. Atque inter hunc & Wilhelmum Nassaensem Francofurti ad Moenum controversia illa & lis, de qua in judicio Cameræ & multis conventibus circiter 60. annos frustra disceptatum fuit, A. 1557. composita est hoc modo; ut Landgravius Comitatum retineret, Nassaensi autem quartam partem Comitatus *Dietz* concederet, & insuper illi 450000. florenos solveret, sicut factum est. Philippo autem celebratissimo & præstantissimo Principe mortuo A. 1567. ultimo Martii, hic Comitatus filio ejus Philippo (ex testamento patris) clementissimo nostro Principi cessit: Qui jurejurando à subditis accepto, arcem Kheinfels renovavit, aliudque novum castrum Brubachii exstruxit. Et anno 1569. ducta uxore Anna Elizabetha filia Friderici Electoris

Anna desponsata Henrico Landgr. Hassiæ

Wilhelm. jun.

Lites de hereditate enatæ post ejus fata.

Compositæ Francofurti ad M.

Philippus rerum potitus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Palatini, hunc Comitatum, quod felix fauſtumque ſit, gubernare & inhabitare coepit. Hæc de Dominis & Principibus patriæ, quorum multi ſapientiâ, virtute & fortitudine bellica floruerunt, eamque Dei beneficio ultra quingentos annos continuâ ſerie in pace, tranquillitate & æquitate gubernarunt ac contra hoſtes defenderunt. Nam etſi ferè tota Germania hominum memoria bellis, ſeditionibus & deprædationibus conquaſſata & devaſtata ſit: Hæc tamen Divina bonitate, & Gubernatorum vigilantiâ tecta & cuſtodita nihil horum perpeſſa eſt; præterquam quod à confœderatis nobilibus duce Franciſco à Sickingen & Joanne Hilgen, cum Princeps Philippus adhuc puer eſſet & hujus præfecti conniverent, vel cum hoſtibus colluderent, pagi quidam direpti, expilati, & exuſti ſint. Cæterum forma gubernationis Politicæ honeſta juxta & ad normam decalogi directa eſt: Cujus cum Principes noſtri cuſtodes à Deo ſe poſitos agnoſcant, præceperunt quoque & præcipiunt, ut mores populi ad ea præcepta congruant, contumaces & transgreſſores puniunt. Extant enim adhuc pulcherrimæ conſtitutiones & leges, non tantum judiciales, forenſes & de contractibus &c. Sed etiam quæ pietatem quandam modeſtiamque præcipiunt, & vulgi petulantiam & licentiam cavent. Et quia naturæ hominum in his locis ſunt placidæ, facilè quoque non tantum legibus & exemplis pœnarum publicarum ſed etiam voce miniſtrorum eccleſiæ ad obedientiam ſe flecti & à flagitiis arceri patiuntur. Eſt namque populus valde ſimplex laborioſiſſimus, temperans minimeque ſuperbus aut luxui deditus, cibo ſalubri & tenuiſſimo, non tamen ſordido, plerumque ex avena cocto veſcuntur. Et quamvis hoc corruptiſſimo ſeculo noſtrates etiam à veterum modeſtia & probitate &c. videantur deflectere, ut dicitur, poſteriora deteriora prioribus: *Es beſſert ſich nichts &c.*

Tranquillitas ſub his principibus.

Forma regiminis laudanda.

ſubditorum indoles placida

Ventum ad ſuprema eſt non jam meliora ſequentur
Adveniat donec filius ipſe Dei:

Tamen ut honeſti labores per ſeſe ſunt frena vitiorum & cupiditatum; ita etiam illic ubi eſt minor ignavia, minus quoque contumaciæ & ſcelerum conſpicitur, ſicut veriſimè Plato inquit. Homines nihil agendo, malè agere diſcunt. Nunc de religione & vero cultu Dei. Ante natum quidem Chriſtum hæc terra, ſicut omnes ethnici, varia idola, & ſine dubio, ut præcipua gens Germanica, Bacchum coluit, quod ex multis indiciis colligitur. Dicunt enim in vicinia Rheni adhuc veſtigia aræ Bacchi exſtare, unde civitas Bacharacum aliaque vicina oppida & pagi nomen habere autumant, ut Dipach, quaſi digitus Bacchi &c. Manbach quaſi munus Bacchi; Heinbach vel Bacheimb, habitatio vel patria Bacchi &c. Hincque non omnia loca, quæ à ſyllaba Germanica bach incipiunt, vel in eam deſinunt à rivulis, ſed quædam etiam à Baccho derivari crediderim. Poſt aſcenſionem autem Chriſti, cum Evangelium & vera doctrina de Deo & filio mediatore per totum mundum juxta promiſſiones & prædictiones Prophetarum ſpargeretur; ſtatim quoque in hac ora Germaniæ (quod tamen in reliquis longe poſt accidit,) ſemina quædam evangelicæ veritatis jacta ſunt. De Materno namque Euchario & Valerio diſcipulis Petri ſcribitur, quod Evangelium ad Rhenum propagarint, Maternus circa Argentoratum, cæteri duo circa Treverim. Creſcens diſcipulus Pauli, cujus fit mentio in 2. epiſt. ad Timoth. 4. Moguntiæ docuit, & Clemens, συνεργος Pauli, Metis. Item de Nathanaele (cujus fit mentio Joan. 1. & 21.) ſcribitur, quod apud Bituriges & Treviros docuerit. Deinde eccleſiaſtica quoque hiſtoria teſtatur, temporibus Athanaſii eccleſiam & Chriſtianos Treviris fuiſſe, ubi ille falſo ab Arrianis delatus exul aliquandiu verſatus eſt. Poſtea Albanus circa Annum Chriſti 420. Moguntiam pervenit, & paſſim in Germania Arrianos refutavit, Adde quod & Goarus, vir ſanctus Aquitanus, qui tempore Mauritii Imperatoris in hanc Rheni ripam, & locum antea Trichorium, ut ex vetuſtis Hiſtoricis colligitur, appellatum, & Regibus Franciæ ſubjectum (qui poſtea eum cum aliis in vicinia locis Abbati Prumienſi contulerunt) pervenit, ibique Eccleſiam Chriſti excoluit, ubi poſt hujus Divi mortem, Cella S. Goari vel monaſterium, exſtructum, in quo primum Monachi Benedictini, deinde circa annum 1137. Canonici fuerunt, ut ex donationibus & privilegiis Ludovici Pii Imperatoris ad Abbatem Prumienſem cernitur. Poſtea ibidem Civitas, hujus Comitatus metropolis, ædificata, & ab hujus Sancti nomine Sanct. Goarum appellata eſt. Per hos & alios doctrina Evangelii in his locis initio propagata eſt, quæ tamen annis ſubſequentibus à Romanis Pontificibus (qui Eccleſiam & regnum Chriſti in quadam hierarchia politiis ſimilem transformarunt) innumeris traditionibus, idololatriis & ſuperſtitionibus depravata & obſcurata eſt. Ac etiamſi omnibus temporibus quidam exſtiterunt, ut temporibus Hieremiæ & Heliæ, qui vel non curvarunt genua coram Baal, ſed recte Deum in vera agnitione & fiducia mediatoris invocarunt & coluerunt, vel aperto Pontificios errores & abuſus taxarunt, hi tamen mox, ut teſtantur multæ hiſtoriæ, tyrannide Pontificia oppreſſi ſunt: Donec tandem divinâ providentiâ in Germaniâ D Martinus Lutherus excitatus, & admirabili prorſus animi magnitudine & Prophetico ſpiritu roboratus fruſtra infeſtantibus, frementibus & dira minitantibus Papiſtis, publice cum vivâ voce tum ſcriptis horum nefandos & impios errores & abuſus refutaret, veramque & ſinceram Evangelii doctrinam populo proponeret, quam cum quidam præſtantes Principes incorruptam Chriſti & Apoſtolorum doctrinam eſſe agnoſcerent, ac emendationem Phariſaicarum opinionum & rituum in eccleſia maximè neceſſariam eſſe intelligerent; eam ceſſantibus Epicuris (Epiſcopis dicerem) magno conatu ſuſceperunt. „Quos deinde non levitate, „ſed pio zelo & ratione officii motus verus heros

& laborioſa.

religionis ibi fata

idolorum cultus apud gentes, præcipue Bacchi.

ejus veſtigia in nominibus locorum nonnullis

doctrina evangelica introducta

per Eucharium & Valerium.

Creſcentem,

Nathanaelem

Albanum circa a. C. 420.

Goarum,

metropolis Goar. ab eo dicta.

Pontificiorum ſuperſtitione ſuppreſſa,

per D. Lutherum repurgata.

„heros Philippus Landgravius ſenior Clem. „Princeps noſter ſecutus, Eccleſias ſuæ ditionis „ab erroribus & idololatricis cultibus repur- „gavit, miſſo ex Haſſia M. Gerhardo Eugenio, „viro eruditione & pietate præſtanti qui primus „ſemina purioris doctrinæ in hoc Comitatu „ſparſit: Poſtea collegas ſui muneris nactus eſt „viros graves & excellentes Joannem Bernhar- „di, Georgium Nivergaln, Eobaldum Rho- „derum, Joannem Næſenum, Petrum Seve- „naurum, Chriſtianum Agricolam, Sebaſtia- „num N. qui poſtea Francofurti docuit & „obiit, Magiſtr. Gualtherum & alios, quos „deinde alii viri docti ſecuti ſunt. Dei igitur beneficio, pii Principis officio & ſedulitate, horumque virorum miniſterio & labore ſonat in omnibus templis Einrichiæ pura vox doctrinæ Evangelii, repurgata ab horrendis tenebris & idolis Papiſticis, eamque doctrinam ſemel receptam purè hactenus ſine corruptelis (quarum hoc ſeculo multæ nationes fœcundæ ſunt) & rituum mutatione conſervavit. Deus pater Domini noſtri Jeſu Chriſti faxit, ut eandem incorruptam ad filii ſui adventum usque retineat & conſtanter profiteatur. Ad conſervandum autem hunc conſenſum, non parum mihi videtur conducere, quod Paſtores eccleſiarum hujus Comitatus crebrius in Synodis conveniunt, & de propoſitis controverſiis doctrinæ aliisque rebus ad eccleſiæ ſalutem pertinentibus pie, amanter & placide ſine ulla ambitione aut rixis libere ſententias conferunt & operam dant, ne ullæ ſectæ in illis locis graſſentur, neve puritas veræ doctrinæ adulterinis opinionibus corrumpatur. De controverſiis verò difficilioribus plerumq; ſententiam & judicium M. Adami Vegetii aut aliorum Theologorum in Haſſia ſciſcitati ſunt. Eccleſiis Einrichiæ non tantum in oppidis, ſed & pleriſque pagis, adjunctæ & inſtitutæ ſunt ſcholæ, ita ut ubi Papatus tempore vix duæ aut tres fuere, nunc ultra decem reperiantur, in quibus initia latinæ linguæ & doctrinam de Deo ſeu catecheſin pueri diſcunt, & feſtis diebus publice in templo toto cœtu audiente, non tantum ſcholaſtici, ſed etiam alii pueri & puellæ vix ſeptennes a paſtore vel ludi moderatore interrogati illa capita doctrinæ in Lutheri Catechismo comprehenſa ad unguem recitant. Hæc examina ubique in omnibus eccleſiis inſtitui & diligenter obſervari ardentibus votis optandum eſt. Etiamſi autem hæ ſcholæ cum aliarum nationum celebrioribus non conferendæ, ſeminaria tamen & εἰσαγωγαὶ ſunt, per quæ deinceps tutius & facilius ad majora progredi licet; ſicuti etiam ex hiſce ferè ſingulis aliqui egreſſi, qui poſtquam alias quoque ſcholas & Academias viſitarunt, non contemnendam eruditionem conſequuti ſunt, quorum quadraginta nominatim recenſere poſſem, ſed paucorum tantum & eorum præcipue; qui vivis exceſſêre, mentionem faciam. *Juſtini Gobleri Goarini* J. U. Doctoris in omni genere doctrinarum & linguarum excellentiam, monumenta & libri ab ipſo editi abunde teſtantur. Claruit etiam Joannes Hagen, alias de Indagine (quem Huſniæ oppidulo S. Goaro oppoſito, natum referunt) qui de variis rebus & quæſtionibus à magnatibus interrogatus, plusquam 300. tractatus conſcripſit, quorum circiter 50. exſtant. Doctoris Goari, Winandi Goarini virtus & excellentia in arte medica etiam exteris Principibus, præſertim Brandeburgicis, aliisque doctis & præſtantibus viris probatur. Habet etiam ille duos adhuc in patria coætaneos, conſanguinitate & affinitate ſibi junctos, & olim in literarum caſtris individuos commilitones, *Melchiorem Scotum*, & *Ottonem Huſnerum*, quorum ille loco Superintendentis jam aliquot annis Eccleſiarum hujus regionis inſpectionem ſumma gravitate & vigilantiâ adminiſtrat: hujus verò ſapientiâ, fide & induſtriâ respubl. ſub laudatiſſimo Principe Philippo ſeniore aliquamdiu feliciter adminiſtrata eſt, & nunc quoque inclytus Princeps Philippus junior propter eximiam eruditionem prudentiam & rerum uſum ejus conſilio utitur. *Joannes Gyſo Naſſadianus artium Magiſter, hiſtoriam S. Goari in lucem edidit A. 1489.* Naſſadium quoque præter Doctorem Guilhelmum Oſterod & Doct. *Joannem Rhodum*, peritos & felices medicos, etiam Næſenos viros ingenioſiſſimos & doctiſſimos protulit. Wilhelmi namque Næſeni immaturum & miſerum interitum Wittemberga cum aliis doctiſſimis viris in Germania propter ſingularem & ſolidam ejus eruditionem adhuc deflet. Fratris Conradi Næſeni L. L. urbis Cittæ in Sileſia Syndici virtus & induſtria non tantum civibus Cittanis ſed etiam Ferdinando Imperatori & Regi Bohemiæ &c. perſpecta & adeo grata fuit, ut eum cum tota familia ab ipſo diſcedentem nobilitarit. Similiter Joannis utriusque fratris pietas, gravitas, & in miniſterio Evangelii fidelitas multis innotuit, cujus filius Henricus ut facie, ita quoque moribus patrem refert. Sed Conradus horum trium ex Philippo fratre nepos, juvenis præter ætatem in utraque lingua Græca videlicet & Latina doctus & diſertus, qui multis egregiam ſpem præbuit, periit in Gallia. Cæſarum quoque familia quosdam non contemnendæ eruditionis protulit. Joannes Bernhardi Hoſteinenſis in prima Evangelii reſtauratione, non tantum in patria, ſed etiam in liberis civitatibus Francofurti, Ulmæ &c. magna cum laude & fructu (non tamen ſine periculo & hoſtium Papiſtarum perſecutione) docuit, tandem vocatus à Comite Wilhelmo Naſſaenſi Dilnbergam, ibi mortuus eſt; Cui filius M. Bernhardus Bernhardi Superintendens ejusdem Comitatus ſucceſſit, qui nunc Spiræ Eccleſiaſten agit. In M. Joanne Sommero Remelenſi inſignis quoque eruditio cum ſumma modeſtia & humanitate conjuncta fuit. Sed nimis prolixa futura eſſet oratio, ſi omnes, quorum eruditio & ipſis decus & patriæ ornamentum, utilitatemque non contemnendam attulit, recenſere conarer: Nam omnes fere eccleſiarum paſtores Einrichiæ ſunt indigenæ,

1526. M. Gerh. Eugenius evang. doctrinam promovet.

aliique

Synodi ad eam conſervandam frequentiores.

M. Adam. Vegetius ſæpius conſultus.

eccleſiæ & ſcholæ.

Docti hinc progreſſi.

Juſtin. Gobelerus Goarin. JCt.

Jo. Hagen ſ. ab Indagine

Winandus Goarin. D. med.

Melchior Scotus hic Superint.

Ott. Husnerus principis Philippi utriusq; conſiliarius.

M. Jo. Gyſo, Guil. Oſterod & Jo. Rhodus medic. D. Naſſadia oriundi.

it. Næſeni tam Wilh.

quam Conradus fr. Syndicus Zittav.

item Joannes Sacrorum miniſter.

hujus fil. Conradus.

item Cæſares.

Jo. Bernhardi.

Bernh. Bernhardi ejus fil. Superintendens.

Jo. Sommer.

ceteriqué

genæ, quod quantum ad pacem moresq; populi faciat, periti & experti norunt. Hos igitur etsi prætereo, animo tamen tacitus veneror omnes, qui aliqua egregia virtute de hominum vita & de patria bene meriti sunt. Atque hæc ideo inserui, ut ostenderem, non deesse quoq; huic parti Germaniæ ingeniorum acrimoniam, & qui optimas artes & literas ament & colant: Nunc pauca quædam de natura loci & hominum exercitiis, deque ubertate soli adjungam. *Civitates hujus regionis,* Nostra ætate hæc angusta regio, cujus paulo ante fines dimensus sum, duas tantum civitates in littore Rheni satis eleganter exstructas habet Sancto Goarum & Brubachum; hac cis Rhenum illa trans Rhenum sita. *arces,* Arces duodecim, quarum septem Landgravii, reliqua nobilium ditione tenentur: *pagi.* Pagi autem multi, non ut casæ circa unam πηγὴν unde pagis nomen esse volunt, veteri more dispersæ, sed plurimi Civitatum instar ædificiorum elegantia, & continua serie, rectoque ordine inter se coagmentati & distincti sunt. Multi etiam fossis & vivis sepimentis (exemplo Romanorum castrorum, quando in Germania hiemarunt) circumvallari, & tanquam muris circumdati sunt: vel propter inopiam lapidum, vel quod hæ munitiones ante machinarum belli arum inventionem muris fortiores essent. *antiquiores quondam hic celebres loci.* Plures quoque in hoc tractu civitates & arces fuisse, certa quædam monumenta indicant. De Berstadia enim & Leopardia vel *Leporn* pagis, hodie, quod olim civitates insignes fuerint, non tantum communis fama, sed alia quoque indicia & ἐρείπια comprobant. Deinde & arcium aliquot vestigia & rudera exstant, ut Altenburgæ, Rabenstein, Ramerburg, Bebenstein, Waldeck, Heppenhefft, Reinberg, Rentzelberg &c. Quando vero & quomodo hæ civitates & arces interierint & deletæ sint, nemini certo constare arbitror Consentaneum tamen est, eas vel ab Hunnis vel Vandalis sævissimis populis, qui fere totam Germaniam peragrarunt & infestarunt, eversas esse. Reinberga urbs. Urspergensis, vel quiscunque author est, tradit, Reinbergam à Wernero Episcopo Moguntino deletam anno 1273. Et fortasse eodem quoque tempore plures, longis illis & continuis bellis, quæ Comites nostri cum confœderato Spanheimensi (ut supra annotatum) contra Moguntinum gesserunt, interciderunt. Heppenhefft arx. Arcem Heppenhefft valde munitam, ut in vestigiis & ruinis videre est, à Comite Palatino & Cattimelibocensi propter crebra latrocinia & rapinas destructa referunt. incolarum indoles Supra paucis attigi, incolas hujus regionis honestis laboribus potius, quam otio & quæstuosis, ne dicam dolosis artibus, deditos esse & victum quærere. Major autem pars agrorum & vinearum culturam exer- & exercitia cet: In multis etiam pagis, ut Nastadii, Schualbach, Lauffenselden, Springen &c. lanificium exercent, & optimum pannum conficiunt, qui non tantum aliarum nationum pannis conferri potest, sed ut plurimum etiam superat: Quos magno numero quotannis ad nundinas Francofurtenses adferunt, ubi ab Helvetiis & superiorum civitatum mercatoribus singulari studio emuntur, & in longinquas regiones transportantur; Atque hac ratione & vinorum venditione hæc regio potissimum locupletatur. Herodotus incredibilem campi Babylonici fertilitatem prædicat, qui agri fertilitas singulis annis pro uno modio centum aut 200. proferat, alii quoque alios prædicant. Etsi vero patriæ campos longe inferiores esse fateor, non mediocris tamen in iis est fertilitas, qui pro singulis medimnis, si adhibeatur diligentia & cultura, denos aut duodenos agricolis reddere & tertio anno quiescere solent. Omnium etiam rerum, quæ ad salubrem & moderatam vi- & ubertas rectus rationem pertinent, sufficiens facultas & rum. copia est, ita ut nihil fere homo frugalis & temperans aliunde invectum desideret. Tota regio ferax est olyræ, tritici, avenæ & aliorum frumentorum; Vinum quoque in locis Arari & Lano, Rheno autem vicinis copiosum & præstantissimum gignit. Est præterea pulcherrime montibus, silvis, agris, vinetis, pratis, pa- situs amœnitas. scuis, & rivulis distincta. Ac quamvis hactenus nullæ venæ metallicæ apertæ, nec inquisi- nec metallis tæ, quia nostrates agricultura contenti eas carere probanon scrutantur; Non tamen hisce eam prorsus bile fit. carere, ex aliis naturæ miraculis conjicitur. Duæ namque thermæ in confinibus, non minus splendide instructæ, quam plurimarum virtu- ob thermas tum celebres conspiciuntur, & quotannis ab hic exstantes. exteris & longinquis nationibus studiose inquiruntur & frequentantur. *Pratenses* ad latus meridionale, *Embsenses* septentrionale claudunt; Scaturigines insuper fontium acidi & jucundi saporis, qui incolis non insalubrem potum præbent, juxta singulos fere pagos sese ostentant: quorum causas physicas certas nondum audivi, nisi quod quidam νίτρον quidam ὀχρὸν indicant. Hæc qualiacunq; & mutila in laudem charæ patriæ, cui omnia debemus, con- Conclusio ogessi. Non autem vanum omnino laborem me puscul. susceptisse arbitror, si quis non superbè, Zoilorum more, me naso suspendat adunco; Sed si quæ minus culte ad patriam allata videbuntur, in eorum loca aptiora magis substituere & omissa addere conabitur. Deinde hæc patriæ ornamenta agnoscens, Deum celebrabit, & ardentibus votis, ut hanc porro conservet; orabit: Nisi enim Deus custodiverit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Hortor itaque συμπαλιώτας, ut singuli suo loco, hanc tanquam dulcissimam matrem, à qua multa beneficia acceperunt, colere & ornare studeant, omnibusq; modis caveant, ne patriæ tranquillitatem & pacem suis cupiditatibus, ambitione & curiositate turbent. Quod reliquum est, Dominum nostrum Jesum Christum crucifixum, qui voce Evangelii sparsa, æternam sibi in omnibus regionibus ecclesiam colligit, oro; ut Einrichiam quoq; perpetuo verum & tranquillum Ecclesiæ suæ domicilium & hospitium esse velit, nec in ea lucem evangelii & honestas artes deleri sinat; ejusque Principes, Comites, Gubernatores & populum gubernet & protegat.

AMEN.

XXXXIV. RE-

XXXXIV.

RERUM INTER THEODORICUM MOERSEUM ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM ET REMPUBLICAM SUSATENSEM GESTARUM ADVERSARIA.

Theodoricus Comes à Mörse Archi-Episcopus Colonienſis, Anno à nato Chriſto ſupra 1435. novis atque inuſitatis exactionibus ſuæ ditionis homines expilare conatus eſt, utque ſciret, quantum quisque pro ratione facultatum pendere poſſet, per omnes parochias, tam in urbibus, quam in pagis, paſtoribus parochisque mandat, ut, quam poſſent occulte parochianorum ſuorum omnium nomina & quæ, quantæque ſingulorum eſſent facultates, diligenter notarent, & deſcriberent. Poſt, edicto promulgato, tributum ab omnibus promiſcue exigit edicitque, ne cujusquam immunitatis aut prærogativarum habeatur ratio, quin eccleſiaſtici ordinis Viros adeoq; judæos parere jubet, utque inſtitutum ſuccederet felicius, Suſatenſibus initio, qui in Angariæ Ducatu facile primi ſunt & potentiſſimi perſuadere conatur, ut pareant, fore enim videbat, ut ſi hi parerent, reliquos haberet obſequentiores. Itaque ut eorum animos detineret, ærarium apud eos conſtituere in animum inducit, neque id tantum, quin tertiam etiam totius ſummæ, quæ ex omni ditione Colligeretur, partem ſenatui populoque Suſatenſi, ſiquidem pareant dare promittit, Suſatenſes vero, qui, quorſum Epiſcopi conſilia tenderent, facile videbant, & de immunitatibus ſuis atque libertate agi, non obſcuris indiciis intelligebant, non modo non parent, verum etiam, cum Epiſcopus inſtitutum urgere non deſiſteret, fœdus cum Lippienſibus aliisque vicinis civitatibus ſui muniendi, libertatisque propugnandæ cauſa faciunt, ut, ſi forte vim intentaret Epiſcopus, eam abs ſe depellerent; Factum hoc Suſatenſium, ſupra quam dici poteſt, indigne tulit Epiſcopus, ſed ægritudinem animi ſua diligentia aliquamdiu diſſimulavit, imo amicum ſe illis ſimulavit & anno Chriſti 1438. Senatui populoque Suſatenſi promiſit, confectis etiam ſuper ea re ſigilloque ſuo munitis litteris, nihil ſe facturum, quod eorum immunitatibus privilegiisque officeret, aut detraheret, atque his Epiſcopi pollicitationibus freti Rüdenſes, primi omnium fœderi cum Suſatenſibus in libertatis defenſionem inito, renuntiarunt, quorum exemplum reliquæ civitates fere omnes, paucis exceptis, imitantur. Ceterum, cum nehoc quidem dolo Suſatenſes adducere poteſt Epiſcopus, uti parerent, manifeſtam vim adhibere, & diu diſſimulatam animi ægritudinem prodere tandem cœpit, itaque Walrami, conſanguinei fratris, Ultrajectani Epiſcopi, auxilio magnas equitum peditumque colligit copias, fore ratus, ut ea re ab inſtituto Suſatenſes deterrerentur, verum illi, miſſis ad eum legatis, orant, ut memor ſuperioris pacificationis ab armis diſcedat, ſe etiam, quod ſit officii, facturos dummodo de libertate recte caveatur. Epiſcopus ad hoc ferociter ſenatui renunciari jubet, præparent ſeſe, ſe cum exercitu non ita multo poſt convivam illorum futurum. Cives, audito Epiſcopi reſponſo, tremere, & quæ ad ſui urbisque defenſionem requirerentur paulatim comparare. Dum hæc geruntur Canonici ſummi templi Coloniæ de pacificatione cum Suſatenſibus agunt, ſed fruſtra, impediente nimirum epiſcopo. Poſt anno Chriſti 1440. Menſe Martio & circiter, Epiſcopus, clam contracto ad Rhenum exercitu, per inſidias Suſatum adoriri ſtatuit, verum ſpe ſua decidit. Suſatenſes enim per indicium, quid moliretur, acceperant. Itaque Hoveſtadium exercitum traducit, eoque Henricum, fratrem, Epiſcopum Monaſterienſem, & Tecklenburgicum Ritburgicumque Comites, tum omnem nobilitatem atque civitatum etiam primores evocat, de ſumma rei deliberaturus, interea, permittente Suſatenſe ſenatu, milites ex caſtris frequenter Suſatum commeant, ibique commeatum & reliqua neceſſaria ſibi comparant. Idque ideo Suſatenſes permiſiſſe, ajunt, ut vel hac humanitate ferocem Epiſcopi animum mitigarent; Cæterum Epiſcopus non diu ibi commoratus, re infecta diſcedit & haud ita multo poſt edictum promulgat, quo tributum Suſatenſibus imperat, ut quisque decimam omnium facultatum ſuarum partem contribuat, edicit, quo audito, fit Senatus Conſultum & communibus omnium ſuffragiis ſtatuitur, quod, ſi in ſententia Epiſcopus perſiſtat, nonſolum non parere, verum etiam de alio principe paulatim cogitare velint. Anno 1444. Communi Senatus populique Suſatenſis conſenſu, Johannes, Dux Clivenſis, Adolphi filius, magnæ ſpei princeps, in Epiſcopi Colonienſis locum eligitur. Epiſcopus per Walramum fratrem multum laborat, ut ne conſentiret in electionem Clivenſis, verum id fruſtra fuit; itaque Clivenſis quendam Johannem Stechium Suſatum cum octoginta armatis præmittit, quo ſenatum de ſuo adventu faceret certum. Dux ipſe paulo poſt ſequitur & 14. Junii die, qui tum ſacer, & Corporis Chriſti, ut vulgo dicunt, memoriæ dicatus erat, urbem ingreditur. Equos habebat bis mille quadringentos, cum-

cumque cives jure jurando ſibi obſtrinxiſſet, uti fieri conſuevit, Lippiam 21. Junii contendit, ibique à Bernhardo Comite Lippienſi & civibus magna gratulatione excipitur, nec ita multo poſt ad patrem Adolphum redit. & tum quidem primum incendiis rapinisque utrinque agi cœptum eſt; Paulo poſt homo quidam inquietus Johannes Fredeccus collecta mediocri equitum peditumque manu ex oppidis Waſtena, Belecka, Hertzberga & Rüdena, quæ à Suſatenſibus defecerant, in agros Suſatenſium venit, & pagum Geſeken incendit, Suſatenſes, igni ex mœnibus conſpecto, urbe excedunt, hoſtemque in pago nec opinantem adoriuntur, capiuntque 43. & inter hos Dux ipſe Fredecke, tum ſex nobiles, equi etiam 48. abducuntur. Atque hoc belli iſtius eſt initium. Epiſcopus, cognita ſuorum clade, magnas colligit copias, easque in Suſatenſium territorium educit. Conjungit ſe illi Henricus, Epiſcopus Monaſterienſis, frater, tum Teclenburgicus Ritbergicusque Comites. Hi omnes, conjunctis copiis, ad Naſſenſteinium caſtra metantur, ibique triduum commorati, omnia ferro ignique devaſtant, ſegetesque in agris circumquaque exurunt, poſt, cognito ducis Clivenſis reditu, exercitum feſtinanter Werlam traducunt, relicta metu magna commeatus impedimentorumque parte. Suſatenſes, aliquousque ex urbe progreſſi Ducem Clivenſem excipiunt, qui ubi de conſiliis Epiſcopi cognoviſſet, ulturus injuriam, arcem Bredeche capit, diripit, & ſolo æquat, teloneumque, aliaque ex quo in ſuos prætereuntes telis tormentisque hoſtes egerant, deſtruit, poſtea Suſatum pergit. Menſe Auguſto hujus anni in Lippienſes quoque à Colonienſibus equitibus (eos puta, quos Epiſcopus paſſim per oppida diſpoſuerat) hoſtiliter agi cœptum eſt, atque id ita quidem, ut nec infantibus, nec ſenibus, nec mulieribus etiam gravidis parceretur. Non ita multo poſt, cum animi utrinque ad pacem inclinare viderentur, Epiſcopus magnis occulte coactis copiis, aliis etiam ſtipendio conductis, Brunſvici Duce Wilhelmo clam propius ad urbem Suſatum accedit, ut ſub pacificationis prætextu cives nec opinantes opprimeret, verum, ſeu re per indicium patefacta, ſeu Deo ita volente, Suſatenſes & Clivenſes, mœnibus ſe continuerunt, itaque non ſine ignominia, re infecta diſcedere Epiſcopus eſt coactus, paucis deinde interjectis diebus Clivenſis, Suſato relicto, ad patrem redit, cum omnia, quæ ad urbis defenſionem requirerentur, prius diligenter comparaſſet, & ſummæ rei quendam perſpectæ virtutis virum præfeciſſet. Eodem tempore Lippienſes (qui divitiis opibusque Suſatenſibus forte non nihil ſunt inferiores, virtutis vero & corporis animique robore haudquaquam) urbe ſua excedunt & recta Werdehovium pergunt, nobiliumque Theodorici & Henrici ab Erwitte domicilia diripiunt, ſoloque æquant, vicinos pagos, Cottam, Piſasque, tum omnia, quæ in vicinia erant, ruſticorum ædificia incendunt & turrim Piſanam magno ſuo & Suſatenſium bono (valida enim turris eſt, & obſervandis hoſtium in agros Lippienſium incurſionibus apprime commoda) occupant, eamque civibus quibusdam defendendam committunt. Menſis Novembris 2. die Epiſcopi Colonienſis præfecti collecta bis mille equitum totidemque peditum manu ad urbem Suſatum propius accedunt, ut, ſi qui forte tumultuarie prodirent, cives invaderent, neque omnino eos fefellit opinio, Suſatenſes enim tantis animis tanto etiam numero portis eruperunt, ut hoſtes pedibus potius, quam manibus, confiſi fugæ ſeſe darent. Inter reliquos, qui à Suſatenſibus defecere, Tremonienſes etiam fuerunt; hi enim aliquot Epiſcopi equites receperunt; Epiſcopus etiam hoc anno Clivenſi per ſuam regionem paſſim multum damni dedit, eique Bielſtenium, Fredeburgiumque arces ademit, & ſuæ ditioni adjunxit. Anni ſequentis, qui fuit à nato Chriſto 1445. menſe Januario Lotharius, totius militiæ præfectus, Epiſcopi nomine, ſuis militibus edixit, ut fœminas Suſaticas, quæ quotidie lignatum ex urbe prodibant, non minus, quam viros, caperent & adducerent, quod deinceps etiam factum eſt. Neque vero ſolum captæ ſunt, verum etiam ſi quando, numerato ſatis magno pretio, dimitterentur veſtibus umbilicotenus abſciſſis turpiter nudatæ atque ita ad ſuos redire coactæ. Turpe ſane & indignum principe Electore facinus, ſi viri deſint, in miſeras imbellesque ſævire mulieres. Conſilii hujus Authores Milinchhuſani & Anröchtenſes Nobiles feruntur, ceterum quid hac ſævitia effectum ſit, eventus demonſtrat, nimirum Suſatenſes hac contumelia irritati & ferociores effecti, conjunctis cum Lippienſibus copiis, arcem Cluſenni pratenſis oppugnant, capiunt, diripiunt, ſolo æquant, ſylvam etiam vicinam cædunt & ligna commeatumque Suſatum deportant, Lippienſibus, quorum Dux erat Conradus Stechius, domum redeuntibus. Occurrunt in itinere Lippienſis, Hoienſis & Schawenburgicus Comites & fœdus in ſui defenſionem contra Epiſcopum antea cum Lippienſibus Suſatenſibusque initum renovant. Eodem tempore Johannes Clivenſis collectis ex urbibus fœderatis copiis arcem Uffleniam invadit, capit & demolitur. Ad hoc usque tempus Suſatenſes absque ſtipendiis militarunt, ſed tum primum ſtipendia ſuis dederunt, quod fuit menſe Martio, qui Uffleniam defendebant, præſidiarii milites, Werlenſium vicinorum freti auxiliis, fortiter reſiſtebant, tandem tamen cum à Werlenſibus deſtitutos ſe viderent, in hoſtium poteſtatem, cum arcis præfecto, Henrico Wolffio, veniunt & captivi Suſatum pertrahuntur. Erant numero circiter 18. arx ipſa diruitur, ut dictum eſt, & ſolo æquatur. Dum Uflenia occupatur, mittuntur quidam, qui oppidum Werlam, conjecto in tecta ex tormentis igni, incendant, quod & factum eſt, & 140. fere conflagrarunt ædificia. Hanc per-

perfidiæ ſuæ luerunt pœnam Werlenſes; etenim conati erant Clivenſem per inſidias trucidare, quod & ſucceſſiſſet, niſi ſicarius erraſſet, & quendam duci proximè adſtantem globo trajeciſſet. Sub initium Aprilis Epiſcopus, magno collecto exercitu, Clivenſi per legatos dira minatur, equites habebat circiter quinquies mille, pedites plures; Cum hiſce copiis Meininckhuſium usque noctu progreditur, ibique diſploſis aliquot tormentis majoribus cives ad eruptionem elicere conatur. Verum id fruſtra fuit; Suſatenſes enim mœnibus ſe continebant, donec luceſceret, & tum Lippienſes Hojenſisque Comites, & Cives Lippienſes ſubſidio illis veniunt, & levioribus prœliis cum Colonienſibus decertant. Epiſcopus vero cum exercitu fugam ſimulans non nihil recedit, ſuſpenſis ad arborem, quos per inſidias ceperat, ſeptem Suſatenſibus. Lippienſes, cum poſtridie domum redirent & de Epiſcopi in captivos tyrannide nuntiaretur, par pari referunt; & eodem modo ſex Colonienſibus captivis laqueo gulam frangunt, ſeptimus, interventu Comitum, ægre ſervatur. Ne tamen fruſtra tantum collegiſſe videretur exercitum Epiſcopus, Saſſendorffium recta contendit, à paſtore iſtius loci vocatus, pagumque incendit, templum ſpoliat & omnia diripit, deinde Lohnæ eodem modo incendiis rapinisque graſſatur & inter reliqua ædificia molam frumentariam etiam ſimul exurit, idque contra pactum. Poſtea Piſas proficiſcitur, ſi forte turrim, quæ à Lippienſibus tenebatur, occupare per inſidias poſſet, ſed id fruſtra fuit; qui turrim enim defendebant, conjectis in hoſtem ſaxis, tegulis aliisque miſſibilius telis multos vulnerant, non paucos etiam proſternunt trucidantque, itaque tandem Epiſcopus omiſſa turris oppugnatione, re infecta diſcedit, Geſekam ſe confert, ibique exercitum multis acceptis cladibus dimittit. Lippienſes, cum paulum quieviſſent, rurſum urbem egreſſi, Landesbergiorum Nobilium arces cum vicina mola diripiunt & in cinerem redigunt, idque ideo, quod Colonienſes paulo ante Lohnenſem molam contra pactum exuſſerant, menſe Majo, dum Lippienſes Suſatenſibus commeatum advehunt, hoſtes arcem Heidemolam occupant, id vero indigne ferebant fœderati, ideoque accitis Hammonenſibus, arcem obſident, invadunt, capiunt ſoloque æquant. Capiuntur præſidiarii milites omnes, numero 31. unus ſuſpenditur. Clivenſis cum de arcis obſidione cognoviſſet, quanta poteſt celeritate copias conſcribit, ut fœderatis auxilio veniat, interea jam expugnatam eſſe nuntiatur, ideoque, ne fruſtra tamen copias conſcripſiſſe videretur, Noveſium, quod eſt ad Rhenum, quatuor infra Coloniam milliaribus oppidum, capit, diripit, incendit, aliquot etiam primores urbis, tum judæos opulentiores vinctos ſecum abducit, atque ita decem curribus, præda atque omnis generis ſpoliis onuſtis, domum redit; Hoc ipſo etiam tempore Hammonii currus circiter octoginta commeatu bene inſtructos, Suſatum advehunt, cumque poſtridie Hammonam redire vellent, Mercklinghuſanam arcem, quam Henricus Plettenbergius tenebat, in itinere capiunt, diripiunt & flammis abolent. Milinchhuſanæ arci Epiſcopus Colonienſis quendam Hobergum præfecerat, is cum videret, nobiles à Suſatenſibus paſſim male mulctari, commeatum & quicquid habebat ſupellectilis, alio deportat, poſt arcem ipſe incendit; Nimirum melius hic rebus ſuis conſuluit quam multi alii, qui expectato hoſtium adventu, fortunis ſuis omnibus atque facultatibus in hoſtium manus devenire, atque adeo vitam in maximum diſcrimen adducere, quam mature fugere maluerunt. Suſatenſes, cum fortunam ſibi non iniquam eſſe viderunt, expeditum civium ſuorum agmen ad oppugnandam arcem Welſchenbeccam emittunt; hi cum eo deveniſſent, liberum defenſoribus relinquunt, utrum dedere vitamque ſervare, an vero arcem cum vita ſimul amittere velint. Illi munitionibus freti defenſionem parant: itaque arx magnis viribus aliquandiu oppugnatur. Tandem, cum prædam militum fore proclamaretur, tanta alacritate Suſatici mœnia munitionesque conſcenderunt, ut defenſores impetum non amplius poſſent ſuſtinere. Itaque capitur arx, diripitur, & præda ablata, incenditur, multi ex civibus vulnerati erant, tres tantum interfecti, quorum conſanguinei, ut ſuos ulciſcerentur, captivos omnes trucidarunt. Suſatici armis adhuc & animis ex recenti victoria calentibus, Lippianorum ſibi juncto agmine recta Werlam contendunt & omnes circa oppidum arces, Nobiliumque domicilia diripiunt demoliunturque, Schedingam etiam incendunt, deinde domum redeunt. Menſis Junii die ſexto Clivenſis Lippiam venit & poſtridie Geſekenſium vicinorum ſegetes proterit & conculcat, & longe lateque ferro & igni in hoſtium agris graſſatur, plus etiam damni hoc tempore hoſtibus dediſſet, niſi à patre fuiſſet revocatus. Suſatenſes, cum paululum quieviſſent 16. Junii 400. e ſuis civibus mittunt Lippiam, excipiuntur humaniter, & poſtridie conjunctis cum Lippianis viribus, Cottam, Bremam, Geſecamque proficiſcuntur, & agros undique devaſtant, ſegetes exurunt proculcantque, & magna opimaque onuſti præda Lippiam redeunt, deſiderato ex Suſatenſibus uno, qui captus erat, præda erat omnis boum quadringentorum, ovium octo millium, caprarum ducentarum, equorum quadraginta, currus præterea ferratos octodecim hoſtibus ademerant. Julii die quinto Epiſcopus, Colonienſis ejusque frater Henricus, Monaſterienſis Epiſcopus, cum magnis copiis, in Suſatenſium agros veniunt, deinde intra Piſas & Steinbruccum caſtra metantur. Venit eo cum ſuis & Hildesheimius, ſeque illis con-

conjungit, crebro quidem in Lippienſium agros excurrunt, ſed tormentis majoribus expulſi, multis ſemper deſideratis, in caſtra redeunt; cumque fama increbreſceret, adventare cum exercitu, Schawenburgicum Comitem, diſcedunt tandem, & cum Piſanam turrim primum quidem fraude doloque, poſt vero, cum hac ratione nihil efficerent, manifeſta etiam vi fruſtra tentaſſent, exercitum per vicina oppida diſponunt; ſub initium Auguſti, equites aliquot in Suſatenſium agros Epiſcopus mittit, quorum quidam à Suſatenſibus capiuntur, quidam trucidantur, reliqui ægre fuga evadunt; quo loco dimicatum eſt, hoſtes cæſi ſunt 18. equi hoſtium 23. captivi vero ab hoſte equi 26. Suſatenſes, deſideratis duobus, quorum unus cæſus, alter captus ab hoſtibus erat, domum redeunt. Hujus menſis die 25. urbium quarundam legati Suſatum conveniunt & pacificationem tentant, ſed fruſtra. Erant enim nimium exacerbati utrinque animi, nihilominus dies actioni inſtituitur octavus Octobris. Cæterum Colonienſes diem illum non expectarunt, ſed 3. Octobris, ſtructis inſidiis, noctu Suſatum occupare conati ſunt & incendere, cumque ſcalas jam comparaſſent & mœnibus erant admoturi, forte vigilum quispiam, audito ex mœnibus adventantium ſtrepitu, continuo per urbem diſcurrit & ad arma conclamat, cives undique concurrunt, cumque quid rei eſſet cognoviſſent, diſpoſitis per mœnia atque propugnacula ſtationibus totam noctem armati excubias agunt, mane non procul ab urbe reperta ſunt inſtrumenta plurima, quibus urbs incendenda erat, relicta ab hoſtibus tumultuarie fugientibus. Factum hoc Colonienſium eo indignius tulerunt Suſatici, quod per inducias perpetratum eſſet, ideoque ut ſe ulciſcerentur, mane in hoſtium agros educto agmine; omnia ferro atque igni longe lateque devaſtant. Octobris die 27. Lippiam Suſatenſes copiæ veniunt, cumque ibi pernoctaſſent, poſtridie, Lippienſibus ſibi junctis, recta Geſecam pergunt. Oppidani Geſecenſes, cognito hoſtium adventu, prodeunt, pugnatur acriter primo congreſſu 13. Suſatenſes ab hoſte capiuntur & equi fere 18., tum demum Suſatici, redintegrato prælio, magnis animis impetum in hoſtes faciunt, & ob rem paulo ante bene geſtam ſuperbientes paſſim ſternunt, vulnerantur plurimi, octo ſtatim trucidantur, capiuntur 150, reliqui, abjectis armis, in fugam præcipites abeunt & ad nidum ſuum evolant, fœderati opima onuſti præda ad ſuos redeunt. Novembri Menſe quidam Lippienſes Buram prædatum ituri in Sidinchuſanos incidunt, quorum alterum trucidant, alterum capiunt, abigunt etiam 61. boves bene pingues, equos 26. porcos 50. poſtea parocho Sidinghuſio, Holthuſianisque monialibus ſua reſtituunt. Decembris die quarto, quæ D. Barbaræ ſacra eſt, Suſatenſes lignatum exeunt, & urſam forte capiunt, quod ominis loco ab omnibus eſt habitum, ſeptimo vero menſis hujus die, Werlenſes cœnobium aliquod prope Suſatum diripiunt, pagos etiam Suevam, Merclinghuſium, Enchuſiumque incendunt, eodem tempore in fœminas ſævitum eſt denuo. Anno 1446. Cum armis & manifeſta vi Suſatenſes ſibi ſubjicere non poſſent, Epiſcopus alia ratione rem aggreditur. Datis enim ad Suſatenſes literis, iisque non ſenatui, ſed plebi inſcriptis primores urbis graviter accuſat, & per eos ſtetiſſe inquit, quo minus hactenus pacificatio ſucceſſerit, verum ad has literas ita Epiſcopo reſponſum eſt, ut facile fraudem ſuam deprehenſam eſſe perſpiceret; itaque iratus non procul ab urbe locis aliquot homines nefarios diſponit, qui ex inſidiis cives ex urbe prodeuntes, latronum ſicariorumque more invaderent & trucidarent. Hi, cum in viros nihil movere auderent, in miſeras ſævire mulieres ſuo more cœperunt. Initio Februarii, die nimirum ſeptimo, Hoveſtadiani propius ad urbem noctu accedunt & conjecto in tecta igni, urbem aliquot locis incenderant, ſed quidam vigilum, audito per tenebras adventantium murmure, ad arma continue cives vocat & hoſtem non procul à mœnibus eſſe clamat, itaque per totam urbem noctu ad arma concurritur, qua re cognita, hoſtes pedem referunt. Paulo poſt Suſatici quaſi provocati hoc Hoveſtadianorum facto, quosdam à ſuis Hoveſtadium cum majoribus tormentis mittunt, hi cum 10. Februarii eo veniſſent, Hobergi nobilis arcem capiunt, & injectis flammis ſolo æquant, in oppugnatione Suſatenſium unus, hoſtium tres cecidere. Hoveſtadiani deinde equites 13. Februarii Suſatum redeunt, ut cœnobium D. Walburgis & qui ibi excubias agebant, vigiles inopinato invaderent, ſed deſideratis nonnullis ad ſuos redire coacti ſunt, ſub exitu Februarii novas inſidias Suſatenſibus ſtruunt, detinebant quendam in carcere Suſatenſem, eum dimittunt, ſed jure jurando obſtrictum, ut urbem ſex locis incenderet, urget miſerum hominem jus jurandum, quo tenebatur, afflixit tamen etiam patriæ calamitas, itaque animi dubius

facer-

ſacerdotem adit, eique rem totam aperit, hujus conſilio rem ita aggreditur, ut & jus jurandum ſervaret, & patriam ſimul ab incendio liberaret, itaque ſex per urbem locis ignem diſponit, verum adſunt ex compoſito cives ignemque reſtinguunt, atque ita hac quoque ſpe urbis per fraudem exſcindendæ Colonienſes dejecti ſunt. Sequente anno Anröchtenſes præſidiarii Saſſendorpium veniunt, & templum ejus loci, omnibus ablatis ornamentis ſpoliant. Interea Colonienſes, præſertim illi, qui Werlam atque Nehemiam urbem incolunt, ſuo more in fœminas ſæviunt, quod admodum indigne tulerunt Suſatenſes. Itaque magno agmine cum aliquot tormentis majoribus Nehemiam menſe Martio proficiſcuntur, ut oppidum evertant, cumque noctu eo veniſſent, diſplosis aliquot tormentis adventus ſui dant ſignum oppidanis, poſtea continuo tanto numero tela atque globos igneos in tecta conjiciunt, ut brevi temporis ſpatio totum oppidum conflagraret, relictis tantum ex incendio octo ædificiis, Nehemæi, nihil hac calamitate facti mitiores, per inſidias octo fœminas Suſaticas capiunt, easque veſtibus umbilicotenus abſciſſis ad ſuos remittunt. Paulo poſt quidam Suſatini in Werlenſes non nullos incidunt, ex iisque tres confodiunt, quatuor vinctos, Suſatum pertrahunt, Suſatenſium unus ab hoſte captivus abducitur. Menſe Aprili quidam Suſati ob proditionis ſuſpicionem in carcerem ducitur, cumque per tormenta aliquid ejus generis fateretur, paulo poſt ſupplicio afficitur; Multis toto hujus belli tempore excurſionibus actum eſt, levioribusque prœliis decertatum, quæ omnia commemorare nimis eſſet longum. Majo menſe Suſatenſes magno agmine ad ſilvam Arensbergicam proficiſcuntur & omnia ad Ruram fluvium usque ferro ignique fœde devaſtant, Meſchedium & Warenhagium arces, quantumvis optimo præſidio munitas, capiunt & ſolo æquant, poſtea captis hoſtium undecim Suſatum revertuntur, abigunt etiam una, quos hoſtibus ademerant, equos 160. boves 500. juvencos 100. porcos 500. oves & capras 300. currus ferratos 6. Colonienſes conati ſunt, onuſtos præda Suſatenſes in itinere invadere atque impedire, ſed tormentis repulſi nihil egerunt, ut tamen hanc ſuorum cladem non finerent inultam, tribus non procul ab urbe locis quosdam in inſidiis collocant, qui mane cives prodeuntes, & nihil tale metuentes, opprimerent, factum vero eſt, ut Suſatenſes prædatum exituri, mane equites circiter 24. præmitterent, qui vias omnes diligenter luſtrarent, in hos ex inſidiis impetum faciunt hoſtes & quindecim ex iis ſtatim capiunt, quo cognito Suſatenſes continuo ſuis laborantibus ſubſidio veniunt, hoſtemque profligant & Anröchtam usque perſequuntur, multi ex Colonienſibus vulnerati erant, trucidati etiam non pauci, captivi verò circiter 25. tum aſini etiam ſplendide ornati 26. deinde uno tantum deſiderato, Suſatenſes domum redeunt. Erant in fœdere cum Suſaticis & Hammonii, ideoque ipſis magna ſuſtinenda fuit invidia; Fuit ſub hoc tempus Colonienſium fraude locis aliquot per oppidum Hammoniam ignis clam diſpoſitus, ſed per unum civem qui in ſuis ædibus forte ignem fortuna deprehendit, re pateſacta oppidum ab incendio liberatum eſt. Menſe Majo pacificatio inter Epiſcopum Monaſterienſem & Suſatenſes à capitulo (ut vocant) ſenatuque Monaſterienſe, tentata eſt, quæ & ſucceſſit, itaque Epiſcopus Monaſter. ſuos equites, qui Hoveſtadium tenebant, defendebantque, revocat arcemque fratri ſuo tradit, & de voluntate capituli ſenatusque Monaſter. ab armis omnino diſcedit. Menſe Auguſto Epiſcopus Colonienſis legiones aliquot mercede conductas ex Saxonia evocat, quarum Dux erat Epiſcopus Hildesheimius, his copiis ſeſe conjungunt nobiles Paderbornenſes. Cum hoc exercitu Saſſendorpium usque progreſſus caſtra metatur, ratus, Suſatenſes tanto conſpecto agmine territos liberaliter imperata facturos, ſed fefellit eum opinio. Suſatenſes enim tam immaniter ex mœnibus turribusque fulminare cœperunt in caſtra, ut exercitum Epiſcopus Laderinchhuſium traducere cogeretur. Suſatenſes cum per exploratores de hoſtium itinere cognoviſſent, quinto Auguſti die, magno agmine eos inſequuntur, cumque eo perveniſſent, primum tormentis majoribus, magni ponderis globos frequenter in caſtra jaculantur & hoſtes tandem caſtra relinquere cogunt. Itaque Hattorpium recta eunt ibique rurſum caſtra communiunt; Suſatenſes eos inſecuti, hic quoque diſcedere cogunt, itaque noctu Suevam veniunt, ſed cum Lippien-

pienſes ſubſidio veniſſent Suſatenſibus, inde quoque multis deſideratis hoſtes profligantur, tum recta Suſatum abeunt, & non procul ab urbe ad leproſorum ut appellant domum, caſtra faciunt & aggere foſſaque communiunt, ut prodeuntes ex urbe caperent, opprimerentque, ut vel hac ratione Suſatenſes ad officium pertraherent, ſed cum viderent Suſaticos magnis animis copiisque contra ſe erumpere, profectione fugæ ſimili diſcedunt. Suſatenſes ſumtis facibus (nox enim erat) ad Mænum usque fluvium eos inſequuntur & multos paſſim trucidant, poſt uno tantum deſiderato, ad ſuos revertuntur, & ejusmodi quidem velitationibus inter Colonienſes Suſaticosque undecim continuis diebus actum eſt, donec Colonienſes tandem profligarentur. Ceterum huic expeditioni centena aureorum millia impendiſſe dicitur Epiſcopus. Interea dum ad urbem cum exercitu moratur, bellum illi per litteras Dux Burgundiæ denunciat, fama & ſpargitur, Clivenſem magnis copiis Suſatenſibus ſubſidio venire. Itaque Epiſcopus tandem diſcedit. Clivenſis, cognito Epiſcopi abitu, Gervinum Schawenburgium Bohemum & Johannem Schawenburgium Comites, cum aliquot equitum turmis Suſatum præmittit. Hi aliquamdiu ibi commorati 4. Iduum Auguſti, cum princeps ipſe ſequi diceretur, obviam cum Suſatenſibus progreſſi perhumaniter excipiunt adventantem, Werlenſiumque agros & hortos ſuburbanos in itinere devaſtant, ſegetes conculcant, arbores exſcindunt, & igneos in tecta oppidi globos jaculantur. Colonienſes Suſaticos crebris incurſionibus infeſtant, ſed tormentis crebro repulſi domum tandem redeunt. Novembris die 9. vel (ut alio loco dictum) equites aliquot in Suſatenſium agros emittit Epiſcopus, qui ſegetes conculcarent, fecerunt id quidem gnaviter, ſed non impune. Suſatici enim urbem magno agmine egreſſi, eos adoriuntur, & paſſim multos ſternunt. Theodoricus Burſcheitus cum quibusdam expeditioribus auffugit, reliqui aut cæduntur, aut captivi Suſatum pertrahuntur. Captivorum major erat numerus, nimirum 200. fuiſſe cognitum eſt, inter quos primi fuere nominis, Philippus Naſſovius, Wernerus Wittikenſteinius Comites, Bernhardus Baro Burenſis, tum Bilſtenius quidam & præfectus, præpoſitum vulgo dicunt, D. Georgii Coloniæ, & multi alii nobilitate & bellicæ rei peritia celebres, equi capti ſunt circiter 150. & quidem ſplendide ornati, cum omnibus armis, novem mille & ſexaginta aureis, captivi vero triginta duobus aureorum millibus æſtimati ſunt. Sub initium Decembris Lippienſes prædatum abeunt, oppidani cognito hoſtium adventu prodeunt, confligiturque acriter. Duo Geſecii primo congreſſu ſtatim trucidantur, vulneranturque octo & 45. vincti Lippiam pertrahuntur. Hoc ipſo tempore Eugenius pontifex Colonienſem tanquam immorigerum Eccleſiæ matris filium excommunicat. Anni ſequentis initio Lippienſes Suſaticis carros aliquot lana onuſtos advehunt, ne nimirum otio torpeſcerent. Tentatur etiam hoc tempore à Carolo Burgundo inter Epiſcopum & Suſatenſes pacificatio & dies actioni dicitur, & ut Mörſæ conveniatur placet, veniunt eo Epiſcopi Colonienſis & Clivenſis ducis legati, cum plenis mandatis, & licet 15. diebus continuis de pace ageretur, nihil tamen effectum eſt, ſed tandem 5. elapſis hebdomadis, re infecta diſceſſum. Aprilis die ſeptimo quidam hoſtium conatus eſt, Suſatum incendere & primum quidem portas urbis, ut hoſtibus pateret aditus, ſed nihil egit, conſilio nimirum detecto. Ceterum Suſatenſes irritati his inſidiis accito Lippienſium agmine Callenhortum eunt, quo cum ſub noctem veniſſent, duos e ſuis per muros clam in oppidum demittunt, qui portarum clauſtra refringerent, quod & factum eſt, itaque capitur oppidum aufferunturque claves, tum portarum, tum curiæ etiam, item ſignum illud, quo in bellis uti ſolebant, tum omnia ornamenta, & præda omnino non vulgaris, poſt oppidum incenſum conflagrat, fœderati abductis ſecum 52. civibus, domum redeunt; in itinere vero arcem Cortlinghuſium quantumvis munitum capiunt, diripiunt & præda ablata in cineres redigunt. Menſe Majo cum fœderati Lippiæ conveniſſent, communi omnium conſenſu ſive communibus omnium ſuffragiis decernitur, ſtatuiturque, nullum hoſtibus reſpirandi relinquendum eſſe locum, ſed perpetuis excurſionibus continuisque velitationibus fatigandos & infeſtandos. Itaque octiduo poſt cum Clivenſe principe Mendam proficiſcuntur, ſegetes in agris paſſim proterunt, ipſum oppidum conjectis in tecta flammis abolent, deinde etiam Werlenſium ſegetes conculcant, & tandem magna onuſti præda multisque abductis captivis domum redeunt. Paulo poſt fama per totam Weſtphaliam ſpargitur, Epiſcopum Colonienſem non Suſatum

ſatum tantum, ſed totam fere Gueſtphaliam ſibi ſubjicere & ſuæ ditioni adjungere ſtatuiſſe, & in eo totum nunc eſſe, ut contractis, quanta fieri poſſit feſtinatione, copiis rem ipſam aggrediatur, multum etiam laborare, ut quosdam magni nominis per Germaniam principes in iſtius belli ſotietatem pertrahat, Hac fama motus Clivenſis Lüneburgium Comitem cum 80. armatis Lippiam mittit, Epiſcopus hoc anno tantum, quantum antea nunquam, conſcribit exercitum. Itaque veniunt ad eum ſtipendiis conducti, Wilhelmus Saxoniæ Princeps, Marchio Brandeburgicus, item Miſnenſis cum ſingulis copiis, tum omnes, quidam Steinburgicus Bohemus, adducto 26000. Bohemorum Huſſitarum agmine. Ceterum expeditio illa à Bohemis, quod illi omnium ſæviſſimi vulgo haberentur, nomen obtinuit & hodie Bohemorum bellum vocatur. Erat autem exercitus omnis Epiſcopi hominum circiter 80000. Cum his copiis Comitatum primum Lippienſem ingreditur, ibique omnia ferro ignique late vaſtat, Dethmoldiam, Blombergam, Bracham, oppida capit, diripit & incendit, Lemgovios, Horniosque magna pecuniæ ſumma mulctatos, imperata facere cogit, Valckenbergam arcem natura loci munitam tentat, ſed fruſtra, defendentibus ſe fortiter præſidiariis, itaque multis deſideratis & grandi pecunia mulctatis Hervordienſibus ad Paderbornenſes pergit, eosque in ſuam fidem adigit & Suſatico fœderi renuntiare jubet; Osnabrugios etiam eo adigit, ut Hojenſem Comitem, hominem quem ſeptennium in carcere detinuerant, Saxoniæ duci Wilhelmo, nullo accepto pretio, dimitterent. Bernhardus Lippiæ Comes, cum tantis copiis reſiſtere non poſſet, Hameliam concedit, illinc ad Schawenburgium Comitem, exploraturus, quid Epiſcopus moliretur. Bohemorum nomen omnibus erat formidabile, idque adeo, quod ab Eccleſia Romana divortium feciſſent, & Vatiniano (quod dicitur) odio monachos, moniales, atque omnes Eccleſiaſtici ordinis viros perſequerentur, atque ideo evertendis ſpoliandisque Divorum templis cœnobiisque nihil ad ſummam truculentiam facerent reliqui. Tandem Epiſcopus cum omnibus copiis, ſub finem Julii menſis, propius ad urbem Lippiam accedit eamque obſidet & majoribus tormentis valde concutit, oppidani ſummis viribus reſiſtunt, & hoſti ex mœnibus turribusque multum damni dant. Erant Bohemi ingentis ſtaturæ & procerioris corporis homines, ut ex eorum armis, quæ Lippiæ etiamnum ſervantur, videre eſt. Turrim eam (quæ meridiem ſpectat, ea enim parte urbs tantum oppugnabatur) vehementer tormentis concutiebant Bohemi, idque ideo, ut corruens foſſam ex parte compleret, aditumque in urbem daret, ſed fefellit eos opinio, neque enim dejicere, quantumvis crebris potuere ictibus. Ceterum turrim eam, ſi mœnium munitiones concuſſiſſet, tandem oppugnandam adoriendamque urbem cenſuit Epiſcopus. Itaque ſcalæ mœnibus adhibentur, inſtant Bohemi, & mœnia conſcendere conantur, oppidani præſenti animo imprudentium vim ſuſtinent tormentisque vehementer in eos fulminant, contra Bohemi nihil ad ſummam diligentiam reliqui facere, inſtare, mœnia ſcandere & omnia tentare. Tandem tamen oppidanorum induſtria repulſi, multis deſideratis, in caſtra redeunt, perierunt in ea oppugnatione cives duo, hoſtes vero quadringenti, ut eos taceam qui toto obſidionis tempore levioribus præliis, velitationibus, excurſionibus & tormentorum ictibus paſſim ſtrati & interemti ſunt. Interea dum Lippia obſidebatur, forte in caſtris 5. milites in tentorio quodam convenerant, & de calice (quem ex templo quodam ſacrilege rapuerant) ſortem ducebant, ut, cui ſors faveret totum aufferret calicem. Ceterum accidit ut inter ſortiendum forte fortuna civis quidam Lippienſis ingentis ponderis globum lapideum è tormento majori in illud ipſum tentorium mitteret & in uno ictu quinque illos milites, corporibus miſere dilaniatis diſcerptisque, contrucidaret. Vide præſentem ſacrilegii pœnam. Epiſcopus, cum urbis per vim expugnandæ nulla ſpes eſſet, ſoluta duodecimo ab adventu die obſidione, cum exercitu Suſatum proficiſcitur, cumque in Suſatenſium agros, cum omnibus copiis veniſſet, tormentorum tonitru civibus adventus ſui dant ſignum. Erat ſub ipſis fere Suſati mœnibus cœnobium Divæ Walpurgi ſacrum, illud Clivenſis Dux cum præſidio tenebat, ſed adverſus tantam vim defendere non potuit, itaque cum ſuis ab Epiſcopo ejectus intra mœnia ſe recipit. Initio menſem integrum excurſionibus levioribus-

que

que utrinque actum est prœliis. Post undique urbem milite cingit Episcopus, & hostem intra mœnia concludit, deinde ut oppidanos distineret, tribus diversis locis urbem aggreditur & adoritur. Oppidani fortiter resistunt, & magnam hostium stragem majoribus tormentis ex mœnibus propugnaculisque edunt; hostes nihilo segnius scalas muris, mœnibus admovent, & nihil non tentant, ut mœnia defensoribus nudent, sed oppidani saxa, cæmenta, tela, globos in hostes confertim ingruentes conjiciunt, eorumque impetum alacri animo sustinent, quosdam jam jam urbi imminentes, ex murorum pinnis scalarumque summitate præcipites rursum dant, quosdam ascendere conantes impediunt, multos & videas scalis fractis lapsos, partim vulnerari, partim statim exanimari, & quod mirum videri possit, tanta erat mulierum, quæ alioquin imbelles, & dici & esse plerumque solent, in propugnanda libertate alacritas, ut non minus, quam viri, hostibus fuerint metuendæ; aliæ enim ascendentes saxis missilibusque telis impetebant, vel impediebant, aliæ conjecta in confertissimos hostes pulte fervente & calce ad ignem cocta, multos lædebant, non paucos quoque interimebant, ex omnibus etiam turribus & propugnaculis ita in hostem tormentis fulminatum est, ut Episcopus ab incepto desistere cogeretur; itaque omissa oppugnatione in castra copias reducit. Ceciderunt in oppugnatione cives circiter octo, hostes mille quingenti & octo. Militabat in hoc bello Clivensi duci & Susatensibus Bohemus quidam Gervinus Comes Schawenbergius, is paulo ante ab Episcopo Colonensi & Bergensi Duce summa erat affectus contumelia. Etenim Coloniaci & Bergenses nobiles probrose illi in convivio objecerant, quasi non nobili prosapia, sed sutore prognatus esset, insignia ejus etiam in terram projecerant & in ejus contumeliam conculcarant. Itaque in Episcopi Colonensis & Bergici ducis odium Clivensi Duci sese conjunxerat, cumque audiret, Bohemorum, quorum opera Episcopus in hoc bello utebatur, Ducem Comitem esse Steinburgium, ratus, oblatam sibi tandem esse injuriam ab Episcopo illatam ulciscendi occasionem, Comitis istius colloquium petit, erat enim Steinbergius sanguine illi junctus, ubi convenissent data acceptataque invicem salute, Schawenbergius Episcopum Colonensem gravissime accusat &, quantam sibi contumeliam intulerit, exponit, & Steinburgium, ad cujus, utpote sanguinis sibi vinculo juncti, ignominiam res ea quoque pertineat, orat hortaturque ut sese ulciscatur. Steinburgius cum alioquin Episcopo ob non soluta Bohemis suis stipendia, non nihil succenseret, accedente hac ægritudine, furere cœpit, & profecto, nisi Episcopus celerrima fuga Gesecam pervenisset, vis illi à Bohemis fuisset intentata, idque Bohemi, cum in itinere omnia in Ravensburgensi ditione, quæ Bergensi Duci tum parebat, ferro & igni fere devastassent, in Bohemiam revertuntur; Tandem anno sequenti 1448. venit Coloniam Johannes S. Angeli Cardinalis missus à pontifice, ut bellum dirimeret. Is Electionem Clivensis ducis pontificis nomine probat, Susatumque Clivensi adjudicat. Atque hunc bellum illud, pontificis interveniente auctoritate, sortitum est exitum, quod à parvis initiis ortum, in tantam sese effudit amplitudinem.

Finis Tomi Tertii.

CONSPECTUS

Tabularum aeri inciſarum.

A. Epitaphium PAULI CYPRÆI JCti conſpicuum in templo cathedrali Sleſvici. Præf. pag. 34

B. PAULUS AB EITZEN Theol. D. & Superintend. Sleſvic. Præf. p. 34

C. Arcus triumphalis Auraſiacus, in memoriam victoriæ quam ab Ambronibus, Teutonis & Cimbris reportarunt Cajus Marius C. R. & Catulus Lutatius Proc. A M. 3850. U. C. 650. Ante C. N. 112. e *Joſeph de la Piſe* hiſtoire de Orenge. Præf. p. 109

D. Tropæa C. Marii e caſtro aquæ Martiæ in Capitolium translata. Ap. Montfaucon T. IV. Præf. p. 111

E. ADALDAGUS natus (*putantibus Ranzovio, Henningeſio, Angelo, Cypræo, Danckwertho, Wagenero, aliisque, a quibus diſſentit Staphorſt T. I. Hiſt. Eccl. Hamb. p.* 283.) ex gente Meiendorff, vel minus rectius conjicientibus aliis, ex gente Immendingorum, Trium Imperatorum Ottonum Cancellarius & Archiepiſcopus Hamburgenſis, vulgo Epiſcopus Sleſvicenſis fide præcipuè P. Scriveri & Cypræi, quos confutat Staphorſt d. l. p. 306. cui adde argumenta ex *Ad. Brem.* L. II. H. E. c. 9. 14-20. *Alb. Stad.* ad a. 936. 971. 984. *ſq. Wolter.* in chron. archiep. Brem. apud *Meibom.* T. II. R. G. p. 28. *ſq. Lambec.* orig. Hamb. app. L. 2. p 452.

MARCO, Ottonis I. Imp. Cancellarius, primus Epiſcopus Oldenburgenſis, vulgo etiam Sleſvicenſis, cujus & Adeldagi effigies delineatæ ſunt ad formam tabulæ antiquæ in templo Oldenburgi Wagriæ olim ſuſpenſæ, deinde in librariam translatæ.

ADALBERTUS Archiepiſcopus Hamburgenſ. omniumque nationum Septentrionalium.

ABSOLON HUIDE ſeu Albus, Archiepiſcopus Lundenſis Waldemari I. Regis Daniæ Conſiliarius, ſcriptor juris Danici. Ex ectypo D. Laur. Foſſii Medici Sorani a. 1693. Effigiem Abſolonis Achati & nummis inſculptam ejusque epitaphium Soranum vide apud *Jacobæum & Lauerentzium* in Muſeo reg. Dan. P. II. Sect. V. ad Tab. XXV. n. 30. 31. P. II. Sect. III. Tab. I. n. 10, adde *Meſſenii* Scond. illuſtr. T. XI. *Sperling.* in notis ad Teſtam Abſolon. p. 22. Martyrologium Lundenſe ad XII. M. Apr. apud *Stobæum* in ant. monum. Lund. p. 26. p. 260

F. S. ANSVERUS, Abbas Raceburg. Monaſterii S. Georgii, Apoſtolus Slavorum Megapolenſium è Tabula antiquæ picturæ appenſa olim ſuggeſtui in templo S. Nicolai in Schelfa Sverin. GODESCALCUS *ab* ALEVELDE, ultimus Epiſcopus Pontificius Sleſvicenſis. D. TILEMANNUS *de* HUSSEN primus Epiſcopus Sleſvicenſ. Evangelicus BERTRAMUS POWISCH, Eques Cimber, acerrimus Evangelicæ reformationis oppugnator. p. 269

G. MELCHIOR HOFFMANNUS, Argentoratenſis. p. 318

H. Sleſvicum A. 1536. & A. 1712. Item Gottorpia a Duce Friderico I. exſtructa a. 1510. p. 322

I. Gottorpia post exustionem restaurata & munita ab Adolpho Duce Slesvic. & Holsat. a 1567. renovata & ampliata a Duce Friderico III. a. 1618. p. 326

K. Arx Gottorpia hodierna restaurata a Duce Friderico IV. a. 1698. & Hortus Gottorpiæ adjacens a Duce Friderico III. a. 1630. instructus, a Friderico IV. ornatior redditus a. 1694. Effigies Ducis Friderici IV. p. 236

L. Turris arcis Sondersborgi vulgo Christiernsthurm delineata a. 1551. *Theodericus* KAGELWID, Stendaliensis, Caroli IV. Imp. Consiliarius, Episcopus (*Cranzio putante*) Slesvicensis, Archiepiscopus demum Magdeburgensis. p. 384

M. Erpoldus LINDENBRUCHIUS Canonicus Hamburgensis. p. 399

N. Effigies & nummi nomine & triumphis C. Marii insigniti. p. 413

O. TEUTOBACHI Regis Teutonum Megapolensium victi a Cajo Mario in campo aquarum sextarum Statua, conspicua olim in magna Teutonum, Obotritarum Wandalorumque civitate Mechelburgo, Sec. XII. demum eversa. BOLUS *seu Bioricus* Rex Cimbrorum, victor Romanorum post V. triumphos devictus a C. Mario & Catulo Lut. in Campo Raudio seu Vercellensi.

CATULUS LUTATIUS Proconsul. Rom. cum C. Mario Cimbros vincens in campo Raudio ad Vercellas in ipsis Alpium radicibus.

LUCIUS CORNELIUS SYLLA, Præfectus militaris sub Catulo Lutatio contra Cimbros pugnans.

MARTHÆ PYTHONISSÆ *Syriacæ* victoriam contra Cimbros præsagientis effigies, in parte interna & infima fornicis Arcus majoris Aurasiaci.

Nummi in victoriam Cimbricam armis Catuli Proconsul. reportatam.

Nummus in triumphum navalem e Sicilia reportatum Catuli Lutatii Cons. Capita quae putantur Regum Boli & Teutobachi (ex aliorum opinione *Marii & Catuli*) in camera fornicata majoris Arcus Aurasiaci conspicua. p. 415

P. Cimbrorum Victoris tropæa. p. 419

Q. Trajani Dacorum vel C. Marii tropæa. p. 419

R. Tropæorum C. Marii vestigia & situs in ruderibus castelli Aquæ Martiæ Romæ. p. 419

S. CHRISTIANUS v. Rex Daniæ. p. 501

T. Sigillum Fratrum Calendarum in Welna. Sigillum Fratrum Calendarum in Kil. Sigillum Johannis Comitis Holtzacie, Stormarie & Oldenborg. Sigillum Civium Kilensium. Sigillum Domus S. Spiritus in Kil. Sigillum Capelle S. Marie Virginis in Kil. Sigillum S. Georgii Kylonensis. Sigillum S. Adolphi Ducis cum inscriptione: Honni soit, qui mal y pense. Secretum Consulum de Kilone. Segel des Gasthuses tom Kile. Tab. I. p. 550

U. Sigillum Capelle Gertrudis extra muros Kil. Sigillum Gerhardi Ducis Slesvic. Sigill. Universitatis Paroch. de Eiderstede. Sigillum Communitatis Everschyp. Sigillum Parochie Vistorp. Utholm. S. Everhardi Episcopi Lubec. Verdens. Abbatis Luneburg. Sigill. Defensionis Fidei Christiane. Sigill. Tuitionis horthodoxæ fidei contra Thurcas. Sigill. Raymundi titulo S. Marie nov. Rom. Eccles. Presb. Cardinalis Gurcensis. Sigill. Fabrice S. Petri de Urbe. Sigill. Arcimboldi Præpositi Aresat. Sedis Apostol. Prothonot. & Referendarii. Tab. II. p. 550

X. Si-

X. Sigill. Henrici Ducis Bavariæ & Saxoniæ. Sigillum Sanctimonialium in Holma Sleſvicenſi. Sigill. Fraternitat. Noe & Salvatoris in Stranding. Sigill. Fraternitatis S. Michaelis in Kil. Sigill. Kalendarum militum in Kil. Sigill. Dominor. Fratrum collationis S. Mariæ in Kil. Sigill. Fratrum Kalend. S. Anton. in Oldenborch, & Eccleſiæ novæ prope Oldenborg. Sigill. Fraternitatis S. Katerine in Oldenborch. Sigill. Fratern. S. Anne in Kil. Sigill. Vicariarum Kilonenſium. Sigill. Templi S. Nicolai in Kil. Tab. III. p. 559

Y. Sigill. de Convivio S. Canuti de Othenſia. Secretum Kalendarum S. Mariæ in Lübeck. Sig. S. Laurentii Hoſpitalis Sleſw. v. Grau-Cloſter. Sig. Nicolai Epiſ. Eccleſ. Sleſv. Sigillum Wittehardi Præpoſ. Eccleſ. Sleſv. Sig. Joannis (de Scondelff) Ep. Sleſv. Sigill. Civium de Sleſwic. Sigill. Capituli Sleſv. Eccleſiæ. Sigill. Vicariorum in Sleſwic. Sigillum Godeſchalci de Alevelde Ep. Sleſv. Sigill. Capituli Eccleſ. Sleſv. Sigill. Conſiſtorii Sleſvic. Tabula IV. p. 559

Z. Effigies & Lapis ſepulchralis *Enewaldi* SOVENBRODER, Epiſcopi Sleſvicenſ. p. 560

Aa. Urnæ, Inſtrumenta atque variæ Antiquitates Gotho-Cimbricæ. p. 685

Bb. Inſignia Regum Obotritarum & Ducum Mecklenburgenſium Tabula I. p. 720

Cc. Inſignia Regum Franciæ, Angliæ, Daniæ, Poloniæ, Thuringiæ, Ducum Saxoniæ, Luneburg. rel. Tab. II. p. 720

Dd. Inſignia Regum Norvagiæ, Marſiliæ, Cypriæ, Sveciæ & Gothlandiæ, Ducum Brunſvic. Megapol. Sleſvic. rel. Tabula III. p. 720

Ee. Roſtochium, vrbs Vandalica Anſeatica Megapolitana, Delineatio Lindenbergii Anno 1597. cum antiquo Veſtitu Incolarum p. 782

Ff. David CHYTRÆUS, Theologiæ Doctor & Profeſſor primar. Roſtochienſ. p. 1192

Gg. Simon PAULI Theol. Doctor & Prof. Roſt. p. 1201

Hh. Johannes POSSELIUS, Græc. Lingv. Prof. Roſt. p. 1204

Ii. Johannes SIMONIUS Prof. Rhetor. Roſt. p. 1240

Kk Jo. FREDERUS Theol. D. Prof. & Superintend. Roſt. p. 1242

Ll. Paulus TARNOVIUS Theol. D. & Prof. Roſtoch. p. 1248

Mm. Chriſtianus SLEDANUS Theol. D. & Prof. Roſt. & Paſtor primar. Sleſvici. p. 1255

Nn. Joannes QVISTORPIUS Theol. Doct. & Prof. Roſtoch. atque Superintend. p. 1258

Oo. Joannes COTHMANN Theol. D. & Prof Roſt. p. 1265

Pp. Jo. Georg. DORSCHEUS Theol. Doctor & Profeſſor primar. Ducum Mecklenb. Conſiliarius & Director Conſiſtorii. p. 1287

Qq. Franciſcus WOLFFIUS Theol. D. & P. P. Hamburg. ad D. Nicolai Paſtor. Miniſterii Subſenior & Scholarcha. p. 1296

Rr. Joannes CASSELIUS Oratoriæ & Polit. Prof. P. Roſtoch. & Helmſtad. p. 1306

Ss. D. Laurentius KIRCHOVIUS Conſiliarius Megapol. Acad. Roſtoch. Prof. p. 1340

Tt. D. Michael GRASSUS J. U. D. & Prof. Roſtoch. Cancellarius Ducis Joannis Megapol. p. 1360

Uu. Jacobus BORDINGUS Prof. Roſt. Conſiliarius aulicus Principis Udalrici Regumque Daniæ, deinde Cancellarius Megapol. Lubec. Conſul. p. 1361
Xx. Henricus CAMERARIUS Prof. Juris Roſtoch. Conſiliarius Ducum Luneb. & Pomeran. p. 1366
Yy. Hajo a NESSA J. U. D. Prof. Jur. Roſtoch. Cancellarius Ducis Adolphi Friderici. p. 1372
Zz. Erneſt. COTHMANN J. U. D. Conſiliarius Ducis Ulrici, Prof. Juris Roſtoch. & Ducis Joannis Alberti Cancellarius. p. 1373
Aaa. Martinus CHEMNITIUS Prof. Codicis Roſtoch. deinde Cancellarius & Conſiliarius intimus Sleſvicenſis. p. 1376
Bbb. Albert. HEIN J. U. D & Prof. Ducis Joannis Alberti Conſiliar. p. 1378
Ccc. Joannes SIBRAND J. U. D. & Prof. Roſt. Syndicus civitatis. p. 1379
Ddd. Thom. LINDEMANNUS J. U. D. Prof. Roſtoch. Syndicus civitatis, Conſiliarius Epiſcopi Brement. Ducumque Brunſv. & Megapol. p. 1380
Eee. Joach. SCHNOBELIUS J. U. D. & Prof. Roſtoch. Syndicus Stetinenſis. p 1393
Fff. Georg. RADOVIUS J. U. D. & Prof. Roſt. Statuum Provinc. Megapol. Syndicus, Reipub. Lubec. Syndicus & Conſiſt. Præſ. Rev. Capituli Lubec. Præpoſitus. p. 1403
Ggg. Jacobus BORDINGUS Med. D. & P. P. Roſt. Ducum Megapol. & deinde Regum Daniæ Chriſtiani III. & Friderici III. Archiater. p. 1434
Hhh. Jac. FABRICIUS Med. D. & P. P. Roſt. Duc. Meg. & Reg. Daniæ Archiates. p. 1451
Iii. Inſignia Epiſcopatus Sleſvicenſis, exhibita ab Autore libri: *Neuteutſches Wapenb.* Noribergæ typis Chriſtoph. Gerhardi excuſi P. III. p. 12. & ab *Jo. Sibmacher im Neuen WapenB. des H R. R. teutſcher Nat. ed. Norib.* 1605. *f.* II. Ab aliis fruſtra tributa Adaldago Archiep. Hamb. vel Epiſcopo cuidam Sleſvic. Inſignia ejusdem Epiſcopatus ex Ranzovio, ab aliis Rudolpho II. Epiſcopo tributa. Sigillum Capituli Eccleſiæ S. Mariæ in Novomonaſterio. Sig. Conventus in Bardesholm. Sig. juratorum Novimonaſter. Sig. Conventus in Doberan. S. Godofredi de Bulaw. S. Bernonis Epiſcopi Sverin. S. Friderici de Moltzan. S. Erici Regis Danorum. S. Ottonis de Lü. S. Hinrici von Revendlowe. S. Helmoldi de Pleſſe. Tab. V. p. 1468
Kkk. Sigillum Burgenſium de Roſtoc cum contra ſigillo. Sig. Civitatis Kropelin. Sig. Gerh. Bonenſac. Sig. J. de Hagen. Sig. J. de Barnekow. Sig. B. Ganſde Putleſt. Sig Lud. Blücher. Sig. W. de Pentze. Sig. B. Hom. Sig. L. de Oldenborch. Sig. Civitatis Warne hodie Waren. Sig. Civitatis Grimm. Sig. Civitatis Sulten. Sig. Civit. Gnevesmolen Sig. Civit. Luneborg. Sigill. Judicii Tetropolitani Holſatici. Sig. J. de Linſtow. Tabula VI. p. 1468
Lll. M. Meriani Ichnographia Sverini delineata A. 1640. p. 1645
Mmm. Ægidius FABER, primus Sacrorum Pontificiorum apud Sverinenſes Reformator & V. D. M. Evangelicus. p. 1705
Nnn. Helmold PLESSE, Gentis Pleſſiacæ Megapol. Sator, Ducis Hinrici Leonis Præfectus militaris, Eccleſiarum Vichel, Bibau, Müſſelmau, Brül, Hertzberg, Wæhnekau & Holſtendorf Fundator. p. 1922
Ooo. Jo. Juſt. WINKELMANN, Ser. Haſſ. Landgr. ut & Illuſtr. Comitis in Oldenburg Conſiliarius & Hiſtoriographus. p. 2035

Errinnerung

ERRATA TYPOGRAPHICA EXSTANTIORA.

In ſerie contentorum. num. XXII. Codex *iuris*, n. XXX. pro 1170. lege 1270. *in praefatione.* p. 5. not. 11. lin. 9. pro adduxit: *adduxi.* p. 8. lin. 27. pro Falckoni: *Bertholdo.* p. 12. lin. penult. pro dilucianda: *dilucidanda.* p. 13. lin. 8. leg. ſchedas MStas *de officio.* p. 18. lin. 25. poſt verba: ſcribendique, addatur: *ratione.* p. 19. lin. 32. pro Hogerum: *Hoierum.* p. 19. lin. 32. pro praeſcripta: *perſcripta.* p. 26. not. lin. 12. 13. pro conceſſo: *conceſſum, ſtabilitum.* p. 29. not. c. lin. 2. pro ſe *ſc.* p. 30. not. d. lin. 2. pro errone: *erronee.* p. 31. not. i. lin. 1. pro exhiberi: *exhibuit.* p. 43. lin. 3. not. g. pro 1663: *1563.* lin. 4. pro 1580: *1508.* p. 49. not. kk. lin. 23. poſt retinentiorum ponatur. p. 54. lin. 7. pro Ademici: *Academici.* p. 77. not. v. lin. 49. pro 1666: *1608.* p. 77. not. v. lin. ult. pro 1628: *1623.* p. 81. lin. penult. pro Alardus: *Aluredus.* p. 84. lin. 7. pro I: *IV.* p. 89. lin. 5. pro Regis: *Ducis*, item pro II: *IV.* p. 92. not. f. lin. 3. pro videbi: *videbis.* p. 94. not. lin. 22. pro Rock: Raak. p. 105. lin 5. pro multi: *muti.* p. 131. not. b. lin. ult. pro Hokländern: *Holländern.* p. 143. lin. 12. pro expugendos: *expungendos.*

ad de Westphalen Tom. III.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf